Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute

http://www.archive.org/details/stephanosperipol00step

ΣΤΕΦΑΝΟΣ
ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΩΝ

STEPHANUS
DE
URBIBUS

QUEM PRIMUS
THOMAS DE PINEDO
LUSITANUS

Latii jure donabat, & Observationibus Scrutinio Variarum Linguarum, ac præcipuè Hebraicæ, Phœniciæ, Græcæ & Latinæ detectis illustrabat,

His additæ præter ejusdem STEPHANI FRAGMENTUM COLLATIONES JACOBI GRONOVII cum codice Perusino,

Unà cum gemino Rerum & Verborum Indice ad STEPHANUM *&* THOMÆ *de* PINEDO *Observationes.*

הטובים מכל בחרתי

A SINGULIS OPTIMA.

AMSTELODAMI,
Typis JACOBI de JONGE.
cIↃ IↃC LXXVIII.

NIL MOROR INVIDIAM.
Integritas, Virtusque suo munimine tuta,
Non patet adversæ morsibus Invidiæ.

ADVERSUS INVIDOS.

NULLA INGENIA TAM PRONA AD INVIDIAM SUNT, QUAM EORUM QUI GENUS AC FORTUNAM SUAM ANIMIS NON ÆQUANT: QUIA VIRTUTEM ET BONUM ALIENUM ODERUNT.

Liv. lib. XXXV. *cap.* XLIII.

EXCELLENTISSIMO DOMINO,
DOMINO

D. GASPARI DE MENDOZA YBAÑEZ DE SEGOVIA ET PERALTA

EX EQUESTRI ORDINE DE ALCANTARA. MARCHIONI DE MONDEXAR. ET COMITI DE TENDILLA. UTROQUE TITULO È PROCERIBUS HISPANIÆ MARCHIONI DE VALHERMOSO ET DE AGROPOLI. DOMINO PROVINCIÆ DE ALMOGUERA ET OPPIDORUM DE CORPA DE MECO, DE FUENTENOBILLA DE LORANCA, DE AZAÑON DE VIANA, &c. GRANATENSIS CASTRI DELA ALHAMBRA PRÆSIDI AC PRIMARIO CUSTODI.

NEscio, qua Junone impediente, Excellentiſſime Domine, hucuſque Lucina munere ſuo fungi,

vel

vel non potuit, vel non auſa eſt. Quamobrem nutricis Terentianæ ſimilis mihi videbatur, quæ etſi ſe movebat, nihil promovebat; ac non ſolùm iniqua Juno, verum etiam iratus Mars parturienti Minervæ impedimento fuere. Nam cum in hanc Italiam & domo, & fato profugus veniſſem, aſtris ad eam me nolentem trahentibus, Galli in eam irruperunt: ac parum abfuit, quin Capitolium quoque ipſum ceperint, ubi, etſi nulli erant anſeres Junoni ſacri, quorum clangore milites excitarentur, tamen non deerat Manlius, qui illos illinc umbone ictos deturbaret; nec defuit Camillus, qui ex tota hac Italia, ſi non vi, conſilio expulit. A Livio enim didiciſſe videtur *prima eorum prælia pluſquam virorum, poſtrema minus quàm fœminarum eſſe.* Nec cum Livio pugnat Salluſtius rerum monumentis tradens: *Alia omnia virtuti Romanorum prona eſſe, cum Gallis pro ſalute, non pro gloria certari.* Utrumque certum eſt: nulla enim gens (nolo eorum gloriæ detrahere) tot, tamque celebres ſuſcepit ex-

expeditiones, ſed omnes tandem vel cœlo invidente, vel eorum inconſtantia faſtidiente infelicem exitum ſortitæ ſunt; at cum viderem eos bellum cauponantes, non belligerantes, è re fore exiſtimavi Lucinam iterum fatigare, donec partum proferret, quæ ter vocata laboranti Minervæ opem tulit. Ergo ſi octogeſimus annus Romanorum eruditiſſimum admonebat, ut ſarcinas colligeret, antequam proficiſceretur è vita, cum nihil inter mortales mortis hora ſit incertius, nec morte certius, annus ſexageſimus quartus me admonet, ut ſarcinis collectis, antequam proficiſcar è vita, acceptum tibi referam Stephanum de Urbibus, quem ego primus te vel maximè hortante, Latii jure donabam, & Obſervationibus illuſtrabam. Aliter enim nec fidem liberare, nec voto me exſolvere poteram. Reſpublica literaria eum tibi, non mihi debet; quandoquidem tu me impuliſti, ut in eo operam non pœnitendam navarem, qui cum tertium locum inter eos, qui γεωγραφικῶν libros

ſcripſerunt, obtineat, ac καθ' ἐξοχὴν Topographus vocetur, tamen neſcio quo fato hucuſque nondum Romam viderat, cum eam jam pridem Coſmographus, & Geographus adoraverint; nunc tuis auſpiciis urbem petit, & Capitolia excelſa adſpicere geſtit, ut ſic tanquam in ſublimi poſitus ab omnibus non ſine invidia conſpici poſſit, adverſus quam, & adverſus cujus venenum nullo alio antidoto, nullo alio amuleto utetur, ac patrocinio tuo, ſub quo ab illa ſecurus erit & in aurem utramvis ociosè dormiet: ac, etſi fidem eum tibi conſecrandi non obligaſſem, tamen propter tua in me beneficia nomini tuo ſacrarem, ut ſic immortale inter mortales (abſit verbo invidia) permaneret. Nec enim ſum tam vanus, quam Oaſenſis grammaticus, quem Tiberius Cæſar *mundi cymbalum* appellabat, quod immortalitate donari à ſe ſcripſit, ad quos aliqua componebat. Ii, quibus nec fides, nec pietas, inter quos, cùm meo judicio, tum omnium, primum obtinet locum Capaneus ille, credidere, timorem fuiſſe, qui primus

in

in orbe Deos fecit. Alii verò non timorem, ſed amorem, & beneficium id feciſſe exiſtimarunt, quibus ingentes addidere vires ſculptores, & pictores, hi pingentes, quæ non ſolum ἄλογα animantia, verum etiam λόγῳ præditos homines deceperunt; illi ſculpentes, quæ vivos reddebant de marmore vultus, ſed ut cum Bilbilitano poëta loquar:

Qui fingit ſacros auro, vel marmore vultus:
Non facit ille Deos, qui rogat, ille facit.

Illis tamen mortales mortalitatis ſuæ conſcii mortem quadantenus effugiebant, ac in cœlum hâc penetrare conabantur, quod etſi reapſe conſequi haud potuere, (quid enim poſſent?) tamen in terris immortalitatem quodammodo conſecuti ſunt. Stolidi profectò & inſani fuere illi, quos timor, ſeu amor Deos facere, ac eis aras collocare compulit; qui verò τὸ Θεῖον ſpecie humana pinxere, venia digni ſunt: namque homines nihil pulchrius, nihil perfectius ſua propria imagine cogitare poſſunt. Quin etiam boves, ſi ſcirent pingere, Deos

pingerent boves: omnibus enim ſua ſpecies pulcherrima videtur. Rudis illa antiquitas putabat Deum ſenſibus poſſe percipi, ideo Deos corporeos fingebat: anima enim noſtra dum eſt in hoc terreno carcere incluſa, nihil niſi per ſenſus tanquam per organa poteſt capere, ac ſenſus nihil niſi corporeum poteſt tangere; ut optimè cecinit Lucretius:

Tangere enim, & tangi, niſi corpus, nulla poteſt res.

Unde evincitur Deum, cum non ſit corporeus, oculis cerni non poſſe: quapropter λογοθεώρηλ@ Gargettio ſeni dicebatur. Illis principiis procul dubio, & incepit, & progreſſa eſt idololatria, cujus olim adorandi modus non erat adeo laborioſus ac poſtea fuit. Tunc temporis enim *adorare*, nihil aliud erat, quam *manum ad ora admovere*, unde hoc verbum enatum eſt: Illud etiam innuit Hutſeus ille princeps הגדול מכל בני קדם, id eſt: *Maximus omnium orientalium*; καὶ ἐξ θεῖ προνοίας, id eſt, *divinæ providentiæ* buccinator ſui

ſui aurei libri c. 31. v. 27. אם אראה אור כי יהל וירח יקר הלך ויפת בסתר לבי ותשק ידי לפי id eſt: *Si vidi ſolem quum fulgeret, & lunam incedentem clarè; Et ſeduxit ſeſe in abſcondito cor meum, & oſculata eſt manus mea os meum.* Sed multo magis venia digni ſunt, quos beneficium id facere coëgit: hos ego imitatus, excellentiſſime ac doctiſſime Marchio, in ſignum grati animi

— *invito te quoque gratus ero.*

Stephanum ἀληθῶς στέφανον voti reus tuis aris admoveo floribus ex Tuſculano tuo redimitum, hoc eſt, ex bibliotheca tua, auro contrà chara, qua nulla erat Madriti literarum humanarum libris copioſior, ad quos comparandos nullis ſumptibus pepercisti, non ut ornamento tibi, ſicut aliis eſſent, ſed ut indefeſſo labori tuo in literas inſervirent. His ſubſidiis tanquam calcaribus me cunctantem incitabas, ut Topographum civem Romanum facerem, ne inter blattas & tineas unà cum Harpocratione meo deliteſceret. Bona, & virtutes nullo modo intelligi poſſent, niſi eſſent mala, & vitia. Quo enim pacto

juſtitiæ ſenſus eſſe poſſet, ut apud Gellium Noct. Attic. lib. VI. cap. I. inquit Chryſippus Philoſophorum acutiſſimus, niſi eſſent injuriæ? aut quid aliud juſtitia eſt, quam injuſtitiæ privatio? quî etiam fortitudo intelligi poſſet, niſi ex ignaviæ oppoſitione? Tuum in libros, & literas ſtudium tunc maxime enituit, cum quidam ex præcipuis Hiſpaniæ regulis bibliothecam ſuam inter Madritenſes celeberrimam (cujus honorificam inter alios fecit mentionem P. Luduvicus Jacob Carmelita in erudito ſuo libro de Bibliothecis, cap. LXVI.) peſſimo conſilio vendidit, & ejus pretium, proh pudor! proh tempora! in emendas mulas, in ſcorta, & ludiones erogavit. Rerum præteritarum ſuavis eſt memoria. Adhuc te videre videor in muſeo tuo, & mecum, & cum eruditis viris de abſtruſis antiquitatis rebus differentem, ad quarum ardorem extinguendum pincerna tuus nobis propinabat aquam ex Corpa tua vino ſuaviorem, ex qua Hiſpaniæ Reges bibunt, quin Choaſpem ſeu Eulæum deſiderent.

Nec

Nec deerat aliquando nunquam satis laudatus potus ille, qui ex novo Orbe in nostrum delatus est, quorum nullo desiderio teneor, utpote quæ ad corporis oblectamenta pertinebant, at desidero suavitatem illam conversationis tuæ literariæ, ac illustrium fratrum tuorum D. Balthasaris, D. Loduvici, D. Matthæi, quos non adeo illustrabat militarium ordinum insigne, ac urbanitas, & reliquæ omnes verè equitum virtutes. Tu verò tantum inter omnes caput extulisti,

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Silentio prudens prætereo Atavorum tuorum stirpem in paucis nobilissimam, & eorum egregia facta. De his enim melius est silere, quàm pauca dicere, & illi fuere clariores, quàm ut indicari egeant. Triplex verò fuit causa, quæ me movit, ut in hoc opere operam impenderem: præcepta tua, quibus non parêre salvo discrimine divinarum humanarumque rerum, est mihi religio; studium in litteras meum à teneris (quod Græci dicunt) ungui-

unguiculis ; & ut posteris relinquerem aliquid, quo me vixisse testarer ; has chartas quantumvis blattis & tineis obnoxias malui esse meorum cinerum custodes, quàm marmor Parium nive candidius, atque Carystium macularum varietate commendabile,

Quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulchris.

Vixi verò honestè, neminem lædendo, suum cuique tribuendo, adhibita cura, non ut sortem meam ex turpi lucro auctiorem redderem. Oderam enim illud Satyrici:

— Lucri bonus est odor ex re Qualibet.

Nec Vespasianum etsi Imperatorem hac in re volebam imitari: sed ne eam amitterem, pro virili parte conabar. Hac enim amissa *hemiolion* illud, *h. e. trias* illa, quæ τὸ διὰ πέντε vitæ civilis perfectam facit, vix, aut ne vix quidem adimpleri potest. Tu trigam illam, Excellentissime Domine, optimè agitas, dum alii mularum quadrigas, ingenioſæ gulæ & Veneri dediti,

Tu

Tu autem otio litterario & Minervæ. Hæc ad æternam gloriam via eſt, hac atavi tui frequentes ierunt. Perge & illuſtra Hiſpaniam; prodeat jam in lucem Opus illud nunquam interiturum. Utinam ego opere meo calcar Tibi adderem, ut eidem in Reipublicæ litterariæ utilitatem & Hiſpaniæ gloriam, ceſſuro, coronidem imponeres. Enimverò nullus dies illuxit mihi auſpicatior, nullus unquam felicior, quàm ille primus ante Calendas Martias hujus anni cIↃ IↃc LXXVIII. quo optatiſſimum nuncium accepi, Te, Excellentiſſime Marchio, per Excellentiſſimam Dominam, Dominam *D. MARIAM GREGORIAM DE MENDOZA ET ARAGON*, egregiis animi corporiſque dotibus condecoratam, felici nexu tibi conjunctam, ac meritò chariſſimam, factum eſſe ex aſſe hæredem *Domus in paucis nobiliſſimæ Marchionis de Mondexar, Comitis de Tendilla, &c.* tum quòd *Clariſſima tua Domus* incremento ingenti aucta, tum quòd adimpletum eſt, quod ego prædixi futurum, hujus operis Tibi conſecrati

crati fol. CLXXXII. Not. L. Quamobrem lætus, ſeu potius vitulans tali victoria, prioris epiſtolæ epigraphe obliterata, aliam in hujus capite, tanquam meæ in veſtram Excellentiam obſervantiæ & gratitudinis ſignum appoſui. Vale, Generoſiſſime Marchio, Equitum decus, litterarum gloria, noſtri ſeculi Phœnix, cor Ciceronis, Demoſthenis jecur, Davidici calami ὑπόσπασμα regium, & me ama; diſtantia enim loci, & terrarum intercapedo verum amorem, dirimere non poſſunt. Ex noſtro muſeo. Anno CIↃ IↃC LXXVIII.

Exmo. Nomini Tuo

Devotiſſimus

THOMAS DE PINEDO LUSITANUS.

ADMONITIO

Ad

LECTOREM.

Eorum, quæ de Stephano, ejus ætate, patria, operibus, editionibus, ac mei instituti ratione annotari digna videbantur.

Seu antiquitas, seu injuria temporum, seu utrumque nobis inviderunt integrum Auctoris nostri opus, quod in epitomen redegisse Hermolaum Grammaticum Constantinopolitanum Justiniano Imperatori dicatam rerum monumentis tradidit Suidas in Ἑρμόλαος, *& hæc adhuc in littera K est mutila, nec credo extare ejus integrum opus, etsi Nicolaus Lloydius* πανδοκεὺς *eruditionis vir ad C. Stephani Dictionarium in* Argynnis *tradit, Parrhasium integro ejus codice usum fuisse. Nam cum id ex eo per litteras quæsiviſſem, mihi rescripsit, se id hausisse ex Jo. Passeratii Prælectionibus solemnibus in Propertium lib.* II. *Eleg.* VI. *de cujus fide dubitabat.*

Nec Eustathius ipse usus est integro nostri Auctoris codice, quoniam ab illo ad Il. 2. *vocatur* ὁ τὰ ἐθνικὰ ἐπιτέμνων, *id est, qui Ethnica in Epitomen redegit, ac sæpe cùm in Homerum, tum in Dionysium* περιηγητὴν ὠδίφρασιν *dicitur* ὁ τὰ ἐθνικὰ γεγράψας, *vel* καταγεγράψας, *hoc est, qui Ethnica scripsit,* ὁ τῶν ἐθνικῶν γεγραφὼς, *vel* ἀναγεγραφὼς *vel* καταγεγραφὼς, *hoc est, Ethnicorum scriptor,* ὁ τὰ ἐθνικὰ ἐκθέμενος *hoc est, qui Ethnica exposuit,* ὁ τῶν ἐθνικῶν συλλέκτης *vel* συναγωγεὺς, *hoc est, Ethnicorum collector, aliis etiam hujusmodi nominibus ab eo insignitur, quæ prudens prætereo.*

Fuit Stephanus antiquorum, qui hujusmodi Opus pertractarunt facile princeps, at inter eos, qui γεωγραφικῶν *libros composuere, tertium occupat locum, & per antonomasiam* Topographus *appellatur. Ex illis fuere Philo, & Acesodorus, qui de Urbibus scripserunt, ut noster inquit in* Ἄμιος *& in* Μεγάλῃ; *& Diogenianus, qui scripsit de fluminibus, lacubus, fontibus, montibus, promontoriis, nec non brevem Descriptionem, & Tabulam omnium in universa terra urbium, auctore Suida in* Διογενιανός; *& Damastes Sigeensis qui composuit* ἐθνῶν καταλογον καὶ πόλεων, *h. e. gentium catalogum & urbium, Auctore eodem in* Δαμάστης; *Auctor etiam noster in* Χαρμάτῃ *ad testimonium vocat Hellanicum* ἐν κλίσεσιν ἐθνῶν καὶ πόλεων, *h. e.* de conditis gentibus & urbibus. *Suidas in* Καλλίμαχος, *inter libros Callimachi recenset ejus* κλίσεις insularum & urbium & nominum mutationes. *Joan. Tzetzes Hist. Chil.* 3. *Hist.* 100. *advocat Apollodorum* de insulis, urbibus, & populis, *quos ex veteribus memorasse sat sit. Ex recentioribus idem inter alios fecere Antonius Nebrissensis, Conradus Gesnerus, Carolus*

Stephanus, Philippus Ferrarius Alexandrinus; hunc nuper auxit Michaël Antonius Baudrand Parisinus, illum Nicolaus Lloydius, sed omnium industriam superavit Abr. Ortelius in suo Thesauro Geographico.

Circa Anastasii Imperatoris tempora claruisse Stephanum, conjicio ex ejus in Ἀναστάσεια *verbis. Inquit enim,* se successisse Eugenio in schola regia. *Atqui Eugenius floruit sub eodem Anastasio Imperatore, ac Constantinopoli docuit, ut memoriæ prodidit Suidas in* Εὐγένιος. *Scripsit etiam* Βυζαντιακὰ, *id est, Historiam Byzanticam seu Constantinopolitanam, quæ ipse citat in* Γότθοι, *qua in urbe natum fuisse existimo; quandoquidem à Tzetza Hist. Chil. 3. Historia* 100. Byzantius *appellatur, ac ejus Opus eandem epigraphen præ se fert, cujus tres factæ sunt editiones, Florentiæ anno* 1521 *apud Juntas, Venetiis apud Aldum, Basileæ anno* 1568 *apud Oporin. quam Xylander plurimis locis restituit. Est enim, si cum reliquis conferatur, correctior; quæ tot parasangis excedit reliquas, quot nostra Xylandri. Plurima quippe* σφάλματα, *quibus illa scatebat, correxi; tamen aliquammulta per incuriam remanserunt. Ecquam faciem putas esse, quamvis sit pulcherrima, quæ aliquot nævulos non habeat?*

Conr. Gesnerus in sua Bibliotheca in Stephanus *Auctor est, Stephanum de Urbibus excusum esse Basileæ anno* 1568 *Græce & Latine, Xylandro interprete; sed eum fefellit opinio. Nam in illa Editione tantum promittitur, quod Gulielmus Xylander, vel aliis impeditus occupationibus, vel morte præreptus adimplere non potuit; cujus rei locupletem habeo testem Abr. Ortelium in suo Thesauro Geographico, in Prologo ad Lectorem: Michaël Antonius Baudrand Parisinus, cui etiam multum debet Respublica litteraria ad Philip. Ferr. Alexandrini Lexicon Geographicum tomo 2. fol. 357. cum inter antiquos Geographos Stephani opus memorasset, tandem inquit:* Quod nunc Latinum reddidit, restituit, & notis illustravit doctissimis P. Augustinus Lubin Augustinianus. *Sed cum hujus scrutandi gratia ad amicum quemdam litteras dedissem, ille lepide rescripsit, illud à Michaële Antonio Baudrand dictum fuisse* in fide parentum.

Non facile reperies tam parvum librum, in quo tam eruditæ & memorabiles res contineantur; quæ vero ad Grammaticam spectant, id est, ad gentilium denominationes, & oppidorum etymologias sunt præclara atque ad alios auctores intelligendos plurimum conducunt, quæ homunciones in verba provecti contemnunt, quia ignorant. Quot verò reconditas antiquitates apud Stephanum latentes ex antiquitatis scrutis, seu eruerim, seu detexerim, quæ lectionum monstra sine Hercule, non sine Diis profligaverim, quæ lacunosa suppleverim, quæ corrupta (non est alius inter omnes auctores Græcos magis corruptus) pristinæ sanitati restituerim sine Coi & divini Senis ope ex Notarum mearum lectione patebit; sed medicas manus ad ejus textum adhibere ausus non sum, Masorethas Tiberiadis potius, quam Criticorum παῖδας *imitatus, (quæ ad Orthographiam pertinent, excipio) quæ mihi corrigenda videbantur in observationibus meis annotabam, ubi aliquando nec quidquam amplius, quàm muscas captabam: (Tunc enim meliora non occurebant) aliquando hujusmodi minutias, vel in textu Græco, vel in versione Latina corrigebam, nulla facta earum in Notis mentione. Nolebam enim, hujusmodi quisquiliis immorando, tempora Lectoris, qui meas nugas putat esse aliquid, morari, nec chartis illudendo debere ludibrium doctis. Ac si forsitan contra culicem Herculem invocaverim; ingenue fateor mihi visum fuisse Elephantum. Nullus dubito, me plurima incorrecta reliquisse ex eis, quæ pristinæ valetudini restitui poterant, vel quod ea non animadverterim, vel quod timuerim corrigere, quæ mihi corrigenda non videbantur: quo vitio solent laborare viri etiam eruditissimi, qui aliquando ita corrigunt scripta, ut si eorum scriptores* מעם מתים *i. e.* de cum mortuis, *ut loquuntur Hebræorum* παῖδες, *surrexerint, sua scripta non norint; alia etiam quam plurima* σφάλματα *in meis Notis invenientur. Inquit enim non infaceto lepôre Poëtarum facetissimus Epigram. lib. 1. Epigram. 17.*

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura
Quæ legis, atque aliter non fit, Avite, liber.

Verba auctorum Græcorum quos tanquam testes produco, integra sæpius non apposui, ne

liber

liber in majorem excresceret magnitudinem, quorum merces, quantumvis gratis, rarissimo per aversionem tibi vendo.

Μοίρας autem, id est, oppidorum gradus adjici non curavi, quod eas nec Topographus noster, nec Geographus, nec Abrah. Ortelius in suo Thesauro Geographico apposuerint. Ac cum viderem, interpretes Latinos ut Græcismum exprimant, uti aliquando præpositione in nominibus oppidorum propriis, præter Latinorum consuetudinem, id etiam aliquando feci, sed plerumque, ne à Latinis deficerem, & ut Græcis satisfacerem per appositionem addidi vel oppidum, vel civitatem.

Ingenue fateor me timuisse, ne crambe repetita, vel fastidium doctis parerem, vel stomachum moverem, si casu aliquo in meas inciderent elucubrationes, in queis conscribendis tot annos impendi, quot in Jalyso pingendo Protogenes ἐξεδέλεσε, ac etsi pro tanto labore eis gratia illa non inest, quam Græci Charita *vocant, quia subsecivis horis eas perficiebam, tamen non indignas existimo; ut per transennam saltem à philologis & philanagnostis legantur.*

His insuper accessit commentariolus auctorum, quos ad testimonium vocat Stephanus, in quo de singulorum vita & scriptis breviter ago, atque obiter in Timotheus Milesius *de Analogia Arithmetica, & intervallis circa Musicam, de quibus nemo huc usque tali Methodo & claritate egit, καὶ ποός γε tanquam Mantissæ loco apposui ejusdem Stephani fragmentum, quod primus vulgavit* Samuel Tennulius, *ac deinde* Abrahamus Berkelius, *uterque & eruditione & scriptis γνώριμος. Ego quoque ipsi vestem Latinam indui notis intertextam, ex & οἰκείᾳ ἐργασηρίᾳ, ne si quis repetitum venerit, tanquam Venusini vatis cornicula, furtivis nudata coloribus risum moveret.*

Has meas παρεκβολὰς mihi etiam, non modo aliis composui. Nolui enim imitari eos, qui odorem gerunt alienæ voluptati, ipsi non sentiunt (expertus refero adolescentiæ ineptias) quæ quamvis nec lucernam oleant, nec morsos sapiant ungues, tamen mihi bene olent, mihi nescio quid dulce sapiunt, ex eis majorem, quam ex Venere voluptatem percipio, non vides quam blanda conciliatrix, & quasi sui sit lena natura, ne mihi Philautiæ crimen objicias, culpam deprecor sub patrocinio Catulli, ad Varum epigr. 22.

Nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Possis. Suus cuique attributus est error,
Sed non videmus manticæ quid in tergo est.

Quod si nihil meum laudaveris, tuam unà cum Joanne Owenio *Epigrammatum lib. 1. epigrammate 2. reprehendam invidiam:*

Qui legis ista tuam reprehendo: si mea laudas
Omnia stultitiam: si nihil, invidiam.

Jam pene memoria exciderat Cl. Salmasium plus sexcentis locis restituisse Stephanum, ut legitur in Notis ad Fragmenta ex Ctesiæ Persicis in Δυρβαῖοι, quæ nunquam publici juris facta sunt, sed majorem eorum partem existimo per ejus opera veluti flores sparsos reperiri, ex quibus multos delibavi, adversus quæ nihil habuit dicere Kerkoëtius ille, qui hujus eruditissimi viri errores luci publicæ prostituit, meos ego arbitrio τῶν παιδευόντων permitto, quorum januæ semper fasces submisi, non Philosophastris, quos si loquentes audieris, Dodonæos lebetes pulsari credes, qui Philosophiam disci non posse existimant, nisi Compluti, ubi ipsi loquacitati potius, quam Philosophiæ pœnitendam operam navarunt, ac cò audaciæ devenerunt, ut homines doctos, qui veterum libris impalleſcunt, quos ipsi nec de facie nôrunt, nec auditu cognitos habent, in contemptum Grammaticos *appellent.*

Næ deploranda esset doctorum hominum conditio, si operum suorum censores haberent hujusmodi Aristarchos, seu potius hoc genus homines, quos insigniter vetcres, testante Aul. Gellio locutulejos, & blaterones, & linguaces dixerunt, qui cum nihil ex scholis, nisi argutiolas & sophismata quædam attulerint, tamen inter litterarum expertes atque ignaros mercatores de Numeris cum Pythagora, de Atomis cum Democrito, & Epicuro, de Ideis cum Platone, de Entelechia cum Aristotele decertabunt, plurima ex diphthera Jovis de-

pro-

promentes, quæ ſtolidi non ſolum admirantur, ſed etiam amant, nec unquam ineptire deſinunt, niſi eis accidat, quod Citharœdo apud Jaſſios, cujus lepidam hiſtoriam narrat Geographus lib. 14.

Aliqui ex eruditorum collegio tum in Batavia, atque Anglia, cum in Italia, atque Gallia hoc opus meditabantur, qui nec calcar mihi addiderunt, nec timorem incuſſerunt, quo ab inſtituto meo deſiſterem, cum prius mihi veniam dediſſent Conſules Romani, Archontes Athenienſes, Sophetim Phœnicii, quorum ſine venia hoc Opus aggredi temeritatis erat; ſed hanc quadrigam pariter non agitamus, nec eodem animo ad eaſdem metas currimus. Illi enim decertant curſu me prævertere conantes, ut inde ſibi Idumæas palmas referant, & capiti ſuo per Stephanum τῷ στεφάνῳ imponant, nec invideo; ego verò ut τῷ Στεφάνῳ τὸ στέφανον imponam, & per Stephanum mihi cenotaphium ſeu honorarium tumulum excitem, cujus ἐπιγραφὴ erit, non ſicut illa quam Anchialæ Mauſoleo ſuo inſcripſit ὁ Ἀναχωδαφόξεως παῖς ſed hujuſmodi:

ADVORTITE. MORTALES
HIC. JACET
THOMAS. DE. PINEDO. LUSITANUS
QUI. PRIMUM. ORIENTEM. SOLEM. VIDIT
IN. LUSITANIÆ. OPPIDO. TRANCOZO
ORTUS
EX. NOBILI. ILLIUS. REGNI. FAMILIA
PATERNA. PINHEIRA
MATERNA. FONSECA
MADRITI. PENES. PATRUUM. EDUCATUS
LITERIS. APUD. JESUITAS. OPERAM. DEDIT
DOMO. PROFUGUS
NULLIUS. CRIMINIS. AT. INVIDIÆ. REUS
HAS. ORAS. APPULIT
ANTEQUAM. ABIRET. AD. PLURES
IN. SUI. MEMORIAM
HOC. CENOTAPHIUM. PER. STEPHANUM. SIBI. EXCITAVIT
ID. VOLEBAT. VOS. SCIRE

VALETE.

ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΠΕΡΙ

ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΔΗΜΩΝ.

STEPHANI BYZANTII

DE

URBIBUS ET POPULIS.

Ἄβαι [1], πόλις Φωκικὴ, ἀπὸ Ἀβάντος ἐνικῆς τῆς Ἄβης. Κέκληται δὲ ἀπὸ ἥρωος Ἄβα. Ἡρωδιανὸς δέ φησιν, ὅτι τὸ Ἄβας, ὅτε ἔθνος σημαίνῃ, περιττοσυλλάβως κλίνεται ἀεί. Ὅτε δέ ἐστι κύριον, καὶ ἰσοσυλλάβως, καὶ ἀνισοσυλλάβως. Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας. Ὡς οὖν ἀπὸ τῆς Ἀμύκλα Ἀμύκλαι, οὕτως Ἄβα Ἄβαι. [2] Λυκόφρων,

Ποθουῦντες Ἀμφισσάν τε, καὶ κλεινὰς Ἄβας.

Τὸ κλητικὸν, Ἀβαῖος, [3] καὶ τὸ ἐθνικόν. Μηδεὶς γὰρ περιττολογίαν ἡγείσθω τὴν προφορὰν τῶν ἐθνικῶν, διὰ τὸ ἀνόμοιον. Δέρβη γὰρ φρούριον Ἰσαυρίας· τὸ δὲ ἐθνικὸν, Δερβίτης καὶ Δερβαῖος, ὡς Σιδήτης, καὶ Πυλήτης, ὡς δειχθήσεται ἀπὸ τῆς Σί-

ABÆ, civitas Phocidis à nominativo singulari Abe. sic vero fuit vocata ab Heroë Aba. Herodianus inquit; Abas, quando gentem significat, imparisyllabice semper declinari, quando vero est nomen proprium, & parisyllabice, & imparisyllabice. Est etiam civitas Italiæ. Ut igitur ab Amycla, Amyclæ, sic ab Aba, Abæ. Lycophron:

Desiderantes Amphissamque, & inclytas Abas.

Hujus possessivum, & gentile est Abæus. Nemo enim judicet superfluum esse exponere gentilia nomina, propter dissimilitudinem. Derbe enim est præsidium Isauriæ, gentile vero est Derbites, & Derbæus, ut Sidites, & Pylites, ut ostendetur; ab Si-

1 Ἄβαι, πόλις Φωκικὴ.] Abæ numero plurali fuit civitas Phocidis, Phocis vero regio Græciæ juxta Parnassum, cujus descriptionem videsis apud Pausaniam in Phocicis. Fuere autem quatuor hujus nominis urbes, quarum trium meminit noster Auctor. Celeberrima erat Phocidis, secunda Italiæ, quam Cosmographus locat inter Volcos, Sænam, atque Saturniam, & *Ebam* vocat. Cluverio Italiæ antiquæ lib. 2. c. 3. videtur eadem, quæ apud Stephanum, tertia erat Cariæ, Stephano tantum, quod sciam, memorata: quarta Arabiæ, cujus meminit Diod. Sicul. lib. 32. Ecloga 1. ex Photii Bibliotheca. Cæterum Abæ vocatæ quoque fuere Abantia neutro plur. ut claret ex Hesychio, cujus sunt verba: Ἄβαντα (lege Ἀβάντα) πόλις παλαιόν Παρνάσσῳ, ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλλωνος i. e. *Abantia, urbs prope Parnassum, ubi templum Apollinis.* Oppidorum nomina passim apud scriptores inveniuntur masc. fœm. & neutro genere, & utroque numero, ut optime sciunt, qui in eorum lectione non sunt hospites. Abæ vero dictæ sunt, vel ab Abante quodam, vel quod in hanc urbem non ingrederetur peregrinus, ut testatur Lycophronis Scholiastes ad ejus carmen 1074. Ἄβαι ἢ ἀπὸ Ἄβαντός τινος, ἢ διὰ τὸ μὴ βαίνειν εἰς αὐτὴν ξένον.

2 Λυκόφρων.] Illud Lycophronis carmen invenitur in ejus Poematio, cui *Alexandra* nomen v. 1074. opus omnium Græcorum Poematum difficillimum.

3 Καὶ τὸ ἐθνικόν. Variæ sunt ethnicorum, seu gentilium terminationes apud Græcos, de quibus nunc agit Stephanus: omnibus utuntur Latini, sed quæ in ευς desinunt, vel Græca forma relinquunt, vel in *ensis* transferunt, ut Halicarnasseus, vel Halicarnassensis, de quorum formatione tractat adhuc in Βάτη & alibi sæpe.

Ξ Σίδη ϗ Πύλη. ὡς ϗ Ἄλβα, τὸ ἐθνικὸν Ἀλ-
βανὸς. ϗ Ἀλύβη, τὸ ᾧ ἐθνικὸν Ἀλυβαῖος,
ϗ Ἀλυβώδης. ἔ ϑηλυκὸν, Ἀλυβηΐς. ϗ Ἀ-
λυβηϊακὸν τὸ κτητικὸν, ὡς βασιλήϊος. ἀλλὰ
ϗ Ἄλυβες, ϗ Ἀρτάβη· ϗ Ἀρτάκη, Ἀρ-
τακῖος, οὐκ Ἀρτακαῖος. 4 αἱ ᾧ Ἄβαι, πόλις
Φωκάδων· 5 ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλλωνος. ἰὼ ᾧ τέ-
το μαντεῖον πρὸ ξ ἐν Δελφοῖς. ἔστι ᾧ ἄλλη
Ἄβα πόλις Καρίας, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν εἰκο-
στῷ βιβλίῳ. δώσατμ ϗ Ἀβεὺς τὸ ἐθνικὸν, ἀφ᾽
τὸ εἰθισμένον τοῖς Καρικοῖς τύπον, ὡς δείξομεν.

ab Side, & Pyle ut & Alba, cujus gentile, Albanus, & Alybe, cujus gentile, Alybæus, & Alybeus, cujus fœmininum eſt Alybeis, idis, & poſſeſſivum, Alybeius ut βασιλήϊος, *regius*, verum & Alybes quoque dicitur, & Artabe, & Artace, unde Artacius, non Artacæus. Abæ vero eſt urbs Phocenſium, ubi Apollinis templum. fuit autem hoc oraculum ante Delphicum. eſt vero alia Aba urbs Cariæ, ut Herodianus lib. 20. poteſt eſſe, & Abeus gentile, propter formam Caricis conſuetam, ut oſtendemus.

Ἀβακαῖνον 6, πόλις Σικελίας ἑ-
δετέρως

ABACÆNUM, urbs Siciliæ, neutrius

4 Αἱ ᾧ Ἄβαι πόλις Φωκάδων.] Vox Ἄβαι invenitur apud alios cum accentu in ultima, apud alios vero cum accentu in penultima, quin etiam & plurali, & ſingulari numero, eodem modo ac Thebæ, & Thebe, Juven. Sat. 15. v. 6.

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

5 Ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλλωνος.] Abis Phocidis erat Apollinis templum, & inſigne oraculum Delphico antiquius, quarum ſitus, auctore Geographo lib. 9. haud longe erat ab Helicone, & Marathone, non illo Atticæ Miltiadis victoria celebri, ſed Phocidis quoque oppidulo, quarum oraculi meminit Strabo libro citato, nec non Herodotus lib. 8. cujus ſunt verba, Καὶ Ἄβας· ἔνθα λίθῳ ἱρὸν Ἀπόλλωνος πολέσιον, ϑησαυροῖσί τε, ϗ ἀναθήμασι πολλοῖσι κεκοσμέατο μάλιστα, &c. id eſt, *Et Abas* (incenderant, loquitur de Perſis) *ubi erat delubrum Apollinis locuples, & theſauris, & donaris compluribus exornatum, in quo & tunc & nunc eſt oraculum, hoc delubrum poſteaquam diripuere, incenderunt.* Idem delubrum à Thebanis poſt Medos iterum combuſtum fuit, ut refert Pauſan. lib. 10. Perſas ut plerumque Pauſan. vocat Medos, ac notatu dignum eſt decreviſſe Græcos, templa à Perſis exuſta non eſſe reſtituenda, quo per omne tempus extarent inimicitiæ monumenta, quorum plurima ſua ætate, inquit ille, adhuc ſemiuſta videbantur. etenim cum inter omnes politicas gentes & inter omnes philoſophos conveniret Dis templa conſtruere, Perſæ nulla Deo conſtituebant, aſſerentes ſtultum eſſe, Deum, quem totus orbis capere non poſſet, domo velle includere. Quare cum bellum inferebant, quotquot inveniebant Deorum templa, igne ferroque vaſtabant. Ex philoſophis quoque Gargettius ille ſenex hoc fraudabat Deum honore, utpote, cujus Deus neque bene promeritis capi, neque ira tangi, neque moleſtiam aliis, neque ſibi faceſſere poterat, ocioſam prorſus vitam extra mundi partes agens, cui λογοθεωρήτῳ dicebatur, ſcilicet, quod ratione & mente tantum, non oculis concipi poterat; nihilominus tamen de pietate adverſus Deos libros ſcripſit. Utrumque teſtatur diſertiſſimus Romuli nepotum de Natura Deorum lib. 1. cujus libet apponere verba: *At etiam de ſanctitate, de pietate adverſus Deos, libros ſcripſit Epicurus, at quomodo in his loquitur? ut Coruncanum, aut Scævolam pontifices maximos te audire dicas, non eum, qui ſuſtulerit omnem funditus religionem, nec manibus, ut Xerxes, ſed rationibus Deorum immortalium templa, & aras everterit.* Idem Auctor de Legibus lib. 2. inquit: *Deorum delubra eſſe in urbibus cenſeo, nec ſequor Magos Perſarum, quibus auctoribus Xerxes inflammaſſe templa Græcorum dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent eſſe patentia, ac libera, quorumque hic mundus omnis templum eſſet, & domus.* Inter dogmata quoque Zenonis Cittiei apud Diog. Laërtium in ejus vita, unum erat, μήτε ἱερὰ, μήτε δικαστήρια, μήτε γυμνάσια ἐπὶ ταῖς πόλεσιν οἰκοδομεῖσϑαι, id eſt, *Nec templa, nec tribunalia, in urbibus ædificantor.* Qua de cauſa à Caſſio Sceptio apud eumdem Laërtium eodem loco merito accuſatur. Interpres Latinus illorum verborum ſenſum non percepit, ſiquidem vertit, *nec ſacra, nec judicia* pro *nec templa, nec tribunalia.* Sacra enim, & judicia non ædificantur, ſed templa & tribunalia; & urbs & oraculum memoratur Heſychio hiſce verbis: Ἄβαι πρὸς τῷ Φωκίδι τόπῳ, ἔ μαντεῖον Ἀπόλλωνος Σαβαίου, Σοφοκλῆς, id eſt *Abæ circa Phocidem locus, ubi Oraculum Apollinis Sabæi, Sophocles*, pro Sabæi, legendum Abæi. τὸ σ enim ex præcedenti dictione irrepſit. locus Sophoclis, quem ad teſtimonium vocat Heſychius invenitur in ejus OEdipo Tyranno hoc modo:

Οὐκέτ᾽ τὸν ἄβιχτον εἶμι
Γᾶς ἐπ᾽ ὀμφαλὸν σέβων
Οὐδ᾽ εἰς τὸν Ἀβαῖσι ναόν.

Non ad ſanctum poſthac eo
Terræ umbilicum venerans
Nec ad templum, quod eſt Abis.

Notari debet, quod eodem modo dicitur apud Græcos ναὸς, ſeu νεὼς, i.e. *templum* ἀπὸ τοῦ ναίειν, i.e. *ab habitando*, quoniam in eo Dii videbantur habitare, ac apud Hebræos בית baith, i. e. *domus*, Iſa. c. 56. v. 7. &c. ביתי בית תפילה, &c. i. e. *Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus populis.* Etſi non idem obſervant etymon. Athenæus quoque lib. 15. hujus oraculi meminit, apud quem perperam ſcribitur εἰς Ὕβλαν, i. e. in *Hyblam*, pro εἰς Ἄβαν, i. e. in *Abam*. in Hybla enim nullum legitur fuiſſe oraculum, ut annotavit Caſaubonus in eundem Athenæum lib. 15. c. 4. in illis vero Sophoclis carminibus *terræ umbilicus* dicitur oraculum Delphicum, quod in medio totius Græciæ eſſet, ut refert Strabo lib. 9. Cæterum oracula, quorum celeberrima, Abæum, de quo nunc eſt ſermo, Delphicum, Dodonæum, & libri Sibyllini, quos ethnici majori, quam nos veneratione ſacros, proſequebantur, fuere ex præcipuis ethnicæ religionis fundamentis, etſi ficulneis. Dies enim σοφωτάτοις μάντεσι teſtantur nihil aliud fuiſſe niſi meras Græcorum impoſturas, ſeu mavis *pias fraudes* vocare, quæ jam ante Chriſti nativitatem defierant, quod ignorant Reipublicæ literariæ proletarii, qui chronologiam non curant, at his relictis, ne quis nobis dicat ἀδὲν πρὸς Διόνυσον, ad Stephanum revertamur.

6 Ἀβακαῖνον.] Urbs Siciliæ, cujus inter alios meminit Coſmographus lib. 3. cap. 4. cui Abacæna plurativo numero dicitur. Frequenter enim Scriptores oppidorum nomina & ſing. & plur. num. & maſcul. & fœm. & neut. genere uſurpant, cujus rei locuples eſt teſtis Geographus lib. 9. in Bœotia. Fuiſſe olim Abacænum urbem Siciliæ nobilem, cujus nunc nedum veſtigia apparent, conſtat ex Diod. Siculi lib. 19. quandoquidem Agathocles cum ad eam divertiſſet, plures XL ejus cives, quod ei adverſarentur, jugulavit. Quod fuit in cauſa, ut Abacænini ad Amilcarem deficerent, ut eodem libro tradit idem Auctor. nimia enim crudelitas potius exacerbat ſubditos, atque ad jugum excutiendum excitat quam obedientes retinet, ut quotidie experiuntur reges. Verba Diodori ſunt: Ὁ δ᾽ Ἀγαθοκλῆς παρελθὼν εἰς Ἀβάκαινον πόλιν σύμμαχον, τὰς δυνάμεις ἀλλοτρίως ἔχειν πρὸς αὐτὸν ἀπέφαξεν ὅλους πλείους τῶν τεσσαράκοντα, &c. id eſt, *Agathocles vero Abacænum urbem ſocietate conjunctam divertens, plures* XL *adverſari ipſi viſos jugulavit.* Hujus urbis etymon deducit Sam. Bochartus Partis 2 Geograph. Sacræ lib. 1. c. 27. à radice Hebræa אבך *abac*, quod ſemel tantum in SS. apud Iſ. c. 9. v. 18. invenitur in ſignificatione elevandi, ficulneo motus argumento, quod Cluv. ex Fazello & Bonfilio prope Tripim oppidum ruinas cujuſdam magnæ urbis extare teſtatur, atque has Abacæni urbis cineres ſeu veſtigia eſſe ſuſpicatur. Nimis profecto violenta ſunt hujuſmodi etyma, in quibus præter modum Bochartus luxuriat, ac præcipue cum non conſtet hanc urbem à Carthaginenſibus ſeu Phœnicibus conditam fuiſſe, ejus incolæ dicebantur Abacænini, ut Acragantini, Leontini, ethnica Siculis valde uſitata.

7 Τερπ-

δετέρως, καὶ παροξυτόνως, καὶ ἡ ωδὴ διὰ μακρᾶς A
διὰ διφθόγγου, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τρισκαι-
δεκάτῳ περὶ ἐτερῶν. λέγει δ' εἶναι πόλιν
Καρικὴν, ἣν οὐρεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν. Σικε-
λῶν δέ μοιρά τις ἐστί. τὸ ἐθνικὸν Ἀβακαινῖνος,
ὡς Ἀκραγαντῖνος, ὁ οὐκ ἀηθὴς Σικελῶν, B
Μεσσαπωντῖνος, Λεοντῖνος, Βρεντεσῖνος, [7] Τε-
ρεντῖνος, Ἀρρητῖνος, Ἀστωρῖνος, Ἐρυκῖνος.

ΑΒΑΝΤΙΣ [8], ἡ Εὔβοια. [9] Ὡς Ἡσίο-
δος ἐν Αἰγι.... δευτέρῳ περὶ Ἰδῶν

—— Νήσῳ ἐν Ἀβαντίδι δίῃ, C
Τὴν πρὶν Ἀβαντίδα κικλήσκον θεοὶ αἰὲν
ἐόντες,
Τὴν τότ' ἐπώνυμον Εὔβοιαν βοὸς ὠνόμα-
σεν Ζεύς.

[10] ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἄβαντος τοῦ Ἀργείου, ἢ τοῦ D
υἱοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀρεθούσης, ὡς Ἀριστοκρά-
της. τὸ ἐθνικὸν ὁμωνυμεῖ τῷ ἥρωϊ, ὡς Ἴων,
Θεσσαλὸς, Ἀχαιὸς, Τρὼς, Δαναὸς, Λο-
κρὸς. Τὸ δὲ Τεῦκρος διήλλαξεν· ὀξυτόνου γάρ.
[11] Τὸ κτητικὸν, Ἀβάντειος, ἢ τοῦ κυρίου, ἢ τοῦ E
Ἀβάντων, ἀπό τόπου τινὸς Ἀβαντίου, ὡς τὸ
Βυζαντίου, ἀλλ' ὡς Θόας Θοάντειος. Τὸ δὲ
Ὑάντιος ἐθνικὸν, συνέστειλεν [12] Ἀπολλώνιος
ἐν τῷ,

—— Ὑαντίου Ὀγχηστοῖο. F

[13] Ἢ παρὰ λόγον, ὡς

—— Ποιάντιον ἀγλαὸν υἱόν.

δοκεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀβάντιος εἶναι τὸ Ἀβαν-
τιὰς, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἑλικώνιος Ἑλικωνιὰς, Ὀ-
λύμπιος Ὀλυμπιὰς, Δήλιος Δηλιάς. τὸ G
δὲ Λβαντὶς, ἀπὸ τῆς Ἀβάντιος γενικῆς, ὡς
Ἑλικωνὶς τῆς Ἑλικῶνος, Βίσσων Βισσωνὶς, Αὔ-
σων Αὐσονίς. Ἴσως δὲ καὶ τὸ Ἀβαντιὰς, ἀπὸ
τοῦ Ἀβαν-

trius generis, & cum accentu acuto in penultima, ac per diphthongum, ut Herodianus decimo tertio de nominibus neutris. Inquit verò urbem esse Cariæ, quam invenire non potuimus: Siculorum vero portio quædam est. Gentile, Abacæninus, ut Acragantinus, quod non est insolens Siculis, ut Metapontinus, Leontinus, Brentesinus, Terentinus, Arrhetinus, Assorinus, Erycinus.

ABANTIS, Eubœa; ut Hesiodus in Ægi.... secund. de Ius raptu:

—— *Insula in Abantide divina*
Quam prius Abantidem vocabant Dii semper existentes,
Hanc nunc Eubœam à nomine bovis vocavit Iupiter.

Sic vero fuit vocata ab Abante Argivo, vel ab Abante filio Neptuni, & Arethusæ, ut Aristocrates. Gentile simile habet nomen cum Heroë, ut Ion, Thessalus, Achæus, Tros, Danaus, Locrus. Teucrus vero ab his differt. Habet enim acutum tonum. Possessivum, Abantius tam de nomine proprio, quam de gente dictum, non de loco aliquo Abantio ut Byzantio, sed ut à Thoas, Thoantius. Gentile, Hyantius, corripuit Apollonius in hoc hemistichio:

—— *Hyantii Oncheſti.*

vel præter rationem, ut

—— *Pœantium illustrem filium.*

Videtur vero ab Abantius, esse Abantias, adis, ut ab Heliconius, Heliconias, Olympius, Olympias, adis, Delius, Delias. Abantis vero formatur à genitivo Abantos, ut Heliconis, ab Heliconos, ex Bistonos, Bistonis, ex Ausonos, Ausonis. Forsan etiam Abantias ab Aban-

7 Τιρεντῖνος.] Lege Ταραντῖνος. Sic enim legitur apud nostrum auctorem in Τάρας.

8 Ἄβαντις, ἡ Εὔβοια.] Abantis, seu Abantias vocata fuit Eubœa, quod in ea Abantes ἐκ ἐλαχίστη μοίρᾳ, i. e. *non minima portio* fuerint, ut inquit Herodot. lib. 1. Notat Eust. ad Iliad. 2. v. 138. Homerum, cum Eubœam noverit, ac eam sæpius hoc nomine vocaverit, tamen nunquam ejus incolas Εὐβοιεῖς, i. e. *Eubœenses*, sed semper *Abantes* appellasse, eodem etiam modo, cum Trojam sæpe Ilion appellet, ejus incolas nunquam Ἰλιεῖς, i. e. *Ilienses*, sed semper Τρῶας, i. e. *Troës* vocasse. Mea quidem sententia id fecit poëtarum parens, quod famosius nomen erat Τρῶες & Ἀβαντες, quam Ἰλιεῖς & Εὐβοιεῖς, i. e. *Ilienses* & *Eubœenses*, iidem Abantes ab eodem eadem Il. v. 542. vocantur ὄπιθεν κομόωντες, i. e. *retro comati*, quoniam in posteriore capitis parte comam nutriebant. Sic enim melius poterant cum hostibus manus conserere; & ob eandem causam legimus Alexandrum Magnum jussisse milites radi. Nam cum συμπλέκεσθαι, si in anteriore capitis parte comam gerant, facile ab hostibus impediri possunt.

9 Ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγι....] Citat noster Auctor Hesiodum ex opere, quod non extat inter ejus opera, nec ejus fit mentio à Suida, Vossio de poëtis Græcis, Lil. Gyraldo, Pausania lib. 9. qui Hesiodi opera recensent; tamen ex Athenæi libro undecimo discimus illud opus fuisse Ægimion vocatum, cujus Auctor fuit vel Hesiodus vel Cercops Milesius, quare pro ἐν Αἰγι.... legendum ἐν Αἰγιμίῳ.

10 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἄβαντος.] Nomen adeptam fuisse Eubœam ab Abante heroë, inquit, scilicet, quoniam Abantis dicebatur, ut & incola Abas eodem nomine, ac heros Abas, à quo regio & gens nomen accepit.

11 Τὸ κτητικὸν, Ἀβάντειος.] Possess. Abantius per ει formari inquit ac ideo semper produci innuit, ex qua regula excipitur Ὑάντιος apud Apollonium Rhodium & Ποιάντιος apud Homerum.

12 Ἀπολλώνιος ἐν τῷ.] Lege Ἀπολλώνιος ἐν τῷ γ'. id est, *Apollonius lib.* 3. Apud Apollonium enim Argonauticorum lib. 3. v. 1241. invenitur hemistichium illud, ubi loquitur de Neptuno, cui sacra erat urbs Bœotiæ Oncheſtus, de qua suo loco agemus. Integrum appono carmen,

—— —— ἢ ὄγε Λέρνης
Ὑδωρ, ἢ καὶ ἄλσος Ὑαντίου Ὀγχηστοῖο
—— —— *aut ille ad Lernæ*
Aquam, aut ad lucum Hyantii Oncheſti.

13 Ἢ παρὰ λόγον ὡς.] Hemistichium illud, quod ex innominato poëta affert, invenitur apud Mœonium vatem Odyss. 3. v. 190. cujus integer versus est

Εὖ γ' φιλοκτήτην Ποιάντιον ἀγλαὸν υἱόν.
Bene autem Philoctetem Pœantium illustrem filium.

ad quem locum Eust. Τὸ γ' Ποιάντιον διὰ διφθόγγου ὀφεῖλον γεγράφθαι, ὡς κτητικὸν, ἀποβαλὸν ἐπιθετικῶς τὸ ε διὰ μέτρον, *Pœantium vero, cum deberet per diphthongum scribi, ut possessivum, abjecit epsilon propter metrum.*

Ἐξ Ἀβαντὶς παρήχθη, [14] ὡς ἀπὸ Ἐξ Λέσβος, Λεσβὶς, Λεσβιὰς, [15] Ἀχαιὶς, Ἀχαιιάς.

—— Ἀχαιιάδων εὐπέπλων.

μαρτυρεῖ ἡ τῷ πρεσβέρῳ λόγῳ ἀπὸ Ἐξ Ἀβάντιος· Ἀβαντιὰς, τὸ Ἀβαντία ἡλυκόν· [16] ὅπερ κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν τοῦ β εἰς μ, Ἀμαντία ἐκλήθη ὕστερον Ἀντιγόνου ἐν Μακεδονικῇ περιηγήσει. [17] Καλλίμαχος ἡ Ἀμαντίνῃ, ὡς Λεοντίνῃ, αὐτὴν ἔφη·

Καὶ Ἀμαντίνην ᾤκησαν ὠρικίην.

ΑΒΑΡΝΟΣ [18], πόλις καὶ χώρα ἄκρα τῆς Παρεμανῆς. [19] Ἡρόδοτος ἡ ἐν τετάρτῃ φησὶν, ὅτι Ἀβαρνὶς λέγεται· ἀλλὰ καὶ εἰς ος. Ἀβαρνεῖς, οὐ καλοικοῦντας· ὡς ἀπὸ τοῦ Ἄψυρτος, Ἀψυρτεῖς, Κάμιρος, Καμιρεῖς, Ἅλος Ἁλιεῖς, Τέλμισσος, Τελμισσεῖς, περὶ ὧν εἰρήκεται. Τὸ δὲ Ἀβαρνὶς, δύνασθαι ἔχειν τοιοῦτο ἐθνικόν. [20] Τὰ γὰρ εἰς η, φιλοῦντα τὸν ιτης τρόπον· ὡς Μέμφη, Μεμφίτης. Τὸ δὲ Μακρεὼς, καὶ Χαλκιὼς, καὶ Χαλκιδεὺς, ἀπὸ γενικῆς προσῆλθον. Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Ἀσίας περιηγήσει, Λαμψάκου ἄκρον εἶναί φησιν. Ἔφορος δὲ ἐν τῇ πέμπτῃ, λέγει κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἐν Φωκίδι Ἀβαρνίδος, ὑπὸ Φωκέων τῶν Λαμψακηνὸν κτιζόντων. [21] Ἀπολλώνιος,

Περκώτην δ' ὀπὶ τῇ, καὶ Ἀβαρνίδος ἠμαθόεσσαν ἠιόνα. —

[22] τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς ὑπομνηματίζων ἱστορεῖ, τὸν Ἀφροδίτην ἀμορφον ἐν Λαμψάκῳ τεκεῖν τὸν Πρίαπον ἀπαρνησαμένην, καὶ τὴν χώραν Ἀπιρνίδα καλέσαι, ἢ καὶ Ἀβαφορίαν καὶ Ἀβαρνὶς καλεῖται. Ἔστι δὲ καὶ πόλις, καὶ χώρα, καὶ ἄκρα. Εὑρηται καὶ Ἅρπη δ' ω, Ἄβαρπις, ὡς Ἀρτεμιδώρῳ

Abantis deductum eſt, ut ab Lesbus, Lesbis, Lesbias, Achæis, Achæias.

—— *Achæiadum pulchrum habentium peplum.*

Priori vero rationi aſſentitur ab Abantius, Abantias, adis, & fœmi. Abantia, quæ per barbaricam verſionem b. in m. Amantia vocata fuit ab Antigono in deſcriptione Macedoniæ. Callimachus vero Amantinam, ut Leontinam eam vocat.

Et Amantinam habitavere Oriciam.

ABARNUS, urbs, regio, promontorium Parianæ. Herodotus vero lib. quarto inquit, quod Abarnis dicitur; verum etiam Abarnus invenitur. Abarnenſes, vocantur incolæ: ut ab Apſyrtus, Apſyrtenſes, Camirus, Camirenſes, Halos, Halienſes, Telmiſſius, Telmiſſenſes, de quibus dicetur. Abarnis vero non poteſt habere hujusmodi gentile: quæ in η deſinunt, ιτης terminatione gaudent, ut Μεμφη, Μεμφίτης, Memphe, Memphites, Macrieus vero, & Chalcieus, & Chalcideus à genitivo proveniunt. Hecatæ. Mileſius in Aſiæ deſcriptione Abarnum ait eſſe Lampſaci promontorium, atqui Ephorus lib. quinto teſtatur hanc vocatam fuiſſe ab Abarnide Phocidis, à Phocenſibus, qui Lampſacum condidere. Apollonius:

Percotam vero inde, & Abarnidis arenoſum Littus.

Hoc Sophocles explicans refert, Venerem cum Lampſaci Priapum deformem peperiſſet, id negaſſe, atque regionem Aparnidem vocaviſſe, quæ corruptè *Abarnis* etiam vocatur. eſt vero civitas, regio, & promontorium. Reperitur etiam Abarpis per p. ut apud Artemidorum

14 Ὡς ἀπὸ τοῦ Λέσβος, Λεσβὶς, Λεσβιὰς.] Non ſibi conſtat in formatione nominis Abantis & Abantias. prius à genitivo Ἀβάντιος format Abantias, & à genitivo Ἄβαντος deducit Abantis. Deinde inquit: quemadmodum à Lesbos, Lesbis, Lesbias, ſic etiam poſſe dici Abantis, Abantias.

15 Ἀχαὶς, Ἀχαιὰς.] Eodem modo innuit dici Achæis, Achæias, ac Abantis, Abantias. Illud hemiſtichium quod affert ex innominato poëta, invenitur apud Homerum Il. 5. v. 424. cujus integer verſus:

Τῶν τινα κηρόεσσα Ἀχαιϊάδων εὐπέπλων.
Earum aliquam demulcens Achæiadum pulchris peplis indutarum.

16 Ὅπερ κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν, &c.] Inquit Abantiam per barbarum verſionem τοῦ β in μ. Amantiam quoque vocari, non videtur fuiſſe barbara hæc mutatio; quandoquidem ab Antigono in Periegeſi Macedonica & à Callimacho, cujus mox affert verſiculum ſic vocata fuit. quin etiam apud Etymologici mag. Auct. Amantes, condidere Eubœam, unde Abantes vocati fuere, quod teſtatur in Ἄμαντες.

17 Καλλίμαχος ἡ Ἀμαντίνῃ.] In verſiculo illo Callimachi pro ᾤκησαν, i. e. *habitarunt*, legit Salmaſ. in Plin. exercit. in Sol. fol. 378. B. ᾠκισαν, i. e. *condiderunt*.

18 Ἄβαρνος, πόλις, καὶ χώρα ἄκρα τῆς Παρεμάνης.] In his verbis, pro καὶ χώρα ἄκρα lege ex eodem Stephano infra in eadem dictione, καὶ χώρα, καὶ ἄκρα, i. e. *& regio & promontorium*, ergo juxta noſtrum Auctorem Abarnus fuit urbs, & regio, & promontorium Parianæ. Pariana vero ſeu Pariane fuit regio Helleſponti, ſic denominata ab urbe Parion, cujus ſuo loco meminit epitomator noſter, Plinius lib. 14. c. 11. Parianam coloniam memorat, ſcilicet ab eadem urbe, quam Adraſtiam ab Homero vocari refert lib. 6. c. 32. Homerus vero Adraſtiam celebrat Iliad. 2. v. 828. omnes autem, qui ab Abydo ad Adraſtiam uſque habitabant, erant Troës, teſte Strabone lib. 13. atqui Pariani erant ejuſdem regionis circa Helleſpontum, ut tradit Pauſanias lib. 9.

19 Ἡρόδοτος ἡ ἐν τετάρτῃ φησὶν.] Falſo citat Herodot. ex ejus libro quarto, apud quem nulla fit Abarnidis urbis mentio.

20 Τὰ γὰρ εἰς η, φιλοῦντα τὸν ιτης τρόπον.] Hæc verba ſunt corrupta; ratio clamat, ſic eſſe legenda, Τὰ γὰρ εἰς ις φιλοῦντα τὸν ιτης τρόπον, ὡς Μέμφις, Μεμφίτης, i. e. *Quæ enim in is deſinunt, gaudent ites forma, ut Memphis, Memphites.* Præcedit enim τὸ ἡ Ἄβαρις de cujus ethnico quærit, quæ lectio etiam confirmatur ex eodem Stephano in Μέμφις.

21 Ἀπολλώνιος.] Verſiculus ille Apollonii Rhodii invenitur apud eum Argonautic. lib. 1. v. 932.

22 Τοῦτο ἡ Σοφοκλῆς.] De hujus urbis fabuloſo etymo, quod ex Sophocle affert epitomator noſter, diffuſe admodum agit Apollonii Scholiaſtes ad carmen lib. 1. v. 932. in præcedenti nota citatum. Nobis non placet in putidis Græcorum fabulis immorari, quibus hiſtoriæ cordi ſunt. Sophocles ille fuit unus ex tribus Apollonii Rhodii Scholiaſtis ex quibus concinnata fuere Scholia illa, quæ extant in hunc poëtam: hi vero fuere Lucillus Tarrheus, Sophocles & Theo, Auctore Anonymo quodam Græco ad Apollonii opus addito, de quo videſis Tractatum noſtrum Auctorum, quos ad teſtimonium vocat Stephanus.

23. Ἄβα-

δώρῳ τῷ γεωγράφῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβαρναῖος. Καὶ θηλυκὸν, Ἀβαρναία.

dorum geographum. Gentile, Abarnæus fœmin. Abarnæa.

Ἀβασηνοὶ[23], ἔθνος Ἀραβίας. Οὐρανίου ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ· μετὰ τοὺς Σαβαίους, Χατραμῶται καὶ Ἀβασηνοί· καὶ πάλιν[24] ἡ χώρη τῶν Ἀβασηνῶν σμύρναν φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα, καὶ κέρπαθον·[25] γεωργοῦσι δὲ καὶ πορφυρῶν πόαν εἰκέλαν αἵματι Τυρίῃ κοχλίου· ὁ τύπος ὀξύς, καὶ ὑπιχώριος τοῖς Ἄραψιν· ὡς Μηδαβηνοὶ, Ὀβοδηνοὶ,[26] Ἀδρηνοί· ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἀσιανοῖς ἅπασιν, ὡς Ἀπολλώνιος ὁ τεχνικὸς ἐν τῷ περὶ παρωνύμων φησί, δι' ἔθος εἰσὶ τούτοις τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀσίας καλοικοῦσιν, ἀλλότρια τῶν Εὐρωπαίων. Οὐ γὰρ ἀπὸ πόλεως, ἢ δήμου, καὶ τὸν ὠνόμασεν ὁ τύπος.

ABASENI, gens Arabiæ. Uranius Arabicorum lib. tertio, *Post Sabæos, Chatramotæ, & Abaſeni*, & rurſus: *Regio Abaſenorum myrrham fert, & Oſſon, & Thymiama & Cerpathon:* excolunt verò & purpuram herbam ſimilem ſanguini Tyriæ conchæ. Forma nominis cum accentu acuto Arabibus conſueta, ut Medabeni, Obodeni, Adrieni, nec non Aſiaticis omnibus, ut Apollonius Technicus libro de denominativis inquit: *Hæc verò de more habent, qui in Aſia habitant*, apud Europæos verò diverſo modo ſe habent. Non enim à civitate, vel populo, juxta hanc nominantur formam.

Ἄβδηρα[27], πόλεις δύο, ἡ μὲν Θρᾴκης,[28] ἀπὸ Ἀβδηρίτου τοῦ ὑὸς Ἡρέμου, Ἡρακλέους ἐρωμένου, ὃν αἱ Διομήδους ἵπποι διεσπάσαντο, ὡς Ἑλλάνικος καὶ ἄλλοι φασίν.[29] Ἐκ ταύτης γὰρ καὶ Δημόκριτος ἐστὶν ὁ φιλόσοφος. ἡ δὲ

ABDERA, Urbes duæ, prima quidem Thraciæ ab Abderita filio Erimi, Herculis amaſio, quem Diomedis equæ diſtraxere, ut Hellanicus, & alii dicunt, ex qua Democritus Philoſophus eſt. Se-

23 Ἀβασηνοὶ.] Populi Arabiæ ſunt Abaſeni, forſitan ipſiſſimi, qui nunc *Abaſini* dicuntur, ſi aliquid valet nominum ſimilitudo, de quibus eſt altum apud alios ſilentium.

24 Ἡ χώρη τῶν Ἀβασηνῶν σμύρναν φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα, καὶ κέρπαθον.] Abaſinorum regio ferebat myrrham, oſſon, thymiama, cerpathon, quatuor aromatum ſpecies, quorum oſſon eſt incognitum, reliqua ſunt nota. Myrrha enim, quæ Græcis σμύρνη dicitur, eſt nomen corruptum, ſeu deflexum ab Hebræo מר *mor*. Sic enim apud Hebræos myrrha dicebatur, ut patet ex Exodo c. 30. v. 23. & ex aliis SS. locis. Cerpathon verò vel Arabes à Græcis, vel Græci ab Arabibus accepere. Apud Herodotum enim lib. 3. hæc leguntur: Τὰ δὲ κάρφεα ταῦτα, ἃ ἡμεῖς λέγομεν Φοίνικας μαθόντες κελεύμβην κινάμωμον, i.e. *Hæc Carphea, i.e. feſtucas iſtas, quas nos à Phœnicibus edocti* Cinnamomon *vocamus*. Kerphah vero apud Perſas, & Arabes ſignificat Cinnamomon ſylveſtre, quod teſtatur Teixeira oculatus teſtis in ſuis Relationibus Regum Perſarum c. 35. cujus appono verba: *Llamanle [a la canela] Perſios, y Arabes a la de Seylan* dar chiny Seylany, *que es palo de los Chins de Seylan, porque los Chins la trahian de Seylan a Harmuzo, Keis, y a la Perſia, quando navegavan aquel mar, y tenian aquel comercio, a la canela del mato llaman con eſta palabra* Kerfah. Quod etiam confirmat Schindlerus in ſuo lexico pentaglotto in radice קרף *Karaph* cujus ſunt verba, קרפה אלדאר ציני *Karphah aldar tſini, cortex exterior arboris tſini*, id eſt Chinenſis. Sic enim Arabibus dicitur, quæ vulgo *canela*, quia Chinenſes, ſeu Sinenſes eam aſportabant, ut inquit Teixeira; thymiama verò κατ' ἐξοχὴν dicitur thus, quod recentioris Latinitatis Auctores *incenſum* vocant, ut inquit Salmaſ. in Solin. fol. 500. thus autem deducitur à verbo Græco θύω, i.e. *ſacrifico*. Antiquitus enim ſolis odoribus accenſis Dii propitiabantur, ac poſtea ubi victimæ mactari cœperunt, id abuſivè de victimis uſurpatum eſt, quod teſtatur idem Auctor in Solinum fol. 951. nunc ſacrificiis cruentis abolitis à religione Chriſtiana, incenſum relictum eſt; de oſſo vero mihi incognito, vide Bochartum Geographiæ Sacræ lib. 2. c. 18. Fuere etiam aliæ aromatum ſpecies incognitæ nobis, quas affert Arrhianus in Periplo maris Erythræi.

25 Γεωργοῦσι δὲ πορφυρῶν πόαν εἰκέλαν, &c.] Si mei fori æquè, atque meæ ſpontis res foret, pro πορφυρῶν πόαν, i. e. *purpuram herbam*, legerem πορφυρέην πόαν, i. e. *purpuream herbam*. Iones enim, quorum dialecto ſcripſit Uranius, omnes orationis partes incontractas uſurpant. Purpura verò non erat herba, ſed cruor ex Tyriis conchyliis; at purpura fiebat etiam alibi ex herbis. De hac purpuræ ſpecie loquitur Stephanus, quam in agris colebant Abaſeni ſimilem Tyriæ purpuræ ſeu ſanguini Tyriæ conchæ, ut loquitur epitomator noſter, apud quem etiam pro Τυρίῃ κοχλίου lege Τυρίῃ κοχλίου. Hæc enim ſunt verba Uranii; cujuſmodi genitivi non infrequenter inveniuntur apud Herodotum.

26 Ἀδρηνοί.] Legendum Ἀδραηνοὶ ex ipſo Stephano in Ἄδραα.

27 Ἄβδηρα.] Duas hujus nominis urbes memorat, primam Thraciæ, ſecundam Iberiæ. Abdera Thraciæ dicitur neutro plurali, ut Phalera, Cythera, Gadira, Hieroſolyma, & alia hujuſmodi ſexcenta, illam Tei, relicta patria, quam ceperat Arpagus Perſarum dux, condidere, auctore Herodoto lib. 1. cujus appono verba: Ἐσβαίνες πάντες ἐς τὰ πλοῖα οἰκηίῃ πλεούσῃ ἐπὶ τὴν Θρηικίην, καὶ ἐνθαῦτα ἔκτισαν πόλιν Ἄβδηρα, &c. id eſt: *Omnes* (loquitur de Teis) *conſcenſis navibus trajecerunt in Thraciam, ibidemque urbem Abderæ condidere, cujus prior fundamenta jecerat Clazomenius Timaſius, qui nullo propterea emolumento accepto à Teis expulſus fuit, nunc tamen colitur, ut Heros Abderis ab ipſis Teis.* Fuiſſe verò urbem potentiſſimam, & maritimam conſtat ex Diodor. Sicul. lib. 13. ejus ſunt verba: Μετὰ δὲ ταῦτα πλεύσας εἰς Ἄβδηρα, παραγενόμενος πόλιν ἐν τοῖς δυναμενωτάτας ἔτι τότε τῶν ἐπὶ Θρᾴκης, i. e. *Poſt hæc navigans Abdera ad partes ſuas adduxit civitatem tunc temporis potentiſſimam omnium, quæ in Thracia.* Ex Excerptis ex lib. 7. Strabonis patet ſitam fuiſſe ad orientales partes fluvii Neſſi. Teij vero relicta Teo non ferentes Perſarum contumelias migraverunt Abdera, qua de cauſa illud vulgo dicebatur:

Ἄβδηρα καλὴ Τηίων ἀποικία.
Abdera pulchra Teiorum colonia.

Quo ſignificabatur non deeſſe, quo confugiamus, ſi nobis contumeliæ inferantur, ut fecere Teij; ſed hoc non ſemper feliciter ſolet evenire, & doctus, & expertus loquor.

28 Ἀπὸ Ἀβδηρίτου τοῦ ὑὸς Ἡρέμου, Ἡρακλέους ἐρωμένου.] Nomen accepiſſe Abdera innuit ab Abderita filio Erimi, Herculis Amaſio; at cum ratio clamet ab Abderita non deduci Abdera, pro ἀπὸ Ἀβδηρίτου ſine dubio legendum eſt ἀπὸ Ἄβδηρος, i.e. *ab Abdero*. Sic enim vocabatur amaſius iſte Herculeus, ut conſtat ex Apollonii lib. 11. apud Salmaſ. in Solin. fol. 160. Solinus autem c. 16. ait, Abderam urbem ab Abdera Diomedis ſorore conditam, nomen accepiſſe.

29 Ἐκ ταύτης γὰρ καὶ Δημόκριτος.] Democritum inſignem philoſophum fuiſſe Abderitam ex Abderis Thraciæ inquit, ex cujus fontibus hortulos ſuos rigavit olim Epicurus; quod fortunæ inconſtantiam rideret, γελασῖνος vocatus fuit: id nominis apud Martialem Epigram. lib. 7. Epigram. 24. ſumitur pro illa forma, quæ in facie ridentis apparet:

Nec cibus ipſe juvat morſu fraudatus aceti,
Nec grata eſt facies, cui gelaſinus abeſt.

30 ἡ δὲ δευτέρα, πόλις τῆς Ἰβηρίας· πρὸς γὰρ τοῖς Γαδείροις, ὡς Ἀρτεμίδωρος, ἐν δευτέρῳ γεωγραφουμένων· ὁ πολίτης, Ἀβδηρίτης· καὶ γὰρ ὁ Διόλκος τὸ Διολκίτης, καὶ ὁ Ὀξύρυγχος Ὀξυρυγχίτης. Ἔφορος καὶ τῷ πόλιν Ἄβδηρον φησιν, ἀφ' ἧς τὰ Ἄβδηρα· καὶ ἀπὸ τῶν εἰς α δευτέρων κλίσκει, ὡς Γάβαλα Γαβαλίτης. Τὸν Ἀβδηρίτην μέμνηται Εὔδοξος ἐν πέμπτῃ περιόδων, καὶ Παυσανίας περιηγήσεως, καὶ Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ· καὶ πολλαχοῦ. Ἑκαταῖός τε, καὶ πολλοί. 31 Πλείστοι δ' Ἀβδηρίτας (ἀπὸ τῶν πανακηράφων ἀναγράφουσι), Νικαίνετος ἐποποιός, καὶ Πρωταγόρας, 32 ὃν Εὔδοξος ἱστορεῖ τὰ ἥττω καὶ κρείττω λόγον πεποιηκέναι, καὶ οὗ μαθητὰς δεδειχέναι τὰ αὐτὸν ψέγειν καὶ ἐπαινεῖν· ἔτος ἓν ὁ Πρωταγόρας, καὶ Δημόκριτος, Ἀβδηρίται.

Ἀβίλη 33, πόλις ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ. 34 Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις Φοινίκης Ἄβιλα, ἐξ ἧς ἦν Διογένης, ὁ Δαμημόστου σοφιστής. Οὐδετέρως δὲ αὕτη ἡ πόλις Ἄβιλα. Τὸ ἐθνικὸν Ἀβιλῆνος, ὡς Γέβαλα Γεβαλῆνος, Ἀρίνδηλα Ἀρινδηλῆνος.

Ἄβιοι 35, ἔθνος Σκυθικόν. Ὅμηρος, Γλακτο-

Secunda vero est urbs Iberiæ. Ad Gades enim [sedebat] ut Artemidorus libro secundo geographicorum. Civis Abderites. Etenim à Diolcus, Diolcites, & ab Oxyrynchus, Oxyrynchites. Ephorus urbem Abderum in neutro genere dicit, à quo Abdera, orum. Etenim hæc forma à neutris in A invenitur, ut Gabala, Gabalites. Gentilis *Abderites* meminit Eudoxus lib. 4. periodōn, & Pausanias libro periegeseōs, & Herod. lib. 7. ac sæpe Hecatæus, & alii multi. A pinacographis vero plurimi Abderitæ referuntur, Nicænetus epopœus, & Protagoras: quem Eudoxus narrat deteriorem, & meliorem orationem fecisse, atque discipulos docuisse, eundem vituperare, & laudare. Iste igitur Protagoras, & Democritus Abderitæ fuere.

ABILE, urbs prope Jordanem fluvium. Est alia urbs Phœniciæ Abila, ex qua erat Diogenes celeberrimus sophista. Hæc eadem urbs neutro genere invenitur Abila, orum. Gentile, Abilenus, ut Gebalæ, Gebalenus, Arindelæ, Arindelenus.

ABII, gens Scythica. Homerus,

Lac-

Diogenes Laërtius, non Abderitam inquit fuisse Democritum, sed Milesium, apud quem habes ejus vitam, nec non apud Illustrium de Philosoph. Democritus fuit primus, qui atomos excogitavit, per quas postea Epicurus celebris evasit, ex quibus, quatuor elementa, solem, & lunam & reliqua omnia composita fuisse asserebat, ac remota fide SS. cui omnes fidem adhibere debemus, quæ Psal. 33. nos docet, &c. ברבר יהיה שמים ונעשו. i. e. *Verbo Adonai cæli facti sunt, & spiritu oris ejus omnis exercitus eorum.* Ejus opinio plurimis τῶν παιδιῶν, vero similior, ac probabilior videtur, quam reliquorum Philosophorum, qui cum de rerum creatione dissentirent, tamen inter omnes conveniebat ex nihilo nihil posse fieri, at cum hominibus de omnibus rebus Andabatarum more depugnandum sit, optimum est contra ignorantiæ ictus auctoritate S S. se tanquam scuto protegere. Quid est enim luce clarius? quid aceto notius? tamen nescimus, quid sit acetum nos latet, quare non possum non ridere, cum video quendam philosophastrum adeo loquacem, ut Dodonæa tintinnabula superet, ac lunæ laboranti succurrere possit, de Deo, & aliis rebus differentem, quæ excedunt aciem ingenii humani. Sed iterum ad Steph.

30 Ἡ δὲ δευτέρα, πόλις τῆς Ἰβηρίας.] Altera Abdera (hujusmodi nomina fœmin. etiam genere, ac num. singul. proferuntur) fuit urbs Iberiæ post Exitanorum urbem à Phœnicibus condita, ut tradit Geograph. lib. 3. erat vero maritimum Bæticæ oppidum, quod nunc vulgo *Almeria* vocatur. Sic opinatur Mariana Hist. Hisp. lib. 10. c. 18. Nonius c. 23. Anno Christi 1147. Mauris ab Hispanis erepta fuit, sociis Genuensibus, quibus præmii loco datum est vas ex solido smaragdo, quod in Genuæ thesauris servatur, ut referunt Auctores citati, etsi aliter Ligurum Annales rem narrant. Noster Auctor prope Gadira eam locat ex Artemidoro. Scito posthac parum, aut nihil nobis de Auctoribus, quos ad testimonium vocat Auctor noster, dicendum esse, quoniam de omnibus agendum est in Tractatu peculiari ad calcem hujus operis addito.

31 Πλείστοι δ' Ἀβδηρίτας.] Abderitæ tanquam stupidi male audiebant; unde apud Ciceronem Epist. ad Attic. lib. 7. Epist. 7. τὸ Ἀβδηριτικὸν pro *Stultum* accipitur. Ἀβδηρολόγος etiam dicebatur, qui meras nugas loquebatur; sed tamen habuere viros insignes, quos refert Auctor noster, inter quos Protagoras, quem Athenienses urbe, & agro exterminarunt, & ejus libros combussere, quod de existentia Deorum in eis dubitarat, ex quo multi ad hanc sententiam profitendam tardiores facti sunt, quippe cum pœnam ne dubitatio quidem effugere potuisset, auctore Harpinate Philosopho de Natura Deorum lib. 1. Fuit etiam Anaxarchus philosophus Abderita, teste Laërtio in ejus vita.

32 Ὃν Εὔδοξος ἱστορεῖ τὰ ἥττω, καὶ κρείττω λόγον πεποιηκέναι.] Hæc verba nihil aliud sibi volunt, nisi, quod Protagoras docebat discipulos de quacunque re in utramque partem differere, ut ex ejus vita claret apud Diog. Laërtium.

33 Ἄβιλη.] Erat urbs Judææ ad Jordanem fluvium juxta Stephani sententiam, quam etiam confirmat Joseph. Antiquit. lib. 5. c. 1. ubi inquit à Jordane distare sexaginta stadiis, Hebraice dicitur אבלה *Abelah*. Hujus nominis diversas memorat Jacobus Justus Hebræus in Descriptione Terræ Sanctæ, Josepho de Bello Judaïco lib. 5. c. 3. Abila neutro plural. dicitur (jam te monuimus nomina oppidorum neutra plur. fœm. quoque gen. & num. sing. apud Auctores inveniri, ut Hierosolyma, orum, & Hierosolyma, æ) ex Abila fuisse Elisæum prophetam, tradit Josephus Antiquitatum lib. 8. c. 7. memoratur lib. 2. Regum c. 20. v. 14.

34 Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις Φοινίκης Ἄβιλα.] Abila neut. plur. fuit urbs Phœniciæ, ex qua inquit noster Auctor fuisse Diogenem celeberrimum Sophistam; at hujus Abileni philosophi, nulla apud alios, quod sciam, fit mentio. Urbis meminit Cosmographus lib. 5. c. 15. cui *Abila Lysaniæ* dicitur, atque eam inter Cœlesyriæ oppida locat. L. Holst. in Annot. Geographicis fol. 193. inquit vulgo dici *Bellinas*, fides sit penes Auct.

35 Ἄβιοι, ἔθνος Σκυθικόν.] Abii fuere populi Scythici, quod conatur probare noster Auctor ex Homerico versiculo, qui legitur Il. N. v. 6. Sed ex Homericis carminibus apparet fuisse potius Thracicos populos, quam Scythicos. Sic enim Hom. Il. citata de eis loquitur:

— Θρηικῶν κηδοροώμενον αἶαν
Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων, καὶ Ἀγαιῶν ἱππημολγῶν
Γλακτοφάγων, Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων.
— *Thracum despiciens terram*
Mysorumque cominus pugnantium, & Agavorum Hippemolgorum
Lacte vescentium, Abiorumque justissimorum hominum.

Ad quem locum Eust. diffusè admodum agit de eorum etymo, cujus relinquo verba, ne prolixitate sua fastidium pariant Lectori. Non desunt, qui dicant τὸ Ἄβιον apud Homerum non esse gentis nomen, sed Agavorum epithetum, ut testatur epitomator noster.

36 Ἀλέξαν-

Γλακτοφάγων Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Lac-comedentium Abiorumque juſtiſſimorum hominum.

[36] Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῷ περὶ Εὐξείνου Πόντου, ὡς Διόφαντος, εἶπεν ἄντα λέγεσθαι αὐτούς, ἀφ' οὗ τὸν Ἀβαινὸν ποταμὸν οἰκοῦσιν. δικαίους δ' εἶπεν Ὅμηρος, ἀφ' οὗ μὴ βουληθῆναι μετὰ τῶν Ἀμαζόνων ἐπὶ τὴν Ἀσίαν στρατεῦσαι. Ἢ ὅτι βίον ἐδραῖον καὶ χρῆσιν, ἄντα λέγονται, ἀφ' οὗ ἐφ' ἁμαξῶν φέρεσθαι. Δίδυμος δὲ Θρᾴκιον (ἔθνος) φησίν. Αἰσχύλος τε Γαβίους, ἀφ' οὗ γ, ἐν Λυομένῳ Προμηθεῖ·

Ἔπειτα δ' ἥξει δῆμον ἐν δικαιοτάτοις
Ἁπάντων καὶ φιλοξενωτάτοις Γαβίοις,
Ἵν' οὔτ' ἄροτρον, οὔτε χαλκόμους
Τέμνει δικέλλης ἄρυγμα, ἀλλ' αὐθαίροτοι
Γαῖαν φέρουσι βίοτον ἄφθονον βροτοῖς.

Ὁμοίως καὶ Φιλοστέφανός φησι, καὶ ἄλλοι. Εἰσὶ δὲ Σκύθαι. Οἱ πλείους δὲ τῶν ὑπομνηματισῶν, ἐπίθετα φασὶ τῶν [37] Ἀγαβῶν τὸ γαλακτοφάγων, καὶ τὸ Ἀβίων ἐκλαμβάνοντες. Οἱ μὲν τὸ μὴ βιαζομένων, διὸ καὶ δικαιότατοι. Οἱ δέ, ἄοικοι, ἀφ' οὗ μὴ ἔχειν ἡμῖν ὅμοιον βίον. Οἱ δέ, ὁμοβίων, τελείων ὁμολόξων. Τοξόται γὰρ οἱ αὐτοί.

Similiter Philoſtephanus, & alii dicunt. Sunt vero Scythæ. Plures ex commentatoribus illa epitheta Agavorum lac-comedentum, & Abiorum explicant hoc modo. Alii dicentes, quod Abii dicti ſint, quod neminem cogunt, quare juſtiſſimi, alii quod ſine domibus ſint. Atque non ſimilem nobis vitam habeant; alii vero quod ſimilem-arcum habeant. Sagitarii enim ſunt.

Ἀβόλλα, πόλις Σικελίας, ὁ τόνος βαρύς, ὡς Ἀγίλλα. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβολλαῖος, καὶ Ἀβολλαία.

ABOLLA, urbs Siciliæ, cum tono gravi, ut Agilla, gentile, Abollæus, & Abollæa.

Ἀβοριγῖνες [38], ἔθνος Ἰταλικόν, ὡς Ἰόβας ἐν Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας πρώτῃ· μέχρις οὗ ἐπὶ Τρωϊκὸν πόλεμον, [39] τὴν ἀρχαίαν Ἀβοριγίνων διέσωζον. Λατῖνος δὲ βασιλεύσαντος, ἔτι προσηγορεύθησαν. Τὰ αὐτὰ καὶ Χάραξ. Εἰκὸς οἴεταί τινας τοῦτο τὴν κλίσιν λαβεῖν ἀπὸ τῆς Ἀβοριγῖνος εὐθείας, ὡς Λεοντῖνος, Ἀκραγαντῖνος. [40] Ἀλλὰ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς, Ἀβοριγῖνες, καὶ Ἀβοριγῖσιν φησιν, ὡς Δελφῖσιν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη κλίσις ἐν χρησμῷ κειμένη, ὃν αὐτὸς ἀνεγράψατο. Ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ Ναῦται Ναυτέων, ἔτως Ἀβοριγῖναι Ἀβοριγίνων. [41] Ἔχει δὲ ὁ χρησμὸς οὕτω·

Alexander vero in lib. de Euxino Ponto, teſte Diophante, dixit ſic eos vocari, quod Abianum fluvium accolant. Juſte vero vocavit Homerus, quod noluiſſent unà cum Amazonibus in Aſiam expeditionem facere, vel quod vita ſedentaria non utuntur, eo quod curribus ferantur. Didymus Thraciæ populos eſſe author eſt. Æſchylus Gabios per g. in Prometheo furioſo vocat.

Poſtea verò veniet ad juſtiſſimum populum
Omnium, & hoſpitum amantiſſimum Gabios,
Ubi nec aratrum, nec terram ſcindens agricola
Scindit ligone biſido terram ſed ſponte-feraces
Terræ ferunt alimentum fœcundum mortalibus.

Abolla, urbs Siciliæ, cum tono gravi, ut Agilla, gentile, Abollæus, & Abollæa.

ABORIGINES, populi Italiæ, ut Jobas lib. primo hiſtoriæ Romanæ. Uſque ad bellum Trojanum igitur antiquam Aborigines ſervavere: Latino vero regnante, Latini fuere vocati. Hæc eadem refert Charax. Aliqui exiſtimant hujus nominis declinationem provenire à nominativo Aboriginus, ut Leontinus, Acragantinus. Sed Dionyſius Halicarnaſeus Aborigines, & Aboriginibus in dativo inquit, ut Delphinibus. Invenitur etiam alia declinatio in oraculo quodam, quam ipſe explicat. Ut enim à Nautæ, Nautenſium, ſic ab Aboriginæ, Aboriginenſium. Oraculum vero ſic ſe habet:

Σλεί-

Ite

36 Ἀλέξανδρος.] Diverſa Abiorum nominis etymo referuntur. Etenim, ſi ἀπὸ τοῦ βιος, i. e. *à vita* id nominis deducatur, ſignificat *pauperem*, ſi ἀπὸ τοῦ βιὸς, i. e. *arcus*, ſignificat inermem, h. e. *ſine arcu*, ſi ἀπὸ τοῦ βία, id eſt, *violentia*, ſignificat eum, qui nullam infert injuriam; ad quod videtur alludere Homerus. *Si τὸ α* ſit particula intenſiva, ſignificat eum, cui nihil deeſt ad victum, i. e. divitem, in qua ſignificatione uſus eſt Antipho, auctore Harpocratione in Ἄβιος, quemadmodum Hom. Il. 11. v. 155. vocavit ἄξυλον ſylvam, i. e. πολύξυλον, de quibus populis, ſi forte fuere populi præter Auctores ab Auctore noſtro citatos, & Strabonem, qui ex Homero eos memorat, nullus, quod ſciam, egit.

37 Ἀγαβῶν.] Lege Ἀγανῶν ex Hom. carmin. ſupra citatis.

38 Ἀβοριγῖνες.] Aborigines fuere populi ex antiquiſſimis Italiæ, ut conſtat ex Plinii lib. 3. c. 5. & ex ejus Simia Solino c. 8. de quibus conſule ſis Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 3. & lib. 4. c. 16.

39 Τὴν ἀρχαίαν Ἀβοριγίνων διέσωζον.] Τὸ Ἀβοριγίνων procul dubio eſt lectionis monſtrum. Id nominis, nec eſt Græcum, nec Latinum; ſic vero legendum eſſe exiſtimo: τὴν ἀρχαιολογίαν Ἀβοριγῖνες διέσωζον, id eſt, *Archæologiam Aborigines ſervarunt.* Ratio videtur confirmare noſtram conjecturam.

40 Ἀλλὰ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς.] Locum, quem ex Dionyſ. Halicarnaſeo advocat noſter Auctor, invenitur apud eumdem Auctorem Antiquit. Rom. lib. 1. Obiter notandum; Dionyſius ſemper de homine, Dionyſus ſemper de Deo dici.

41 Ἔχει δὲ ὁ χρησμὸς οὕτω.] Hujus oraculi carmina quæ affert noſter, ab oraculo Dodonæo Pelaſgis reddita fuiſſe tradit Dionyſius Antiquit. Rom. lib. 1. quæ L. Mamius vir non obſcurus apud eundem auctorem libro citato ait ſe vidiſſe Dodonæ in Jovis templo antiquis literis inſculpta in quodam tripode eorum, qui inibi ſuſpenſi erant. Macrobius etiam Saturnal. lib. 1. c. 7. eadem affert, apud quem in quarto verſu pro Κρονίδη, ſcribitur Ἄδη.

42 Δευκά-

Σπείχετε μαιόμβοι Σικελῶν Σαβερνίαν αἶαν, A
Ἠδ' Ἀβοριγινέων Κοτύλλιν, ἔ νᾶσος ὀχεῖ·
Οἷς ἀναμιχθέντες, δεκάτην [42] ἐπέμψατε Φοίβῳ,
Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ, καὶ τῷ πατρὶ [43] πέμπετε φῶτα. B

Ite quærentes Siculorum Saturniam terram,
Seu Aboriginensium Cotylen ubi insula vehitur:
Cum quibus misti decimam mittite Phœbo
Et capita Cronidæ, atque patri mittite virum seu lumen.

Ἀλλ' αὐτὸς τῷ χρησμῷ μὴ πειθόμενος, ταῖς προειρημέναις ἐχρήσατο κινήσεσιν.

At ipse oraculo non obediens prædictis usus est motionibus.

Ἄ**Β**ΟΤΙΣ, πόλις Αἰγυπτία, ὡς Ἑκαταῖος. Ἣν Ἡρωδιανὸς φησι βαρυτόνως. Ὁ πολίτης καὶ μὴν τὸ ἐπιχώριον, Ἀβοτίτης, ὡς νῦν Κλαυτίτης, καὶ Ναυκρατίτης. Κατὰ δὲ Ἑκαταῖον, Ἀβοτικός, ὡς Μάκρις, Μάκριος, Μακρεύς, Χάλκις, Χάλκιος, Χαλκιεύς, Ἄβολις, Ἀβότιος, Ἀβοτιεύς.

ABOTIS, urbs Ægypti, ut Hecatæus. Quam Herodianus inquit accentu gravi notari. Civis, secundum regionis consuetudinem, Abotites, ut nunc Clautites, & Naucratites. Secundum Hecatæum vero, Aboticus, ut à Macris, Macrius, Macrieus, à Chalcis, Chalcius, Chalcieus, Abotis, Abotius, Abotieus.

Ἀ**Β**ΡΕΤΤΙΝΗ [44], χώρα Μυσίας, [45] ἀπὸ Βρεττίας νύμφης. [46] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβρεττηνός, ὡς Ἀρριανός φησιν.

ABRETTINA, regio Mysiæ, sic dicta à Nympha Brettia. Gentile, Abrettenus, ut inquit Arianus.

Ἀ**Β**ΡΙΝΑΤΑΙ, Ποντικὸν ἔθνος. Ὁ δὲ Τεχνικός φησι, καὶ μετὰ Ρ, καὶ χωρὶς Ρ λέγεσθαι.

ABRINATÆ, populi Pontici. Technicus vero inquit, & cum R, & sine R scribi.

Ἄ**Β**ΡΟΙ, ἔθνος πρὸς τῇ Ἀδρίᾳ Ταλαντίνων, πλησιόχωροι τοῖς Χαλκιδονίοις, ὡς Ἑκαταῖος. Βαρύνεται δὲ, ὡς Κίμβροι, οὕς τινές φασι Κιμμερίους· Σκόμβροι, καὶ ἔστι ἔθνος, ὡς Σοφοκλῆς.

ABRI, Populi Talantinorum prope Adriam, Chalcidoniis vicini, ut Hecatæus. Notatur tono gravi, ut Cimbri, quos aliqui Cimmerios dicunt. *Ut* Scombri, qui etiam sunt populi quidam, ut Sophocles.

Ἀ**Β**ΡΟΤΟΝΟΝ [47]. Λύκος ὁ Ῥηγῖνος χωρίον οἴεται εἶναι. [48] Στράβων δὲ ἐν ἑκκαιδεκάτῳ βιβλίῳ, πόλιν φησὶ, καὶ ἄλλοι. Πόλις δὲ Λιβυφοινίκων. [49] Καλεῖται δὲ καὶ Νεάπολις, ὡς Ἔφορος. [50] Τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. Ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος. Ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς, καὶ Γάργαρον Γαργαρεύς, καὶ Σούνιον Σουνιεύς, καὶ Σιγειεύς, καὶ Ἰλιεύς, καὶ Λευκωνιεύς, καὶ Παντικαπαιεύς, καὶ Δολιχιεύς, ἕτως Ἀβροτονεύς. Ὁ δὲ τὸ δεύτερον τύ-

ABROTONUM, Lycus Rheginus regionem putat esse. Strabo vero lib. decimo sexto, & alii civitatem esse dicunt. Civitas vero Libyphœnicum, quæ etiam *Neapolis*, vocatur, ut Ephorus. Gentile non est in usu. Atqui ars ex similitudine excogitat. Ut enim *ab* Athmonum, Athmoneus, & *à* Gargarum, Gargareus, & *à* Sunium, Sunieus, & ut Sigieus, & Ilieus, & Leuconieus, & Panticapæus, & Dulichieus, sic Abrotoneus. Neutrorum verò

42 Δεκάτην ἐπέμψατε.] Lege οἷς ἐπέμψατε, secundum enim ε pro ν per incuriam irrepsit.

43 Καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.] Τὸ φῶτα est æquivocum. Significat enim & *virum* & *lumen*, seu *lucem*. Qua de causa Hercules cum per Italiam ex Hispania reverteretur, & incolæ humanas hostias Diti & Saturno sacrificarent illis carminibus persuasi à tam nefando & impio sacrificio eos abduxit, ac persuasit, ut oscilla quædam ad humanam effigiem formata accensis luminibus offerrent. Quia τὸ φῶτα, non solum *virum*, sed etiam *lumen* & *lucem* significat, ac sic elusit oraculi crudelitatem impiam. Quid non suadebunt sub religionis prætextu homines hominibus etsi crudele? quandoquidem homines quoque sacrificare Dis seu potius Dæmonibus persuasere. Unde merito canit Lucretius lib. 1.

—— *Jæpius olim*
Religio peperit scelerosa, atque impia facta.

44 Ἀβρεττίνη, χώρα Μυσίας.] Abrettine Epitomatori nostro, Abretene Straboni, Abrettane Suidæ, erat Mysiæ regio, cujus regionis incolas Abretanos celebrat Plinius lib. 5. c. 30. quorum Deus Jupiter Abrettenus, cujus sacerdos factus fuit Cleo quidam, qui prius prædonum dux fuerat, ac ab Antonio defecit ad Augustum, à quo multa accepit beneficia, ut rerum monumentis tradit Geographus lib. 12.

45 Ἀπὸ Βρεττίας Νύμφης.] ab Abrettia Nympha, inquit epitomator noster, nomen accepisse Abrettinen regionem Mysorum, sed non bene deducitur ab Abrettia, Abrettine; potius deduceretur Abrettiane.

46 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβρεττηνός.] Lege Ἀβρεττῖνος, τὸ η pro ι irrepsit per incuriam. Ab Abrettine enim deducendum est gentile Abrettinus, non Abrettenus.

47 Ἀβρότονον.] Abrotonum fuit civitas Libyphœnicum. Memoratur Geographo lib. 17. Plinio lib. 5. c. 4.

48 Στράβων δὲ ἐν ἑκκαιδεκάτῳ.] Lege ἐν ἑπτακαιδεκάτῳ, id est, lib. 17. Strabo enim lib. 17. Abrotoni civitatis facit mentionem, non lib. 16. ut inquit noster, sed hujusmodi παροράματα apud Stephanum multa reperiuntur.

49 Καλεῖται δὲ καὶ Νεάπολις.] Abrotonum civitatem vocatam quoque fuisse Neapolin ex Epho. testatur; at apud Strabonem & Plinium libris citatis Abrotonum, & Neapolis sunt diversæ Africæ urbes. Ecce illius verba ex lib. 17. supra citato: Καὶ μετὰ πέντε Ἀβρότονον πόλις, καὶ ἄλλαι τινές, συνεχῶς δὲ Νεάπολις καὶ Λέπτις καλοῦσιν, id est, *Et post hanc* (paludem) *Abrotonum urbs & aliæ quædam, continuo autem est Neapolis, quam Leptin vocant.* Idem testatur Mela lib. 1. c. 7.

50 Τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει.] Abrotoni urbis ethnicum non esse in usu inquit, sed posse ex arte h. e. secundum Grammaticæ regulas formari, scilicet, Abrotoneus; jam te monuimus, Latinos uti omnibus Ethnicorum formis, quæ apud Græcos sunt in usu.

51 Ἄ-

τύπῳ ἔθ' ἕτε τὸ ἐθνικὸν Δρὰξ ἰῳ ἔχει· ὡς Πέργαμον Περγαμηνὸς, εἰ μὴ ἀπὸ θηλυκῆς ξ Πέργαμος, ὡς Κύζικος Κυζικηνός. Δυνατὸν ἢ κ ἐξ Ἀβροτόνου φάναι τὸ ἐθνικόν. Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα, μάλιστα ἐν τοῖς δήμοις τ Ἀθηναίων, ὡς ἐξ Οἴου δημότης, ἐκ Κηδῶν, ὡς δείκνυσιν. A

ΑΒΥΔΟΙ [51], τρεῖς πόλεις. Ἡ καθ' ἑλλήσποντον, τ Μιλησίων ἄποικος, [52] ὡς Διονύσιος, Σηστὸς ὅπη κ Ἄβυδος ἐναντίον ὅρμον ἔθεντο. [53] Καὶ ἡ κατ' Αἴγυπτον, τ αὐτῶν ἄποικος, ἀπὸ Ἄβυδός τινος κληθεῖσα. [54] Καὶ ἡ κ' τὴν Ἰαπυγίαν, ἡ Ἰταλίαν, ἡ ἀδελφὸς λέγεται, ὡς Φιλέας. Ἔστι δ' Ἰαπυγίας πολισμάτιον ἐν Πευκετίοις, ἄτω κατ' ὀρθὴν λεγόμενον Ἄβυδον. Καὶ, [55] εἰ μὴ σ' εἰκῇ τὴν Ἄβυδον πατεῖν, παροιμία ἐπὶ τούτοις, μὴ καταθαρρεῖν αὐτῆς ἐπιβαίνειν. Λαμβάνεται δὲ κ ἐπὶ τῶν εἰκαίων. Οἱ δὲ τὴν ἐν Μιλήτῳ Ἄβυδον οἰκοῦντες, διεβάλλοντο ἐπὶ συκοφαντίᾳ, κ μαλακίᾳ. [56] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβυδηνός. [57] Λέγεται δὲ κ τὸ Ἀβυδηνὸν ἐπιφώνημα, ἐπὶ τ ἀηδῶν. Σημειωτέον δὲ, ὅτι ξ μὲν Ἄραδος Ἀράδιος, κ Τένεδος Τενέδιος, κ Τενεδεὺς, κ Λέβεδος Λεβέδιος· ξ δὲ Ἄβυδος, Ἀβυδηνός, ἴσως διὰ τὸ πλησιόχωρον, Κυζικηνὸς, κ τὰ ὅμοια.

ΑΒΥ-

rò forma eſt quando gentile per ηνος habet terminationem, ut Pergamum, Pergamenos, niſi à fœminino Pergamus deducatur, ut Cyzicus, Cyzicenus. Poteſt vero, & ex Abrotono dici gentile. Multa enim hujusmodi inveniuntur in Athenienſium populis, ut ex Oeo popularis, & ex Cedis, ut oſtendetur.

ABYDI, tres urbes, una ad Helleſpontum, Mileſiorum colonia, ut Dionyſius.

Seſtus, ubi, & Abydus contrariam ſtationem poſuere.

Alia in Ægypto, ipſorum colonia, ſic ab Abydo quodam vocata. Tertia in Japygia, ſeu Italia, quæ neutro genere dicitur Abydum, ut Phileas. Eſt vero Japygiæ civitatula in Peucetiis dicta *Abydum* in nominativo. Eſt etiam adagium, ſi *ne temere* quidem *Abydum calcare* convenit, hoc eſt, non audendum Abydum ingredi. Quod accipitur etiam de temerariis. Qui vero Mileti Abydum incolebant, propter calumniam, & mollitiem male audiebant. Gentile, Abydenus. Dicitur etiam *Abydena bellaria* de inſuavibus. Notandum vero eſt, quod ex Aradus, deducitur Aradius, ex Tenedus, Tenedius, & Tenedeus, ex Lebedus, Lebedius; ex Abydus vero, Abydenus, fortaſſe propter regionis viciniam, ut Cyzicenus, & ſimilia.

ABY-

51 Ἄβυδοι, τρεῖς πόλεις.] tres memorat hujus nominis urbes, quas Mileſiorum fuiſſe colonias inquit. Celeberrima omnium fuit Abydos Helleſponti, in cujus littore ſita erat ad Aſiam è regione Seſti, quæ erat in adverſo littore ad Europam. Utraque amoris commercio inſignis, Erus ſcilicet, & Leandri, illa Seſtias, hic Abydenus erat, quorum amores Muſæus, & Ovidius cecinere; at multo magis illuſtrat Abydon Xerxes ille Perſarum rex, qui ad ejus oram, Aſiam & Europam freto illo diviſas (ingens & admirandum facinus) ponte auſus eſt jungere, atque mare pedibus peragravit, ut legimus apud Herodot. Cteſiam, Euſt. ad Dionyſ. & alios. Memoratur Andino Poëtæ Georg. lib. 1. v. 207.

Præterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis
Hædorumque dies ſervandi, & lucidus anguis
Quam quibus in patriam ventoſa per æquora vectis
Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi.

Ex quibus carminibus patet, fauces Abydi eſſe periculoſas navigantibus; nec propterea aſſentior Caſaubono, qui ad Athenæi lib. 13, c. 6. deducit hujus urbis etymon ab Hebræo verbo אבר abad, id eſt, *periit*, propter ſitum ad mare periculoſum. Eadem de cauſa multo melius ei conveniret nomen Hebræum אבדון abadon, id eſt, *peditio*; ſed Græcæ civitatis etymon à lingua Hebræa petere eſt quoddam dementiæ genus, niſi forte velimus imitari Lyſimachum Hiſtoricum, qui apud Joſeph. cont. Appion. lib. 1. Hieroſolymæ etymologiam à lingua Græc. deducit, ut hac in re una cum eo deliremus. Abydi igitur etymon apud Græcos quærendum eſt. Alii aliud adducent, mihi illud apud Heſych. ſe offert Ἄβυδον, βαθύ, i. e. *Abydon, profundum*, quod accipiendum eſt illo ſenſu, quo apud Æſchylum dicitur ἄβυσσον πέλαγος, id eſt, ita profundum, ut ſine periculo navigari non poſſit, non quod mare quoniam ſit profundum, ſit magis periculoſum, ſed quod abyſmus importet ſecum periculum. In hujus urbis gymnaſio adhuc Plinii ætate colebatur lapis, qui de cœlo cecidiſſe credebatur, ut idem Auctor refert lib. 2. c. 58. Talis enim fuit hominum inſania, ut non ſolum animantia bruta, ſed etiam lapides adorarent. Solus inter ethnicos Gargettius ille ſenex hoc cognovit puerorum deliramentum; ad quod videtur alludere Lucret. lib. 5.

Nec pietas ull' 'ſi velatum ſæpe videri
Vertier ad lapidem.

Sed de quacunque Deorum ſtatua intelligendum eſt. Innuit enim Romanorum conſuetudinem, qua Deos adorabant, dextorſum ſe vertentes. Unde jocus ille apud Plautum Curculione, Act. 1. Sc. 1. v. 69.

Phædr. — *quo me vortam, neſcio.*
Paraſ. *Si Deos ſalutas, dextorſum cenſeo.*

Has Ethnicorum cæremonias una cum eorum ſacrificiis abolevit Chriſtiana religio, magno Ethnicorum dolore, ut videre eſt apud Eunapium in vita Ædeſii, de quibus conſule ſis Politicum lib. 2. c. 5. ad primam Livii Decadem. Sed his relictis opus eſt ad caſtra, h. e. ad Stephanum redire. Nolo enim nec emanſor, nec deſertor eſſe.

52 Ὡς Διονύσιος.] Verſiculus ille, quem ex Dionyſio affert, legitur apud eum v. 516. ad quem locum inquit Euſt. *Abydon à Dario Xerxæ patre fuiſſe combuſtam.*

53 Καὶ ἡ κατ' Αἴγυπτον.] Memorat etiam Epitomator noſter Abydon Ægypti urbem, quam Mileſiorum quoque fuiſſe coloniam inquit, atque ab Abydo quodam nomen accepiſſe. Fuit antiquitus Memnonis regia, ac Oſiris templo inclyta, de quibus adiſis Geographum lib. 17. Plin. lib. 5. c. 9. quod oppidum erat VII M. CCCCC. paſſ. in Lybiam remotum à flumine, auctore eodem Plinio libro, capiteque citato; de hodiern. nom. non convenit.

54 Καὶ ἡ κ' τὴν Ἰαπυγίαν.] Celebrat etiam Auctor noſter Abydon Iapygiæ h. e. Italiæ in Peucetiis, de qua nehilum quidem apud Scriptores, quod ſciam; quam Abydon neutro genere dictam fuiſſe tradit.

55 Εἰ μὴ σ' εἰκῇ τὴν Ἄβυδον πατεῖν.] De qua Abydo hoc adagium diceretur, juxta Auctoris noſtri ſententiam non convenit, de quo videſis Eraſmum, qui id adagii hoc modo affert: *Ne temere Abydon.*

56 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβυδηνός.] Abydeni tanquam calumniatores male audiebant; unde forſitan habuit originem parœmia illa præcedentis notæ, niſi etiam ad hujus urbis periculoſum portus introïtum ſit alluſio.

57 Λέγεται δὲ κ τὸ Ἀβυδηνὸν ἐπιφώνημα.] Eſt alia parœmia, *Abydena illatio*, de qua conſule ſis Eraſmum; apud alios ſcribitur Ἀβυδηνὸν ἐπιφώνημα, i. e. *Abydena acclamatio*, ac ſic debebat ſcribi apud Stephanum, quoniam inquit dici hoc adagium ἐπὶ τῶν ἀηδῶν.

Α'ΒΥΔΩ'Ν [58], Α'βυδῶν◎, χωρίον Μακεδονίας, [59] ὡς Στρά◎ων·

[60] Τηλόθεν ἐξ Α'βυδῶνος ἀπ' Α'ξίοιο εὐρὺ ῥέοντος.

Ο'ξυώνυμον ἦ. Τὸ ἐθνικὸν, Α'βυδώνι◎, ὡς Καλυδώνι◎.

A ABYDO, onis, oppidum Macedoniæ, ut Strabo

Procul ex Abydone, ab Axio latè fluente.

Acuitur verò gentile, Abydonius, ut Calydonius.

Α''ΒΥΛΛΟΙ [61], ἔθνο◎ πρὸς τῇ Τρωγλοδυτικῇ, ἔγγιστα δ' Νείλου, ὡς Α'πολλόδωρο◎ δευτέρῳ περιηγήσεως. B

ABYLLI, populi ad Troglodytas proxime Nilum, ut Apollodonus lib. 2. descriptionis.

Α'ΒΩ'ΝΟΥ ΤΕΊΧΟΣ, πόλις μικρὰ πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ. Ο' πολίτης Α'βωνοτειχίτης, ὡς Γορδιοτειχίτης, ἀπὸ Γορδίου τείχου◎. C

ABONI TICHOS, urbs parva ad Pontum Euxinum. Civis, Abonotichites, ut Gordiotichites, ex Gordii tichos.

Α'ΓΑ'ΘΕΙΑ, πόλις Φωκίδο◎, ὡς Ε'λλάνικος πρώτῳ Δευκαλιωνείας. Ο' πολίτης, Α'γαθεύς.

AGATHIA, urbs Phocidis, ut Hellanicus lib. primo Deucalioniæ. Civis, Agatheus.

Α'ΓΑ'ΘΗ [63], πόλις Λιγύων, ἡ Κελτῶν. Σκύμνο◎ δ' Φωκαέων αὐλὶν φησιν, ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Τιμοσθένης δ' ἐν τῷ σταδιασμῷ Α'γαθὴν Τύχην αὐλὶν φησιν. Εἰ δ' ἕτω λέγοιτο, καὶ ὀξυόνυμον ἂν, ὡς ἀπὸ τείχους. Ὡς τὸ Η'ραῖον τεῖχο◎, καὶ Η'ραῖον, καὶ Ε'ρμαῖο◎ λόφο◎, ὁ Ε'ρμαῖο◎. Ε'στι δὲ καὶ ἄλλη πόλις, ὡς Φίλων, Λιγυστίων, ἀπὸ λίμνης Λιγυστίας. Τάχα δὲ ἡ αὐλὴ ἐστὶ τῇ πρώτῃ ὡς Εὐδόξιο◎. Βαρυνόμενον δὲ τὸ ἐθνικὸν, Α'γαθῖνο◎, ὡς Α'κραγαντῖνο◎. Α''βρων γὰρ ἐν τῷ περὶ παρωνύμων τοῖς τοιούτοις καὶ αὐτὸ συνέμιξεν. Εἰ δὲ ὁ Κύρνον εἴη τὸ Α'γαθῖνο◎, οὐκ ἀπεικὸς σημαίνειν ἀμφότερα. Σχοινεὺς γὰρ, καὶ κύρνον, καὶ ποταμὸς, καὶ ἐθνικὸν. Καὶ Λύκαι◎, ὁμοίως Θεσσαλὸς, καὶ Σικανὸς, καὶ Σικελὸς, καὶ μυρία. Εἰ δὲ μὴ ὡς ἐθνικὸν τὸ Α'γαθῖνο◎ σκλίνῃ, τὴν οἰκήτορα λέξομεν Α'γαθαῖον τῷ κοινῷ λόγῳ. Ἢ Α'γαθεύς, ὡς Θεσσαλονικεὺς, καὶ Σινταρεὺς, καὶ Βερενικεύς. Ε'πεὶ καὶ Α'γάθεια τ' Α'γάθης διέσκεπται τῷ ἀγωγῇ, ὡς Βερένικεια καὶ Θεσσαλόνικεια. [64] Ε'στι καὶ νῆσο◎ Α'γάθη Λυκίας. H

AGATHA, urbs Ligyum, vel Celtarum. Scymnus in Europa Phocaënsium esse dicit. Timosthenes in Stadiasmo *Agathem tychem*, id est, *Bonam Fortunam* eam vocat. Quod si hoc modo diceretur, acui poterat ut adjectivum. Ut Heræum tichos, & Heræum, Hermæus lophos, & Hermæus. Est & alia urbs Ligystiorum, à palude Ligystia, ut Philo. Fortasse eadem est, ac prima, ut Eudoxus. Gentile accentu notatur, Agathinus, ut Acragantinus. Abro enim in lib. de derivatis hujusmodi nominibus hoc idem adjunxit. Si vero esset nomen proprium Agathinus, non absurdum foret utrumque significare. Schœneus enim est nomen proprium, & appellativum fluvii, & gentile. Sic Lycæus, Thessalus, Sicanus, Siculus, & sexcenta alia. quod si, non ut gentile declinetur, incolam dicemus, Agathæum vulgari sermone. Vel Agatheus, ut Thessaloniceus, Sintareus, Bereniceus. Siquidem Agathia est deductio Agathæ, ut Berenecia, Thessalonicia. Est etiam Agatha insula Lyciæ.

Τὸ ἐθνι-

Genti-

58 Α'βυδὸν, ὄν◎ χωρίον Μακεδονίας.] Abydon, onis, regio, seu locus Macedoniæ, Eust. ad Il. 2. v. 849, dicitur Pæoniæ urbs, quod Hom. Iliade citata inquit, Pæones hinc ad Trojam auxiliatores venisse; at ex Excerptis ex Strab. libri septimi fine constat fuisse Abydonem, quam Hom. loco citato Amydonem vocat, ad Axium fluvium non longe à Pella Macedoniæ olim primaria urbe, atque Alexandri Magni natalibus celeberrima.

59 Ὡς Στρά◎ων.] *Ut Strabo*, legendum est ὡς Ὅμηρο◎, *ut Homerus*. Nam statim ad testimonium vocat ejus versiculum, quod est μνημονικὸν σφάλμα. Eumdem errorem errat Suidas in Α'βυδῶν.

60 Τηλόθεν, &c.] Est versiculus Homericus qui invenitur Il. 2. v. 849. at Stephanus debebat etiam apponere ejus præcedentem versum. Pertinet enim ad hujus urbis antiquitatem. Uterque sic se habent Il. versuque citato.

Αὐτὰρ Πυραίχμης ἄγε Παίονας ἀγκυλοτόξους
Τηλόθεν ἐξ Α'μυδῶνο◎, ἀπ' Α'ξίοιο βαθυρρόο◎.

At Pyræchmes ducebat Pæones curvis arcubus utentes
Ex remota regione, ex Amydone, ab Axio late fluente.

61 Α''βυλλοι.] Abylli, populi ad Troglodyticen, i. e. ad regionem Troglodyticam prope Nilum. Apud Athenæ. lib. 15. celebratur civitas Abylon, sed nec de populis, nec de urbe affert aliquid memoratu dignum.

62 Α'βώνου τεῖχο◎.] Aboni tichos fuisse urbem parvam ad Euxinum Pontum inquit. Τὸ τεῖχο◎ apud Græcos absolute dictum significat castellum munitum, vel muro cinctum, de quo nihil memini me legisse.

63 Α'γάθη, πόλις Λιγύων, ἡ Κελτῶν.] Agathe, vel Agatheia κατὰ παραγωγὴν, quod est tralatitium in hujusmodi terminatione, quam Timosthenes, ut inquit noster, Α'γαθὴν τύχην, id est, *Bonam Fortunam* vocavit. Cosmographo Geographiæ lib. 2. c. 10. Α'γαθὴ πόλις, id est, *bona urbs* appellatur, quam inter Narbonensis Galliæ oppida locat. Auctori nostro Ligurum, vel Celtarum urbs dicitur. Scymno dicitur Phocaënsium urbs, scilicet eorum, qui Massiliam condidere. Ipsissima est urbs, quam, nescio, qua auctoritate fretus Const. L'Empereur ad Benjaminis itinerarium pag. 5. l. 2. esse inquit, quæ nunc vulgo Gallis dicitur *Monpelliers*, Latinis mons Pessulus.

64 Ε'στι καὶ νῆσο◎ Α'γάθη Λυκίας.] Agathen Lyciæ insulam celebrat, de qua altum apud alios est silentium. Cosmographus Geograph. libro, capiteque citato celebrat insulam cum civitate cognomine, quæ subjacebat Galliæ Narbonensi.

65 Α'γα-

Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλεν Ἀγαθεύς. Ἡ γὰρ χώρα τῷ εἰς ευς τύπῳ χαίρει, ὡς Πατρεύς, Τλωεύς, Τελμισεύς, Κρυεύς.

A Gentile tum erit Agatheus. Regio enim ista hac forma gaudet, ut Patareus, Tloeus, Telmiseus, Cryeus.

ΑΓΑΘΟΥ ΔΑΙΜΟΝΟΣ[65], νῆσος ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ. Τὸ ἐθνικὸν, κατὰ τέχνην ἐξ Ἀγαθοῦ Δαίμονος, διὰ τὸ ἄπορον.

B

AGATHU DÆMONOS, id est, *Boni Dæmonis*, insula est in Indico mari. Gentile, secundum artem ex Agatho Dæmone, propter difficultatem id formandi.

ΑΓΑΘΥΡΣΑ[66], πόλις Σικελίας, ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀγαθυρσαῖος. Οὐ γὰρ ἀήθης ὁ τύπος τοῖς τὴν Σικελίαν οἰκοῦσι. Ἱμεραῖος γὰρ, καὶ Ἔνναιος, καὶ Κατανταῖος φασιν.

C

AGATHYRSA, urbs Siciliæ, ut Polybius lib. nono. Gentile, Agathyrsæus. Haud enim insolens est hæc forma Siciliæ incolis. Sic enim Himeræus, Ennæus, Catanæus dicunt.

ΑΓΑΘΥΡΣΟΙ[67], ἔθνος ἐνδόξερον τοῦ Αἵμου. Κέκληνται ἢ ἀπὸ Ἀγαθύρσου τοῦ Ἡρακλέους, ἢ (ὡς Πείσανδρος) ἀπὸ τῶν θύρσων τοῦ Διονύσου. Ὁ τόνος βαρύς. Τὰ εἰς ος, ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους εἰς ἀμεταβόλου λῆγον, βαρύνεται[68] Μέγαρσος, πόλις Σικελίας, Μάμαρσος, πόλις Ἴστρου. Οὕτως Ἀγάθυρσος, καὶ κύριον, καὶ ἐθνικόν. Λέγονται καὶ Ἀγαθύρσιοι κλητικῶς, ἢ ἐθνικῶς. Ἀπὸ τοῦ Καβάκης, [69] οἴεται Δίδυμος κατὰ συγκοπὴν Καβασσός. Πόλις τῆς αὐτῆς Ὀθρυονέως. Περὶ ἧς βιβλίον ὅλον συνέγραψε. Δείκνησι δὲ ἐν τῷ περὶ αὐλῆς λόγῳ, τὸ ψεῦδος.

D

E

AGATHYRSI, Populi in interiore parte Æmi. Sic vero fuere vocati, vel ab Agathyrso Herculis filio, vel (ut Pisander) à Thyrsis Bacchi. Accentus est gravis. Polysyllaba enim in os, quæ habent penultimam cum immutabili finiente, accentu gravi notantur, ut Megarsus, urbs Siciliæ, Mæmarsus, urbs Istri. Sic Agathyrsus, & nomen proprium, & gentile. Dicuntur etiam Agathyrsii, quod potest esse, & possessivum, & gentile. Didymus putat, quod ex Cabacesus, Cabassus per syncopem dicatur, quæ est urbs Othryonei, de qua integrum librum scripsit. Ostendemus vero cum de ipsa agemus, hoc esse falsum.

ΑΓΑΜΗΔΗ[70], τόπος περὶ Πύρραν τῆς Λέσβου, ἀπὸ Ἀγαμήδης τῆς Μακαρέως, ἣ καὶ Πύρρας

F

AGAMEDA, locus circa Pyrrham Lesbi ab Agameda filia Macariæ, quæ etiam Pyrrha

65 Ἀγαθοῦ Δαίμονος νῆσος.] Agathu Dæmonos, id est, *Boni Dæmonis insula*. Locatur Auctori nostro in mari Indico, cujus nulla, quod sciam, apud alios fit mentio. Hujus nominis fluvium memorat Ptolemæ. Geograph. lib. 4. jam quando in hujus nominis mentionem incidimus, ac nihil, quod ad Geographiam pertineat, inveniebam, liceat dicere, quæ ad eruditionem spectant. Ἀγαθοῦ Δαίμονος dicebatur apud Græcos poculum, quod peracta cæna bibebant. Quare, qui non audebant multum vini bibere, petebant, ut poculum ἀγαθοῦ Δαίμονος ipsis daretur. Ideo ἀγαθοδαιμονίσαι apud Hesych. sunt, qui parum vini bibunt; ac quia in conviviis statim post ἀγαθοῦ Δαίμονος poculum, mensam auferebant. Hinc jocus Dionysii Tyranni, qui cum vellet Apollinis mensam argenteam auferre, Deo ἀγαθοῦ Δαίμονος poculum propinavit, ac mensam auferri jussit; qua de re videsis Ælian. de Var. Hist. lib. 1. c. 20. cujus locum interpres Latinus non intellexit, qui ad hanc consuetudinem alludit. Idem refert Arpinas Philosophus de Nat. Deorum lib. 3. circa calcem.

66 Ἀγάθυρσα, πόλις Σικελίας.] Agathyrsa, urbs Siciliæ ex Polybii lib. 9. cujus libri non extant, nisi παικίλα, Agathyrsum dicitur Straboni lib. 6. Agathyrium Ptolemæo Geographiæ lib. 3. c. 4. Agatyrna Livio lib. 27. c. 14. idem fuit Siciliæ oppidum, licet diversis nominibus ab scriptoribus vocetur, ab Agathyrno quodam conditum, ut rerum monumentis tradit Diodor. Siculus Biblioth. Hist. lib. 5. cujus sunt verba: Ἀγάθυρνος βασιλεύσας τῆς νῦν ὀνομαζομένης Ἀγαθυρνίτιδος χώρας ἔκτισε πόλιν τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Ἀγαθύρνον: id est, *Agathyrnus autem, cum in regione, nunc Agathyrnitide nominata regnaret, condidit urbem, quam ab se Agathyrnum vocavit.* Ejus nunc vix exstat vestigium, auctore Fazello Decad. 1. lib. 9. c. 5. Cluv. Sic. Antiquæ lib. 2. c. 5.

67 Ἀγάθυρσοι, ἔθνος ἐνδόξερον τοῦ Αἵμου.] Agathyrsi fuere populi Asiatici, & Europæi, ut & Iberi, & Ligyes. Agathyrsos Europæos Ptolemæ. Geograph. lib. 3. c. 5. in Sarmatiæ Europæ situ locat; Agathyrsos verò Asiaticos tabula septima eodem libro inter Scythiæ populos, qui erant intra montem Imaum, Amm. Marcell. lib. 22. unà cum Gelonis eos descripsit, apud quos, inquit, esse adamantis lapidis copiam; at si hoc esset verum, mercatores eorum regionem hujus preciosissimi lapidis causa frequentarent, qui lucri cupidine avia terrarum loca peragrant, *nullius ante trita solo*, ut cum Lucretio loquar. Agathyrsorum mores describit Herodot. lib. 4. Ἀγάθυρσοι ἀβρότατοι ἀνδρῶν εἰσι, καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιστα, &c. id est, *Agathyrsi autem sunt virorum pulcherrimi, & exultissimi, & aurum maxime gestant, in commune cum mulieribus miscentur, ut inter se germani sint, ac domestici omnes, nihil neque livoris, neque odii mutuo exercentes, in ceteris ad Thracum consuetudinem accessere.* Plin. lib. 4. c. 12. cæruleo capillo Agathyrsos vocat, non quod sic nascerentur, sed quod capillos tingerent. Ideo ab Ardino Poëta Æneid. lib. 4. v. 146. *picti* vocantur, ubi Servius: *Picti autem non stigmata habentes, sicut gens in Britannia, sed pulchri, h. e. cyanea corna placentes.* In novo orbe aliquæ gentes diversis coloribus pingebant corpora, cujus partes solebant etiam perforare varii coloris plumis insertis ad venustatem, & elegantiam. Apud nos etiam fœminæ perforant aures à teneris annis, ex quarum orificiis margaritas & adamantes pendentes gerunt. Hebrææ etiam fœminæ antiquitus pro orientis consuetudine, non solum aures, sed etiam nares perforabant, ex quibus margaritas gerebant pendentes, ut claret ex Isai. c. 3. v. 21. Cæterum de Agathyrsis adisis Melam lib. 2. c. 1. Solin. c. 20.

68 Μέγαρσος, πόλις Σικελίας.] Megarsus, urbs Siciliæ, lege Μάγαρσος, πόλις Κιλικίας, i. e. *Magarsus, urbs Ciliciæ.* Magarsus enim non fuit urbs Siciliæ, sed Ciliciæ, ut literarum monumentis tradidit Plin. lib. 5. c. 27. Eam quoque noster Auctor suo loco memorat, sed ei non urbs sed μίκρος ὄχθος dicitur.

69 Οἴεται Δίδυμος.] Lege Δίδυμος. Est enim impressoris incuria.

70 Ἀγαμήδη τόπος περὶ Πύρραν τῆς Λέσβου.] Agamede, locus circa Pyrrham Lesbi. Τὸ τόπος significat *locum*, i. e. *oppidum.* Pyrrha enim & Agamede fuere oppida Lesbi; Pyrrha hausta fuit mari, Agamede obiit. Non solum enim homines sed urbes etiam & regna moriuntur; prius testatur Plinius lib. 5. c. 31. posterius dies sapientissimi μάρτυρες testantur.

Πύρρας ἐπικληθείσης. [71] Ἐστὶ καὶ κρήνη Ἀγα- A
μήδη, ὡς Νικόλαος ἐννάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀ-
γαμήδεια, κατὰ τέχνην, ὡς Νικομήδεια.

Ἀγάμεια [72], ἄκρα καὶ λιμὴν πρὸς τῇ Τροίαν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ. Ἐκλήθη ἀπὸ τῆς Ἀ-
γαμοῦς τῆς Ἡσιόνης ἐπεὶ αὐτὴ προδοθῆναι τῷ B
κήτει. [73] Λέγεται καὶ Ἀγάμη, ὡς Πρέσβεια Πρέ-
σβη, καὶ τὸ Βασίλεια κατὰ συναλοιφὴν Βασίλη·
οὕτως Ἀγάμεια, Ἀγάμη. Δύναται καὶ τὸ Ἀγά-
μεια ἀπὸ τῆς Ἀγάμη, ὡς τὸ Πηνελόπεια ἀπὸ τῆς Πη-
νελόπη. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀγαμεύς, ὡς τὸ Μαντι- C
νείας Μαντινεύς. Λέγεται καὶ Μαντίνη κατὰ συναλοι-
φὴν παρὰ Ἑκαταίῳ. Καὶ Ἀγεμείτης, ὡς Σελεί-
της. Εἴρηται γὰρ ἡ Ζέλεια, καὶ Ζέλη· ὥς τε εἶναι τῆς
Ἀγάμεια τὸ Ἀγαμειάτης, ὡς τὸ Ζελειάτης.

Ἀγαμὸς [74], πόλις πρὸς Ἡρακλείαν τῇ D
Ποντικῇ. Ὠνόμασται ἀπὸ παλαιᾶς βασιλί-
δος, [75] ἣ στέρξασα παρθένον καὶ κυνηγὸν *

— Αὐτῇ. Ὁ πολίτης, Ἀγάμιος.

Ἀγβάτανα [76], πολίχνιον Συρίας. Ἡρόδοτος τρίτῳ· Οἱ δὲ νῦν, Βαταίνειαν αὐτὴν E
καλέουσι. Τὸ ἐθνικὸν, Βαταινῶται, ὡς Ῥαφά-
νεια, Ῥαφανεῶται. [77] Δημήτριος δέ φησιν
Ἀγβάτανα δύο, τὰ μὲν τῆς Μηδείας, τὰ δὲ
τῆς Συρίας. Κτησίας δὲ πανταχοῦ τῶν Περσι-
κῶν, τὰ πρὸς Μήδοις Ἀγβάτανα διὰ τοῦ α F
γράφει· πρὸς δὲ τοῖς ἀρχαίοις, διὰ τοῦ ε, τὸ
Περσικὸν, ὡς δειχθήσεται. Παρὰ Χάρακι δὲ
καὶ αὐτὴ διὰ τοῦ ε, ἵν' καὶ Ἐπιφάνειαν φασὶ
κεκλῆσθαι. Ἡρωδιανὸς δὲ ἐν τῷ πρὸς συντάξεως
στοιχείων ἐγκεῖσθαι τὴν διὰ τοῦ κ γραφὴν, πα- G
ραιτεῖται δὲ τὴν διὰ τοῦ γ, λέγων ἅτε· μή πῃ
ἄρα προσκινδυνεύει τὸ β ὑποτεταχθαι τῷ γ,
ἐν οἷς ὑπολέλειπται [78] ἐν τῷ Λάγβα, τὰ ὅρκια.
Τὴν δὲ διὰ τοῦ γ γραφὴν, καὶ ἐν τῷ ε διασα-
φήσομεν. Καὶ Ἑλλάδιος ἐν τῷ α στοιχείῳ πα- H
ρέθετο τὸ ἐθνικὸν, Ἀγβατανεώς· τοῖς Πέρ-

σαις

Pyrrha fuit vocata. Eſt etiam fons Agameda, ut Nicolaus lib. nono. Gentile, Agamedia ſecundum artem, ut Nicomedia.

AGAMIA, promontorium, & portus circa Trojam, ut Hellanicus lib. 2. ſic dicta, quod Ἄγαμος, id eſt, *innupta* Heſiona ceto fuit tradita. Dicitur etiam Agama, ut Presbia, Presba, Baſilia, Baſila per ſyncopen. Sic Agamia, Agama. Poteſt eſſe & Agamia, ex Agama, ut Penelopia, ex Penelopa. Gentile, Agameus, ut Mantinea, Mantineus. Dicitur quoque Mantina per ſyncopen apud Hecatæum. Et Agamites, ut Selites. Dicitur enim Zelia, & Zela. Sicque poteſt formari gentile Agamiates ab Agamia, ut Zeliates à Zelia.

AGAMUS, urbs circa Heracliam Ponticam. Sic vocata ab antiqua regina, quæ ſe amavit virginem, & venatricem *

—— Seipſam. Civis Agamius.

AGBATANA, civitatula Syriæ. Herodotus lib. tertio. Nunc vero Bataneam eam vocant. Gentile, Batancotæ, ut Rhaphanea, Rhaphaneotæ. Demetrius duo Agbatana eſſe author eſt, alia Mediæ, alia Syriæ. Cteſias ubique Perſicorum, Mediæ Agbatana per a ſcribit. Apud veteres verò Perſica Agbatana per e ſcribitur, ut oſtendemus. Apud Characem verò eadem per e ſcribitur, quam Epiphaneam etiam vocatam fuiſſe ajunt. Herodianus de conſtructione elementorum ſcripturam per c. approbat, per g. reſpuit hæc dicens: *Ne quid igitur periclitetur B. ſubjice τῷ G. in quibus ſubjecta fuit τῷ Lagba, fœdera jurejurando ſancita.* Scripturam per g. in dictionibus incipientibus per e declarabimus. Helladius in littera A poſuit, gentile, Agbatenus. Perſis

71 Ἐστὶ καὶ κρήνη Ἀγαμήδη.] Fuiſſe quoque fontis nomen inquit ex Nicolai nono, cujus nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio; at fuit nomen fœminæ ob veneficia illuſtris, cujus meminit Poëtarum parens Il. λ. v. 739. nec non Euſt. ad Periegetæ v. 323. Celeberrimæ enim ἀμφὶ ἐπῳδὰς, καὶ φάρμακα fuere Medea, Circe, & Agamede, auctore Euſt. ad Carmen citatum.

72 Ἀγάμεια, ἄκρα καὶ λιμὴν πρὸς τῇ Τροίαν.] Agamea, ſeu Agamia (nomina enim apud Græcos in εια, Latini per ea, vel per ia proferunt) fuit promontorium & portus circa Troiam ex Hellanici lib. 2. cujus nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio.

73 Λέγεται καὶ Ἀγάμη.] Agit nunc Auctor noſter de formatione nominis Ἀγάμη & Ἀγάμεια, quæ eſt valde tralatitia in hujuſmodi nominibus. Fit enim vel κατὰ προσγραφὴν, ut cum ἀπὸ τὸ Ἀγάμη fit Ἀγάμεια, vel κατὰ συναλοιφὴν, ut cum ἀπὸ τὸ Ἀγάμεια fit Ἀγάμη. Sic ſe habet Ζέλη, Ζέλεια, Πηνελόπη, Πηνελόπεια, & alia hujus farinæ ſexcenta.

74 Ἀγαμὸς, πόλις πρὸς Ἡράκλειαν.] Agamus urbs circa Heracliam Ponticam, ſic dicta ab antiqua regina, quæ ſe amavit virginem, & venatricem, qua de cauſa ἄγαμος, i. e. *innupta* permanſit; de qua urbe altum apud alios eſt ſilentium.

75 Ἣ στέρξασα παρθένον, καὶ κυνηγὸν αὐτῇ.] Τὸ αὐτῇ pro ἑαυτῇ. Solent enim Græci uti hoc modo illo pronomine, ut αὐτὸν δὲ τρέφων κύων τρέφεις, i. e. *cum ipſum.* i. e. *te ipſum alere non poſſis, canes alis.* Quare nullo aſteriſco notanda eſſe illa verba exiſtimo.

76 Ἀγβάτανα, πολίχνιον Συρίας.] Agbatana, urbecula Syriæ ex Herodoti lib. 3. apud quem libro ab Stephano citato c. 62. Syriæ Ecbatana, non Agbatana, ut inquit noſter, vocatur; *nunc*, i. e. *ætate* Stephani *Batanea* dicitur. Id nominis procul dubio corruptum eſt ab Hebræo בית *bethan*, i. e. *palatium*, parva ad Græcam terminationem deflexione.

77 Δημήτριος δέ φησιν Ἀγβάτανα δύο, &c.] Duas hujus nominis urbes ex Demetrio inquit fuiſſe, alteram Mediæ, alteram Syriæ. De Syriæ Agbatanis in præcedenti annotatione egimus; Mediæ vero Ecbatana juſſu Deiocis primi Medorum regis ædificata fuere, ubi poſtea obiit Cambyſes. Utrumque narrat Herodot. lib. 1. memoratur etiam Geographo lib. 11. Coſmographo Geograph. lib. 7.

78 Ἐν τῷ λάγβα, τὰ ὅρκια.] Sunt verba corrupta, quæ nec Cous ſenex ſine aliorum codicum ope ſanitati reſtituet. Phavorini Λαγβάθῳ, quod ipſe ex Heſych. habet, nihil commune cum hoc habere exiſtimo.

79 Παρα-

σαις γὰρ σωνήθης ὁ τύπος. Λέγεται γὰρ Καμ- A
βησηνὸς, [79] Παραλαμιώτης, Σοφηνὸς, ὡς
δειχθήσεται. Καθ' Ἕλληνας δὲ, Ἀγβατεύς.
Δείξομεν δ' ἐν τῷ Β, ὅτι ἡ καθ' ἡμᾶς Βατα-
νεα, καὶ Βαταναια καλεῖται· καὶ τὸ ἐθνικὸν,
Βαταναῖται. B

Ἀγγελη [80], δῆμος τῆς Πανδιονίδος
φυλῆς. Ὁ δημότης, ἀπιρρήματικῶς Ἀγγε-
λῆθεν ἐκ τόπου, Χάρης, Κλεοχάρης Ἀγγε-
λῆθεν. Εἰς τόπον, Ἀγγελῶδε. Ἐν τόπῳ,
Ἀγγελῆσιν. Ὀξύνεται δὲ κατὰ δύο τρόπους, ὅτι C
δῆμος ὄνομα, ὡς τὸ Περγασὴ, καὶ Καλὴ· καὶ ὅτι
τὰ εἰς ελη, μονογενῆ ὄντα δύο συλλαβὰς βα-
ρύνεται, εἰ μὴ ἀπὸ φύσεως μακρᾶς. Ἡ γὰρ ἀρ-
χουσα. Σεμέλη, Ἀγέλη. Διὰ τὸ Παντελὴ, καὶ
Ἀγγελή. Τὸ Πιμελὴ, σεσημείωται. D

Ἀγησσὸς [81], πόλις Θρᾴκης· ὡς Θεό-
πομπος ἐν πεντεκαιδεκάτῃ ἐδήμευ. Τὸ ἐθνικὸν,
Ἀγήσιος, ὡς Ἀσήσιος, Ταρτήσιος, ὡς
δειχθήσεται ἐν τῷ περὶ * ἢ Ἀγησσίτης, ὡς Ὁ-
δησσίτης, ἀφὸ τοῦ ὁμοεθνές. E

Ἄγιον [82], τόπος Σκυθίας, ἐν ᾧ Ἀ-
σκληπιὸς ἐτιμᾶτο, ὡς Πολύϊστωρ.

Ἄγκαρα, πόλις Ἰταλίας, ὡς Ἄντια,
Ἄδρια. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀγκαρᾶτης, ὡς Πολύ-
βιος ὀγδόῃ. F

Ἄγκυρα [83], πόλις Γαλατίας. Οἱ δὲ
Φρυγίας αὐτὴν ἀναγράφουσιν. Ἔοικε δ' εἶναι
Φρυγίας, διὰ τὸ ἀμφοτέρων εἶναι. Γαλατῶν
γὰρ ἔστι, ὅμορός ἐστι τῇ μεγάλῃ Φρυγίᾳ. Οἱ
γὰρ ἀπὸ Κελτικῶν Γαλάται, ὡς Στράβων φη- G
σὶ δωδεκάτῳ, εἰς τέτταρα πλανηθέντες τοῦ τό-
που, τριμερεῖς τε γνόμενοι, εἰς τοσαύτας μοί-
ρας διενείμαντο τὴν χώραν. [84] Ἀπολλώνιος δὲ
ἐν ἑπταικαιδεκάτῃ Καρικῶν ἱστορεῖ, Μιθριδά-
της καὶ Ἀριοβαρζάνης νεήλυδας τοῖς Γαλά- H
ταις συμμαχήσαντας διώξαι τοὺς ὑπὸ Πτολε-
μαίῳ στελλέντας Αἰγυπτίους ἄχρι θαλάσσης, καὶ
λαβεῖν τὰς ἀγκύρας τῶν νεῶν αὐτῶν, καὶ μισθὸν
τῆς νίκης εἰς πλισμὸν λαβόντας χώραν κλίσιν, καὶ

fis enim consueta est hæc forma. Dicunt enim Cambesenos, Parætamenos, Sophenos, ut ostendetur. Secundum Græcos verò gentile debet esse, Agbateus. In littera B. ostendemus, quod apud nos Batanea, vocatur Batania, cujus gentile, Bataneotæ.

ANGELA, populus tribus Pandionidis. Popularis, adverbialiter ex Angela, *Chares Cleocharis ex Angela*, ex loco; in Angelam, in locum; in loco, in Angela. Acuitur verò per duos modos, quod populi nomen, ut Pergasa, & Cala. Quod desinentia in ελη unius generis polysyllaba accentu gravi notantur, nisi fuerint natura longa, vel positione inceperint. Semela, Agela; propter quod Pantela, & Angela, & Pimela notata sunt, quæ habent in ultima accentum.

AGESSUS, urbs Thraciæ, ut Theopompus lib. 47. Gentile, Agessius, ut Assesius, Tartessius, ut ostendetur in de ..... vel Agessites, ut Hodessites propter gentis similitudinem.

AGIUM, Locus Scythiæ, in quo Asclepius colebatur, ut Polyhistor.

ANGARA, Urbs Italiæ, ut Antia, Adria, gentile, Angarates, ut Polybius lib. octavo.

ANCYRA, Urbs Galatiæ, alii verò Phrygiæ esse scribunt. Apparet autem esse Phrygiæ, eò quod sit utriusque provinciæ. Galatiæ enim cum sit, vicina est magnæ Phrygiæ. Galatæ enim à Celtis originem trahunt, ut inquit Strabo lib. 12. per hos errantes locos, ac in tres partes divisi, regionem in tres distribuere portiones. Apollonius vero lib. 17. Caricorum refert, quòd Mithridates, & Ariobarzanes Galatis tunc advenis auxiliantes Ægyptios à Ptolemæo missos usque ad mare persequuti fuerint, atque captis navium eorum anchoris in victoriæ mercedem regionem ad condendas urbes acceperint, atque ab eventu civi-

79 Παραλαμιώτης.] Lege ex Herodoti lib. 1. c. 101. Παρητακηνές. Hi enim erant Mediæ populi, non Παραλαμιώται.

80 Αγγελη, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς.] Angele vel Angela (Latini pro libitu nomina Græca in η vel per e, vel per a proferunt) fuit populus Pandionidis tribus Athenienſium Hesych. memoratus; de quo nihil memoratu dignum memini me legisse.

81 Ἀγησσὸς, πόλις Θρᾴκης.] Agessus urbs Thraciæ, quæ *Agassus* dicitur Plinio lib. 3. c. 11. Agassa vocatur Livio lib. 44. c. 7. sed Macedoniæ assignatur, eadem fuit urbs. Macedonia enim & Thracia erant confines. Idem Livius lib. 45. c. 37. Agassas numero plurativo vocat. Utrumque translativum est apud Scriptores, & regionum confinia miscere, & oppidorum nomina, numero, genere & terminatione variare.

82 Ἄγιον, τόπος Σκυθίας.] Agium locus Scythiæ, in quo Asclepius colebatur. Auctor noster in ψευδεπιγράφῳ, ὄρος ἄγιον, i. e. *montem Agion*, i. e. *Sanctum* vocat; qui antiquitus *Scythæ*, nunc *Tartari* dicuntur.

83 Ἄγκυρα, πόλις Γαλατίας. Οἱ δὲ Φρυγίας.] Ancyra, urbs Galatiæ, seu Phrygiæ. Hæ enim regiones erant finitimæ; *Angorim* nunc dici inquit. Paul. Jovius Histor. lib. 13.

84 Ἀπολλώνιος δὲ.] Ex historia illa, quam ex Apollonio refert, deducit etymon Ancyræ civitatis ἀπὸ τῆς ἀγκύρας, i. e. *ab anchora*. Pausanias lib. 1. auctor est conditam fuisse à Mida Gordii filio, cujus adhuc ætate, ut ipse refert, in Jovis sacello anchora illa à conditore inventa permanserat. Livio lib. 38. c. 24. est nobilis urbs *Tectosagum* Gallorum in Asia, quorum regio *Galatia* dicebatur. Galli vero illi *Tectosages* fuere, qui in Græciam & Delphos celeberrimam illam expeditionem fecere. Cosmographo Geograph. lib. 5. c. 6. dicitur esse metropolis Tectosacarum in Asia. Tectosacæ vero, & Tectosages iidem sunt Asiæ populi, qui à Tectosagibus Galliæ originem trahebant, auctore Geographo lib. 12.

καὶ ὀνομάσαι ἄτω. Τρεῖς δὲ πόλεις ἔκτισαν, Ἄγκυραν, ἀπὸ ᾗ κζ΄ τ πόλεμον πολεονεκτήματος. τὴν ᾱ, ἀπὸ Πισσινοῦντος Ἄρχοντος· τὴν γ΄ Ταυίαν, ἀπὸ ἑτέρου Ἄρχοντος. [85] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀγκυρανός. Τὰ εἰς νος ἐθνικὰ, ἐὰν ἀπὸ τ γενικῆς ᾗ πρωτοτύπου γίνητε, καθαρεύσης τῷ α πλήθει μακρῷ, καὶ μιᾶς συλλαβῆ τ γενικῆς πλειόνι, οὐκ ἀναιρέτους ᾗ λόγος. Οὐ γὰρ ὅσα τὸ α κζ΄ τὴν πλήθεσιν ἔχει, τοῦτα οὐκ ἑλληνικῶν πρῆκται. Τὰ μὲν πρότερα πλασιάζεται, Ἀσιανὸς, Καρδιανὸς, Ὀλβιανὸς, Φασιανός. Ἀπὸ τ Φάσιος πόλεως. Τραλλιανὸς, Τραλλιανὸς, Σάρδις, Σαρδιανός· Πάριον, Παριανὸς, [86] Βόσπορον, Βοσπορανός. Ἀπὸ τ ἐθνικῶν, ἐθνικὴν, ὡς ᾗ Ῥόδος τὸ Ῥοδιακὸς κλητικόν. Καὶ Σαμίου τὸ Σαμιακός· Κίος πόλεως Μυσίας, Κιανός. Τίος, Τιανός. Καρίας, Καρικανός. Σηλυμβρίας, Σηλυμβριανός. Ἡμάρτηται τὸ Βοτρυωνὸς, ἐὰν ἀπὸ ᾗ Βότρυος γέγονεν. Ἐνθένδε ᾗ ὁ τύπος μιᾶς πλειόνος. Σπανίως ᾗ δυσὶν, ὡς τὸ Ταυριανὸς, καὶ Σκορπιανὸς, καὶ Ζυγιανὸς, ἅπερ ἀπὸ ᾗ Σκορπίων, καὶ Ταύρων, καὶ Ζυγῶν πλάγιαν ἐοίκασι, δυσὶ μέρεσι καὶ αὐτὰ ἀπὸ πρωτέρων πλαγίων τοπικῶν, Ζυγίων, Σκορπίων, Ταυρίων. Προσκειται οὐκ ἀναιρέτους ᾗ λόγος, Μὴ τὸ Ἱππανὸς, Καρμανὸς, Καμπανὸς, Γερμανὸς, Βρεττανὸς, Ῥηγανὸς, Ἀφρικανὸς, Ὀλβανὸς, Τυρκανὸς· οὐδὲν γὰρ τούτων ἀπὸ γενικῆς καθαρεύσης. Ὁ ᾗ Ὧρος τὰ μὲν τοιαῦτα μὴ καθαρεύοντα, τὸ η θέλει πλατύνεσθαι. Χωρὶς εἰ μὴ τῷ ρ παρεμπίπτοντα μέρη φορᾶς, καθάπερ ὅτι ᾗ Ἀγκυρανὸς, καὶ Θυατειρηνὸς, Γερμανὸς, καὶ Γαγγρηνός· Ὧν τὰ μὲν πλατύνεται τῷ ἄγκυραν σωζέσθαι τῷ Σωρανὸς, Βοστρανός· τὰ ᾗ ἀπὸ ᾗ Θυάτειρα, καὶ τὰ Γάγγρα παρῆκται. Ἀλλὰ καὶ γενικῶς λέγεται ἡ Γάγγρα, ὡς Πολυΐστωρ φησὶν Ἀπόλλωνα φάναι πλεῖν τ τόπον αἶγας νέμοντα· κλίνεται ᾗ πόλιν, ἄτος ὀνομάσαι. Οὕτω γὰρ ὄνομα τῇ αἰγί.

ἈΓΚΥΡΊΟΝ, πόλις Ἰταλίας. Δώσατε ὁ πολίτης Ἀγκύριος, ὡς Βυζάντιος· ἢ Ἀγκυριεύς, ὡς Κιτιεύς, Δουλιχιεύς, Σιγιεύς, Σουνιεύς. Ἀλλ' ἄμεινον μὲν τὸ τ χώρας ἔθος Ἀγκυριανὸς, ὡς Ἀδριανός· εἰ μὴ, ὡς πλατὺ τὸ Ῥήγιον Ῥηγῖνος, Μεταπόντιον Μεταποντῖνος. Ἰταλοὶ γὰρ μάλιστα τούτῳ φιληδοῦσι τῷ τύπῳ.

ἈΓΚΥΡΩ͂Ν [87], πόλις Αἰγύπτου, ὡς Ἀλε-

civitatem sic nominaverint. Tres vero condidere urbes, Ancyram quam à belli prærogativa sic vocarunt; secundam à nomine Pisfinuntis Archontis; tertiam Taviam ab alio Archonte. Gentile, Ancyranus. Gentilia enim, quæ desinunt in νος, si à genitivo prototypi puro fiant, in A longum desinunt, & una syllaba genitivum excedunt, non reversa ratione. Non enim quotquot habent A in antepenultima, ex fœmininis sunt deducta. Prioris exempli esto, Asianus, Cardianus, Olbianus, Phasianus ab urbe Phase, à Tralle, Trallianus, à Sarde Sardianus, à Pario, Parianus, à Bosphorio, Bosphorianus. Gentile, ex gentilibus, quemadmodum à Rhodio, Rhodiacus, possessivum, & à Samio, Samiacus, à Cio Mysiæ urbe, Cianus, à Tio, Tianus, à Cario, Carianus, à Selymbrio, Selymbrianus. Error est in formatione nominis Botryenus, si à Botryos genitivo fit. Hujusmodi enim forma una syllaba abundat; rarò duabus, ut Taurianus, Scorpianus, Zygianus, quæ ab Scorpio, Tauris, & Zygis formam deducere videntur, cum possint à prioribus deduci localibus, Zygiis, Scorpiis, Tauriis. Adjicitur *supra* non reversa ratione, eo quod Hippanus, Carmanus, Campanus, Hyrcanus, Germanus, Brittanus, Rhetanus, Aphricanus, Olbanus, alio modo se habent. Horum enim nullum fit ex genitivo puro. Orus vero vult, quod η in penultima habeant, quæ pura non sunt, nisi quod ea, quæ habent R. duobus modis scribuntur, ut Ancyranus, Thyatirenus, Germanus & Gangrenus, cum quibus præter Ancyranus, concurrunt Soranus, & Bostranus, nec non quæ à Thyatira, & Gangra deducuntur. Gangra quoque fœmi. genere dicitur, ut Polyhistor author est, *apud quem Nicostratus* inquit, Caprarium apparuisse circa quemdam locum capras pascentem, ac urbem, cum condidisset, sic nominasse. Id enim erat nomen capræ.

ANCYRIUM, Urbs Italiæ. Civis potest esse, Ancyrius, ut Byzantius, vel Ancyrieus, ut Citieus, Dulichieus, Sigieus, Sunieus. Sed præstat more regionis, Ancyrianus, ut Adrianus, nisi, ut à Rhegium, Rheginus, à Metapontium, Metapontinus. Itali enim maximè gaudent hac forma.

ANCYRO, onis, urbs Ægypti, ut Ale-

85 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀγκυρανός.] Gentile, Ancyranus. Suidas auctor est Ancyræ incolas sua ætate vocari, qui olim *Hellenogalatæ*, seu *Græco-galli* dicebantur, & anchoram, à qua civitas nomen accepit, fuisse inventum Anacharsidis Scythæ Philosophi, qui Crœsi tempore floruit. Fides sit penes Auctorem.

86 Βόσπορον.] Lege Βοσπόριον. Mens enim Stephani hoc in nomine est, quemadmodum à Parion, Parianus, sic à Bosporion, dicendum esse Bosporianus.

87 Ἄγκυρων, πόλις Αἰγύπτου.] Ancyron, onis, vel Ancyro, onis. Utroque enim modo Latini nomina Græca in ων proferunt. Fuit urbs Ægypti nomen adepta ἀπὸ τ ἀγκύρας, i. e. *ab anchora*; quia Latomiam habebat, ex qua anchoras faciebant. Veteres enim anchoras lapideas tantum habebant, postea ferreas fecere, ut nunc; at urbis nulla apud alios, quod sciam, fit mentio.

88 Ἄγκων,

Ἀλέξανδρος ἐν τεσσαιδεκάτῳ Αἰγυπτιακῶν. Ὠνόμασται ὃ ἔτως, ἐπειδὴ λιθίνας ἐκεῖ ἔπεμνον, αἷς καλεχρῶντο ἀγκύραις, ἐκ τοῦ ᾠδαικεν ἀφ' ἧς λατομίας. Τὸ ἐθνικὸν ἡ τέχνη ἐκ τοῦ Αἰγυπτίων ἔθους. Ὡς γὰρ Κυνῶν πόλις, Κυνοπολίτης, Λεόντων πόλις, Λεοντοπολίτης, Λύκων πόλις, Λυκοπολίτης, Λάτων πόλις, Λατοπολίτης· ἔτως, Ἀγκυρῶν, Ἀγκυροπολίτης.

Alexander Ægyptiacorum lib. decimo tertio. Sic vero fuit vocata, quod illic lapideas anchoras scindebant, quibus utebantur ex adjacente latomia. Gentile ars fecit, prout Ægyptiorum consuetudo. Ut enim à Cynopolis, Cynopolites, à Leontopolis, Leontopolites, à Lycopolis, Lycopolites: sic ab Ancyron, Ancyropolites.

ΑΓΚΩΝ [88], πόλις Πικεντίνων. Ἴσως ὃ βαρυτέρᾳ τῇ τὰς ἐγχωρίας ὡς Ἄντρων. Τὸ ἐθνικὸν Ἀγκώνιος, ὡς Ἀντρώνιος ὄνος (ἡ παροιμία· [89] εὐφυεῖς γὰρ πρὸς μυλῶνας ἔχει λίθας) Καλυδώνιος. Λέγεται ὃ καὶ Ἀγκωνίτης, ὡς Ἀρτεμίδωρος.

ANCON, onis, Urbs Picentinorum. Fortasse accentu gravi notatur juxta consuetudinem regionis, ut Antron, onis. Gentile, Anconius, ut *Antronius asinus.* (adagium; aptos enim ad pistrinum habet lapides) & Calidonius. Dicitur etiam Anconita, ut Artemidorus.

ΑΓΝΟΥΣ [90], δῆμος ἐν τῇ Αἰγηίδι τῆς Δημητριάδος φυλῆς. Τινὲς δὲ Ἀκαμαντίδος· ἢ ὡς Φρύνιχος, [91] τῆς Ἀτταλίας. [92] Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ φυομένης ἄμπελος. Ἐπιπολάζει γὰρ καὶ τοῦτο τὸ εἶδος παρ' Ἕλλησιν· οἷον Σχολυδῆς, Κυλλῆς, Πιτυωδῆς, Δαφνῆς, Σεμνῆς, Ἐρικωδῆς, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις φυομένων, καὶ τὸ ἐν Ἀθήναις δῆμον. Τινὲς Ἀχερδῆς, Φηγῆς, Μυρρινῆς. Οἱ δημόται Ἀγνούσιος, ὡς Ῥαμνούσιος ἀπὸ τοῦ ῥητικῆς, τροσώδῳ ἰῶτα, καὶ τοῦ τ φυλασσομένου, ὡς ἐν τῷ Σεμνύλλιος, Ὀπύντιος, Ἐρεχθέως. Τρεπομένου εἰς α, καὶ τοῦ ἀφαιρουμένου, Ἁλιμούσιος, Φηγούσιος· Δηλουμένου τοῦ προσκειμένου τοῦ διαιρέτου τοῦ προτύπου, ὅπερ Ἀττικοὶ φιλοῦσι. Παρ' αὐτοῖς γὰρ οὐ λέγεται Ἀγνόεις, ἢ Φηγόεις, ἢ Μυρρινόεις. Ὅθεν οὐδὲ Δημὸς τοῦ τ λέγεται Σιμύλλος· οὐ γὰρ Ἀττικὰ ταῦτα. Τὸ τοπικὸν, ἀγνοῦσόθεν. Καὶ ἐν τόπῳ, ἀγνοῦντι ἐν τοῖς Ἄξοσιν, ἐπειδὴ Ἀγνοῦντι θυσία ἐστὶ τῷ λεῷ. Εἰς τόπον, Ἀγνοῦντόνδε

AGNUS, untis, populus Demetriadis tribus in Attica. Alii verò Acamantidis esse dicunt. Vel ut Phrynichus, Attaliæ. Sic verò fuit vocata ἀπὸ τοῦ ἄμπελος, id est, *à vitice*, quæ ibi nascitur. Frequens enim est hæc forma apud Græcos, velut Scholyûs, Cyllûs, Pityodûs, Daphnûs, Semnûs, Ericodûs à plantis, quæ in his locis nascuntur, juxta Athenienses populi consuetudinem. Aliqui addunt Acherdûs, Phegûs, Myrrhinûs, popularis, Agnusius, ut Rhamnusius, à genitivo addito ιος, atque T servato, ut Semnuntius, Opuntius, Erichuntius. Verso verò in A, & jota ante eum ablato Halimusius, Phegusius. Discernitur conversio indivisibili primitivo, quod Attici amant. Apud eos enim non dicitur Ἀγνόεις &c. i. e. *Agnoënsis*, vel Phegoënsis, vel Myrrhinoënsis. Quare nec Simuntius per T dicitur. Hæc enim non sunt Attica. Locale adverbium, ex Agnunte, in loco *Agnunte in Axibus, quoniam Agnunte est sacrificium populo*, in locum, in Agnuntem.

ΑΓΝΩΝΕΙΑ [93], πόλις Θρᾴκης, πλησίον Ἀμφιπόλεως, Ἀγνῶνος κλίσμα, ὃ σεσημαίνεται γῆ

AGNONIA, urbs Thraciæ, prope Amphipolim, opus Agnonis, Athenienſium ducis.

88 Ἄγκων, πόλις Πικεντίνων.] Ancon, vel Anco, juxta regulam præcedentis dictionis, vel etiam Ancona, ut Κρεμών, Cremona; fuit urbs Picentinorum in Italia, quæ adhuc hodie nomen servat, celebris vino, tritico, & purpuræ tinctura, & olim morte Lucii Cornelii Cinnæ, qui hac in urbe ob nimiam crudelitatem ab exercitu lapidibus occisus est. A Syracusanis conditam fuisse testatur Strabo lib. 5. cujus appono verba: Πόλις δ' Ἄγκων Ἑλλὼς Συρακουσίων κλίσμα, τῶν φυγόντων τὴν Διονυσίου τυραννίδα. κεῖται δ' ἐπ' ἄκρας λιμένα ἐμποιλαμβανούσης τῇ ποδὸς πὸς ἀρκτους ἐπίστροφὴν, σφόδρα δ' εὐσινός ἐστι, καὶ εὐπυροφόρος, id est, *Urbs autem Ancon Græca à Syracusanis condita, qui Dionysii tyrannidem fugerant, sita vero est in promontorio, quod portum complectitur suo ad septentriones reflexu, vini autem, & tritici est valde ferax.* Idem confirmat Solinus cap. 8. Plin. lib. 3. cap. 13. Cosmographus Geographiæ lib. 3. cap. 1. eam inter Picenorum oppida numerat. Piceni sunt iidem, quos Epitomator noster *Picentinos* vocat, quorum regio hodie vulgo Italis est *La Marca d'Ancona.* Hujus urbis etymon ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, i. e. *à cubito* deducitur; cujus descriptionem apposite expressit Mela lib. 2. c. 4. audi eum loquentem: *Hinc illa in angusto duorum promontoriorum ex diverso coëuntium sinu, inflexi cubiti imagine sedens, ac ideo à Grajis dicta Ancon, inter Gallicas, Italicasque gentes quasi terminus interest.*

89 Εὐφυεῖς γὰρ πρὸς μυλῶνας ἔχει λίθας.] Auctor noster innuit his verbis, Anconam urbem nomen adeptam esse, quod haberet optimos ad pistrina lapides; ἀγκὼν enim Græcè *rupium*, seu *petrarum sinus* etiam significat; sed præstat hoc in etymo sequi Melam, cujus verba in præcedenti annotatione apposuimus. Cæterum si plura de hac urbe scire desideras, vide Cluv. Ital. Antiquæ lib. 2. c. 11.

90 Ἄγνους, δῆμος ἐν τῇ Αἰγηίδι.] Agnus, untis, populus in Attica Demetriadis tribus Auctori nostro, Acamantidis Suidæ, Attalidis Phrynicho, Æolidis Hesychio, apud quem corruptè legitur Ἀγνὼς pro Ἄγνους.

91 Τῆς Ἀτταλίας.] Lege τῆς Ἀτταλίδος. Ἀτταλὶς enim, non Ἀτταλία dicebatur, Auctore nostro in Ἀτταλίς.

92 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ φυομένης ἄμπελος.] Agnuntem populum Atticæ sic vocatum fuisse inquit ἀπὸ τῆς, &c. *à vitice*, quæ ibi nascebatur. Ejus forma, ut quæ ab aliis plantis deducitur, est frequentissima, quarum exempla affert, quibus addito Cerasûs, Rhamnûs.

93 Ἀγνώνεια, πόλις Θρᾴκης.] Agnonia, urbs Thraciæ juxta Amphipolim ab Agnone Athenienſium duce condita, cujus meminit Thucydides lib. 1. & 2. nulla urbis facta mentione.

94 Ἀγνῶ-

γῆ τῆ Ἀθηναίων. Τὸ ἐθνικὸν Ἀγνωνείτης, ὡς Μαρωνείτης, ἐκ Μαρώνεια. Καὶ Καυνωνείτης, ἐκ Καυνώνεια. Καθ' ἔλλειψιν ἐκ α. A

cis. Gentile, Agnonita, ut Maronita, à Maronia, Caunonita, à Caunonia per ellipsin τῆς α.

ΑΓΝΩΤΕΣ[94], ἔθνος Κελτικῆς παρὰ τὸν Ὠκεανόν, ὡς Ἀρτεμίδωρος.

AGNOTES, populi Celticæ juxta Oceanum, ut Artemidorus.

ΑΓΟΡΑ[95], πόλις ἐν Χερρονήσῳ. Ὁ οἰκήτης, Ἀγοραῖος. B

AGORA, urbs in Cherſoneſo, incola Agoræus.

ΑΓΟΡΑΙΟΝ[96] τεῖχος, πόλις Εὐρώπης, ἐν Ἑλλησπόντῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀγοραιοτειχίτης.

AGORÆUM tichos, urbs Europæ, in Helleſponto. Gentile, Agoræotichita.

ΑΓΟΡΗΣΟΣ, πόλις Καρίας, κλίσμα Ἀργείων ἀποίκων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀγορησσεὺς ὡς Τελμισσεὺς, Τυμνησσὸς, Τυμνησσεύς. Δώσατμ καὶ Ἀγορήσιος, ὡς Λυρνήσιος. C

AGORESUS, urbs Cariæ, condita ab Argivis colonis. Gentile, Agoreſeus, ut Telmiſeus, Timneſus, Tymneſeus. Poteſt etiam eſſe Agoreſius, ut Lyrneſius.

ΑΓΡΑ καὶ ΑΓΡΑΙ[97], χωρίον, ἐνικῶς καὶ πληθυντικῶς. [98] Ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τοῦ πόλεως, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐτελεῖτο, μίμημα τῆς πρὸς τὸν Διόνυσον, ἐν ᾧ λέγεσι καὶ τὸν Ἡρακλέα μεμυῆσθαι. D

AGRA & AGRÆ regio, ſingulariter, & pluraliter. Eſt etiam Atticæ ante urbem, in qua parva myſteria peragebantur in Bacchi memoriam, in qua dicunt Herculem initiatum fuiſſe.

ΑΓΡΑΙΟΙ[99], ἔθνος Ἀραβίου, [1] ὡς ἐν ἑκκαιδεκάτῳ Στραβών. [2] Ἔστι καὶ ἕτερον ἔθνος πλησίον Ἀκαρνάνων, ὡς Θουκυδίδης ἐν τετάρτῃ. E [3] Τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τῆς χώρας, Ἀγραία. Λέγονται καὶ Ἀγραεῖς, ὡς Ἐρατοσθένης.

AGRÆI, populi Arabiæ, ut Strabo lib. decimo ſexto. Eſt & alia gens prope Acarnanes, ut Thucyd. lib. tertio. Fœmin. dictum de regione, Agræa. Dicuntur etiam Agræi, ut Eratoſthenes.

ΑΓΡΑΥ-

AGRAU-

94 Ἀγνῶτες, ἔθνος Κελτικῆς παρὰ τὸν Ὠκεανόν.] Agnotes, um, populi Celticæ prope Oceanum. Galli olim *Celtæ*, Gallia *Celtica* dicebatur; quæ nomina multas comprehendébant gentes Europæ: Agnotes vero ſunt ipſiſſimi populi, quos Plinius lib. 4. c. 19. *Anagnutes* vocat, atque eos inter Aquitaniæ populos numerat; Aquitania vero erat pars non ignobilis Galliæ.

95 Ἀγορὰ, πόλις ἐν Χερρονήσῳ.] Agora urbs in Cherſoneſo, per cujus medium Xerxis terreſtres adverſus Græciam copiæ tranſiere, atque hinc deflectentes fluvium Melana ebiberunt, referente Herodoto lib. 7. quod in hiſtorico non probandum, in poëta laudandum eſt. Poëta quidam Hiſpanus graphice depingens militum multitudinem, & eorum ſitis magnitudinem, canit:

De nueſtra ſed la puente fabricamos
Bebimos todos, y deſpues paſamos.

Agoræ civitatis meminit quoque Scylax in Thracia; nomen ſonat Latine *forum*.

96 Ἀγοραῖον τεῖχος, πόλις Εὐρώπης ἐν Ἑλλησπόντῳ.] Agoræum tichos, id eſt, Agoræum caſtrum, vel caſtellum. Τὸ τεῖχος enim apud Græcos non ſolum *murum*, ſed etiam *caſtellum*, ſeu *caſtrum muro munitum* ſignificat, ut jam alibi annotavimus. Agoræum vero tichos fuit urbs Europæ in Helleſponto, cujus nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio.

97 Ἄγρα, καὶ Ἄγραι, χωρίον.] Agra, numero ſingul. & Agræ num. plurali. Sunt enim plurima oppidorum nomina, quibus utroque numero utuntur ſcriptores, ut jam alibi annotavimus. Eſt oppidum, quod tanquam per averſionem nobis vendit Stephanus, & hac conditione opus eſt id emere; cujus nominis diverſa fuere oppida, ſed celeberrimum fuit Agra Leanitarum, ſeu potius Ælanitarum Arabum regia. Sic vero Arabes hi dicebantur ab Ælana urbe in illis regionibus celeberrima. Utriuſque & Agræ, & Ælanæ inter alios meminit Plinius, quos ego nunc tanquam per averſionem laudo, ne cedam Stephano.

98 Ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τοῦ πόλεως.] Hæc verba ſunt manca; ſic autem legenda ſunt: Ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τοῦ Ἰλίσσου πόλεως, i. e. *Eſt & Atticæ ante Iliſſum urbem.* Alium errorem errat etiam Stephanus. Nam vocat Iliſſum urbem, cum fuerit fluvius. Utrumque apparet ex Pauſaniæ lib. 1. cujus appono verba: Ἐθέλουσι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλων θεῶν ἱερὸν εἶναι τὸν Ἐλισσὸν, καὶ Μουσῶν βωμὸς ἐπ' αὐτῷ ἐστιν Ἐλισσιάδων. Ac paulo infra: Διαβᾶσι δὲ τὸν Ἐλισσὸν, χωρίον Ἄγρας καλούμενον, καὶ ναὸς Ἀγρολέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος, ἐνταῦθα Ἄρτεμιν πρῶτον θηρεῦσαι λέγουσιν, ἐλθοῦσαν ἐκ Δήλου, id eſt: *Iliſſum Athenienſes & aliis Dis, & Muſis ſacrum putant; quarum in ejus ripis ara eſt Iliſſiadum Muſarum dicta, non longe ab eo locus oſtenditur, ubi Peloponneſii Codrum Melanthi filium, Athenienſium regem interfecerunt. Ubi Iliſſum trajeceris, locum offendes, qui Agræ dicitur & venatricis Dianæ fanum. Hic enim primum venatam fuiſſe dicunt, cum ex Delo veniſſet, &c.*

99 Ἀγραῖοι, ἔθνος Ἀραβίου.] Agræi, populi Arabici, ſic dicti ab urbe Agra eorum regia, de qua ſuo loco egimus. *Peregetæ* dicuntur Ἀγρεῖς, i. e. *Agrei* v. 956.

Ἀλλ' ἤτοι πρόσθεν μὲν ὑπὲρ κλίτυν Λιβάνοιο
Ἀφνειοὶ νεμέσσιν ἐπώνυμοι Ναβαταῖοι
Ἄγχι δ' Χλαβλάσιοί τε, καὶ Ἀγρεῖς.
Sed primi quidem ultra declivitatem Libani
Divites habitant cognomento Nabatæi
Prope autem Chlablaſique, & Agrei.

Ad quem locum Euſtat. ſic loquitur: Μετὰ δὲ Ναβαταίους Χλαβλάσιοι, καὶ Ἀγρεῖς, ὃς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας Ἀγραίους λέγει. id eſt, *Poſt vero Nabatæos Chlablaſii, & Agrei, quos Ethnicorum ſcriptor* (Auctorem noſtrum ſic plerunque vocat) *Agræos appellat.* Iidem populi Paralipomenon lib. 1. c. 5. v. 10. vocantur, ההגראים *ha Hagreim*, quod ſeptuaginta ſenes non bene transferunt *Agareni.* Ex eodem libri capite conſtat ad orientem Galaad habitaſſe, pecoribuſque fuiſſe ditiſſimos. Rubenitæ enim ab eis abegerunt quinquaginta camelorum millia, & ovium 250 millia, de quibus conſule ſis Hottingerum Hiſt. Orientalis lib. 2. c. 4.

1 Ὡς ἐν ἑκκαιδεκάτῳ Στραβών.] Verba Strabonis ex ejus lib. 16. ab Stephano citato, ſunt, quæ ſequuntur: Διὰ δὲ τῶν παροικουμένων Ἀραβίων ἐθνῶν, Ναβαταίων τε, καὶ Χαυλοταίων, καὶ Ἀγραίων, i. e. *Propter adjacentes Arabum gentes, Nabatæos, Chaulotæos, & Agræos.*

2 Ἔστι καὶ ἕτερον ἔθνος πλησίον Ἀκαρνάνων.] Celebrat alios Agræos prope Acarnanes ex Thucydidis lib. 3. cujus ſunt verba: Καὶ ἐπέδησαν τῶν Ἀγραίων ἐκτὸς Ἀμφιλοχίας, φίλια ὄντα σφίσι, i. e. *Et ingreſſi ſunt in Agræorum agrum, non jam Acarnaniæ, ſed ipſis amicorum.*

3 Τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τῆς χώρας, Ἀγραία.] Fœm. de regione, Agræa, Thucydidi libro tertio dicitur Ἀγραΐς. Ejus appono verba: Οἱ δ' ἄλλοι διέφυγον ἐς τὴν Ἀγραΐδα, ὅμορον ἔσαν, i. e. *Cæteri vero diffugerunt in Agraïdem, quæ finitima erat.*

4 Ἀγρω-

Α᾽ΓΡΑΥΛΗ[4], δῆμος Ἀθήνησι τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς. Τινὲς δὲ Ἀγρύλη γεγράφασιν, ἄνευ τοῦ α ἀγρυλῆθεν. Θέλει δὲ τὸ α, ἀπὸ Ἀγραύλου τῆς Κέκροπος θυγατρός. [5]Τρεῖς δὲ ἦσαν, ἀπὸ τῶν αὐξόντων τοὺς καρποὺς ὠνομασμέναι, Πάνδροσος, Ἕρση, Ἄγραυλος. Ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἀθηναίων ἄποικος ἐν Σαρδοῖ, ἀπὸ δήμου κληθεῖσα Ἀγρυλῆ. Ὁ δημότης Ἀγρυλεύς. Καὶ ἀγρυλῆθεν, ἐκ τόπου. Εἰς τόπον, Ἀγρυλῆνδε. [6]Δέχεται δὲ δύο τόπους. Καὶ ἐν τόπῳ, Ἀγρυλῆσι.

A

Α᾽ΓΡΗ, πόλις Λυδίας, Ἡρωδιανὸς ἐν ἑνδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀγραῖος, ὡς Ἀσκραῖος.

B

Α᾽ΓΡΙΑΙ[7], ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιονίας μεταξὺ Αἵμου καὶ Ῥοδόπης. Παρὰ Πολυβίῳ δὲ Ἀγραῖοί εἰσι. Εὑρήθη δὲ ἐν ὀκτωκαιδεκάτῃ, τὸ χωρὶς τοῦ Ἀγραίων ἔθνος. Λέγονται καὶ Ἀγραῖοι τετρασυλλάβως, καὶ Ἀγρεῖς, ὡς Θεόπομπος. Καὶ κτητικὸν, Ἀγρικόν. Λέγουσι δὲ Ἀγρᾶνες, ὡς ἐν τῷ ἐπιγράμματι γεγραφότι εἰς Νεοπτόλεμον Πισίδιον ἔπος·

C

D

[8]Εἰμὶ Νεοπτόλεμος Κρεσσεύς, τελαυτῶν δ᾽ ἐν ἀδελφοῖς

Ἕστασιν Τλωεῖς κύδος ἐμὸν δορίου.

Οὐνε..... Πισίδας δὲ Ἀγρᾶνες, ἠδ᾽ Ἀγρᾶνας

Καὶ Γαλάτας τοσσοὺς ἀνδιάσας στόρεσα.

E

F

Τὸ κτητικὸν Ἀγρανικὸς, ὡς Χάραξ ἐν δευτέρῳ Χρονικῶν.

Α᾽ΓΡΙΣΑ, πόλις Καρμανίας. Ὁ πολίτης Ἀγρισαῖος, ὡς Ἐδεσσα Ἐδεσσαῖος.

Α᾽ΓΡΟΣ[9], τὸ χωρίον. Ὁ οἰκήτωρ, ἀγρότης, ἢ ἄγροικος, ἢ ἀγροιώτης, ἢ ἀγρωτὴρ, ἢ ἀγρώτειρα, ἢ ἀγρώτης, διὰ τοῦ ω μεγάλου· ὡς Μαλλὸς Μαλλώτης, καὶ Ἤπειρος Ἠπειρώτης. Καὶ Ἀγρώσης, πλεονασμῷ τοῦ σ. Καὶ σωφρόνως ἄγροικος, καὶ ἀγροῖκος. Ἀφ᾽ ὧν παρώνυμον τὸ ἀγροικηρὸς, ὡς

G

H

Σιγη-

AGRAULA, populus Athenis Erechtheïdis tribus. Aliqui Agryla ſcribunt ſine a, ut ex Agryla. Sed gaudet τῷ α ab Agraulo Cecropis filia. Tres verò erant ab augentibus fructus nominatæ, Pandroſus, Herſa, Agraulus. Eſt & urbs in Sardis Athenienſium colonia, *Agryla*, ſic à populo vocata. Popularis, Agryleus. Ex loco, ex Agryla, in locum, in Agrylam, in loco, in Agrylis. Recipit verò duos tonos.

AGRA, urbs Lydiæ, Herodianus lib. 11. Gentile, Agræus, ut Aſcræus.

AGRIÆ, maſculino genere, populi Pæoniæ inter Æmum, & Rhodopen. Apud Polybium per æ. lib. decimo octavo: *Agræarum enim gens.* Dicuntur etiam Agraji, quadriſyllabicè, & Agrienſes, ut Theopompus. Poſſeſſivum, Agricum. Dicuntur & Agrianes, ut in Epigrammate in Neoptolemum Piſidem ſic:

Sum Neoptolemus Creſſi, tribus fratribus autem exiſtentibus

Stabant Tloënſes, gloria mea haſta

..... *Piſidas, & Agrianes, ſive Agrianas*

Et Galatas tantos obviam profectus ſtravi.

Poſſeſſivum, Agrianicus, ut Charax Chronicorum ſecundo.

AGRISA, urbs Carmaniæ, civis, Agriſæus, ut ab Edeſa, Edeſæus.

AGER, locus, incola, ἀγρότης, i. e. *ruſticus vir*, & ἄγροπος; i. e. *ruſtica mulier.* Invenitur etiam ἀγροιώτης &c. per ω mega, i. e. *ruſticus vir*, & *ruſtica fœmina.* Ut Mallus, Mallota, Epirus, Epirota. Dicitur etiam ἀγρώσης, i. e. *ruſticus*; Agroſta Pleonaſmo τοῦ σ. Et per compoſitionem ἄγροικος &c. *qui in agro habet domum*, accentu in penultima, vel in antepenultima. A quibus deri-

4 Ἀγραυλὴ, δῆμος Ἀθήνησι τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς.] Agraule, populus Erechtheidis tribus Athenis. Aliqui Agryle ſine a ſcribunt, at per a Agraule ſcribendum eſt id nominis. Nomen enim accepit ab Agraulo Cecropis filia. Duplici invenitur accentu vel in ultima, vel in antepenultima. Agraulum Cecropis filiam memorat Harpocration noſter. Cum autem Epitomator noſter improbet lectionem τῆς Ἀγραυλῆς ſine α; tamen in ſubſequentibus tanquam canis redit ad vomitum.

5 Τρεῖς δὲ ἦσαν, ἀπὸ τῶν αὐξόντων τοὺς καρποὺς ὠνομασμένας.] Tres fuiſſe filias Cecropis inquit, quibus nomen inditum à rore. Erant vero Pandroſos, Herſe, Agraulos. Δρόσος enim Græce & ἕρση ſignificat Latine *rorem*, ἄγραυλος vero *in agro pernoctans* dicitur, ac quia ros fructus agrorum creſcere facit, ideo inquit Cecropis filias ab augentibus fructus nomen habere. Id videtur exigere ratio, aliter Auctoris noſtri mentem accipere non poſſum.

6 Δέχεται δὲ δύο τόπους.] Lege δύο τόνους, ſcilicet, quod τὸ Ἀγραυλὴ duplici accentu notetur vel in penultima, vel in antepenultima, ut nota quarta præcedenti notavimus.

7 Ἀγριᾶι, ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιονίας.] Agriæ, populi Pæoniæ, qui Agraii quadriſyllabice, nec non Agrianes, & Agriani dicuntur, quorum regio *Agrianice* dicitur apud Heſychium. Juxta epitomatoris noſtri ſententiam erant inter Hæmum & Rhodopen. Pæonia vero erat eadem regio, quæ Pannonia, ab hac incolæ Pannonii; ab illa Pæones vocabantur, hodie vulgo *Hungari* dicuntur. Nomina illa antiqua Agriæ, Agraii, Agrianes, Agriani ab Ungariæ urbe *Agria*, quæ hodie vulgo *Erlaw* dicitur, auctore Bunone ad Cluverii Introduct. Geograph. lib. 4. c. 2. habuiſſe veroſimile eſt. Arrhianus Anabaſeos Alex. lib. 1. diverſos facit Agrianos & Pæones, ejus ſunt verba: Αὐτὸς δὲ ἐπ᾽ Ἀγριάνων, καὶ Παιόνων πτεροῦται, id eſt, *Ipſe vero* (Alexander) *in Agrianes & Pæones procedebat.* Eorum rex tunc temporis erat Langarus, cui Alexander ſororem ſuam Cynam in uxorem promiſerat, quam Langarus morte præreptus obtinere non potuit. Eos quoque memorat Herodot. l. 5. Liv. l. 33. c. 2.

8 Εἰμὶ Νεοπτόλεμος, &c.] Eſt epigramma quoddam in Neoptolemum Piſidam, quod nec divinus ſenex ſine aliorum codicum ope ſanitati reſtituet.

9 Ἀγρὸς, τὸ χωρίον.] Ἀγρὸς Græce dicitur Latine *ager.* Latini enim nomina Græca in ρος per *er* proferunt, ut ἀγρὸς *ager*, Ἀλέξανδρος *Alexander*, ἀγρὸς vero, de quo nunc agit noſter Auctor, ac ſi fuiſſet oppidum quoddam. Sonat Latine *agrum*, *campum*, *rus*, *villam*, *prædium*, & *regionem*, de cujus derivatis agit.

Σιγηρός. [10] Καὶ ἀγροικηρῶ φύσιν, ἡ Ἀγροιῶτις, ἡ Ἀγρωστῖνος. Καὶ Ἀγρεύς· ἡ Ἀγρήτης, ὡς Τόπος Τοπίτης. Καὶ Ἀγρεία, διὰ διφθόγγου. A derivatur ἀγροικηρὸς, i. e. *rustica cera*, ut Sigeros. Dicitur etiam *ruri-cera natura*, & Agræotis, & Agroſtinus, & Agreus, & Agrita, ut Topus, Topita, & Agreia per diphthongum.

ΑΓΥΙΑ [11], τόπος δηλῶν τὴν ἐν τῇ πόλει προβολὴν ὁδόν. Ἡρακλέων δὲ ὁ Γλαύκωνος, B ὠθρὸν τὸ αἴσσω φησίν. Ἔστι δ', ὡς ὠθρὰ τὸ Ἅρπη Ἅρπυια, Ὀρέγω Ὀρέγυια. Ὁ τοπίτης Ἀγγυεύς. Λέγονται δὲ ὀβελίσκοι θεοῖς ἀνειμένοι, ὡς Εὔπολις. Καὶ ἐξ αἱρέσεως Ἀγυιεὰς Ἀγυιᾶς. Λέγεται δὲ κίων Ἀγυεὺς, εἰς ὀξὺ ἀπο- C λήγων, ἢ πρὸ τῶν θυρῶν ἱσάμενος· Αἰσχυλος Θεσμοφοριαζούσαις. Καὶ ὁ Ἀπόλλων Ἀγυεύς, καὶ Ἀγυάτης, τελέσιος ὁ Ἐφόδιος. Καὶ θηλυκὸν Ἀγυάτις, ὡς καὶ τὰ προπύλαια Ἀγυέως Ἀγυάδες λέγονται. Τὸ τοπικὸν, D Ἀγυαῖος· Σοφοκλῆς Ἑρμιόνῃ·

Ἀλλ' ὦ πατρῴας γῆς Ἀγυαίας πέδον.

Ἔστιν οὖν τὸ μὲν Ἀγυεύς, ἀπὸ δὲ Ἀγυᾶ, ὡς Τρύφων φησὶν ἐν παρωνύμοις· πᾶν εἰς α θηλυκὸν. ἰσοσύλλαβον ἔχει τῇ εὐθείᾳ καὶ τῇ γενικῇ τὸ πα- E ρώνυμον· Μοψοπία Μοψοπεύς, Ἐρετριεύς, Φωκαεύς, Θεσπιεύς. Τὸ δὲ Ἀγυάτης, ὡς Κορώνεια Κορωνειάτης, Καρνειάτης, Καυλωνειάτης. Τὸ δὲ Ἀγυαῖος, ὡς Ἀρραῖος.

AGYIA, locus oſtendens viam, quæ ducit in urbem. Heracleo Glauconis filius ſic dictum inquit ὠθρὰ τὸ αἴσσω, i. e. *ruo*, *irruo*, ut ab Harpa, Harpyia, ab Orego, Oregyia. Qui locum incolit, vocatur *Agyieus*. Sic etiam dicuntur obeliſci Diis conſecrati, ut Eupolis; ex accuſativo Agyieas, per ſynæreſin fit Agyias. Dicitur etiam Agyieus, columna in acutum deſinens, pro foribus ſtans. Ariſtoph. Theſmophoriazuſis. Dicitur etiam Apollo *Agyieus*, & *Agyiata*, hoc eſt *Ephodius*. Et fœmininum Agyiatis, nec non dicuntur Agyiatides, veſtibula Agyiei. Locale, Agyiæus. Sophocles in Hermiona:

Sed ô patriæ terræ Agyiææ ſolum.

Eſt igitur Agyieus, ab Agyia, ut Trypho in derivatis inquit, omne nomen quod in a fœm. deſinit, æquiſyllabum habet derivatum nominativo, atque genitivo, ut Mopſopia, Mopſopieus, Eretrieus, Phocaeus, Theſpieus. Agyiata vero fit, ut à Coronea, Coroneata, Carneata, Cauloneata. Agyieus verò, ut Aruræus dicitur.

ΑΓΥΛΛΑ [12], πόλις Τυρρηνίας. [13] Λυκόφρων· F

AGYLLA, urbs Tyrrheniæ, Lycophron:

Ἀγύλ-

In

10 Καὶ ἀγροικηρῶ φύσιν.] Legendum exiſtimo ἡ ἀγροικηρὸς φύσις. Antecedentia enim id videntur innuere.

11 Ἀγυᾶ, τόπος δηλῶν τὴν ἐν τῇ πόλει, &c.] Locus qui oſtendit viam; quæ ducit in urbem, unde Apollo Agyieus, ſeu Agyiates, qui præſidebat viæ, alio nomine *Ephodios* dictus, ac ſi diceres qui eſt ad viam. Erant etiam agyiæ ſtatuæ dicatæ, vel Apollini, vel Dionyſo, id eſt Baccho, vel Mercurio ſine pedibus & manibus in viis poſitæ, de quibus conſule ſis Harpocrationem, Heſychium, Suidam, qui diverſa hujus nominis etyma afferunt, ejus vero forma eſt ut ὠθρὰ τὰ ἅρπη, i. e. *falx*, Ἅρπυια, i. e. *Harpyia*, id eſt raptrix quædam Dea, ejuſdem formæ, ac ὀρέγυια, unde ὀργυιὰ, id eſt *orgyia*, menſuræ genus, à verbo ὀρέγω, i. e. *porrigo*, extendo.

12 Ἀγύλλα, πόλις Τυρρηνίας.] Agylla, urbs Tyrrheniæ, fuit urbs antiquitate, divitiis, juſticia, potentia, fluvio, thermis, & oppidanorum multitudine inſignis, adeo ut renuerit Tullio Rom. regi obedire propter ejus generis humilitatem, Delphis theſaurum conſecravit, qui Agyllæorum vocabatur (ejus enim oppidani *Agyllæi* vocabantur) ut rerum monumentis tradit Geographus lib. 5. cujus ſunt, quæ ſequuntur verba: Παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν ἐν δοκίμοις ἡ πόλις αὕτη, διά τε ἀνδρίαν, καὶ δημοσιωθῆναι, τῶν τε ἀδικημένων ἀπέχεσθαι, καίπερ δυναμένη πλεῖστον, καὶ Πυθοῖ τὸν Ἀγυλλαίων καλούμενον ἀνέθηκε θησαυρόν. i. e. *Apud Græcos vero ipſa urbs* (Agylla) *celebris fuit ob fortitudinem, & juſticiam, etenim à latrociniis abſtinuit, etſi potens valde foret, & apud Pythium Apollinem theſaurum conſecravit, qui Agyllæorum vocabatur.* Ejus conditores Pelaſgi, primi in Latium litteras intuliſſe dicuntur, quod etiam gloriam ei addit, ut referunt Plin. lib. 7. c. 56. Solinus c. 8. diſtabat à mari quatuor millia paſſ. juxta Plinium, ubi habebat ſuum navale, auctore Strabone libro citato. Ejus quoque felicitatem & civium multitudinem celebrat Dionyſius Antiquitat. Rom. lib. 1. fuit ſita ſaxo, ac Mezentii regia à Lydis antiquitus habitata, quod teſtatur Mantuanus vates Æneid. lib. 8. v. 478.

Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto
Urbs Agyllinæ ſedes, ubi Lydia quondam
Gens bello clara jugis inſedit Etruſcis.
Hanc multos florentem annos rex inde ſuperbo
Imperio, & ſævis tenuit Mezentius armis.

Quod etiam confirmat Livius lib. 1. cujus poſtea apponemus verba. Hujus tantæ urbis jam ætate Strabonis veſtigia tantum remanebant. Civitates enim, & regna etiam moriuntur, hanc legem omnium rerum artifex rebus omnibus impoſuit. Ea enim, quæ principium habuere, finem tandem habitura ſunt. Strabonis verba ex libro ſupra citato ſunt, quæ ſequuntur: Νῦν δ' ἔτι λαμπρὰ, καὶ ἐπιφανὴς πόλις ἴχνη σῴζει μόνον, i. e. *Adeo ſplendida, & illuſtris civitas veſtigia tantum ſervat.* Celebris etiam fuit ob aquas calidas, quas valetudinis cauſa frequentabant, Auctore eodem, eodem libro, quæ poſtea *Apollinares* dictæ fuere, *Stillanas* nunc vulgo vocant, teſte Cluv. Ital. Antiquæ lib. 2. hujus nobiliſſimæ urbis navale Pyrgi dicebatur, ubi erat fanum valde opulentum, quod Dionyſius expilavit, referente Diodoro Siculo lib. 13. cujus ecce verba: Διονύσιος χρημάτων ἀπορούμενος ἐστράτευσεν ἐπὶ Τυρρηνίαν, ἔχων τριήρεις ἑξήκοντα, &c. i. e. *Dionyſius pecuniæ inopia laborans in Hetruriam expeditionem ſuſcepit habens ſexaginta triremes, prætextus erat, ut piratas everteret, ſed verior cauſa, ut fanum quoddam ſanctum, multiſque donariis refertum expilaret; ſitum hoc erat in navali Agyllæ urbis Tyrrhenidis*, i. e. Hetruriæ, *navale autem vocabatur Pyrgi.* Quod Græce ſonat turres. Plinius lib. 3. c. 5. celebrat ejus fluvium, nec non Andinus vates cujus poſtea apponemus carmina, hodie *Vacina fiume* vocari teſtatur Cluv. It. Antiquæ libro citato. Cære etiam vocata fuit, de quo nomine ſuo loco agemus.

13 Λυκόφρων.] Verſiculus ille Lycophronis invenitur in ejus poëmatio, duos præcedentes verſus etiam apponam, ut facilius ejus mentem percipias:

Αὖθις δ' αἰπὺν Τμῶλον ἐκλελοιπότες
Κίμψον τε, καὶ χρυσερχὰ Πακτωλοῦ ῥοᾶ
Ἀγύλλαν Αὐσονίτιν εἰσεκόμισαν.
Deinde accipitres Tmolum relinquentes
Cimpſumque, & aurifera Pactoli fluenta
In Agyllam Auſonitim irruerunt.

Quare apud Stephanum pro εἰσεκόμισαν lege εἰσεκόμισσαν.

14 Ἔστ

Ἀγύλλαν Αὐσονίτην εἰσεκώμασεν. A

14 Ἔστι δὲ κλίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας Πελασγῶν.
15 Μετωνομάσθη δὲ Καῖρε. Θετταλῶν γὰρ κρατούντων τὴν πόλεως, προσελθών τις τῶν ἀπὸ Λυδίας μετοικησάντων Τυρρηνῶν, ἠρώτα τί ἂν εἴη τὸ ὄνομα τῆς πόλεως; τὶς δὲ ἀντὶ τῆς ἀποκρίσεως, B τὸ χαῖρε εἶπεν. Ὅθεν Τυρρηνοὶ κρατήσαντες, Καῖρε προσηγόρευσαν.16 Τὸ ἐθνικὸν Καιρετάνοι, ὡς Στράβων. Ὁ πολίτης, Ἀγυλλαῖος. Ῥιανὸς δὲ, Ἀγύλλιον εἶπε χαλκοῦν.

ΑΓΥΡΗΝΑ17, πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, C Ἀγυρηναῖος. Διονύσιος δὲ, τὸ Ἄγυριον ἔφη.

ΑΓΧΙΑΛΗ18, πόλις Κιλικίας, παραθαλασσία τῆς Ταρσοῦ καὶ Ζεφυρίου. Ἔστι δὲ κλίσμα Ἀγχιάλης τοῦ Ἰαπετοῦ θυγατρὸς, ὡς Ἀθηνόδωρος ἐν τῷ αὐτοῦ πολιάδος γράφων, καὶ παραλαβὼν Διόδωρον τὸν γραμματικὸν συμφωνοῦντα Πτολεμαίῳ βασιλεῖ. Γίνεται δὲ Ἰαπετοῦ θυγάτηρ Ἀγχίαλη, καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχίαλον. D 19 Ἀγχιαλέα τὸν παραπείμενον ποταμόν. Γεννᾷ δὲ υἱὸν Κύδνον, ἀφ' οὗ ποταμὸς Κύδνος ἐν Ταρσῷ. Ὁ δὲ Κύδνος, υἱὸν Παρθένιον, ἀφ' οὗ ἡ πόλις μετωνομάσθη Παρθενία μεταπεσόντος δὲ E

In Agyllam Auſonitim irruerunt.

Eſt verò opus Pelaſgorum, qui ex Theſſalia profecti ſunt, poſtea nominata fuit Cære. Nam quum Theſſali obtinerent urbem, quidam ex Tyrrhenis, qui ex Lydia illuc habitatum venerant interrogavit, quodnam eſſet nomen civitati, ille *cum non intelligeret*, pro reſponſo, *Chære*, id eſt, *Salve* dixit, quare Tyrrheni urbe potiti, eam Cære vocarunt. Gentile, Cæretani, ut Strabo. civis, Agyllæus. Rhianus Agyllium æs dixit.

AGYRENA, urbs Siciliæ. Gentile, Agyrenæus. Dionyſius verò Agyrium vocavit.

ANCHIALA, urbs Ciliciæ, juxta mare Tarſi, & Zephyrii, opus Anchialæ Japeti filiæ, ut Athenodorus de ſua ipſius patria ſcribit, citato teſte Diodoro grammatico, qui convenit cum Ptolemæo rege: *Fuit verò Anchiala, Japeti filia, ac urbem Anchialam condidit. Adjacens fluvius Anchialeus dicitur.* Genuit verò filium Cydnum, à quo fluvius Cydnus in Tarſo dictus fuit. Cydnus verò genuit filium Parthenium, à quo civitas poſtea *Parthenia* vocata eſt, ac deinde

14 Ἔστι δὲ κλίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας Πελασγῶν.] Id teſtantur diverſi Scriptores inter quos eſt Strabo, cujus ex lib. 5. ſunt verba: Ἀγύλλα ἐλογίζετο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καῖρε, καὶ λέγεται Πελασγῶν κλίσμα, τῶν ἐκ Θετταλίας ἀφιγμένων &c. i. e. *Agylla prius reputabatur, quæ nunc Cære, ac dicitur Pelaſgorum eſſe opus, qui ex Theſſalia illuc pervenerunt.* Id etiam affirmat Dionyſ. Antiquit. Rom. lib. 1. & lib. 3. Nec non Solin. c. 8.

15 Μετωνομάσθη δὲ Καῖρε.] Agyllam urbem poſtea Cære dictam fuiſſe inquit, quod inter alios confirmat Dionyſius Romanar. Antiquitat. lib. tert. cujus ſunt verba: Ἐπὶ τῶν Καιρετανῶν πόλιν ἦγε τὴν δυνάμιν, ἣ πρότερον μὲν Ἀγύλλα ἐκαλεῖτο, Πελασγῶν αὐτὴν κατοικησάντων, ὕστερον δὲ Τυρρηνοῖς γνωμὴν Καίρητα μετωνομάσθη, id eſt, *Ad Cæretanorum urbem duxit exercitum, quæ prius Agylla vocabatur, Pelaſgis eam incolentibus, poſtquam autem in poteſtatem Tyrrhenorum venit, Cæreta nominata fuit.* Eandem hujus nominis ſeu hiſtoriam, ſeu etymologiam tradit Strabo lib. 5.

16 Τὸ ἐθνικὸν Καιρετάνοι, ὡς Στράβων.] Oppidani à Cære, dicebantur *Cæretani*, & *Cærites*; ab Agylla vero, Græcis Ἀγυλλαῖοι, Latinis *Agyllani* dicuntur, Cærites primi à Romanis ſine ſuffragii jure bello Gallico municipes facti ſunt pro ſacris receptis, & cuſtoditis. Tunc temporis enim virgines Veſtales æternum ignem ſecum ferentes ad eorum urbem confugere, ut conſtat ex Livii libro quinto c. 50. at Cerites tabulæ dicebantur in quas Cenſores referre jubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis privabant, ut aſſerit Gell. lib. 16. c. 13. Hinc apud Venuſinum vatem *Cerite Cera digni* dicuntur, qui ob ignominiam notabantur, cujus originem Acron, & Porphyrion ejus interpretes à Ceritum hiſtoria deducunt, qui cum rebellarent aliquando Romanis, poſtea bello ſubacti ſuffragii jure multati fuere, & prohibiti, ne leges, aut ederent, aut haberent, nomen vero Cære apud Latinos & indeclinabile, & declinabile invenitur, ſcilicet Cære, etis, Livius lib. 1. *Turnus Rutulique diffiſi rebus ad florentes Etruſcorum opes Mezentiumque eorum regem confugiunt, qui Cære opulento tum oppido imperitabat.* Virgil. Æneid. libro citato v. 597.

Eſt ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem.

Hunc amnem Plin. libro, capiteque citato vocat *Cæretanum.*

17 Ἀγύρηνα, πόλις Σικελίας.] Agyrena, urbs Siciliæ, diverſo modo reperitur apud Scriptores, *Agurium* dicitur Coſmographo Geographiæ lib. 3. c. 4. *Agurinenſis civitas* vocatur à diſertiſſimo Romuli nepotum in Verrem lib. 3. Orat. 8. ubi inquit honeſtam fuiſſe civitatem hominum locupletium, ſummorumque aratorum, Plinio lib. 3. c. 8. Agyrini ejus oppidani memorantur. Agyrion etiam dici, neſcio ex quo Dionyſio, inquit noſter Auctor. Fuit oppidum illuſtre, non ſolum Diodori Siculi natalibus, ut ipſe in proœmio ſui operis teſtatur, ſed etiam antiquitate & divitiis adeo ut tyrannos etiam habuerit, qui poſt Dionyſium, ſecundum in Sicilia locum habuere, ut apparet ex ipſius Diodori Siculi Biblioth. Hiſtoricæ libro tertio, & quarto, perperam apud ipſum Diodorum in proœmio ſui operis ſcribitur ἐξ Ἀργυρίου pro ἐξ Ἀγυρίου. Ultimum confirmatur ex noſtro Auctore, ex Ptolemæo loco citato, & ex aliis; de qua urbe conſule ſis Cluv. Siciliæ Antiquæ lib. 2. c. 6. qui inquit, hodie vulgo vocari *S. Philippo d'Agyrone.*

18 Ἀγχιάλη, πόλις Κιλικίας.] Anchiale, urbs Ciliciæ condita ab Anchiale Japeti filia, à qua nomen accepit. Fuit civitas maritima non longe à Tarſo; celebratur inter alios Plinio lib. 5. c. 27. Periegetæ v. 875. cui Ἀγχιάλεια per paragogen dicitur; alii à Sardanapalo conditam fuiſſe dicunt de quo infra.

19 Ἀγχιαλέα τὸν παραπείμενον ποταμόν. Iunuit Anchialeum fluvium aquas devolvere prope Anchialen cujus fluvii nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio, Euſtathium excipio ad Periegetæ carmen 875. qui ex noſtro Auctore habet. Cæterum verba illa, quæ ex Diodoro Grammatico videntur eſſe, nullam habent cum præcedentibus, nec cum ſubſequentibus connexionem, nec Grammaticæ regulas obſervant. Cydnus vero fluvius qui nomen accepit à Cydno Anchialæ filio poſt Anchialen urbem aquas exonerabat in mare, auctore eodem Euſtathio ad Dionyſii carmen citatum. Ejus ſunt verba: Ταύτης δὲ Ἀγχιάλης υἱὸς Κύδνος ἀφ' οὗ Κύδνος ὁ ἐν Ταρσῷ ποταμὸς, ὃς σχολαῖ μεθ' τὴν Ἀγχίαλον (lege Ἀγχιάλω) πόλιν, id eſt: *Hujus Anchialæ filius Cydnus, à quo Cydnus prope Tarſum fluvius, cujus oſtia poſt Anchialen urbem.* Noſter inquit Cydnum genuiſſe Parthenium, à quo urbs quoque *Parthenia* vocata fuit.

Ξ ὀνόμαλ⊙, [20] Ταρσὸς ὀκλήθη. [21] Τινὲς δέ A
φασι, Σαρδανάπαλον δύο πόλεις κλίσαι, Ἀγ-
χιάλῳ σὺν Ταρσῷ. [22] Οὗ ἐστι καὶ τὸ ἐπιγεγραμ-
μα ᾧδε·

Ταῦτ' ἔχω, ὅσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτ⊙
Τερπνὰ πάθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα B
λέλειπται.

[23] Σαρδανάπαλ⊙ ὁ Κυνδαράξεω παῖς, Ἀγχιάλῳ καὶ Ταρσὸν ἔδειμεν ἐν ἡμέρᾳ μιῇ. C
Ἔδθιε, πῖνε, παῖζε, ὡς τἄλλα τέτυκται οὐκ ἄξια
ταῦτ' ὀπισθολήμαλ⊙. [24] Λέγεται καὶ Ἀγχιάλεια,
ὡς Διονύσι⊙ ὁ Περιηγητής. Ὅθεν ὁ πολίτης
Ἀγχιαλεύς, ὡς Σινώπη Σινοπεύς. [25] Ἔστι καὶ D
καὶ Ἰλλυριὰς ἄλλη, κλίσμα Παρίων, παρ' ἣν
κόλπ⊙ Ἐνετηδὼν λεγόμεν⊙, ἐν ᾗ ἡ Σχε-
ρία. Ὁ πολίτης, ὁ αὐλός.

de Tarſus. Aliqui verò dicunt, Sardanapalum duas condidiſſe urbes, Anchialam, & Tarſum, cujus epigramma hoc modo ſe habet:

Hæc habeo, quæ edi, & comeſſatus ſum, ac cum amore

Jucunde paſſus, reliqua & beata illa derelicta ſunt.

Sardanapalus Cyndaraxi filius, Anchialam & Tarſum uno die condidit. Ede, bibe & lude, reliqua enim nec iſto digitorum crepitu ſunt digna. Dicitur etiam Anchialea, ut Dionyſius Periegetes. Unde civis, Anchialeus, ut à Sinopa, Sinopeus. Eſt & Illyriæ alia, Pariorum opus, juxta quam eſt ſinus, qui *Eneſtedo* dicitur, in quo eſt Scheria. Civis eodem modo vocatur.

Α'Γ- ΑΝ-

20 Ταρσὸς ὀκλήθη.] Inquit noſter Auctor ſed ſine Auctore Anchialen poſtea à Parthenio Cydni filio vocatam fuiſſe Partheniam, ac cadente hoc nomine *Tarſum* appellatam fuiſſe, cujus rei apud alios altum eſt ſilentium.

21 Τινὲς δέ φασι Σαρδανάπαλον δύο πόλεις κλίσαι Ἀγχιάλῳ σὺν Ταρσῷ.] Cum prius affirmaverit Anchialen urbem conditam fuiſſe ab Anchiale Japeti filia, nunc ex aliorum opinione inquit, Anchialem una cum Tarſo à Sardanapalo conditam fuiſſe, quam ſententiam confirmant inter alios Strabo lib. 14. Arrhianus Anabaſeos Alex. lib. 2. qui eam vocat *Anchialum*.

22 Οὗ ἐστι, καὶ τὸ ἐπίγραμμα ᾧδε.] Si mei arbitrii res foret, pro ᾧδε legerem τόδε. Epigramma illud Sardanapali, quod affert Epitomator noſter, legitur etiam apud Strabonem, & Arrhianum libris citatis, nec non apud Athenæum lib. 12. quod Cicero Tuſcul. Quæſtionum lib. 5. Latinum reddit hoc modo:

Hæc habeo, quæ edi, quæque exſaturata libido
Hauſerat, illa jacent multa, & præclara relicta.

Fefellit Sardanapalum opinio. Necdum enim illa quæ ederat, habebat. Cæterum epigramma illud apud Strab. lib. 14. ex ſex conſtat carminibus.

23 Σαρδανάπαλ⊙ ὁ Κυνδαράξεω παῖς, &c.] Hæc Sardanapali inſcriptio extat etiam apud Strabonem lib. 14. Quam aliqui Aſſyriis litteris conſcriptam fuiſſe dixere, ut refert idem Auctor libro citato, id confirmat Arrhianus de Expeditione Alex. lib. 2. fuit Sardanapalus Aſſyriorum regum ultimus Meſſalina Cl. Cæſaris uxore libidinoſior; qua de cauſa ab Ariſt. de Morib. lib. 1. c. 3. ſtylo proſcinditur: ab Euſebio in Chronicis vocatur *Thonos concoleros*; ad quod nominis monſtrum debellandum alio Hercule opus eſt.

24 Λέγεται καὶ Ἀγχιάλεια, ὡς Διονύσι⊙.] Dionyſio Periegetæ v. 875. dicitur Anchiale κῷ παραγωγῷ Anchialia, quod in hujuſmodi nominibus tralatitium eſt, ut Θεσσαλονίκη, Θεσσαλονίκεια, Εὐρώπη, Εὐρώπεια, Βερενίκη, Βερενίκεια, Καλλιόπη, Καλλιόπεια, & alia hujus farinæ ſexcenta, ut jam alibi annotavimus.

25 Ἔστι καὶ καὶ Ἰλλυριὰς ἄλλη, κλίσμα Παρίων.] Anchialem Illyriæ à Pariis conditam celebrat noſter Auctor, ſed ſine auctore, cujus nulla fit apud alios, quod ſciam, mentio: forſitan eſt eadem, quæ Ptolemæo Geographiæ lib. 3. c. 11. dicitur *Anchialus* & Thraciæ adſcribitur. Auctores enim ſæpe regionum confinia miſcent, & Dalmatia, Illyria, Macedonia, & Thracia erant inter ſe finitimæ. Eodem etiam modo oppidorum terminationem, genus, & numerum, Arrhiano de Expedit. Alex. lib. 2. ut ſupra obſervavimus, Anchialus dicitur, quæ aliis *Anchiale*. Jam quando in Anchiali mentionem incidimus, non ab re fore exiſtimavimus agere de quæſtione illa, inter Criticorum filios ad tetraſtichon illud Martialis facetiſſimi poëtarum ex Epigram. lib. 11. in Judæum quemdam poëtam, qui Martialis puerum pædicabat, cujus tetraſtichi duo ultima carm. ſunt:

Ecce negas, juraſque mihi per templa Tonantis
Non credo: jura Verpe, per Anchialum.

Ad quem locum, Dii boni, quæ deliria effutit Domitius, proculdubio nec caruerat febris eo nec cænaverat, ut apud Plautum Curc. Ac. 1. Sc. 1. v. 17. lepide jocatur Palin. ſervus. Inter alia enim inquit: *jura per Anchialum*, i. e. *per numen Sardanapali. Sardanapalus enim condidit Anchialam Ciliciæ littoralis urbem, in qua erat Statua lapidea conditoris, &c.* vix riſum continere poſſum. Quid enim habet commune ſtatua lapidea Sardanapali cum Judæo poëta? ἀναθυσθιόντα etiam ſunt, quæ ad hunc locum afferunt Scaliger de Emendat. Temporum in Prolegomenis, Salmaſius de Helleniſtica lingua, Hermolaus in Plin. lib. 5. c. 27. Voſſ. ad Melæ lib. 1. c. 8. qui illud facetiſſimi poëtæ pentametron ſic legendum eſſe contendit:

Non credo: jura Verpe per ancharium,

Id eſt per aſinum, ac ſi Judæi unquam ab ethnicis deriſi fuerint, quod per aſinum jurarent, quod conatur probare ex Petronii diſticho:

Judæus licet & porcinum numen adoret,
Et cilli ſummas advocet auriculas.

Quo in diſticho non de juramento, ſed de Judæorum adoratione agitur. Ethnici enim fingebant Judæos adorare porcos, tanquam arationis inventores, & aſinos, utpote, qui eis aquas in deſerto oſtenderant, ut in de Judæa annotavimus. Solent Criticorum παῖδες affirmare illa, quorum nunquam quid ſcriptoribus in mentem venit. Judæorum juramentum non eſt חי אלה, *Chai Alah*, ut inquit Scaliger loco citato, nec חחי עלם, *hachai olam*, ut inquit Salmaſius; unde opinantur corruptum eſſe τὸ Anchialum Martialis. Judæorum juramentum eſt חי יהוה, *Chai Adonai*, i. e. *vivit Dominus*, quo adhuc hodie utuntur frequentiſſimè. Unde nullo modo deduci poteſt juramentum illud apud Martialem, in quo nihil Hebraicæ eruditionis latet. Anchialus vocabatur Martialis puer, quem poëta ille Judæus efflictim ardebat, cujus amorem cum Martialis ei objiceret, ille negabat, per templa tonantis juratus; at Martialis dicebat, *non credo tibi jurato per Iovem, jura per Anchialum*, id eſt, *per puerum, quem deperis*. Id nominis Anchialus erat valde commune Ethnicis pueris, ſervis, & viris. Anchiali cujuſdam meminit M. T. C. Epiſtol. lib. 13. ad Memmium & ceteros. Epiſtol. 45. alterius meminit idem Cicero lib. 2. de Divinatione. Homerus etiam Odyſſ. 8. v. 112. ejuſdem farinæ eſt illud Venuſini poëtæ Satyr. lib. 1. Sat. 5. v. 100.

—— *credat Iudæus Apella.*

Ad quem locum Critici interpretantur τὸ *Apella*, id eſt *ſine pelle*, quemadmodum amens, ſine mente, quia Judæi circumciduntur, cum Apella fuerit nomen proprium illo ævo frequens. Cujuſdam Apellæ tragœdi meminit Sueton. in Calig. c. 33. Nec obſtat quòd Horatius id nominis altero *p* fraudaverit propter carmen, quod eſt apud Poetas tranſlativum.

26 Ἀγχί-

Α'ΓΧΙ'ΣΗ [26], πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ τοῦ προπάτορ Α'γχίσα, ὡς Διονύσιος ἐν πρώτῃ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Α'γχισώς. A

ANCHISA, urbs Italiæ ab Anchiſe progenitore, ut Dionyſius libro primo de Antiquitate Romanorum. Gentile, Anchiſeus.

Α'ΔΑΝΑ [27], Κίλικα πόλις, ἀδέτερος. [28] Ταύτην ὤκισεν Α'δανος, καὶ Σάρος, Ταρσεῦσι πολεμήσαντες, καὶ ἡττηθέντες· ἀφ' ὧν ἡ πόλις, ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος, Α'δανα. Τὸν δὲ πρότερον Κύδνον καλούμενον, Σάρον καλέσαντες. [29] Ἔστι δὲ ὁ Α'δανος γῆς καὶ ἀέρος παῖς, καὶ Οὐσίου, καὶ Α'νδης, καὶ Κρόνου, καὶ Ῥέας, καὶ Ἰαπετὸς, καὶ Ο'λυμβρος. Ο' πολίτης, Α'δανεὺς, ὡς Γάργαρα Γαργαρεὺς, Τύανα Τυανεύς. [30] Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς εὐδαίμονος Α'ραβίας, ὡς Οὐρανίος φησὶν ἐν Α'ραβικῶν τρίτῳ. Ο' τούτης πολίτης οὐ δύναται Α'δανεὺς εἶναι. Οὐ γὰρ ὁ τύπος Α'ράβων, ἀλλὰ τῶν Μὲν οὐδετέρων, ὁ Μὲν οὐδέτερος· Ζόαρα Ζοαρηνὸς, Μήδαβα Μηδαβηνὸς, Τάρφαρα Ταρφαρηνὸς, Αὔαρα Αὐαρηνός· ἔστω καὶ Α'δανηνὸς, ἢ Α'δανίτης, ὡς Αἴλινα Αἰλινίτης. Η'ρωδιανὸς ἐν τρίτῃ τῆς καθόλου. Τὸ Α'δανις, καὶ Θήμαλις, θηλυκόν. [31] Τὸν, Αἰολίδος ἔχενον. Ἐπίσαμον δὲ, ὅτι καὶ ἀρσενικόν ἐστιν. Οὕτω δὲ ἄνεμος καλεῖται, ἀπὸ Θήβης πόλεως πνέων. [32] Τῆς Η'τιώνος, δὲ πατρὸς Α'νδρομάχης. Εἰ τοίνυν δὲ Α'δανεὺς τὸ Α'δανεῖς, ὡς δὲ Ταρσεὺς τὸ Ταρσεῖς, ἔδει σωζωίεσθαι, εἰ μὴ καὶ Αἰολέας βαρυνόμενοι, ὅπερ οὐκ ἐπὶ δὲ Θήβαις εἴρηκεν· εἴγε ὅλως ἐστὶν ἐθνικόν. [33] Ἔστι καὶ τρίτη πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Περσικῷ ἔθει, Α'δανηνός. B C D E F G

ADANA, Ciliciæ urbs; neutrius generis, quam condidit Adanus, & Sarus cum Tarſenſibus bellum gerentes; ac victi, à quibus nomen impoſitum fuit civitati de nomine Ducis, Adana. Fluvio verò, qui prius *Caranus* vocabatur, nomen impoſuere de alterius Ducis nomine, Sarus. Eſt verò Adanus terræ & cœli filius, nec non Oſtaſus, Andes, Saturnus, Rhea, Japetus, Olymbrus. Civis, Adaneus, ut à Gargara, Gargareus, à Tyana Tyaneus. Eſt & alia urbs in Mediterranea Felicis Arabiæ parte, ut Uranius inquit Arabicorum libro tertio. Hujus civis haud poteſt eſſe Adaneus. Hæc enim forma non eſt Arabum, ſed à nominibus neutris per a formant nomina per ηνος, ut à Zoara, Zoarenus, Medaba, Medabenus, Tarphara, Tarpharenus, Auara, Auarenus. Sic etiam Adanenus, vel Adanita, ut Ælina, Ælinita. Herodianus univerſ. lib. quarto. Adanis, & Themalis ſunt fœm..... Eſſe verò etiam maſcul. ſcio. Sic enim ventus vocatur, qui ſpirat à Theba urbe Eetionis patris Andromachæ. Si igitur ab Adaneus, formatur Adanei, ut à Tarſeus, Tarſei, accentu acuto notandi erant, niſi, quod juxta Æoles accentu gravi notatur, quod in dictione *Thebanis* dixit: ſi quo pacto eſt gentile. Eſt & tertia urbs ad Euphratem. Gentile, more Perſico, Adanenus.

Α'ΔΑΡΟΥ ΠΟ'ΛΙΣ [34], πόλις Περσικὴ, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ τοῦ Περσικοῦ κόλπου. Ο' πολίτης, Α'δαροπολίτης, ὡς Η'λιοπολίτης, Η'φαιστοπολίτης, τῷ τεχνικῷ λόγῳ· εἰ μὴ ὀφείλοι τῷ Περσικῷ τύπῳ, ὡς Καμβυσηνὸς, Σω-

ADARUPOLIS, urbs Perſidis, ut Marcianus in periplo ſinus Perſici. Civis, Adaropolita, ut Heliopolita, Hephæſtopolita juxta Grammaticæ regulas: ni debeat eſſe juxta Perſarum conſuetudinem, ut Cambyſenus, So-

26 Α'γχίση, πόλις Ἰταλίας.] Anchiſe fuit urbs Italiæ nomen adepta ab Anchiſe Æneæ patre, ex Dionyſii libro primo Rom. Antiquitatis, cujus ſunt verba: Αὐτὸν μὲν δὴ τὸν τε Α'λέξανδρον κλίσας, καὶ ἄλλα ἄττα πολισμάσας, Ῥώμην δὲ Καπύλῳ μὲν ἀπὸ τοῦ πρωπάτορος Α'γχίσου δὲ ἀπὸ προπάτορος Α'γχίσα, &c. id eſt, *Ipſum deinde* (Aſcanium) *Albam condidiſſe & alia quædam oppida, Romam verò Capuam à proavo Capy, Anchiſen verò ab avo Anchiſe.* Quidam enim opinantur Romum, id eſt Romulum Æneæ filium fuiſſe, alii ex filia nepotem, ut idem Dionyſius eodem libro refert: de Anchiſe verò urbe altum eſt apud alios, ſi bene memini, ſilentium.

27 Α'δανα, Κίλικα πόλις, ἀδέτερος.] Ciliciæ urbs, neutro plur. memoratur Plinio lib. 5. c. 27. Ptolemæo Geograph. lib. 4. c. 8. Scylaci Caryandenſi in Cilicia, apud quem perperam legitur Alane pro Adana.

28 Ταύτην ὤκισεν Α'δανος, καὶ Σάρος.] Conditores urbis Ciliciæ Adanorum fuiſſe inquit Adanum, & Sarum, qui adverſus Tarſenſes belligerantes victi ſunt, Adanus & Sarus duces, à quibus conditam fuiſſe inquit Adana urbem. Sunt ex Græcorum fermento facti, & bellum illud, quod adverſus Tarſenſes geſſere. Sine dubio ſcriptum erat, *in Diphthera Iovis.*

29 Ἔστι δὲ ὁ Α'δανος γῆς καὶ ἀέρος παῖς.] Hæc ſunt ejuſdem farinæ ac præcedentia, ego fabulas non amo, ideo nolo in eis immorari; ſi te delectant, conſule Mythologos.

30 Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς εὐδαίμονος Α'ραβίας.] Aliam urbem Adana celebrat Auctor noſter in mediterranea parte Arabiæ felicis, cujus oppidanus dicitur vel Adanenus, vel Adanites modo Arabibus conſueto; fuit emporium Romanorum extra ſinum Arabicum, auctore Philoſtorgio lib. 3. c. 4. ex quo Nicephorus hauſit. Mirum eſt ejus non meminiſſe nec Plinium, nec Strabonem, nec Ptolemæum, Lucas Holſtenius in ſuis in Ortelium Annotation. auctor eſt eſſe Aden nobiliſſimum Arabiæ emporium.

31 Τὸν, Αἰολίδος ἔχενον.] Sunt verba corrupta & aliquid etiam deficere videtur. Quare ex mea verſione expunxi, ſuſpicor pro Αἰολίδος ἔχενον legendum eſſe Α'ιολίδος ἐχόμενον, i. e. *Æolidi finitimum*, intellige locum aliquem, vel oppidum. Illo enim participio ſæpe utuntur Geographi.

32 Τῆς Η'τίωνος.] Legendum exiſtimo τῆς τοῦ Η'τίωνος. Sic enim amant loqui Græci.

33 Ἔστι καὶ τρίτη πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.] Aliam Adana urbem ad fluvium Euphratem memorat, de qua ne hilum quidem apud alios, ut cum Lucretio loquar.

34 Α'δάρου πόλις, πόλις Περσική.] *Adaropolis*, i. e. *Adari civitas*, urbs Perſica ex Marciano in Periplo ſinus Perſici; memoratur etiam Ptolemæo Geograph. lib. 6. c. 6. necnon Nigro Geopraph. Aſiæ Comment. 6. de qua nihil memoratu dignum pro ratione inſtituti noſtri inveniebam.

Σωφηνὸς, Παρατακηνός.[35] Ἔστι ὴ καὶ Ἄδαρα ἀδελέρως, κώμη μεγάλη.[36] Τρίτη Παλαιστίνης, μεταξὺ Χαρακμώβων καὶ Ἀρεοπόλεως, ἴσως ἀπὸ τῆς Περσίδος κληθεῖσα πόλεως. Καὶ γὰρ φυλή τις ἐν Χαρακμώβοις Βαβυλωνίων. Τῶν ὴ Ἀδάρων τὸ ἐθνικὸν, Ἀδαρηνός.

A Sophenus, Parætacenus. Eſt etiam Adara neutro genere, vicus magnus. Tertia Palæſtinæ, inter Characmobos, & Areopolim, fortaſſe à Perſidis urbe vocata. Etenim in Characmobis eſt tribus quædam Babyloniorum: ab Adaris verò gentile, Adarenus.

B

Ἀ ΔΕΡΚΩΝ, πόλις Ἰβηρίας, ὡς Ἀσκάλων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀδερκωνίτης, ὡς Ἀσκαλωνίτης.

ADERCO, urbs Iberiæ, ut Aſcalo. Gentile, Aderconita, ut Aſcalonita.

Ἀ ΔΙΑΒΗΝΗ[37], χώρα μέση τῶν ποταμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγριδος.[38] Ἤτις καὶ Μεσήνη ὠνόμασο. Τὸ ἐθνικὸν Ἀδιαβηνός.

C

ADIABENA, regio media inter fluvios Euphratem, & Tigrim, quæ etiam *Meſena* vocata fuit. Gentile, Adiabenus.

Ἄ ΔΟΥΛΙΣ[39], πόλις Αἰθιόπων.[40] οἱ ὴ, Πανὸς νῆσον αὐτὴν καλοῦσι.[41] Καὶ τὰ Μυσῶν βιβλία Ἄδυλι, δίχα τοῦ ς. Σφάλμα δέ ἐστιν. Ἄδυλις γὰρ ὀφείλει, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τοῖς εἰς λις, τῷ ω ωδυληγώμενα. Ὁ πολίτης, Ἀδυλίτης, ὡς Ἀξωμίτης. Καὶ Ἀδυλικὸς, τὸ κτητικόν.

D

ADULIS, urbs Æthiopum, alii *Panos inſulam* eam vocant, & Myſorum libri Aduli, ſine s. Verum error eſt. Adulis enim debet ſcribi, ut Herodianus in nominibus finitis in *lis*, quæ habent in penultima ω mega. Civis, Adulita, ut Axumita. Poſſeſſivum, Aduliticus.

Ἀ ΔΡΑΜΥΤΤΕΙΟΝ[42], πόλις τῆς κατ' Καΐκου Μυσίας. Ἡ γραφὴ διχῶς, διὰ δύο τ, καὶ διὰ δύο δ, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ δύο ι καὶ διὰ ἑνὸς τ, καὶ διὰ δύο. Ἀλλὰ καὶ διὰ ἑνὸς τ, ὅταν ἔχῃ διφθογγον· καὶ διὰ δύο τῷ ι μόνως.[43] Κέκληται ἀπὸ Ἀδραμύττου κτίστου, παιδὸς μὲν Ἀλυάττου, Κροίσου ὴ ἀδελφοῦ, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν

E

ADRAMYTTIUM, urbs Myſiæ juxta Caïcum. Duobus modis ſcribitur, per t, & per d. Per diphthongum ει, & per iota. Per duplex t, & per unum tantum. Quando habet diphthongum, per unum tantum t. Per duplex, quando habet tantum iota. Sic verò fuit vocata ab Adramyto conditore, Alyattæ filio, Crœſi fratre, ut Ariſtoteles in

35 Ἔστι ὴ καὶ Ἄδαρα ἀδελέρως, κώμη μεγάλη.] Celebrat Adara neut. plur. pagum magnum tertiæ Palæſtinæ, *Tertiam Paleſtinam* vocat Auctor noſter *Arabiam Petræam*, ut alibi annotamus. Adru perperam ſcribitur apud Ptolemæum Geograph. lib. 5. c. 17. pro Adaru. Erat verò ſita (nomina oppidorum neut. plur. poſſunt fœm. gen. & num. ſingul. proferri; ut Hieroſolyma & alia hujus farinæ, ut jam alibi annotavimus) inter Characmobam, & Ariopolin, ut inquit Auctor noſter.

36 Τρίτη Παλαιστίνης.] Legendum, Τρίτης Παλαιστίνης.

37 Ἀδιαβηνὴ, χώρα μέση τῶν ποταμῶν.] Adiabene, regio media inter duos fluvios, Euphratem, & Tigrim, eum fefellit opinio. Regio enim, quæ erat media inter duos illos fluvios dicitur Meſopotamia, quæ noſtro Auctori ſuo loco dicitur Μέση τῶν ποταμῶν, i. e. *Media fluviorum*; at ipſe ex Quadrato exiſtimabat eſſe eamdem regionem Meſopotamiam, & Adiabenen, longe aliter ſe habet res. Adiabene enim olim vocitata fuit Aſſyria, auctoribus Plinio lib. 5. c. 12. Amm. Marcellino lib. 23. cujus ſunt verba, quæ ſequuntur: *Iuxta hunc circuitum Adiabena eſt, Aſſyria priſcis temporibus vocitata, longaque aſſuetudine ad hoc tranſlata vocabulum, ea re, quod inter Oenam, & Tigridem ſita, navigeros fluvios, adiri vado nunquam potuit. tranſire enim, διαβαίνειν dicimus Græci; nos autem didicimus, quod in his terris amnes ſunt duo perpetui, quos & tranſivimus, Diavas, & Adiavas, junctis navalibus pontibus, ideoque intelligi Adiavenam cognominatam, ut à fluminibus maximis, Ægyptus Homero auctore, & India, & Euphratenſis antehac Commagena, itidem Iberia ex Ibero, nunc Hiſpania, & à Bæti amne inſignis provincia Bætica, in hac Adiabena Ninus eſt civitas.* Huc uſque Ammianus. obiter notabis nomen fluvii Adiavas corruptum eſſe à Chaldæo הדיב *hadiab*, id eſt *lupus*, qui fluvius Græcè dicitur *Lycos*. Hadiab enim Chaldaicè & lycos Græcè ſunt nomina ἰσοδυνάμα. Apud Strabonem etiam lib. 16. Adiabene & Meſopotamia ſunt diverſæ regiones. Dion. Caſſius lib. 68. inquit: Adiabenam eſſe partem Aſſyriæ ad Ninum pertinentis; incolæ dicebantur *Adiabeni*; quorum reginam Helenam celebrat Joſephus Antiquit. Judaic. lib. 20. c. 2. quæ religionem Judaicam, relicta ethnica, ſecuta fuit, atque Hieroſolymis regiam & ſepulchrum conſtruxit memorabile, cujus etiam meminit Pauſanias in Arcadicis, & id cum Mauſoleo Halicarnaſſi comparat, quod priſcis temporibus fuit celeberrimum, à quo poſtea hujuſmodi ſepulchra *Mauſolea* vocata fuerunt, idem Joſeph. de bello Judaico lib. 6. c. 6. & 7. juxta verſionem Latinam, regiam, & ſepulchrum ejuſdem regiñæ celebrat.

38 Ἥτις καὶ Μεσήνη ὠνόμασο.] Auctor noſter, ut in præcedenti obſervatione annotavimus, exiſtimabat ex Quadrati Hiſtoria Adiabenen & Meſopotamiam fuiſſe eamdem regionem; ideo nunc inquit Adiabenen vocatam quoque fuiſſe *Meſenen*, i. e. *Mediam*, ſcilicet inter duos fluvios Euphratem, & Tigridem.

39 Ἄδυλις, πόλις Αἰθιόπων.] Adulis, urbs Æthiopum, Coſmographo lib. 4. c. 7. dicitur Adule, Plinio lib. 6. c. 29. Aduliton, & Adulitarum oppidum, fuit urbs Æthiopiæ ad mare rubrum in ſinu quodam, qui ab ea *Adulicus* vocitatur; erat emporium illarum regionum celebre, in quod aſportabatur ebur optimum, inde *Adulicum* dictum; unde in reliquas regiones invehebatur, ut rerum monumentis tradit Arrhianus in Periplo maris rubri, cui Ἀδυλεῖ dicitur, ad quem locum conſule ſis Stukii Scholia.

40 Οἱ ὴ, Πανὸς νῆσον αὐτὴν καλοῦσι.] Inquit Adulum Æthiopum urbem ab aliquibus vocari *Panos inſula*, at perperam. Nam Ptolemæo Geographiæ lib. 4. c. 8. Πανὸς νῆσος diverſa eſt ab urbe Ἀδυλῆ, quam eodem libro c. 7. in Adulico ſinu loco, ac Ptolemæus hac in re majorem meretur fidem, quam reliqui.

41 Καὶ τὰ Μυσῶν βιβλία Ἄδυλι, δίχα τοῦ ς.] Quinam fuerint iſti Myſorum libri, ingenue fateor me neſcire.

42 Ἀδραμύττειον, πόλις τῆς κατ' Καΐκου Μυσίας.] Adramyttium fuit urbs Myſiæ juxta Caicum. Caicus vero erat Myſiæ ejuſdem fluvius, teſte Plinio lib. 5. c. 30. qui urbis quoque meminit. Ptolemæus Geographiæ lib. 5. c. 2. eam inter Phrygiæ majoris oppida memorat; Phrygia verò major finitima erat Æolidi, quæ *Myſia* quoque quondam appellata fuit. Erat Adramyttium urbs memorabilis, Athenienſium colonia, habebat portum, & navium ſtationem, ut memoriæ prodidit Strabo lib. 13. ex qua fuiſſe Xenoclem inſignem oratorem inquit.

43 Κέκληται ἀπὸ Ἀδραμύττου κτίστου.] Adramytium nomen accepiſſe ab Adramyto conditore, Alyattæ Lydorum regis filio Crœſique fratre tradit.

ἐν Πολιτείαις, καὶ ἄλλοι. [44] Τινὲς δὲ ἀπὸ Ἑρμωνος τοῦ Λυδῶν βασιλέως. τὴν γὰρ Ἕρμωνα Λυδοὶ Ἀδραμυν καλέσι, Φρυγιστί. Οὐ δυνατὸν δέ, ὡς Ἡρωδιανός, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ τ, τὸ Ἄδραμυς. Ὁ πολίτης, Ἀδραμυττηνὸς, ὡς Ἀρταξηνὸς, Δατηνὸς, Δακηνὸς, Σεβαστηνός. Λέγεται δὲ καὶ Ἀδραμύττιον διὰ τοῦ ι, ὡς Κρατῖνος. A in Politicis, & alii. Quidam verò ab Hermone Lydorum rege. Hermonem enim Lydii *Adramym* lingua Phrygia vocant. Hoc verò non poteſt eſſe, ut Herodianus inquit, eò quod non habeat t nomen iſtud Adramys. Civis, Adramyttenus, ut Artacenus, Datenus, Dacenus, Sebaſtenus. Dicitur etiam Adramyttium per jota, ut Cratinus. B

ΑΔΡΑΜΥΤΤΙΣ, νῆσος ἐν τῇ Λυκίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀδραμυττίτης, ὡς Ναύκρατις Ναυκρατίτης.

ADRAMYTTIS, inſula Lyciæ. Gentile, Adramyttita, ut Naucratis, Naucratita.

ΑΔΡΑΝΗ [45], πόλις Θρᾳκικὴ, ἡ μικρὸν ὑπὲρ τὴν Βερενίκης κεῖται, ὡς Θεόπομπος. [46] Πολύβιος δὲ, διὰ τοῦ η τὸ μέσον λέγει, ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, Ἀδρηνή. Τὸ ἐθνικὸν Ἀδρηνήτης, ὡς Συρηνή Συρηνήτης, Σελήνη Σεληνήτης. Τούτων τὰ μαρτύρια ἐν τοῖς οἰκείοις. Δυνατὸν δὲ καὶ Ἀδρηναῖος, ὡς Κυρηναῖος, Μιτυληναῖος, Πελληναῖος. Δίδωσιν ἡ τέχνη καὶ τὸ Ἀδρηνεύς, ὡς Πελληνεύς. C

ADRANA, urbs Thraciæ, paulò ſupra Berenicem ſita, ut Theopompus. Polybius per e ſcribit Adrena, libro decimo tertio. Gentile, Adrenita, ut à Syena, Syenita, à Selena Selenita. Horum teſtimonia in nominibus domeſticis. Poteſt eſſe, & Adrenæus, ut Cyrenæus, Mitylenæus, Pellenæus. Ars concedit, ut Adreneus dicatur, ut Pelleneus. D

ΑΔΡΑΝΟΝ [47], πόλις Σικελίας ἐν τῇ Αἴτνῃ, πλησμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα. Λέγεται καὶ Ἀδρήνιος ἀρσενικῶς Ἀδρανίτης. Ἀπολλόδωρος δὲ, Ἀδρανίτας φησὶ τὸ ἐθνικόν. E

ADRANUM, urbs Siciliæ in Ætna fluvium habens ejuſdem nominis. Dicitur etiam Adranius maſculino genere. Apollodorus Adranitas vocat gentile.

ΑΔΡΑΣΤΕΙΑ [48], μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου, ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, ὃς καὶ πρῶτος ἱδρύσατο Νεμέσεως ἱερόν. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἡ χώρα Ἀδράστεια, καὶ Ἀδραστείας πεδίον, καὶ ἡ πόλις ὕστερον. Διογένης ἐν πρώτῃ Κυζίκου φησὶν, ἀπὸ Ἀδραστείας κεκλῆσθαι, μιᾶς τῶν Ὀρεσιάδων νυμφῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀδραστεύς. Οἱ δὲ ἐπιχώριοι, Ἀδρασηνὸς, ὡς Κυζικηνός, φασιν. [49] Ἔστι δὲ καὶ Τρωάδος Ἀδράστεια τόπος, ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσης, [50] ἧς Ἴδης, τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος ἐν Τροίᾳ, ὡς Χάραξ ἑλληνικῶν δευτέρᾳ. [51] Τὸ δὲ αὐλόν ἐστι χωρίον, καὶ ἐθνικόν. F

ADRASTIA, inter Priapum, & Parium, ab Adraſto rege, qui primus Nemeſis templum ædificavit. Vocabatur verò regio Adraſtia, & Adraſtiæ campus. Urbs quoque eodem modo. Diogenes lib. 1. Cyzic. inquit, ſic vocatam fuiſſe ab Adraſtia una Oreſtiadum Nympharum. Gentile, Adraſteus. Indigenæ, Adraſtenus, ut Cyzicenus dicunt. Eſt etiam Adraſtea locus Troädis, ſic dictus ab Adraſtia filia Meliſſi, Idæ filii, quæ prius in Troja regnavit, ut Charax Hellenicorum libro ſecundo. Idem nomen habet oppidum, ac gentile. G

ΑΔΡΙΑ,

ADRIA,

44 Τινὲς δὲ ἀπὸ Ἑρμωνος τοῦ Λυδῶν βασιλέως, τὴν δὲ Ἕρμωνα Λυδοὶ Ἀδραμυν καλέσι, Φρυγιστί.] Aliquos, inquit, nomen accepiſſe Adramyttium ab Hermone quodam Lydorum rege, quem Lydi vocabant *Adramyn* Phrygum lingua, ſcilicet quia Lydi utebantur Phrygum lingua; hanc etymologiam ſequitur Heſych. & Scaliger Can. Iſagog. lib. 3. in regum Lydiæ Dynaſtia, ſed eam pace Scaligeri explodit Epitomator noſter ex Herodiano, & merito. Τὸ Adramys enim non habet litteram τ quæ eſt in nomine urbis.

45 Ἀδρανη, πόλις Θρᾳκικὴ.] Adrane, urbs Thracica ex Teopompo; altum eſt apud alios, ſi bene memini, de hac urbe ſilentium. Theopompi opera ſunt deperdita.

46 Πολύβιος δὲ διὰ τοῦ η τὸ μέσον λέγει.] Inquit Adranen urbem Thraciæ Polybio lib. 13. dici Adrenen. Liber tredecimus Polybii non extat.

47 Ἄδρανον, πόλις Σικελίας ἐν τῇ Αἴτνῃ.] Adranon, ſive Adranius, urbs Siciliæ in monte Ætna cum fluvio ejuſdem nominis; olim condita fuit à Dionyſio, ac nomen adepta à templo quodam inſigni, cujus rei Auctor eſt Diodor. Siculus lib. 14. cujus ecce verba: Τούτων δὲ πραττομένων, Διονύσιος μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλιν ἔκτισεν ὑπὸ αὐτὸν τὸν Αἴτνης λόφον, καὶ διά τινος ἐπιφανοῦς ἱεροῦ προσηγόρευσεν αὐτὴν Ἄδρανον, i. e. *His autem geſtis, Dionyſius quidem in Sicilia urbem condidit, ſub Ætnæ collem, quam ab inſigni quodam fano Adranum appellavit.* Civitas nunc vulgo dicitur *Aderno*, & fluvius *Fiume d'Aderno*, auctore Cluv. Siciliæ Antiquæ, lib. 2. c. 8.

48 Ἀδράστεια, μεταξὺ Πριάπου, καὶ Παρίου.] Fuit nomen urbis, & regionis inter Priapum, & Parium, quæ pertinebat ad Troadem, habebat ſubjacentem campum ejuſdem nominis, in quo erat Oraculum Apollinis Actæi & Dianæ. nomen verò accepit ab Adraſto rege, qui primus Nemeſi templum poſuit, ut inquit Auctor noſter, & teſtatur Calliſthenes apud Strabonem lib. 13. unde Epitomator noſter ſua, ſed confuſe transcripſit. Audi eum loquentem: Ἐκαλεῖτο δὲ ἡ χώρα αὐτὴ Ἀδράστεια, καὶ Ἀδραστείας πεδίον, &c. id eſt, *Vocabatur verò ea regio Adraſtea, & Adraſteæ Campus, more quodam eorum, qui unam regionem duplici nomine vocant, ut & Theben, & Thebes campum, & Mygdoniæ campum; Calliſthenes verò, inquit, Adraſteam ab Adraſto rege vocari, qui primus Nemeſis templum conſtituit. Sita eſt urbs inter Priapum & Parium habens ſubjacentem campum ejuſdem nominis, in quo etiam Oraculum fuit Apollinis Actæi & Dianæ.*

49 Ἔστι δὲ καὶ Τρωάδος Ἀδράστεια τόπος ἀπὸ, &c.] Inquit Adraſteam Troadis locum nomen accepiſſe ab Adraſtea Meliſſi filia; ſupra, inquit, urbem ab Adraſto rege nomen accepiſſe, nihil mirandum, ſi fabulæ inter ſe non conveniant. Ipſiſſimum enim accidit aliquando hiſtoriis hodiernis de familiis famigeratis.

50 Μελίσσης θυγατρὸς.] Lege Μελίσσης θυγατρὸς.

51 Τὸ δὲ αὐλόν ἐστι χωρίον, καὶ ἐθνικόν.] Mens Stephani eſt τὸ Adraſtea eſſe nomen regionis, & gentile fœm. h. e. & nomen fœminæ & regionis.

Α᾽ΔΡΙΑ [52], πόλις, ἡ παρ᾽ αὐτὴν κόλπος Α
Α᾽δρίας, ἡ ποταμὸς ὁμοίως, ὡς Ἑκαταῖος. Ἡ χώρα τοῖς βοσκήμασιν ἐστιν ἀγαθή, [53] ὡς δὶς τίκτειν τὰς ἐνιαυτὸν, καὶ δίδυμοτοκεῖν, πολλάκις καὶ τρεῖς καὶ τέτταρας ἐρίφους τίκτειν, ἐνίοτε δὲ καὶ πέντε, καὶ πλείους· [54] καὶ τὰς ἀλεκτορίδας δὶς τίκτειν τὴν ἡμέραν, τῷ δὲ μεγέθει πάντων εἶναι μικροτέρας τῶν ὀρνίθων. Ὁ πολίτης, καὶ ὁ πάροικος, Α᾽δριανὸς, ὡς Ἀσιανός· καὶ Α᾽δριάτης. Οὕτως Α᾽δριατικὸν Πέλαγος· ὡς Β Πτελεάτης, ὁ Πτελεατικὸς οἶνος. C

ADRIA, urbs & juxta urbem ſinus maris Adriatici, necnon fluvius, ut Hecatæus; regio pecudibus optima, adeò, ut bis in anno, ac geminos, ſæpe tres & quatuor hœdos pariant, aliquando etiam quinque, & plures. Gallinæ verò bis in die, ſunt verò omnium minimæ inter aves. Civis, & accola, Adrianus, ut Aſianus. Dicitur etiam *Adriata*, & *Adriaticum Pelagus*, ut à Pteleata, *Pteleaticum vinum*.

Α᾽ΔΡΟΤΤΑ [55], ἀδέλεπρως χωρίον ἐν Λυδίᾳ παραθαλάττιον, καὶ καταφρημνον. Οἱ οἰκήτορες, Α᾽δροττεῖς. [56] Τῶν γὰρ εἰς α ἀδέλεπρων παράγε τοῖς Λυδοῖς, καὶ τὴν Καρίαν οἰκοῦσι, χαίρει τῇ εἰς ος; ὅπερ τῶν ἐθνικῶν. Δωρικὴ καὶ Α᾽δροττιωτὶς. Καὶ γὰρ ὁ τύπος τῶν Ἀσιανῶν, καὶ ἅτινες οἱ ἐπιχώριοι λέγουσιν. D

ADROTTA, neutro genere oppidum Lydiæ maritimum, & præceps. Incolæ, Adrottei. Nomina enim neutra in a apud Lydos & Carios gaudent terminari in *eus*, cum de gentilibus dicuntur. Poteſt etiam eſſe Adrottenus. Forma enim hæc Aſiaticis eſt familiaris, ac ſic indigenæ dicunt.

Α᾽ΔΡΥΜΗΣ [57] Α᾽δρύμης, Λιβύης πόλις. Λέγεται καὶ δρησενικῶς, καὶ θηλυκῶς, καὶ ἀδετέρως. Κέκληται ἀπὸ τινος Α᾽δρύμητος. Τῆς E γυναικῆς παραχθείσης εἰς ἀρσενικὴν. Καὶ τὸ ἐθνικὸν Α᾽δρυμήτης, ὡς Βηρύτης· ἄμεινον τὸ Α᾽δρύμης, καὶ Α᾽δραμύσιος. Αἱ γὰρ ἀπὸ γυναικῆς ἀρσενικῆς, λίχα ποιητικῆς φράσεως, ἀπαναιώτεται. F

ADRYMES, Adrymetus, urbs Libyæ. Dicitur maſculino, & fœminino, & neutro genere. Sic fuit vocata à quodam Adrymeto, deducto genitivo in nominativum. Gentile, Adrymetius, ut Berytius. Sed præſtat Adrymes, & Adramyſius. Nominativi enim à genitivo ſine Poëtica locutione rariſſimi.

Α᾽ΔΡΥΞ, ὡς Ἔρυξ, δρσενικὸν, πόλις Συρακουσίων. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽δρυκῖνος, ὡς Ἐρυκῖνος, ἀπὸ Ἔρυκος γυναικῆς. Καὶ Α᾽δρυκίνη, ὡς Ἐρυκίνη Ἀφροδίτη.

ADRYX, ut Eryx, maſculinum, urbs Syracuſanorum. Gentile, Adrycinus, ut Erycinus à genitivo Ἔρυκος. Fœmininum Adrycina, ut Erycina Venus.

Α᾽ΔΑΡ-

ADAR-

52 Ἀδρία, πόλις, ἡ παρ᾽ αὐτὴν κόλπος Ἀδρίας, ἡ ποταμὸς ὁμοίως.] Adria fuit urbs Picentium, ſeu Picenorum, auctore Coſmographo Geograph. lib. 3. c. 1. Noſter oblitus eſt dicere, cujus regionis fuerit urbs; ſatis ei viſum fuit dicere, ab ea Adriam ſinum & fluvium accepiſſe nomen: ſcribitur ejus nomen cum aſpiratione, & ſine ea. Fuit Tuſcorum colonia, qui ante Rom. imperium terra marique dominati fuere, ut rerum monumentis tradidit Livius lib. 5. c. 33. cujus ecce verba: *Tuſcorum ante Romanum imperium latè terra, marique opes patuere, mari ſupero, inferoque, quibus Italia inſulæ modo cingitur, quantum potuerint; nomina ſunt argumento, quod alterum Tuſcum communi vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare ab Adria Tuſcorum colonia vocavere Italiæ gentes.* Græci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant. Ab hac urbe Adriani Cæſaris majores originem trahebant, ut tradit Ælius Spartianus in ejus vita, eadem urbs poſtquam oblivio Tuſcum ſepelivit imperium à Romanis etiam facta fuit colonia, ut videre eſt ex Livii lib. 11. epitome, mare, quod Græcis dicitur Ἀδριατικὸν πέλαγος, ſen Ἀδρίας κόλπος, Latinis dicitur *Adriaticum*, ſeu *Adrianum*, Poëtæ *Adriacum* vocant, quod antiquitus vocabatur *Atriacum*, ut & urbs *Atria*, referente Plinio lib. 3. c. 16. hiſce verbis: *Omnia ea flumina foſſaſque primi Aſagi fecere Tuſci, egeſto amnis impetu per transverſum in Atrianorum paludes, quæ Septem Maria appellantur, nobili portu oppidi Tuſcorum Atriæ, à quo* Atriaticum mare *ante appellabatur, quod nunc Adriaticum.* Loquitur Plinius de Pado fluvio, quem Græci *Eridanum* vocant, qui triginta flumina ſecum in mare Adriaticum deferebat, utrum Atria & Adria fuerit eadem civitas, viderint doctiores; Auctor noſter diverſas fuiſſe exiſtimavit. Utramque enim ſuo loco celebrat, at ipſe plerunque ex una, eademque urbe duas ſolet facere, ut alibi annotamus.

53 Ὡς δὶς τίκτειν τὰς ἐνιαυτὸν.] In his verbis procul dubio deficiunt hæc verba: τὰς αἶγας, i. e. *capras*. Loquitur enim de earum partu; de quo agit Ariſt. de Hiſt. Animal. lib. 6. c. 19. ac ultimum τίκτειν delendum eſt.

54 Καὶ τὰς ἀλεκτορίδας δὶς τίκτειν.] Loquitur de gallinarum partu Adrianarum, quas memorat Ariſt. Hiſt. Anim. lib. 6. c. 1. hoc ævo Anatomici invenere, omnia animantia ex ovis generari, hominem quoque. Non omnia Naturæ Dædalæ myſteria veteres nobis revelarunt; adhuc occulta manent plurima. In omnibus decet ejus ſummum artificem venerari, nec cuiquam vitio verti debet, quod eum ſuo modo colat.

55 Ἄδροττα, ἀδέλεπρως χωρίον ἐν Λυδίᾳ.] Hujus maritimi oppidi Lydiæ nulla, quod ſciam, apud alios fit mentio, Suidam in Εὐσεφιος excipio, ſed nihil de eo memoria dignum refert.

56 Τῶν γὰρ εἰς α ἀδέλεπρων.] Lege Τὰ γὰρ εἰς α ἀδέλεπρα. Id enim clamat ratio.

57 Ἀδρύμης, Ἀδρύμητος, Λιβύης πόλις.] Adrymes, etis, vel Adrymetus, id eſt, priori forma maſcul. fœmin. & neut. genere dicitur. Fuit urbs Libyæ, memoratur Plinio lib. 5. c. 4. & lib. 6. c. 34. Straboni lib. 17. vocatur Ἀδρύμη. Fuiſſe oppidum munitum patet ex Diodori Siculi Biblioth. Hiſtoricæ lib. 20. quandoquidem Agathocles id obſidione cinxit; ejus ſunt verba, Græcis relictis, Latina appono: *Dum hæc geruntur, Agathocles jam campeſtria in poteſtate habens caſtella vicina Carthagini vi cepit, urbiumque alias metu, alias odio Carthaginenſium ad ſuas partes adduxit, caſtris vero prope Tunetum munitis & ſufficienti relicto præſidio ad urbes mari vicinas movit, primaque vi capta nova urbe, cum victis clementer ſe geſſit, unde verſus Adrymeten progreſſus eam obſidione cinxit.*

58 Ἀδρα-

Α᾽ΔΑΡΧΙΔΑΙ[58], Λιβυκὸν ἔθνος, ὡς Ἡρόδοτος.

ADARCHIDÆ, Libyci populi, ut Herodotus.

Α᾽ΕΡΙΑ[59], ἡ Αἴγυπτος, ἀπὸ τοῦ Ἀέρος· ἀέρα γὰρ ἠερόεσσαν αὐτὴν φασιν. Οἱ ἄνθρωποι, Ἄερροι. Καὶ Ἀερίτης, ἐκ τοῦ Ἄερος γενικῆς. [61] Ἔστι καὶ Κελτικὴ πόλις Ἀερία, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν τετάρτῳ. [62] Ἔστι καὶ ἄλλη Κρήτης ἐκ ἄσημος, [63] ἡ ἐλέγετο νῆσος Ἀερία, καὶ Ἴδαῖα, καὶ Δολιχή, ἀπὸ τοῦ μήκους. Ἐθνικὰ, τὰ αὐτά.

AERIA, Ægyptus, sic dicta ab aëre. Etenim ἠερόεσσαν, id est, *tenebrosam* eam vocant. Incolæ, Aërii. Dicitur etiam incolâ; Aërita, à genitivo aëris. Est etiam Aëria, Celtica urbs, ut Apollodorus Chronicorum lib. quarto. Est & alia Cretæ non obscura; quæ dicebatur insula Aëria, & Idæa, & Doliche propter longitudinem. Gentilia, eadem.

Α᾽ΖΑΝΙΑ[64], μέρος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἀζανῆς, τῆς Ἀρκάδος. Οἱ οἰκήτορες Ἀζανεῖς, καὶ Ἀζῆνες, καὶ Ἀζάνιος, καὶ Ἀζανία, καὶ Ἀζάνιον. Εὔδοξος ὁ ἐν ἕκτῃ γῆς περιόδου φησὶν· ἔστι κρήνη τῆς Ἀζανίας, ἣ οὖν γεύσαιντο ἢ ὕδατος πιεῖν μηδὲ τὴν ὀσμὴν ἐνέγκασθαι. Εἰς ἣν λέγουσι Μελάμποδα, ὅτι τὰς Προιτίδας ἐκάθαιρεν, ἐμβαλεῖν τὰ ἀποκαθάρματα. [65] Ἔστι δὲ μοῖρα τῆς Ἀρκαδίας ἡ Ἀζανία. Διῄρηται δὲ εἰς τρία· Παρράσιους, Ἀζᾶνας, Τραπεζουντίους. Καὶ ἔχει ἡ Ἀζανία πόλεις ἑπτακαίδεκα, ἃς ἔλαχεν Ἄζηνος. Ἔστι καὶ Μασσαλίας ἄλλη, ὡς Φίλων.

AZANIA, pars Arcadiæ, sic dicta ab Arcadia fœmina, quæ *Azano* dicebatur. Incolæ, Azanei, Azenes, Azanius, a, um, adjectivum. Eudoxus terræ periodi libro sexto inquit: *Est Azaniæ fons, cujus hæc est natura, ut qui ejus aquam gustaverint, vini odorem ferre non possint.* In quem ferunt Melampodem cum Prœtidas expiaret, injecisse piacula. Est verò Arcadiæ portio, Azania, quæ in tres partes fuit divisa, Parrhasios, Azanas, Trapezuntios. Habet Azania urbes XVII, quas sortitus est Azen. Est & Massiliæ urbs, ut Philo.

Α᾽ΖΑΝΟΙ[66], Φρυγίας πόλις. Στράβων δωδεκάτῃ· τῆς δ᾽ ἐπικλήτου Φρυγίας Ἀζανοί τέ εἰσι, καὶ Νακώλεια. Οἱ πολῖται, Ἀζανῖται. Τὸ θηλυκὸν, Ἀζανῖτις. [67] Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ συλλαβῇ ἀπὸ τοῦ αι καθόλου λέγων· Αἴζηνος Ταντάλου

AZANI, urbs Phrygiæ, Strabo libro duodecimo; *Ascititia verò Phrygiæ sunt Azani, & Nacolia.* Cives, Azanitæ. Fœminihum, Azanitis. Herodianus in prima syllaba per æ generalem dicens: *Æzen Tantali*

58 Ἀδαρχίδαι, Λιβυκὸν ἔθνος.] Adarchidæ, Libyci populi ex Herodoto, quem nobis tanquam per aversionem laudat, cui lib. 4. c. 168. Adyrmachidæ, non Adarchidæ, ut habet noster, dicuntur. Eodem etiam modo Ptolemæ. lib. 4. c. 5. Scylax in Libya *Adyrmachidas* seu *Adyrmachitas* vocant. Quin etiam litterarum ordo exigebat, ut sic apud Stephanum dicerentur; de quorum etymo consulesis Bochartum. Ptolemæus libro, capiteque citato eos locat inter Libyæ supra mare Nomos.

59 Ἀερία, ἡ Αἴγυπτος, ἀπὸ τοῦ ἀέρος.] Aeria, Ægyptus ab aëre dicta aliquando fuit: quod etiam testatur Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 14. c. 6. Quin etiam Creta sic vocata fuit, eodem auctore, libro, capiteque citato; nec non Thessalia apud Apollonium Argonautic. lib. 1. v. 580.

60 Καὶ γὰρ ἠερόεσσαν αὐτὴν φασιν.] Hæc verba concoquere non possum. Innuit enim Ægyptum Aërian vocatam ab aëre, quod esset tenebrosa. Scholiasta Apollodori ad ejusdem Argonautic. lib. 1. v. 580. inquit, Thessaliam vocatam fuisse Aëriam ἀπὸ τὸ μέλαναι εἶναι τὴν γῆν, id est, *quod terra esset nigra.* De quibus tuum esto judicium, nec meam spectes sententiam. Ego enim ἐπίχω, cum noster in Αἴγυπτος dicat nomen accepisse à Rege hujus nominis Beli, ex Aëria filio.

61 Ἔστι καὶ Κελτικὴ πόλις Ἀερία.] Celebrat civitatem Celticam, id est, *Gallicam Aëriam*, cujus in Gallia Narbonensi meminere Plin. lib. 3. c. 4. Strabo lib. 4. cujus ecce verba: Εἰσὶ δ᾽ οἱ ἐν τῷ μεταξὺ πόλεις Αὐενιὼν, καὶ Ἀρυσπῶν, καὶ Ἀερία, τὸ ὄνομα, φησὶν Ἀρτεμίδωρος Ἀερία, ἀπὸ τὸ ἐφ᾽ ὕψους ἱδρύσασθαι μεγάλως, id est, *In medio sunt urbes Avenio, & Arusio; & Aëria, vere, ut ait Artemidorus Aëria, quod in excelso loco sita esset.*

62 Ἔστι καὶ ἄλλη Κρήτης ἐκ ἄσημος.] Celebrat aliam urbem Cretæ *Aëriam* non obscuram, cujus nullum inveniebam apud alios memoriam.

63 Ἡ ἐλέγετο νῆσος Ἀερία, καὶ Ἴδαῖα, &c.] Hæc verba de insula Creta intelligenda esse existimo, quæ *Aëria* vocata fuit, ut inquit noster, & confirmat Gell. Noct. Attic. lib. 14. c. 6. Idæam etiam dictam fuisse inquit Auctor noster, scilicet vel à monte, vel à Nympha hujus nominis; nec non Dolichen propter longitudinem. Δολιχὸς enim significat idem, quod apud Latinos, *longus* seu *prolixus.* Hoc nominis de aliis etiam insulis dicebatur.

64 Ἀζανία, μέρος τῆς Ἀρκαδίας ἀπὸ Ἀζανῆς.] Azania pars Arcadiæ nomen adepta ab Azanone fœmina Arcade, cujus nominis mons celebratur Statio Theb. lib. 3.

—— —— *Idæis ululatibus æmulus Azan.*

Azaniæ etymon à verbo ἄζω; id est, *sicco* deducit Eust. ad Il. 1. v. 21.

65 Ἔστι δὲ μοῖρα τῆς Ἀρκαδίας ἡ Ἀζανία.] Esse partem Arcadiæ Azaniam inquit, ac Arcadiam in tres partes dividi, hoc est, in Parrhasios, Azanes, Trapezuntios; fuisse verò Azanes Græcorum vetustissimos, tradit Strabo lib. 8. cujus sunt verba: Δοκεῖ δὲ παλαιόταται εἶναι τῶν Ἑλλήνων &c. id est, *Videntur autem Arcadiæ gentes vetustissimæ Græcorum, Azanes & Parrhasii, & aliæ hujusmodi*, de quibus consule sis Pausan. in Arcadicis.

66 Ἀζανοὶ, Φρυγίας πόλις.] Azani, orum, urbs Phrygiæ ex Strabonis lib. 12. cujus affert verba mutila. Sic verò apud eum leguntur: Τῆς δ᾽ Ἐπικλήτου Φρυγίας Ἀζανοί τέ εἰσι, καὶ Νακόλεια, καὶ Κολυαεῖον, καὶ Μιδαεῖον, καὶ Δορυλαεῖον πόλεις, καὶ Κάδοι· τινὲς δὲ Κάδας ἐποίησαν Μυσίας φασὶν, id est, *Epicleti vero Phrygiæ sunt Azani, & Nacolea, & Coryaëium; & Midaëium, & Dorylaium civitates, & Cadi: Cados vero aliqui Mysiæ ajunt.*

67 Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ, &c.] Lege Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ τοῦ καθόλου ἐν πρώτῃ συλλαβῇ ἀπὸ τοῦ αι λέγει. Sic debent concipi hæc verba; Herodian. enim scripsit librum, quem ἐν πρώτῃ τοῦ καθόλου inscripsit.

Ταλα πατρὸς, ἀφ' ὃν ἐν Φρυγίᾳ πόλις Αἰζανοί· τινὲς δὲ Ἀζάνιον αὐτὴν φασιν. [68] Ἑρμογένης δέ φησιν, οὐ δεῖ οὕτως, ἀλλ' Ἐξουάνην αὐτὴν καλεῖσθαι. Λέγεται γὰρ τοῦτον τὸν τόπον ἀγροικίας εἶναι. Λιμοῦ δὲ γενομένου, συνελθόντες οἱ ποιμένες, ἔθυον ὕφορβαν γενέσθαι. Οὐκ ἀκουόντων δὲ τῶν θεῶν, Εὔφορβος τὴν ἀλώπηκα, ὅ ἐστιν ἀλώπηξ, καὶ ἔξιν, ὅ ἐστιν ἐχῖνος, θύσας τοῖς δαίμοσιν. Εὐαρεστηθέντων δὲ τῶν θεῶν, εὐφορίαν γενέσθαι, καὶ τὴν γῆν πολυκαρπῆσαι. Τοὺς δὲ πλησιοίκους πυθομένους, ἱερέα καὶ Ἄρχοντα αὐτὸν σῆσαι. Ἐξ αὐτοῦ καὶ κληθῆναι τὴν πόλιν Ἐξουάνην· ὃ μεθερμηνευόμενον, ἐστιν Ἐχιναλώπηξ. Ἔοικε δὲ μεταλλοιῶσθαι εἰς τὸ Χοάνη τὸ Ἀζάνιον. [69] Ἔστι δὲ ὅμοιον τῷ Βυθλωίῳ, περὶ οὗ ἐροῦμεν.

ΑΖΕΙΩΤΑΙ [70], ἔθνος τῆς Τρωάδος, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς περὶ Λυδίαν λέγει. Ἔοικε δὲ τὸ πρωτότυπον Ἀζεία εἶναι, ἵν' ᾖ ὡς Μάρεια Μαρεώτης, Ῥάφεια Ῥαφεώτης. Λέγονται δὲ καὶ Ἀζεοί.

ΑΖΗΝΙΑ [71], ὡς Πλωθιὰ, Λαμπτρεὺς, δῆμος ἐν Ἀττικῇ τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης Ἀζηνιεύς, [72] ὡς Ἀρχιεύς. Τὸ τοπικὸν, δῆλον.

ΑΖΙΛΙΣ [73], πόλις Λιβύης. [74] Οἱ δὲ περὶ Σαλούστιον, οὐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον φασὶ, καὶ ποταμὸν εἶναι. Τινὲς δὲ Ἄζιριν, μὴ δέ ῥ λέγουσι τὸ χῶρον. Χάραξ δὲ Ἄζιρον λέγει αὐτό. Ὁ πολίτης, Ἀζιλίτης, ὅτι πρωτότυπον εἰς ις τῷ Λιβυκῷ χαρακτῆρι, καὶ Αἰγυπτίῳ· καὶ ὡς Κάνωβος Κανωβίτης. Εἰ δὲ ἀδελφέρως, Ἄζιρον, τὸ ἐθνικὸν Ἀζιρεύς, ὡς Σουνιεύς.

ΑΖΩΡΟΣ [75], πόλις Πελαγωνίας, τῆς λεγομένης Τριπολίτιδος, ὡς Στράβων, ἀπό τινος κτισθεῖσα Ἄζωρος. Λέγεται καὶ πληθυντικῶς, ἐν Ἀζώροις. Ὁ πολίτης Ἀζωρίτης, ὡς Ἀλωρίτης. Πόλις δὲ Μακεδονίας καὶ ἡ Ἀλω-

tali filius, à quo Æzani urbs Phrygiæ. Aliqui Azanium eam vocant. Hermogenes verò inquit, non debere sic vocari, sed Exuanum. In loco enim ubi habitabant rustici fuisse dicitur. Cum esset verò fames, convenientes pastores sacrificarunt ut ubertas foret. At cum Dii non audirent, Euphorbus *uanum*, quod est *vulpes*, & *exim*, quod est *echinus* sacrificavit Diis. Quibus cum sacrificium placeret, ubertatem fuisse, ac terram multa produxisse. Accolas verò his auditis, Sacerdotem, & Archontem eum constituisse. Ex quo urbem *Exuanum* fuisse vocatam, quod interpretatur *Echinalopex*. Videtur verò mutatum ex Xoano, Azanium. Quod est simile Bythenio, de quo dicemus.

AZEOTÆ, populi Troadis, ut Hellanicus in libris de Lydia. Videtur verò primitivum esse Azea, ut sit, sicut Marea, Mareota, Rhaphea, Rhapheota. Dicuntur etiam Azei.

AZENIA, ut Plothia, Lusia, populus in Attica Hippothoontidis tribus. Popularis, Azenieus, ut Archieus. Locale notum est.

AZILIS, urbs Libyæ. Salustius verò inquit, non urbem, sed locum, & fluvium esse. Aliqui autem Azirin per r dicunt locum. Charax *Azirum* vocat urbem. Civis, Azilita, quoniam primitivum in is, charactere Libyco, & Ægyptio gaudet; nec non, ut à Canobus, Canobita. Si verò neutro genere Azirum scribatur, gentile debet esse Azireus, ut Sunieus.

AZORUS, urbs Pelagoniæ, dictæ *Tripolitidis*, ut Strabo, ab quodam Azoro condita. Dicitur verò in plurali numero, in Azoris. Civis, Azorita, ut Alorita. Alorus verò est urbs Macedoniæ.

Ar-

68 Ἑρμογένης δὲ φησιν, οὐ δεῖ οὕτως, &c.] Hermogenes inquit non vocandam esse Azanos Epicteti Phrygiæ civitatem, nec Azanium, sed Exuanum. Hoc nominis apud Phryges sonabat idem, ac apud Græcos ἐχιναλώπηξ, id est, *echinovulpes*, exuanum vero corruptum videtur ab Hebræo שועל *Soûhal*, i. e. *vulpes*, à quo nomen etiam Suel oppidi Hispaniæ, cujus meminit Plin. lib. 3. c. 1. Mela lib. 2. c. 6. Suel enim & Malacca sunt nomina Phœnicia. Phœnicum vero lingua erat Hebrææ velut dialectus quædam. Reliqua, quæ affert, fabulas Poëtarum redolent.

69 Ἔστι δὲ ὅμοιον τῷ Βυθλωίῳ &c.] Inquit Azanion dici, sicut Bythenion, at pro Βυθλωίῳ lege Βιθωίῳ. Est enim incuria vel transcriptoris, vel impressoris. Ipse enim suo loco memorat Bithynium oppidum Bithyniæ.

70 Ἀζειῶται, ἔθνος τῆς Τρωάδος.] Azeotæ, seu Azeï, populi Troadis, qui Ἀζιῶται, Aziotæ dicuntur Hesychio, quis vero ex quo corrigendus sit tuum esto judicium, de quibus nihil memoratu dignum inveniebam.

71 Ἀζηνιὰ, ὡς Πλωθιὰ, &c.] Azenia, ut Plothia, Lusia, populus in Attica Hippothoontidis tribus, celebratur Hesychio, Suidæ, Harpocrationi, sed nihil de eo memorabile referunt.

72 Ὡς Ἀρχιεύς.] Inquit popularem populi Azeniæ dici Azenienſem, ut Archienſem, ac pro Ἀρχιεύς lege Ἐρχιεύς, i. e. *Erchienſis*. Erchia enim, non Archia fuit populus Ægeidis tribus, ut est apud Hesychium, & apud Harpocrationem, ex quo populo fuit Xenophon Philosophus, Historicus, & Dux, auctore Diogene Laërtio in Xenophonte; apud quem etiam perperam scribitur Ἀρχιεύς, ut prius annotavit Meursius de populis Atticæ.

73 Ἄζιλις, πόλις Λιβύης.] Azilis, urbs Libyæ, Herodoto lib. 4. dicitur, Aziris, Ptolemæo lib. 4. c. 5. Axylis; de qua nihil memorabile inveniebam.

74 Οἱ δὲ περὶ Σαλούστιον, οὐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον.] Auctor noster non vocat ad testimonium Auctores Latinos, nisi Græciæ jure donatos. Itaque proculdubio Salustium in Græcum sermonem translatum advocat, sed eum tanquam per aversionem nobis vendit.

75 Ἄζωρος, πόλις Πελαγωνίας, &c.] Azorus urbs Pelagoniæ Tripolitidis. Erat vero Pelagonia superioris Macedoniæ regio, *Tripolitis* dicta, quod tribus urbibus constaret, quarum una fuit Azorus, auctore Strabone lib. 7. Ptolemæo Geographiæ lib. 3. c. 13. cui Azorium dicitur & inter Pelasgiotarum oppida numeratur.

76 Ἀζω-

Ἄλωρ. Ἀρριανὸς Ἀζώρειαν αὐτὴν φησιν, ἡ Ἀζωριάτης, ὡς Βοτιεάτης. Ἡ Ἀζορεύς, ὡς Ἀλεξανδρεύς.

A Arrhianis *Azoream* eam vocat. Dicitur etiam gentile, Azoriata, ut Botteata. Vel Azoreus, ut Alexandreus.

ΑΖΟΤΟΣ[76], πόλις Παλαιστίνης. Ταύτην ἔκτισεν εἷς τῶν ἐπανελθόντων ἀπ' ἐρυθρᾶς θαλάσσης φυγάδων. [77] Καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἄζας ὠνόμασεν, ὅ ἐστι χίμαιραν, διὸ Ἄζωτον μεταφρασαν. Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς. Ἔστι δὲ ἄλλη πόλις Ἄζωτος, Ἀχαΐας· ὁ πολίτης Ἀζώτιος, ὡς Βηρύτιος, Ἀλιάρτιος. Καὶ θηλυκῶς. Ἐκαλεῖτο δὲ Πελωρία, ἀπὸ τοῦ Σπαρτῶν ἑνὸς Πελώρου καὶ ἀπὸ παιδὸς Ἀζώτου, Ἄζωτος.

B Azotus, urbs Palestinæ. Hanc ædificavit unus ex profugis, qui rediere à mari rubro. Et ab ejus uxore *Azas* nominavit, quod est *capram*, quam *Azotum* interpretati sunt. Dicitur & masculino genere. Est *Azotus* & alia urbs Achaiæ. Civis, Azotius, ut Beritius, Aliartius, quæ fœminini generis est. Vocabatur verò *Peloria* etiam, ab Spartanorum quodam Peloro, & à puero Azoto, Azotus.

ΑΘΑΜΑΝΙΑ[78], χώρα Ἰλλυρίας. Οἱ δὲ, Θεσσαλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀθαμᾶνες.

ATHAMANIA, regio Illyriæ. Alii verò, Thessaliæ. Gentile, Athamanes.

ΑΘΑΡΡΑΒΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, ὡς καὶ Ἡρωδιανὸς ἐν τρίτῳ· Ἀθαρραβίτης νόμος ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Ἀθαρράβεως πόλις. Ἑκαταῖος δ' ἐν δευτέρᾳ περιηγήσεως, διὰ ἑνὸς ρ καὶ ξ μ, Ἀθαραμβίτης νόμος, καὶ Ἀθαράμβη πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀθαραμβίτης.

ATHARRHABIS, urbs Ægypti, ut Herodianus lib. tertio. Atharrabites præfectura in Ægypto, & Atharrhabis urbs. Hecatæus verò lib secundo descriptionis Atharambita per simplex r & m scribit, ut Atharambites præfectura & Atharamba urbs. Gentile, Atharambitæ.

ΑΘΗΝΑΙ[79], πόλεις (κατὰ μὲν Ὧρον) πέντε· κατὰ δὲ Φίλωνα, ἕξ· ἡ ἐν Ἀττικῇ, περὶ ἧς φησι Χάραξ, ὅτι ὁ Θησεὺς τὰς ἑνδεκα πόλεις τὰς ἐν τῇ Ἀττικῇ συνοικίσας εἰς Ἀθήνας. [80] Συνοίκια ἑορτὴν καλεσήσατο.

ATHENÆ, urbes (juxta Orum) quinque, juxta Philonem, sex. *Prima* in Attica, de qua inquit Charax, quod Theseus undecim urbes, quæ erant in Attica congregans in Athenas. Synœcia festum constituit.

76 Ἄζωτος, πόλις Παλαιστίνης.] Azotus, urbs Palæstinæ, celebris templo Dagonis, cujus fit mentio Samuel. 1. c. 5. v. 4. nec non morte Judæ Macchabæi, circa quam obcubuit, auctore Josepho Antiquit. lib. 12. c. 19. apud quem perperam legitur Ἄζα pro Ἄζωτε, ut apparet ex Macchab. lib. 1. c. 9. v. 15. postea Jonathas Judæ Macchabæi frater eam cepit, & una cum templo Dagonis incendit, referente Josepho Antiquit. lib. 13. c. 8. Macchab. lib. 1. c. 10. v. 84. Eam antiquitus cepit Thartan dux Sargonis regis Assyriorum, quem Sennacherib interpretantur Hebræi, ut patet ex Isaiæ c. 20. v. 1. Fuit munitissima urbs, siquidem per unde triginta annos obsidionem Psammetichi regis Ægypti sustinuit, quam tandem cepit, ut rerum monumentis tradit Herodotus lib. 2. Nec obstat, quod eam Syriæ magnam urbem vocat. Namque sub Syria comprehendebatur Palæstina, Judæa, Phœnicia, & Idumæa, quod sciunt, qui nondum ære lavantur. Fuit etiam celebris Arabicis mercibus, quarum erat emporium, ut refert Mela lib. 1. c. 10. Ejus quoque meminere Ptolemæus Geographiæ lib. 5. c. 16. Plinius lib. 5. c. 14.

77 Καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἄζας ὠνόμασεν, ὅ ἐστι &c.] Nugatur Auctor noster, ut plerunque amant facere Græci in eruendis etymis. Inquit enim Azotum urbem Palæstinæ conditam fuisse à quodam exule redeunte à mari rubro, à quo nomen ei impositum de nomine ejus uxoris Azas, quod significabat *capram*. Azotus est nomen parum deflexum ab Hebræo אשדוד *Asdod*, memoratur Reg. lib. 1. c. 5. v. 5. ubi septuaginta senes vertunt Ἄζωτον, cujus fœminæ Nehem. c. 13. v. 23. vocantur אשדודיות *Asdodioth*, i. e. *Asdodiothides*, quas Judæi in uxores accipiebant, ac earum filii Azotice loquebantur, ut patet ex eodem capite v. 24. at Hebraïce ע ex significat *capram*. Unde Græci potuere deflectere Azan, sed nullo modo dici potest de urbe Azoto. Ejus enim nomen est corruptum ab Hebræo אשדוד *Asdoth*, ut supra diximus.

78 Ἀθαμανία, χώρα Ἰλλυρίας, οἱ δὲ, Θεσσαλίας.] Athamania, regio Illyriæ; alii verò, Thessaliæ. Fauces, seu anguistiæ quædam eam dividebant à Thessalia, auctore Livio lib. 32. cujus regem Aminandrum celebrat eodem libro. Memoratur quoque Straboni lib. 7. & 9.

79 Ἀθῆναι, πόλεις (κατὰ μὲν Ὧρον) πέντε.] Athenæ, juxta Horum quinque, juxta Philonem sex, sed novem celebrat Auctor noster. Omnium celeberrimæ fuere Athenæ Atticæ, quas per excellentiam dicebant ἄστυ, *astu*, id est, *urbem*. Quo nomine, si bene memini, usus est Terentius in Eunucho. Eodem etiam modo Romani Romam vocabant *urbem*; quod etiam de Alexandria, & Ilio dictum alibi annotamus. Ex Athenis Atticis humanitatem, doctrinam, religionem, fruges, jura, & leges ortas, atque in omnes terras distributas esse existimabant Romani, ut testatur disertissimus Romuli nepotum pro Lucil. Flacco. Unde Lucretius de Rerum Natura lib. 6.

Primæ frugiferos fœtus mortalibus ægris
Dediderunt quondam præclaro nomine Athenæ,
Et recreaverunt vitam, legesque rogarunt
Et primæ dederunt solatia dulcia vitæ.

Eas vocavit Thucydides ingeniose Ἑλλάδα Ἑλλάδα, id est, *Græciæ Græciam*. Alii Ἑλλάδα μουσεῖον, id est, *Græciæ musæum*, nunc *Barbariæ musæum* vocare possumus. Illinc enim abhinc multos annos migrarunt *Musæ*, id est, *litteræ* in Latium, Galliam, Belgium, & Hispaniam. Ipsæ verò sub Turcarum tyrannide gemunt, de quibus vide librum eruditum & singularem *Ioannis Meursii*, cui epigraphen fecit *Fortuna Attica*, in cujus calce inquit, ne nomen quidem incorruptum urbi manssisse, sed Sathines nuncupari, ceu Σαθῆνας, ac si εἰς Ἀθήνας diceres; sed procul dubio eum fefellit opinio. Sathines enim est pagus quidam prope Athenas, ut ex Græciæ accurata charta Geographica mihi ostendit ὁ γνώμων ἐν τῇ παιδιᾷ Guilielmus Broukhuysius. Idem mihi affirmarunt duo eruditi Græci, *Nicolaus* natus Constantinopoli, & Ecclesiæ Constantinopolitanæ Sacellarius, *Daniel* Κρὴς Hieromonachus Ordinis Divi Basilii, qui Athenis aliquando fuerat, & adhuc nomen servare inquit.

80 Συνοίκια ἑορτὴν καλεσήσατο.] Synœcia festum constituit Theseus in honorem Minervæ, & in memoriam sui ipsius, quod ipse primus, cum Attica ante oppidatim incoleretur, cæterorum oppidorum curias & magistratus sustulerit, unaque curia, & magistratu constituto in Athenas coëgit, ut rerum monumentis inter alios prodidere Thucydides lib. 2. Plutarchus in Theseo, unde festo nomen Synœcia. Locum Thucyd. infra nota LXXXI apponemus.

το. [81] Ὁ πολίτης, Ἀθωναῖος· καὶ θηλυκὸν, Ἀθηναία. Ἡ δὲ θεὸς Ἀθωναία λέγεται μονογλώσσως. Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ γυναικὸς, ὡς ἄλλοι μὲν πολλοί. Φιλήμων δὲ ἔτως ἐν Πτερυγίῳ·

Νυνὶ δ' ὅταν λάβῃ τις εἰς τὴν οἰκίαν
Τὰς ἱππονικὰς τὰς δὲ, καὶ ναυστρατὰς,
Καὶ ναυσινίκας, τὰς Ἀθωναίας λέγω.

Δίδυμος δὲ φησιν, ὅτι Ἀθωναίας λέγουσιν, ἀντὶ τοῦ Ἀττικάς. Ὁ δὲ Φρυνίχος, ἀναττικὸν φησιν εἶναι τὸ φωνῆεν· καὶ θαυμάζει, πῶς ὁ Φερεκράτης Ἀττικώτατος ὤν, χρῆται. Ἀστὰς δὲ τὰς γυναῖκας ἔλεγον, ἐπεὶ μὴ δυνάσθαι λέγειν Ἀθωναίας, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ οὗτοι ἄνδρας Ἀστοὺς ἐκάλουν. Πρῶτοι γὰρ Ἀθωναῖοι τὰ Ἄστη καὶ τὰς πόλεις οἰκεῖν ἱστορῆται. [82] Ὅθεν καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν, πόλιν ἐκάλουν κυρίῳ ὀνόματι· ὡς Ἀριστοφάνης·

Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν ἥλιον,
Ἔπειτα Σεμνῆς Παλλάδος κλεινὴν πόλιν.

Ἐλέγοντο δὲ καὶ πατρωνυμικῷ τύπῳ, ὡς Ἄβρων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων, ὅτι εἰσὶ δίττα τὰ προσηγορεύματα ταῖς Ποιηταῖς, ἀπό τε τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ συνοικιστοῦ. Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀνθεάδαι, καὶ Φαλαντιάδαι οἱ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο, ἀπὸ τῶν διασημοτάτων παρ' αὐτοῖς. [83] Ἀθηναῖοι δὲ Κοδρίδαι, καὶ Κεκροπίδαι, Θησεῖδαι, Ἐρεχθεῖδαι. Καὶ τούτας γε τὰς κλήσεις τῶν ἀπὸ τῆς πατρίδος ἐντιμοτέρας ἐνόμιζον. [84] Δωρεᾶ, πόλις Λακωνική. Τρίτη, Καρίας. Τετάρτη,

stituit. Civis, Athenæus, fœmin. Athenæa. Dea verò *Athenæa*, id est, *Minerva* dicitur numero singulari tantum. Dicitur etiam de fœmina, ut alii quidem multi asserunt. Philemo verò sic in Pterygio:

Nunc verò, quum receperit aliquis in domum
Has hippomicas, & nausistratas,
Et nausinicas, Athenas dico.

Didymus inquit, quod *Athenæas* dicunt, pro *Atticas*. Phrynichus verò inquit, non esse Atticam vocem hanc, ac miratur, quomodo Pherecrates, quum esset valdè Atticus ea utitur. Astas verò fœminas dicebant, non quod non possent dici Athenææ, sed quoniam viros etiam Astos dicebant. Primi enim Athenienses *Astea*, id est, *urbes*, & civitates inveniisse dicuntur. Unde & arcem suam *Polim*, i. e. civitatem proprio nomine vocabant: ut Aristophanes:

Et adoro primum quidem solem,
Deinde Augustæ Palladis inclytam Polim.

Dicebantur verò & patronymica forma, ut Abro de derivatis. Sunt enim duo agnomina apud Poëtas, à patria, & à conditore. Halicarnassei igitur Antheadæ, & Phalantiadæ Tarantini dicebantur à celeberrimis apud ipsos viris. Athenienses verò Codridæ, Cecropidæ, Thesidæ, Erechthidæ. Atque ista nomina majori in honore habebant, quam quæ à patria sumebant. Secunda, est urbs Laconica. Tertia, Cariæ. Quarta,

81 Ὁ πολίτης, Ἀθωναῖος, καὶ θηλυκὸν, Ἀθωναία.] Civis dicitur Athenæus, & fœmina Athenæa, utrumque nomen, cum dicitur de cive Athenienſi, vel viro, vel fœmina, habet accentum circumflexum in penultima, at prius cum significat nomen proprium viri, habet accentum in antepenultima, Ἀθωναῖος. Sic vocatur, qui scripsit libros Dipnosophistarum. Secundum nomen, cum significat Deam, hoc est, *Minervam*, habet acutum tonum in penultima, Ἀθωναία, *Athenæa*, id est, *Minerva*, in quibus per incuriam aliqui errant, ut & in nomine Dionysius, & Dionysus. Prius enim dicitur de homine; secundum de Deo, id est, *Libero Patre*. Dicebantur etiam viri, Attici, & fœminæ, Atticæ, & regio Attica, quin etiam cives vocabant ἀστοὺς, id est, *urbanos*.

82 Ὅθεν καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν &c.] Cum antea dicat Athenienses urbes, seu civitates inveniisse, nunc inquit ideo eorum *acropolin*, id est, *arcem*, πόλιν, id est, *urbem* proprio nomine vocasse. Sed verò similius videtur judicium Thucydidis, qui lib. 2. inquit: Καὶ Ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Ἀθωναῖοι ἔτι καὶ νῦν τῇ Θεᾷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι, τὸ δὲ πρὸ τούτου, ἡ ἀκρόπολις ἡ νῦν οὖσα, πόλις ἦν, καὶ τὸ ὑπ' αὐτὴν πρὸς νότον μᾶλιστα τετραμμένον, id est, *Et festum (nomine) Synœcia ab illo tempore seu mense Athenienses adhuc & nunc Deæ publice faciunt. Ante enim illud (tempus) quæ nunc est arx, erat urbs, & ea pars maxime, quæ sub ipsam ad austrum vertitur.*

83 Ἀθωναῖοι δὲ Κοδρίδαι, καὶ Κεκροπίδαι &c.] Inquit Athenienses quatuor habuisse nomina patronymica forma, quæ majori in honore habebant, quam quæ à patria sumebant. Vocabantur enim Codridæ, Cecropidæ, Thesidæ, Erechthidæ, à quatuor eorum regibus celeberrimis, scilicet, Codridæ à Codro, qui pro patria mori non timuit. Unde Venusinus vates carm. libro tertio. od. 19. v. 2. canit:

Quantum distet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori
Narras.

Cecropidæ à Cecrope, à quo etiam urbs & regio dicta fuit Cecropia. Poetarum Princeps Æneid. lib. 6. v. 21.

—— —— *Tum pendere pœnas*
Cecropidæ jussi

Thesidæ à Theseo, cujus supra mentionem fecimus. Idem Poëta Georgic. lib. 2. v. 383.

—— —— *Et compita circum*
Thesidæ posuere

Erechthidæ ab Erechtheo, cujus nunc nullum occurrit exemplum. Herodotus verò lib. 8. c. 44. auctor est sub Erechtheo rege *Athenienses* vocatos esse, cum antea sub Cecrope rege *Cecropidæ* vocarentur. Gloriabantur quoque se esse αὐτόχθονας, id est, *indigenas*, ac ideo congestos in conum capillos aureis cicadis loco fibulæ adstrictos gerebant, quod capillitii genus in viris dicebatur κρωβύλος, in fœminis κόρυμβος, in pueris σκορπίος, ad quæ alludunt carmina illa, quæ Virgilio adscribuntur:

Ergo omnis cano residebat cura capillo
Aurea solemni comptum, quem fibula ritu
Cecropiæ tereti nectebat dente cicadæ.

84 Δωρεᾶ, πόλις Λακωνική.] Secundo loco ab Athenis Atticis memorat Athenas Laconicas, de quibus altum apud alios est silentium.

85 Πέμ-

τάρτη, Λιγύων. [85] Πέμπτη, Ἰταλίας. [86] Ἕκ-
κη, Εὐβοίας, Δίαντος κλίσμα, ὡς Ἔφορος
τρίτῃ. Ἀβαντος δὲ γίγνονται παῖδες, Ἄλκων,
καὶ Δίας, καὶ Ἀρεθοῦσα. Ὧν ὁ μὲν Δίας κλίσας
πόλιν, ἔτως ἀπὸ τοῦ πατρὸς ὠνόμασεν. [87] Ὁ
πολίτης, Ἀθηναῖος, ἡ Ἀθηναϊκός. Τὰς δὲ
Ἀθήνας καὶ Διάδας λέγεσθαι. Ἑβδόμη, Ἀκαρ-
νανίας, ὡς Δημήτριος· Ἀθηναίους ἐν τῇ
Κρητίδι κλίσαντας πόλιν, Ἀθήνας πρότερον
ὠνόμαζον. Τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κρῆτιν ὠ-
νόμαζον. Ὀγδόη, Βοιωτίας, ἡ ἐκ τῆς λίμνης
ἀναφανεῖσα, μετὰ τὸ πρότερον ὑπικλυσθῆναι τῇ
Κωπαΐδι, ὅτε Κράτης αὐτὴν διεῤῥῆξεν.
Ἐκλήθη δὲ ἡ πόλις, ὥς τινες μέν φασιν, Ἀθῆ-
ναι· ἄλλοι δὲ Ὀρχομενός, ὡς οἱ Βοιωτοί. Ἔστι καὶ
ἐν Εὐξείνῳ πόντῳ χωρίον Ἀθῆναι, ὡς Ἀρριανός.
Ἔστι καὶ ἱερὸν αὐτόθι Ἑλληνικόν.

ta, Ligurum. Quinta, Italiæ. Sexta, Eubœæ, Diantis opus, ut Ephorus libro tertio. *Filii verò Abantis sunt Alco, Dias, Arethusa, ex quibus Dias, quam condidit urbem, sic à nomine patriæ nominavit.* Civis, Athenæus, & Athenaïcus. Athenæ verò *Diades* dictæ sunt. Septima, Acarnaniæ, ut Demetrius: *Athenienses in Curetide condentes urbem Athenas vocaverunt. Quam enim nunc Acarnaniam, Curetim tunc nominabant.* Octava, Bœotiæ, quæ ex palude apparuit, postquam diluvio absorpta fuit à Copaïde, quando Crates eam fossa diremit. Quæ, ut aliqui dicunt, vocata fuit Athenæ. Alii verò, Orchomenus, ut Bœotii. Est & in ponto Euxino oppidum, Athenæ, ut Arrhianus. Est & illic templum Græcum.

ΑΘΛΙΒΙΣ [88], πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Ἀθλιβίτης, Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείου, ἐν ᾗ πρὸς Ἀδριανὸν γράφων διὰ τοῦ ρ, φησὶν Ἀθριβις. Οὕτω καὶ Στράβων. Ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Ἀραβίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀθριβίτης.

ATHLIBIS, urbs Ægypti. Civis, Athlibita. Nicanor verò Hermii filius in libro ad Adrianum, per r, Athribis scribit. Sic etiam Strabo. Est & alia in Arabia. Gentile, Athribita.

ΑΘΜΟΝΟΝ [89], οὐδέτερως, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. Τὸ μέντοι Ἀθμονῆσε, καὶ Ἀθμονῆσι, δοκεῖ ἀπὸ τοῦ Ἀθμόνη εἶναι. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀθμονεύς. Τὸ θηλυκὸν, Ἀθμονίς. Ἐν τῷ πρώτῳ, Ἀθμονοῖ. Καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως δῆλα.

ATHMONUM, neutr. generis, populus Cecropidis tribus. Adverbia localia in-Athmoniam, in-Athmoniis. Videntur ab Athmona fœm. esse. Gentile, Athmoneus, fœm. Athmonis. *Dicitur etiam adverb. locale.* Ἀθμονοῖ, id est, *Athmoni.* Et reliqua similiter nota.

ΑΘΥΜΒΡΑ [90], πόλις Καρίας πρὸς Μαιάνδρῳ, Ἀθύμβρου κλίσμα, ἥτις μετὰ ταῦτα Νύσσα ἐκλήθη. Τὸ ἐθνικὸν Ἀθυμβρεύς, τῷ λόγῳ τῶν Καρικῶν.

ATHYMBRA, urbs Cariæ, juxta Mæandrum, ab Athymbro condita, quæ postea *Nyssa* fuit vocata. Gentile, Athymbreus, Carico sermone.

ΑΘΥ-

ATHY-

85 Πέμπτη, Ἰταλίας.] Quinto loco ab Athenis Atticis celebrat Athenas Italiæ, quas Livius lib. 45. c. 16. vocat Minervium oppidum, nam quæ Græcis Ἀθηναῖα, seu Ἀθηνᾶ dicitur Latinis *Minerva*, ac sicut ab illa apud Græcos denominantur Athenæ; sic ab hac apud Latinos vocatur *Minervium*, simili etiam modo, promontorium, quod apud Græcos dicitur *Artemisium*, apud Latinos vocatur *Dianium*, hoc à Diana, illud ab Artemis. Sic enim à Græcis appellatur Diana.

86 Ἕκτη, Εὐβοίας, Δίαντος κλίσμα.] Sexto loco ab Athenis Atticis memorat Athenas Eubœæ Diades à Diante conditas, at sibi non constat. Nam in Δίαν mutat sententiam, & ab hoc oppido nomen accepisse inquit. Utrumque potuit esse, nec bene argumentatur Scaliger in suis ad Euseb. Chronic. Animadvers. ad N. 486. contra auctorem nostrum dicens: si verum esset à conditore Diante Athenas cognominatas fuisse, non Diadas, sed Diantidas oportuisse dici. Quid enim obstat, si Dias vocabatur conditor; sed ipse innuit à genitivo conditoris earum nomen deducendum esse, & quare à nominativo formari non potest? Strab. lib. 10. inquit ab Athenienses conditas fuisse Athenas Eubœæ, ac à Dio ejusd. Eubœæ oppido *Diadas* vocatas fuisse innuit.

87 Ὁ πολίτης Ἀθηναῖος.] Civis, *Athenæus* Græcis, *Athenienses* dicitur Latinis. Innuit omnium Athenarum oppidanos sic vocari. Nam supra nota LXXX de Athenarum Atticarum cive tantum loquitur. Cæterum tot sunt, quæ de Athenis Atticis dici poterant, & de Athenienses, ut exactiorem calamum, quam meum desiderent; nec adhuc pro rerum magnitudine his fecit satis Meursius. Mantissæ loco esto duodecim fuisse urbes, non undecim, ut inquit noster, quas Theseus in Athenas coëgit. Eæ verò erant: Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphydnæ, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephissia, Phalerus; referente Strabone lib. 9.

88 Ἀθλιβίς, πόλις Αἰγύπτου.] Athlibis, seu Athrybis, (utroque enim modo scribitur) urbs Ægypti, à qua Nomos Athribites dictus. Ægyptus enim in *Nomos*, id est, *præfecturas* dividebatur. Ejus incolæ adorabant *mygalem*, id est, *murem araneum.* Ea enim fuit Ægyptiorum insania in religione, ut non solum bestias, tam utiles, quam noxias hominibus in Deos consecraverint, sed etiam olera. Unde lepidè Juv. Sat. 15. lib. 5. v. 10.

Porrum, & cepe nefas violare, & frangere morsu,
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina.

Cæterum Athlibis memoratur Strab. lib. 37. Herodot. lib 2.

89 Ἀθμόνιον, οὐδέτερως, δῆμος τῆς Κεκροπίδος.] Athmonium, neutro genere, populus Cecropidis tribus Athenensium, cujus meminere Suidas, Harpocrat. Hesych. apud quos differenti terminatione scribitur. Sed hoc apud Scriptores est tralatitium. Incolæ dicebantur *Athmonei*, seu mavis *Athmonienses*, quos Dianam Amarysiam coluisse tradit Pausan. lib. 1.

90 Ἀθύμβρα, πόλις Καρίας πρὸς Μαιάνδρῳ.] Athymbra, urbs Cariæ ad fluvium Mæandrum, memoratur inter alios Straboni, sed nihil de ea memorabile inveniebam. At Mæander ex omnibus fluviis est, qui pluries εἰς ἑαυτὸν πάλιν δρομεῖ. Unde flexus & gyri *Mæandri* dicuntur, quem graphicè inter omnes describit Sulmon. vates Met. lib. 8.

Non secus ac liquidus Phrygius Mæander in undis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque
Occurrensque sibi venturas respicit undas:
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum
Incertas exercet aquas.

Α᾽ΘΥ᾽ΡΑΣ [91] ὄρμενον, καὶ ποταμὸς πρὸς τῷ Βυζάντιον. Ἔστι καὶ κόλπος Ἀθύρας. Κλίνεται ὡς ἰσοσυλλάβως, ὡς Εὐφορίων·

Τὰ δὲ ἀπὸ διφθόγγου ἀμαυρώσαντα Ἀθύραος. Τὸ ἐθνικὸν διὰ τῆς αι διφθόγγου Ἀθυραῖος, ὡς Ῥήβας Ῥηβαῖος. Ἔστι καὶ Σκυθίας, ποταμὸς Ἄθυρας, ὡς Νυμφόδωρος.

Α᾽ΘΩΣ [92], ὄρος Θρᾴκης, ἀπὸ Ἄθω γίγαντος, [93] ὡς Νίκανδρος πέμπτῳ τῆς Εὐρωπείας,

[94] Καί τις Ἄθω τόσσον ὕψος ἰδὼν Θρῄϊκος ὑπ᾽ ἄστροις
Ἔκλυεν, ἃ δὴ γέρων ἀμελῆτῳ ὑπὸ λίμνῃ,
[95] Οὓς ἀναπὲν χείρεσσι δύο ῥίπτεσκε βέλεμνα,
Ἡλιβάτου προθέλυμνα Καναστραίης πάρος ἀκτῆς.

Βάλλει δὲ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους ἐπὶ σταδίους τριακοσίους. Εἴρηται δὲ καὶ Ἄθος, ὡς τὸ Κῶς Κός. Λέγεται καὶ κατὰ συναίρεσιν, Ἄθως. Ἡ κλίσις διττή, καὶ Ἄθος, καὶ Ἄθως. [96] Τὸ τοπικὸν Ἄθω, χωρὶς τοῦ ι. Καὶ Ἀθῶας, τοὺς ἐνοικοῦντας. Τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον, ὀξυπερισπᾶται, καὶ διὰ τοῦ ι, ἐκ τοῦ Θωῆς. Παρὰ τὸ ἀμφότερον, τὸ θηλυκὸν, Ἀθωΐς. [97] Ἔστι δὲ καὶ Ἄθως πόλις ἐπὶ τῷ Ἄθῳ, καὶ ὁ πολίτης Ἀθωΐτης.

ATHYRAS, navale, & fluvius prope Byzantium. Eſt etiam ſinus. Declinatur verò æquiſyllabicè, ut Euphorio:

Aquas verticoſi tranſiens Athyræ.

Gentile per æ diphthongum Athyræus, ut Rhebas, Rhebæus. Eſt & Scythiæ fluvius Athyras, ut Nymphodorus.

ATHOS, mons Thraciæ, ab Atho gigante, ut Nicander lib. quinto Europiæ:

Et quis Atho tantam altitudinem videns Thracii
ſub aſtris
Solvit eam, poſitam ſub immenſa palude
Et avulſam manibus, duas jecit ſagittas
Excelſum radicitus, Canaſtræum ante littus.

Montis verò umbra in ſtadia trecenta diffunditur. Dicitur etiam Athous, ut à Cos, Cous. Dicitur etiam per ſynæreſin, Athus. Cujus declinatio eſt duplex Ἄθος & Ἄθως. Locale, Athous ſine i. Athoos quoque vocant incolas. Hoc verò verbum, quum ſignificat *impunè*, circumflectitur. Dicitur etiam fœm. Athois per jota ex genitivo θωῆς, ab utroque. Eſt & Athos urbs in Atho. Civis, Athoita.

Α᾽ΙΑ [98], πόλις Κόλχων, κλίσμα Αἰήτης, θαλάσ-

Æ A, urbs Colchorum, condita ab Æeta,

91 Ἄθυρας, ἐπίνειον, καὶ ποταμὸς πρὸς τὸ &c.] Athyras, navale, & amnis circa Byzantium, memoratur inter alios Plinio Natur. Hiſt. lib. 4. c. 11. cujus ecce verba: *Promontorium Chryſoceras*, id eſt, *aureum cornu, in quo oppidum Byzantium liberæ conditionis ante Lygos dictum, abeſt à Dyrrhachio ſeptingentis undecim millibus paſſuum, tantum patet longitudo terrarum inter Adriaticum mare, & Propontidem, amnes Bithynias, Pydaras, & Athyras.* Fluvius Athyras memoratur etiam Ptolemæo Geographiæ lib. 3. c. 11. in Thracia.

92 Ἄθως, ὄρος Θρᾴκης ἀπὸ Ἄθω γίγαντος.] Athos fuit mons Thraciæ celeberrimus ab Atho gigante nomen adeptus. Erat inter Macedoniam, & Thraciam. Quamobrem alii Macedoniæ, alii Thraciæ adſcribunt. Hodiè *Agion oros*, i. e. *Sanctus mons*, Turcis *Manſtir* dicitur, auctore Hortel. in Theſauro Geographico. Eum dicitur olim perforaſſe Xerxes Perſarum rex celeberrimus, qui Helleſpontum inter Abydon, & Seſtum, qua dividitur Aſia ab Europa, ponte junxit. Unde Juv. Satyra 10.

—— —— *creditur olim*
Velificatus Athos.

Atque cum hæc fuerint opera tanto Rege digna, quæ gloriæ ambitione feciſſe judico; eorum tamen nulla fit mentio in Perſarum hiſtoria, quam Teixeira ex Tarik Mirkond excerpſit. Erat hic mons tantæ altitudinis, ut per trecenta ſtadia umbram diffunderet in Lemnum uſque inſulam, quæ ab eo 72 millia paſſuum diſtabat. Unde proverbio locus: Ἄθως κεκλυκὼς πλούσιον Λημνίου βοός: i. e. *Athos operit latera Lemniæ bovis.* In eos dici ſolitum, qui gloriam alicujus obſcurant. Simulachrum enim bovis erat in Lemno inſula candido factum lapide, quod Athos umbra ſua obſcurabat, atque etiam in Myrinæ urbis Lemni forum ſolſtitio umbram ejaculabatur, ut rerum monumentis tradit Plin. Nat. Hiſt. lib. 4. c. 12. Itaque adeo ſublimis erat, ut crederetur altius, quàm unde imbres cadunt, ſurgere, teſtibus Mela lib. 2. c. 11. Solino c. 21. de quo conſulesſis Herodotum lib. 7. c. 22. Solin. c. 14.

93 Ὡς Νίκανδρος πέμπτῳ τῆς Εὐρωπείας.] Europia fuit quoddam Nicandri opus, cujus meminit etiam Athenæus lib. 7. c. 12. ad quem locum Caſaubonus pro Europia emendat Ἑπτεσκαιδεκάτῳ, quod nunquàm, inquit ille, Europiaca Nicandri nominantur. Ecce nunc nominantur ab Stephano. Sic magni viri porrigine corrigendi aliquando corrigunt, quæ corrigi non debent.

94 Καί τις Ἄθω τόσσον ὕψος ἰδὼν, &c.] Sunt Nicandri ex ejus Europiacis carmina corrupta, quæ nec divinus ſenex ſanitati, puto, reſtituet; quod conatur Voſſius ad Melæ lib. 2. c. 11. ſed voti compos non eſt factus, ὡς γέ μοι δοκεῖν. Nimis enim violentum eſt pro ὑπ᾽ ἄστροις leg. ἀπ᾽ ἀστρῶν.

95 Οὓς ἀναπὲν χείρεσσι.] Lege ὃς ἀναπτῶν. Sequor enim Voſſii conjecturam, quæ mihi videtur eſſe veriſſima.

96 Τὸ τοπικὸν Ἄθωος χωρὶς τοῦ ι, &c.] Inquit τὸ Ἄθωος ſine jota ſubſcripto eſſe locale, ejuſdem montis; at ἄθως cum accentu circumflexo & jota ſubſcripto ſignificare τὸ ἀζήμιον, i. e. *damni expers.*

97 Ἔστι δὲ καὶ Ἄθως πόλις ἐπὶ τῷ Ἄθῳ.] Celebrat Auctor noſter Athon urbem in Atho monte, quæ *Acroathon*, ac ſi diceres *Summum-Athon* dicitur Melæ lib. 2. c. 2. ubi dimidio longior, quam in aliis terris ætas habitantium erat, ut refert idem Auctor; At noſter Acrothynos urbem ſuo loco in vertice montis Atho memorat, utrum ſit eadem, an alia, ab ea, quam nunc meminit, tuum eſto judicium.

98 Αἶα, πόλις Κόλχων, κλίσμα Αἰήτης.] Aea, urbs Colchorum, quam circumfluebant amnes Hippos, & Cyaneos. Et urbem, & fluvios celebrat Plin. lib. 6. c. 4. hiſce verbis: *Maxime inclaruit Æa XVM. paſſ. à mari, ubi Hippos, & Cyanos vaſti amnes è diverſo in eum* (Phaſin) *confluunt.* Obiter corrigendus eſt Plinius, apud quem perperam legitur Cyanos pro Cyaneos, quæ lectio non ſolum ex Auctore noſtro confirmatur, ſed etiam ex Ptolemæo, qui Geographiæ lib. 5. c. 10. & Cyanei, & Hippi fluvii ἐν Κολχίδι memorat. Fuit Æa Colchorum urbium celeberrima, quare ab Homero Odyſſ. 9. v. 32. Circes vocatur *Ææa*, quod eſſet ex Colchide, ut teſtatur Euſt. ad carmen Homericum citatum, cujus ecce verba: Τὸ δὲ Αἰαίη, ἀντὶ τοῦ Κολχικὴ κατ᾽ ἐπωνυμίαν τοπικὴν, Αἶα γὰρ πόλις Κολχίδος. id eſt, *Æea* (*ſumitur*) *pro Colchica per eponymian localem. Æa enim* (erat) *civitas Colchidis.* Quod etiam imitatus eſt Virgil. Æneid. lib. 3 v. 386.

—— —— *Ææaque inſula Circes.*

Paſſim

ϑαλάσσης ἀπέχουσα σταδίους τριακοσίους, ἣν περιρέουσι δύο ποταμοί, Ἵππος καὶ Κυάνεος, οἵτινες αὐτὴν χερρόνησον. [99] Ἔοικε δὲ τὸ ναυλίον ἐξ αὐτῆς ὁ Αἰήτης εἶναι, ὡς Ἀσία Ἀσιάτης, ἔτως Αἶα Αἰάτης καὶ Αἰήτης. Ἔστι δὲ καὶ Θετταλίας ἄλλη, ἧς μέμνηται Σοφοκλῆς· τὴν μὲν πρεσβυτέραν λέγων· A

—— Εἰς Αἶαν πλέων.

Τῆς δὲ δευτέρας, ἔτως·

Ἔστιν τις Αἶα Θεσσαλῶν πανκληρία.

Ἔστιν Αἶα καὶ Μακεδονίας πηγή, ὡς Ἀντίμαχος ἐν Θηβαΐδι. [1] Τὸ ἐθνικὸν Αἰαῖος, ὡς Γαζαῖος. Τὸ θηλυκὸν, Αἰαία. B

ΑΙΑΜΗΝΗ, Ναβαταίων χώρα, [2] ὡς Ουράνιος ἐν Αἰακιδῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰαμηνὸς.

ΑΙΑΝΗ, πόλις Μακεδονίας, ἀπὸ Αἰανοῦ παιδὸς Ἐλύμου, τοῦ βασιλέως Τυρρηνῶν, μετοικήσαντος εἰς Μακεδονίαν. Τὸ ἐθνικὸν Αἰανεύς· Ἰχναῖος γάρ λέγεται, καὶ Ἐδεσσαῖος, καὶ Βερροιαῖος. C

ΑΙΑΝΙΤΙΣ, Ναβαταίων χώρα. Ουράνιος Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰανίτης. Προκαταληφθη γὰρ ἐν πρωτοτύπῳ διὰ διφθόγγου. Σοφοκλῆς δὲ Αἰανλία γράφει, δίχα τοῦ ν.

ΑΙΒΟΥΔΑΙ [3], νῆσοι πέντε τῆς Βρεττανικῆς, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰβυδαῖος. D

ΑΙΒΟΥΡΑ [4], πόλις Ἰβηρίας, ὡς Στράβων.

ta, distans à mari stadia trecenta, quam circumfluunt duo fluvii, Hippus, & Cyaneos, qui eam peninsulam efficiunt. Videtur verò ex ipsa esse Æetes, ut ex Asia, Asiates. Sic ex Æa, Æates, & Æetes, non vice versa Æa, ex Æata. Est & Thessaliæ alia, cujus meminit Soph. de priore quidem dicens:

—— *In Æam navigans.*

De posteriore verò sic:

Est quædam Æa Thessalorum universa hæreditas.

Est etiam Æa Macedoniæ fons, ut Antimachus in Thebaïde. Gentile, Ææus, ut Gazæus. Fœmininum, Ææa.

ÆAMENA, Nabatæorum regio, ut Uranius Æacidarum secundo. Gentile, Æamenos.

ÆANA, urbs Macedoniæ, ab Æano filio Elymi regis Tyrrhenorum, qui relicta patria Macedoniam incoluit. Gentile, Æanæus. Ichnæus enim dicunt, & Edesæus, & Berrhœæus.

ÆANITIS, Nabatæorum regio, Uranius Arabicorum secundo. Gentile, Æanita. Anticipatur enim in prototypo per diphthongum. Sophocles Æantia scribit sine n.

ÆBUDÆ, insulæ quinque Britanniæ, ut Marcianus in periplo. Gentile, Æbudæus.

ÆBURA, urbs Iberiæ, ut Strabo. Civis,

Passim etiam apud Apollon. Rhodium Medea vocatur *Ææa*, & ab Ovidio Metamorph. lib. 7. *Æætias.*

Concipis interea validos Æætias ignes.

Scilicet quod esset Æætæ filia, qui Colchide regnasse dicitur, auctore Strabone lib. 1. Fuit antiquitus Æa Colchicæ regio non solum auro, & argento, sed etiam cæteris metallis dives; quæ expeditionis causam Jasoni præbuerunt, atque Phryxum ante Jasonem ad eandem navigationem impulerant. Quæ sunt Græcorum antiquissimæ expeditiones multo ante Trojana tempora, quas Poëtæ velleris aurei fabula involventes in majus, ut solent, auxerunt, de quibus consulesis Strabonem libro citato. Mirum videtur Ptolemæum nullam fecisse hujus urbis hoc nomine mentionem. Quamobrem vera mihi videtur sententia Auctoris nostri in Διοσκουριάδι, cum inquit Dioscuriadem, quæ etiam *Sebastopolis* dicta fuit, prius *Æam* dictam fuisse. Ptolemæus enim in Colchide primam hujus regionem urbem memorat Dioscuriadem, seu Sebastopolim.

99 Ἔοικε δὲ τὸ ναυλίον, ἐξ αὐτῆς ὁ Αἰήτης εἶναι.] cum prius dixisset Æam urbem conditam fuisse ab Æeta, inquit nunc contrarium videri. Nam ab Æa denominari debet Æetes, ut ab Asia, Asiates, sed priorem sententiam videtur confirmare Strabo libro primo, cum inquit; Æætam Colchide regnasse, à quo præcipuæ Colchidis urbi *Ææ* nomen inditum fuisse verosimile videtur; quandoquidem legimus Cecropem Athenarum regem & urbi & regioni nomen aliquando dedisse. Cecropia enim dicta fuit Attica, & ipsæ Athenæ, ut suprà cum de Athenis egimus annotavimus nota 82.

1 Τὸ ἐθνικὸν, Αἰαῖος, &c.] Gentile, Ææus, & fœm. Ææa. Sic Circes, & Medea passim à Poëtis vocantur, ut nota 98 præcedentium observavimus.

2 Ὡς Οὐράνιος ἐν Αἰακιδῶν δευτέρῳ.] Legendum existimo, pro ἐν Αἰακιδῶν, Ἀραβικῶν. Uranius enim Arabicorum, non Æacidarum libros scripsit, ac infra in *Aiaviτις* citatur Arabicorum secundo.

3 Αἰβῦδαι, νῆσοι πέντε τῆς Βρεττανικῆς.] Æbudæ Stephano ex Marciano sunt Britanniæ quinque insulæ, quæ Ptolemæo Geographiæ lib. 2. c. 2. dicuntur Ebudæ; Solino c. 35. Hæbudes. Audi eum loquentem: *Ultra Thulen pigrum esse & concretum mare, inde à Chalidoniæ promonterio Thulen petentibus bidui navigatio est, excipiunt Hæbudes insulæ quinque numero, quarum incolæ nesciunt fruges, piscibus tantum, & lacte vivuut, rex unus est universis. Nam quotquot sunt omnes angusta interluvie dividuntur. Rex nihil suum habet, omnia universorum, ad æquitatem certis legibus stringitur, ac ne avaritia divertat à vero, discit paupertate justitiam, utpote, cui nihil sit rei familiaris, verum alitur è publico, nulla illi fœmina datur propria, sed per vicissitudines in quamcunque commotus fuerit, usurariam sumit.* De earum situ, numero, & nominibus non convenit inter recentiores & veteres, ut videre est ex Salmasio in Solinum fol. 248. & ex Ortelii Thesauro Geographico in *Ebudæ.* Quam diversæ sunt hominum opiniones in eis, quæ nec videri, nec demonstrari digito possunt; ac sanè nullæ sunt incertiores, quam illæ, quas maxima pars ut certas amplectitur. Quæ singula, ut cum Plinio loquar, improvidam mortalitatem involvunt, solum ut inter ista certum sit, nihil esse certi, nec miserius quicquam homine, aut superbius.

4 Αἴβουρα, πόλις Ἰβηρίας, ὡς Στράβων.] Æbura Auctori nostro est urbs Iberiæ ex Strabone, apud quem memoratur lib. 3. at per ε psylon & accentum circumflexum in penultima Εἴβουρα, quam locat propè Bætim fluvium, cujus situs non abludit ab Ebora Melæ quam lib. 3. c. 1. Castellum in littore vocat. Eamdem celebrat Topographus suo loco. Diversa ergo fuere Hispaniæ oppida, Ebura, & Ebora, ab hac gentile dicebatur Eboreus, i. e. Eborensis, ab illa, Eburæus; at ego fidem adhibeo Livio, qui de Ebura Carpetaniæ lib. 40. sic loquitur: *Q. Fulvius Flaccus eam obtinebat provinciam: is quia armare juventutem Celtiberos audierat, & ipse quanta poterat à Sociis auxilia contraxerat, sed nequaquam numero militum hostem æquabat. Principio veris exercitum in Carpetaniam duxit & castra locavit ad oppidum Eburam, modico præsidio in urbe posito.* Ex quibus verbis patet Eburam fuisse oppidum Iberiæ in Carpetania, inter cujus urbes locatur Libora à Cosmographo Geographiæ lib. 2. c. 6. Dibora urbs, quam Joan. Mariana Rer. Hispan. lib. 4. c. 13. opinatur esse eamdem cum Ebura Livii, quæ nunc vulgo Hispanis dicitur *Talavera de la Reyna*; at harum nulla potest esse. (Situs enim obstat) Ebora Lusitaniæ, totius regni dempta Ulysippone celeberrima, quam nostra ætate Joannes Austriacus filius nothus

ϐων. Ὁ πολίτης Αἰϐεραῖος, ὡς Ἀρραῖος, Κόλϐρα Κολϐραῖος, πόλις ΘεσσαλίαςA Πελασγίας· Ἄργϐρα, πόλις Εὐϐοίας, Ἀργϐραῖος· Ἴϐρα, Ἰϐραῖος· καὶ σχεδὸν πάντα τὰ εἰς ρα. Δύναται καὶ Αἰϐερᾶτης, ὡς Αἴγειρα Αἰγειρᾶτης, Κίϐυρα Κιϐυρᾶτης.

vis, Æburæus, ut Aruræus, & ut à Colura, quæ eſt urbs juxta Prienam dicitur Coluræus, & ab Argura, urbs Eubœæ, Arguræus. Ab Iura, Iuræus; ac ſic omnia ferè, quæ deſinunt in ra. Poteſt etiam dici Æburata, ut ab Ægira, Ægirata, à Cibyra, Cibyrata.

B

ΑΙΓΑΤΗΣ [5], Αἰολίδος ἄκρα, ὡς Στράϐων, ἡ νῦν Καινὴ καὶ Καναὶ λέγεται. Ἀρτεμίδωρος δέ, Αἴξ εἶπε τὴν Αἰθεῖαν, σὺν ἀναλόγως. Τὸ τοπικὸν, Αἰγαῖος· καὶ τὸ πέλαγος. Οὕτως ἐστὶ καὶ πόλις Φοινίκων, ὡς Εὐκαλαῖος.

ÆGATES, Æolidis promontorium, ut Strabo, quæ nunc *Cana*, & *Canæ* dicitur. Artemidorus verò Æx dixit in nominativo, haud pro ratione. Locale, Ægæus. Sic etiam Ægæum mare. Eſt etiam urbs Phœnicum, ut Hecatæus.

C

ΑΙΓΑΙΟΝ ΠΕΛΑΓΟΣ [6], λέγεται καὶ ἀρσενικῶς Αἰγαῖος πόντος. [7] Ἔστι καὶ Αἰγαῖον πεδίον, συνάπτον τῇ Κίρρᾳ, ὡς Ἡσίοδος. [8] Λέγεται ΘοᾶΔὰ αἶγα, ποτὲ φερομένῳ ἀπὸ τοῦ ὄρους τὸ Πύθιον ὄρος, ἀφ' οὗ καὶ τὸ πεδίον Αἴγαιον.

ÆGÆUM PELAGUS, dicitur etiam in maſcul. gen. Ægæus pontus. Eſt & Ægæum, campus, qui adhæret Cirrhæ, ut Heſiod. Dicitur autem ſic ΘοᾶΔὰ αἶγα, i. e. *à capra*, aliquando huc ex monte circa Pythium portata, unde *campus Ægæus* dictus.

D

ΑΙΓΑΙ ΠΟΛΛΑΙ [9], πόλις Κιλικίας, [10] Μακεδονίας, ἥτις καὶ Μηλοϐότεια, ἐλέγετο, τὸ Θερα-

Æ G Æ multæ ſunt, urbs Ciliciæ, & Macedoniæ, quæ *Melobotira* dicebatur, peninſulæ

nothus Philippi Hiſpaniarum regis, hujus nominis Quarti armis expugnavit, ſed breviſſimo dierum ſpatio eam recuperarunt Luſitani (gens inter Hiſpanos & armis, & litteris & navigatione egregia) quæ liberalitas Julia, vel ut annotat L. Holſtenius in Ortelium ex numo Tiberii *Colonia Iulia, Liberalis Auguſta* dicta fuit.

5 Αἰγάτης, Αἰολίδος ἄκρα, ὡς Στράϐων.] Ægates Topographo eſt Æolidis promontorium ex Strabone, apud quem non Ægates, ſed Ægân cum accentu circumflexo in ultima dicitur. Ejus ſunt verba ex lib. 13. Ἀυλὴ δὲ μέχρι τῶν Ἀργιννοῦσῶν διήκει, καὶ τὸ ὑπερκείμενον ἄκρας ἓως Αἴγας πίπτει ὀνομάζεται ὁμωνύμως τῷ ζώῳ· δεῖ δὲ μακρᾶς τὴν δεύτερον συλλαϐὴν ἐκφέρειν Αἰγᾶν, ὡς Ἀχαῖν, καὶ Ἀργᾶν, ὅτου γὰρ καὶ τὸ ὄρος ὅλον ὠνομάζετο, ὁ νῦν Κάνλος, καὶ Κάναι λέγεται. i. e. *Ea autem* (Cænæa regio) *uſque ad Arginuſas pertingit, & ſuperjacens promontorium, quod Æga aliqui nominant eodem nomine, ac animal* (capram.) *Oportet verò ſecundam ſyllabam longam proferre Ægân, ut Achân & Archân. Sic enim quoque totus mons nominabatur, quem nunc Canam, & Canas dicunt.* Quare pro Αἰγάτης, Αἰολίδος ἄκρα, lege ex Strabonis verbis allatis Αἰγᾶν τὸ Αἰολίδος ἄκρα, id eſt, *Ægân Æolidis promontorium.* Articulus enim τὸ qui pertinebat ad dictionem ſequentem, per incuriam adjunctus eſt dictioni præcedenti, ac eadem incuria adempto *n* factum eſt Αἰγάτης.

6 Αἰγαῖον πέλαγος, λέγεται καὶ &c.] Ægæum pelagus, ſeu Ægæus pontus. Eſt ſinus maris interni à Sunio Atticæ promontorio uſque ad Helleſpontum extenſus, diverſa pro diverſis regionibus, quas alluebat, nomina ſortitus, hodie vulgo *Archipelago* dicitur. Erat mare cæteris periculoſius propter frequentes ſcopulos, & inſulas, tum Cyclades, cum Sporades, unde adagio locus, τὸ Αἰγαῖον πλεῖ, id eſt, *Ægæum navigat.* Dici ſolitum de eo, qui in magno periculo verſatur. De ejus etymo non convenit inter auctores. Plin. lib. 4. c. 11. & ejus Simia c. 15. (ſic Solinum ſolent vocare.) ΘοᾶΔὰ τὴν Αἶγα, id eſt, *à capra* deducunt quæ Græcis dicitur Αἴξ, γός, id eſt, *Æx Ægis.* Strabo lib. 8. ab Ægis Eubœæ oppido nomen adeptum fuiſſe inquit. Alii alias afferunt hujus nominis etymologias, quas ſciens prætereo, de quo conſuleſis Conſt. Porphyrogen. Them. lib. 1. c. 16. Euſt. ad Il. 2. v. 41.

7 Ἔστι καὶ Αἰγαῖον πεδίον, συνάπτον τῇ Κίρρᾳ.] Celebrat nunc Topographus Ægæum campum prope Cirrham. Cirrha verò fuit urbs antiqua ſub Parnaſſo monte Apollini ſacra, à qua Apollo *Cirrhæus* vocabatur, unde Juvenal. Satyr. 7. v. 65. inquit:

Quis locus ingenio niſi cum ſe carmine ſolo
Vexant, & dominis Cirrhæ, Nyſæque feruntur.

Apollinem & Bacchum vocat Satyricus dominos Cirrhæ, & Nyſæ, quæ erant duo Parnaſſi montis juga juxta Bœotiam, in quibus colebatur Apollo & Liber Pater, de qua videſis Pauſan. lib. 10.

8 Λέγεται ΘοᾶΔὰ αἶγα, ποτὲ φερομένῳ ἀπὸ τοῦ τὸ Πύθιον ὄρος.] Sunt verba mutila, quæ ex Euſtathio ad Periegetæ v. 131. ſic ſunt legenda: Λέγεται ΘοᾶΔὰ τὸν Αἶγαν ποταμὸν φερόμενον ἀπὸ τοῦ τὸ Πύθιον ὄρος, ἀφ' οὗ, &c. id eſt, *Dicitur ab Æga fluvio, qui delabitur à monte circa Pythium, à quo campus Ægæus nomen habet.* Noſtram correctionem non ſolum confirmat Euſt. ſed etiam ipſe Stephanus, cum inquit ἀφ' οὗ καὶ τὸ πεδίον Αἰγαῖον, i. e. *à quo & Campus Ægæus*; quod prædicari non poteſt de nomine αἶγα, cum *capram* ſignificat. Tunc enim eſt fœm. gen. ſed cum ſignificat *fluvium.* Tunc enim eſt maſcul. ac eadem de cauſa pro φερομένῳ legendum eſt φερόμενον.

9 Αἰγαὶ πολλαὶ, πόλις Κιλικίας.] Perperam τὸ πολλαὶ ſcribitur majuſculis litteris, ac ſi eſſet nomen quoque urbis proprium, longè alia eſt Stephani mens. Innuit enim eſſe multas hujus nominis *Ægæ* urbes. Primo loco locat Ægas Ciliciæ urbem, quæ, ὡς γέ μοι δοκεῖν omnium fuit celeberrima, templo Æſculapii ὀνειροπομπεῖ; quod erat in hac urbe ἐπισημότατον, καὶ σεϐάσμιον τοῖς πᾶσι, ut inquit Sozom. lib. 2. c. 4. quo plurimi confluebant credentes Æſculapii inſomniis illic homines morbis, ſeu malis liberari: quod templum diruit Conſtantius Conſtant. filius, cujus meminere *Libanius* in Oratione ad Theodoſium Imp. pro templis Gentilium Philoſtrat. in vita Apollonii lib. 1. c. 5. Conſt. Porphyrog. de Them. lib. 1. c. 13. Plin. lib. 5. c. 27.

10 Μακεδονίας, ἥτις καὶ Μηλοϐότεια.] Celebrat nunc Ægas Macedoniæ urbem, quæ *Melobotira*, quoque dicta fuit, ut inquit noſter, ſcilicet ab ovibus quas paſcebat. Id enim ſonat id nominis. Fuere vero Ægæ Macedoniæ, antiquorum hujus regionis regum ſedes, in quibus eos ſepiliri mos erat, referente Juſtino lib. 7. c. 1 & 2. Plinio lib. 4. c. 10. Solino c. 14. Quæ urbs, cum prius *Ædeſſa* vocaretur. Caranus Macedoniæ rex gregem caprarum ſecutus eam occupavit, ac *Ægeas*, populum *Ægeatas* vocavit, ut narrat Juſtin. libro capiteque citato, etſi Coſmographo Geographiæ lib. 3. c. 13. Ædeſſa & Ægæa ſunt diverſæ Emathiæ Macedoniæ regionis urbes. In hac urbe inquit Joſephus Antiquit. lib. 11. c. 8. Philippum Alexandri M. patrem à Pauſania Ceraſtæ filio ex Oreſtarum gente occiſum fuiſſe. Nec prætereundum, Perdiccam filio præfatum fuiſſe, regnum in familia manſurum quo ad Ægis poſterorum reliquiæ conditæ forent, & ob hanc ſuperſtitionem creditum fuerat extinctam in Alexandro ſtirpem, quia locum ſepulturæ mutaverat, ut rerum monumentis tradit idem Trogi breviator libro ſupra citato.

Θρᾳκησίων χερρονήσε. [11] Καὶ ἡ ἐν Μυρρίνῃ, ἐν τῇ Αἰολίδι. Καὶ Λυδίας, καὶ Λοκρίδος, καὶ Αἰτωλίας, [12] καὶ Εὐβοίας, ὡς Ὅμηρος ἐν τῷ ν. [13] Τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ μὲν δισυλλάβε Αἰγαῖος, [14] ἀπὸ δὲ τρισυλλάβε Αἴγηται καὶ ἄτως, Αἰγεάτης.

sulæ Thraceſiorum. Eſt & alia in Myrrhina, & in Æolide. Et alia Lydiæ, & Locridis, & Ætoliæ, & Eubœæ, ut Homerus Il. 13. Gentile, ex diſſyllabo Ægæus, ex triſyllabo verò invenitur etiam ſic, Ægeata.

ΑΙΓΕΙΡΑ [15], πόλις Ἀχαΐας. Ἔνιοι ἀπὸ Αἰγιαλέως, τὴν χώραν Αἰγιαλὸν φασι, τὸ τε Αἴγιον· καὶ ἔστιν Αἴγειρα. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰγειράτης. Τὸ κτητικὸν, Αἰγειραϊκὸς, ὡς Πτελεάτης Πτελεατικός. [16] Παυσανίας δὲ ἑκτῷ λέγει, τὴν Ὑπερησίαν μεταονομάζει, διὰ τοιάνδε αἰτίαν. (17 Ἦν Ὅμηρος Ὑπερησίην φησί.) Σικυωνίων στρατὸς ἀφίξεσθαι ἔμελλεν αὐτοῖς. Οἱ δὲ, ἀθροίζουσιν αἶγας, καὶ τοῖς κέρασιν ἔδησαν δᾷδας, καὶ ἐξάπτουσι διὰ τῆς νυκτός. Νομίσαντες ἐν τῷ φλόγα εἶναι ἐπικουρικὸν πυρὸς, ἔφυγον. Οἱ δὲ Ὑπερησιεῖς τὴν πόλιν ὠνόμασαν. Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Αἰγειράτης· καὶ Φιλωνικὸν, Αἰγειράτις. Φίλων δέ φησι, Κιλικίας πόλιν εἶναι Αἴγειραν.

ÆGIRA, urbs Achaïæ. Alíqui ab Ægialeo, regionem Ægialum dicunt & Ægium; & eſt Ægira. Gentile, Ægirata. Poſſeſſivum, Ægiraticus, ut à Pteleata, Pteleaticus. Pauſanias verò libro ſexto inquit: *Hypereſiam mutato nomine Ægiram fuiſſe vocatam*, propter hanc cauſam (eamdem urbem Homerus *Hypereſien* dicit) *Sicyoniorum exercitus jamjam ad eorum portas appropinquabat.* Hi verò capras congregant, atque cornibus lampades alligant, atque per noctem incendunt. Judicantes igitur hoſtes flammam illam eſſe alicujus auxiliaris ignis fugerunt. Hypereſienſes verò hinc urbem *Ægiram* vocavere. Gentile, Ægirates; & fœmininum, Ægiratis. Philo verò inquit, Ciliciæ urbem eſſe Ægiram.

ΑΙΓΕΙΡΟΥΣΑ [18], πόλις τῆς Μεγαρίδος, ὡς Στράβων. [19] Λέγεται καὶ Αἴγειρος, ὡς Θεόπομπος πεντηκοστῇ ἕκτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Αἰγειρούσιος, ὡς τὸ φιλίππειος Φιλιππούσιος, Ταρσὸς Ταρσούσιος· τὸ δὲ Αἰγειρόσιος Αἰγειροσαῖος, ὡς Σκοτουσαῖος· ἢ Αἰγειρόσιος, ὡς Πιτυόσιος.

ÆGIRUSA, urbs Megaridis, ut Strabo. Dicitur & Ægirus, ut Theopompus quinquageſimo ſexto. Gentile, Ægireus, ut à Philippo, Philippeus, à Tarſo, Tarſeus: ſed ab Ægiruſa, Ægiruſæus, ut Scotuſæus, vel Ægiruſius, ut Pityuſius.

Eſt

11 Καὶ ἡ ἐν Μυρρίνῃ, ἐν τῇ Αἰολίδι.] Memorat alias Ægas in Myrinæa Æolidis regione. Sic enim legenda ſunt illa ex eodem Steph. in *Μύρινα*, ſc. Καὶ ἡ ἐν Μυρινάᾳ τῆς Μυσίης, ἐν τῇ Αἰολίδι. De qua urbe nil memoria dignum inveniebam.

12 Καὶ Εὐβοίας, ὡς Ὅμηρος ἐν τῷ ν.] Plerunque Topographus laudat Homerum tanquam per averſionem, nunc citat eum ἐν τῷ ν. Sunt verba corrupta, quæ ſic legenda cenſeo: ὡς Ὅμηρος ἐν τῇ Γ λ. ν. id eſt, *ut Homerus Il. ν.* hoc eſt, 13. ubi memorat Ægas Eubœæ v. 21. à quibus opinatur Strabo lib. 8. nomen accepiſſe *Ægæum pelagus*, etſi Euſt. ad eundem locum aliter ſentit.

13 Τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ μὲν δισυλλάβε &c.] Innuit duplici modo ſcribi Ægarum urbis nomen, vel diſyllabum Ægæ, vel triſyllabum Ægææ. Quamobrem gentile à diſyllabo, Ægæus, à triſyllabo verò Ægeates, ut ſcribitur apud Juſtin. lib. 7. c. 1.

14 Ἀπὸ δὲ τρισυλλάβε Αἴγηται καὶ ἄτως Αἰγεάτης.] Hæc verba, ſic legenda exiſtimo: ἀπὸ δὲ τρισυλλάβε, Αἰγεάτης, id eſt, *à triſyllabo, Ægeates.* Id enim ratio clamat, atque ex antecedentibus confirmatur, reliqua παρέλκ.

15 Αἴγειρα, πόλις Ἀχαΐας.] Ægira fuit urbs Achaiæ in Peloponneſo juxta Corinthiacum ſinum inter Ægium & Sicyonem ejuſdem regionis urbes. Sita erat in quodam colle aſpero & difficili ad Parnaſſum vergens, à mari diſtans circiter ſeptem ſtadia, auctore Polybio ſuæ Hiſt. lib. 4. Cujus etiam meminit Ptolemæus Geograph. lib. 3. c. 16. Navale habebat ejuſdem cum urbe nominis, teſte Pauſania in Achaïcis, quod diſtabat ab urbe duodecim ſtadia; ſed de loci diſtantia non convenit inter Polybium & Pauſaniam. Strabo lib. 9. inter Achæorum oppida ſecundum habere locum inquit, in quem Ægarum incolas ab Achæis tranſlatos fuiſſe refert.

16 Παυσανίας δὲ ἕκτῳ λέγει, τὴν Ὑπερησίαν Αἴγειραν μεταονομάζει.] Inquit Topographus Pauſaniam dicere libro ſexto Hypereſiam, poſtea mutato nomine vocatam fuiſſe Ægiram, cujus affert verba interrupta, ut ſolet. Integra vero ego tibi propino. Aliter enim Stephani mens percipi non poteſt. Ea vero ſunt ex Pauſaniæ libro ſeptimo, non ſexto, ut inquit noſter, quæ hoc modo ſeſe habent: Ἐπὶ θαλάσσῃ μὲν δὴ Αἰγειράταις οὐδὲν ἔστιν ἐς μνήμην, οὐδὲς δ' ἐν ᾧ ἐπινείᾳ δύο σταδίων καὶ δέκα εἰς τὴν ἄνω πόλιν, Ὁμήρῳ δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν Ὑπερησία ὠνόμασται, τὸ δὲ ὄνομα τὸ νῦν ἐγχωρίων ἐποιήσαντο, ἐχθρεύοντες ἐπ' αἰτίᾳ τοιᾷδε, Σικυωνίων ἀφίξεσθαι στρατὸς ἔμελλεν αὐτοῖς πολέμιος ἐς τὴν γῆν, οἱ δὲ (ἐδόκει γὰρ ἀξιόμαχοι τοῖς Σικυωνίοις εἶναι) ἀθροίζουσιν αἶγας, ὅπουπερ σφίσιν ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ, συλλέξαντες δὲ ἔδησαν κέρασιν αὐτῶν δᾷδας, καὶ ὡς τάχιστα νυκτὸς ἐξῆπτον τὰς δᾷδας. Σικυώνιοι δὲ (ἔδοξε γὰρ συμμάχοις τοῖς Ὑπερησιάταις ἥκειν, καὶ εἶναι τὴν φλόγα ἐκ δὲ ἐπικουρικὸν πυρὸς) οἱ μὲν οἴκαδε ἐπανήεσαν, Ὑπερησίαις δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα τὸ νῦν μεθέντες ἀπὸ τῶν Αἰγῶν. id eſt, *Nihil verò in maritima ora habent Ægiratæ memoria dignum. A navali ſuperior urbs ſtadia abeſt* XII *in Homeri carminibus* Hypereſia *nominata fuit, nomen verò, quod nunc inditur, obtinuit, cum Iones eam tenerent coloniam. Obtinuit autem ex hujuſmodi cauſa, cum Sicyonii comparato exercitu eorum regionem invaſuri eſſent, intelligerentque Hypereſienſes, nullo pacto ſe pares illis numero & viribus futuros, capras omnes, quæ intra eorum regionis fines erant, in unum coëgerunt, adligataſque ad cornua faces, intempeſta nocte accendere, hoſtes (ignes eos eſſe ab auxiliaribus Ægiratarum ſuſpicati, venturos enim in eorum auxilium ſocios ſperabant) domum redire; à capris itaque (quas Græci αἶγας vocant) mutato vetere nomine urbs* Ægira *eſt appellata.*

17 Ἦν Ὅμηρος Ὑπερησίην φησί.] Homerus meminit urbis *Hypereſiæ*, quæ poſtea mutato homine vocata fuit *Ægira*, Il. 2. v. 573. ad quem locum Euſtat. inquit ſic vocatam fuiſſe ab Hyperete Lycaonis filio.

18 Αἰγείρουσα, πόλις τῆς Μεγαρίδος.] Ægiruſa, urbs Megaridis ex Strabone, quem tanquam per averſionem nobis, ſeu vendit, ſeu laudat, apud quem lib. 13. non Ægiruſa, ſed *Ægirus*, nec Megaridis urbs, ſed *Methymnææ pagus* dicitur; ſed nihil de ea memorabile memoriæ prodit.

19 Λέγεται καὶ Αἴγειρος, ὡς Θεόπομπος.] Dicitur etiam Ægirus Theopompo lib. 56. Eodem etiam modo dicitur Straboni lib. 13.

[20] Ἔστι καὶ Αἰολὶδος πόλις Αἰγείρουσα, ὡς Ἡρόδοτος. A

Est etiam Æolidis urbs Ægiruſa, ut Herodotus.

ΑἸΓΕΣΤΑΙΟΙ [21], οἱ Θεσπρωτοὶ, ἀπὸ τινος Αἰγέστου στρατηγοῦ, [22] ὡς Ἀμυμναῖοι, ἀπὸ Ἀμύμνου.

ÆGESTÆI, Theſproti, ſic dicti à quodam Ægeſto duce, ut Amymnæi, ab Amymno.

ΑἸΓΗΙΣ [23], φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Αἰγέως τοῦ Πανδίονος. B

ÆGEIS, Atticæ tribus ab Ægeo Pandionis filio.

ΑἸΓΗΛΟΙ [24], ἔθνος Μηδικόν.

ÆGELI, populi Mediæ.

ΑἸΓΙΑΛΟΣ [25], μεταξὺ Σικυῶνος καὶ Βουπρασίου καλεῖται τόπος, ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ Ἰνάχου, ὡς Ἴστρος ἐν ἀποικίαις τῆς Αἰγύπτου. [26] Ἔστιν ἕτερος Αἰγιαλὸς, παρεσχὴς τῷ Πόντῳ, μετὰ τὸν Καραμβῖνα ἄκραν, ὡς Ἀπολλώνιος. Ἔχει δὲ καὶ κώμην ὁμώνυμον. Ὅμηρος· C

ÆGIALUS, locus ſic vocatus ab Ægialeo Inachi filio inter Sicyonem & Buprafium, ut Iſter in coloniis Ægypti. Eſt alius Ægialus Ponto vicinus poſt Carambim promontorium, ut Apollonius. Habet verò & vicum ejuſdem nominis. Homerus:

[27] Κρώμνάν τ' Αἰγιαλόν τε. D

Cromnamque Ægialumque.

[28] Γράφεται ἦ·

Scribitur verò,

Κρώμναν, Κρωβίαλόντε.

Cromnam, Crobialumque.

Ἔστι καὶ Θρᾴκης Αἰγιαλὸς, ὡς δηλοῖ τῷ Στρύμονι, ὡς Ἑκαταῖος. Ἔστι καὶ ἄλλος Αἰγιαλὸς, μέγας καλούμενος. Ἐν Αἰθιοπίᾳ, καὶ Αἰγυπτίου. Τὸ ἐθνικὸν Αἰγιαλεὺς, ἀπὸ τοῦ Αἰγιαλοῦ γενικῆς, ὡς Ἀλεξάνδρου Ἀλεξανδρεύς. Εὑρίσκεται δὲ καὶ Αἰγιαλεὺς ἐπὶ ἰχθύος. Τὸ θηλυκὸν, Αἰγιάλεια καὶ Αἰγιαλὶς, ὡς παρὰ Ἀλκμᾶνι. Καὶ Αἰγιαλίτης, ὑποκοριστικῶς. E F

Eſt & Thraciæ Ægialus juxta Strymonem, ut Hecatæus. Eſt & alius Ægialus, *magnus* vocatus, in Æthiopia prope Ægyptum. Gentile, Ægialeus, ab Ægiali genitivo, ut ab Alexandri, Alexandreus. Invenitur verò, & Ægialeus de piſce quodam. Fœmininum, Ægialia, & Ægialis, apud Alcmanem. Et Ægialita, maſculini generis.

ΑἸΓΙΚΟΡΕΩΣ [29], οὐκ ἔστι δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ὥς τινες. ἀλλὰ φυλὴ παλαιὰ, μία τῶν τεσσάρων τῶν ἀπὸ Ἴωνος. Τέσσαρες δ' ἐξ αὐτῶν,

ÆGICOREOS, non eſt populus Atticæ, ut aliqui: ſed tribus antiqua, una ex quatuor ab Ione. Scilicet, Ægocerei,

[20] Ἔστι καὶ Αἰολίδος πόλις Αἰγείρουσα.] Celebrat nunc ex Herodoto urbem Æolidis Ægiruſam, apud quem lib. 1. ejus fit mentio. Sed nihil de ea memoratu dignum memoriæ prodit.

[21] Αἰγεσταῖοι, οἱ Θεσπρωτοὶ ἀπό τινος Αἰγέστου.] Ægeſtæos vocatos fuiſſe *Theſprotos*, inquit noſter Auctor, ſed ſine auctore. Theſproti vero fuere incolæ Theſprotiæ regionis Epiri, Chaoniæ proximæ, nobilis fluvio Thyamide, Lacu Acheruſia, ex quo profluebat Acheron amnis, qui in Glycim portum influebat recipiens plurimos fluvios, ſic, ut dulcis ſinus aquæ fieret. Superjacebat huic ſinui Cichirus Theſprotorum civitas, quæ olim *Ephyra* dicebatur, referente Strabone lib. 7. Plin. lib. 4. c. 1.

[22] Ὡς Ἀμυμναῖοι, ἀπὸ Ἀμύμνου.] Amymnæi ſeu Amymni fuere populi ſeu Theſproti, ſeu Epirotici, ut inquit Epitomator noſter ex Rhiano in Ἀμυμναῖοι, qui nomen accepere ab Amymno duce.

[23] Αἰγηὶς, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ &c.] Ægeïs una ex Atticis tribubus nomen adepta ab Ægeo Pandionis, quorum genealogia, ut & Athenienſium regum, eſt valde confuſa, de quibus conſuleſis Meurſium de Pop. Attic. & de Regib. Athenienſium.

[24] Αἴγηλοι, ἔθνος Μηδικόν.] Ægeli, populi Medici, id eſt, *Mediæ*. Medos & Perſas confundunt ſcriptores veteres, præſertim Pauſanias, & Ammian. Marcellin. apud quos plerunque Medi uſurpantur pro Perſis. Ideo Amm. lib. 22. c. 11. inquit, Athon montem pervium fuiſſe CCC navibus Medicis. Pauſan. lib. 10. loquens de Abarum oraculi incendio ab exercitu Xerxis & Thebanis inquit: Δεύτερον ἢ ἔτι μετὰ Μήδους, ἔδοσαν πυρί. id eſt, *Secundo verò hi poſt Medos* (Perſas) *igni dederunt*. Quare ſuſpicor noſtri Auctoris Ægelos quos ipſe *Medicam gentem* vocat eſſe Ægios Perſarum apud Herodotum, quos ipſe in duodecima eorum Satrapeia numerat. Satrapeias vocat præfecturas, quas Darius Hyſtaſpis filius inſtituiſſe inquit, ut apparet ex ejus lib. 3. c. 92. Jam quando in hujus Darii mentionem incidimus, non extra inſtituti noſtri metas eſſe exiſtimavimus dicere, eſſe aliquos, qui dicant hunc fuiſſe Eſtheris maritum, qui in ejus מגילה, *megilah*, id eſt, *volumine* (ſic vocant Hebræi *librum Eſtheris*) Achaſveros vocatur, quod Herodotus duas hujus uxores celebrat Artyſtonam, & Atoſſam, in quarum nominibus aliqua apparent veſtigia etſi corrupta Eſtheris, & Vaſti reginæ; ſed id totum corruit, cum Herodotus affirmet Artyſtonam & Atoſſam Darii uxores fuiſſe ſorores & Cyri filias. Mirum ſane eſt hiſtoriæ Eſther nullum extare veſtigium, nec apud Perſas, nec apud Græcos. Sed deſine mirari. Multo enim celebriores fuere expeditiones Darii & Xerxis in Græciam, quarum tamen in hiſtoriis Perſicis nulla fit mentio; in illius memoriam miſera gens ſuam dilapidat pecuniam, vino, cibo, & comeſationibus: in his quam ſimillima Romanis in Saturnalibus, & Bacchanalibus; ſed, quæ gens eſt quæ aliquando non ineptiat? & ſunt, qui nunquam ceſſant ineptire.

[25] Αἰγιαλὸς, μεταξὺ Σικυῶνος &c.] Ægialus fuit inter Sicyonem & Buprafium locus, cujus nulla ſit, quod ſciam, apud alios mentio. Id nominis ſonat Latino ſermone *littus*.

[26] Ἔστιν ἕτερος Αἰγιαλὸς παρεσχὴς τῷ Πόντῳ.] Celebrat alium Ægialum prope Pontum poſt Carambin promontorium, qui habebat pagum cognominem, cujus meminit Poetarum parens Il. 2. v. 855. ex qua eſt hemiſtichium illud, quod affert, ad quem notat noſter in aliquibus exemplaribus ſcribi *Grobialon*, non *Ægialon*, quod etiam annotavit Strabo Geographiæ lib. 2.

[27] Κρώμναν τ' Αἰγιαλόν τε.] Eſt hemiſtichium Homericum, apud quem invenitur Il. 2. v. 855. ut præcedenti numero annotavimus.

[28] Γράφεται ἦ.] Vide, quæ numero 26. annotavimus.

[29] Αἰγικόρεως, οὐκ ἔστι δῆμος τῆς Ἀττικῆς.] Ægicoreos non eſt populus, h. e. oppidum Atticæ, &c. ſed una ex quatuor Athenienſium antiquis tribubus, quæ Αἰγικορεῖς dicitur aliis, de quibus in Ἀκτὴ ad num. 56. egimus.

τῶν, [30] Αἰγοκερεῖς, Ἀργαδεῖς, Τελεόντες, Ὁπλῖται. Ἡ φυλὴ τούτων Αἰγικορίς.

rei, Argadei, Teleontes, Oplitæ. Tribus igitur *Ægicoris* dicitur.

ΑΙΓΙΛΙΑ [31], δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, [32] Αἰγιαλεύς. Τὰ τοπικὰ, Αἰγιλιάθεν, Αἰγιλιάδε, Αἰγίλιοι. [33] Ἔστι καὶ νῆσος μεταξὺ Κρήτης καὶ Πελοποννήσου, Αἰγιάλεια. Ὁ οἰκήτωρ, Αἰγίλιος, ὡς Κυθήριος.

ÆGILIA, populus Antiochidis tribus. Popularis, Ægialeus. Localia, ex-Ægilia, in-Ægiliam, in-Ægilia. Est etiam Ægialia, insula inter Cretam, & Peloponnesum. Incola, Ægilius, ut Citherius.

ΑΙΓΙΛΙΨ [34], πλησίον Κρωκυλείας τῆς Ἠπείρου. Οὗ μνημα·

Καὶ Κρωκύλλ' ἐνέμοντο, καὶ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν.

ÆGILIPS, prope Epiri Crocyliam. Homerus:

Et Crocyliam incolebant, & Ægilipem asperam.

Εἴληχε δὲ τὴν προσηγορίαν, ἀφ' τὸ πετρώδη εἶναι, καὶ ὑψηλὴν, καὶ ἀπρόσβατον. Τὸ ἐθνικὸν Αἰγιλίπιος, ὡς Κινύφιος Κινύφιος, Ἄραβος Ἀράβιος, Φρυγὸς Φρύγιος, [35] καὶ τὰ ὅμοια.

Sortita verò est hoc nomen, quod sit petrosa & alta, & inaccessibilis. Gentile, Ægilipius, ut à genitivo Cinyphis, Cinyphius, ab Arabis, Arabius, à Phrygis, Phrygius, ac similia.

ΑΙΓΙΜΟΡΟΣ [36], νῆσος Λιβύης· τὸ ἐθνικὸν, Αἰγιμορίτης· οἱ γὰρ τῆς Λιβύσιν ἐχαράκτηρ.

ÆGIMORUS, insula Libyæ. Gentile, Ægimorita. Libyes enim hunc characterem amant.

ΑΙΓΙΝΑΙ [37], τρεῖς. Νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἥτις Οἰνώνη ἐκαλεῖτο· ὕστερον δὲ Αἴγινα, ἀπὸ τῆς Ἀσωπίδος μιᾶς θυγατέρος Αἰγίνης, Αἰακοῦ καὶ μητρός. [38] Ὁ πολίτης Αἰγινάτης, ὡς Στράβων· ὡς οἱ πολλοὶ, Αἰγινήτης. [39] Ὁ δὲ Αἰγινήτης φόρτος, ἢ δοῦλος, Αἰγινῆτης· ὡς δὲ Ῥόδιος, Ῥοδιακός. Αἰγιναῖος δὲ, ὁ ἔποικος, [40] ἢ κέραμος, ἢ ὀβολὸς, ἢ ἄλλο τι σκεῦος ἀπὸ Αἰγίνης. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Αἰγιναία λέγεται, καὶ χώρα

ÆGINÆ, sunt tres. Una, insula Cycladum, quæ *Œnona* vocabatur: postea verò Ægina, ab Ægina Asopi filia, & Æaci matre. Civis, Ægineus, ut Strabo; ut plerique, Ægineta. Æginetæ verò onus, vel servus, Æginetæ: ut à Rhodius, Rhodiacus. Æginæus verò, incola, vel vas fictile, vel obolus, vel aliquod aliud vas ex Ægina. Fœmininum Æginæa dicitur, & fœmina Æginæa, ut Di-

30 Αἰγοκερεῖς.] Lege Αἰγικορεῖς, idque ob σφάλμα Chalcographi, vel librarii errorem.

31 Αἰγιλία, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς.] Ægilia oppidum Antiochidis Athenienſium tribus, cujus caricæ celebrantur Theocrito Idyllio primo.

32 Αἰγιαλεύς.] Lege Αἰγιλιεύς. Eſt enim popularis à tribu Ægilia, à quo nomine non poteſt deduci Ægialeus, ſed Ægilieus.

33 Ἔστι καὶ νῆσος μεταξὺ Κρήτης, καὶ Πελοποννήσου] Ægilia fuit etiam inſula inter Cretam, & Peloponneſum Styreorum, cujus meminit Herodotus lib. 6. c. 107. apud quem ſcribitur Αἰγίλεια, ac eodem modo debet ſcribi apud noſtrum, non Αἰγιάλεια, quod eſt vel impreſſoris, vel tranſcriptoris παράσημα. Litterarum enim ordo id exigit.

34 Αἰγίλιψ, πλησίον Κρωκυλείας τῆς Ἠπείρου.] Ægilips Epitomatori noſtro eſt locus prope Crocyliam Epiri, ut ex Homero conatur probare, cujus affert carmen, quod legitur Il. 2. v. 633. Contrarium affirmat Euſt. ad eumdem locum; ejus ecce verba: Ἐν δὲ τοῖς Αἰγίλιπα τρηχεῖαν, ὄνομα μᾶλλον τόπου ἡ Τραχεῖα, ἐπίθετον δὲ τὸ αἰγίλιπα. id eſt, *in illis verbis Ægilipa Trachean, nomen loci eſt Trachea, epithetum verò ægilipa.* Quam ab Homero *ægilipa* vocatam fuiſſe inquit, quod capras pingues redderet. Id enim ſonat nomen αἰγίλιψ.

35 Καὶ τὰ ὅμοια.] Sic concipiendus eſt hic locus, καὶ τὰ ὅμοια σωιζῆς ὁ τύπος, vel ἡ χρῆσις. Sic enim amat loqui Stephanus, nec dantur genitivi abſoluti ſine verbo; vel legendum καὶ τὰ ὅμοια.

36 Αἰγίμορος, νῆσος Λιβύης.] Ægimorus, inſula Libyæ, quæ ſinum claudebat, in quo Carthago, à qua triginta ferme millia diſtabat, ut refert Liv. cujus ex lib. 30. c. 24. ſunt, quæ ſequuntur verba: *Onerariæ* (naves) *pars maxima ad Ægimurum inſulam (ea ſinum ab alto claudit, in quo ſita Carthago eſt) triginta ferme millia ab urbe.* Ad hanc inſulam Romani Fabio Buteone conſule claſſem Carthaginenſium cecidere, auctore Floro lib. 2. Plinius lib. 5. c. 7. plurali numero uſus eſt, ac ſcopulos verius, quàm inſulas eſſe inquit. Nihil refert quod à Livio *Ægimurus*, ab Auctore noſtro Αἰγίμορος vocetur, ipſiſſima eſt inſula.

37 Αἴγιναι, τρεῖς.] Tres eſſe Æginas inquit; ſed unam tantum celebrat hujus nominis Cycladum inſulam ære Æginetico ideo dicto inſignem, auctore Plinio lib. 34. c. 2. Ab Ægina Aſopi filia nomen adepta eſt, cum antea *Œnone* diceretur, ut inquit noſter; ſeu, ut alii, *Œnopia* & *Myrmidonia*, cujus deſcriptionem videſis apud Pauſan. lib. 2. Aliquando maris imperium obtinuit, & bello Perſico in navali prælio ad Salaminam de primatu cum Athenienſibus diſceptavit, ut rerum monumentis tradidit Strabo lib. 8. Fuit olim celeberrima ob Æacum, Achillem, Patroclum, Ajacem, Neoptolemum, ac denique ob Paulum Æginetam medicum inſignem; ac cum non amplius ferret hujuſmodi viros, fecit proverbio locum: Τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἴγιν' ἐκθρέφει, id eſt, *Primum optimos pueros Ægina alit*, dici ſolitum de eis, quæ optimis principiis incipiunt, ac paulatim in deterius vergunt, ut ſolent τὰ ἀνθρώπινα. Lepidè Demades Orator apud Athenæum lib. 3. inquit: *Æginam eſſe Piræi gramias.*

38 Ὁ πολίτης Αἰγινάτης &c.] Ejus incola Straboni dicitur *Ægineus*. Aliis *Æginetes*, antea *Myrmidones* vocati fuere; non, ut eſt in fabulis, quod magna oborta peſte formicæ Æaco votis id impetrante in homines mutatæ fuerint, ſed quod formicarum more terram fodientes, (erat enim ſaxoſa) ſeminarent, qui primi argenteam monetam excudiſſe feruntur, ut referunt Strabo libro citato, Ælian. de Var. Hiſt. lib. 12. c. 10.

39 Ὁ δὲ Αἰγινήτης φόρτος, ἢ δοῦλος, Αἰγινῆτης.] In his verbis pro Αἰγινῆτης legendum exiſtimo Αἰγινητικός. Senſus enim id exigit. Innuit enim, *ſervum Æginetæ dici Ægineticum, quemadmodum à Rhodius, Rhodiacus.* Infra enim inquit, Æginæum dici de incola, cui opponere videtur Ægineticum.

40 Ἢ κέραμος.] Lege κίραμος.

γωνὴ Αἰγιναία, ὡς Δείναρχος ἐν τῷ κζ΄ Ποθὲ ξενίας. Τὸ θηλυκὸν ΔΑἰγινήτης, Αἰγινῆτις. Σπάνια δὲ τὰ εἰς της ἐθνικὰ, τῷ η ωδαλήγει, ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς βαρύτονα. Εἰσὶ δὲ τοῦτα Αἰγινήτης, Μαλιήτης. [41] Ἔτι δὲ τερύπανον αὐτολικὸν Κεραμιήτης. Τὸ δὲ Πολιήτης πλεοBνασμὸν ἔχει ε η, ὡς τὸ Μυθιήτης, ὅπερ οὐκ ἐθνικόν· ἀπὸ τοῦ Ἰουλιήτης, ἀπὸ δὲ Ἰουλίτης. Τὸ δὲ Βαρδηλιήτης, καὶ Μασσαλαΐτης, τέτραπται. Τὸ δὲ κωμήτης, σιδήτης, λιμνήτης, τρισύλλαβα. Ἀπὸ δὲ Αἰγινήτης, Αἰγινητικὸν τὸ κληCνικὸν, καὶ Αἰγινητικὸς, καὶ Αἰγινητική.

ΑΙΓΙΝΗΤΗΣ, πολίχνιον, καὶ ποταμὸς Παφλαγονίας. Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως, ἀφ' οὗ δὲ πρωτοτύπως ἄρχω. Ἔοικε δὲ τὸ ὄνομα δηλοῦτθαι ἐν τῷ Πόντῳ Αἴγιναν. Παφλαγονία γὰρ τῷDΠόντῳ συνεχής.

ΑΙΓΙΝΙΟΝ [42], πόλις Ἰλλυριῶν, ὡς Στράβων. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰγινιεύς.

ΑΙΓΙΟΝ [43], πόλις Ἀχαΐας, ὡς Εὔδοξος ἐν ἕκτῃ. [44] Ὁ πολίτης Αἰγιεύς, ὡς ὁ χρησμός· EΥμεῖς δ' Αἰγιέες ἔτε τρίτοι, ἔτε τέταρτοι.

ΑΙΓΟΣΘΕΝΑ [45], πόλις Μεγαρίδος, ἀδελέρως, ὡς Παυσανίας. Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλεν Αἰγοσθενεύς, ὡς Μεγαρεύς. Πολύβιος δ' Αἰγοσθενίτιν φησὶν, ὡς Γάβαλα Γαβαλίτης. FΑρκάδιος δ' Αἰγοσθένειαν αὐλιν φησι, καὶ Φωκίδα πόλιν.

ΑΙΓΟΣ ποταμοὶ [46], πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰγοσποταμίτης.

ΑΙΓΟΥ-

Dinarchus in orat. cont. Potheum peregrinitatis. Fœmininum ab Ægineta, Æginetis. Rara verò sunt nomina gentilia, quæ in *tes* desinunt, quæ in penultima η habeant, ac quum tres habeant syllabas, sint barytona. Hæc verò sunt: Æginetes, Malietes. Est autem terebrum pastorale Ceramietes. Polietes verò habet pleonasmum τοῦ η, ut Mythietes, quod non est gentile. Eodem modo Iulietes à Iulites. Bardelietes verò, & Messalaïtes sunt mutata. Cometes verò, sidetes, limnetes sunt trisyllaba. Ab Æginetes verò possessivum Æginetes, a, um.

ÆGINETES, urbecula, & fluvius Paphlagoniæ. Gentile eodem modo propter principium prototypi. Videtur verò nomen ostendere Æginam, quæ in Ponto. Paphlagonia enim Ponto est continua.

ÆGINIUM, Illyriorum urbs, ut Strabo. Gentile, Æginieus.

ÆGIUM, urbs Achaiæ, ut Eudoxus lib. 6. Civis, Ægieus, ut oraculum:

Vos verò Ægiei nec tertii, nec quarti.

ÆGOSTHENA, urbs Megaridis neutrius generis, ut Pausanias. Gentile debebat esse Ægostheneus, ut Megareus. Sed Polybius Ægosthenitam dicit, ut à Gabala, Gabalita. Arcadius verò Ægostheniam eam inquit & Phocidem urbem.

ÆGOS potami, urbs in Hellesponto. Gentile, Ægospotamita.

ÆGU-

41 Ἔτι δὲ τερύπανον αὐτολικὸν κεραμιήτης.] Est verò terebrum pastorale Ceramietes. Hæc verba mutila & corrupta esse suspicor. Nullam enim habent cum præcedentibus, nec cum subsequentibus connexionem. Nec apud alios, quod sciam τὸ Κεραμιήτης significat terebrum pastorale, nedum fortasse invenitur: plane nescio, quid edicat Stephanus.

42 Αἴγινον, πόλις Ἰλλυριῶν, ὡς Στράβων.] Æginium Illyriorum esse urbem, ex Strabone tradit, qui ejus mentionem fecit lib. 7. Thessaliæ assignat Livius, cujus ex lib. 32. c. 15. ecce verba: *Phaleria incensa, ac direpta est, inde Æginium petit, quem locum, cum vel modico præsidio tutum, ac prope inexpugnabilem vidisset paucis in stationem proximam telis conjectis ad Gomphocum regionem agmen vertit.* Loquitur Livius de Quintio consule. Phaleria verò erat prima urbium Thessal. ut idem Livius tradit eod. lib. Cæsar de Bell. Civ. lib. 3. Objectum, oppositumque Thessaliæ fuisse inquit.

43 Αἴγιον, πόλις Ἀχαΐας.] Ægium, urbs Achaiæ ex Eudoxo, cujus meminerunt Pausan. lib. 7. Livius lib. 38. Strabo lib. 9. Ptol. Geograph. lib. 3. c. 16. Fuit urbs insignis, & jam inde ab antiquis temporibus post deletam eluvionibus Helicen reliquis Achaiæ urbibus gloria & potentia præcellebat, cujus agros præterfluebat amnis Phœnix, ex septem vel octo pagis συνεπολίθη, ut inquit Strabo lib. 9. In ea Achæorum conventus ætate Pausaniæ adhuc celebrabantur; quemadmodum ad Thermopylas & Delphos Amphyctionum, ut refert idem auctor libro supra citato. Apud Livium quoque lib. 36. c. 47. Antiochi Ætolorumque legatis à Quintio consule Ægii concilium datum est.

44 Ὁ πολίτης Αἰγιεύς, ὡς ὁ χρησμός.] Oppidani Ægii Achaiæ urbis, de qua in præcedenti nota egimus, dicebantur Ægiei, (Latino ore *Ægienses*) juxta oraculum ipsis redditum, cujus unum tantum apponit versum Auctor noster, alii duos hoc modo:

Ὑμεῖς δ' Αἰγιέες, ἔτε τρίτοι, ἔτε τέταρτοι
Οὐδὲ δυωδέκατοι, ἔτ' ἐν λόγῳ, ἔτ' ἐν ἀριθμῷ.
Vos autem Ægiei, nec tertii, nec quarti
Nec duodecimi, nec in ratione, nec in numero.

Quæ locum adagio fecere, dici solitum in homines ignavos & contemptos; alii Megarensibus redditum fuisse existimant, Erasmus ad adagium *Primum Ægina optimos pueros alit*; Æginensibus redditum fuisse inquit: sed eum fefellit opinio ex similitudine nominis Ægiensium & Æginensium.

45 Αἰγόσθενα, πόλις Μεγαρίδος, ἀδελέρως.] Ægosthena neutro plur. urbem fuisse inquit Megaridis ex Pausania, apud quem lib. 1. Ægisthæna dicuntur. Ejus ecce verba: Ἡ δὲ ὀρεινὴ τῆς Μεγαρίδος τῆς Βοιωτῶν ἐστὶ ὁμορος ἐν ᾗ Μεγαρεῦσι Πηγαὶ πόλις, ἑτέρα δὲ Αἰγόσθαινα ὠκίσθη. id est, *Montana Megaridis pars Bœotiæ finitima est, in ea Megarensibus Pegæ urbs, alia verò Ægisthæna habitata fuere.* Ex Pausania quoque corrigendus est Plinius apud quem lib. 4. c. 7. perperam legitur Megosthenienses pro Ægosthenenses, atque Pagæi, pro Pegæi. Illi erant Ægosthænorum, hi Pegarum incolæ.

46 Αἰγὸς ποταμοὶ, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ.] Ægos potami, urbs in Hellesponto. Id nominis sonat Latinè *capræ-fluvios.* Plin. lib. 4. c. 9. flumen *Ægos* vocavit; nec propterea existimandum est fuisse fluvium, Ammian. Marcellin. lib. 22. c. 12. utpote Græcus *Ægos potamus* vocat, quo in loco, inquit ille, lapides casuros ex cœlo prædixit Anaxagoras, cujus meminit quoque Euseb. in Chronic. Fuit urbs maritima, ut apparet ex Pausaniæ lib. 9. & 3. apud quam Lysander Lacedæmoniorum dux Athenienses vicit classe maritima. Alterius etiam prælii ad hanc urbem meminit Strabo lib. 6. Numero etiam singulari utitur Herodotus lib. 9. c. 118. ubi interpres Latinus perperam vertit Αἰγὸς ποταμοῦ *Ægos fluenta*, existimans esse nomen fluvii, cum sit urbis.

47 Αἴγυ-

ΑΙΓΟΥΣΑ [47], νῆσος Λιβύης, καθὰ Λίβυας λεγομένη Κάθρια. Τὸ ἐθνικὸν Αἰγουσαῖος, ὡς Σκοτουσαῖος.

ÆGUSA, insula Libyæ, juxta Libyes dicta *Catria*. Gentile, Ægusæus, ut Scotusæus.

ΑΙΓΥΠΤΟΣ [48], ἡ χώρα, ὁ ποταμὸς, ἐκλήθη ἀπὸ Αἰγύπτου· ὡς Χάραξ, [49] Βήλου παῖς ὢν καὶ Ἀερίας, τοῦ καὶ Ποταμίδου, βασιλεύσας ἔτη τεσσαρακονθὰ τρία. [50] Τὸ ἐθνικὸν Αἰγύπτιος, ὡς ἔχει τὸ Ἰαμβεῖον·

ÆGYPTUS, & regio, & fluvius, sic dictus ab Ægypto, ut Charax, Beli & Aëriæ seu Potamitidis filius, qui XLIII annos regnavit. Gentile, Ægyptius, ut habet Jambeum illud:

Δεινοὶ

Acres

47 Αἴγουσα, νῆσος Λιβύης &c.] Ægusa, insula Libyæ, Libybus dicebatur *Katria*, pro quo legendum esse *Capraria* contendit Cluv. Sic. Antiq. lib. 2. c. 15. quod Græcis Ægusa idem est ac Latinis Capraria, pro quo corruptum esse à Libybus Katria existimat; at, si verum est, quod inquit Auctor noster juxta Libyes dictam fuisse Catriam, scilicet ab ipsis, ut est verosimile, nomine impositio, non habet locum conjectura Cluverii. Quin etiam Latinis non Capraria, sed Ægates, & Ægades plurativo numero dicuntur. Quamobrem judico illud nomen Katria nobis ignotum esse. Quicquid dicat Bochartus de Colon. Phœn. lib. 1. c. 27. Insulas quasdam fuisse, ad quas Romani C. Luctatio, A. Posth. consulibus Carthaginenses duce Hannone navali prælio vicerunt, inquit L. Florus lib. 2. c. 2. Nec major alias in mari pugna, inquit ille; de quibus consulesis Melam lib. 2. c. 7. Livium lib. 30. c. 24. Strabonem lib. 6. Plinium lib. 3. c. 8. Non solum *Ægusa*, sed etiam *Æthusa* dicitur.

48 Αἴγυπτος, ἡ ἡ χώρα, ἡ ὁ ποταμός.] Ægyptus, & regio, & fluvius, nomen adepta à rege hujus nominis Beli filio ex Aëria, quæ verosimile est Ægypto quoque aliquando dedisse nomen; quandoquidem sunt, qui dicant Ægyptum vocatam fuisse *Aëriam*, inter quos est Auctor noster in Ἀερίᾳ, ubi quasi sui oblitus Aëriam dictam fuisse inquit τὴν αὐτήν. Alii dicunt Nilum fluvium *Ægyptum* antiquitus vocatum fuisse, à quo regio à recentioribus Ægyptus quoque vocata fuit. Inter hos est Grammaticorum eruditissimus Hesychius, cujus sunt verba: Αἴγυπτος, ὁ Νεῖλος ὁ ποταμός, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα νῦν τὸ παλαιὸν Αἴγυπτος ἐκλήθη, id est, *Ægyptus, Nilus fluvius, à quo regio à recentioribus Ægyptus vocata est*. Pro quibus facit Poëtarum parens, cui Ægyptus dicitur, qui reliquis scriptoribus Nilus, evidenti argumento suo ævo nondum vocatum fuisse Nilum. Id nominis corruptum videtur ex Hebræo נחל *naal*. Nam quemadmodum Græci ex בעל *baal*, fecere Βήλος; sic verosimile est ex נחל *naal* fecisse Νεῖλος; de quo vide quæ suo loco annotamus. Ægyptus verò regio Hebraïcè dicitur מיצרים *mitsraim*; unde ab Eusebio Chronic. libr. 1. *Mestræa* dicitur. Illud verò nomen accepit à Mitsraim filio secundo Chami, qui celebratur Genes. c. 10. v. 6. quod Josephus Antiquit. lib. 1. c. 7. ad Græcam linguam deflectens *Mesren*, Ægyptum, *Mesræos* Ægyptios vocat. Ejus sunt verba: Ἐπηύξησε δὲ καὶ Μεσραίους ἢ καὶ τῶν προσηγορίαν μνήμην. Τῶν γὰρ Αἰγυπτίων, Μίσρων, καὶ Μεσραίους τοὺς Αἰγυπτίους ἅπαντες, οἱ ταύτῃ οἰκοῦντες καλοῦμεν. id est, *Servata etiam est Mesræis juxta appellationem Ægyptum enim* Mesren, Mesræos *Ægyptios vocamus, omnes, qui hanc regionem incolimus*. Cæterum regio notior est, quam ut indigeat referri, cujus descriptionem habes apud Plin. lib. 5. c. 9. Mel. lib. 1. c. 9. Strab. lib. 17. Ptolem. lib. 4. c. 5. & alios.

49 Βήλου παῖς ὢν καὶ Ἀερίας, τοῦ καὶ Ποταμίδου.] Inquit Ægyptum regem, à quo Ægypto regioni nomen filium fuisse Beli ex Aëria, quæ etiam *Potamitis* dicta fuit; à qua Ægyptus *Aëria*, & *Potamitis* dicta, ut paulò inferius inquit Auctor noster, etsi in Ἀερίᾳ tanquam sui oblitus ait Ægyptum *Aëriam* vocatam fuisse τὴν αὐτήν.

50 Τὸ ἐθνικὸν Αἰγύπτιος.] Gentile Ægyptius. De Ægyptiis ergo pro ratione instituti nostri aliquid delibandum nobis est, dummodo tibi non pariat fastidium, sed πρόσω οὐ πάσι κάλλις, quem observare, seu tenere conabimur. Fuere Ægyptii vafri, & impostores, unde verbum αἰγυπτιάζω, id est, *mores, linguam, & dolos Ægyptiorum imitor*. Quod etiam confirmat carmen illud jambeum, quod affert noster ex Æschylo, ut puto, at in religionibus fuere non solum ridiculi, sed etiam insani. Non contenti enim Solem, Lunam, & Astra adorare, animantia etiam bruta, & olera coluere. Scarabæos quoque pro Dîs habuere, curiosa Appionis Grammatici interpretatione, qua colligebat Solis operum similitudinem huic animali esse ad excusandos gentis suæ ritus, ut inquit Plinius lib. 30. c. 11. de quibus operæpretium est audire Juvenalem Satyra 15.

—— —— *Illic*
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam
Porrum, & cepe nefas violare, & frangere morsu
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina, lanatis animalibus abstinet omnis
Mensa, nefas illic fœtum jugulare capellæ,
Carnibus humanis vesci licet.

Quæ confirmat Diodorus Siculus oculatus testis Bibliothecæ Historicæ lib. 1. Græcis relictis, appono Latina, *Qui de bestiis illis sponte aliquam interemerit, capite plectitur, excepta felis, & ibidis cæde, quas si quis, vel volens, vel invitus occiderit ad mortem prorsus à multitudine concurrentium abreptus crudelissime interdum etiam absque judicii sententia tractatur. Hic metus facit, ut qui id genus animal extinctum forte conspexerint, procul absistentes mortuum se inveniisse hoc cum lamentis: & attestatione proclament. Adeò verò animis hominum ista animalium religio impressa est, & tam obstinatum ad ea venerandum quisque affectum gerit, ut etiam, quo tempore Ptolemæus rex à Romanis nondum amicus erat denunciatus, & plebs omne studium conferebat, ut ex Italia eo profectos obsequiose coleret, utque eis nullam criminis, aut belli ansam præberet, ob metum contenderet: sele tamen à Romano quodam interfecta, populique ad ædes ejus concursu facto, nec proceres à Rege ad deprecandum missi, nec communis Romæ terror hominem pœnæ eximere valuerit, quamvis citra voluntatem id fecisset. Quod non auditu perceptum referimus, sed ipsi in peregrinatione ad Ægyptum coram vidimus. Si fide majora fabulisque similia jam memorata apparent, longe insolentiora dehinc memoranda videbuntur. Cum enim fames aliquando Ægyptum premeret, multos ad mutuam inter se carnis humanæ depastionem adactos ferunt, sed nemo de sacrosanctis animalibus, vel degustasse aliquid accusatus est.* Nec mirum hoc, si credebant Deos esse. Optimè enim, inquit Harpinas Philosophus de Natura Deorum lib. 3. *Ecquem tam amentem esse putas, qui illud, quo vescatur, Deum credat esse?* At non omnes Ægyptii eosdem habebant Deos. Apis enim Memphi, Mnevis Heliopoli, Crocodilus alibi, Ichneumon alibi colebatur. Allium & cæpas inter Deos in jurejurando habuisse, testatur Plin. lib. 19. c. 6. Blitum certe infelix fuit, quandoquidem in horum Deorum collegium non recipiebatur, quando verò Apis reperiebatur. Bos enim erat, non quicunque, sed certis signis notatus, maxima erat contentio inter populos, omnibus studiosè certantibus, apud quem deberet locari, quod aliquando turbas creabat, ut accidisse refert Æl. Spartianus in Adriano, cum Adrianus imperaret; si vero scire desideras signa, quæ debebat habere Apim, consules Herodot. lib. 3. c. 28. Notatu dignum est nunquam fas fuisse Ægyptiis Deos placare pecudibus, aut sanguine, sed precibus & thure, ac ideo cum Ptolemæorum tyrannide pressi Saturnum, cui hostiæ mactabantur, recepissent, fana ei extra pomœrium locaverunt, ne urbana templa pecudum morte polluerentur, cujus rei testis est locuples Macrobius Saturnal. lib. 1. c. 7. Atque si non satis æstimari potest, ut inquit Plin. lib. 30. c. 1. quantum Romanis debeatur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi verò etiam saluberrimum; non satis etiam æstimari potest, quantum Christianæ religioni debeatur, quæ tot religionum monstra sustulit. Ægypti pyramides adeo sunt notæ, ac earum auctores ignoti, justissimo casu obliteratis tantæ vanitatis auctoribus. Aliqui prodidere in raphanos, allium, & cæpas mille octingenta talenta erogata. Regum pecuniæ otiosa, ac stulta ostentatio, ut cum Plinio lib. 36. c. 12.

Δεινοὶ τεκτήνειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπτιοι. Καὶ Αἰγυπτιάζειν, τὸ πανοῦργα καὶ δόλια καὶ ὕπουλα πράττειν. Τὸ θηλυκὸν, Αἰγυπτία, καὶ τὸ Αἰγύπτιον. [51] Ἐκλήθη καὶ Μύαρα ἡ χώρα ὑπὸ Φοινίκων, καὶ Ἀερία, καὶ Ποταμίτης, καὶ Ἀετία, ἀπό τινος Ἰνδοῦ Ἀετοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, ὅσον ἀπὸ ὁμοίας, Ἀετιώδης, ὡς Ἀερίους. Ὅσον δ' ἀπὸ ἐγχωρίας, Ἀετίτης. [52] Ἀλλὰ καὶ Ὠγυγία ἐκαλεῖτο, καὶ Ἑρμοχύμιος, καὶ Μελάμβολος, καὶ Ἡφαιστία. [53] Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Αἴγυπτος μικρά.

ΑΙΓΥΣ [54], πόλις Λακωνική, ὡς Εὐφορίων. οἱ πολῖται Αἰγύται, ὡς Παυσανίας. Λυκόφρων δὲ τὸ ἐθνικὸν Αἴγυος, τὸ θηλυκὸν λέγων ὧδε·

[55] Καὶ πάντα τλήσεθ' ἕνεκ' Αἰγύας κυνὸς,
Τῆς θηλύπαιδος, καὶ τεκάνορος κόρης.

Ὁ λόγος περὶ Ἑλένης Λακωνικῆς ἐστι, καὶ ἄρρενα μὴ τεκέσης τῷ Μενελάῳ, καὶ Ἀλεξάνδρῳ, Δηϊφόβῳ γαμηθεῖσα. Θεόπομπος δὲ, Αἰγυέας αὐτοὺς φησιν.

ΑΙΓΩΝΕΙΑ, πόλις Μηλιέων. Λυκόφρων.

Ὧν οἱ μὲν Αἰγώνειαν ἄθλιοι πάτραν.

Καὶ Ἑκαταῖος Ῥιανὸς ἑκκαιδεκάτῃ, Αἰγώνην αὐτὴν λέγει. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰγωνεύς.

ΑΙΓΩΣΤΙΣ, πόλις Λοκρίδος, ἢ τόπος, ἢ χωρίον ἐντὸς τοῦ πόλεως, ὡς Ἐπαφρόδιτος. Ὁ πολίτης Αἰγωστίτης.

ΑΙΔΗΨΟΣ [56], πόλις Εὐβοίας. Στρεβώνων ἐννάτη. Κεῖται δὲ κατὰ Αἰδηψὸν τῆς Εὐβοίας, [57] ὅπου τὰ θερμὰ λουτρὰ Ἡρακλέους. Ἦν δὲ καὶ σιδηρᾶ

Acres nectere machinas Ægyptii.

Dicitur etiam *Ægyptiazo* verbum, hoc eſt, *vafrè*, *dolosè*, *fallaciter agere*. Fœmineum, Ægyptia, & neutrum, Ægyptium. Vocata verò fuit Myara, regio à Phœnicibus, & Aëria, & Potamitis, & Aëtia à quodam Indo Aëto. Gentile, quatenus à ſimilitudine, Aëtieus, ut Aërieus; quatenus à forma incolis uſitata, Aëtites. Vocabatur etiam Ogygia, & Hermochymios, & Melambolos, & Hephæſtia. Eſt & alia Ægyptus parva.

ÆGYS, urbs Laconica, ut Euphorio. Cives, Ægytæ, ut Pauſanias. Lycophro verò gentile Ægyus dixit, ac fœmin. uſus eſt ſic:

Et omnia tolerabit Ægyæ canis cauſa
Fœmineam habentis prolem, ac trium virorum puella.

Sermo de Helena, quæ Laconica erat, & marem non pepererat Menelao, & Alexandro, Deiphobo nupta. Theopompus autem *Ægyeos* vocat incolas.

ÆGONIA, urbs Melienſium, Lycophro:

Quorum hi quidem Ægoniam miſeri patriam.

Hecatæus eodem modo. Sed Rhianus XVI. *Ægonen* eam vocat. Gentile, Ægoneus.

ÆGOSTIS, urbs Locridis, ſeu locus, ſeu regio intra urbem, ut Epaphroditus. Civis, Ægoſtita.

ÆDEPSUS, urbs Eubœæ. Strabo libro nono: *Jacet verò juxta Ædepſum Eubœæ, ubi ſunt Herculis calida balnea.* Erant verò & fer-

loquar, non mirabor, ſi aliquis dixerit Hebræos, cum in Ægypto eſſent, in hujuſmodi pyramidibus potuiſſe laborare. Joſephus enim Antiquit. lib. 2. c. 5. meam conjecturam expreſſis verbis confirmat.

51 Ἐκλήθη καὶ Μύαρα ἡ χώρα ὑπὸ Φοινίκων, &c.] Vocatam fuiſſe Ægyptum à Phœnicibus Myaran, & Aëriam, & Potamitidem inquit. In primo nomine aliqua etſi obſcura valde apparent veſtigia nominis Meſtræa, ſeu Meſræa ad dialectum Græcam deflexi, Aëriam dictam fuiſſe ab Aëria Ægypti regis matre veroſimilius exiſtimo quàm ab aëre, ut inquit noſter in Ἀερία, ac quia eadem Aëria vocata quoque fuit Potamitis, ut ſupra inquit Ægyptus etiam *Potamitis* dicta fuit. Sic enim legendum eſt non ποθαμίτης, quod eſt impreſſoris inertia.

52 Ἀλλὰ καὶ Ὠγυγία ἐκαλεῖτο, &c.] Vocabatur etiam *Ogygia*, ſcilicet propter antiquitatem, Hermochymios, ſcilicet à Mercurio & Chamo. quemadmodum ab ejus filiis Chus, & Mitſraim, quorum fit mentio Geneſeos capite decimo. A Chamo enim *Chemia*, cujus etiam meminit Plutarchus in libro de Iſide vocata fuit, cujus nominis exſtant cineres apud Diodorum Siculum Bibliothecæ Hiſtoricæ lib. 1. apud Thebaiden enim erat urbs, quam incolæ *Chemmin* vocabant, quin etiam Hebraïce ארץ חם *eretz Cham*, id eſt, *terra Cham* dicitur Pſalm. 105. v. 23. & 27. & Pſalm. 106. v. 21. qua de cauſa etiam ab Hebræis vocatur אדמת בני חם *admath bene Cham*, i. e. *terra filiorum Chami*, Euſt. ad Dionyſium v. 232. inquit Æthiopiam quoque vocatam fuiſſe. Æthiopia vero & Chus ſunt nomina ἰσοδύναμα. כוש Chus enim Eſtheris volumine v. 1. eſt Æthiopia & hæc eſt omnium pene Rabinorum conſentiens opinio. *Melambolos* vero dicta fuit à nigris glebis, & *Hephæſtia*, ab igne, i. e. *calore*.

53 Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Αἴγυπτος μικρά.] Eſt & alia Ægyptus parva. Innuit Topographus Ægyptum ab aliquibus in majorem & minorem diviſam fuiſſe. Scriptores enim regiones ſuo quiſque modo ſolent dividere, de quo vide Auctores nota 47 citatos.

54 Αἶγυς, πόλις Λακωνική.] Ægys, urbs Laconica, cujus oppidani *Ægytæ* dicuntur Pauſaniæ, apud quem lib. 3. hæc leguntur: Ἐπὶ τούτῳ Λακεδαιμόνιοι πολέμῳ κρατήσαντες πόλιν τῶν περιοικίδων ἀνδραποδίζονται Αἴγυαν, ὑποπτεύσαντες, ὡς οἱ Αἰγύται φρονοῖεν τὰ Ἀργείων. id eſt, *Lacedæmonii ſub hoc (Archelao) bello ſubactam urbem Ægyn unam de finitimis in ſervitutem redegerunt ſuſpicantes, quod Ægytæ partes Arcadum ſequerentur.* Ubi interpres Latinus perperam vertit, *exciderunt*, pro *in ſervitutem redegerunt*. Fuit ſita prope Arcad. ut inquit noſter in Καρυαῖς, de qua videſis Strabonem lib. 10.

55 Καὶ πάντα τλήσεθ' ἕνεκ' Αἴγυος κυνός, &c.] Sunt carmina Lycophronis de Helena Laconica intelligenda, quam vocat *canem Ægyam*, i. e. *Laconicam*. Quia Ægys erat urbs Laconicæ, in primo carmine pro τλήσεθ' ἕνεκα lege τλήσεθ' εἵνεκα. Sic enim apud eum legitur; ſed etiam Lycophro ex noſtro Auctore corrigendus eſt, apud quem legitur Ἀργείας κυνός, i. e. *Argivæ canis* pro Αἰγύας κυνὸς, i. e. *Ægyæ canis*.

56 Αἰδηψός, πόλις Εὐβοίας, Στρεβώνων ἐννάτη.] Ædepſus, urbs Eubœæ ex Strabonis lib. 9. cujus ipſiſſima affert verba, quæ apud eum libro citato leguntur, Ptolemæo Geographiæ lib. 3. c. 15. dicitur *Ædipſus*, ſed harum vocalium μεταβολὴ haud inſolens eſt, Eubœa vero tam modico interfluente euripo Bœotiæ avulſa erat, ut ponte jungeretur, teſte Plinio Hiſt. Natu. lib. 4. c. 12.

57 Ὅπου τὰ θερμὰ λουτρὰ Ἡρακλέους.] Hæc verba ſunt Strabonis ex ejus lib. 9. apud quem lib. 1. inquit Demetrius Calatianus, qui de terræ motibus Græciæ ſcripſit librum, quem

σιδηρᾶ καὶ χαλκᾶ μέταλλα κζ΄ Εὐβοίαν. Καλ- A ferreæ, & æreæ fodinæ in Eubœa. Callimachus Dædalo:

λίμαχος Δαιδάλῳ·

Ἐν δὴ λάχαινε μοῦνος ἔργα σιδήρου.

Inter alia autem sortiebatur opera ferri.

Οἱ γὰρ Εὐβοεῖς σιδηρεῖς καὶ χαλκεῖς ἄριστοι. Ἐπαφρόδιτος δὲ μαρτυρεῖ, σκεῦος χαλκοῦν πρῶτον εὑρεθῆναι· καὶ πρῶτοι χαλκὸν σκεῦος ἐνεδύσαντο οἱ Κρῆτες, οἱ μετὰ Διὸς ἐλθόντες, ὡς φύλακας τῆς νήσου, καὶ ἱερᾶς τῆς Ἥρας καταλιπόν. Ἀφ' οὗ οἱ Χαλκιδεῖς ὠνομάσθησαν. Ὁ πολίτης, Αἰδήψιος. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ· B Eubœi enim fabri ferrarii, & ærarii optimi. Epaphroditus verò teſtatur, illic primum æs inventum fuiſſe, ac primi æs illic induiſſe Curetes, qui cum Jove venerant, quos inſulæ, & templi Junonis cuſtodes reliquit, à quo *Chalcidei* fuere nominati. Civis, Ædepſius. Callimachus Hecale:

Ἄρκτον ἢ χείρεσσιν ἑλὼν Αἰδήψιον ἄορ. C

Septentrionalis vel manibus capiens Ædepſium gladium.

ΑΙΔΟΥΣΙΟΙ[58], σύμμαχοι Ῥωμαίων πρὸς τῇ Κελτικῇ Γαλατίᾳ. Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν δ.

ÆDUSII, Romanorum ſocii juxta Galliam Celticam. Apollodorus Chronicorum lib. 4.

ΑΙΖΙΚΗ, Θρᾴκης μέρος. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. D

ÆZICA, Thraciæ pars. Hecatæus Europa.

ΑΙΘΑΙΑ[59], πόλις Λακωνικῆς. Μία τῶν ἑκατόν. Φιλόχορος ἐν Ἀτθίδος τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰθαιεύς. Θουκυδίδης πρώτῃ.

ÆTHÆA, urbs Laconica. Una ex centum. Philochorus Atthidis libro tertio. Gentile, Æthæus. Thucyd. lib. primo.

ΑΙΘΑΛΗ[60], νῆσος Τυρσηνῶν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [61] Ἔοικε δὲ κεκλῆσθαι διὰ τὸ σίδηρον ἔχειν, [62] τὴν ἐν Αἰθάλῃ τὴν ἐργασίαν ἔχουσα. Φίλιστος δὲ ἐν Σικελικῶν, Αἰθαλίαν αὐτὴν καλεῖ, καὶ Ἡρωδιανὸς, καὶ Ὧρος. Πολύβιος δ' ἐν τεσσαρακοστῇ τετάρτῃ λέγει, Αἰθάλειαν τὴν Λῆμνον καλεῖσθαι, ἀφ' ἧς ἦν ὁ Γλαῦκος εἷς τῶν τὴν κόλλησιν σιδήρου εὑρόντων. [63] Δύο γάρ φασιν· ἕτερος

ÆTHALE, inſula Tyrrhenorum. Hecatæus Europa. Videtur verò ſic vocatam fuiſſe, eò quod ferrum habeat, quod in Αἰθάλῃ, id eſt, *in fuligine*, conficiatur. Philiſtus verò Siculorum libro quinto, *Æthaliam* eam vocat & Herodianus, & Orus. Atqui Polybius libro trigeſimo quarto inquit, *Æthaliam* Lemnum *vocari*, ex qua erat *Glaucus*, unus eorum, qui ferruminationem ferri inve-

quem citat Strabo, calidas illas Herculis Thermas terræ motu quodam per triduum cohibitas, rurſus fluxiſſe aliis erumpentes fontibus, quod etiam Thermis ad Thermopylas accidiſſe refert. Spiritus enim ſub terris, ſi vehementer iraſcitur, ſubvertit terras, jaculatur mare, evomit inſulas, quod periculum magis ſubeſt Italiæ, quam Belgio, etſi περιγώσης ille Boterus in ſuis Relationibus parte prima lib. 1. inquit: *In Olanda ſi tiene, che innanzi a ottocento anni, ſia ſtata ſopra fatta dell'Oceano: dal quale ſi e andata a poco, a poco riſcotendo.* Sed Holandi ſeptis, Oceani impetum, magna adhibita cura, coërcentes Boteri περιγώσιν non curant. His relictis ad Spartam noſtram redeamus.

58 Αἰδοῦσιοι, σύμμαχοι Ῥωμαίων &c.] Æduſii, ſocii Romanorum prope Celticam Galatiam, h. e. Galliam Celticam, ex Apollodori Chronicorum lib. 4. horum hoc in nomine altum eſt ſilentium apud Scriptores. Quare pedibus eo in ſententiam Roberti Stephani ad Dionis lib. 38. qui opinatur Æduſios eſſe Heduos, quorum fit mentio apud Livium lib. 5. & apud Cæſarem lib. 1. & 7. qui primi omnium exterarum gentium jus Senatorum in urbe adepti ſunt, auctore Tacito Annal. libro undecimo, cap. vigeſimo quinto, apud quem *Ædui* vocantur. Quare *fratres populi Romani* à Marco Tul. Cic. vocantur Epiſt. ad Brutum 16. Carolus Stephanus in ſuo Lexico, & Ortelius in ſuo Theſauro Geographico *Burgundiones*, quos nunc vocant eſſe exiſtimant.

59 Αἰθαία, πόλις Λακωνικῆς.] Æthæa, urbs Laconicæ. Una de centum ex Philochoro, & Thucydide lib. 1. apud quem Αἰθεῖς, *Æthees*, ſeu ore Latino *Ætheenſes* ſine diphthongo in penultima memorantur, de quibus nihil memoratu dignum refert. Si extaret Polemonis Ilienſis opus de Urbibus Laconicis, aliquid exoptati fortè inde diſceremus; at vetuſtas nobis hoc pariter atque alia multa invidit.

60 Αἰθάλη, νῆσος Τυρσηνῶν.] Æthale, ſeu Æthalia Græcis, quod in hujuſmodi nominibus eſt tralatitium, Latinis *Ilva* dicitur, auctore Plinio lib. 3. c. 6. cujus ecce verba: *Ilva cum ferri metallis, circuitu centum millia, à Populonia decem, à Græcis Æthalia dicta.* Memoratur etiam Andino vati Æneid. lib. 10.

— — *Aſt Ilva trecentos*
Inſula inexhauſtis chalybum generoſa metallis.

Ad quem locum inquit Servius: *Cum in aliis regionibus, effoſſis metallis terræ ſint vacuæ, apud Ilvam hoc eſſe mirum, quod ſublata renaſcuntur, & rurſus de eiſdem locis effodiuntur.* Quod etiam confirmatur auctoritate Geographi. Sic enim ipſe teſtis αὐτόπτης inquit Geographiæ lib. 5. Εἰδομὲν δὲ καὶ τὰς ἐργαζομένας &c. id eſt, *Vidimus etiam, qui ferrum ex Æthalia allatum elaborarent. Non enim ea in inſula fornacibus liquari poteſt, ſed ſtatim perfertur ex fodinis in continentem. Porro hoc paradoxon habet Æthalia, & quod foſſæ, unde ferrum eruitur, rurſus tempore implentur.*

61 Ἔοικε δὲ κεκλῆσθαι διὰ τὸ &c.] Optime interpretatur Auctor noſter ἀπὸ τῆς αἰθάλης, id eſt, *à fuligine* nomen inſulæ Æthaliæ inditum fuiſſe, quibus accinit Diodorus Siculus Bibliothecæ Hiſtoricæ lib. 5. Id nominis explicat Suidas ſuo loco τὸ ὑπὸ καπνοῦ μέλαν, id eſt, *ex camino nigrum*, quod nihil aliud eſt quam fuligo.

62 Τὴν ἐν Αἰθάλῃ.] Lege τὴν ἐν αἰθάλῃ ſine littera majuſcula. Hoc enim nomen nunc non accipitur de inſula, ſed fuligine, à qua inſula nomen accepiſſe videtur, quia in caminis, ubi ferrum elaboratur, fit plurima fuligo.

63 Δύο γάρ φασιν· ἕτερος μὲν Σάμιος.] Cum prius dixerit *Lemnum* inſulam à Polybio lib. 34. *Æthaliam* vocatam fuiſſe, ac ex ea fuiſſe Glaucum, unum ex eis, qui compactionem ferri invenit, nunc inquit duos fuiſſe hunc Samium & alterum Lemnium. In quibus verbis ineſt manifeſta contradictio, aut pro ἕτερος μὲν Σάμιος, id eſt, *hic quidem Samius*, legendum eſt εἷς μὲν Σάμιος, id eſt, *unus quidem Samius*. Tunc enim bene ſequitur ὁ δ' ἕτερος Λήμνιος, id eſt, *alter verò Lemnius*. Alii dicunt unum tantum fuiſſe, qui primus compactionem ferri ἐξεδώκε, cujus opus celebre fuit patera parva ex ferro compactilis, quam dedicavit Alyattes Lydus cum ex morbo convaluiſſet, ac erat ſpectatu digna inter omnia, quæ fuere Delphis donaria, ut rerum monumentis tradidit Herodotus lib. 1. c. 25.

64 Ὅτις

ἔτ῾ω μὲν Σάμι῾ω, [64] ὅτις κ᾽ ἔργον ἀοιδιμώτατον ἀνέθηκεν ἐν Δελφοῖς, ὡς Ἡρόδο῾ς· ὁ δ᾽ ἕτερ῾ω Λήμνι῾ω, ἀνδραντοποιὸς διάσημ῾ος. Ἐκαλεῖτ᾽ ὄ᾽ ἔτως ἡ πόλις, ἴσως ἐκ τ῀ ἀναδιδομένων ἐ῀ Φαέθοντος κρατήρων· ἐκεῖ γὰρ ἀνωμολόγηται ταῦτα. Τὸ ἐθνικὸν, ἐκ ἐ῀ Αἰθαλεία Αἰθαλεύς, ὡς Ζελεύς. Ἐκ δ᾽ ἐ῀ Αἰθάλη Αἰθαλίτης, ὡς Σινωπίτης, Ἰοππίτης. Δώσα῀ τὸ Αἰθαλίτης ἀντὶ ἐ῀ Χί῾ου· ἔτω γὰρ ἡ Χί῾ος ἐλέγετο. Καὶ οἱ πολῖται, Αἰθαλεῖς.

ΑΙ᾽ΘΑΛΙΔΑΙ [65], δῆμ῾ος τ῀ Λεοντίδ῾ος φυλῆς, ἀπὸ Αἰθαλίδ῀ος. Καὶ ὁ δημότης· Αἰθαλίδης, οἱ δ᾽ Αἰθαλεῖς, ὅ῀ν δημότας. Τὸ θηλυκὸν, Αἰθαλίς. Τὸ τοπικὸν, Αἰθαλιδῶν· ἐς Αἰθαλιδῶν, ἐν Αἰθαλιδῶν.

ΑΙ᾽ΘΗΡ [66], ὁ ὑπὲρ τὸν Αἰθέρα πεπυρωμέν῾ος τόπ῾ος. Λέγεται κ᾽ θηλυκῶς. Τὸ ὡ῀ γόγγυλον, Αἰθέρι῾ος, κ᾽ Αἰθερία. Καὶ τ῀ Αἰθέρ῾ος, Αἰθερίτης.

ΑΙ᾽ΘΙΚΙΑ [67], ὡς Κιλικία, Θεόπομπ῾ος τεμαχοστῇ ἐννάτῃ Φιλιππικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰθικες, ὡς Κίλικες. Ἐν Θεσσαλίᾳ δ᾽ ᾤκησαν, ἐν τῷ Πίνδῳ ὄρ῀ι. Μαρσύας δὲ μέσην τ῀ Τυμφαίας κ᾽ Ἀθαμανίας κεῖσθαί φησι τὴν χώραν. Τὸ δὲ ἔθν῾ος, ὑβριστικῶς ἀ῀ διάκεινται, κ᾽ βάρβαρον, κ᾽ ληστείαις ὑβριστικῶς ἀ῀ προσκείμενον.

ΑΙ᾽ΘΙΟΨ [68], ὡς Κίλιξ·

Αἰθιο-

venere. Duo enim fuere, hic Samius, qui, & celeberrimum opus Delphis dicavit, ut Herodotus. Alter verò Lemnius insignis statuarius. Sic verò vocabatur urbs fortasse ex micantibus Vulcani crateribus: illic enim hæc pro comperto habentur. Gentile, ex Æthalia, Æthaleites, ut Zeleites. Ex Æthala verò, Æthalites, ut Sinopites, Ioppites. Potest etiam sumi Æthalites pro Chius. Sic enim Chius insula dicebatur. Cives, Æthalei.

ÆTHALIDÆ, populus Leontidis tribus ab Æthalida. Popularis, Æthalides. Alii verò populares Æthaleis vocant. Fœminin., Æthalis. Locale ex-Æthalidis, in-Æthalidas, in-Æthalidis.

ÆTHER, locus supra Ætherem ignitus. Dicitur etiam fœm. gen. Derivativum Ætherius, & Ætheria. Formatur etiam à genitivo Ætheris, Ætherites.

ÆTICIA, ut Cilicia, Theopompus Philippicorum 39. Gentile, Æthices, ut Cilices. Habitabant verò in Thessalia in monte Pindo. Marsyas verò inquit regionem mediam inter Tymphæam & Athamaniam jacere. Gens verò est admodum temeraria, & barbara, ac latrociniis admodum addicta.

ÆTHIOPS, ut Cilix Homerus:

Æthio-

64 Ὅτις κ᾽ ἔργον ἀοιδιμώτατον ἀνέθηκεν ἐν Δελφοῖς, ὡς Ἡρόδο῾ς.] Inquit Glaucum Samium, qui compactionem ferri excogitavit, Delphis celeberrimum opus dicasse, ut Herodotus inquit, at fallitur. Herodotus enim lib. 1. c. 25. inquit Glaucum Chium, qui μεῖ῾ον δὴ πάντων ἀνθρώπων ferri compactionem excogitavit, fuisse, qui pateram parvam ex ferro compactilem fecit, quam Alyattes Lydus, quum ex morbo convaluisset una cum alia argentea apud Delphos dedicavit.

65 Αἰθαλίδαι, δῆμ῾ος τ῀ Λεοντίδ῾ος φυλῆς.] Æthalidæ, populus, seu oppidum Leontidis tribus, memoratur Suidæ, & Harpocrationi. Hesychio dicitur Αἰθαλιὰ, sed puto ex nostro & reliquis corrigendum esse Αἰθαλίδαι. Consulesis Meursium de Populis Atticis.

66 Αἰθὴρ, ὁ ὑπὲρ τ῀ αἰθέρα πεπυρωμέν῾ος τόπ῾ος.] Æther locus supra ætherem ignitus. Proculdubio tunc aut febri laborabat Stephanus, aut non cœnaverat, quando *Ætherem* sic explicabat. Melius Hesychius. Inquit enim: Αἰθὴρ, ὁ ὑπὲρ τὰ νέφη τόπ῾ος, id est, *Æther, supra nubes locus.* Nec etiam in Geographia æther habet locum, siquidem non habitatur; at ego ἐπέχω. Sunt enim, qui dicant non solum in æthere, sed etiam in igne animantia quædam vivere. Nec defuere etiam, qui credidere Lunam quoque habitari. Quare de omnibus perdifficilibus ἐπέχειν optimum censeo.

67 Αἰθικία, ὡς Κιλικία.] Æthicia, fuit regio Thessaliæ, cujus incolæ *Æthices* dicebantur, ac in Pindo monte habitabant, ut inquit Auctor noster. Memorantur Poetarum parenti Il. 2. v. 744. Ad quem locum Eust. sic loquitur: Αἰθικες ὁ Θεσσαλικὸν ἔθν῾ος ὑπερκείμενον τ῀ Ἠπείρ῾ου, κ᾽ δὲ τινας, Μακεδονικὸν, κ᾽ ὅ ἑτέρους, Περραιβικὸν, ὅθεν τ῀των ὁ κ᾽ ὁ γεωγράφ῾ος φησίν. id est, *Æthices verò, Thessalici populi supra Epirum siti, secundum alios verò, Macedonici, secundum alios, Perrhæbici, de quibus & Geographus loquitur.* Sic verò de eis loquitur Geographus lib. 7. Ἠπειρῶται δ᾽ εἰσὶ, κ᾽ Ἀμφίλοχοι, κ᾽ οἱ ὑπερκείμενοι, κ᾽ συνάπτοντες τοῖς Ἰλλυρικοῖς ὄρεσι, τραχεῖαν οἰκοῦντες χώραν, Μολοσσοί τε, κ᾽ Ἀθαμᾶνες, κ᾽ Αἰθικες, κ᾽ Τυμφαῖοι. id est, *Epirotæ verò sunt, & Amphilochi, & qui supra siti, & Illyricos attingentes montes, asperam incolentes regionem, Molossique, & Athamanes, & Æthices, & Tymphæi.*

68 Αἰθίοψ, ὡς Κίλιξ.] Duplici modo dicitur apud Græcos Æthiops, scilicet Αἰθίοψ, & Αἰθιοπὸς, ut annotat Eust. ad Odyss. 1. ex Editione Basileæ fol. 13. v. 1. Æthiopes verò dicti sunt, ut inquit idem auctor ad eandem Odyss. fol. 12. v. 50. ad Homericum v. 23. ab Stephano citatum Ἀφ᾽ ᾧ τὸ ἐπικεκαῦσθαι τὴν ὄψιν ὑπὸ ἠ῀λίου &c. id est, *quod faciem adusti sint à sole*, qui, ut ajunt, cum ad perpendiculum sit in Æthiopia, magis adurit, Hebraicè vocantur כושים *Chusim*, à Chuso, filio Chami, ut testatur Joseph. Antiquit. lib. 1. c. 7. cujus ecce verba: Τεσσάρων γὰρ Χάμῳ παίδων γενομένων, Χυσαῖον μὲν οὐδὲν ἔβλαψεν ὁ χρόν῾ος. Αἰθίοπες γὰρ, οὓς ἔδειξεν ἐπικαυθέντας τὴν ὄψιν ὑπὸ ἠ῀λίου τε, κ᾽ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντες, Χυσαῖοι καλοῦνται &c. id est, *Quatuor enim cum fuissent Chamo liberi, Chuso nihil detrimenti tempus attulit. Æthiopes enim, quibus imperavit adhuc etiam nunc, & à seipsis, & ab omnibus, qui in Asia habitant, Chusæi vocantur.* Notatu dignum est, in Æthiopia solem solito vehementiorem, rege Athenien sium Cranao, totam incendisse Æthiopiam, ut rerum monumentis tradit Eusebius Chronicorum lib. 1. Unde Phaethontis fabula apud Poetas decantata originem habuisse videtur, sub qua hoc incendium latebat. Nec incredibilis est Hispaniæ siccitas inter Hispanos scriptores. Natura enim volventibus annis præ nimia humiditate; diluvium, præ nimio calore siccitatem, & incendium mortalibus denunciat. Unde opinio de totius orbis conflagratione. At nihil satis est, ut improbi fiant boni, cum boni sint boni, non supplicii timore, non præmii spe, sed suapte natura atque solo Summi Boni amore. Nullum aliud incendium memini me legisse præter hoc. At diluvia diversa celebrantur apud Scriptores Ethnicos. Sub eodem Cranao fuisse in Thessal. Deucalionis diluvium inquit idem autor loco citato. Ethnici omnium hominum primos extitisse Æthiopes affirmant, naturalibus causis persuasi, ut videre est apud Diodorum Siculum Biblioth. Historicæ libro tertio statim in principio. Quare ab eis αὐλοχθονες vocati fuere. Ægyptios eorum colonos fuisse, multis argumentis

69 Αἰθίοπες, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.

Οὐ γὰρ ἀληθὴς ὁ Ὑψικράτης λόγος, ὡς ὀδὲν εἰς οψ λήγα παρ' Ὁμήρῳ, εἰμὴ τὸ Καλαύροψ. Εἰσὶ γὰρ καὶ τὸ ὄψ, καὶ τὸ Μέροψ. Λέγεται καὶ Αἰθιοπία γυνή. Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ·

Αἰθιοπίαν νιν ἐξέσωσας ὀπὶ χθόνα.

Καὶ Αἰθιοπὶς· ὁ αὐτὸς ἐν Ἀρχελάῳ·

Αἰθιοπίδος γῆς ἡνίκα τακῇ χιών.

Καὶ Αἰθιοπῆις, ἀπὸ δὲ Αἰθιοπεύς. ἐξ οὗ τὸ Αἰθιοπῆας, παρ' Ὁμήρῳ.70 Τὴν γὰρ Αἰθιοπίαν γλῶ πρώτην φασὶ παγῆναι. 71 Πρῶτοι καὶ θεοὺς ἐλίμησαν, καὶ νόμοις ἐχρήσαντο. Ὀνομάζουσι δὲ τοὺς αὐλίκης τέτταρας, Μίθραν, καὶ Φλεγύας, ἄνδρας Αἰθιοπας τὸ γένος, ὡς Φαβωρῖνος ἐν τῇ Αἰθιόπισσα, πλατύτερον ἐν τοῖς τῆ ἐθνικῶν τοπολεχνολογήμασιν εἴρηκεν.

ΑΙΘΙΟΠΙΟΝ 72, χωρίον Λυδίας, πρὸς τῇ Ὕλλῳ, πλησίον δὲ Εὐρίπου· ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθιοπία. Οἱ δὲ, ὅτι πρὸς τοῖς Αἰθίοψι διάγουσαν Ἀπόλλων ἤγαγεν αὐτοῦ. 73 Οἱ δὲ, τὴ αὐτῷ τῇ σελήνῃ,

Æthiopes, qui bifariam diviſi ſunt ultimi virorum.

Non enim verum eſt, quod ait Hypſicrates, nihil in οψ apud Homerum deſinere: niſi Calaurops. Inveniuntur etiam ops, & Merops. Dicitur etiam Æthiopia fœmina. Eur. Erechth.

Æthiopiam, ipſam ſervaſti ſuper terram.

Dicitur etiam *Æthiopis*. Idem in Archelao:

Æthiopidis terræ quum liqueſit nix.

Dicitur etiam *Æthiopeïs*, ab Æthiopieus, ex quo apud Homerum invenitur Æthiopeas. Æthiopiam enim terram primam ajunt fuiſſe compactam. Primi Æthiopes, & Deos coluere, & legibus uſi ſunt. Nominant verò horum authores, Mithram, & Phlegyam, viros Æthiopes genere, ut Phavorinus de Æthiopiſſa, latius in gentilium protechnologematis dixit.

ÆTHIOPIUM, regio Lydiæ, apud Hyllum, prope Euripum: à quo Diana Æthiopia. Alii verò ſic dictam putant, quod Apollo eam duceret, cum apud Æthiopes ageret.

tis conantur probare apud Diodor. Sicul. libro citato, apud quem, & Strabonem lib. 1. Herodot. lib. 7. bifariè dividuntur, ſcilicet in Æthiopes trans Ægyptum, ſive ab ortu ſolis, qui ἰθύτριχες, i. e. *rectos crines habentes* vocantur ab Herodoto, & in Æthiopes ex Libya, qui criſpiſſimos omnium hominum capillos habent, eodem Herodoto auctore, quod & quotidiana experientia confirmat, ἐλίπεδον τρίχωμα eorum criſpiſſimum capillamentum una cum Herodoto poſſumus vocare. Nunquam Æthiopes ab externis regibus ſubacti fuere. Philoſophi propter ſolis nimium ardorem, quem cæteri homines perferre non poſſunt, ipſi propter ſuam in Deos pietatem id accidiſſe interpretabantur, etſi Herodotus lib. 2. aſſerit, Seſoſtrim Ægypti regem regno Æthiopiæ potitum fuiſſe, ac lib. 3. affirmat Cambyſem Perſarum regem Æthiopes Ægypto conterminos ſubegiſſe, qui tertio quoque anno, adhuc ſua ætate munera Perſarum regibus portabant, quod de illa Æthiopiæ parte Ægypto vicina intelligendum eſt, non de tota Æthiopia. Pudenda circumcidebant, more inter aliquos Aſiæ populos recepto, ut patet ex eodem Herodoti lib. 2. Idem lib. 3. Auctor eſt, eos genituram, non albam, ut cæteros homines, ſed atram emittere, quod optime refellit Stagirita Philoſophus de Hiſt. Animal. lib. 3. c. 22. cujus ſunt verba: Ἀλλ' Ἡρόδοτος διήνεγκεν γράψας τὰς Αἰθίοπας σπέρμα μέλαιναν χεῖν, &c. i. e. *Sed Herodotus mentitus eſt, qui ſcripſit Æthiopes genituram nigram emittere.* Genitura enim ſpuma quædam eſt; omnis autem ferè ſpuma eſt alba. Quare Ethnici, qui ſub fabulis, ut Arabes & Hebræi ſub allegoriis omnia tegebant, Venerem vocarunt Ἀφροδίτην ab ſpuma, quæ Græcis ἀφρὸς dicitur. Quærunt Criticorum παῖδες, quare Homerus Il. 1. v. 462. αἴθοπα οἶνον, id eſt, *æthiopem vinum* vocaverit, ad quem locum Euſt. duas affert cauſas, vel quod aduſtum ſit facie, vel nigrum, vel rubrum, vel quod calidum, & adurens ſit, quod ultimum confirmat Heſychius cum αἴθοπα οἶνον explicat θερμαντικόν, id eſt, *calidum.*

69 Αἰθίοπες, τοὶ διχθὰ, &c.] Lege Αἰθίοπας in accuſativo caſu, non in nominativo. Eſt enim verſiculus Homericus, apud quem ſic legitur Odyſſ. 1. v. 23. in quo Poëtarum parens *Æthiopes* vocat ultimos hominum, de quo videſis Geograph. lib. 1. qui Homerum hac in re defendit.

70 Τὴν γὰρ Αἰθιοπίαν γλῶ πρώτην φασὶ παγῆναι.] Æthiopiam primam terrarum compactam fuiſſe affirmat. Ethnici enim omnium hominum primos extitiſſe Æthiopes exiſtimabant, ut videre eſt apud Diodor. Siculum lib. 3. ſtatim in principio; forebat Æthiopia ebenum, & goſſypium, etſi illud Mantuanus poëta Georgic. lib. 2. v. 116. Indiæ tantum tribuit

— *ſola India nigrum*
Fert ebenum

Audi Herodotum loquentem lib. 3. Αὕτη δὲ χρυσόνλη φέρει πολλὸν, καὶ δένδρεα πάντα ἄγρια, καὶ ἔβενον, i. e. *Hæc vero (Æthiopia) & aurum multum fert, & arbores omnes agreſtes, & ebenum.* Quod etiam confirmat Lucanus lib. 10.

— *ebenus Mareotica vaſtos*
Non operit poſtes, ſed ſtat pro robore vili.

Goſſypium vero ferre canit Andinus vates Georgic. libro citat. v. 120.

Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?
Velleraque, ut foliis depectant tenuia Seres?

Deſcriptionem veteris Æthiopiæ habes apud Diodor. Siculum lib. 3. Strabonem lib. 1. Herodotum lib. 7. & apud alios; hodiernæ apud Franciſcum Alvarez teſtem oculatum, qui ejus itinerarium ſcripſit lingua Luſitana, illuc ab *Emanuele* Luſitaniæ rege miſſus; & apud Oſorium Hiſt. lib. 4. & 9. & apud alios. Omnes eam dividunt in orientalem, & occidentalem. Mantiſſæ loco eſto, *Inſtitutiones Æthiopicæ linguæ* primum typis mandaſſe *Valerium Doricum* Romæ anno Chriſti 1552. poſtea *Wilhelmus Schickardus* Ultrajecti evulgavit ejuſdem linguæ Grammaticam.

71 Πρῶτοι καὶ θεοὺς ἐλίμησαν, &c.] Primos Æthiopes coluiſſe Deos, inquit Breviator noſter, cui etiam accinit Diodor. Siculus libro tertio ſub eorum perſona, φασὶ δὲ παρ' αὐτοῖς πρώτους, &c. *Apud ſe omnium primos Deos colere, ſacrificiorum pompas, & conventus ſolemnes, & alia, per quæ homines Deo honorem impendunt, inventa ajunt.* Ad quæ videtur alludere Homerus Il. 1. v. 423. ubi fingit Jovem unà cum reliquis Diis in Æthiopiam ad ſacrificia, & epulum commune profectum,

— θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.
— *Dii vero ſimul omnes ſequebantur.*

72 Αἰθίοπιον, χωρίον Λυδίας, &c.] Æthiopium Auctoris noſtri eſt locus Lydiæ ad Hyllum fluvium; Harpocrationi, & Suidæ eſt locus, ſeu oppidum Eubœæ. Apud Æthiopium Lydiæ colebatur *Diana* nomine *Æthiopia*, cujus diverſas affert etymologias. Inter alias & πρὸς τὸ αἴθειν, i. e. *urere, ardere, fulgere*, quemadmodum etiam Minerva apud Lycophronem dicitur Αἰθυια, auctore Euſt. ad Odyſſ. prim. ex Baſileæ editione fol. 13. v. 5. de cujus nominibus videſis Cœl. Rhodig. Antiqu. Lect. lib. 14. c. 18.

73 Οἱ δὲ τὴ αὐτῷ τῇ σελήνῃ.] Pueri, qui nondum ære lavantur, ſciunt *Dianam, Lunam, Hecaten, Proſerpinam* eamdem fuiſſe Deam.

σελήνη, ὡσ̣ὰ τὸ αἴθειν, ὡς Καλλίμαχος. Οἱ Α
ᾶ, ὅτι ἡ αὐλὴ ἐστι τῆ Ἑκάτῃ, ἥτις ἀεὶ δᾴδας κα-
τέχει, ὡς Ἐρατοσθένης.

ΑΙΘΥΣΣΕΙΣ, ἔθνος Λιβυκὸν, Μα-
μαριδίταις πάροικον, ὡς Ῥιανός.

ΑΙΚΑΛΟΝ[74], φρούριον τῆς Ἰταλίας· Διο- Β
νύσιος ἐνκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολο-
γίας.

ΑΪΛΑΝΟΝ[75], πόλις Ἀραβίας, ἧς ὁ πο-
λίτης Αἰλανίτης. Τινὲς δὲ κώλπον Αἴλα φασί.
Γλαῦκος δὲ κώμην αὐτὴν λέγει, ἐν Ἀραβι- C
κῶν τρίτῳ, τὰ πρὸς ἕω τῆς Αἴλας. Ὁ πολίτης,
Αἰλανίτης.

ΑΪΛΙΑ[76], πόλις Παλαιστίνης, ἡ πάλαι Ἱε-
ροσόλυμα, ἀπὸ Αἰλίου Ἀδριανοῦ. Ὁ πολίτης,
Αἰλιώτης, ὡς Καισαλιώτης, Ἰταλιώτης. Τινὲς D
δὲ τῶν Αἰλιεῖς αὐτὸς καλοῦσιν, ὡς Εὐδαίμων ἐν
τῇ ὀρθογραφίᾳ, διὰ τοῦ ει διφθόγγου γράφων
τὸ Αἰλία, καὶ τὸ Αἰλιοῦς διὰ τοῦ ι· ὡς τὸ Σίγειόν
φησι, Σιγειοῦς. Ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ Σίγειον καὶ
Σιγειοῦς, δειχθήσε-ται ἐν τῷ οἰκείῳ. Οὐ μὴν τι ἔοι- E
κε τὸ παράδειγμα. Εἰ γὰρ τοῦτο, ὤφειλε δισύλ-
λαβον τὸ Αἰλιοῦς. Παρὰ μίαν γὰρ συλλαβὴν
εὑρίσκεται τὰ τοιαῦτα. Τῆς Ἀντιοχείας, τὸ Ἀν-
τιοχοῦς. Ἀλλ' ἐδὲ ἀπὸ τούτων γίνεται τὰ εἰς οὺς
ἀρσενικὰ, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν εἰς ος. Ἀπὸ γὰρ τοῦ F
Ἀντίοχος Ἀντιοχεὺς, καὶ τοῦ Σελεύκου τὸ Σε-
λευ-

ageret. Alii verò eandem esse, ac lunam, ac sic dictam παρὰ τὸ αἴθειν, i. e. *urere*; ut Callimachus. Alii verò, quod eadem est ac Hecate, quæ semper tædas continet, ut Eratosthenes.

ÆTHYSSEIS, populi Libyci, Marmaridis vicini, ut Rhianus.

ÆCALUM, castellum Italiæ; Dionysius libro decimo sexto Romanæ Antiquitatis.

AILANUM, urbs Arabiæ, cujus civis, Aïlanita. Nonnulli sinum Aïla dicunt. Glaucus vicum Arabicorum ipsam vocat libro tertio. *Quæ ad orientales partes Ailæ.* Civis, Ælanita.

ÆLIA, urbs Palæstinæ, quæ olim *Hierosolyma*, sic dicta ab Ælio Adriano. Civis, Æliota, ut Castaliota, Italiota. Aliqui Ælieis vocant, ut Eudæmo, qui in orthographia per ει diphthongum scribit, Ælia, & Ælieus per iota: ut *Sigeion*, inquit, *Sigeieus*. Sed de horum utroque dicetur proprio loco. Non enim videtur simile exemplum esse. Si enim hoc foret, Ælieus debebat esse disyllabum. Una enim syllaba inveniuntur excedere hujusmodi nomina. Antiochiæ, Antiocheus. Sed nec ab his fiunt masculina in eus, sed ab eis, quæ in ος desinunt. Ab Antiochus enim fit Antiocheus, à Seleucus, Seleuceus,

ut

74 Αἴκαλον, φρούριον τῆς Ἰταλίας.] Ælcalon, castellum Italiæ ex Dionys. Antiquit. Rom. lib. 16. qui desideratur, Latini vocant *Æculanum*, de quo vide, quæ in Ἄσκλος.

75 Αἴλανον, πόλις Ἀραβίας.] Ælanum (sic scribendum existimo) fuit urbs Arabiæ prope Egram ad Ælanitem sinum, cui nomen dedit, auctore Plinio lib. 6. c. 28. audi eum loquentem: *Sinus intimus, in quo Leanitæ, qui nomen ei dedere, Regia eorum Agra, & in sinu Læana, vel, ut alii Ælana, nam & ipsum sinum nostri Ælaniticum scripsere, alii Ælenaticum, Artemidorus Aleniticum, Iuba Læniticum.* Hæc nominis differentia procedit à diverso urbis nomine, quod apud scriptores invenitur, scilicet *Ælat, Elana, Ailat, Ahilat, Ailoth, Ela, Eilat, Eilam, Haila, Aila*, quæ omnia ab Hebræo אילת *Ailath* deduci videntur, cujus fit mentio Deuteron. c. 2. v. 8. Regum 1. c. 9. v. 26. ubi אילות *Ailoth* dicitur. Sita vero fuit juxta Esion-gaber, ubi Salomoh rex classem fecit, quæ erat in littore maris Rubri in ora Idumææ. Quare à *Iacobo Iusto* Hebræo in descriptione terræ Sanctæ, quam *Christiano*, hujus nominis *Quarto*, Daniæ Regi dicavit, *Idumææ urbs* dicitur, qua erat ab Indiis ad Ægyptum transitus. Ejus quoque meminit Josephus Antiquit. lib. 9. c. 12. tempore Achaz filii Jothami regis Judah. Erat sub potestate Judæorum, quibus sub eodem rege Resin Syriæ rex eam eripuit, & Syriæ restituit, ut apparet ex Secundo Regum c. 16. v. 6. Full. Miscell. Sacr. lib. 4. c. 20. eamdem inquit esse cum Albo Pago Strabonis, & Arrhiani; sed locus Geographi Arabis, quem affert Bochartus secunda parte Geographiæ Sacræ non facit pro Fullero. Regum lib. 4. c. 14. v. 22. dicitur Azariah rex Jehudah ædificasse Ælath, & eam restituisse regno Judææ.

76 Αἴλια, πόλις Παλαισίνης, ἡ πάλαι Ἱεροσόλυμα.] Ælia Auctori nostro urbs Palæstinæ, quæ olim Hierosolyma; ab Ælio Adriano Imperatore sic vocatam fuisse Hierosolymam inquit Epitomator noster. Dio Historiæ Romanæ lib. 69. auctor est, *Æliam Capitolinam* ab Adriano cognominatam fuisse, cum eam eversam jam instaurasset, scilicet, à se *Æliam*, à templo Jovis Capitolini, quod eo in loco, ubi veri Dei templum fuerat, ædificavit, *Capitolinam*; jam antea Antiochus rex cum conaretur extinguere religionem Judaïcam, templum, quod erat Hierosolymis, Olympii Jovis, & quod erat in monte Garazim Jovis *Peregrini*, id est. *Hospitalis*, templum appellavit, auctore Eusebio Chronic. Canone num. 1840. Deus enim, ut loquuntur Hebræorum μακρόῤῥις, est ארך אפים, id est, *longus naribus*. Audi Dionem loquentem, & hanc humanarum rerum catastrophen contemplare. Sic enim ille libro citato, Ἐς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν &c. id est, *Quum autem in Hierosolyma urbem eversam duxisset coloniam* (Adrianus) *quamque* Æliam Capitolinam *nominavit, & in loco, ubi templum Dei fuerat, templum Iovi aliud ædificasset, bellum haud parvum, & diuturnum motum est, Iudæis graviter ferentibus, quod exteræ nationes in urbem suam habitatum venirent*, quodque aliena templa in ea ædificarentur. Ubi interpres Latinus non percepit mentem Dionis: siquidem ἱερὰ ἰδρυθῶναι, quod est, *templa ædificari*, vertit, *sacra fieri*, quia τὸ ἱερὸν est æquivocum. Apud Græcos enim significat *sacra*, & *templa*. Sed verbum ἰδρυθῶναι, id est, *ædificari*, adimit amphibologiam. Sacra enim non ædificantur, sed templa. Fuit hoc Judæorum bellum cruentum, ut solent esse, quæ religionis causa suscipiuntur. Eorum dux fuit Cochebas ille celeberrimus audacia, qui sibi titulum *Messiach* tribuit, ac se vocavit *Barcochebah*, id est, *filium stellæ*, alludens ad illud Num. c. 24. v. 17. דרך כוכב מיעקב *darac cochab mejahacob*, id est, *procedet stella ex Iacob.* Postea Judæi eum vocarunt בן כוזיבא *ben coziba*, id est, *filium mendacii*, ludentes in nomine. Dormitabat Hieronymus, cum interpretaturus illa Eusebii Chronic. libro posteriori ex editione Jansonii fol. 166. Μίχεις τὸ καθ' Ἀδριανὸν Ἰουδαίων διαστασίας, id est, *Usque ad Iudæorum contra Adrianum rebellionem.* Ipse vertit, *usque ad eversionem, quam ab Adriano perpessa est Hierusalem.* Hierosolyma enim non fuit eversa ab Adriano, sed instaurata, ut apparet ex Dionis verbis. De Hierosolymis verò vide, quæ suo loco annotamus.

77 Εἰ

λόκευς, ὡς Ἄβρων ταῦτ παρωνύμων. 77 Εἰ γὰρ ὠθεὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ᾧ ἂν Ἀλεξανδρεύς· ἀμφοῖν δ' ὁ Ἀλέξανδρος ἀρχή.

ut Abro de derivatis. Si enim ab Alexandria fieret Alexandreus, utriusque esset origo, Alexandrus.

ΑΙΜΟΝΙΑ 78, ἡ Θετταλία, ἀπὸ Αἵμονος. Αἵμων ὁ υἱὸς μὲν Χλώρης καὶ Πελασγοῦ παῖς δὲ Θεσσαλοῦ, ὡς Ῥιανὸς καὶ ἄλλοι. Αἵμων οὖν καὶ τὸ ἐθνικὸν, ὡς Αὔσων, καὶ Ἀρκάς, καὶ Μαίων, καὶ Ἴων, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπὸ χωρῶν ἀφ' ἡρώων φερόμενα, ἔχει παραλήγοντα κυρίων. Τέτοις ἀττικῶς ὁμοφωνεῖ τὰ ἐθνικά. Κίλιξ τὸ κύριον, καὶ τὸ ἐθνικὸν, ὅπ Κιλικία· Φρὺξ, Ἀχαιὸς, καὶ τὰ ὅμοια. Τὸ δὲ Κρότων, ὡς Κράννων καὶ Κολοφών, πόλεών ἐσιν ὀνόματα. Ὁ δὲ λόγος τῶν ὡς ἀττικοτέρου ἀφὸ τὸ Αἰολος, Αἰολία ἡ χώρα, καὶ τὸ ἐθνικὸν Αἰολεύς. Ἡρωδιανὸς δέ φησιν, ὅτι τοῖς συνοικισταῖς συνεχῶς ὁμοφωνεῖ τὰ ἐθνικά, δηλονότι καὶ γραφῇ καὶ τόνῳ. 79 Τὸ Τεῦκρος ὡς τριγλῶς ὠξυνθη. Εὑρίσκεται καὶ πόλεσιν ὁμοφωνοῦντα τὰ τῶν κλιτῶν ὀνόματα Κάμιμος, καὶ ὁ κλίτης, καὶ ἡ νῆσος. Ὁμοίως Τροιζὴν, Κολοφῶν, Κόρινθος, Κῶς, Σικυών, Κύρνος, Λέσβος. Εὗρε δ' ὅτε καὶ ἀπὸ τῶν τριγῶν εὑρίσκεται ἐν ὄνομα, κλίτης, πόλεως, καὶ ἔθνους ὡς τὸ Δάρδανος. Λέγεται καὶ Αἱμονιεὺς τὸ ἐθνικὸν, ὡς Ἀμβρακιεύς. Καὶ Αἱμόνιος. Καὶ Αἵμονες εἰσὶ, 80 καὶ Αἱμονία, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Αἵμονος καὶ Λυκάονος παιδὸς, ὡς Παυσανίας ἐγδόῳ περιηγήσεως Ἑλλάδος. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως. Οὕτως εὕρομεν τὰ τῆς χρήσεως.

Æ M O N I A, *Theſſalia* ſic dicta ab Æmone. Æmo verò fuit filius Chlori filii Pelaſgi, pater Theſſali, ut Rhianus & alii. Æmo igitur non ſolum eſt nomen proprium viri, ſed etiam gentile, ut Auſo, Arcas, Mæo, Io, & quæcunque hujuſmodi de regionibns per jota prolata originem habent à *nominibus* propriis. His æque gentilia conſentiunt, ut Cilix, nomen propr. & gentile, quoniam Cilicia ab eo fit. Sic Phryx, Achæus, & ſimilia. Croto verò, ut Cranno, & Colopho urbium ſunt nomina. Sed nos loquimur de frequentioribus propter *Æolus*, à quo *Æolia* regio, Æoleus gentile. Herodianus verò inquit, quod conditoribus frequenter conveniunt gentilia, ſcilicet & ſcriptura, & accentu. Teucrus verò, ut, tres habens generationes, acuitur. Inveniuntur, & urbibus convenientia conditorum nomina, ut Camimus, & conditor, & inſula. Eodem modo Trœzen, Colophon, Corinthus, Cos, Sicyon, Cyrnus, Lesbus. Aliquando & de tribus idem invenitur nomen, de conditore, urbe, & natione, ut Dardanus. Dicitur etiam gentile, Æmonieus, ut Ambracieus. Et Æmonius, & Æmones ſunt. Et Æmonia, urbs Arcadiæ ſic dicta ab Æmone Lycaonis filio, ut Pauſanias libro octavo deſcriptionis Græciæ. Gentile eod. modo. Sic invenimus uſum horum nominum.

ΑΙΜΟΣ 81, ὄρος Θρᾴκης. Λέγεται δὲ ἀδελφῶς, ὡς οἱ πολλοί. Ἔγημε δὲ ὁ Αἵμος υἱὸς Βορέου καὶ Ὠρειθυίας, ἀφ' ἧς καὶ τὸ ὄρος.

Æ M U S, mons Thraciæ. Dicitur etiam neutro gen. ut plures. Fuit verò Æmus Boreæ, & Orithyiæ filius, à quo & mons ſic fuit vocatus.

ΑΙΝΕΙΑ 82, τόπος Θρᾴκης, ὡς Αἶπεια, Ζέ-

Æ N E A, locus Thraciæ, ut Ægea, Ze-

77 Εἰ γὰρ ὠθεὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν &c.] Inquit; Gentile Alexandreus, non deduci ab Alexandria, ſed ab Alexandro, ut & nomen urbis. Quare, ſi res foret arbitrii mei, pro Ἀλεξανδρεύς, legerem, Ἀλεξανδρειεύς. Sic enim videtur argumentari: Alexandreus non dicitur ab Alexandria. Sic enim diceretur Alexandrieus, atqui dicitur Alexandreus; ergo ab Alexandro dicitur, ut & Alexandria.

78 Αἱμονία, ἡ Θετταλία, ἀπὸ Αἵμονος.] *Æmonia*, fuit vocata *Theſſalia* ab Æmone. Theſſalia verò fuit regio Græciæ celeberrima, nomen adepta à Theſſalo Æmonis filio, de qua vide ſuo loco obſervationes noſtras; nec non Strabonem lib. 9. ubi diverſa ejus nomina refert. De Æmonia verò ſic loquitur Plinius lib. 4. c. 7. *Sequitur mutatis ſæpe nominibus Æmonia, eadem Pelaſgicum Argos, Hellas, eadem Theſſalia, & Dryopis, ſemper à regibus nominata, ibi genitus rex nomine Græcus, à quo Græcia, ibi Hellen, à quo Hellenes, hos eoſdem Homerus tribus nominibus appellavit, Myrmidonas, & Hellenas, & Achæos.* Cæterum Æmonius adjectiv. ut plerunque à Poëtis ſumitur; pro Theſſalicus. Sic Ovid. Triſt. lib. 4. Elegia 1. v. 15.

Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achillis
Hæmonia curas attenuaſſe lyra.

Ubi *Hæmonia* lyra eſt *Theſſalica*. Scribitur enim cum aſpiratione & ſine ea.

79 Τὸ Τεῦκρος, ὡς τριγλῶς &c.] Locutus de Ethnicorum accentibus ex eorum regula excipit τὸ Teucrus, quod habet tres generationes, *hoc eſt*, tria genera, Teucrus, a, um.

80 Καὶ Αἱμονία, πόλις Ἀρκαδίας &c.] Æmonia, urbs Arcadiæ, nomen adepta ab Æmone Lycaonis filio ex Pauſ. l. 8. cujus ætate jam non extabat, niſi vicus, ut ipſe refert eod. lib.

81 Αἷμος, ὄρος Θρᾴκης.] Æmus, vel Æmum, hoc eſt, maſc. & neut. gen. Scribitur etiam cum aſpiratione, & ſine ea. Fuit mons Thraciæ, cujus meminit MaroGeorg. l. 1. v. 492.

Nec fuit indignum ſuperis bis ſanguine noſtro
Æmathiam, & latos Æmi pingueſcere campos.

Ubi Servius inquit, fuiſſe montem Theſſaliæ, ſed eum fefellit opinio. Strabo enim, Plinius, & Mela Thraciæ montem eſſe affirmant. Poëtarum Princeps illic ὑπερβολικῶς loquitur, ut occiſorum in illis prælüis multitudinem oſtenderet, inquit, non ſolum Æmathiam, ſed etiam Æmi campos, eorum ſanguine pingues redditos fuiſſe.

82 Αἶνεια, τόπος Θρᾴκης, ὡς Αἶπεια.] Ænea, locus Thraciæ, ut Ægea, pro τόπος, id eſt, *locus*, lege, πόλις, id eſt, *urbs*. Id enim ratio clamat, quia inquit, ὡς Αἶπεια, quæ ab eo πόλις, id eſt, *urbs* vocatur ſuo loco. Quin etiam ſtatim ſubdit Θέων Αἰνειάδας τοῦτο καλεῖ, id eſt, *Theo Æneadas hanc vocat*, quod referri debet πρὸς τὸ πόλις. Fuit verò Ænea, urbs ab Ænea condita in Thraciæ peninſula nomine *Pallene*, in qua navigationis pertæſos reliquerunt, quæ ad Caſſandrum uſque Macedonum regem manſit, quo regnante dirutis priſtinis ſedibus Æneatæ ejus incolæ Theſſalonicam recens conditam cum aliis multis habitatum ivere, ut refert Dionyſ. Hal. Antiquit. Roman. lib. 1. Quod etiam confirmat Strabo in Epitome lib. 7. In hac urbe quotannis conditori Ænex ſacrificium cum magna cæremonia fieri ſolebat, ut rerum monumentis tradit Livius lib. 40. Ex verbis Theonis in Lycophronis ab Auctore noſtro allatis apparet Æneam in hac urbe à ſe condita ſepeliviſſe patrem Anchiſen.

Ζέλεια, ἀπὸ Αἰνείας. [83] Θέων Αἰνειάδας πώτλω καλεῖ, ὑπομνηματίζων τὸ Λυκόφρονα· Αἰνείας δὲ μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν εἰς Θρᾴκην παρεγένετο, καὶ ἔκτισε πόλιν Αἰνειάδας, ὅπου τὸν πλάτανον ἔθαψε. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰνειάτης. Οὐ γὰρ ὠνόμασται, ὅτι μὴ ἐνδεῖ μιᾶς συλλαβῆς ὃ πρωτότυπος, ὡς εἴπομεν ἐν τῇ Αἰλίᾳ. Ἔστι καὶ Αἰνεάτης, ὡς Κορσέαι Κορσεάτης, Τύδρειαι Τυδρεάτης, Ὄρειαι Ὀρεάτης, Κέγχρειαι Κεγχρεάτης, χωρὶς τοῦ ι. σεσημείωται. Καὶ πόλις Τυρρηνίας, ἧς οἱ οἰκήτορες Αἰνεῖοι.

Zelea, ab Ænea. Theo *Æneadas* hanc vocat in commento in Lycophronem: *Æneas verò post Ilii excidium in Thraciam venit, atque Æneadas urbem condidit, ubi patrem sepelivit.* Gentile, Ænieus. Quod adulterinum est, quoniam non indiget unius syllabæ prototypi, ut diximus in Ælia. Est & Æneata, ut à Corseæ, Corseata, Hydreæ, Hydreata, Oreæ, Oreata, Cenchreæ, Cenchreates, *jota* silente. Est etiam Ænea, urbs Tyrrheniæ, cujus incolæ, Ænei.

ΑΙΝΗΘΟΣ, ὄρος· Αἰσχύλος. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰνήθιος.

ÆNETHUS. mons, Æschylus. Gentile, Ænethius.

ΑΙΝΙΑ [84], μετὰ τοῦ ι, πόλις Περραιβῶν. Καὶ Αἰνιᾶνες, οἱ οἰκήτορες. Καὶ Αἴνιος, ποταμὸς αὐτῆς. Λέγονται δὲ καὶ Αἰνιεῖς, [85] ἐκαλοῦντο δὲ, ὡς Μηλιεῖς, οἱ αὐτοί. [86] Στράβων δὲ ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ φησὶν, ἐν τῷ Πόντῳ Αἰνιᾶνας ἄλλους εἶναι, οὓς καλεῖσθαι νῦν Παρσίους. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰνιάν. Καὶ εἰ μὲν ἀπὸ τοῦ κυρίου Αἰνιᾶν γέγονεν, ὅλος ὁ ὁμοφωνία αὐτῆς, ὡς τὸ Τρῶς, καὶ Ἀχαιὸς, μὴ ὁμοφωνεῖται τοῦ Τεῦκρος, [87] καὶ Γυναικός. Εἰ δὲ ἀπὸ τῆς πόλιν, εὑρεθήσεται πότερον Αἴνιος, ὡς ἡ Λυκίας Λύκιος. Εἴτε ἀπὸ τῆς ὁμωνυμίαν τοῦ ποταμοῦ, πρὸς διάκρισιν, Αἰνιὰν γενέσθαι, ὡς μέγιστος μεγάλου. Τὸ γηλυκὸν Αἰνιανὶς, ὡς Βισωνίς. Καὶ τὸ κτητικὸν, Αἰνιακὸς κόλπος.

ÆNUS, urbs Thraciæ, *Apsynthus* vocata Strabo libro septimo: *In exitu verò Ebri*, proponit Steph. quam correctionem accepi ab amico meo *Theodoro Hillensbergio*, qui una cum juris peritia 8 linguar. cognitionem conjunxit. Tria olim Ennii corda mirabatur antiquitas, quod sciret Latinè, Græcè, Oscè. Cecrops ille Atticæ Rex διφυὴς vocabatur, quod Græcam & Ægyptiam linguam calleret; Theodorus quandam linguarum diapasῶn confecit.

ΑΙΝΟΣ [88], πόλις Θρᾴκης, Ἄψινθος καλουμένη, [89] Στράβων ζ. ἐν ᾗ τῇ ἑβδόμῃ Ἔβρος

88 Αἶνος, πόλις Θρᾴκης, Ἄψινθος καλουμένη.] Ænus, quinque hujus nominis urbes memorat Auctor noster, celebrior erat Thraciæ vicina Macedoniæ *Apsynthos* dicta, nec non *Poltymbria*, vel *Poltiobria*, quam celebrat Poëtarum parens Il. 4. v. 520.

— βάλε δ' Θρηκῶν ἀγὸς ἀνδρῶν
Πείρως Ἰμβρασίδης, ὃς ἄρ' Αἰνόθεν εἰλήλουθει.
— percussit autem Thracum dux virorum
Piros Imbrasides, qui ex-Æno venerat.

Thraces enim Trojanis auxiliaturi venerant ex Æno urbe, auctore Eust. ad Homericum carmen citatum. Sic verò vocata fuit ab Ulyssis socio illic sepulto, ut Euphorio, & Callimachus apud Servium ad Æneid. lib. 3. v. 18. qui fallitur, cum scribit Ænum urbem fuisse ab Ænea conditam, motus fortasse auctoritate Melæ, qui lib. 2. c. 2. inquit Ænum ab Ænea profugo conditam. Ænia enim, non Ænos fuit ab Ænea condita, ut suo loco annotavimus. At illos nominis πταισμα decepit. Fuit Ænos sita prope Maroneam, auct. Liv. lib. 31. c. 16. cujus sunt verba: *Et Maroneam quidem primo impetu expugnavit, Ænum inde cum magno labore, postremo per proditionem Ganymedis præfecti Ptolemæi cepit.*

89 Στράβων ζ.] Advocat Strabonem ex libro septimo. Hic liber Strabonis integer non extat; at ex ejus fragmento apparet Ænon *Poltiobriam* vocatam fuisse, ac si diceres *Poltu-civitatem*. Quippe *Bria* Thracum lingua *civitatem* significat nostro Auctori in Μεσημβρία, sed ἀπὸ τῆς Πολυμβρίας dicitur quoque *Poltymbria*, ut Sellembria, Mesembria.

90 Αἴξω-

83 Θέων Αἰνειάδας πώτλω καλεῖ.] Theon *Æneadas* vocat, quam alii appellant *Æneam* urbem Thraciæ ab Ænea conditam. Maro etiam ut Theo plurativo numero usus est Æn. l. 3.

— — *Et littore curvo*
Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis
Æneadasque meo nomen de nomine fingo.

Ubi Servius non audiendus est, qui putat Poëtam de Æno Thraciæ quoque urbe hic fuisse loquutum, quæ erat ab hac diversa, ut claret ex nostro Auctore, de qua vide quæ suo loco annotamus.

84 Αἰνία, μετὰ τοῦ ι, πόλις Περραιβῶν.] Ænia, per *jota*, urbs Perrhæborum, de quibus suo loco. Æniæ incolæ, *Ænianes*, & *Ænei*, seu Latino ore *Ænienses* dicebantur; qua de urbe audi Liv. loquentem, cujus ex lib. 44. c. 10. sunt verba, quæ sequuntur: *Revocatis igitur in naves militibus, omissaque Thessalonicæ oppugnatione, Æniam inde petunt. Quindecim millia passuum ea urbs abest, adversus Pydnam posita, fertili agro.* Liv. Macedoniæ adscribit & lib. 40. c. 4. *Æneam* vocat, per incuriam transscribentis existimo; ipsissima enim erat urbs.

85 Ἐκαλοῦντο δὲ ὡς Μηλιεῖς.] Vocabantur verò ut Melienses. Existimo hæc verba superabundare. Jam enim dixerat Λέγονται δὲ καὶ Αἰνιεῖς, id est, Dicuntur verò & *Ænienses*.

86 Στράβων δὲ ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ.] Inquit Topographus Strabonem lib. 14. alios Ænianas in Ponto locasse, qui suo tempore *Parsii* vocabantur. Tria commisit Auctor noster πταισμαθία. Strabo enim non libro 14. sed 11. nec in Ponto, sed juxta mare Caspium Ænianas locat, nec *Parsios*, sed *Parrhasios* vocat. Ejus ex libro citata sunt verba: Φασὶ δὲ Παῤῥασίων τινὰς &c. i. e. *Ajunt quosdam Parrhasiorum habitasse cum Anaxiacis, quos Parrhasios nunc vocari, Ænianes autem in Vitia munivisse urbem, quæ nunc Æniana vocatur.*

87 Καὶ Γυναικός.] Lege καὶ Ἀχαικός. Id nominis enim analogiam quandam habet cum Ἀχαιὸς, cujus exemplum

Ebri, qui duo ostia habet, est urbs Ænus, opus Cumæorum. Sic verò fuisse vocatam puto, quod prope Ossam erat Ænus fluvius, & pagus ejusdem nominis. Secunda verò est, quæ ab Æno Gunei fratre nomen habet. Tertia est urbs Thessaliæ. Quarta est Locrorum Ozolorum. Quinta est juxta Thapsacum, & Euphratem. Est etiam insula hujus nominis adjacens Arabiæ felici. Gentile, Ænius, ut Tenius. Sic enim scribitur in tabulis. Hanc Apollodorus *Poltymbriam* inquit vocari. Est & locus Ænus in Epiro, quæ est è regione Rhodiorum.

ÆXONIA, urbs Magnesiæ. Gentile, Æxoneus. Est etiam Æxona populus Cecropidis tribus acuto tono, ut solent nomina multorum populorum. Popularis, Æxoneus. Fœmininum ut Arthminis. Dicitur etiam αἰξωνιάζειν, id est, *accusare*. Etenim Æxonei, ut maledici, & sycophantæ proscindebantur. Localia, ex loco, ex-Æxonia, in locum, in-Æxoniam, in loco, in-Æxonia.

ÆOLIA, insula Æoli. Homerus:

Æoliam ad insulam pervenimus.

Gentile simili modo, ac ejusdem vocis; ac conditor, ut Thessalus, Italus. Dicitur etiam Æoleota, ut Siceliota. Dicuntur etiam qui Lesbum incolunt, Æolei, ab Æoli filiis; ut Doriei, à Dori filiis. Ex quibus Æolicæ coloniæ, qui & *Æoliones* vocantur.

ÆO-

Ἔρξ διστόμῳ ὄνῃ, πόλις Αἴνου, καὶ κλίσμα Κυμαίων. Κληθῆναι δὲ αὐτὴν, ὅτι πλησίον τῆς Ὄσσης ἐστὶ Αἶνος ποταμὸς, καὶ κώμη ὁμώνυμος. Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Αἴνου τοῦ Γυνέως ἀδελφοῦ δευτέρα. Ἔστι καὶ πόλις Θεσσαλίας τρίτη. Ἔστι Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων πέμπτη. Καὶ Θάψακον καὶ τὸν Εὐφράτην πέμπτη. Ἔστι καὶ νῆσος πρόκειμένη τῇ εὐδαίμονι Ἀραβίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Αἴνιος, ὡς Τήνιος· οὕτω γὰρ ἀναγράφεται ἐν τοῖς πίναξι. Ταύτην Ἀπολλόδωρός φησιν ὠνομάσθαι Πολυμβρίαν. Ἔστι καὶ τόπος Αἶνος ἐν τῇ κατὰ Ῥόδιον Ἠπείρῳ.

Ἀ Ἴ Ξ Ω Ν Ί Α [90], πόλις Μαγνησίας. Τὸ ἐθνικὸν Αἰξωνεύς. [91] Ἔστι καὶ Αἰξωνὴ δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς, ὀξυτόνως, ὡς εἴθισται πολλῶν τῶν δήμων. Καὶ ὁ δημότης, Αἰξωνεύς. Τὸ θηλυκὸν Αἰξωνὶς, ὡς Ἀρθμινίς. Καὶ αἰξωνεύειν, τὸ καταγορεύειν. Βλάσφημοι γὰρ καὶ συκοφάνται κωμῳδοῦνται. Τὰ τοπικὰ, ἐκ τοῦ Αἰξωνῆθεν. εἰς τόπον, Αἰξώναδε, καὶ Αἰξώνασε. Καὶ ἐν τόπῳ, Αἰξωνῆσι.

Α Ἰ Ο Λ Ί Α [92], νῆσος Αἰόλου. Ὅμηρος·

Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθα.

[93] Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως, καὶ ὁμόφωνον τῷ οἰκιστῇ, ὡς Θετταλὸς, Ἰταλός. Ἀλλὰ καὶ Αἰολεώτης, ὡς Σικελιώτης. Λέγονται καὶ οἱ τὴν Λέσβον οἰκοῦντες Αἰολεῖς, ἀπὸ τοῦ Αἰόλου παίδων· ὡς Δωριεῖς, ἀπὸ τῶν Δώρου. Ἀφ' ὧν αἱ Αἰολικαὶ ἀποικίαι, αἳ καὶ Αἰολίωνες ὀνομάζονται.

Α Ἰ Ο Ά-

90 Αἰξωνία, πόλις Μαγνησίας.] Celebrat Topographus Æxoniam, urbem Magnesiæ. Magnesia verò erat regio juxta fluvium Mæandrum; de qua urbe altum apud scriptores silentium.

91 Ἔστι καὶ Αἰξωνὴ δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς.] Æxone Cecropidis tribus oppidum celebratur, cujus oppidani carpebantur apud Athenienses tanquam maledici, ut inquit noster, nec non Suidas, Harpocratio. Cœl. Rodig. Lect. Antiquar. lib. 18. c. 25. Ideo αἰξωνεύειν significabat *maledicere*, & *accusare*: quo verbo usus est Menander, & Plato Philosophus, non Comicus, ut inquit Erasmus in αἰξωνεύειν ex Harpocratione. Nam Plato, quem citat Harpocratio illo loco est Philosophus, non Comicus, quandoquidem ejus de *Fortitudine* librum laudat Harpocratio.

92 Αἰολία, νῆσος Αἰόλου.] Æolia, insula Æoli, ex Hometo, apud quem invenitur illud hemistichium Odyss. 10. v. 1. cujus integra carmina sunt, quæ sequuntur:

Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθα, ἔνθα δ' ἔναιεν
Αἴολος Ἱπποτάδης φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι
Πλωτῇ ἐπὶ νήσῳ.

In Æoliam verò pervenimus, ubi habitabat Æolus Hippotades charus immortalibus Dis Navigabili in insula.

Quæ Andinus vates imitatus est Æneid. lib. 1. v. 56.

Ventorum in patriam loca fœta furentibus austris Æoliam venit.

Ad quem locum Servius: *Novem autem insulæ, quæ sunt circa fretum Siciliæ* (Siciliæ) *vocantur Æoliæ ab Æolo rege Hippotæ filio, licet propria nomina habeant.* Plinius lib. 3. c. 8. *Septem* inquit *fuisse, Citra verò Siciliam ex adverso Metauri amnis* XII (XV) *millibus ferme pass. ab Italia septem Æoliæ appellatæ, eædem Liparæorum, & Hephæstiades à Græcis, à nostris Vulcani Æoliæ, quod Æolus Iliacis temporibus ibi regnabat.* Hæ verò insulæ πλωταὶ, id est, *navigabiles* dicebantur, quoniam undequaque ad eas navigari poterat, ut testatur Periegeta v. 466. quod etiam confirmat ad eundem versum Eust. Qua de causa ego in tertio illo Homeri carmine πλωτῇ ἐπὶ νήσῳ verti *navigabili in insula*, cum interpres Latinus secutus Aristarchi opinionem vertat *natanti in insula*, sed malè ejus pace, & Aristarchi. Τὸ πλωτὸς enim non significat *natantem*, sed *navigabilem*. De earum nominibus non convenit inter auctores. Plinio libro, capiteque citato sic nominantur, Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusa, Phœnicusa, Euonymos; quarum maxima erat Lipara, aqua, tanquam à parte eminente omnes Lipareorum insulæ dicebantur. Lipara verò olim *Meligunis* quoque vocata fuit, referente Eustathio ad Periegetæ carmen citatum. Apud Liparam Duellius consul primus Romanorum navali prælio Carthaginenses superavit, ac primus maritimum egit triumphum, auctore Floro lib 1. c. 2. Inter has insulas sola Lipara hodie habitatur.

93 Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως &c.] Nomen gentile est idem ac conditoris, ut Thessalus, Italus. Quibus verbis innuit ab Æolo insulam *Æoliam* nomen accepisse, & Græcè, & Latinè dicitur eadem phrasiologia, quod negat Scaliger Animadvers. in Euseb. fol. 37. num. 594. Non solum enim dicitur *condere urbem*, ut Scaliger putat, sed etiam *condere gentem*, *condere Parthos*, quo utitur Curtius lib. 6. c. 2. nec non Solinus c. 8. inquit: *Quis ignorat Iapygas ab Iapyge Dædali filio conditos.* Nescio quomodo eruditissimo viro non occurrebat illud Maronis ex Æneid. lib. 1. v. 37.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

In omnibus rebus dubiis intricatisque τὸ ἐπέχειν est melius, quam affirmare, seu negare. Noster innuit Æoliam insulam ab Æolo nomen accepisse, quod eam seu condidisset, seu in eam coloniam deduxisset. Plinius libro capiteque supra citato, auctor est, sic vocatam, quod in ea Iliacis temporibus Æolus regnasset. à quo *Æolides* vocatur *Ulysses* Maroni Æneid. lib. 6.

—— —— *Comes additur una*
Hortator scelerum Æolides.

Scilicet, quod esset nepos Æoli ex ejus filio Sisypho.

ΑΙ᾽Ο᾽ΛΙΟΝ, τὸ Θρᾴκης χερρόνησε πόλις. A Θεόπομπος ἐν Φιλιππικοῖς εἰκοστῇ τρίτῃ· Ἐπορεύθην εἰς πόλιν Αἰόλιον τὴν Ἀττικῆς μὲν οὖσαν, πολιτεύομένην δὲ μετὰ τῶν Χαλκιδέων. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰόλιος, ὡς Ῥοίτιος. Καὶ Αἰολιήσιος. Δώσουσι δὲ τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ Αἰόλου B εἶναι, ἔθεν καὶ τὸ Αἰόλειον· ὥστε γένικὸν εἶναι τοῦ ἔθνους, καὶ ἰδικὸν τοῦ πόλεως, ὡς ὁ Ἠπειρώτης, καὶ ὁ Πόντιος, τὸ γενικῶν καὶ τὸ ἰδικῶν.

ΑΙ᾽ΠΕΙΑ [94], πόλις Λακωνικῆς, ὡς Ζέλεια· Καλλιώτ᾽ Αἴπειαν, καὶ Πήδασον. C

[95] Οὕτω καὶ ἡ Κύπρος. Τρίτη Κρήτης, ὡς Ἑλλάνικος. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰπεάτης, ὡς Κορσεάτης, Τ᾽Βρεάτης. Ἐπὶ μὲν τῶν τοιούτων ἐνίοτε μένοντος τοῦ ι, ἀφαιρεῖται τὸ α· ὡς Δικαιαρχείτης, Σαμαρείτης, Ζελείτης. Ἔνθ᾽ ὅτε μὲν μένοντος τοῦ ε, D ὑφαιρεμένου τοῦ ι, τὸ α εἰς ω ἀμείβεται· ὡς Ἡρακλεώτης, Μαρεώτης, καὶ Ῥαφεώτης.

ΑΙ᾽ΠΥ [96], πόλις Μεσσηνίας·

[97] Καὶ Θρύων Ἀλφειοῖο πάρον, καὶ εὐκλειτὸν Αἶπυ. E

[98] Ἀπὸ τῆς ἐρυμνότητος Αἶπυ καλεμένη. Τὸ ἐθνικὸν Αἰπύτης, ὡς Αἰγύτης.

ΑΙ᾽ΡΑΙ᾽, πόλις Μακεδονίας. Ἔστι καὶ ἄλλη Ἰωνίας. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰρεύς. Τὸ δὲ τῆς Μακεδονίας, Αἰραῖος. Ἔστι καὶ παρὰ Ἑλλησπόντῳ, ἧς F τὸ ἐθνικὸν Αἰρᾶτης, παρὰ Ἀνδροτίωνι ἐν ἕκτῃ Ἀτθίδος.

ΑΙ᾽ΣΑ, πόλις Θρᾴκης, παρεσχὴς τῇ Παλλήνῃ. Αἰσαῖος, ὡς Αἶα Αἰαῖος.

ΑΙ᾽ΣΥ᾽ΜΗ [99], πόλις Θρᾴκης. Ὅμηρος· G Τὸν ῥ᾽ ἐξ Αἰσύμηθεν ὀπυομένη τέκε μήτηρ. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰσυμαῖος, ὡς Δύμη Δυμαῖος.

ΑΙ᾽ΣΩΝ

ÆOLIUM, urbs Thraciæ Cherſoneſi. Theopompus in Philippicis vigeſimo primo: *Profectus ſum in Æolium Atticæ urbem, ſed quæ legibus Chalcidenſium utitur.* Gentile, Æolius, ut Rhœtius, & Æoleius. Quod poteſt eſſe ab Æoleus, unde Æoleium; ſic ut generale ſit gentis, & particulare civitatis, ut Epirota, & Pontius, quæ ſunt generalia & particularia.

ÆPEA, Laconicæ urbs, ut Zelea:

Pulchramque Æpeam Pedaſumque.

Sic & quæ Cypri. Tertia Cretæ, ut Hellanicus. Gentile, Æpeata, ut Corſeata, Hybreata. De hujuſmodi enim nominibus aliquando manente *iota*, adimitur a, ut Dicæarcheita, Samareita, Zeleita. Aliquando manente e, & ablato *iota*, a in o *mega* mutatur, ut Heracleota, Mareota, Rhapheota.

ÆPY, urbs Meſſeniæ:

Et Thryum Alphei vadum, & bene conditum Æpy.

A munitione Æpy vocata. Gentile, Æpyta, ut Ægyta.

ÆRÆ, urbs Macedoniæ. Eſt & alia Ioniæ. Gentile, Æreus. Gentile verò ex Æris Macedoniæ, Æræus. Eſt & alia prope Helleſpontum, cujus gentile, Ærates, apud Androtionem ſex Atthidis.

ÆSA, urbs Thraciæ, juxta Pallenam. Gentile, Æſæus, ut ab Æa, Ææus.

ÆSYMA, urbs Thraciæ. Homerus:

Quem ex Æſyma compreſſa peperit mater.

Gentile, Æſymæus, ut à Dyma, Dymæus.

ÆSON,

94 Αἴπεια, πόλις Λακωνικῆς.] Æpea, urbs Laconicæ, cujus meminit Homerus in illo hemiſtichio ab Stephano citato. Ejus integer verſus legitur Il. 9. v. 152. hoc modo:

Καλλιώτ᾽ Αἴπειαν, καὶ Πήδασον ἀμπελόεσσαν.
Pulchramque Æpeam, Pedaſumque vitiferam.

Hæc erat una ex ſeptem urbibus, quas Agamemnon apud Homerum Achilli pollicebatur, de qua, quæ ſequuntur, ſunt Strabonis verba ex ejus lib. 8. Ἡ δὲ Αἴπεια νῦν Θυρέα καλεῖται, ὃν ἔφαμεν ὅμορον Φήραις, ἱδρῦσθαι δ᾽ ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ ὄνομα. id eſt, *Æpea autem* Thuria *nunc vocatur, quam finitimam Pheris diximus; ſita verò eſt in ſublimi colle, à quo & nomen habet.* Scilicet, quia Græcè αἰπεῖα Latinè dicitur *ſublimis* ſeu *alta*. Nec alia eſt differentia, cum eſt nomen adjectivum, ac cum eſt nomen urbis, niſi in accentu. Nam cum eſt nomen urbis, habet accentum in antepenult. Cum verò eſt nomen adjectiv. habet accentum circumflexum in penultima. Nihil de hac urbe memoratu dignum memini me legiſſe. Si extaret Polemonis Ilienſis opus de urbibus Lacon. aliquid inde expiſcari poſſemus, ſed id vetuſtas, ſeu temporum calamitas nobis invidit.

95 Οὕτω καὶ ἡ Κύπρος &c.] Sic & Cypri. Si res foret mei arbitrii, legerem, δευτέρα Κύπρος, id eſt, *ſecunda Cypri.* Statim enim ſequitur τρίτη Κρήτης, id eſt, *tertia Cretæ.* Æpea igitur urbs Cypri, quam ſecundo loco celebrat Auctor noſter, condita fuit à Demophonte Theſei filio ad Clarium montem, quam poſtea Philocyprus rex Cypri ſuaſu Solonis in ſubjacentem & pulchrum campum tranſtulit, ac in honorem Solonis *Solos* vocavit, ut rerum monumentis tradit Plutarchus in Solone.

96 Αἶπυ, πόλις Μεσσηνίας.] Æpy, urbs Meſſeniæ celebratur Auctori noſtro. Meſſenia verò erat Peloponneſi regio. Illius meminit Strabo Geographiæ lib. 8. At nihil de eo memoria dignum tradit.

97 Καὶ Θρύον, &c.] Eſt verſiculus Homericus, quem innominato Auctore Auctor noſter advocat, reperitur Il. 2. v. 593. ad quem locum inquit Euſtathius, aliquos in τῷ δύκλειον Αἶπυ Homerico, quærere, utrum utrius ſit epithetum, qui dicunt, τὸ δύκλειον eſſe epithetum, τὸ αἶπυ verò eſſe nomen urbis, quæ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ſic fuit vocata, juxta Strabonem, quem plerumque Geographum appellat, Strabo verò Euſtathii ſententiam confirmat libro Geographiæ octavo, id nominis ſonat Latine *ſublime.*

98 Ἀπὸ τῆς ἐρυμνότητος Αἶπυ καλεμένη.] Æpii, urbs Meſſeniæ ſic vocata fuit, inquit noſter ἀπὸ τῆς ἐρυμνότητος, i. e. *quod munita eſſet*; ſed fallitur. Nomen enim accepit quod eſſet *ſublimis*, h. e. *excelſo loco poſita*, ut obſervatione præcedenti apparet ex Euſtathio & Strabone. At verum eſt olim munita oppida in altis collibus, & præruptis locis ædificari, nomen verò, cum ſignificat urbem, habet accentum circumflexum in penultima; cum eſt adjectivum, habet accentum gravem in ultima, ac tunc ſignificat *altum* ſeu *ſublime.* Ad quod alludit Statius libro quarto Theb. cum inquit:

—— *& ſummis ingeſtum montibus Æpy.*

99 Αἰσύμη, πόλις Θρᾴκης.] Æſyme, urbs Thraciæ ex Homero, apud quem legitur carmen illud Il. 8. v. 304. ad quem locum nihil memoratu dignum affert Archiepiſcopus Theſſalonicæ.

1 Αἴδων,

ΑΙΣΩΝ[1], πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ Αἴσωνος τοῦ Ἰάσονος πατρὸς, ἧς τὸ ὄνομα διὰ τοῦ ο κλίνεται, ὡς Ἡσίοδος. Τὸ τοῦ Αἰσονίδης, ἀπὸ τοῦ Αἴσων, ἡδὲ Φέρητα αἰεί. Τὸ ἐθνικὸν, Αἰσώνιος. Καὶ Φερεκύδης τὴν πόλιν Αἰσωνίαν φησί. Τῆς δὲ Αἰσωνίας τὸ ἐθνικὸν δυνατὸν Αἰσωνιεύς, ὡς Γηρυεύς, Ὀρθωσιεύς, Ἀφροδισιεύς, Δημητρεύς. Καὶ Αἰσωνιάτης, ὡς Κυδωνιάτης, καὶ Κροτωνιάτης. Τὸ δὲ Αἰσωνὶς, ἀπὸ τῆς ἡμικῆς τοῦ ἀρσενικοῦ, καὶ Αἰσωνία. Ὀξύτονον τὸ Αἰσών. Τὰ γὰρ εἰς ων διὰ πλείονα ἢ πόλεων, ὀξύνεται, εἰ μὴ διαχολὴν ἔχῃ σημαινομένου, ὡς τὸ Κρότων βαρύνεται· ὀξυνόμενον γὰρ, δηλοῖ ζωύφιον. Ἢ χαρακτῆρα ὑπάγοιτο, ὡς τὸ Ἴτων, σωζομένου ἐν τῷ Τρίτων, Γείτων, Βίτων· οἷον, Ἠϊών, Κρανναών, Γυρτών, Νεών. Σεσημείωται τὸ Οὔλπων, ἔστι πόλις Ἰταλίας. [4]Πάντων ἡ κλίσις διὰ τοῦ Ω.

ΑΙΤΝΗ[5], πόλις Σικελίας, ἀπὸ Καταίνης, Ἱέρωνος κτίσμα. Ὁ οἰκήτωρ, Αἰτναῖος. Ἐκαλεῖτο δὲ πρὶν Ἴνησσον.

ΑΙΤΩΛΙΑ[6], χώρα, ἀπὸ Αἰτωλοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος· ὃς ἐκπεσὼν ἀπὸ Πίσσης ὑπὸ Σαλμωνέως,

ÆSON, urbs Theſſaliæ, ab Æſone Iaſonis patre, cujus nomen per o *micron* declinatur, ut Heſiodus. Æſonides verò dicitur ab Æſone.... Gentile, Æſonius. Pherecydes & urbem Æſoniam vocat, à qua gentile poteſt eſſe Æſonieus, ut Hyrieus, Orthoſieus, Aphrodiſieus, Demetrieus. Et Æſoniates, ut Cydoniates, & Crotoniates. Æſonis verò, & Æſonia fiunt ex genitivo maſculini. Æſon habet tonum acutum. Nomina enim in ων diſyllaba urbium acuuntur, niſi diſtinctionem ſignifieati habeant, ut Croton, quod gravi tono notatur; acuto enim tono notatum ſignificat quoddam animal parvum. Vel characteri ſubducuntur, ut *iton*, ex quo emanat Triton; Giton, Biton: velut Eion, Crannon, Gyrton, Neon, quæ habent accentum in ultima. Excipitur Ulpon quod habet accentum in prima, & eſt urbs Italiæ; quorum omnium declinatio per o *mega*.

ÆTNA, urbs Siciliæ, à Catana, Hieronis opus. Incola, Ætnæus. Vocabatur verò prius Ineſſon.

ÆTOLIA, regio, ſic dicta ab Ætolo Endymionis filio, qui ejectus ex Piſſa à Salmo-

1 Αἴσων, πόλις Θεσσαλίας ἀπὸ, &c.] Æſon, onis, urbs Theſſaliæ dicitur ab Epitomatore noſtro, nomen adepta ab Æſone Jaſonis patre, quam poëtico more Apollonius Rhodius Argonautic. lib. 1. v. 411. *Æſonida* vocat.

Κλῦθι ἄναξ Παγάσας τε, πόλιν τ' Αἰσονίδα ναίων.
Audi rex, qui Pagaſas, & urbem Æſonida habitas.

Ad quem locum ejus Scholiaſta inquit; Αἰσωνὶς πόλις τῆς Μαγνησίας ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἰάσονος, ὡς καὶ Πίνδαρός φησι, καὶ Φερεκύδης, i. e. *Æſonis urbs Magneſiæ à patre Iaſonis, ut & Pindarus inquit, & Pherecydes.* Eadem eſt urbs etſi Apollonii Scholiaſta, ut vides, Magneſiæ, noſter Theſſaliæ adſcribit. Magneſia enim & Theſſalia erant finitimæ inter ſe.

2 Ὡς Ἡσίοδος, τὸ τοῦ Αἰσονίδης ἀπὸ τοῦ Αἴσων, ἡδὲ Φέρητα αἰεί.] Sunt verba lacunoſa, quæ ſic corrigenda & ſupplenda exiſtimo, ὡς Ἡσίοδος, τὸ τοῦ Αἰσονίδης ἀπὸ τοῦ Αἴσων, ὡς Ὅμηρος,

Αἰσονά τ' ἠδὲ Φέρητ', Ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην
id eſt, *ut Heſiodus, Æſonides verò ab Æſone, ut Homerus:*
Æſonaque, atque Phereta, Amythaonaque equis gaudentem.

Etenim Heſiodus in Theogonia v. 993. meminit Æſonidæ, quem locum ſubintelligit Epitomator noſter. In reliquis latebat verſiculus Homericus, qui legitur Odyſſ. 11. v. 257.

3 Ὡς τὸ κρότων βαρύνεται.] Apud Græcos τὸ κρότων, eſt æquivocum, atque vel ſignificat animalculum, quod Latini *ricinum* vocant, vel eſt nomen urbis, de qua ſuo loco.

4 Πάντων ἡ κλίσις διὰ τοῦ Ω.] Egit de accentu, quo debent notari nomina urbium in ων, ac de eorum exceptione, ac inquit; omnia declinari per o mega, non eadem poteſt dari regula nominum virorum. Nam alia ſervant ſemper in reliquis caſibus o mega, alia amittunt, quod ex uſu obſervandum eſt.

5 Αἴτνη, πόλις Σικελίας ἀπὸ Καταίνης Ἱέρωνος κτίσμα.] Ætnè, ſeu Latino ore *Ætna*, urbs Siciliæ, à Catana, Hieronis opus, inquit Breviator noſter, cujus verbis lucem præbet hiſtoria hujus urbis, quam narrat Geographus lib. 6. Inquit enim, Catanam urbem priſtinos expuliſſe incolas, deductis eò aliis ab Hierone, qui nomen etiam Catanæ in Ætnam mutavit; at mortuo Hierone Catanenſes poſtliminio reverſi eos expulerunt, qui loco cedentes Inneſam, quæ in Ætnæ montanis erat incoluere, eumque locum vocaverunt *Ætnam* diſtantem à Catana ſtadiis LXXX, ejuſque conditorem pronunciaverunt Hieronem. Sed præſtat eum audire loquentem: Ἀπέβαλε δὲ τοὺς οἰκήτορας τοὺς ἐξαρχῆς ἡ Καταίνη, καθοικισαμένου ἑτέρους Ἱέρωνος τοῦ Συρακοσίων τυράννου, καὶ μεταονομάσαντος αὐτὴν Αἴτνην ἀπὸ Καταίνης, τούτης δὲ καὶ Πίνδαρος κλητορα λέγει αὐτὸν, ὅταν φῇ,

Ζαθέων Ἱέρων ὁμώνυμε παῖδα κλυτοῦ Αἴτνης

Καταῖναν τὴν πολυοῦτον δὲ Ἱέρωνος κεκτισμένους, τοὺς τε ἐνοίκους ἐξέβαλον, καὶ τὸν τάφον ἀνέσκαψαν δὲ τύραννοι, &c. id eſt, *Priſtinos autem habitatores Catana expulit deductis eo aliis ab Hierone Syracuſanorum tyranno, qui eam Ætnam pro Catana appellavit, cujus etiam conditorem eum Pindarus dicit, cum inquit:*

Divorum Hieron cognominis pater conditor Ætnæ:

Sub mortem verò Hieronis Catanæi reverſi inquilinos expulerunt, & tyranni ſepulchrum effoderunt, Ætnæi autem loco cedentes Inneſam Ætnæ montanam partem incoluerunt, atque Ætnam oppidum appellârunt, &c. Niſi fuiſſet Strabo, qui rerum monumentis hanc Ætnæ & Catanæ hiſtoriam tradidit, divinari non poteram, quomodo intelligenda erant illa Stephani de hac urbe; Diodor. Sicul. Bibliothecæ Hiſtoricæ lib. 14. id tribuit Dionyſio. Sic enim ille libro citato: Ὁ δὲ Διονύσιος, ὁ τῶν Συρακουσίων τύραννος, &c. id eſt, *Dionyſius vero Syracuſanorum tyrannus Campanis, qui Catanam incolebant, perſuaſit, ut in eam, quæ nunc vocatur Ætna, migrarent, quod eſſet caſtellum munitum.* At Epitomator noſter ſequutus eſt Strabonis ſententiam, qui Hieroni id tribuit; quid tempus non conſumet? cujus non extinguent memoriam verſentes illi Macrobii anni? hæc civitas non ſolum ævo ceſſit, ſed etiam de ejus ſitu non convenit inter Auctores. Optime etſi aſſa voce canit Andinus vates:

Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas.

6 Αἰτωλία, χώρα, ἀπὸ Αἰτωλοῦ, &c.] Ætolia, regio Græciæ inter Acarnanes & Locros, auctore Scylace in Ætolia. Ejus etymon petit Epitomator noſter ab Ætolo Endymionis filio, qui profugus à Salmonio Piſatarum Rege *Ætoliam* de ſuo nomine vocavit, cum antea *Hyantis* diceretur; quod confirmat Plinius lib. 7. c. 56. Strabo lib. 8. apud quem lib. 10. in duas dividitur partes, quarum altera, *antiqua*, altera, ἐπίκτητος, i. e. *adquiſita* dicebatur. Ejus præcipuæ urbes fuere, Calydon, & Pleuron ævo Strabonis humiles, at olim Græciæ κόσμημα, i. e. *decus* & *ornamentum*, ut ipſe inquit. Ab illa nomen habet Calydonia ſylva, ubi Meleager miræ magnitudinis aprum interfecit, quem Poëtæ *Calidonium* ideò vocant, & maximè celebrant, ut ſolent Græci, qui ſuas res ad ſidera uſque extollebant.

7 Τὰ

μωνέως, σωῴκισε τῇ ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Αἰτωλίαν. Πρότερον δὲ Ὑάντις ἐκαλεῖτο. 7 Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Αἰτωλὶς, καὶ Αἰτώλιος. Ἔστι καὶ Αἰτωλία πόλις Πελοποννήσου, ἣν συγκαταλέγει τοῖς Λακωνικαῖς πόλεσιν Ἀνδροτίων ἐν Ἀτθίδι. Ὀξύνεται δέ. Τὰ γὰρ εἰς ωλος δρσενικὰ, σὺν τῷ τ ἔχοντα, ὀξύνεται· Καστωλὸς, Πακτωλὸς, Ἀμαρτωλός. Τὸ Σπαρτωλός, θηλυκόν ἐστι. Καὶ τὸ Μαυσωλὸς, σὺκ ἔχει τὸ τ. 8 Ἔστι καὶ Αἰτωλὸς ἐπίθετον, ἀπὸ ῥήματος τοῦ αἰτεῖν. Τὸ κλητικὸν, Αἰτωλικόν. Λέγονται καὶ Αἰτωλιταὶ. οἱ Αἰτωλίζοντες, καὶ τὰ Αἰτωλῶν φρονοῦντες.

à Salmoneo ædificavit ab eo vocatam *Ætoliam*, quæ prius *Hyantis* vocabatur. Gentile, Ætolis, & Ætolius. Est etiam Ætolia, urbs Peloponnesi, quam unà cum Laconicis urbibus numerat Androtio Atthidis lib. Accentu acuto notatur. Masculina enim in ωλος quæ ante o *mega* t habent, acuuntur, ut Castolos, Pactolos, Amartolos. Spartolos verò fœmininum est. Et Mausolos t non habet. Est etiam Ætolos adjectivum à verbo αἰτεῖν, id est, *petere*. Possessivum, Ætolicus. Dicuntur etiam Ætolitæ, qui ætolizant, atque *Ætolorum* rebus favent.

ΑΚΑΔΗΜΕΙΑ 9, γυμνάσιον Ἀθήνησιν, ἔνθα οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ φιλόσοφοι. Κέκληται ἀπὸ Ἀκαδήμου. Γράφεται καὶ Ἀκαδημία διὰ τοῦ ε, Ἐκαδήμεια, διὰ τοῦ ἐν τῷ ε λέξομεν. Διὸ καὶ ἡ πολείων χρῆσις ἔτως.

ACADEMIA, gymnasium Athenis, ubi Academici Philosophi docebant, sic dicta ab *Academo*. Scribitur etiam Ecademia per *e*, de quo in incipientibus per *e* dicemus. Quoniam & iste multorum usus est.

ΑΚΑΚΗΣΙΟΝ 10, πόλις Ἀρκαδίας. Ἀπὸ Ἀκάκου παιδὸς Λυκάονος, ὡς Παυσανίας ὀγδόῃ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκακήσιος, ὡς Ἀναξτόριος, Βυζάντιος· 11 Ἀκαλησεὺς, ὡς Τυμησεὺς, ἢ Ἀκαλήσιος.

ACACESIUM, urbs Arcadiæ, ab Acaco Lycaonis filio, ut Pausanias libro octavo. Gentile, Acacesius, ut Anactorius, Byzantius; *vel* Acalesseus, ut Tymesseus, vel Acalesius.

ΑΚΑΜΑΝΤΙΟΝ 12, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας, Ἀκάμαντος κτίσμα, τοῦ Θησέως, 13 ᾧ συμμαχήσαντι περὶ τοῦ Σολύμους τὸν τόπον δέδωκε. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκαμάντιος, ὡς Βυζάντιος. Τὸ δὲ κλητικὸν τοῦ Ἀκάμαντος, διὰ τοῦ ει διφθόγγου. Λέγεται καὶ Ἀκαμαντὶς, ὡς Βυζαντὶς. Παρθένιος δὲ ἐν Ἀφροδίτῃ, Ἀκαμαντίδα αὐτὴν φησι. 14 Ἐκαλεῖτο καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς, ὡς Σιμωνίδης.

ACAMANTIUM, urbs magnæ Phrygiæ, Acamantis opus, filii Thesei, cui socio contra Solymos prælianti locum dedit. Gentile, Ecamantius, ut Byzantius. Possessivum, Acamantis fit per ει diphthongum. Dicitur etiam Acamantis, ut Byzantis. Parthenius verò in *Venere*, Acamantida ipsam vocat. Vocabatur etiam Acamantis tribus Atticæ, ut Simonides.

ΑΚΑΝ-

7 Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Αἰτωλὶς, καὶ Αἰτώλιος.] Gentile, fœm. Ætolis, Mascul. Ætolius, sed etiam, ut infra inquit, est Ætolus adjectivum, & possess. Ætolicus. Ergo Ætoliæ incolæ dicebantur *Ætoli*, sive *Ætolii*, qui umbilicum Græciæ incolere dicuntur apud Livium lib. 35. c. 18. Hi primi Græcorum Romanos in Græciam adduxerunt, unde totius Græciæ servitus: sed duriorem experiuntur hodiè sub Turcis, nec puto aliam esse gentem sub cœlo infeliciorem (Hebræam excipio) etsi ipsa sè omnium felicissimam existimat, atque si felicitas ab opinione propria dependet, non ab aliena, vere felix est, quamvis errore suo.

8 Ἔστι καὶ Αἰτωλὸς ἐπίθετον ἀπὸ ῥήματος τοῦ αἰτεῖν.] Inquit adjectiv. Ætolus ἀπὸ τοῦ αἰτεῖν, i. e. *à petendo* deduci, cujus lepida paronomasia seu potius παρομοίωσις est apud Aristophanem in Equitibus paulò post principium; at apud Latinos amittit leporem. Illic Aristoph. proscindit Cleonem, tanquam, qui nunquam cessaret à petendo, & furando, ac sic inquit:

Τὰ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ νοῦς δ' ἐν Κλωπιδῶν.
Vtraque manus in Ætolis, mens vero apud Clopidas.

Lepos est in τοῖς Αἰτωλοῖς, & in τοῖς Κλωπιδῶν, in priori nomine alludit ad verbum αἰτέω, i. e. *peto*, in secundo, ad nomen κλοπὴ, i. e. *furtum*, cum Ætoli sint incolæ Ætoliæ, Clopidæ, oppidani populi cujusdam Athenensium, quod dici potest in eos, qui cum non possunt petendo consequi, furantur.

9 Ἀκαδήμεια, γυμνάσιον Ἀθήνησιν.] Academia, gymnasium Athenis quoddam ab Academo quodam nomen adepta, ubi philosophi docebant, unde *Academici* dicebantur. Dicebatur etiam Ecademia, de qua suo loco.

ACAN-

10 Ἀκακήσιον, πόλις Ἀρκαδίας.] Acacesium, urbs Arcadiæ nomen adepta ab Acaco Lycaonis filio ex Pausaniæ lib. 8. cujus sunt ex libro citato verba, quæ sequuntur: Ὑπὲρ τούτου τοῦ λόφου πόλις τε ἦν Ἀκακήσιον, &c. i. e. *Infra eum collem civitas erat Acacesium, & Mercurii Acacesii è marmore simulachrum, nostra etiam ætate in colle est, enutritum illic Mercurium puerum, & Acacum Lycaonis filium ejus nutritium fuisse, Arcadum sermo vulgavit.*

11 Ἀκαλησεὺς, ὡς Τυμησσεὺς, ἢ Ἀκαλήσιος.] In his verbis suspicor esse mendum. Itaque pro Ἀκαλησσεὺς lege Ἀκακησσεὺς. Innuit enim gentile Acacesii urbis, non solum dici Ἀκακήσιος, sed etiam Ἀκακησσεὺς, ut Τυμησσεὺς, ac Ἀκακήσιος, ut Ἀκαλήσιος, pro quo lege Ἀκελήσιος, quod est gentile ἀπὸ τῆς Ἀκελης Lyciæ, cujus paulò infra meminit, nihil certius nostra conjectura.

12 Ἀκαμάντιον, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας.] Acamantium, urbs Magnæ Phrygiæ, de qua apud Geographos altum est silentium, nisi fortè sit, quæ Athenæo lib. 1. *Camantium* dicitur, quam Cyrum Persarum primum regem Pytarcho Cyziceno dono dedisse refert.

13 Ὧι συμμαχήσαντι περὶ τῶν Σολύμων τὸν τόπον δέδωκε.] In his verbis videtur deficere aliquid. scilicet, qui dedit hunc locum suo auxiliatori adversus Solymos quod ego divinare non possum.

14 Ἐκαλεῖτο καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς.] Celebratur ab Epitomatore nostro Acamantis Atticæ tribus memorata Suidæ, Hesychio, Harpocrationi. Sic vero dicta fuit ab Acamanthe Thesei filio. Memoratu digna nullam ob aliam rem, nisi quod fuerit Periclis patria, auctore Plutarcho in ejus vita.

15 Ἀκαι-

Ἄκανθος [15], πόλις Θράκης, ἀκάνθαις περφραγμένη, ὑπὲρ τὸν Ἄθω, ὅθεν κέκληται. Ἢ ἀπό τινος Ἀκάνθου, ὡς Μνασέας. Ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ.

ACANTHUS, urbs Thraciæ ἀκάνθαις, id est, *spinis* septa, supra Atho, unde nomen habuit. Vel ab aliquo Acantho, ut Mnaseas. Est & alia in Ægypto.

Ἄκανθος [16], Μέμφιδος ἀπέχουσα σταδίους τριακοσίους εἴκοσι. [17] Δευτέρα, τοῦ Ἀκάνθης τοῦ Θηβαϊκῆς ἄλσος εὐμεγέθες, ἐξ ἧς καὶ τὸ κόμμι συνάγεται. Τρίτη ἄλλη ἐν τῇ Χερρονήσῳ, πρὸς τῇ Κνιδίαν. Ἔστι καὶ ἡ Ἀθαμανίας. [18] Τὸ ἐθνικὸν τοῦ Ἀκάνθης, Ἀκάνθιος, ἐξ ἧς καὶ παροιμία, Ἀκάνθιος τέττιξ, ἐπὶ τῶν ἀφώνων. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῆς χώρας τέττιγες, ὡς Σιμωνίδης. Τὸ θηλυκὸν Ἀκανθιάς. [19] Τῆς δὲ Ἀκάνθης, Ἀκανθοπολίτης. Λέγεται γὰρ καὶ ἔτως ὁ πολίτης, ὡς Λεοντοπολίτης, καὶ Λυκοπολίτης, καὶ Κυνοπολίτης, περὶ ὧν εἰρήσεται.

ACANTHUS, à Memphi distans trecentis viginti stadiis. Secunda est Acanthes Thebaicæ lucus magnus, ex qua gummi conducitur. Tertia in Chersoneso juxta Cnidiam. Est & alia Athamaniæ. Gentile, Acanthi, Acanthius, ex quo etiam parœmia, *Acanthia cicada*, quæ de mutis dicitur. Hujus enim regionis cicadæ sunt mutæ, ut Simonides. Fœmininum Acanthias. Dicitur etiam Acanthi habitator, Acanthopolita. Hoc enim modo vocatur etiam civis, ut Leontopolita, Lycopolita, Cynopolita, de quibus suo loco dicetur.

Ἄκαννα [20], ἐμπόριον πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκανναῖος, ὡς Σαβαῖος, καὶ Γεραῖος, καὶ Ἐρυθραῖος, παρ' αὐτοῖς.

ACANNÆ, emporium juxta mare rubrum. Gentile, Acannæus, ut Sabæus, Geræus, Erythræus, apud ipsos.

Ἀκαρνανία [21], χώρα κεχωρισμένη τῶν Κουρήτων πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ. Διὸ καλεῖσθαι οἱ μὲν κειρόμενοι Κουρῆτες, οἱ δὲ ἀκέρσεκοι Ἀκαρνᾶνες. [22] Ἔνιοι δὲ ἀπὸ Ἥρωος τέκνωμα ἔχειν τὸ ἑκάτερον φῦλον· οἱ δέ, ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου, οὓς Κουρῆτας εἶναί φασιν. Οἱ δὲ, θηλυστολήσαντας, ὡς αἱ κῶραι τέκνωμα ποιεῖν. Εἶναι δὲ καὶ παιδικόν τινα ζῆλον ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ὡς καὶ χλαίνας ἑλκεχίτωνας, καὶ κρωβύλον, καὶ τέττιγα ἐμπλέκεσθαι· καὶ οὓς μὲν τοὺς Λεωνίδου κλινιζομένους τῷ κόμῃ, ὅτ' ἐξήεσαν εἰς τὸν μάχιμον, καταφρονήσαι [23] ὑπὸ Περσέως.

ACARNANIA, regio separata à Curetibus prope Achelöum. Quamobrem *tonsi* Curetes vocantur, *intonsi* verò Acarnanes. Aliqui verò ab Heroë nomen habere utramque gentem: Alii verò à monte Curio, Curetes esse dicunt. Alii verò sic dictos putant, quod tanquam κῶραι, id est, *puellæ* fœmineis vestibus uterentur. Esse verò constat & hujusmodi quandam æmulationem inter Græcos, adeò ut lænas longas usque ad pedes, & crobylum, & cicadam induerent: ac Leonidem & ejus milites pexa coma, cum exiere ad pugnam, contemptos fuisse à Persis.

15 Ἄκανθος, πόλις Θράκης ἀκάνθαις, &c.] Acanthus, Stephano urbs Thraciæ, de cujus etymo sibi non constat. Scylax in Macedonia, Plinius lib. 4. c. 10. Cosmographus Geographiæ lib. 3. c. 13. Macedoniæ, non Thraciæ adscribunt. Macedonia enim erat Thraciæ vicina. Euseb. Chronic. lib. 1. auctor est conditam fuisse ab Argæo Macedonum rege.

16 Ἄκανθος, Μέμφιδος ἀπέχουσα] Hæc verba separanda non erant à præcedentibus, quod per incuriam factum fuit. Id enim arguunt illa, quæ præcedunt ἔστι, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, i. e. *est & in Ægypto*, scilicet Acanthus, quæ ἀκανθῶν πόλις dicitur Diodoro Siculo Historicæ Bibliothecæ lib. 1. quam ultra Nilum locat; trecentis viginti stadiis à Memphi distare inquit Epitomator noster.

17 Δευτέρα, τοῦ Ἀκάνθης τοῦ Θηβαϊκῆς ἄλσος.] Hæc verba sic legenda esse existimo, δευτέρα, τῆς Θηβαϊκῆς, καὶ ἄλσος, &c. id est, *Secunda*, scilicet *Acanthus erat urbs Thebaicæ regionis, & lucus magnus*, id est, *cum luco magno*. Genus phrasiologiæ apud Stephanum haud insolens, nec non apud Scylacem, ut πόλις, καὶ λιμήν. h. e. *urbs* & *portus*, id est, *urbs cum portu*.

18 Τὸ ἐθνικὸν τοῦ Ἀκάνθης, Ἀκάνθιος, &c. Acanthi, civitatis gentile est Acanthius, unde Ἀκάνθιος τέττιξ, i. e. *Acanthia cicada*, parœmia quædam de mutis dici solita. Hujus enim regionis cicadæ erant mutæ. Meminere adagium Suidas & Erasmus; at apud eruditissimum Grammaticorum ἀκανθίας est cicadarum species sic dicta, quod ἐν ταῖς ἀκάνθαις, i. e. *inter spinas* resonet. Sic etiam Aristot. Hist. Anim. lib. 5. c. 30. magnas cicadas ἀχέτας vocat, ac si diceres *resonantes*.

19 Τῆς δὲ Ἀκάνθης, Ἀκανθοπολίτης.] In his verbis aliquem errorem latere suspicor. Videtur innuere gentile Acanthopoleos urbis Ægypti (sic enim vocatur Diodoro Siculo lib. 1.) dici Acanthopolites, & Acanthopolites. Nostram conjecturam videntur confirmare, quæ sequuntur, ὡς Λεοντοπολίτης, i. e. *ut Leontopolites*.

20 Ἄκαννα, ἐμπόριον πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Acannæ, emporium circa mare rubrum, Ptolemæus Geograph. lib. 4. c. 7. id locat in Æthiopia, quæ sub Ægypto: at Æthiopia quædam habebat ad mare rubrum emporia. Apud Arrhianum in Periplo maris rubri *Acannæ* est fluvii nomen, quem ipse alio nomine vocat *Daphnenta magnum*, in cujus regione thus peraticum præstantissimum nascebatur; ut ipse refert.

21 Ἀκαρνανία, χώρα κεχωρισμένη τῶν Κουρήτων.] Acarnania Epitomatori nostro regio est separata à Curetibus prope Acheloum fluvium. Quare Curetes, ait ille, κειρόμενοι, i. e. *tonsi*, Acarnanes verò ἀκέρσεκοι, i. e. *intonsi* vocabantur. At Pausanias in Arcadicis inquit, *Acarnanes* dictos fuisse ab Acarnane, Alcmæonis filio, cum antea *Curetes* dicerentur. Fuit autem Acarnania regio Græciæ, cujus meminere Scylax in Acarnania, Ptolemæ. Geographiæ lib. 3. c. 15. Strabo lib. 10. Plinius lib. 4. c. 1. Thucyd. lib. 2. Pausan. lib. 8. & alii, apud quos ejus descriptionem reperies, hodie *Despotato* dici inquit Mar. Niger.

22 Ἔνιοι δὲ ἀπὸ Ἥρωος τέκνωμα ἔχειν, &c.] Nunc agit de Curetum nominis etymologia, de quibus suo loco agemus.

23 Ὑπὸ Περσέως.] Fidenter lege ὑπὸ Περσῶν. Id enim Leonidæ historia, cujus fit mentio, clamat:

σέως. [24] Τὸ ἐθνικὸν Ἀκαρνάν, ὡς Αἰνιάν, Ἀτιντᾶν, Ἀθαμάν, Αἰζάν· ἁπλᾶ γάρ. Τὸ Τιτανόπαν σύνθετον, περὶ τοῦ Διύμαν εἴρηται. Ἐκ τῆς γρικῆς τῆς Ἀκαρνᾶν, Ἀκαρνανία, ὡς Κιλικία, Φρυγία. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἀκαρνανίς. A B

ΑΚΑΡΑΣΣΟΣ, πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀκαράσιος, καὶ Ἀκαρασσεύς, συνήθως ἀεὶ τοῖς τ χώραν οἰκοῦσιν.

ΑΚΑΡΡΑ, πόλις Ἀχαΐας. Τὸ ἐθνικὸν ἐκ τ τέχνης, Ἀκαρραῖος, ὡς Γεφυραῖος, Κερκυραῖος. Ἢ Ἀκαρράτης, ὡς Αἰγειράτης. C

ΑΚΕΛΗ, πόλις Λυκίας. Οἱ πολῖται, Ἀκέλητες. Τὸ θηλυκὸν, Ἀκελῆτις. Ἔοικε δ λέγεσθαι ἀπὸ Ἀκέλλα τ Ἡρακλέους καὶ Μαλίδος παιδὸς, θέλης τ Ὀμφαλίδος, ὡς Ἑλλάνικος. Ἡρωδιανὸς, Ἀκελήσιος φησιν, ὡς Μενδήσιος· ὥστε Ἀκέλης εἶναι, ὡς Μένδης, ᾧ συμφώνως καὶ ἡ λοιπὴ χρῆσις. Ἑλλάνικος δ' εἶπεν, εἰς πόλιν Ἀκέλλαν· ἐχρῆν γὰρ Ἀκέλητα εἶναι. Οἱ γὰρ Τεχνικοὶ, τὰ διὰ σ, πάντα προπαροξύνεται, κἂν τὸ τ ὑπάρχῃ πρὸ σ, πλὴν τ τελβεσχέων κυρίων. D E

ΑΚΕΣΑΙ, πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκεσαῖος, ὡς Πηγασαῖος· καὶ Ἀκεσίτης, ὡς Πηγασίτης. F

ΑΚΕΣΑΜΕΝΑΙ, ὡς Ἀλαλκομεναί, Κλαζομεναί, πόλις Μακεδονίας, ὡς Θεαγένης. Κτίσμα Ἀκεσαμένου, ἑνὸς τ ἐν Πιερίᾳ βασιλευσάντων. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκεσαμένιος, ὡς Κλαζομένιος. G

ΑΚΕΣΤΗ [25], πόλις Σικελίας, ὡς Ἄγεστα, ἀφ' οὗ τ Ἀκέστου. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀκεσταῖος. Τὸ θηλυκὸν, Ἀκεσαία.

ΑΚΗ [26], πόλις Φοινίκης. Τὰ εἰς κη λήγοντα δι-

ACARASSUS, urbs Lyciæ, ut Capiton. Gentile, Acaraſſius, & Acaraſſeus, conſueta ſemper incolarum forma.

ACARRHA, urbs Achaïæ. Gentile, ſecundum artem, Acarrhæus, ut Gephyræus, Cercyræus. Vel Acarrhata, ut Ægirata.

ACELA, urbs Lyciæ. Cives, Aceletes. Fœmininum Aceletis. Sic dicta videtur ab Acello, Herculis, & Malidis famulæ Omphalidis filio, ut Hellanicus. Herodianus, Aceleſius, inquit, ut Mendeſius, ita ut à genitivo Acelæ, ut à genitivo Mendæ, cui conſentiunt reliqui. Hellanicus verò dixit, *in urbem Acelam.* Debebat enim Aceleta eſſe. Technicus enim nomina per σι omnia in antepenultima acuit, etſi ι ſit ante *iota.* Præter nomina propria tres habentia ſyllabas breves.

ACESÆ, urbs Macedoniæ. Gentile, Aceſæus, ut Pegaſæus, & Aceſita, ut Pegaſita.

ACESAMENÆ, ut Alalcomenæ, Clazomenæ, urbs Macedoniæ, ut Theagenes. Opus Aceſſameni, unius Pieriæ regum. Gentile, Aceſamenius, ut Clazomenius.

ACESTA, urbs Siciliæ, ut Ageſta ſic dicta ab Aceſta. Gentile, Aceſtæus. Fœmininum Aceſtæa.

ACA, urbs Phœniciæ, nomina deſinentia

24 Τὸ ἐθνικὸν Ἀκαρνάν.] Gentile, Acarnan. Acarnanes propter mollitiem & laſciviam malè audiebant. Hinc parœmia *Porcellus e Acarnanius* dici ſolita de laſcivis: at eorum equi, ut eximii laudabantur. Unde in proverbium abiere Ἀκαρνικοὶ ἵπποι, i.e. *Acarnici equi.* Annum ſex menſibus explicabant, ſeu computabant, ut inquit Macrobius Saturnalior. lib. 1. c. 12. gentile, *Acarnan* invenitur apud Maron. Æneid. lib. 5. v. 298.

25 Ἀκέστη, πόλις Σικελίας, ὡς Ἄγεστα.] Aceſte, urbs Siciliæ, ut Ageſta, pro Ἄγεστα, lege Ἔγεστα. Ipſe enim ſuo loco celebrat Egeſtam, at non Ageſtam. Diverſas Siciliæ urbes exiſtimat Epitomator noſter fuiſſe Aceſtam & Egeſtam: at Serv. ad illud Maronis ex Æneid. lib. 5. v. 718.

Vrbem appellabunt promiſſo nomine Aceſtam;

Unam eandemque fuiſſe urbem Aceſtam & Segeſtam inquit. Egeſta autem propter euphemiam dicta fuit Segeſta; de quibus vide, quæ in Ἔγεστα annotamus.

26 Ἄκη, πόλις Φοινίκης.] Ace, ſeu Latino ore Aca, urbs Phœniciæ, Hebraicè dicitur עכו *Haco.* Id nominis Græci & Latini ad eorum linguæ proprietatem, ut ſolent, deflexerunt. Poſtea à rege Ptolemæo *Ptolemaïs* dicta fuit. Ejus fit mentio variis SS. locis, ac præcipue Judic. c. 1. v. 31. Macchab. lib. 1. c. 10. v. 1. c. 11. v. 3. c. 12. v. 45. lib. 3. capite ultimo ſub calcem vocatur Ptolemaïs Rhodophorus à natura loci: civitas verò Accaron, ut hæc obiter notemus, quam memorat Anonymos belli Hieroſolymitani Scriptor, non eſt eadem, ut exiſtimat Ortelius in ſuo Theſauro Geographico. Hæc enim Hebraïce עקרון *Hecron* dicitur. Unde Accaron parum corrupto ſeu deflexo nomine fecerunt, quæ etiam memoratur Judicum libro, capiteque citato, v. 18. hæc enim erat juxta Aſcalonem. Acho autem, quæ *Aca* juxta Sidonem, ut conſtat ex eodem Judicum libro capiteque v. 31. *Acadi* dicitur Thudelenſi in ſuo Itinerario, cujus deſcriptionem videſis apud Joſephum de bello Judaïco lib. 2. c. 9. Nec te moveat, quod à Joſepho appellatur Galilææ civitas. Illa enim Galilææ pars ad Phœniciam pertinebat. Phœnicia autem & Palæſtina ſub Syria comprehendebantur, unde ſcriptores earum oppida tum huic, cum illi adſcribebant. Celebratur etiam à Plinio libro 5. c. 19. cujus ecce verba: *Iuxta Colonia Claudii Cæſaris Ptolemaïs, quæ quondam Ace.* In veteri manuſcripto eſſe ſcriptum *Acon*, annotat Dalecamp. quod adhuc minus deflectit à primitivo Acho. Fuit urbs antiqua & magna, qua utebantur Perſæ pro ὁρμητηρίῳ adverſus Ægyptum auctore Strabone lib. 16. Inter hanc & Tyrum erat litus arenæ tumulis obſitum qui vitrariam arenam ferebant, quorum meminere locis ſupra citatis Strabo, Thudelenſis, Joſephus, cui Judaic. Antiquitat. lib. 5. c. 1. vocatur *Arce*, & *Aſſipus*, quæ penitus explodenda eſſe; ac ſi fuiſſent verborum monſtra, inquit Fullerus Miſcellaneis ſacris lib. 4. c. 15. Sic Criticorum παῖδες, vel corrigunt, quæ non ſunt corrigenda, vel explodunt, quæ non ſunt explodenda.

Τὰ δισύλλαβα ὅπὶ πόλεων ἢ χωρῶν βαρυνόμενα. Αὕτη Πτολεμαΐς ἐκαλεῖτο. Κοιλοσυρίτας δ' αὐτὰς ὠνόμαζον. 27 Κλαύδιος δὲ Ἴουλος ἐν πρώτῃ Φοινίκων φησὶν, ὅτι ἐκλήθη ἀπὸ Ἡρακλέους. Χαλεπωτάτων γὰρ ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐν ὅπλαγαῖς ἄλλων προσχεθεὶς, τῷ τε Λερναίας Ὕδρας ἰῷ τοῖς τῶν δηγμάτων ἐπανέτρε ἔλκεσιν. Ἀνεῖλε δὲ τὸ Δελφικὸν μαντεῖον, ἐπ' ἀνατολὰς ἰτέον, μέχρις ἂν τύχῃ ποταμῷ φύοντι πόαν τῇ Ὕδρᾳ προσφιλῆσιον. Ἐκείνης γὰρ καταπλασσόμενον, τὰ ἕλκεσιν ἀπαλλαγήσεσθαι. Εὗρε δὲ τὸν ποταμὸν, καὶ τὴν πυθόχρηστον πόαν, 28 ἧς ὁ καρπὸς, ἥτε ῥίζα, πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τῷ ποικίλῳ τε κεφαλαῖς. Ὁπόσας γὰρ ἂν τις ἀποκείρῃ, φύονται αὖθις ἕτεραι. 29 Κολοσαίιον μέντοι καλέσι τὴν ῥίζαν· τὸ δ' ὑπερπέφυκὸς κιβώριον, 30 ὄψιν ἰδίαν, ἐδωδίμους τε τὰς φλέβας παρέχων Αἰγυπτίοις. Περὶ ᾧ τὸ Νεῖλον φύεται πολλή. 31 Ἡ δὲ πρὸς τὸν Βῆλον ἕλκη θεραπεύει δυσίατα. Τριβόμενόν δὲ μετὰ τῆς ῥίζης λευκὸν ἀναδίδωσιν ὀπόν. Τοῦτο, φησὶν, Ἡρακλῆς ἰάθη. Καὶ καλέσαι τὴν πόλιν Ἄκλω. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκαῖος, ὡς Βαρκαῖος.

ΑΚΚΑΒΙΚΟΝ ΤΕΙΧΟΣ 32, πόλις πρὸς τὰς Ἡρακλείους στήλας,33 ἣν ἔκτισαν Καρχηδόνιοι, ὡς ἐρεῖμεν ἐν τῷ πρὸς Σαλμύνης. Ὁ πολίτης Ἀκκαβικοτειχίτης, ὡς Γορδιοτειχίτης, καὶ Χολοτειχίτης, 34 ὡς εὑρήσομεν ἐν τῷ Χ.

ΑΚΜΟΝΙΑ 35, πόλις Φρυγίας, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ ἐν τρίτῳ περὶ Φρυγίας. Κτίσαι δ' αὐτὴν Ἀκμονα τὸν Μανέως. Ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον λεγόμενον, ὡς Φερεκύδης. Ἀκμονίτης

nentia in κη disyllaba urbium, vel regionum accentu gravi notantur. Eadem urbs *Ptolemais* vocabatur. Incolas verò *Cœlosyritas* nominabant. Claudius Julus Phœnicorum libro primo inquit, sic nomen impositum fuisse ab Hercule. Difficillimis enim aliarum rerum præceptis ab Eurystheo circumventus, veneno Lernææ Hydræ, morsuum ulceribus laborabat. Oraculum verò Delphicum responsum dedit, ad orientem eundum, donec pervenerit ad fluvium, qui herbam Hydræ similem profert. Ex ea enim unguento facto ulceribus liberatum iri. Ille verò fluvium invenit, & herbam Pythico oraculo designatam. Cujus fructus, sive radix omnino est serpenti similis varietate, & capitibus. Quotquot enim adimis, oriuntur rursus alia, quam radicem appellant *Colosaïum*. Quod verò superoritur ciborium, aspectum peculiarem, ac edules venas Ægyptiis præbet. Circa Nilum nascitur frequens, quæ circa Belum ulcera sanat sanatu difficilia. Trita cum radice album reddit succum, quo ferunt Herculem fuisse curatum, atque urbem *Acam* vocasse. Gentile, Acæus, ut Barcæus.

ACCABICON TICHOS, urbs circa Herculeas columnas, quam condidere Carthaginenses, ut dicemus, quum de Salmyca agamus. Civis, Accabicotichita, ut Gordiotichita, Cholotochita, ut inveniemus in Ch.

ACMONIA, urbs Phrygiæ, ut Alexander Polyhistor libro tertio de Phrygia. Condidisse verò eam Acmonem filium Manei. Est & alia urbs, quæ Acmonium dicitur, ut Pherecydes

da. Arce enim etiam dicta fuit, auctore Justo Hebræo in עכו *Aco*, litera guturalis negligitur, τὸν in nomine hujus urbis considerari debet ut & in Damascus, quæ Hebraïce דמשק *Damasek*, & דרמשק *Darmasek* dicitur, Actipus verò deducitur ex Hebr. כפיתא *Kepitha*, quæ erat pars urbis Aco, ut apparet ex Thalmud Hierosolymitano tractatu שמעית c. 6. ubi, quæ sequuntur verba leguntur i. e. רבי הוה בעכו חמאחד בר נש סלק מן כיפתא *Rabi huh be Acho chama chad bar nas Selak min Kepitha*, i. e. *Rabi* (*Jehudæ hanasi*, i. e. *princeps*, quem per excellentiam sic vocant) *erat in Acho vidit quemdam hominem ascendentem ex Kepitha*. Hinc formavit Josephus nomen Actipus, à quo etiam deflectitur Ecdippa Plinio lib. 5. c. 19. varia olim fortuna tum Ægypti, cum Syriæ regibus, deinde Romanis, postea Arabibus, deinde Christianis obediebat, nunc sub Turcorum tyrannide gemit.

27 Κλαύδιος ὁ Ἴουλος ἐν πρώτῃ Φοινίκων, &c.] Affert Topographus fabulam illam Herculis, ex Claudio Julo, qua, ut ipsi videbatur, probabat urbi Acæ nomen ab Hercule impositum fuit, quod ibi ἰάθη, i. e. *curatus fuerit*, sed hæc sunt Græcorum nugamenta, qui ex lingua Græca Phœniciæ urbis etymon eruere conantur. Sunt homines, quos hujusmodi fabulæ delectant. Nicolaus Leonicus de varia Historia lib. 1. c. 100. totam hanc fabulam ex Auctore nostro transcripsit, tanquam occultum thesaurum detegens.

28 Ἧς ὁ καρπὸς, ἥτε ῥίζα, &c.] Suspicor legendum ἧς ὁ καυλὸς, &c. id est, *cujus caulis*, &c. Sequitur enim ἥτε ῥίζα, i. e. *radixque*.

29 Κολοσαίιον μέντοι καλέσι τὴν ῥίζαν.] Legendum existimo πολυκαίσιον μέντοι, &c.

30 Ὄψιν ἰδίαν.] Legendum opinor ὄψιν ἡδέαν, id est, *aspectum jucundum*, de quibus videsis Salmas. in Solin. folio 969. & Casaubon. in Athenæum lib. 3. c. 1. quin alter alterius meminerit.

31 Ἡ δὲ πρὸς τὸν Βῆλον.] Belus nunc non est Dei nomen, sed fluvii, cujus inter alios meminit Plin. lib. 5. cap. 19. quem vitri fertiles harenas habere refert, atque è radicibus montis Carmeli profluere.

32 Ἀκκαβικὸν τεῖχος, πόλις πρὸς τὰς Ἡρακλείους στήλας.] Accabicon tichos, seu Latino ore Accabicus murus, τὸ τεῖχος, i. e. *murus* in hujusmodi nominum compositione denotat castellum munitum, urbem circa Herculeas columnas fuisse inquit Ethnicographus, cujus altum apud alios est silentium.

33 Ἣν ἔκτισαν Καρχηδόνιοι, ὡς ἐρεῖμεν ἐν τῷ πρὸς Σαλμύνης.] Civitatem Accabicontichos prope Herculis columnas ab Carthaginensibus conditam fuisse inquit. De qua promittit se dicturum in de Salmyce, ubi sui oblitus de hac urbe negry quidem, pro ἐν τῷ πρὸς Σαλμύνης lege ἐν τῷ πρὸς Σαλμυκης. Est enim incuria vel transcriptoris, vel impressoris. Salmyca enim non Salmya fuit urbs circa easdem Herculis columnas, ut ipse suo loco testatur.

34 Ὡς εὑρήσομεν ἐν τῷ Χ.] Legendum, ὡς ἐρεῖμεν ἐν τῷ Χ, *ut aiecmus in ch.* id est in χωλὸν τεῖχος, quo in loco stat promissis.

35 Ἀκμόνια, πόλις Φρυγίας.] Acmona, urbs Phrygiæ à conditore, ut ex Alexandro Polyhistore inquit noster, nomen adepta, cujus meminit Ptolemæus Geographiæ lib. 5. c. 2. quam inter Phrygiæ majoris urbes locat. Ciceroni in Orat. pro L. Flacco dicitur Acmonensis civitas.

μονίτης ὁ, ἀπὸ τ᾽ Ἀκμονος γενικῆς. Ἀκμόνεια αφ᾽ ἧς Ἀκμονειάτης. Τοῦτο δέ μοι εἴρηται· [36] ἐπειδὴ τὰ εἰς δης ἀπὸ τ᾽ ε γενικῆς γίνεται, Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρέως. Ἢ ἀπὸ ἰσοσυλλάβε γενικῆς, Ἀπαμὰς Ἀπαμέως, Υρ-ειὰς Υρειέως. [37] Ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον ἄλσος περὶ Θερμώδοντα, ἐφ᾽ ἃ μιγεὶς Ἄρης τῇ Ἁρμονίᾳ, τὰς Ἀμάζονας ἔσχεν, ὡς Ἀπολλώνιος ἐν δευτέρῳ. [38] Ὅθεν ὁ κέκληται, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Υαντίου πεδίῳ. Τὸ ἐθνικὸν ἀμφιδοξεῖται, καὶ Ἀκμονιεὺς καὶ Ἀκμόνιος. A

ΑΚΟΝΑΙ [39], πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας. Λέγεται κατὰ περίφρασιν, ὁ οἰκῶν τὰς Ἀκόνας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀκωνίτης. Τὸ θηλυκὸν, Ἀκωνῖτις. [40] Οὕτω γάρ τις νῆσος, διαφέρουσα μὲν τῷ παυδυφήμῳ Παλεκίῳ, καὶ τῷ πάνυ σοφωτάτῳ Μαγίστρῳ Πέτρῳ, κειμένη δὲ καλλιπαρὰ τ᾽ εὐδαίμονος πόλεως Χαλκηδόνος. Ἐπικέκληται ὁ διὰ τὸ πληθος τ᾽ ἐν αὐτῇ περὶς Ἀκόνας πεποιημένων λίθων. [41] Λέγεται καὶ Ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον, ὡς Ἀθηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ δειπνοσοφιστῶν· ὅπ οὖν προφαγόντας τὸ πήγανον, [42] μηδὲν πάσχειν ἐκ ἐκ κωνείε. Κληθῆναι δέ φασι, διὰ τὸ προσφύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὅνπερ περὶ Ἡράκλειαν. B C

ΑΚΟΝΤΙΟΝ, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἀκοντίου Λυκάονος. Ἔστι καὶ ἑτέρα Εὐβοίας, ὡς Ξεναγόρας, καὶ Ἀνδροτίων ὀγδόῃ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκοντιεὺς, ὡς Δολιχεὺς, Συρεὺς· καὶ Ἀκόντιος, ὡς Βυζάντιος, καὶ Ἀνακτόριος. D E

ΑΚΟΥΤΕΙΑ [43], πόλις Ἰβηρίας, κατὰ Στράβωνα ἐν τῷ τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκουτανοὶ, ὡς αὐτός. Ἔοικε δὲ τὸ ι καὶ πλεοναζόμενον ἔχειν. F

ΑΚΡΑ, Ἰαπυγίας πόλις, κατά τινας Ὑδρᾶσ- G

des ait. Acmonites verò fit ab Acmonis genitivo. Dicitur etiam Acmoneia per ει diphthongum, à qua fit Acmoniates, quod à me dictum eſt. Quoniam nomina in δης, à genitivo ε formantur, ut Alexander, Alexandreus. Vel à genitivo pariſyllabo, ut ab Apamæ genitivo, Apameus, ab Hyriæ, Hyrieus. Habetur etiam Acmonius lucus circa Thermodontem, ubi Mars compreſſa Harmonia, ex ea Amazonas habuit, ut Apollonius lib. 2. Unde verò fuerit vocatus, dicetur, quum agemus de Hyantis campo. Gentile eſt anceps, Acmonieus, & Acmonius.

ACONÆ, urbecula prope Heracleam. Dicitur per periphraſin, qui habitat Aconas. Gentile, Aconita. Fœmininum, Aconitis. Sic enim quædam inſula vocatur celebris laudatiſſimo Patricio, atque omnium ſapientiſſimo Magiſtro Petro, ſita ex regione felicis urbis Chalcedonis. Sic verò fuit vocata propter multitudinem lapidum, qui ibi fiunt πρὸς ἀκόνας, id eſt, *ad cotes*. Dicitur etiam Aconitum, nocivum pharmacum, ut Athenæus dipnoſophiſtarum libro tertio, quod, qui prius rutam guſtarunt, nil patiuntur ex cicuta. Sic vocatum fuiſſe ajunt, quod naſcatur in loco, qui *Aconæ* vocatur juxta Heracleam.

ACONTIUM, urbs Arcadiæ, ſic dicta ab Acontio Lycaonis filio. Eſt & alia Eubœæ, ut Xenagoras, & Androtion lib. 8. Gentile, Acontieus, ut Dolicheus, Surieus, & Acontius, ut Byzantius, & Anactorius.

ACUTIA. urb Iberiæ, ut Strabo lib. 3. Gentile: Acutani, ut idem author eſt. Videtur verò habere *jota* per pleonaſmum.

ACRA, Iapygiæ urbs, aliquibus *Hydruſa*

36 Ἐπειδὴ τὰ εἰς δης ἀπὸ τ᾽ ε γενικῆς γίνεται.] Inquit ethnica in δης à genitivo nominis in ος formari, ut Ἀλεξανδρεύς, ἐκ τ᾽ Ἀλεξάνδρε γενικῆς, ut expreſſis verbis inquit in de Alexandria.

37 Ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον ἄλσος, &c.] Celebrat Acmonium nemus circa Thermodontem ex Apollonii lib. 3. qui ejuſdem libri verſu 994 id nemus memorat, atque libri citati v. 992. Amazonum originem ex Marte & Harmonia, quam nunc celebrat Epitomator noſter.

38 Ὅθεν ὁ κέκληται, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Υαντίου πεδίῳ.] Promittit ſe dicturum, cum de Dœantibus egerit. Quare Ἀκμόνιον ἄλσος circa Thermodontem ſic dictum fuerit, ubi promiſſa adimplet, quare pro ἐν τῷ περὶ Υαντίου fidenter legendum ἐν τῷ περὶ Δοιάντων, in Δοίαντες enim id inquit.

39 Ἀκόναι, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας.] Aconæ, arum, urbs prope Heracleam, ſcilicet Ponticam civitatulam, ſeu urbeculam, ſeu oppidulum vocat Auctor noſter. *Portum veneno aconito dirum* vocavit Plinius Nat. Hiſt. lib. 6. c. 1. quod fuerit celebris aconito herba venenoſa, quæ ab hac urbe nomen accepit; adverſus cujus potionem remedium erat rutam ante comedere, ut ex Athenæi lib. 3. refert Epitomator noſter cujus infra apponemus verba.

40 Οὕτω γάρ τις νῆσος, διαφέρουσα μὲν τῷ παυδυφήμῳ Παλεκίῳ.] Memorat Topographus Aconas inſulam e regione urbis Chalcedonis nomen adeptam à lapidibus, qui ibi fiebant πρὸς ἀκόνας, i. e. *ad cotes*, celebrem laudatiſſimo Patricio, atque omnium ſapientiſſimo Magiſtro Petro, nec horum virorum, nec inſulæ apud alios inveniebam memoriam, ingenuè fateor me neſcire, quod neſcio.

41 Λέγεται καὶ ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον, &c.] Celebrat nunc Topographus aconitum, nocivum pharmacum, quod fiebat ἐκ τῆς κωνείε, i. e. *ex cicuta*, ſic dicta, quod in loco Aconæ nomine naſceretur, qui locus erat circa Heracleam, quod ex Athenæo refert, adverſus quod remedium erat rutam ante comedere. Verba Stephani lucem lucrantur ex Athenæi verbis, quæ apud eum lib. 3. ſic leguntur: Οὐ προήεσαν τ᾽ οἰκιῶν, πρὶν φαγεῖν πήγανον. Τοῦτο γὰρ τὰς προφαγούσας μηδὲν πάσχειν πίνουσας τὸ ἀκόνιτον· ὁ κληθῆναί φησι, διὰ τὸ φύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὅνπερ πρὸς Ἡράκλειαν, id eſt, *Non progrediebantur ex ædibus, priusquam comederent rutam. Qui enim hanc ante-comedunt, nihil mali patiuntur bibentes* aconitum, *quod ſic appellari inquit* (Theopompus) *quia naſcatur in loco, qui dicitur* Aconæ *circa Heracleam.*

42 Μηδὲν πάσχειν ἐκ τ᾽ κωνείε.] Nihil patiuntur ex cicuta, id eſt, ex venenata potione ex aconito, Sic Caſaubonus in Athenæ. lib. 3. cap. 8. interpretatur illud ἐκ τ᾽ κωνείε noſtri Auctoris, à cujus ſententia diſcedere religio mihi eſt.

43 Ἀκουτεία, πόλις Ἰβηρίας, κατὰ Στράβωνα.] Acutia, urbs *Iberiæ*, hoc eſt, *Hiſpaniæ* ex Strabonis lib. 3. apud quem non *Acutia*, ſed *Acontia* legitur, eam præterfluebat Durias fluvius. Fuit Vaccæorum urbs, Auctore eodem, libro citato, cujus apud reliquos Scriptores altum eſt ſilentium.

44 Ἀκρά-

ὁρᾶσι λεγομένη. Δευτέρα ἐστὶ καὶ ἑτέρα, ἐν A druſa dicta. Secunda eſt alia, quæ in ſe
αὐτῇ ἔχουσα λιμένα Βρεντήσιον. Ἔστι καὶ ἐν Ἰτα- ipſa habet portum Brenteſium. Eſt etiam
λίᾳ. Τρίτη ἐστὶ Συρακουσίων κτίσμα, Εὐβοίας. alia in Italia. Tertia eſt Syracuſanorum
Ἕκτη Σκυθίας. Ἑβδόμη Κύπρου. Ὀγδόη Ἀ- opus, Eubœæ. Sexta Scythiæ. Septima
καρνανίας. Τὸ θηλυκὸν, Ἀκραία. Καὶ τὸ ἐ- Cypri. Octava Acarnaniæ. Fœmininum, A-
θνικὸν, Ἀκραῖος. Ἐννάτη ἐστὶν Ἄκρα ὑπὲρ B cræa. Gentile, Acræus. Nona eſt Acra,
Ἀντιόχειαν, πλησίον τῆς Δάφνης. Ἀκραῖται quæ ſuper Antiochiam, juxta Daphnen;
δὲ, οἱ ἐξ αὐτῆς σκαλεῖνοι. Δεκάτη ἐστὶ καὶ incolæ vocabantur Acrætæ. Decima Acra
πέραν τοῦ Τίγρητος Ἄκρα· Ἀρριανὸς ἑνδεκάτῃ. eſt ultra Tigrim, ut Arrhianus libro de-
mo ſexto.

ΑΚΡΑΓΑΝΤΕΣ[44], πόλεις πέντε Σικε- C ACRAGANTES, urbes quin-
λίας, ἀπὸ ποταμοῦ προσαρρέοντος. Φησὶ γὰρ Δῦρις, que Siciliæ, ſic dictæ à fluvio præterfluen-
ὅτι αἱ πλείσται τῶν Σικελῶν πόλεων, ἐκ te. Duris enim author eſt, plurimas Si-
τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται· Συρακόσας, Γέ- culorum urbes ex fluviorum nominibus no-
λαν, Ἱμέραν, Σελινοῦντα, καὶ Φοινικοῦντα, καὶ men inveniſſe, Syracuſas, Gelam, Himeram,
Ἐρύκινα, καὶ Κάμικον, Ἀλυκόντα καὶ Θέρμον, D Selinuntem, Phœnicuntem, Erycen, Cami-
καὶ Καμαρῖναν, ὡς καὶ ἐν Ἰταλίᾳ. Οἱ δὲ ἀπὸ cum, Alycum, Thermum, & Camarinam;
Ἀκράγαντος τοῦ Διὸς, καὶ Ἀστερόπης τοῦ Ὠ- ut & in Italia. Aliis verò ſic dictæ ab Acra-
κεανοῦ. Ἔστι καὶ Θρᾴκης, καὶ Εὐβοίας, καὶ Κύ- gante Jovis filio ex Aſterope Oceani filia. Eſt
πρου, καὶ Αἰτωλίας. Πολύβιος δέ, τὸν πο- & alia Thraciæ, & Eubœæ, & Cypri, &
ταμὸν καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς χώρας ὠνομάσθαι E Ætoliæ. Polybius verò author eſt, quod
Ἀκράγης, διὰ τὸ ὄργιον. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκρα- fluvius, & urbs à regione Acrage ſic vo-
γαντῖνος, ὡς Ἰχανῖνος, Ταραντῖνος, ὡς cantur, quæ ſic dicitur propter terræ bo-
φησὶν Ἡρωδιανός. nitatem. Gentile, Acragantinus, ut I-
ſchaninus, Tarantinus, ut inquit Hero-
dianus.

ΑΚΡΑΙΦΙΑ[45], πόλις Βοιωτίας. Οἱ δὲ, Ἀ- ACRÆPHIA, urbs Bœotiæ. Alii
κραίφιον. Παυσανίας δὲ Ἀκραίφνιον, καὶ οὐδε- F Acræphium ſcribunt. Pauſanias Acræph-
τέρως. Ἦν δὲ ἀπὸ Ἀθάμαντος κτισθεῖσα, ἢ nium, neutro genere. Condita verò fuit
ἀπὸ Ἀκραιφέως, καὶ Ἀπόλλωνος[46] καὶ ὄρος ab Athamante, vel ab Acræpheo Apollinis
κληθῆναι ἀπὸ Πτῴου, παιδὸς αὐτοῦ καὶ Εὐξίπ- filio, & montem vocatum fuiſſe à Ptoo
πης· ἢ ὅτι Λητὼ σκεῦος βουλομένη τεκεῖν, πρόσ- Apollinis filio, & Euxippes; vel quod La-
επιφανεὶς ὁ κάπρος ἐπόησε. Τὸ ἐθνικὸν Ἀ- G tonam, quum illic parere vellet apparens
κραι-

aper

44 *Ἀκράγαντες, πόλεις πέντε.*] Acragantes, quinque hujus nominis urbes celebrat Ethnicographus. Omnium celeberrima fuit Siciliæ, quæ ſingul. num. Acrages, Acragas, & Acragantinorum urbs dicitur apud Græcos, apud Latinos vero, ut plerumque *Agrigentum*, Autore Plinio lib. 3. c. 8. cujus ecce verba: *Oppidum Acragas, quod* Agrigentum *noſtri dixere.* Poſt Scyracuſas fuit prima, ac valde populoſa, & omnium fere Græcarum in Sicilia civitatum ditiſſima, utpote quæ viginti hominum myriadas, id eſt, ducenta hominum millia habuerit, ut rerum monumentis tradit Diodorus Siculus Bibliothecæ Hiſtoricæ lib. 4. Octuaginta myriadas, id eſt, octingenta millia habuiſſe refert Diog. Laërtius in Empedocle. Deliciis adeò diffluebat, ut ipſe Empedocles ejus civis dixerit, *Ἀκραγαντῖνοι τρυφῶσι μὲν ὡς αὔριον ἀποθνῄσκοντες, οἰκίας δὲ κατασκευάζονται, ὡς πάντα τὸν χρόνον βιωσόμενοι*, id eſt, *Agrigentini delitiis ita vacant, ac ſi cras morituri, domos ita exſtruunt, & adornant, ac ſi perpetuo victuri.* Hanc illuſtrem civitatem duo etiam flumina illuſtrabant, quæ juxta præterfluebant: Acragas, à quo nomen accepiſſe veroſimilius eſt, ut ex Duride inquit Auctor noſter, & *Hypſas*, nec non lacus manu factus ſeptem ſtadiorum ambitu, ac viginti cubitorum profunditate, ubi derivatis aquis magnam omnis generis piſcium copiam, ne quid ad delicias deeſſet, habebant, Auctore eodem Diodoro Biblioth. Hiſtoricæ lib. 13. Fuit etiam celebris Phalaris tyrannide & crudelitate, qui æneo bovi incluſos homines torquebat, prius Perillo hujus inventi auctore, & artifice ei indito, juſta de cauſa, ut tam crudelis inventi dolores primus experiretur; at magis hanc urbem nobilitavit Empedocles Philoſophus, qui de rerum natura libros carmine conſcripſit, quos vetuſtas, ſeu temporum calamitas nobis invidit, etſi pro eis ſex Lucretii libros ejuſdem argumenti, ſed juxta Epicuri dogma ſuppeditavit, cui memoratur lib. 1. hiſce carm.

Quorum Acragantinus cum primis Empedocles eſt
Inſula, quem triquetris terrarum geſſit in oris.

Hanc tam divitem, populoſam, & antiquam urbem Himilcar Carthaginenſium dux vi captam diruit, ac diripuit, ac tandem ævo ceſſit, ne ſolus homo de mortalitate ſua queratur, cum regna quoque & urbes moriantur. Audi Diodorum Siculum loquentem Biblioth. Hiſtor. lib. 3. *Κατὰ δὲ Σικελίαν Ἱμίλκας ἐξορμήσας ἔχων μὲν τὴν τῶν Ἀκραγαντίνων πόλιν κατέσκαψε* &c. id eſt. *In Sicilia verò Himilcar ineunte vere Agrigentinorum urbem funditus evertit, templis autem, quæ non prorſus ab igne vaſtata fuerant ſculpturas, & exquiſite elaborata abſcidit.* De reliquis hujus nominis urbibus nihil inveniebam, quod referri mereretur.

45 *Ἀκραιφία, πόλις Βοιωτίας*, &c.] Acræphia, urbs Bœotiæ, quæ aliis Acræphion; Pauſaniæ vero lib. 9. *Acræphnion* dicitur, ſita fuit in monte Ptoo; ubi quoque Apollinis Ptoi erat templum, & mons & Apollo nomen accepere à Ptoo Athamantis & Themiſtûs filio, ut ex Aſio Poëta tradit Pauſan. in Bœoticis, qui eodem libro ait, ſe compertum habere confugiſſe illuc, hoc eſt in Acræphnion profugos è Thebanis homines, quo tempore Thebas Alexander evertit, ibique eſſe, quæ ſpectentur digna, Liberi patris ædes, & ſignum.

46 *Καὶ ὄρος κληθῆναι ἀπὸ Πτῴου.*] Deficit in his verbum *φασὶ*, quod ſupplendum eſt, ut oratio conſtet, & Ptoum montem; & Apollinem Ptoum à Ptoo nomen accepiſſe, teſtatur Pauſanias in Bœoticis, cujus etiam meminit Julianus Aurelius de cognominibus Deorum.

κραιφιεῖ⊙, καὶ Ἀκραίφι⊙· ἔτω γὰρ Ἀ- A
πόλλων τιμᾶται. Καὶ Ἀκραιφιὰς, ὡς Σγνιεὺς
Σγνιάς. Καὶ Ἀκραιφὶς λίμνη. Ἔφορ⊙ δ' ὁ καὶ
Ἀκραιφνίτας, καὶ Ἀκραιφνεώτας. Θεόπομπ⊙
δὲ, τὰ Ἀκραίφνια φησι. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀ-
κραιφνιεύς. B

ἈΚΡΙΛΛΑ [47], πόλις Σικελίας, ἀπόῤῥω
Συρακουσῶν. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκριλλαῖ⊙, ὡς
Ἄγυλλα Ἀγυλλαῖ⊙.

ἈΚΡΟΘΥΝΟΙ [48], πόλις ὄρει τῷ ἄκρας τοῦ
Ἄθω. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκρόθων⊙, καὶ Ἀκροθωίτης. C
[49] Ἔστι δὲ καὶ τοῦ Κρωῦς. Πόλις δέ ἐστιν Ἀραβίων.
Τὸ ἐθνικὸν, Κρωΐτης νόμ⊙, διὰ τοῦ ω.

ἈΚΡΟΚΟΡΙΝΘΟΣ [50], ἀρρενικόν. Οἱ
κατοικοῦντες Ἀκροκορίνθιοι. Λέγεται δὲ καὶ Κο-
ρίνθι⊙, ἁπλῶς. D

ἈΚΡΟΚΥΛΕΙΑ [51], κεῖται ἐν τῷ Κ.

ἈΚΡΟΠΟΛΙΣ [52], πόλις Λιβύας. Ἔστι καὶ
Αἰτωλίας. Ὁ πολίτης, Ἀκροπολίτης. Διὰ τοῦ
καὶ Ἀκροπολιεύς, ὡς Τετραπολιεύς.

ἈΚΡΩΡΕΙΑ [53], ἄκρον ὄρους· ἐν ᾧ οἱ οἰκοῦν- E
τες, Ἀκρορεῖται. [54] Οὕτω δὲ τοῦ Σικυωνίοις
ἐλιμάτο. Ἐκαλεῖτο δὲ τοῦ μὲν Σικυωνίοις,
Ἀκρορείτης· τοῦ δὲ Μεταποντίνοις, Ἐρίφι⊙·
Ἀπολλόδωρός φησιν.

ἈΚΡΩΡΕΙΟΙ, πόλις Τριφυλίας. Τὸ ἐθνι- F
κὸν, ὁμόφωνον.

ἈΚΤΗ,

aper exterruit. Gentile, Acræphiæus, & Acræphius. Sic enim Apollo colitur. Dicitur etiam Acræphias, ut Sunieus, Sunias. Eſt & Acræphis, lacus. Ephorus incolas vocat Acræphnios, & Acræphneotas. Theopompus Acræphnia inquit. Gentile, Acræphnieus.

ACRILLA, urbs Siciliæ, non longè à Syracuſis. Gentile, Acrillæus, ut Agylla, Agyllæus.

ACROTHYNI, urbs in cacumine montis Atho. Gentile, Acrothynus, & Acrothynita. Eſt verò à Cros. Urbs verò eſt Arabum. Gentile, Croïtes nomus per o *mega*.

ACROCORINTHUS, maſculini generis. Incolæ, Acrocorinthii. Dicitur etiam Corinthius, ſimpliciter.

ACROCYLIA, ſita eſt in K.

ACROPOLIS, urbs Libyæ. Eſt & Ætoliæ. Civis, Acropolita. Poteſt eſſe & Acropolieus, ut Tetrapolieus.

ACRORIA, cacumen montis, in quo, qui habitant, dicuntur *Acroritæ*. Sic verò apud Sicyonios colebatur *Apollo*. Vocabatur verò à Sicyoniis, *Acrorita*; à Metapontinis, *Eriphius*: Apollodorus author eſt.

ACRORII, urbs Triphiliæ. Gentile eodem modo.

ACTA,

47 Ἀκρίλλα, πόλις Σικελίας, ἀπόῤῥω Συρακουσῶν.] Acrila urbs Siciliæ haud procul à Scyracuſis, cujus nedum veſtigia exſtant. Livius lib. 24. c. 35. Plutarchus in Marcello memorat Accillas, utrum hi ex Stephano, an Stephanus ex his corrigendus ſit, tuum eſto judicium; ego exiſtimo eandem fuiſſe urbem.

48 Ἀκρόθωοι, πόλις ἐπὶ τῷ ἄκρας τοῦ Ἄθω.] Acrothyni, orum, urbs in vertice montis Atho; quo in monte aliam etiam urbem ejuſdem nominis cum monte celebravit. Utrum ſit eadem urbs an alia, tuum eſto judicium. Videſis quæ in *Ἄθως* nota 92. annotavimus.

49 Ἔστι δὲ καὶ τοῦ Κρωῦς, πόλις ἡ ἐστιν Ἀράβων. Τὸ ἐθνικὸν, Κρωΐτης νόμ⊙, διὰ τοῦ ω.] Eſt vero καὶ τοῦ Κρωῦς, id eſt, *à Cros*. Urbs vero eſt Arabum. Gentile, Croites Nomos, per o *mega*, quæ ſunt verba mutila, ac ſic ex eodem Stephano in Κρῶς corrigenda, Ἔστι ἡ Κρῶς, πόλις Αἰγύπτου. Τὸ ἐθνικὸν, Κρωΐτης, καὶ νόμ⊙ Κρωΐτης διὰ τοῦ ω, ἐστὶ καὶ Κρωῒς Ἀράβων πόλις, i.e. *Eſt verò Cros, urbs Ægypti. Gentile, Croïtes, & Nomos Croïtes per o* mega, *eſt etiam Croïs Arabum urbs*. De quibus extra literarum ordinem egit Epitomator, ſed hoc apud eum non eſt inſolens.

50 Ἀκροκόρινθ⊙, ἀρρενικὸν, &c.] Acrocorinthus, maſculinum. Nomen ſonat *arx Corinthi*, quæ etiam *Epope* dicta fuit, ut ſuo loco teſtatur Auctor noſter. De qua videſis, quæ in *Corinthus* annotavimus.

51 Ἀκροκύλεια, κεῖται ἐν τῷ Κ.] Acrocylia; jacet in K. quid ſit Acrocylia omittit dicere, ſed lectorem remittit ad nomina, quæ incipiunt per K. ubi *Crocylion* inquit fuiſſe vocatam inſulam *Ithacam*, & ejus tertiam partem, ut illic videre licet.

52 Ἀκρόπολις, πόλις Λιβύας, ἔστι δὲ καὶ Αἰτωλίας.] Acropolis, urbs Libyæ, & Ætoliæ, de quibus nihil memoratu dignum inveniebam, at *Acropolis καθ' ἑξοχὴν* dicebatur Athenarum arx, quemadmodum Athenæ ipſæ πόλις & ἄστυ, i.e. *urbs* & *aſtu*, quo ultimo uſus eſt Terentius in Eunuch. *An in Aſtu venit?* id eſt, *an in urbem venit?* ſed adeo inſolens eſt, ut apud alios non reperiatur. Quatuor verò in orbe civitates gaviſæ ſunt appellatione πόλεως ſeu *urbis* per antonomaſiam, Roma, Athenæ, Alexandria, & Ilium, ut jam alibi annotavimus.

53 Ἀκρώρεια, ἄκρον ὄρους· ἐν ᾧ οἱ οἰκοῦντες, ἀκρωρεῖται.] Acroria, ſummum montis, in quo, qui habitabant *acroritæ* dicebantur. In tres quippe partes dividebant Græci montem, quæ apud eos dicebantur, ἀκρώρεια, i.e. *vertex*, ὑπώρεια, i.e. *montis latus*, τέρμα, i.e. *extremum montis*, ut teſtatur eruditiſſimus Grammaticorum in Ἀκρωρείας, & Suid. in Ἀκρώρεια.

54 Οὕτω δὲ τοῦ Σικυωνίοις ἐλιμᾶτο.] In his verbis deficit nomen Dei, qui apud Sicyonios nomine *Acrorites*, apud Metapontinos nomine *Eriphius* colebatur. At cum ſit incognitus, tamen non eſt ἄγνως⊙ ille Pauli, nec incertus ille Lucani, cujus dedita Sacris Judæa erat. Ethnici pro Dîs habuere illos, à quibus magna utilitas ad vitæ cultum eſſet inventa, ipſaſque res utiles, & ſalutares *Deorum* vocabulis nuncuparunt; ac cum natura ſui ſit blanda conciliatrix & quaſi lena, & omnibus animantibus præſcripſerit, ut nihil pulchrius, quam ſuam ſpeciem putarent, hinc factum fuit, ut *Deos* in hominum effigiem fingerent, aut conſilio quodam ſapientum, quo facilius animos imperitorum ad Deorum cultum à vitæ pravitate converterent, aut ſuperſtitione id ſuadente, ut eſſent ſimulachra, quæ venerantes Deos ipſos ſe adire crederent, quæ in majus auxere Poëtæ, Pictores & Opifices, ut teſtatur diſertiſſimus Romuli nepotum lib. 1. de Natura Deorum. Quin etiam quidquid in rerum natura erat mirabile, id vocabant *Deum*, quod optimè expreſſit Prudentius in Symmachum v. 380.

Quidquid humus, pelagus, cælum mirabile gignit
Id duxere Deos, colles, freta, flumina, flammas,
Hæc ſibi per varias formata elementa, figuras
Conſtituere patres, hominumque vocabula mutis
Scripſerunt Statuis, vel Neptunum vocitantes
Oceanum.

Nos hos Deos לעברי פסילים *leobde peſilim*, i. e. *colentibus ſculptilia*, ut loquuntur Hebræorum παῖδες, relinquamus, ac ad Spartam noſtram revertamur.

55 Ἀκτὴ,

Ἀ'ΚΤΗ [55], ἔτως ἡ Ἀ'τθικὴ ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀ'κταίου τινός. Ἀ'νὴρ ἦν αὐτόχθων, ὡς Φαβωρῖνος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐκεῖ, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἔτω τὴν χώραν ὠνόμασε, καὶ τὸν λαόν. Ἀπολλόδωρος δὲ παναλία φησίν· ἔτω γὰρ ἐκλήθη, διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς καθικνεῖσθαι εἰς θάλασσαν. Τριγώνου γὰρ ὄντος, αἱ πλευραὶ αὐτοῦ τὸ Σούνιον ἐκάλεσαν δύο θαλάσσαις ἐγγίζουσι. [56] Δι' ὧν τῶν ἐπὶ Κέκροπος φυλῶν τεττάρων ὄντων, δύο παρωνόμασαν, Ἀ'κταίαν καὶ Παραλίαν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀ'κταῖος, καὶ Ἀ'κταία, καὶ Ἀ'κταῖς, καὶ Ἄ'τθις, καὶ Ἀ'κτίτης. [57] Ἐξ οὗ τὸ Ἀ'κτίτης πέτρας ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, ἀντὶ τοῦ Ἀ'κταῖος· ὡς Αὐλὴ, Αὐλίτης. Ἔστι καὶ Ἀ'κταῖος Αἰγεύς, ὡς Εὐφορίων Διονύσῳ. Ἔστι καὶ Ἀ'κταῖος. Καὶ τὸ Ἄ'κτιον, ἀφ' οὗ τὸ Ἀ'κτιώτης, ὡς Πηλιώτης, Ξεφυριώτης. Ἄ'μεινον δὲ τοῦτο εἶναι ἀπὸ τοῦ Ἀ'κτία, τοῦ δηλοῦντος τὴν τε χώραν, καὶ τὴν γυναῖκα, ὡς Πελασγία Πελασγιώτης. Ἔστι καὶ Ἀ'τθικὸς, καὶ Ἀ'τθικὴ καθ' ὑπόπτωσιν διὰ τὴν ὀφωνίαν. Ἔστι καὶ Ἀ'κτὴ Μαγνησίας, ἀφ' ἧς Ἀ'κτεὺς καὶ Ἐπάκτιος Ἀ'πόλλων τιμᾶται. Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἀ'καρνανίας, ἧς μέμνηται Δημάγητος. Ἔστι καὶ Πελοποννήσου, ὡς Θουκυδίδης· καὶ ἄλλη ἐν Βοσπόρῳ· καὶ ἑκτη ἐν Ἰωνίᾳ. Δημήτριος δὲ ὁ τὰ σημαντικὰ γράψας, καὶ τὸ θεῖον Ἄ'θω χώρας μόνον ἐμνημόνευσεν.

Ἄ'ΚΤΙΑ [58], πόλις Ἀ'καρνάνων, ἀπὸ τοῦ Ἀ'μβρακι-

A C T A, sic Attica vocabatur à quodam Actæo. Fuit verò vir indigena, ut Phavorinus, qui illic regnavit, ac à seipso sic regionem & populos nominavit. Apollodorus verò contraria inquit. Sic enim fuit vocata, eò quod magna ipsius pars pertingat in mare. Triangularis enim cum sit, duo ipsius latera utrinque in Sunium vergunt, ac maritima sunt; propter quæ, cum essent sub Cecrope quatuor tribus, duas vocarunt, Actæam, & Paraliam. Gentile, Actæus, & Actæa, & Actæis, & Atthis, & Actita, unde *Actitæ petra* in tragœdia pro *Attici petra*. Ut Aula, Aulita. Est & Actius Æ-geus, ut Euphorion *Dionyso*. Invenitur etiam Actias, & Actium, à quo Actiota, ut Pe-liota, Xephyriota. Sed præstat hoc fieri ab Actia, quod ostendit & regionem & fœminam, ut Pelasgia, Pelasgiota. Dicitur et-iam Atticus, & Attica, mutatis literis pro-pter euphoniam. Est & Acta urbs Magne-siæ, à qua Actius, & Epactius Apollo, qui ibi colitur. Est & alia Acarnaniæ, cujus meminit Demagetus. Est & alia Peloponne-si, teste Thucydide. Et alia in Bosphoro, & sexta in Ionia. Demetrius verò tan-tum meminit Actæ significantis litus, atque ejus regionis, quæ jacet prope montem Atho.

A C T I A, urbs Acarnanum, ab Am-braci-

55 Ἀκτὴ, ἔτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀκταίου τινός.] Acte, sic Attica vocabatur à quodam Actæo, unde apud Lycophronem, auctore Eustathio ad Dionysii v. 423. Attici *Actæi* appellati fuere. Alii verò dicunt, sic vocatam fuisse, quod ejus magna pars pertingeret in mare, ut ex Apollodoro etiam confirmat Auctor noster, in cujus rei testimonium placet etiam vocare Harpocrationem nostrum. Sit hoc ei inter blattas & tineas solatium, jam quando blat-team vestem ipsi induere nequivimus, cum civem Roma-num fecerimus: Ἀκτὴ, inquit ille, *est maritima quædam Atticæ pars Hyperidi in Orat.* ἀδεὶ περίχως, *unde &* actites *lapis, sic autem vocabant & Atticam, alii quidem à quo-dam rege, alii vero, quod major regionis pars esset maritima.* Idem testatur Euseb. Chronic. lib. 1. Κέκροψ ὁ Διφυὴς τὸ πρὶν Ἀκτῆς, νῦν δὲ Ἀττικῆς, &c. id est, *Cecrops Diphyes nomine regnavit ann.* L. *in ea, quæ tunc dicebatur* Acte, *nunc verò* Attica. *&c.* Notatu dignum est, quod paulò infra in-quit, scilicet, Cecrope regnante in Attica, tunc in *Acropoli*, id est, in arce Athenarum primum olivam or-tam esse, ac Cecropem primum bovem sacrificasse. An-tiquitus enim primum farre & sale, deinde thure Deos colebant; cujus rei locuples testis est Naso Fastorum lib. 1. v. 337.

Ante, Deos homini quod conciliare valeret
Far erat, & puri lucida mica salis.
Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hospita navis aquas
Thura nec Euphrates, nec miserat India costum
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis
Et non exiguo laurus adusta sono.
Si quis erat, factis prati de flore coronis
Qui posset violas addere; dives erat.

Postea consuetudo sacrificandi pecudes inolevit, quam Christiana religio penitus abolevit, magno Ethnicorum dolore; de quibus videsis lectiones Hesiodeas Joan. Georgii Grævii amici nostri inter eruditissimos. Sed ne emansores, seu desertores simus, ad castra nobis redeundum est.

56 Δι' ὧν τῶν ἐπὶ Κέκροπος φυλῶν τεττάρων ὄντων, &c.] Quatuor fuisse sub Cecrope Athenienssium tribus inquit, quarum duas tantum nominat Actæam & Paraliam, reli-quæ duæ erant Cecropis & Autochthon, auctore Polluce lib. 8. c. 19. Sect. 31. Sub Cranao verò mutato nomine vo-catæ fuere Cranais, Atthis, Mesogæa, Diacris; sub Erich-thonio autem, Dias, Athenais, Posidonias, Hephæstias; sub Erechtheo, Teleontes, Oplitæ, Ægicorei, Ergadei: tandem sub Alcmæone factæ decem, atque vocatæ fuere, Erechtheis, Cecropis, Ægeis, Pandionis, Acamantis, Antiochis, Leontis, OEneis, Hippothoontis, Æantis, auctore eodem, libro citato.

57 Ἐξ οὗ τὸ Ἀκτίτης πέτρας ἐν τῇ τραγῳδίᾳ ἀντὶ τοῦ Ἀττικοῦ] Ratio suadebat hæc verba sic esse legenda ἐξ οὗ τὸ ἀκτίτης πέτρα ἐν τῇ τραγῳδίᾳ αὐλὴ δ' Ἀττικὸς, i. e. *ex quo actites lapis in Tragœdia pro Atticus, sed cum hoc sit ex Tragœdia petitum*, quæ suas habet allusiones, nihil ausus fui mutare. Similis enim loquendi modus apud Latinos etiam reperitur. Sic Livius lib. 8. c. 13. Asturæ flumen, lib. 43. c. 4. flumen Loracinæ; Maro Æneid. lib. 1. Trojæ urbem; Plin. lib. 12. c. 14. thuris arborem dixit; & alia sexcenta, quæ nobis nunc non occurrunt.

58 Ἄκτια, πόλις Ἀκαρνάνων, ἀπὸ τοῦ, &c.] Actia, orum, neutro plur. & singul. etiam Actium, apud Latinos & apud Græcos utroque numero dicitur. Fuit Acarnanum urbs, juxta quam Augustus Cæsar Antonium & Cleopatram na-vali prælio devicit, & urbem condidit, quam à victoria *Nicopolin* nominavit, ut memoriæ rerum tradit Plutarch. in Antonio, Dio Cass. lib. L. in qua agonem Actiacum in-stituit, qui ἀκτιακὸς dicitur Josepho ἀλώσεως lib. 1.

Θρακικῷ κόπτῳ δεξαμβώοις,[59] ἐν ταύτῃ Ἀπόλ- A
λωνος γυμνικὸς ἀγὼν, καὶ ἱππικὸς, καὶ πλοίων
ἅμιλλα ἀφὰ τελεηρίδος ἑκάστης. Ὁ μωνύμως δὲ
λέγεται καὶ τὸ ἱερὸν καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ ἡ ἄκρα
ἡ πρόσω τὸ στόμα καὶ κόλπος, καὶ ἡ πόλις, καὶ ὁ
Ἀπόλλων, καὶ ὁ πολίτης.[60] Λέγεται καὶ Ἀκλαῖος B
Ἀπόλλων, καὶ Ἀκλιακός.[61] Λέγεται καὶ Ἀκλαιώτης ἡλυκόν. Ἀρκάδιος δ' ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ φησὶν, Ἀκλία καὶ ἡ πόλις, καὶ ἡ ἑορτή. Ἀλλ' ἡ μὲν ἑορτὴ βαρυτόνως, τὰ Ἄκλια· ἡ δὲ πόλις, λέγεται ὀξυτόνως, τὸ Ἄκλιον. C

ΑΚΥΛΗΙΑ[62], πόλις Γαλλίας, Σηκοβίων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀκυληΐτης, ὡς Μεσσήπεια, Μεσσήπειος. Ἔστι καὶ Ἀκυληΐτης κόλπος. Λέγεται καὶ Ἀκυληήσιος, Γαλλικῷ τύπῳ.

ΑΚΥΛΙΝΑ, πόλις Ἰλλυρική· Θεόπομπος. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκυλιναῖος, ὡς Κωνσταντιναῖος, ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνας. D

ΑΚΥΤΑΝΙΑ[63], ἐπαρχία τῆς Κελτικῆς Γαλατίας, μία τῶν τεσσάρων. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. E

ΑΚΥΤΟΣ[64], νῆσος πρὸς Κυδωνίαν τῆς Κρήτης. Ὁ νησιώτης, Ἀκύτιος.

ΑΚΥΦΑΣ[65], πόλις μία τῆς Δωρικῆς τετραπόλεως, ὡς Θεόπομπος. F

ΑΚΧΗΝΟΙ[66], ἔθνος Ἀραβίου, ὡς Οὐρανίος φησὶ τετάρτῃ, ἐπὶ τῷ αὐχένι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης.

ΑΛΑ-

bracico sinu incipientibus; in qua celebrabatur Apollinis gymnicum certamen, & equestre, & navigiorum contentio singulis triennis. Eodem verò nomine dicitur & templum Apollinis, & promontorium ingressum sinus faciens, & urbs, & Apollo, & civis. Dicitur etiam *Apollo Actæus*, & *Actiacus*. Dicitur etiam Actæotis fœmineum. Arcadius verò in orthographia inquit: Actia & urbs & festum dicitur. Sed quum festum significat, gravatur. Urbs verò dicitur neutro genere, Actium.

AQUILEIA, urbs Italiæ, ut Strabo. Gentile, Aquileius, ut Mesapeia, Mesaleia. Est & *Aquileius sinus*. Dicitur etiam Aquileesius, Italico typo.

AQUILINA, urbs Illyrica, ut Theopompus. Gentile, Aquilinæus, ut Constantinæus, à Constantina.

AQUITANIA, Eparchia Celticæ Galatiæ, una ex quatuor. Marcianus in ejus periplo.

AQUYTUS, insula juxta Cydoniam Cretæ. Insularis, Aquytius.

ACYPHAS, urbs una ex quatuor Doricis, ut Theopompus.

ACCHENI, populi Arabiæ, ut Uranius inquit lib. quarto, siti ad fauces maris rubri.

ALA-

59 Ἐν ταύτῃ Ἀπόλλωνος γυμνικὸς ἀγὼν, καὶ ἱππικὸς, καὶ πλοίων, &c.] Actii fuisse Apollinis gymnicum certamen, & equestre, nec non navigiorum contentionem per singula triennia inquit, quorum exemplo Augustus Cæsar in Actiacæ victoriæ memoriam Nicopoli Actiacos ludos in honorem Apollinis instituit, sed quinquennales, ut refert Suetonius in Augusto, cujus sunt verba: *Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in posterum esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit, ludosque illic quinquennales constituit. & ampliato vetere Apollinis templo, locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum navalibus spoliis, Neptuno, ac Marti consecravit.*

60 Λέγεται καὶ Ἀκλαῖος Ἀπόλλων, καὶ Ἀκλιακός.] Ab Actio urbe dicebatur Apollo Actæus, & Actiacus, Poëtarum principi Æneid. lib. 8. v. 704. dicitur Actius:

Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo.

61 Λέγεται καὶ Ἀκλαιώτης ἡλυκόν.] Pro quibus legendum confidenter λέγεται καὶ Ἀκλαῶτις ἡλυκόν.

62 Ἀκυλήια, πόλις Γαλλίας.] Aquileïa, urbs Italiæ, scribitur etiam apud Græcos Ἀκυλία & Ἀκυληία. Eam memorat Strabo Geographiæ lib. 5. ac à Romanis conditam fuisse tradit. Fuit olim opulenta, auctore Mela lib. 2. quam expugnavit, & diruit Attila, quem *flagellum Dei* vocarunt, dum mercaturæ studio floruit dives & populo frequens; sed caput exserentibus Venetiis omnia amisit. Namque ubi floret mercatura, sunt divitiæ; ubi periit, omnia in deterius vergunt. Ex hac urbe fuit Rufinus D. Hieronymi σύγχρονος, qui primus Josephi de Bello Judaïco libros Latii jure donavit. Fuit olim imperatorum Augusti, & Tiberii veluti sedes, in qua à militibus occisum fuisse Maximinum imperatorem auctor est Eusebius Chronic. lib. 1. deinde redeuntibus annis patriarchas habuit quorum amplissimæ fuere facultates, de quibus videsis Leandrum Albertum in Italiæ regione decima octava, & Cluv. Ital. Antiq. libro primo c. 20.

63 Ἀκυτάνια, ἐπαρχία τῆς Κελτικῆς Γαλατίας.] Aquitaniam fuisse eparchiam h. e. præfecturam Celticæ Galatiæ, h. e. Galliæ, unam ex quatuor, inquit Topographus ex Marciano in ejusdem Periplo. Idem confirmatur ex Ptolemæo Geographiæ lib. 2. c. 7. qui Celtogalatiam in quatuor quoque dividit eparchias, scilicet in Aquitaniam, Lugdunensem, Belgicam, Narbonensem. Aquitania vero Gallis nunc dicitur *Guienne*; aliis *Guascoigne*; Ptolemæo dicitur *Celtogalatia*; Epitomatori nostro Celtica Galatia, cujus descriptionem habes apud Ptolemæum & Marcianum loco citato.

64 Ἄκυτος, νῆσος πρὸς Κυδωνίαν τῆς Κρήτης.] Acytos, insula circa Cydoniam Cretæ, cujus varia nomina recensent Plinius Hist. Natur. lib. 4. c. 12. cujus ecce verba: *Melos cum oppido, quam Aristides Byblida appellat, Aristoteles Zephyriam, Callimachus Mimalyda, Heraclides Siphnum, & Acyton; hæc insularum rotundissima est.*

65 Ἀκύφας, πόλις μία τῆς Δωρικῆς τετραπόλεως.] Acyphas, antis, urbs una ex Dorica tetrapoli, quæ alio nomine *Pindus* dicebatur, ut tradit Strabo lib. 9. Ὑπέρκειται ὃ ὁ Πίνδος, &c. id est, *Supra situs est Pindus, qui in Cephisum exit non procul Lineæ.* Nonnulli vero Acyphantem dicunt Pindum.

66 Ἀκχωοὶ, ἔθνος Ἀραβίου.] Accheni, populi Arabiæ ex Uranii lib. 4. Arabicorum, qui eos locat ad fauces seu angustias maris rubri, ut inquit noster: *Anchitæ* dicuntur Ptolemæo Geographiæ lib. 6. c. 7. qui eos inter populos Arabiæ Felicis recenset. *Acchitæ* vocantur Plinio Histor. Natur. lib. 6. c. 28. Nullus dubito eosdem fuisse Arabiæ populos, de quibus nihil memoratu dignum inveniebam.

67 Ἀλά-

Α᾽ΛΑ᾽ΒΑΝΔΑ[67], πόλις Καρίας, ἡ πρὸ Α Α᾽νλιόχεια. Ἐκλήθη ἢ ἀπὸ Α᾽λαβάνδου τοῦ Εὐίππου, ὡς Χάραξ. [68] Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις Καρῶν δυτυχεστάτη, ἀφ᾽ ἧς ἡ παροιμία, Α᾽λάβανδα Καρῶν δυτυχεστάτη. Κλίσμα ἢ Καρὸς τοῦ, ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ κληθέντος, τοῦ γενηθέντος Β ἀπὸ Καλλιῤῥόης τῆς Μαιάνδρου, μετὰ νίκην ἱπποµαχικήν. Καὶ κληθέντος Α᾽λαβάνδου· ὅ ἐστι κατὰ τὴν Καρῶν φωνὴν, ἱππόνικος. Α᾽λλα μὴν τὸν ἵππον, Βάνδα ἢ τὴν νίκην καλοῦσιν. [69] Ἔνθεν καὶ τοῖς Ῥωμαίοις, βάνδον τὸ C νίκην φασίν· Ὁ πολίτης, Α᾽λαβανδεύς· ὅντως ἀναγεγράφεται. Λέγεται καὶ κλητικὸν Α᾽λαβανδιακὸς, καὶ Α᾽λαβανδιακὸν σύγγραμμα· [70] ἐξ ὧν καὶ Α᾽λαβανδιακὸς σολοικισμὸς, ὡς Φιλόξενος τὴν Ὀδύσσειαν ἐξηγούμενος, ὅταν ἡ D μὴ ἀπαγόρευσις ἀντὶ τοῦ κεῖται· ὡς τὸ·

Μὴ δ᾽ ἐμοὶ ἰότητι Ποσειδάων ἐνοσίχθων.

Α᾽ΛΑ᾽ΒΑΣΤΡΑ[71], πόλις Φρυγίας· Ἡρόδοτος. [72] Ἐν ταύτῃ λίθος διάσημος, ὥς Ε φησι Νικάνωρ. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽λαβαστρίτης, ὡς Α᾽βδηρίτης.

ALABANDA, urbs Cariæ, quæ olim *Antiochia*. Sic verò fuit vocata ab Alabando Euippi filio, ut Charax. Est & alia Cariæ urbs felicissima, à qua parœmia, *Alabanda Carum fortunatissima*. Condita verò fuit à Care, à cujus filio sic fuit vocata, genito ex Callirrhoa Mæandri filia post equestrem victoriam Alabando cognominato, quod Carum lingua, *Hipponicus* dicitur, id est, *equestri prælio victor*. Cares enim *Ala* vocant *equum*, *Banda* verò *victoriam*. Hinc & apud Romanos *Bandum* victoriam dicunt. Civis Alabandeus; sic refertur. Dicitur etiam possessivum, Alabandiacus, & Alabandiacum syngramma. Unde & Alabandiacus solœcismus, ut inquit Philoxenus explicans Odysseam, quod est, cum *ne* prohibitivum, pro *non* negativo ponitur, ut illud:

Ne per meum consilium Neptunus terræ concussor.

ALABASTRA, urbs Phrygiæ, ut Herodotus. In hac erat lapis celeber, ut ait Nicanor. Gentile, Alabastrita, ut Abderita.

Α᾽ΛΑ-

ALA-

67 Α᾽λάβανδα, πόλις Καρίας, ἡ ποτὲ Α᾽νλιόχεια.] Alabanda, urbs Cariæ, quæ aliquando *Antiochia* dicta fuit, subjacebat duobus tumulis, seu collibus utrinque in acclive surgentibus, ita ut speciem asselli clitellis instrati referret: regio vero erat plena scorpiis. Unde non illepide Apollonius Malacus apud Strabonem libro decimo quarto inquit; *Alabandam esse asellum scorpiis onustum.* Duas hujus nominis Carum civitates celebrat Auctor noster, cum apud reliquos scriptores una tantum celebretur. Utramque, inquit, nomen adeptam esse ab Alabando Caris ex Callirrhoe filio, qui post equestrem victoriam *Alabandus* vocatus est. Cares enim sua lingua *ala* equum, *banda* vero victoriam vocabant, quem Alabandeis (sic hujus urbis Cariæ oppidanos vocat Cic. Epist. ad Memm. lib. 13. Epist. 56.) pro Deo coluere, auctore eodem de Nat. Deorum lib. 3. ubi eosdem *Alabandos* appellat. Libet ejus apponere verba. Sunt enim ejus omnia auro contra chara: *Nec vero*, inquit ille, *vulgi, atque imperitorum insciti am despicere possum, cum ea considero, quæ dicuntur à Stoicis. Sunt enim illa imperitorum, piscem Syri venerantur, omne fere genus bestiarum Ægyptii consecraverunt. Jam verò in Græcia multos habent ex hominibus Deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenen, Leucotheam, quæ fuit Ino, & ejus Palæmonem filium, cuncta Græcia Herculem, Æsculapium, Tyndaridas, Romulum nostri, aliosque complures, quos quasi novos, & adscriptitios civeis in cœlum receptos putant.* Apud eumdem libro citato non inurbane Stratonicus, cum quidam ei molestus Alabandum suæ urbis conditorem Deum esse confirmaret, Herculem negaret: *Ergo*, inquit, *mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus.*

68 Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις Καρῶν δυτυχεστάτη, &c.] Memorat Topographus aliam Carum urbem Alabandam felicissimam, à qua parœmia, ut ipse inquit, Α᾽λάβανδα Καρῶν δυτυχεστάτη, i.e. *Alabanda Carum fortunatissima.* De qua parœmia vide Erasmum: at civitatem Juv. Sat. 3. v. 70. ut luxui, ac deliciis deditam celebrat:

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis
Esquilias, dictumque petunt à vimine collem.

Sed non ideo sequitur, fuisse duas Alabandas Cariæ civitates, ut inquit Auctor noster: at Herodot. nos docet lib. 7. c. 195. fuisse Alabandam in Caria, ac lib. 8. c. 136. aliam in Phrygia celebrat. Quam verò intelligat Juvenal. nescio.

69 Ἔνθεν καὶ τοῖς Ῥωμαίοις, βάνδον τὴν νίκην φασίν.] Cum prius dixisset *bandum* Carum lingua significare *victoriam*, nunc inquit, inde quoque apud Romanos *bandum* victoriam dicunt, sed eum utpote Romanæ linguæ ignarum fefellit opinio. Suidas inquit Romanos signum militare vocasse *bandum*, sed non victoriam. Ejus ecce tibi verba: Βάνδον ὅτῳ καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ σημεῖον, τὸ ἐν πολέμῳ· id est, *Bandum, sic vocant Romani signum in bello.* Etiam Suidas fallitur, sed potuit ætate Suidæ sic vocari inter aliquos populos Romanis obedientes. Nemo enim etsi infrunitus negabit signum militare, quod Hispani vocant *bandera*, ab hoc nomine *bandum* deduci, quin etiam *bando* vocant decretum militare per præconem promulgatum, ac cum quis sequitur partes vel Cæsaris, vel alterius dicunt, *Sigue el bando de Cesar*, ac si dixeris, sequitur vexillum Cæsaris.

70 Ἐξ ὧν καὶ Α᾽λαβανδιακὸς σολοικισμὸς, &c.] Inquit ab Alabandis dici *solœcismum alabandiacum*, quod erat cum quis *ne* prohibitivo utitur pro *non* negativo, ut est in versiculo illo, quem innominato auctore affert, qui invenitur Il. 15. v. 41. Illud verò adducit ex Philoxeno in Odysseam. Nec mirum, cum Alabanda sit Carum civitas, quos βαρβαροφώνους vocat Hom. Il. 2. v. 867. Ejusdem farinæ est Α᾽λαβανδιακὸν σύγγραμμα, i. e. *Alabandiacum syngramma*, i. e. *opus*, de quo sis vide Erasmum in Adagiis.

71 Α᾽λάβαστρα, πόλις Φρυγίας.] Alabastra, urbs Phrygiæ ex Herodoto, apud quem nulla hujus urbis fit mentio, sed Alabandæ Phrygiæ, quam memorat lib. 8. c. 136. ideo suspicor fuisse μνημονικὸν ἁμάρτημα ex nominis similitudine: Alabastra vero urbs Phrygiæ nemini, quod sciam, præter Stephanum memoratur.

72 Ἐν ταύτῃ λίθος διάσημος.] Innuit Alabastræ urbis Phrygiæ esse lapidem celebrem, h. e. alabastritem, ab hac urbe nomen adeptum: at cum Alabastram Phrygiæ urbem nemo præter Stephanum celebret, & Ptolemæ. Geographiæ lib. 4. c. 5. memoret Alabastram Ægypti urbem, & Alabastrinum montem, verosimilius est vel ab urbe, vel à monte Ægypti Alabastritem lapidem nomen accepisse; quod etiam videtur confirmare Plinius Nat. Hist. lib. 36. c. 22. ubi *Alabastritem Ægyptium* vocat, quem libro citato c. 8. circa Thebas Ægyptias, & Damascum Syriæ nasci asserit. Est genus lapidis candidi, quem Hispani *alabastro* vocant, cujus frequens in regiis templis, & palatiis usus. Cæterum ridiculi mihi videntur, qui alabastrum vas à verbo Græco λαμβάνω, i. e. *capio*, & ab *a* privativo deducunt, cum à lapide, ex quo fit, possit denominari.

Α᾽ΛΑΒΟΤ᾽ΡΙΟΝ, πόλις Συρίας· Χάραξ ὀγδόῃ Χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽λαβέριος.

ALABURIUM, urbs Syriæ. Charax Chronicorum lib. 8. Gentile, Alaburius.

Α᾽ΛΑΒΩ᾽Ν [73], πόλις, καὶ ποταμὸς· ὡς Δημήτριος ἐν συνωνύμοις. Κλίνεται Α᾽λαβῶνος. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽λαβώνιος, ὡς Κολοφώνιος.

ALABO, urbs, & fluvius; ut Demetrius in synonymis. Declinatur verò Alabo, onis. Gentile, Alabonius, ut Colophonius.

Α᾽ΛΑΖΩ᾽Ν [74], ἔθνος ὅμορον τοῖς Σκύθαις. Ὀξύνεται διὰ τὸ ἀπηρέμα, καὶ φυλάττει τὸ ω μετὰ ἀνθρακολλύ.

ALAZON, onis, gens vicina Scythis. Acuitur verò propter adjectivum, atque o *mega* servat ad distinctionem.

Α᾽ΛΑΙ᾽ Α᾽ΡΑΦΗΝΙ᾽ΔΕΣ, καὶ Α᾽λαὶ Αἰξωνίδες, δῆμοι, ὁ μὲν τῆς Αἰγηίδος, ὁ δὲ Αἰξωνὶς τῆς Κεκροπίας φυλῆς. Ἐκαλέρχετο ὁ δημότης ἄνευ τοῦ ι, Α᾽λαεύς. Καὶ Α᾽λῆθεν, καὶ Α᾽λῆσι· καὶ Α᾽λήθενδε Ξενοφάντος εἶπε. Τρύφων δὲ ἐν παρωνύμοις, Α᾽λαῖος τρισύλλαβον, καὶ Α᾽λαιαῖος τετρασύλλαβον· ὡς Λήναιος Ληναιεύς, Κρηταῖος Κρηταιεύς. Α᾽λλ᾽ ἐν τοῖς ἐξῆς καὶ ἔθος Α᾽ττικὸν, ἔνδειαν φησὶ τοῦ ι. Ἔστι δὲ ὁ δῆμος τῶν Α᾽ραφληνίδων μεταξὺ Φηγέως τοῦ πρὸς Μαραθῶνι, καὶ Βραυρῶνος. Αἱ δὲ Αἰξωνίδες, ἐγγὺς τοῦ ἄστεος. Ἔστι καὶ λίμνη ἐκ θαλάσσης. Δασύνεται δὲ τὸ Α᾽λαὶ, ὡς καὶ ἐν τῷ Δραπέτῃ Μενάνδρου· Ἀπὸ τοῦ Α᾽ραφληνίσιν Α᾽λαῖς διακεῖσθαι τὰ πράγματα, ὅς ἐστι τόπος Α᾽ττικῆς.

HALÆ ARAPHENIDES, & Halæ Æxonides, populi, unus Ægeïdis, alter Cecropiæ tribus. Utriusque popularis dicitur *Halaeus* sine *jota*, & adverbia localia ex-Halis, & in-Halis; Xenophantus usus est adverbio motus in locum in-Halas. Trypho in derivativis, Halæus trisyllabum, & Halææus quadrisyllabum affert; ut Lenæus, Lenæeus, Cretæus, Cretæeus. Sed in eis, quæ deinceps sequuntur ex more Attico *jota* deficere inquit. Jacet verò populus Araphenidis inter Phegeum ad Marathonem & inter Brauronem. Æxonides verò prope urbem. Est & palus ex mari. Aspiratur verò nomen Halæ, ut & in Dramate Menandri: *ab Araphenidibus Halis disponere res*, qui est Atticæ locus.

Α᾽ΛΑΙ᾽ [75], πόλισμα Βοιωτίας· Παυσανίας πέμπτῳ. Καὶ ἡ περίχωρος τῇ Α᾽ργείᾳ ἔτως Α᾽λὴ λέγεται, ἐξύτονον. Ἔστι καὶ ἑτέρα καθύπτιον Μάσητος. Καὶ τῆς Κιλικίας ἡ πόλις, ἀπηρέμα λεγομένη Α᾽λαί. Α᾽πὸ ταύτης, Α᾽λήϊον πεδίον. Α᾽λαὶ, τὸ ἐθνικὸν Α᾽λεύς, ἀφ᾽ οὗ τὸ Α᾽λήϊον. Ἔστι καὶ Α᾽λικὸς [76] κλῆμα Κιλικίας, καὶ Α᾽λίκη ἡ χώρα. Καὶ χωρίον Α᾽λικὸς πρὸς τῇ Αὐγούστᾳ, καὶ ὄρος ὁμώνυμον.

HALÆ, urbecula Bœotiæ, Pausanias libro quinto. Et Hala, quæ erat ante Argivam regionem, sic dicebatur tono acuto *in ultima*. Est & alia è regione Masetis. Est & Ciliciæ urbs adjectivè dicta *Hala*. Unde Haleïus campus. Ab Halæ, gentile, Haleus; à quo Haleïum. Est & Halicus possessio Ciliciæ: Halica etiam dicitur regio. Et oppidum Halicus prope Augustam, & mons ejusdem nominis.

Α᾽ΛΑΛΚΟΜΕ᾽ΝΙΟΝ [77], πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ τοῦ Α᾽λαλκομενέως, ὃς καὶ ἵδρυσε τὴν Α᾽θηνᾶν Α᾽λαλκομενηίδα. [78] Οὐ γὰρ ὡσπερεὶ τὸ ἀλαλκεῖν, ὡς Α᾽ρίσταρχος· ἦν γὰρ ἂν καὶ Α᾽λαλκηΐς· ἀλλ᾽ ὡς Θησεὺς Θησηΐς, ἔτως Α᾽λαλκομενεὺς Α᾽λαλκομενηΐς, ὥσπερ καὶ Βρισεὺς Βρισηΐς,

ALALCOMENIUM, urbs Bœotiæ sic dicta ab Alalcomeneo, qui Minervam Alalcomeneïdem illic collocavit. Non enim dicitur ὡσπερεὶ τὸ ἀλαλκεῖν, id est, *arcere*, *depellere*, ut Aristarchus. Tunc enim esset Alalceïs; sed ut Theseus, Theseïs, sic Alalcomeneus, Alalcomeneïs, ut Briseus, Briseïs,

73 Α᾽λαβῶν, πόλις, καὶ ποταμός.] Alabon Steph. est urbs & fluvius, sed ubi terrarum sit, nobis divinandum relinquit; nos verò à formicis edocti, quæ vacua horrea non intrant, aliò divertamus, ariolis hanc urbem, & fluvium relinquentes.

74 Α᾽λαζών, ἔθνος ὅμορον τοῖς Σκύθαις.] Alazon, est nomen gentis Scythis finitimæ, quod o *mega* servat in obliquis, ut ab adjectivo ἀλαζών, i. e. *arrogans, ostentator*, differat. Hujusmodi gens inter omnes gentes invenitur, quæ ab Æolo ventorum rege originem sine dubio trahunt. De illis agit Eust. ad Il. 2. v. 856. quos Hom. *Halizones* vocat Il. versuque citato.

75 Α᾽λαί, πόλισμα Βοιωτίας· Παυσανίας πέμπτῳ.] Halæ, oppidulum Bœotiæ ex Pausaniæ libro quinto. Ejus meminit Pausan. lib. 9. h. e. in Bœoticis, non lib. 5. hoc est, in Eliacis. Ecce ejus verba: Ἐν δεξιᾷ δὲ ποταμοῦ, Βοιωτῶν ἔχουσι τὴν πόλισμα οἰκοῦσιν Α᾽λαὶ ἐπὶ θαλάσσῃ ἡ τὸν Λοκρίδα ἤπειρον ἀπὸ τῆς Εὐβοίας διείργει, id est: *Ad dexteram fluminis* (Platanii) *Bœotorum extremi hic oppidulum Halas inhabitant, ad mare, quod Locrorum continentem ab Eubœa dividit.*

76 Κτῆμα Κιλικίας.] Possessio Ciliciæ. Quod si malueris legere κλῆσμα Κιλικίας· i. e. *opus Ciliciæ*, per me licet; at posteriore sæpè utitur Epitomator noster.

77 Α᾽λαλκομένιον, πόλις Βοιωτίας.] Alalcomenium, urbs Bœotiæ Epitomatori nostro, vicus dicitur Pausaniæ in Bœoticis seu lib. 9. ac num. plur. & fœm. gen. Audi eum loquentem: Α᾽λαλκομεναὶ δέ, κώμη μέν ἐστιν οὐ μεγάλη, &c. id est: *Alalcomenæ vero non magnus est vicus, jacet verò ad imos pedes montis haud valde editi. Loco nomen datum ab Alalcomene viro indigena, sub quo Minervam enutritam fuisse ferunt. Dixere alii Alalcomeniam Ogygi filiam fuisse; ulterius à vico plano in loco factum fuit Minervæ templum, & signum antiquum ex ebore, &c.*

78 Οὐ γὰρ ὡσπερεὶ τὸ ἀλαλκεῖν, ὡς Α᾽ρίσταρχος.] Optimè argumentatur Epitomator noster adversus Aristarchum de Minervæ Alalcomeneïdis nomine, de qua videsis Joseph. Scaliger. in Euseb. Cæsarienf. Chron. Num. 229. & Julianum Aurelium de cognominibus Deorum.

79 Τιμῶ-

σεὶς, ϗ Νηρῶς Νηρῆϊς. Ἐκ δ' Ἀλαλκηνεῶς ὴ, ϗ Ἀθηναΐδος τ' Ἱπποβότεω, Γλαύκωπος, ἀφ' ὗ τὸ Γλαυκώπιον, ϗ Γλαυκῶπις. Καὶ Ζεὺς Πολιεὺς, ϗ Ἀθηνᾶ Πολιάς. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλαλκομενιεὺς, ϗ Ἀλαλκομενίων, ϗ Ἀλαλκομένιος, ϗ Ἀλαλκομενία ἡ Ἀθηνᾶ ἐκεῖ. [79] πιμᾶτ. Τὸ δὴ Ἀλαλκομενὴ, Ἀλαλκομενᾶϊος.

seïs, Nereus, Nereïs. Ex Alalcomeneo verò & Athenaïde Hippobotæ filia, Glaucopos, à quo Glaucopion, & Glaucopis. Dicitur etiam Jupiter Polieus, & Minerva Polias. Gentile, Alalcomenieus, & Alalcomenius, Minerva Alalcomenia illic colitur. Ab Alalcomena fit Alalcomenæus.

ΑΛΑΜΑΝΟΙ [80], ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον.

ALAMANI, populi Germanis finitimi.

ΑΛΑΡΟΔΙΟΙ [81], ἔθνος περὶ τὸν Πόντον, ὡς Ἡρόδοτος φησίν.

ALARODII, populi circa Pontum, ut Herodotus inquit.

ΑΛΑΝΟΣ [82], ὄρος Ἁρμαλίας.

ALANUS, mons Harmatiæ.

ΑΛΒΑ [83], πόλις Ἰταλίας, ὠϗισαν οἱ ἀπὸ Λαβινίου Λατῖνοι, Τρῶες ὄντες. Ἔστι δὲ ἡ Ἄλβα καθ' Ἑλλάδα, λδικὴ. Κλίνεται ὴ Ἄλβας, ὡς Χάραξ. [84] Ἔστι ϗ ποταμὸς Ἄλβας, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις, Τιβερίνου δὲ βασιλέως ἐν αὐτῷ θανόντος. Λέγεται ϗ Ἀλβή. Ὁ πολίτης, Ἀλβανός· [85] ὡς ϗ οἶνος Ἀλβανὸς, ἡδύς τε ϗ καλός. [86] Λέγεται ϗ Ἀλβανὸς ἐν Ἰταλίᾳ τόπος,

ALBA, urbs Italiæ, quam condidere Latini à Lavinio oriundi, qui Trojani erant. Est verò Alba juxta Græcam linguam λδικὴ. Declinatur verò Albas, ut Charax. Est & fluvius Albas, qui nunc dicitur *Tiberis*, à Tiberino rege, qui in eodem fluvio mortuus est. Dicitur etiam *Albe*. Civis, *Albanus*; ut & vinum *Albanum* suave, & bonum. Dicitur etiam *Albanus* in Italia locus,

79 Τιμᾶτ.] Lege πιμᾶται. Irrepsit enim vitium vel incuria impressoris, vel inertia transcriptoris.

80 Ἀλαμανοὶ, ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον.] Alamani, gens Germanis finitima, quæ toti Germaniæ nomen dedit, quandoquidem nunc de ejus nomine *Alemannia* dicitur, de cujus etymo non convenit inter Criticorum filios. Servius ad Georgic. lib. 4. v. 271. inquit; Alemanos dici populos habitantes juxta Lemannum fluvium, apud quem pro *Lemannum fluvium*, legendum est, *Alemannum fluvium*. Aliter enim paronomasia non cohæret. Idem error reperitur etiam apud Isidor. Origin. lib. 9. c. 2. Agathias verò lib. 1. ex Asinio Quadrato videtur rem tanquam acu tetigisse. Inquit enim, esse homines convenas & permistos, & hoc valere apud eos eorum nomen Alemanni, quod corruptum est ex vulgari *allemannen*, quod sonat *omnes homines* apud eos. Ex eodem ferè fonte est etiam Germanorum nomen. *Guermannen* enim sonat belli homines, *hombres de guerra* dicunt Hispani, etsi Strabo lib. 7. inquit à Romanis Germanos vocatos fuisse, cum eos fratres esse Gallorum vellent ostendere. Tacitus in aureo suo de Germania libello existimavit αὐτόχθονας esse. Sic enim ille: *Quis porrò præter periculum horridi, & ignoti maris, Asiæ, aut Africæ, aut Italiæ relictâ Germaniam peteret? informem terris, asperam cœlo, tristem cultu, aspectuque, nisi si patria sit.* Cæsar Belli Gallici Comment. 7. auctor est suo ævo Deorum numero solos duxisse, quos cernebant, aut quorum opibus apertè juvabantur, Solem, & Vulcanum, & Lunam. Unde Cluv. Germaniæ Antiquæ lib. 1. c. 29. conatur probare eos agnovisse *Catholicæ Triadis mysterium*. Eadem phrenitide D. Joan. de la Portilla Duque in libro, quem de Cruce, Hispanica lingua conscripsit, conatur probare Jacobum Patriarcham, & Pseudoprophetam Mahomedem crucem adorasse. Quæ quando uterque illorum scripserunt, pace eorum dixerim, vel dormitabant, vel delirabant. Quasi hujusmodi deliramenta religioni Christianæ vires adderent, quæ sua adolescentia adeo fuit robusta, ut omnia religionum monstra sustulerit. At illa Cluverii, ac D. Joannis de la Portilla magis movent risum, quam stomachum. De Germania vero videsis Taciti aureum libellum de situ, moribus & populis Germaniæ, & Cluver. German. Antiquam.

81 Ἀλαρόδιοι, ἔθνος περὶ τὸν Πόντον.] Alarodii, populi circa Pontum, ut Herodotus inquit, sed fallitur. Herodotus enim lib. 3. celebrat Alarodios unà cum Mantienis & Saspiribus, ubi nulla Ponti fit mentio; at lib. 7. c. 79. inquit Alarodios, & Saspires eodem, quo Colchi ornatu militasse, ideò verosimile videtur fuisse populos prope Colchos; sed quia Colchis terminabatur ab occasu Ponti Euxini pàrte, auctore Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 10. ideo inquit Auctor noster, Alarodios populos esse gentem circa Pontum.

82 Ἄλανὸς, ὄρος Ἁρμαλίας.] Alanus, mons Harmatiæ, pro ὄρος Ἁρμαλίας lege ὄρος Σαρμαλίας, i. e. *mons Sarmatiæ*. Qui error Typographo vel transcriptori referri debet; qui figma præcedentis dictionis subsequenti etiam adhibuerunt pronunciatione. Translatitius quippe error in hujusmodi dictionibus, cum eadem litera est ultima præcedentis dictionis, & prima subsequentis. Alanus verò mons nemini, quod sciam, celebratur. Ptolemæus Geographiæ lib. 6. c. 14. celebrat Alanos montes Scythiæ intra Imaum montem, quæ ab occasu Sarmatia Asiatica terminabatur, ut idem est auctor libro, capiteque citato.

83 Ἄλβα, πόλις Ἰταλίας, &c.] Alba, urbs Italiæ olim celeberrima, utpote quæ suos habuerit Reges, ac cum stetisset per quadringentorum annorum spatium tandem eversa fuit à T. Hostil. Rom. rege, ac ejus cives Romam traducti, quæ tunc temporis ejus ruinis crevit, ut refert Livius lib. 1. c. 29. Non possum non laudare Romanos, qui ex hostibus devictis Socios, ac cives faciebant. Hispani expellendo cives suos indigenas ex sua Arabia felici desertam Arabiam fecere. Epitomator noster inquit, Albam condidisse Latinos à Lavinio oriundos, qui Troës, i. e. Trojani erant. Livius libro citato Auctor est, Ascanium Æneæ filium ejus conditorem fuisse, quem sequitur Virgil. Æneid. lib. 5.

—— hæc certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam
Retulit, & priscos docuit celebrare Latinos.

84 Ἔστι ϗ ποταμὸς Ἄλβας, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις.] Ethnicographo fluvius *Albas* dicitur qui postea *Tiberis*, alludit ad nomen Latinum, *Albula*. Sic enim prius dicebatur, antequam Tiberinus rex, ut inquit noster, in eo mortuus fuisset, à quo postea nomen accepit. Utrumque testatur Ovidius Fast. lib. 2. v. 389.

Albula, quem Tiberim *mersus Tyberinus in unda*
Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.

Videsis, quæ in Tiberis annotamus.

85 Ὡς ϗ οἶνος Ἀλβανὸς, ἡδύς τε, ϗ καλός.] Vinum Albanum celebrat etiam Strabo Geographiæ lib. 5. Plinius lib. 14. c. 7.

86 Λέγεται ϗ Ἀλβανὸς ἐν Ἰταλίᾳ τόπος.] Locus iste in Italia dictus *Albanus*, in quo sacrificia fiebant, non fuit alius, nisi mons Albanus, ubi erat templum Jovis Latialis, cui sacrificia illa fiebant, quò Latini quotannis ad ferias Latinas conveniebant, de quo vide Dionys. Rom. Hist. lib. 4.

πόλις. Ἐν ᾧ ἱεροποιΐαι ἐθύοντο,[87] καὶ λίμνη Ἀλβανίς. Ἔστι καὶ Ἀλβὴ πόλις Κρήτης. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλβαῖος, ὡς Θηβαῖος. A cus, in quo sacrificia fiebant. Est & palus *Albanis*. Est & *Albe* urbs Cretæ. Gentile, Albæus, ut Thebæus.

ΑΛΒΑΝΙΑ[88], χώρα πρὸς τοῖς ἀνατολικοῖς Ἴβηρσιν. ALBANIA, regio prope Orientales Iberos.

ΑΛΒΙΩΝ[89], νῆσος Βρεττανική· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλβιώνιος. B ALBION, insula Bretanica; Marcianus in ipsius periplo. Gentile, Albionius.

ΑΛΓΙΔΟΣ[90], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλγίδιος, ὡς Τενέδιος, Ἀράδιος. ALGIDUS, urbs Italiæ. Gentile, Algidius, ut Tenedius, Aradius.

ΑΛΕΑ, πόλις Ἀρκαδίας· Θεόπομπος πεντεκαιδεκάτῃ ἔφη. Ἔστι καὶ Θεσσαλίας, καὶ ἄλλη Καρπηλάνων, ἔθνους Κελτικοῦ. Ὁ πολίτης Ἀλεὺς, ὁμοφώνως τῷ οἰκέτῃ, ὡς Δάρδανος. Ἔστι καὶ ἄλλο ἐθνικὸν Ἀλεάτης, ὡς τὸ Τεγέας Τεγεάτης. Ἡρωδιανὸς δέ φησιν, Ἀλέα ἐπὶ τοῦ ἥρεμαίας. Καὶ ὁπότε δηλοῖ τὴν φυγὴν, βαρύνεται· ἐπὶ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς, ὀξύνεται. Ἐχρῆν δὲ καὶ τοῦτο βαρύνειν. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀλεῶ, λέγεται καὶ Ἀλεαῖος. C ALEA, urbs Arcadiæ, Theopompus libro quinquagesimo sexto. Est & alia Thessaliæ & alia Carpetanorum, gentis Celticæ. Civis, Aleus, ejusdem vocis ac conditor, ut Dardanus. Est & aliud gentile, Aleates, ut à Tegea, Tegeates. Herodianus inquit, quod Ἀλέα de *tepore* dicitur. Quando verò significat *fugam* tono gravi notatur; sed cum de Minerva dicitur, acuitur. Atqui debebat gravari. Ab Aleo verò dicitur Aleæus.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ[91], πόλεις ὀκτωκαίδεκα. Πρώ- D E ALEXANDRIA, sunt urbes octo-

87 Καὶ λίμνη Ἀλβανίς] Palus Albanis, Latinis dicitur *Lacus Albanus*, ut mons Albanus, nemus Albanum; at Lacus erat in nemore, ut apparet ex Livii lib. 5. c. 15. ubi inter prodigia (quæ amat Livius plusquam reliqui omnes Historici) refert. Lacum in Albano nemore sine ullis cælestibus aquis, causave qua alia, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinem insolitam crevisse.

88 Ἀλβανία, χώρα πρὸς τοῖς ἀνατολικοῖς Ἴβηρσιν.] Albania, regio ad orientales Iberos. Nam Iberes, seu Iberi erant etiam occidentales, qui alio nomine *Hispani*, regio Iberia, seu Hispania dicitur. Albaniæ incolæ, auctore Strabone lib. 11. habitabant inter Iberos orientales & mare Caspium. Ab incolis *Albania* nunc vocatur *Zitracha*, ab aliis *Garzena*, quod aruspicinæ ejus incolæ sint intenti. Nam quos nos, inquit Niger in ejusdem descriptione, *aruspices* vocamus, Hebræi *Garazenos* vocant. Fallitur bonus vir in rebus Geographicis, sed in lingua Hebraïca suam ignorantiam patefecit. Haruspices possunt dici Hebraïcè גוזרים *gazerim*, à verbo גזר *gazar*, id est, *secuit*, *abscidit*, ac si diceres *sectores*, quorum fit mentio Daniel. c. 2. v. 27. Ergo si paronomasia observanda est, *Gazareni* vocandi erant, non *Garazeni*. Neque ideo Albaniæ incolarum nomen à lingua Hebræa trahendum est, quæ nihil cum Albania, nec cum ejus incolis commune habet. Ejus descriptionem habes apud Ptolemæum Geographiæ lib. 5. c. 12.

89 Ἀλβίων, νῆσος Βρεττανική.] Albion, onis, *insula Brettanica*, id est, *Brittannica*, de qua videsis, quæ suo loco annotamus.

90 Ἀλγίδος, πόλις Ἰταλίας.] Algidus, urbs Italiæ, quæ Straboni lib. 5. dicitur *Algidon* ac urbecula vocatur. Memoratur etiam eodem nomine Dionysio Antiquit. Rom. lib. 10. At Algidus non solum fuit urbs Italiæ sed etiam mons, cujus nomen inquit ejus etymon. Itaque *gelidus Algidus* non illepidè dicitur Venus. Poëtæ carm. l. 1. Od. 21.

Quæcunque, aut gelido Algido
Nigris aut Erymanthi
Sylvis, aut viridis Cragi.

91 Ἀλεξάνδρεια, πόλεις ὀκτωκαίδεκα.] Octodecim hujus nominis urbes memorat Epitomator noster. Sanè nobis labor, tibi tædium foret de omnibus anquirere. Quare de Alexandria Ægyptia aliqua notatu digna apponemus, utpote quæ fuerit omnium celeberrima. Igitur Alexandria Ægyptia ab Alexandro Macedone, à quo nomen habet, condita fuit, ac ne quid ad gloriam deesset, ejus locum per somnium Alexandro designatum fuisse fabulabantur. Hæc enim erat veterum Ethnicorutu consuetudo, ut urbium, & gentis primordia ad Deos deferrent, quo augustiora felicioraque essent, quæ quamvis poëticis fabulis quàm simillima forent, pro veris tamen habita sunt. Tanta fuit & plebis stultitia, & hominum calliditas. Fuerunt diversa eidem indita nomina. Non solum enim vocata fuit *Alexandria Ægyptia*, sed etiam *Libyssa*, *Rhacotis*, *Pharos*, *Leontopolis*, quod Olympiadis venter Leonis imagine notaretur, id quod ad Alexandri gloriam fictum fuisse arbitror. Romani eam vocavere *Augustam*, *Juliam*, *Claudiam*, *Domitianam*, de horum imp. nomine: à Græcis dicebatur *Alexynteria*, & καθ' ἑξοχὴν πόλις, i. e. *urbs*, ut sic fama æquaretur Athenis, & Romæ, quæ hoc nomine per antonomasiam insignitæ fuere. Troja quoque apud Homerum πόλις, i. e. *urbs* sine ullo epitheto vocatur. Unde Alexander φιλόμητρος sic Alexandriam appellavit, ut refert Eust. ad Il. 2. fuit regia Ægypti sedes, & metropolis. Celeberrimum habuit totius Ethnici orbis, dempto Rom. Capitolio, Serapidis templum. Eam quoque Ptolemæus Philadelphus bibliotheca, quæ septuaginta voluminum millia habebat, decoravit; at illam magis illustrarunt, celebres eruditione & sapientia viri ejus cives inter quos exsplendescunt Philo Judæus, de quo paroemia illa, *aut Philo platonizat*, *aut Plato philonizat*; Appio grammaticus, quem Tiberius Cæsar *Cymbalum mundi*, Plinius *publicæ famæ tympanum* vocavit; Didymus Grammaticus, Claudius Ptolemæus, etsi alii huic Pelusium patriam fuisse dixere; Appianus Historicus ideo Alexandrinus dictus; Origenes, de quo fertur illud: *Ubi bene, nemo melius, ubi male, nemo pejus*; Clemens Alexandrinus Stromatum auctor; Athanasius, Cyrillus, Didymus cæcus, & alii, quorum nomina nunc mihi non occurrunt. Hodie Alexandria à Turcis, sub quorum imperio gemit, vocatur *Scanderia*, corrupto nomine ex Alexandri nomine, cujus cadaver ex Memphi huc translatum fuisse narrat Quint. Curtius lib. 10. c. 10. quod in urbis quoque gloriam cessit. Bibliotheca Ptolemæi adeò celebris, dum sub Julio Cæsare diripitur urbs, conflagravit, auctore Amm. Marcellino lib. 22. c. 41. Fuisse olim totius orbis maximum emporium testatur Strabo lib. 17. ad cujus portum Ptolemæus (alii id tribuunt Cleopatræ reginæ) excogitavit turrim excelsam, quæ *Pharos* ab insula ejusdem nominis prope Alexandriam vocata fuit, prælucendi navibus nocturna suggerens ministeria, à qua hujusmodi turres in posterum eodem nomine insignitæ fuerunt. Vigente in oriente religione Christiana, Patriarchatus sede insignita fuit Alexandria, de quo videsis, quæ in Antiochia annotamus.

92 Ἐλέ-

Πρώτη, ἡ Αἰγυπτία, ἤτοι Λίβυσσα, ὡς οἱ πολλοὶ, ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου. Ἰάσων δὴ, ὁ τὸν βίον τῆς Ἑλλάδος γεγράψας ἐν τέσσαρσι βιβλίοις, φησί· τὸν μὲν δὴ τόπον τῆς πόλεως ὄναρ ἐχρηςμοδοτήθη ἅτω·

A octodecim hujus nominis. Prima, Ægyptia, vel Libyſſa, ut multi aſſerunt, ab Alexandro Philippi filio condita. Iaſon verò, qui vitam Græciæ in quatuor libris ſcripſit, inquit: locus quidem urbis per ſomnium oraculo deſignatus eſt his verbis:

Νῆσός τις ἔπειτά ἐστι πολυκλύστῳ ἐνὶ B
πόντῳ,
Αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δὲ ἐκικλήσκουσιν.

Inſula deinde quædam eſt undoſo in ponto,
Ante Ægyptum, Pharum verò vocant.

Ἐκέλευσε δὲ διαγράφειν τὸ χῆμα τοὺς ἀρχιτέκτονας. Οὐκ ἐχόντες δὲ λευκὴν γῆν, ἀλ- C φίτοις διέγραφον. Ὄρνιθες δὲ καταπτάντες, τὰ ἄλφιτα αἴφνης διήρπασαν. Ταραχθεὶς δὲν Ἀλέξανδρος, οἱ μάντεις θαρρεῖν ἔλεγον· πάντων γὰρ τὴν πόλιν τροφὸν γνήσεσθαι. Ταῦτα καὶ Ἀρριανός. Ἐκλήθη δὲ Ῥακῶτις, καὶ Φάρος, καὶ D Λεοντόπολις, διὰ τὸ τὴν τοῦ Ὀλυμπιάδος γαστέρα ἐζωγραφῆσθαι λέοντος εἰκόνι. [92] Ἐλέγετο δὲ καὶ ἐξοχὴν πόλις, καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς· ὡς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι, καὶ ἀστοὶ καὶ ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ὅτι Ῥώμης λέγεται ἄστυ. [93] Ἐκλήθη δὲ E ὅτι τῶν Ῥωμαϊκῶν Σεβαστὴ, καὶ Ἰουλία, καὶ Κλαυδία, καὶ Δομετιανὴ, καὶ Ἀλεξωτηρία. Τοῦ δὲ σωσικισμοῦ, τεσσαρακονταεπτάδων ἐστὶ σταδίων τὸ μῆκος, ὀκτὼ δὲ τὸ πλάτος. Ἡ δὲ ὅλη περίμετρος, σταδίων ἑκατὸν δέκα. Δευτέρα F ἐστὶ πόλις Τροίας, ἐν ᾗ ἐγένετο Ἡγήμων ἐποποιὸς, ὃς ἔγραψε τὸν Λευκτρικὸν πόλεμον τῶν Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων, περὶ ἧς Δημοσθένης ἐν τετάρτῳ Βιθυνιακῶν. Τρίτη Θρᾴκης, πρὸς τῇ Λακεδαιμονίᾳ. Ἣν ἔκτισε πρὸ τοῦ G μεγάλης Ἀλεξανδρείας, ἐπταικαίδεκα ὢν ἐτῶν. Τετάρτη, πόλις Νεαρτῶν, ἔθνους Ἰχθυοφάγων, καλὰ τὴν περίπλουν τῆς Ἰνδικῆς. Πέμπτη, ἐν τῇ Ὀπιανῇ, πρὸς τὴν Ἰνδικήν. Ἕκτη, πάλιν Ἰνδικῆς. Ἑβδόμη, ἐν Ἀρίοις, ἔθνει Παρ- H θυαίων καλὰ τὴν Ἰνδικήν. Ὀγδόη, τῆς Κιλικίας. Ἐνάτη, ἐν Κύπρῳ. Δεκάτη, πρὸς τῷ Λάτμῳ τῆς Καρίας, ἐν ᾗ Ἀδώνιον ἦν, ἔχον Πραξιτέλους Ἀφροδίτην. Ἑνδεκάτη, πρὸς Βάκτρα. Δυοδεκάτη, ἐν Ἀραχωτοῖς. [94] Τρισ- I καιδεκάτη, ἐν Μακαρίνῃ, ἣν περιῤῥεῖ ποταμὸς Μαξάτης. Τεσσαρεσκαιδεκάτη, περὶ Σωριανοῖς Ἰνδικῷ ἔθνει. Πενταεκαιδεκάτη, παρὰ τοῖς Ἀραχώτοις· ὁμορεῖ τῇ Ἰνδικῇ. Ἑκκαιδε-

Juſſit verò Alexander, ut Architectones figuram urbis deſcriberent, qui cum non haberent albam terram, qua ſolebant delineare id, quod erat ædificandum, farina delinearunt. Aves verò involantes farinam ſubitò abripuere. Perturbato igitur Alexandro, vates dixere, fideret; omnium enim urbem nutricem fore. Hæc etiam Arrhianus refert. Fuit verò vocata Rhacotis, & Pharus, & Leontopolis, eò quod Olympiadis uterus leonis imagine ſignaretur. Dicebatur verò per excellentiam πόλις, id eſt, *urbs*, & ejus incolæ πολῖται, id eſt, *cives*. Ut Athenæ, quæ per excellentiam quoque dicebantur, ἄστυ id eſt, *urbs*, & Athenienſes, ἀστοὶ, καὶ ἀστικοὶ, id eſt, *cives*, ſeu *urbani*, quemadmodum & Roma per excellentiam quoque dicitur *urbs*. Sub Romanis verò fuit vocata Auguſta, Julia, Claudia, Domitiana, Alexynteria. Situs verò ejus erat triginta & quatuor ſtadiorum longitudine. Octo verò latitudine. Totus verò circuitus erat centum & decem ſtadiorum. Secunda eſt urbs Trojæ, in qua natus fuit Hegemon epopœus, qui ſcripſit bellum Leuctricum Thebanorum & Lacedæmoniorum, de qua loquitur Demoſthenes Bithyniacorum quarta. Tertia Thraciæ prope Lacedæmoniam, quam condidit, antequam conderet magnam Alexandriam, quum eſſet annorum ſeptendecim. Quarta urbs Neartorum, gentis Ichthyophagorum juxta periplum Indiæ. Quinta in Opiana juxta Indiam. Sexta iterum Indiæ. Septima in Ariis, gente Parthorum juxta Indiam. Octava Ciliciæ. Nona in Cypro. Decima prope Latmum Cariæ, in qua erat Adonidis ſimulachrum, quod habebat Praxitelis Venerem. Undecima juxta Bactra. Duodecima in Arachotis. Decima tertia in Macarena, quam affluit Maxates fluvius. Decima quarta prope Sorianos populos Indicos. Decima quinta apud Arachotos, Indiæ finitima. Deci-

92 Ἐλέγετο δὲ καὶ ἐξοχὴν πόλις, &c.] Alexandria Ægyptia per excellentiam dicebatur πόλις, i. e. *urbs*. Quatuor urbes præcipue hoc privilegio gaviſæ ſunt, de quibus vide, quæ in nota præcedenti annotavimus.

93 Ἐκλήθη δὲ ἐπὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν Σεβαστὴ, &c.] Sub Romanis voccata eſt *Sebaſta*, h. e. *Auguſta*, *Julia*, *Claudia*, *Domitiana*, de nominibus Imperatorum Auguſti, Julii, Claudii, Domitiani, ut nota 89 annotavimus; ſed non credo à Romanis vocatam fuiſſe *Alexynteriam*, ut inquit noſter, pro quo legendum Ἀλεξηλήϊαν, i. e. *Alexiteriam*, h. e. arcentem mala, ac remedia præſtantem.

94 Τρισκαιδεκάτη, ἐν Μακαρίνῃ, ἣν περιῤῥεῖ, &c.] Recenſet Topographus tertiam decimam Alexandriam in Macarena regione: at cum hujus regionis nemo præter Topographum meminerit, atque Iſid. Characenus celebret civitatem Alexandriam in Sacaſena regione, ſine dubio pro ἐν Μακαρίνῃ legendum eſt ἐν Σακαστανῇ, quod etiam confirmat Salmaſius in Solin. fol. 794.

καιδεκάτη, κῆ τὸ μέλανα κόλπον. [95] Ἑπλακαιδεκάτη, ἐν τῇ Σογδιανῇ, ὡς δὲ Παροπανισάδαις. Ὀκτωκαιδεκάτη, ὅπι δὲ Ταναΐδος αὐτὸ κλίσμα, [96] ὡς ἐν τῷ τρίτῳ Πτολεμαῖος ἀποφαίνεται. Ἔστι καὶ τόπος ἐν τῇ Ἰδῃ τῇ Τρωϊκῇ, Ἀλεξάνδρεια λεγόμενος, ἐν ᾧ φασι τὴν Πάριν διακρῖναι τὰς θεὰς, ὡς Τιμοσθένης. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλεξανδρεύς, ἀπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου γενικῆς. Τὸ θηλυκὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ Σινωπεύς Σινωπὶς, ἕτως ἀπὸ τοῦ Ἀλεξανδρεύς Ἀλεξανδρίς. Δίδυμος δὲ παραλήγεται χρῆσιν ἐξ Ἐρατοσθένους τὸ Ἀλεξανδρίτης. Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως Ἀλεξανδρειώτην φησὶ, παρὰ τὸ Ἀλεξανδρειανὸς, ὡς Μύρλεια Μυρλειανὸς, Ἡράκλεια Ἡρακλειανός. Λέγεται καὶ Ἀλεξάνδρειος κλητικόν. [97] Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείας, ἐν τῇ περὶ Ἀλεξανδρείας πρώτῃ, πάντα ταῦτα κυροῖ. Καὶ τὸ Ἀλεξανδρῖνος, καὶ τὸ Ἀλεξανδρίτης· ἀμφότεροι δὲ τὸ Ἀλεξανδρεώτης. [98] Ἔστι καὶ Ἀλεξάνδρεια βοτάνη, καὶ φυτόν· παρ᾽ ἄλλοις δὲ Ἀλεξάνδρα, ἐξ ἧς ἐστεφέλο Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς ἀγῶσι. Τινὲς δὲ Δαναΐδα αὐτὸ καλοῦσιν· οἱ δὲ, χαμαιδάφνιδα· οἱ δὲ, ἐπιφυλλόκαρπον, ἢ φυλλόκαρπον.

Decima sexta juxta nigrum sinum. Decima septima in Sogdiana apud Paropanisodas. Decima octava ad Tanaïdem, ipsius opus, ut ostendit Ptolemæus libro tertio. Est & locus in Ida Trojana, qui dicitur *Alexandria*, in quo ferunt Paridem Dearum certamina judicasse, ut Timosthenes. Gentile, Alexandreus, ex Alexandri genitivo. Fœmininum, quemadmodum à Sinopeus, Sinopis, sic ab Alexandreus, Alexandris. Didymus verò profert ex Eratosthene Alexandrites. Atqui Phavorinus in de urbe Cyrenaïca Alexandriotam inquit, ab Alexandrianus ut à Myrlia, Myrlianus, ab Heraclia, Heraclianus. Dicitur etiam Alexandrius possessivum. Nicanor verò Hermiæ filius libro de Alexandria primo hæc omnia confirmat; nec non Alexandrinus, & Alexandrites; at non Alexandreotes. Est etiam Alexandria, herba, & planta: apud alios verò *Alexandra* dicitur, ex qua coronabatur Alexander in certaminibus, quam aliqui *Danaën* vocant. Alii verò *chamædaphnen*. Alii *epiphyllocarpum*, vel *phyllocarpum*.

ἈΛΗΣΙΟΣ [99], τῆς Ἠλιδος πέτρης, τῆς Ὠλενίης, καὶ Ἀλησίου δὲ Σκηλεῦος ὑός. Οὗτος ὢν τῶν Ἱππωδαμείας μνηστήρων. Οἱ δὲ, Γαργηττὸς υἱὸν, ἕνα τῶν μετὰ Πέλοπος ἀφικομένων. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλήσιος, ὡς Συμπρασιεύς. Ἔστι καὶ Ἀλήσιον πεδίον τῆς Ἠπείρου, ἵνα πήγνυται πολὺ ἅλας. Οὐ δεῖ Εὔφορίων, ἀ γὰρ Ἀλήσιοί ἐσμεν, φησίν.

HALESIUS, Elidis petræ, Oleniæ, & Alesii, ab Alesio Sceluntis filio. Hic erat unus ex procis Hippodamiæ. Alii verò Gargeti filium unum eorum, qui cum Pelope advenere, fuisse dicunt. Gentile, Halisieus, ut Symprasieus. Est etiam Alesium, Epiri campus, in quo sal copiosus congelatur. Euphorion verò, *Non enim Halesii estis*, inquit.

ἈΛΘΑΙΑ [1], πόλις Ὀλκάδων. Οἱ δὲ Ὀλκάδες, ἔθνος Ἰβηρίας πολησιόχωροι Καρχηδόνος,

ALTHÆA, urbs Olcadum. Olcades verò, populi Iberiæ erant finitimi Carthagini,

95 Ἑπλακαιδεκάτη, ἐν τῇ Σογδιανῇ, ὡς δὲ Παροπανισάδαις.] Memorat Ethnicographus septimam decimam Alexandriam in regione Sogdiana prope Paropamisadas. Pro Παροπανισάδαις enim legendum est Παροπαμισάδαις. Sic quippe apud alios legitur id nominis. Plinius Nat. Hist. lib. 6. c. 16. inquit; in ultimis Sogdianorum finibus *Alexandriam* ab Alexandro Magno conditam, ibique ab ipso, Hercule, libero patre, Semiramide & Cyro, quos Alexander æmulabatur, aras constitutas fuisse; sed præstat eum audire sua ipsius lingua loquentem: *Ultra Sogdiani, oppidum Panda, & in ultimis eorum finibus Alexandria, ab Alexandro Magno (oppidum) conditum; Aræ ibi sunt ab Hercule, ac Libero patre constitutæ, item Cyro, & Semiramide, atque Alexandro: finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum, includente flumine Iaxarte, quod Scythæ Silyn vocant. Alexander, militesque ejus, Tanaim putaverunt esse. Transcendit eum amnem Demonax Seleuci, & Antiochi regum dux, quem maxime sequimur in iis, araque Apollini Didymæo statuit.* Apud Plinium forsitan nomen illud oppidi Panda corruptum est, pro quo apud Ptol. Geogr. lib. 6. c. 12. inter Sogdianorum oppida memoratur Vandabanda.

96 Ὡς ἐν τῷ τρίτῳ Πτολεμαῖος ἀποφαίνεται.] Ut in tertio scilicet libro Ptolemæus ostendit. Hic Ptolemæus, de quo loquitur noster, forte est Ptolemæus rex successor Alexandri, qui ejus historiam scripsit. Nam Ptolemæus Cosmographus Alexandriam Sogdianorum Geographiæ libro 6. c. 12. non lib. 3. ut inquit noster, celebrat.

97 Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείας ἐν τῇ περὶ Ἀλεξανδρείας, &c.] Memoratur ab Epitomatore Nicanor Hermiæ filius, qui fuit Alexandrinus & *Stigmatias* dictus, auctore Suida in Νικάνωρ.

98 Ἔστι καὶ Ἀλεξάνδρεια βοτάνη, καὶ φυτόν.] Est *Alexandria* etiam herba, & planta, quæ ab aliis *Alexandra* dicitur, ex qua coronabatur Alexander in certaminibus. Hæc erat laurus Alexandria, teste Dioscoride lib. 4. cujus ecce tibi verba: Δάφνη Ἀλεξάνδρεια, &c. h. e. *Laurus Alexandria*, quam alii *Idæam*, alii *Danaën*, alii *Zaliam*, alii autem *coronam Alexandri* vocant.

99 Ἀλήσιος, ὁ Ἠλιδος πέτρης, &c.] Halesius quidnam sit, divinandum nobis relinquit. Ejus nomen ab Alesio Sceluntis filio deducit, qui fuit unus ex Hippodamiæ procis. Quare perperam per spiritum asperum in prima scribitur, quandoquidem Alesius, qui ei nomen dedit sine aspiratione scribitur. Fuisse Arcadiæ montem docet nos Pausanias in Arcadicis, quem sic vocatum fuisse tradit Διὰ τὸν ἄλλον, i. e. *propter errorem* Rheæ, apud quem sine aspiratione etiam scribitur.

1 Ἀλθαία, πόλις Ὀλκάδων, &c.] Althæa, urbs Olcadum. Olcades verò fuere populi Iberiæ Carthagini ejusdem Iberiæ urbi finitimi; Althæa verò fuit opulentissima Olcadum urbs atque caput, quam *Carteiam* Livius vocat, de qua videsis, quæ in Olcades annotamus. Olcadum gentem fuisse primam, quam Hannibal Fœnorum imperio subjecit, ac Althæam ejus gravem & opulentam urbem, narrat Polybius Historiarum lib. 3.

2 Ἀλίαρ-

δόν, ἰὼ ἐκάλεν ἡ Καινὼ πόλιν. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλθαῖος, ὡς Αἰαῖος. Ἡ Ἀλθαιάτης, ἢ Ἀλθαιανός, εὑρομεν ἐν τῇ γεαφαῖς Δημητρίᾳ, Ἀλθαιέα.

gini, quam vocabant etiam *Novam urbem*. Gentile, Althæus, ut Ææus. Vel Althæates, vel Althæanus; in Demetrii autem scriptis invenimus Althæeum.

ΑΛΙΑΡΤΟΣ [2], πόλις Βοιωτίας· ἀρσενικόν. Ὅμηρος·

—— Ποιήεντ' Ἀλίαρτον.

HALIARTUS, urbs Bœotiæ, masculini generis. Homerus:

------ *Herbosumque Haliartum.*

Λέγεται δὲ κληθῆναι ὑπὸ Ἀλιάρτου τοῦ Θερσάνδρου. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλιάρτιος, ὡς Βοιώτιος. [3] Ἁρμηνίδας δ' ἐν τῷ ρ, Ἀεϊάρτιον φησι.

Dicitur verò conditum fuisse ab Haliarto filio Therſandri. Gentile, Haliartius, ut Bœotius. Harmenidas verò per *r* Ariartum inquit.

ΑΛΙΕΙΣ [4], πόλις Λακωνικῆς, παράθαλασσία. Τὸ ἐθνικόν, ὁμοίως, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἁλιεύς. Ἔφορος ἐν τῷ ἕκτῳ, ὅτι ἔστι Τιρυνθιοί εἰσι, καὶ ἐξαναστάντες ἐβούλοντο οἰκεῖν τινα τόπον, καὶ ἠρώτων τὸν θεόν. Ἔχρησε δὲ ἔτω· Ποῖ τὺ λαβών, [5] καὶ Ποῖ τὺ καθίζω, καὶ Ποῖ τὺ οἴκησιν ἔχων Ἀλίεά τε κεκλῆσθαι. Ἐλέγοντο δ' ἔτω, ἀφ' ὧν τοὺς πολλοὺς τῶν Ἑρμιονέων ἁλιεύοντας, καθ' ὅσον τὸ μέρος οἰκεῖν τὴν χώραν. Τὸ θηλυκὸν, Ἁλίας. Καὶ Ἁλικὸς, τὸ κητικόν.

ALIEIS, urbs Laconicæ, maritima. Gentile, eodem modo tanquam ab Halieus. Ephorus libro sexto inquit, quod hi Tirynthii sunt, ac sedibus ejecti voluerunt quemdam habitare locum, atque ad id Deum consuluere, qui respondit hoc modo: Ποῖ τὺ &c. id est, *Alicubi tu accipiens, & alicubi tu sedens, & alicubi habitationem habens* ἁλίεα, id est, *piscatorem te vocari opus est.* Sic verò dicebantur, quod multi Hermineorum piscantes juxta hanc regionis partem habitarent. Fœmininum, Halias. Possessivum, Halicus.

ΑΛΙΖΩΝΕΣ [6], ἔθνος. Ὅμηρος·

—— Αὐτὰρ Ἀλιζώνων.

HALIZONAS, gens quædam. Homerus.

—— *Sed Halizonum.*

Ἔφορος οἰκῆσαί φησι σφᾶς Ἁλιζῶνας τὴν μεταξὺ Μυσίας, καὶ Καρίας, καὶ Λυδίας κειμένην. [7] Ἴσως δὲ ἀφ' ὑπερήφανον καὶ πλάστας, κατ' ἀναλλαγὴν τοῦ α εἰς ι, ἔτως ὠνομάσθησαν.

Ephorus author est Halizones habitare regionem, quæ jacet inter Mysiam, & Cariam, & Lydiam. Forsitan propter divitiarum superbiam sic nominati sunt per enallagen verso *a* in *i*.

ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΟΣ [8], πόλις Καρίας. [9] Ἄνθης φησὶν, ἀπὸ δ' Ἁλίας περιέχεσθαι τὴν Καρίαν. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἄνθης ἐκ Τροιζῆνος μετώκισε, λαβὼν τὴν Δύμαναν φυλήν, ὡς Καλλίμαχος. Ἢ ἀπὸ τοῦ νάσασθαι αὐτὸν ἀπὸ Τροιζῆνος, ὡς Ἀπολλόδωρος. [10] Ἐκαλεῖτο δὲ Ἰσθμὸς,

HALICARNASSUS, urbs Cariæ. Anthes inquit sic vocari, quod ab Alia circumdaretur Caria. Ipse verò Anthes ex Trœzene transmigravit, accepta Dymane tribu, teste Callimacho. Vel ἀπὸ τοῦ νάσασθαι &c. id est, *quod ipse transtulerit* à Trœzene, ut Apollodorus. Vocabatur verò Isthmus & Zephy-

2 Ἁλίαρτος, πόλις Βοιωτίας· ἀρσενικόν.] Haliartus Epitomatori nostro urbs Bœotiæ masculino genere ex Homero, apud quem legitur hemistichium illud Il. 2. v. 503. ad quem locum Eustathius ejus etymon deducit ἀπὸ ἁλιέων, & ἅρτης, id est, *à piscatoribus* & *pane*. Id enim sonat nomen. Eversam fuisse tradit in bello πρὸς Περσέα, i. e. *contra Persæum*, ultimum Macedoniæ regem. quem P. Æmilius devicit, regionem verò habere Athenienses Romanorum dono, atque fœm. etiam genere inveniri; quod ex Strab. libro nono habet.

3 Ἁρμηνίδας δ' ἐν τῷ ρ Ἀεϊάρτιον φησι.] Lege Ἁρμηνίδας ἀφ' οὗ ρ Ἀεϊάρτιον φησι, i. e. *Harmenidas per* r *Ariartum inquit*; id ratio clamat. Non est enim verosimile Harmenidam, cujus altum apud reliquos scriptores est silentium, 90 libros scripsisse. Nostram conjecturam confirmat nomen Ἀεϊάρτιον, quod sequitur.

4 Ἁλιεῖς, πόλις Λακωνικῆς παράθαλασσία.] Alieis, urbs Laconicæ, h. e. Peloponnesi maritima, quæ alio nomine *Tiryns* dicta fuit, de qua suo loco agemus.

5 Καὶ ποῖ τὺ καθίζω.] Lege καὶ ποῖ τὺ καθίζων. Participium enim præcedens, & subsequens id confirmat.

6 Ἁλιζῶνες, ἔθνος, Ὅμηρος.] Halizones, gens ex Homero, apud quem Il. 2. v. 856. invenitur hemist. illud, sunt ipsissimi populi, ac Alazones, de quibus suo loco egimus.

7 Ἴσως δὲ ἀφ' ὑπερήφανον καὶ πλάστας, &c.] Alludit ad nomen ἀλαζών, id est, *arrogans, superbus, gloriosus*, quo sensu *miles gloriosus* dicitur Plauto, ac inquit Halizones populos, qui juxta Ephorum inter Mysiam & Cariam, & Lydiam incolebant, sic forte vocatos fuisse quod essent ἀλαζόνες, verso τὸ α in ι.

8 Ἁλικαρνασσὸς, πόλις Καρίας.] Halicarnassus, masculino genere, urbs Cariæ, quæ etiam *Isthmus*, & *Zephyria* vocata fuit, quam auctore Strabone lib. 8. Anthes condidit, sita fuit inter sinus Ceraunicum, & Isticum, cui postea Zephyria insula adjuncta fuit, teste Plinio lib. 2. c. 89. unde *Zephyriam* vocatam fuisse nullus dubito. Fuit olim Cariæ regia illustris Mausoli regis sepulchro ab Artemisia uxore, & sorore constructo; unde inposterum Regum, Principumque virorum sepulchra *Mausolea* vocari cœpta sunt. Fuit etiam patria Herodoti & Dionysii, qui ideo *Halicarnassei* seu ore Latino *Halicarnassenses* dicuntur, eam evertisse Alexandr. M. refert Arrhianus ejus expedit. lib. 1.

9 Ἄνθης φησὶν, ἀπὸ δ' Ἁλίας περιέχεσθαι τὴν Καρίαν.] In his verbis aliquid videtur deficere. Innuit enim ex Anthe Halicarnassum dictum fuisse, quod Alia fluvio Caria circumdaretur, vel ex Apollodoro ἀπὸ τοῦ νάσασθαι, id est, *quod illuc transtulerit* scilicet ex Trœzene Dymanan tribum.

10 Ἐκαλεῖτο δὲ Ἰσθμὸς, καὶ Ζεφύρια, ὡς Φίλων, καὶ Ζέφυρα.] Vocabatur vero Isthmus & Zephyria, accentu in antepenultima, vel in penultima, supra nota octava ex Plinio, lib. 2. c. 89. diximus Zephyriam insulam, cum ante insula fuisset, postea Halicarnasso adjunctam fuisse, quemadmodum Antissam Lesbo, unde proculdubiò Halicarnassus *Zephyria* quoque vocata fuit, ut inquit Epitomator noster.

11 Ἁλί-

μος, ἡ Ζεφύρια, ὡς Φίλων, ἡ Ζεφυρία. Λέγε- A
ται Ἁλικαρνασσεύς, ὁ πολίτης Ἁλικαρνασσεύς, ὡς Ἀ-
ψυρτεύς. Ἀνδροτίων ἐν τρίτῃ Ἀτθίδος, Ἁ-
λικαρνάσιός φησι. Καὶ Ἁλικαρνασσὶς, θηλυ-
κόν· καὶ Ἁλικαρνασσοῖ, τὸ τοπικόν· καὶ ἐκ
τόπου, Ἁλικαρνασσόθεν. B

ΑΛΙΚΥΑΙ, πόλις Σικελίας· Θεόπομπος. Με-
ταξὺ Καμάρινης καὶ Ἐντέλλης καὶ Λιλυβαίου. Τὸ ἐθνι-
κὸν Ἁλικυαῖος, καὶ Ἁλικυαῖα.

ΑΛΙΚΥΡΝΑ [11], κώμη Ἀκαρνανίας Στρα-
βών. Ὁ οἰκήτωρ Ἁλικυρναῖος, ὥσπερ Μηκύ- C
βερνα Μηκυβερναῖος.

ΑΛΙΜΟΥΣ [12], δῆμος τῆς Λεοντίδος φυ-
λῆς. Καλλίμαχος δὲ πόλιν ἡγεῖται. [13] Ὁ δη-
μότης Ἁλιμούσιος. Τὰ τοπικὰ, Ἁλιμουντόθεν,
Ἁλιμουντάδε, Ἁλιμούντι. D

ΑΛΙΝΑ [14], πόλις Καρίας, ὡς Πολυΐστωρ.
Ὁ πολίτης Ἁλινδεύς.

ΑΛΙΜΑΛΑ, χωρίον Λυκίας· Καπίτων
Ἰσαυρικῶν δευτέρῳ. Οἱ ἐνοικοῦντες, Ἁλιμαλεῖς.

ΑΛΙΝΔΟΙΑ, πόλις Μακεδονίας, ὡς Βέ- E
ροια. Τὸ ἐθνικὸν Ἁλινδοιαῖος, ὡς Βεροιαῖος.

ΑΛΙΣΑΡΝΑ [15], πόλις Τρωάδος χώ-
ρας· Θεόπομπος. Τὸ ἐθνικὸν ὁ αὐλὸς, Ἁλισ-
αρναῖος.

ΑΛΙΦΕΙΡΑ, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ F
Λυκάονος παιδὸς Ἀλιφείρα. Ὁ πολίτης, Ἁ-
λιφειρεύς. Εὕρηται ἡ ΑΛΙΦΕΙΡΑ διὰ δι-
φθόγγου.

ΑΛΚΟΜΕΝΑΙ [16], πόλις ἐν Ἰθάκῃ τῇ νή-
σῳ, ἀφ' ἧς Ἀλκομενεὺς ὁ Ὀδυσσεύς. Ἔστι καὶ τῆς G
Ἰλλυρίας πόλις. Ὁ πολίτης ἀμφοτέρων, Ἀλ-
κομενεύς. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἀλκομήνεια.

ΑΛΑΛΙΑ [17], πόλις ἐν Κύρνῳ τῇ νήσῳ,
κλίσμα Φωκέων, ὡς Ἡρόδοτος. Τὸ ἐθνικὸν,
Ἀλαλιαῖος. H

ΑΛΑΝΤΗ, πόλις Μακεδονίας, καὶ Ἀρ-
καδίας. Θεόπομπος δὲ ἐν πρώτῳ Φιλιππι-
κῶν, Ἀλλάντιον αὐτὴν εἶπε. Τὸ ἐθνικὸν
Ἀλλάντιος, ὡς Κυλλήνιος.

ΑΛΑΩ-

phyria, ut Philo accentu in antepenultima, & in penultima. Dicitur in genere masculino, civis, Halicarnassæus, ut Apsyrteus. Androtio libro tertio Atthidis, Halicarnasius dixit. Et Halicarnassis, fœmininum. Locale, in-Halicarnasso; ex loco, ex-Halicarnasso.

HALICYÆ, urbs Siciliæ, sita inter Entellam, & Lilybæum, teste Theopompo. Gentile, Halicyæus, & Halicyæa.

HALICYRNA, pagus Acarnaniæ, teste Strabone. Incola, Halicyrnæus, ut Mecyberna, Mecybernæus.

ALIMUS, populus Leontidis tribus. Callimachus verò urbem esse existimat. Popularis, Alimusius. Localia ex-Alimunte, in-Alimuntem, in-Alimunte.

ALINA, urbs Cariæ, ut Polyhistor. Civis, Alindeus.

ALIMALA, oppidum Lyciæ; Capitone teste Isauricorum lib. 2. Incolæ, Alimaleis.

ALINDOEA, urbs Macedoniæ, ut Berœa. Gentile, Alindœæus, ut Berœæus.

ALISARNA, urbs Troadis regionis, teste Theopompo. Gentile, Alisarnæus, ejusdem formæ, ac præcedens.

ALIPHIRA, urbs Arcadiæ, sic dicta ab Aliphiro Lycaonis filio. Civis, Alipheireus. Penultima invenitur per diphthongum.

ALCOMENÆ, urbs in Ithaca insula, à qua Ulysses dictus fuit *Alcomeneus*. Est & alia Illyriæ urbs. Civis, utriusque Alcomenèus. Fœmininum, Alcomenia.

ALLALIA, urbs in Corsica insula, opus Phocensium, ut Herodotus. Gentile, Allaliæus.

ALLANTA, urbs Macedoniæ, & Arcadiæ. Theopompus verò Philippicorum primo *Allantium* eam vocat. Gentile, Allantius, ut Cyllenius.

ΑΛΛΩ-

ALLO-

11 Ἁλίκυρνα, κώμη Ἀκαρνανίας Στράβων.] Halicyrna, pagus Acarnaniæ, non memoratur Straboni, ut inquit noster, sed Scylaci. Cæterum de ea nihil memoratu dignum refert.

12 Ἅλιμος, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.] Alimus, untis, populus Leontidis tribus, memoratur Harpocrationi, & Suidæ. Fuit insignis & illustris fano Cereris Θεσμοφόρου, & Proserpinæ, auctore Pausania in Atticis; sed magis eum nobilitavit *Thucydides* natalibus suis, auctore Plutarcho in Cimone; ideo *Alimusius* dictus fuit.

13 Ὁ δημότης Ἁλιμούσιος.] Lege Ἁλιμούσιος. Est enim vitium vel impressoris, vel transcribentis incuriâ.

14 Ἅλινα, πόλις Καρίας, &c.] Alina, urbs Cariæ, cujus oppidanus *Alindeus* dicebatur. Ergo *Alinda* debet scribi, non *Alina*; ac sic scribitur apud Arrhianum, qui eam celebrat Anabasews lib. 1. & neutro plurali, Alinda, orum.

15 Ἁλίσαρνα, πόλις Τρωάδος χώρας.] Alisarna, urbs Troadis regionis, quæ *Halisarne* dicitur Plinio lib. 5. c. 30. alia Alisarna in Caria memoratur Straboni lib. 14.

16 Ἀλκομεναὶ, πόλις ἐν Ἰθάκῃ τῇ νήσῳ.] Alcomenæ, arum, urbs in Ithaca insula, quam Plutarch. in Quæst. Græcis *Alalcomenas* vocat, sic dicta ab *Alcomeneo* Bœotiæ oppido, ubi Anticlea Ulyssem peperit. Quare Ulysses *Alcomeneus* dicitur ab Alcomenis Ithacæ præcipua urbe, ut inquit noster.

17 Ἀλαλία, πόλις ἐν Κύρνῳ τῇ νήσῳ.] Allalia, urbs in Corsica insula ex Herodoto, apud quem lib. 1. c. 165. memoratur. Hanc Phocenses vaticinio condiderunt, ac viginti post annos in eam se contulerunt, relictis suis sedibus Medorum servitutem metuentes, sed ea iterum relicta in Rhegium migrarunt, ut rerum monumentis tradit idem Auctor libro, capiteque citato, apud quem per unum λ tantum scribitur Ἀλαλίη.

18 Ἀλ-

Ἀ'ΛΛΩ'ΡΙΑ [18], πόλις τ῀ Κρήτης· Πολυΐστωρ τεσσαιδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλλωριάτης, ὡς αὐλὸς φησιν.

ALLORIA, urbs Cretæ; Polyhistor libro decimo tertio. Gentile, Alloriates, ut idem inquit.

Ἀ'ΛΜΗ'ΝΗ [19], πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ. ὡς Ἀρριανός. Τὸ ἐθνικὸν Ἀλμηνίῳ, ὡς Παλλήνιος· ἢ Ἀλμηνίτης, ὡς Σινωπίτης.

ALMENA, urbs ad Pontum Euxinum; ut Arrhianus. Gentile, Almenius, ut Pallenius, vel Almenites, ut Sinopites.

Ἀ'ΛΛΟΒΡΥΓΕΣ [20], ἔθνος δυναλώπεδον Γαλατικὸν, ὡς Ἀπολλόδωρος. Πολύβιος δὲ Ἀλλόβριγας διὰ τοῦ ι αὐλὸς καλεῖ Ἀλλόβριγας. Χάραξ δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ, Ἀλλόβρογας. Οἱ πλείους δὲ διὰ τοῦ ι. Ὁ δὲ Τεχνικὸς, Ἀλλόβροξ, ἔθνος Γαλατικόν.

ALLOBRYGES, populi Galliæ potentissimi, teste Apollodoro. Polybius verò eosdem vocat *Allobriges* per *i*. Charax *Allobroges* per *o* micron. Plerique per *i* scribunt. Technicus verò inquit: *Allobrox est gens Gallica.*

Ἄ'ΛΜΩΝ, πόλις Βοιωτίας, ὡς Ἑλλάνικος· καὶ Σάλμον αὐτὴν φησι, κακῶς. Τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τ῀ Ἄλμωνος γυναικὸς, Ἀλμωνίος, καὶ Ἀλμωνία.

ALMON, urbs Bœotiæ, ut Hellanicus, qui eam *Salmum* vocat, sed malè. Gentile, à genitivo Almonis, Almonius, & Almonia.

Ἀ'ΛΜΩΠΙ'Α [21], χώρα τ῀ Μακεδονίας, ἣν ᾤκησαν Ἄλμωπες. Λυκόφρων·

ALMOPIA, regio Macedoniæ, quam incolebant Almopes. Lycophron:

—— Ἐκ δ' Ἀλμωπίας
Παλιμπλαγὴς τὸν δέξεται Τυρσηνία·

—— *Ex Almopia verò*
Rursus errantem recipiet Tyrsenia:

Περὶ Αἰνείας λέγων. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἄλμωπος γίγαντος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἄλμωψ, καὶ Ἀλμώπιος καὶ Ἀλμωπία, ἀπὸ Ἄλμωπος τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ Ἑλλης τ῀ Ἀθαμαντος.

de Æneа loquens. Sic verò fuit vocata ab Almope gigante. Gentile, Almops, & Almopius, & Almopia, ab Almope Neptuni filio ex Helle filia Athamantis.

Ἀ'ΛΟ'ΠΗ, πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ Ἀλόπης τ῀ Κερκυόνος, ὡς Φερεκύδης, ἢ τ῀ Ἄκτορος, ὡς Φιλωνίδης. Ἔστι δὲ μεταξὺ Λαρίσσης τ῀ Κρεμαστῆς, καὶ Ἐχίνου. Δευτέρα ἔστι καὶ τ῀ Ἀττικῆς Ἀλόπη. [22] Τρίτη Τόντα, ἀφ' ἧς Πενθεσίλεια. Τετάρτη, περὶ Εὔβοιαν. Πέμπτη, περὶ Δελφούς. Ἕκτη, περὶ Λοκρίδα. Ὅμηρος τὴν μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας καὶ Λυκίας θαλάττιον φησιν·

ALOPA, urbs Thessaliæ, sic dicta ab Alopa Cercyonis filia, ut Pherecydes, vel Actoris, ut Philonides. Est verò inter Lariſſam Cremasten & Echinum. Secunda est Atticæ. Tertia, Ponti, unde Penthesilea. Quarta, circa Eubœam. Quinta, circa Delphos. Sexta, circa Locridem. Homerus eam, quæ est inter Mysiam, & Cariam, & Lyciam, esse maritimam inquit:

[23] Ἐλθοντ' ἐξ Ἀλόπης, ὅθ' Ἀμαζονίδων γένος ἐστίν.

Venientem ex Alopa, unde Amazonidum genus est.

Ὁ πολίτης καὶ τεχνίτης Ἀλοπίτης. [24] Ἔστι δὲ καὶ Ἄλπους.

Civis, secundum artem Alopites. Sed invenitur etiam Alopeus.

Ἀ'ΛΟ'-

HALO-

18 Ἀλλώρια, πόλις τ῀ Κρήτης.] Alloria, urbs Cretæ, cujus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio, præter litterarum ordidem locum occupavit.

19 Ἀλμήνη, πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ.] Almene, urbs ad Euxinum Pontum ex Arrhiano, qui in Periplo Ponti Euxini, ejus meminit, sed *Harmene*, non *Almene* ab eo vocatur, præter litterarum ordinem locum obtinet.

20 Ἀλλόβριγες, ἔθνος δυναστεῦον Γαλατικόν.] Allobryges, seu Allobriges, seu Allobroges, fuere populi *Galatici*, h. e. *Gallici* potentissimi, de quorum situ non convenit inter scriptores. D. M. Niger Geograph. Comment. 4. eos inter mediterraneos Galliæ populos describit; in regionis parte, quæ nunc *Delphinatus* vocatur; ac *Viennenses* hodie appellari inquit. Alexandrinus in suo Geographico Lexico, Sabaudos esse affirmat. Ptolemæus Narbonenti provinciæ assignat. Strabo Alpium convalles colere asserit; alii aliter sentiunt. Sic omnes pene res humanæ procedunt. De omnibus lis est; nihil certum inter nos, nisi mors. Et miramur Carneadem de omnibus dubitasse; Ego etiam meum ἐπέχω amo; cum nihil luce clarius sit, ac tamen non convenit, quid Lux sit, nec inter plerosque medicos, quid Acetum sit.

21 Ἀλμωπία, χώρα τ῀ Μακεδονίας.] Almopia, regio Macedoniæ, quam incolebant Almopes, ex Lycophrone, apud quem *Almonia*, non *Almopia*, legitur; ac etiam ejus Scholiastæ Almonium, urbs Macedoniæ, non regio dicitur. Eam inter Macedoniæ civitates memorat Const. Porphyrog. de Them. lib. 2. Them. 2. utrum verò noster ex Lycophrone, an Lycophron ex nostro Auctore corrigendus sit, tuum esto, Lector, judicium.

22 Τρίτη, Τόντα ἀφ' ἧς Πενθεσίλεια.] Cum duas urbes, alteram Thessaliæ, alteram Atticæ, nomine Alopen celebraverit, tertiam nunc Alopen urbem Ponti celebrat, ex qua inquit fuisse Penthesilea illa apud Poëtas decantata, ubi pro Τόντα, lege Πόντα.

23 Ἐλθοντ' ἐξ Ἀλόπης, ὅθ' Ἀμαζονίδων γένος.] Citat Epitomator noster carmen istud, ex Homero, ac si esset Homericum, apud quem non invenitur; forte erat ex illis, quæ Aristarchus ex Homericis expunxit. Noster in eumdem errorem duxit Eustathium ad Il. 2. v. 682. qui ejus meminit ac si esset Homericum, nec non Salmasium in Solinum fol. 810. in quo pro ὅθ' lege ὅτ'. Dictio enim, quæ sequitur spiritu aspero non notatur, sed leni. Hoc Homeric. carmen sic conabatur legendum Ephorus apud Strab. l. 12.

24 Ἔστι καὶ Ἄλπους.] Lege ἔστι καὶ Ἄλοπεύς. Deest enim ὁ vel impressoris inertia, vel transcribentis incuriâ.

Α᾽ΛΟ᾽ΝΗΣΟΣ [25], πρὸς ἧς Φίλιππος καὶ Α᾽θηναῖοι διεφέροντο. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽λονήσιος, ὡς Προκονήσιος· καὶ Α᾽λονησίτης, ὡς Χερρονησίτης. Ἔστι καὶ ἑτέρα τῆς Ἰωνίας. Τὸ ἐθνικὸν, ταὐτόν. A

HALONESUS, insula, de qua Philippus, & Athenienses inter se contendebant. Gentile, Halonesius, ut Proconesius, & Halonesites, ut Chersonesites. Est & Ioniæ. Gentile, idem.

Α᾽ΛΟΣ [26], πόλις Α᾽χαΐας, καὶ Φθιώτιδος, ὑπὸ τῷ πεδίῳ ἧς Ὀθρυος· ἀπέχει δὲ Ἰτωνος ὡς ἑξήκοντα σταδίους. Κλίσαι δ᾽ αὐτὸν Α᾽θαμάντα, ἀπὸ τῆς συμβάσης αὐτῷ Α᾽λης. Θέων δέ φησιν, ὅτι Α᾽λος θεράπαινα ἦν Α᾽θαμάντος, ἣ μυήσασα τὴν Ἰνὼ φρύγειν τὰ σπέρματα· ἧς εἰς τιμὴν τὴν πόλιν ὠνόμασαν. [27] Δύο δὲ Παρμενίσκος Α᾽λους ἱστορεῖ· τὸν μὲν Μαλλιακὸν, ὑπὸ Α᾽χιλλεῖ· τὸν δὲ, ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ. [28] Λέγεται δὲ καὶ ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽λεύς· Σοφοκλῆς δὲ Α᾽λησίους. Τινὲς δὲ τὴν γλωσσογράφων, Α᾽λίους. B C D

ALUS, urbs Achaïæ, & Phthiotidis, sub Othrys finem. Abest ab Itone circiter sexaginta stadia. Ferunt Athamantem eam condidisse, atque ἀπὸ τῆς ἄλης, id est, *à contingente sibi errore* eam sic vocasse. Theon verò inquit, quod Alos erat Athamantis famula, quæ indicavit Inonem torrere semina, cujus in honorem sic urbem nominarunt. Duos verò Alos refert Parmeniscus; unum quidem Malliacum sub Achille: alterum verò sub Protesilao. Dicitur & in masculino, & in fœminino genere. Gentile, Aleus. Sophocles verò Alusios inquit. Aliqui verò Glossographorum *Alios* dixere.

Α᾽ΛΠΕΙΑ, ἠιὼν πρὸς ἄρκτον τῆς Τυρρηνίδος καὶ Ἰωνίας θαλάσσης. Οἱ καλοικοῦντες Α᾽λπειοι, καὶ Α᾽λπεις· [29] καὶ Α᾽λπεια ὄρη, καὶ Α᾽λβια. Διχῶς γὰρ ἡ γραφὴ, καὶ διὰ τοῦ π, καὶ διὰ τοῦ β. Καὶ Α᾽λβία ἡ χώρα, διὰ τοῦ β. E

ALPIA, littus ad septentrionem Tyrrhenidis, & Ioniæ maris. Incolæ, Alpii, & Alpei. Dicuntur etiam Alpei montes, Alpia, & Albia. Duplex enim scriptura, & per *p*, & per *b*. Dicitur etiam Albia regio per *b*.

Α᾽ΛΠΗΝΟΙ [30], κώμη πλησίον Θερμοπυλῶν· Ἡρόδοτος. Ἔστι καὶ μητρόπολις Λοκρῶν. Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Α᾽λπηνοί.

ALPENI, vicus juxta Thermopylas, teste Herodoto. Est & Metropolis Locrorum. Gentile eodem modo, Alpeni.

Α᾽ΛΠΩΝΟΣ, πόλις καὶ ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ, ὡς Εὐφορίων. Ὁ πολίτης, Α᾽λπώνιος. Ἡ χώρα καὶ ἡ γυνὴ, Α᾽λπωνία. Τινὲς δὲ Θεσσαλίας αὐτὴν φασιν. Ἔστι καὶ ἄλλη Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Δευκαλιωνίας. F G

ALPONUS, urbs, & mons in Macedonia, ut Euphorion. Civis, Alponius, regio, & mulier, Alponia. Aliqui verò Thessaliæ urbem esse dicunt. Est & alia Locrorum Epicnemidiorum, ut Hellanicus libro primo Deucalioniæ.

Α᾽ΛΤΟ᾽Σ, πλησίον Θεσσαλονίκης, ὡς Θεαγένης ἐν Μακεδονίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽λτεύς.

ALTUS, prope Thessalonicam, ut Theagenes in Macedonia. Gentile, Altius.

Α᾽ΛΥ᾽ΑΤΤΑ, χωρίον Βιθυνίας, ἀπὸ Α᾽λυάττου κρατήσαντος τοῦ τόπου. Ὁ οἰκήτωρ, Α᾽λυαττηνός. H

ALYATTA, urbs Bithyniæ, sic dicta ab Alyatto, qui locum obtinuit. Incola, Alyattenus.

Α᾽ΛΥ-

ALY-

25 Α᾽λόνησος, πρὸς ἧς Φίλιππος, καὶ Ἀθηναῖοι διεφέροντο.] Halonesus, ac si diceres maritima insula. Duas hujus nominis insulas celebrat; alteram, de qua Philippus, & Athenienses decertarunt, quæ ubi locorum fuerit, silentio præterit; alteram Joniæ, quam Strabo lib. 13. Mela lib. 2. c. 7. memorat. Eam aliquando, maribus cæsis fœminæ tenuisse dicuntur, auctore Mela libro, capiteque citatis.

26 Α᾽λος, πόλις Ἀχαΐας, καὶ Φθιώτιδος.] Alos, urbs Achaïæ, & Phthiotidis. Achaïa, & Phthiotis eadem erat regio. Sunt verba illa desumpta ex Strabonis lib. 9. Audi eum loquentem: Ὁ δὲ Φθιωτικὸς Α᾽λος ὑπὸ τῷ πεδίῳ κεῖται τοῦ Ὄθρυος ὄρους πρὸς ἕῳ κειμένῳ τῇ Φθιώτιδι, &c. id est, *Phthioticus verò Alos jacet sub finem Othryos montis versus septentrionem imminentis Phthiotidi, contermini verò Tymphresto monti, & Dolopibus, illinc verò pertingentis ad vicina Maliaco sinui loca, distat verò Alos (utroque genere effertur & mascul. & fœm.) ab Itono circiter* LX *stadia: condidit verò Athamas Alon. Superjacet autem campo Crocio, alluente ejus muros Amphryssо amne. Sub Crocio campo Thebæ sunt Phthiotides, & ipsa regio dicitur Phthiotis & Achaïca.* Quare non possum non mirari Vossium ad Melæ lib. 2. c. 3. v. 56. qui sollicitat nostri Auctoris verba illa ὑπὸ τῷ πεδίῳ τοῦ Ὄθρυος, ac illa conatur suo modo legere, cum sint ipsissima Strabonis, ac nullo additamento indigeant, ut intelligantur.

27 Δύο δὲ Παρμενίσκος Α᾽λους ἱστορεῖ· τὸν μὲν, &c.] Duos Alos ex Parmenisco refert, alterum Maliacum sub Achille, cujus nota præcedenti fit mentio; alterum verò sub Protesilao, cujus etiam meminit Strabo libro 9. uterque erat Phthioticus. Nam Phthii dicebantur, qui sub Achille, sub Protesilao, sub Philoctete erant, qui ad Trojam in Græcorum auxilium iere.

28 Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς.] Urbs Alos & mascul. & fœm. genere dicitur, quod ex Strabonis lib. 9. habet, cujus verba nota 26 præcedenti attulimus.

29 Καὶ Α᾽λπεια ὄρη, καὶ Α᾽λβια.] Alpini, seu Albini montes, qui Latinis dicuntur *Alpes*, sunt satis noti, & adhuc hodie nomen retinent, qui Italiam à Germania, & Gallia, tanquam muro quodam separant, sic dicti à nivium candore. Olim enim Sabini *alpum* dixere, quod Latini *album*, auctore Festo in Album, de quibus vide Strabonem lib. 4. & alios.

30 Α᾽λπηνοὶ, κώμη πλησίον Θερμοπυλῶν, &c.] Alpeni Auctori nostro plur. num. est pagus prope Thermopylas, & Locrorum metropolis ex Herodoto, qui lib. 7. inquit; *Alpenos esse pagum prope Thermopylas*, at Locrorum metropolim *Alpenum* vocat, quam versus Melienses locat.

31 Α᾽λι-

Α'ΛΥ'ΒΑΣ [31], τὸν οἱ μὲν Μεταπόντιον ἤκουσαν τῆς Ἰταλίας. Τινὲς δὲ, Θρᾴκης πόλιν. Τὸ ἐθνικὸν, Α'λυβάντιος.

A ALYBAS, hunc quidem aliqui Italiæ Metapontium ſunt interpretati. Aliqui verò Thraciæ urbem. Gentile, Alybantius.

Α'ΛΥ'ΒΗ [32],

Τηλόθεν ἐξ Α'λύβης, ὅθι ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

ALYBA,

Procul ex Alyba, ubi argenti eſt origo.

B

Ab hac venire Rheam, quæ Jovem ferebat recens natum, qui hanc habitant Alybes, pro metallis argenteis, ferrea habent, qui nunc Chaldæi, ut Strabo. Eſt & Alybeus, & Alybeis. Euphorio in ἀρᾶις, vel πολιορκλέωπι, id eſt, *poculi-latrone.*

Παρὰ ταύτῃ ἐλθεῖν Ῥέαν, τὸν Δία φέρουσαν νεογνόν· [33] οἱ ταύτῃ οἰκοῦντες Α'λύβες, ἀντὶ τοῦ ἀργυρείων μεταλλων σιδηρᾶ ἔχοντες, οἱ νῦν Χαλδαῖοι, ὡς Στράβων. Ἔστι καὶ Α'λυβδὺς, καὶ Α'λυβηΐς. Εὐφορίων ἐν ἀρᾶις, ἢ πολιορκλέπῃ·

C

[34] Ὅστις μοὺ κέλκιον Α'λυβηΐδα μοῦνον ἀπάρας.

Quiſnam meum poculum Alybeum ſolus abſtulit.

Τῇ ἐστι τὸν ἀργυρᾶν, διὰ τὰ μέταλλα. Ἑλλάνικος δέ φησι, λίμνην εἶναι Πόντικήν. Τὸ ἐθνικὸν Α'λυβαῖος.

D

Alybeium dixit, pro argenteum propter metalla. Hellanicus verò inquit: *Alybam paludem eſſe Ponticam.* Gentile, Alybæus.

Α'ΛΥ'ΖΕΙΑ, πόλις Α'καρνανίας, ἀπὸ Ἄλυζος τοῦ παιδὸς Ἰκάριος κληθεῖσα Α'λύζια. Τὸ ἐθνικὸν, Α'λυζίδης, καὶ Α'λυζαῖος.

ALYZEA, urbs Acarnaniæ, ſic vocata ab Alyzo Icarii filio. Gentile, Alyzeus, & Alyzæus.

Α'ΛΥΚΟΣ, πόλις Πελοποννήσου.

E

Εἰς Α'σίνην, Α'λυκήν τε, καὶ ἄμπολιν Ἑρμιονήων.

ALYCUS, urbs Peloponneſi,

In Aſinam Alycumque, perque urbem Hermioneorum.

Καλλίμαχος. Τὸ ἐθνικὸν, Α'λύκιος.

Callimachus. Gentile, Alycius.

Α'ΛΥ'ΧΜΗ, ἐν ᾗ τιμᾶται Α'λυχμίου Ἑρμῆς. Τὸ ἐθνικὸν, ὡς ἀπὸ Βοίβης Βοίβαιος, Α'κλὴς Α'κλιος, ἄτως καὶ Α'λύχμιος.

F

ALYCHMA, ubi *Alychmus Mercurius* colitur. Gentile, ut à Bœba, Bœbæus, ab Acta, Actius, ſic ab Alychma, Alychmius.

Α'ΛΩ'ΙΟΝ, πόλις Θεσσαλίας ὑπὸ τὸν Τέμπεων, ἣν ἔκλισαν οἱ Α'λωάδαι, καθελόντες τοὺς Θρᾴκας, ὡς εἶναι ἀοίκητον ἀπὸ Α'λωέως. Τὸ ἐθνικὸν Α'λωεύς.

ALOIUM, urbs Theſſaliæ prope Tempe, quam Aloadæ deſtruentes Thraces condidere, ſic dicta ac ſi eſſet ab Aloëo. Gentile, Aloeus.

G

Α'ΛΩ'ΝΗ [35], νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ, ἥτις καὶ Νεῦρις, καὶ Προχόνη ἐκαλεῖτο. Τὸ ἐθνικὸν, Α'λωνήσιος. Ὠνομάσθη δὲ ἄτως, ὁπότε οἱ ἐποικοῦντες τὰ τῶν ἄλων ἐργασίαν ἐπενόησαν. Τινὲς δὲ αὐτὴν εἶπον πόλιν Παφλαγονίας.

ALONA, inſula prope Cyzicum, quæ *Neuris*, & *Prochona* vocabatur. Gentile, Aloneſius. Sic verò fuit vocata, quoniam incolæ operationem ſalis excogitarunt. Aliqui verò Paphlagoniæ urbem eſſe dicunt.

H

Α'ΛΩΝΙΣ, νῆσος καὶ πόλις Μασσαλίας, ὡς Α'ρτεμίδωρος. Τὸ ἐθνικὸν, Α'λωνίτης.

ALONIS, inſula, & urbs Maſſiliæ, ut Artemidorus. Gentile, Alonites.

Α'ΛΩ-

ALO-

31 Α'λύβας, τὸν οἱ μὲν Μεταπόντιον ἤκουσαν τῆς Ἰταλίας.] Alybas, juxta alios eſt Metapontium Italiæ, juxta alios eſt Thraciæ urbs. Priorem ſententiam confirmat Tzetzes Chiliade 12. N. 404. cujus ſunt verba: Α'λύβας ἢ Μεταπόντος πόλις Ἰταλίας, i. e. *Alybas verò eſt Metapontus urbs Italiæ*: eodem modo Latini Scriptores, Plinius & alii. Olim *Metabum* dicebatur, nunc *Torre di mare*, auctore Cluv. Ital. Antiquæ lib. 4. aliquod mendum ſuſpicor eſſe in Stephani verbis. Non ſolet enim uti illa phraſi. Si res foret mei arbitrii, ſic illa legerem: Α'λύβας, τὸν οἱ μὲν Μεταπόντιον τῆς Ἰταλίας λέγουσι, ἢ καλοῦσι, τινὲς δὲ, &c. h. e. *Alybas, hunc alii quidem Metapontium Italiæ, vel dicunt, vel vocant, aliqui verò, &c.* alio etiam modo poterant legi, ut phraſis illa Auctori noſtro inſolens evitaretur; ſed hoc eſt Andabatarum more pugnare, dum novi codices veram lectionem non indicant.

32 Α'λύβη.] Alybe, quæ regio, & ubi locorum ſit, nobis, ut ſolet, divinandum relinquit, ac affert carmen illud innominato auctore, quod invenitur apud Homerum Il. 2. v. 857. diſcrepantes ſunt auctorum ſententiæ circa regionem, & lectionem carminis, ut videre eſt ex Strabonis lib. 12. & ex Euſtathio ad idem carmen nec non apud Auctorem noſtrum, ut annotavimus præcedentium notarum vigeſima tertia. Euſtath. has habet ἐξ Α'λύβης, ἐξ Α'λύβων, ὁκ Χαλύβων, ἐξ Α'λόπης, ἐξ Α'λόβης, ὁκ Καλύβης.

33 Οἱ ταύτῃ οἰκοῦντες, &c.] Fallitur Epitomator, cum ex Strabone inquit *Alybes* vocatos fuiſſe, qui nunc *Chaldæi*. Nam Strabo lib. 12. inquit *Chalybes* antiquitus vocatos fuiſſe, qui nunc *Chaldæi*. Ejus ſunt verba: Οἱ δὲ νῦν Χαλδαῖοι, Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο, id eſt, *Qui nunc Chaldæi, Chalybes antiquitus nominabantur.*

34 Ὅστις μοὺ κέλκιον, &c.] Eſt verſiculus Euphorionis, ubi pro κέλκιον lege, κελέσιον, i. e. *poculum.* Id enim exigit epigraphe fabulæ Euphorionis ab Stephano citata πολιορκλέπης, i. e. *poculi-latro*, in qua quærebatur, qui abſtulerat poculum illud *ex Alybe*, i. e. *argenteum*, ubi erant argenti fodinæ, juxta Homeri ſententiam.

35 Α'λώνη, νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ, &c.] Alone, inſula prope Cyzicum, quæ *Neuris*, & *Prochone* vocabatur, quam memorat Plin. Nat. Hiſt. lib. 2. c. 87. inter eas, quæ repente apparuere. Fuerunt verò Delus, Rhodus, Melon, Anaphe, Nea, Thera, Theraſia, Thia, & Alone.

Α᾽ΛΩΠΕ᾽ΚΗ [36], δῆμος τῆς Α᾽ντιοχίδος φυλῆς. Ο᾽ δημότης, Α᾽λωπεκεύς. Τὰ τοπικὰ, Α᾽λωπεκῆθεν, [37] Α᾽λωπεκῆδε, Α᾽λωπεκῆς.

ALOPECA, populus Antiochidis tribus. Popularis, Alopeceus. Localia, ex-Alopeca, ad-Alopecam, Alopecæ.

Α᾽ΛΩΠΕΚΙ᾽Α [38], νῆσος· Σπερχέων ἑνδεκάτη. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽λωπεκεύς, ὡς Οἰχαλιεύς, τῆς Οἰχαλίας.

ALOPECIA, insula, Strabo libro undecimo. Gentile, Alopeceus, ut Oechalieus ab Oechalia.

Α᾽ΛΩΠΕΚΟ᾽ΝΗΣΟΣ [39], πόλις τῆς Ε᾽λλησποντίας Χερρονήσου, ᾗ χρησμὸν κλιθεῖσαι, κελεύσαντος, ἔνθα ἂν σκύλακας ἴδωσιν ἀλώπεκος, ἐκεῖ πόλιν οἰκίσαι. [40] Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽λωπεκονήσιος. Ε᾽κλήθησαν δ᾽, ὅτι ὅτε ἔκλιζον τὴν πόλιν, ἀλώπηξ σκύμνον ἄλλοθεν φέρουσα, καὶ ἐπιθέλο.

ALOPECONESUS, urbs Helleſpontiæ Cherſoneſi, ſecundum oraculum condita, jubens, ut illic urbem conderent, ubi vulpinos catulos viderent. Gentile, Alopeconeſius. Sic verò ſunt vocati, quod cum conderent urbem, vulpes catulum aliunde ferens illic depoſuerat.

Α᾽ΛΩΡΟΣ [41], πόλις Μακεδονίας. Ε᾽στι δὲ τὸ μυχαίτατον τοῦ Ε᾽ρμαϊκοῦ κόλπου. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽λωρίτης, καὶ Α᾽λωρῖτις.

ALORUS, urbs Macedoniæ. Eſt verò intimum Hermæi ſinus. Gentile, Alorites, & Aloritis.

Α᾽ΜΑ᾽ΔΟΚΟΙ, Σκυθικὸν ἔθνος· Ε᾽λλάνικος ἐν Σκυθικοῖς. Η᾽ γῆ δὲ τούτων, Α᾽μαδόκιον.

AMADOCI, Scythica gens, Hellanicus Scythicis. Horum verò terra *Amadocium* dicebatur.

Α᾽ΜΑΖΟ᾽ΝΙΟΝ [42], τόπος ἐν τῇ Α᾽ττικῇ, ἔνθα Θησεὺς τῶν Α᾽μαζόνων ἐκράτησεν. Οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Κύμη, ἐν ᾗ αἱ Α᾽μαζόνες ᾤκουν. Ε᾽καλεῖτο δ᾽ ἐν τοῖς Αἰολικοῖς Δι᾽ ᾱ γράφει τὸ ὄνομα. Ε᾽στι καὶ ἄλλο Δι᾽ ᾱ κ Α᾽μαζονικὸν, ἐν Βοιωτίᾳ. Ε᾽στι καὶ ἐν Βιθυνίᾳ Μαζεῖον καλὰ παραφθορᾷ, ὡς Α᾽ρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς. Τὸ ἐθνικὸν Μαζαιεύς, ὡς Μιδακεύς, καὶ Δορυλαεύς.

AMAZONIUM, locus in Attica, ubi Theſeus Amazones vicit. Sic vocabatur Cuma, in qua Amazones habitabant. Hecatæus verò in Æolicis per *ja* ſcribit hoc nomen. Eſt & aliud Amazonicum per *ε* in Bœotia. Eſt & in Bithynia. Mazæum per corruptionem, ut Arrhianus in Bithyniacis. Gentile, Mazæus, ut Midaceus, & Dorylaeus.

Α᾽ΜΑΖΟ᾽ΝΕΣ [43], ἔθνος γυναικεῖον περὶ τῷ

AMAZONES, gens muliebris prope

36 Ἀλωπέκη, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς.] Alopece, ſeu Alopecæ, arum, populus, i. e. oppidum Antiochidis tribus Suidæ, Harpocrationi, & aliis memoratus, nullam ob aliam rem celebrandus, niſi quod fuerit patria Socratis, auctore Laërtio in Socrate. Quum ſemper in animo habuerim ea referre, quæ notatu digna ſunt; dummodò non fuerint ἀπεσβολόνυσα, jam quando in Socratis mentionem incidi, non poſſum non referre, quæ de eo notatu digna mihi viſa ſunt. Fuit igitur Socrates, Pythiæ teſtimonio, omnium ſapientiſſimus, cum ſemper in ore haberet, *ſe tantum* Unum *ſcire*, *ſe* Nihil *ſcire*. Atque cum nihil memoratu dignum ſcripſerit, tamen fuit omnium Philoſophorum celeberrimus, mea quidem ſententia, quod Plato in ſuis dialogis eum frequenter introducit loquentem. Eum Ethnici miris extollebant laudibus; nec illi obfuit averſæ Veneris amor, cum Archelao magiſtro, uxoris, cum Alcibiade, mariti officiis functo. Duas habuit uxores Xanthippen, & Myrtonen Ariſtidis Juſti filiam: illa ab omnibus decantatur, hæc parum celebris eſt. Nominis enim fama fortunæ quoque ludibrio eſt. Adverſus eum conſcripſit Ariſtophanes celebrem illam comœdiam, quæ nunc extat, cui epigraphen fecit Νεφέλαι, i. e. *Nubes*, in qua ab eo *Milius* vocatur; qua de re in Μῆλος agemus. Primus Philoſophorum damnatus fuit judicum 281. ſententiis, ejus accuſatores fuere Anytus, & Melitus, Lycone oratore. Crimen fuit, quod, quos Athenienſes crederent eſſe Deos, ipſe non crederet. At poſtea Athenienſes pœnitentia ducti eum ærea imagine publicè honorarunt, ex accuſatoribus Melitum morte, reliquos exilio multarunt. Sed ad Spartam noſtram redeamus, his relictis.

37 Ἀλωπεκῆδε, Ἀλωπεκῆς.] Pro Ἀλωπεκῆδε lege Ἀλωπεκήνδε; pro Ἀλωπεκῆς lege Ἀλωπεκῆσιν. Hæc enim eſt horum localium forma, ut videre eſt in Ἀζηλῆ, & alibi ſæpe.

38 Ἀλωπεκία, νῆσος· Στρεβῶν ἑνδεκάτη.] Alopecia, inſula ex Strabonis libro undecimo, qui eam locat ad Mœotim paludem, quæ etiam *Calaros* & *Alopeconeſos*, id eſt, *vulpium-inſula* vocata fuit, ut refert noſter in Calaros, ubi ejus etymon deducit ἀπὸ τῆς ἀλώπηκος, i. e. *à vulpe* ex quadam fabula.

39 Ἀλωπεκόνησος, πόλις τῆς Ἑλλησποντίας Χερρονήσου.] Alopeconeſus, urbs Helleſpontiæ Cherſoneſi, quam Scylax inter civitates Thraciæ Cherſoneſi locat. Id nominis ſonat *vulpis-inſulam*, vide not. 38. præced.

40 Τὸ ἐθνικὸν, ἀλωπεκονήσιος.] Lege ἀλωπεκονήσιος, eſt enim vel chalcographi, vel librarii incuria. Hujuſmodi πυροφάμαλα frequenter reperiuntur apud Stephanum.

41 Ἄλωρος, πόλις Μακεδονίας.] Alorus, urbs Macedoniæ, quæ ſita erat inter Axium, & Peneum amnes: auctore Mela lib. 2. c. 3.

42 Ἀμαζόνιον, τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἔνθα, &c.] Amazonium, locus in Attica, ubi Theſeus vicit Amazones. Loci, & belli meminit Plutarch. in Theſeo, cujus feſtum celebrabant Athenienſes menſe Boëdromione. Phidias ille celeberrimus ſculptor facta Athenis Minerva cubitorum 26. in ejus ſcuto intumeſcente ambitu parmæ cælavit hoc *prælium Theſei adverſus Amazones*, ejuſdem concava parte Deorum, & Gigantum dimicationem; in ſoleis verò Lapitharum, & Centaurorum, ut rerum monumentis tradit Plinius Natur. Hiſtor. lib. 36. c. 5. nec non Pauſan. lib. 1.

43 Ἀμαζόνες ἔθνος γυναικεῖον περὶ Θερμώδοντα.] Amazones eſſe gentem muliebrem ad Thermodontem, quas nunc *Sauromatidas* vocant, inquit Ethnicorum collector, quæ tam Hiſtoricis, quam Poëtis valde decantatæ fuerunt, adeò ut incredulitate Carneadem ſuperaret, qui eas fuiſſe negaret; nihilominus tamen Strabo lib. 11. Arrhianus Anabaſeos Alex. lib. 7. harum hiſtoriam fabuloſam exiſtimant;

τῷ Θερμωδόντι, ὡς Ἔφορος, ἃς νῦν Σαυρο- A
ματίδας καλοῦσι. Φασὶ δὲ περὶ αὐτῶν, ὅτι τῇ
φύσει τῶν ἀνδρῶν διαφέρουσιν, αἰτιώμενοι δὲ
τόπου τὴν κρᾶσιν, ὡς γυναῖκας εὐσθότους τὰ σώ-
ματα ἰσχυρότερα καὶ μείζω τῶν ἀρσενικῶν. Ἐγὼ δὲ φυσικὰ νομίζω τὰ κοινὰ πάν- B
των πάθη· ὡς τ' ἄλογος ἡ αἰτία. Πιθανω-
τέρα δ' ἣν φασιν οἱ πλησιόχωροι· οἱ γὰρ Σαυ-
ρομάται ἐξ ἀρχῆς ὅτε τὴν Εὐρώπην στρατεύ-
σαντες, καὶ πάντες διαφθαρέντες, τὰς γυναῖ-
κας ἔσας μόνας, καὶ ἀξησάντων τῶν ἀρρέ- C
νων, ἐπεσεύσας στρὸς τὰς γυναῖκας. Ὑπερεχε-
ζῶν δὲ τῶν γυναικῶν, καταφυγεῖν σὺν ἄρ-
ρενας εἰς δασύν τινα τόπον, καὶ ἀπολέσθαι. Φο-
βηθεῖσαι δὲ, μή πως ἀπὸ τῶν νεωτέρων πημα-
τία τις γένηται, δόγμα ἐπόησαν, ὡς τε τὰ D
μέλη συντρίψαι, καὶ χωλὰς πάσας ποιῆσαι.
44 Ἐκαλοῦντο δὲ αἱ Σαυροπάτιδες, ὡσεὶ τὸ σαύ-
ρας πατεῖν, ἢ ἐσθίειν. Ἢ διὰ τὸ ἐν τῇ Σαυρο-
ματικῇ Σκυθίᾳ οἰκεῖν. Ἔστι καὶ Ἀμαζονία πό-
λις Μεσαπίας. Λέγεται καὶ Ἀμαζὼν ἀρσενικῶς. E
Λέγεται καὶ Ἀμαζόνιον τὸ θῆλυ, διὰ τοῦ ι.
καὶ Ἀμαζονίδης.

ΑΜΑΘΑ 45, ἡ θῆλυς, τῆς Ἀραβίας
χωρίον, ὅπερ μετὰ τοῦ α νῦν λέγουσιν Ἄκ-
μαθα. Κέκληται δὲ ἀπὸ τῆς ψάμμου. Φασὶ F
γὰρ, τὸ πολὺ τῆς Ἀραβίας ἐστὶ τῆς Ἐρυ-
θρᾶς

pe Thermodontem, ut Ephorus, quas nunc *Sauromatidas* vocant, de quibus dicunt, quod virorum naturam excedunt, causam loci temperamento tribuentes; adeò ut fœminea corpora fortiora, ac majora, quam masculina generare sit solitus. Ego verò naturales existimo communes omnium passiones; adeò ut causa ratione careat: sed probabilior est, quam earum vicini dicunt. Sauromatæ enim ab exordio in Europam expeditione facta, cum omnes periissent, fœminæ solæ relictæ sunt, atque cum mares crescerent, seditionem excitasse contra fœminas. Victos verò mares in asperum quemdam locum confugisse, atque periisse. Metuentes verò, ne factum juniores ulciscerentur, decrevere ut eorum membra contererent, atque sic claudos omnes facerent. Vocabantur verò *Sauropatides*, quod σαύρας, id est, *lacertas* conculcarent, ac ederent, vel, quod in Sauromatica Scythia habitarent. Est etiam Amazonia urbs Mesapiæ, quæ in masculino genere dicitur etiam Amazon, onis; nec non neutrum Amazonium per *i*. Dicitur etiam Amazonides.

AMATHA, neutro genere, Arabiæ oppidum, quod nunc cum *c* Acmatha dicunt. Sic verò fuit vocatum ἀπὸ τῆς ψάμμου, id est, *ab arena*. Ajunt enim magnam

mant; ad Thermodontem fluvium habitasse, ac suo ævo *Sauromatidas* vocari inquit, quod in Sauromatica Scythia habitassent; *Amazones* verò vocatæ fuere, duplici de causa, vel quod unam tantum mammam haberent; dexteram enim ab infantia inurebant, ne sagittandi artem impediret, vel quod non mazis, sed ferarum carnibus alerentur, ut narrat Eustath. ad Periegetæ v. 828. ad quod videtur alludisse Andinus vates Æneid. lib. 1. v. 496.

Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet
Aurea subnectens exsertæ cingula mammæ
Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.

Sententiam Auctoris nostri de Amazonibus videtur confirmare Cous senex libro de aëribus, aquis, locis, capite, seu sectione 43. cujus libet apponere verba: Ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ ἔστιν ἔθνος Σκυθικὸν, ὃ περὶ τὴν λίμνην οἰκεῖ Μαιώτην, &c. id est, *In Europa verò gens est Scythica, quæ circa paludem Mæotim habitat, differens ab aliis gentibus*, Sauromatæ *appellantur, horum fœminæ equitant, & sagittant, & jaculantur ex equis, & pugnant cum hostibus, dum virgines sunt.* Herodotus lib. 4. c. 110. Auctor est ab Scythis vocari ὀιορπάτα, i. e. *aorpata*, quod in lingua Græca valet ἀνδροκτόνοι, h. e. *viricidæ*. Ephesi Dianæ templum construxisse referunt Solinus, & Mela; aliter sentiunt Plinius & Pausanias. Idem templum ab eisdem incensum inquit Eusebius in Chronicis; & mirum videri poterit, quare suæ fabricæ non pepercerint, cui Xerxes propter magnificentiam, reliquis combustis, pepercit, sed fœminæ sunt viris crudeliores, & in reliquis quoque animi passionibus viros excedunt, de quibus consule sis Justin. lib. 2. Quint. Curtium lib. 6. Diodorum Siculum lib. 3. & 5. Atque quamvis ego, mi *Gaspar* Hispanorum eruditissime, in plurimis rebus amem τὸ ἐπέχειν, tamen in his circa Amazones divini Senis sententiam tanquam verosimilem sequor; de earum verò profectione ad Alexandrum, & Trojam ἐπίκαιρα. Historiæ etiam nobis suppeditant quasdam fœminas, quas ego *Amazonidas* soleo vocare, non quod Amazonibus editæ fuerint, sed quod Amazones factis superaverint; cujusmodi fuit illa Volsca *Camilla* apud Poëtam nullius artis expertem Æneid. lib. 7. v. 803.

Hos super advenit Volsca de gente Camilla
Agmen agens equitum, & florentes ære catervas
Bellatrix: non illa colo, calathisve Minervæ
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursuque pedum prævertere ventos.

Ac relictis antiquis Deboris, Judithis, Zenobiis, una pro omnibus sufficiet virgo illa Gallica, quæ floruit rege Galliarum Carol. VII. atque vulgo Gallis dicitur *La pucelle d'Orleans*, cujus historiam sciunt, qui nondum ære lavantur.

44 Ἐκαλοῦντο δὲ αἱ Σαυροπάτιδες, ὡσεὶ τὸ σαύρας πατεῖν, ἢ ἐσθίειν.] Hæc verba suspicor esse corrupta, ac ex Eustathii ad Periegetæ v. 828. verbis corrigenda existimo hoc modo: ἐκαλοῦντο δὲ αἱ Σαυροπατίδες διὰ τὸ σαύρας πάσασθαι; ὅ ἐστι γεύσασθαι, τουτέστιν ᾗδιον κρεῶν, vel τὸ πατεῖν apud Steph. pro γεύεσθαι, i. e. *gustare*, accipiendum est; qua significatione usurpat Herodot. lib. 2. c. 47. πατέουσι τῶν κρεῶν, i. e. *eorum carnes gustant*, pro quo sæpe eodem libro utitur verbo γεύομαι, id est, *gusto*, apud Hesych. etiam legimus Πατέονται, ἐγκόπτονται (lege ἐγκόπτονται.) Sauromatidæ verò vocari potuere, quod haberent ὅμματα τὰ σαυρῶν, h. e. *lacertinos oculos*. Sed hoc omnibus septentrionalibus populis erat commune, quod graphicè expressit Juv. Satyr. 13. v. 164.

Cærula quis stupuit Germani lumina? Flavam
Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro
Nempe, quod hæc illis natura est omnibus una.

Itaque non dictu facile est, utrum *Sauromatidæ* dictæ fuerint necne, vel quod lacertinos oculos habuerint, vel quod in Sauromatica Scythia habitaverint, ut ait Epitomat. noster.

45 Ἄμαθα, ἡ θῆλυς τῆς Ἀραβίας χωρίον.] Amatha, orum, Arabiæ, seu oppidum, seu regionem inquit fuisse, cujus etymon præter, vel potius contra rationem deducit ἀπὸ τῆς ψάμμου, i. e. *ab arena*. Sic enim *Psammatha* appellandum erat, non *Amatha*, quis quæret præter Græculos Arabici oppidi etymon in lingua Græca; hujus oppidi nullam apud alios inveniebam memoriam.

θεᾶς πάλαι καταικλύζεσθαι. Οἱ οἰκήτορες, Ἀμαθλωοί.

gnam Arabiæ partem à mari rubro olim inundatam fuisse. Incolæ, Amatheni.

Ἀ ΜΑ ΘΗ [46], πόλις Φοινίκης. [47] Ἔστι καὶ Σικελίας. Ἀμαθαίπων, κύριον. Τὸ ἐθνικὸν ἀμφοτέρων, Ἀμαθαῖος.

AMATHA, urbs Phœniciæ. Est etiam Siciliæ. Amathæpon est nomen proprium. Gentile, utriusque, Amathæus.

Ἀ ΜΑΘΟΥΣ [48], πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη. Ἐν ᾗ Ἄδωνις Ὄσιριδος ἐτιμᾶτο· ὃν Αἰγύπτιον ὄντα, Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδιοποιῆσαι. Ἀπὸ Ἀμάθεως τῆς Ἡρακλέους συλλήψη, ἢ ἀπὸ τῆς Κινύρου, μητρὸς Ἀμαθέως.

B AMATHUS, urbs Cypri antiquissima. In qua *Adonis Osiris* colebatur, quem, Ægyptius cum esset, Cypri, & Phœnices sibi vindicarunt. Sic verò fuit vocata ab Amatheo Herculis filio, vel à Cinyræ matre Amathusa.

Ἀ ΜΑΛΗΚΙΤΑΙ [49], ἔθνος Ἑβραϊκόν.

C AMALECITÆ, gens Hebraïca.

Ἀ ΜΑ ΜΑΣΣΟΣ [50], πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ τιμᾶται Ὑλάτης Ἀπόλλων. Τὸ ἐθνικὸν Ἀμαμάσιος, καὶ Ἀμαμασσεύς.

AMAMASSUS, urbs Cypri, in qua *Hylates Apollo* colitur. Gentile, Amamasius & Amamasseus.

Ἀ ΜΑΝΟΝ [51], ὄρος πρὸς τῇ Κιλικίᾳ, ἀπὸ Ταύρου καθῆκον. [52] Ἱστοροῦσι δέ, τὸν Ὀρέστην σὺν Ἰφιγενείᾳ τῇ Ἀρτέμιν κομίσαντα, τὴν μανίας λύσιν δοῦναι. [53] Ὁ οἰκήτωρ, Ἀμανίτης. [54] Εἰσὶ καὶ Ἀμμανῖται, διὰ δύο μμ, γένος τῶν Ναβαταίων Ἀράβων, ὡς Ἰώσηπος. Ἐκλήθησαν δὲ ἀπὸ

D AMANUM, mons juxta Ciliciam, à Tauro descendens. Referunt verò sic dictum fuisse, quod Orestes unà cum Iphigenia Dianam perferens τὴν μανίας, id est, *insania* liberatus sit. Incola, Amanites. Sunt etiam Ammanitæ per duo *mm*, genus Nabatæorum Arabum, ut Josephus. Sic verò vocati

46 Ἀμάθη, πόλις Φοινίκης.] Amathe, es, seu ore Latino Amatha, æ, urbs Phœniciæ, quæ condita fuit ab undecimo Chanaan filio, qui Genes. c. 10. v. 18. vocatur *Chamathi*, septuaginta senes vertunt *Amathi*, D. Hieron. *Hamathæum*, Josephus Antiquit. lib. 1. c. 7. *Amathum* vocat. Audi eum loquentem: Ἀμάθη δὲ Ἀμάθου κατοίκησιν, &c. i. e. *Amathus verò Amathen habitavit, quæ adhuc extat, & ab indigenis adhuc hodie* Amathe *vocatur, Macedones autem eam* Epiphaniam *ab uno ex Regum eorum posteris cognominaverunt.* Hujus urbis fit mentio plurimis SS. locis. cujus nomen interpretes, & scriptores diversis pronunciant modis, scilicet *Amath*, *Hamath*, *Emath*, & *Hemath*, nec non *Chamath*, & *Chammath*, quæ omnia ab eodem fonte Hebræo, hoc est, à nomine conditoris חמתי *Chamathi*, procedunt, apposita, vel neglecta, ut solet fieri, littera guturali. Diversæ verò videntur fuisse hujus nominis urbes, ut videre est apud Adrichomium in suo Terræ Sanctæ Theatro, & apud Jacobum Justum Hebræum in sua Terræ Sanctæ Geographica charta.

47 Ἔστι καὶ Σικελίας.] Memorat ethnicorum collector Amathen quoque Siciliæ urbem, cujus apud alios altum est silentium; at Ἀμαθαίπων, monstrum lectionis mihi videtur; non sum OEdipus, nec Hercules adest.

48 Ἀμαθοῦς, πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη.] Amathus, urbs Cypri antiquissima, celebris tritico, ut Hipponax apud Strabonem lib. 8. testatur hoc carmine,

Κυπρείων βέκος φαγεῖσι, καὶ Ἀμαθουσίων πυρόν.
Cypriorum panem edunt, & Amathusiorum triticum.

Memoratur Straboni libro 14. Pausaniæ libro 9. Scylaci in Cypri descriptione, Constant. Porphyrog. de Them. lib. 1. in Præfectura Cypri; Phœnicum proculdubio fuit opus, ut ejus nomen denotat, ab Amatha Phœnicum urbe, cujus nota 46. præcedenti meminimus. Phœnices enim in plurimis maris Mediterranei oris commercii causa oppida condiderunt, quod sciunt etiam Reipublicæ litterariæ proletarii; hodie *Limisso* vocari inquit Phil. F. Alex. in suo Lexico Geographico.

49 Ἀμαληκῖται, ἔθνος Ἑβραϊκόν.] Amalecitæ, gens Hebraïca, inquit Epitomator noster, verius dixisset, gens Hebræis inimica, cujus memoriam מחית השמים *mi-tachat hasamaim*, i. e. *de sub cœlo* jubet deleri nunquam satis laudatus Moseh Deuteron. c. 25. v. 19. quod in exitu Israël ex Ægypto Israëlitarum extremum agmen percusserint, quo præcepto nunquam eorum memoria delebitur. Verum ut illud præceptum adimpleret Saul rex, Regum lib. 1. c. 15. ducit adversos eos ducenta hominum millia. Sæpe in SS. occurrit eorum nomen.

50 Ἀμάμασσος, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ τιμᾶται, &c.] Amassus, urbs Cypri, in qua colebatur *Apollo Hylates*, cujus nulla extat apud alios, quod sciam, memoria. Dionysius Bassaricorum lib. 3. apud Stephanum in Ἐρύθεια vocat eam εἰναλίλιμνον; unde conjicitur fuisse maritimam urbem.

51 Ἄμανον, ὄρος πρὸς τῇ Κιλικίᾳ.] Amanon, mons ad Ciliciam à Tauro monte descendens, ideo à Geographo lib. 12. vocatur ἀπόσπασμα τοῦ Κιλικίου Ταύρου, i. e. *fractum avulsum Cilicii Tauri.* Niger etiam Geographi. Asiæ Commen. 1. Amanum montem vocat partem Tauri, cujus incolæ Amanitæ, at disertissimo Romuli nepotum Epist. ad C. Curionem & alios lib. 2. Epist. 10. dicuntur *Amanienses*, quos ipse vicisse refert, ex qua victoria apud Issum Ciliciæ urbem *Imperator* appellatus fuit, ut idem rerum monumentis tradit loco citato.

52 Ἱστοροῦσι δὲ τὸν Ὀρέστην.] Innuit montem Amanum nomen adeptum fuisse, quod illic Orestes à *mania*, h. e. *furore* liberatus fuerit. Græci promiscuo nomine & insaniam, & furorem vocant *manian*, qua in re Latini eos excedunt, cum in aliis plurimis nominibus ab eis vincantur. Sunt enim feliciores, quàm Latini imponendis rebus nominibus. Hujusmodi furore celebratur non solum Orestes, sed etiam Hercules, Athamanes, Alcmæon, & Ajax.

53 Ὁ οἰκήτωρ Ἀμανίτης.] Montis Amani incola, *Amanites* dicitur, inquit Epitomator noster, at à Cicerone *Amanienses* ejus incolæ vocantur, ut modò nota 51 præcedenti annotavimus.

54 Εἰσὶ καὶ Ἀμμανῖται, διὰ δύο μμ γένος, &c.] Sunt etiam Ammanitæ per duplex *mm* genus Nabatæorum Arabum, ex Josepho, qui eorum meminit, & SS. variis locis. Fuere verò Ammonitæ, quos noster Ammanitas vocat, filii Loti ex minori filia. Hebraicè dicuntur בני עמון *bene Amon*, qui una cum Moabitis incolebant Cœlen Syriam, teste Josepho Antiquitatis Judaïcæ lib. 1. c. 12. eorum regia urbs nominabatur *Rabath bene Amon* Deuteron. c. 3. v. 11. ubi erat lectus ille ferreus Og gigantis regis Basan, qui solus ex gigantibus remanserat, adversus quos gessit David bellum duce Joabo, ad quem eo in bello perduxit Urias epistolam illam, quæ in proverbium abiit. Etymon gentis refertur Genesis c. 19. v. 38. ותקרא שמו בן עמי, *Vaticra semo ben ami*, hoc est, *& vocavit nomen ejus ben ami*, h. e. *filius populi mei.* Nota modestiam, & verecundiam fœminæ, quæ in nomine filio impositio, quem ex patre genuerat, dedecus & ignominiam dissimulavit, eum vocans *ben ami*, h. e. *filium populi mei*; at ejus soror sine ullo pudore in filii nomine eversam pudicitiam ostentabat, eum vocans *Moab*, i. e. *ex patre*, ac si diceret, ex patre meo eum concepi. Loti historia & filiarum ejus cum eo concubitus sunt quovis notissimo notiora.

55 Λίγον-

ἀπὸ Ἀμμάνε ϗ παιδὸς Λώτε, καὶ τ νεωτέ- A vocati ſunt ab Ammano Loti filio, ex junioras θυγατρός. ri filia.

Ἀ'ΜΑΝΤΙ'Α, Ἰλλυριῶν μοῖρα, πλησίον Ὠρικε καὶ Κερκύρας, ἐξ Ἀβάντων τῶν ἀπὸ Τροίας νοσησάντων ᾠκισμένη. Καλλίμαχος Ἀμαντίνιδα αὐτὴν φησιν. Ἧς τὸ κτητικὸν, Ἀμαντινική. 55 Λέγονται καὶ Ἄβαντες. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβαντιεύς. Καὶ Ἄβαντας αὐτοὺς φασιν.

AMANTIA, Illyriorum portio, prope Oricum & Cercyram, ab Abantibus, qui ex Troja profecti ſunt, condita. Callimachus *Amantinam* eam vocat. Cujus poſſeſſivum eſt Amantinica. Dicuntur etiam Abantes. Gentile, Abantieus. Etiam eos Abantes dicunt.

Ἄ'ΜΑΞΑ, χωρίον Βιθυνίας, ὡς Ἐρατοσθένης. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαξαῖος, καὶ Ἀμαξίτης. Καὶ τὸ κτητικὸν, Ἀμαξικός.

AMAXA, oppidum Bithyniæ, ut Eratoſthenes. Gentile, Amaxæus, & Amaxites. Poſſeſſivum, Amaxicus.

Ἀ'ΜΑΞΑΝΤΕΙΑ 56, δῆμος τ Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Ἀμαξαντεύς. Τὰ τοπικὰ, Ἀμαξαντειάθεν. 57 Καὶ Ἀμαξίανδε, καὶ Ἀμαξαντειᾶσιν.

AMAXANTEA, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Amaxanteus. Localia, ex-Amaxantea, in-Amaxiam, in-Amaxantea.

Ἀ'ΜΑΞΙΑ 58, πόλις τ τραχείας Κιλικίας Σελεύκων πεταρεσκαιδεκάτη. Τὸ ἐθνικὸν Ἀμαξιεύς, ὡς τ Ἀμαντίας Ἀμαντιεύς.

AMAXIA, urbs Ciliciæ aſperæ, Strabo libro decimo quarto. Gentile, Amaxieus, ut ab Amantia, Amantieus.

Ἀ'ΜΑΞΙΤΟΣ 59, πολίχνιον τ Τρωάδος Σελεύκων τεσσαρεσκαιδεκάτη. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαξιτεύς. Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν τρίτῃ, Ἀμαξιλιεῖς φησιν.

AMAXITUS, urbs parva Troadis, Strabo libro decimo tertio. Gentile, Amaxiteus. Apollodorus Chronicorum libro tertio, *Amaxilienos* inquit.

Ἀ'ΜΑΡΑΝΤΟΙ, ὀξυτόνως Κολχικὸν ἔθνος, ἀφ' ὧν ὁ Φάσις ῥεῖ· ὅθεν καὶ Ἀμαράντιον τ Φᾶσιν Φασίν.

AMARANTI, cum accentu acuto, Colchica gens, ex quibus fluit Phaſis. Unde etiam *Amarantium* Phaſim dicunt.

Ἀ'ΜΑΡΔΟΙ 60, ἔθνος Τρκανῶν ἐγγύς. Σελεύκων ια'. 61 Εἰσὶ καὶ Περσῶν Μαρδοὶ, δίχα τοῦ α.

AMARDI, gens prope Hyrcanos Strabo libro undecimo. Sunt etiam Perſarum Mardi, ſine *a*.

Ἀ'ΜΑΡΥΝΘΟΣ 62, νῆσος Εὐβοίας, ἀπὸ τινος κτίσαντος τ Ἀρτέμιδος Ἀμαρυσίας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀμαρυσίτης, καὶ Ἀμαρύσιος, ὡς Τρικαρύσιος· ἕτως γὰρ Παυσανίας ἐν πρώτῃ. Ἀναλογώτερον δέ μοι δοκεῖ τὸ Δρὰ ϗ σ.

AMARYNTHUS, inſula Eubœæ, ſic dicta à quodam Amaryntho Dianæ venatore. Gentile, Amarynthius, & Amaryſius, ut Tricaryſius. Sic enim Pauſan. lib. 1. Sed magis analogum mihi videtur illud per *ſ*.

Ἀ'ΜΑ-

AMA-

55 Λέγονται καὶ Ἄβαντες.] De Abantibus vide quæ ſuo loco annotavimus, ſcilicet in Ἀβαντίς obſervatione decima ſexta.

56 Ἀμαξάντεια, δῆμος τ Ἱπποθοωντίδος.] Amaxantea, populus Hippothoontidis tribus, memoratur Harpocrationi, & Heſychio, de quo nihil memoratu dignum inveniebam.

57 Καὶ Ἀμαξίανδε.] Lege καὶ Ἀμαξαντείανδε. Id enim ratio nominis exigit.

58 Ἀμαξία, πόλις τ τραχείας Κιλικίας.] Amaxia, urbs aſperæ Ciliciæ ex Strabonis lib. 14. cujus ſunt, quæ ſequuntur, verba; Μεθ' ὃ τὸ Κορακήσιον Σύδρη πόλις εἶθ' Ἁμαξία, &c. id eſt, *Poſt verò Coracefium Sydre urbs, deinde* Hamaxia *in colle oppidum quoddam navale habens, ex quo materia navibus fabricandis educitur, cedrus autem eſt plurima, cujuſmodi lignis iſta loca videntur abundare, quamobrem Antonius ea Cleopatræ tribuit, quod ad parandam claſſem eſſent idonea.*

59 Ἀμαξίτης, πολίχνιον τ Τρωάδος.] Amaxitus fuit oppidulum Troadis ex Strabonis lib. 13. apud quem libro citato ejus fit mentio, juxta quod erant Salinæ Trageſææ, ubi ſal ſua ſponte cogebatur ſpirantibus Eteſiis, ut inibi refert idem auctor. Ejus quoque meminit Scylax in Troade, prope quod fuiſſe inquit templum Apollinis, ubi Chryſes ille Homericus ſacra celebrabat.

60 Ἀμαρδοὶ, ἔθνος Τρκανῶν ἐγγύς.] Amardi, gens prope Hyrcanos ex Strabonis lib. 11. cujus ſunt verba: Κύκλῳ ϗ θεῖ τὴν θάλατταν μεθ' τὰς Τρκανὰς, Ἀμαρδός τε, &c. i. e. *In orbem verò circa mare poſt Hyrcanos, Amardos, & Anariacas, & Caduſios, & Albanos, & Caſpios, & Cuintios, ac fortaſſe etiam alios habitare uſque ad Scythas.*

61 Εἰσὶ καὶ Περσῶν Μαρδοὶ, δίχα ϗ α.] Sunt etiam Perſarum Mardi ſine *a*, inquit Epitomator noſter, ſed ſuo loco id oblitus tradit eſſe Hyrcanorum gentem. Strabo lib. 11. Auctor eſt ex Nearcho Mardos Perſis finitimos eſſe; atque prædando vivere.

62 Ἀμάρυνθος, νῆσος Εὐβοίας.] Amarynthus eſt inſula Eubœæ Epitomatori noſtro ex Pauſaniæ lib. 1. at Pauſanias non inquit eſſe inſulam Eubœæ, ſed oppidum, cujus incolæ *Amaryſiam Dianam* colebant, cui etiam Athenienſes diem feſtum agebant. Audi eum loquentem: Ἀθηναίων ϗ πομπὴν Ἀμαρυσίαν Ἀρτέμιδι, πανηγύρεως ϗ σφίσι ἐστὶν, &c. i. e. *Athmonenſes verò Amaryſiam Dianam colunt, de qua percunctatus neminem nanciſci potui; qui manifeſtam ejus nominis cauſam explicaret, quantum verò ipſe conjectura aſſequor, eſt Amarynthus in Eubœa. Etenim, qui illic habitant* Amaryſiam Dianam *colunt, & ipſi etiam Athenienſes Amaryſiæ Dianæ feſtum celebrant nihilo, quam Eubœenſes minori celebritate.* Strabo etiam lib. 10. Amarynthum tradit eſſe pagum in Eubœa. Hujuſmodi παροράματα apud Epitomatorem noſtrum frequenter inveniuntur.

63 Ἀμά-

Α᾽ΜΑΣΕΙΑ [63], πόλις Ποντικὴ, ἀφ᾽ ἧς Α Στράβων ὁ στωικὸς φιλόσοφος. Ὁ πολίτης Ἀμασεύς, ὡς αὐτὸς Στράβων. Κατὰ δὲ Καπίτωνα, Ἀμασεώτης. Πιστεύειν δὲ μᾶλλον Στράβωνι, ὡς πολίτῃ.

Α᾽ΜΑΣΤΡΙΣ [64], πόλις Παφλαγονίας, ἡ Β πρότερον Κρώμνα·

[65] Κρώμνάν τ᾽, Αἰγιαλόν τε, καὶ ὑψηλὴν Ἐρύθειαν.

[66] Ἀπὸ γυναικὸς Περσίδος Ἀμαστρίδος, θυγατρὸς Ὀξυάθρου τοῦ ἀδελφοῦ Δαρείου, ἣ συνῴκησε Διονυσίῳ τῷ Ἡρακλείας τυράννῳ. Δημοσθένης δ᾽ ἐξ Ἀμαζόνος, ὅτω λεγομένης. Ἀμάστρεως δὲ κλίνει Στράβων. Ἄλλοι, Ἀμάστριδος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαστριανός. Στράβων δυοκαιδεκάτῃ· Πλείστη δὲ καὶ ἀρίστη φύεται πύξος καὶ τῇ Ἀμαστριανῇ, καὶ μάλιστα περὶ τὸ Κύτωρον. Ὡς Κάλαϊς Καλάτις, Καλατία, καὶ πόλις Φάσις Φασιανὸς, καὶ Σάρδις Σαρδιανός. Τὰ γὰρ τοιαῦτα, ἢ ἀπὸ τῶν εἰς ος θηλειῶν, ὡς Βάκτρος Βακτριανός. Οἱ δὲ νεώτεροι ἐν τῇ συνηθείᾳ κακῶς Ἀμαστρανὸς λέγουσιν αὐτούς.

Α᾽ΜΒΑΣΟΝ [67], μητρόπολις τῶν Φρυγῶν. Ὁ πολίτης, Ἀμβασίτης, ὡς Πολύϊστωρ Ἀλέξανδρος.

Α᾽ΜΒΛΑΔΑ [68], πόλις Πισιδίας· Στράβων δυοκαιδεκάτῃ. Εἰσὶ δὲ τῆς Φρυγίας ὅμοροι, καὶ τῇ Καρίᾳ, Τιάβα, καὶ Σίνδα. Ὁ πολίτης, Ἀμβλαδεύς· ὅθεν καὶ Ἀμβλαδεὺς οἶνος, πρὸς διαίτας ἰατρικὰς ἁρμόδιος.

AMASIA, urbs Pontica, unde erat *Strabo* Philoſophus Stoïcus. Civis, Amaſeus, ut idem Strabo. Secundum Capitonem verò, Amaſeota; atqui magis credendum Straboni, utpote civi.

AMASTRIS, urbs Paphlagoniæ, quæ prius *Cromna* dicebatur:

Cromnamque, Ægialumque, & altam Erythiam.

Sic fuit vocata ab Amaſtride fœmina Perſica, Oxyathræ fratris Darii filia, quæ Dionyſio Heracleæ Tyranno nupſit. Demoſthenes ex Amazone ſic dicta nomen habere exiſtimat. Strabo verò declinat Amaſtris, Amaſtreos. Alii autem Amaſtris, idis. Gentile, Amaſtrianus, teſte Srabone libro duodecimo. Plurima verò, & optima naſcitur buxus in Amaſtriana regione, ac maxime circa Cytorum. Ut à Calatis, Calatius, Calatia, & ab urbe Phaſis, Phaſianus, & à Sardis, Sardianus, ſic ab Amaſtris, Amaſtrianus. Hujuſmodi enim nomina vel ſic formantur, vel à nominativis in ος, ut Bactrios, Bactrianus. Malè verò in communi loquendi uſu Amaſtranos eos dicunt.

AMBASUM, metropolis Phrygum. Civis, Ambaſites, ut Alexander polyhiſtor.

AMBLADA, urbs Piſidiæ, Strabo libro duodecimo. *Sunt verò Phrygibus finitimi, & Cariæ, Tiaba, & Sinda.* Civis, Ambladeus; unde *Ambladeum vinum* ad diætas medicinæ aptum.

Α᾽Μ- ΑΜ-

63 Ἀμάσεια, πόλις Ποντικὴ, ἀφ᾽ ἧς Στράβων, &c.] Amaſia, urbs Pontica, ex qua erat Strabo Philoſophus Stoïcus, fuit urbs ampliſſima & totius regionis optima, auctore eodem Strabone ejus alumno Geographiæ lib. 12. Suidas ſuo loco memorat Strabonem & Stratonem, utrumque Philoſophum, & Geographum, quamobrem Franciſcus Patricius exiſtimavit Geographum. Quem omnes *Strabonem* vocant, *Stratonem* dici oportere, adverſus quem Caſaubonus in Comment. & Caſtigat. ad Strabonem ſtatim in principio ubi agit de Strabone & ejus ſcriptis promittit librum, quem videre mihi nondum contigit; quod etiam improbat Gerard. Joan. Voſſius de Hiſtoricis Græcis lib. 1. c. 20. Nec obſtat, quod aliquammulta Strabonis loca, quæ citat Joſephus Antiquit. libris apud Strabonem non inveniantur. Strabo enim conſcripſit etiam hiſtoricos commentarios, ut ipſe refert Geographiæ lib. 1. quorum meminit Plutarchus in Lucullo, ubi refert hujus ducis adverſus Tygranem pugnam, quæ fuit una ex admirandis, & incredibilibus, quæ leguntur. Quinque enim ex Romanis tantum deſiderati ſunt, ex barbaris verò cecidere centum millia peditum, & quinquaginta millia equitum. Itaque illa Strabonis loca, quæ advocat Joſeph. variis in locis Antiquitatum ſine dubio ſunt ex hiſtoricis Strabonis commentariis, quæ nobis injuria temporum, ut & alia multa, invidit

64 Ἄμαστρις, πόλις Παφλαγονίας.] Amaſtus, urbs Paphlagoniæ, quæ prius *Cromna* dicta fuit, inquit Epitomator noſter; ſed eum fefellit opinio, ut infra nota 66. patebit; nomen verò adepta fuit ab Amaſtride filia Oxyathræ fratris Darii ejus, qui contra Alexandrum bellum geſſit infeliciter, auctore Strabone lib. 12. *Famaſtro* nunc vocari inquit Philip. Fer. Alexandrin. in ſuo Lexico Geograph.

65 Κρώμναν τ᾽, Αἰγιαλόν τε, &c.] Verſiculus iſte, quem innominato poëta affert noſter invenitur apud Mœnium vatem Il. 2. v. 855. apud quem ſic legitur:

Κρώμναν τ᾽, Αἰγιαλόν τε, καὶ ὑψηλὰς Ἐρυθίνας.
Cromnamque, Ægialumque, & altos Erythinos.

66 Ἀπὸ γυναικὸς Περσίδος Ἀμαστρίδος, &c.] Amaſtris urbs Paphlagoniæ nomen adepta eſt ab Amaſtride Perſide, ut rerum monumentis tradit Strabo lib. 12. à quo noſter ſua tranſcripſit, cujus ex libro citato ſunt verba, quæ ſequuntur, Μετὰ δὲ τὸν Παρθένιον ποταμὸν ἐστὶν Ἄμαστρις, id eſt, *Poſt fluvium vero Parthenium eſt Amaſtris urbs ejuſdem cum conditrice nominis, ſita in Peninſula, cujus iſthmus utrinque portum habet. Fuit autem Amaſtris uxor Dionyſii Heracleæ tyranni, filia Oxyathræ, qui Darii frater fuit, ejus, qui contra Alexandrum bellum geſſit. Illa igitur è quatuor pagis urbem compoſuit, Seſamo, Cytoro, Cromna (quarum etiam in Paphlagonum recenſione meminit Homerus) ac Teio.* Ex quibus verbis apparet; Amaſtrim urbem non fuiſſe prius vocatam Cromnam, ſed ex Cromna, & aliis pagis ab Amaſtride compoſitam.

67 Ἄμβασον, μητρόπολις τῶν Φρυγῶν.] Ambaſum, metropolis Phrygum, infelix profecto metropolis, cujus apud alios altum eſt ſilentium.

68 Ἄμβλαδα, πόλις Πισιδίας.] Amblada, urbs Piſidiæ ex Strabonis lib. 12. cujus affert trunca verba; integra verò ſunt: Εἰσὶ δὲ τῆς Φρυγίας ὅμοροι, καὶ τῇ Καρίᾳ Τιάβα, καὶ Σίνδα, καὶ Ἄμβλαδα, ὅθεν καὶ ὁ Ἀμβλαδεὺς οἶνος εὐφρήσιμος πρὸς διαίτας ἰατρικὰς ὑπηρέτης, i. e. *Sunt verò Phrygibus finitimi, & Cariæ Tiaba, & Sinda & Amblada, unde & Ambladenſe vinum extrahitur ad diætas medicas aptum.* Memoratur etiam inter alios Coſmographo Geographiæ lib. 5. c. 4.

69 Ἀμ-

Α᾽ΜΒΡΑΚΙΑ [69], πόλις Θεσπρωτίας, ἀπὸ Α Ἄμβρακος τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ τοῦ Λαοκόωντος· ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αἰγέως θυγατρὸς, ἧς ἦν Φιλέας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμβρακιεὺς, καὶ Ἀμβρακιώτης. Φίλιππος δὲ Ἀμβρακινός φησι, Σικελικῷ τύπῳ. [70] Εὕρηται καὶ διὰ Β τοῦ π, ἀντὶ τοῦ β. Ὅθεν καὶ τὸ Ἀμπρακιώτης, ἀπὸ τῆς Ἄμπρακος γυναικὸς· καὶ Ἀμπρακία. Τὰ χαρίεις ια θηλυκὰ, καὶ εις ιον ἀδέλφεα, διὰ τοῦ ω λῆς ποιεῖ τὰ ἐθνικὰ, Σικελιώτης, Πηλιώτης. Λέγεται καὶ Ἀμβράκιος, καὶ Ἀμβρακία C ἡ γυνή. Τὸ δὲ Ἀμβρακία, ἀπὸ τῆς Ἄμβρακος γυναικὸς, οὐκ ἀπὸ τοῦ Ἀμβράκιος· ὧν χαρὶ Ἀμβρακιακός.

AMBRACIA, urbs Thesprotiæ; sic dicta ab Ambrace filio Thesproti filii Laocoontis; vel ab Ambracia Ægei filia, de qua Phileas. Gentile, Ambracieus, & Ambraciotes. Philistus verò Ambracinus Sicula forma inquit. Invenitur etiam per *p*, loco *b*. Unde Ampraciotes à genitivo Ampracis; nec non Ampracia. Fœminea enim in *ia*, & neutra in *ium* per *otes* gentilia formant, ut Siceliotes, Peliotes. Dicitur etiam Ambracius, & Ambracia mulier. Ambracia verò formatur à genitivo Ambracis, non ab adjectivo Ambracius. Diceretur enim Ambraciacus.

Α᾽ΜΒΡΑΚΟΣ [71], πολίχνιον τῆς Ἠπείρου, ὃ καὶ τὸν Ἀμβρακίαν ἰδιάζον. Ὁ οἰκήτωρ, D Ἀμβράκιος.

AMBRACUS, Epiri oppidulum ab Ambracia diversum. Incola, Ambracius.

Α᾽ΜΕ᾽ΡΙΟΝ [72], πόλις Ἰταλίας, ὡς Ῥήγιον. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμερῖνος.

AMERIUM, urbs Italiæ, ut Rhegium. Gentile, Amerinus.

Α᾽ΜΗ᾽ΣΤΡΑΤΟΣ [73], πόλις Σικελίας· Ἀπολ-

AMESTRATUS, urbs Siciliæ; Apol-

69 Ἀμβρακία, πόλις Θεσπρωτίας.] Ambracia, urbs Thesprotiæ in Epiro, de qua præstat audire loquentem Strabonem, cujus ex lib. 7. sunt verba: Ὑπέρκειται δ᾽ αὐτῆς μυχοῦ μικροῦ, &c. i. e. *Superjacet ipsa* (Ambracia) *aliquantulum supra sinus ultimum recessum condita à Tolgo Cypseli filio, eam præterlabitur Arachthus amnis, qui ex mari ad urbem sursum navigationem paucorum stadiorum habet, profluens ex Stympha monte, & ex ejus lateribus. Hæc urbs antiquitus prosperrima fortuna est usa; sinus igitur hinc nomen habet, maximè autem eam exornavit Pyrrhus rex regia hac usus, Macedones verò postea, & Romani, & hanc, & alias continuis bellis propter rebellionem confecerunt.* Ex hac urbe fuit Cleombrotus ille, quem ideo *Ambraciotam* vocat disertissimus Romuli nepotum Tuscul. Quæst. lib. 1. qui, lecto Platonis libro de animæ immortalitate, ex muro Ambraciæ in mare præcipitem se dedit, in quem extat lepidum Callimachi epigramma:

Εἶπας ἥλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος ὡ᾽ μβρακιώτης
Ἦλθ᾽ ἀφ᾽ ὑψηλῆς τείχεος εἰς Ἀίδαν,
Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακόν, ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ᾽ ἀναλεξάμενος.
Dixisti, Sol, vale, Cleombrote ô Ambraciota,
Desiliit ab excelso muro in Orcum,
Dignum nihil malum morte videns, sed Platonis
De anima librum cum legisset.

Fuisse Ambraciam operibus Dipœni refertam auctor est Plinius lib. 36. c. 4. Dipœnus vero, & Scyllis marmore scalpendo primi omnium inclaruere, auctore eodem auctore, libro capiteque citato, cujus signa ænea, marmoreaque, & tabulæ pictæ, quibus ornatior Ambracia, quia ibi Pyrrhi regia fuerat, quam cæteræ regionis urbes erant, sublata omnia, avectaque Romam fuere, cum Ambracienses M. Fulvio Consuli se tradidissent, referente Livio lib. 38. c. 10. ejus cives Augustus in suam Nicopolim ad Actium deduxit, teste Pausania lib. 5. *Epuia* quoque, & prius *Paralia* vocata fuit, ut tradit noster Auctor in Ἐπεία, Aristoteles de Republ. lib. 5. c. 10. memorat Periandrum hujus urbis tyrannum adeo impudentem, ut interrogaret puerum, quem amabat, *An esset ex se prægnans*; merito mihi injuriarum dicam scriberet Epigonus ille Musicus peritissimus, qui fides ἐπίκρεκτε καὶ χέρσα sine plectro, ac musicum quoddam instrumentum invenit à se ἐπιγόνειον denominatum, nisi eum quoque celebrarem civem Ambraciotam, ac ab Sicyoniis jure civitatis donatum, ut referunt Pollux lib. 4. Athenæ. lib. 4.

70 Εὕρηται δὲ διὰ τοῦ π, οὐ διὰ τοῦ β.] Ampracia cum *p* pro *b* apud Thucyd. lib. 2. passim invenitur, noster in hujus rei testimonium nullum advocat testem. Mirum est non memorasse sinum Ambracium, qui ab hac urbe nomen accepit, cujus meminit inter alios Plinius Nat. Hist. lib. 4. c. 1. Polybius Historiarum lib. 4.

71 Ἄμβρακος, πολίχνιον τῆς Ἠπείρου.] Ambracus, oppidulum Epiri diversum ab Ambracia, de quo audi Polybium loquentem Historiarum lib. 4. Ὁ γὰρ Ἄμβρακός ἐστι μὲν χωρίον ὀλίγον καὶ τετραπλευρισμένον, καὶ τειχισμένον δ᾽ ἐν λίμναις, μίαν ἀπὸ τῆς χώρας ἔχων τὴν πρόσοδον. Ἐπίκειται δὲ σύμπασι τῆς τε χώρας τῆς Ἀμβρακιωτῶν, καὶ τῆς πόλεως· id est, *Est enim Ambracus locus probe instructus cum castellis, promœnibus, tum muro ipso: situs est in paludibus, aditum à circumjacente regione unum habens, eumque angustum, & ex aggesta terra manu factum: imminet opportune & regioni Ambraciotarum, & urbi.* Hoc oppidum cepisse Philippum obsidione, tradit idem auctor.

72 Ἀμέριον, πόλις Ἰταλίας.] Amerium, urbs Italiæ; Latinis, ut plerunque dicitur Ameria fœm. gen. fuisse urbem antiquissimam, constat ex Catone apud Plinium l. 3. c. 14. cujus sunt verba: *Ameriam supra scriptam Cato ante Persei bellum conditam annis* D CCCCLXIIII. *prodidit.* Servio ad Georgicor. lib. 1. v. 265. dicitur Amerinum oppidum, *Amerina retinacula*, inquit ille, *virgas, de quibus vites religantur, quæ virgæ abundant circa Amerinum oppidum Italiæ, cujus crebram in Rosciana facit Cicero mentionem.* Gentile, & Græcis, & Latinis est ejusdem formæ, Amerinus, ex hac urbe fuit Roscius ideo *Amerinus* dictus, pro quo Cicero ætatis annum agens 27. celebrem illam orationem, quam supra Servius *Roscianam* vocat, conscripsit, auctore Gellio Noct. Attic. lib. 16. c. 28. Hujus urbis conditorem Festus in *Ameria* vocat *Amirum*, cujus altum silentium apud reliquos scriptores. Temporis enim caliginosa nox eum sepelivit. Adhuc etiam nominis fama fortunæ ludibrio est, & in his, ut & in aliis plurimis inique se gerit. Hujus oppidi faciunt mentionem inter alios Strabo lib. 5. Frontinus lib. de Coloniis, Ptolemæus Geographiæ lib. 3. c. 1. cui Ἀμερία more Latino dicitur. Ptolemæus enim ut plerunque sequitur Latinos in oppidorum nominibus; Amerina salix celebratur Plinio Nat. Hist. lib. 24. c. 9. ex cujus semine fiebat *psilothrum*, id est, *depilatorium*, hujusmodi virgultum, *Græci* (sunt verba Plinii ex eodem libro, capiteque) *lygon vocant, alii agnon, quoniam matronæ thesmophoriis Athenienſium castitatem custodientes; his foliis cubitus sibi sternunt.* Cæterum Ameria hodie parum corrupto nomine *Amelia* vocatur; ac Episcopali sede gaudet, auctore Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 2. c. 7.

73 Ἀμήστρατος, πόλις Σικελίας.] Amestratus, urbs Siciliæ, ex Apollodoro, tres hujus penè nominis diversas urbes scribit Auctor noster suis locis, cum una tantum fuerit, sed diversis nominibus, ut solet fieri, ab Scriptoribus

Ἀπολλόδωρος τετάρτῃ χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμηστρατῖνος.

Apollodorus lib. quarto Chronicorum. Gentile, Ameſtratinus.

ΑΜΙΚΟΥΣΙΑ[74], νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Τὸ ἐθνικὸν ἐξ Ἀμίκου νήσου, καὶ περίφρασιν· καὶ Ἀμικουνήσιτης.

AMICUSIA, inſula in mari rubro. Gentile, ex Amico inſula per periphraſin. Dicitur etiam Amicuneſites.

ΑΜΙΛΟΣ[75], πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμίλιος. Καὶ χαρὰ Σλυμφάλιος, καὶ Μαινάλιος παρ' αὐτοῖς.

AMILUS, urbs Arcadiæ, Pauſanias lib. 8. Gentile, Amilius. Etenim Stymphalius, & Mænalius ſimili forma apud eos reperiuntur.

ΑΜΙΣΣΑ[76], πόλις Γερμανίας· Μάρκιανὸς ἐν τοῖς ἀπὸ Ῥώμης, ὅτι τὰς ἀλλοσήμους πόλεις. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμιζαῖος.

AMISSA, urbs Germaniæ, Marcianus in itinerario ex Roma in celebres urbes. Gentile, Amiſſæus.

ΑΜΙΣΟΣ[77], πόλις ἀξιόλογος, διέχουσι Σινώπης σταδίους ἐνακοσίους. Ἔστι δ' ἐν τῷ Πόντῳ. Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, Ἀμισηνός. Λέγεται καὶ Ἀμίσιος, ὡς Φίλων ἐν τῷ περὶ πόλεων.

AMISUS, urbs memoratu digna, diſtans à Sinopa nongenta ſtadia. Eſt verò in Ponto. Dicitur etiam in genere maſculino, Amiſenus; nec non Amiſius, ut Philo in libro de Urbibus.

ΑΜΜΩΝΙΑ[78], ἡ μεσόγειος Λιβύης. Καὶ αὕτη δὲ πᾶσα ἡ Λιβύη ἅπας ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἄμμωνος. Ὁ οἰκήτωρ, Ἀμμώνιος. Ταῦτα διὰ δίφθογγου. Τὸ δ' Ἀμμωνεῖον, διὰ διφθόγγου, ὡς Δημητρεῖον, καὶ Ἀπολλωνιεῖον.

AMMONIA, mediterranea pars Lybiæ; nec non ipſa Lybia tota ſic vocabatur ab Ammone. Incola, Ammonius. Hæc verò per *i* ſcribuntur. *Ammonium* verò, i. e. *Ammonis templum* per diphthongum, ut *Demetrium*, i. e. *Cereris templum* & *Apollonium*, i.e. *Apollinis templum*.

ΑΜΝΙΣΟΣ[79], πόλις Κρήτης. Αἱ τότε νύμφαι Ἀμνισιάδες, καὶ Ἀμνισίδες.

AMNISUS, urbs Cretæ. Hujus Nymphæ, *Amniſiades*, & *Amniſides* dicuntur.

ΑΜΟΡ-

AMOR-

ribus inſignita, ſcilicet Ameſtratus ex Apollodoro, Mytiſerata ex Philiſto, Mytiſtratum ex Polybio, quod ſuo loco oppidulum circa Carthaginem vocat, cum Siciliæ fuerit oppidum, ut illic ex eodem Polybio oſtendemus, ſed hujuſmodi incuria ſæpe laborat noſter Auctor. Sic Tynes Africæ adſcribit Siciliæ, ſic Bucinnam inſulam, Siciliæ oppidum inquit. Ameſtratus hodie *Miſtretta* appellatur, auctore Fazello Decad. lib. 10. Fuiſſe antiquitus urbem ſatis munitam, claret ex Excerptis Diod. Siculi lib. 23. quoniam Romani tertium obſeſſam tandem ceperunt, ſoloque æquarunt, ſi forte Phœnices condidere, quod me latet, in ejus nomine latent *Deæ Aſtharoth*, i. e. *Aſtartes veſtigia*, ac ſi diceres אשתרת עם, *am aſtartha*, i. e. *populus Aſtarthes*, Amaſtra dicitur Sil. Ital. lib. 14.

—— comitata Nemæis
Venit Amaſtra viris, & parvo nomine Thiſſe.

74 Ἀμικουσία, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Amicuſia, inſula in mari Rubro Epitomatori noſtro, à cujus nomine deducit gentile per periphraſin ex Amici inſula, vel Amiconeſites, quæ innuunt prototypum eſſe corruptum ac dicendum ἀμικούνησος, vel ἀμικόνησος. Sic enim hujuſmodi nomina ſolent proferri, ut Ἀλωπεκόνησος, at hujus inſulæ nemo, quod ſciam, fecit mentionem. Id nominis eſt Latino-Græcum. Forte fuit aliqua inſula Herculi ſacra, qui *amicus* dicitur Horat. Satyr. lib. 2. Sat. 6. v. 12. quod theſauris inveniendis credebatur præeſſe.

—— ut illi
Theſauro invento, qui mercenarius agrum
Ilium ipſum mercatus aravit, dives amico
Hercule.

Non ignoro Amycum fuiſſe Neptuni filium & Bebrycum regem, ſed hoc in loco locum ei dare non licuit. Eum enim explodit litterarum ordo.

75 Ἄμιλος, πόλις Ἀρκαδίας, &c.] Amilus eſt urbs Arcadiæ ex Pauſaniæ lib. 8. qui eam inquit eſſe χωρίον, ac aliquando fuiſſe πόλιν, ſed de ea nihil memoratu dignum prodidit.

76 Ἄμισσα, πόλις Γερμανίας.] Amiſſa, urbs Germaniæ, quæ *Amiſia* dicitur Ptolemæo Geographiæ lib. 8. at lib. 2. *Amaſia*, nomen videtur habere ab Amaſia flúvio, quem celebrant Ptolemæus Geographiæ lib. 2. c. 11. Strabo lib. 7. in quo inquit Druſum viciſſe Bructeros Germaniæ populos. De qua conſule ſis Clu. Germ. Antiq. l. 3. c. 18.

77 Ἀμισός, πόλις ἀξιόλογος, &c.] Amiſus, urbs in Ponto, quæ à Sinope diſtabat 900 ſtadia ut inquit noſter, at Arrhianus in Periplo, cui major fides debet adhiberi, ab Amiſo ad Sinopen 1020 ſtadia numerat, fuit urbs Græca Athenienſium colonia ad mare ſita, auctore eodem auctore in Periplo Ponti Euxini.

78 Ἄμμωνία, ἡ μεσόγειος Λιβύης.] Ammonia Libyæ regio mediterranea, & tota Libya ſic dicebatur ab Ammone, inquit Auctor noſter. Ammon verò eſt idem, qui Chamus, Hebraïcè dicitur חם *Cham*, ex quo Ammon factum eſt. Litteræ enim gutturales pronunciatu difficiles ſæpe in verſionibus negliguntur. Quin etiam *Ammun* Ægyptii *Jovem* vocabant, ut prodidit Herodotus lib. 2. c. 52. Ἄμμωνα γὰρ Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία, &c. i. e. *Ammun enim Ægyptii vocant Jovem*; quod etiam confirmat Diodorus Siculus lib. 1. unde Lucanus lib. 9. canit:

Quamvis Æthiopum populis, Arabumque beatis
Gentibus, atque Indis, unus ſit Jupiter Ammon.

Eadem etiam nominis etymologia invenitur in nomine חם *Cham* apud Hebræos, atque in nomine Ζεύς, i. e. *Jupiter* apud Græcos, חם *Cham* enim Hebraïce ſonat *calidum*, ſeu *fervidum* a verbo חמם *Chamam*, i. e. *caluit*, *incaluit*, Ζεύς, id eſt, *Jupiter*, apud Græcos nomen habet παρὰ τὸ ζεω, i. e. *ferveo*. Riſum mihi movet Cœl. Rhodig. Lectionum Antiquarum lib. 28. c. 38. qui fretus Pauſaniæ auctoritate Ammonis etymologiam deducit a paſtoris nomine, a quo illi primum erectum ſimulachrum eſt: *Sicuti Babyloniorum* (inquit ille) *Belus ab Ægyptio quodam Belo creditur nuncupatus*; cum tam certum ſit Belum à Chaldaïco בעל *beel*, quod ſonat *dominum* (ac Hebraïcè בעל *Baal* dicitur) quam Ammon ab Hebraïco חם *Cham* deduci, de quibus ne Carneades quidem dubitaverit. Sed hujuſmodi plurima effutiunt, qui linguarum cognitionem non habent, etſi aliis in rebus ſint viri docti. Ammonis Oraculum fuit apud Ethnicos valdè celebre, cujus erat cornibus ara, ſeu potius hara, frequens, de quibus alibi, & de Libya etiam ſuo loco agemus, nunc ſufficiet dicere cum Martiali:

Nec Triviæ templo molles laudentur honores
Diſſimuletque Deum cornibus ara frequens.

79 Ἀμνισός, πόλις Κρήτης. Αἱ τότε νύμφαι &c.] Ne dubites legendum eſſe Ἀμνισός, πόλις, καὶ πολίτης Κρήτης, id eſt, *Amniſus*, *urbs*, *& amnis Cretæ*. Quæ enim ſequuntur verba, αἱ τότε νύμφαι Ἀμνισιάδες noſtram conjecturam confirmant. Τὸ τότε enim non ἐπὶ τὸ πόλις, ſed ἐπὶ τὸ πολίτης referri debet. Nymphæ etiam non civitatum, ſed fluviorum, fontium, & arborum Nymphæ dicuntur. At ne noſtræ conjecturæ auctoritas deſit, audi loquen-

Α᾽ΜΟΡΓΟ᾽Σ [80], νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἔχουσα πόλεις τρεῖς, Α᾽ρκεσίνην, Μινώαν, Αἰγιάλην. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Παγκάλη, καὶ Ψυχία. Α᾽πὸ τῆς Μινώας ἦν Σιμωνίδης ὁ Ἰαμβοποιὸς, Α᾽μοργῖνος λεγόμενος, ὡς Ἐρυκῖνος. Λέγεται καὶ Α᾽μόργιον, ὡς φησι Χάραξ. Νικόλαος δὲ Α᾽μόργην αὐτὴν καλεῖ, ἣν τινα Καρκήσιος ἀνὴρ ἄξιος ὤκισε, καὶ Καρκησίαν ὠνόμασε. [81] Τὸ δὲ Α᾽μόργινος χιτὼν, χρώματος ἴδιον. A

Α᾽ΜΟΛΒΟΣ, πόλις Μαγνήτων, ὡς Βάλαγρος Μακεδονικῆ δευτέρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽μόλβιος. B

Α᾽ΜΟ᾽ΡΙΟΝ [82], πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας· Στραβὼν δυοκαιδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽μοριεὺς, ὡς Νοτιαεὺς, Δορυλαεύς.

Α᾽ΜΟΣ, πόλις Καρίας, ὡς Α᾽λέξανδρος ἐν τῷ περὶ Καρίας δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽μιος, ὡς Σάμιος, Καύνιος. C

Α᾽ΜΠΕΛΟΣ [83], πόλις τῆς Λιγυστικῆς, Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [84] Ἔστι καὶ ἄκρα Τορωναίων Α᾽μπελος λεγομένη. [85] Ἔστι καὶ ἑτέρα ἄκρα τῆς Σάμου, [86] καὶ ἄλλη ἐν Κυρηνίᾳ, Α᾽ριστέας δὲ δύο πόλεις φησὶ, τὴν μὲν ἄνω, τὴν δὲ κάτω. [87] Ἔστι καὶ Ἰταλίας ἄκρα, καὶ λιμὴν, καὶ πόλις. Ὁ πολίτης, D

A AMORGUS, insula una ex Cycladibus habens tres urbes *Arcesinem*, *Minoam*, *Ægialem*. Vocabatur verò *Pancale*, atque *Psychia*. Ex Minoa erat Simonides Jambicus poëta *Amorginus* dictus, ut Erycinus. Dicitur etiam Amorgium, ut inquit Charax. B Nicolaus verò *Amorgam* eam vocat, quam *Carcesius* celebris vir condidit, atque *Carcesiam* nominavit. Amorgina tunica, est coloris peculiare quoddam genus.

AMOLBUS, urbs Magnetum, ut C Balager Macedonicorum secundo. Gentile, Amolbius.

AMORIUM, urbs magnæ Phrygiæ, Strabo lib. duodecimo. Gentile, Amorieus, ut Notiaeus, Dorylaeus.

AMUS, urbs Cariæ, ut Alexander Cariæ libro secundo. Gentile, Amius, ut Samius, Caunius. D

AMPELUS, urbs Liguriæ, Hecatæus in Europa. Est & promontorium Toronæorum, quod *Ampelus* dicitur. Est etiam aliud Sami; & aliud Cyrenæ. Aegrœtas verò duas urbes esse inquit, unam supra, aliam infra. Est & Italiæ promontorium, & portus, & urbs. Civis, Ampelinus, E

quentem Didymum in Homerum ad Odyss. 19. v. 188. Ἀμνισὸς πόλις, καὶ ποταμὸς Κρήτης, id est, *Amnisus, urbs & fluvius Cretæ*. Quem locum me admonuit amicus meus Theodorus, quem sæpe in his observationibus honoris causa nomino. Est enim absolutè eruditus. Fuit igitur Amnisus, urbs, & fluvius Cretæ celeberrimus, ad cujus oras Εἰλείθυιαν natam fuisse fabulabantur, ut refert Pausanias lib. 1. unde ab Hesychio *Amnisia* vocatur. Memoratur etiam Poëtarum parenti loco citato, Periegetæ v. 498. Apollon Rhod. Argonautic. lib. 3. v. 876.

80 Ἀμοργὸς, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.] Amorgus, insula una Cycladum, *Tripolis* dicitur ab Scylace in Cycladibus, quod tres urbes haberet, quas noster quoque memorat, *Arcesinen*, *Minoam*, *Ægialen*. Hujus insulæ etymon Criticorum παῖδες ab Hebraico ארגמן *argaman*, id sonat Hebraicè *purpuram*, deducunt, quod *amorginæ tunicæ*, & *vestes* apud Comicos celebrentur, at *amorgos* erat species lini simile byssо, ex quo amorginæ illæ vestes conficiebantur, cujus meminere Harpocrat. Suid. & Hesych. Quod nihil ὡς τὸ ארגמן *argaman* Hebraïcum attinet. Amorgus verò insula celebris fuit *Simonide* jamborum poëta, ut refert noster, quod ex Strabonis lib. 10. habet, qui eam inter *Sporades* insulas celebrat, sed frequenter Scriptores *Sporades*, & *Cyclades* insulas confundunt.

81 Τὸ δὲ Ἀμόργινος χιτὼν, χρώματος ἴδιον.] De Amorgina tunica & colore, vide quæ nota præcedenti annotavimus.

82 Ἀμόριον, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας.] Amorium, urbs magnæ Phrygiæ ex Strabonis lib. 12. Sed apud Strabonem non vocatur urbs. Audi eum libro citato loquentem: Ὑπὲρ δὲ τῆς Ἐπικλήτου ἐστὶν ἡ μεγάλη Φρυγία, λιπεῖσα ἐν ἀριστερᾷ τὴν Πεσσινοῦντα, καὶ τὰ περὶ Ὀρκαυρικὸς καὶ Λυκαονίαν· ἐν δεξιᾷ δὲ Μαίονας, καὶ Λυδὸς, καὶ Κάρας· ἐν ᾗ ἐστιν ἡ τε παρώρειος λεγομένη Φρυγία, καὶ ἡ περὶ Πισιδίαν, καὶ τὰ περὶ Ἀμόριον, καὶ Εὐμένειαν, καὶ Συνάδα &c. id est, *Supra Epictetum* (Phrygiam) *versus notum*, id est, *meridiem est magna Phrygia, relinquens ad sinistram Pessinuntem, & quæ sunt circa Orcaonycos & Lycaoniam; ad dextram Mæones, & Lydos, & Cares, in qua est, quæ parorios*, id est, *ad montana adjacens, dicitur* Phrygia, *& quæ* ad Pisidiam, *& ad ea, quæ sunt circa Amorium & Eumeniam, & Synnadem, deinde Apamia quæ dicitur* Cibotos, *&* Laodicea, quæ sunt maximæ Phrygiæ urbium.

83 Ἄμπελος, πόλις τῆς Λιγυστικῆς.] Ampelus, urbs Liguriæ ex Hecatæi Europa. Id nominis sonat *vitem*, sed ejus nec folium quidem remansit inter Scriptores. Cluverium etiam latuit hæc Stephani urbs. Aliqui Scriptores imitati Poëtas, qui Chimæras, Hippocentauros, & id genus alia finxerunt, quæ Dædala natura in lucem nunquam protulit, etiam ipsi, ne ab illis vincerentur, finxerunt loca, regiones, urbes, quæ nullibi gentium inveniuntur. Hujusmodi existimo fuisse hanc Liguriæ urbem, quam Hecatæus in sua Europa videtur somniasse, aut profecto nimis infelix fuit, quandoquidem nulla ejus apud Scriptores, quod sciam exstat memoria.

84 Ἔστι καὶ ἄκρα Τορωναίων Ἄμπελος λεγομένη.] Promontorium Toronæorum *Ampelos* nomine Italis dicitur *Capo Caniſtro*. Celebratur ab Herodoto lib. 7. quod ipse ἄκραν Τορωναίην, *promontorium Toronæum* vocat, quod nauticus Xerxis exercitus, fossa in Atho depressa navigata, prætervavigavit, & Ampelos promontorium, & Torone urbs in Paraxia Macedoniæ memoratur Ptolemæo Geograph. lib. 3. c. 13. *Toronæum sinum* meminit Historicorum πολυκρόνιος Annal. lib. 5. c. 10.

85 Ἔστι καὶ ἑτέρα ἄκρα τῆς Σάμου.] Ampelos promontorium Sami memoratur inter alios Straboni lib. 14.

86 Καὶ ἄλλη ἐν Κυρηνίᾳ.] Sine dubio legendum ἐν τῇ Κυρηναίᾳ, id est, *in Cyrenæa*. Ampelos enim promontorium, de quo hic sermo erat in Cyrenæa Africæ regione, non in urbe. Cyrene verò fuit Africæ, seu Libyæ urbs, de qua suo loco. Cujus promontorii incolæ apud Scholiasten Aristophanis in Pluto, & apud Suidam delatum Delphos Silphii caulem consecrarunt, apud quos vocantur *Ampeliotæ* præter Stephani sententiam. Silphium autem erat herba quædam πολυτίμητος apud antiquos, quandoquidem ex Cyrenæ regione Delphos honoris causa Apollini consecranda deferebatur, cujus usum, & id genus alia, quæ apud veteres erant in honore, tempus abolevit, cujus est in res sublunares despoticum imperium. Causam vero, quare hæc pretiosa herba defecerit, invenies apud Strabonem lib. 17. Idem balsamo accidisse apud Judæos alibi annotamus.

87 Ἔστι καὶ Ἰταλίας ἄκρα, καὶ λιμὴν, καὶ πόλις.] Infelix promontorium, portus, & urbs, cujus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio. Ampelos iste Italiæ & alter Liguriæ forte memorabantur in diphthera Jovis.

της, Ἀμπελῖνος, ὡς Ἀσωρῖνος, Ἀβακαινῖνος· ὁ γὰρ τύπος, τῶν Ἰταλῶν.[88] Τῶν δὲ λοιπῶν, δωσαλὸν Ἀμπελήτου εἶναι. A

nus, ut Asſorinus, Abacæninus. Hæc enim eſt Italorum forma. Reliquorum verò poſſibile eſt, ut ſit Ampeletes.

Ἄμπη[89], πόλις πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ· Ἡρόδοτος ἔκλῃ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀμπαῖος, ὡς Λαμπαῖος.

AMPE, urbs ad mare rubrum; Herodotus libro ſexto. Gentile, Ampæus, ut Lampæus. B

Ἀμυδών[90], πόλις Παιονίας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀμυδώνιος, ὡς Καλυδῶν Καλυδώνιος.

AMYDON, urbs Pæoniæ. Gentile, Amydonius, ut à genitivo Calydonis, Calydonius.

Ἀμυθαονία, μοῖρα τῆς Ἠλιδος, ἀπὸ Ἀμυθάονος τοῦ Κρηθέως, ὡς Ῥιανός.

AMYTHAONIA, portio Elidis ab Amythaone Crethei filio, ut Rhianus.

Ἀμύκλαι[91], πόλις Λακωνικὴ τῶν ἑκατὸν πόλεων, ἣν Ἀμύκλας ὁ Λακεδαίμονος υἱὸς ἔκτισε.[92] Κλίνεται δὲ καὶ Ἀμύκλα τὸ ὄνομα τῆς κλίσεως, καὶ Ἀμύκλαις, ὡς Σιμίας ἐν μησὶν, ὃν ῥ' Ἀμύκλαις παιδὸς ἀποφθιμένοιο λαοὶ κικλήσκουσι. Τὸ ἐθνικὸν τοῦ Ἀμύκλα, Ἀμυκλαῖος· καὶ Ἀμυκλαιεὺς ἐξ αὐτοῦ, ὡς Κρηταῖος Κρηταιεύς. Καὶ τὸ θηλυκὸν τῆς Ἀμυκλαῖος, Ἀμυκλαία, καὶ Ἀμυκλαΐς λέγεται· καὶ Ἀμυκλαίτης, ὡς Θηβαίτης.[93] Ἔστι πόλις Ἀμύκλαιον ἐν Κρήτῃ, καὶ ὅρμος.

AMYCLÆ, urbs Laconica una ex centum urbibus, quam Amyclas Lacedæmonis filius condidit. Nomen etiam conditoris declinatur Amyclas, æ; nec non Amyclas, Amyclantis, ut Simias in menſibus, *Quem populi vocant Amyclantis filii demortui.* Gentile à nominativo Amyclæ, Amyclæus, & Amyclæeus, ut Cretæus, Cretæeus. Fœmininum ab Amyclæus dicitur Amyclæa, & Amyclaïs, idis. Dicitur etiam Amyclaïtes, ut Thebaïtes. Eſt etiam urbs Amyclæum in Creta, atque portus. C D E

Ἄμυμνοι[94], ἔθνος Ἠπειρωτικόν. Ῥιανὸς. * λέγεται καὶ Ἀμυμναῖος, καὶ Ἀμυμναία.

AMYMNI, gens Epirotica, Rhianus..... Dicitur etiam Amymnæus, & Amymnæa.

Ἀμύ-

AMYN-

88 Τῶν δὲ λοιπῶν, δωσαλὸν ἀμπελήτου εἶναι.] In his verbis pro ἀμπελήτου lege ἀμπελίτου. Forma enim ethnicorum, quæ deducitur à finitis in ος eſt ἀμπελίτης, ut ἀωρίτης, & ἀλωρίτης, de quibus agit ſuo loco. Dicebatur etiam ἀμπελιώτης, ut videre eſt obſervatione 86 præcedenti.

89 Ἄμπη, πόλις πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Ampe, urbs ad *mare Erythræum*, id eſt, *Rubrum*, ex Herodoti lib. 6. qui libro ab Stephano citato c. 20. ejus facit mentionem hiſce verbis: Ἐντεῦθεν οἱ ζωγρηθέντες τῶν Μιλησίων ἤγοντο ἐς Σοῦσα· βασιλεὺς δὲ σφέας Δαρεῖος, κακὸν ἄλλο οὐδὲν ποιήσας, κατοίκισε ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ καλεομένῃ θαλάσσῃ ἐν Ἄμπῃ πόλι, παρ' ἣν Τίγρης ποταμὸς παραρρέων, ἐς θάλασσαν ἐξίει, id eſt, *Hinc, qui ex Mileſiis vivi capti ſunt Suſa perducti fuerunt, quos rex Darius nullo alio ſupplicio afficiens collocavit ad mare, quod* Rubrum *vocatur in urbe Ampi, quam fluvius Tigres præterfluens exit in mare.* Apud Herodot. ut vides, ſcribitur Ἄμπη. Uternam verò illorum corrigendus ſit, tuo permitto judicio.

90 Ἀμυδών, πόλις Παιονίας] Amydon, onis, urbs Pæoniæ, ex qua miſſi ſunt auxiliatores Trojanis, ut claret ex Mæonide poëtarum parente Il. 2. v. 849.

Αὐτὰρ Πυραίχμης ἄγε Παίονας ἀγκυλοτόξους
Τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος.
Sed Pyræchmes ducebat Pæonas curvis arcubus utentes
Procul ex Amydone.

Ubi Euſt. Ἀμυδὼν ἢ κατὰ πιᾶς Ἀξυδὼν, πόλις Παιονίας &c. id eſt, *Amydon verò, quæ ſecundum quoſdam Abydon, urbs Pæoniæ* &c. At Stephanus Abydonem urbem Macedoniæ ſuo loco inquit fuiſſe. Amydonis etiam mentionem fecit Juv. Sat. 3. v. 69.

Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta.

Ejus etiam meminit Strab. in Excerpt. ex l. 7. Variè legitur nomen hujus urbis apud Hom. ut in Ἀξυδῶν annotavimus.

91 Ἀμύκλαι, πόλις Λακωνικὴ τῶν ἑκατόν.] Amyclæ, arum, fuit urbs Laconica, una ex centum, quas hæc regio habuiſſe dicitur. Eam condidit Amyclas Lacedæmonis filius. Eadem refert Pauſan. in Laconicis, & Euſtathius ad Il. 2. v. 585. Erant Amyclæ *Apollini* ſacræ, cujus *Templum* fuit omnium in Laconica celeberrimum, ſed Amyclæi non ſolum colebant *Apollinem*, ſed etiam *Bacchum*, quem *Pſilan* cognominabant. Hoc nominis ſonat apud Dorienſes *alas*. Hominibus enim, inquit Pauſanias in Laconicis, vinum effert & extollit animum, non minus quam alæ extollunt aves. Poëtæ etiam Baccho cornua tribuunt, vel quod cornibus veteres pro poculis uſi ſunt, ut patet ex Athenæo, vel quod bibaces, ſunt plerumque pugnaces, ut inquit Torrent. ad Venuſini vatis Carm. lib. 2. Od. 19. Ex Pauſaniæ Laconicis apparet, bis everſas fuiſſe Amyclas, primum ſub *Teleclo* Archelai filio, ſecundum à Dorienſibus, ex quo vicus tantum permanſere. Virgilius Georgic. lib. 3. *Amycleum* canem vocat canem *Laconicum*; quia Amyclæ erant ex præcipuis Laconicæ urbibus,

—— *Amycleumque canem, Creſſamque pharetram.*

Memorantur etiam Poëtarum parenti Il. 2. v. 585.

Οἵτ' ἄρ' Ἀμύκλας εἶχον, Ἐλος τ' ἠφαλον πτολίεθρον.
Quique Amyclas tenebant, Heloſque maritimam urbem.

Ad quem locum Euſtath. celebrat *Amyclaides* calceamenti quoddam genus Amyclis excogitatum; at Amyclæ memoratæ Poëtarum principi nullius artis experti Æn. libro 10. quas *tacitas* vocat, fuere oppidum Italiæ inter Cajetam, & Terracinam conſtitutum à Laconibus, qui comites Caſtoris & Pollucis fuerunt, & cum Glauco filio Minois in Italiam venerunt, auct. Serv. ad Æn. lib. citatum, ubi meminit adagii ex Lucilio, *Mihi neceſſe eſt loqui. Nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe.* Ad quod videtur alludere poëta Æn. lib. citato.

—— *& tacitus regnavit Amyclis.*

Ac illius epitheti alias affert opiniones, etſi ad Spartam noſtram non attinent. Satis enim exiſtimavimus eam referre ad quam nobis videtur alludere Virgilius.

92 Κλίνεται δὲ καὶ Ἀμύκλα, &c.] Oſtendit duplici modo declinari Amyclarum conditoris nomen, vel Ἀμύκλας, α, forma τοῦ Θωμᾶς, ᾶ, Ἀνίσας, α, vel Ἀμύκλας, αυ ος, quod etiam confirmat Euſtath. ad Homeri locum ſupra citatum.

93 Ἔστι πόλις Ἀμύκλαιον ἐν Κρήτῃ, καὶ ὅρμος.] Celebrat etiam Amyclæum urbem in Creta cum portu, cujus nulla apud alios fit mentio. Euſtathium excipio ad Il. verſumque obſervatione 91 citatum. Id enim ex Auctore noſtro habet.

94 Ἄμυμνοι, ἔθνος Ἠπειρωτικόν.] Amymnos fuiſſe gentem Epiroticam inquit. Ingentem gentem fuiſſe antiquitus Epiroticam, argumento eſt Strabonem lib. 7. ex Polybio referre, Paulum Æmilium eorum 70 urbes evertiſſe, atque in ſervitutem abduxiſſe 150 hominum millia. Ac mirum eſt cum eorum multos celebret populos, nullam Amymnæorum mentionem facere. Locum illum lacunoſum nullo modo potui ſupplere, Coo ſeni relinquo, ut eum priſtinæ vitæ reſtituat, quam niſi ex novo codice redituram non credo.

95 Ἀμύ-

Α᾽ΜΥ᾽ΝΤΑΙ[95], ἔθν(ος) Θεσπρωτικόν.

—— Μέν(ουσι) πνείουσες Α᾽μύνται.

Καὶ Α᾽ριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Η᾽πειρωτῶν πολιτείᾳ.

A

AMYNTÆ, gens Thesprotica.

—— *Animum spirantes Amyntæ.*

Et Aristoteles in Epirotarum Republica horum meminit.

Α᾽ΜΥ᾽ΡΓΙΟΝ, πέδον Σακῶν· Ε᾽λλάνικος Σκύθαις. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽μύργι(ος), ὡς αὐτός φησιν.

B

AMYRGIUM, campus Sacarum; Hellanicus in Scythis. Gentile, Amyrgius, ut idem inquit.

Α᾽ΜΥΡΟΣ[96], πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ ἑνὸς τ῀ Α᾽ργοναυτῶν·

—— Πολυβότρυ(ον) αὐλ῀ Α᾽μύροιο.

AMYRUS, urbs Thessaliæ, sic dicta ab uno ex Argonautis.

—— *Vitiferam contra Amyrum.*

[97] Καὶ πο * ϑηλυκόν· ἄδηλον ᾧ τὸ Η᾽σιόδειον·

C

Et fluvius ..... fœmineum. Incertum verò illud Hesiodi, *utrum de fluvio, an de urbe.*

Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυ(ον) αὐλ῀ Α᾽μύροιο.

Dotio in campo vitiferam contra Amyrum.

Τὸ ἐθνικὸν Α᾽μυρεύς, ὡς Κάμειρ(ος) Καμειρεύς. Καὶ τὸ κ῀ηλικὸν, Α᾽μυρήϊ(ος)· κ῀ Α᾽μυρηΐς τὸ ϑηλυκόν. [98] Εὔπολις δὲ Α᾽μύρας αὐτὰς λέγ῀, πολησιοχώρας τ῀ Μολοττίας. Ε᾽κ τούτου κ῀ Α᾽μύραιοι λέγον῀ται. [99] Σωίδας δ῀ ἐν ταῖς γενεαλογίαις, ὅτι ἔστι σκαληνὸς Ε᾽ορδοί. Υ᾽στερον ᾧ λέλεγες οἱ αὐτοὶ, κ῀ Κένταυροι, κ῀ Ι᾽πποκένταυροι. Καὶ τὴν πόλιν Α᾽μυρικὴν καλεῖ.

D

E

Gentile, Amyreus, ut à Camirus, Camireus. Possessivum Amyreïus, & Amyreis, idis, fœmininum. Eupolis verò *Amyros* eos vocat finitimos Molossiæ. Unde etiam *Amyræi* dicuntur. Suidas verò in Genealogiis author est, hos *Eordos* vocari. Postea verò iidem *Leleges* dicti sunt, & *Centauri*, & *Hippocentauri*. Etiam vocat urbem *Amyricam*.

Α᾽ΜΦΑΝΑΙ[1], πόλις Δωρικὴ· Ε᾽καταῖ(ος) ἐν πρώτῃ γενεαλογιῶν. Θεόπομπ(ος) Α᾽μφαναίαν αὐτὴν καλεῖ, ἐν πέμπτῳ Φιλιππικῶν. [2] Ε᾽στι κ῀ χωρίον Θετταλίας. Ω᾽σαύτως τὸ ἐθνικὸν Α᾽μφαναῖ(ος), κ῀ Α᾽μφαναιεύς.

F

AMPHANÆ, urbs Dorica; Hecatæus libro primo Genelogiarum. Theopompus *Amphanæam* eam vocat libro quinto Philippic. Est etiam oppidum Thessaliæ. Eodem modo gentile, Amphanæus, & Amphanæeus.

Α᾽ΜΦ᾽ ΑΞΙΟΝ[3], δύο μέρη λόγου, ποταμός. Τὸ ἐξ αὐτοῦ, Α᾽μφαξίτης· Στράβων ἑβδόμῃ.

AMPH' AXIUM, duæ orationis partes, fluvius. Unde fit Amphaxites; Strabo libro septimo.

Α᾽ΜΦΕΙΑ[4], πόλις Μεσσήνης· Παυσανίας τετάρ-

AMPHEA, urbs Messeniæ, Pausanias libro

95 Α᾽μύνται, ἔθν(ος) Θεσπρωτικόν.] Strabo lib. 7. Thesprotican gentem memorat, sed apud eum nulla Amyntarum fit mentio; hemistichium illud nescio cujus sit poetæ. Ego enim divinare non possum.

96 Α᾽μυρ(ος), πόλις Θεσσαλίας.] Hujus urbis, nulla apud alios, quod sciam, fit mentio. Hemistichium illud, cujus integrum carmen paulò post affert ex Hesiodo, est ex aliquo ejus opere, quod non extat.

97 Καὶ πο.....] Suspicor hunc locum supplendum esse hoc modo: Καὶ ποτ῀μός. Amyrus enim non solum fuit urbs Thessaliæ, sed etiam fluvius, quem celebrat Valer. Flacc. lib. 2. Argonautic.

Intrantemque Amyron, curvas quæsita per oras
Æquora.

Memoratur etiam Apollonio Argonautic. lib. 1. v. 596.

—— Α᾽μύροιο ῥέεθρα.

—— *Amyri fluenta.*

Ubi ejus Scholiasta inquit, Α᾽μυρ(ος) Θεσσαλίας ποτ῀μὸς ἐκ ϑείων, μετ῀ τὴν Μελίβοιαν κείμεν(ος)· ὠνομασμένος ἀπὸ Α᾽μύρου υἱ῀ Ποσειδῶνος. Ε᾽στι κ῀ πόλις αὐτόθι. id est, *Amyrus fluvius ex Thessalia effluens, post Melibœam jacens: cognominatus ab Amyro Neptuni filio. Est & urbs ibi.*

98 Εὔπολις ᾧ Α᾽μύρας αὐτὰς λέγ῀, πολησιοχώρας τ῀ Μολοττίας. Ε᾽κ τούτου κ῀ Α᾽μύραιοι λέγον῀ται.] Verba intelligo, mentem non percipio, ingenuè fateor me nescire, quod nescio. Inquit enim Amyræos dici, quod Molossiæ finitimi essent, quod verum esset si ἄμυρ(ος) significaret *finitimum*, vel aliud quippiam simile. At ἄμυροι apud Hesychium sunt loca humida & valde fluentia διὰ τ῀ μυρεῖν, id est, *fluere*. Unde poëtarum parens Odyss. 5. v. 460. vocavit Phæaca ποτ῀μὸν ἀλιμυρήεντα, id est, *fluvium in mari influentem*; ac fortè eadem metaphora noster Amyros vocatos fuisse Amyræos inquit, quod eorum regio veluti fluvius influeret Molossiam, *hoc est*, intraret.

99 Σωίδας δ῀ ἐν ταῖς γενεαλογίαις, ὅτι ἔστι &c.] Suspicor legendum esse Σωίδας δ῀ ἐν τοῖς Θεσσαλικοῖς, vel Σωίδας δ῀ ἐν Θεσσαλικοῖς, quoniam ab Scholiasta Apollonii Rhodii ad ejus Argonautic. lib. 1. v. 554. sic citatur; nec non ab Strabone sub libri septimi calcem; atque noster eum advocat in testimonium Amyræorum, qui erant Thessaliæ populi, nec apud alios citatur Suidas in Genealogiis, quæ omnia simul juvant nostram conjecturam. Hic Suidas verò diversus est à Lexicographo, ex illo verò inquit noster Amyræos vocari *Eordos*, ac postea *Leleges*, &c. De quibus consulesis Strabonem lib. 7.

1 Α᾽μφαναὶ, πόλις Δωρικὴ.] Amphanæ, urbs Dorica ex Hecatæo, quæ Theopompo dicitur *Amphanea*, cujus apud alios nulla, quod sciam, fit mentio. Hecatæi verò & Theopompi opera non extant.

2 Ε᾽στι κ῀ χωρίον Θετταλίας.] Amphanas inquit etiam esse oppidum Thessaliæ; apud Scylacem Caryandensem Amphinæum inter maritimas Thessaliæ urbes numeratur. Idem fuisse oppidum vix dubito.

3 Α᾽μφ᾽ Α᾽ξιον, δύο μέρη λόγου.] Amp' Axion, sunt duæ orationis partes, ac si diceres circa Axion. Axius verò fuit amnis Pæoniæ, qui illam regionem incolebat, dicebatur *Amphaxites*, & regio Amphaxitis; memoratur & fluvius & regio in Excerptis ex Strabonis lib. 7.

4 Α᾽μφεια, πόλις Μεσσήνης· Παυσανίας τετάρ(τῳ).] Amphea urbs Messeniæ ex Pausaniæ lib. 4. qui libro citato inquit fuisse oppidum Laconicæ finitimum, non magnum, sed alto colle situm, quod aquarum perennes fontes habebat; id cepere Lacedæmonii juramento se obstringentes in bello, quin id Messeniis, ut solet fieri, denunciarent, ex

τελάρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφεύς. Καὶ ὁ τύπος A
γὰρ Ἀρκὰς, ὡς τὸ Ἡραιεύς.

libro quarto. Gentile, Ampheus. Hæc enim forma est Arcadum, ut Heræeus.

Ἀμφιγένεια [5], πόλις Μεσσηνιακή· Στράβων ὀγδόῃ. Ἔστι δὲ κατὰ μὲν Ἀπολλόδωρον, τῆς Μακιστίας· κατὰ δὲ τὸν Ἀντίμαχον, τῆς Μεσσηνίας. Ἔχει δὲ ἡ πόλις Λητοῦς ἱερόν. Φασὶ γὰρ, ὅτι ἐκεῖ παραγινομένην Λητὼ, τεκεῖν τὸν Ἀπόλλωνα. Μενελάος δέ φησι, καὶ Ἀμφιγένειαν εἰρῆσθαι. Τὸ ἐθνικὸν Ἀμφιγενεάτης, διὰ τὴν Πελοποννήσιον χαρακτῆρα, ἢ καὶ Ἀμφιγενής. B

AMPHIGENIA, urbs Messeniaca: Strabo libro octavo. Est verò secundum Apollodorum, urbs Maciſtiæ: secundum Antimachum, Messeniæ. Habet verò urbs Latonæ templum. Ajunt enim illuc advenientem Latonam peperisse Apollinem. Menelaus verò inquit, & Amphigeniam dici. Gentile, Amphigeneates propter Peloponnesium characterem, vel etiam Amphigeneus.

Ἀμφίδολοι, πόλις τῆς Τριφυλίας. Καὶ οἱ πολῖται ὁμοίως, ὡς Θούριοι, καὶ Θαύμακοι, καὶ Λεοντῖνοι, καὶ Δελφοί, οὕτως Ἀμφίδολοι. C

AMPHIDOLI, urbs Triphyliæ. Cives, eodem modo, ut Thurii, & Thaumaci, & Leontini, & Delphi, sic Amphidoli.

Ἀμφίκαια [6], πόλις Φωκίδος· Παυσανίας δεκάτῃ. Ὁ αὐλὸς Ἀμφίκλειαν εἶπεν. Ὁ πολίτης, Ἀμφικαιεύς. D

AMPHICÆA, urbs Phocidis: Pausanias libro decimo. Idem author *Amphicleam* eandem vocat. Civis, Amphicæeus.

Ἀμφίλοχοι [7], καὶ Ἀμφιλοχικοὶ, ἐκ τοῦ Ἀμφιλοχικοῦ Ἄργους.

AMPHILOCHI, & Amphilochici, qui ex Argo Amphilochico.

Ἀμφίμαλλιον [8], πόλις Κρήτης, ἀπὸ Ἀμφιμάλλου. Ὁ πολίτης, Ἀμφιμαλλιεύς, ἢ Ἀμφιμάλλιος. [9] Λέγεται καὶ Ἀμφίμαλλα. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφιμαλλαῖος. E

AMPHIMALLIUM, urbs Cretæ, sic dicta ab Amphimallo. Civis, Amphimallieus, vel Amphimallius. Dicitur etiam Amphimalla. Et gentile, Amphimallæus.

Ἀμφίπολις [10], πόλις Μακεδονίας πρὸς Θράκῃ, ἥ τις ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο· [11] κεκλῆσθαι δὲ Μυρκίνη, καὶ Ἠϊόνα. Ἀμφίπολιν F

AMPHIPOLIS, urbs Macedoniæ juxta Thraciam, quæ ἐννέα ὁδοὶ, i. e. *novem viæ* vocabatur. Vocata verò fuit *Myrica*, & *Eion*. Amphipolis

hoc oppido capto exarsit bellum inter Messenios & Lacedæmonios celeberrimum, quod nomen accepit non à Lacedæmoniis, qui prius arma intulerunt Messeniis, sed à Messeniorum clade *Messenicum* vocatum fuit. Eodem modo usus pervicit, ut *Trojanum bellum* appellaretur, quod Græci ad Ilium gessere. Celebritatem etiam ei addidere duo celeberrimi scriptores, alter soluta oratione, alter carmine id referentes, *Myron* Prienensis, Historicus, & *Rhianus* Benæus Poeta, qui Messeniorum ducem *Aristomenem* suis carminibus adeo exornabat, ac Homerus Iliade *Achillem*, cujus lectione adeo delectabatur Tib. Cæsar ut ejus imaginem & scripta publicis bibliothecis inter veteres & præcipuos auctores dedicaverit, prout hujus rei auctor est Suetonius in Tiberio c. 70. Nec non Pausan. lib. 4. citato.

5 Ἀμφιγένεια, πόλις Μεσσηνιακή.] Amphigenia, urbs Messeniaca ex Strabonis lib. 8. apud quem libro citato urbs Maciſtiæ dicitur, cujus quoque meminit Poëtarum parens Il. 2. v. 593. ad quem locum nihil memorabile affert Archiepiscopus Thessalonicensis, tantum inquit *Amphigenium* quoque dici. Memoratur Statio Theb. 4.

—— *Quos fertilis Amphigenia*
Planaque Messene, montanaque nutrit Ithone.

6 Ἀμφίκαια, πόλις Φωκίδος &c.] Amphicæa urbs Phocidis ex Pausaniæ lib. 10. qui eam etiam *Amphicleam* dixit, inquit Epitomator noster, at eum fefellit memoria. Hæc enim urbs à Pausania *Amphiclæa* tantum, ab Herodoto lib. 8. *Amphicæa* vocatur. Et fuit una ex eis, quas Xerxis exercitus concremavit, ex qua calamitate notior facta fuit, quam antea erat, auctoribus Pausania libro citato, Herodotus eodem libro cap. 33. Hanc Herodotus, inquit Pausanias, veterem formam sequutus *Ophiteam* vocavit; sed nihil tale apud Herodotum legitur, pace Pausaniæ, qui eodem libro Auctor est, hac in urbe Orgia *Libero Patri* fieri, & sacrificulum divino afflatu instinctum, de futuris consulentes certiores facere, quidnam magis admiratione dignum sit, an sacrificuli astutia, an consulentium credulitas, an Pausaniæ hac in re leve judicium, haud facile dices.

7 Ἀμφίλοχοι, καὶ Ἀμφιλοχικοί.] Amphilochi, & Amphilochici dicebantur, qui ex Argo Amphilochico erant, quod condidisse ferunt Amphilochum Amphiarai filium in sinu Ambracico, quod de patriæ suæ nomine Argos, ac à se *Amphilochicum* vocavit. Fuit urbs celebris, at potentissimos habuit cives, ut rerum monumentis prodidit Thucyd. lib. 2. Audi sis eum loquentem: Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν καὶ Ἀμφιλοχίαν τὴν ἄλλην ἔκτισε μετὰ τὴν Τρωϊκὴν οἴκαδε ἀναχώρησας, καὶ ἐκ παρεσκόμβρου τῇ ὑπ' Ἄργει καθιστάσῃ, Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω, ὑπὸ τῷ Ἀμπρακικῷ κόλπῳ, ὁμώνυμον τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι Ἄργος ὀνομάσας. Καὶ ἐν ἡ πόλις αὕτη μεγίστη τῆς Ἀμφιλοχίας, καὶ τοὺς δυνατωτάτους εἶχεν οἰκήτορας &c. id est, *Argos Amphilochicum, & reliquam Amphilochiam, Amphilochus Amphiarai filius, post bellum Trojanum, domum reversus cum rerum status, qui Argis erat, ei non placeret, condidit in sinu Ampracico, urbem, de eodem patriæ suæ nomine* Argos. *Et erat hæc urbs omnium Amphilochiæ regionis maxima, & potentissimos habebat incolas.*

8 Ἀμφιμάλλιον, πόλις Κρήτης.] Amphimallion, urbs Cretæ, à qua Ἀμφιμαλλὴς sinus Ptolemæo Geogr. lib. 3. cap. ultimo, qui Sophiano dicitur *Golfo di Suda*, ab arce Suda in scopulo sita quæ Venetis obedit.

9 Λέγεται καὶ Ἀμφίμαλλα.] Amphimallion, urbs Cretæ, de qua nota præcedenti. Dicitur etiam Amphimalla. Sic etiam vocatur à Plinio Nat. Hist. lib. 4. c. 12.

10 Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας.] Amphipolis, urbs Macedoniæ juxta Thraciam, quæ *Novem viæ*, *Grademna*, *Anadræmus* dicebatur, ut inquit noster, Harpocratio ex Marsya in Macedonicis in Ἀμφίπολις auctor est prius *Acram* vocatam fuisse, ac postea *Amphipolim*, eo quod circumhabitaretur locus ille; ex Thucydidis lib. 1. & 4. appareret, quod prius Ἐννέα ὁδοὶ, id est, *Novem viæ* vocata fuit, sed ab Agnone Athenienſium duce capta *Amphipolis* dicta fuit, quod à fluvio Strymone utrinque allueretur, quod confirmat Harpocrationis sententiam. Postea *Christopolis* dicta fuit, vulgo *Christopoli*, & Turcis *Emboli*. Memoratur etiam Constantino Porphyrog. inter Macedoniæ urbes.

11 Κεκλῆσθαι δὲ Μυρκίνη, καὶ Ἠϊόνα, &c.] Vocatam fuisse Amphipolim *Myricen*, & *Eionа* inquit noster, pro Μυρκίνη lege Μύρκινον. Sic enim scribitur apud Thucyd. l. 4. cujus etiam noster suo loco meminit, sed ex Thucyd. libro citato claret *Myrcinon* & *Eïona* diversas fuisse urbes ab Amphipoli, quamobrem miror oscitantiam Epit. nostri in legendo Thucyd.

12 Ἔστι

δὲ, Ἀφ' τὴν περίρροιαν τοῦ Στρυμόνος, ὡς Θουκυδίδης τετάρτῃ. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κραδέμνα, καὶ Ἀνάδραμος. [12] Ἔστι καὶ πόλις Συρίας, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, πλίσμα Σελεύκου. Καλεῖται δὲ ὑπὸ τῶν Σύρων Τέρμεδα. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμφιπολίτης.

polis verò, quod eam circumfluat Strymon fluvius, ut Thucydides libro quarto. Vocabatur etiam *Crademna*, & *Anadramus*. Est etiam urbs Syriæ prope Euphratem, opus Seleuci. A Syris vocatur *Turmeda*. Gentile, Amphipolites.

ΑΜΦΙΣΣΑ [13], πόλις Ὀζόλων Λοκρῶν. Ἐκλήθη ἢ Ἀφ' τὸ ἐμπεριέχεσθαι τοῖς ὄρεσι τοῖς προκειμένοις. Παραγώγως δὲ, ὡς ἐκ τῆς ἀντὶ Ἄντισσα, καὶ τῆς ἐπὶ Ἔπισσα, ἔτως ἀμφὶ Ἄμφισσα. Ὁ πολίτης Ἀμφισσαῖος, καὶ Ἀμφισσεύς. Τὸ ἐκ τόπου, Ἀμφισσηθεν. [14] Ἔστι καὶ χώρα τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας Ἀμφισσήνη, ὡς Στράβων ιβ.

AMPHISSA, urbs Ozolorum Locrorum. Sic verò fuit vocata, eò quod circundaretur adjacentibus montibus. Paragogicè verò, ut ex præpositione ἀντὶ fit Antissa, & ex præpositione ἐπὶ, Epissa, sic ex ἀμφὶ, Amphissa. Civis, Amphissæus, & Amphisseus. Locale, ex-Amphissa. Est etiam regio minoris Armeniæ, Amphissena; ut Strabo libro duodecimo.

ΑΜΦΙΤΡΟΠΗ, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Ἀμφιτροπαιεύς. Τὰ τοπικὰ, Ἀμφιτρόπηθεν, ἐκ τόπου· Ἀμφιτρόπωδε, εἰς τόπον· καὶ Ἀμφιτρόπησι, ἐν τόπῳ. Δοκεῖ ἢ τὸ Ἀμφιτροπαιεὺς ἐξ ἄλλου εἶναι, ἢ Ἀμφιτροπαῖος. Τὰ γὰρ εἰς εὺς, ἀπὸ τῶν εἰς η θηλυκῶν, ἰσοσυλλαβεῖ τῇς πρωτοτύπους· Σινώπη Σινωπεύς.

AMPHITROPE, populus Antiochidis tribus. Popularis, Amphitropæus. Localia, ex-Amphitrope, ex loco: in-Amphitropen, in locum: & Amphitropis, in loco. Videtur verò Amphitropæus aliunde esse; videlicet ex Amphitropæus. Nomina enim in *eus* à fœmineis in *η* parisyllabicè declinantur ut primitiva, sicut Sinope, Sinopeus.

ΑΜΦΡΥΣΟΣ [15], πόλις Φωκίδος· τινὲς Ἀφ' ἧς Βαφίν. [16] Ἔστι καὶ πλησμὸς Μαγνησίας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀμφρύσιος, ὡς Λυκόφρων·

Ἀμφρυσίων σκηπτοῦχον Εὐρυαμπίων.

Ἔστι καὶ Ἀμφρυζεύς.

AMPHRYSUS, urbs Phocidis, aliqui per *b* scribunt. Est etiam fluvius Magnesiæ. Gentile, Amphrysius ut Lycophron:

Amphrysiorum regem Euryampiorum.

Invenitur etiam Amphryseus.

ΑΝΑΓΥΡΟΥΣ, δῆμος Ἐρεχθηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Ἀναγυρόσιος, ὁμοίως τῇ ἐκ τόπου· καὶ Ἀναγυρόνδε, εἰς τόπον· καὶ ἐν τόπῳ, Ἀναγυροῦντι. Λέγεται καὶ Ἀναγυράσιος. Ζήτηται ἢ, πῶς ἔχει τὸ α. Ἔδει γὰρ ὡς Ῥαμνέ-

ANAGYRUS, populus Erechtheidis tribus. Popularis, ex-Anagyrunte; similiter adverbio ex loco; & in-Anagyruntem, in locum; & in loco, Anagyrunte. Dicitur etiam Anagyrasius. Quæritur autem quomodo habeat *a*. Debebat enim

12 Ἔστι καὶ πόλις Συρίας, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ &c.] Memoratur quoque Epitomatori nostro Amphipolis Syriæ ad Euphratem à Seleuco condita, quæ à Syris; ut inquit, *Turmeda* vocatur, quo in nomine latere videntur cineres, seu Hebraïcæ, seu Syriacæ linguæ, צור *tsur* enim Hebraïcè est *rupes*, ex quo per metathesim litterarum ר in ט fit טור *tur*, quod apud Chaldæos sonat *montem*. טירה *tirah* etiam Hebraïcè significat *castellum*, seu *arcem*. מדה *Midah* verò & Hebraïcè & Chaldaïcè significat *tributum*. Ergò Turmida erit velut castellum tributorum, scilicet in quo congregatur tributum regi, מדת המלך, *midath hamelec*, quæ verba leguntur Nehem. 5. 4. Hujus urbis nulla apud alios; quod sciam, fit mentio.

13 Ἄμφισσα, πόλις Ὀζόλων Λοκρῶν.] Amphissa, urbs Ozolorum Locrorum, maxima, & celeberrima, distabat a Delphis 120 stadia, nomen adepta ab *Amphissa* Macarei Æoli filia, quam Apollo adamavit, cujus monimentum adhuc ætate Pausaniæ erat in ipsa urbe, ut ipse refert lib. 10. Noster ejus etymologiam deducit per paragogen, quemadmodum ab ἀντὶ fit Ἄντισσα, & ab ἐπὶ, Ἔπισσα, sic ab ἀμφὶ, Ἄμφισσα, quod ego non probo. Amphissam commigrarunt Ætoli ab Augusto Cæsare sedibus pulsi, auctore eodem auctore libro citato. Ejus meminere inter alios Scylax, & Strabo lib. 9. nec non Constantin. Porphyr. sed hic Hellade eam locat de Them. lib. 2. Them. 5. (Eadem erat urbs) nec non Ptolem. lib. 3. c. 15. qui eam Locris Ozolis adscribit.

14 Ἔστι καὶ χώρα τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας Ἀμφισσήνη.] Amphissene, regio minoris Armeniæ memoratur Stephano ex Strabonis lib. 12. apud quem nullam inveniebam ejus mentionem, nec apud alios, quod sciam, ejus fit mentio.

15 Ἄμφρυζος, πόλις Φωκίδος.] Amphrysus, urbs Phocidis, ab aliquibus *Ambrysus* dicitur. Erat sub ipso monte Parnasso sita, nomen ab Ambryso Heroë impositum fuisse putant, quam Thebani bello contra Macedonum regem *Philippum* duplici muro cinxerunt, ut refert Pausan. lib. 10.

16 Ἔστι καὶ πλησμὸς Μαγνησίας.] Est etiam fluvius Magnesiæ, ad cujus oras, qui habitabant, dicebantur *Amphrysii*, in cujus confirmationem advocat Lycophronis versiculum, sed apud Lycophronem & ejus Scholiasten fluvius dicitur *Aphrusius*, incolæ *Aphrusii*. Sic enim iste ad eumdem locum loquitur, Ἀφρησίων, Μαγνήτων. Ἄφρησὸς γὰρ πλησμὸς Μαγνησίας, i. e. *Aphrusiorum, Magnetum. Aphrusus enim fluvius Magnesiæ*. Erat etiam Amphrysus Thessaliæ fluvius, auctore Servio ad illud Virgilii Georgic. lib. 3. v. 2:

Pastor ab Amphryso

h. e. *Apollo*, ad hunc enim fluvium Admeto regi armenta pavisse fabulabantur, eadem de causa ab eodem Poëta Æneid. lib. 6. v. 398. *vates Amphrysia* vocatur Sibylla, quæ Æneam ad inferos ducebat,

Quæ contra breviter fata est Amphrysia vates.

Ego existimo eumdem fuisse fluvium, quem noster & Lycophronis Scholiasta Magnesiæ, Servius Thessaliæ adscribit, ac Magnesia erat Thessaliæ adnexa. Quamobrem verosimilior mihi videtur Stephani lectio, quam quæ apud Lycophronem, siquidem à Virgilio carmine allato confirmatur.

Ῥαμνέσιος. Ἀλλ' ἔοικε τὸ ρ αἴτιον εἶναι, φιληδὲν τῇ συντάξει τοῦ α· ὡς τὸ Φλυεὺς Φλυάσιος.

nim esse ut Rhamnusius. At videtur τὸ ρ in causa esse, quod gaudet constructione τοῦ α, ut Phlyus, untis, Phlyasius.

ΑΝΑΖΑΡΒΑ[17], πόλις Κιλικίας· κέκληται ἀπὸ τοῦ στρατεύματος, [18] ἢ ἀπὸ Ἀζάρβα τοῦ κτίσαντος. [19] Τὸ ἐθνικὸν Ἀναζαρβεύς, ὡς Σκαρυανδεύς· ἀφ' ἧς ἦν Διοσκορίδης, ὁ Δαισιμόπαις ἰατρὸς χρηματίζων Ἀναζαρβεύς· καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Ἀναζαρβεύς, ὁ πολλά τε καὶ ἄλλα, καὶ περὶ ποταμῶν γεγραφὼς βιβλίον.

ANAZARBA, urbs Ciliciæ; sic vocata à præposito, vel ab Anazarba conditore. Gentile, Anazarbeus, ut Scaryandeus, ex qua fuit Dioscorides celeberrimus medicus dictus *Anazarbeus*, & Asclepiades *Anazarbeus*, qui alia multa nec non de fluviis librum scripsit.

ΑΝΑΪΑ[20], παροξυτόνως, οὐχ ὡς Λίλαια, Ἱστίαια, Κάρθαια. Ἔστι δὲ Καρίας, ἀντικρὺ Σάμου. Κέκληται ἀπὸ Ἀναΐας Ἀμαζόνος, ἐκεῖ ταφείσης, ὡς Ἔφορος. [21] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀναῖος, ἐντεῦθεν ἦν Μενέλαος, ὁ περιπατητικὸς φιλόσοφος, καὶ μέγας ἱστορικὸς, Ἀναῖος. Θουκυδίδης ἐν τρίτῃ, Ἀναῖτας φησὶ τοὺς πολίτας, καὶ θηλυκῶς.

ANÆA, accentu acuto in penultima, non ut Lilæa, Histiæa, Carthæa, quæ accentum habent in antepenultima. Est verò urbs Cariæ è regione Sami, sic vocata ab Anæa Amazone, illic sepulta, ut Ephorus. Gentile, Anæus. Hinc fuit Menelaus philosophus peripateticus, & magnus historicus, *Anæus* dictus. Thucydides lib. 3. *Anaïtas* vocat cives, & fœminino genere.

ΑΝΑΚΑΪΑ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Ἀνακαιεύς. Τὰ τοπικὰ, Ἀνακαίαθεν, Ἀνακαίαδε, Ἀνακαίας. Οἱ δὲ λέγοντες Ἀνακωνόθεν, Ἀνακωνάδε, Ἀνακωνᾶς, οὐκ ἀσφαλῶς φασιν.

ANACÆA, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Anacæeus. Localia, ex-Anacæa, in-Anacæam, Anacææ. Qui verò dicunt ex-Anacona, in-Anaconam, Anaconæ, non sine errore id dicunt.

ΑΝΑΚΗ, ὡς Ἀνάφη, πόλις Ἀχαΐας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀνακαῖος, ὡς Ἀναφαῖος.

ANACA, ut Anapha, urbs Achaïæ. Gentile, Anacæus, ut Anaphæus.

ΑΝΑΚΤΟΡΕΙΑ[22], Ἀκαρνανίας πόλις ἀδέλφερος, Κορινθίων ἄποικος· Θουκυδίδης τετάρτῃ. Ἀρσενικῶς παρὰ Σοφοκλεῖ. [23] Τὸ θηλυκὸν, Ἀνακτόριος, καὶ Ἀνακτορία ἡ γῆ καὶ Ἀνακτορεύς. Σοφοκλῆς δέ φησι διὰ τοῦ ι·

ANACTORIA, neutro genere, urbs Acarnaniæ, Corinthiorum colonia, Thucydides lib. 4. Masculino genere reperitur apud Sophocl. Dicitur Anactorius & Anactoria terra; nec non Anactorieus. Sophocles per *iota* inquit:

Ἀνακτόριον τ' ὀλέσαι τὸν ἐπώνυμον χθονός.

Anactorium est hujus cognomen terræ.

Καὶ Εὐγένιος ὁ, ὁ παρ' ἡμῶν τοὺς ἐν τῇ βασιλίδι σχολὰς διακοσμήσας, ἐν συλλογῇ λέξεων, διὰ διφθόγγου φησίν. Ἔοικε δ' ἀγνοεῖσθαι ἐντετυχηκέναι βιβλίῳ. Ἡμεῖς γὰρ διὰ τοῦ ι εὕρομεν.

Eugenius verò, qui ante nos floruit, atque in aula regia scholas exornavit, in collectione dictionum per diphthongum scribit. Videtur autem corruptum legisse exemplar. Nos verò per *iota* reperimus.

ΑΝΑ-

ANA-

17 Ἀναζαρβᾶ, πόλις Κιλικίας.] Anazarba, urbs Ciliciæ, quæ a Suida suo loco *Anazarbos* dicitur; sic vocatam, inquit Stephanus, à præposito, vel ab Azarba, lege ab Anazarba conditore. Id enim clamat ratio. Verba Stephani lucem lucrantur ex Suida, loco citato, ubi inquit: Nervam Imperatorem, terræ motu collapsa Diocæsarea, Senatorem nomine *Anazarbam* ad eam instaurandam misisse, qui instauratam ex suo nomine *Anazarbum* eam vocavit, cum olim *Kyinda*, postea *Diocæsarea* vocaretur. Ex hac urbe fuisse Dioscoridem medicum Auctor est Auctor noster, utrum idem sit, an alius qui à Suida *Phacas* vocatur Διὰ τὰς ἐπὶ τῆς ὄψεως φακάς. i. e. *propter lentes in facie apparentes*, qui vixit apud Cleopatram sub Antonio, viderint doctiores. Nam si hic, ut verum est, vixit sub Antonio, & civitas *Anazarbos* id nominis sub Nerva accepit, qui potuit ab urbe *Anazarbeus* vocari? Qua in re Suidas à se ipso discrepat. Celebrat etiam noster ex hac urbe Asclepiadem celebrem medicum, de quo videsis Tractatum nostrum auctorum quos in Testimonium vocat Stephanus.

18 Ἢ ἀπὸ Ἀζάρβα.] Lege ἢ ἀπὸ Ἀναζάρβα.

19 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀναζαρβεύς, ὡς Σκαρυανδεύς.] Pro Σκαρυανδεύς lege Καρυανδεύς. Scaryanda enim urbs à nemine, quod sciam, memoratur; Caryanda verò, ex qua erat *Scylax*, quare *Scaryandeus* vocatur, à plurimis celebratur, de qua suo loco.

20 Ἀναΐα, παροξυτόνως, οὐχ ὡς Λίλαια.] Anæa, accentu acuto in penultima, non in antepenultima, ut solet hujusmodi forma, fuit urbs Cariæ è regione Sami, memoratur Thucydidi lib. 4. neutro plurali, at lib. 8. fœm. singulari. Hujusmodi enim nomina, ut sæpe alibi dicimus, utroque gaudent, ut Hierosolyma, orum, & Hierosolyma, æ.

21 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀναῖος.] Gentile, Anæus, unde Menelaus peripateticus Philosophus & magnus Historicus dictus est *Anæus*, quod esset ex hac urbe, de quo apud alios altum est silentium.

22 Ἀνακτόρεια, Ἀκαρνανίας πόλις ἀδελφερός.] Anactoria, neut. plur. Acarnaniæ urbs Corinthiorum colonia, scilicet cum à Corinthiis capta fuisset illic colonis Corinthiis collocatis, auctore Thucydide lib. 1. quam postea Athenienses & Acarnanes per proditionem ceperunt, auctore eodem auctore lib. 4. nunc *Vonizza*.

23 Τὸ θηλυκὸν, Ἀνακτόριος, &c.] Lege τὸ ἐθνικὸν, &c. hic enim est frequens modus locutionis apud Stephanum, & ratio id exigit. Sequitur enim Ἀνακτόρειος, oppidani dicebantur *Anactorii*, quos Augustus Cæsar ad habitandum Nicopolim, quam in memoriam victoriæ ad Actium contra Antonium ædificaverat, deduxit colonos, ut rerum memoriæ prodidit Pausan. lib. 5. Thucydides libris citatis Anactorium num. singul. & per iota inquit.

24 Ἀνα-

Α᾽ΝΑΡΙΑ᾽ΚΗ [24], πόλις πρὸς τῇ Καασίᾳ θαλάσσῃ· Σλεάβων. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽ναρλάκης, ὡς Λέσχη Λέσχης, καὶ Α᾽ράχνη Α᾽ράχνης. Ἐν ᾗ δείκνυσθαί φησι [25] μαντεῖον κοιμωμένων. A

ANARIACE, urbs ad mare Caſpium, Strabo. Gentile, Anariaces, ut à Leſcha, Leſches, ab Arachna, Arachnes. In quâ oſtendi affirmat oraculum indormientium.

Α᾽ΝΑΥΑ [26], πόλις Φρυγίας, ὡς Η᾽ρόδοτος. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽ναυαῖος, ἢ Α᾽ναυεύς· ἐπειδὴ χαίρουσιν εἰς ὺς οἱ Φρύγες. B

ANAVA, urbs Phrygiæ, ut Herodotus. Gentile, Anavæus, vel Anaveus; quoniam Phryges gaudent nominibus finitis in *eus*.

Α᾽ΝΑ᾽ΦΗ [27], νῆσος μία τῶν Σποράδων, πλησίον Θήρας· ἥτις ἀπὸ Μεμβλίαρος, ἕνα τῶν Κάδμῳ πλεύσαντος εἰς ἀναζήτησιν Εὐρώπης, Μεμβλίαρα καλεῖτο. Τοῖς δ᾽ Α᾽ργοναύταις ὑπὸ χειμῶνος τυχοῦσι, καὶ σκοτομηνίᾳ ἀναφανεῖσα, ἀνάφη ἐπικέκληται. Καὶ Α᾽ναφαῖος, τὸ ἐθνικόν. C

ANAPHE, inſula una Sporadum prope Theras, quæ *Membliarus* vocabatur à *Membliaro*, qui unà cum Cadmo navigavit ad quærendam Europam. Sic verò fuit cognominata, quod Argonautis tempeſtate jactatis & obſcuritate lunæ opportunè apparuerit. Gentile, Anaphæus.

Α᾽ΝΑ᾽ΦΛΥΣΤΟΣ [28], δῆμος τῆς Α᾽ντιοχίδος φυλῆς, ἀπὸ Α᾽ναφλύστου ἥρωος. Παυσανίας δευτέρῳ· Τροίζηνος οἱ παῖδες Α᾽ναφλυστος καὶ Σφῆττος. Ὁ δὲ δήμοτης, Α᾽ναφλύσιος. Τὰ τοπικὰ, Α᾽ναφλυσόθεν, Α᾽ναφλυσίνδε, Α᾽ναφλυσοῖ. D

ANAPHLYSTUS, populus Antiochidis tribus, ſic dicta ab Anaphlyſto heroë. Pauſanias libro ſecundo: *Trœzenis filii Anaphlyſtus & Sphettus.* Popularis, Anaphlyſtius. Localia, ex-Anaphlyſto, in-Anaphlyſtum, in-Anaphlyſto.

Α᾽ΝΔΑΝΙΑ [29], πόλις Μεσσήνης, ὁμώνυμος τῇ χώρᾳ. Οὕτω γὰρ καὶ ἡ Μεσσηνία Α᾽νδανία ἐκαλεῖτο, διὰ οἰκίσαι φασί τινας τῶν μετὰ Κρεσφόντου, καὶ ὕστερον καλέσαι Δία τὸ μὴ ἀνδάνειν αὐτοῖς. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽νδανιεύς, ὡς Φίλων ἐν τῇ περὶ πόλεων. [30] Ἐκ ταύτης Α᾽ριστομένης ἐγένετο, ἐπιφανέστατος στρατηγός. Τέτον οἱ Λακεδαιμόνιοι πολλάκις αὐτὸς νικήσαντα θαυμάσαντες, ὡς μόλις ἐκράτησαν ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ, ἀναπεμόντες, ἐσκόπεν εἰ ὡσαύτως τὰς λοιπὰς ἔσι τι. Καὶ εὗρον σπλάγχνον ἐξηλλαγμένον, καὶ τὴν καρδίαν δασεῖαν, ὡς Η᾽ρόδοτος, καὶ E F G

ANDANIA, urbs Meſſeniæ, ejuſdem nominis, ac regio. Sic enim Meſſenia, *Andania* vocabatur, quam condidiſſe ajunt quoſdam ex Creſphonti ſociis, ac ſic vocaſſe Δία &c. eò quod ipſis non placebat. Gentile, Andanieus, ut Philon in libro de Urbibus. Ex hac urbe erat *Ariſtomenes* celeberrimus dux, quem Lacedæmonii ſæpe eos vincentem admirati, poſtquam ad Meſſeniacam magna cum difficultate viciſſent, in fruſta ſecantes inſpexere, *utrum præter reliquos homines haberet aliquid præculiare*, atque in eo invenere diverſa viſcera & hirſutum cor, ut Herodotus, Plutarchus, & καὶ

24 Α᾽ναρλάκη, πόλις πρὸς τῇ Καασίᾳ &c.] Anariace, urbs ad mare Caſpium ex Strabone, qui libro undecimo memorat urbem Nabarcen in regione Anariacarum, apud quem pro Nabarcen legendum ex Stephano Anariacen, ſi tibi placet. Ego enim ἐπέχω. Scio namque Auctoris noſtri incuriam. Audi loquentem Strabonem: Ἐνταῦθα ἥ τε πόλις Ναβάρκη· ἐν ᾗ, φασι, δείκνυται μαντεῖον ἐγκοιμωμένων, καὶ ἄλλα τινὰ ἔθνη, &c. i. e. *Ubi & urbem Nabarcen: in qua, ajunt, monſtratur Oraculum indormientium, & eſſe alias gentes ibi latrociniis & militiæ magis deditas, quàm agriculturæ.* In Strabonis verbis pro δείκνυται, exiſtimo ex Stephano legendum δείκνυσθαι. Anariacarum meminerunt Plin. & Solin. Amariacæ dicuntur Ptolem. lib. 6. c. 2.

25 Μαντεῖον κοιμωμένων.] Lege ex Strab. verbis nota præcedenti allatis, μαντεῖον ἐγκοιμωμένων; i. e. *Oraculum indormientium.* Solebant enim Ethnici Deorum templis indormire, ut per inſomnia quid ſibi faciendum eſſet, oſtenderent.

26 Α᾽ναυα, πόλις Φρυγίας, ὡς Η᾽ρόδοτος.] Anava, neutro plurativo, urbs Phrygiæ ex Herodoto, apud quem lib. 7. ejus nomen legitur, ſed de ea nihil memorabile refert, quod in noſtros hortos derivare poſſimus.

27 Α᾽νάφη, νῆσος μία τῶν Σποράδων.] Anaphe, inſula una Sporadum, prope Theram, quæ *Membliaros* vocabatur, Argonautis dicta fuit *Anaphe*, quod eis apparuerit, à verbo ἀναφαίνειν, i. e. *apparere*, quam Plin. lib. 2. c. 87. inter inſulas, quæ enatæ ſunt, numerat. Erat Theræ Cyrenæorum metropoli vicina, ac Ægletæ Apollinis templo celebris, ut tradit Strabo lib. 10.

28 Α᾽νάφλυστος, δῆμος τῆς Α᾽ντιοχίδος φυλῆς, &c.] Anaphlyſtus, *populus*, h. e. *oppidum Antiochidis tribus* Athenienſium nomen adepta ab Anaphlyſto heroë ex Pauſaniæ lib. 2. cujus ſunt verba: Τροιζήνος δὲ οἱ παῖδες, Α᾽ναφλυστος καὶ Σφῆττος μεταπεμψάμενοι ἐς τὴν Α᾽τθίδα, καὶ οἱ δῆμοι τὰ ὀνόματα ἔχουσιν ἀπὸ τέτων. i. e. *Trœzenis verò filii, Anaphlyſtus, & Sphetus migrant in Atticam, & populi*, h. e. *oppida ab his nomina habent.* Scylax etiam inter Atticæ oppida locat Anaphlyſtum murum cum portu; ejus quoque meminere Suid. & Harpocratio.

29 Α᾽νδανία, πόλις Μεσσήνης, &c. Andania, urbs Meſſeniæ ejuſdem cum regione nominis. Meſſeniam enim inquit quoque *Andaniam* vocari. Fuit verò Andania Polycaonis Lelegis filii regia, qui regionem illam de uxoris nomine *Meſſeniam* vocavit, referente Pauſania in Meſſenicis ſtatim in principio, nec non Strabone lib. 8.

30 Ἐκ ταύτης Α᾽ριστομένης ἐγένετο, &c.] Ex hac urbe fuit *Ariſtomenes* celeberrimus Meſſeniorum dux, qui adhuc ætate Pauſaniæ inter Heroas apud Meſſenios colebatur, cujus natales illuſtrabant memorantes Genium, vel Deum ſumpta draconis forma cum ejus matre *Nicotolea* concubuiſſe, ut de *Olympiade* Macedones, de *Ariſtodama* Sicyonii referebant. Magnis enim viris ſolent homines aliquid ſupra mortale genus excogitare, ut ab Diis genus trahere credantur; de quibus aliqua notatu digna leguntur apud Pauſan. lib. 4. unde Poëtarum flos Æneid. lib. 1. v. 384. canit:

—— *& genus ab Jove ſummo.*

Hunc *Ariſtomenem* Rhianus Poëta in Heroëm ſui poëmatis aſſumpſit, ſicut Homerus *Achillem*, quem adeo exornabat carminibus ac Homerus Achillem; cujus poëtæ lectione Tiberius Cæſar delectabatur, ut ſupra nota 4. ex Suetonio annotavimus.

καὶ Πλούταρχος, καὶ Ῥιανός. Τὸ θηλυ- A & Rhianus. Fœmineum, Andanias, adis. κὸν, Ἀνδανιάς. Λέγεται δὲ καὶ Ἀνδάνιος, ὡς Ῥιανός. Invenitur etiam Andanius, Rhiano teſte.

ΑΝΔΕΙΡΑ[31], πόλις ἀδελέρως, ἐν ᾗ λίθος, ὃς καιόμενος σίδηρος γίνεται. Εἶτα μετὰ γῆς τινος καμινευθεὶς ἀποστάζει ψευδάργυρον. Εἶτα κραθεὶς χαλκῷ, ὀρείχαλκος γίνεται. Στράβων ιγ, καὶ Θεόπομπος ιγ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνδειρηνὸς, καὶ Ἀνδειρινή. [32] Οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ μήτηρ τῶν θεῶν ἐκεῖ. Ἔστι καὶ Ἄνδειρα θηλυκῶς, Φρυγίας. B ANDIRA, urbs neutro genere, in qua lapis reperitur, qui uſtus fit ferrum. Ac idem deinde quadam cum terra in camino excoctus, adulterinum argentum ſtillat. Poſtea ære miſtus, fit orichalcus; Strabo lib. 13. & Theopompus lib. 13. Gentile, Andirenus, & Andirena. Sic enim illic mater Deorum vocabatur. Eſt etiam Andira fœmin. gen. urbs Phrygiæ. C

ΑΝΔΡΙΑ, πόλις Ἠλείας καὶ ἑτέρα Μακεδονίας, ὡς Φιλέας ἐν περίπλοις. Ὁ πολίτης, Ἀνδρεύς· Τεύπαλος ὁ γράψας Ἰλιακά. ANDRIA, urbs Elidis, & alia Macedoniæ, ut Phileas in periplis. Civis, Andrieus, ut Teupalus Iliacorum ſcriptor.

ΑΝΔΡΟΣ[33], νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἐκλήθη ἀπὸ Ἄνδρος τοῦ Εὐρυμάχου. ἢ τοῦ Ἀνανίου D ἀδελφοῦ, τοῦ πατρὸς [34] τῶν Οἰνοτρόπων. Τινὲς δέ φασιν Ἀνδρέα τεῦτον, καὶ Ἀνανίου παῖδα. Τὸ ἐθνικὸν Ἄνδριος, ὡς Λυδὸς, Κνίδιος, Μυὸς. ANDROS, inſula una Cycladum. Sic verò fuit vocata ab Andro Eurymachi, vel Ananii fratre OEnotroporum patre. Quem aliqui dicunt Andrieum, & Ananii filium. Gentile, Andrius, ut Lyndius, Cnidius, Myndius.

ΑΝΕΜΩΡΕΙΑ[35], πόλις Φωκίδος, ἡ νῦν E Ἀνεμώλεια. Ὅμηρος· ANEMORIA, urbs Phocidis, quæ nunc *Anemolia* dicitur. Homerus:

[36] Οἵτ' Ἀνεμώρειον, καὶ Τάμπολιν ἀμφενέμοντο.

Quique Anemoriam, & Hyampolin circumhabitabant.

[37] Καὶ Λυκόφρων· Et Lycophron:

Πάτραν, Λίλαιαν, Ἀνεμωρείας πέδον. F *Patriam, Lilæam, Anemoriæ campum.*

Ὠνόμα- Sic

[31] Ἄνδειρα, πόλις ἀδελέρως, &c.] Andira, ſeu Andera neutro plurali. Utroque enim modo ſcribi poteſt apud Latinos, qui Græcorum ει per ι, vel per e in Latinum ſermonem amant transferre, ut γυναικεῖον, μυστεῖον, ἀργυρεῖον, καλλιστεῖον & alia hujus farinæ ſexcenta; Andira verò cujus regionis fuerit urbs, Epitomator noſter omiſit dicere. Strabo lib. 13. ex quo noſter ſua tranſcripſit, nos docet fuiſſe urbem Lelegum, quo in libro refert, quæ noſter de lapide illo, qui plures formas quam Proteus videtur accipere, nec non de Andirena Deorum matre. Audi eum loquentem: Μεθ' ἣν Σκῆψιν Ἄνδειρα, καὶ Πιόνια, καὶ ἡ Γαργαλὶς. Ἔστι δὲ λίθος περὶ τὴν Ἄνδειραν, ὃς καιόμενος σίδηρος γίνεται, εἶτα μετὰ γῆς τινος καμινευθεὶς ἀποστάζει ψευδάργυρον, ἢ περισταλὲν χαλκὸν τὸ καλούμενον γίνεται κράμα, ὃ τινες ὀρείχαλκον καλοῦσι. i. e. *Poſt Scepſin verò ſunt Andira, & Pionia, & Gargaris, eſt verò lapis circa Andiram, qui uſtus, fit ferrum, deinde cum terra quadam in camino excoctus ſtillat pſeudargyrum* i. e. falſum argentum, *quæ accipiens æs, temperamentum fit, quod aliqui* orichalcum *vocant.* Utrum igitur Strabo ex Auctore noſtro, an verò Auctor noſter ex Strabone corrigendus ſit, tuum eſto judicium; ego enim de his ἐπέχω.

[32] Οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ μήτηρ τῶν Θεῶν ἐκεῖ.] Andirena *mater Deorum* vocabatur apud Andirenos, quod teſtatur Strabo lib. 13. hiſce verbis: Ὑπὸ δὲ τοῖς Ἀνδείροις ἱερόν ἐστι μητρὸς Θεῶν Ἀνδειρηνῆς ἄγιον, &c. i. e. *Sub Anderis verò fanum eſt Matris Deorum* Andirenæ *ſacrum*, &c.

[33] Ἄνδρος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, &c.] Andros, inſula una Cycladum. Cyclades verò inſulæ dictæ fuere, quod circa Delum in orbem ſitæ fuerint, cujus rei locupletem habeo teſtem Plinium lib. 2. c. 12. Nat. Hiſt. Andros verò nomen accepit, ut inquit noſter, ab Andro Eurymachi, vel Ananii fratre, quam primam Cycladum ex Myrſilo *Cauron*, deinde *Antandron*, ex Callimacho *Laſiam*, ex aliis *Nonagriam*, *Hydruſſam*, *Epagrin* cognominatam fuiſſe affirmat Plin. libro, capiteque citato. Dignum eſt pro inſtituti noſtri ratione, ut referatur lepidum illud *Andriorum* apophthegma ad Themiſtoclem, qui cum ad eos ab Athenienſibus pecuniæ cogendæ cauſa miſſus eſſet, duabus ſe Deabus comitatum ad eos venire dicebat, *Suadâ*, & *Violentiâ*. Andrii ſatis urbanè, alias duas ſe habere Deas dicebant, *Paupertatem*, & *Impotentiam*. Memoratur Ovid. Metam. lib. 7.

At non Oliaros, Didymeque, & Tenos, & Andros.

Juvenali Sat. 3. v. 70.

Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis
Eſquiliæ, dictumque petunt à vimine collem.

[34] Τῶν Οἰνοτρόπων.] Qui fuerint hi OEnotropi, nedum Antiſthenis, vel Diogenis lucernâ quæſitos inveniri poſſe exiſtimo. Legeſis Οἰνοπίων.

[35] Ἀνεμώρεια, πόλις Φωκίδος, ἡ νῦν Ἀνεμώλεια.] Anemoria, urbs Phocidis, quæ ætate Stephani, vel Epitomatoris dicebatur *Anemolia*. Præſtat de ea audire loquentem Geographum lib. 9. Ἡ δὲ Ἀνεμώρεια ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους· καλαιάζει γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ καλούμενος Καλαπλήκτης χώρος, κρημνός τις, ἀπὸ τοῦ Παρνασσοῦ διήκων· ὅθεν δὴ καὶ ὁ τόπος οὗτος Δελφῶν καὶ Φωκέων, &c. i. e. *Anemoria verò nominata eſt ab eventu: etenim procellas cum impetu immittit in eam, locus nomine* Catopterius, *præceps à Parnaſſo eò pertingens. Terminus verò erat locus hic Delphorum & Phocenſium, &c.* Καλαπλήκτου χώρου dicitur Straboni, qui noſtro Καλαπλήκτου χωρίου.

[36] Οἵ τ' Ἀνεμώρειον, &c.] Eſt Homericus verſiculus, qui invenitur Il. 2. v. 521. ubi ſcribitur Οἵ τ' Ἀνεμώρειαν, ac ſic ſcribendum eſt. Mirum eſt Strabonem libro ſupra citato aſſerere *Anemoriam*, quæ ab aliquibus *Anemolia* dicebatur, poſtea *Hyampolim* vocatam fuiſſe, cum utramque tanquam diverſam in hoc verſiculo celebret Homerus.

[37] Καὶ Λυκόφρων, &c.] Affert verſiculum etiam Lycophronis in quo pro Ἀνεμωρείας πέδον lege ex ipſo Lycophrone κ' Ἀνεμωρείας πέδον. Ad quem locum ejus Scholiaſtæ verba ſunt, Λίλαια, καὶ Ἀνεμώρεια, &c. i. e. *Lilæa, & Anemoria, & Amphiſa, & Abæ, urbes ſunt Phocidis, Anemoria verò ſic vocata fuit, quod eſſet frigida & ventoſa.*

[38] Ὠνόμα-

38 Ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος.39 Ὑπερκεῖται γὰρ αὐτῆς τὸ καλούμενον Κατοπτήριον χωρίον, δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγιζόμενον πανταχόθεν. Ἔστι δὲ μεσόγειον Φωκίδος, καὶ Δελφῶν, κεκλιμένη ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ. Ὁ πολίτης Ἀνεμωρεύς, ὡς Λυκωρεὺς Ἀπόλλων.

Sic verò fuit vocata ab accidente. Situs enim supra eam est locus, quod vocatur *Catopterium*, quod diu, noctuque procellis, ac ventis undique invaditur. Est verò confinium Phocidis & Delphorum, sita in alto colle. Civis, Anemorieus, ut Lycoreus Apollo.

ΑΝΗΤΟΥΣΣΑ. Ὁ πολίτης Ἀνητουσσαῖος, ὡς Σκοτουσσαῖος, ὡς Πολυΐστωρ φησίν. Ἔστι δὲ πόλις Λιβύης.

ANETUSSA. Civis, Anetusæus, ut Scotusæus, ut inquit Polyhistor. Est verò urbs Lybiæ.

ΑΝΘΑΝΑ 40, πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑκαλὸν. Κέκληται ἢ, ὡς Φιλοστέφανος, ἀπὸ Ἄνθους τοῦ Ποσειδῶνος, οὗ κλεομένης ὁ Λεωνίδου ἀδελφὸς ἀνελὼν, καὶ ἐκδείρας, ἔγραψεν ἐν τῷ δέρματι τὰς χρησμὰς τηρεῖσθαι. Χάραξ, Ἀνθηνέα αὐτὴν φησιν. Ὁ πολίτης, Ἀνθανεύς. Ἔστι καὶ Ἀρκαδίας πόλις.

ANTHANA, urbs Laconiæ, una ex centum. Sic verò fuit vocata, ut Philostephanus, ab *Anthe* Neptuni filio, quem Cleomenes Leonidæ frater occidens atque adempta pelle in ea scripsit oracula servari *oportere*. Charax *Anthenen* eam vocat. Civis, Anthaneus. Est etiam Arcadiæ urbs.

ΑΝΘΕΙΑ 41, πόλις Πελοποννήσου, τῶν ἑπτὰ Ἀγαμέμνονος, ὡς Φίλων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνθεύς. Ἔστιν Ἄνθεια καὶ ἑτέρα Ἑλλησπόντου πόλις, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ, Μιλησίων καὶ Φωκαέων ἄποικος· ἧς μέμνηνται πολλοὶ, καὶ Φιλέας. Ἔστι καὶ κώμη Λιβύης. 42 Ἔστι καὶ Ἰταλίας, Ῥώμης πλησίον, ἥτις καὶ Ἄντιον μετωνομάσθη, ὡς εἰρήσεται.

ANTHIA, urbs Peloponnesi, prope Argos, ut Philo. Gentile, Antheus. Est etiam Anthia Hellespontiurbs prope Thraciam Milesiorum, & Phocensium colonia, cujus meminere multi; nec non Phileas. Est & pagus Libyæ. Est & Italiæ prope Romam quæ Antium mutato nomine fuit vocata, ut dicetur.

ΑΝΘΕΜΟΥΣ 43, πόλις Μακεδονίας, 44 καὶ Συρίας, ἀπὸ Ἀνθεμοῦντος. Ὁ πολίτης, Ἀνθεμούσιος, καὶ Ἀνθεμουσία. 45 Ἔστι καὶ Ἀνθεμοῦς λίμνη Μαριανδυνῶν, ὃν Ἀπολλώνιος Θαλύσιος ἐν τῇ Ἀργοναυτικῇ, Ἀνθεμοεισίδα φησίν.

ANTHEMUS, urbs Macedoniæ, & Syriæ, sic dicta ab Antemunte. Civis, Anthemusius & Anthemusia. Est etiam Anthemusis palus Mariandynorum, cujus nomen Apollonius dissolvens in Argonautica, Anthemoisidem vocat,

ΑΝΘΗΔΩΝ 46, πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος·

—— Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν.

ANTHEDON, urbs Bœotiæ. Homerus:

—— *Anthedonaque ultimam.*

47 Ἀπὸ Ἀνθηδόνος τοῦ Διός, τοῦ Ἄνθου, τοῦ Ποσειδῶνος, Sic verò fuit vocata ab Anthedone Jovis, Anthæ,

38 Ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος.] Anemoria dicta est ab accidente, i. e. ἀπὸ τοῦ ἀνέμου. i. e. *à vento.*

39 Ὑπερκεῖται γὰρ αὐτῆς τὸ καλούμενον κατοπτήριον χωρίον, &c.] Sunt verba hæc & præcedentia ex Strabonis lib. 9. paulum immutata, quæ, ut apud eum leguntur, nota præcedenti 35 attulimus.

40 Ἀνθάνα, πόλις Λακωνικὴ, μία &c.] Anthana, urbs Laconica, una ex centum, quas Laconica habebat, memoratur inter alios Thucydidi lib. 5. Plinio lib. 4. c. 5. apud quos nihil de ea quod referri mereatur, inveniebam.

41 Ἄνθεια, πόλις Πελοποννήσου, &c.] Anthia, urbs Peloponnesi, quæ erat una ex septem, quas Agamemnon apud Hom. Il. 9. v. 149. promittit Achilli. Memoratur etiam Straboni lib. 8. quam nonnulli eamdem esse, ac *Thuriam* intelligebant, ut idem tradit libro citato.

42 Ἔστι καὶ Ἰταλίας, Ῥώμης πλησίον, &c.] Anthia est etiam Italiæ urbs prope Romam, quæ *Antion* postea vocata fuit, de qua videsis, quæ in Ἄντιον annotamus.

43 Ἀνθεμοῦς, πόλις Μακεδονίας.] Anthemus, untis, urbs Macedoniæ memoratur inter alios Plinio lib. 4. Nat. Hist. cap. 10.

44 Καὶ Συρίας, ἀπὸ Ἀνθεμοῦντος.] Anthemûs etiam fuit urbs Syriæ, quam Tacitus Annal. lib. 6. c. 41. *Anthemusiada* vocat, Ptolem. lib. 5. c. 18. Anthemusiam Mesopotamiæ regionem memorat, in qua verosimile est fuisse Anthemuntem urbem, quam Trajanum cepisse referunt Sextus Rufus in suo Breviario, & Paul. Diaconus Hist. Miscellæ lib. 10. cui *Antemusium* dicitur; nihil interest, quod alii Syriæ, alii Mesopotamiæ adscribant. Nam Syria comprehendebat Mesopotamiam; eadem fuit urbs. Regionem Mesopotamiæ Anthemusiam hodie *Aliduli* dici dicunt.

45 Ἔστι καὶ Ἀνθεμοῦς λίμνη, &c.] Anthemusis, palus Mariandynorum, quam Apoll. Argonautic. lib. 2. v. 726. vocat Ἀνθεμοεισίδα; Mariandyni verò erant populi ὁμόροι Παφλαγόσι, auctore Apollonii Scholiasta ad versum citatum.

46 Ἀνθηδών, πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος.] Anthedon, urbs Bœotiæ ex Homero, apud quem invenitur illud hemistichium Il. 2. v. 508. ubi Eustathius: Ἡ δὲ Ἀνθηδὼν καλεῖται διὰ ἔτος, &c. i. e. *Anthedon vero sic quidem vocatur propter ejus florida, vel ab Anthedone, vel Anthio Neptuni pronepote. Incoluerunt eam Thraces, quare Lycophro Threïciam Anthedona inquit.* Eam etiam celebrat Strabo lib. 9. & ipsissimum Homeri hemistichium affert. Audi sis eum loquentem: Μετὰ δὲ Σαλγανέα Ἀνθηδὼν πόλις λιμένα ἔχουσα, ἐχάτη τῶν Βοιωτικῶν παραλίας τῶν πρὸς Εὔβοιαν, καθάπερ καὶ ὁ Ποιητὴς εἴρηκεν, &c. i. e. *Post Salganeum Anthedon urbs est portum habens, ultima Bœotici littoris, quod ad Eubœam, quemadmodum & Poëta dixit:*

—— *Anthedonaque ultimam.*

47 Ἀπὸ Ἀνθηδόνος, τοῦ Διός, τοῦ Ἄνθου, τοῦ Ποσειδῶνος, &c.] Multò diversa est hæc Anthedonis genealogia, ab illa, quam ex Eustathio attulimus nota præcedenti, sed nihil mirum. Adhuc etiam hodiè in nobilissimis familiis res eodem modo se habet.

νος, ἡ Ἄλκης τ᾽ Ἄβαντ(ος). [48] Σωφίκιον δ᾽ αὐτὴν Θρᾷκες, ὡς Λυκόφρων·

Ἀ ς ῷ σώοικ(ον) Θρηικίας Ἀνηδόν(ον).

Ἡ Ἀνηδὼν τὸ πασῶν ἀνθηροτάτην εἶναι. [49] Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις παλαιὸν Γάζης, πρὸς τῷ Βδελίῳ μέρει. [50] Ὁ πολίτης τ᾽ προτέρας, Ἀνηδώνιος. Ἔστι καὶ λιμὴν Ἀνηδώνιος. Ἀνικήτων παγκρατιαστὴς Ἀνηδώνιος· καὶ Λεωνίδης ζωγράφος, Εὐφράνορος μαθητὴς, Ἀνηδώνιος. Τῆς δευτέρας ὁ πολίτης, Ἀνηδωνίτης.

thæ, Neptuni & Alcæ Abantis *filiæ*, *filio*. Condidere eam Thraces, ut Lycophron:

Civi contubernalis Threïciæ Anthedonis.

Vel quod omnium florentissima esset. Est & alia urbs prope Gazam ad partem maritimam. Civis prioris, Anthedonius. Est etiam Anthedonius portus. *Anenicon* pancratiastes fuit *Anthedonius* dictus; & *Leonides* pictor Euphranoris discipulus. Civis secundæ, Anthedonites.

Ἀνθήλη [51], κώμη· Ἡρόδ(οτος) ἑβδόμῃ. Ἡρωδιανὸς δὲ πόλιν αὐτὴν φησι, καὶ ἄλλοι. Καὶ Ἀνθηλὼν ἐκλήθη. Τὸ ἐθνικὸν Ἀνθηλαῖος. Καὶ, Ἀνθηλώνηθεν ἴκανο.

ANTHELA, vicus; Herodotus lib. 7. Herodianus verò urbem esse inquit; nec non alii. Vocata quoque fuit *Anthena*. Gentile, Anthenæus. Localia, ex-Anthena, ut ex-Anthena veniunt.

Ἄνθιον [52], πόλις Ἰταλίας· Κυάδρ(ος) ἐν δευτέρᾳ Ῥωμαϊκῆς Χιλιάδ(ος). Ὁ πολίτης Ἀνθιανὸς, ὡς αὐλός.

ANTHIUM, urbs Italiæ; Quadratus libro secundo Romanæ Chiliadis. Civis, Anthianus, ut idem.

Ἄνθυλλα [53], πόλις Αἰγύπτου. Ἡρόδ(οτος) δευτέρᾳ· Τελέων δὲ ἡ μὲν Ἄνθυλλα ἐοῦσα λογίμη πόλις ἐς ὑποδήματα ἐξαιρέτως. Τὸ ἐθνικὸν Ἀνθυλλαῖος, ὡς Ἄβολλα Ἀβολλαῖος· καὶ Ἀνθυλλίτης, ἀφὰ τὸ τύπον.

ANTHYLLA, urbs Ægypti. Herodotus libro secundo. *Harum quidem Anthylla cum sit celebris urbs, in calceamenta peculiariter.* Gentile, Anthyllæus, ut Abolla, Abollæus; nec non Anthyllites ex forma illic consueta.

Ἄννα [54], πόλις τ᾽ Ἰουδαίας, ὑπὲρ Ἱερεχοῦν(τα). [55] Τὸ ἐθνικὸν Ἀνναν(ε)ίτης, ὡς Ἰώσηπ(ος)· καὶ Ἀνναν(ε)ιανὸς, ἀπὸ Ἀνναν(ε)ίας.

ANNA, urbs Judææ supra Hierichuntem. Gentile, Annanites, ut Josephus; & Annanianus ab Annania.

Ἀννίχωρον· μέμνηται Ἀλκμάν. Οἱ οἰκοῦντες, Ἀννίχωροι, καὶ Ἀννίχωρες, πλησίον Περσῶν κείμενοι.

ANNICHORUM; hujus meminit Alcman. Habitatores, Annichori & Annichores, prope Persas siti.

Ἀνταιοπόλις [56], πόλις ἐν Αἰγύπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνταιοπολίτης. Λέγεται καὶ Ἀνταίων, ὡς Ἀκταίων· ἀφ᾽ οὗ ἡ πόλις.

ANTÆOPOLIS, urbs in Ægypto. Gentile, Antæopolites. Dicitur etiam Antæon, ut Actæon, à quo urbs.

Ἄν-

AN-

48 Σωφίκιον δ᾽ αὐτὴν Θρᾷκες, ὡς Λυκόφρων.] Anthedonem incoluisse Thraces, inquit, ex Lycophrone, cujus affert versiculum, ad quem ejus Scholiasta sententiam nostri Auctoris confirmat.

49 Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις παλαιὸν Γάζης, &c.] Fuit alia *Anthedon* prope Gazam, cujus nomen rex Herodes in *Agrippiadem* mutavit, ut memoriæ prodidit Josephus Antiquit. lib. 13. c. 21. ejus etiam meminit Euseb. Chronic. Can. apud quem pro Ἀγρίππειον legendum est Ἀγριππιάδα. Agrippium enim non fuit nomen urbis, sed domus cujusdam regiæ, quam Herodes ædificavit, ut apparet ex Josepho de Bello Judaïco lib. 1. c. 16.

50 Ὁ πολίτης τ᾽ προτέρας, Ἀνηδώνιος.] Cum duas memoraverit hujus nominis urbes, scilicet Anthedonem Bœotiæ, & Anthedonem Palæstinæ; prioris ethnicum, inquit, esse Anthedonius, posterioris, Anthedonites, seu ore Latino Anthedonita; sed hoc non adeò exactè solet observari.

51 Ἀνθήλη, κώμη· Ἡρόδ(οτος) ἑβδόμῃ.] Anthele, vicus ex Herodoti lib. 7. apud quem non vicus, sed urbs vocatur, de qua nihil memoratu dignum memoriæ prodidit.

52 Ἄνθιον, πόλις Ἰταλίας.] Vide sis, quæ de hac Italiæ urbe in Ἀθηναία annotamus.

53 Ἄνθυλλα, πόλις Αἰγύπτου, Ἡρόδ(οτος) δευτέρᾳ.] Anthylla, urbs Ægypti ex Herodoti lib. 2. cujus affert mutila verba, integra verò sunt: Τελέων δὲ ἡ μὲν Ἄνθυλλα ἐοῦσα λογίμη πόλις ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος διδοῦσα τῷ αἰεὶ βασιλεύοντι Αἰγύπτου τῇ γυναικί, &c. i. e. *Harum verò urbium* Anthylla, *quæ est insignis urbs datur peculiaris in calceamenta uxori semper ejus, qui in Ægypto regnat, quod factum est, ex quo Ægyptus fuit ditionis Persarum.* Noster pro ἐξαίρετος, legisse videtur ἐξαιρέτως.

54 Ἄννα, πόλις τ᾽ Ἰουδαίας, ὑπὲρ Ἱερεχοῦν(τα).] Anna, urbs Judææ supra Hierichuntem (pro Ἱερεχοῦν(τα) lege Ἱεριχοῦν(τα)) ex Josepho, hæc Judææ urbs non vocatur à Josepho Anna, ut inquit noster, sed Aïnan. Audi eum loquentem lib. Antiquit. quinto, cap. primo: Πέμπτῃ πεζικλεῖς ὁπλίτας ἧκεν εἰς Ἄϊναν πόλιν, &c. i. e. *Mittit Jesus in* Aïnan *urbem supra Hierichuntem sitam tria millia armatorum.* Hæc urbs Hebraïce dicitur עי *Hai* Josuæ c. 7. v. 2. Septuaginta senes vertunt *Gai*. Nam ע litteram gutturalem 70 senes per *g* amant vertere, ut עמורה *Amorah*, Gomorra, עזה Aza, *Gaza*; ex eodem Josuæ c. 8. v. 29. constat filios Israël sub eodem duce cepisse hanc urbem, & eam combussisse, ejus rege suspenso.

55 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνναν(ε)ίτης, ὡς Ἰώσηπ(ος).] Gentile urbis Aïnan, non dicitur Josepho Annanites, ut inquit noster, sed Aïnaites. Ejus enim oppidanos vocat *Aïnaitas*, qui Hebraïcè Josuæ capite citato v. 20. dicuntur אנשי העי *anse ha Hai*, i. e. *viri Hai*; incolas enim urbium Hebræi vocant *viros* seu *homines* addito urbis nomine, unde Judas Iscarioth, i. e. *vir Carioth*, i. e. *incola Carioth*, à quo factum est Iscariothes.

56 Ἀνταιόπολις, πόλις ἐν Αἰγύπτῳ.] Antæupolis, seu Antæopolis, ac si diceres *Antæi civitas*, quam memorat Plutarchus in libro de solertia animalium, ac mirum quid refert, quod à Philino quodam oculato teste audierat, scilicet in hac urbe se vidisse vetulam cum crocodilo dormientem.

57 Ἄν-

Ἀ ΝΤΑΝΔΡΟΣ [57], πόλις ὑπὸ τῷ Ἴδῃ, πρὸς τῇ Μυσίᾳ τῇ Αἰολίδι, ἀπὸ Ἀνταάνδρου τοῦ στρατηγοῦ Αἰολέων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνταάνδριος. Ἀριστοτέλης φησὶ ταύτην τὴν ὠνομάσθαι Ἡδωνίδα, Κιμμερίων ἐνοικούντων ἔτη ἑκατόν. Τὰ ἐθνικὰ τῇ μὲν Ἡδωνίδι, Ἡδωνοί· τῇ δὲ Κιμμερίᾳ, Κιμμέριοι.

ANTANDROS, urbs sub Ida prope Mysiam Æolidis, sic dicta ab Antandro Æoleorum duce. Gentile, Antandrius. Aristoteles ait hanc vocari *Edonidem*, Cimmeriis incolentibus per centum annos. Gentilia ab Edonide, Edoni; à Cimmeria, Cimmerii.

Ἀ ΝΤΕΜΝΑ [58], πόλις Σαβίνων, μία τῶν ἀνῃρημένων Ῥωμύλῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀντεμνάτης, ὡς Ῥαβεννάτης.

ANTEMNA, urbs Sabinorum, una ex illis quæ Romulo restiterunt. Gentile Antemnates, ut Ravennates.

Ἀ ΝΤΕΙΑ [59], πόλις Ἰταλίας, ὑπήκοος Ῥωμαίων. [60] Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Κίρκης παιδός. Ὀδυσσέως γὰρ καὶ Κίρκης υἱοὶ τρεῖς, Ῥῶμος, Ἄντεια, Ἄρδεια. Οἱ πολῖται Ἀντεάτης, ὡς Ἀρδεάτης. [61] Ἔστι καὶ Ἄντιον πόλις ἑτέρως, μητρόπολις Λαυρεντοῦ τῆς Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀντιάτης, ὡς Σαυνιάτης.

ANTIA, urbs Italiæ, Romanis subdita. Sic verò fuit vocata à Circes filia. Ulyssis enim ex Circe tres fuere liberi, Romus, Antia, Ardia. Civis, Anteates, ut Ardeates. Est etiam Antium urbs neutro genere, post Lorentum Italiæ. Gentile, Antieus, Sunieus.

Ἀ ΝΤΙΓΟΝΕΙΑ [62], πόλις Χαονίας ἐν Ἠπείρῳ.

ANTIGONA, urbs Chaoniæ in

57 Ἄνδρος, πόλις ὑπὸ τῷ Ἴδῃ, &c.] Antandros, urbs sub Ida monte prope Mysiam Æolidis, quæ tria nomina innuit habuisse Epitomat. noster. Ea verò erant, *Antandros*, *Edonis*, *Cimmeria*, plura inquit Plinius, audi eum loquentem lib. 5. c. 30. *Rursus in littore Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cimmeris, & Assos, eadem Apollonia.* Strabo lib. 13. Auctor est *Alexandriam* quoque vocatam fuisse, quod ibi à *Paride*, h. e. *Alexandro* Deæ judicatæ fuerint, ab Alcæo apud eundem auctorem libro citato *Lelegum urbs* dicitur, eam quoque memorat Poëtarum flos Æneid. lib. 3. v. 6.

—— *classemque sub ipsa*
Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ;

Ubi Servius: *Est autem civitas Phrygiæ dicta* Antandros, *vel quod de Andro insula eam condiderunt coloni, quasi ἀντὶ ἄνδρος, vel quia Græci venientes per Thraciam ceperunt Polydorum, pro cujus pretio hanc accepere civitatem, quæ ex facto nomen accepit, Antandros*, id est, *propter virum data.* Ne mireris Servium dicere, fuisse civitatem Phrygiæ, ac Epitomatorem nostrum fuisse sub Ida monte prope Mysiam Æolidis. Mysia enim Æolidis erat in Troade, cui finitima erat Phrygia. Auctor etiam noster ejus nominis etymologiam deducit ab Antandro Æolensium duce; ac Servius alias affert, quod in hujusmodi rebus est tralatitium.

58 Ἄντεμνα, πόλις Σαβίνων &c.] Antemna, urbs Sabinorum, una ex illis, quæ Romulo restiterunt. Subintelligit bellum, quod memorat Dionys. Halicarnass. lib. 2. Latinis, ut plerumque dicitur numero plurativo Antemnæ, id nominis tantundem est, ac ante amnem positæ, *turrigeras* vocavit, qui omnes omnium Poëtarum laudes meretur, Æneid. lib. 7.

Quinque adeo magnæ positis incudibus urbes
Tela novant, Atina potens, Tiburque superbum,
Ardea, Crustumerique, & turrigeræ Antemnæ.

Ubi Servius *Turrigeræ Antemnæ, bene muratæ. Antemnæ autem dictæ sunt, quod eas amnis præterfluerit, quasi ante amnem positæ.*

59 Ἄντεια, πόλις Ἰταλίας, ὑπήκοος Ῥωμαίων.] Antia, urbs Italiæ fuit, quæ quia variis modis scribitur, scilicet Ἄντεια, Ἄνθεια, Ἄνδιον, Ἄντιον, noster ex singulis nominibus singulas civitates fecit, cum Italiæ; tum Sabinorum, Liv. lib. 6. Volscorum fuisse urbem tradit, quæ *Antium* plerumque dicitur Latinis. Incolæ Antiates: Fuit urbs maritima. Nam ejus naves, cum oppidani devicti fuissent à Romanis, & eis interdictum mari, partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ fuerunt, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit, *Rostraque* templum appellatum, referente Livio libro octavo, capite vigesimo quarto, hoc oppidum illustrabat Fortunæ Equestris celebre templum, ad quam est illa Venusini vatis Ode carm. libro primo Od. trigesima quinta, in qua obsecrat Fortunam Deam, ut Cæsarem servet iturum in ultimos orbis Britannos:

O diva, gratum, quæ regis Antium.

Cujus templum fuit maximè celebre, multorum etiam principum virorum donis exornatum, ut inibi narrat ejus vetus Scholiasta. In hoc templo depositum fuit donum illud, quod voverunt equites Romani pro valetudine Augustæ, ut rerum monumentis tradit Tacitus Ann. lib. 3. in quo etiam sortes fuisse auctor est Sueton. in Caligula c. 57. *Monuerunt & sortes Antiatinæ, ut à Cassio caveret.* Hic Cassius fuit, qui occidit Caligulam; sed hujusmodi res facile post eventum excogitantur.

60 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Κίρκης παιδός.] Antia urbs Italiæ vocata fuit ab Antia filio Circes & Ulyssis. Sunt Græcorum nugamenta. Græci enim ut hanc sibi gloriam acquirerent, tres Ulyssis ex Circe filios finxere, *Romum*, *Antiam*, *Ardeam*, de quorum nominibus nomen Romæ, Antio, Ardeæ, urbibus Italiæ impositum fuisse fabulabantur.

61 Ἔστι καὶ Ἄντιον, πόλις ἑτέρως &c.] Antion neut. gen. urbem, post Lorentum Italiæ celebrat. Eadem erat urbs, ut observatione 59 annotavimus, quæ *Antium* dicitur Latinis; in quam antiquitus colonos Romanos missos fuisse testatur Liv. lib. 3. *Antium, propinquam, opportunam, & maritimam urbem coloniam deduci posse, ita sine querelis possessorum plebem in agros ituram; civitatem in concordia fore; hæc sententia accepta est; Triumviros agro dando creat. T. Quintium, A. Virginium, P. Furium. Jussi nomina dare, qui agrum accipere vellent, fecit statim, ut fit, fastidium copiæ, adeoque pauci nomina dedere, ut ad explendum numerum coloni, Volsci adderentur.* Sub Nerone etiam veterani in ejus colonos adscripti sunt, qui, *Natam sibi* (sunt Taciti verba ex Annal. 15. c. 20.) *ex Poppæa filiam Nero ultra mortalium gaudium accepit, appellavitque Augustam, dato & Poppææ eodem cognomento, locus puerperio colonia Antium, ubi ipse generatus erat.* Strabonis ætate erat dicata Principum otio & vacationi civilium occupationum; ubi multa ideo erant magnifica ædificia ad hujusmodi ἐπιδημίας, ut memoriæ prodidit idem auctor lib. 5. cujus sunt verba: Ἐξῆς δ' ἐστὶν Ἄντιον, ἀλίμενον καὶ αὐτὴ πόλις· ἵδρυται δ' ἐπὶ πέτρας· διέχει δὲ τῆς Ὄστιας περὶ ἑξήκοντα σταδίους. Νῦν μὲν οὖν ἀνέστραται τοῖς ἡγεμόσιν, εἰς σχολὴν καὶ ἄνεσιν τῶν πολιτικῶν &c. id est, *Deinde verò est Antium importuosa & ipsa urbs, saxis fita; distat autem ab Ostia* CCLX *stadiis. Hodie dicatur principum otio & vacationi civilium occupationum, cum occasionem capiunt, ac propterea sumptuosa illic sunt ædificia permulta.* Mirum est omnia tempus consumpsisse, quandoquidem eorum nedum vestigia remanent, de qua, si plura desideras, vide Leandrum Albertum in suo Latio, Cluverium Ital. Antiq. lib. 3. c. 7.

62 Ἀντιγόνεια, πόλις Χαονίας ἐν Ἠπείρῳ.] Antigonia, urbs Chaoniæ in Epiro, memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 14. Inter civitates Epiri mediterraneas Chaonum.

πείρῳ. Ὁ πολίτης, Ἀντιγονεύς. [63] Ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας, ἡ πρότερον Μαντίνεια. [64] Τρίτη, Μακεδονίας, Ἀντιγόνα κλίσμα, ὑπὸ Γονάτα. Τετάρτη, Βιθυνίας, πρὸς τῷ Δασκυλίῳ. [65] Πέμπτη, ἐν τῇ Συρίᾳ, πλησίον Ἀντιοχείας. Ἔστι καὶ φρούριον τῆς Κυζικηνῆς, ἀπέχον τῆς προαστερὰ θαλάττης ὡς σταδίους ν. Τὸ ἐθνικὸν, τὸ αὐλό.

in Epiro. Civis, Antigoneus. Eſt etiam urbs Arcadiæ, quæ prius *Mantinea* vocabatur. Tertia Macedoniæ ab Antigono condita Gonatæ filio. Quarta, Bithyniæ, prope Daſcylium. Quinta in Syria, prope Antiochiam. Eſt etiam caſtellum Cyzicenæ, à mari occiduo diſtans circiter 50 ſtadia. Gentile, idem.

ΑΝΤΙΚΟΝΔΑΛΕΙΣ [66], οἱ ἐν Βοιωτίᾳ Κόλοι Φρύγες, ὡς Ἀριστοφάνης, ὁ τοὺς Θηβαίους ὅρους γεγραφώς.

ANTICONDYLEI, Coli Phryges in Bœotia, ut Ariſtophanes, qui Thebanos terminos ſcripſit.

ΑΝΤΙΚΥΡΑΙ [67], πόλεις δύο· ἡ μία Φωκίδος, ὡς Δημήτριος ὁ Καλλατιανός· ἡ δὲ, ἐν Μαλιεῦσιν, ὡς Ἀπολλόδωρος. Ἐνταῦθά φασι τὸν ἑλλέβορον φύεσθαι, τὸ ἀγχιστα. Ὁ πολίτης Ἀνικυρεύς, ὡς Παλαιρεύς. Ἦν δέ τις Ἀνικυρεύς, ὃν τινά φασιν ἑλλεβορίσαντα τὴν Ἡρακλέα μανίαν. Καὶ Ἀνικυραῖος, ὡς Μάρκελλος ἰατρός.

ANTICYRÆ, urbes duæ; una Phocidis, ut Demetrius Callatianus; alia in Malieis, ut Apollodorus. Hic ajunt elleborum naſci urbanum. Civis, Anticyreus, ut Palæreus. Fuit autem *Anticyreus* vir quidam, quem ajunt elleboro purgaſſe *Herculem* poſt inſaniam. Dicitur etiam Anticyræus, ut Marcellus medicus.

ΑΝΤΙΓΟΝΙΣ, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Ἀντιγόνα. Ὁ φυλέτης Ἀντιγονεύς, ὡς Αἰγικορεύς.

ANTIGONIS, tribus Atticæ; ſic dicta ab Antigono. Tribulis, Antigoneus, ut Ægicoreus.

ΑΝΤΙΝΟΕΙΑ [68], πόλις Αἰγύπτου, Ἀντινόου παιδός.

ANTINOIA, urbs Ægypti; ſic dicta ab *Anti-*

63 Ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας, ἡ πρότερον Μαντίνεια.] Antigonia etiam erat urbs Arcadiæ, quæ prius *Mantinea* dicebatur, memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 16. utroque nomine; ſed Plinio Nat. Hiſt. lib. 4. c. 6. Antigonia, & Mantinea ſunt diverſæ Arcadiæ urbes, de quibus vide, quæ in Μαντίνεια annotamus.

64 Τρίτη, Μακεδονίας, Ἀντιγόνα κλίσμα, ὑπὸ Γονάτα.] Tertia Antigonia erat Macedoniæ urbs, ab Antigono Gonatæ filio condita, cujus meminit Plinius Nat. Hiſt. lib. 4. c. 10.

65 Πέμπτη ἐν τῇ Συρίᾳ, πλησίον Ἀντιοχείας.] Quinta Antigonia erat Syriæ prope Antiochiam, ex qua Antiochus Nicator Antiochiam a ſe conditam habitatores traduxerat; hæc verò Antigonia condita fuit ab Antigono Philippi filio; utriuſque teſtis eſt locuples Strabo lib. 16.

66 Ἀντικονδυλεῖς, οἱ ἐν Βοιωτίᾳ Κόλοι Φρύγες.] Lege Κοῖλοι Φρύγες, qui videntur eſſe ex populis Phrygiæ, qui ævo ceſſerunt, ut Berecyntes, de quibus Strabo ſub lib. 12. calcem.

67 Ἀνίκυρα, πόλεις δύο, &c.] Memorat duas hujus nominis urbes, alteram Phocidis, alteram apud Malienſes, de quibus præſtat audire loquentem Strabonem, cujus ex lib. 9. ſunt quæ ſequuntur verba: Εἶτα Ἀνίκυρα, ὁμώνυμον τῇ κατὰ τὸν Μαλιακὸν κόλπον, καὶ τοῦ Οἴτου. Καὶ δὴ φασιν ἐκεῖ τὸν ἑλλέβορον φύεσθαι τὸν ἀγχιστα, ὑπὸ τοῦτο ἀποπλεῖν δοῦρο πολλοὺς καθάρσεως καὶ θεραπείας χάριν, &c. id eſt, *Deinde Anicyra, ejuſdem nominis cum ea, quæ ad ſinum Maliacum, & OEtam; & dicunt illic elleborum naſci urbanum*, i. e. *optimum, hic verò melius apparari: & propterea proficiſci huc multos purgationis ſanitatiſque cauſa.* Naſci enim in Phocica Anticyra medicamentum quoddam ſeſami ſimile, quò OEtæum elleborum apparatur. Aulus Gellius lib. 17. c. 15. & Plinius Nat. Hiſt. lib. 25. c. 5. memoriæ prodidere, *Carneadem* Academicum elleboro ſtomachum purgaſſe ſcripturum adverſus *Zenonis Stoici* decreta, & Livium Druſum tribunum plebis cum comitialem morbum pateretur Anticyram navigaſſe, & in ea inſula elleborum bibiſſe, atque ita morbo liberatum. Profectò ſi hoc pro comperto haberetur, plurimi ad hanc inſulam navigarent, ut Medicis medium poſſent oſtendere digitum. Hinc exiſtimo ortum eſſe adagium, *Naviget Anticyras*, quo uſus eſt Horat. ad notandum quemdam Stoicum inſanum Sat. lib. 2. Sat 3. Anticyra ſumitur pro elleboro ipſo apud Juvenalem Sat. 13. v. 97.

—— *pauper locupletem optare podagram*
Nec dubitet Ladas, ſi non eget Anticyra, nec Archigene.

Eadem ſignificatione uſurpatur etiam à Perſio Sat. 4. v. 16.

—— *Anticyras melior ſorbere meracas?*

68 Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, Antinoëa, vel Antinoë, vel Antinoia, vel Antinoi civitas. Sic enim ejus nomen reperitur apud ſcriptores. Fuit Ægypti civitas, nomen adepta ab Antinoo Adriani imperatoris catamito, quæ etiam ab ipſo Adriano *Adrianopolis* dicebatur, quam condidiſſe in Antinoi honorem refert Amm. Marcell. lib. 22. c. 40. & eam in Ægypti Thebaide regione locat. Audi eum loquentem: *Igitur Thebais multas inter urbes, clariores aliis Hermopolim habet, & Coptum, & Antinoon, quam Adrianus Cæſar in honorem Antinoi ephebi condidit ſui.* Antinoon vocat Amm. quæ Pauſaniæ lib. 8. dicitur *Antinoe*. Fuit Antinous ex Bithynio Bithyniæ civitate, quem adeo deperibat Adrianus, ut eum in Deos referret, & in ejus honorem, non ſolum templa & ſacerdotes, ſed etiam prophetas & agonem inſtituerit, & urbem condiderit, ut rerum monumentis tradunt Pauſan. libro citato, Spartianus in Adriano, Dio Caſſius lib. 69. Euſeb. Chronic. libro poſteriore, Caſaubonus in Spartianum in Hadriano, Scalig. in Euſeb. Chronologica ad N. 2140. Libet Pauſaniæ apponere verba: Ἐνομίσθη δὲ καὶ Ἀντίνοος σφίσιν εἶναι θεὸς, ναῶν τε ἐν Μαντινείᾳ νεωστὶ ὁ τοῦ Ἀντίνου ναὸς ἔστιν, &c. i. e. *Sanctitam verò fuit ipſis* (Mantinenſibus) *Antinum eſſe Deum, templorum autem Mantineæ recentiſſimum eſt* Antini templum, *quod eximie Imperator Adrianus exornavit. Ego eum cum hominibus adhuc exiſtentem non vidi, ſed in ſtatuis, & in picturis vidi. Habet & alibi honores, & ad Nilum urbs Ægyptiorum de ejus nomine* Antinus *appellata; colitur Mantineæ ob hujuſmodi cauſam. Genus ejus erat ex Bithynia ſupra Sangarium amnem, Bithyneſes verò Arcades & Mantineſes antiquitus fuerunt. Horum cauſâ divinos ei honores Mantineæ conſtituit Imperator, magna-feſtaque per ſingulos annos, & quinquennalem agonem. Domus in gymnaſio eſt Mantineſibus, in qua Antini ſigna ſervantur, tum reliquis ornamentis, tum lapidum nobilitate, tum verò pictis Antini imaginibus inſignis.* Notatu etiam digna ſunt verba Dionis ex libro ejus ſupra citato, Græcis relictis, ne nimium excreſcat liber, Latina appono: *In Ægypto quoque civitatem ædificavit Antinoi nomine. Erat Antinous ortus ex Bithynio, civitate Bithyniæ, quam* Claudiopolim *appellamus. Hic Antinous, cum in deliciis ejus fuiſſet, in Ægypto mortuus eſt, ſive quod in Nilum ceciderit, ut Hadrianus ſcribit, ſive quod immolatus fuerit, quod verum eſt. Nam cum Hadrianus maxime curioſus eſſet, ut ſupra dixi, tum verò divinationibus utebatur, & magicis artibus cujuſvis generis. Itaque Antinoum,*

παιδός. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀντινοεύς. [69] Ἐκλήθη ἡ πόλις καὶ Ἀδριανόπολις.

ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ [70], δέκα πόλεις ἀναγράφουσι. Εἰσὶ δὲ πλείους· πρώτη, Σύρων· δευτέρα, ἐκλήθη ἀπὸ Ἀντίοχου τοῦ Ἐπιφανοῦς, Λυδίας· [71] τρίτη, Μεσοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη, ἥτις ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων Ἀσίβη καλεῖται· ὅθεν Ἀπολλοφάνης ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος, Ἀσιβηνὸς, καὶ Φαρνοῦχος, Περσικὰς ἱστορίας συγγεγραφώς· ἥτις Νισίβη λεγομένη καὶ Νισιβὶς. [72] Τετάρτη, Πισιδίας. [73] Πέμπτη, μεταξὺ Κοίλης Συρίας, καὶ Ἀραβίας, Σεμιραμίδος. Ἕκτη, Κιλικίας, ὑπὸ τὰ Πυράμου. Ἑβδόμη, Πιερίας, ἣν Ἄραδον οἱ Σύροι καλοῦσιν. Ὀγδόη, ἡ ὑπὸ τὴν Καλλιρρόης λίμνης. [74] Ἐνάτη, ἐπὶ τῷ Ταύρῳ, ἐν Κομμαγηνῇ. Δεκάτη, ἐν Σκυθίᾳ. [75] Ἑνδεκάτη, Καρίας, ἥτις καὶ Πυθόπολις ἐκαλεῖτο. Ἀντιόχῳ γὰρ τῷ Σελεύκου [76] τρεῖς γυναῖκες ἐπέστησαν ὄναρ, κλίσαι πόλιν ἐν Καρίᾳ, ἑκάστη λέγουσα. Ὁ δὲ [illegible] μητέρα,

Antinoo puero. Gentile, Antinoëus. Vocata verò fuit urbs etiam *Adrianopolis*.

ANTIOCHIA, decem urbes hujus nominis memorantur; sed plures sunt. Prima, Syrorum; secunda, Lydiæ, ab Antiocho Epiphane, seu illustri; tertia, Mesopotamiæ, *Mygdonia* vocata, quæ ab incolis *Asibe* vocatur; unde *Apollophanes* Stoïcus philosophus, *Asibenus* fuit dictus, & Pharnuchus, qui historias Persarum conscripsit, quæ *Nisibe* & *Nisibis* dicitur; quarta, Pisidiæ; quinta inter Cælesyriam & Arabiam à Semiramide condita; sexta, Ciliciæ ad Pyramum; septima, Pieriæ, quam *Aradum* Syri vocant; octava, ad Callirrhoën lacum; nona, ad Taurum, in Commagena; decima in Scythia; undecima, Cariæ, quæ *Pythopolis* etiam vocabatur. Antiocho enim Seleuci filio inter somnia tres mulieres adstitere, ac singulæ dicebant, conderet urbem in Caria. Ille verò existimans esse matrem, & uxorem,

noum, qui vel ob amorem ipsius, vel ob aliam causam voluntariam mortem obierat (nam Adriano ad ea, quæ parabat, opus erat anima voluntaria) tanto honore affecit, ut urbem in eo loco, in quo ille obierat, colonis adductis ædificasset, & ab ejus nomine nominasset, & illius statuas, in omni, ut ita dicam, orbe habitato, seu potius simulachra dedicaverit, sidus etiam Antinoi ipse se videre dicebat, libenterque auscultabat eos, qui dicerent, verè ex Antinoi anima Stellam factam fuisse, & tunc primum apparuisse, sed Adrianus ob hanc causam irridebatur. Ea fuit Græcorum adulatio, ut Antinoum, volente Adriano consecraverint, oracula per eum dari asserentes, quæ Adrianus ipse composuisse jactabatur, cujus rei testes sunt Spartianus in Adriano & Hegesippus apud Eusebium, qui Prophetas etiam habuisse *Antinoum* inquit.

69 Ἐκλήθη ἡ πόλις, καὶ Ἀδριανόπολις.] Antinoëa, quæ in Antinoi honorem, de qua præcedenti nota egimus, ab Adriano in regione Ægypti Thebaide ædificata fuit. Vocata est etiam, inquit noster, ab ipso Adriano *Adrianupolis*, i. e. *Adriani civitas*. Fuit enim Adrianus maximè gloriæ ambitiosus, ac multas civitates *Hadrianopolis* appellavit, ut ipsam Carthaginem, & Athenarum partem, etsi titulos in operibus non amaret, ut narrat Ælius Spartianus in ejus vita.

70 Ἀντιόχεια, δέκα πόλεις ἀναγράφουσι. Εἰσὶ δὲ πλείους.] Agit de Antiochia Epitomator noster, cujus nominis tredecim memorat urbes. Omnium celeberrima fuit Antiochia Syriæ, hujus regionis caput, quæ sub se comprehendebat plurimas civitates, & regiones, utpote Phœniciam, Palæstinam, Judæam, Mesopotamiam & alias. Ejus cives dicebantur *Antiochenses*, quos Adrianus Cæsar ita odio habuit, ut Syriam à Phœnicia separare voluerit, ne tot civitatum metropolis *Antiochia* eorum civitas diceretur, ut refert Æl. Spartianus in Adriano. Strabo lib. 16. Auctor est eam condidisse *Seleucum Nicatorem*, & à patris nomine *Antiochiam* denominasse, ab Anonymo, quem Jacob. Gothofredus edidit, vocatur *totius Syriæ primaria urbs*, ubi dominus & οἰκιμήτης, inquit ille, sedet, Roman. Imperatorem intelligens. Romani enim Imperatores cum ad Syriam perveniebant, Antiochiæ sedem habebant. Dio Cassius lib. 58. tradit rerum monumentis, Imperatorem *Trajanum* in ea hyemasse, cum celebris ille terræmotus accidit, ex quo per fenestras ex ædibus, in quibus erat, effugit. Straboni libro supra citato dicitur *Tetrapolis*, quod ex quatuor urbibus constaret, quæ & singulæ suo, & omnes communi muro circumdarentur; Hebraïcè dicitur חמת *Chamath* Num. 34. v. 8. ut Rabi Selemoh Jarchi (quem Hebræi per *rase theboth*, h. e. *per literas* ejus nominis initiales *Rasi* vocant) celeberrimus in SS. commentator eodem loco asserit חמת היא אנטוכיא *Chamat hi Antochia*, id est, *Chamath, hæc*, h. e. *quæ Antiochia*; ego existimo hanc non esse Antiochiam Syriæ metropolim; meam sententiam confirmat *Justus* Hebræus in sua Tabula topographica Terræ Sanctæ: verosimilius est eam esse, quæ Amos c. 6. v. 2. dicitur חמת רבה *Chamath Rabah*, i. e. *Chamath magna*; at si Antiochia condita fuit à Seleuco Nicatore, nullo modo potest esse ea, de qua agit Amos, nec ea de qua agitur Num. capite citato. Illæ enim jam ante Seleucum erant. Sed potuit instaurare eam Seleucus; & Scriptores *urbium instauratores* vocant etiam *conditores*: ac Hebræi, quod esset sita in regione illa, quæ Hebraïcè dicitur ארץ חמת *erets Chamath*, h. e. *terra Chamath*, ideo eam vocarunt *Chamath*. Ejus etiam meminit Benjamin Tudelensis in suo Itinerario; nec non Joan. Tzetzes Hist. Chil. 7. Hist. 118. Plinius Nat. Hist. lib. 5. c. 21. auct. est *Epiphanem* cognominatam fuisse, Straboni lib. 15. Antiochia ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, i. e. *ad Daphnem* dicitur, ubi Nicolaus Damascenus vidit legatos Indorum, qui ad Augustum Cæsarem venerant, ut refert idem Strabo libro citato. *Theupolis* quoque vocata fuit à Justiniano post terræ motum, ut tradit noster in Θεούπολις, & Eustath. ad Periegetæ v. 917.

71 Τρίτη, Μεσοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη, &c.] Tertio loco memorat Antiochiam Mesopotamiæ, quæ *Mygdonia*, inquit ille, vocabatur, sed fallitur. Mesopotamiam enim seu Adiabenen Macedones *Mygdoniam* dixere à similitudine Mygdoniæ regionis Macedoniæ, in qua regione erat Antiochia, quam *Nisibin* vocabant, ut apparet ex Plinii lib. 6. c. 13.

72 Τετάρτη, Πισιδίας.] Antiochiam Pisidiæ celebrat quarto loco, quæ *colonia Cæsarea* dicta fuit, auctore Plinio Nat. Hist. lib. 5. c. 27. memoratur Straboni lib. 12. Ptolem. lib. 5. c. 4.

73 Πέμπτη, μεταξὺ Κοίλης Συρίας, &c.] Memorat quinto loco Antiochiam inter Cœlen Syriam & Arabiam, quam Plin. Nat. Hist. lib. 5. c. 24. Arabiæ adscribit, ac *Edessa* dicitur, quondam, inquit ille, *Antiochia* dicebatur.

74 Ἐνάτη, ἐπὶ τῷ Ταύρῳ, ἐν Κομμαγηνῇ.] Nono loco memorat Antiochiam ad Taurum in Commagena regione, quæ Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 15. dicitur Antiochia πρὸς Ταύρῳ ὄρει, i. e. *ad Taurum montem*.

75 Ἑνδεκάτη, Καρίας, ἥτις καὶ Πυθόπολις ἐκαλεῖτο.] Undecimo loco celebrat Antiochiam Cariæ, *Pythopolis* etiam dicta, quæ memoratur Plinio Nat. Hist. lib. 5. c. 29. Ptolem. lib. 5. c. 2.

76 Τρεῖς γυναῖκες ἐπέστησαν ὄναρ &c.] Legendum existimo ἐπέστησαν καὶ ὄναρ. id est, *inter somnia adstiterunt*. Hic enim est consuetus loquendi modus, vel supplendum est τὸ καλά.

μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὴν ἀδελφὴν κτίζ- A rem, & ſororem, condit tres urbes; à ſo-
ζει τρεῖς πόλεις· ἀπὸ μὲν τῆς ἀδελφῆς Λαοδίκης, rore Laodice, *Laodiceam*; ab uxore Nyſe,
Λαοδίκειαν· ἀπὸ δὲ τῆς γυναικὸς Νύσης Νύσαν, *Nyſam*; à matre Antiochide, *Antiochiam*. An-
77 ἀπὸ δὲ τῆς μητρὸς Ἀντιοχίδος, Ἀντιόχειαν. tiochis igitur eſt nomen matris, & gen-
78 Ἀντιοχὶς ἓν ὄνομα καὶ τῆς μητρὸς, καὶ ἐθνικὸν τῆς tile urbis, & tribus nomen; duodecima
πόλεως, καὶ φυλῆς ὄνομα. 79 Δυοκαιδεκάτη, ἐν B in Margiana Parthyæorum, de qua Stra-
τῇ Μαργιανῇ Παρθυαίων, ὡς δὲ ἧς Στρεάβων bo libro decimo quinto; decima tertia,
πενταικαιδεκάτῃ. 80 Τριακαιδεκάτη, ἡ Ταρσός. Tarſus. Omnium gentile, Antiocheus, &
81 Τὸ ἐθνικὸν πᾶν, Ἀντιοχεύς, καὶ Ἀντιόχαιος, Antiochæus, & Antiochis fœmineum.
καὶ Ἀντιοχὶς τὸ θηλυκόν.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΙΣ 82, πόλις· Ἡρωδιανός. C ANTIPATRIS, urbs; Herodianus. Condita ſub Antonio Cæſare. Gentile, Antipatres.
Κτίσμα ὑπὸ Ἀντωνίου Καίσαρος. Τὸ ἐθνικὸν
Ἀντιπάτρης.

ΑΝΤΙΣΑΡΑ 83, ὑπόνειον Δατίνων Ἡρω- ANTISARA, navale Datinorum Herodianus. *Antiſare* etiam *ipſa urbs*. Aliqui *Tiſare* ſcribunt. Gentile, Antiſareus, ut Anticyreus ab Anticyra.
διανός. Ἀντισάρη καὶ αὕτη πόλις. Τινὲς δὲ, Τισά- D
ρη γεγράφεσι. Τὸ ἐθνικὸν Ἀντισαρεύς, ὡς Ἀντι-
κυρεὺς ἡ Ἀντικύρας.

ΑΝΤΙΣΣΑ 84, πόλις Λέσβου, 85 ἐφεξῆς ANTISSA, urbs Lesbi, poſt Sigrium, ex qua fuit *Terpander* Antiſſæus celeberrimus citharœdus, ab Antiſſa Macaris filia; Philone teſte. Eſt etiam inſula una Cycladum. Tertia, Indiæ, quam celebrat Philo, & Demodamas Mileſius.
τῷ Σιγείῳ· ἀφ' ἧς Τέρπανδρος ὁ Ἀντισ- E
σαῖος, διασημότατος κιθαρῳδὸς, ἀπὸ Ἀντίσ-
σης τῆς Μάκαρος θυγατρός· ἐν τοῖς Φίλωνος.
Ἔστι καὶ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων. Καὶ τρίτη,
Ἰνδικῆς, ὡς ἀναγράφει Φίλων, καὶ Δημοδάμας
ὁ Μιλήσιος.

ΑΝΤΙΦΕΛΛΟΣ 86, καὶ Φελλὸς, χωρία Λυ- ANTIPHELLUS, & Phellus, oppida Lyciæ. Incolæ, Phellitæ & Antiphellitæ.
κίας· οἱ οἰκήτορες, Φελλῖται, καὶ Ἀντιφελλῖται. F

ΑΝΤΙ-

77 Ἀπὸ δὲ τῆς μητρὸς Ἀντιοχίδος, Ἀντιόχειαν.] Inquit Antiochum Seleuci filium à nomine matris ſuæ Antiochidis urbem Antiochiam condidiſſe, de qua vide, quæ annotavimus obſervatione 70 præcedenti; at nunc tanquam mantiſſæ loco addimus, fuiſſe Antiochiam Syriæ Patriarchatus ſede inſignem. Nam tunc temporis, cum religio Chriſtiana in oriente florebat, quatuor fuere Patriarchæ, quorum ſinguli in ſuâ diœceſi ſummam habebant auctoritatem. Ii verò fuere Patriarcha Hieroſolymitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Conſtantinopolitanus.

78 Ἀντιοχὶς ἓν ὄνομα καὶ τῆς μητρὸς &c.] Antiochis eſt vel nomen proprium matris Antiochi, vel gentile fœm. urbis Antiochiæ, vel nomen tribus Athenienſium, quæ memoratur Harpocrationi, & Suidæ.

79 Δυοκαιδεκάτη, ἐν τῇ Μαργιανῇ Παρθυαίων, ὡς δὲ ἧς Στρεάβων πενταικαιδεκάτη.] Duodecimo loco celebrat Antiochiam in Margiana Parthyæorum (ſic ſæpe vocat *Parthos*) ex Strabonis lib. 15. ſed fallitur Epitomator noſter. Strabo enim non libro decimo quinto, ſed libro undecimo hanc *Antiochiam Margianæ* memorat, ut Ptolem. quoque Geographiæ lib. 7. c. 10.

80 Τριακαιδεκάτη, ἡ Ταρσός.] Decimo tertio loco memorat Antiochiam, quæ *Tarſus* dicebatur, ut ipſe ſuo loco inquit.

81 Τὸ ἐθνικὸν πᾶν &c.] Lege τὸ ἐθνικὸν πασῶν, id eſt, *gentile omnium*, ſcilicet *civitatum*, hujus nominis eſt Antiocheus, ſeu ore Latino, Antiochenſis, & Antiochæus, & fœmininum Antiochis. Latini utuntur etiam formâ in *enus*.

82 Ἀντιπατρὶς, πόλις· Ἡρωδιανός &c.] Antipatris, urbs memoratur Epitomatori noſtro ex Herodiano, condita ſub Antonio Cæſare; ſed cujus regionis fuerit urbs, qui fuerint Antonius Cæſar, & Herodianus, divinandum nobis reliquit, ſed Joſephus Antiquit. lib. 16. c. 9. nos docet Antipatridem fuiſſe urbem Samariæ, quam ædificavit Herodes in campo nomine *Capharſaba*, & de nomine patris *Antipatrida* vocavit. *Herodianus* verò ille fuit Grammaticus, qui ſub Antonino Imperatore floruit, auctore Suida, qui frequenter ab Epitomatore noſtro citatur, non Hiſtoricus. Nam apud hunc nulla Antipatridis urbis fit mentio, in ejus octo Hiſtoriarum libris, quos habemus. Antonius Cæſar autem ſub quo Antipatris urbs ab Herode condita fuit, nullus alius eſt niſi Marcus Antonius, qui *Cleopatram* Ægypti reginam, repudiata uxore Julii Cæſaris filia, in uxorem duxit, quem *Cæſarem* vocat, quoniam diviſo veluti imperio cum Auguſto Cæſare, toto oriente imperabat, ac familiaris fuit Herodi Antipatridis conditori. Memoratur etiam Antipatris ab occaſu Jordan. fluvii inter Judææ urbes. Ptolem. lib. 5. c. 16.

83 Ἀντισαρὰ, ὑπόνειον Δατίνων.] Antiſara, navale Datinorum ex Herodiano memoratur, ac cum apud alios Datinorum nulla fiat mentio, & noſter ſuo loco celebret *Daton* Thraciæ urbem & ejus oppidanos, ſuſpicor pro Δατίνων legendum Δατηνῶν.

84 Ἀντισσα, πόλις Λέσβου &c.] Antiſſa, olim inſula fuerat à Lesbo diviſa, poſtea arenarum aggeſtione Lesbo inſulæ adjuncta fuit, Ovid. Metamorph. lib. 15.

Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa, Pharoſque
Et Phœniſſa Tyros, quarum nunc inſula nulla eſt.

Id etiam confirmat Plin. lib. 2. c. 89. loquens de inſulis, quæ continenti adjunctæ ſunt, primo loco Antiſſam celebrat, *Rurſus abſtulit*, inquit ille, *inſulas mari, junxitque terris, Antiſſam Lesbo.*

85 Ἐφεξῆς τῷ Σιγείῳ.] Sigrium promontorium memoratur Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 2. apud quem Σίγειον ἄκρον ſcribitur. Ergo vel noſter ex Ptolemæo, vel Ptolemæus ex noſtro Auctore corrigendus eſt. Sed Ptolemæus inter Ægæi maris inſulas unà cum Lesbo Antiſſam quoque celebrat.

86 Ἀντιφελλος, καὶ Φελλὸς, χωρία Λυκίας.] Antiphellus, & Phellus Lyciæ oppida memorantur Epitomatori noſtro, Antiphellus verò inter Lyciæ oppida juxta Lycii maris littora numeratur à Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 3. Phellus vero eidem Auctori libro, capiteque citato locatur inter Lyciæ civitates ad Maſicytum montem.

87 Ἀντι-

Α᾽ΝΤΙ᾽ΦΡΑ [87], πολίχνιον Α᾽λεξανδρείας ἐγγὺς, ἀπὸ πολὺ ἀπωτέρω θαλάσσης, [88] οὐκ εὔοινον· τὸ δ᾽ οἶνον καλοῦσι Λιβυκόν. Ὁ πολίτης, Α᾽ντιφραῖος.

ANTIPHRA, urbs parva prope Alexandriam, non procul à mari, quæ non bonum fert vinum, quod vocant *Lybicum*. Civis Antiphræus.

Α᾽ΝΤΡΟΝ, τὸ σπήλαιον. Τὸ τοπικὸν ἔθος Α᾽ντρίτης, ὡς Λίκνον Λικνίτης. Εὑρὴ δ᾽ ἂν Α᾽ντραῖος, ὡς Εὐριπίδης ἐν Αἰξὶ, καὶ Α᾽ντραία.

ANTRUM, ſpecus. Locale debebat eſſe Antrites, ut Licnum, Licnites. Sed invenitur Antræus, ut Euripides in Capris, & Antræa.

Α᾽ΝΤΡΩΝ [89], πόλις Θεσσαλίας. Ζηνόδοτος δὲ γράφει·

ANTRON, urbs Theſſaliæ. Zenodotus verò ſcribit:

—— Α᾽γχίαλον Α᾽ντρῶνα.

—— *Anchialum Antrona.*

Λέγεται δὲ διὰ τὸ τὰς τόπους Α᾽ντρώδεις εἶναι. Ὁ πολίτης, Α᾽ντρώνιος. Ἐξ οὗ καὶ παροιμία, Α᾽ντρώνιος ὄνος.

Sic verò dicitur, quod loca illa ſint cavernoſa. Civis, Antronius. Unde parœmia, *Antronius aſinus.*

Α᾽ΝΥΣΙΣ [90], πόλις Αἰγύπτου. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽νυσίτης, ὡς Ὄασις Ὀασίτης.

ANYSIS, urbs Ægypti. Gentile, Anyſites, ut Oaſis Oaſites.

Α᾽ΝΩΛΟΣ, πόλις Λυδίας. Ἐκλήθη ἀπὸ Α᾽νώλου, οὗ Α᾽σίου παιδός. Οἱ πολῖται, Α᾽νωλοι· καὶ τὸ θηλυκὸν, Α᾽νωλυάς.

ANOLUS, urbs Lydiæ. Sic dicta ab *Anolo* Aſii filio. Cives, Anoli; fœmineum, Anolyas, adis.

Α᾽ΞΙΑ, πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων, ἀπὸ Α᾽ξίας τῆς θυγατρὸς Κλυμένου, ἢ οὗ παιδὸς οὗ Α᾽ξίου. [91] Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν τῆς Λοκρίδος Α᾽ξιεύς, καὶ τὸ θηλυκὸν Α᾽ξιάς· τῆς δὲ Ἰταλίας Α᾽ξιάτης, καὶ θηλυκῶς διὰ τοῦ υ Α᾽ξιάτις χαρακτῆρα.

AXIA, urbs Locrorum Ozolorum, ſic dicta ab *Axia* filia Clymeni, vel à filio Axii. Eſt etiam urbs Italiæ. Gentile ab Axia Locridis Axieus; & fœmin. Axias, *adis*: ab Axia Italiæ, Axiates. Et fœminino genere *Axiatis*, *idis*, forma occidentalibus conſueta.

Α᾽ΞΟΣ [92], πόλις Κρήτης, ὡς Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽ξιος.

AXUS, urbs Cretæ, ut Herodotus libro quarto. Gentile, Axius.

Α᾽ΞΟΥΜΙ᾽ΤΗΣ [93], δημοτικῶς, μητρόπολις Αἰθιόπων. [94] Ὁ πολίτης Α᾽ξωμίτης.

AXUMITES, maſcul. genere, metropolis Æthiopum. Civis, Axumites eodem modo ac primitivum.

Α᾽ΟΝΕΣ,

AONES,

87 Ἀντίφρα, πολίχνιον Ἀλεξανδρείας ἐγγὺς, ἀπὸ πολὺ ἀπωτέρω θαλάσσης, &c.] Antiphra, oppidulum prope Alexandriam, non longe à mari, ſunt pene ipſiſſima Strabonis verba ex ejus lib. 17. apud quem *Antiphræ* numero plurativo ſcribitur, cujus verba ſequenti obſervatione appono.

88 Οὐκ εὔοινον· τὸν δ᾽ οἶνον καλοῦσι Λιβυκόν.] Sunt trunca Strabonis verba ex ejus lib. 17. quæ ſic apud eum leguntur: Εἶτ᾽ Ἀντίφρα, μικρὸν ἀπωτέρω τῆ θαλάσσης ἀπάσης μᾶλλον ἢ χώρα αὕτη οὐκ εὔοινος, πλείω δεχομένη κεράμια θαλαττίου, ἢ οἶνον, ὃν δὴ καλοῦσι Λιβυκόν· ᾧ δὴ καὶ τῷ ζύθῳ τὸ πολὺ φῦλον χρῆται τῶν Ἀλεξανδρέων· σπάνιστα δ᾽ αἱ μάλιστα αἱ Ἀντίφραι. id eſt, *Deinde Antiphræ paulò longius à mari, tota hæc regio non eſt vini ferax, teſta plus maris, quam vini recipiente, quod Libycum vocant, quo & zytho, gens Alexandrina utuntur; carpuntur verò maxime Antiphræ.*

89 Ἄντρων, πόλις Θεσσαλίας, &c.] Antron, onis, urbs Theſſaliæ, ſic dicta fuit, quod haberet τὰς τόπους ἀντρώδεις, i. e. *loca cavernoſa*, Mela de ſitu orbis lib. 2. c. 3. *Antroniam* vocat, atque in Magneſia locat, quia Magneſia erat Theſſaliæ annexa, nullam ob aliam rem celebrandam, niſi ob aſinos inuſitatæ magnitudinis, unde in proverbium abiit, *Antronius aſinus* dici ſolitum de magnis corpore, & ſtolidis mente, ubi etiam lapides molares ingentis magnitudinis inveniebantur, quos Græci quoque ὄνους, i. e. *aſinos* vocant.

90 Ἄνυσις, πόλις Αἰγύπτου.] Anyſis, urbs Ægypti memoratur Herodoto lib. 2. c. 137. nomen verò eſt Hebraicum ad linguam Græcam deflexum חנס *chanes*, ſeu *hanes*. Litteræ enim guturales ſæpe negliguntur, ut jam alibi annotavimus. Ejus ſit mentio Iſai c. 30. v. 4.

91 Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας.] Cum paulò ſuperius memoraverit Aziam Locrorum Ozolorum civitatem, cujus apud nullum, quod ſciam, ſit mentio. Nunc memorat Axiam Italiæ urbem, quam Cicero in Orat. pro A. Cæcina *Caſtellum* vocat. Ecce ejus verba ex eadem Oratione: *Cæcina cum amicis ad diem venit in caſtellum Axiam: à quo loco fundus is, de quo agitur, non longe abeſt.*

92 Ἄξος, πόλις Κρήτης, ὡς Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ.] Axus, urbs Cretæ memoratur ex Herodoti lib. 4. apud quem legitur Ὄαξος, non Ἄξος, ut inquit noſter, cui etiam ſuo loco Ὀαξος celebratur.

93 Ἀξωμίτης, δημοτικῶς; μητρόπολις Αἰθιόπων.] Axumites, maſcul. gen. metropolis Æthiopum, cujus oppidanus Axumites etiam eodem modo dicebatur, celebratur Arrhiano in Periplo maris Erythræi hiſce verbis: Ἀπὸ δὴ τούτης εἰς αὐτὴν τὴν μητρόπολιν τὸν Ἀξωμίτων λεγόμενον, &c. i. e. *Ab hac verò* (loquitur de Cabe urbe) *ad ipſam metropolim* Axumitem *nomine. e Aliarum quinque dierum via*, h. e. *iter* eſt; Arrhiani teſtimonium noſtri Auctoris ſententiam confirmat. Quare non audiendus eſt Salmaſius ὁ πάνυ in Vopiſcum, pag. 220. 23. qui putat pro Axumites legendum eſſe Axumis. Jam enim alibi ex Strabonis auctoritate ex ejus lib. 9. in *Bœotia* diximus, ſcriptores civitatum & oppidorum nomina, & diverſo genere, & numero, & terminatione uſurpare; ſic hæc Æthiopum metropolis; quæ Epitomatori noſtro, & Arrhiano Axumites gen. maſcul. dicitur, à Ptolemæo Geographiæ lib. 4. c. 8. Axume, fœm. gen. appellatur, in qua, inquit, eſſe regiam. Plurimi orientalium navigationum ſcriptores eamdem eſſe dicunt, quam nunc *Caxumum*, ſeu *Chaxumum*, ſeu *Caſſumum* appellant, juxta quam Æthiopiæ rex, qui vulgo *Preſbyter Joannes* vocatur, ſub tentoriis ſolet habitare.

94 Ὁ πολίτης, Ἀξωμίτης.] Oppidanus, Axumites, & ore Latino Axumita: Axomitas ejus oppidanos tanquam ab Axomites vocat Vopiſcus in Aureliano, quos inter captivos gentium barbararum in ejus triumpho ductos fuiſſe refert, de quibus videſis Joſeph. Scal. in notis ad Computum Æthiopicum, Paulus Diaconus Hiſt. Miſcellæ lib. 16. c. 22. *Auxumitenſes* appellat, quorum regem debellaſſe Juſtinianum imperii ſui anno 16 inquit.

Α῎ονες [95], ἔθνος Βοιωτίας, ἀφ' ὧν ἡ Α῎ονία. [96] καὶ Α῎ων, τὸ ἔθνος. καὶ Α῎όνιος, καὶ Α῎όνια.

AONES, gens Bœotiæ, à quibus Aonia, & Aon, gens. Dicitur etiam Aonius, & Aonia.

Α῎ορνος [97], πόλις, ὀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς. Τὸ ἐθνικὸν Α῎ορνεύς, ὡς Α῎βαρνεύς.

AORNUS, urbs, maſcul. & fœmin. genere. Gentile, Aorneus, ut Abarneus.

Α῎ορσοι [98], ἔθνος, ὧν ἔστι Σελεύκεια ἡ ἐνδεκάτη. Ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

AORSI, populi, de quibus Strabo libro 11. Gentile, idem.

Α῎παισος [99], πόλις κατὰ τὴν Τρωάδα. [1] Ὅμηρος.

Οἵτ' Ἀδρήστειάν τ' εἶχον, καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ.

Καὶ δίχα ζ α.

—— [2] Ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ

Ναῖε πολυκλήμων.

Ὡς Ἄταρνα πόλις, καὶ Τάρνη, [3] Ὅμηρος.

Οἳς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος.

Τὸ ἐθνικὸν Ἀπαισίνιος καὶ θηλυκὸν καὶ δεύτερον. [4] Ἔστι καὶ τὸ Δαυνίας πόλις Παισὸς, καθ' Ἀργυρίππα, ἧς τὸ ἐθνικὸν Παίσιος, ὡς τὸ Ῥώσιος Ῥῶσι· ἢ, ὅπερ ἄμεινον, Παισῖνος, ἀφαιροῦσι, καὶ περισπωμένως τῷ ῑ τὸ χώρας.

APÆSUS, urbs juxta Troadem. Homerus:

Quique Adreſtiam incolebant, populumque
Apæſi.

Et ſine *a*:

—— *Qui in oppido Pæſo*
Habitabat multa poſſidens.

Quemadmodum Atarna urbs, & Tarna, Hom.

—— *Qui ex Tarna gleboſa.*

Gentile, Apæſenos, *a*, *um*, maſcul. fœm. & neutrum. Eſt etiam Dauniæ urbs *Pæſus*, juxta Argyrippem, cujus gentile, Pæſius, ut Roſi, Roſius, vel quod melius, Pæſinus per *i*, & cum accentu circumflexo more regionis.

Α῎πα-

APA-

95 Α῎ονες, ἔθνος Βοιωτίας, ἀφ' ὧν ἡ Α῎ονία.] Aones, populi Bœotiæ, à quibus Aonia regio, celebrantur Epitomatori noſtro. Strabo lib. 9. auctor eſt, Bœotiam prius à barbaris Aonibus habitatam fuiſſe, antequam Phœnices cum Cadmo eam occupaſſent; at Pauſanias lib. 9. Aones indigenas Bœotiæ, non advenas fuiſſe exiſtimat, unde à Poëtis Aonius pro Bœoticus uſurpatur.

96 Καὶ Α῎ων, τὸ ἔθνος; καὶ Α῎όνιος, &c.] Non ſolum Aon, nis, ſed etiam Aonius, & fœmina Bœotiæ, Aonia, ut & regio dicebatur. Quin etiam fons Bœotiæ Aganippe, *Aonia* dicitur ei, qui omnes omnium Poëtarum laudes meretur, καὶ ποιητὴς ἔπι, Eclog. 10. v. 12. Satyricorum princeps etiam (*Juvenalem* intelligo) Sat. 7. v. 59. Muſas *Aonides* vocat, Periegeta v. 476. Ἀονίῳ σιδήρῳ dixit, pro *Bœotio ferro*, ut teſtatur ad verſum citatum Archiepiſcopus Theſſalonicæ, cujus ſunt verba: Ἀόνιον δὲ σίδηρον λέγει, ὡς ἐάν τις εἴπῃ Βοιώτιον. Ἄονες γὰρ ἔθνος βάρβαρον, οἰκήσαν πόλιν ἐν Βοιωτίᾳ, ἔνθα, &c. i. e. *Aonium verò ferrum dicit, ac ſi diceres Bœotium: Aones enim, gens barbara, quæ aliquando habitavit in Bœotia, ubi Neptunus colebatur, & ubi ſane optimum eſt Aonium ferrum.*

97 Α῎ορνος, πόλις, ὀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς.] Aornus, urbs, maſcul. & fœm. gen. memoratur Auctori noſtro, ſed cujus regionis fuerit urbs, oblitus eſt dicere; ex Arrhiano de Alexandri expeditione lib. 3. didici fuiſſe urbem in Bactrianorum regione, quam Alexander cepit. Sed Arrhianus eam num. plur. Ἄορνα vocat. Aornus verò petra, (hoc nominis ſonat avibus inacceſſam petram) erat alia ab illa, quam etiam idem Auctor l. 4. cepiſſe Alexandrum refert.

98 Α῎ορσοι, ἔθνος, ὧν ἔστι Σελεύκεια ἡ ἐνδεκάτη.] Aorſi, gens ex Strabonis lib. 11. apud quem ſunt populi, qui habitabant inter Mæotim paludem, & mare Caſpium, quorum rex Spadinus ducenta equitum millia mittebat ad bellum, maximam partem oræ maris Caſpii obtinentes, præcipuè Tanaim accolebant, ut refert idem auctor eodem libro, in quibus, ſi verum eſt, quod Strabo narrat, ne Carneades quidem dubitaverit, potentiam multo majorem fuiſſe, quam famam, ſed fortuna etiam in famam imperium habet.

99 Α῎παισος, πόλις κατὰ τὴν Τρωάδα.] Apæſus, urbs juxta Troadem ex Homero, quæ etiam Pæſus dicebatur, de qua operæ pretium eſt audire Strabonem Geographiæ libro 13. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Λαμψάκου, καὶ Παισοῦ ἴδιόν πόλις, καὶ ποταμός· καλέσαντο δ' ἡ πόλις· οἱ δὲ Παισόθοοι μεταίκησιν εἰς Λάμψακον, Μιλησίων ὄντες ἄποικοι καὶ αὐτοὶ, καθάπερ καὶ οἱ Λαμψακηνοί. Ὁ δὲ ποιητὴς εἴρηκεν ἀμφοτέρως, καὶ πεποίηκεν τὴν πρώτην συναλοιφήν.

—— καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ

Καὶ ἀφνειόν.

—— ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ

Ναῖε πολυκλήμων.

id eſt, *Inter Lampſacum, & Parium, Pæſus erat urbs, & amnis; diruta verò fuit urbs, Pæſeni autem commigrarunt Lampſacum, cum eſſent Mileſiorum coloni & ipſi, ſicut etiam Lampſaceni; Poëta verò dixit utroque modo, & addens primam ſyllabam,*

—— *& populum Apæſi*

Et adimens,

—— *qui in oppido Pæſo*
Habitabat multa poſſidens.

Huc uſque Strabonis verba ex ejus Geographiæ lib. 13. citato.

1 Ὅμηρος, &c.] Verſiculus Homericus, qui ſequitur Il. 2. v. 828. ſic legitur:

Οἳ δ' Ἀδρήστειάν τ' εἶχον καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ.

Qui verò Adreſtiamque habebant, & oppidum Apæſi.

Ad quem locum Euſtathius nihil novi affert, præter Strabonis locum obſervatione præcedenti citatum.

2 —— Ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ.] Eſt hemiſtichium Homericum, cujus integer verſus invenitur apud eum Il. 5. v. 612. hoc modo:

Καὶ βάλεν Ἄμφιον Σελάγου υἱὸν, ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ
Ναῖε πολυκλήμων, πολυλήϊος· ἀλλά ἑ μοῖρα
Ἧγ' ἐπικερήσοντα μετὰ Πριάμῳ τε καὶ υἱάσι.

Et percuſſit Amphium Selagi filium, qui in oppido Pæſo
Habitabat multa poſſidens, locuples; ſed eum fatum
Duxit auxiliaturum ad Priamumque & filios.

Ad quem locum etiam Euſtath. nihil novi præter dicta affert.

3 Ὅμηρος &c.] Homericum hemiſtichium illud legitur Il. 5. v. 44. cujus integra carmina ſunt:

Ἴδομενεὺς δ' ἄρα Φαῖστον ὑπέρφαλον Μήονος υἱὸν
Βῶρε, ὃς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος εἰληλούθει.

Idomeneus verò Phæſtum interfecit Mæonis filium
Borî, qui ex Tarne gleboſa venerat.

4 Ἔστι καὶ τὸ Δαυνίας πόλις Παισὸς, καθ' Ἀργυρίππα.] Celebratur Epitomatori noſtro Pæſus, urbs Dauniæ prope Argyrippa. Daunia verò ſunt regio Italiæ nomen adepta ab urbe Daunio, cujus noſter meminit in Δαύνιον, ſed urbis apud alios nulla, quod ſciam, fit mentio; cum Argyrippam multi celebrent, inter quos etiam eſt Auctor noſter, qui eam celebrat ſuo loco.

Α'ΠΑ'ΜΕΙΑ [5], Συρίας πόλις, ἀπὸ Α'πά-
μας, τ̃ Σελεύκε μητρός. [6] Ε'κλήθη κ̀ Χερρόνη-
σ⊙, ἀπὸ τ̃ περιοχ̃ τ̃ ὑδάτων. [7] Καὶ Πέλλα,
ἀπὸ τ̃ ἐν Μακεδονία. [8] Ε'στι κ̀ ἄλλη ἐν τ̃
Μεσ⟨ωῶν γ̃, τ̃ Τίγρηδι περιεχομένη, ἐν ̃
ῥίζεται ὁ Τίγρης πόταμος, κ̀ ἐν μὲν τ̃ δεξιᾶ̃ μοίρᾳ περιέρχεται [9] πόταμος Δέλας, ἐν δὲ τ̃ ἀριστερᾶ̃ Τίγρης, [10] ὁμωνύμως τ̃ μεγάλ⟨. [11] Τὰ ἐθνικὰ, Χερρονησίτης, κ̀ Πελλαῖ⊙, κ̀ Α'παμεύς. [12] Ε'στι κ̀ τ̃ μικρᾶ̃ Φρυγίας, ἥ τις ἐκαλεῖτο Κελαιναί. Τὰ ἐθνικὰ, Κελαι-
νίτης, Α'παμεύς. [13] Ε'στι κ̀ Βιθυνίας, κλίσμα Νικομήδους τ̃ Ε'πιφανοῦς, ἐκαλεῖτο δὲ πρ̃τον Μύρ-

APAMIA, Syriæ urbs, sic dicta ab Apama Seleuci matre. Vocata fuit etiam *Cherſoneſus* à circumdatione aquarum; nec non Pella, ab ea, quæ in Macedonia. Eſt etiam alia in Meſen. terra à fluvio Tigri circumdata, in qua dividitur Tigris, & ad dextram partem circumfluit fluvius Delas, ad ſiniſtram Tigris, eodem nomine ac magnus. Gentilia, Cherſonites, & Pellæus, & Apameus. Eſt & urbs minoris Phrygiæ, quæ vocabatur *Celæna*. Gentilia, Celænites, Apameus. Eſt & alia Bithyniæ, opus Nicomedis Epiphanis, quæ ante *Myrlea* vocabatur. Gen-

5 Α'πάμεια, Συρίας πόλις, ἀπὸ Α'πάμας &c.] Sex hujus nominis urbes memorat. Omnium celeberrima erat Apamia Syriæ, nomen adepta ab *Apama* Seleuci regis matre, ut inquit Auctor noſter; at Strabo lib. 16. auctor eſt, conditam fuiſſe à Seleuco Nicatore, ac *Apamiam* ab uxore ſua Apama vocaſſe. Sita fuit poſt Euphratem juxta Zeugma urbem celebrem, auctore Iſidoro Characeno, cujus ſunt verba: Διαβάντων τ̃ Εὐφράτου κ̃ τὸ Ζεῦγμα πόλις ἐστὶ Α'πάμεια, εἶτα Δαίαρα κώμη. id eſt, *Tranſcuntibus Euphratem juxta Zeugma eſt urbs Apamia, deinde Dæara pagus.* Erat una ex eis, quæ propter concordiam dicebantur *ſorores*: eæ verò fuerunt, *Antiochia* ad Daphnen, *Seleucia* in Pieria, *Apamia*, & *Laodiceæ*, quas omnes condidiſſe fertur Seleucus Nicator, ac eis nomen impoſuiſſe, ſcilicet *Antiochiæ* ab ejus patre Antiocho, *Seleuciæ* à ſe ipſo, *Apamiæ* ab ejus uxore, *Laodiceæ* ab ejus matre. Erant juxta Apamiam prata quædam paſcendis equis & bubus ampliſſima, in quibus erant plus quam triginta equarum regis millia, auctore eodem auctore libro citato.

6 Ε'κλήθη κ̀ Χερρόνησ⊙, ἀπὸ τ̃ περιοχ̃ τ̃ ὑδάτων.] Apamia Syriæ vocata fuit etiam *Cherroneſus*; id nominis ſonat terreſtrem inſulam, ſcilicet, quod aquis circumdata eſſet, quod ex Strab. lib. 16. ſumpſit: Καὶ δὴ κ̀ Χερρόνησ⊙ ἐκλήθη, inquit ille, h. e. *Et Cherroneſus* (Apamia) *vocata eſt ab accidente*, ſcilicet, *quod Orontes fluvius pene eam circumdabat.*

7 Καὶ Πέλλα, ἀπὸ τ̃ ἐν Μακεδονίᾳ.] Apamia, Syriæ urbs *Pella* etiam vocata fuit à Macedoniæ Pella. Id ex Strabonis lib. 16. ſumpſit, cujus ecce verba: Ἐκαλεῖτο ὅ κ̀ Πέλλα πολὺ ὑπὸ τ̃ πρώτων Μακεδόνων, ἀφ' ὧν τὰς πλείστας τ̃ Μακεδόνων ἐπάγονται οἰκήσεις τ̃ περιευωμένων· τὸν ὃ Πέλλαν ὥσπερ μητρόπολιν μεγάλην τ̃ Μακεδόνων τὸν Φιλίππου κ̀ Ἀλεξάνδρου παλαίδα. &c. id eſt, *Aliquando etiam vocabatur* Pella *à primis Macedonibus, propterea quod plurimi Macedonum qui* in Aſia *militaverant, hic habitavere. Pellam verò veluti metropolim fuiſſe Macedonum Philippi & Alexandri patriam.*

8 Ε'στι κ̀ ἄλλη ἐν τ̃ Μεσ⟨ωῶν γ̃ &c.] Eſt & alia Apamia in Meſen. terra circumdata fluvio Tigri, qui illic in duo brachia dividebatur, quorum cui ad dexteram *Delas* erat nomen, cui ad ſiniſtram *Tigris* ejuſdem nominis ac antequam divideretur. *Μέσ⟨ω*, ſeu *Μεσ⟨ώων* vocant Græci regionem mediam inter duo flumina, ut videre eſt apud Auctorem noſtrum in *Μέση*, & in *Μεσ⟨ώων*, quam Latini *interamnem* appellant. Epitomator noſter diverſam inquit fuiſſe Apamiam Meſen. ab Apamia Syriæ; at Amm. Marc. lib. 23. unam eandemque fuiſſe urbem inquit, quam in Aſſyria locat; verùm Aſſyriam, & Syriam ſæpe confundunt ſcriptores Ethnici, cum in S. Script. Syria ſemper ארם *aram*, Aſſyria ſemper אשור *Aſſur* dicatur. Verba ex Ammiani libro citato ſunt: *In omni autem Aſſyria multæ ſunt urbes, inter quas Apamia eminet* Meſene *cognominata, & Theredon, & Apollonia, & Vologeſſia.*

9 Πόταμος Δέλας &c.] Ex duobus brachiis Tigridis fluvii, alterum vocabatur *Delas*, alterum nomen *Tigridis* conſervabat, Salmaſ. in ſuis Plinian. Exercit. in Solin. inquit, in libris, quos ipſe vidit ſcriptos manu, legi Σίδας; fides ſit penes auctorem.

10 Ὁμωνύμως τ̃ μεγάλ⟨.] Alterum ex Tigridis brachiis de quibus egit dicebatur *Tigris* eodem nomine cum magno, *hoc eſt*, cum fluvio Tigride, antequam divideretur.

11 Τὰ ἐθνικὰ, Χερρονησίτης &c.] Cum Apamia Syriæ vocata fuerit Cherroneſus, & Pella; ejus oppidanus etiam dicebatur Cherrhoneſites, & Pellæus, & Apameus, ſeu mavis ore Latino, Cherroneſita, Pellanus, Apamenſis, non poſſum non mirari Cl. Salmaſium, qui urbis Apamiæ etymologiam in Solin. fol. 698. deducit ex Hebræo אפף *aphaph*, id eſt, *circumdedit*, & אם *em*, id eſt, *mater*, hoc eſt, *metropolis*, quoniam aquis circumdata eſſet, ut ſupra inquit Epitomator noſter, ſed nullo modo audiendus eſt, tum, quod ſit conſentiens auctorum opinio, Seleucum *Apamiam* condidiſſe, ac ei de nomine ſeu matris, ſeu uxoris nomen impoſuiſſe, tum, quod Græci & Macedones non à lingua Hebræa, ſed à Græca, nec de nominibus Hebræis, ſed de Græcis nomina urbibus imponebant, quod inter omnes nationes eſt valde frequens.

12 Ε'στι κ̀ τ̃ μικρᾶ̃ Φρυγίας, ἥ τις ἐκαλεῖτο &c.] Celebrat etiam Ethnicographus Apamiam Phrygiæ minoris, quæ alio nomine vocabatur *Kelænæ*; ſed fallitur. Etenim Antiochus Soter ex Kelænis tranſtulit cives Apamiam, cui à matre *Apama* ipſe nomen fecit, filia Artabazi, quæ nuptum data fuit Seleuco Nicatori, hinc procedit error Stephani, quem te monuimus obſervatione 5 præcedenti. Utriuſque rei teſtem produco Strabonem ex ejus libro 12. Ἄρχεται ὁ ἀπὸ Κελαινῶν λόφος πινός, ἐν ᾧ πόλις ἦν ὁμώνυμ⊙ τῷ λόφῳ, ἐνθένδεν δ' ἀνασήσας τὰς ἀνθρώπους ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχ⊙ εἰς τὴν νῦν Α'πάμειαν τ̃ μητρὸς ἐπώνυμον τὴν πόλιν ἀπέδειξεν Α'πάμας· ἦ θυγάτηρ μὲν ἦν Ἀρταβάζου· δεδώρηται δ' ἐπύγχανε πρὸς γάμον Σελεύκῳ τῷ Νικάτορι. id eſt, *Oritur* (Mæander fluvius) *à Kelænarum quodam tumulo, ubi urbs tumulo fuit cognominis, atque hinc cives tranſtulit Antiochus Soter in eam, quæ nunc* Apamia, *cui à matre Apama ipſe nomen fecit, quæ quidem erat filia Artabazi. Data verò fuit in nuptias Seleuco Nicatori.* At pro Auctore noſtro ſtat Plinius, qui Nat. Hiſt. lib. 5. ſic loquitur: *Tertius Apamiam vadit, ante appellatam* Celænas, *dein* Ciboton, *ſita eſt in radice montis Signiæ, circumfuſa Marſya, Obrima, Orga, fluminibus in Mæandrum cadentibus.* Straboni etiam *Apamia* Phrygiæ libro citato *Cibotos* dicitur, ut & Ptolemæo Geographiæ libro quinto cap. ſecundo hoc nominis ſonat arcam, at ſcriptores nullam hujus rei reddunt rationem.

13 Ε'στι κ̀ Βιθυνίας, κλίσμα Νικομήδους τ̃ Ε'πιφανοῦς &c.] Memorat etiam Auctor noſter Apamiam Bithyniæ civitatem, quam conditam fuiſſe inquit à *Nicomede Epiphane*, id eſt, *illuſtri*, cum prius *Myrlea* vocaretur. Nicomedes iſte, ni fallor, fuit filius Pruſiæ regis Bithyniæ, ſed fides in rebus Geographicis adhibenda eſt Straboni, qui hac in re omnem omnium veterum diligentiam ſuperavit. Ille verò Geographiæ lib. 12. inquit Pruſiam excitatas è ruderibus Cium, & Myrleam urbes, Cium Pruſiadem à ſe, Myrleam ab uxore Apameam denominaſſe. Legeſis ejus verba: Ἀναλαβὼν δ' ἐκεῖν⊙ ἐκ τ̃ ἐρειπίων αὐτὰς, ἐπωνόμασεν ἀφ' ἑαυτ̃ μὲν Προυσιάδα πόλιν τὴν Κίον, τὴν ὃ Μυρλείαν Α'πάμειαν ἀπὸ τ̃ γυναικός· ἔτ⊙ δ' ἐστὶν ὁ Προυσίας ὁ κ̀ Ἀννίβαν δεξάμεν⊙, ἀναχωρήσαντα δεῦρο μετὰ τὴν Ἀντίοχου ἧτταν. id eſt, *Cum ille è ruderibus excitaret eas, Cium Pruſiadem à ſe, Myrleam ab uxore Apameam denominaſſe: hic eſt, qui Annibalem recepit, cum is ad ipſum fugeret poſt Antiochi cladem.*

Μύρλεα. [14] Τὸ ἐθνικὸν, Μυρλεανός. [15] Ἔστι καὶ τῆ Περζαίας, Ἐδέσης πρὸς ἄρκτους.

A Gentile, Myrleanus. Eſt & alia Perſæ, Edeſæ ad ſeptentrionem.

Α'ΠΑΣΙΑΚΑΙ [16], Μασσαγετῶν ἔθνος· Στράβων ἐνδεκάτῃ, [17] καὶ Πολύβιος δεκάτῃ. Οἱ δὲ Ἀπασιακαὶ Νομάδες καθοικοῦσι μεταξὺ Ὄξου.

B

APASIACÆ, Maſſagetarum gens, Strabo libro undecimo, & Polybius decimo. *Apaſiacæ verò Nomades habitabant inter Oxum.*

Α'ΠΑ'ΤΟΥΡΟΝ [18], τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν, ἐν Φαναγορείᾳ· Στράβων ἐνδεκάτῃ. Ἐτυμολογοῦσι δὲ ἔτως. Ἐπιθεμένων ἐκεῖ τῶν γιγάντων, ἐπεκαλέσατο τὴν Ἡρακλέα, ἔκρυψεν ἐν κοιλώματί τινι. Καὶ τῶν γιγάντων ἕκαστον δεχομένην καθ' ἕνα, τῷ Ἡρακλεῖ παρεδίδου, δολοφονεῖν ἐξ ἀπάτης. [19] Ἐκαλοῦσι δὲ κόλπον οἶδε τὸν Ἀπάτυρον, ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Τὸ τοπικὸν, Ἀπάτυρος, ἀλλὰ καὶ Ἀπαλύρτης· δυνατὸν καὶ Ἀπαλύρης, καὶ Ἀπαλυρεύς.

C

D

APATURUM, Veneris templum in urbe Phanagoria; Strabo lib. 11. Etymologiam verò hanc eſſe dicunt: *cum gigantes illuc irruerent*, Venus *in auxilium advocavit Herculem*, *atque latibulo quodam abſcondidit atque ſingulos gigantes ſeorſum exceptos Herculi tradidit dolo occidendos* ἐξ ἀπάτης, id eſt, *per fraudem*. Hecatæus ſinum quemdam Apaturum novit in Aſia. Locale, Apaturus; nec non Apaturites. Poteſt etiam eſſe Apaturius, & Apatureus.

Α'ΠΕ'ΝΝΙΟΝ [20], ὄρος διὰ μέσης Ἰταλίας τεταμένον·

— [21] Τῷ μὲν μέσην ὄρος ἄνδιχα τέμνει,
Ὅν ῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον.

Τὸ κλητικὸν, Ἀπέννιε. Τὸ ἐθνικὸν Ἀπεννῖνος, ὡς Ῥηγῖνος, ὃ ὁ Διὸς Πειζάνδρῳ κεῖται ιγ.

E

APENNIUM, mons per mediam Italiam extenſus:

— *Mediam quidem mons in duas partes ſcindit,*
Quem vocant Apennium.

Poſſeſſ. Apennius. Gentile, Apenninus, ut Rheginus, quod apud Piſandrum extat 13. libro.

Α'ΠΕΡΑ'ΝΤΕΙΑ, πόλις Θεσσαλίας· Πολύβιος εἰκοστῷ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀπεραντοὶ, ὡς Ἀμαραντοὶ, ὀξυτόνως.

APERANTIA, urbs Theſſaliæ; Polybius lib. 20. Gentile, Aperanti, ut Amaranti cum accentu acuto in ultima.

Α'ΠΕ-

ΑΡΕ-

14 Τὸ ἐθνικὸν, Μυρλεανός.] Ethnicum Apamiæ urbis Bithyniæ non ſolum erat Apamenſis, ſed etiam Myrleanus, quia hæc urbs prius *Myrlea* vocabatur, ut nota præcedenti annotavimus. Ex hac urbe videtur fuiſſe *Aſclepiades* ille Myrleanus, quem Strabo lib. 3. ait in Hiſpaniæ regione, Turditania docuiſſe grammaticam, ac deſcriptionem quoque edidiſſe gentium quæ eis in terris erant.

15 Ἔστι καὶ τῆ Περζαίας, Ἐδέσης πρὸς ἄρκτους.] Celebrat etiam Apamiam Perſidis ad Edeſæ ſeptentrionem, non quod eſſet in regione Perſidis, ſed quod eſſet ſub Perſis, ſicut ipſi dicitur Suſa, urbs Perſica, quare pro τῆ Περζαίας legendum cenſeo τῆ Περσίδι. Apamiæ verò in regione Babyloniæ mentionem fecit Ptolemæus Geographiæ lib. 5. c. 20. ſed neſcio, cur eam Epitomator noſter ad Edeſæ ſeptentrionem locet, quæ fuit etiam Perſica urbs, *hoc eſt*, ditionis Perſicæ; non ignoro ethnicon Περζαῖος ab urbe Perſa, cujus ſuo loco meminit Auctor noſter, ſed hoc in loco ei locum dare non auſus ſum.

16 Ἀπασιακαὶ, Μασσαγετῶν ἔθνος, &c.] Apaſiacæ, Maſſagetarum populi Stephano memorantur ex Strabonis libro undecimo, apud quem non *Apaſiacæ*, ut inquit noſter, ſed *Aſpaſiatræ* dicuntur. Ejus ſunt verba: Καθάπερ καὶ Βῆσσος, καὶ ὕστερον ὁ Ἀρσάκης τὸν Καλλίνικον φεύγων εἰς τὰς Ἀσπασιάτας ἐχώρησε. *Sicut & Beſſus, ac poſtea Arſaces Callinicum fugiens ad Aſpaſiatras ſe contulit.* Ad quem locum Caſaubonus pro Ἀσπασιάτας legit ex Auctore noſtro Ἀπασιακούς.

17 Καὶ Πολύβιος δεκάτῃ, &c.] Advocat noſter in teſtimonium Polybium, cujus ex lib. 10. affert verba, ſed apud Polybium populi iſti Maſſagetarum, de quibus agit Epitomator noſter, non vocantur *Apaſiacæ*, nec *Nomades*, ut inquit noſter, ſed *Aſpaſiæ*. Ecce ejus ex libro citato verba: Οἱ δὲ Ἀσπασίαι καθοικοῦσι μεταξὺ μὲν ἀπὸ μέσου Ὄξου, &c. i. e. *Aſpaſiæ verò habitant inter Oxum, & Tanaim.* Arrhianus etiam de Expedit. Alex. lib. 4. Aſpaſios Indiæ populos celebrat, ad cujus locum Nicolaus Blancardus ait Aſpaſios eſſe noſtri Auctoris Apaſiacas, qua de re ἐπέχω. Nam Aſpaſii erant Indiæ populi juxta Arrhianum; Apaſiacæ verò juxta Stephanum erant Maſſagetarum.

18 Ἀπάτυρον, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν.] Celebrat Breviator noſter *Veneris templum* in urbe Phanagoria ex Strab. libro 11. cujus verba, aliter enim ab Epitomatore noſtro tranſcribuntur, ſunt: Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Φαναγορίᾳ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐπίσημον τῆς Ἀπάτυρος· ἐτυμολογοῦσι δὲ τὸ ἐπίθετον τῆς θεοῦ μῦθόν τινα τοιοῦτον παράμυθον, ὡς ἐπιθεμένων αὐτοῖς τῇ θεῷ τῶν Γιγάντων, ἐπικαλεσαμένην τὸν Ἡρακλέα, κρύψαι ἐν κοιλώματί τινι, εἶτα τῶν Γιγάντων ἕκαστον δεχομένην καθ' ἕνα, τῷ Ἡρακλεῖ παραδιδόναι δολοφονεῖν ἐξ ἀπάτης. i. e. *Eſt verò & in civitate Phanagoria Veneris templum inſigne Apaturi: etymologiam deducunt ab epitheto Deæ fabula ſumpta: ibi locorum Venerem, cum eam Gigantes adorirentur, Herculem acciviſſe, inque ſpelunca quadam abſcondidiſſe, deinde ſingulos Gigantes excepiſſe, & Herculi unum poſt alium ἐξ ἀπάτης*, h. e. *per fraudem necandum præbuiſſe.* Inter oppida Boſphori Cimmerii memorat Plin. Natur. Hiſt. lib. 6. c. 6. Phanagoriam, & pene deſertum Apaturum.

19 Καλοῦσι δὲ κόλπον οἶδε τὸν Ἀπάτυρον, &c.] Inquit Hecatæum celebraſſe ſinum nomine *Apaturum* in Aſia. Sine dubio erat mare ab *Apaturo* oppido nomen adeptum. Apaturus enim memoratur Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 9. Tabula ſecunda Aſiæ, in Sarmatia Aſiæ.

20 Ἀπέννιον, ὄρος διὰ μέσης Ἰταλίας τεταμένον.] Apenninus mons dicitur Latinis, qui Græcis Ἀπέννιον ὄρος, de cujus etymologia meras nugas effutiunt Grammatici, ut videre eſt apud Cluv. Ital. Antiquæ lib. 1. c. 4. Mons eſt celeberrimus, cujus variæ reperiuntur apud Scriptores deſcriptiones. Noſter ſequitur ſententiam Periegetæ. Scite vocatur ab Andino vate, Æneid. lib. 12. v. 703. *Pater*, quod apud veteres erat nomen religionis, unde non ſolum Neptunus, Jupiter, & Apollo dicebantur *Patres*, ſed etiam fluvii & montes. Audito Poëtarum florem canentem:

Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipſe coruſcis
Cum fremit ilicibus, quantus gaudetque nivali
Vertice ſe attollens Pater Apenninus ad auras.

21 — Τῷ μὲν μέσην ὄρος, &c.] Sunt duo hemiſtichia, quorum integra carmina leguntur apud Periegetam v. 340. quo ſequuntur modo:

Μέσην δ' ἀμφοῖν ὑπερπέπταται Αὐσονὶς αἶα

Πουλυ-

Α'ΠΕ'ΣΑΣ [22], ὄρ(ος) τ(ῆς) Νεμέας, ὡς Πίνδαρ(ος), καὶ Καλλίμαχ(ος) ἐν τρίτῃ, ἀπὸ Α'πέσαν(τος) ἥρω(ος), βασιλεύσαν(τος) τῆς χώρας· ἢ ἀφ' ἣν τὴν ἄφεσιν τ(ῶν) ἁρμάτων, ἢ ἀπὸ λέοντ(ος). Ε'κεῖ γὰρ ἐκ(πέπτωκε) σελήνης ἄφεσις. [23] Α'φ' ἧς Ζεὺς Α'πεσάντιος. Καλλίμαχ(ος) ἢ ἐν τοῖς ἰάμβοις. Τὸ ἐθνικὸν Α'πέσας φησί· A

[24] Κ'οὐκ ὠδαρείων τῷ Α'πεσάντι πῶρ Διὶ ἔθυσεν
Α'ρκάδας ἵππους.

Α'ΠΙ'Α [25], ἔτως οἱ νεώτεροι τὸ Α'ργ(ος), καὶ τοὺς καλοικοῦντας Α'πιδόνας, ἀπὸ Α'πίδ(ος) τοῦ Φορωνέως, ὡς Ῥιανὸς ἐν Α'χαϊκῷ δευτέρῳ· B

[26] * Ἡμετέρη τοι τέκνα Φορωνέως ἦν ἀπ' Α'ρχῆθεν γωνή. Τοῦδε κλυτὸς ἐκγόνοιο Α'πις,
Οὗ ῥ' Α'πίην ἐφάπιζε, καὶ ἀνέρας Α'πιδονῆας.

Τὸ ἐθνικὸν Α'πιεύς, δηλῶν τ(ὴν) Πελοποννήσιον· καὶ Α'πίηθεν, τὸ ἐκ τόπου· καὶ Α'πιδόνες, καὶ Α'πιδονῆες. [27] Α'πιδόνες δὲ καὶ οἱ Α'ρκάδες, ἀπὸ Α'πιδόν(ος) ποταμοῦ, [28] ἢ ἀπὸ υἱοῦ Φορωνέως Α'πιδόν(ος). [29] Δημήτριος δὲ καὶ ποταμὸν Α'πιδανὸν τ(ῆς) Τρωάδ(ος) φησὶν ἐκβάλλοντα εἰς τ(ὸ) Ε'σπέριον θάλασσαν, ὡς Τιμοσθένης. [30] Φησὶ δὲ καὶ τὰς Α'χραΐδας τὰς ἐν αὐλῇ τῇ χώρᾳ γινομένας, C Ἴσρ(ος) Α'πίας, ἀπὸ ταύτης τοῦτο τ(ὸ) ἔξωθεν λεχθῆναι. Λέγε(ται) καὶ Α'πις θηλυκὸν, ἔ(στι) ἢ γλωσσικὴ Α'πίδ(ος). Οὕτω τ(ὴν) χώραν Ε'ρατοσθένης ἐν Ε'ρμῇ περιαγορεύει.

APESAS, mons Nemeæ, ut Pindarus, & Callimachus lib. 3. ab Apesante heroë, qui in regione ista regnavit vel ἀπὸ τῆς ἀφέσιν, id est, *à dimissione curruum* vel *leonis*. Illic enim à luna dimissus est, unde Jupiter *Apesantius* dictus. Callimachus in jambis. Gentile, Apesas inquit:

Et non Darius Apesanti Jovi sacrificavit
Arcades equos.

APIA, sic recentiores *Argos* vocant, & incolas, *Apidones* ab Apide Phoronei filio, ut Rhianus Achaicorum secundo:

Nostra verò progenies ab initio est
Ex filiis Phoronei, ex quo celebris natus
Apis,
Qui à se Apiam dixit, & viros Apidones.

Gentile, Apieus, significans Peloponnesium; adverbium locale, ex-Apia; incolæ dicuntur Apidones, & Apidoneei. Arcades etiam vocantur *Apidones*, ab Apidone fluvio, vel ab *Apidone* Phoronei filio. Demetrius Apidonem fluvium esse Troadis inquit, qui effluit in occidentale mare, teste Timosthene. Ister verò inquit Achradas, *id est*, pyros quæ hic gignuntur, ab exteris hinc *Apias* dictas fuisse. Dicitur etiam Apis genere fœminino, cujus genitivus Apidis, sic Eratosthenes in Mercurio regionem appellat.

Α'ΠΙ'Ο-

APIO-

Πουλυδεύκης, τλῶ μὲν τε μέσσῳ ὄρ(ος) ἄνδιχα τέμνῃ
Οἰδῆν, ἀΐ(ων) οὐκ εὐθὺς ἐϋμμελέον (ὅτι οὐκ ἐκεῖνο
Ἴδρεις μωμήσαιθ' σοφὸς ὑποδρὺς Α'θηναίης)
Οὐρά τε κικλήσκουσιν Α'πέννιον, ἐκ δὲ Βορείης
Α'λπ(εως) ὀχμώδμον Σικελὸν ἐπὶ πορθμίδα λήγει.
Media autem ambarum panditur Ausonis terra
Longe-extensa, quam mediam mons bifariam secat
Rectus, velut ab amussi directus (non illum
Peritus reprehendere posset sapientis minister Minervæ)
Quem vocant Apennium, *ex septentrionali verò*
Alpi incipiens Siculo in freto desinit.

22 Α'πέσας, ὄρ(ος) τ(ῆς) Νεμέας, &c.] Apesas, antis, mons Nemeæ, memoratur inter alios Pausaniæ lib. 2. Καὶ ταύτῃ καὶ ὄρ(ος) Α'πέσας ἐστὶν ὑπὲρ τὴν Νεμέαν· ἔνθα Περσέα Διὶ ἀφεσίου θῦσαι λέγουσιν Α'πεσαντίῳ, &c. i. e. *Et hac mons etiam Apesas est supra Nemeam, ubi Perseum Jovi primum sacrificasse Apesantio dicunt.*

23 Α'φ' ἧς Ζεὺς Α'πεσάντιος.] Jupiter Apesantius celebratur Pausaniæ lib. 2. cujus verba nota proxima præcedenti attulimus.

24 Κ'οὐκ ὠδαρείων τῷ Α'πεσάντι, &c.] Est versiculus corruptus ex Callimachi jambis, quem si res foret mei arbitrii, sic corrigerem:

Κ'οὐκ ὁ Δαρεῖος Α'πεσάντι Διὶ ἔθυσεν
Α'ρκάδας ἵππους
Et non Darius Apesanti Jovi sacrificavit
Arcades equos.

Sed ego nolo tollere tibi risum, neque debere ludibrium; tu corrige, quomodo placuerit.

25 Α'πία, ἔτως οἱ νεώτεροι τὸ Α'ργ(ος), &c.] *Apia* recentioribus *Argos* civitas dicta fuit, & oppidani, *Apidones*, non solum verò Argos, quod erat Peloponnesi urbs, sed etiam ipsa Peloponnesus *Apia* vocata fuit, ut tradit Eustathius ad Periegetæ carmen 415. & Athen. lib. 14. vel ab Apide Phoronei filio, ut ex Rhiano inquit noster, vel à pyris; quas *apios* vocabant, ut ex Istro in Argolicis inquit Athenæus libro citato.

26 * Ἡμετέρη τοι τέκνα, &c.] Sunt carmina ex Rhiano ex Achaic. 2. quibus manus medicas adhibere ausus non sum, quoniam Eustathius ad Periegetæ carmen 415. ex his carminibus tantum, quæ sunt sana adscribit reliquis relictis, sed apud eum perperam Α'ῤῥιανὸς pro Ῥιανὸς scribitur. Rhianus enim fuit poeta, Arrhianus historicus.

27 Α'πιδόνες δὲ καὶ οἱ Α'ρκάδες, &c.] Apis Phoronei filius ex Epiro veniens, relicto Peloponneso propter serpentes, circa Arcadiam habitavit, à quo & tota Peloponnesus *Apia* olim vocata fuit, & Arcades *Apidones*, auctore Eustathio ad Periegetæ v. 415.

28 Ἢ ἀπὸ υἱοῦ Φορωνέως Α'πιδόν(ος).] Filius Phoronei dicebatur *Apis*, non *Apidon*. Sic enim vocatur in Α'πία, ab eodem Stephano.

29 Δημήτριος δὲ καὶ ποταμὸν Α'πιδανὸν τ(ῆς), &c.] Apidanus fluvius aliis Troadi, aliis Thessaliæ adscribitur; tardè admodum fluebat, unde à Lucano l. 1. vocatur *nunquam celer*:

—— *it gurgite vasto*
Apidanus nunquamque celer, nisi mistus Enipeus

Ideo ab Ovid. Metam. lib. 1. v. 580. lepidè vocatur *senex*,

—— *& irrequietus Enipeus*
Apidanusque senex, lenisque Amphrysos & Æas.

30 Φησὶ δὲ καὶ τὰς Α'χραΐδας, &c.] Achradas ab externis *Apias* vocari, quod in *Apia* regione nascerentur, h. e. in *Laconica*: ex Istro, inquit Epitomator noster; atqui non solum externi, sed etiam *Lacones* sic vocabant. Hesych. Α'χράδα, ἄπιον Λάκωνες. h. e. *Achrada, apion Lacones.* Sic verò dicebatur, quod primum in Peloponneso cum Apia diceretur, arbor hæc visa fuerit, ut inquit Plutarch. in Quæst. Græcis, quod nomen Latinè interpretari possumus *pyrum*, & *arborem* & *fructum*.

Α'ΠΙΟΛΑ [31], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Α Α'πιόλανὸς, ὡς Νῶλα Νωλανός.

APIOLA, urbs Italiæ. Gentile, Apiolanus, ut Nola, Nolanus.

Α'ΠΟΒΟΙΩΤΟΙ [32], ὡς Βοιωτοὶ, ἔθνος Αἰτωλίας. Θουκυδίδης τρίτῃ, Ἐπιχειρεῖν δὲ ἐκέλευον πρῶτον μὲν Α'ποβοιωτοῖς, ἔπειτα Ὀφιονεῦσιν.

APOBOEOTI, ut Bœoti, populi Ætoliæ. Thucydides lib. 3. *Aggredi verò ſuadebant primum quidem* Apobœotos, *deinde* Ophioneos *ſeu* Ophionenſes. B

Α'ΠΟ'ΚΟΠΑ [33], ἀδελφῶς κόλπος ἐν τῷ Ἀραβικῷ μυχῷ· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. Τὸ τοπικὸν, Α'ποκοπίτης, ἢ Α'ποκοπλώος.

APOCOPA, neutro genere, ſinus in Arabico receſſu; Marcianus in periplo. Locale, Apocopita, vel Apocopenus.

Α'ΠΟΛΛΩΝΙΑ [34], πρώτη πόλις Ἰλλυρίας, ἣν ᾤκησν Ἰλλυριοὶ κατ' Ἐπίδαμνον. Τρίτον Δρακοντίων Κορινθίων ἀποικία εἰς αὐτὴν ἐστάλη, ἧς ἡγεῖτο Γύλαξ, ὃς Γυλακίαν ὠνόμασε. Τὸ ἐθνικὸν, Α'πολλωνιάτης· καὶ θηλυκὸν, Α'πολλωνιάτις. Δευτέρα, ἐν νήσῳ πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ, ἀποικία Μιλησίων καὶ Ῥοδίων. γ, Μακεδονίας. δ, πόλις Λιβύης. ε, ἐν νήσῳ τῇ Α'καρνανίας, μία τῶν Ἐχινάδων. ς, ἐν Κρήτῃ, πρὸς τῇ Κνωσσῷ. ζ, νησίον Λεοντίνων καλῆς ἀκτῆς. η, Μυσίας. θ, πόλις Μυσίας, ἐπὶ Ῥυνδάκῳ ποταμῷ. ι, καὶ ἄλλη Θυάτειρα, καὶ Ἔφεσον. [35] ια, Φωκίδος, ἣν Ὅμηρος Κυπάρισσόν φησι, διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν κυπαρίσσους, ὡς Δίδυμος. ιβ, πρὸς τῷ κοίλῳ Συρίας. ιγ, κατὰ Ἰόπλην. ιδ, τῆς Μεσοποταμίας. ιε, Λιβύης, ἡ Κυρήνη ἐκαλεῖτο. ις, Λυδίας. ιζ, Πισιδίας, ἡ πρότερον Μορδιαῖον. ιη, Φρυγίας, ἡ πάλαι Μάργιον. ιθ, ἐν Σίφνῳ τῇ νήσῳ. Εἰκοστὴ, Συρίας, πρὸς Α'πάμειαν. κα, νῆσος πρὸς τῇ

APOLLONIA, *prima* urbs Illyriæ, quam incoluere Illyrii juxta Epidamnum, poſtea ducentorum Corinthiorum colonia in eam miſſa fuit, cui præerat Gylax, qui de nomine ſuo *Gylaciam* nominavit. Gentile, Apolloniates, fœm. Apolloniatis. *Secunda* in inſula prope Salmydeſſum, colonia Mileſiorum & Rhodiorum. *Tertia*, Macedoniæ. *Quarta*, Libyæ. *Quinta*, in inſula Acarnaniæ, una Echinadum. *Sexta*, in Creta prope Cnoſſum. *Septima*, prope Leontinos, & pulchrum littus. *Octava*, Myſiæ. *Nona*, Myſiæ quoque juxta Rhyndacum fluvium. *Decima*, juxta Thyatira & Epheſum. *Undecima*, Phocidis, quam Hom. *Cyparisſum* vocat, quod multas habeat cupreſſos, teſte Didymo. *Duodecima*, juxta Cœleſyriam. *Decima tertia*, juxta Jopen. *Decima quarta*, Meſopotamiæ. *Decima quinta*, Libyæ, quæ *Cyrene* quoque vocabatur. *Decima ſexta*, Lydiæ. *Decima ſeptima*, Piſidiæ, quæ prius *Mordiæum* dicebatur. *Decima octava*, Phrygiæ, quæ olim *Margium*. *Decima nona*, in Siphno inſula. *Vigeſima*, Syriæ, juxta Apamiam. *Vigeſima* C D E F

31 Ἀπίολα, πόλις Ἰταλίας.] Apiola, urbs Italiæ, ex cujus præda Capitolium inchoaſſe dicitur L. Tarquinius, plur. num. uſus eſt Plin. Nat. Hiſt. lib. 3. c. 5. cujus ſunt verba: *Præterea auctor eſt Antias oppidum Latinorum Apiolas captum à L. Tarquinio rege, ex cujus præda Capitolium is inchoaverat.* Dionyſius Halicarnaſſeus Rom. Antiq. lib. 3. auctor eſt hanc urbem à L. Tarquino rege direptam & combuſtam fuiſſe, & ejus mœnia diruta. Hæc urbs effugit ex Italia Leandri, & Cluverii.

32 Ἀποβοιωτοὶ, ὡς Βοιωτοὶ, ἔθνος Αἰτωλίας.] Apobœoti, ut Bœoti, populi Ætoliæ, ex Thucyd. lib. 3. apud quem, non *Apobœoti*, ut inquit noſter, ſed *Apodoti* vocantur. Ecce ejus verba: Ἐπιχείρειν δὲ ἐκέλευον πρῶτον μὲν Α'ποδώτοις, ἔπειτα Ὀφιονεῦσι, &c. h. e. *Jubebant autem, ut primum invaderet Apodotos, deinde verò Ophionenſes, atque poſt hos Eurytanes.* Ad quem locum Thucydidis Scholiaſta nihil adnotat; utrum verò Stephanus ex Thucydide, an Thucydides ex Steph. corrigendus ſit, tuum eſto judicium.

33 Ἀπόκοπα, ἀδελφὸς κόλπος ἐν τῷ Ἀραβικῷ μυχῷ.] Apocopa, neut. plur. ſinus in Arabico receſſu ex Marciani Periplo, cujus ſunt verba: Καὶ πρῶτος μὲν τῶν ἐπισήμων κόλπος ἐστὶν ἐν αὐτῷ ὁ καλούμενος Α'πόκοπα. i. e. *Et primus quidem inſignium ſinus eſt in ipſo, qui vocatur Apocopa.* Barbarico de ſinu loquitur Marcianus, ut & Arrhianus in Periplo maris Erythræi, cujus ſunt, quæ ſequuntur verba: Καὶ μετὰ τοῦτο, τῆς χώρας κατὰ τὸν νότον, &c. i. e. *Et poſt hanc, terra vergente verſus notum, aromatum emporium & promontorium ultimum Barbaricæ continentis verſus orientem Apocopon.* Non eſt audiendus Salmaſius, qui in ſuis Plinian. exercit. in Solin. fol. 798. pro Α'πόκοπον, quod eſt nomen proprium, legit ἀποκόπων, quod eſt participium à verbo ἀποκόπλω, i. e. *abſcindo.* Idem Arrhianus paulò poſt memorat alia duo Apocopa.

34 Ἀπολλωνία, πρώτη πόλις Ἰλλυρίας, &c.] Viginti quinque hujus nominis urbes memorat Epitomator noſter, quibus Ortelius in ſuo Theſauro Geographico alias ſeptem addit; neſcio ſanè, quomodo me ex tot Apolloniis expediam. De omnibus enim aliquid effatu dignum invenire ἀδύνατον exiſtimo; ſed ſalva res eſt, ſeu Tragicos, ſeu Comicos Poetas imitabor. Amabant enim illi, cum ſe ex intricato fabulæ argumento extricare non poterant, ad Deum aliquem confugere, qui fabulam ſolveret & extricaret, unde proverbio locus factus eſt. Sic ego ad Apollinem Capitolinum confugio, ut tibi aliquid notatu dignum propinem, quem M. Lucullus ſublatum ex Apollinis fano, quod erat Apolloniæ Ponti, in Capitolio dedicavit, unde *Capitolinus* vocatur à Plinio lib. 4. c. 13. qui lib. 34. c. 7. inquit, fuiſſe opus XXX cubitorum, quare *Coloſſus Apollinis* dicitur Straboni Geograph. lib. 7. Appianus circa calcem libri, qui *Illyricus* inſcribitur Romam ex Gallia à Lucullo adductum fuiſſe memorat, apud quem pro *ex Gallia* legendum eſt *ex Callatide.* Callatis enim non longè ab Apollonia diſtabat, ubi erat Apollinis fanum, ut patet ex Strabonis libro citato, ubi etiam ejus artificem *Calamidem* memorat, qui eodem libro aliam celebrat Illyridis *Apolloniam* prope Aoum fluvium à Corinthiis & Corcyræis conditam, ubi Auguſtus ſtudiis vacavit, auct. Suet. in Auguſto.

35 Ἐνδεκάτη Φωκίδος, ἣν Ὅμηρος Κυπάρισσόν φησι, &c.] Celebrat Epitomator noſter undecimo loco Apolloniam Phocidis, quam ex Didymo inquit ab Homero *Cyparisſum* vocari; Homerus verò Il. 2. v. 519. *Cyparisſum* Phocidis urbem memorat, ubi Euſt. Τὴν δὲ ὀνθεῖσαν Κυπάρισσον, ἀπὸ Κυπαρίσσου φασὶ καλεῖσθαι ὑπὸ Μινύου ἀδελφοῦ Ὀρχομενοῦ, οἱ δὲ ἀπὸ πολίτου τοῦ ἐκεῖ Κυπαρίσσου &c. i. e. *Dictam* Cyparisſum *ajunt vocari à Cupreſſorum, quæ illic naſcuntur, multitudine; quarum etymologia ex carmine petita, ſcilicet quod κυῇ παρίσους, i. e. gignit æquales Cupreſſorum ramos, haud valde antiqua eſt. Vocabant eam etiam* Cyparisſunta, *&* Apolloniada. *Antiquitus verò &* Eranon *per duplex* n.

36 Εἰκο-

τῇ Λυκίᾳ. κβ, τὸ ἀπὸ Θράκης Ἰώνων, ἣν Δημοσθένης φησίν. [36] Εἰκοστὴ τρίτη, Κρήτης, ἡ πάλαι Ἐλεύθερα, [37] Κλίνιε παῖδες, ἐκ ταύτης ὁ φυσικὸς Διογένης· Εἰκοστὴ τετάρτη, ἐν Αἰγύπτῳ. Εἰκοστὴ πέμπτη, μεταξὺ Βαβυλῶνος καὶ Σούσων. Τρύφων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων, τὸ ἐθνικὸν εἶπεν Ἀπολλωνιάδης· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐκ τοῦ Ἀπολλώνιον, ὡς Δολίχιον Δολιχιάδης.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΙΣ, δῆμος προστεθεὶς τῇ Ἀττα λίδι φυλῇ. Ὁ δημότης, Ἀπολλωνιάδης.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ, νῆσος, ἐν Λιβύῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀπολλωνησίτης. Λέγει καὶ Νησαῖος.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ [38], πόλις ἐν Αἰγύπτῳ, πρὸς τῷ μέρει τῆς Λιβύης, ἡ μικρὰ, ἧς μέμνηται Ἀπίων. Δευτέρα ἡ μεγάλη, ἐν Αἰγύπτῳ. Τρίτη, ἐν Αἰθιοπίᾳ, τῇ Ἐρυθρᾷ προσκειμένη. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀπολλωνοπολίτης.

ΑΠΡΟΣ [39], θηλυκὸν, πόλις Θράκης. Θεόπομπος εἰκοστῇ ἑκτῇ. Τῶν Ἀντιπάτρου χρόνων τοῦτο πρὸς Ἄπρον. Τὰ ἐθνικὰ, Ἀπραῖος.

ΑΠΤΕΡΑ [40], πόλις Κρήτης, ἀπὸ τῆς τῶν Μουσῶν καὶ Σειρήνων ἔριδος, τῆς ἐν τῷ Μουσείῳ, πλησίον τῆς πόλεως καὶ τῆς θαλάττης, τόπῳ τοιῷδε καλουμένῳ γλωμοῦ, ἐν ᾧ μὴ πρὸς ἐν μουσικῇ νίκαν τῶν Μουσῶν, αἱ Σειρῆνες δυσφορέσασαι, τὰ πτερὰ τῶν ὤμων ἀπέβαλον· καὶ λευκαὶ γλωμῶναι, εἰς τὴν θάλασσαν ἐνέβαλον ἑαυτάς· ὅθεν ἡ πόλις Ἄπτερα· [41] αἱ δὲ πλησίον νῆσοι, Λευκαί.

gesima prima, insula prope Lyciam. *Vigesima secunda*, Ionum, qui in Thracia, quam Demosthenes inquit. *Vigesima tertia*, Cretæ, quæ olim, *Eleuthera*, Clini patria, ex qua Diogenes Physicus. *Vigesima quarta*, in Ægypto. *Vigesima quinta*, inter Babylonem, & Susas. Tryphon de derivatis, gentile dixit Apollonieus. Sed hæc forma non est ex hac urbe, sed ex *Apollonium*, ut Dulichium, Dulichieus.

APOLLONIEI, populus additus Attalidi tribui. Popularis, Apollonieus.

APOLLINIS, insula in Libya. Gentile, Apollonesites. Dicitur etiam Nesæus.

APOLLINIS, urbs in Ægypto prope Libyæ partem, parva, cujus meminit Apion. Secunda, magna in Ægypto. Tertia, in Æthiopia, mari rubro adjacens. Gentile, Apollonopolites.

APROS, fœmineum, urbs Thraciæ. Theopompus lib. 26. *Antipatro tempus terente circa Aprum.* Gentilia, Apræus.

APTERA, urbs Cretæ, sic dicta, à contentione Musarum & Sirenum, quæ accidit in Museo prope urbem & mare loco sic vocato, ubi Sirenes postquam in Musica à Musis sunt victæ, id ægrè ferentes τὰ πτερὰ, i. e. *alas humerorum* abjecere; ac albæ factæ, in mare seipsas injicere, unde urbs *Aptera* dicta: Insulæ verò propinquæ, *Leucæ*, i. e. *albæ*. Alii verò à Glau-

36 Εἰκοστὴ τρίτη, Κρήτης ἡ πάλαι Ἐλεύθερα, &c.] Vigesimo tertio loco memorat Apolloniam Cretæ, nullam ob aliam rem celebrem, nisi quod fuerit patria Diogenis physici, qui ideo à Diogene Laërtio *Apolloniates* dicitur in Diogene, nec non Cliniæ Musici & Philosophi Pythagorici, qui si quando ad iram provocaretur, sumpta cithara motus animi leniebat, ut refert Ælianus de Var. Hist. l. 14. c. 23. ego non tantam experior in Musica vim ut animi perturbationes sedare omninò possit. Itaque hujusmodi omnia, quæ de veteribus Musicis leguntur, hyperbolicῶς accipienda esse existimo, de quibus latius in Commentariolo nostro Auctorum, quos ad testimonium vocat Stephanus in *Timotheus Milesius* agemus.

37 Κλίνις παῖδες.] Lege, Κλινιὰς παῖδες, Clinias enim dicebatur Musicus iste, ut videre est apud Ælian. de Var. Historia lib. 14. c. 23.

38 Ἀπόλλων πόλις &c.] Apollinis urbs. Tres hujus nominis civitates celebrat Epitomator noster, duas in Ægypto, tertiam in Æthiopia, ex duabus prioribus prior vocabatur *Apollinis civitas parva*, secunda, *Apollinis civitas magna*, hæc memoratur Cosmographo in Hermonthite, illa in Copite Nomo, utraque lib. 4. c. 5. quarum etiam meminit Geographus lib. 17. Quæ erat in Hermonthite Nomo fuit Crocodilis inimica, ut refert idem auctor eodem libro; quod magis mirari debes, cum in aliis Ægypti urbibus hæc bellua pro Deo coleretur: adeo insani & ridiculi fuere Ægyptii in religionibus, si tam preciosum nomen merentur hujusmodi superstitiones, de Apollonopoli verò Æthiopiæ nulla apud alios, quod sciam, fit mentio, pro Ἀπόλλων πόλις ἐν Αἰγύπτῳ legendum existimo Ἀπόλλων πόλις, πόλις ἐν Αἰγύπτῳ. Similis enim phrasis est in Διὸς πόλις.

39 Ἄπρος, θηλυκὸν, πόλις Θράκης.] Apros, fœmin. gen. urbs Thraciæ, ex Theopompi libro 26. cujus affert verba: Ἄπρος colonia dicitur Ptolemæo Geographiæ lib. 3. c. 12. memoratur Plinio lib. 4. c. 11. hisce verbis: *Apros Colonia, quæ à Philippis abest centum octoginta octo mill. pass.* Postea *Theodosiopolis* dicta fuit, auctore Cedreno.

40 Ἄπτερα, πόλις Κρήτης ἀπὸ τῆς &c.] Memoratur Aptera, urbs Cretæ num. singul. & neut. *Apteron* dicitur Plinio Natur. Hist. lib. 4. c. 12. & *Apteria* Ptol. lib. 4. c. 17. nunc *Palæocastro* vocari ajunt. Cujus nominis etymologiam deducit noster à fabula quadam Musarum, & Sirenum, in qua immorari non placet; verosimilius est, quod inquit Eusebius Chronicorum libro posteriorum Num. DX. quod puto non contradicturum *Georgium Syncellum*, scilicet, *hoc tempore in Creta regnavit Apteras, qui & urbem condidit.* Quod etiam confirmat Pausanias lib. 10. cujus sunt verba: Ἀπὸ τούτου δὲ Πτερᾶς καὶ πόλιν Κρηταιεῖ προσθήκην γράμμασιν Ἀπτεραίους φασὶν ὀνομάζεσθαι. i. e. *Ab hoc verò Ptera & civitatem Creticam addita littera* Apteræos *ajunt vocari.* De qua videsis Ausonianas Scaligeri lectiones, & hæc de hoc Cretico oppido dicta sufficiant. Nolumus enim imitari Sophistidion illud seu potius tintinnabulum Complutense, quod in omnibus rebus mira sua loquacitate risum potius nobis, quàm stomachum movebat, nos verò lectori nostro, neque loquacitate risum, nec longitudine stomachum movere volumus.

41 Αἱ δὲ πλησίον νῆσοι, Λευκαί, &c.] Ab illa fabula Musarum & Sirenum, quam refert, inquit, proximas Cretæ insulæ insulas *Leucas* vocatas fuisse, etsi id nominis alii accepisse referunt, ait idem, à Glauco Cyrenæi filio. Leuce insula contra Cydoniam Cretæ urbem ac duæ *Budoræ* memorantur Plinio Nat. Hist. lib. 4. c. 12. cujus appono verba: *Et latere septentrionali, dextera Cretam habenti contra Cydoniam Leuce: & duæ Budoræ.* Forsitan hæ tres insulæ sunt, quæ ab auctore nostro vocantur Leucæ. Nam contra Cydoniam Cretæ una tantum insula nomine *Leuce* celebratur,

Λβυκαί. Οἱ ἦ, ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Κυρηναίου. Ὁ Α à Glauco Cyrenæi filio. Civis, Apteræus. Eſt
πολίτης, Ἀπεραῖος. Ἔστι καὶ Λυκίας πόλις, ὁ- etiam Aptera, Lyciæ urbs, neutrius quoque
δελέρως καὶ αὕτη. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἀπηρεύς. generis. Cujus gentile, Aptereus.

Ἀραβία [42], ἡ χώρα, ὡς Αἰθιοπία. Δύο δ' ARABIA, regio, ut Æthiopia. Duæ
εἰσὶν ἡ μὲν ἀρωματοφόρος, μεταξὺ Περσικῆς καὶ verò ſunt, una aromatifera inter Perſicum,
Ἀραβικῆς θαλάσσης· ἡ δὲ μᾶλλον δυτικὴ, σωμα- & Arabicum mare; altera magis occidentalis
πλησία πρὸς μὲν τὸν δύσιν Αἰγύπτῳ, πρὸς ἄρκτον δὲ adhærens ad occidentem quidem Ægypto, ad
Συρίᾳ· περὶ ἧς ὁ περιηγητὴς Διονύσιός φησι· ſeptentrionem verò Syriæ, de qua Dionyſius
periegetes inquit:

[43] Τῆς δ' αὖ ἴδοις πρηΰτερον οἶμον ὁδοῖο *Hanc verò videbis ulterius, magis auſtralem viam pergens*

Ἀρῥαβίης κόλπου μύχαλον ῥόον, ὅστε μεσηγὺ *Arabici ſinus ultimum fluxum, qui, inter,*
Εἰλεῖται Συρίης τε καὶ Ἀρῥαβίης ἐραμενῆς. *Volvitur, Syriamque, & Arabiam amabilem.*

Τὸ ἐθνικὸν, Ἀραβεύς· ὡς ἡ παροιμία, Ἀ- Gentile, Arabius, ut parœmia, *Arabius tibicen*
ραβεὺς αὐλητὴς, ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων· de eis, qui indeſinenter diſſerunt ſeu con-
ἢ διὰ τὸ μηδένα Ἑλλήνων διασκεδάσασθαι τὴν αὐ- fabulantur, vel quod olim nullus Græcorum
λητικὴν, ὡς ἔσαν βάναυσον, καὶ παντελῶς ἀνελεύθερον, ἀλλὰ βαρ- diſceret artem tibia canendi, tanquam me-
βάροις αὐλητῆσι χρῆσθαι. Διὸ καὶ Ἀραβεὺς chanicam, atque prorſus viro ingenuo indig-
αὐλητὴς, ὅς nam, ſed Barbaris tibicinibus uterentur.
Quare etiam *Arabius tibicen* dicebatur ille, qui

[44] Διαχμῆς μὲν ἤυλει, τεσσάρων δ' ἐπαύετο. *Drachma quidem tibia canebat, quatuor verò deſinebat.*

Τὸ ἐθνικὸν Ἀραβεὺς, καὶ Ἀραβίσσα. Gentile, Arabius, & Arabiſſa.

Ἄραβις [45], ποταμὸς Ἰνδικῆς ἐν αὐτονόμῳ ARABIS, fluvius Indiæ in regione quæ
χώρᾳ, περὶ ὃν οἰκοῦσιν Ἀραβῖται, ὡς Ὠκεα- ſuis legibus vivit. Circa quem habitant Arabi-
νῖται. tæ, ut Oceanitæ.

Ἀράβυζα [46], πόλις τῆς Καυκωνίδος, ἥτις ARABYZA, urbs Cauconidis, quæ
νῦν Πεσινῆς ὀνομάζεται. Τὸ ἐθνικὸν Ἀραβυ- nunc *Peſines* nominatur. Gentile, Arabyzæus,
ζαῖος, ἢ Ἀραβύζιος. vel Arabyzius.

ΑΡΑ- ARA-

tur, quæ nunc vulgo nautis Italis *S. Theodoro* dicitur, auctore Mich. Ant. Baubrand. ad Philip. Ferr. Alexandrini Lexicon Geographicum cujus ecce verba: *Leuce, inſula parva Cretæ, in ora Boreali, nunc* S. Theodoro *dicitur. Habet arcem in monte ſatis munitam & cognominem, quæ prima expugnata fuit à Turcis anno* 1645. *octo milliaribus diſtat à Cydone in occaſum, & vix uno aut altero milliari ab ora Cretæ inſulæ.*

42 Ἀραβία, ἡ χώρα, ὡς Αἰθιοπία.] Agit nunc de Arabia, quæ ab eo in duas dividitur partes, altera ἀρωματοφόρος, i. e. *aromatifera*, quæ ab aliis εὐδαίμων, h. e. *felix* dicitur inter Perſicum & Arabicum mare inſtar peninſulæ incluſa, altera δυτικὴ, h. e. *occidentalis*, verſus occaſum Ægypto, verſus ſeptentrionem Syriæ finitima; alii verò in tres partes dividunt Arabiam, ſcilicet *Petræam*, *Deſertam*, *Felicem*, Hebraïcè dicitur ערב *Arab*, vel quod ejus pars quædam deſerta ſit, vel quod miſti populi in ea habitarent, quorum celeberrimi fuere Nabatæi, & Sabæi, unde *Thus Sabæum* ab Andino vate Æneid. lib. 1. pro thure Arabico ſumitur, teſte Servio, ad librum citatum v. 419.

Ipſa Paphum ſublimis abit ſedeſque reviſit
Lætа ſuas: ubi templum illi, centumque Sabæo
Thure calent aræ.

Mons *Sinai* in SS. celebratur, ubi *Moſes* nunquam ſatis laudatus Judæis ſuas dedit leges, ethnicis Scriptoribus *Caſius mons* dicitur, ideo Solinus c. 46. vocat Arabes *nobiles monte Caſio*, in quo fuit templum Jovis, qui inde *Caſius* vocabatur, at deinde *D. Catharinæ* ſepulchrum Chriſtianorum devotione celebre; in eo quoque Magni Pompeii corpus jacebat, referente Strabone lib. 16. cujus tumulum magnificentius exſtruxit Adrianus, ut Æl. Spartianus memorat in Adriano, forſitan motus, ut erat eruditus Adrianus, illo diſticho celeberrimo:

Marmoreo Licinus *tumulo tegitur*: Cato *parvo*,
Pompejus *nullo*: *credimus eſſe Deos?*

Non me latet alium quoque fuiſſe hujus nominis montem Syriæ, quod eſt cauſa alicujus apud Scriptores confuſionis; & hæc de Arabia ſufficiant: ſi plura deſideras, conſule Strabonem, Ptolemæum, Plinium, & Bernardum Aldretum in libro, cui titulum fecit *Varias Antiguidades de Eſpaña, Africa, y otras provincias.*

43 Τῆς δ' αὖ ἴδοις &c.] Sunt carmina ex Dionyſio Periegeta, in quibus graphice depinxit Arabiam, quæ, quia aliter apud eum leguntur, ac apud noſtrum, libuit apponere:

Τῆς δ' αὖ ἴδοις πρηΰτερον, κελεύτερον οἶμον ὁδοῖο,
Ἀρῥαβικῆ κόλπε μύχαλον πόρον, ὅστε μεσηγὺ
Εἰλεῖται Συρίης τε καὶ Ἀρῥαβίης ἐραμενῆς
Τυτθὸν ἐπ' ἀντιόλιλυ τέλεμμιδι, ἄχρι Σελαινῶν.
Hanc autem videbis ulterius, magis auſtralem viam pergens,
Arabici ſinus intimum meatum (πόρον) qui inter
Volvitur Syriamque & Arabiam amabilem
Paulum ad orientem converſus uſque ad Selanos.

44 Διαχμῆς μὲν ἤυλει &c.] Eſt verſiculus quidam, qui ſine auctore circumfertur, dici ſolitum de Arabico tibicine, artem verò tibia canendi olim Græci tanquam ſordidam contemnebant, poſtea placere cœpit adeo, ut indoctus haberetur, quiſquis ejus eſſet expers, tandem Alcibiades oris de formitate ad ſpeculum conſpecta, tibias abjecit, atque ars iterum vileſcere, ut antea, cœpit.

45 Ἄραβις, ποταμὸς Ἰνδικῆς ἐν αὐτονόμῳ χώρᾳ.] Arabis, fluvius Indicæ terræ in regione *autonomo* h. e. *libera*. Quod deſumpſit ex Arrhiano de expeditione Alexandri lib. 6. & libro Rerum Indicarum, cui Ἀραβῖται ἔθνος αὐτόνομον dicuntur, qui habitabant circa fluvium Arabin, & fluvius & incolæ triplici gaudent nomine, fluvius enim dicitur Arabis, Arbis, Arabius, incolæ Arabitæ, Arbitæ, Arabii, Arabitæ & fluv. Arabius & civitas Arbis memoratur Ptolem. Geograph. lib. 6. c. 21. in Gedroſia regione Indiæ finitima.

46 Ἀράβυζα, πόλις τῆς Καυκωνίδος &c.] Arabyza urbs, quæ ſua ætate *Peſines* vocabatur, à nemine, quod ſciam, celebratur. Pro Πεσινῆς legendum ſuſpicor Πεσινίς. Sed ego in corrigendo Stephano Maſorethas Tiberiadis potius, quam Criticorum filios audaces imitari volo.

47 Ἄραβος

Ἀ῾ΡΑΔΗ῾Ν, πόλις Κρήτης, ἡ καὶ Ἀ῾νώπολις λέγεται, ἀφ᾽ τὸ εἶναι ἄνω. Ὁ πολίτης ἀπὸ τῆς γλωσσης Ἀ῾ραδλεύς, ὡς Ἀ῾ραφλεὺς Ἀ῾ραφλεύς.

A ARADEN, urbs Cretæ, quæ etiam *Anopolis* dicitur, eò quod sit ἄνω, id est, *supra*. Civis à genitivo Aradenius, ut Araphenis, Araphenius.

Ἀ῾ΡΑΔΟΣ [47], νῆσος Φοινίκης. Ἔστι καὶ ἑτέρα τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀ῾ράδιος. Τρίτη Κρήτης. Τὸ ἐθνικὸν Ἀ῾ράδιος, Ἀ῾ραδία,

B ARADOS, insula Phœniciæ. Est etiam alia maris rubri. Gentile, Aradius. Tertia, Cretæ. Gentile, Aradius, Aradia.

Ἀ῾ΡΑΖΟΣ, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ, ἀπὸ Ἀ῾ραζέως τοῦ ἡγησαμένου. Τὸ ἐθνικὸν Ἀ῾ραζῖος, ὡς Σαβάζιος.

ARAZUS, urbs juxta Pontum, ab Arazo duce. Gentile, Arazius, ut Sabazius.

Ἀ῾ΡΑΙΘΥΡΕ῾Α [48], ἔτως ἡ Φλιοῦς πάλαι. [49] Ὅμηρος·

C ARÆTHYREA, sic *Phlius* olim vocabatur. Homerus:

—— Ἀραιθυρέην τ᾽ ἐρατεινήν.

—— *Arathyreamque amabilem.*

[50] Παυσανίας δευτέρῳ περιηγήσεως Ἑλλάδος φησὶν, ὅτι Ἄραντος ἦν υἱὸς Ἄορις ἐγένετο, καὶ γυναικὸς Ἀραιθυρέα. Τέτους Φλιάσιοί φασι θηρεύειν τε ἐμπείρως ἥδεσθαι, καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἀνδρείως. Προαποθανόσης δὲ τῆς ἀδελφῆς, Ἄορις ἐς μνήμην τῆς ἀδελφῆς τὴν χώραν ἔτως ἔφη. Τὸ ἐθνικὸν Ἀραιθυρεὺς, καὶ Ἀραθυρήθεν.

Pausanias lib. 2. descriptionis Græciæ author est Aorim filium Arantis fuisse, & Aræthyream filiam, quos Phliasii dicunt venationis peritos fuisse, atque in rebus bellicis strenuos, verùm cum soror prius obiisset, Aoris in sororis memoriam, regionem sic vocavit. Gentile, Arætheyreeus. Locale, ex-Arætheyrea.

D

Ἀ῾ΡΑΙ [51], Ἰωνίας νῆσοι τρεῖς, ἔτω λεγόμεναι ἀφ᾽ τὰς ἀρὰς, ἃς Δωριεῖς ἐποιήσαντο πρὸς τὰς Πενταπολίτας, ὡς Ἀ῾ριστείδης. Ἄλλοι δ᾽ ἄλλως. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀ῾ραῖος.

E ARÆ, Ioniæ tres insulæ, sic dictæ ἀφ᾽ τὰς ἀρὰς, i. e. *propter execrationes*, quibus Dorienses devovere Pentapolitas, ut Aristides. Alii verò aliter. Gentile, Araeus.

Ἀ῾ΡΑ῾ΚΥΝΘΟΣ [52], ὄρος Βοιωτίας, ἀφ᾽ ἧς ἡ Ἀ-

ARACYNTHUS, mons Bœotiæ, à quo

47 Ἄραδος, νῆσος Φοινίκης.] Aradus, insula Phœniciæ Hebraïcè dicitur ארור *Arvad*, memoratur Ezech. 27. v. 8. ישבי צירון ואורד היו ששים לך i. e. *Josebe tsidon & Arvad haiu satim lac*, i. e. *Habitatores Sidonis & Arvad fuere remiges tibi.* Loquitur Prophetа contra Tyrum urbem, ubi D. Hieronymus & septuaginta senes *Aradii* interpretantur τὸ *Josebe Arvad.* Erat in hac insula urbs ejusdem nominis, ex qua, Tyro & Sidone conflata est Tripolis, teste Stephano in Τρίπολις. *Paria* etiam dicta fuit Aradus, ut refert Plin. Nat. Hist. lib. 5. c. 31. *In Phœnicio mari est ante Joppen* Paria, *tota oppidum in qua objectam Andromedam belluæ ferunt, jam dicta* Arados, *inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari, ut auctor est Mutianus è fonte dulcis aquæ, tubo coriis facto, usque ad vada trahitur.* Et ejus & fontis mentionem facit Strabo lib. 16. ubi inquit, à quibusdam exsulibus Sidoniis conditam fuisse; Parianos verò memorat Josephus Antiquit. lib. 14. c. 17. & de Bello Judaïco lib. 3. c. 16. celebrat *Andromedæ catenarum signa* extantia circa Joppæ scopulos. Aradus verò Alexandro Macedoni dedita est, ut referunt Quint. Curtius lib. 4. c. 1. Arrhianus de expeditione Alexandri lib. 2.

48 Ἀραιθυρέα, ἔτως ἡ Φλιοῦς πάλαι.] Arætheyrea fuit regionis nomen in Achaia, quæ Strabonis ætate *Phliasia* dicebatur, ut ipse tradit Geographiæ lib. 8. cujus appono verba: Ἀραιθυρέα δ᾽ ἐστὶν, ἡ νῦν καλουμένη Φλιάσια, &c. i. e. *Arætheyrea est, quæ nunc vocatur* Phliasia, *urbem habebat regioni cognominem ad montem Cœlossen, postea migratum inde est & triginta ultra stadiis urbs condita, quam appellaverunt* Phliuntem. *Phliuntem* verò *Arantiam* vocatam fuisse, auctor est noster Auctor in Ἀραντία.

49 Ὅμηρος.] Hemistichium illud in quo *Arætheyream* Smyrnæus vates *amabilem* vocat, invenitur Il. 2. v. 571. ad quem locum Archiepiscopus Thessalonicæ nihil effatu dignum affert.

50 Παυσανίας δευτέρῳ περιηγήσεως Ἑλλάδος.] Sæpe Epitomator noster advocat Pausaniæ libros hoc titulo, & nunc ex ejus Corinthiacis verba affert, quæ apud eum sic leguntur. Nam Auctor noster raro fidi transcriptoris munere fungitur: Ἄραντος ἦν υἱὸς Ἄορις, καὶ γυναικὸς ἐκήδετο Ἀραιθυρέα. Τέτους φασὶ Φλιάσιοι θηρεύειν τε ἐμπείρως ἥδεσθαι, καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἀνδρείως. Προαποθανόσης δὲ Ἀραιθυρέας, Ἄορις ἐς μνήμην τῆς ἀδελφῆς μετωνόμασεν Ἀραιθυραίαν τὴν χώραν· καὶ ἐπὶ τῷδε Ὅμηρος τὸν Ἀγαμέμνονος ὑπήκοον καταλέγων τὸ ἔπος ἐποίησεν.

Οἳ νειούς τ᾽ ἐνέμοντο, Ἀραιθυρέην τ᾽ ἐρατεινήν.

id est, *Arantis verò filius Aoris, & filia fuit Arætheyrea, hos Phliasii ajunt & venandi & bellica virtute excelluisse, mortua verò ante Arætheyrea, Aoris in memoriam sororis regionem* Arætheyream *vocavit; & ideo Homerus Agamemnonis imperio subditos recensens carmen illud fecit:*

Orneasque colunt, & Arætheyream amabilem.

Ex dictis & ex Pausaniæ Corinthiacis patet, Arantiam, Arætheyream, Phliuntem, Phliasiam eamdem fuisse seu urbem, seu regionem, de quibus operæ pretium est audire loquentem Apollonii scholiasten, cujus ad Argonauticor. lib. 1. v. 115. sunt, quæ sequuntur verba: Πόλις Πελοποννήσου ἡ Ἀραιθυρέα, ἐν οἷς τὸ Σικυῶνος κεῖται μέρη, ἡ νῦν ὀνομαζομένη Φλιοῦς ἀπὸ Φλιοῦντος τοῦ Διονύσου καὶ Χθονοφύλης· καὶ αὐτὸς ὁ Διόνυσος Φλιεὺς ὠνομάζετο, ἀπὸ δὲ &c. i. e. *Civitas Peloponnesi Arætheyrea in finibus, seu terminis Sicyonis sita, quæ nunc vocatur* Phliusa *à Phliunte Dionysi ex Chthonophyla filio; & ipse Dionysus* Phliûs *vocabatur, &c.* Nota obiter Arætheyrea cum diphthongo *æ* in penultima, & cum *e* psilo scribi.

51 Ἀραί, Ἰωνίας νῆσοι τρεῖς &c.] Celebrat Epitomator noster tres Ioniæ insulas nomine *Aræ*, quarum nulla apud alios, quod sciam, fit mentio; Athenæus lib. 6. ex Dieuchida in Megaricis memorat *insulas Aræas*, quarum etiam mentionem fecit Eustathius ad Il. 5. v. 411. Utrum verò noster ex Athenæo & Eustathio sit corrigendus, an hi ex nostro, permitto tuo arbitrio.

52 Ἀράκυνθος, ὄρος Βοιωτίας.] Aracynthus, mons Bœotiæ; Plinius Nat. Hist. lib. 4. cap. 27. *Aracynthum* Acarnaniæ montem agnoscit: Eustathio in Periegetam v. 431. *Ætolicus mons* dicitur. Potuit idem fluv. diversas perfluere regiones. Andino vati Actæus Aracynthus dicitur, quod esset vel littoralis vel saxosus. Græci enim ἀκτὴν à quo Actæus, non solum *littoralem oram* vocant, sed etiam τόπον πετρώδη, *locum saxosum*; ac Auctoris nostri sententiam vates ille confirmat, dum inquit Bucolic. Ecloga 2. v. 23.

ἡ Ἀθηνᾶ Ἀρακωθὶς, ὡς Ῥιανὸς ἐν τῇ Φήμῃ· A quo Minerva Aracynthis, ut Rhianus in Fama:

Κλῦθί μοι ὠχάων Ἀρακωθιὰς ὀπαλέρεια.

Audi meas preces Aracynthias *nobilis.*

Ἔστι γὰρ Ἀρακύνθιος τὸ τοπικὸν, καὶ Ἀρακυνθία. Est enim locale, Aracynthius, & Aracynthia.

ΑΡΑΝΤΙΑ [53], πόλις, ἡ ὕστερον Φλιοῦς, ἀπό τινος Ἄραντος αὐλόχθονος. Οἱ πολῖται, Ἀραντῖνοι. B

ARANTIA, urbs, quæ postea *Phliûs*, à quodam Arante indigena. Cives, Arantini.

ΑΡΑΞΑ, πόλις Λυκίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν δευτέρῳ τῶν Λυκιακῶν. Τὸ ἐθνικὸν Ἀραξεῖς, ὡς Πιναρεῖς, Λιμυρεῖς, καὶ Μυρεῖς. Ἄραξαι, ἢ Ἀραξοί, ἔθνος Ἰλλυρίας, ὡς Ἀλέξανδρος C Κορνήλιος ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' Ἀλκμᾶνι τοπικῶς εἰρημένων.

ARAXA, urbs Lyciæ, ut Alexander secundo Lyciacorum. Gentile, Araxei, ut Pinarei, Limyrei, & Myrei. Sunt etiam Araxæ, vel Araxi, populi Illyriæ, ut Alexander Cornelius in lib. de eis, quæ apud Alcmanem localiter dicta inveniuntur.

ΑΡΑΞΗΣ [54], ποταμὸς Ἀρμενίας, καὶ Θεσσαλίας. Οὕτω γὰρ ὁ Πηνειὸς ἐκαλεῖτο, [55] ἀπὸ Ἀράξου. Τὸ τοπικὸν, Ἀράξιον ὕδωρ. D

ARAXES, fluvius Armeniæ, & Thessaliæ. Sic enim *Peneus* vocabatur ex Araxante. Locale, Araxia aqua.

ΑΡΑΦΕΙΑ, νῆσος Καρίας. Παρθένιος ἐν Ἰφίκλῳ·

ARAPHEA, insula Cariæ. Parthenius in Iphiclo:

—— Καὶ εἰναλίαν Ἀράφειαν. —— *Et maritimam Arapheam.*

Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἀραφεύς.

Gentile, Arapheus.

ΑΡΑΦΗΝ, δῆμος Αἰγηίδος φυλῆς. Ὁ Ἀραφήνιος δημότης Ἀραφηνίου, καὶ Ἀραφηνὶς θηλυκόν. Τὸ τοπικὸν, Ἀραφηνόθεν, Ἀραφηνῆσιν, Ἀραφηνάδε. E

ARAPHEN, populus Ægeïdis tribus. Popularis, Araphenius, & Araphenis, fœmineum. Locale, ex-Araphene, in-Araphene, in-Araphenem.

ΑΡΑΧΝΑΙΟΝ [56], ὄρος Ἄργους· Καλλίμαχος Αἰτίων πρώτῃ. Προπερισπαστέον δέ. F Τὰ γὰρ διὰ τοῦ αιον ἀπλᾶ, ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς, ἔχοντα πρὸ τελείας διὰ τοῦ α, καὶ πρὸ ἐξῆς διὰ τοῦ α, ἢ διὰ τοῦ υ, περισπῶσι· Χαλαστραῖον, Καναστραῖον, Ἀμυσχναῖον. Πρόσκειται δ' ἀπλᾶ, διὰ τὸ G καταγαιον.

ARACHNÆUM, mons Argorum; Callimachus causarum lib. 1. Debet scribi cum accentu circumflexo in penultima. Nomina enim per αιον simplicia, quæ plus, quam tres syllabas habent, atque quartam à fine per α, & quæ deinde sequitur per α, vel per υ, circumflectuntur in penultima, ut Chalastræon, Canastræon, Amyschnæon. Additum est verò *simplicia* propter καταγαιον, i. e. *subterraneum*, quod est compositum, & non circumflectitur.

ΑΡΑΧΩΣΙΑ [57], πόλις ὑπὸ ἄποδεν Μασσαγε-

ARACHOSIA, urbs, haud procul à Massagetis,

Canto, quæ solitus, si quando armenta vocabat, Amphion Dircæus in Aëlæo Aracyntho.

Dircæus enim sumitur pro *Thebanus*. At Thebæ erant in Bœotia, ergo *Amphion Dircæus* cantabat in monte Bœotiæ, à quo Minerva *Aracynthis* dicta fuit Rhiano, cujus noster affert versiculum.

53 Ἄραντία, πόλις, ἡ ὕστερον Φλιοῦς &c.] Videsis, quæ num. 48. & subsequentibus annotavimus.

54 Ἄραξης, ποταμὸς Ἀρμενίας καὶ Θεσσαλίας &c.] Araxes, duos hujus nominis fluvios celebrat Stephanus, alterum Armeniæ, alterum Thessaliæ, qui *Peneus* celebriori nomine dicebatur; tertium ejusdem nominis *Persidis* non longè à Persepolis mœnibus fluentem memorat Quintus Curtius lib. 5. Omnium celeberrimus hoc nomine erat Armeniæ, qui antea *Bactros* vocabatur, auctore Auctore de fluminibus, oriebatur ex eisdem ac Euphrates locis, sed deflectens ad orientem in mare Caspium aquas exonerabat, teste Plutarcho in Pompejo, cui libellus ille de fluminibus tribuitur.

55 Ἐκ δὲ Ἀραξοῦ.] Peneum Thessaliæ celeberrimum fluvium *Araxem* quoque vocatum fuisse inquit, cujus etymologiam deducit ἐκ δὲ Ἀραξοῦ, id est, *ex Araxante*, eruditissimus Cl. Salmasius (quidquid dicat Kerkoetius ille; quia nullus est, qui omnibus horis sapiat) in Solin. fol. 1202. illud Auctoris nostri ἐκ δὲ Ἀραξοῦ nimis violenter corrigit, ac pro eo legendum esse inquit ἐκ δὲ Ἀραξαι πὰ Τέμπη, hoc est, *quod perrumpat Tempe*; ego nondum

tantum imperium mihi in Stephanum arrogavi, ac sæpe nec Masorethas Teberiadis, nec Criticos Helladis imitari volo. Nulla enim corrigendi libros porrigine corripior, præsertim cum hic Stephani locus nulla correctione opus habeat. Auctor enim de fluminibus *Araxis* etymologiam ab Araxe deducit, noster ab Araxante. Utramlibet elige.

56 Ἀραχναῖον, ὄρος Ἄργους &c.] Arachnæus mons Argorum celebratur Auctori nostro, antiquitus Σαπυσελάτων dictus; de quo audi loquentem Pausaniam lib. 2. Ἔστι δὲ ὄρος ὑπὲρ Λήσης τὸ Ἀραχναῖον, πάλαι δὲ Σαπυσελάτων ἐπὶ Ἰνάχῳ τὸ ὄνομα εἰλήφει. Βωμοὶ δέ εἰσιν ἐν αὐτῷ, Διός τε καὶ Ἥρας id est, *Est verò supra Lessam mons Arachnæus, antiquitus autem* Sapyselatæn *sub Inacho nomen acceperat. Aræ verò sunt in eo, Jovis & Junonis.* Pro διὰ δὲ α legendum existimo διὰ δὲ αι, & hæc καὶ πρὸ ἐξῆς διὰ δὲ α, ἢ διὰ δὲ υ expungenda censeo. Nam Auctor noster tantum agit de simplicibus & compositis finitis in *αιον*.

57 Ἀραχωσία, πόλις ὑπὸ ἄποδεν Μασσαγετῶν.] Memoratur Arachosia, urbs non longè à Massagetis ex Strabonis lib. 11. Arachosia Straboni libro citato non celebratur tanquam urbs, sed tanquam regio. Ejus enim sunt, quæ sequuntur verba: Καὶ ἡ Ἀραχωσία δὲ ἐπολὺ ἀποδέουσα, καὶ αὕτη τοῖς νοτίοις μέρεσι τῶν ὀρῶν ὑποπέπλωκε, καὶ μέχρι δὲ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τείνει μέρος ἔστι τῆς Ἀριανῆς. id est, *Arachosia etiam non procul abest, ipsa quoque meridionalibus montium partibus subjacens, & usque ad Indum amnem porrecta, pars existens Ariana.*

σαγετῶν· Σεμιράμεως ἐνδεκάτη. [58] Ὑπὸ Σεμιρά- A
μεως κλισθεῖσα, ἥτις καὶ Κωφὼ ἐκαλεῖτο. Οἱ
πολῖται Ἀραχώσιοι· ἡ δὲ Κωφὴν, Κωφήνιοι.

ἈΡΑΧΩΤΟΙ [59], πόλις Ἰνδικῆς, ἀπὸ ποτα-
μοῦ Ἀραχωτοῦ, ῥέοντος ἀπὸ τοῦ Καυκάσου. ὡς
Φαβωρῖνος, καὶ Σεμίδων ἐνδεκάτη. [60] Εἰσὶ B
καὶ ἄλλοι πλησίον Μασσαγετῶν, ὡς Σεμίδων
ἐνδεκάτη. [61] Διχῶς δὲ λεκτέον, καὶ Ἀραχώτης,
καὶ Ἀραχωτός.

ἈΡΒΑΚΗ [62], πόλις ἐν Κελτιβηρίᾳ, ὡς Ἰό-
βας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρβακαῖος. C

ἈΡΒΑΝΙΟΝ, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ. Τὸ
ἐθνικὸν, Ἀρβάνιος, καὶ τὸ θηλυκὸν ἐν κοινῷ
γένει, [63] Ἀρβάκιος ἀκτή.

ἈΡΒΑΞΑΝΟΙ [64], ἔθνος Λιγυστικόν. Παρέ-
πλεον δὲ τὴν χώραν τὴν μὲν πρώτην ἔρημον, ἣν D
ἐνέμοντο [65] Ἴψικροι, καὶ Ἀρβαξανοί.

ἈΡΒΕΛΗ [66], πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν,
Ἀρβελαῖος. Φίλιστος Σικελικῶν ἐγδοῃ.

ἈΡΒΗΛΑ [67], πόλις Περσικὴ, ἀπὸ Ἀρβήλου
τοῦ Ἀ-

getis, Strabo lib. 11. à Semiramide condita; quæ etiam *Cophen* vocabatur. Cives, Arachosii. A Cophene verò, cives, Cophenii.

ARACHOTI, urbs Indiæ, à fluvio Arachoto, qui ex Caucaso profluit, ut Phavorinus, & Strabo libro 11. Sunt & alii prope Massagetas, ut Strabo undecimo. Duobus verò modis potest dici, & Arachotes & Arachotus.

ARBACA, urbs in Celtiberia, ut Iobas. Gentile, Arbacæus.

ARBANIUM, urbs ad Pontum. Gentile, Arbanius, fœmineum in communi genere, Ἀρβάκιος ἀκτή, i. e. *Arbacium littus.*

ARBAXANI, gens Ligustica. *Circumnavigabant verò regionem primam desertam, quam incolebant Ipsicori, & Arbaxani.*

ARBELE, urbs Siciliæ. Gentile, Arbelæus. Philistus Siculorum lib. 8.

ARBELA, urbs Persidis, ab Arbelo Athmo-

58 Ὑπὸ Σεμιράμεως κλισθεῖσα ἥτις &c.] Cum prius Arachosiam urbem memorasset, nunc, inquit, nescio ex quo auctore, à Semiramide conditam fuisse, quæ etiam **Cophen** vocabatur. Si Epitomator noster legisset scriptores Latinos, jurarem hæc ex Plinio hausisse. Sic enim Nat. Hist. lib. 6. c. 23. loquitur: *Arachosia cum oppido, flumine ejusdem nominis, quod quidem* Cophen *dixere, à Semiramide conditum.* At Ptolemæus Geographiæ lib. 6. c. 20. ut & Strabo lib. 11. Arachosiam urbem non novit, sed regionem, inter cujus oppida *Arachotum* memorat. Terminabatur verò Arachosia ab occasu Drangiana, à septentrione Paropanisadis, ab oriente parte Indiæ, à meridie Gedrosiæ parte, auctore Ptolemæo libro, capiteque citatis. Quare *Arachosia* civitas Plinio est eadem, quæ Ptolemæo *Arachotus*, de qua num. sequenti agemus.

59 Ἀραχωτοί, πόλις Ἰνδικῆς &c.] Arachoti, num. plur. & accentu in ultima, urbs Indiæ memoratur Epitomatori nostro, quæ num. sing. masc. & accentu in antepenultima, Arachosiæ inter civitates celebratur Ptolemæo Geographiæ lib. 7. c. 20. Sed hujusmodi μιξοέθνη tam numeri, quam generis, atque reliquorum tanslatitia est apud Scriptores.

60 Εἰσὶ καὶ ἄλλοι πλησίον Μασσαγετῶν &c.] Nunc agit de Arachotis populis, ac hujus nominis duos fuisse, inquit ex Strabonis auctoritate lib. 11. alteros prope Massagetas, alteros Indiæ; at si ego oscitanter non legi Strabonis librum undecimum, id ex Strabone non evincitur. Nam apud eum libro citato Eratosthenes auctor est, Arachotos & Massagetas juxta Bactrios ad Oxum jacere. Bactrii autem erant juxta Paropanisadas. Paropanisades verò versus septentrionem Arachoti terminabantur, ut apparet ex Ptolem. lib. 6. c. 20. Ergo iidem fuere populi, præsertim cum Ptolemæus aliam hujus nominis nec gentem, nec regionem agnoscat. Hos Arachotos & Indos his finitimos Alexander Magnus in magna rerum penuria, & summis militum laboribus subegit, referente Arrhiano Anabaseos Alex. lib. 3. Toto verò cœlo aberrat Q. Curtius, qui lib. 7. c. 3. inquit, Alexandrum subegisse Arachotos, quorum regionem ad mare Ponticum locat; nec ab hoc errore eum unquam vindicabit Cl. Salmasius, qui sua consueta eruditione id conatur agere in suis Plinianis Exercit. in Solin. fol. 1176.

61 Διχῶς δὲ λεκτέον, καὶ Ἀραχώτης, καὶ Ἀραχωτός.] Cum opinaretur duos fuisse hujus nominis populos. Duo eorum ethnica fingit, Arachotes, & Arachotus, quod propria tantum auctoritate firmat; at de una eademque gente utrunque dici potest, quod est apud Scriptores frequentissimum.

62 Ἀρβάκη, πόλις ἐν Κελτιβηρίᾳ, ὡς Ἰόβας.] Arbace, urbs in Celtiberia celebratur ex Ioba, cujus ethnicum, Arbacæus; Arbachos Auctori de viris illustribus, quos scribit à *Q. Cæcilio Metello* domitos, una cum Ortelio puto esse, eosdem cum Arevacis seu Arrebacis Hispaniæ quoque populis.

63 Ἀρβάκιος ἀκτή.] Lege Ἀρβάνιος ἀκτή. Nam, cum egerit de civitate ad Pontum, quæ *Arbanium* dicebatur, cujus nulla apud alios fit mentio, ac ejus gentilitium dixerit esse, *Arbanius*, ratio clamat scribendum esse Ἀρβάνιος ἀκτή, quandoquidem id in exemplum affert.

64 Ἀρβαξανοί, ἔθνος Λιγυστικόν.] Arbaxani, populi Ligustici memorantur ex Theopompo, sed innominato. cujus sunt, quæ illicò apponit verba ex ejus lib. 43. quæ mutila citat in Ἴψικροι, unde didicimus esse ex Theopompi libro citato. Arbaxanorum verò nulla apud alios, quod sciam, fit mentio; noster in Ἴψικροι eos vocat *Arbaxanos.*

65 Ἴψικροι.] Lege Ἴψικροι. Sic enim eos vocat suo loco.

66 Ἀρβέλη, πόλις Σικελίας.] Memoratur Arbele, Siciliæ urbs ex Philisti de Reb. Siculis lib. 8. cujus nulla, quod sciam, extat memoria, nisi in adagio, cujus meminit Suidas in Ἀρβέλου, hisce verbis: Ἀρβέλου, πόλις μεγάλη Σικελικὴ ἡ Ἀρβέλη, οἱ δὲ οἰκοῦντες ἐκεῖσε εὐήθεις ὑπῆρχον δόξαντες εἶναι, καὶ παροιμία· Τί δ' ἧκεις εἰς Ἀρβέλους; id est, *Arbelæ, oppidum Siculum*, Arbele, *qui verò illic habitabant, facile decipi putabantur, & paræmia: Quid non eris profectus Arbelas?* De eis dici solitum, qui peregre profecti magna sibi pollicentur freti simplicitate gentis, ad quam proficiscuntur.

67 Ἀρβήλα, πόλις Περσικὴ &c.] Arbela, neutro plur. *urbs Persica* dicitur Stephano, non quod Persidis urbs esset, sed quod Persis subdita, ac si cui *Antverpia* civitas *Hispanica* diceretur. Sita fuit in Babylonia regione, à qua ad Ninum seu Niniven Parasangæ tantum iter erat, teste Benjam. in suo Itiner. Semiramis, seu, ut alii credidere, *Belus*, cujus regia illic ostendebatur, hanc civitatem condidit, auctore Curtio lib. 5. c. 1. Epitomator noster ex Strab. lib. 16. inquit ab Arbelo Athmonei filio nomen adeptam fuisse. Bochartus Geographiæ Sac. partis primæ libro 4. c. 19. aliam affert ejus nominis etymologiam, sed cum Josephus nos doceat in libello, quem de vita sua conscripsit, fuisse hujus nominis oppidum Galilææ, quod etiam memoratur Machab. lib. 1. c. 9. v. 2. nec non Osee c. 10. v. 14. cui ארבאל *Arbel* dicitur; ideo conjicimus fuisse id nominis oppidis orientis commune, quin etiam à Benjamine in suo Itinerario, eodem modo ארבאל *Arbel* appellatur, unde Græci parum deflexo nomine *Arbela* fecere. Circa hanc urbem divulgarunt Macedones Alexandrum

Ἀθμωνέως· Σλεβέων ἑκκαιδεκάτη. Οἱ κάτοικοι, Ἀρβηλῖται. Τὸ θηλυκὸν, Ἀρβηλῖτις. Καὶ τὰ κληθικὰ, Ἀρβηλικός· καὶ θηλυκῶς.

Athmonei filio. Strab. lib. 16. Incolæ, Arbelitæ. Fœmineum, Arbelitis. Possessiva, Arbelicus; & fœminino genere.

ΑΡΒΙΣ[68], ποταμὸς τῆς Ἰνδικῆς. Ἔθνος, Ἄρβιοι, ἢ Ἀρβίται. Ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Ἄρβιος ὄρος, ἔνθα τιμᾶται Ἄρβιος Ζεύς. Ἄρβιος δὲν, καὶ ὁ καθοικῶν τὸ ὄρος.

ARBIS, fluvius Indiæ. Gens, Arbius, vel Arbitæ. Est etiam in Creta Arbius mons, ubi colitur *Arbius Jupiter*. Arbius igitur, & qui incolit montem, dicitur.

ΑΡΒΟΥΚΑΛΗ[69], πόλις μεγίστη τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ, ἣν μόλις εἷλεν Ἀννίβας, ὡς Πολύβιος τρίτῃ.

ARBUCALE, urbs maxima earum, quæ intra Iberum fluvium, quam magno cum labore Annibal cepit, ut Polybius lib. 3.

ΑΡΒΩΝ[70], πόλις Ἰλλυρίας· Πολύβιος δευτέρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρβώνιος, καὶ Ἀρβωνίτης· ὡς Ἀντρώνιος, καὶ Ἀσκαλωνίτης.

ARBON, urbs Illyriæ, Polybius lib. 2. Gentile, Arbonius, & Arbonites, ut Antronius, & Ascalonites.

ΑΡΓΑΙΣ, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. Οἱ οἰκήτωρ, Ἀργαῖτης. Ἔστι καὶ πρὸς τῷ Κανώβῳ μικρὰ νῆσος Ἀργαία.

ARGAIS, insula prope Lyciam. Incola, Argaïtes. Est etiam ad Canobum parva insula Argæi.

ΑΡΓΑΝΘΩΝΙΣ[71], ὄρος Μυσίας ἀπὸ τῆς Κίου,[72] ἀπὸ Ἀργάνθωνος Ῥήσους γυναικός. Λέγεται καὶ Ἀργανθὼν καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὸ ὄρος. Τὸ κληθικὸν Ἀργανθώνειος, ὡς τὸ Κιθαιρὼν Κιθαιρώνειος·

—— Λέπας Κιθαιρώνειον.

ARGANTHONIS, mons Mysiæ prope Chium, ab Arganthone Rhesi uxore. Dicitur etiam, Arganthon, onis, & mulier, & mons. Possessivum Arganthonius, ut Cithæron, Cythæronius:

—— *Promontorium Citharonium.*

ΑΡΓΑΝΤΗ, πόλις Ἰνδίας, ὡς Ἑκαταῖος. Τὸ ἐθνικὸν ἔθος Ἀργαντῖος· ἀλλὰ ὁ τύπος τῶν Ἰνδῶν, ἢ Ἀργάντιος, ἢ Ἀργαντίτης.

ARGANTE, urbs Indiæ, ut Hecatæus. Gentile debebat esse Argantæus; sed forma Indorum est vel Argantinus, vel Argantites.

ΑΡΓΕΝΝΟΥΣΑ[73], νῆσος πρὸς τῇ ἠπείρῳ τῆς Τρωάδος,[74] ὡς δὲ τὸ Ἀργώνιον ἀκρωτήριον, ἀφ' οὗ Ἀργωνόεις· καὶ κατ' συναίρεσιν, Ἀργωνῆς,

ARGENNUSA, insula ad continentem Troadis, sic dicta ab *Argenno* promontorio, à quo Argennois, *entis*, & per synæresin, Argennûs,

---

vicisse Darium; cum revera apud Gaugamela id acciderit, ut referunt Ptolemæus & Aristobulus apud Arrhianum de expeditione Alexandri lib. 6. nec non Strabo lib. 16. & Plutarchus in Alexandro. Causam verò, quare Macedones id fecere, referunt Strabo & Arrhianus libris citatis, scilicet, quod Gaugamela, vicus parvus erat, nec tanta gloriâ, & celebritate dignus.

68 Ἄρβις, ποταμὸς τῆς Ἰνδικῆς.] Arbis, amnis Indiæ, gens, quæ ad ejus oras habitabat, Arbius, vel Arbitæ, de quibus videsis, quæ in Ἄραβις annotavimus.

69 Ἀρβηκάλη, πόλις μεγίστη τῶν &c.] Arbucale, urbs maxima earum, quæ intra Iberum fluvium ex Polybio libro 3. cujus ecce verba: Ἀρβηκάλλη δὲ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως, καὶ τὸ πλῆθος &c. id est, *Arbucalen autem propter magnitudinem urbis, & multitudinem oppidanorum, & eorum virtutem magno labore obsessam vi capit.* Fuit Arbucale Cartejorum urbs juxta Vacæos Hispaniæ populos, quam Livius lib. 21. c. 5. *Arbacalam* vocat, *Hermandica* (inquit ille) *& Arbacala Cartejorum urbes vi captæ* (ab Annibale) *Arbacale & virtute & multitudine oppidanorum diu defensa.* Eodem ore etsi non eadem lingua videntur loqui Polybius & Livius.

70 Ἀρβών, πόλις Ἰλλυρίας, Πολύβιος δευτέρᾳ.] Arbo, urbs Illyriæ, ex Polybii lib. 2. cujus sunt verba: Οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἔφυγον εἰς τὴν Ἀρβῶνα σκεδασθέντες. id est, *Alii vero omnes fugerunt Arbonem dispersi.* Utitur nomine urbis in genere masculino, quod mirum est non notasse Stephanum. Solet enim id annotare. Apud Polybium verò ejus vetus interpres videtur legisse Narbonem, ut & Xylander in suo Polybio Germanico, quod facile solet accidere in hujusmodi dictionibus cum ultima littera dictionis præcedentis applicatur subsequenti, ut est apud Polybium εἰς τὴν Ἀρβῶνα pro εἰς τὴν Ναρβῶνα. Sed cum hujus Illyriæ civitatis apud alios scriptores nulla, quod sciam, fiat mentio, non possumus certò scire, utrum *Arbo*, an *Narbo* vocaretur.

71 Ἀργανθώνις, ὄρος Μυσίας ἐπὶ τῇ Κίῳ &c.] Arganthonis, mons Mysiæ prope Cium Ponti urbem ab Arganthonide Rhesi uxore, Straboni lib. 12. Arganthonium dicitur; ejus sunt verba: Ὑπέρκειται δὲ τῆς Περκαλῆς ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἀργανθώνιον· ἐκλαῦσαι δὲ μυθεύουσι τὸν Ὕλαν ἕνα τῶν Ἡρακλέους ἑταίρων συμπλεύσαντα ἐπὶ τὴν Ἀργὼ αὐτῷ &c. i. e. *Supra Prusiadem mons est, quem vocant* Arganthonium, *hic fabulantur Hylam unum ex Herculis sociis, qui unà cum eo Argo navi vectus fuit, dum aquatum exit à Nymphis raptum fuisse. Cium verò & hunc ex Herculis sociis unum revertentem e Colchis, urbem sibi cognominem isthic condidisse, & nunc quoque apud Prusienses festivitas quædam celebratur, & montes cum thyasorum choro conscenduntur, Hylasque vocatur, quasi si ad eum requirendum in sylvas ivissent.* Memoratur etiam Apollon. Rhod. Argonautic. lib. 1. v. 1178. apud quem Ἀργανθώνειον per ει in penultima scribitur:

Ἀμφὶ Ἀργανθώνειον ὄρος πωπόκτε Κίοιο
Τὰς μὲν ἐυξείνους Μυσοί.

Circiter Arganthonium montem & effluentias Cii
Ipsos quidem hospitaliter Mysi.

Ad quem locum nihil novi ejus Scholia habent.

72 Ἀπὸ Ἀργάνθωνος Ῥήσου γυναικός.] Lege Ἀργανθωνίδος, id est, *ab Arganthonide Rhesi uxore*, etsi, ut notat noster & fœmina & mons *Arganthos* quoque dicebatur, sed ego id de fœmina, quæ montem habitabat, non de Rhesi uxore intelligendum puto. Quod si hæc sententia tibi non placuerit, puta hac vice me vel Masoretharum jure, vel Criticorum imperio in Stephanum usum esse.

73 Ἀργεννοῦσα, νῆσος πρὸς τῇ ἠπείρῳ τῆς Τρωάδος &c.] Argennusa, insula ad continentem Troadis, juxta Argennum promontorium. Tres memorat Strabo lib. 13. inter Mitylenen & Methymnen, totidem Thucydides lib. 8. Plutarcho in Lysandro *Arginnusæ* dicuntur, ad quas celeberrimus ille Lacedæmoniorum dux *Lysander* navalem pugnam unà cum vita amisit, ut inibi refert idem auctor.

74 Παρὰ τὸ Ἀργώνιον ἀκρωτήριον.] Argennum promontorium, juxta quod erant Argennusæ insulæ, quæ numero præcedenti memorantur. Celebratur etiam inter alios Straboni lib. 13.

75 Ἀνδρω-

γωνῆς, ᾗ Ἀργωνέσιος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀργωνέσιος. A
[75] Ἀνδρωτίων ἐν πέμπτῳ τῆς Ἀτθίδος. Ἀφ' οὗ ι.

nûs, *untis*, & Argennusa. Gentile, Argennusius. Androtion lib. 4. Atthidis per *i* scribit.

ἈΡΓΕΌΝΗΣΟΣ νῆσος, [76] νῆσος μικρὰ πρὸς τῷ Κανώβῳ Αἰγυπτία, ἀπὸ Ἀργέως τοῦ Μακεδόνος, ἀφ' οὗ Ἀργεάδαι, Οἱ οἰκήτορες Ἀργεῶται, ὡς τῆς Νικίης Νικιῶται, καὶ τῆς Χαιρέης Χαιρεῶται, ᾗ B αὗται γὰρ Αἰγύπτιαι πόλεις.

ARGEONESUS, insula parva ad Canobum Ægyptia, ab Argeo Macedone, à quo *Argeadæ* dicuntur. Incolæ, Argeotæ, ut Nicii, Niciotæ, Chærei, Chæreotæ, etenim hæ ipsæ sunt Ægypti urbes.

ἈΡΓΙΛΑ, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀργιλίτης, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Καρίας β.

ARGILA, urbs Cariæ. Gentile, Argilites, ut Alexander Cariæ lib. 2.

ἌΡΓΙΛΟΣ [77], πόλις Θρᾴκης, ὡς Θουκυδίδης ἐν ᾗ, καὶ Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ. C Ἄργιλος, ἡ πρὸς τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πόλις. Ὠνομάσθη δέ, ἐπειδὴ ὑπὸ Θρᾳκῶν ὁ μῦς Ἄργιλος καλεῖται. Σκαπτόντων δὲ εἰς τὰ θεμέλια καταβαλέσθαι, πρῶτος μῦς ὤφθη. Λέγεται δὲ θηλυκῶς. [78] Οἱ πολῖται, Ἀργίλιοι.

ARGILOS, urbs Thraciæ. ut Thucydides lib. 8. & Phavorinus in omnigena historia. *Argilos urbs ad Strymonem fluvium.* Sic verò fuit vocata, quoniam à Thracibus *mus* vocatur *Argilos*. Fodientibus verò ad jacienda fundamenta, primus *mus* visus est. Dicitur verò fœminino genere. Cives, Argilii.

ἌΡΓΟΣ [79], Λακεδαιμονίων πόλις Πελοποννήσου, ἥτις Φορωνικὴ ἄστυ ἐκέκλητο, καὶ Αἰγιάλεια, [80] καὶ Ἱππόβοτον, ἀπὸ τοῦ Ποσειδῶνι νόμῳ ἵππων ἀποδειχθῆναι. [81] Εἶτα, Ἴασον, ἀπὸ Ἰάσου δέ καὶ ἐνίους παῖδος Ἰοῦς, [82] καὶ Δίψιον, E ἀφ'

ARGOS, celeberrima urbs Peloponnesi, quæ *Phoronica* urbs vocabatur, & *Ægialea*, & *Hippoboton*, quod illic Neptuno equorum pascua ostensa fuerint. Deinde *Jason*, ab Jaso secundum aliquos patre *Jûs*; nec

[75] Ἀνδρωτίων ἐν πέμπτῳ τῆς Ἀτθίδος ἀφ' οὗ ι.] Insula Argennusa Androtioni lib. 4. Atthidis dicebatur *Arginnusa*, ut & Plutarcho in Lysandro; nec non Plinio Nat. Hist. lib. 5. c. 31.

[76] Ἀργέως νῆσος, νῆσος μικρὰ πρὸς τῇ Κανώβῳ Αἰγυπτία.] Memoratur Argei insula, insula parva prope Canobum, nomen adepta ab Argeo Macedone; supra in Ἀργαῖς dicitur νῆσος Ἀργαίς, sed à nemine, quod sciam, memoratur, ac etsi ab Argeo rege Macedoniæ nomen accepit: incolæ tamen *Argeotæ*, non *Argeadæ* dicebantur. Argeadæ enim dicebantur Macedoniæ reges, ut patet ex versibus Sibyllæ apud Pausan. lib. 7.

[77] Ἄργιλος, πόλις Θρᾴκης, ὡς Θουκυδίδης ἐν ᾗ.] Argilus, urbs Thraciæ ex Thucydidis lib. 8. Non lib. 8. sed lib. 5. meminit Thucydides Argili civitatis, quare pro ἐν ᾗ scribe πέμπτῃ, de qua sic loquitur Herodotus lib. 7. Ὡς δὲ ἀπὸ Στρυμόνος ἐπορεύετο ὁ στρατὸς, συμβαίνει σφέας ἡλίου δυσμέων ἐπὶ αἰγιαλὸν, ἐν τῷ εἰκημένην Ἄργιλον πόλιν Ἑλλάδα παρεξήιει. id est, *Ubi ab Strymone fluvio progressus est exercitus, illic ad solis occasum est littus, in quo sitam urbem Græcam Argilum præteriit.*

78 Οἱ πολῖται, Ἀργίλιοι.] Oppidani, seu cives urbis Argili dicebantur Argilii: eodem modo celebrantur Thucydidi lib. 4.

[79] Ἄργος, Λακεδαιμονίων πόλις Πελοποννήσου &c.] Argos urbs Peloponnesi, multis famigerata nominibus, singul. num. & neut. genere dicitur tam apud Græcos, quam apud Latinos: apud hos tantum in usu est nominat. genitiv. Argûs, accusat. & vocat. in num. plur. mascul. genere usurpant. Undecim hujus nominis memorat Stephanus, sed omnium celeberrima fuit hæc, *Pharonicum* Argos sic dicta ab Pharoneo rege, *Ægialia*, à quodam Ægialeo, vel quod Argos, & Ægialia sint ἰσοδυάμφα. Ἄργος enim omnis campus juxta mare vocabatur, ut infra inquit noster, de qua operæ pretium est audire Strabonem loquentem lib. 8. Τῶν δὲ καὶ Πελοποννησίων πόλεων ἐνδοξότεραί γεγόνασι, καὶ μέχρι νῦν εἰσιν Ἄργος τε Σπάρτη τε· ἀφ' ὃ τὸ πολυθρύλλητον, ἦκισται δεῖ μακρολογεῖν περὶ αὐτῶν, &c. i. e. *Omnium verò, quæ in Peloponneso sunt, urbium illustrissimæ fuere & adhuc usque sunt Argos & Sparta, ac propter earum celebritatem, minime oportet de eis longum sermonem instituere, ne ab omnibus dicta repetere videamur; Antiquitus quidem fama Argos superabat: sed inferioribus temporibus Spartani omnibus modis superiores fuerunt, libertatem suam perpetuo servantes.*

80 Καὶ Ἱππόβοτον ἀφ' οὗ &c.] Argos Peloponnesi urbs *Hippoboton* quoque dicta fuit, non ex fabula, quam refert Epitomator noster, sed quod campos haberet pascendis equis optimos, ut videtur innuere Smyrnæus vates Il. 3. v. 75.

Ἄργος ἐς Ἱππόβοτον, καὶ Ἀχαΐδα καλλιγύναικα
Argos in Hippoboton, & Achaïam pulchras mulieres habentem.

Ad quem locum Eustathius etiam ad fabulas divertit, cum posset ad rei veritatem. Strabo lib. 8. Ἱππόβοτον interpretatur ἵππιον, id est, *equestre.*

81 Εἶτα, Ἴασον, ἀπὸ Ἰάσου δέ καὶ ἐνίους παῖδος Ἰοῦς.] Postea Argos idem Jasonem dictum est ab Iasone patre Jûs; Eustath. ad Il. 3. v. 75. inquit ex Hellanico tres filios reliquisse Phoroneum Argiæ regem, qui mortuo patre Argiam inter se diviserunt. Hi verò fuere Pelasgus, Jasus, & Agenor, à Pelasgo Pelasgicum Argos, ab Jaso Jasonem Argos. Ab Agenore verò, quod τὸν πολεμικὸν ἵππον vocatum fuisse *Hippoboton* Argos. Præter consuetudinem nostram immorati sumus in hujusmodi historiis, quæ fabulas olent; satis esto dicere Jasonem Argos ab Homero vocari Odyss. 18. v. 245.

Εἰ πάντες σε ἴδοιεν ἀν' Ἴασον Ἄργος Ἀχαιοί.
Si omnes te viderent per Jasonem Argos Achivi.

82 Καὶ Δίψιον, ἀφ' τῶν δίψαν τῶν ὑδάτων.] Inquit etiam *Argos* vocatum fuisse *Dipsion* ab aquarum siti, pro Δίψιον fidenter lege Πολυδίψιον. Sic enim apud Strabonem vocatur ex Homero, apud quem Il. 4. v. 171. sic appellatur:

Κάικεν ἐλέγχιστον πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην.
Et maximæ notatus ignominiæ siticulosum, i. e. *desiderabile Argos veniam.*

Strabo lib. 8. Homericum illud πολυδίψιον Ἄργος explicat πολυπόθητον, id est, *valde desideratum*, siti pro desiderio, translatione poëtica, sumpta. Alias etiam addit explicationes, quas apud eum videre licet: hæc mihi videtur verosimilior, cum prius dixerit πλάσμα esse Argos aquis caruisse cum majore sui parte situm esset locis planis, ac prope urbem fluere Inachum amnem per multas delapsum convalles. *Argo* adhuc dici inquit Philip. Fer. Alex. in suo Lex. Geographico.

83 Δεύτερος, Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν.] Secundo loco memorat Auctor noster Argos Amphilochicum, quod in sinu Ambracico condidisse *Amphilochum* Amphiarai filium post bellum Trojanum, domum reversum, ac de patriæ suæ nomine *Argos*, nominasse auctor est Thucydides lib. 2: Strabo lib. 7. ex Ephoro, inquit, ab Alcmæone conditum fuisse, ac de nomine fratris sui *Amphilochicum* nominasse, unaque sententiam Thucydidis quam supra retulimus, refert.

Διὰ τὴν δίψαν τῶν ὑδάτων. [83] Δευτέρα, Ἄ- A
ργος τὸ Ἀμφιλοχικόν. [84] Τρίτη, Θεσσαλίας.
Τετάρτη, Κιλικίας, ἡ νῦν Ἀργεόπολις. Πέμ-
πτη, ἐν Νισύρῳ, μία τῶν Κυκλάδων. Ἕκτη,
καὶ ἀπὸ Τροιζῆνα. [85] Ἑβδόμη, κατὰ Μακεδο-
νίαν. [86] Ὀγδόη, Ἄργος ὀρεστικὸν, ἢ ἐν Σκυ- B
θίᾳ. Ἐνάτη, Καρίας. Δεκάτη, τὸ Ἀργολι-
κόν. Ἑνδεκάτη, ἡ Φαιάκων Ὑπερεία. [87] Ἄρ-
γος ἡ σχεδὸν πᾶν πεδίον καὶ θάλασσαν. [88] Τὸ
ἐθνικὸν παρῶν, Ἀργεῖος, ἀπὸ τοῦ Ἄργος
δεύτερον: οὐ γὰρ διὰ τοῦ ι· ἀλλὰ παρὰ τὸ Ἄρ- C
γον τὸ κύριον· λέγεται γὰρ καὶ Ἀργόλας. Ἀρι-
στοφάνης ἥρωσιν·

Οὐκ ἠγόρευον, ἔτος ἐστί γ' οὐκ Ἀργόλας.
Μὰ δι' ἀδ' Ἕλλην, ὅσον ἐμοί γε φαίνεται.

Καὶ Εὐριπίδης ἐν Πλειαθένῃ· D

Ἐγὼ μὲν Σαρδιανὸς, οὐ γὰρ ἔκτ' Ἀργόλας.

Καὶ Ἀργόλις ἡ χώρα, καὶ ἡ γυνή. Καὶ Ἀργολικὸς,
καὶ Ἀργολική. Καὶ Ἀργείωνες λέγονται, ὡς Καδ-
μείωνες· καὶ Ἀργειώνη, ὡς Ἀντιμαχος. Καὶ
Ἀργειῶτις, παρὰ τὸ Ἀργεῖος· καὶ Ἀργεῶτις τὸ E
θηλυκόν. Καὶ ἀργολίζω ῥῆμα, ἀπὸ τοῦ μετοχλῶ
Ἔφορος ἐνενηκοστῷ καιδεκάτῃ. Λέγονται καὶ πατρωνυ-
μικῶς, ὡς οἱ πολλοὶ, καὶ Ἡρόδωρος· ἐν μὲν τῷ
νῦν, Ἡρακλεῖς τε· πρὸ δὲ Ἡρακλέους, Περσί-
δαι· πρὸ Περσέως δὲ, Λυγκεῖδαι, καὶ Δαναΐδαι· F
πρὸ δὲ Δαναοῦ, Ἀργειάδαι, καὶ Φορωνίδαι, [89] ἃς
Ἄβρων ποιήσεις ἀνατίθησιν.

Ἄργουρα [90], πόλις Θεσσαλίας, ἡ πρότε-
ρον Ἄργισσα. Ἔστι καὶ τόπος τῆς Εὐβοίας Ἄρ-
γουρα, ὅπου δοκεῖ τὸν Πανόπτην Ἑρμῆς προ- G
νοήσειναι. Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀργουραῖος, ὡς καὶ
Φίλων. Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ἐν πρώτῳ νεῶν
καταλόγου, Ἀργείους ὀνομάζεσθαι, ἢ τῆς προση-
γορίας μεταπιεζούσης, ἢ διὰ τὸ προκυρῆσαι τὰ
πεδία τῆς Θεσσαλίας. [91] Ἦν δὲ Πελασγικὸν Ἄρ- H
γος

nec non Dipsion, διὰ τὴν δίψαν τῶν ὑδάτων, id est, *propter sitim aquarum*. *Secunda* est Argos Amphilochicum. *Tertia*, Thessaliæ. *Quarta*, Ciliciæ, quæ nunc *Argeopolis*. *Quinta*, in Nisyro, una Cycladum. *Sexta*, juxta Trœzenem. *Septima*, juxta Macedoniam. *Octava*, Argos Oresticum, vel in Scythia. *Nona*, Cariæ. *Decima*, Argolicum. *Undecima*, Phæacum Hyperia. Argos verò vocatur, omnis ferè campus juxta mare. Omnium gentile, Argivus, non ab Argos neutrum. Esset enim per *i*; sed ab Argo conditore. Dicitur enim etiam Argolas. Aristophanes heroïbus:

Non loquebar, hic est sanè non Argolas
Per Jovem nec Græcus, ut mihi saltem videtur.

Et Euripides in Πλειαθένῃ:

Ego verò Sardianus, non enim amplius Argolas.

Dicitur etiam Argolis regio, & fœmina, & Argolicus, *a*; nec non Argiones, ut *Cadmiones*. Et Argione, teste Antimacho. Et Argiotis, ab Argæus. Et Argeotis, fœmineum. Et verbum *argolizo*, cujus participio usus est Ephorus lib. 19. Dicuntur etiam patronymicè, ut multi; nec non Herodorus. Nunc quidem Herculei, seu Heraclenses. Ante Herculem verò *Persidæ* vocabantur; ante Perseum verò, *Lyngidæ*, & *Danaidæ*; ante Danaum verò, *Argeiadæ*, & *Phoronidæ*, quas Abro poëtis tribuit.

ARGURA, urbs Thessaliæ, quæ prius *Argissa*. Est etiam locus Eubœæ, Argura, ubi videtur Panoptam Mercurius occidisse. Gentile, debebat esse, Arguræus teste Philone. Apollodorus verò inquit primo navium catalogo, *Argeios* vocari, vel appellatione intercidente, vel quod auctoritate sibi adjudicaverint Thessaliæ campos, quam *Pelasgicum Argos* vocavit Homerus. Vocantur verò

84 Τρίτη, Θεσσαλίας.] Tertio loco celebrat *Argos Thessaliæ*, quod memorat Servius ad Virgil. Æneid. lib. 7. ex Lucano, cujus etiam affert sequentem versiculum:

—— *Ubi nobile quondam,*
Nunc super Argos erat.

Videsis quæ num. 91 subsequenti annotamus.

85 Ἑβδόμη, κατὰ Μακεδονίαν.] Septimo loco celebrat *Argos juxta Macedoniam*, quæ in Eparchia Macedoniæ sub duce memoratur Constant. Porphyrog. de Them. libro 2. Them. 2. Macedoniæ.

86 Ὀγδόη, Ἄργος Ὀρεστικόν.] Octavo loco memorat *Argos Oresticum*, ab Oreste, cum ob matris cædem fugeret, conditum in Epiro, auctore Strabone lib. 7. Argûs in Scythia nulla fit apud alios mentio.

87 Ἄργος ἡ σχεδὸν πᾶν πεδίον καὶ θάλασσαν.] Argos vocari quoque inquit omnem fere campum juxta mare, quod ex Strabonis lib. 8. habet.

88 Τὸ ἐθνικὸν παρῶν, Ἀργεῖος &c.] Omnium hujus nominis urbium gentile inquit esse τὸ Ἀργεῖος, id est, *Argivus*, non ab urbe Argos, sed à conditore Argo, quem nuper somniavit, cum ante nullius urbis ex omnibus, quas retulit, conditorem eum nominaverit: diversas deinde *Argus* oppidanorum appellationes memorat, quarum nullam reddit rationem; omnes de *Argo Peloponnesi*, utpote celeberrima intelligendas esse existimo, quam illustrabant arx *Larissa*, *Inachus* fluvius, collis munitus, in quo erat *Jovis templum*. Habuit etiam *Junonis templum* vetustate, & religione percelebre, à cujus Sacerdote fœmina Argivi annos numerabant, ut testatur Thucydidis Scholiasta ad ejus lib. 2. Urbem celebrem celebriorem reddidit morte sua *Pyrrhus* Epirotarum rex, qui captis per vim Argis, tegula à fœmina Argolide occisus fuit. Argis etiam natum fuisse equum illum *Sejanum* in historia celebrem refert A. Gellius Noct. Attic. lib. 3. c. 9. Et hæc de urbe *Argo* dicta sufficiant, si plura desideras vide Eust. ad Perieg. v. 418.

89 Ἃς Ἄβρων ποιήσεις ἀνατίθησιν.] Inquit omnia gentilia illa patronymica Abronem tribuere poëtis, ac quia ἐθνικὰ intelliguntur, pro ἃς legendum ἃ, id enim ratio clamat.

90 Ἄργουρα, πόλις Θεσσαλίας, ἡ πρότερον Ἄργισσα.] Argura, urbs Thessaliæ, quæ prius *Argissa*, sita erat ad Peneum fluvium, auctore Strabone, cujus ex lib. 9. sunt, quæ sequuntur, verba: Ἡμῖν δὲν Ἄργισσα ἡ νῦν Ἄργουρα ἐπὶ τῷ Πηνειῷ κεῖται &c. id est: *Argissa igitur, quæ nunc* Argura *ad Peneum fluvium jacet.*

91 Ἦν δὲ Πελασγικὸν Ἄργος εἶπεν Ὅμηρος.] Argissa, quæ ætate Strabonis dicebatur *Argura*, ut apparet ex ejus verbis numero præcedenti allatis, ab Homero vocatur *Pelasgicum*

γ῾ο εἶπεν Ο῎μηρ῾ο. Καλεῖται δὲ Λεοντῖνοι, ἀπὸ Λεοντέως. Καὶ Α῾ργέλι῾ο, τὸ ἐθνικόν.

A verò *Leontini*, à Leonteo. Dicitur etiam Argurius gentile.

Α῎ΡΓΕΝΝΟΣ [92], υἱὸς τ῾ Λεύκων῾ο, καὶ Α῾θήμαντ῾ο, καὶ Σισύφ῾ου, καὶ Αἰόλ῾ου· ἐρώμενο῾ν Α῾γαμέμνον῾ο, Βοιωτός. Ὃς ἀνιὼν εἰς τ῾ὴν Κηφισὸν, τελευτᾷ. Α῾φ᾽ οὗ καὶ Α῾ργεννίδα τ῾ὴν Α῾φροδίτην ἐτίμησε. Λέγε῀ται δὲ καὶ Α῾ργεννὶς. [93] Α῾λεξοφάνης δὲ Α῾ργυνὶ, διὰ διφθόγγου. Ὁ οἰκήτωρ, Α῾ργύννιος.

ARGENNUS, filius Leuconis, filii Athamantis, filii Sisyphi, filii Æoli; amasius Agamemnonis, Bœotus. Qui rediens in Cephisum obiit, à quo *Argennidem* vocavit Venerem, & coluit. Dicitur etiam *Argennis*. Aristophanes verò Α῾ργυνὶ, per diphthongum (dixit.) Incola, Argynnius.

Α῎ΡΓΥΡΑ [94], μητρόπολις ἐν Ἰνδικῇ Ταπροβάνῃ νήσῳ. [95] Ὃ ἐστι κεφαλὴ νήσου· καὶ γὰρ εὐφορωτάτη ἐστὶ, καὶ πλεῖστον ποιεῖ χρυσόν. Τὸ ἐθνικὸν Α῾ργυρίτης, ἢ Α῾ργυρίως· ἀμφότεροι γὰρ οἱ τύποι συνήθεις.

ARGYRA, metropolis in Indica Taprobana insula, quod est hordei insula. Etenim fertilissima est, ac plurimum gignit aurum. Gentile, Argyrites, vel Argyrenus. Utraque enim forma usu recepta est.

Α῎ΡΓΥΡΙΝΟΙ [96], ἔθν῾ο Η῎πειρωτικὸν, ὡς

ARGYRINI, populi Epirotici; ut

Lasgicum Argos, inquit Epitomator noster, scilicet Il. 2. v. 681.

Νῦν δ᾽ αὖτε ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Α῾ργος ἔναιον.

Nunc verò ipsos quicunque Pelasgicum Argos *habitabant*. Ad quem locum, inquit Eustathius *Thessalicum Argos* quoque dici, de quo videsis numerum 84 præcedentem.

92 Α῾γχι῾ο, υἱὸς τ῾ Λεύκων῾ο, καὶ &c.] Pro τ῾ Λεύκων῾ο lege τ῾ Λεύκων῾ο. Leucon enim fuit filius Athamantis, ut claret ex Pausaniæ libr. 6. & 9. cum Auctoris nostri institutum sit agere de urbibus & populis, præter ejus institutum agit nunc de genealogia *Argenni* Bœoti Agamemnonis catamiti, qui facetissimo poetarum Epigram. lib. 7. Epigr. 14. dicitur *Arginus*. Ad eum enim videtur alludere, quandoquidem in illo epigrammate memoratur una cum Hyla Herculis amasio, & Hylas epigrammate 49. ejusdem libri una cum Ganymede, at apud Auctorem nostrum aliqua suspicor deficere. Innuit enim oppidum, vel montem aliquem *Argennum* quoque vocari, cujus habitator, *Argennius* dicebatur.

93 Α῾λεξοφάνης δὲ Α῾ργυνὶ, διὰ διφθόγγου &c.] Si Criticorum imperium in Stephanum mihi arrogarem, pro Α῾ργυνὶ legerem Α῾ργυΐν῾ο; pro Α῾ργυννίου verò Α῾ργυνίου. Nam ipse loquitur de Argenno, & de Argennide Venere.

94 Α῾ργυρα, μητρόπολις ἐν Ἰνδικῇ Ταπροβάνῃ νήσῳ, &c.] *Argyra, metropolis in Indica Taprobana insula, quod est hordei insulæ. Etenim fertilissima est, ac plurimum facit aurum.* Valdè oscitanter transcripsit hæc Epitomator noster ex Ptolemæi Geographiæ lib. 7. c. 2. apud quem sic leguntur: Ἰαβαδίου, ὃ σημαίνει κεφαλῆς νῆσο῾ν. Εὐφορωτάτη δὲ λέγεται ἡ νῆσο῾ν εἶναι, καὶ ἐπὶ πλεῖστον χρυσὸν ποιεῖν, ἔχειν τε μητρόπολιν, ὀνομα Α῾ργυρῶ. id est, *Jabadiu, quod significat hordei insula. Fertilissima verò insula dicitur esse, & præterea plurimum aurum facere* (id est, gignere) *habereque metropolim, nomine* Argyren. Quare procul dubio nostri Epitomatoris verba, sic ex Ptolemæi verbis allatis corrigenda sunt: Α῾ργυρῆ, μητρόπολις ἐν Ἰνδικῇ Ἰαβαδίου νήσου, ὃ ἐστι κεφαλῆς νῆσο῾ν &c. i. e. *Argyre, metropolis in Jabadiu insula, quod est hordei insula &c.* Et hanc existimo esse veram hujus depravati loci correctionem, & nominis Jabadiu interpretationem. *Diu* significare insulam ex Ptolemæi verbis allatis apparet; esse verò nomen Persicum, inquit Vossius ad Melæ lib. 3. c. 7. Persæ & commercio & armis frequentarunt oras Indiæ maritimas. Quare facile potuere nomen imponere insulæ ab corum lingua, ut solet fieri. Adhuc hodie conservatur hoc nomen in regionibus illis; quandoquidem Lusitani cepere urbem celeberrimam *Dio*, quam Lusitanus Cygnus Cant. 10. Oct. 35. vocat *illustrem* ac eodem Cantu, Oct. 64. *divitem* appellat. Audi eum canentem:

A este o Rey Cambayco soberbissimo
Fortaleza dara na rica Dio
Porque contra o Mogor poderosissimo
Lhe ajude à defender o Senhorio.

Ad quem locum nihil eruditum affert ejus præcipuus Commentator Manuel de Faria amicus noster; *Dio* vero, & *Diu* eadem est urbs; sed rem veluti acu tetigit Petrus Teixeira in suis Relationibus Regum Persidis & Harmuzi c. 22. qui omnes nebulas hac in re nobis discutiet: *Y succedio*, inquit ille, *esto como dixe en la ciudad de* Diù, *que esta situada en la costa del Reyno de Cambaya: adò los Portuguezes tienen aquella famosa fortaleza, tan celebre por las grandes vittorias que en ella huvieron en varios tiempos; y pues la nombré, y no es de vintirme del Reyno de Cambaya, diré della una curiosidad advertida de pocos. El nombre con que esta ciudad, es llamada de la gente Indiana ansi natural como estrangera, es* Dive, *pronunciando la ultima* e, *suavissimamente, y no es nombre proprio, mas coman, que quiere dezir Isla, como tambien dizen, Ange dive, cinco islas: Naledive., que los Portugueses dizen Maldiva, quatro islas. Selandive, la isla de Seylan; por manera, que Diu se llama Dive por excellencia que es Isla: y quando hablando, o escriviendo la quieren distinguir y hazer differentia de otras: la dizen Dive Nowlakà, que es la isla de los nueve cuentos: porque refieren, que pidiendo una hija de un Señor de la isla, antiguamente á su padre algun don, le concedio lo que importassen sus entradas o reditos de la Aduana en aquel dia, y fuerõ nueve leques, que son nueve cuentos de la moneda de aquella tierra: dedonde le quedò el sobre nombre de Dive Nowlakà: ansi que* Diu *o Dive quiere dezir isla y no es nombre proprio, mas comun.* Argyra verò, quæ metropolis dicitur Epitomat. nostro, à Mela lib. 3. c. 7. vocatur *insula*. Ejus sunt verba: *Ad Tamum insula est Chryse, ad Gangem Argyre. Altera aurei soli (ita Veteres tradidere) altera argentei: atque ita, ut maxime videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula est.* De quibus regionibus sic loquitur Ptolemæus Geographiæ lib. 7. c. 2. Τῆς δὲ ἀργυρᾶς χώρας, ἐν ᾗ πλεῖστα λέγεται εἶναι μέταλλα ἀσήμου, ὑπερκειται πλησιάζουσα τοῖς Βησυγήταις ἡ ΧΡΥΣΗ ΧΩΡΑ, καὶ αὐτὴ πλεῖστα μέταλλα ἔχουσα χρυσοῦ &c. i. e. *Super argenteam regionem, in qua multa esse dicuntur metalla argenti, superjacet* AUREA REGIO, *Besygetis appropinquans, quæ & ipsa plurima habet auri metalla.* Has verò regiones locat Ptolem. libro capiteque citatis in India extra Gangem. Plinius lib. 6. c. 11. confirmat sententiam Ptolemæi. Sic enim ille: *Extra ostium Indi, Chryse & Argyre, fertiles metallis, ut credo. Nam, quod aliqui tradidere, aureum argenteumque ius solum esse haud facile crediderim.* Græcis *Chryse*, & *Argyre*, idem est, quod Latinis *Aurea* & *Argentea*, nos verbis Latinis vertimus Græca Ptolemæi. Cæterum apud eumdem Ptolemæum libro citato, capite quarto prò *Simundu*, legendum est *Simundiu*, de quibus videsis, quæ in Ταπροβάνη annotamus.

95 Ὃ ἐστι κεφαλῆς νῆσος.] Lege Ὃ ἐστι κεφαλῆς νῆσο῾ν.

96 Α῾ργύρνοι, ἔθν῾ο Η῎πειρωτικόν.] Inquit Argyrinos, populos esse Epiroticos, sed eum fefellit opinio. Fuere enim populi Siciliæ. Præstat audire loquentem Hæacium ad Lycophronis v. 1017. Ὁ μὲν ποιητὴς ἅτος, καὶ οἱ σχολιασταὶ σφάλλονται, ὁ μὲν, τοὺς Α῾ργυρίνους, Α῾ργυρίνας λέγων, διὰ τὸ συγκεῖσθαι πὶ μέτρου, οἱ δὲ, Η῎πειρωτικοὺς ἔθν῾ο αὐτοὺς λέγεσθαι, οὐκ εἰδότες, ὅτι τὸ Α῾ργύρριον πολίχνη Σικελίας ἐστὶν, ὅθεν ἴσως ὁ συγγραφεὺς Διόδωρ῾ος &c. i. e. *Hic quidem Poëta, & ejus Scholiastæ errant, Poëta, Argyrrhinos vocans Argyrinos propter metrum, illi verò, Epiroticam gentem, eos dicunt, nescientes Argyrrhium esse oppidulum Siciliæ, unde erat Diodorus historicus, nisi forte, nec ipse sciebat, quomodo sua ipsius patria vocabatur.*

97 Καὶ

ὡς Τίμαιος, καὶ Θέων, [97] καὶ Λυκόφρων· Εἰς Ἀργυρίνους, καὶ Κεραυνίων νάπας.

Aut Timæus, & Theon, & Lycophron: *In Argyrinos, & Ceraunorum ſaltus.*

Ἀργυρίππα [98], πόλις τῆς Δαυνίας, καθὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον· [99] Λυκόφρων·

Ὃς δ' Ἀργυρίππαν Δαυνίων παγκληρίαν.

ARGYRIPPA, urbs Dauniæ, juxta Ionium ſinum, Lycophron: *Hic verò Argyrippam Dauniorum totam-hæreditatem.*

[1] Αὕτη Λάμπη ἐκαλεῖτο. [2] Διομήδης μὲν τὴν ἅλωσιν τῆς Ἰλίου ἐτείχισε, καὶ μεταμόσας Ἄργος Ἵππιον. [3] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀργυριππιανός. Στράβων Ἀργυριπληνός φησιν.

Eadem *Lampe* vocabatur, quam Diomedes poſt captam Trojam muro circumdedit, ac mutato nomine *Argos Hippium* vocavit. Gentile, Argyrippianus. Strabo, Argyripenus inquit.

Ἄργυρος, πόλις. Φίλιστος ἐναάτῃ.

ARGYROS, urbs. Philiſtus lib. 9.

Ἀρδαλίδες [4], καὶ Ἀρδαλιώτιδες, πιστεύουσι αἱ Μοῦσαι ἐν Τροιζῆνι, [5] ἀπὸ Ἀρδάλου τινὸς ἱδρυσαμένου, ἢ καὶ ἀπὸ τόπου. [6] Ἔστιν δὲ ξ' μὲν Ἀρδαλιῶτις, τὸ δὲ γενικὸν Ἀρδαλιώτης· ξ' δὲ Ἀρδαλὶς, Ἄρδαλος, ὡς Θετταλός.

ARDALIDES, & Ardaliotides coluntur Muſæ Trœzene, ab Ardalo quodam, qui eis *Templum* conſtituit, vel etiam à loco. Eſt igitur quidem ab Ardaliotis, maſc. Ardaliotes: ab Ardalis verò, Ardalus, ut Theſſalus.

Ἄρδεα [7], καὶ οἰκία τῆς Ἰταλίας· Στράβων πέμπτῃ.

ARDEA, oppidum Italiæ, Strab. lib. 5. ſic vocata ab uno filiorum Ulyſſis & Circes.

[8] Ἐκλήθη ἀπὸ ἑνὸς τῶν παίδων Ὀδυσσέως

Eadem

97 Καὶ Λυκόφρων.] Carmen illud Lycophronis, legitur in ejus poëmatio v. 1017. ubi τὸ Ἀργυρίνους duplici *n* ſcribitur.

98 Ἀργυρίππα, πόλις τῆς Δαυνίας &c.] Argyrippa urbs Dauniæ juxta ſinum Ionium. Daunia vero ſub Apulia comprehendebatur. Civitatem tria habuiſſe nomina, conſtat ex Strabonis libr. 6. Argos Hippium, unde veluti contractè Argyrippe, deinde Arpi. Ejus appono verba: Πλησίον δὲ καὶ Σαλαπία, τὸ τῶν Ἀργυριππινῶν ἐπίνειον. Οὐ πολὺ γὰρ ἀπὸ τῆς θαλάττης ὑπέρκειται δύο πόλεις, ἣν γε καὶ πεδίῳ μέγιστῳ τῶν Ἰταλικῶν χεχωρήκασι πλέστοις, ὡς ὠκισμένων ἀθρόων δῆλον, τότε Καννύσιον καὶ ἡ Ἀργυρίππα, ἀλλὰ νῦν ἐλάττους εἰσίν. &c. i. e. *Prope eſt Salapia Argyrippenorum navale. non procul à mari in planicie ſitæ ſunt duæ urbes, quæ ut ambitus earum docet, olim Italiotidum fuere maximæ, ſed nunc ſunt minores, Cannyſium, & Argyrippe, principio verò Argyrippe vocabatur Argos Hippium, deinde Argyrippe, deinde nunc Arpi, utramque Diomedes fertur condidiſſe.* Memoratur Andino vati Æneid. lib. 11. v. 246.

Ille urbem Argyrippam patriæ cognomine gentis;
Victor Gargani *condebat Iapygis oris.*
Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi;
Munera præferimus, nomen, patriamque docemus;
Qui bellum intulerint, quæ cauſa attraxerit Arpos.

Ubi Servius, *Hic in Apulia* (Diomedes) *condidit civitatem, quam patriæ ſuæ nomine appellavit, &* Argoſippium *dixit, quod nomen poſtea vetuſtate corruptum eſt, & factum eſt, ut civitas Argyrippa diceretur, quod rurſus corruptum, Arpos fecit.*

99 Λυκόφρων.] Carmen illud Lycophronis invenitur in ejus Caſſandra v. 592. alterum etiam appono carmen, ut Poëtæ mentem percipias:

Ὁ δ' Ἀργυρίππαν Δαυνίων παγκληρίαν
Παρ' Αὐσονῖτιν φυλαμὸν δομήσεται.
Hic verò Argyrippam Dauniorum totam-poſſeſſionem
Juxta Auſoniam Phylamum ædificabit.

Ad quem locum Iſaacius inquit, Diomedem ab Ætolia ejus patria pulſum Argyrippam urbem, quæ interpretatur *Argos Hippium* ædificaſſe.

1 Αὕτη Λάμπη ἐκαλεῖτο.] Argyrippam urbem Dauniæ, inquit, *Lampen* quoque vocatam fuiſſe, ſed id nullo teſtimonio firmat, nec apud alios, quod ſciam, hujus cognominis, ſeu nominis fit mentio. Forſitan id ſomniavit Epitomator noſter.

2 Διομήδης μὲν τὴν ἅλωσιν τῆς Ἰλίου &c.] Inquit Diomedem poſt captam Ilium muro circumdediſſe Argyrippam, ac mutato nomine vocaſſe *Argos Hippium*, ſed Strabo & Servius ajunt condidiſſe, quorum verba attulimus numero 98 præcedenti, quod etiam confirmat Iſaacius ad Lycophronis v. 592.

3 Τὸ ἐθνικὸν Ἀργυριππιανός. Στράβων Ἀργυριπληνός φησιν.] Gentile Straboni dicitur Ἀργυριπλωός, quia ab ipſo civitas etiam dicitur Ἀργυρίπη, ac eodem modo Epitomatori noſtro ab Argyrippa dicendum erat Argyrippanus, non Argyrippianus. Cæterum ſi plura de hac urbe ſcire deſideras, vide Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 4. c. 12. eruditiſſimum virum, ſed neſcientem tollere manum de tabula.

4 Ἀρδαλίδες, καὶ Ἀρδαλιώτιδες &c.] Ardalides, & Ardaliotides Muſæ Trœzene colebantur. Trœzen vero fuit Peloponneſi urbs, ut ipſe ſuo loco inquit. Nomen has Muſas accepiſſe ait vel ab Ardalo, qui in earum honorem *Templum* conſtruxit, vel à loco. Priorem ſententiam confirmat Pauſanias, cujus ex libro ſecundo ſunt, quæ ſequuntur, verba: Οὐ πόρρω ἐστὶν ἱερὸν Μουσῶν ἐστι. Ποιήσαι δὲ ἔλεγον αὐτὸ Ἄρδαλον παῖδα Ἡφαίστου &c. i. e. *Non longe abeſt Muſarum templum, quod conſtruxiſſe ajunt Ardalum Vulcani filium, quem & tibiam inveniſſe putant, & Muſas ab ipſo* Ardalides *vocant.*

5 Ἀπὸ Ἀρδάλου τινὸς ἱδρυσαμένου &c.] Si res foret mei arbitrii, legerem ἀπὸ Ἀρδάλου τινὸς τὸ ἱερὸν αὐτοῦ ἱδρυσαμένου, ac ſic in verſione mea horum verborum mentem expoſui. Nam in textu Græco deficit τὸ ἱερὸν. Ardalus autem fuit Vulcani filius, ut num. præcedenti ex Pauſaniæ lib. 2. claret.

6 Ἔστιν δὲ ξ' μὲν Ἀρδαλιῶτις &c.] Cum prius dixerit Ardalides & Ardaliotides fuiſſe Trœzene Muſas nomen adeptas ab Ardalo, nunc tanquam ſi loqueretur de regione illa, juxta quam templum Muſarum erat, quæ *Ardalitis*, & *Ardaliotis* vocanda erat, ab Ardaliotis fingitur ipſi incola, Ardaliotes. Ab Ardalis vero, Ardalus, ut Theſſalus.

7 Ἄρδεα, καὶ οἰκία τῆς Ἰταλίας· Στράβων πέμπτῃ.] Ardea, oppidum Italiæ (τὸ καὶ οἰκία, apud Geographos, pro oppido ſumitur) ex Strab. lib. 5. ubi de ea ſic loquitur: Καὶ Ῥοῦτυλοι, οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἄρδεαν ἔχοντες &c. i. e. *Et Rutuli, qui antiquam habebant Ardeam* &c. memoratur inter Latinorum urbes mediterraneas Ptolem. lib. 3. c. 1.

8 Ἐκλήθη ἀπὸ ἑνὸς τῶν παίδων Ὀδυσσέως, καὶ Κίρκης.] Ardeam vocatam fuiſſe ab uno ex filiis Ulyſſis inquit, quam ſententiam profert, ac ſi eſſet Strabonis; at Strabo nihil tale protulit. Id potuit legere apud Dionyſium Antiquit. Rom. lib. 1. Sic enim ille: Ξεναγόρας ὁ συγγραφεὺς ἱστορεῖ Ὀδυσσέως, καὶ Κίρκης υἱοὺς τρεῖς, Ῥώμην, Ἀντίαν, Ἀρδέαν &c. i. e. *Xenagoras hiſtoricus tradit Ulyſſis & Circes tres fuiſſe filios, Romum, Antiam, Ardeam, qui cum tres urbes conderent, eis à ſe nomina impoſuerunt.* Sunt meræ nugæ. Græci hæc fingebant, ut ſibi hanc arrogarent gloriam. Volebant enim Romam à Romo Ulyſſis ex Circe filio conditam credi, de qua ad illud Maronis Æneid. lib. 7.

—— *Et nunc magnum tenet* Ardea *nomen.*

Sic Servius: *Bene alluſit. Nam Ardea, quaſi ardua dicta eſt*, id eſt, *magna & nobilis. Licet Iginus in Italicis urbibus ab augurio avis* Ardeam *dictam velit. Illud namque* Ovidii *in Metamorphoſi fabuloſum eſt, incenſam ab Hannibale Ardeam,*

in hanc

τέως ϗ Κίρκης. [9] Αὕτη Τροία ἐλέγετο, ὡς Χάραξ. [10] Οἱ οἰκοῦντες, Ἀρδεάται. [11] Ἔστι ϗ πόλις Ἰλλυρίας Δρῶ ἔ ι, ὡς Στεφάνων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρδιαῖος. A Eadem *Troja* dicebatur, ut Charax. Incolæ, Ardeatæ. Est etiam urbs Illyriæ per *i*, ut Strabo. Gentile, Ardiæus.

ΑΡΔΥΝΙΟΝ, πόλις ἐν Θήβης πεδίῳ, ὡς Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρδυνίος. B ARDYNIUM, urbs in Thebæ campo, ut Xanthus Lydiacorum secundo. Gentile, Ardynius.

ΑΡΕΘΟΥΣΑ [12], πόλις Συρίας, ϗ Θρᾴκης, ϗ Εὐβοίας, [13] ϗ κρήνη Σικελίας. Ἔστι ϗ Ἰθάκης· [14] Παρ' Κόρακος πέτρῃ, ὅπου τε κρήνη Ἀρεθόσης. C ARETHUSA, urbs Syriæ, & Thraciæ, & Eubœæ; nec non fons Siciliæ. Est & Ithacæ:

Circa Coracis petram, ad fontem Arethusam.

Ὅμηρος. Αὕτη Κύπειρα ἐλέγετο. [15] Δίδυμος ὑπομνηματίζων τῶν τῆς Ὀδυσσείας φησίν· Ἀρέθουσαι δέ εἰσιν ὀκτώ. Ἡρακλέων δὲ ὁ Γλαύκου, τῶν αὐτῶν ὑπομνηματίζων φησὶν, Ἀρῶ ἐστι τὸ πατίζω, ἔ τὸ ἄρδω ὡς ἀγώγιον· ἐκτάσει D ἀρέθω, ὡς φλέγω φλεγέθω. [16] Ἀφ' ἧς πᾶσα κρουνὴ ἐπιθετικῶς ἕτω λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρεθούσιος. Homerus. Eadem *Cypara* dicebatur. Didymus in commentariis in 13. Odyss. inquit: *Arethusæ verò sunt octo.* Heracleon verò Glauci filius in commentariis in eandem inquit; ἀρῶ est *rigo*, à quo deducitur ἄρδω· ex hoc ἀρέθω, ut φλέγω, φλεγέθω, i. e. *uro.* Unde omnis fons adjectivè dicitur Arethusa. Gentile, Arethusius.

ΑΡΕΙΑ [17], κρήνη ἐν Θήβαις, ϗ τόπος, ὃν οἱ καλοικοῦντες Ἄρειοι καλοῦσι. Καί ἐστιν ἀπὸ δύο E ἐν ἐθνικὸν, ὡς ἀπὸ Ἑστίας Μόψου Μοψεάτης, ϗ τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν, τὸ Μητρῷον. AREA, fons in Thebis, & locus, cujus incolæ *Arei* dicuntur. Et est à duobus unum gentile, ut à Mopsi Vesta, Mopseates, & à Matre Deorum, Metroon, h. e, *Matris Deorum templum.*

ΑΡΕΙΟΣ

in hanc avem esse conversam. Puto falsum esse Servium, cum inquit Ovidium in Metamorphosi dicere incensam ab Hannibale Ardeam, &c. Namque Ovid. Metamorphoseon lib. 14. cum loquitur de Venere & ejus filio Æneа, & Turno, atque de Ardeæ eversione, tandem inquit:

Congerie è media tum primum cognita præpes
Subvolat, & cineres plausis everberat alis
Et sonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
Quæ deceant urbem, nomen quoque mansit in illa
Urbis: & ipsa suis deplangitur Ardea pennis.

Plinius Nat. Hist. lib. 35. c. 10. celebrat hac in urbe Reginæ Junonis templum, quod picturis condecoravit M. Ludius Elotas, qua de causa civitate donatus est, atque his versibus:

Dignis digna loca picturis condecoravit
Reginæ Junonis supremæ conjugis templum
Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus,
Quem nunc, & post semper ob artem hanc Ardea laudat.

Idem Auctor lib. 3. c. 5. Ardeam à Danaë Perseï matre conditam fuisse inquit, quod etiam confirmat ejus seu simia, seu Epitomator Solinus c. 8. Quam sententiam sequitur Andinus vates, nullius artis expers Æneid. lib. 7. v. 410.

—— Quam dicitur urbem
Acrisioneis Danaë fundasse colonis
Præcipiti delata Noto. Locus Ardua quondam
Dictus avis, & nunc magnum manet Ardea *nomen.*

Michael Antonius Baudrand ad Ferr. Lexicon Geographic. auctor est, Ardeam hodie in ruinis jacere, ac esse tantum castrum Marchionatus Cæsarinæ gentis in ora maris Tyrrheni. Si plura desideras, vide Cluv. Ital. Antiq. lib. 3. c. 5.

9 Αὕτη Τροία ἐλέγετο, ὡς Χάραξ.] Ardeam Trojam vocatam fuisse ex Charace inquit; sed id videtur somniasse Charax. Nemo enim, quod sciam, id dixit. Liv. lib. 1. statim in principio auctor est: *Antenorem cum multitudine Henetûm, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, sedes, & ducem rege Pylæmene ad Trojam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum: Euganeisque qui inter mare Alpesque incolebant, pulsis, Henetos, Trojanosque eas tenuisse terras, & in quem primum egressi sunt locum,* Troja *vocatur, pagoque inde Trojano nomen est, gens universa* Veneti *appellati. Æneam ab simili clade domo profugum, sed ad majora initia rerum ducentibus fatis, primo in Macedoniam venisse, inde in Siciliam quærentem sedes delatum: ab Sicilia classe Laurentem agrum tenuisse.* Troja *& huic loco nomen est.*

AREO-

10 Οἱ οἰκοῦντες, Ἀρδεάται.] Incolæ civitatis Ardeæ *Ardeatæ* dicuntur Græcis, at Latinis *Ardeates*, ut apparet ex Liv. lib. 4. c. 7. *Legati ab Ardeatibus Romam venerunt, ita de injuria querentes, ut si demeretur ea, in fœdere atque amicitia mansuros restituto agro appareret.*

11 Ἔστι ϗ πόλις Ἰλλυρίας Δρῶ ἔ ι, ὡς Στεφάνων.] Ardeia, urbs Illyriæ memoratur ex Strabone, qui de ea lib. 7. sic loquitur: Πρὸς ᾗ τῷ Ἀρδέᾳ, πᾶσα ἡ Ἀρδεία χερδοῦλα, μέση δ' ἡ Παιονία· ϗ αὐτὴ πᾶσα ὑψηλή. id est, *Ad Adriam verò tota pene est* Ardeia. *Media autem Pæonia, & ipsa tota sublimis.* Ex quibus verbis potius suspicari possumus fuisse regionem, quam civitatem.

12 Ἀρέθουσα, πόλις Συρίας ϗ Θρᾴκης &c.] Inquit Arethusam, urbem fuisse Syriæ, Thraciæ & Eubœæ, (ubi pro Θρᾴκης lege Θρᾴκης,) de quibus nihil inveniebam, quod mereretur nostris observationibus inseri. Quam noster Thraciæ, Scylax Macedoniæ adscribit; quod plerunque in regionum confiniis accidit apud Scriptores, prout sæpius annotavimus.

13 Ἔστι ϗ κρήνη Σικελίας ϗ Ἰθάκης.] Hoc modo dirigenda sunt illa Steph. Sic enim ille amat loqui, non ut est in textu.

14 Παρ' Κόρακος πέτρῃ &c.] Hæc etiam sunt inversa, sic vero sunt dirigenda, Ὅμηρος·

Παρ' Κόρακος πέτρῃ ἐπί τε κρήνη Ἀρεθόσης.

Est enim versiculus Homericus ex ejus Odyss. 13. v. 408.

15 Δίδυμος ὑπομνηματίζων &c.] Inquit ex Didymo ad versum Homericum præcedenti numero citatum, octo fuisse fontes Arethusas, quorum celeberrimi fuere Siciliæ & Ithacæ, utpote Poëtis decantati. Fabulæ me non delectant, nec volo in eis immorari. Videsis, quæ hujus farinæ affert Eust. ad Smyrnæi vatis carmen allatum.

16 Ἀφ' ἧς πᾶσα κρουνὴ ἐπιθετικῶς ἕτω λέγεται.] Cum ex Heracleone Glauci filio ad ejusdem Odyss. versum supra citatum attulerit etymologiam fontis Arethusæ, nunc ex eodem inquit, omnem fontem ἐπιθετικῶς *Arethusam* dici: attamen usus obtinuit, ut pro nomine proprio accipiatur. Peculiariter enim *Arethusa* dici solet de fonte Siciliæ seu Ithacæ, utpote qui fuere celebriores reliquis.

17 Ἄρεια, κρήνη ἐν Θήβαις.] Sic concipienda sunt hæc verba: Ἄρεια κρήνη, κρήνη ἐν Θήβαις. Aliter enim non habet locum, quod inquit Epitomator noster, scilicet, quod ex duobus nominibus fit unum in gentilitio, h. e. *ex Area Crene*, gentile, Arei. De hoc verò Thebarum fonte nihil apud auctores inveniebam.

Ἄρειος πάγος [18], ἀκρωτήριον Ἀθήνησιν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν συνάτῳ, ἐν ᾧ τὰς φονικὰς κρίσεις ἐδίκαζον, Δι' ἃς ἀπὸ ξιφήρους γιγνομένας μιαιφονίας. Φιλόχορος δ' ἐν Ἀτθίδος δευτέρῳ βιβλίῳ, ὅτι Ἁλιρρόθιον τὸν Ποσειδῶνος ἀποθανεῖν βιαζόμενον ὑπὸ Ἄρεος, Διὰ τὴν Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα. [19] Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀρειοπεδιούς, [20] ἀλλ' οὐχ ἁρμόζει Ῥωμαίοις ὁ τύπος. Εὕρηται δὲ καὶ Πεδίον Πεδίνος, ἢ Πεδιανός, καὶ Ἀρεοπεδῖνος, [21] καὶ Ἀρεοπεδινός. Ἔστι καὶ Θρᾴκης ἔρημον πεδίον, χαμαιπελῆ δένδρα ἔχον, ὡς Πολύβιος τεσσαρακαιδεκάτῃ.

Ἄρεος νῆσος, πρὸς τοῖς Κόλχοις, ἐν τῷ Πόντῳ· Σκύμνος ἐν Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἄρειος, ἐξ ἑνὸς τῶν δυοῖν περηγμένον.

Ἄρηναι [22], δύο πόλεις, Μεσσήνης καὶ Τριφυλίας. [23] Ὅμηρος·

——— Καὶ Ἀρήνην ἐρατεινήν.

Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρηναῖος. Τὸ τοπικὸν, Ἀρηνῆθεν.

Ἄρης, Ἄρητος, ὡς Μένδης, χωρίον Εὐβοίας. Θεόπομπος εἰκοστῇ τετάρτῃ Φιλιππικῶν. Τὸ ἔθνος Ἀρήσιος, ὡς Μενδήσιος, Ἀγρήσιος.

Ἄρια [24], θηλυκῶς καὶ ἀδελφῶς Περσικὴ χώρα, ὡς Ἑλλάνικος. [25] Τὸ ἐθνικὸν Ἄριοι, ὡς αὐλὸς φησι, καὶ Ἀριεύς.

ΑΡΙΑ-

AREOPAGUS, promontorium Athenis, ut Apollodorus lib. 9. de Diis, in quo cædis causas judicabant, propter contaminationes ex-cæde à ferro factas. Philochorus verò secundo Atthidis libro auctor est, sic fuisse dictum, quod Halirrhotius Neptuni filius vi illata ὑπὸ Ἄρεος, i. e. *à Marte* propter Alcippen ipsius filiam fuerit interfectus. Gentile debebat esse Areopedieus, at non convenit Romanis hæc forma. Erit igitur à Pedion, Pedinus, vel Pedianus, & Areopedinus, accentu circumflexo in penultima, vel gravi in ultima. Est & Thraciæ campus desertus, qui arbores humiles habet, teste Polybio lib. 13.

AREONESUS, i. e. *Martis insula*, in Ponto, juxta Colchos: Scymnus in Asia. Gentile, Arius, ex uno duorum deductum.

ARENÆ, duæ urbes Messeniæ, & Triphyliæ. Homerus:

——— *Et Arenen amabilem.*

Gentile, Arenæus. Locale, ex-Arene.

ARES, Aretis, ut Mendetis, oppidum Eubœæ. Theopompus vigesimo quarto Philippicorum. Gentile, Aresius, ut Mendesius, Agresius.

ARIA, fœmineo, & neutro genere, regio Persidis, ut Hellanicus. Gentile, Arii, ut idem inquit, & Arieus.

ARIA-

18 Ἄρεως Πάγος, ἀκρωτήριον Ἀθήνησιν.] Insignitè corruptus est locus iste. Areopagus enim non fuit promontorium, ut inquit Stephanus, sed tribunal, in quo Areopagitæ ejus judices cædis causas judicabant. Quare pro ἀκρωτήριον lege fidenter δικαστήριον, id est, *tribunal*, quod erat Athenis in arce, cujus rei locuples est testis Hesychius. Ἄρεως Πάγος, inquit ille, ἐν Ἀθήναις δικαστήριον, ἐν τῇ ἀκροπόλει. id est, *Areopagus Athenis tribunal in arce.* (Athenarum arx *Acropolis* peculiari nomine dicebatur & *Polis*, ut alibi annotatur.) Ἄρεως Πάγος vero Latinis dicetur *Martius pagus*, sed usus obtinuit, ut dicatur *Areopagus*. Erat etiam regio Athenis ex quinque in quas tota urbs aliquando fuit divisa. Eæ autem fuere Ἀρεοπάγιος, Κρόνιος πάγος, Πανὸς πάγος, Ποσειδῶνος πάγος, Ἑρμῆς πάγος, quod testatur Hilduinus in Dionysii Areopagitæ vita. Tribunal vero *Areopagus* sic vocabatur, quod illic primum Mars capitis causam dixerit, ut tradit Pausan. lib. 1. Ejus judices erant integri, & incorrupti, unde præomia, Ἀρειοπαγίτης σκυθρωπότερος, id est, *Areopagita severior*, & Ἀρειοπαγίτης σιγανότερος, id est, *Areopagita taciturnior.* Utrumque verè de Hispaniæ inquisitoribus dici potest.

19 Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀρειοπεδιούς.] Quis non videt ante hæc verba aliquammulta deficere. Gentile enim ab Areopagus non potest Ἀρειοπεδιούς esse, sed Ἀρειοπαγίτης. Ab Ἀρειοπέδιον verò bene deduci potest Ἀρειοπεδιούς, de quo videbatur loqui.

20 Ἀλλ' οὐχ ἁρμόζει Ῥωμαίοις ὁ τύπος.] Innuit loqui περὶ τὸ Ἀρειοπέδιον, id est, *Martius campus*, à quo formabat gentile Ἀρειοπεδιούς, ac inquit hanc formam non convenire Romanis, sed sicut ἀπὸ τοῦ πεδίον fit πεδῖνος vel πεδιανός; sic ab Ἀρειοπέδιον formandum esse Ἀρειοπεδῖνος vel Ἀρειοπεδιανός.

21 Καὶ Ἀρεοπεδινός.] Si ab πεδίον dicitur πεδῖνος vel πεδιανός, eodem modo ab Ἀρεοπέδιον debet dici Ἀρεοπεδῖνος & Ἀρεοπεδιανός, non Ἀρεοπεδινός.

22 Ἄρηναι, δύο πόλεις &c.] Duas hujus nominis urbes memorat, alteram Messeniæ, alteram Triphyliæ. Hanc celebrat Smyrnæus vates ac omnium Poëtarum parens Homerus Il. 2. v. 571. ad quem locum Archiepiscopus Thessalonicæ nihil memorabile affert, quod nostris observationibus possit inservire. Sita autem fuit juxta fluvium, qui *Minyius*, ac postea *Anigrus* vocatus est, referente Strabone lib. 8. Pausania in Eliacis, qui *Samicum* eam quoque vocatam fuisse tradit, etsi Strabo libro citato Samicum ejus arcem fuisse suspicatur, cujus suo tempore nedum vestigia extabant, ut idem inibi refert; at Messeniæ Arenas nemo, quod sciam, memorat.

23 Ὅμηρος.] Hemistichium illud Homericum legitur Il. 2. v. 571. Ejus integrum carmen appono:

Οἳ δ' Πύλον τ' ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινήν.
Quique Pylum incolebant & Arenen amabilem.

24 Ἄρια, θηλυκῶς καὶ ἀδελφῶς Περσικὴ χώρα.] Aria, fœmin. & neut. genere, Persica regio: de hac re ἐπίχω. Non occurrit enim exemplum de regione, quæ fœm. singul. & neut. plurali vocetur. Aria vero Persica regio dicitur Epitomatori nostro, non quod Persis eam comprehenderet, sed quod esset sub Persarum imperio. Ejus enim descriptionem habemus apud Cosmographum Geograph. lib. 6. c. 17. Tudelensi in Itinerario dicitur ארי *Aria*, at Paralipom. lib. 1. c. 5. v. 26. vocatur הרא *Ara*, unde deflexum est Græcorum & Tudelensis *Aria*, in quam *Pul* & *Thiglathpelneser* Assyriorum reges ex Samaria Judæos transtulerunt, res illis temporibus frequens, cum incolæ alicujus regionis in fide non permanebant, eos in aliam victos transferebant, ne iterum rebellarent, quod & in Romana historia memini me legisse, sed temporis & Auctoris non venit mihi in mentem.

25 Τὸ ἐθνικὸν, Ἄριοι &c.] Incolæ Ariæ regionis, de qua præcedenti numero egimus, dicebantur *Arii*. Sic olim vocabantur Medi, ut rerum monumentis tradidit Herodotus lib. 7. c. 67. Ἐκαλέοντο δὲ πάλαι πρὸς πάντων Ἄριοι. id est, *Vocabantur autem antiquitus* (Medi) *ab omnibus Arii.* Quare existimo Ariam fuisse regionem quæ sub Media comprehendebatur. In Mediam enim Samaritæ ab Assyriorum regibus translati sunt, ut apparet ex lib. 4. Regum c. 17. v. 6. & ex Paralipom. lib. 1. c. 5. v. 26.

26 Ἀριά-

Α᾽ΡΙΑ᾽ΝΙΑ [26], ἔθνος πρόσεχὲς τοῖς Καδυσίοις· Α᾽πολλόδωρος δευτέρῳ. A

ARIANIA, gens finitima Caduſiis; Apollodorus lib. 2.

Α᾽ΡΙΑΡΑ᾽ΘΕΙΑ [27], πόλις πλησίον Καππαδοκίας, [28] ἀπὸ Α᾽ριαράθου Καππαδοκίας βασιλεύσαντος, γαμβρὸς Α᾽ντιόχου.

ARIARATHIA, urbs prope Cappadociam, ab Ariarathe Cappadociæ rege, Antiochi genero.

Α᾽ΡΙΑ᾽ΝΘΗ, πόλις Οἰνώτρων· Η᾽ρωδιανὸς ιβ. B

ARIANTHE, urbs OEnotrorum, Herodianus lib. 12.

Α᾽ΡΙΝ᾽ΔΗΛΑ [29], τρίτης Παλαιστίνης. Γλαῦκος δὲ κώμην αὐτὴν καλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽ριανδηλίτης.

ARINDELA, tertiæ Palæſtinæ. Glaucus verò vicum eam vocat. Gentile, Arindelenus.

Α᾽ΡΙ᾽ΚΕΙΑ [30], πόλις Λατίνων· Διονύσιος ἐν πέμπτῃ ἐπιτομῆς ς. Ὁ πολίτης, Α᾽ρικεινός. C

ARICIA, urbs Latinorum. Dionyſius lib. 5. epitom. 6. Civis, Aricinus.

Α᾽ΡΙΜΑ [31]· Ὄμηρος· Εἰν

ARIMA: Homerus: *In*

26 Α᾽ριάνα, ἔθνος πρόσεχὲς τοῖς Καδυσίοις.] Ariania, gens finitima Caduſiis ex Apollodoro lib. 2. de qua videſis Strabonem Geographiæ lib. 15. Ammianum Marcellinum lib. 23. c. 29.

27 Α᾽ριαράθεια, πόλις πλησίον Καππαδοκίας.] Ariarathia, urbs prope Cappadociam Ptolemæo Geograph. lib. 5. c. 6. inter Cappadociæ civitates numeratur, ſed apud eum perperam ſcribitur Α᾽ριαράθηρα, quod ex noſtro auctore corrigendum eſt, ac legendum Α᾽ριαράθεια. Nam hæc civitas hic vocata fuit ab *Ariarathe* rege Cappadociæ, ut inquit noſter.

28 Ἀπὸ Α᾽ριαράθου Καππαδοκίας βασιλεύσαντος.] Ariarathes rex memoratur ab Strabone lib. 12. in Cappadocia, de quo inquit: Προσεπλάσαντο δ᾽ αὐτὸς Α᾽ριαράθης ὁ πρῶτος προσαγορευθεὶς Καππαδόκων βασιλεύς. id eſt, *Adjecit verò eos* (Cataones Cappadocibus) *Ariarathes, qui primus Cappadocum rex fuit appellatus.* Ac mirum eſt Strabonem nullam feciſſe Ariarathiæ urbis mentionem, cum regem *Ariarathem* memoret.

29 Α᾽ρίνδηλα, τρίτης Παλαιστίνης.] Videtur deficere τὸ πόλις, id eſt, *urbs.* Sic enim amat loqui Stephanus, Α᾽ρίνδηλα, πόλις τρίτης Παλαιστίνης, id eſt, *Arindela, urbs tertiæ Palæſtinæ.* Jam alibi annotavimus *tertiam Palæſtinam* vocari *Arabiam Petræam*; ſed de urbe nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio.

30 Ἀρίκεια, πόλις Λατίνων, &c.] In his verbis pro ἐν πέμπτῃ ἐπιτομῆς ς. lege ἐν ἕκτῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας. i. e. *lib. 6. Rom. Antiq.* Sic enim alibi citatur Dionyſius, cujus ex eodem lib. ſunt verba: Συμπλέκονται ἀλλήλοις ἀγχοῦ πόλεως Α᾽ρικείας, ἣ διέχει σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι τῆς Ῥώμης. i. e. *Occurrunt ſibi invicem prope urbem Ariciam, quæ diſtat* CXX *ſtadia à Roma.* (Strabo lib. 5. CLX ſtadiis diſtare inquit, cui Α᾽ρικία dicitur) Memoratur Virg. Æn. l. 7. v. 763.

—— *inſignem, quem mater Aricia miſit.*

Ad quem locum Servius: *Aricia civitas juxta Albam, Mater autem propter Auguſtum dicit, qui fuerat ex Aricina matre progenitus.* Id etiam patet ex tertia Philippica Ciceronis, atque ex epiſtola Caſſii Parmenſis apud Sueton. in Auguſto. *Nemoralem* vocat facetiſſimus poëtarum Epigram. lib. 13. Epigram. 19. quod haberet optimum nemus; ut & Ovid. Faſt. lib. 6.

Inſpice, quos habeat nemoralis Aricia faſtos
Et populus Laurens, Laviniumque meum.

In quo nemore libenter *Vitellius* Imperator verſabatur, ut rerum monumentis tradit Tacitus Hiſt. lib. 3. c. 36. cujus etiam meminit Philoſtratus de Apollonii vita lib. 4. c. 12. Bilbilitanus Poëta loco citato ejus quoque porros celebrat:

Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros,
In niveo virides ſtipite cerne comas.

Nec non Columella de cultu hortorum:

Brutia, quæ tellus, & mater Aricia porri.

Parvum diſtabat ab urbe oppidum Aricia, ut ex Dionyſio ſupra oſtendimus, unde, qua iter erat ad oppidum, jacebat clivus Virbii idem ab oppidi nomine *Aricinus* dictus, in quo ob frequentem tranſeuntium numerum plurimi deſidebant mendici, ut in ponte Milvio, ad quod alludit Juv. Sat. 4. v. 117.

Cæcus, adulator, dirusque à ponte ſatelles:
Dignus, Aricinos, qui mendicaret ad axeis,
Blandaque devexæ jactaret baſia rhedæ.

Ad quem locum Turnebus ſic loquitur: *Clivus Aricinus erat ad portam Aricinam abundans mendicis; ubi & Judæi, & Chriſtiani mendicabant, qui ex urbe pulſi Ariciam tranſierant. Erat enim clivus hic extra urbem, ob id ait eum non dignum eſſe, qui in ponte urbis mendicet, ſed qui extra urbem debeat migrare.* Clivus Virbii verò memoratur Perſio Sat. 6. v. 56.

—— *accedo Bovillas*
Clivumque ad Virbi.

Prope Ariciam celebrat Leander cœnobium Ciſtercienſe, in quo *D. Thomas Aquinas* anno Chriſti 1274. vitam cum morte commutavit. Cæterum Aricia nunc parum corrupto nomine dicitur *La Riccia*, quod ex præpoſito linguæ vulgaris articulo *La*, *l'Aricia* corruptum videtur euphoniæ cauſa, ac Ducatus titulo gaudet: ei fere adjacet Lacus Aricinus nunc *Lago di Nemi* dictus; fortaſſe à nemore illo nomine deflexo; ac quia ego, ac ſi eſſem juris peritus erubeſco ſine lege loqui, illius rei auctores habeo Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 3. c. 4. Michaëlem Antonium Baudrand ad Philip. Ferr. Alexandrini lexicon Geographicum.

31 Ἄρημα, Ὅμηρος &c.] Arima, neut. plur. Simillimus mihi videtur locus iſte *Sabathioni* Rabinorum fluvio. Namque de ejus ſitu non convenit inter ſcriptores. Alii enim in Cilicia, alii in Lydia, alii in Myſia, alii denique in Pithecuſis inſulis juxta Tyrrhenos eum locant: quæ diverſitas diſcrepantis ſententiæ clamat fabuloſum eſſe & poëtarum figmentum, quod initium ducit ab Smyrnæo vate. Ejus hemiſtichium affert Epitomator noſter, cujus integer verſus legitur Il. 2. v. 783. quo ſequitur modo:

Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.
In Arimis, ubi ajunt Typhoei eſſe cubilia.

Arimorum etiam meminit Heſiodus in Theogonia v. 304.

Η᾽δ᾽ ἔρυτ᾽ ἐν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθονὸς ἐχθρὴ ἔχιδνα.
Atque coërcebatur in Arimis ſub terra tetra echidna.

Ad quem locum (ὡς γέ μοι δοκεῖν) optime eruditiſſimus Grævius amicus noſter in ſuis Lectionib. Heſiodeis τὰ εἰν Α᾽ρίμοισιν interpretatur apud Syros. *Arimos* enim vocatos fuiſſe Syros, teſtatur Strabo Geographiæ lib. 17. quod nomen corruptum eſt ab Hebræo ארם *Aram.* Sic enim Hebræi *Syriam* vocabant, & Syros ארמים *Aramim*; unde Joſephus Antiquitatum lib. 1. c. 7. *Aramæos* vocat parum ad Græciſmum deflexo nomine, quos Græci *Syros* appellant. Quin etiam 70 ſenes Regum juxta Hebræos lib. 2. c. 18. v. 26. ubi textus Hebraïcus habet ארמית *Aramith*, ipſi transferunt Συριστὶ, i. e. *Syriace.* Ab Homero deinde omnes poëtæ id acceperunt, ut & reliqua. Quare non inficetè *Galato* pictor finxit *Homerum* evomentem, & reliquos poëtas, quæ ipſe evomuerat, haurientes, auctore Æliano de Varia Hiſt. lib. 13. c. 22. Quærunt Criticorum παῖδες. Quid impulerit Virgilium, ut ex duobus apud Homerum nominibus εἰν Ἀρίμοις, *in Arimis*, unum conflaverit. Sic enim ille Æneid. lib. 9.

Inarime Jovis imperio impoſta Typhœo.

Quod dubium ſolvit *Turnebus* Adverſ. lib. 20. c. 18. Inquit enim Virgil. imitatum fuiſſe Homerum in fabula Typhei, ſed non ad Arima Homeri alluſiſſe, verum ad inſulam *Pithecuſam*, quam *Inarimen* appellatam fuiſſe nemo ignorat. Plinium decepit Virgilius, ſiquidem Nat. Hiſt. lib. 3. c. 6. ait; *Pithecuſam* inſulam, quam *Ænariam* Latini vocant, Homero *Inarimen* dictam fuiſſe; quod falſum eſt. Nam Homerus nullam Inarimen inſulam memorat. Si plura de Arimis deſideras, vide Euſt. ad Hom. locum citatum.

Εἰν Ἀ᾽ρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέως. Οἱ μὲν ἐν Κιλικίᾳ, οἱ δὲ ἐν Συρίᾳ, οἱ δὲ ἐν Πιθηκέσαις ὠθρὸς Τυρρηνοῖς φασι γνωσθῆναι τὸν μῦθον. [32] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀ᾽ριμαῖος. Ἐκαλεῖτο καὶ Ἄ᾽ριμοι.

A

——— In Arimis, ubi dicunt Typhoëi. Hi quidem in Cilicia, alii verò in Syria, alii in Pithecusis prope Tyrrhenos ajunt accidisse fabulam. Gentile, Arimæus. Vocabantur etiam Arimi.

ἈΡΙΜΑΣΠΟΙ [33], ἔθνος Ὑπερβορέων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀ᾽ριμάσπιος. B

ARIMASPI, populi Hyperboreorum. Gentile, Arimaspius.

ἈΡΙ᾽ΜΙΝΟΝ [34], πόλις Ἰταλίας. Ἔστι καὶ ποταμός.

ARIMINUM, urbs Italiæ. Est etiam fluvius.

ἈΡΙ᾽ΝΘΗ [35], πόλις Οἰνότρων, ἐν Μεσοποταμίᾳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. C

ARINTHA, urbs OEnotrorum, in Mesopotamia; Hecatæus Europa.

ἈΡΙ᾽ΣΒΗ [36], πόλις τῆς Τρωάδος, Μιτυληναίων ἄποικος· ἧς οἰκισταὶ, Σκαμάνδριος, καὶ Ἀ᾽σκάνιος υἱὸς Αἰνείου. [37] Κεῖται μεταξὺ Περκώτης καὶ Ἀ᾽βύδου. Κεφάλων δέ φησιν, ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθρᾴκης ἐλθὼν εἰς τὴν Τρωάδα, τῷ Τεύκρου τοῦ Κρητὸς θυγατέρα γαμῇ Ἀ᾽ρίσβην. Ἑλλάνικος δὲ Ἄ᾽τειαν αὐτὴν φησιν. [38] Ἔστιν ἑτέρα ἐν Λέσβῳ, ἀπὸ Ἀ᾽ρίσβης τῆς Μάκαρος θυγατρός. Ἔφορος δὲ Μέροπος αὐτὴν γενεαλογεῖ, καὶ πρώτην Ἀ᾽λεξάνδρῳ τῷ Πριάμου γαμη- D E

ἈΡΙΣΒΗ, urbs Troadis, Mitylenæorum colonia, cujus conditores, Scamandrius, & Ascanius filius Æneæ. Jacet inter Percoten, & Abydum. Cephalo verò inquit, quod Dardanus veniens à Samothracia in Troadem, uxorem duxerit Arisbam filiam Teucri Cretensis. Hellanicus verò *Atiam* eam vocat. Est etiam alia in Lesbo, ab Arisba Macaris filia. Ephorus verò Meropis fuisse filiam inquit, ac primam Alexandro

32 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀ᾽ριμαῖος, ἐκαλεῖτο καὶ Ἄ᾽ριμοι.] Arimis Homeri duplex assignat gentile, vel Arimæus, vel Arimi num. plurali; priori utitur Joseph. Antiquit. lib. 1. c. 7. posteriori Strabo Geographiæ lib. 17. Sic enim Syros vocatos fuisse inquit, ut num. 24 præcedenti annotavimus.

33 Ἀ᾽ριμασποὶ, ἔθνος Ὑπερβορέων.] Arimaspi, populi Hyperboreorum, de quibus fabula fertur fuisse monoculos; *Arima* enim, inquit Herodot. lib. 4. c. 27. Scythæ vocant unum, *Spu* autem *oculum*; sed ipsemet Herodotus, cum plurima fabulosa pro veris referat, hanc de Arimaspis fabulam non credidit, ut apparet ex ejus l. 3. c. 116. cujus appono verba: Λέγουσι δὲ ὑπὲρ τούτου γρυπῶν ἁρπάζειν Ἀριμασπούς, ἄνδρας μονοφθάλμους· πειθομαι δὲ τοῦτο, ὅκως μονόφθαλμοι ἄνδρες φύονται, φύσιν ἔχοντες τὴν ἄλλην ὁμοίην τῇσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι. i. e. *Dicuntur verò à gryphibus auferre aurum Arimaspi, viri monoculi, quod nec credo, viros nasci monoculos, naturam habentes aliam similem aliis hominibus.* Sed præstat de eis audire loquentem Strabonem libro undecimo: Οἱ δ᾽ ἔτι πρότερον διελόντες, τοὺς μὲν ὑπὲρ τὸν Εὔξεινον, καὶ Ἴστρον, καὶ Ἀδρίαν κατῴκισαν, Ὑπερβορέους ἔλεγον, καὶ Σαυρομάτας καὶ Ἀριμασπούς. &c. i. e. *Antiquiores autem ita diviserunt, eos quidem, qui supra Euxinum, Istrum, & Adriam incolebant, Hyperboreos dicebant, & Sauromatas, & Arimaspos &c.* Alii verò dicunt *Arimaspos*, h. e. *monoculos* dictos fuisse, quod cum essent optimi sagittarii, alterum inflectebant oculum, ut sic melius collimarent, ut solet fieri, hinc verosimilius est fabulam procedere. Fuisse populos Sarmatiæ Europææ & habitasse, ubi nunc Ingria & Ducatus Novogradensis, & Plescovienſis in Moscovia, auctor est Michael Antonius Baudrand ad Pelip. F. Alex. Lexicon Geographicum.

34 Ἀ᾽ρίμινον, πόλις Ἰταλίας· ἔστι καὶ ποταμός.] Ariminum, urbs & fluvius Italiæ, illa ab hoc nomen accepit, auctore Festo in Ariminum. Fluvii nomen Latini in mascul. gen. usurpant. Civitas hodie parum corrupto nomine dicitur *Rimini*, fluvius *Marechia*, auctore Cluverio Italiæ Antiquæ lib. 2. c. 5. de qua libet apponere verba Strabonis ex ejus lib. 5. Τὸ δ᾽ Ἀρίμινον Ὀμβρικῶν ἐστι κτίσμα, καθάπερ καὶ ἡ Ῥάβεννα· δέδεκται δ᾽ ἑκάτερα Ῥωμαίους ἑκάτερα. Ἔχει δὲ τὸ Ἀρίμινον λιμένα, καὶ ὁμώνυμον ποταμόν. i. e. *Ariminum Umbrorum est oppidum, sicut & Ravenna, utrumque Romanos accepit incolas, Ariminum autem habet portum & fluvium cognominem:* Inter Ariminum & Ravennam fluebat Rubico ille fluvius, Julii Cæsaris jacta alea celebris, auctore eodem auctore libro citato; nunc est sub dominio Summi Pontificis. Mirum est non retulisse Stephanum hujus urbis gentilitium, quod Latinis dicitur *Ariminensis*, ac sic usus est Livius lib. 27. Plinius Natur. Histor. libr. 10. cap. 21.

35 Ἀ᾽ρίνθη, πόλις Οἰνώτρων, ἐν Μεσοποταμίᾳ.] Arinthe, urbs OEnotrorum in Mesopotamia ex Hecat. Europa. Vel Stephanus, vel Hecatæus delirat, vel somniat, vel est maximum transcribentis παρόραμα. Quis unquam vidit OEnotros in Mesopotamia, qui fuere Italiæ populi notissimi, quos noster in Οἰνωτρίᾳ celebrat. Quare existimo vel impressorem, vel transcribentem per incuriam pro ἐν Μεσοτῇ exarasse ἐν Μεσοποταμίᾳ. Μεσοτὴ verò Stephano in Μεσοτῶν est regio à duobus fluviis μεσαζομένη, quam Latini *Interamnen* vocant, ac si diceres inter amnes: quod confirmat Gab. Barrius in sua Calabria, ubi Arinthen inter duos amnes locat, quos *Emulam*, & *Sordum* nominat; ego suspicor esse eandem, quæ supra auctori nostro dicitur ex Herodiano *Arianthe*.

36 Ἀ᾽ρίσβη, πόλις τῆς Τρωάδος &c.] Celebratur Arisba, civitas Troadis, colonia Mitylenæorum, cujus conditores inquit fuisse Scamandrium & Ascanium Æneæ filium, quod diversis temporibus potuit fieri: ac etsi Arisba ætate Strabonis, ut ipse refert lib. 13. erat ita obscura, ut de ejus situ non conveniret inter Scriptores; tamen semper celebris permanebit, quandoquidem & Homerus & Virgilius eam nominantes illustrarunt. *Divinam* vocat Hom. Il. 2. v. 835.

Οἱ δ᾽ ἄρα Περκώτην, καὶ Πραξίκλειον ἀμφενέμοντο
Καὶ Σηστὸν, καὶ Ἄ᾽βυδον ἔχον, καὶ δῖαν Ἀρίσβην.
Qui Percoten, & Praxlion incolebant
Et Sestum, & Abydon & divinam Arisben.

Ex quibus apparet sitam fuisse non longè à Sesto, & Abydo; Virgilius verò eam celebrat Æneid. lib. 9.

Bina dabo argento perfecta, atque aspera signis
Pocula, devicta genitor, quæ cepit Arisba.

Ubi Servius: *Atqui secundum Homerum Arisba misit Trojanus auxilium, & ab Achille subversa est, sed accipimus, aut ante bellum Trojanum Arisbam à Trojanis captam, & in amicitiæ fœdus admissam, aut certè pocula hæc data ab Heleno, qui in Achillis bona per Pyrrhi successit hæreditatem, ut sit* quæ cepit, *pro* quæ accepit.

37 Κεῖται μεταξὺ Περκώτης καὶ Ἀβύδου.] Inquit situm Arisbæ Troadis, quam ex Homero didicit, ut claret ex ejus Il. 2. v. 264. quem præcedenti num. apposuimus. Nam ætate Strabonis jam ævo cesserat, nedum ejus situs nisi ex Homericis carminibus conjici poterat, ut tradit Strabo lib. 13.

38 Ἔστιν ἑτέρα ἐν Λέσβῳ &c.] Memoratur etiam Arisba in Lesbo insula, quam terrarum motu subversam fuisse tradit Plinius Nat. Hist. lib. 5. c. 32. quod post Herodoti tempora accidisse existimandum est. Nam Herodotus lib. 1. c. 151. inquit Arisbam in Lesbo Methymnæos subjecisse.

γαμηθῆναι. 39 Ἡ ῥόδος ἡ καὶ Ἰάζων Ἀρίσβη καλεῖ, ἐν πρώτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρισβαῖος. 40 Ἔστι καὶ πόλισμος Θρᾳκῶν Ἄρισβος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρισβαῖος.

xandro Priami filio nupsisse, Herodotus & Jazon *Arisben* vocat, lib. 1. Gentile, Arisbæus.

ΑΡΚΑΔΕΣ 41, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων ἐν Κρητικοῖς. Οἱ πολῖται ὁμοίως Ἀρκάδες. 42 Δημήτριος δὲ οὐκ Ἀρκάδας τὴν πόλιν, ἀλλ' Ἀρκαδίαν φησίν. Εἰκότως ἄν καὶ τὸ ἐθνικὸν τούτης, Ἀρκάδες.

ARCADES, urbs Cretæ, ut Xenion, in Creticis. Cives, similiter Arcades. Demetrius verò urbem non *Arcades*, sed *Arcadiam* vocat. Merito igitur hujus gentile, Arcades.

ΑΡΚΑΣ 43, Ἀρκάδος, ἀφ' οὗ Ἀρκάδιος, καὶ Ἀρκαδία· ὡς Τέμμιξ, Τέμμικος, Τεμμικία. Ἐκαλεῖτο δὲ Πελασγία, ὡς Νικόλαος ἐμπέμπει. 44 Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν ἐκκαιδεκάτῳ βιβλίῳ περὶ Δήμητρός φησιν, ὅτι Ἀρκάδια τῇ Δήμητρι μέλλοντες θύειν ἄνθρωποι. Τοῦτο γὰρ τὸ θυσίαν συνεστήσαντο μὴ τὸ πρῶτον ἀπόρων· καὶ ἔτι τὰ Ἀρκάδια, τιμῆς χάριν. Ἐκλήθη δὲ καὶ Παρράσια, καὶ Λυκαονία. Οἱ δὲ καὶ Γιγαντίδα φασὶ, καὶ Ἀξανίαν, καὶ Πανίαν. 45 Ἵππυς δὲ ὁ

ARCAS, Arcadis à quo Arcadius, & Arcadia, ut Temmix Temmicis, Temmicia. Vocabatur verò *Pelasgia*, ut Nicolaus lib. 5. Apollodorus de Diis lib. 16. de Cerere, inquit, quod Arcadia Cereri sacrificaturi homines. Hoc enim sacrificium post primam sationem constituerunt, atque sic *Arcadia* honoris causa dicebantur. Vocata fuit etiam *Parrhasia*, & *Lycaonia*. Alii verò *Gigantidem*, & *Axaniam*, & *Paniam* vocant. Hippys verò dicitur primus vocasse Arcades

πρῶτο-

39 Ἡ ῥόδος ἡ καὶ Ἰάζων Ἀρίσβη καλεῖ ἐν πρώτῃ.] Si mihi liceret per Sophistidium illud Complutense corrigere hunc locum, pro Ἀρίσβη legerem Ἀρίσσαν. Nam sic videtur argumentari Stephanus, quam alii Ἀρίσβη Herodotus lib. 1. Ἀρίσσαν vocat. Nihil certius nostra conjectura, audi Herodotum loquentem lib. 1. c. 151. Πέντε μὲν πόλεις τὴν Λέσβον νέμουσαι. Τῶν δὲ ἑκτὴν ἐν τῇ Λέσβῳ οἰκεομένην Ἀρίσσαν ἠνδραποδίσαντο Μηθυμναῖοι, ἑσσόνας ὁμοίους, i. e. *Quinque quidem civitates Lesbum incolebant. Sextam enim in Lesbo habitatam Arisbam subjecerant Methymnæi, cum ejus oppidani essent eis consanguinitate conjuncti.* Cum Herodoto concinere videtur Strabo lib. 13. Sic enim de Lesbi Arisba loquitur: Ἦν δὲ καὶ ἐν Λέσβῳ πόλις Ἄρισβα, ἧς τὴν χώραν ἔχουσι Μηθυμναῖοι. i. e. *Fuit etiam in Lesbo urbs Arisba: cujus regionem habent Methymnæi*

40 Ἔστι καὶ πολίσμος Θρᾳκῶν Ἄρισβος.] Celebrat etiam sed sine auctore fluvium Thraciæ Arisbum, cujus meminit Strabo lib. 13.

41 Ἀρκάδες, πόλις Κρήτης &c.] Celebratur Arcades, urbs Cretæ ex Xenionis Creticis, memoratur Polybio l. 4. Historiarum: Καὶ Πολυρρήνιοι μὲν καὶ Κερήται καὶ Λαμπαῖοι, περὶ οὓς ἦν τότε Ὄριοι μετ' Ἀρκάδων ὁμοθυμαδὸν λαπτάζοντες τὴν τῶν Κνωσσίων φιλίαν, ἐγνωσαν τοῖς Λυττίοις συμμαχεῖν, i. e. *Polyrrhenii, Cereteæ, Lampæi, ac præter hos Orii cum Arcadibus communi consilio à Cnossiorum amicitia ad Lyttiorum societatem deficiunt.*

42 Δημήτριος δὲ οὐκ Ἀρκάδας τὴν πόλιν, ἀλλ' Ἀρκαδίαν φησίν.] Urbem Cretæ, quam alii Arcades ut num. 41 præcedenti annotavimus, vocabant, Demetrius *Arcadiam* vocavit, ac eodem modo appellat Plin. Nat. Hist. lib. 31. c. 4. quem audi loquentem: *Proditur certe in Creta expugnato oppido, quod vocabatur* Arcadia, *cessasse fontes, amnesque, qui in eo situ multi erant. Rursus condito post sex annos emersisse, uti quæque cæpissent partes coli.*

43 Ἀρκάς, Ἀρκάδος, ἀφ' οὗ Ἀρκάδιος καὶ Ἀρκαδία.] Agit nunc Epitomator noster de Arcadia, & ejus diversis nominibus. Erat regio Græciæ famigerata, ut & omnia Græcorum, quæ Poëtæ semper in majus augebant; jacebat in medio Peloponnesi, magna ex parte montosa. Quare Plinius Nat. Hist. lib. 4. c. 6. inquit: *Universa autem, velut pensante æquorum incursus natura, in montes sex & septuaginta attollitur.* Quorum altissimus dicebatur Cyllene, de quo suo loco; inter ejus urbes, quas Plinius libro capiteque citato memorat, fuit celebris Megalopolis, patria Polybii, de qua exstat illud Comici apud Strabonem lib. 8. Ἐρημία μεγάλη ἐστὶν Μεγαλόπολις. id est, *Solitudo magna est Megalopolis.* Quod adagii vicem obtinere videtur; in Latino sermone amittit leporem, qui inest in nominibus μεγάλη & Μεγαλόπολις. Omnium autem ejus civitatum celeberrima fuit *Mantinea*, quam Epaminondas victis ibi secundo prælio Lacedæmoniis morte sua nobilitavit. Ibidem enim occubuit. Fluviorum celeberrimi fuere *Alpheus, Ladon*, & *Erymanthus*: hunc recipiebat Alpheus, illum aliquando fluxum inhibuisse ferunt. Utriusque rei testis est Strabo lib. 1. & lib. 8. Regio fuit potius pecori apta, quam agriculturæ. Ideo *Pana*, pastorum Deum, veluti peculiare numen ipsis assignavit Poëta nullius artis expers Ecl. 4.

Pan Deus Arcadia mecum si judice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se judice victum.

Eos ab studio Musicæ laudat Polybius eorum alumnus Historiarum lib. 4. quam pueri, adolescentes, & juvenes ad annum usque trigesimum addiscebant; ac insuper Philoxeni & Timothei nomos, qui fuere veterum Musicorum μουσικώτατοι, unde Poëtarum eruditissimus canit Eclog. 10. v. 32.

—— *Soli cantare periti*
Arcades.

Antiquitate adeo gloriabantur, ut *ante Lunam* se fuisse contenderent, quare προσέληνοι dicebantur. Inde Ovid. Fast. lib. 2. v. 289. inquit:

Ante Jovem genitum terras habuisse feruntur
Arcades: & Luna gens prior illa fuit.

Et miramur esse, qui putent suos progenitores ante Adamum fuisse, quos non illepidè quidam *Præadamitas* vocabat. Illius, ut ita dicam, antelunii rationem invenies apud Aristophanis Scholia in Nubibus. Audi, quam reddit Censorinus de Die Natali c. 19. *Arcades trimestrem annum primo habuisse dicuntur, & ob id Proseleni* (Antelunares) *appellati: non ut quidam putant, quod ante sint nati, quam Lunæ astrum cœlo esset, sed quod prius habuerint annum, quam is in Græcia ad Lunæ cursum constitueretur.* Forsitan Poëtæ id detorsere pro libitu, ut solent. Celebrantur etiam apud scriptores Arcadici equi & asini. Ipsi quoque Arcades ut stupidi carpebantur; unde Juv. Sat. 7. v. 160. inquit:

—— *Culpa docentis*
Scilicet arguitur, quod læva in parte mamillæ,
Nil salit Arcadico juveni.

Ad quem locum Scholiasta vetus inquit: *Arcadico asino, ac per hoc stulto, hebeti.*

44 Ἀπολλόδωρος.] In illis Apollodori verbis aliqua verba deficere, quis non videt? sed ea supplere fine aliorum codicum ope ἀδιώατον existimo.

45 Ἵππυς ὁ Ῥηγῖνος λέγεται πρῶτος &c.] Hippyn Rheginum historicum, cujus nullum exstat opus, inquit fuisse, qui primus Arcades vocaverit *Proselenos*: id est, *Antelunares*, sed causam, quare eos sic vocaverit, prætermittit; de quibus vide, quæ numero præcedenti annotavimus, & in Προσέληνοι.

ὃ δ' Ῥηγῖνος λέγει πρῶτος καλέσαι προσελήνους τὰς Ἀρκάδας. Καὶ τὸ ἄστρον λέγει[46] ἐν τῷ Ἀρκτίνῳ τότε ἄρκτος κληθῆναι, ἢ ἅμαξα ἐλέγετο. Ἴστρος δέ φησιν, Θεμιστέως καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο· ὃν αἱ τῆς μητρὸς ἀποθηλάσαι,[47] ἄρκτῳ γὰρ ὑφ' Ἥρας αὐτὸν ὀνομασθῆναι, ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας. Τὸ παλαιωνυμικὸν, Ἀρκεσίδαι. Ὤφειλεν εἶν Ἀρκαδίδης, ἀλλὰ διὰ τὸ κακόφωνον ἔτως ἐγένετο.[48] Τὸ ἠθνικὸν, Ἀρκασίς.

A

[49] Ἔστι καὶ Ἀρκαδία παράλιος πόλις. Λέγει καὶ Ἀρκαδικὸς, καὶ Ἀρκαδικὴ, καὶ Ἀρκαδικὸν, καὶ Ἀρκαδικά. Καὶ τὸ Ἀρκάδιστα παρὰ τὸ λόγως. Ἐκ τόπου, Ἀρκαδίηθεν. Ἐκάλουν αὐτὸς καὶ Ἀρκαδιώνδας, ἢ ὁ πλεονασμός. [50] Ἔστι καὶ Ἀρκαδία Αἰγύπτου πόλις.

B

C

ἈΡΚΕΣΊΝΗ[51], μία τῶν τριῶν πόλεων τῶν ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ. [52] Ἦσαν γὰρ Μελανία, Μίνωα, Ἀρκεσίνη. [53] Πολύβιος ὁ ἀρσενικῶς τὸ Ἀρκεσινέων φησί. Τὸ ἐθνικὸν Ἀρκεσινεύς. Ἀνδροτίων ἕκτῃ Ἀτθίδος, [54] Ἀμοργίοις Μινωΐταις Ἀρκεσινεῦσιν.

D

E

ἌΡΚΗ[55], πόλις Φοινίκης, [56] ἡ νῦν Ἄρκα καλουμένη.

προσελήνους, i. e. *ante-lunares*. Et astrum dicitur in cœlo tunc *ursa* vocatum, quæ *currus* dicebatur. Ister verò inquit: *Arcas erat filius Themistûs, & Jovis, atque propter matris feritatem* ursam *à Junone fuisse vocatum*. Patronymicum, *Arcesidæ*, cum deberet esse *Arcadides*, sed propter cacophoniam sic factum est. Fœmineum, Arcasis. Est etiam Arcadia urbs maritima. Dicitur etiam Arcadicus, *a*, *um*, & Arcadica, neutrum plurale. Dicitur quoque Arcadissa præter rationem. Adverbium locale, ex-Arcadia. Etiam vocabant eos *Arcadiondas*, *d* superfluo per pleonasmum. Est etiam Arcadia Ægypti urbs.

ARCESINA, una ex tribus urbibus, quæ in Amorgo insula. Erant enim *Melama*, *Minoa*, *Arcesina*. Polybius verò masculino genere *Arcesinen* dixit. Gentile, Arcesineus. Androtio lib. 6. Atthidis, *Amorgiis Minoïtis Arcesineis*.

ARCE, urbs Phœniciæ, quæ nunc *Arca* vocatur.

46 Ἐν τῷ Ἀρκτίνῳ.] Lege ἐν τῷ ἑρκτίνῳ. Id enim ratio clamat.

47 Ἄρκτῳ γὰρ ὑφ' Ἥρας &c.] Expunge τὸ ῥῶ, pro ἄρκτῳ lege ἄρκτον. Id enim ratio exigit.

48 Τὸ ἠθνικὸν, Ἀρκασίς.] Si patronymicum dicitur, Arcesidæ, ut noster inquit paulò supra, hoc fœmin. dici debebat Ἀρκεσις quoque, non Ἀρκασις, quod tuo relinquo arbitrio.

49 Ἔστι καὶ Ἀρκαδία, παράλιος πόλις.] Esse Arcadiam quoque maritimam urbem inquit, sed cujus regionis, vel insulæ, divinandum lectori relinquit. Diod. Sic. Bibliothecæ Hist. lib. 15. nos docet fuisse oppidum Zacynthi insulæ munitum ad mare. Audi eum loquentem libro citato: Τοῦτον οὖν παραλαβόμενοι συνεργὸν, καὶ βοηθοὺς ποιησάμενοι εἰς τὴν νῆσον ταύτην, καὶ τὸ κατασχεθὲν χωρίον ὀχυρὸν παρὰ θάλατταν, ὃ προσηγόρευον Ἀρκαδίαν. id est, *Hunc igitur* (loquitur de Timotheo Athenienſium classis duce) *constituentes coadjutorem, atque in insulam* (Zacynthum) *transvecti ab eo occupant oppidum munitum juxtà mare, quod appellabant* Arcadiam. Jurarem ex hoc Diodori loco sua transscripsisse Stephanum, ac ex illis verbis apud Diodorum παρὰ θάλατταν, id est, *juxta mare*, quæ interpres Latinus prætermisit, finxisse τὸ παραθαλάσσιον.

50 Ἔστι καὶ Ἀρκαδία, Αἰγύπτου πόλις.] Celebrat etiam Arcadiam Ægypti urbem, sed sine auctore; nos verò ex Eustathio ad Periegetæ v. 251. didicimus *Heptapolin* Ægypti urbem *Arcadiam* ab Arcadio quodam rege vocatam fuisse, & ante *Heptanomon*, vel *Heptanomiam* vocatam fuisse; sed præstat eum audire loquentem: Οὕτω καὶ Αἴγυπτον Ἑπτάπολις, καὶ Ἀρκαδία, ὡς ἀπὸ βασιλέως Ἀρκαδίας, ὕστερον κληθεῖσα· ἔστι δὲ τότε καὶ Ἑπτάνομος, ἢ καὶ Ἑπτανομία ὀνομάσθη. Καὶ τοῦτο μὲν ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἑπτὰ ἔχειν νόμους, ὁποίους τοὺς Λιβυκοὺς ἡ συνήθης φράσις εἶναι βούλεται, ὡς ἄν τις εἴπῃ ἑνορίας. i. e. *Quod Ægypti Heptapolis, Arcadia quoque, tanquam à rege Arcadio, postea vocata fuit; antea verò Heptanomos, vel Heptanomia appellata fuit, ac sic vocabatur quod septem haberet Nomos, quales Libycos consuetudo loquendi esse vult, ac si quis dixerit, terminos.*

51 Ἀρκεσίνη, μία τῶν τριῶν πόλεων τῶν &c.] Arcesine, una ex tribus urbibus, quæ in Amorgo insula; memoratur Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 2. apud quem interpres Latinus malè habet, *Arcesine insula*. Ptolemæo enim Arcesine non dicitur insula, sed celebratur tanquam urbs Amorgi insulæ, quæ in Myrtoo pelago.

52 Ἦσαν γὰρ Μελανία, Μίνωα, Ἀρκεσίνη.] Tres urbes Amorgi insulæ, quæ erat in Myrtoo pelago, erant Melania, Minoa, Arcesine, ut inquit noster; sed sibi non constat. Namque in Ἀμοργὸς dicit tres Amorgi insulæ urbes esse Arcesinen, Minoan, & Ægialen, hujus loco ponit nunc Melaniam; Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 2. dicuntur Ἀρκεσίνη, Βελγιαλὶς, Μινοΐα, si per Criticorum παῖδας liceret & Stephanum & Ptolemæum ex Stephano corrigerem. Apud Ptolemæum enim pro Βελγιαλὶς legerem Αἰγιαλὶς, pro Μινοΐα legerem Μίνωα; apud Stephanum verò pro Μελανία existimo legendum esse Αἰγιάλλω. Hujusmodi enim παρεφημίσεις non abhorrent ab Steph. consuetudine.

53 Πολύβιος.] Tanquam per averſionem laudat Polybium, quem inquit masculino genere usurpasse Arcesinen, ac si esset à nominativo Ἀρκεσίνης, sed in libris Polybii, qui exstant, hujus rei nullum est vestigium. Sæpius te monuimus generis & terminationis μεταβολὴν in oppidorum nominibus apud scriptores non esse insolentem.

54 Ἀμοργίοις Μινωΐταις, Ἀρκεσινεῦσιν.] Sunt verba ex Androtionis lib. 6. Atthidis, quæ mihi videntur manus desiderare medicas. Namque pro Ἀμοργίοις legendum est Ἀμοργίνοις. Ethnicum enim Amorgi insulæ est Amorginus, ut auctor noster illic annotavit, pro Μινωΐταις legendum est Μινωάταις. Ab urbe enim Μίνωα, deducendum est Μινωάτης, non Μινωΐτης. Ex illis quoque verbis discimus gentile urbis Arcesines dici Arcesinensis.

55 Ἄρκη, πόλις Φοινίκης.] Arce, urbs Phœniciæ; memoratur ex Josephi Antiquitatis Judaïcæ lib. 5. Suo etiam loco *Ace* Phœniciæ oppidum celebratur, ac si fuissent diversæ civitates. Verba Josephi ex Antiq. lib. 5. citato ab Auctore nostro libet apponere, quæ ejusdem libri c. 1. circa calcem, sic apud eum leguntur: Ἀρκὴ δὲ πόλις ἐστὶν ἔχουσα αὐτῶν ἐν τῇ μεσόγαι ἡ καὶ Ἄκκαρις, i. e. *Arce verò urbs erat eorum* (Aseritarum) *in portione, quæ etiam Accipus*. Eadem erat urbs, Ace, & Arce, quemadmodum enim Damesec, & Darmesec inserto *r* fuit eadem urbs, quæ Latinis dicitur *Damascus*, ut in Ἀκὴ etiam annotavimus; *Arca* dicitur Cosmographo Geographiæ lib. 5. c. 15. atque inter mediterraneas Phœniciæ urbes locatur, *Arca Cæsarea* & *Arcena* appellatur ab Ælio Lampridio in Alex. Severo, in qua asserit genitum fuisse hunc Imperatorem; cujus natalis die prima, toto die in eadem urbe stellam primæ magnitudinis visam fuisse tradit. In eadem urbe genitum quoque fuisse *Alexandrum* Imperatorem Mamææ filium, auctor est Euseb. Cæsariensis priore Chron. libro. *Ptolemaïs* etiam vocata fuit, ut in Ἀκὴ annotavimus. Igitur quatuor videtur habuisse nomina, *Ace*.

λαμβάνη· Ἰώσηπος ἐν πέμπτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρκαῖος.

A vocatur. Josephus lib. 5. Judaïcæ Antiquitatis. Gentile, Arcæus.

Ἀρκιροέσσα, πόλις ἐν Ποντῳ, Ἡρακλείας ὑποτελής, Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν τετάρτῃ περὶ Ἡρακλείας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀρκιροεσσαῖος, ὡς Πιτυουσσαῖος.

ARCIROESSA, urbs in Ponto, Heracliæ subdita. Domitius Callistratus lib. 4. de Heraclia. Gentile, Arciroëssæus, ut Pityussæus.

Ἀρκόνησος [57], νῆσος Καρίας. Ἀπολλόδωρος ἑβδόμῃ Καρικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρκονήσιος.

ARCONESUS, insula Cariæ. Apollodorus Caricorum 7. Gentile, Arconesius.

Ἄρκτανες, ὡς Ἀνιᾶνες, ἔθνος Ἠπειρωτικόν. Ῥίανος ἐν τετάρτῃ Θετταλικῶν.

ARCTANES, ut Anianes, populi Epirotici. Rhianus Thessalicorum 4.

Ἄρκτων νῆσος [58]· ὅτως ἡ Κύζικος ἐκαλεῖτο· ἀφ' οὗ, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ αὐτῆς. Λέγεται καὶ σωθέτως, Ἀρκτόνησος.

ARCTONNESUS, sic Cyzicus vocabatur; & unde, dicetur quando de ea agemus. Dicitur etiam compositè, Arctonesus.

Ἅρμα [59], πόλις Βοιωτίας τῆς Ταναγρικῆς, Παυσανίας ἐννάτῳ. Ἐκλήθη ἀπὸ Ἀμφιαράου ἅρματος. [60] Ἐνταῦθα γὰρ καταφυγεῖν φασι μετ' ἅρματος, καὶ οὐκ ἐκδοθῆναι τοῖς διώκουσιν ὑπὸ τῶν κατοικούντων. [61] Ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς Ἅρμα, [62] περὶ τὸν φυλὴν καλούμενον. Τὴν πάροδον ὄρος δημόσιον ἔχων φρέαρ ὑπόγειον, ὅμορον

HARMA, urbs Bœotiæ Tanagricæ, Pausanias lib. 9. Sic vocata ἀπὸ Ἀμφιαράου ἅρματος, id est, *ab Amphiarai curru*. Huc enim ajunt unà cum curru persugisse, atque ab incolis traditum non fuisse persequentibus eum. Est etiam Harma Atticæ circa oppidum *Phylen* vocatum. Hic verò populus habet castellum munitum Tanagricæ regioni finiti-

ce, *Arce*, *Aclipus*, *Ptolemais*; at Plinio Nat. Hist. lib. 5. c. 19. *Ace* & *Ecdippa* tanquam diversa oppida memorantur. Audi eum loquentem: *Juxta colonia Claudii Cæsaris Ptolemais, quæ quondam* Ace, *oppidum Ecdippa*. Ptolemæo etiam Geographiæ lib. 5. c. 15. *Ecdippa*, & *Ptolemais*, & *Arca* tanquam diversæ Phœniciæ urbes memorantur. Sed his in rebus major fides adhibenda est est Josepho, cui *Arce*, *Aclipus*, & *Ptolemais* eadem est urbs. Mirum est, Epitomatorem nostrum non celebrasse quoque *Accaronem* urbem, cujus meminit Josephus Antiquit. lib. 5. c. 2. circa calcem. Hæc enim erat diversa ab Arca, de quibus vide, quæ in Ἀκὴ annotavimus.

56 Ἡ νῦν Ἄρκη καλουμένη.] Arcen, inquit, sua ætate Arcas plur. num. dici. Sic eam quoque vocat Eusseb. libro priore: Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας υἱὸς ἐν Ἄρκαις τῆς παραλίου τετχέως Φοινίκης. id est, *Alexander Mamææ filius Arcis natus maritimæ Phœniciæ*. Jam sæpe annotavimus quædam oppidorum nomina & singul. & plur. num. proferri.

57 Ἀρκόνησος, νῆσος Καρίας.] Memoratur Straboni lib. 14. in Caria. Ejus sunt verba: Ἔχει δ' ἀκρόπολιν ἡ Ἁλικαρνασσός· προσκεῖται δ' αὐτῇ ἡ Ἀρκόννησος. id est: *Habet verò arcem Halicarnassus: ante eam autem sita est Arconnesus*. Cum duplici *n* scribitur apud Strabonem. Apud Stephanum verò cum uno tantum; utroque modo inveniuntur hujusmodi nomina apud scriptores, ut Peloponnesus, vel Peloponesus, & alia hujus farinæ. Alia erat hujus nominis insula prope Ioniam, de qua vide, quæ in Ἄζπις annotamus.

58 Ἄρκτων νῆσος· ὅτως ἡ Κύζικος &c.] Arctonnesus, h. e. *ursorum insula*. Sic Cyzicum vocari inquit, quo remittit auctorem. Illic enim promittit se dicturum, quare sic vocaretur, sed id sui oblitus non adimplet. In Κύζικος enim non reddit hujus rei rationem. Ego nullam aliam suspicor, nisi vel quod ἄρκτων figuræ similis esset, vel quod in illius regione ἄρκτοι, id est, *ursi* essent.

59 Ἅρμα, πόλις Βοιωτίας τῆς Ταναγρικῆς &c.] Celebrat Harma, urbem Bœotiæ Tanagricæ, ex Pausan. lib. 9. cujus ætate ruinæ tantum cernebantur. Audi eum loquentem in Bœoticis, *hoc est*, libro ab Stephano citato: Ἐξῆς δὲ πόλεως ἐρείπιά ἐστιν Ἅρματος καὶ Μυκαλησσὸς· καὶ τῇ μὲν τὸ ὄνομα ἐγένετο ἀφανισθέντι, ὡς οἱ Ταναγραῖοί φασιν, οὕτω δὲ Ἅρμα Ἀμφιαράου ἅρματος &c. id est: *Exinde verò cernuntur ruinæ Harmatis & Mycalessi, & illi nomen fuit, quod eo in loco, non ubi Thebani dicunt Amphiarai ἅρμα, h. e.* currus *evanuerit, ut Tanagræi ajunt*. Memoratur etiam Poëtarum parenti Il. 2. v. 499. ubi celebrat Bœotiæ urbes, quæ adversus Trojanos unà cum reliquis Græcis naves & milites, ducesque miserunt.

60 Ἐνταῦθα γὰρ καταφυγεῖν φασι μετ' ἅρματος.] Amphiarai fabulam memorat Pausan. lib. 1. quem omnium primi Oropii in Deorum numerum retulerunt, quos reliqui Græci secuti sunt: *Possem etiam* (Græca omitto,) inquit ille, *alios recensere tunc homines, qui Deorum apud Græcos honores habent*. Ethnici hoc tanquam jus sibi arrogarunt, ut homines in Deorum numerum retulerint, vel propter virtutem vel propter beneficium. Non illepidè quidam apud Philippum de Commines lib. 7. c. 8. *Joannem Galeazum* Mediolanensem ducem appellat *Sanctum*, cum fuerit tyrannus: *Nous appellons en ce païs icy Saincts, tous ceux, qui nous font du bien*. Apud me lingua Lusitana, Hispanica, Italica, & Gallica non induuntur veste Latina. Latinæ enim sunt filiæ, ac Latinus Lector eas facilè poterit intelligere, omnibus totius Europæ linguis præstant, sed quæ ex illis tres reliquas sorores elegantia superet, non facile dicas. Gallica habet plurimos & optimos libros, quos frustra apud alios quæres, sed non habet Poëtas, qui possint cum Lusitanis, Hispanis, & Italis comparari, etsi suo Petro Ronsard glorietur; Lusitanus olor de sua lingua sic canit Cantu 1. Oct. 33.

Sustentava contra elle Venus bella
Afeiçoada a gente Lusitana
Por quantas calidades via nella
Da antigua tam amada sua Romana
Nos fortes corações na grande estrella
Que mostraram na terra Tingitana
Ena lingua, na qual quando imagina
Com pouca corrupçã cre que he Latina.

61 Ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς Ἅρμα.] Memorat nunc Harma Atticæ, de quo sic loquitur Suidas suo loco: Ἅρμα, τόπος τῆς Ἀττικῆς, καὶ παροιμία. Ὅταν δὲ ἅρμα ἀσεφῇ. Ἐπὶ τῶν χρονίως γινομένων. id est, *Harma, locus Atticæ, & paræmia. Cum per Harma fulguraverit, de iis, quæ tarde fiunt*. De adagio videsis Erasmi adagia. Næ ridiculi sunt, qui etymologiam nominis Græci à Phœnicia lingua petunt, scilicet à חרמה *charmah*, quod ab Hebræo חרם *chevem*, id est, *execratio, anathema*, deflexum est. Similes etymologiæ sub חרם, hoc est, *sub anathemate* ex republica litteraria Synedrii doctorum decreto expelli debent.

62 Περὶ τὸν φυλὴν καλούμενον.] Cave ne accipias τὸν φυλὴν pro *tribu*, littera majuscula notari debet τὸν Φυλήν. Erat enim populus, seu oppidum OEneidis tribus, ut nos docet Auctor noster in Φυλή.

63 Καλεῖ-

ὅμορον τῇ Ταναγρικῇ. [63] Καλεῖται καὶ Λύτρα Ἀμφιαράου. Τὸ ἐθνικὸν, Ἁρμαῖος. Ἔστι καὶ Ἅρματα πόλις πολυανδρικῶς Ἰνδική. Ἐθνικὸν, τὸ αὐλό. Ἡ Διὰ τὸ τῆς χώρας ἔθος, Ἁρματεύς, ἢ Ἁρματίτης. Ἔστι καὶ πολίτης Ἁρματίτης, ὡς ἀπὸ Ἕρμα Ἑρματίτης.

finitimum. Vocatur verò *Amphiarai lutra*, id est, *balnea*. Gentile, Harmateus. Est etiam Harmata plur. num. urbs Indiæ. Gentile, idem. Vel per regionis consuetudinem *Harmatenus*, vel *Harmatites*. Civis etiam dicitur Harmatites, ut ab Herma, Hermatites.

ἈΡΜΕΝΗ [64], κώμη Παφλαγονίας· Μένιππος ἐν περίπλῳ. Παρὰ δὲ Ξενοφῶντι ἐν Ἀναβάσεως, Ἁρμήνῃ διὰ τοῦ η. Τὸ ἐθνικὸν τῆς Ἁρμένης Ἁρμένιος, ὡς τῆς Καζαίνης Καζαναῖος. Τῆς δὲ Ἁρμήνης Ἁρμήνιος, ὡς Παλλήνιος.

ARMENE, vicus Paphlagoniæ, Menippus in periplo. Apud Xenophontem verò in libro expeditionis, (Cyri) Armenen per duo η invenitur. Gentile à prima, Armenæus, ut à Casmene, Casmenæus; à secunda, Armenius, ut Pallenius.

ἈΡΜΕΝΙΑ [65], χώρα πλησίον τῶν Περσῶν, ἀπὸ Ἁρμένου Ῥοδίου, ὡς Ἀντίπατρος ἐν τρίτῳ περὶ Ῥόδου. Οἱ οἰκήτορες Ἁρμένιοι, ὡς Εὔδοξος περὶ γῆς περιόδου. [66] Ἁρμένιοι δὲ τὸ μὲν γένος, ἐκ Φρυγίας, καὶ τῇ φωνῇ πολλὰ Φρυγίζουσι. [67] Παρέχονται δὲ λίθον τὸν γλύφουσιν, καὶ τορεύουσι τὰς σφραγίδας. [68] Καὶ Ἁρμενία τὸ θηλυκὸν, ὡς καὶ Ξενοφῶν. [69] Ἔστι καὶ Ἁρμένιον ὄρος, ὡς καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Ὑρκανίας, ὡς Διονύσιος·

ARMENIA, regio prope Persas, sic dicta ab Armeno Rhodio, ut Antipater de Rhodo lib. 3. Incolæ, Armenii, ut Eudoxus lib. 1. terræ periodi. Armenii verò genus trahunt ex Phrygia, atque linguâ multa Phrygum imitantur. Inter eos invenitur lapis, quo sculpunt, ac terebrant sigilla. Armenia quoque fœmineum apud Xenophontem invenitur. Est etiam Armenius mons juxta principium Hyrcaniæ, ut Dionysius:

——— [70] Θολὼ ἀπερεύγεται ἄχνην,
Ἀρξάμενος τοπερῶτον ἀπ' ἄκρης Ἁρμενίοιο.

——— *Rapidam eructat spumam*
Incipiens primum è monte Armenio.

ἌΡΝΑ [71], πόλις Λυκίας· ἔτω γὰρ ἡ Ξάνθος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἄρνης τοῦ πολεμήσαντος πρωτογόνου. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρναῖος, καὶ Ἀρνεύς.

ARNA, urbs Lyciæ. Sic enim Xanthus vocabatur ab Arno, qui bellum gessit cum primo parente. Gentile, Arnæus, & Arneus.

ἈΡΝΕΑΙ, πόλις Λυκίας μικρά, ὡς Καπίτων

ARNEÆ, urbs Lyciæ parva, ut Capito Isauri-

63 Καλεῖται καὶ Λύτρα Ἀμφιαράου.] *Lutra*, h. e. *Balnea Amphiarai* vocari quoque Harma Atticæ inquit, cujus nullam apud alios inveniebam memoriam. Forsitan ex his *Lutris*, hoc est, *Balneis* est aqua illa Amphiarai, quam Athenæus lib. 2. cum aqua Eretria comparat.

64 Ἁρμήνη, κώμη Παφλαγονίας.] Armene, vicus Paphlagoniæ, memoratur inter alios Straboni lib. 12. cui *Sinopensium vicus* dicitur, qui portum habebat, de quo affert hanc paræmiam:

Οὐτις ἔργον οὐδὲν εἶχεν, Ἁρμήνην ἐτείχισεν.
Qui negocium nullum habebat, Armenen muro cinxit.

Distabat à Sinope omnium illius regionis urbe celeberrima stadia L. inter Galatiæ oppida locatur Ptol. Geogr. lib. 5. c. 6.

65 Ἁρμενία, χώρα πλησίον τῶν Περσῶν &c.] Armenia, regio Asiæ hoc nomine Græcis & Latinis notissima. Græci ab Armeno Rhodio Iasonis comite nomen adeptam fuisse fabulantur: Thessalum fuisse inquit Strabo lib. 11. nunquam Græcis deficit vel dux, vel rex, à quo nomina civitatibus imponant, Hebraicè dicitur ארורט *Ararat*, in cujus montibus Noachi λάρναξ consedisse ferunt. Montosam esse regionem testatur inter alios Strabo libro citato, ex ejus regionibus quædam dicebatur Hebraicè מני *Minni*, cujus fit mentio Jerem. c. 51. v. 27. quam Nicolaus Damascenus apud Josephum Antiquit. lib. 1. c. 4. *Menyada* vocat, in qua inquit esse magnum montem nomine *Barim*, in quo multos profugos diluvii tempore servatos fuisse ferebant, ac quemdam arca vectum in ejus vertice inhæsisse, cujus lignorum reliquias longo tempore durasse, qui fortasse is fuit, inquit ille, de quo Moses Judæorum legislator scribit. Chaldæus interpres ubi Jerem. capite versuque citato habet ארורט מני *Ararat minni*, ipse vertit הרמיני *harmini*, ac si diceres *montem mini*. Ex Harmini igitur verosimilius videtur *Armeniam* vocatam fuisse, quam ab Armeno Græcorum. Dividebatur autem in majorem & minorem, habens celeberrimos totius Europæ fluvios, quorum *Phasis* & *Lycus* in Euxinum mare, *Cyrus* & *Araxes* in Caspium, *Tigris* & *Euphrates* in Rubrum seu Persicum (id enim confundunt scriptores) aquas exonerabant. Oppida celebrabantur in minore, *Cæsarea*, *Aza*, *Nicopolis*. In majore *Arsamosata* Euphrati proximum, *Tigri* Carcathiocerta. In excelsis autem *Tigranocerta*, at in campis juxta Araxem *Artaxata*. De hodierno nomine non bene convenit inter scriptores. Ejus descriptionem videsis apud Ptolem. lib. 5. c. 7. & c. 13. apud Strab. lib 11. apud Plin. lib. 6. c. 9.

66 Ἁρμένιοι δὲ &c.] Sunt ex Eudoxo verba, quæ aliter aliquantulum inveniuntur apud Eustath. ad Perieg. v. 693.

67 Παρέχονται δὲ λίθον τὸν γλύφουσιν &c.] Nota λίθον fœmin. genere hic usurpari juxta Moscop. qui admonet masculi. gen. esse, quum simpliciter *lapidem* significat: fœminini verò, quum vel *lapidem pretiosum* vel *expolitum*; at qui lapis iste fuerit, quem celebrat Epitomator noster, ingenuè fateor me nescire; ac Eust. etiam ad Perieget. v. 693. cum Epitomatoris nostri transcripserit verba, nihil de hoc lapide loquitur.

68 Καὶ Ἁρμενία τὸ θηλυκὸν, ὡς καὶ Ξενοφῶν.] Intelligit Armeniam fœminam, non regionem.

69 Ἔστι καὶ Ἁρμένιον ὄρος, ὡς καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Ὑρκανίας.] Celebrat Armenium montem ex Dionysio, qui versu supra citato eum memorat, ad quem locum nihil memoratu dignum refert Archiepiscopus Thessalonicæ., tantum, inquit, Armenia quoque neutro plurali dici. Ex hoc monte, inquit Periegeta, oriri *Phasim* celeberrimum illum fluvium.

70 ——— Θολὼ ἀπερεύγεται ἄχνην.] Est hemistichium Periegetæ, cujus integer versus legitur apud eum num. 693. hoc modo:

Εὐξείνου ποτὶ χοῦμα θολὼ ἐπερεύγεται ἄχνην.
Euxini ad undam rapidam eructat spumam.

Ubi loquitur Dionysius de *Phasi* fluvio, qui ex Armenio monte profluebat, apud quem perperam scribitur ἐπερεύγεται pro ἀπερεύγεται, ut habet noster.

71 Ἄρνα, πόλις Λυκίας· ἔτω γὰρ ἡ Ξάνθος ἐκαλεῖτο.] Arnam, urbem Lyciæ celebrat, quæ *Xanthus* quoque dicebatur, de qua in Ξάνθος debebat loqui, ubi ne gry quidem. Ejus ego nullam apud alios inveniebam memoriam.

72 Ὅμη-

των Ἰσαυρικῶν τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρνεάτης. Ἔστι δὲ, ὡς Ὄρνεαί. [72] Ὅμηρος·

Ἀρνειάς τ' ἐνέμοντο. ——

ἌΡΝΗ [73], πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος·

Οἵ τε πολυσταφύλου Ἄρνην ἔχον. —

[74] Καὶ Λυκόφρων·

Ἄρνης παλαιᾶς γήρυα Τεμμίκων τρόμοι.

[75] Δεύτερα πόλις Θεσσαλίας, ἄποικος τῆς Βοιωτίας, πρὸς ἣν ὁ χρησμός·

Ἄρνη χηρεύουσα μένει Βοιώτιον ἄνδρα.

Ἢ Κιέριον καλεῖται. Θυγατέρα δέ φασιν Αἰόλου τοῦ Ἄρνην. Τρίτη, Μεσοποταμίας. Τετάρτη, τῆς Ἐρασινίων, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρναῖος. Τὸ θηλυκὸν, Ἀρναία.

ΑΡΟΕΡΝΟΙ [76], ἔθνος μαχιμώτατον τῶν πρὸς τῇ Κελτικῇ Γαλατῶν. Ἀπολλόδωρος πεμπτῃ χρονικῶν, Κελτῶν Ἀροέρνους.

ΑΡΟΗ [77], πόλις Ἀχαΐας· Παυσανίας ἐδόμῳ. Ἐκλήθη ἀπὸ τῆς ἐργασίας τῆς γῆς. [78] Λέγεται καὶ Πάτραι. Τὸ ἐθνικὸν Ἀροεύς, ὡς Ἀρσινοεύς.

ΑΡΠΑΓΙΑ [79], δῆμος, τόπος πρὸς Κύζικον. [80] Ὅθεν ἁρπασθαι φασὶ Γανυμήδη. Οἱ οἰκήτορες, Ἁρπαγιανοί.

A Isauricorum 3. Gentile, Arneates. Est verò ut Orneæ. Homerus:

Arneasque incolebant. ——

ARNE, urbs Bœotiæ. Homerus:

Quique vitiferam Arnen incolebant. —

B Et Lycophro:

Arnæ antiquæ progenies Temmicum anteſignani.

Secunda urbs Theſſaliæ, colonia Bœotiæ, de qua oraculum:

Arna vidua exſpectat Bœotium virum.

C Quæ *Cierium* vocatur. Filiam verò Æoli fuiſſe *Arnen* dicunt. Tertia, Meſopotamiæ. Quarta, Eraſiniorum, prope Thraciam. Gentile, Arnæus. Fœmineum, Arnæa.

AROERNI, populi bellicoſiſſimi Galatarum prope Celticam. Apollodorus Chronic. 4. *Celtarum Aroërnos.*

D

ARO E, urbs Achaiæ; Pauſan. lib. 7. Sic fuit vocata ab cultu terræ. Dicitur etiam *Patræ*. Gentile, Aroëus, ut Arſinoëus.

E

HARPAGIA, neutro genere, locus prope Cyzicum. Unde raptum fuiſſe Ganymeden ajunt. Incolæ, Harpagiani.

ARP-

72 Ὅμηρος.] Affert hemiſtichium ex Homero, cujus integer verſus legitur Il. 2. v. 571. hoc modo:

Ὀρνειάς τ' ἐνέμοντο, Ἀραιθυρέην τ' ἐρατεινὴν,
Καὶ &c.

Orniaſque habitabant, Arethyreamque amabilem,
Et Sicyona, ubi Adraſtus primùm regnavit.

Quare apud Stephanum pro Ἀρνειάς lege Ὀρνειάς, quin etiam ipſe id innuit. Inquit enim ἔστι δὲ ὡς Ὀρνεαί.

73 Ἄρνη, πόλις Βοιωτίας.] Quatuor hujus nominis urbes celebrat; primo loco *Arnen* Bœotiæ memoratam Smyrnæo vati Il. 2. 507. cujus affert hemiſtichium; ejus integer verſus reperitur loco citato, hoc modo:

Οἵ τε πολυσταφύλου Ἄρνην ἔχον, οἵ τε Μίδειαν.

Quique vitiferam Arnen habitabant, quique Midiam.

Ad quem locum nihil memoratu dignum, quod mihi placuerit, affert Archiepiſcopus Theſſalonicæ. Sed operæ pretium eſt audire loquentem Pauſaniam in Bœoticis, ſeu lib. 9. cujus ſunt, quæ ſequuntur, verba: Λεβαδέων δὲ ἐχόντων Χαιρωνεῖς. Ἐκλελοίπει δὲ καὶ τότε Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον, ἣν καλέουσιν Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος λέγεσθαι θυγατέρα· ἀπὸ δὲ ταύτης κληθῆναι καὶ ἑτέραν ὑπὸ Θεσσαλίᾳ πόλιν. id eſt, *Lebadenſibus finitimi ſunt Chæronenſes. Eorum urbs antiquitus* Arne *vocabatur. Arnen verò filiam Æoli fuiſſe dicunt, à qua vocatam quoque fuiſſe aliam in Theſſalia urbem.*

74 Καὶ Λυκόφρων.] Affert verſiculum ex Caſſandra Lycophronis, qui legitur apud eum num. 644. ad quem locum inquit Iſaacius *Arnen* fuiſſe Bœotiæ urbem, quæ ante *Sinouſa* dicebatur. Ejus etymologiam deducit ex Theſeo Corinthiorum tertio à fabula quadam Saturni, & Neptuni, & ex Cratone quodam ἀπὸ τοῦ ἄρνας πολλὰς ἔχειν. i. e. *quod multos agnos haberet*, ſed nihil memorabile, quod noſtris obſervationibus inſervire poſſit.

75 Δεύτερα, πόλις Θεσσαλίας &c.] Ex hac expulſi Bœotii auct. Thucyd. lib. 1. Arnen in Bœotia condiderunt, quæ *Chæronea* ætate Scholiaſtæ Thucydidis vocabatur, eodem auctore ad Thucydidis librum citatum, quod ſuo loco annotare oblitus ſum.

76 Ἀρόερνοι, ἔθνος μαχιμώτατον τῶν πρὸς τῇ &c.] Memorantur Aroërni populi bellicoſiſſimi prope Celticam Galatarum, ſic plerunque Gallos vocat noſter. Aroërni autem aliis *Arveni* dicuntur, quorum regionem Galli parum corrupto nomine *Auvergne* vocant, in quorum montibus auctor eſt Philipp. Ferr. Alexandr. in ſuo Lexico Geographico fontem eſſe vini ſaporem habentem apud Cuilam caſtrum, ubi incolæ modico vino opus habent. Certe terra, ubi aqua vini ſupplet vices, nunquam ſatis laudari poteſt, ſed ego πρὸς τάτε ἐπέχω. Hujus regionis præcipua urbs *Claromons* dicitur.

77 Ἀρόη, πόλις Ἀχαΐας &c.] Aroë, urbs Achaiæ memoratur ex Pauſaniæ lib. 7. Plurimum meherculè debet Græcia antiqua Pauſaniæ, qui ex ejus antiquitatis tanquam ſcrutis plurima memoratu digna luci publicæ proſtituit. Quæ nunc de Aroë, civitate Achaiæ affert noſter, apud eum dilucidè inveniuntur libro citato, hoc modo: Τριπτολέμου δὲ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀφικομένου· τόν τε καρπὸν λαμβάνειν τὴν ἡμέρον, καὶ οἰκῆσαι διδαχθεῖς πόλιν, Ἀρόην ὠνόμασεν ἐπὶ τῇ ἐργασίᾳ τῆς γῆς. id eſt, *Cum Triptolemus ex Attica veniſſet, à quo & fruges accipit* (Eumelus) *& rationem urbis condendæ*, Aroan *vocavit à terræ cultu.*

78 Λέγεται καὶ Πάτραι.] Aroan, Achaïæ urbem *Patras* quoque dictam fuiſſe inquit. Id etiam habet Epitomator noſter ex Pauſania. Audi eum loquentem in Achaïcis: Πατρεὺς ὁ Προτομήνους, τοῦ Ἀγήνορος, ἐς μὲν Ἀνθειαν καὶ ἐς Μεσάτην μὴ ἐνοικίζειν τοῖς Ἀχαιοῖς ἀπεῖπε. Περιέβαλον δὲ τείχεσι πρὸς τῇ Ἀρόῃ βαλόμενοι μείζονα, ἵνα σφίσι τε πρόσοδος καὶ ἡ Ἀρόη χῶρος, ὄνομα ἔθεντο ἀφ' ἑαυτῶν Πάτρας τῇ πόλει. id eſt, *Patreus Preugenis filius, Agenoris nepos, Achæos edicto vetuit Anthean, & Meſatin incolere: Aroës verò pomœrio ampliato, veterem oppidi ambitum novo incluſit, & Aroën de ſuo nomine* Patras *vocavit.*

79 Ἁρπάγια, δῆμος πόπος πρὸς Κύζικον.] Harpagia, neutro plurali eſſe locum circa Cyzicum inquit, quod ex Strabone lib. 13. habet: Ἐν ᾗ τῇ, inquit ille, μεθορίᾳ τῆς Κυζικηνῆς, καὶ τῆς Περκωτηνῆς, ἐστὶ τὰ Ἁρπαγεῖα τόπος, &c. i. e. *In confinio verò Cyzicenæ, & Priapenæ regionis, eſt locus Harpageia, &c.* Per ει ſcribitur apud Strabonem & cum accentu circumflexo in penultima; at Athenæ. Dipnoſophiſt. lib. 13. confirmat ſcripturam Epitomatoris noſtri. Nam apud eum libro citato Ἁρπάγιον neut. ſingul. per *jota* tantum ſcribitur cum accentu in antepenultima, ut apud noſtrum. Id nominis ab ἁρπάζω, i. e. *rapio*, deductum eſt.

80 Ὅθεν ἁρπάσαι φασὶ Γανυμήδην.] Ex loco Harpagiis circa Cyzicum raptum fuiſſe Ganymedem ajunt; id etiam habet ex Strabonis lib. 13. Sic enim ille: Ἐξ ἧς τὸν Γανυμήδην μυθεύουσιν ἁρπαχθῆναι &c. i. e. *Ex quo* (i. e. *ex loco*) *Harpagiis arreptum fuiſſe Ganymedem fabulantur. Alii verò circa Dardanium promontorium prope Dardanum.* Poëtæ fingunt Ganymedem

Ἁ῾ρπαλύκεια, πόλις Φρυγίας, ἀπὸ Ἁρπαλύκου. Τὸ ἐθνικὸν, Ἁρπαλυκεύς.

HARPALYCIA, urbs Phrygiæ, opus Gordiotichitarum. Gentile, Harpalyceus.

Ἅ῾ρπασα [81], πόλις Καρίας, ἀπὸ Ἁρπάσου ποταμοῦ. Τὸ ἐθνικὸν Ἁρπασεύς, ὡς Μύλα, Μυλασεύς, Πηγασεύς.

HARPASA, urbs Cariæ, ab Harpaso fluvio. Gentile, Harpaseus, ut à Myla, Mylaseus, & Pegaseus.

Ἅ῾ρπινα [82], πόλις Ἠλιδος, [83] ἀπὸ Ἁρπίνης τῆς Ἀσωποῦ, ἀφ᾽ ἧς καὶ Ἄρεος Οἰνόμαος. ὁ πολίτης, Ἁρπιναῖος· καὶ Ἁρπινῆθεν, ἐκ τόπου.

ARPINA, urbs Elidis, ab Arpina Asopi filia, à qua & Marte OEnomaus. Civis, Arpinæus. Ex loco, ex-Arpina.

Ἅ῾ρπυια, πόλις ἐν Ἰλλυρίᾳ, παρ᾽ Ἐγχελέαις· εἰς ἣν Βάτων ὁ Ἀμφιαράου ἡνίοχος μετὰ τὸν ἀφανισμὸν αὐτὸν ἀπῴκησε· Πολύβιος. Τὸ ἐθνικὸν Ἁρπυήτης, τροπῇ τοῦ α εἰς η. ἔστι γὰρ Ἁρπυάτης.

HARPYIA, urbs Illyriæ, prope Encheleas; ad quam Bato Amphiarai auriga, postquam ipse disparuit, habitatum abierat, Polybius. Gentile, Harpyietes, verso α in η. Debebat enim esse Harpyiates.

Ἅ῾ρρα, πόλις Ἰλλυρική. Τὸ ἐθνικὸν, Ἁρραῖος. Καὶ γὰρ οὕτως συνήθης, ὡς Πελλαῖος, καὶ Βεροαῖος.

ARRHA, urbs Illyriæ. Gentile, Arrhæus. Etenim forma est consueta, ut Pellæus, & Beroæus.

Ἀ῾ρρεντία [84], πόλις Ἰταλίας. Ὁ πολίτης Ἀῤῥεντῖνος, ὡς Πλακεντία Πλακεντῖνος.

ARRHENTIA, urbs Italiæ. Civis, Arrhentinus, ut à Placentia, Placentinus.

Ἀ῾ρρητιον [85], πόλις Τυῤῥηνίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀῤῥητῖνος.

ARRHETIUM, urbs Tyrrheniæ. Gentile, Arrhetinus.

Ἀ῾ρρηχοι [86], ἔθνος Μαιωτῶν. Στράβων ἑνδεκάτῃ.

ARRHECHI, populi Mæotarum: Strab. lib. 11.

Ἄ῾ρσα, medem raptum ab Jove; at verò Echemenes in Creticis apud Athenæum lib. 13. non à Jove, sed à Minoë Ganymedem raptum fuisse tradit, ut & & Suidas in *Μίνως*. Æquales penè pæderastæ fuere olim Romani Græcis; ac miranda est Poëtarum audacia, qui hoc vitium Jovi tribuere ausi sunt, de quibus libet apponere verba Senecæ de Vita Beata c. 26. *Quemadmodum Jupiter Optimus Maximus ineptias Poëtarum (fert): quorum alius illi alas imposuit, alius cornua, alius adulterum illum induxit, & abnoctantem: alius sævum in Deos, alius iniquum in homines: alius raptorem ingenuorum, corruptoremque & cognatorum quidem: alius parricidam, & regni alieni paternique expugnatorem. Quibus nihil aliud actum est, quam ut pudor hominibus peccandi demeretur, si tales Deos credidissent.*

ARSA,

81 Ἅ῾ρπασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Ἁρπάσου ποταμοῦ.] Harpasa, urbs Cariæ, nomen adepta à fluvio Harpaso celebratur, & urbem & fluvium memorat Plinius inter Cariæ urbes Nat. Hist. lib. 5. c. 29. urbem Episcopalem esse sub Archiepiscopo Stauropolitano inquit Philipp. Ferr. Alexandr. in suo Lexico Geograph. eidem Plinio lib. 2. c. 96. Harpasa neut. plur. oppidum Asiæ dicitur, juxta quod cautes stabat horrenda, uno digito mobilis. Eadem si toto corpore impellebatur, resistebat; hujusmodi plurimas res prodit Plinius, de quibus omnes, ut opinor, ἐπέχουσιν. Eandem esse urbem credo, etsi à Plinio *oppidum Asiæ* vocatur, quia Caria erat in Asia minori.

82 Ἅ῾ρπινα, πόλις Ἠλιδος &c.] Quæ de Arpina urbe Elidis affert Epitomator noster, ex Pausaniæ Eliacis seu lib. 6. habet. Audi eum loquentem: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἁρπινάτης κωλέμβου ποταμὸς, καὶ ἐ πολὺ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, πόλεως Ἁρπίνης ἄλλα τε ἐρείπια, καὶ μάλιστα οἱ βωμοί. Οἰκίσαι δὲ Οἰνόμαον τὴν πόλιν, καὶ θέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητρὸς λέγουσιν Ἁρπίνης. i. e. *Est autem & alius fluvius nomine* Harpinnates, *& non procul à fluvio visuntur civitatis Harpinnæ rudera, ac maximè aræ. Condidisse verò* OEnomaum *urbem, & de matris Harpinnæ nomine nomen imposuisse dicunt.* Apud Pausaniam per duplex *nn*, apud nostrum per simplex *n* scribitur.

83 Ἀπὸ Ἁρπίνης τῆς Ἀσωποῦ &c.] Narrat genealogiam Harpinæ, quam etiam habet ex Pausaniæ Eliacis. Sic enim ille: Νημέᾳ μὲν τῇ ἀδελφῶν πρώτῃ, μετὰ δὲ αὐτὴν Ζεὺς ἔσχε λαμβανούσῃ Αἰγίνης. Παρὰ δὲ τὴν Αἰγιναν ἔστηκεν Ἅ῾ρπινα, τοῦτο τοῦ Ἠλείων καὶ Φλιασίων λόγῳ συνειλήφυῖα Ἄρης, καὶ Οἰνομάῳ δὲ μήτηρ τῷ περὶ τὴν Πίσαν βασιλεύσαντι ἐστιν Ἅ῾ρπινα.

Ἅ῾ρσα, Μεταὶ δὲ αὐτὴν Κορκύρα τε, καὶ ἐπ᾽ αὐτῇ Θήβη. Τελευταῖος δὲ ὁ Ἀσωπός. id est, *Nemea quidem sororum prima, post eam Jupiter Æginam manu apprehendens. Juxta Æginam verò stetit Harpinna, cum qua Mars, uti Eleorum & Phliasiorum sermone proditur, consuetudinem habuit, & ex ea genuit* OEnomaum, *qui Pisæ regnavit: post eam est Corcyra, & deinde Thebe. Omnium autem postremus Asopus.*

84 Ἀῤῥεῖνεια, πόλις Ἰταλίας.] Nulla hujus urbis Italiæ apud alios, quod sciam, fit mentio. Quare meritò Ortelio in suo Thesauro Geographico suspecta lectio videtur; forsitan corruptum est nomen ex Artena, quam memorat Livius lib. 4. vel ex Artona, quam idem celebrat lib. 11. vel ex Ἀρήκεια, quam supra noster memoravit, vel ex Ἀῤῥήπιον, de quo sequenti numero.

85 Ἀῤῥήπιον, πόλις Τυῤῥηνίας.] Arrhetium, urbs Tyrrheniæ, *id est*, Etruriæ, & ejus olim caput, à Roma distabat mille stadia, auctore Strabone lib. 5. Creditur esse, quæ hodie parum corrupto nomine vulgò Italis dicitur *Arezzo*, teste Cluver. Ital. Antiquæ lib. 2. c. 3. ejus lateritius murus celebratur à Plinio Nat. Hist. lib. 35. c. 14. & ejus quoque vasa fictilia eodem lib. c. 12. Ejus sunt verba: *Major quoque pars hominum terrenis utitur vasis. Samia etiamnum in esculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem & Aretium in Italia.* Quam lectionem aliqui Criticorum παῖδες immerito sollicitant, legentes *Eretum* pro *Aretium*, quæ est vera lectio, & eam confirmat lateritius Aretii ejusdem murus, cujus meminit idem auctor libro capiteque paulò supra citato. Polybius Historiarum lib. 2. vocat τῶν Ἀῤῥητίνων πόλιν, id est, *Arrhetinorum urbs.* Latini plerumque *Aretium* dicunt.

86 Ἀῤῥηχοὶ, ἔθνος Μαιωτῶν.] Arrhechi, populi Mæotarum celebrantur Stephano ex Strabonis lib. 11. apud quem Ἀῤῥιχοὶ *Arrhichi* dicuntur, ut & apud Melam lib. 1. cap. ult. circa calcem. Apud Ptolemæum quoque Geographiæ lib. 5. c. 9. Ἀρεχοὶ etsi per unum tantum ρ, Plinio lib. 6. c. 7. Archi procul dubio pro Arichi vel Arrhichi dicuntur, iidem fuere populi. Facilis enim est, ut jam alibi monuimus, μεταβολὴ τοῦ ι in η & vice versâ, quia hæ vocales apud Græcos pronunciatione non differunt, etsi olim differebant; sed non tanta differentia, quanta volunt, qui hanc barbaram pronunciationem dissolvendi diphthongos amant. Ego existimo Stephanum ex Strabone, & Ptolemæo, & Mela corrigendum esse, ac pro Ἀῤῥηχοὶ, legendum esse Ἀῤῥιχοί.

87 Ἄ῾ρσα,

Α᾽ΡΣΑ [87], πόλις Ἱσπανίας, ὡς Χάραξ ἐν δεκάτῃ χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽ρσαῖος. A

ARSA, urbs Hiſpaniæ, ut Charax chronicorum 11. Gentile, Arſæus.

Α᾽ΡΣΑΚΙ᾽Α [88], πόλις Μηδίας ἐπίσημος, ἀνατολικωτέρα Μηδίας. [89] Οἱ οἰκήτορες Α᾽ρσακίδαι, ἀπὸ Α᾽ρσακοῦ· καὶ Α᾽ρσακὶς, τὸ θηλυκόν.

ARSACIA, urbs Mediæ celebris, orientalior Mediæ. Incolæ, Arſacidæ, ab Arſace: & Arſacis, fœmineum.

B

Α᾽ΡΣΙΝΟ᾽Η [90], πόλις Λιβύης, ἀπὸ τῆς Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἀδελφῆς, καὶ γυναικός. [91] Δευτέρα, πόλις Παραιτονίας Λιβύης, ἡ πρότερον Ταύχειρα. [92] Τρίτη, πόλις Συρίας ἐν Αὐλῶνι· ἡ περίμετρος αὐτῆς, σταδίων ὀκτακισχίλια. [93] Τετάρτη, τῆς Κοίλης Συρίας. [94] Πέμπτη, Κιλικίας. [95] Ἕκτη, τῆς Αἰγύπτου πόλις, ἐπὶ τοῦ Δέλτα. [96] Ἑβδόμη, Κύπρου, ἡ πρότερον Μάριον

ARSINOA, urbs Libyæ, à ſorore, & uxore Ptolemæi Philadelphi. *Secunda*, urbs Parætonii Libyæ, prius *Tauchira* dicta. *Tertia*, urbs Syriæ Aulone: cujus ambitus eſt ſtadiorum octo millia. *Quarta*, Cœles Syriæ. *Quinta*, Ciliciæ. *Sexta*, Ægypti urbs ad Delta. *Septima*, Cypri, prius *Marion* dicta. *Octava*, Ætoliæ.

C

87 Α᾽ρσα, πόλις Ἱσπανίας.] Memoratur Arſa, urbs Hiſpaniæ ex Charace Chronic. lib. 11. quam Ptolem. lib. 2. c. 4. inter Turdetanorum urbes locat; utrum nunc exſtet, ignoratur. Aliqui ſiculneo freti argumento, ſcilicet vocis alluſione volunt eſſe, quæ nunc *Arcos* dicitur, ſed ego ἐπέχω.

88 Α᾽ρσακία, πόλις Μηδίας ἐπίσημος.] Arſacia, urbs Mediæ inſignis & reliquis Mediæ orientalior, quæ *Rhaga*, & *Europus* dicta fuit, auctore, noſtro Auctore in Γάγα, Ptolemæo Geographiæ lib. 6. c. 3. inter Mediæ civitates mediterraneas locatur, cui *Arſacia* & *Europus* diverſæ ſunt urbes, *Casbin* vulgo vocari auctor eſt Philipp. Ferr. Alex. in ſuo Lexico Geographico.

89 Οἱ οἰκήτορες Α᾽ρσακίδαι, ἀπὸ Α᾽ρσακοῦ.] Incolæ urbis Arſaciæ *Arſacidas* vocari inquit, non ab urbe Arſacia, ſed ab Arſace. Optimum foret, ſi hujus rei produceret aliquem teſtem. Arſacidæ enim dicebantur *Parthi* ab Arſace; Lucanus lib. 1.

Plus illa vobis Acie, quam creditis, actum eſt
Arſacidæ.

Arſacius etiam pro Parthicus accipitur, ac ſic uſurpavit Poëtarum facetiſſimus Epigram. lib. 9. Epigram. 36.

Scis quid in Arſacia Pacorus deliberet aula?

Parthorum quoque reges *Arſaces*, & *Arſacidæ* dicebantur ab Arſace primo eorum rege, quemadmodum *Cæſares* apud Romanos, *Ptolemæi* apud Ægyptios, & nunc *Ludovici* apud Gallos.

90 Α᾽ρσινόη, πόλις Λιβύης, ἀπὸ τῆς &c.] Arſinoë, urbs Libyæ memoratur, nomen adepta ab Arſinoë Ptolemæi Philadelphi ſorore, & uxore. Urbis meminit Ptolemæus Geographiæ lib. 4. c. 5. Arſinoës verò Ptolemæi II. ſororis, & uxoris, Strabo lib. 10. Quam ſub Veneris Zepheretidis nomine Ægyptii coluere, ut annotabimus in Ζεφύριον. Philipp. Ferr. Alexandr. in ſuo Lexico Geographico Arſinoën urbem nunc *Sues* vocari ſcribit. Bochartus Geographiæ Sacræ lib. 2. c. 18. exiſtimat eſſe eandem, ac Cliſma, cujus meminit Nubienſis quinta parte Climatis tertii, *Calzem* corrupto nomine appellans: at illa ſententia Bocharti adverſatur Ptolemæo, qui Geographiæ lib. 4. c. 4. & c. 5. has urbes tanquam diverſas celebrat, cui his in rebus major, quam Bocharto fides adhibenda eſt.

91 Δευτέρα, πόλις Παραιτονίας Λιβύης, ἡ πρότερον Ταύχειρα.] Altera urbs Libyæ celebratur, quæ prius *Tauchira* dicebatur, cujus noſter meminit in Ταύχειρα. Eam quoque memorant Ptolemæus Geographiæ lib. 4. c. 4. Strabo Geographiæ lib. 17. quibus Τάυχειρα, non Ταύχειρα, ut Epitomatori noſtro vocatur. Quare noſter ex eis corrigendus eſt, apud quem ſcribitur Ταῦχειρα. Parætonium verò erat etiam Libyæ urbs prope Alexandriam, quam *Ammoniam* vocabant, auctore noſtro auctore in Παραιτόνιον.

92 Τρίτη, πόλις Συρίας ἐν Αὐλῶνι.] Tertio loco memorat Arſinoën Syriæ urbem in loco Aulone. Si per Criticorum filios liceret, pro Συρίας legerem Α᾽ραβίας, tum quod Strabo lib. 16. Plinius lib. 5. c. 11. Mela lib. 3. c. 8. Arſinoën Arabiæ urbem, non Syriæ celebrant, cum, quod noſter inquit, hanc urbem eſſe *Aulone*. Atqui Aulon erat Arabiæ locus, ut Epitomator noſter tradit in Αὐλών. Quare exiſtimo, meam conjecturam eſſe certam.

93 Τετάρτη, τῆς Κοίλης Συρίας.] Quarto loco memorat Arſinoën Cœleſyriæ, i. e. *curvæ*, ſeu *cavæ Syriæ*; cujus apud alios, quod ſciam, nulla fit mentio. Suſpicor hanc quoque urbem inſcio Stephano in Stephanum irrepſiſſe.

94 Πέμπτη, Κιλικίας.] Arſinoë Ciliciæ memoratur Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 8. Straboni lib. 14. Plinio Nat. Hiſt. lib. 5. c. 27.

95 Ἕκτη, τῆς Αἰγύπτου πόλις ἐπὶ τοῦ Δέλτα.] Arſinoë Ægypti urbs celebratur ab Ptolemæo Geographiæ lib. 4. c. 5. à qua nomen accepit *Nomos Arſinoites*, de qua & foſſa, quæ in Rubrum mare, & Arabicum ſinum & in hanc urbem exibat, operæ pretium eſt audire Strabonem loquentem lib. 17. cujus ſunt verba: Ἄλλη δ᾽ ἔστιν ἐκδιδοῦσα εἰς τὴν Ἐρυθρὰν, καὶ τὸ Ἀραβικὸν κόλπον, καὶ πόλιν Ἀρσινόην, ἣν ἔνιοι Κλεοπατρίδα καλοῦσι. Διαῤῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῶν πικρῶν καλουμένων λιμνῶν, αἳ πρότερον μὲν ἦσαν πικραί. Τμηθείσης δὲ τῆς διώρυγος τὸ λεχθὲν μεῖγμα μέλαν ἀπέλιπε τῇ κράσει καὶ πολλαχοῦ· καὶ νῦν εἰσιν ὄψοι, μεσαῖαι καὶ τὰ λιμναῖαι ὀρυκτοί. Ἐτμήθη δὲ ἡ διῶρυξ καθ᾽ ὁρμὰς ἀπὸ Σεσώστρεως πρὸ τῶν Τρωϊκῶν· οἱ δὲ ὑπὸ Ψαμμιτίχῳ πεπλάδης, δεξαμενὰς μόνον, εἶτ᾽ ἀπολιπούσας τὸ βίον· ὕστερον δὲ ὑπὸ Δαρείου καὶ πρότερα ἀμφοτέρωθεν τὸ ἔργον. Καὶ ἔτος δὲ ἦν δόξη ψοῦδος ποιοῦσα ἀφῆκε τὸ ἔργον πρὸς συμπέλειαν ἤδη· Ἐπειδὴ καὶ μέλεωρολέρειν εἶναι τὴν Ἐρυθρὰν θαλάτταν τὴν Αἰγύπτιον, καὶ εἰ ἀλλαχοῦ πάς ὁ μίξυς ἰσθμὸς, ἐπικλυσθήσεσθαι τῇ θαλάττῃ τὴν Αἴγυπτον &c. id eſt, *Alia verò eſt foſſa, quæ in Rubrum mare & Arabicum ſinum exit & in urbem Arſinoën, quam nonnulli* Cleopatridem *vocant, atque per eos lacus fluit, qui* amari *vocantur. Hi, cum antiquitus amari eſſent, facta foſſa, & admixto flumine ſunt immutati: ac nunc bonos ferunt piſces, & aquatilibus volucribus abundant. Foſſa primum à Seſoſtri inciſa eſt, ante res Trojanas: nonnulli eam à Pſammiticho filio ſolùm inchoatam putant, vita eum deficiente: poſtea Darium primum in operis abſolutionem ſucceſſiſſe, & hic opus pene abſolutum deſeruit. Falſo enim ei erat perſuaſum, Rubrum mare Ægypto eſſe ſublimius: ideoque ſi intermedius iſthmus incideretur, Ægyptum à mari obrutum iri. Ptolemæici quidem reges eum incidentes, Euripum clauſum fecerunt, ut, cum vellent, in exterius mare navigarent, ac rurſum ſine impedimento reverterentur.* Totum appoſui Strabonis locum, ut ſcires mare Rubrum per Nilum communicari, qui in mare mediterraneum aquas exonerat. Sed Strabo circa nomen urbis Arſinoës non ſibi conſtat. Nam cum dicat Arſinoën ab aliquibus *Cleopatridem* vocari, paulò infra Arſinoën & Cleopatridem tanquam diverſas urbes memorat. Inquit enim: Πλησίον δὲ τὰ Ἀρσινόης, καὶ ἡ τῶν Ἡρώων ἐστὶ πόλις, καὶ ἡ Κλεοπατρὶς· ἐν τῷ μυχῷ δ᾽ Ἀραβίας κόλπῳ πρὸς Αἴγυπτον. id eſt, *Prope Arſinoën autem eſt Heroum civitas, & Cleopatris in Arabici ſinus verſus Ægyptum receſſu.* Idem auctor eodem libro aliam memorat Ægypti Arſinoën, quæ prius *Crocodilorum civitas* dicebatur. Nam quemadmodum duæ erant præfecturæ, quæ ab Arſinoë nomen habebant, auctore Plinio Nat. Hiſt. lib. 5. c. 9. ita veroſimile eſt duas fuiſſe ejuſdem nominis urbes.

96 Ἑβδόμη, Κύπρου, ἡ πρότερον Μάριον λεγομένη.] Septimo loco numerat Arſinoën Cypri, cujus meminit Ptolemæus Geograph. lib. 5. c. 14. Strabo lib. 14. Plinio lib. 5. c. 31. Conſtant. Porphyrog. de Them. lib. 1. Them. 15. ſed *Marion* prius ejus nomen omnes ſilentio prætereunt, id obtinuiſſe à Marieo inquit noſter in Μάριον.

ελον λεγομένη. [97] Οἰγδόη, Αἰτωλίας. [98] Ἐν-A νάτη, Λύκιος. Δεκάτη, [99] τῆς Τρωγλοδυτικῆς, ἡ πρότερον Ὀλβία καλουμένη. [1] Ἔστι καὶ ἄλλη Λυκίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρσινοήτης, καὶ Ἀρσινοεὺς ἀπὸ τῆς Αἰτωλικῆς, [2] ὡς Πολυβίῳ ἐννάτῳ. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν Λιβύῃ Ἀρσινοεὺς, ὡς Ἀλέξαν-B δρος ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ.

toliæ. *Nona*, Lycti. *Decima*, Troglodyticæ, prius *Olbia* dicta. Est etiam alia Lyciæ. Gentile, Arsinoëtes, nec non Arsinoëus Ætolicæ, ut Polybius lib. 9. sed etiam Libycæ. Gentile dicitur Arsinoëus, ut Alexander Libycorum lib. 3.

ἈΡΣΥΣΙΑ [3], χωρίον τῶν Ψύρων, καὶ Χίας, τραχεῖα, καὶ ἀλίμενος, ὅσον σταδίων τριάκοντα, οἶνον ἄριστον ἔχουσα, καλούμενον Ἀρσύσινον, [4] ὃ μέμνηται Στράβων τεσσαρεσκαι-C δεκάτῃ. Καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας τοιῶσδε κλητέον, καὶ συγκοπῇ τῆς σι. Ἦν γὰρ Ἀρσυσιῶος, ἢ Ἀρσυλιῶος, ὡς Καρδία Καρδιανὸς, Ὀλβία Ὀλβιανὸς, Ἀδρία Ἀδριανός.

A R S Y S I A, regio Pſyrorum, & Chii, aſpera, & importuoſa, cujus ambitus eſt circiter triginta ſtadiorum, quæ habet vinum optimum, *Arſyſinum* vocatum, cujus meminit Strabo lib. 14. Incolæ ſic ſunt vocandi per ſyncopen *ſi*. Eſſet enim Arſyſienus, vel Arſyenus, ut à Cardia, Cardianus, ab Olbia, Olbianus, ab Adria, Adrianus.

ἈΡΤΑΓΑ [5], Περσικὴ χώρα, ἣν ἔκτισε Περ-D σεύς, ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας. Ἑλλάνικος ἐν Περσικῶν πρώτῃ. Οἱ οἰκοῦντες, Ἀρταῖοι. [6] Ἀρ-ταίους δὲ Πέρσαι, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους καλοῦσι. [7] Τάχα δὲ καὶ ἐνταῦθέν μοι δοκεῖ Ἀρταξέρξαι, καὶ Ἀρταβάζοι, [8] ὥσπερ Αἰγυ-E πτίοις,

A R T Æ A, regio Perſidis quam condidit Perſeus Perſei, & Andromedæ filius. Hellanicus Perſicorum primo. Incolæ, Artæi. *Artæos* verò Perſæ, ut Græci *veteres homines* vocant. Forſitan & hinc mihi videtur vocari *Artaxerxæ*, & *Artabazi*, ut Ægyptiis,

97 Οἰγδόη, Αἰτωλίας.] Arſinoë Ætoliæ ab Strabone libro 10. adſcribitur Acarnaniæ; at Acarnania erat finitima Ætoliæ.

98 Ἐννάτη, Λύκιος.] Decimo loco numerat Arſinoën Lycti; at Lyctus non erat regio, ſed urbs Cretæ, ut idem ſuo loco tradit. Quare exiſtimo vel eſſe σφάλμα μνημονικὸν, vel fuiſſe coloniam Lycti urbis Cretæ, ſed à nemine, quod ſciam, memoratur.

99 Δεκάτη, τῆς Τρωγλοδυτικῆς, ἡ πρότερον Ὀλβία καλουμένη.] Hanc Arſinoën Troglodyticæ exiſtimo eſſe eam, de qua Plin. Nat. Hiſt. lib. 6. c. 29. ſic loquitur: *Eæ viæ omnes Arſinoën ducunt conditam ſororis nomine in ſinu Charandra, à Ptolemæo Philadelpho, qui primus Troglodyticen excuſſit, & amnem, qui Arſinoën præfluit*, Ptolemæum *appellavit*. Memoratur etiam Straboni lib. 16. Prius vocatam fuiſſe *Olbiam* inquit auctor noſter, cujus rei nulla apud alios fit mentio, ac ipſe id debebat annotare in Ὀλβία.

1 Ἔστι καὶ ἄλλη Λυκίας.] Decimo loco numerat Arſinoën Lyciæ, de qua audiſis Strabonem loquentem lib. 14. Μετὰ τὸν Ξάνθον Πάταρα, καὶ αὐτὴ μεγάλη πόλις, λιμένα ἔχουσα, καὶ ἱερὰ πολλὰ, κλισμὸς Παλῶν. Πτολεμαῖος δ' ὁ Φιλάδελφος ἐπισκυάσας, Ἀρσινόην ἐκάλεσε τὴν ἐν Λυκίᾳ· ἐπεκράτησε δὲ τὸ ἐξαρχῆς ὄνομα. id eſt, *Poſt Xanthum Patara, ipſa quoque magna urbs, quæ habet portum, & templa multa, à Pataro condita. Ptolemæus Philadelphus cum eam auxiſſet, ab uxore* Arſinoën *in Lycia vocavit, verum antiquum nomen obtinuit.*

2 Ὡς Πολυβίῳ ἐννάτῳ.] Liber nonus Polybii, in quo meminit Arſinoës urbis Ætoliæ non habemus, ſed id apparet ex Athenæi Dipnoſophiſtarum lib. 10.

3 Ἀρσυσία, χωρίον τῶν Ψύρων, καὶ Χίας &c.] Pro χωρίον, lege χώρα. Non conveniunt enim χωρίον τραχεῖα καὶ ἀλίμενος, ſed χώρα τραχεῖα καὶ ἀλίμενος. Hæc enim tranſcripta ſunt ex Strabone, apud quem lib. 13. ipſiſſima habentur verba, pro τῶν Ψύρων, lege τῶν Ψυρίων, id eſt, *Pſyriorum*. Pſyrii autem erant incolæ inſulæ Pſyrorum, quæ erat prope Chium, auctore noſtro Auctore in Ψύρα, cujus etiam meminit Strabo libro citato.

4 Οὗ μέμνηται Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.] Pro τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, id eſt, *lib.* 14. lege τεσσαρακαιδεκάτῃ, id eſt, *lib.* 13. Hoc in libro enim meminit Strabo vini Arſyſini, cujus noſter attulit verba. Sic verò apud eum leguntur: Εἶθ' ἡ Ἀελαία χώρα, τραχεῖα καὶ ἀλίμενος σταδίων ὅσον τεσσαρακοσίων, οἶνον ἄριστον φέρουσα τῶν Ἑλληνικῶν. i. e. *Deinde Ariuſia regio aſpera & importuoſa, ſtadiorum ferè* CCC *vinum ferens omnium Græcanicorum optimum.* Strabo etiam ex noſtro Auctore corrigendus eſt, apud quem pro Ἀελαία leges ex Stephano Ἀρουσία. Id enim ordo litterarum exigit apud Stephanum; quæ de gentilibus ait, non bene conveniunt.

5 Ἀρταία, Περσικὴ χώρα &c.] Artæa, Perſica regio, quam ἔκτισε, id eſt, *condidit* Perſeus. Hoc in loco enim ſic accipiendum eſt verbum illud. Artæa verò non erat Perſica regio, ut inquit τῶν ἐθνικῶν συλλέκτης, ſed Perſis ipſa, ut & Perſæ Artæi. Sic enim vocabantur olim à ſe ipſis & ab accolis, antequam à Perſeo nomen accepiſſent, cujus rei locuples eſt teſtis Herodotus. Audi eum loquentem, ſi placet, lib. 7. c. 61. Ἐκαλέοντο δὲ πάλαι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Κηφῆνες, ὑπὸ μὲν τοῦ σφέων αὐτῶν καὶ τῶν περοίκων, Ἀρταῖοι. Ἐπεὶ δὲ Περσεὺς ὁ Δανάης τε καὶ Διὸς ἀπίκετο παρὰ Κηφέα τὸν Βήλου, καὶ ἔσχε αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀνδρομέδην, γίνεταί οἱ παῖς ὦ οὔνομα ἐθέτο Πέρσην. τοῦτον δὲ αὐτοῦ καταλείπει. Ἐτύγχανε γὰρ ἄπαις ἐὼν ὁ Κηφεὺς ἔρσεν· γόνου. Ἐπὶ τούτου δὲ τὴν ἐπωνυμίην ἔσχον. id eſt: *Vocabantur autem quondam (Perſæ) à Græcis* Cephenes, *à ſe ipſis atque ab accolis*, Artæi. *Verùm poſteaquam Perſeus Danaës & Jovis filius ad Cepheum Beli filium commeavit, & Andromedam ejus filiam duxit uxorem, ſuſtulit ex ea filium, quem* Perſem *appellavit, eumque illic reliquit, à quo (nam Cepheus erat ſine virili prole) nomen accepere* [Perſæ.] Arteatæ verò, quos paulò infra memorat, erant inter genera quoque Perſarum, de quibus ſuo loco.

6 Ἀρταίους δὲ Πέρσαι, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες &c.] Artæos Perſæ, ut & Græci antiquos homines, id eſt, *heroës* vocabant. alludit ad etymologiam *Artoxerxis*. Id nominis apud Perſas ſignificabat *magnum bellatorem*, ut inquit Herodotus lib. 6. c. 98. cujus ſunt verba: Δωσάτῃ δὲ τῇ Ἑλλάδα γλῶσσαν ταύτην τὸ ὄνομα, Δαρεῖος, ἐξείης· Ξέρξης, ἀρηϊος· Ἀρτοξέρξης μέγας ἀρηϊος. id eſt, *Valent verò in Græca lingua hæc nomina*, Darius, *idem quod* ἐξείης, *id eſt*, coërcitor; Xerxes, *idem quod* ἀρηϊος, *id eſt*, bellator, *id eſt*, Martius; Artoxerxes, *idem quod* μέγας ἀρηϊος, *id eſt*, magnus Martius, *id eſt*, bellator. Heſychius etiam confirmat ſententiam noſtri Auctoris. Sic enim inquit ille: Ἀρταῖοι, οἱ ἥρωες παρὰ Πέρσαις, id eſt, *Artæi, heroës apud Perſas.*

7 Τάχα δὲ καὶ ἐνταῦθέν μοι δοκεῖ Ἀρταξέρξαι, καὶ Ἀρταβάζοι.] Ex eodem fonte, inquit, deduci hæc nomina, Artaxerxæ, & Artabazi, quorum etymologiam numero præcedenti ex Herodoto dilucidavimus.

8 Ὥσπερ Αἰγυπτίοις, καὶ Μιλλάμωνες, καὶ Πανάπολλωνες,] Apud Ægyptios Millamones & Panapollones dicebantur, ſicut apud Perſas Artaxerxæ & Artabazi, quorum etymon vide num. 97. præcedenti, ſed illa Ægyptia nomina, apud neminem, quod ſciam, memorantur. Heſychii Mimallones

πλίοις, καὶ Μιλλάμωνες, καὶ Παναπόλλωνες. Ἡρω- A ptiis, & Millamones, & Panapollones. Herodianus *Arteatas* eos vocat per *e* pſilon. Eſt etiam & *Artæi Tichos* parva urbs juxta Rhyndacum fluvium, ut Craterus nono de decretis. Gentile, Artæotichites.

διανὸς Ἀρτεάτας αὐτὰς καλεῖ, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ. Ἔστι καὶ Ἀρταίας τεῖχος πολίχνιον ὑπὲρ τῷ Ῥυνδακῷ ποταμῷ, ὡς Κρατερὸς ἐννάτῳ περὶ ψηφισμάτων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρταιοτειχίτης.

ΑΡΤΑΚΗ[9], πόλις Φρυγίας, ἄποικος Μι- B

ARTACE, urbs Phrygiæ, Mileſiorum colonia. Demetrius parvam inſulam eſſe inquit, & Timoſthenes dicens; *Artace tum eſt mons Cyzicenæ, tum inſula parva, quæ ſtadium diſtat à terra, juxta quam eſt portus profundus, qui poteſt capere naves octo* [in *ſinu, qui cauſa eſt ut adhæreat mons littori.* Gentile, Artacenus: Sophocles verò Artaceus dixit:

λησίων. Δημήτριος δὲ ὁ νησίον εἶναί φησι, καὶ Τιμοσθένης λέγων, [10] Ἀρτάκης τοῦτο μὲν ὄρος ἐστὶ τῆς Κυζικηνῆς, τοῦτο δὲ νησίον ἐστὶν, ἀπὸ γῆς ἀπέχον σταδίου. Καλὸς τοῦτο λιμὴν ὑπάρχει βαθὺς ναυσὶν ὀκτὼ ὑπὸ τῷ ἀγκῶνι, ὃν ποιεῖ τὸ ὄρος C ἔχεσθαι τῆς αἰγιαλοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρταῖος. Σοφοκλῆς δὲ Ἀρτάκιος εἶπε·

Quid cunctamini Artaceique, & Percoſii.

Demoſthen. *Artacius* dixit nono Bithyniacorum:

Τί μέλλετ' Ἀρταῖός τε καὶ Περκώσιοι.

Καὶ Ἀρτάκιος εἶπε Δημοσθένης, ἐν ἐννάτῳ Βιθυνιακῶν· D

Habitavit verò Artaciis Epheſtios littoribus.

Νάσατο δ' Ἀρταίοισιν Ἐφέσιος αἰγιαλοῖσιν.

Sic enim illic *Venus* vocatur.

Οὕτω γὰρ αὐτόθι ἡ Ἀφροδίτη καλεῖται.

ARTACI, populi Thraciæ.

ΑΡΤΑΚΟΙ[11], ἔθνος Θρᾴκιον.

ARTAXATA, urbs Armeniæ, Strabo lib. 11. quam *Artaxiaſota* vocant. Dicitur verò urbem condidiſſe Artaxias, Armeniæ rex. Gentile, Artaxatenus.

ΑΡΤΑΞΑΤΑ[12], πόλις Ἀρμενίας· Στρά- E

βων ἐνδεκάτῃ· ἣν καὶ Ἀρταξιάσωτα καλοῦσι. [13] Λέγεται δὲ, τὴν πόλιν οἰκίσαι Ἀρταξίαν, Ἀρμενίας βασιλεύσαντα. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρταξατηνός.

ΑΡ-

ΑΡ-

lones ἀδελφοὶ τοῦ Διόνυσου. Vide, ſi cum illis aliquid habent commune Mameluci Ægyptii quidam, ac ſtrenui milites, qui memorantur diverſis Scriptoribus ac præcipuè *Petro Martyri* in ſua ad Ægypti Sultanum legatione, ad quem miſſus fuit à *Ferdinando* Catholico Hiſpanorum rege; nec non *Franciſco Alvarez* Luſitano in Æthiopiæ Hiſtoria, & aliis.

9 Ἀρτάκη, πόλις Φρυγίας, ἄποικος Μιλησίων.] Artacen, urbem Phrygiæ fuiſſe Mileſiorum coloniam, inquit, quod claret ex Strabone, cujus ex lib. 14. appono verba: Ἀναξιμένης γοῦν ὁ Λαμψακηνὸς ἔφη φησὶν, ὅτι καὶ Ἴκαρον τὴν νῆσον καὶ Λέρον Μιλήσιοι ἐκπέμψαντες, καὶ περὶ Ἑλλήσποντον ἐν μὲν τῇ Χερρονήσῳ Λίμνας, ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ Ἄβυδον, Ἀρίσβαν, Παισόν· ἐν δὲ τῇ Κυζικηνῶν νήσῳ, Ἀρτάκην, Κύζικον. id eſt, *Anaximenes quidem Lampſacenus inquit Mileſios in Icarum inſulam & Lerum miſiſſe colonias, & juxta Helleſpontum in Cherſoneſo in* (civitatem) *Limnas, in Aſia in* (oppida) *Abydum, Arisbam, Pæſum. In Cyzicenorum verò inſula* (in urbem) *Artacen, & Cyzicum.*

10 Ἀρτάκης τοῦτο μὲν ὄρος ἐστὶ τῆς Κυζικηνῆς &c.] Sunt Timoſthenis verba, in quibus pro Ἀρτάκης, legendum eſt Ἀρτάκη. Id enim ratio exigit Grammaticæ. Ait igitur Timoſthenes, Artacen eſſe nomen inſulæ & montis Cyzicenæ. Pro Cyzicena intelligo Cyzici regionem, cujus etiam Artace fuit urbs, ut ex Strabonis lib. 14. præcedenti numero annotavimus & inſula & mons celebratur eidem Straboni lib. 12. hiſce verbis: Ἐν ταύτῃ δὴ τῇ νήσῳ τὸ Κυζικηνῶν ὄρος ἐστὶν εὔδενδρον Ἀρτάκη· καὶ νησίον ὁμώνυμον πρόκειται τούτῳ. id eſt: *In hac verò inſula* (Besbico) *Cyzicenorum mons eſt arboribus conſitus, & parva inſula ejuſdem nominis ante eum jacet.*

11 Ἄρταικοὶ, ἔθνος Θρᾴκιον.] Artaci, populi Thraciæ celebrantur: Ἀρτακίοι, *Artacii* dicuntur Dioni Hiſt. Rom. lib. 51. quos M. Craſſum deviciſſe tradit. Utrum Stephanus corrigendus ſit ex Dione, an Dio ex Stephano neſcio.

12 Ἀρταξάτα, πόλις Ἀρμενίας &c.] Artaxata fœm. ſing. vel neut. plur. urbs Armeniæ, ex Strabonis lib. 13. cujus mutila verba adducit. Integra verò ſunt, quæ ſequuntur: Πόλεις δ' εἰσὶν Ἀρμενίας, Ἀρταξάτά τε, διὸ καὶ Ἀρταξιάσατα καλοῦσιν, Ἀννίβα κτίσαντος Ἀρταξίᾳ τῷ βασιλεῖ. id eſt, *Urbes Armeniæ ſunt Artaxata, quam etiam* Artaxiaſata *vocant condente* (eam) *Annibale Artaxiæ regi.* Quare apud Stephanum pro Ἀρταξιάσωτα lege ex Strabone Ἀρταξιάσατα. Fuiſſe Armeniæ regiam tradit idem auctor eodem libro, cujus ſitum deſcribit hoc modo: Ἡ δ' Ἀρταξάτα, πρὸς τῷ Ἀρταξηνῷ πεδίῳ, σταδιευομένη καλῶς, καὶ βασίλειον ἔστι τὸ χώρας κείτου δὲ ἐπὶ χερρονησιάζοντος ἀγκῶνος τὸ τεῖχος κύκλῳ περιβεβλημένον τὸ ποταμοῦ, πλὴν ὅ ἰσθμὸς· τὸ ἰσθμὸν δ' ἔχει πάρρω καὶ χάρακι κεκλεισμένον· ἐ πολὺ δ' ἄπωθέν ἐστι τὰ πόλεως καὶ τὰ Τιγράνη καὶ Ἀρταβάσδη χαζοφυλάκια, φρούρια ἔρυμνα βάθυρσά τε, καὶ Ὀλανή. id eſt, *Artaxata autem ad campum Artaxenum condita eſt eleganter, & eſt regia Armeniæ: jacet in cubito quodam peninſulam referente* (ad) *fluvium circumcingentem* (ejus) *murum, niſi qua iſthmus eſt. Iſthmum verò habet foſſa & vallo incluſum: non procul ab urbe ſunt Tigranis & Artabazi gazophylacia, caſtella munita, Babyrſa & Olane.* Ego puto interpretem Latinum non aſſequutum ſenſum illorum verborum τὸ τεῖχος κύκλῳ περιβεβλημένον τὸ ποταμοῦ. Vertit enim, *cincta muri loco flumine.* Strabo innuit ſitam eſſe ad fluvium ejus muros circumdantem. Araxem verò eſſe, qui hujus urbis mœnia alluit, claret ex Taciti Annal. lib. 13. c. 39. quæ noſtram interpretationem confirmant.

13 Λέγεται δὲ τὴν πόλιν οἰκίσαι Ἀρταξίαν Ἀρμενίας βασιλεύσαντα.] Magna fuit Stephani oſcitantia. Nam cum hæc, quæ de Artaxatis refert ex Strabone tranſſcripſerit; tamen inquit hanc urbem condidiſſe Artaxiam Armeniæ regem, cum Strabo lib. 11. cujus verba num. 12. præcedenti attulimus, affirmet Annibalem eam Artaxiæ regi condidiſſe. Hanc urbem Armeniæ caput Corbulo dux, imperante Nerone, cepit, oppidani portis ſponte patefactis, ſe ſuaque Romanis permittere, quod ſalutem ipſis attulit, Artaxatis ignis immiſſus, deletaque & ſolo æquata ſunt, referente Tacito Annal. lib. 13. c. 41. Memoratur etiam Satyricorum principi Sat. 2. v. 170.

Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Α᾽ΡΤΕΑ᾽ΤΑΙ[14], γέν. Περσικόν. Η᾽ρόδοτος πρώτῃ.

Α᾽ΡΤΕΜΙ᾽ΣΙΟΝ[15], πόλις Οἰνώτρων ἐν μεσογείῳ· Ε᾽καταῖος Εὐρώπῃ. Ο᾽ πολίτης Α᾽ρτεμισιάτης. Φίλιστος δὲ Α᾽ρτεμίτιον αὐτὴν καλεῖ, ἴσως Δωρικῶς. [16] Ε᾽στι καὶ πόλις Εὐβοίας.

Α᾽ΡΤΕ᾽ΜΙΤΑ[17], νῆσος Τυρρηνική,[18] πρὸς τῇ Θάλειαν νῆσον, ὡς Φίλων. [19] Ὡς δὲ Στράβων, πόλις Παρθυαίων. [20] Ο᾽ δὲ Α᾽ρτεμίδωρός φησιν, ὅτι χερρόνησος πρὸς τῷ ἐκβολῷ τοῦ Α᾽χελώου ποταμοῦ, λεγομένη Α᾽ρτεμίτα. [21] Η᾽ γλωσσικὴ, Α᾽ρτεμίτης. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽ρτεμιτηνός. Α᾽πολλόδωρος δὲ Α᾽ρταμιτηνός φησι, διὰ τοῦ α. [22] Ε᾽στι καὶ νησίον τῶν Ο᾽ξειῶν νήσων, νῆσος Α᾽ρτέμιτα. Ρ᾽ιανός·

—— Οἱ θεσσαλικῶν

[23] Νήσους Ο᾽ξείησι, καὶ Α᾽ρτεμίη ἐπέβαλλον.

Τὸ ἐθνικὸν, τὸ αὐτὸ, ἢ Α᾽ρτεμίσιος, [24] διὰ τὸ τὸν τύπον τῆς Πέρσαις ἀναλογεῖν.

Α᾽ΡΤΥ᾽ΜΝΗΣΟΣ[25], πόλις Λυκίας, ἄποικος Ξανθίων. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽ρτυμνησεύς. Μενεκρά-

ARTEATÆ, populi Perſidis. Herodotus lib. 1.

ARTEMISIUM, urbs OEnotrorum in mediterranea parte. Hecatæus Europa. Civis, Artemiſiates. Philiſtus verò *Artemitium* eam vocat, forſitan Dorice. Eſt etiam urbs Eubœæ.

ARTEMITA, inſula Tyrrhenica juxta Thaliam inſulam, ut Philo: ut Strabo verò urbs Parthyæorum. Artemidorus verò inquit, quod eſt cherſoneſus quædam circa Acheloi fluvii oſtium *Artemita* nomine. Genitivus, Artemitæ. Gentile, Artemitenus. Apollodorus verò Artamitenus inquit, per *a*. Eſt etiam inſula Artemita prope Oxias inſulas. Rhianus:

—— *Qui Theſſalicorum*
Inſulas Oxias, & Artemiam invaſere.

Gentile, idem, vel Artemitæus, quod hæc forma Perſarum analogiæ reſpondeat.

ARTYMNESUS, urbs Lyciæ, Xanthiorum colonia. Gentile, Artymneſeus.

14 Α᾽ρτεᾶται, γένος Περσικὸν &c.] Arteatæ, genus Perſicum ex Herodoti lib. 1. cujus ſunt verba: Ε᾽στι δὲ Περσέων συχνὰ γένεα· καὶ τὰ μὲν αὐτέων ὁ Κῦρος συνάλισε, καὶ ἀνέπεισε ἀπίστεως δὲ πρὸς Μήδων. Ε᾽στι δὲ ταῦτα, ἐξ ὧν ἄλλοι πάντες, Α᾽ρτεᾶται, Πάσαι, Παρταρκάδαι, Μεράφιοι, Μάσπιοι. &c. id eſt, *Perſarum verò ſunt complura genera, eorum quædam Cyrus congregavit & perſuaſit ut à Medis deficerent. Sunt autem hæc, ex quibus alii omnes, Arteatæ, Perſæ, Paſargadæ, Merophii, Maſii; horum Paſargadæ ſunt optimi, in quibus & Achæmenidæ ſunt tribus, unde reges Perſidæ ſunt oriundi.* Noſter in Α᾽ρταῖα inquit Herodianum Artæos Perſidis populos vocare *Arteatas*, unde ſuſpicor fuiſſe eoſdem populos, etſi nomen apud Perſas ſignificaret *Martios*, id eſt, *Martiales*, ſeu *bellicoſos*.

15 Α᾽ρτέμισιον, πόλις Οἰνώτρων ἐν μεσογείῳ.] Decem hujus nominis antiqua oppida numerat Ortelius in ſuo Theſauro Geographico; hoc, quod memorat Auctor noſter, erat *OEnotriæ* in Calabria. Nomen ſonat Latinè *Dianium*, quæ hodiè *S. Agatha* vocatur, auctore Barrio; fides ſit penes auctorem.

16 Ε᾽στι καὶ πόλις Εὐβοίας.] Artemiſium eſſe etiam Eubœæ urbem inquit, quæ inter hujus inſulæ celebres urbes commemoratur à Plinio Nat. Hiſt. lib. 4. c. 12. Miror Pauſaniam ejus non meminiſſe qui totius Græciæ accuratam periegeſin fecit.

17 Α᾽ρτέμιτα, νῆσος Τυρρηνική.] Artemita, inſula Tyrrhenica, ſcilicet quod eſſet in mari Tyrrheno, ſeu Tuſco, contra Coſanum littus; alio nomine dicitur *Dianium*. Utriuſque rei teſtem produco Plinium Nat. Hiſt. lib. 3. c. 6. qui de hac inſula ſic loquitur: *Item Igilium & Dianium, quam* Artemiſiam (*vocant*), *ambæ contra Coſanum littus.* Nunc *Palmaiola* nominatur, auctore Philipp. Ferr. Alex. in ſuo Lexico Geographico: nihil de ea memorabile refertur.

18 Παρὰ τὴν Θάλειαν νῆσον, ὡς Φίλων.] Juxta Thaliam inſulam. Thalia non erat inſula, ſed una ex novem Muſis. Quamobrem pro παρὰ τὴν Θάλειαν, exiſtimo legendum eſſe παρὰ τὴν Αἰθάλειαν, id eſt, *juxta Æthaliam*. Æthalia verò fuit inſula, quæ Latinis *Ilva* dicitur, de qua ſuo loco egimus.

19 Ὡς δὲ Στράβων, πόλις Παρθυαίων.] Artemita, juxta Strabonem eſt urbs Parthyæorum (ſic plerumque noſter Auctor vocat Parthos) non quod eſſet ſita in Parthia, ſed quod eſſet ſub Parthorum ditione ſeu imperio. Strabo enim eam locat in Aſſyria. Audi eum loquentem lib. 16. Ε᾽στι δὲ καὶ Α᾽ρτεμίτα, πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα πεντακοσίους τοῦ Σελευκείας σταδίους, πρὸς ἕω τὸ πλέον, καθάπερ καὶ ἡ Σιτακλήνη. id eſt: *Eſt & Artemita celebris civitas, quingentis ſtadiis à Seleucia diſtans, ad auroram plurimùm, ſicut & Sitacene.* Plinius lib. 6. c. 25. eam locat in Meſopotamia; ſed Aſſyria, & Meſopotamia finitimæ erant inter ſe, & auctores ſæpe eas confundunt.

20 Ο᾽ δὲ Α᾽ρτεμίδωρός φησιν, ὅτι &c.] Eſſe quoque Artemitam inſulam circa Acheloi fluvii oſtium inquit ex Artemidoro, quod confirmat Plinius lib. 4. c. 1. cujus ſunt verba, quæ ſequuntur: *Deinde Acarnanum urbes Halyzea, Stratos, Argos Amphilochicum cognominatum, amnis Achelous è Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Ætolia dirimens, & Artemitam inſulam aſſiduo terræ invectu continenti annectens.*

21 Η᾽ γλωσσικὴ, Α᾽ρτεμίτης.] Genitivus, Artemitas, ſicut ab Æla, & à Gela, & alia hujuſmodi, quæ noſter ſuo loco commemorat.

22 Ε᾽στι καὶ νησίον τῶν Ο᾽ξειῶν &c.] Alia inſula Artemita memoratur ab Stephano prope Oxias inſulas. Oxiæ autem inſulæ ipſi inſula *Dulichium* eſt, ut in Δουλίχιον inquit: at Plinio Nat. Hiſt. lib. 4. c. 12. *Dulichium* inſula, & *Oxiæ*, h. e. *Acutæ*, ſunt diverſæ inſulæ.

23 Νήσους Ο᾽ξείησι, καὶ Α᾽ρτεμίη &c.] In hoc Rhiani verſiculo pro Α᾽ρτεμίη lege Α᾽ρτεμίτη. Noſter enim eum ad teſtimonium vocat inſularum, quæ *Oxiæ*, & *Artemita* dicebantur.

24 Διὰ τὸ τὸν τύπον τῆς Πέρσαις ἀναλογεῖν.] Quod hæc *Ethnicorum* forma Perſarum analogiæ reſpondeat. Dices, quare, cum *Artemita* nec urbs, nec inſula ad Perſas pertineat, nunc ethnicorum ejus formam ad conſuetudinem Perſarum accommodat? Scito Herodotum, noſtrum Auctorem, Pauſaniam, Ammianum Marcellinum, Servium & alios, confundere Medos, Parthos, Perſas: ac cum dicant Medorum, ſeu Parthorum imperium, ut plerumque de Perſarum imperio intelligendum eſſe, cujus rei jam alibi attulimus argumenta, ac nunc occurrit exemplum apud Herod. lib. 7. c. 136. ubi, legati Lacedæmoniorum loquentes cum Xerxe, ajunt: Ὦ βασιλεῦ Μήδων, id eſt, *ô rex Medorum.* At cum noſter memoret *Artemitam* Parthorum urbem, ideò nunc, inquit, gentile formari *Artemitæus* juxta conſuetudinem Perſarum.

25 Α᾽ρτύμνησος, πόλις Λυκίας, ἄποικος Ξανθίων.] De Artymneſo Lyciæ urbe altum eſt apud alios ſilentium, quam Xanthiorum coloniam fuiſſe inquit. Xanthus autem fuit Lyciæ urbium maxima, quæ Straboni lib. 14. dicitur Ξάνθος, & πόλις Ξανθίων, id eſt, *urbs Xanthiorum* appellatur.

26 Ὅπ.]

νεκράτης ἐν πρώτῃ τῶν Λυκιακῶν φησιν, [26] ὅτι A πολυανθρωπήσασαν τὴν Ξάνθον, τὰς πρεσβύτας εἰς τρία μέρη διελεῖν. [27] Τέτων δὴ τὸν μὲν ὅπὶ τὸν Κράγον ἐλθεῖν, καὶ οἰκῆσαι ἐν τῷ ὄρει, [28] λόφον τροχοειδῆ κατοικῆσαι, καὶ καλέσαι τὴν πόλιν Πινάρην, ἣν μεθερμηνεύεσθαι τροχοειδῆ. B λέω. Τὰ γὰρ τροχοειδῆ πάντα Λύκιοι πίναρα καλοῦσιν.

mneſeus. Menecrates Lyciacorum primo inquit, Xanthum urbem cum multitudine hominum abundaret, ſenes in tres diviſiſſe partes. Horum verò partem unam in Cragum veniſſe, ac ſedes in monte collocaſſe, atque collem rotundum incoluiſſe & urbem vocaviſſe *Pinaram*, quam interpretari rotundam. Omnia enim *rotunda* Lycii πίναρα, *pinara* vocant.

Α῎ΡΡΥΒΑ. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽ρρύβας· ἕτω γὰρ Α᾽λκμάν.

ARRHYBA. Gentile, Arrhybas. Sic enim Alcman.

Α᾽ΡΥ῾ΚΑΝΔΑ, πόλις Λυκίας, ὡς Καπί- C των ἐν Ἰ῾σαυρικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν Α᾽ρυκανδεὺς, ὡς Α᾽λωνδεύς.

ARYCANDA, urbs Lyciæ, ut Capito Iſauricorum ſecundo. Gentile, Arycandeus, ut Alyndeus.

Α᾽ΡΥ῾ΠΗ, πόλις ἐν Αἰγύπτῳ· ἧς οἱ πολῖται Α῎ρυπες, ὡς Η῾ρωδιανός.

ARYPE, urbs in Ægypto, cujus cives, Arypes, teſte Herodiano.

Α᾽ΡΧΑΝΔΡΟΥ῾ΠΟΛΙΣ [29], πόλις ἐν Αἰ- D γύπτῳ· Η῾ρόδοτος δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽ρχανδροπολίτης.

ARCHANDROPOLIS, urbs in Ægypto, Herod. lib. 2. Gentile Archandropolites.

Α῎ΡΩΜΑ [30], πόλις Αἰθιόπων, ὡς Μαρκιανός. Ὁ πολίτης, Α᾽ρωμεύς. [31] Στράβων, Α῎ρος Μεσογείτης οἶνος Α᾽ρωμεύς. E

ARROMA, urbs Æthiopum, teſte Marciano. Civis, Aromeus. Strabo, *Optimum vinum, quod* Meſogites Aromeus *dicebatur.*

Α᾽ΣΑΙ῾, κώμη Κορίνθου· Θεόπομπος τριακοσῇ ἐννάτῃ Φιλιππικῶν· Α᾽σαί, καὶ Μαυσὸς, κῶμαι μεγάλαι, καὶ πολυάνθρωποι. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽σαῖος. Ἔστι καὶ κώμη Θρᾴκης Α᾽σαί. Τὸ ἐθνικὸν, τὸ αὐτό. F

ASÆ, vicus Corinthi, Theopompus 39. Philippicorum: *Aſæ, & Mauſus, vici magni, ac hominibus abundantes.* Gentile, Aſæus. Eſt etiam vicus Thraciæ, Aſæ. Gentile, idem.

Α᾽ΣΒΥ῾ΣΤΑ [32], πόλις Λιβύης. Καὶ ὁ πολίτης, Α᾽σβύστης.

ASBYSTA, urbs Libyæ. Civis, Asbyſtes.

Οἵηπερ Τρίτωνος ἐφ᾽ ὕδασιν Α᾽σβύσταο.

Qualis Tritonis ſub aquis Asbyſtæ.

Καλ-

Cal-

26 Ὅτι.] Expungendum cenſeo. Sequitur enim infinitivus.

27 Τέτων δὴ τὸν μὲν &c.] Cum præcedat εἰς τρία μέρη, ſic exiſtimo legenda, τέτων δὴ τὸ μέν. Intelligendum enim eſt τὸ μέρος.

28 Λόφον τροχοειδῆ κατοικῆσαι, καὶ καλέσαι τὴν πόλιν Πινάρην &c.] Suſpicor in his verbis deficere conjunctionem καὶ. Sic enim concipienda exiſtimo καὶ λόφον &c. Strabo lib. 14. memorat urbem Pinara neut. plur. quæ etiam erat una ex Lyciæ maximis, ſed de Artymneſo nihil refert.

29 Ἀρχανδρόπολις, πόλις ἐν Αἰγύπτῳ.] Celebratur Archandropolis, urbs in Ægypto ex Herodoti lib. 2. cui libro citato c. 97. dicitur Ἀρχάνδρα πόλις. Ejus ſunt verba: Ἡ δ᾽ ἑτέρη πόλις δοκέει μοι τὸ οὔνομα ἔχειν ἀπὸ Δαναοῦ, γαμβρὸς Ἀρχάνδρου τοῦ Φθίος, τοῦ Ἀχαιοῦ. Καλέεται γὰρ δὴ Ἀρχάνδρα πόλις. id eſt, *Altera urbs videtur mihi habere nomen ab Archandro Danaigenero, Phthii Achæi filio.* Ejus nullam fecit mentionem Ptolemæus: unde ſuſpicor ejus ævo jam ævo ceſſiſſe.

30 Ῥωμα, πόλις Αἰθιόπων &c.] Memorat Aromam urbem Æthiopum ex Marciano. Ptolemæus neutro plurali uſurpat & promontorium & emporium Æthiopiæ in Avalite ſinu inquit eſſe ſub. 4. c. 7.

31 Στράβων, Ἄρος Μεσογείτης οἶνος Ἀρωμεύς.] Cum ante dixiſſet civem urbis Aromæ dici *Aromenſem*; nunc inquit ſic ab Strabone vocari *vinum Aromenſe*; non magis diſtat Hypanis à Veneto Erydano, quam Aroma urbs Æthiopiæ ab Aromatis pago Magneſiæ ab Strabone lib. 14. memorato, à quo *vinum Aromenſe* celebratur, quod etiam *Meſogites* dicitur eidem à monte Meſſogide. Audiſis eum loquentem: Καὶ ὑπὲρ τὴν πόλεως ἐν τῷ ὄρει τὰ Ἀρώματα, συστέλλοντες τὸ ῥεῦμα· ὅθεν ἄριστος Μεσσωγίτης οἶνος ὁ Ἀρωμεύς. id eſt, *Et ſupra urbem in monte Aromata corripientes literam* I: *unde optimum vinum Meſſogites Aromenſe.* Quare apud Stephanum pro Μεσογείτης lege Μεσσωγείτης, pro Ἀρωμεὺς lege Ἀρωμεύς. Ex Strabonis verbis apparet fuiſſe Aromata pagum quemdam, cujus mentem non aſſequutus eſt interpres Latinus; quoniam perperam vertit, *in montem Aromata* pro *in monte Aromata*. Exiſtimavit enim Aromata eſſe montem, ac ſi mons in monte eſſe poſſit.

32 Ἀσβύστα, πόλις Λιβύης, καὶ ὁ πολίτης, Ἀσβύστης.] Aſbyſta, urbs Libyæ, cujus civis dicitur Asbyſtes. Gentem Libyæ inquit fuiſſe Euſtathius ad Perieg. v. 211. apud quos locat Jovis Ammonis oraculum. Id enim innuit Periegetes verſu citato:

Ἀσβύσται δ᾽ ἐπὶ τοῖσι μεσόπειροι πελέθοντι
Καὶ πεδίον Λιβυκοῖο θεοῦ ψαμάθῳ ὑπὸ πολλῇ
Κυρηναίων τ᾽ ἐσθλῶν.

Asbyſtæ autem poſt hos mediterranei ſunt
Atque delubrum Libyci Dei arena ſub multa
Cyreneque bonos habens equos.

Memorantur etiam Ptolemæo lib. 4. c. 4. Plinio lib. 5. c. 5. apud quem perperam *Hasbitæ* dicuntur pro *Asbyſtæ*, de quibus Herodotus lib. 4. c. 170. Γυγαμέων δὲ ἔχονται τὸ ὡσὸς ἑσπέρης Ἀσβύσται. Οὗτοι τὸ ὑπὲρ Κυρηναίων οἰκέουσι. Ἐπὶ θαλάσσαν δὲ οὐκ ἱκνέονται Ἀσβύσται. Τὸ γὰρ ὡσαύτως θαλάσσαν Κυρηναῖοι νέμονται. id eſt, *Gygamas ab occaſu contingunt Asbyſtæ. Hi ſupra Cyrenen habitant. Ad mare autem non pertingunt Asbyſtæ. Maritima enim Cyrenæ incolunt.* Solinus c. 31. δὶς ἀφ᾽ ἁπασῶν diſtat à veritate, cum inquit Asbyſtas laſere vivere. Jam enim planta illa in Cyrenaïca regione non inveniebatur, ut doctè annotat Salmaſius in ſuis Plinian. Exercitat. in Solinum fol. 381. Apud quem in verſiculo illo Callim. quem ex noſtro habet, male ſcribitur ἐφ᾽ ὕδασιν Ἀσβύσταν pro ἐφ᾽ ὕδασιν Ἀσβύσταο, ut eſt apud Auctorem noſtrum.

Καλλίμαχος αἰτιῶν πρώτῃ. [33] Δύο δὲ εἰσὶ Τρίτωνες· ὁ μὲν Λιβύης, ὁ δὲ Βοιωτός. A

Callimachus causarum lib. 1. Duo verò sunt Tritones, unus Libyæ, alter Bœotiæ.

Ἄσβωτος, πόλις Θεσσαλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀσβώτιος. Εὐφορίων Θρᾳκί·

Τὸν μὲν ἄρ' ἐκ φλοίσβοιο Ἀσβώτιοι ὦκα φέρουσες, B
Ὑστάτιον ῥώσαντο κονισαλέῃσιν ἐθείραις
Ἵπποι καλὰ νάοντα ἐπερνύμενοι φυγάδειαν.

ASBOTUS, urbs Thessaliæ. Gentile, Asbotius. Euphorio in Thrace:

Quem ex strepitu Asbotii cito ferentes,
Postremum prævaluere pulverulentis jubis
Equi pulchre fluentem excitantes fugam.

Περὶ τῶν ἵππων Ἀμφιαράου.

Loquitur de equis Amphiarai.

Ἄσδυνις [34], νῆσος κατὰ τὴν Μυρίδος C λίμνην· Εὔδοξος δευτέρῳ. Καταλαμβάνονται ἐν Ἀσδυνίδι τῇ νήσῳ. Οἱ νησιῶται, Ἀσδυνίτης, ὡς Μεμφίτης.

ASDYNIS, insula juxta Myridis paludem: Eudoxus lib. 2. *Comprehensi sunt in Asdyni insula.* Insularis, Asdynites, ut Memphites.

Ἄσεα, κώμη τῆς Ἀρκαδίας, ἀφ' ἧς ὁ Ἀλφειὸς ῥεῖ, ὃς καὶ Ἀσεάτης λέγεται. Καὶ ὁ D Κωμήτης ὁμοίως, ὡς Κορσεάτης, Ὀρνεάτης.

ASEA, vicus Arcadiæ, ex quo Alpheus fluit, qui etiam *Aseates* dicitur; nec non qui vicum habitat, eodem modo, ut Corseates, Orneates.

Ἄσια [35], πόλις Λυδίας ὑπὸ τῷ Τμώλῳ, ἐν ᾗ τρίχορδος κίθαρα. [36] Διὸ καὶ Ἀσία ἡ ἤπειρος. Οἱ μὲν ἀπὸ πόλεως Λυδίας, οἱ δὲ ἀπὸ Ἄσιος τοῦ Λυδοῦ, ἢ ἐκ τῆς Προμηθέως γυναικός· ἢ ἀπὸ τοῦ πολλὴν ἄσιν ἔχειν, τουτέστιν ἰλύν. Ὁ ἐνοικῶν, Ἀσιάτης. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἀσιάτις. Λέγεται καὶ Ἄσις. E

ASIA, urbs Lydiæ juxta Tmolum in qua trichordos cithara inventa fuit. Quamobrem & Asia epirus. Hi quidem ab urbe Lydiæ, alii verò ab Asio Lydi filio, vel ex romethei uxore; vel ἀπὸ τοῦ πολλὴν ἄσιν ἔχειν, id est, *quod multum limum haberet.* Incola, Asiates, fœmin. Asiatis. Dicitur etiam fœm. Asis, idis.

[37] Ἰσθμὸς ἄνω τεταλαίπωται ὑπερτάτης Ἀσίδος αἴης. F

Isthmus supra jacet altissimus Asidis terræ.

Καὶ Ἀσιάς. Τὸ δὲ Ἀσιανὸς, ὡς Στράβων δεκάτῃ. Ἦν δὲ ἐμπόριον κοινὸν τῶν τε Ἀσιανῶν, καὶ τῶν Εὐρωπαίων, καὶ Νομάδων. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἀσιανή. Ἔστι καὶ Ἀσιανὴ πόλις Ἠλείας. Λέγεται καὶ Ἀσιαῖος. Ἔστι καὶ Ἄσια νῆσος Αἰθιοπίας. Ὁ πολίτης, Ἀσιάτης. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἄσιος, ὡς Τρῳὰς Τρῳεύς. Ἔστι καὶ Ἄσιος λειμών. Ὅμηρος· G

Dicitur etiam, Asias, adis; nec non Asianus, ut Strab. lib. 10. Erat verò emporium commune, & Asianorum, & Europæorum, & Nomadum. Et fœm. Asiana. Est etiam Asiana urbs Eliæ. Dicitur etiam Asiæus. Est etiam Asia insula Æthiopiæ. Civis, Asiates. Gentile, Asieus, ut Hyria, Hyrieus. Est etiam Asios pratum. Homerus:

Ἀσίῳ

Asio

33 Δύο δὲ εἰσὶ Τρίτωνες, ὁ μὲν Λιβύης, ὁ δὲ Βοιωτός.] Hæc ultima verba sic legenda sunt: ὁ μὲν Λιβύας, ὁ δὲ Βοιωτίας, scilicet duo fuere fluvii Tritones, Libyæ & Bœotiæ. Libyæ Triton erumpebat ex Tritonide palude, à qua Pallas *Tritonis & Tritonia* dicitur Poëtis, quod circa hunc fluvium vel paludem primum apparuerit, unde Silius Ital. lib. 3. canit:

Hinc, qui stagna colunt Tritonidos alta paludis
Qua virgo (ut fama est) bellatrix edita lympha
Invento primam Libyen perfudit olivo.

Sed Græci hanc fabulam ad Bœotiæ Tritonem derivabant, ut apparet ex Pausaniæ Bœoticis, cujus sunt verba: Γεῖ δὲ καὶ ποταμὸς ἐνταῦθα ἐκ μέσης χειμάρρου, ὀνομάζεσι δὲ Τρίτωνα αὐτὸν, ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν τεκοῦσαν ἀπὸ τοῦ πατρὸς Τρίτωνι ἔφη λόγος· ὡς δὲ τὸν Τρίτωνα οὗτος, καὶ ἐκ τῆς Λιβύης, ὃς ἐς τὴν ἔσω Λιβύην θάλασσαν ἐκδίδωσιν ἐκ τῆς Τριτωνίδος λίμνης. id est: *Hic fluit amnis non magnus torrens, quem* Tritonem *vocant, quod fama est, Minervam ad amnem Tritonem educatam fuisse, quasi hic ille Triton sit, non autem, Libyum, qui in mare Libycum aquas emittit ex Tritonide palude.*

34 Ἀσδυνις, νῆσος κατὰ τὴν Μυρίδος λίμνην.] Asdynis, insula juxta paludem Myrida. Palus autem Myris, seu notiore scriptura Mœris erat in Ægypto propter Æthiopiam, auctore inter alios Strabone lib. 17.

35 Ἄσια, πόλις Λυδίας ὑπὸ τῷ Τμώλῳ.] Agit ethnicographus de Asia Lydiæ urbe juxta Tmolum montem, quæ fuit celebris, non modò, quod in ea cithara trichordos inventa fuerit, sed quod ab ea maximæ nostri orbis parti nomen inditum fuisse creditur, in quam confluebant commercii gratia non solum Europæi, verum etiam Asiatici & Nomades, ut inquit Epitomator noster, ac miror hanc tam celebrem urbem à nemine præter Stephanum & Suidam memorari, & Suidas à nostro accepit, nescio, an ex diphthera Jovis hanc urbem deprompserit Auctor noster.

36 Διὸ καὶ Ἀσία ἡ ἤπειρος &c.] Agit de Asiæ regionis variis etymis, de quibus vide sis Agathim. de Geographia lib. 1. c. 1. (quem primus vulgavit *Samuel Tennulius* amicus noster) Herodot. lib. 4. 45. Eustath. ad Perieget. lib. 627. sed nihil veri ex omnibus sciri potest, quod magis mirum est, cum nostri orbis partium nomina, Asia, Africa, Europa Homeri ætate sint recentiora. Nullibi enim earum mentionem fecit Homerus, at Libyam memorat Odyss. 4. v. 85. & alibi, quæ erat Africæ pars, quod etiam infra notat Epitomator noster.

37 Ἰσθμὸς ἄνω &c.] Versiculus iste, quem innominato Poëta advocat, legitur apud Periegetam v. 20. in quo pro ὑπερτάτης legendum ὑπερθλίης, ubi Ἀσίδος αἴης, id est, *Asidis terræ*, intelligitur de Asia. Sic etiam usurpat Ovid. Metam. lib. 5.

Jam super Europen sublimis & Asida terram.

38 Ἀσίῳ

38 Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι. —

39 Ἀντὶ τοῦ Ἀσίᾳ. Γενικὴ γάρ ἐστιν, οὐκ Ἀσιανῷ. 40 Ἀγνοεῖ γὰρ Ὅμηρος τὴν Ἀσίαν, ὡς καὶ τὸν Εὐρώπην. Ἢ μᾶλλον Ἀσίας. Καὶ ἰωνικῶς Ἀσίεω, καὶ Ἀσίω, ὡς εὐμελίω.

ΑΣΙΝΗ 41, πόλις Λακωνική, ἀπὸ Ἀσίνης θυγατρὸς Λακεδαίμονος. 42 Δευτέρα, Μεσσήνης, ἀφ' ἧς τὸν Λακωνικὸν, οἰκισθεῖσα ὑπὸ Ἀργείων. 43 Τρίτη, Κύπρος. Τετάρτη, Κιλικίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀσιναῖος, καὶ Ἀσινδύς, κακῶς· ὡς Εὔδοξος ἐν ἕκτῃ γῆς περιόδου.

ΑΣΚΑΛΩΝ 44, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Ἰουδαίᾳ. 45 Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν φησιν, ὅτι

A *Asio in prato* —

Pro Asiæ in prato. Genitivus enim est, non dativus *Asiano*. Ignorat enim Homerus Asiam, ut & Europam. Vel potius erit *exgenitivo* Ἀσίας. Et Ionice Ἀσίεω & Ἀσίω ut εὐμελίω, i. e. *fortis*.

B ASINE, urbs Laconica, ab Asine Lacedæmonis filia. Secunda Messenæ à Laconica nomen adepta, & ab Argivis condita. Tertia, Cypri. Quarta, Ciliciæ. Gentile, Asinæus & Asineus, perperam, ut Eudoxus sexto terræ

C periodi.

ASCALO, urbs Syriæ prope Judæam. Xanthus quarto Lydiacorum inquit, quod

38 Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι.] Est hemistichium Homericum, cujus integer versus legitur Il. 2. v. 461. sic:

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα
Ἔνθα κ' ἔπειτα πολῖται ἀγαλλόμενοι πτερύγεσσι.

Asiæ in prato Caystrii circa fluenta
Hinc, & illuc volant gaudentes alis.

Perperam vertit interpres Latinus *Asiatico in portu* pro *Asiæ in prato*, ut explicat noster nota sequenti, sed sibi non constat. Nam in Λοτῷ ait, Assum esse pratum in Celbiano Lydiæ campo prope fluvium Caystrum,

39 Ἀντὶ τοῦ Ἀσίᾳ &c.] Inquit τὸ Ἀσίω apud Homerum carmine supra citato dici pro genitivo Ἀσίᾳ, scilicet à nominativo Ἀσίας, quæ erat palus prope Caystrium, quod etiam confirmat Eustath. ad Periegetæ versum supra citatum. Locum Homeri nota præcedenti allatum imitatur Homerus Mantuanus Æneid. lib. 7. v. 701.

Ceu quondam nivei liquida inter nubila cycni
Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longe
Pulsa palus.

Georgic. lib. 1. v. 383. vocat *Asia prata* Caystri, ut κῦ πόδα imitetur Poëtarum parentem:

Jam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

40 Ἀγνοεῖ γὰρ Ὅμηρος τὴν Ἀσίαν &c.] Vide, quæ supra nota 36 præcedenti annotavimus, atque illis insuper addo, Nili quoque fluvii nomen ætate Homeri ignotum esse. Nam ab illo Ægyptus appellatur sicut regio, ut alibi jam annotavimus.

41 Ἀσίνη, πόλις Λακωνική, ἀπὸ Ἀσίνης &c.] Asine, urbs Laconica memoratur inter alios Thucydidi, ex quo elucet portum maritimum fuisse. Audi eum loquentem lib. 4. Καὶ τῇ τρίτῃ ἐπὶ ξύλα ἐς μηχανὰς παρέπεμψαν τῶν νεῶν πινὰς ἐς Ἀσίνην &c. i. e. *Et tertio die* [Lacedæmonii] *naves aliquot in* [civitatem] *Asinam dimiserunt ad comparanda ligna ad machinas.*

42 Δευτέρα, Μεσσήνης, ἀφ' ἧς τὸν Λακωνικὸν, οἰκισθεῖσα ὑπὸ Ἀργείων.] Inquit Asinam Messenes, seu Messeniæ, conditam fuisse ab Argivis vel juxta Asinam Laconicam, vel nomen adeptam ab Asina Laconica. Utroque enim modo possumus interpretari τὸ ἀφ' ἧς τὸν Λακωνικόν. Ultimum inquit Auctor noster, quoniam primo loco posuit Asinen Laconicam. Asina Messeniaca, de qua nunc agit, eversa fuit ab Argivis, cujus incolæ cum fugissent ad Lacedæmonios, hi illis terram ad mare assignarunt; quam adhuc ætate Pausaniæ tenebant. Utrumque testatur Pausanias, hoc libro 4. illud libro 2. hisce verbis: Τὸ δὲ ἐνθένδε, ἔστιν Ἀργείων ἡ πόλις Ἀσίνη κατειλημμένη. Καὶ Ἀσίνης ἐστὶν ἱερέως ἐπὶ Γαλάου Λακεδαιμονίων δὲ καὶ βασιλέως Νικάνδρου τοῦ Χαρίλλου τοῦ Πολυδέκτου τοῦ Εὐνόμου τοῦ Πρυτανίδου τοῦ Εὐρυπῶντος, ἐς τὴν Ἀργολίδα ἐσβαλόντων στρατῷ στρατὸν σφίσιν οἱ Ἀσιναῖοι, καὶ ἐδήωσαν σφῶν ὁμόσε τὴν γῆν, ὡς δὲ ὁ στόλος τῶν Λακεδαιμονίων ἀπῆλθεν οἴκαδε, στρατεύσαντες ἐπὶ τὴν Ἀσίνην οἱ Ἀργεῖοι &c. i. e. *Hinc est Argivorum* [oppidum] *aliquando* Asina *vocata, cujus rudera sunt ad mare; nam quo tempore Lacedæmonii cum rege Nicandro Charilli filio, Polydectis nepote, pronepote Eunomi, Prytanidis abnepote; atnepote verò Eurypontis in Argolidem terram hostiliter invaserunt, Asinæi suas cum illis copias conjunxere, ac simul Argivorum agros populati sunt. Ubi verò Lacedæmonii domum exercitum reportarunt; Argivi Eratum regem suum secuti, obsessum venere Asinen. Asinæi aliquandiu de muris hostis impetum sustinuerunt, ac de Argivis cum alios, tum Lysistratum, unum inter eos, qui bellica virtute enitebant, ceciderunt. Occupata tandem muri parte, uxoribus ac liberis clam in naves impositis, urbe & regione cessere. Argivi verò Asinen solo æquarunt, & ejus regionem finibus suis addiderunt.* Ex Pausaniæ verbis apparet, Asinen eversam fuisse ab Argivis, atque Asinæos & urbem & regionem reliquisse committentes sese mari unà cum uxoribus & liberis; & ex eodem auctore lib. 4. constat Lacedæmonios assignasse Asinæis, quos Argivi ejecerant regionem juxta mare. Τῆς δὲ γῆς τῆς Μεσσηνίας, Ἀσιναίοις μὲν ἀνεστηκόσιν ὑπὸ Ἀργείων δίδοασιν ἐπὶ θαλάσσῃ τοῦτο, ἣν καὶ νῦν ἔτι οἱ Ἀσιναῖοι νέμωνται. id est: *Agri Messeniæ partem Asinæis, quos Argivi ejecerant, assignant* [Lacedæmonii] *ad mare, quam nunc adhuc incolunt.* Idem confirmat Strabo lib. 8. Οἱ δ' ὑπὸ τῆς Ἀσίνης (καὶ αὕτη δὲ κώμη τῆς Ἀργείας πλησίον Ναυπλίας) Λακεδαιμονίων ἐς τὴν Μεσσηνίαν μεθῳκίσθησαν· καὶ &c. i. e. *Oppidani Asinæ (ipsa verò vicus Argiæ prope Naupliam) Lacedæmoniorum in Messeniam migrarunt.*

43 Τρίτη, Κύπρος.] Tertio loco memorat Asinen Cypri, cujus meminit Strabo lib. 8. sed de ea nihil memoria dignum refert.

44 Ἀσκάλων, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Ἰουδαίᾳ.] Ascalo, onis, urbs Syriæ prope Judæam, Hebraïcè dicitur אשקלון *Askelon*, quam cepit Jehudah Judicum lib. 1. c. 1. v. 18. Fuit urbs antiquissima, distans ab Hierosolymis 720 stadiis, teste Josepho de bello Judaïco lib. 3. c. 1. Sed hæc jam ante ætatem Benjamini Thudelensis obierat. namque illa, quæ ejus ætate exstabat, ab Ezra Sacerdote conditam fuisse narrat, ejus appono verba: ומשם שני פרסאות לאשקלות &c. id est: *Et inde duabus parasangis ad civitatem Ascalonem, quæ est Ascalo nova, quam Ezras Sacerdos piæ memoriæ in littore maris condidit, & vocabant eam ab initio* Benbarah, *& ipsa distat ab Ascalone antiqua, quæ est deserta quatuor parasangis, est urbs maxima & pulchra, in quam commercii causa undique confluunt. Sita enim est in fine termini Ægypti.*

45 Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν φησιν.] Ad confirmandam etymologiam nominis Ascalonis duos producit testes Xanthum ex Lydiacorum lib. 4. & Nicolaum Damascenum scilicet, ex quarta historia, ex quorum auctoritate inquit Ascalum ducem electum ab *Acyamo* Lydorum rege adversus Syriam illic urbem condidisse, atque de suo nomine nomen illi imposuisse, sed hæc puto esse ex Græcorum farina confecta seu conficta, quibus nunquam deficit Dux, vel Heros, vel Rex aliquis, qui urbibus nomina imponat; at hæc facilè convincuntur, quoniam ex Judicum lib. 1. c. 1 v. 18. elucet Jehudah filium Jacobi, qui antiquior fuit, quam Lydorum reges, eam cepisse. Apud Nicolaum Leonicum de Varia Historia libr. 3. cap. 42. Rex Lydorum, qui *Ascalum* ducem in Syriam dicitur elegisse vocatur *Acianus*, cum Epitomator noster eum vocet *Aciamum*, sine dubio incidit Leonicus in codicem Stephani apud quem sic invenit, sed inter novem Lydorum reges, quorum ultimus fuit Crœsus, quos Eusebius Pamphili memorat, nec *Acianus*, nec *Aciamus* numerantur.

ὅτι Τάνταλος καὶ Ἄσκαλος, παῖδες Ὑμεναίου. Τὸν δὲ Ἄσκαλον ὑπὸ Ἀκιαμοῦ τοῦ Λυδῶν βασιλέως αἱρεθέντα στρατηγὸν, εἰς Συρίαν στρατεῦσαι. Καὶκεῖ παρθένου ἐρασθεὶς, πόλιν κτίσαι· ἣν ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτως ὀνόμασε. Τὰ αὐτὰ καὶ Νικόλαος ἐν τετάρτῃ ἱστορίᾳ. Λέγεται δὲν Ἄσκαλος, καὶ ἐξ αὐτοῦ Ἀσκάλης, ὡς Δάμαλος Δαμάλης, Ἄραξος Ἀράξης· ὡς ἀπὸ τοῦ χαράξω, Χάραξος Χαράξης, Λάπιθος Λαπίθης. [46] Λέγεται καὶ Ἀσκαλώνιον ἡ πόλις· τὸ ἐθνικὸν Ἀσκαλωνίτης, καὶ Ἀσκαλώνιος, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἀζηκαλώνιον, ὡς Ξάνθος ὁ Λυδός· καὶ Ἀζηκαλωνὶς θηλυκόν. [47] Πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῆς κεχρηματίκασι, φιλόσοφοι μὲν, Ἀντίοχος ὁ Κύκνος, καὶ Σῶσος, καὶ Ἀντίβιος, καὶ Εὔβιος, Στωϊκοὶ ὄντες· γραμματικοὶ δὲ, Πτολεμαῖος Ἀριστάρχου γνώριμος, καὶ Δωρόθεος· ἱστορικοὶ, Ἀπολλώνιος, καὶ Ἀρτεμίδωρος ὁ τὰ περὶ Βιθυνίας γεγραφώς, καὶ ἄλλοι. Παρὰ δὲ Εὐδόξῳ διὰ τῆς αι ἐν τῇ πρώτῃ. [48] Καὶ ἡ μὲν πόλις, ἣ πρῶτον φασι τὰ κρόμμυα γλύφαι. Καὶ καὶ τὴν Ἀλεξανδρέων σωτήριαν, Ἀσκαλωνία κρόμμυα.

quod Tantalus, & Aſcalus Hymenæi filii fuerint. Aſcalum verò ab Aciamo Lydorum rege ducem electum in Syriam expeditionem feciſſe: ac illic virginis amore captum, urbem condidiſſe, quam à ſui ipſius nomine ſic nominaſſe. Eadem refert Nicolaus quarta hiſtoria. Dicitur igitur Aſcalus, & ex eodem Aſcales, ut Damalus, Damales, Araxus, Araxes; ut à futuro χαράξω, *inſculpam*, Charaxus, Charaxes, & ut Lapithos, Lapithes. Dicitur etiam urbs Aſcalonium; gentile, Aſcalonites, & Aſcalonius ab Aſcalonium, ut Xanthus Lydius; & fœmineum Aſcalonis, idis. Multi verò ex ipſa celebres fuere viri, philoſophi quidem, Antiochus Cycnus, & Soſus, & Antibius, & Eubius, Stoïci illuſtres; grammatici verò Ptolemæus Ariſtarchi familiaris, nec non Dorotheus; Hiſtorici verò, Apollonius, & Artemidorus, qui de rebus Bithyniæ ſcripſit, & alii. Apud Eudoxum verò per α in prima invenitur. Et hæc urbs fuit, ubi primum ajunt cæpas fuiſſe & Alexandrini conſuevere *cæpas* vocare *Aſcalonæas*.

ΑΣΚΑΝΙΑ [49], πόλις Τρωϊκή· Νικόλαος τετάρτῃ ἱστορίᾳ. Σκαμάνδριος Ἕκτορος καὶ Ἀνδρομάχης, ἐκ τῆς Ἴδης καὶ Δαζκυλείας, καὶ τῆς Ἀσκανίας καλουμένης, ἣν ἔκτισεν ὁ Αἰνείου παῖς Ἀσκάνιος. Οὐ μόνον δὲ ἡ λίμνη, ἀλλὰ καὶ ἡ χώρα διπλῆ, καὶ ὁμώνυμος. Φρυγίας μέν·

ASCANIA, urbs Trojana, Nicolaus quarta hiſtoria: *Scamandrius Hectoris & Andromachæ filius, ex Ida, & Daſcyleo, & ex urbe Aſcania vocata, quam condidit Æneæ filius Aſcanius.* Non ſolum verò lacus, ſed etiam regio duplex, ac ejuſdem nominis eſt. Phrygiæ quidem:

[50] Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε, καὶ Ἀσκάνιος θεοειδής.

Phorcys rurſus Phryges ducebat, & Aſcanius divinus.

Οἵ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί.

Qui ex Aſcania fructifera venerant ſucceſſores.

[51] Τῆς δὲ, Μυσίας. Καὶ τὸ μὲν Φρύγιον, τὸ δὲ Μύσιον. Τὸ τοπικὸν Ἀσκάνιος, ὁμοίως τῷ κυρίῳ. Ἔστι καὶ Ἀσκάνιος ποταμός. Εὐφορίων χιλιάσι·

Myſiæ verò altera. Atque illius quidem dicitur Phrygium, hujus verò, Myſium. Locale, Aſcanius, ſimiliter ac proprium. Eſt etiam Aſcanius fluvius. Euphorion chiliadibus:

Καὶ

Et

46 Λέγεται καὶ Ἀσκαλώνιον ἡ πόλις.] Aſcalo urbs Syriæ dicitur etiam neut. gen. Aſcalonium, jam ſæpe diximus nominum oppidorum τὰ μιζοβολὰ eſſe inter auctores tralatitiam.

47 Πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῆς κεχρηματίκασι &c.] Memorat Topographus noſter & Philoſophos, & Grammaticos, & Hiſtoricos Aſcalonitas, qui hanc antiquiſſimam urbem illuſtrarunt, ſed multò magis eam natalibus ſuis illuſtravit *Herodes* ille *Aſcalonita*, qui à Senatu Romano rex Judææ fuit declaratus, crudelitate inſignis & templo Hieroſolymitano à ſe conſtructo, quod ſumptuoſius & magnificentius ædificavit, quam rex Selomoh primum.

48 Καὶ ἡ μὲν πόλις, ἣ πρῶτον φασι &c.] Celebrat etiam *cæpas Aſcalonæas*, ut & Strab. lib. 16. & Plin. lib. 19. c. 6. cujus appono verba: *Allium, cæpaſque inter Deos in jurejurando habet Ægyptus, cæpæ genera apud Græcos; Sardia, Samothracia, Alſidena, Setania, Schiſta, Aſcalonia* [lege Aſcalonæa] *ab oppido Judææ nominata.* Inter hujuſmodi Deos locare debemus Venerem Uraniam, cujus templum, omnium hujus Deæ vetuſtiſſimum, quod erat in hac urbe, ſcilicet cum eſſet ſub Ethnicis, Scythæ Pſammitticho Ægypti rege ſpoliarunt, auctore Hèrodoto lib. 1. c. 105.

49 Ἀσκανία, πόλις Τρωϊκή.] Aſcania, & urbis, & paludis nomen, quam alii Troadi, alii Phrygiæ, alii Myſiæ, alii Bithyniæ adſcribunt, (has regiones, etſi diverſas utpote finitimas, auctores confundunt) de quibus nihil memoratu dignum inveniebam; *palus Aſcania* celebratur à Ptolemæo lib. 1. c. 1. ac Bithyniæ adſcribitur.

50 Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε &c.] Duo iſta carmina, quæ innominato poëta adducit, alterum invenitur Il. 2. v. 862. alterum Il. 13. v. 793. quæ Epitomator noſter conjungit, ac ſi fuiſſent ex una eademque Iliade.

51 Τῆς δὲ Μυσίας, καὶ τὸ μὲν Φρύγιον, τὸ δὲ, Μύσιον.] Hæc verba corrupta eſſe exiſtimo, ſed eis manus medicas adhibere non audeo.

52 Καὶ

52 Καὶ Ψιλοὶ Ἀσκανίου τε Ναυαίθοιο. A
53 Ψιλῆς, Μυσίας. Νάυαιθος, Ἰταλίας.

ΑΣΚΙΤΑΙ 54, ἔθνος παροικοῦν τὸν Ἰνδικὸν κόλπον, 55 καὶ ὑπὲ ἀσκῶ πλέον, ὡς Μαρκιανὸς ἐν τῷ περίπλῳ αὐτοῦ. Παροικεῖ αὐτὸν ἔθνος, 56 καὶ αὐτὸ καλέμβριον Ἀχαλιτῶν. B Ἔστι μὴ καὶ Ἀσκιτῶν ἕτερον ἔθνος. Ἔστιν ἂν πρὸς τὸν ἀσκὸν Ἀσκίτης, ὡς πρὸς τὸν ἀστὸν Ἀστίτης, μεσὸς Μεσίτης.

ΑΣΚΛΟΣ 57, πόλις Ἰταλίας· Διονύσιος ἐν πρώτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Ἔστι καὶ C ἀδέτερον. Τὸ ἐθνικὸν Ἀσκλίτης, ὡς Λίκνον Λικνίτης, καὶ Ὅπλον Ὁπλίτης.

ΑΣΚΡΗ 58, πόλις Βοιωτίας, 59 Ἰωνικῶς σχη-

Et Pſilion, Aſcaniumque Navæthi.

Pſilion, Myſiæ. Navæthus, Italiæ.

ASCITÆ, populi habitantes juxta Indicum ſinum, ac in utribus navigantes, ut Marcianus in Periplo ipſius: *Habitant juxta eum populi vocati Aſchalitæ. Eſt etiam Aſcitarum alia gens.* Dicitur igitur πρὸς τὸν ἀσκὸν, i. e. *ab utre*, Aſcites, quemadmodum πρὸς τὸν ἀστὸν, i. e. *urbanum*, *Aſtites*, i. e. *Civis*, ut & μεσὸς, i. e. *medius*, Meſίτης, i. e. *Mediator*.

ASCLUS, urbs Italiæ: Dionyſius lib. 1. Romanæ antiquitatis. Dicitur etiam in neutro genere. Gentile, Aſclites; ut Licnon, Licnites, Hoplon, Hoplites.

ASCRE, urbs Bœotiæ, Ionice formata, ut

52 Καὶ Ψιλοὶ, Ἀσκανίου τε Ναυαίθοιο.] Eſt hemiſtichium ex Euphorionis Chiliadibus, in quo pro Ψιλοὶ legendum exiſtimo Ψίλιον. Pſilium erat fluvius Bithyniæ, & Euphorion inibi loquitur de fluviis Aſcanio & Navætho, ideo veroſimile eſt Pſilium quoque Bithyniæ fluvium memoraſſe. Aſcanium Bithyniæ fluvium celebrat Ptolem. lib. 5. c. 1.

53 Ψιλῆς Μυσίας, Νάυαιθος Ἰταλίας] In his verbis etiam pro Ψιλῆς legendum exiſtimo Ψίλιον, quod erat fluvius Bithyniæ, auctore noſtro auctore in Ψίλιον. Nihil refert, quod hic dicat fuiſſe Myſiæ, illic Bithyniæ. Namque hæ regiones ſæpe confunduntur, & apud Stephanum, & apud alios, ut ſæpe annotavimus.

54 Ἀσκῖται, ἔθνος παροικοῦν τὸν Ἰνδικὸν κόλπον.] Aſcitæ populi habitantes ad ſinum Indicum nomen adepti, quod ἐπὶ ἀσκῶν, id eſt, *utribus* navigarent. Si res mei fori foret, pro τὸν Ἰνδικὸν κόλπον, id eſt, *Indicum ſinum*, legerem τὸν Περσικὸν κόλπον; id eſt, *Perſicum ſinum*. Veteres ſæpe omnes, qui occidentem incolebant *Celtas*, qui auſtrum, ſeu meridiem *Æthiopes*, qui ultra Syriam *Indos*, qui boream, ſeu ſeptentrionem *Scythas* vocabant. Aſcitæ verò erant populi Arabiæ, qui commercia ipſa infeſtabant ex inſulis utres bubulos ſternentes ponte, ut inquit Plinius Nat. Hiſt. lib. 6. c. 29. *Quin & commercia ipſa infeſtant ex inſulis Arabes* Aſcitæ *appellati, quoniam bubulos utres binos ſternentes ponte, piraticam exercent ſagittis venenatis.* Verba Plinii confirmant etymologiam noſtri Auctoris. Memorantur etiam Ptolemæo lib. 6. c. 7. inter Arabiæ populos juxta Syagrum montem uſque mare.

55 Καὶ ἐπὶ ἀσκοῦ πλέον.] Et utre navigans, lege καὶ ἐπὶ ἀσκῶν πλέον, id eſt: *& utribus navigans.* Sic enim navigabant, non utre, quod etiam confirmat Ptolemæus lib. 6. c. 7. de Sachalitis loquens, ἐπὶ ἀσκῶν διαπλέουσι, id eſt, *utribus tranſnavigant.*

56 Καὶ αὐτὸ καλέμβριον Ἀχαλιτῶν.] In his Marciani verbis pro Ἀχαλιτῶν, exiſtimo legendum eſſe Σαχαλιτῶν. Sachalitas enim, à quibus ſinus Sachalites, inter Arabiæ populos celebrat Ptolemæus lib. 6. c. 7. qui utribus tranſnavigabant, ut numero præcedenti annotavimus.

57 Ἄσκλος, πόλις Ἰταλίας.] Aſclos, ſeu Aſclon neut. gen. Græcis fuit urbs Italiæ, quæ Latinis dicitur *Aſculum*, Poëtæ Latini metri cauſa Græcam formam uſurpant, Sil. Ital. l. 8.

Adria & inclemens hirſuti ſignifer Aſcli.

Fuere in Italia duo hujus nominis oppida, alterum, *Aſculum Picenum*, alterum *Aſculum Apuliæ* vocabant. Aſculum Picenum fuit Picentum caput, auctore Floro lib. 1. c. 19. Colonia Piceni nobiliſſima dicitur Plinio lib. 3. c. 13. Aſculum Picenum Cæſari de Bello Civili lib. 1. jacet in colle 20 milliaribus ab ora maris Adriatici. Hoc oppidum evertiſſe Strabonem Pompejum teſtatur Florus lib. 3. c. 19. à quo poſtea inſtauratum neſcio. Forſitan à Romanis illuc miſſa eſt colonia, quandoquidem à Plinio libro capiteque citato dicitur colonia nobiliſſima. Illuſtrarunt hanc urbem olim *Betutius Barrus*, quem omnium extra urbem eloquentiſſimum vocavit Arpinas Philoſophus in Bruto, & *Ventidius Baſſus*, qui altiſſimum dignitatis gradum adſcendit, cum eſſet ignobiliſſimus & deſpicatiſſimus. Nam cum Pompejus Strabo Pompeji magni pater Aſculanos ſubegiſſet, ipſe captivus unà cum matre, ejus ſinu ante Imperatoris currum vectus eſt: poſt cum adoleviſſet, victum ſibi ægre quæſivit, eumque ſordidè invenit curandis mulis. Quare Cicero Epiſt. 10. ad Fam. eum *mulionem* appellat. Tandem ad ſummas dignitates evectus eſt C. Cæſari notus, ac de Parthis primus triumphavit, de quo per vias urbis, qui ſequuntur verſiculi, perſcribebantur, auctore Aul. Gell. lib. 15. c. 4.

Concurrite omnes augures, aruſpices,
Portentum inuſitatum conflatum eſt recens.
Nam mulos qui fricabat, Conſul factus eſt.

Ad quod alludit Satyricorum princeps (ignoſcat mihi Perſius) Sat. 7. v. 197.

Si fortuna volet, fies de Rhetore Conſul;
Si volet hæc eadem, fies de Conſule Rhetor.
Ventidius quid enim? quid Tullius? an ne aliud quam
Sidus, & occulti miranda potentia fati.

Eam quoque nobilitavit natalibus ſuis Nicolaus IIII. Pontifex Maximus, auctoribus Platina & Petrarcha, etſi Blondus Nicolaum III. *Aſculanum* vocet; hodie vulgò parum corrupto nomine *Aſcoli* vocatur, ac Pontifici Romano obedit, ubi ejus *Dominii temporalis*, ut vocant, fuit initium, cujus rei locuples eſt teſtis Leander Albertus in ſuæ Italiæ regione duodecima. Namque olim *Petrus* nullum habuit temporale dominium. Nunc Pontifices Romani eo dignitatis devenerunt, etſi ab initio Ventidii Baſſi fortunam vix excederent, ut Reges & Imperatores Chriſtiani ad eorum pedes devoluti eos adorent, atque eorum calceos oſculentur; ſed ad Spartam noſtram redeamus. Aſculum Apuliæ, à quibuſdam vulgò *Aſcoli di Satriano* vocatur, & eſt in regno Neapolitano gaudens principatus titulo, cujus princeps fœmina vidua mea ætate Madriti habitabat. Æcalon verò, quod noſter ſuo loco memorat, Ciceroni Epiſt. ad Atticum lib. 16. Epiſt. 11. dicitur *Æculanum*. Hodie vocatur *Fricento*, de quo videſis Cluv. Ital. Antiq. lib. 4. c. 8.

58 Ἄσκρη, πόλις Βοιωτίας.] Aſcre, urbs Bœotiæ, à qua Heſiodus *Aſcræus* dictus eſt, non quod fuerit ejus patria, ſed quod ibi educatus fuerit, auctore Strabone lib. 9. & lib. 13. Ejus enim pater ex Cuma Æolicarum urbium maxima illuc veniens illic habitavit, quare à Suida dicitur *Cumæus*: tamen uſus obtinuit, ut *Aſcræus* dicatur. Unde *Aſcræum carmen* ſumitur pro *Heſiodicum*, teſte Servio ad illud Maronis Georg. lib. 2.

Aſcræumque cano Romana per oppida carmen.

Fuit Aſcra ſita in Theſprienſium regione ad dextram Heliconis, loco ſublimi & aſpero, diſtans à Theſpiis 40 ſtadiis. Ipſe Heſiodus vicum vocat & eam proſcindit Oper. & & Dier. v. 637.

Νάιεσκε δ' ἀγχ' Ἑλικῶνος οἰζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἄσκρῃ χείμῳ κακῇ, θέρει δρηπαλέῃ, ἐδέπολε ἐσθλῇ.
Habitavit autem prope Heliconem miſero in vico
Aſcra, hyeme malo, æſtate moleſto, nunquam bono.

Heſiodus contumelioſe, ut vides, eam traducit, quia multatus ab ea fuit, ut rerum monumentis tradidit Vell. Patercul. Hiſt. ſuæ lib. 1. Ætate Pauſaniæ nihil hujus oppidi, niſi unica turris exſtabat, ut ipſe refert lib. 9. apud quem plura de hoc vico, invenies.

59 Ἰωνικῶς σχηματισθέντος &c.] Inquit Aſcren Bœotiæ urbem Ionica forma proferri, ſcilicet verſo α in η, ac ſi Ἄσκρη in α deſineret, cujus rei affert exempla. Iones enim

χημαλιθεῖσα, ὡς Κόρη, Τερψιχόρη. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀσκραῖος. Ἡσίοδος. Καὶ ἀπ' Ἀσκρῆθεν. A ut Core, Terpſichore. Gentile, Aſcræus Heſiodus. Et ex-Aſcra.

ΑΣΟΣ [60], πολίχνιον Κρήτης, ὁ πολίτης, Ἄσιος· ἕτω γὰρ ὁ Ζεὺς ἐκεῖ τιμᾶται. Καὶ Ἄσιος Διὸς ἱερὸν ἀρχαιότατον.

ASOS, urbs parva Cretæ, civis, Aſius: ſic enim illic Jupiter colitur. Et eſt inibi *Aſii Jovis templum* antiquiſſimum.

ΑΣΠΑΛΑΘΕΙΑ [61], πόλις Ταφίων· [62] Νίκανδρος ἑπροιεμβίων πρώτῃ,

[63] Ἀσπαλάθεια βοήροσος. —

Τὸ ἐθνικὸν, Ἀσπαλαθεύς. B

ASPALATHIA, urbs Taphiorum: Nicander lib. 1. ἑπροιεμβίων,

Aſpalathia boves-paſcens. —

Gentile, Aſpalatheus.

ΑΣΠΑΛΑΘΙΣ, νῆσος Λυκίας. Λέγεται ἕτω, διὰ τὰς ἐν αὐτῇ πεφυκίας ἀσπαλάθους. Τὸ ἐθνικὸν Ἀσπαλαθίδος, ὡς Ψωφίδος, ἢ Αὐλίδος· ἢ Ἀσπαλαθίτης, ὡς Μεμφίτης. C

ASPALATHIS, inſula Lyciæ. Sic dicta, propter aſpalathos, quæ in ea naſcuntur. Gentile, Aſpalathidus, ut Pſophidus, & Aulidus; vel Aſpalathites, ut Memphites.

ΑΣΠΕΝΔΟΣ [64], πόλις Παμφυλίας, Ἀσπένδου κλίσμα, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Δευκαλιωνίας. Ὁ πολίτης, Ἀσπένδιος. Θεόπομπος τετάρτῃ Ἑλληνικῶν, Ἀπατυχὼν τῆς Ἀσπενδίων. Καὶ τὸ θηλυκὸν, ὡς αὐτὸς, Ἀσπένδια, καὶ Ἀσπενδίς· D

ASPENDUS, urbs Pamphyliæ, ab Aſpendo condita, ut Hellanicus lib. 1. Deucalioniæ. Civis, Aſpendius. Theopompus Hellenicorum quarto, *Fruſtratus ſpe obtinendi Aſpendios.* Et fœmineum, ut idem, Aſpendia, & Aſpendis.

—— Ἀσπενδίδα γαῖαν. —— *Aſpendida terram.*

ΑΣΠΙΣ [65], πόλις Λιβύης, ὡς Φίλων. [66] Ἔστι καὶ ἀκρωτήριον Αἰθιοπίας τῆς καθ' Αἴγυπτον, ὡς Μαρκιανὸς πρώτῃ περιόδων. Ἔστι καὶ νῆσος πρὸς ταῖς Κυκλάσιν. Ἔστι καὶ Μακεδονίας κλίσμα Φιλίππου τοῦ πατρὸς Περσέως, τὰς πόλεις ἐνομάσαντος ἀπὸ τῆς αὐτοῦ πανοπλίας, Ἀσπίδα, περικεφαλαίαν. Ἔστι καὶ νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. Ἔστι καὶ ἄλλη μεταξὺ Λεβέδου καὶ Τέω, σταδίων ὡς δυοῖν, [67] πρὸς μὲν τινων Ἀρκόνησος, πρὸς δέ τινων, Ἀσπὶς ὀνομαζομένη. Ἔστι E

ASPIS, urbs Libyæ, teſte Philone. Eſt etiam promontorium Æthiopiæ prope Ægyptum, ut Marcianus prim. Periodorum. Eſt etiam inſula prope Cyclades. Eſt etiam Macedoniæ urbs opus Philippi patris Perſei, qui urbibus nomina imponebat ab ipſius panoplia, ſcilicet πρὸς τὴν ἀσπίδα, id eſt, *ab ſcuto*, & à galea. Eſt etiam inſula, prope Lyciam. Eſt & alia inſula inter Lebedum, & Teum, ſtadiorum circiter duorum, ab aliquibus Arconeſus, ab aliquibus *Aſpis* vocata. Eſt & alia inſu- F

la

ſolent utplerunque mutare α finale in η, ſed uſus obtinuit ut Ἄσκρη diceretur, atque in hac terminatione uſurpat Pauſan. lib. 9. & alii. Si bene memini Herodotus nomina, quæ deſinunt in α pur. per η ſcribit, reliqua ut Θάλασσα relinquit, quin in η mutet.

60 Ἄσος, πολίχνιον Κρήτης.] Aſus per unum tantum ſigma, urbecula Cretæ, memoratur Plin. Nat. Hiſt. lib. 4. c. 12. cui Aſum neut. gen. dicitur, fortaſſis per ſimplex ſigma ſcribitur, ut differat ab Aſſus urbe Lyciæ, de qua ſuo loco.

61 Ἀσπαλάθεια, πόλις Ταφίων.] Memorat Aſpalathiam Taphiorum urbem, cujus nemo, quod ſciam, fecit mentionem, ipſe in Τάφος Taphiorum meminit, ſed cujus urbis ſeu regionis fuerint incolæ, ſilentio præterit, Antigonus in Mirabilibus celebrat Taphium, Locrorum Ozolorum nomen, in quo *Neſſum* Centaurum ſepultum fuiſſe narrat.

62 Νίκανδρος ἑπροιεμβίων πρώτῃ.] Eſt titulus libri Nicandri, ut Θεολογεμβίων, Τερατωδεμβίων, Γαιογραφεμβίων, Μυθολογεμβίων, Παραλειποβίων, & alia hujus ſarinæ.

63 Ἀσπαλάθεια βοήροσος.] Exiſtimavi legendum Ἀσπαλαθεία βοήνομος. i. e. *boves paſcens.*

64 Ἄσπενδος, πόλις Παμφυλίας, Ἀσπένδου κτίσμα.] Celebrat Topographus Aſpendum Pamphyliæ urbem, quam ab Aſpendo conditam fuiſſe inquit. Nunquam enim Græcis deſunt hujuſmodi conditores. Sita erat πρὸς ἐκβολὰς fluvii Eurymedontis, ad quam adverſo amne navigabatur, cujus rei locuples eſt teſtis Scylax in Pamphylia. Μετὰ δὲ Λυκίαν ἐστὶ Παμφυλία ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε, Ἄσπενδος πόλις, εἰς ταύτην ὁ ἀνάπλους γίνεται ἐκ πλωτῶν, ὁ δὲ πλωτὸς ἐστιν Εὐρυμέδων. id eſt: *Poſt Lyciam autem eſt Pamphylia gens [regio] & urbes in ea ſunt hæ, Aſpendus urbs in quam renavigatio fit ſecundum fluvium. Fluvius autem eſt Eurymedon.* Sitam fuiſſe in edito loco & ab Argivis conditam narrat Mela, cujus ſunt verba ex lib. 1. c. 14. *In Pamphylia eſt Melas, navigabilis fluvius: oppidum Sida, & alter fluvius Eurymedon. Magna apud eum Cimonis Athenienſium ducis adverſus Phœnicas & Perſas navalis pugna atque victoria fuit, mare, quo pugnatum eſt, ex edito admodum colle proſpectat Aſpendos: quam Argivi condiderant, poſſedere finitimi.*

65 Ἀσπὶς, πόλις Λιβύης.] Aſpis, Epitomatori noſtro urbs Libyæ, Ptolemæo lib. 4. c. 3. inter Africæ oppida numeratur; nomen ſonat Latine *ſcutum*, ſeu *clypeum*, unde Sil. Italic. lib. 3. canit:

In clypei ſpeciem curvatis turribus Aſpis.

Eam quoque celebrat Strabo lib. 6. quam *Clypeam* quoque vocari inquit, fortaſſe alludit ad ſignificationem nominis, quam lib. 17. inquit Agathoclem Siciliæ tyrannum condidiſſe, quo tempore adverſus Carthaginenſes claſſem duxit, etſi Ptolemæus libro capiteque citato diverſas facit urbes *Clypeam* & *Aſpidem.*

66 Ἔστι καὶ ἀκρωτήριον Αἰθιοπίας &c.] Aſpis non ſolum fuit urbs Africæ, ut numero præcedenti annotavimus, ſed etiam promontorium Æthiopiæ, quæ juxta Ægyptum, quod memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 7.

67 Πρὸς μὲν τινων Ἀρκόνησος, πρὸς δέ τινων Ἀσπὶς.] Arconeſus inſula inter Lebedum, & Teon, quæ ab aliis *Arconeſus*, ab aliis *Aſpis* vocatur, id ex Strabonis lib. 14. habet. Hæc erat prope Ioniam diverſa ab alia Cariæ, de qua vide, quæ in Ἀρκόνησος.

68 Τύ-

Ἔστι καὶ νῆσος ἄλλη,[68] Ψύρων ἐγγύς. Ἔστι καὶ ἄλλη, ὡς Κλέων ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ περὶ τῶν λιμένων, ἄδενδρος ὅλη. Ἔστι καὶ πέραν Πίσσης, [69] ὡς Πανύασις ἐν Ἡρακλείας ἐνδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, δυάσιος Ἀσπιδίτης, τῷ ἔθνει τῶν Αἰθιοπικῶν πόλεων καὶ Λιβυσσῶν. Τὸ δὲ Ἀσπιδιώτης παρὰ τὸν ποιητὴν, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ω. Ἔστι δὲ τοῦτο παρὰ τὸ Ἀσπίδιον. Μένανδρος·

Ἀσπίδιον ἐπριάμην τι, καὶ μαχαίριον.

Τὸ δὲ Ἀσπιδίτης, καὶ ἀσπιδέχος. Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ καταπλέουσι·

Ἀλλ' ἀσπιδίτου ὄντος καὶ πεφραγμένου,
Ὡς ἀσπιδέχου, ἢ Σκύθης τοξεύμασι.

Δυάσιος καὶ Ἀσπιδεύς, καὶ Ἀσπιδεύς.

ἈΣΠΛΗΔΩΝ[70], πόλις Φωκίδος· Παυσανίας ἐννάτῳ.[71] Ἀπὸ Ἀσπληδόνος, ἧς Νύμφης Μιδείας καὶ Ποσειδῶνος. Τοῦ δὲ παρ' Ὁμήρῳ τῶν Βοιωτίας, [72] φασὶ τοὺς Αἰολεῖς πρότερον Βοιωτοὺς καλεῖσθαι. Τοὺς δὲ Ὀρχομενίους καὶ Ἀσπληδόνα. [73] Γράφεται καὶ χωρὶς τοῦ α, ἀλλ' ἀπὸ Ὁμήρου. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀσπληδόνιος. Ὀρχομενὸς δὲ ἡ ἧς·

Ἀσπληδών, Κλυμένοός τε, καὶ Ἀμφίδοκος θεοειδής.

ἈΣΠΟΤΡΓΙΑΝΟΙ[74], ἔθνος τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην. Στράβων ἑνδεκάτῃ. [75] Τούτων δὲ εἰσὶ καὶ Ἀσπεργιανοὶ μεταξὺ Φαναγορείας.

ἌΣΣΑ[76], πόλις πρὸς τῷ Ἄθῳ· Ἡρόδοτος

la prope Pſyrios. Eſt & alia, ut Cleon Syracuſanus in lib. de portubus, quæ nullas habet arbores. Eſt & alia ultra Piſſam, ut Panyaſis Heracliæ undecimo. Gentile, poteſt eſſe, Aſpidites, conſuetudine urbium Æthiopicarum, & Libycarum. Aſpidiotes verò reperitur apud Poëtam per pleonaſmum o *mega*; hoc verò eſt ab *Aſpidion*, i. e. *parvus clypeus*. Menander:

Parvum quemdam clypeum emi, gladiolumque.

Aſpidites verò ſignificat etiam clypeatum. Sophocles in Ναυπλίῳ καταπλέουσι·

Sed clypeatus cum eſſet, & armis ſeptus.
Ut qui clypeum tenet, vel ut Scytha ſagittis.

Poteſt etiam dici Aſpidius, & Aſpideus.

ASPLEDON, urbs Phocidis; Pauſanias lib. 9. Ab Aſpledone filio Nymphæ Medeæ, & Neptuni, quam Homerus inter Bœotiæ urbes numerat. Ajunt olim *Æoles* vocari *Bœotios*. Hos verò *Orchomenum* & *Aſpledonem* urbes habuiſſe. Scribitur etiam ſine *a*, ſed non apud Homerum. Gentile, Aſpledonius. Orchomeni verò filii:

Aſpledon, Clymenuſque, & Amphidocus divinus.

ASPURGIANI, populi juxta Mæotim paludem, Strabo lib. 11. *Ex his verò ſunt Aſpurgiani inter Phanagoriam.*

ASSA, urbs juxta Athon: Herodotus

68 Ψύρων ἐγγύς.] Lege Ψυρεῶν. Pſyrii enim vocabantur, qui inſulam Pſyram incolebant, ut videre eſt ex noſtro auctore in Ψύρα.

69 Ὡς Πανύασις ἐν Ἡρακλείας ἐνδεκάτῃ.] Heraclea eſt ἐπιγραφὴ poëmatis Panyaſis, qui de Herculis laboribus ſcripſit, de quo vide commentariolum noſtrum, ad hujus operis calcem, auctorum, quos ad teſtimonium vocat Steph.

70 Ἀσπληδών, πόλις Φωκίδος· Παυσανίας ἐννάτῳ.] Epitomator noſter exiſtimavit, duas hujus nominis fuiſſe urbes; alteram Phocidis, alteram Bœotiæ, ſed non fuit niſi una eademque urbs, quam alii Phocidi, alii Bœotiæ adſcribunt. Phocis enim Bœotiæ adjacebat, auctore Strabone lib. 6. Fefellit Epitomatorem noſtrum opinio, cum ex Pauſaniæ lib. 9. inquit, fuiſſe Aſpledonem Phocidis urbem. Pauſanias enim libro citato eam inter Bœotiæ urbes memorat. Ejus ſunt verba: Ἀσπληδόνα δὲ οἰκλιπεῖν τοὺς οἰκήτορας φασιν, ὑδάτων ἀπορίᾳ ζώντας. Γενέσθαι δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ Ἀσπληδόνος τῆς πόλεως. Τούτου δὲ εἶναι Νύμφης τε Μιδείας καὶ Ποσειδῶνος. id eſt: *Aſpledonem verò reliquiſſe habitatores ajunt ob aquarum penuriam. Nomen verò urbi factum fuiſſe ab Aſpledone. Hunc autem eſſe* [filium] *Mideæ Nymphæ & Neptuni.* Liber Pauſaniæ 9. alio nomine Bœotica, lib. 10. Phocica inſcribitur, in hoc agit de urbibus, quæ ad Phocidem, in illo de eis, quæ ad Bœotiam.

71 Ἀπὸ Ἀσπληδόνος, ἧς Νύμφης Μιδείας &c.] Sunt verba deſumpta ex Pauſaniæ Bœoticis, quæ numero præcedenti attulimus.

72 Φασὶ τοὺς Αἰολεῖς πρότερον Βοιωτοὺς καλεῖσθαι τοὺς δὲ Ὀρχομενίους &c.] In his verbis aliqua verba videntur deficere, non audeo ſupplere. Nolo enim tibi tollere riſum, ea ſuppleſis, ut volueris.

73 Γράφεται καὶ χωρὶς τοῦ α, ἀλλ' ἀπὸ Ὁμήρου.] Annotat Aſpledonem urbem ſcribi etiam ſine *a*; ſed non apud Homerum; id habet noſter ex Strabonis lib. 9. cujus ſunt verba: Τῶν δὲ Ἀσπληδένα χωρὶς τοῦ πρώτης συλλαβῆς ὀνάλαν τινές. εἶτ' Εὐδείελον μετωνομάσθη, καὶ αὐτὴ καὶ ἡ χώρα. id eſt: *Aſpledonem ſine prima ſyllaba vocabant aliqui: deinde, & ipſa & ejus regio* Eudeielos *eſt appellata, fortaſſis quod proprietatem quandam peculiarem incolis afferret ex climate ad occaſum vergente.* Memoratur Homero inter Bœotiæ urbes Il. 2. v. 511.

74 Ἀσπεργιανοὶ, ἔθνος τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην.] Aſpurgiani, populi circa Mæotin paludem, ex Strabonis lib. 11. apud quem libro citato legitur Ἀσπεργιανοὶ, ſed perperam; nam lib. 12. Ἀσπεργιανοὶ dicuntur.

75 Τούτων δὲ εἰσὶ καὶ Ἀσπεργιανοὶ μεταξὺ Φαναγορείας.] Sunt trunca verba ex Strabonis lib. 11. apud quem ſic leguntur: Τούτων δὲ εἰσὶ καὶ οἱ Ἀσπεργιανοὶ μεταξὺ Φαναγορείας οἰκοῦντες καὶ Γοργιππίους, ἐν πυλωνοσίοις γαδίοις &c. id eſt: *De his verò ſunt* Aſpungitani (*lege* Aſpurgiani) *inter Phanagoriam, & Gorgippiam habitantes ad* 10 *ſtadia, quibus cum inſidiaretur ſub amicitiæ prætextu rex Polemon, re comperta, bellum eis inferens in poteſtatem eorum vivus venit & interiit.* Inter populos, qui ad Mæotin paludem habitabant, eos memorat Strabo libro citato. Ii verò fuere Sindi, Dandarii, Toreatæ, Agri, Arrhichi, Tarpetes, Obidiaceni, Sittaceni, Doſci, & alii.

76 Ἄσσα, πόλις πρὸς τῷ Ἄθῳ &c.] Aſſa, urbs ad Athon montem ex Herodoti lib. 7. cujus ex libro citato ſunt, quæ ſequuntur, verba: Ὁ μὲν ἓν ναυηγὸς στρατὸς ὡς ἀπείθη ὑπὸ Ξέρξεω καὶ διέπλωσε τὸν διώρυχα τὸν ἐν τῷ Ἄθῳ γλυφόμενον, διέκεσαν ἐς κόλπον ἐν τῷ Ἄσσα τε πόλις, καὶ Πιλώρου καὶ Σίγγου καὶ Σάργη οἰκέεται &c. id eſt: *Nauticus verò exercitus ubi à Xerxe diſceſſit, foſſam enavigavit in Atho factam ac perductam ad ſinum, in qua* Aſſa *urbs, & Pidorus & Singus & Sarge habitantur.*

τ῀ ἑβδόμῃ. Ἔστι καὶ κώμη Σκυθίας. Οἱ οἰκήτορες, Ἀσσαῖοι. A tus libro 7. Est & vicus Scythiæ, incolæ, Assæi.

Ἀ῎ΣΣΑΚΗΝΟΙ [77], ἔθν῀ Ἰνδικόν· Ἀρριανὸς τετάρτῃ τῆς Ἀλεξάνδρου ἀναβάσεως, [78] Ἡ῀ ἐπὶ τὰς Ἀσσακανούς.

ASSACENI, populi Indiæ: Arrhianus lib. 4. expeditionis Alexandri: *Proficiscebatur contra Assacenos.*

Ἄ῎ΣΣΗΡΑ, ἀδετέρως, πόλις Χαλκιδέων. B Θεόπομπ῀ εἰκοστῇ τετάρτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀσσηρίτης, ὡς Ἀβδηρίτης, Γαδειρίτης.

ASSERA, neutro genere, urbs Chalcidensium, Theopomp. lib. 24. Gentile, Asserites, ut Abderites, Gadirites.

Ἀ῎ΣΣΗΣΟ῍Σ [79], πόλις Μιλησίας γῆς· Θεόπομπ῀ Φιλιππικῶν εἰκοστῇ τετάρτῃ. Ὁ οἰκήτωρ Ἀσσήσι῀. [80] Καὶ Ἀσσησία Ἀθηνᾶ, C παρ᾽ Ἡροδότῳ.

ASSESUS, urbs Milesiæ, Theopompus Philippicorum 24. Incola, Assesius, & *Assesia Minerva* apud Herodot.

Ἄ῎ΣΣΟΣ [81], πόλις Λυκίας, πλησίον Ἀτάρνης, ἐφ᾽ ὑψηλῆ καὶ ὀξεῖ῀ καὶ δυσανόδῳ τόπῳ, [82] πρὸς ὃν Νικόστρατο῀ κιθαριστὴς ἔλεγε παίζων· D

ASSUS, urbs Lyciæ prope Atarnen in alto, & acuto, & aditu difficili loco, in quam *Nicostratus* Citharista dicebat per jocum:

[83] Ἄσσον ἴθ᾽ ὡς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείρατ᾽ ἵκηαι.

Assum ito, ut celerius ad exitii terminos pervenias.

[84] Δευτέρα πόλις Αἰολίδ῀ πρὸς τῷ Ἑλλησπόντου, ἡ Κεκρύφειον. [85] Ἀλέξανδρος δ᾽ ὁ Κορνήλι῀ ἐν τῷ περὶ τῶν παρ᾽ Ἀλκμᾶνι τοπικῶς ἱστορημένων, Μιτυληναίων ἄποικον ἐν τῇ Μυσίᾳ φησὶν Ἄσσον, ὅπου ὁ σαρκοφάγο῀ λίθο῀. [86] Ἔστι καὶ λειμὼν ἐν τῷ Κελβιανῷ πεδίῳ τῆς Λυδίας, περὶ τὸν Καΰστριον ποταμόν. Ἔστι καὶ ἑτέρα E

Secunda est urbs Æolidis juxta Hellespontum, vel Cecropium. Alexander verò Cornelius in libro quem conscripsit de nominibus locorum quæ apud Alcmanem inveniuntur, Mitylenæorum coloniam in Mysia inquit esse *Assum*, ubi sarcophagus lapis nascitur. Est & pratum in Celbiano campo Lydiæ, juxta Caystrium flu-

77 Ἀσσακανοὶ, ἔθν῀ Ἰνδικὸν &c.] Assaceni, populi Indici ex Arrhiani de Expeditione Alexand. lib. 4. cujus sunt verba: Ἐνθένδε περὶ τὸν τῶν Ἀσσακανῶν χώρων ἦλθε. id est, *Exinde circa Assacenorum regionem duxit exercitum.*

78 Ἡ῀ ἐπὶ τὰς Ἀσσακανούς.] Sunt verba Arrhiani de expeditione Alex. mutila, & corrupta, quæ numero præcedenti adduximus integra, ut apud eum habentur.

79 Ἀσσησὸς, πόλις Μιλησίας γῆς.] Assesus, urbs Milesiæ terræ, *id est*, Mileti. Noster vocat *Milesiam terram*, quam Herodotus lib. 1. c. 18. Μιλησίαν absolutè, & ejusdem libri cap. 19. χώραν Μιλησίαν, id est, *regionem Milesiam*, utrumque est periphrasis Mileti. Fuit igitur Assesus urbs Mileti celebris templo Minervæ, quod Alyates Lydorum rex combussit & Pythiæ Delphicæ jussu reparavit, auctore Herodoto lib. 1. c. 19.

80 Καὶ Ἀσσησία Ἀθηνᾶ, παρ᾽ Ἡροδότῳ.] Assesia Minerva celebratur Epitomatori nostro ex Herodoto, nomen adepta ab Assesso urbe Milesiæ regionis, *id est*, Mileti, cujus meminit Herodotus libro capiteque supra citato.

81 Ἄσσ῀, πόλις Λυκίας &c.] Assus Lyciæ urbs erat sita in edito, & prærupto loco, adeò ut parum tutus ad eam accessus daretur. Unde jocus Nicostrati Musici, quem narrat noster desumptus ex Homericæ Il. lib. 6. v. 143. qui Latinè amittit leporem. Nam consistit in Græcis nominibus ἄσσον, id est, *propius*, quod lepidè Nicostratus, seu Stratonicus citharœdus deflectebat ad urbem Assos, & θᾶσσον, quod significat *citius*, ac si diceres, qui Ἄσσον accedit, θᾶσσον perit. Urbis situm describit Strabo lib. 13. hisce verbis: Ἔστι δὴ ἡ Ἄσσ῀ ἐρυμνὴ, καὶ διτειχὴς ἀπὸ θαλάσσης καὶ ἁπλῆ῀, ὀρθίων, καὶ μακρῶν ἀναβάσιν ἔχουσα· ὥστ᾽ ἐπ᾽ αὐτῆς οἰκείως εἰρῆσθαι δοκεῖ τὸ ἁπλοΐκης καὶ κιθαριστοῦ &c. id est: *Est verò Assus natura & arte munita, à mari & portu rectam & longam habens adscensionem, ut convenire ei videatur illud Stratonici citharœdi:*

Assos eas, ut ocyus ad exitii fines pervenias.

Portus magno aggere constructus est. Hinc natus fuit Cleanthes *Stoïcus philosophus, qui* Zenoni *Citiensi in schola successit, & eam* Chrysippo *Solensi reliquit. Ibidem etiam* Aristoteles *commoratus est ob adfinitatem cum* Hermea *tyranno. Fuit is* Hermeas *Eunuchus, cujusdam mensarii famulus: cumque venisset Athenas,* Platonem *audivit &* Aristotelem. *Reversus inde, tyrannidem in Atarnenses & Assios machinanti domino socium se præbuit: post & successit, accivitque* Aristotelem & Xenocratem, *eorumque curam habuit: Aristoteli etiam filiam sobrini nuptum dedit. At* Memnon *Rhodius, Persarum eo tempore administer, atque dux, simulata amicitia Hermeam ad se vocavit, sub nomine hospitii & simulatorum negociorum, comprehensumque ad regem misit: ibi* Hermeas *suspendio adfectus periit: Philosophi evasserunt, fugientes è locis, quæ Persæ obtinebant. Myrsilus Assum à Methymneis conditam ait. Hellanicus Æolicam facit.*

82 Πρὸς ὃν Νικόστρατο῀ κιθαριστὴς ἔλεγε παίζων.] Hoc apophthegma tribuit Strabo lib. 13. Stratonico citharistæ, non Nicostrato, ut noster, uterque fuit citharistes, & utriusque meminit Æli. de Varia Historia, Nicostrati lib. 4. c. 2. Stratonici lib. 14. c. 14.

83 Ἄσσον ἴθ᾽ ὡς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείρατ᾽ ἵκηαι.] Est versiculus Homericus supra num. 81 citatus, in quo ludebat Nicostratus, seu Stratonicus citharœdus adversus urbem Assos. Sic verò debet verti (nam Homerus non memorat urbem Assos, sed paronomasia θ῀ ἄσσον facit leporem)

Propius accede, ut ocyus ad exitii terminos pervenias.

84 Δευτέρα, πόλις Αἰολίδ῀ &c.] Secundo loco memorat Assum Æolidis urbem, ex qua Persarum regibus afferebatur triticum, ut ex Syria vinum & ex fluvio Eulæo aqua, auctore Strabone lib. 15.

85 Ἀλέξανδρ῀ δ᾽ ὁ Κορνήλι῀ &c.] Ex Alexandro Cornelio celebrat tertio loco Assum Mysiæ urbem, ubi sarcophagus, id est, *carnivorus lapis* fissili vena scindebatur, in quo condita defunctorum corpora intra quadragesimum diem absumebantur, ut refert Plinius lib. 36. c. 17. urbem hanc Mysiæ Strabo lib. 14. Troadi assignat, ac urbem memorabilem fuisse inquit; cujus etiam fit mentio Act. Apost. c. 20. v. 13.

86 Ἔστι καὶ λειμὼν ἐν Κελβιανῷ &c.] Assus etiam fuit pratum juxta Caystrum Lydiæ fluvium, de quo vide, quæ in Ἄσια ad num. 38, 39. annotavimus.

87 Ex

ἑτέρα πόλις ἐν Ἠπείρῳ μικρά. [87] Ἐκ ἧς ἦν Ἄσσος, Κλεάνθης ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος. Διάδοχος δὲ σχολῆς Ζήνωνος Κιτιέως, ὃν καταλέλοιπε Χρυσίππῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἄσσιος, ὡς Ῥώσιος, καὶ Ἄσσευς. A

ΑΣΣΥΡΙΑ [88], χώρα πρὸς Βαβυλῶνα. Οἱ οἰκήτορες, Ἀσσύριοι. [89] Εἰσὶ καί ἕτεροι παρὰ τοὺς Σύρους· [90] Ξενοφῶν ἔτω διαστέλλει ἐν πρώτῃ Ἑλληνικῶν. Λέγονται καὶ Ἀζουραῖοι, καὶ Ἄσσυρες, παρὰ Ἐρατοσθένει· Ἴσως ὡς ἀπὸ τοῦ Ἰλλυριοὶ, Ἴλλυρες. B C

ΑΣΣΩΡΟΝ, ὄρος Σάμης, ὅθεν ῥεῖ ὁ Ἀμφίλυστος· Εὐφορίων Ἀρτεμιδώρῳ, Δαίμονος Ἀμφιλύσιον ῥέον.

ΑΣΣΩΡΙΟΝ [91], πόλις Σικελίας, παρὰ τρισυλλάβως Ἄζωρον καλεῖ Ἀπολλόδωρος, ἐν πρώτῃ χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Ἀζωρῖνος, ὡς Ῥηγῖνος. D

ΑΣΤΑΙ, ἔθνος Θρᾴκης· Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῇ ἐν ἑνδεκάτῃ. Τὸ κτητικὸν, Ἀστικὸς, καὶ Ἀστική. E

ΑΣΤΑΚΟΣ [92], πόλις Βιθυνίας, ἀπὸ Ἀστάκου

fluvium. Eſt etiam alia urbs in Epiro parva. Ex Aſſo fuit Cleanthes philoſophus Stoïcus, ſucceſſor ſcholæ Zenonis Citienſis, quam Chryſippo reliquit. Gentile, Aſſius ut Roſius, & Aſſeus.

ASSYRIA, regio juxta Babylonem. Incolæ, Aſſyrii. Sunt & alii juxta Syros: Xenophon ſic diſtinguit lib. 1. Hellenicorum. Dicuntur etiam Aſſyrici, & Aſſyres apud Eratoſthenem: Forſitan, ut ab Illyrii, Illyres.

ASSORON, mons Sami, ex quo fluit Amphilyſos: Euphorion Artemidoro, *Damonis Amphilyſium fluentum.*

ASSORIUM, urbs Siciliæ, quam Aſſorum per tres ſyllabas vocat Apollodorus lib. 1. Chronicorum. Gentile, Aſſorinus, ut Rheginus.

ASTÆ, populi Thraciæ: Artemidorus in epitome eorum, quæ in undecimo. Poſſeſſivum, Aſticus, & Aſtica.

ASTACUS, urbs Bithyniæ, ab Aſtaco

87 Ἐκ ἧς ἦν Ἄσσος, Κλεάνθης ὁ στωϊκὸς.] Ex urbe Aſſo fuiſſe Cleanthem Philoſophum Stoïcum, ſucceſſorem ſcholæ Zenonis, quam Chryſippo tradidit, inquit: ſed ex qua Aſſo, cum ipſe quatuor memoret, ſilentio præterit. Hæc tranſcripſit noſter ex Strabonis lib. 13. cujus verba attulimus num. 81. præcedenti, ex quibus elucet Cleanthem fuiſſe ex Lyciæ civitate Aſſo, unde *Aſſius* vocatur à Laërtio in ejus vita.

88 Ἀσσυρία, χώρα πρὸς Βαβυλῶνα, &c.] Aſſyria regio Hebraïcè dicitur אשור *Aſſur*, unde parum deflexo nomine & Græcis & Latinis dicitur Aſſyria. Joſephus Antiquit. Judaic. lib. 1. c. 7. inquit: Ἀσσούρους δὲ, Νίνου οἰκίζει πόλιν, καὶ τοὺς ὑπηκόους, Ἀσσυρίους ἐπωνόμασεν, οἱ μάλιστα εὐδαιμόνησαν. id eſt: *Aſſuras verò, urbem condit Ninum, & ſubditos Aſſyrios denominavit, qui maxime felices fuere.* Qui Joſepho *Aſſuras*, Hebraïcè dicitur אשור *Aſſur*, qui ædificavit Niniven urbem, quam *Ninum* vocat Joſephus: utrumque elucet ex Gen. c. 10. v. 11. מן הארץ ההיא יצא אשור ויבן את נינוה, &c. i. e. *E terra hac egreſſus eſt Aſſur & ædificavit Niniveh & Rechoboth civitatem, & Chalach.* Aſſur & virum & regionem, cui nomen dedit, vocant Hebræorum παῖδες. Aturia appellatur ab Strabone lib. 14. Τὸ ש, *s*, Hebræorum, Chaldæi in ת, *t*, mutabant; unde, qui Hebræis שור *ſor*, id eſt, *bos*, Chaldæis תור *thor*, à quo fecere Græci ταῦρος, & ab his Latini, *taurus*. Syria verò comprehendebat Aſſyriam. Plin. lib. 5. c. 12. ait Aſſyriam eſſe Syriæ partem, quæ poſtea vocata fuit *Adiabene*, cujus deſcriptionem habes apud Ptol. lib. 6. c. 1. de qua vide, quæ in Σύροι annotamus.

89 Εἰσὶ καὶ ἕτεροι παρὰ τοὺς Σύρους.] Sunt & alii juxta Syros. Particula καὶ corrumpit mentem Stephani, & Geographiæ veritatem. Itaque pro καὶ legendum ἦ, ac tunc ſic ſunt illa verba vertenda: *Sunt verò alii* [*diverſi*] *à Syris.* Nam Aſſyrii diverſi fuere à Syris, ſed non fuere duæ gentes, ſeu populi, qui *Aſſyrii* appellarentur, hi Hebraïcè אשורים *Aſſyrim*, ille ארמים *Aramim*.

90 Ξενοφῶν ἔτω διαστέλλει ἐν πρώτῃ Ἑλληνικῶν.] Inquit Xenophontem Hellenicorum lib. 1. diſtinguere Aſſyrios à Syris. Ego perlegi totum librum, nihil tale reperitur. In hoc enim libro non loquitur de Aſſyriis, ſed de Syris, cujus appono verba: Μίαν ἦ ταύτας Κῦρος ἐξελαύνει παρασάγας πεσαρὰς, παρασάγγας εἴκοσιν, ἐπὶ τὸν Χάλον ποταμὸν, ὃς ἦν τὸ εὖρος πλέθρου πλήρη σὺν ἰχθύσι μεγάλοις καὶ πρᾴοις, οἷς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον, καὶ οὐδενὶ οὐκ ἐῶν οὐδὲν πώποτε προσερᾶσθαι. id eſt: *Poſt hæc Cyrus caſtris quartis, paraſangas* XX. *ad Chalum fluvium, cujus erat unius plethri latitudo, progreditur. Erat is magnis manſuetiſque piſcibus refertus, quos Syri pro Diis habebant, nec lædi eos patiebantur, ſicuti ne columbas quidem.* Forſitan Auctor noſter reſpiciebat ad ejuſdem Xenophontis locum ex ejus de Cyri inſtitutione lib. 1. ubi hæc leguntur verba: Καλεσαμένῳ δὲ Σύρους, Ἀσσυρίους, Ἀραβας, Καππαδόκας, Φρύγας ἀμφοτέρους, Λυδοὺς, Κᾶρας, Φοίνικας, Βαβυλωνίους, &c. id eſt: *Subegit verò* [Cyrus] *Syros, Aſſyrios, Arabes, Cappadoces, Phryges utroſque, Lydos, Cares, Phœnices, Babylonios, &c.*

91 Ἀσσώριον, πόλις Σικελίας, &c.] Aſſorium, urbs Siciliæ, quam Aſſorum περισυλλάβως vocavit Apollodorus Chron. lib. 4. Oppidani & Græcis, & Latinis dicuntur *Aſſorini*, quos inter alios celebrat Diodorus Siculus Bibliothecæ Hiſtoricæ lib. 14. Οἱ δὲ Σικελοὶ πάλαι μὲν μισοῦντες τὸν Διονύσιον, &c. id eſt: *Siculi verò jam pridem exoſi Dionyſium, tunc cum occaſionem rebellionis haberent, ad Carthaginenſes deficiunt, præter Aſſorinos, omnes.* Juxta hanc urbem præterfluebat Chryſas fluvius, qui apud Aſſorinos Deus habebatur, & religione maxima colebatur, ut teſtatur Arpinas Philoſophus Orat. 9. in Verrem; nec mirandum Aſſorinos habuiſſe fluvium pro Deo. Ethnici enim id omne, à quo aliquod beneficium accipiebant, *Deum* vocabant, & venerabantur. Suſcepit vita hominum [inquit Cicero de Natura Deorum] conſuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in cœlum tolleret. Perſeus quoque Zenonis auditor apud eumdem Ciceronem de Nat. Deor. lib. 1. eos dicit eſſe habitos Deos, à quibus magna utilitas ad vitæ cultum eſſet inventa, ipſaſque res utiles & ſalutares Deorum eſſe vocabulis nuncupatas; ſed Ægyptii eò inſaniæ devenerunt, ut animantia bruta etiam, à quibus genus humanum nullam accipiebat utilitatem, in Deorum numerum retulerint. Quare Aſſorini, ſi magnam à fluvio Chryſa accipiebant utilitatem, ac eum pro Deo coluerunt, juxta *Perſei* Zenonis diſcipuli ſententiam excuſandi ſunt. Non abſimili ratione quidam apud Philippum de Comines lib. 7. c. 7. quoſcunque benefactores vocat *Sanctos.*

92 Ἄστακος, πόλις Βιθυνίας, &c.] Aſtacus, urbs Bithyniæ ex Arrhiani Bithynicis, quæ non exſtant. In Arrhiani locum ſubrogemus Strabonem, qui de Aſtaco urbe ſic loquitur lib. 12. Ἦν δ' ἐν αὐτῷ τῷ κόλπῳ καὶ Ἄστακος Μεγαρέων κτίσμα, καὶ Ἀθηναίων, καὶ μετὰ ταῦτα Δασκυλεῖον, ἀφ'

ἧς

κἂν ᾧ Ποσειδῶνος, ἢ νύμφης Ὀλβίας, ὡς Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνικοῖς ἱστορεῖ. Ἔστι καὶ χώρα Βυζαντίων, ὡς Θεόπομπος ἐν τεσσαρακοστῇ ἑβδόμῃ.

A Astaco Neptuni, & Nymphæ Olbiæ filio, ut refert Arrhianus in Bithynicis. Est etiam regio Byzantiorum, ut Theopompus lib. 47. Est etiam

ἧς καὶ ὁ κόλπος ὠνομάσθη· καλεῖται δὲ νῦν Λυσιμάχου· τὰς δὲ οἰκήτορας μεθέστησεν εἰς Νικομήδειαν ὁ κτίσας αὐτόν. id est: *Erat verò in eo sinu etiam Astacus, à Megarensibus & Atheniensibus condita, ac postea à Dædalso, à qua & sinus* [Astacenus] *vocatus fuit, fundituś everśa est à Lysimacho: oppidanos autem in urbem Nicomediam traduxit, qui condidit* [instauravit] *eam.* Astacenus sinus ab aliis *Olbianus* dicitur, Eusebius Cæsariensis non est audiendus, cum Chronic. Can. inquit: Νικομήδης Βιθυνῶν βασιλεὺς Ἄστακον ἐπικλύσας Νικομήδειαν ὠνόμασε. i. e. *Nicomedes Bithynorum rex cum Astacum instauraśset*, Nicomediam *vocavit*. At Constantin. Porphyrogen. qui multò post Strabonem claruit, utramque novit urbem Thematum lib. 1. Themat. 5. Ἔχει δὲ πόλεις ἐπισήμους τοσαύτας. Πρώτην μὲν Νικομήδειαν τὴν μητρόπολιν. Δευτέραν δὲ, Ἑλενόπολιν. Τρίτην, Πραίνετον, Τετάρτην, Ἄστακον. Πέμπτην, Παρθενόπολιν. id est: *Habet verò urbes celebres haśce. Primam quidem* Nicomediam *metropolin. Secundam*, Helenopolin. *Tertiam*, Prænetum. *Quartam*, Astacum. *Quintam*, Parthenopolin. Trebell. Pollio in Gallienis auctor est Astacum, postea *Nicomediam* dictam, ab Scythis incensam & graviter vastatam fuisse. Urbes ex aliarum ruinis solent crescere. Itaque nullus dubito, Nicomediam ex Astaci ruinis crevisse. Idem commercii causa solet accidere: unde nisi ex commercio in tantam magnitudinem excrevit AMSTELODAMUM, ac etiam ex isonomia, quæ observatur inter omnes cives cujuscunque conditionis sine respectu personarum, & religionis. Quid enim Justitiæ ἀμνημόνευτον commune cum religione? Ejus Consules semper in ore habent illud Maronis, Æn. lib. 10. v. 108.

Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo.

Apud illos enim:

— *Rex Jupiter omnibus idem.*

Inter patricios verò est quædam isotimia nunquam satis laudata. Nunc subit in mentem mirari eos, qui Catholica Christianitate & *fidei Areopago* gloriantur; desinant gloriari. Summum enim religionis Christianæ est imitari Christum, qui fidem vi, armis, & igne persuaderi prohibuit, ac nihil magis, quam charitatem commendavit: utrumque nullibi terrarum sic viget ut in Hollandia, ubi nemini fit vis in fide, nec aliis in rebus. AMSTELODAMI solum (omitto reliquas Fœderati Belgii urbes) per singulos annos in pauperes & orphanos erogantur plus quam Iɔccc. millia ducatorum, ac omnes orphani, tam mares, quam fœminæ docentur artes, quæ ipsos possunt alere pro cujusque studio, nec ex orphanotrophiis exeunt, quin eas nôrint. Fortasse culpabit non nemo Anglorum leges contra Catholicos, quæ præ illis illius *Areopagi* sunt ludus & jocus. In illo enim est perversa & præpostera judiciorum forma, quæ contra naturalem æquitatem, & omnem legitimum ordinem in jurisdictione illa observatur. His adde tenebrosos & horribiles carceres, quibus si comparaveris Dionysii Siculi Latomias, Thessalica Tempe credas fuisse, in queis infelices rei inclusi aliquando per decennium & adhuc amplius tanquam feræ detinentur; adde etiam tormentorum immanitatem, quibus plerumque contra veritatem quidquid judicibus libet, ab illis miseris & sæpe innocentibus, ut se cruciatibus eximant, per vim extorquetur. Qui autem testimonium adversus alios dicunt, sunt rei cum torquentur, ancillæ expulsæ è domibus, scorta, servitia, tenebriones, & alii hoc genus homines, reipublicæ fæx. Testium autem nomina non eduntur, quare sub hoc velo inimicitiæ sæpe ad eos deferuntur. Hoc enim modo quisque injurias acceptas facilimè ulciscitur: falsi verò testes rarò puniuntur, ne eorum supplicio veri deterreantur. Quo fit, ut non tam pietatis tuendæ causa *Areopagus* ille inventus esse videatur, cui alia via satis ex antiqua Ecclesiæ disciplina prospectum erat, quam ut eversis ista ratione omnium fortunis, honori etiam & vitæ; quibus inter mortales nihil est pretiosius, periculum crearetur. Reorum bona fisco cedunt regio, sed ex tot myriadibus argenti, & auri facti, & infecti per tot annos *miseræ illi genti* ademptis parum aut nihil fisci regii rationibus illatum est, omnia penè inter judices reliquosque illius δικαστήρια ministros sub salarii & expensæ nomine dividuntur in regis regnique vectigalium damnum. At miseri illi horribilem illam carcerum tormentorumque harmoniam Polyphemi Musicæ quàm simillimam fugientes, patria relicta in alias regiones, ubi commercium viget, se conferunt, recolentes illud Hispani Cygni:

Cera y cañamo unio (que no deviera)
cien cañas, cuyo barbaro ruido
de mas ecos, que unio cañamo, y cera
alboguez, duramente es repetido.
La selva se confunde, el mar se altera,
rompe Triton su caracol torcido,
sordo huye el baxel a vela y remo
tal la Musica es de Polyfemo.

Itaque *Arabes* illi, qui pessimo consilio, præpostero quodam religionis zelo, & pia crudelitate centum & sexaginta incolarum myriades, ab Abrahamo ex Sara & ejus ancilla originem trahentes, expulerunt ex *Arabia* illa felici, ideo nunc deserta dicant cum C. Tacito in vita Agricolæ: *Dedimus profectò grande patientiæ documentum, & sicut vetus ætas vidit, quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in servitute, adempto per* Inquisitiones *& loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset oblivisci, quam tacere.* Huc respexisse videtur Joan. Mariana ingeniosè eruditus, cum de eodem *Areopago* loquens Hist. Hispaniæ lib. 24. c. 17. in hæc verba prorumpit: *Quod usu salutare extitit, grave initio provincialibus visum est. Illa maxime: parentum scelera filiorum pœnis lui. Occulto accusatore reos fieri: neque cum indice compositos damnari, contra quàm olim factum erat, peccata in religionem vindicari morte. Illud gravissimum adimi per* Inquisitiones *loquendi libere, audiendique commercium, dispersis per urbes & oppida & agros observatoribus, quod extremum in servitute credebant.* Sed non bene convenit illud Marianæ, *quod usu salutare extitit*, cum reliquis. Quis enim nisi infrunitus credet usu salutare unquam extitisse parentum scelera filiorum pœnis lui: occulto accusatore reos fieri: neque cum indice compositos damnari, peccata in religionem vindicari morte, in tormentis necari, bonis publicatis, æternis tenebris vinculisque damnari, post diuturnum carcerem igne comburi, & aliquando vivos, leviori de causa bonorum parte amissa pro arbitrio judicis, ac in ejus utilitatem & expensam cessura, & reo & toti familiæ seu parentelæ (ut Lampridii verbo utar) ignominia perpetua inusta, adimi loquendi, audiendique commercium, ac etiam facultatem querendi, quod ne dæmon quidem Jobo ademit. Ei enim linguam intactam reliquit, ut quæstibus saltem calamitatem suam solaretur: quod si miseri illi loquentes audiantur, flagris cæduntur, ac ideò pulsantes parietes alter alterum solantur & intelligunt. Sæpe necessitas fecit artem. Quemadmodum enim hominum industria inventum est alphabetum, quo muti videntes litterarum figuras per digitos formatas loquerentur, & intelligerent (quod ego sæpe vidi) sic etiam inventum est alphabetum, quo se non videntes sine vocibus intelligerent pulsantes parietes, ac numerantes pulsus ad alphabeti litterarum numerum, quas combinantes formant syllabas. Non inficetè id depingitur hoc Epigrammate Hispano:

Caracteres confusos, cifra obscura
libro sin hojas, que imprimio el desseo
donde con el oydo attento leo
de una invisible estampa la figura
Hieroglyphico mudo sin pintura
emblema, que la entiendo y no la veo
arte que el tiempo guarda por trophco
dela necessidad, que todo apura.
Vozes articuladas en el viento
lengua de golpes, *conque la memoria*
explica lo que quiere el pensamiento
Bien merece de fama immortal gloria
quien de pluma, pinzel, y lengua essento
dio vida a la razon, alma a la historia.

Attamen horum infelicium cura Areopagitas quietos sollicitat. Etenim ab eorum uno per statutum anni tempus miseri illi interrogantur, utrum aliqua re egeant, necne, adhibita magna cura, ne habeant ullum cultrum, nec forfices,

μη. 93 Ἔστι καὶ Ἀκαρνανίας πόλις. Οἱ δέ, Κεφαλληνίας ἄποικον. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀστακηνὸς, ὡς Ῥυνδακηνὸς, Πριαπηνός· καὶ Ἀστακηνοὶ, καὶ Ἀστάκιος, καὶ Ἀστακία. Ἀφ' οὗ Ἀστακιδῆς, ὡς Οἰχαλία Οἰχαλιδῆς· καὶ Ἀστακιήτης, καὶ Ἀστακίδης πατρωνυμικόν· Πείσανδρος δεκάτῃ.

ΑΣΤΑΠΑΙΟΙ 94, Λιβύης ἔθνος· Ἀππιανὸς ἕκτῳ.

A etiam Acarnaniæ urbs. Alii Cephalleniæ coloniam esse dicunt. Gentile, Astacenus, ut Rhyndacenus, Priapenus. Dicitur etiam Astaceni, & Astacius, & Astacia. A quo Astacieus, ut ab OEchalia, OEchalieus: & Astacietes, & Astacides patronymicum: Pisander decimo libro.

ASTAPÆI, populi Libyæ: Appianus lib. 6.

ASTAR-

fices, nec funem, quo se seu strangulare, seu occidere possint. Experientia enim docuit aliquammultos eorum sibi mortem conscivisse diuturni carceris tædio. Sed ad illud Marianæ dicam quod res est, in hujusmodi rebus testis ὠτόπλης, si Mariana illud non adjecisset, omnia ejus verba delerentur, & ipse diuturno carcere libertatis suæ pœnas daret. In illa enim regione, nec dicere liberè, quæ velis, nec scribere, quæ sentias, licet. Nemo unus ex illis tenebrosis carceribus, ad quos tam facilis est descensus,

— *Superas evadit ad auras,*

nisi prius abjuraverit *de levi*, vel *de vehemente* (sic loquuntur, subintellecta *suspicione*) crimen, quo accusatus fuit, ac præter ignominiam, quæ inde reo, ac toti ejus familiæ inuritur, seu exsilio, seu multa pecuniaria, seu utroque damnatur, juxta levem, vel vehementem suspicionem, pro arbitrio judicis: qui verò confitetur crimen, omnibus suis bonis damnatus ignominia publica notatur: ea est *rubra crux obliquis radiis decussatim formata in pallio coloris crocei*, quod vulgo vocant *Sambenito*, qua ignominia nulla alia est major in Hispania; illud pallium publice tenetur gestare per tempus ab judicibus statutum; ac etiam nemo unus illinc dimittitur nisi conceptis verbis juratus, se nihil eorum, quæ inibi acta sunt, dicturum; nolunt enim illa palam fieri: *relapsi* autem (sic dicuntur illi, qui bis in idem crimen incidunt) seu pertinaces in sua hæresi comburendi prætori urbano traduntur, (*Areopagitæ* enim illi, cum sint ecclesiastici, capitali sententiæ subscribere non possunt) acsimul dantur literæ commendatitiæ, in quibus petunt ab illo, ut clementer se gerat, & sine sanguinis effusione cum illis scilicet, quos ipsi tradunt comburendos. Incredibilia videor referre, at sunt certiora iis, quæ apud Sagram acciderunt. Haud credent posteri iniquum illum judicandi modum, iniquiorem adhuc in Lusitania. Me pudet pigetque hoc prodidisse de gente Christiana, literis, legum δπλίοις & armis inclyta. Hic sisto gradum, patriæ enim meæ laudes si demas illam Neronianam ex fidei Areopago contra *D. Themin*, id est *sanctam justitiam* judiciorum formam, Timanthis velo potius, quam Livii calamo exprimi possunt. Illic non sufficit reis omnium miserrimis peccata sua confiteri, veniam & reconciliationem cum Ecclesia humiliter petere, tenentur divinare testes quorum nomina non eduntur, quis talia credet? quod ni fecerint, flammis dantur tamquam confessione diminuti. Illi quoque, qui testibus convincuntur, quantumvis negent objecta, asserentes se esse verè Christianos, tanquam convicti comburuntur. Ac quod magis miraberis, impostor quidam fuit, sed non Lusitanus, *Saavedra* nomine, qui hunc fidei *Areopagum* rege Joanne hujus nominis III. Summi Pontificis falso diplomate in Lusitaniam invexit. Joannes autem IV. princeps raræ prudentiæ & justitiæ amans, qui nostro ævo Hispanorum jugo excusso, felici successu coronam capiti suo imposuit, primus tanto morbo manus medicas adhibuit, parabili usus remedio. Jussit enim, ne parentum peccata in religionem, filiorum pœnis luerentur, quare eo regnante à reorum bonis temperatum, id regno salutare consultum regina vidua cogentibus *Areopagitis* abrogavit; quod si princeps qui nunc hujus regni navem gubernat, patris sui nunquam satis laudati æquissimum consultum confirmasset, ac in Brasilia religionis libertatem permitteret, certè mercatura & negociatio iterum in Lusitania floreret, & undique in Brasiliam novi coloni commigrarent illecti fœcunditate soli & cœli clementia, ita sanè brevi alterum regnum conderet magna cum gloria nominis Lusitani. De quibus ne Arcesilaus quidem nihil affirmantis Academiæ clarissimus antistes dubitaret. Illa enim antehac inaudita Phalaritate nullus eorum, qui Mosis seu Machomedis castra sequuntur, Christi vexillum secutus est, at Christianorum plurimi ad illorum castra illam immanitatem fugientes transiere. Honor & dignitates, non vis & arma persuadent hominibus religionem, quam profitentur non esse veram. Ventus, etsi vehemens, homini pallium adimere non potest, quod sol facile adipiscitur. Quid aliud putas vento significari, nisi vim? quid aliud sole, nisi nobilitatem? quæ tanquam comes sequitur honorem & dignitates. Soli Romani politeian calluere. Hi ex hostibus cives faciebant. Hispani vano timore, expulsis Mauris, ex civitatibus, nemora, ex civibus, hostes fecere, qui Africam antiquam patriam repetentes, barbaros illos artium expertes accessu suo potentiores, artes docuerunt, unde in posterum majori vi & dexteritate piraticam fecerunt in Hispanorum ac totius reipublicæ Christianæ damnum & ignominiam. Exeamus jam ex hoc *Areopago* ad Athenas nostras Deo Opt. Max. gratias agentes, quod salvi & indemnes egressi sumus. Rarò enim illinc datur exitus, nisi amissis bonis cum vita, aut saltem parte bonorum unà cum valetudine & honore.

93 Ἔστι καὶ Ἀκαρνανίας πόλις.] Memorat nunc Astacum Acarnaniæ urbem, de qua sic Strabo libro decimo: Εἶτα ἄκρον Κριοῦ μέτωπον καὶ Ἐχινάδες, καὶ πόλις Ἄστακος, ὁμωνύμως τῇ κατὰ Νικομήδειαν, &c. id est: *Deinde promontorium Crithote, & Echinades, & urbs Astacus cognominis ei, quæ apud Nicomedium, &c.* Apud Strabonem notatur cum accentu in ultima, forsitan est error typographo adscribendus.

94 Ἀσταπαῖοι, Λιβύης ἔθνος, Ἀππιανὸς ἕκτῳ.] Astapæi, populi Libyæ ex Appiani lib. 6. apud quem Astapæi sunt populi Hispaniæ Carthaginensibus subditi, non Libyæ, ut inquit noster, qui valdè oscitanter videtur legisse Appianum. Sic enim ipse loquitur libro citato: Ἀσταπὶ δ' ἦν πόλις Καρχηδονίοις αἰεὶ ξυμμείναση ὁμαλῶς, &c. hoc est: *Erat autem Astapa urbs, quæ semper uno ore stabat pro Carthaginensibus. Hujus incolæ à Martio obsessi, ac prævidentes, se, si expugnarentur à Romanis, in servitutem redigendos esse, pretiosissima rerum suarum in forum congerunt, & ligna construunt. Super eum cumulum liberos conjugesque statuunt. Deinde quinquaginta ex se fortissimis viris jurejurando adactis, præcipiunt, quum in eo rem esse viderent, ut urbs caperetur, mulieres liberosque ut ferro necarent, moxque succenso igni se ipsos jugularent. Inde Deos contestati adversus Martium ingenti cum tumultu erumpunt: qui certe nihil minus tunc ab hostibus timebat, quam ut egredi mœnibus auderent, quare levis armatura equitesque facile pulsi: sed ubi armata legio advenit, fortissime quidem Astapæi in rerum omnium desperatione dimicabant, sed quibus virtute non erant inferiores, multitudine ab iis vincebantur. Omnibus pugnando cæsis, quinquaginta illi in urbe fœminas & pueros trucidabant: demum succenso rogo, sese eodem injecerunt nullo victoriæ fructu victoribus relicto, Martius Astapæorum virtutem admiratus in tecta non sæviit.* Injuriam facerem Livio & Hispaniæ, si illius verba in hujus fidelitatis gloriam cessura meis observationibus non insererem. Sic ille loquitur lib. 28. c. 22. de Astapa Hispaniæ urbe, cujus oppidani Epitomatori nostro & Appiano dicuntur Astapæi: *Astapa urbs erat, Carthaginiensium semper partis: neque id tam dignum ira erat, quam quod, extra necessitates belli, præcipuum in Roman. gerebant odium. Nec urbem aut situ, aut munimento tutam habebant, quæ ferociores iis animos faceret: sed ingenia incolarum latrocinio læta, ut excursiones in finitimum agrum sociorum populi Romani facerent, impulerant, & vagos milites Romanos, lixasque aut mercatores exciperent, magnum etiam comitatum, quia paucis parum tutum fuerat, transgredientem fines positis insidiis circumventum iniquo loco interfecerant. Ad hanc urbem oppugnandam, cum admotus exercitus esset, oppidani conscientia scelerum, quia nec deditio tuta ad tam infestos videbatur: nec spes mœnibus aut armis tuendæ*

Α'ΣΤΑ'ΡΤΗ[95], νῆσος ἐν Αἰθιοπίᾳ· Μαρκιανὸς ἐν πρώτῳ περίπλου· ἐντεῦθεν ἄρχεται Αἰθιοπία, ἡ ὑπὲρ Αἴγυπτον. Ἀπὸ δὲ Βαξίου ἄκρου ἐκδέχεται Τριόνωτον ὄρος. Καὶ ἡ τάφρος, νῆσος Ἀστάρτη. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀστάρτιος, ἢ Ἀστάρτης.

ASTARTE, insula in Æthiopia: Marcianus in primo periplo. Hinc incipit Æthiopia, quæ super Ægyptum. A Baxio verò extremo succedit mons Trionotus: juxta quem est insula Astarte. Gentile, Astartæus, vel Astartites.

Α'ΣΤΕΛΕ'ΒΗ, πόλις Λυδίας· Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν. Οἱ οἰκήτορες, Ἀστελεβαῖοι.

ASTELEBE, urbs Lydiæ: Xanthus Lydiacorum quarto. Incolæ, Astelebæi.

Α'ΣΤΕΡΙΑ[96], πόλις Λυδίας· Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν. Λέγεται καὶ Ἀστερίς. Ὁ πολίτης, Ἀστεριώτης, καὶ Ἀστέριος. [97] Ἔστι καὶ νησίον Ἀστερία, μεταξὺ Κεφαλληνίας καὶ Ἰθάκης. [98] Ὅμηρος Ἀστερίδα τοὔνομα φησίν·

ASTERIA, urbs Lydiæ: Xanthus Lydiacorum quarto. Dicitur etiam Asteris. Civis, Asteriotes, & Asterius. Est etiam Asteria insula parva inter Cephaleniam & Ithacam. Hom. *Asteridem* hanc inquit:

Ἔστι δέ τις νῆσος μέσῃ ἁλὶ πετρήεσσα
Μέσσηγὺς Ἰθάκης, Σάμοιό τε παιπαλοέσσης,
Ἀστερὶς, ἐ μεγάλη. —

Est insula quædam medio mari petrosa
Media inter Ithacam, Samumque asperam,
Asteris non magna —

Α'ΣΤΕ'ΡΙΟΝ[99], πόλις Θετταλίας· Ὅμηρος·

Οἵ τ' ἔχον Ἀστέριον, Τιτάνοιό τε λευκὰ κάρηνα.

ASTERIUM, urbs Thessaliæ: Homerus

Quique incolebant Asterium, Titanique albo vertices.

[1] Ἣ νῦν Πιρεσία. Οὕτω δὲ καλεῖται ἀπὸ τοῦ Ἀλαμ-

Quæ nunc *Piresia* dicitur. Sic verò vocatur propte

salutis erat, facinus in se ac suos fœdum ac ferum consciscunt. Locum in foro destinant, quo pretiosissima rerum suarum congererent. Super eum cumulum conjuges ac liberos considere cum jussissent, ligna circa exstruunt, fasceisque virgultorum conjiciunt. Quinquaginta deinde armatis juvenibus præcipiunt, ut donec incertus eventus pugnæ esset, præsidium eo loco fortunarum suarum, corporumque, quæ cariora fortunis essent, servarent, &c. Reliqua quæ ad fidelitatem Hispanorum faciunt, curiosus lector apud eundem auctorem oculis usurpare poterit. Sanè nulla gens est fidelior regibus, sociis, advenis & hospitibus, etsi Livius eorum fidelitatem conatur obscurare tanquam Athos Ἡμιόνιας βοὸς latera, sed ex ore adversarii non coacti extorquere veritatem in laudem cessuram argumentum veritatis & magna laus est. Illa verba Livii notanda sunt, *Astapa urbs erat Carthaginiensium semper partis*; ideo quia erat Carthaginiensium semper partis, vel ut inquit supra Appianus Καρχηδονίοις αἰεὶ ξυμφέρουσα ὁμαλῶς, fidelis erat, nec volebat Romanorum partes sequi, etsi pejorem partem elegit. Sed sicut arbusculæ, quæ rosas proferunt, spinas quoque ferunt: ita Hispania aliquot perduelles tulit, inter quos ἐπισημοτάτους fuere *Vellidus Athaulphus*, *Oppas Hispalensis præsul*, *Iulianus Comes*, hic propter filiam à rege *Ruderico* vitiatam nomine *Cavam* Mauros in Hispaniam adduxit, quam brevi temporis spatio subjugarunt, occiso Ruderico rege in prælio ad Cæsarianum, (vulgo *Xeres*, oppidum vocant) in ipso pugnæ ardore Oppas cum suorum manu ad Mauros transfugit, ac Juliano Comiti conjunctus victoriam hostibus, infamiam sibi comparavit. Id prælium accidisse ferunt anno Christi 714. ex quo Hispania per annos 778. sub Maurorum imperio gemuit, donec *Ferdinandus* Catholicus anno 1492. Granata capta, eorum imperium funditus delevit; Vellidus ille regem *Sanctium* cognomine *Fortem* ad Zamoram Hispaniæ urbem, cujus mœnia præterfluit Durius fluvius, interfecit, cum ex urbe, quam tunc obsidebat rex, per speciem transfugæ ad eum accederet, tanquam urbis arcana proditurus, & qua parte ad eam facilior esset accessus; unde in posterum, vulgo Hispani quemcunque proditorem vel *Don Oppas*, vel *Vellido* vocant. Sed ad Stephanum revertamur. Oscitantiam auctoris nostri excusare non possum, cum inquit Astapæos Libyæ gentem esse: si dixisset Astapam esse urbem Carthaginiensium, vel esse urbem Libycam, poterat intelligi, esse urbem ditionis Carthaginiensium, vel quæ ad Libyes, *hoc est*, ad Carthaginenses pertinebat. Sic enim ille amat loqui, Σᾶσα, πόλις Περσική, id est, *Susa*, *urbs Persica*, quod esset subdita Persis; ac alia id genus, quæ nunc mihi non occurrunt, ac si quis dixerit Antuerpiam esse urbem Hispanicam, quod Hispanis pareat. Astapa nunc *Stepa* vulgo vocatur.

95 Ἀστάρτη, νῆσος ἐν Αἰθιοπίᾳ.] Astarte, insula in Æthiopia ex Marciani periplo. Memoratur Ptolemæo Geographiæ lib. 4. c. 8. juxta Æthiopiam, quæ supra Ægyptum, in Arabico sinu, cui *Astrate* dicitur: sed vera lectio est apud Stephanum, ex quo corrigendus est Ptolemæus. Astarte enim nomen habet ab Astarte Sidoniorum Dea, quæ Hebraïcè dicitur עשתרת *Astoret* Regum lib. 3. c. 11. v. 5. ubi LXX Senes vertunt Astarten. in textu Hebraico dicitur esse Deus Sidoniorum. Nomen enim Deæ non datur in lingua Hebraïca. Josephus etiam lib. 1. contra Apionem celebrat *Astartum* Tyri regem; at cum Sidonii & Tyrii maris Rubri, ut & interni oras frequentarent gratia commercii, verosimile est huic insulæ nomen impositisse vel de regis vel de Deæ nomine. Hanc insulam nunc *Caiasam* vocari auctor est Stukius in periplum Arrhiani maris Erythræi.

96 Ἀστερία, πόλις Λυδίας.] Asteria, urbs Lydiæ ex Xanthi Lydiacorum lib. 4. nemini, quod sciam, præter Suidam, memoratur, cui etiam *Asteris*, ut & auctori nostro dicitur, sed de ea nihil memorabile refert.

97 Ἔστι καὶ νησίον Ἀστερία, μεταξὺ Κεφαλληνίας καὶ Ἰθάκης.] Asteria etiam erat insula parva inter Cephaleniam & Ithacam, memoratur Straboni lib. 10. *Asterida* vocavit Poëtarum parens ac eam inter Samum & Ithacam locat; sed *Samus* vocata quoque fuit *Cephalenia*, auctore Strabone libro citato. Vide sequentem notam.

98 Ὅμηρος Ἀστερίδα τοὔνομα φησίν.] Homerus Asteriam insulam inter Cephaleniam & Ithacam vocavit *Asteria* Odyss. 4. v. 844. ubi carmina illa quæ noster affert, legitur, ad quem locum Eustathius nihil notatu dignum affert.

99 Ἀστέριον, πόλις Θετταλίας· Ὅμηρος.] Memorat Asterion, urbem Thessaliæ ex Hom. apud quem Il. 2. v. 735. legimus versiculum illum, quem noster affert, ubi Eustathius ipsissima pene Auctoris nostri verba refert. Memoratur etiam Straboni lib. 9.

1 Ἣ νῦν Πιρεσία.] Asterium, urbs Thessaliæ ætate nostri Auctoris *Piresia* vocabatur. Hoc etiam nomine vocatur Apollonio Rhodio Argonautic. lib. 1. v. 37. ad quem loc. cum ejus Scholiastæ ajunt: Τὸ δὲ Φυλλεῖον, ὄρος Μακεδονίας. Ἡ δὲ Πιρεσία χώρα, ἡ πόλις, ἧς ἐγγὺς ἦν τὸ Φυλλεῖον. id est *Phylleion, mons Macedoniæ. Piresia autem regio, vel urbs, prope quam erat Phylleon mons.* Eandem existimo esse urbem. Auctores enim veteres sæpe regionum confinia confundunt.

λαμπρὸν, [2] ὅτι ἐφ' ὑψηλοῦ ὄρους κειμένη, τοῖς πόρρωθεν ὡς ἀστὴρ φαίνεται. Ἡ δὲ ἀπὸ Ἀστερίου τινός. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀστεριώτης· καὶ θηλυκὸν, Ἀστεριῶτις, καὶ Ἀστερεύς. A pter ſplendorem, quoniam in alto monte ſita, è longe aſpicientibus tanquam aſtrum apparet, vel ab Aſterio quodam. Gentile, Aſteriotes, fœmineum, Aſtereis, idis, & maſcul. Aſtirieus.

ΑΣΤΕΡΟΥΣΙΑ [3], ὄρος Κρήτης πρὸς νότον μέρος, ἀποβλέπον εἰς θάλασσαν· ἀφ' οὗ καὶ πόλις ἐπὶ τὸν Καύκασον Ἰνδικὴ Ἀστερουσία κέκληται, Κρητῶν ἀποικίας ἐκεῖσε στελείσης. Οἱ οἰκήτορες Ἀστερουσιανοὶ, καὶ Ἀστερουσιεῖς, καὶ Ἀστερούσιοι. B ASTERUSIA, mons Cretæ ad auſtralem partem, ad mare reſpiciens, à quo & urbs juxta Caucaſum *Indica Aſterusia* vocata fuit, Cretenſium colonia illuc miſſa. Incolæ, Aſterusiani, & Aſterusienſes, & Aſterusii.

ΑΣΤΡΑΙΑ, πόλις Ἰλλυρίας· Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος ά. C ASTRÆA, urbs Illyriæ, Adrianus Alexandriadis primo:

Οἵ τ' ἔχον Ἀστραίαν τε, Δόβηράν τε. *Quique incolebant Aſtræamque Doberamque.*

ΑΣΤΥ, ἡ κοινῶς πόλις. Διαφέρει δὲ ὅτι τὸ μὲν κτίσμα δηλοῖ, ἡ δὲ πόλις καὶ τοὺς πολίτας. Ἐκλήθη δὲ ἄστυ, ὡς Φιλόχορος ἐνδεκάτῃ Ἀττθίδος, ἀφ' οὗ τὸ πρότερον νομάδας καὶ ἀποφοίτους ζῶντας, τότε συνελθεῖν, καὶ σῆναι ἐκ τῶν πάλαι εἰς τὰς κοινὰς οἰκήσεις, ὅθεν ἀμεταναστάτους. Ἀθηναῖοι δὲ πρῶτοι τὰ ἄλλων, ἄστυ καὶ πόλεις ᾤκησαν. Ὁ πολίτης, Ἀστὺς, καὶ Ἀστοῦ, καὶ Ἀστῖνος. Ἀπὸ δὲ Ἀστὺς, τὸ Ἀστίτης. [6] Σοφοκλῆς Ἀλε * D ASTY, urbs, vulgò *civitas*: differt verò, quoniam illa *opus* ſignificat, civitas autem etiam *cives*. Vocatur verò ἄστυ, id eſt, *urbs*, ut Philochorus Atthidis undecimo, quod olim vagantes vixerint, ac tunc convenerint & conſtituerint communes ſedes vagari deſinentes, ex quibus non transferebantur. Athenienſes verò primi urbem & civitates incoluere. Civis ab urbe dicitur urbanus, a, um. Ab hoc fit Aſtites, Sophocles Ale.....

Οὐ γάρ τι θεμιὰ τοῖσιν ἀστίταις πέπᾳ. *Non enim aliqua conſuetudo civibus convenit.*

Καὶ, Βοτῆρα νικᾶν ἄνδρας ἀστίτας. Et: *Paſtorem vincere viros cives.*

Τοιγὰρ ἐνθένδε καὶ τὸ ἐν τῇ σωτηρίᾳ προαστίτης· ἐκ γὰρ τοῦ τὸ προάστειον. Ἦν γὰρ προαστιὸς, ὡς Δελιχιεύς· ἢ προάστιος, ὡς Βυζάντιος. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ θηλυκὸν εὑρίσκεται, προαστία γῆ, ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους· E Hinc etiam in uſu eſt proaſtites, non ἀπὸ τοῦ προαστείου, i. e. *à ſuburbio*. Eſſet enim proaſtieus, ut Dulichieus: vel proaſtius, ut Byzantius. Sic enim fœmineum invenitur *proaſtia terra* in Phrixo Sophoclis:

Ὅρια κελεύθου τ' ἐκ γῆς προαστίας. *Limites viæ terræ hujus proaſtiæ.*

Ἀπὸ δὲ τοῦ ἄστεος γίνεται ἄστεος· ὅπερ ἀντιδιέστελται τῷ ἀγροικος· καὶ ἀστείζω, καὶ ἀστεϊσμός. Λέγεται ἄστυ καὶ ὁ δῆμος, ὡς Ἐφορος ἐν Ἡλείᾳ. [7] Εἰς τε δὴ Θορικὸν καλὸν ἵκανεν ἔθνος. Ὅπου δὲ δῆμος Θορικὸς, δῆλόν ἐστι, καὶ κώμη πλησίον Κανώβου, ἐκ τοῦ Ἀλεξάνδρειαν. F A genitivo nominis *Aſtu*, i. e. *urbs* fit ἄστεος, i. e. *urbanus*, quod opponitur ruſtico, & verbum *aſteïzo*, i. e. *urbanus-fum*, & *aſteïſmus*, i. e. *urbanitas*. Dicitur etiam aſtu, *populus*, ut Eratoſth. in Erigono: *Inque Thorici pulchrum venit ſolum.* Conſtat verò, quod eſt populus Thoricus, & vicus juxta Canobum prope Alexandriam. G H Genti-

2 Ὅτι ἐφ' ὑψηλοῦ ὄρους κειμένη, τοῖς πόρρωθεν ὡς ἀστὴρ φαίνεται &c.] Agit de etymologia Aſterii urbis Theſſaliæ, quam ſic dictam exiſtimat, quod, cum eſſet in ſublimi monte ſita, è longe adſpicientibus ὡς ἀστὴρ, id eſt, *ut aſtrum* appareret, videtur reſpexiſſe Auctor noſter ad illud Homericum ex Il. 5. v. 5.

Ἀστὴρ ὁππωρινὸς ἐναλίγκιον, ὅστε μάλιστα
Λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο.
Stellæ autumnali ſimilis, quæ maxime
Splendide lucet lota in Oceano.

Quod Homerus de Diomedis galea & ſcuto dixit, ut eorum ſplendorem exprimeret.

3 Ἀστερουσία, ὄρος Κρήτης &c.] Aſterusia, mons Cretæ celebratur Epitomatori noſtro, cujus apud alios, quod ſciam, nulla fit mentio. Diodorus Siculus Bibliothecæ Hiſt. lib. 4. memorat Aſterium Cretæ regem, qui Europam, ex qua Jupiter tres procrearat filios, Minoem, Rhadamantum & Sarpedonem, duxit uxorem.

4 Ἄστυ, ἡ κοινῶς πόλις, διαφέρει δὲ, ὅτι τὸ μὲν κτίσμα δηλοῖ, ἡ δὲ πόλις καὶ τοὺς πολίτας.] Agit de differentia, quæ eſt inter τὸ ἄστυ & τὴν πόλιν, id eſt, *inter urbem & civitatem*. Ἄστυ enim, h. e. *urbs* ſignificat *opus*, id eſt, *ædificium*, πόλις, h. e. *civitas*, & *opus* & *cives*. Eadem differentia eſt etiam apud Latinos inter *urbem* & *civitatem*; ſed apud Latinos non obſervatur; ἄστυ, i. e. *urbs* καθ' ἐξοχὴν dicebantur Athenæ, Roma, Alexandria, & Troja, ut alibi annotavimus.

5 Ἀθηναῖοι δὲ πρῶτοι τῶν ἄλλων, ἄστυ καὶ πόλεις ᾤκησαν.] Ideo apud Athenienſes feſtum quoddam inſtitutum fuit, quod συνοίκια in hujus rei memoriam vocabant, de quo vide, quæ in Ἀθηναίοις annotavimus num. 80.

6 Σοφοκλῆς Ἀλε.....] Lege Sophocles in Alexandra, vel Alexandro. Erat enim ſine dubio ἐπιγραφὴ fabulæ cujuſdam Sophoclis, quæ in Ἐφεσίοις non adeo trunca remanſit. Illic enim Ἀλεξ.... ſcribitur, cujus nullam apud alios inveniebam memoriam.

7 Εἰς τε δὴ Θορικὸν καλὸν ἵκανεν ἔθνος.] Sunt verba Eratoſthenis in quibus pro ἔθνος videtur legendum ἄστυ. Prius enim dixit λέγεται ἄστυ καὶ ὁ δῆμος, in cujus confirmationem affert illa Eratoſthenis verba, in quibus vocabat Thoricum δῆμον, id eſt, *populum* Acamanthidis tribus ἄστυ, id eſt, *urbem*. Nam Hecatæus quoque hunc populum *civitatem* vocavit, ut ait noſter in Θορικός. Noſtram conjecturam videtur confirmare Epitomator noſter, cum inquit: ὅτι δὲ δῆμος Θορικὸς, δῆλόν ἐστι.

δρειαν. Τὸ ἐθνικὸν, τὸ αὐτό. [8] Ὅπ ᾗ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἄσυ ἐκλήθη, εἰρηται.

Ἀ ΣΤΥΠΑ΄ΛΑΙΑ [9], νῆσος μία τῶν Κυκλάδων. Ἐκαλεῖτο δὲ Πύῤῥα, Καρῶν καθεχόντων. Εἶτα, Πύλαια. Εἶτα, Θεῶν τράπεζα, ἀφ' ἧς τὸ ἄνθηρὸν αὐτῆς. [10] Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀσυπαλαίας τῆς Ἀγκαίου μητρὸς. [11] Δευτέρα, πόλις ἐν Κῷ. [12] Τρίτη, νῆσος πόλιν ἔχουσα μεταξὺ Ῥόδου καὶ Κρήτης. Τετάρτη, πόλις ἐν Σάμῳ. Πέμπτη, ἄκρα τῆς νήσου Ἀθηναίων. [13] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀσυπαλαιοῦς, καὶ Ἀσυπαλαιάτης.

Ἄ ΣΤΥΡΑ [14], πόλις Μυσίας, ἀδελφὸς τῆς Τρωάδος. [15] Λέγεται καὶ ἐνικῶς Ἄσυρον. [16] Ἔστι καὶ κώμη τῆς νήσου ἡ Ἀδραμυττίς, ὡς Στράβων. [17] Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης πρὸς Ῥόδον, ἐν ᾗ ἐτιμᾶτο ἡ Ἀθηνᾶ.

Ἀ ΣΤΥΡΙΣ [18]. [19] Ἔστι καὶ Βοιωτίας, πρὸς ταῖς Πολνίαις, ὡς Χάραξ ἐν δευτέρᾳ. [20] Ἔστι καὶ

A Gentile, idem. Quod verò Alexandria urbs quoque sit vocata, dictum est.

A S T Y P A L Æ A, insula una ex Cycladibus. Vocabatur verò *Pyrrha*, Caribus dominantibus. Postea, *Pylæa*. Postea *Deorum mensa* propter ipsius florida: sic vocata ab Astypalæa Ancæi matre. *Secunda*, urbs in Coo. *Tertia*, insula urbem habens inter Rhodum, & Cretam. *Quarta*, urbs in Samo. *Quinta*, promontorium juxta Atticam. Gentile, Astypalæus, & Astypalæates.

ASTYRA, urbs Mysiæ, neutro genere prope Troadem. Dicitur etiam singulari numero, Astyrum. Est etiam vicus prope Adramyttium, teste Strabone. Est etiam urbs Phœniciæ, in insula Rhodo, in qua colebatur Minerva.

A S T Y R I S. Est & Bœotiæ juxta Potnias, ut Charax lib. 2. Est etiam regio Italiæ.

8 Ὅπ ᾗ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἄσυ ἐκλήθη, εἰρῆται.] Alexandria per anotomasiam urbs vocabatur, de quibus vide, quæ in Ἀλεξάνδρεια num. 91. annotavimus.

9 Ἀσυπάλαια, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.] Astypalæa, insula una Cycladum, memoratur Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 2. una cum urbe inter insulas, quæ in Myrtoo pelago sunt.

10 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀσυπαλαίας τῆς Ἀγκαίου μητρὸς.] Astypalæam insulam nomen adeptam esse inquit ab Astypalæa Ancæi matre. Astypalæa verò filia fuit Phœnici ex Perimeda OEnei filia. Neptuno verò ex Astypalæa filius fuit Ancæus, auctore Pausania in Achaïcis.

11 Δευτέρα, πόλις ἐν Κῷ.] Fuit etiam Astypalæa urbs in insula Co [Straboni Coa] de qua Strabo libro decimo quarto sic loquitur: Ἡ δὲ τῶν Κώων πόλις ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν Ἀσυπάλαια, καὶ ᾠκεῖτο ἐν ἄλλῳ τόπῳ ὁμοίως ἐπὶ θαλάττῃ· ἔπειτα μετὰ ταῦτα μεθῴκησαν εἰς τὴν νῦν πόλιν πρὸς τὸ Σκανδάλιον, καὶ μεθωνόμασαν αὐτὴν Κῶν ὁμοίως τῇ νήσῳ. id est: *Coorum urbs antiquitus dicta fuit* Astypalæa, *& alio in loco habitata fuit itidem ad mare: deinde ob seditionem transmigrarunt in eam, quæ nunc est, urbem juxta Scandalion, eamque nomine insulæ Côn vocarunt.*

12 Τρίτη, νῆσος πόλιν ἔχουσα μεταξὺ Ῥόδου καὶ Κρήτης.] Tertio loco memorat aliam insulam Astypalæam cum urbe inter Rhodum & Cretam, quam Strabo libro decimo circa libri calcem, unam Sporadum inquit esse, ac eam locat in mari Carpathio. Καὶ ἐν τῇ Καρπαθίῳ δ' εἰσὶ πολλαὶ τῶν Σποράδων μεταξὺ τῆς Κῶ μάλιστα, καὶ Ῥόδου, καὶ Κρήτης· ὧν εἰσι Ἀσυπάλαιά τε καὶ Τῆλος, καὶ Χαλκία &c. id est: *In mari Carpathio multæ sunt Sporadum insulæ, maximè inter Côn, Rhodum, & Cretam, quorum e numero sunt Astypalæa, Telus, Chalcia, & quas Homerus in catalogo recenset.* Ego existimo unam tantum fuisse hujus nominis insulam, etsi noster duas refert. Namque nec Strabo, nec Ptolemæus, nec Plinius, qui Astypalææ quoque insulæ meminit, duas celebrant, sed unam tantum. Nec interest, quod Ptolemæus eam locet in Myrtoo pelago, ut nota præcedenti annotavimus, & Strabo in Carpathio. Nam ante Myrtoum pelagus statim sequebatur Carpathium, & auctores veteres miscent regionum & maris confinia.

13 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀσυπαλαιοῦς, καὶ Ἀσυπαλαιάτης.] Astypalæa insulæ gentile, Græcis Astypaleates, & Astypalæus dicitur, Latino ore Astypalæata, & Astypalæensis, disertissimus Romanorum de Nat. Deorum lib. 3. inquit *Astypalinses* (lege Astypalæenses) insulanos Achillem sanctissimum pro Deo coluisse.

14 Ἄσυρα, πόλις Μυσίας, ἀδελφὸς, πρὸς τῇ Τρωάδι.] Astyra, neutro plurali, urbs Mysiæ ad Troadem, Strabo lib. 13. ipsi Troadi assignat. Ejus appono verba: Ὑπέρκειται δὲ τῶν Ἀβυδηνῶν χώρας ἐν τῇ Τρωάδι τὰ Ἄσυρα, ἃ νῦν μὲν Ἀβυδηνῶν ἐστι, κατεσκαμμένη πόλις, πρότερον δὲ καὶ ἰδίᾳ αὐτὰ, χρυσεῖα ἔχοντα, ἃ νῦν ἀπανιᾶ ἐστιν, ἐξαναλωθέντα &c. id est: *Supra Abydenam regionem in Troade sunt Astyra, urbs diruta, nunc Abydenorum, olim sui juris, & auri metallum habebant, quod rarum nunc est & exhaustum, ut & Tmoli ad Pactolum.*

15 Λέγεται καὶ ἐνικῶς Ἄσυρον.] Cum dixerit Astyra Mysiæ urbem prope Troadem neut. plur. dici. Nunc, inquit neut. singul. etiam dici. Jam sæpe te admonuimus, auctores usurpare oppidorum nomina per diversas terminationes & diversa genera.

16 Ἔστι καὶ κώμη τῆς νήσου ἡ Ἀδραμυττίς &c.] Memorat nunc Topographus Astyra pagum prope Adramyttium ex Strabone, apud quem lib. 13. celebratur Astyra Troadis pagus, & lucus Astyrenæ Dianæ sacer prope Adramyttium. Εἶτα Ἄσυρα κώμη, καὶ ἄλσος τῆς Ἀσυλωΐδος Ἀρτέμιδος ἄγιον. Πλησίον δὲ δύο τὰ Ἀδραμύττιον, Ἀθηναίων ἄποικος πόλις ἔχουσα καὶ λιμένα, καὶ ναυσταθμον. i. e. *Deinde Astyra pagus & lucus Astyrenæ Dianæ sacer. Prope verò recta est Adramyttium, Athenienſium colonia, urbs habens & portum & navium stationem.*

17 Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης πρὸς Ῥόδον.] Est & urbs Phœniciæ in insula Rhodo. Sic existimo intelligenda esse hæc verba, Astyra esse urbem insulæ Rhodi ditionis Phœnicum, ac si diceres, Antverpiam esse urbem Hispaniæ in Flandria. De hac urbe Rhodi nullam inveniebam apud alios memoriam.

18 Ἄσυρις.] Hæc, quæ sequuntur verba non debebant separari à præcedentibus, quod ratio clamat; sic scribenda sunt: ἐν ᾗ ἐτιμᾶτο ἡ Ἀθηνᾶ Ἄσυρις. id est: *in qua colebatur Minerva Astyris.*

19 Ἔστι καὶ Βοιωτίας, πρὸς ταῖς Πολνίαις &c.] Astyra Bœotiæ civitatem prope Potnias memorat ex Characis lib. 2. ac miror nullam hujus urbis mentionem fecisse Pausaniam in Bœoticis, cum Potniarum ruinas meminerit.

20 Ἔστι καὶ χώρα Ἰταλίας.] Astyra quoque esse Italiæ regionem, inquit. Fuit autem villa nunquam satis laudati Marci T. C. (qui omnium Romuli nepotum, non solum fuit disertissimus, sed etiam φιλοζοφώτατος) ut elucet ex Plutarcho in Cicerone, cujus appono verba: Περιπολῶν δὲ τότων, Κικέρων ἐν μὲν ἀγροῖς ἰδίοις περὶ Τύσκλον, ἔχων τὸν ἀδελφὸν μεθ' αὑτοῦ· συνῴκουν δὲ τοῖς περὶ ταφὰς, ἐγνωσαν εἰς Ἄσυρα μεταβολῶν, χωρίον παραλίου τοῦ Κικέρωνος· ἐκεῖθεν δὲ πλεῖν εἰς Μακεδονίαν πρὸς Βροῦτον. id est: *Dum hæc aguntur, erat Cicero cum fratre in Tusculano (suo,) nunciata proscriptione statuerunt villam maritimam Ciceronis Astyra petere. Illinc verò transmittere in Macedoniam ad Brutum.*

21 Ἀφ'

καὶ χώρα Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀστυρλώς. A liæ. Gentile, Aſtyrenus à quo *Aſtyrenæ Dianæ templum.*
21 Ἀφ' ὃ τὸ τῆ Ἀστυρλωῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν.

ΑΣΦΑΞ, ὡς Ἄτραξ, ἔθνος ἐποικίσαν τὴν Κύπρον. Μή πως ἢ τὸ Ἄσφαξ τὸ ἔθνος, καὶ τὸ Ἄτραξ τὸ κύριον σωθῆναι. 22 οἰηδεήν. ἀπλῶς γάρ ἐστιν.

ASPHAX, ut Atrax, gens, quæ habitatum venit Cyprum. Nemo verò exiſtimaverit Aſphax gentem, & Atrax nomen proB prium compoſitum. Simplicia enim ſunt.

ΑΣΧΕΙΟΝ, πόλις Ἀχαΐας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀχειεύς, ὡς σιγειεύς, Ῥοιπεύς.

ASCHEION, urbs Achaiæ. Gentile, Aſchienſis, ut Sigienſis, Rhœtienſis.

ΑΤΑΒΥΡΟΝ 23, ὄρος Ῥόδου· Ῥιανὸς ἕκτῳ Μεσσηνιακῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀταβύριος. 24 Ἐξ οὗ καὶ Ἀταβύριος Ζεύς. 25 Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον, ὡς Τίμαιος. Κέκληται δὲ τὰ ὄρη ἀπό τινος Τελχῖνος Ἀταβυρίου. Ἔστι καὶ Περσικὴ πόλις. 26 Ἔστι καὶ Φοινίκης.

ATABYRON, mons Rhodi, Rhianus ſexto Meſſeniacorum. Gentile, Atabyrius: C ex quo Atabyrius Jupiter. Eſt etiam Siciliæ Atabyrion, teſte Timæo. Sic verò ſunt vocati montes hi à quodam Telchine Atabyrio. Eſt etiam Perſidis urbs; nec non Phœniciæ.

ΑΤΑΙΑ, πόλις Λακωνική. Ὁ πολίτης, Ἀταιάτης, ὡς Κάρυα Καρυάτης· Ἡ Ἀταΐτης, ἢ Ἀταῖος.

A T Æ A, urbs Laconica. Civis, D Atæates, ut à Carya, Caryates: vel Ataïtes, vel Atæus.

ΑΤΑΛΑΝΤΗ 27, ἡ ὑπὸ Ἀθηναίων κτισθεῖσα τοῖς Λοκροῖς· Θουκυδίδης δʹ. Λέγει. 28 Ἔστι καὶ

ATALANTE, *urbs* ab Athenienſibus condita apud Locros, Thucyd. lib. 2. Eſt etiam

21 Ἀφ' ὃ τὸ τῆ Ἀστυρλώης Ἀρτεμιδος ἱερόν.] Hoc Aſtyrenæ Dianæ templum, forte erat vel Aſtyris Troadis pago, vel in ejuſdem luco Aſtyrenæ Dianæ ſacro, cujus fit mentio in verbis Strabonis nota 16 præcedenti citatis.

22 Οἰηδεήν.] Hoc eſt lectionis monſtrum, adverſus quod Herculem invoco, ille me damnabit voto, quin ei templum ex marmore ſtatuam, lege ὠήθη.

23 Ἀταβύριον, ὄρος Ῥόδου.] Atabyron, mons Rhodi, à quo Rhodus *Atabyria* olim dicta fuit, auctore Plinio Natural. Hiſtor. libr. 5. cap. 31. Qui Straboni dicitur Atabyris lib. 14. Εἶθ' ὁ Ἀταβύριος, ὄρος τὸ σύλαυθα ὑψηλότατον, ἐν ᾧ ἱερὸν Διὸς Ἀταβυρίου. id eſt: *Inde Atabyris, mons omnium in his locis altiſſimus, in quo templum Iovis Atabyrii.* Joan. Tzetzes Hiſt. Chil. 4. Hiſt. 138. ex Pindaro & Callimacho auctor eſt fuiſſe in hoc monte æreas vaccas, quæ mugitum emittere ſolebant, incumbente Rhodo calamitate. Pind. Olymp. 7. celebrat Atabyrium Jovem, ad quem locum ejus Scholiaſt. inquit: εἰσὶ γάλκιναι βόες ἐν αὐτῷ, αἵπινες ὅταν μέλλῃ ἀτοπόν τι ἡμῖν ἔσεσθαι, μυκῶνται. i. e. *Sunt autem æreæ vaccæ in ipſo quæ quando aliquod malum imminebat, mugiunt.* Phœnicia hæc videtur eſſe fabula. Nam Phœnices Rhodum frequentabant, ac quia in templo Jovis Atabyrii eſſet aliquis ſacerdos, qui imminentia mala præmonebat, & hujuſmodi dicitur אלוף מנחש *aluph menaches*, quæ verba ſunt ambigua, quibus & *doctor* ſeu *ductor*, ſeu *dux augur*, & *bos ſui generis ductor*, *ex ære* ſignificatur. Hinc datus eſt locus fabulæ.

24 Ἐξ οὗ καὶ Ἀταβύριος Ζεύς.] Vide, quæ nota præcedenti annotavimus. Inſuper tanquam mantiſſæ loco addo, Jovis Atabyrii meminiſſe Lactantium de Falſa Religione lib. 1.

25 Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον, ὡς Τιμαῖος.] Memorat nunc Atabyrium Siciliæ montem ex Timæo. Pro Ἀταβύριον legendum opinor Ἀτάυριον. Sic enim nota præcedenti vigeſima tertia Rhodi mons vocatur, à quo nomen accepit Siciliæ mons, Atabyron, ſi fortè fuit mons. Nam Polybius oculatus teſtis lib. 9. inquit arcem Agrigenti Siciliæ oppidi eſſe in vertice quodam prærupto, in cujus ſummo vertice viſebantur Minervæ, & Jovis Atabyrii ædes, ſicut apud Rhodios. Nam Agrigentum erat Rhodiorum colonia. Ejus ſunt verba ex libro citato: Ἡ δὲ ἄκρα τῆς πόλεως ὑπερέκειται καθ' αὐτὰς τὰς ἀνατολὰς, καὶ μὴν τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν ἀπέρριπτον φύσεσι παραλόγοις· καὶ ἦν τὸ σύλον, μίαν ἔχουσα παράστασιν ἐκ τῆς πόλεως. Ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἵδρυσαι, καθάπερ καὶ παρὰ Ῥοδίοις, ἐξ ἧς Ἀκραγαντῖνοι ὑπὸ Ῥοδίων ἀπῳκίσθησαν, εἰκότως ὁ Θεὸς ἔστι τὴν αὐτὴν ἔχων προστασίαν, διὸ καὶ παρὰ τοῖς Ῥοδίοις. id eſt: *Arx verò urbis* [*Agrigenti*] *ſupereminet verſus aſtivum ſolis ortum, quæ ab exteriore parte voragine inacceſſa circumdatur, ab interiore unum habet aditum ex urbe. In vertice verò Minervæ templum conditum eſt, & Iovis Atabyrii, ſicut & apud Rhodios; nam cum Rhodiorum colonia ſit Agrigentum, merito hic Deus eodem nomine colitur atque apud Rhodios.*

26 Ἔστι καὶ Φοινίκης.] Atabyrion, Phœniciæ urbs memoratur ab Epitomatore noſtro, quæ Hebraïcè dicitur תבור *Thabor*, ejus fit mentio Paralipom. lib. 1. c. 6. v. 77. quæ pertinebat ad tribum Zebulon, à qua veroſimile eſt nomen inveniſſe Atabyrium montem, & Jovem inſulæ Rhodi, quia Phœnices Rhodum inſulam frequentabant, & montis, & Jovis nomen Appiano de Bellis Mithrid. lib. *Tabyrion* dicitur ſine *a* in prima. Joſepho Antiquit. lib. 5. c. 1. *Itabyrius* mons dicitur. Urbs autem Atabyrion memoratur Polybio Hiſtoriarum lib. 5.

27 Ἀταλάντη, ἡ ὑπὸ Ἀθηναίων κτισθεῖσα τοῖς Λοκροῖς.] In his verbis deficit, τὸ πόλις, id eſt, *urbs*. Mens enim noſtri Auctoris hæc eſt, Ἀθηναίων ἡ πόλις ὑπὸ &c. i. e. *Atalante, urbs ab Athenienſibus condita apud Locros*, ex Thucydidis lib. 2. cujus appono verba: Ἐτειχίσθη δὲ καὶ Ἀταλάντη ὑπὸ Ἀθηναίων φρούριον ἔρημος τότε τελούσης, ἢ ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νήσῳ ἐρήμη πρότερον οὖσα, ἵνα μὴ λῃστὰς [λῃστὰς] ἀνθρώπους ἐξ Ὀπούντος καὶ τῆς ἄλλης, κακουργεῖν τοὺς Εὐβοέας &c. id eſt: *Muris cincta eſt Atalante ab Athenienſibus caſtellum ſub finem hujus æſtatis, quæ apud Locros Opuntios inſula deſerta prius erat, ne prædones navigantes ex oppido Opunte, & ex aliis Locridis oppidis Eubœæ damna inferrent.* Memoratur etiam Straboni, cujus ex lib. 9. ſunt, quæ ſequuntur, verba: Καὶ ἡ Ἀταλάντη ἡ νῆσος, καὶ Ὀπούντα ἰδρύσατο, ὁμώνυμος τῇ πρὸ τῆς Ἀττικῆς. id eſt: *Atalante etiam inſula juxta Opuntem ſita eſt, ejuſdem cum ea nominis, quæ ante Atticam jacet.*

28 Ἔστι καὶ νῆσος.] Supra egit Epitomator noſter de Atalante, tanquam de urbe. Urbem enim innuit vocari, quam Thucydides φρούριον, id eſt, *caſtellum* vocat, nunc inquit eſſe quoque inſulam, utrumque elucet ex Thucydidis lib. 2. cujus verba num. præcedenti attulimus. Memoratur etiam Ptolemæo Geographiæ lib. 3. c. 15. cui Ἀταλάντης νησίον, id eſt, *Atalantes inſula parva* dicitur. Hodie vulgò nomine parum corrupto dicitur *Talandi* auctore Sophiano, Plinius Natur. Hiſt. lib. 2. c. 88. inquit avulſam fuiſſe Eubœæ. Ejus ſunt verba: *Namque & hoc modo inſulas rerum natura fecit. Avellit Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubœam Bœotiæ, Eubœæ Atalantem & Macrin, Besbicum Bithyniæ, Leucoſiam Sirenum promontorio.* Unde Euſeb. Chron. lib. 1. Ἡ πρὸς Λοκροῖς Ἀταλάντη ῥαγεῖσα νῆσος ἐγένετο. id eſt: *Apud Locros Atalante ſciſſa inſula*

καὶ νῆσος. [29] Καὶ ἄλλη πρὸς τῷ Πειραιεῖ. Ὁ νησιώτης, Ἀταλαντιαῖος. A etiam insula, & alia juxta Piræum. Insulanus dicitur Atalantæus.

Ἀτάρβικις [30], πόλις ἐν τῇ Πορπωτίδι νήσῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀταρβικίτης, ὡς Προζωπίτης.

ATARBICIS, urbs in insula Porpontide. Gentile, Atarbicites, ut Prosopites.

Ἄτα̃ρνα [31], πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβου. Ὁ πολίτης, Ἀταρνεύς, ὡς Ὀδυσσεύς· καὶ θηλυκὸν, Ἀταρνίς. B

ATARNA, urbs inter Mysiam & Lydiam, prope Lesbum. Civis, Atarneus, ut Olysseus: fœmineum, Atarnis.

Ἀταφυνοί, ἔθνος μέγα Ἀραβίας, περὶ ἧς Γλαῦκος ἐν δευτέρᾳ.

ATAPHYNI, populi magni Arabiæ, de quibus Glaucus lib. 2.

Ἄτελλα [32], πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας, μεταξὺ Καπύης καὶ Νεαπόλεως. Τὸ ἐθνικὸν οὐκ C Ἀτελλαῖος, ὡς Ἀγελλαῖος, ἀλλὰ Ἀτελλανός· ὡς Πολύβιος ἐνάτῃ, [33] Ἄτελλαι * παρέδοσαν αὐτούς.

ATELLA, urbs Opicorum Italiæ, inter Capuam, & Neapolim. Gentile, non Atellæus, ut Agellæus; sed Atellanus, ut Polybius lib. 9. *Atellæ ..... tradidere eos.*

Ἀτέριον, ὡς Ῥήγιον, πόλις Σικελίας. Ὁ πολίτης, Ἀτερῖνος. D

ATERIUM, ut Rhegium, urbs Siciliæ. Civis, Aterinus.

Ἀτήνη [34], δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς. Φρύνιχος ἢ τῆς Αἰολίδος φησιν. Ὁ δημότης, Ἀτηνεύς· Πατροκλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει, καὶ Παυσακλῆς. Διονύσιος, Ἀτηνίαν τὸν δῆμον. Ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τὸ Ἀτηνεὺς, ὀφεῖλον E Ἀτηνιεύς.

ATENE, populus Antiochidis tribus. Phrynichus Æolidis inquit. Popularis, Atenensis, *Patrocles Atenensis sumptus suppeditabat, & Pantacles.* Dionysius Ateniam *vocat* populum, sed non permittit hoc forma nominis *Ateneus.* Tunc enim deberet dici *Atemeus.*

Ἀτιντανία, μοῖρα Μακεδονίας. Οἱ οἰκήτορες, καὶ Ἀτιντάνες, καὶ Ἀτιντάνιοι. Εἴρηται

ATINTANIA, portio Macedoniæ. Incolæ, & Atintanes, & Atintanii. Sic dicta ab Atinta-

facta est. Uterque ex Diodoro Siculo videtur accepisse, qui lib. 12. sic loquitur: Τηλικάτας δὲ σωέβη τὰς σειςμὰς γῆ καὶ μέρη τῆς Ἑλλάδος &c. id est: *Tantæ autem terræ concussiones in multis Græciæ partibus acciderunt, ut multas maritimas urbes infusum mare destruxerit & cum Locride peninsula esset, perrupto isthmo insulam fecerit nomine* Atalanten.

29 Καὶ ἄλλη πρὸς τῷ Πειραιεῖ.] Est etiam alia insula Atalante ad Piræum, quod ex Strabone habet noster. Sic enim ille de ea loquitur lib. 9. Εἶθ' ὁ Φώρων λιμήν, καὶ ἡ Ψυτταλία νησίον ἔρημον πετρῶδες ὅ πινες εἶπον λιμένα τοῦ Πειραιέως· πλησίον δὲ καὶ ἡ Ἀτελάντη, ὁμώνυμος τῇ πρὸς Εὔβοιαν καὶ Λοκρεῖς· καὶ ἄλλο νησίον ὅμοιον τῇ Ψυτταλίᾳ καὶ τοῦτο· εἶθ' ὁ Πειραιεύς, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δήμοις παρόμνυμος, καὶ ἡ Μουνυχία &c. id est: *Inde Furum portus, & Psyttalia, insula saxosa ac deserta, quam quidam Peiræei portum appellaverunt. Vicina est Atalanta, Euboicæ Locrensique cognominis: & alia parva insula Psyttaliæ similis, tum Peiræeus, qui & ipse in populis* (h. e. *in curiis*) *censetur, & Monychia. Tumulus autem est Monychia peninsulæ formam reddens.* Ac eodem libro paulò post celebratur, cujus verba adduximus supra num. 27 præcedenti.

30 Ἀτερβῖκις, πόλις ἐν τῇ Πορπωτίδι νήσῳ.] Atarbicis, urbs in insula Porpontide. Duo insunt lectionis monstra: ad quæ debellanda Herodotus pro Hercule invocandus nobis est. Sed ei ex marmore templum non statuemus. Igitur pro Ἀβρβῖκις legendum est Ἀτάρβηχις. Pro ἐν τῇ Πορπωτίδι νήσῳ legendum est ἐν τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ. Ac tandem totus locus sic legendus est: Ἀτάρβηχις, πόλις ἐν τῇ Προζωπίτιδι νήσῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀταρβηχίτης, ὡς Προσωπίτης. i. e. *Atarbechis, urbs in insula Prosopitide. Gentile Atarbechites, ut Prosopites.* Reddo tibi meæ correctionis rationem. Artabechis fuit urbs Ægypti in insula Prosopitide, ubi templum Veneris exstructum erat, in qua ossa boum sepeliebant Ægyptii ex tota Ægypto illuc asportata, ut rerum monumentis tradidit Herodotus, ex quo noster Auctor sua transcripsit. Ejus sunt verba ex lib. 2. c. 41. Ἐπὰν δὲ σπαθῇ, καὶ περσέρῃ ὁ τεθαμμένος χρόνος, ἀπικνέεται ἐς ἑκάστην πόλιν βόες οἱ τῆς Προζωπίτιδος καλεομένης νήσου, ἡ δὲ ἔστι μὲν ἐν τῷ Δέλτᾳ, περίμετρος δὲ αὐτῆς εἰσὶ χοῖνοι ἐννέα. Ἐν ταύτῃ δὴ ὧν τῇ Προζωπίτιδι νήσῳ ἔνεισι μὲν καὶ ἄλλαι πόλιες συχναί. Ἐκ τῆς δὴ αἱ βόες περιφοιτέουσι ἀναμετρεόμεναι τὰ ὀστέα τῶν βοῶν· ἥκει δὲ ἡ πόλις ἀπαρτέουσα. Ἐν δὲ αὐτῇ Ἀφροδίτης ἱρὸν ἅγιον ἱδρυται. id est: *Ubi computruerunt (boum ossa) & statum tempus advenit, præsto est ad singulas urbes navis ex insula nomine Prosopitide, quæ est in Delta, habetque novem schœnorum ambitum. In qua aliæ sunt frequentes urbes tum ea, unde proficiscuntur naves ad ossa tollenda, nomine Atarbechis. In eadem verò Veneris templum sanctum exstructum est.*

31 Ἄτα̃ρνα, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας πλησίον Λέσβου.] Atarna, urbs inter Mysiam & Lydiam prope Lesbum insulam memoratur à Topographo, quæ Geographo lib. 13. dicitur Atarneus. Audi eum sua lingua loquentem: Ἀπὸ δὲ Λεκτοῦ μέχρι Καΐκου πεδιάδες καὶ τῶν Καινῶν λεγομένων. Ἔστι τε τῇδε Λόσον, καὶ Ἀτραμυττίον, καὶ Ἀταρνέα καὶ Πιτάνην, καὶ τὸ Ἐλαϊτικὸν κόλπον· οἷς πᾶσιν ἀντιπαρηκεῖ ἡ τῶν Λεσβίων νῆσος. id est: *A Lecto usque ad Caicum fluvium & Canas nomine. Sunt Assus, & Atramyttium, & Atarneus, & Pitane, & Elaïticus sinus: quibus omnibus ex adverso Lesbiorum insula protenditur.* Ex ejusdem auctoris libro citato apparet fuisse Hermeiæ tyranni regiam. Scylaci etiam in Lydia dicitur Atarneus, ut & Suidæ.

32 Ἄτελλα, πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας &c.] Atella, urbs Opicorum Italiæ inter Capuam & Neapolim. Memoratur inter alios Straboni lib. 5. Oppidani dicebantur Atellani, unde *fabellæ Atellanæ*, de quibus videsis Livium lib. 7. Ad quas alludit Satyricorum princeps Sat. 6. v. 70.

Urbicus exodio risum movet Atellanæ
Gestibus Autonoës.

Philippus Ferrarius Alexandrinus in suo Lexico Geographico auctor est excisam fuisse à Carolo I. Neapolis rege. Cluv. in sua Italia Antiqua putat esse, quæ nunc vulgò dicitur *Aversa.*

33 Ἄτελλαι.... &c.] Sunt verba mutila & corrupta ex Polybii lib. 9. pro quibus lege Ἀτελλανοῖ, non Ἀτελλαῖοι. Nam noster improbat gentile Ἀτελλαῖος, & auctoritate Polybii probat τὸ Ἀτελλανός.

34 Ἀτήνη, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς.] Atene, populus seu curia Antiochidis tribus, de qua vide Meursium de Populis Atticis, qui pro τῆς Αἰολίδος legit Ἀτηλίδος. Pro Ἀτηνίαν legit Ἀτηνιᾶ.

35 Ἀτλαν-

πω ἀπὸ Ἀτίντου, ἡγεμόνος Μακεδόνων. Λέγεται καὶ Ἀτίντης τὸ θηλυκόν. Λέγεται καὶ Ἀτίντη, καὶ Ἀτιντανία, καὶ Ἀτίντιον οὐδέτερον.

tintane Macedonis filio. Dicitur etiam fœmineum Atintanis. Dicitur etiam Atintan, & Atintania, & Atintanium neutrum.

Ἄτλαντες [35], ἔθνος Λιβυκόν· Ἡρόδοτος πεμπτῃ. Ἔστι καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν ὀρῶν τῶν δύο Ἀτλάντων. Ῥιανὸς δ' ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρα Ἀτάραντας μετ' αὐτὰς εἶναί φησι, καὶ Ἄτλαντας· [36] καὶ ὅτι οὐ βλέπουσιν ὄνειρους. Λέγεται τὸ κτητικὸν Ἀτλαντικὸς, [37] καὶ Ἀτλαντικὴ θάλασσα· καὶ Ἀτλάντιος, καὶ Ἀτλαντία θαλασσα.

ATLANTES, gens Libyca, Herodotus lib. 4. Est etiam nomen duorum montium Atlantium. Rhianus verò Achaïcorum lib. 2. post eos esse Atarantes inquit, & Atlantes; & asserit hos non cernere insomnia. Dicitur possessivum, Atlanticus, & *mare Atlantium*. Dicitur etiam Atlantius, & *mare Atlantium*.

Ἄτραι [38], πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγρητος· Ἀρριανὸς ἐπτακαιδεκάτῳ Παρθικῶν.

ATRÆ, urbs inter Euphratem, & Tigrim, Arrhianus Parthicorum lib. 17.

Ἀτραμῖται [39], ἔθνος Εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὡς Οὐρανίος ἐν τρίτῃ Ἀραβικῶν. Ἀρτεμίδωρος Ἀτραμοτίτας αὐτοὺς καλεῖ.

ATRAMITÆ, populi Arabiæ Felicis, ut Uranius Arabicorum lib. 3. Artemidorus *Atramotitas* eos vocat.

Ἄτραξ [40], καὶ Ἀτρακία, πόλις Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώτιδος μοίρας. Ἐκλήθη ἀπὸ Ἄτρακος καὶ Πηνειοῦ καὶ Βυρᾶς παιδὸς κλιθεῖσα.

ATRAX, & Atracia, urbs Thessaliæ, Pelasgiotidis partis: sic vocata ab Atrace Penei, & Buræ filio, à quo fuit condita. Gentile, Atra-

35 Ἄτλαντες, ἔθνος Λιβυκόν.] Atlantes, populi Libyci ex Herodoto lib. 4. cujus appono verba ex libro citato, capite 184. Ἀπὸ τῶν Γαραμάντων δὲ ἄλλοι δέκα ἡμερέων ὁδὸν, ἄλας τε κολωνὸς καὶ ὕδωρ, καὶ ἄνθρωποι περὶ αὐτὸν οἰκέουσι, πάντι οὔνομα ἐστὶ Ἄτλαντες· οἱ ἀνώνυμοί εἰσι μοῦνοι ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. Ἀτλὲς μὲν γὰρ σφί ἐστιν Ἄτλαντες οὔνομα, οὐδὲ τοῦτο αὐτῶν οὔνομα ἐδέν κέεται &c. id est: *A Garamantibus decem quoque dierum itinere alius salis collis est & aqua: accolentibus hominibus, quibus nomen est* Atlantes, *qui soli omnium hominum, quos ipsi novimus anonymi* h. e. *sine nomine sunt. Nam sales quidem apud eos vocantur Atlantes. Singulis autem eorum nullum nomen imponitur.*

36 Καὶ ὅτι οὐ βλέπουσιν ὄνειρους.] Inquit ex Rhiani Achaicis Atlantes non videre insomnia. Herodotus libro capiteque nota præcedenti citato auctor est, nec ulla animante vesci, nec ulla somnia cernere. Ejus sunt verba: Ἐπὶ τούτοις δὴ ὄρεος οἱ ἄνθρωποι ἔπεισι ἐπώνυμοι ἐχόντων· καλέονται γὰρ δὴ Ἄτλαντες. Λέγουσι δὲ οὔτε ἔμψυχόν ἐδὲν σιτέεσθαι, οὔτε ἐνύπνια ὁρᾶν. id est: *Ab hoc monte cognominantur hi homines: nam* Atlantes *vocantur. Dicunturque nec ulla animante vesci, nec ulla somnia cernere.* De quibus sic quoque loquitur Plin. Nat. Hist. lib. 5. c. 8. *Degeneres sunt* (*Atlantes*) *humani ritus, si credimus, nam neque nominum ullorum inter eos appellatio est, & solem orientem, occidentemque dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipsis, agrisque, neque insomnia visunt, qualia reliqui mortales.* Vulgò *Atlantes* dicuntur hominum simulachra sustinentia columnas, sumpta metaphora ab Atlante, qui cœlum humeris sustinere fingebatur, fortè, quia sphæram & astrologiam dicitur inveniſſe, auct. Plin. lib. 2. c. 8. lib. 7. c. 56. Unde Homerus Mantuanus Æneid. lib. 6. v. 796. canit:

—— Ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Ac quia hujusmodi atlantes solent in ædificiis duo apponi, vel aversi, vel invicem sese intuentes, hinc jocus Martialis, Epigram. lib. 6. Epigram. 77.

Non aliter videtur Atlas cum compave gibbo.

Atlantes etiam dicuntur eadem metaphora, qui rempublicam sustinent, de quibus videsis Eustathium ad Dionysii Periegetæ v. 65.

37 Καὶ Ἀτλαντικὴ θάλασσα.] Innuit Atlanticum mare nomen adeptum fuisse à monte *Atlante*, vel à gente, ubi antiquitus terræ erant, si Platoni credimus, ut inquit Plinius Nat. Hist. lib. 2. c. 90. Innuit Atlantidem insulam Platonis, quam aliqui credidere fuisse, quæ nunc *America* dicitur.

38 Ἄτραι, πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγρητος.] Atræ, urbs inter Euphratem & Tigrum fluvios ex Arrhiani Parthicorum lib. 17. Ejus meminit Herodianus suæ historiæ lib. 3. Sed eam Felici Arabiæ adscribit, quam Severus imperator obsidione cinxit. Erat urbs altissimo imposita monti, & maximis & validissimis mœnibus circumsepta. Quare Severus, re infecta, inde movit exercitum, quod etiam testatur Dio Cassius lib. 75. ex Xiphilini epitome in Severo, ac insuper addit à Severo Julium Crispum tribunum prætorianorum militum occidi jussum fuisse, quod defessus illius obsidionis & belli laboribus, ac ira incitatus cecinerat carmen Maronis poëtæ, quo carmine unus ex militibus Turni, qui bellum cum Ænea gerebant, dolet nulla ratione magnum numerum militum perire, ut Turnus Laviniam in uxorem ducat, innuebat carmen illud ex Æneid. lib. 11. v. 371.

Scilicet ut Turno contingat regia conjunx,
Nos animæ viles, inhumata, infletaque turba
Sternamur campis: ——

Sed hoc valde tralatitium est inter duces & reges, qui ut habeant castellum aliquod amplius, non dubitant Libitinæ offerre viginti millia militum, unde non infaceto lepore dixit Venusinus vates:

Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

39 Ἀτραμῖται, ἔθνος Εὐδαίμονος Ἀραβίας.] Atramitæ, gens Felicis Arabiæ ex Uranii Arabicor. lib. 3. quos *Atrametitas* vocat Artemidorus. Variis inscribitur modis hujus gentis nomen, tam apud auctores ecclesiasticos, quam apud Ethnicos, scilicet *Asarmoth*, *Sarmoth*, *Asermoth*, *Adramytæ*, *Chatramytæ*, *Atramotitæ*, *Atramitæ*, *Chatramotitæ*, quæ omnia proveniunt ab Hebræo nomine חצרמות *chatsermaveth* h. e. *atrium mortis*. Forsitan ideo nomen adepta, quod esset regio νεκύδης, vel à Chatsarmaveth filio Joctanis, cujus fit mentio Genes. c. 10. v. 26. Hinc etiam dicitur Hadhramuth auctori Geographiæ Nubiensis parte sexta Climatis primi, cujus sunt verba Latina: *Item Hadhramuth ex urbibus est Mareb, quæ tamen nunc est diruta. Eratque hæc urbs, ex qua erat oriunda Belcquis uxor Salomonis filii David.* In horum regione gignebatur thus celeberrimum, teste Plinio lib. 12. c. 14. cujus appono verba: *In medio ejus* (*Arabiæ*) *fere sunt Atramitæ, pagus Sabæorum, caput regni Sabotha, in monte excelso à quo octo mansio...ibus distat regio eorum thurifera* Saba *appellata, quod significare Græci* mysterium *dicunt, speciat ortus solis æstivi, undique rupibus invia & ad extra maris sic pulis inaccessa.* Illa verba Plinii, *Saba appellata, quod significare Græci* mysterium *dicunt*, alludunt ad etymon Sabæorum, quos sic dictos fuisse Græci nugabantur à verbo σέβομαι i. e. *colo*, quod thure Dii colerentur.

40 Ἄτραξ, καὶ Ἀτρακία, πόλις Θεσσαλίας &c.] Atrax, & Atracia, urbs Thessaliæ Pelasgiotidis portionis. Memoratur Ptolemæo Geographiæ lib. 3. c. 13. inter Pelasgiotarum oppida. Strabo lib. 9. auctor est eam vicinam esse Pe-

neo

σα. [41] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτράκιος· καὶ θηλυκὸν, Ἀτρακία. Καὶ Ἄτραξ, ὁμόφωνον τῇ πόλει. [42] Λυκόφρων·

Καὶ δολίερκες ἔπεμψαν Ἄτρακας λύκους.

Τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ γ ἔκλιναν, Ἀτραγος· ὡς Εὔπολις·

Εἰς Ἄτραγα νύκτωρ. —

Ἔστι καὶ Ἀτρακὶς θηλυκόν.

ΑΤΡΗΝΗ, πόλις. Φιλοστέφανός φησιν, ἀπὸ Δώσου καὶ Ἀτρέως, καὶ Ἀτρεωνιτῶν, Ἄργηλος δὲ Κύκλωπος καὶ Φρυγίας νύμφης Ἀτρηστίδος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτρεὺς, καὶ Ἀτρεώτης, καὶ Ἀτρεωναῖος.

ΑΤΡΙΑ [43], πόλις Τυρρηνίας, Διομήδους κτίσμα, χειμῶνος πλευσαμένου, καὶ μὴ τὸ θάσωθεν, καλέσαι Αἰθερίαν. Καὶ παρεφθάρη ὑπὸ τῶν βαρβάρων τὸ ὄνομα. Ἔστι δὲ ἄλλη πόλις Βοιῶν, ἔθνους Κελτικοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτριανὸς, καὶ Ἀτρεὺς, καὶ Ἀτριέτης. Ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον· σωθήσεται γὰρ Ἰταλῶν ὁ τύπος, ὁ ἀπὸ τοῦ ον.

ΑΤΡΟΠΑΤΙΑ [44], καὶ Ἀτροπάτιος, ἡ τῆς Μηδίας δευτέρα μερὶς (ἡ γὰρ πρώτη, καθ' ἣν ἐν τῷ Ἐκβάτανα, ἡ μητρόπολις, καὶ τὸ βασίλειον τῆς Μηδίας) ἀπὸ ἡγεμόνος Ἀτροπάτου. Τὸ ἐθνικὸν Ἀτροπαληνὸς, [45] καὶ Ἀτροπαληνή.

ΑΤΤΑ-

Atracius. Fœmineum, Atracia, & Atrax ejusdem vocis cum urbe. Lycophron:

Et secundos misere Atraces lupos.

Aliqui per *g* declinavere, Atragis, ut Eupolis:

In Atragem noctu —

Est & Atracis fœmineum.

ATRENA, urbs. Philostephanus author est, sic appellatam fuisse à Deuso, & Atrone, & Atrenestis, Argedis Cyclopis & Phrygiæ Nymphæ filiis. Gentile, Atreneus, & Atrenites, & Atrenæus.

ATRIA, urbs Tyrrheniæ, à Diomede condita per hyemem navigante, ac postquam incolumis evasit, eam Αἰθερίαν, id est, *serenam* vocavit: cujus nomen à Barbaris corruptum est. Est etiam alia urbs Boiorum gentis Celticæ. Gentile, Atrianus, & Atrensis, & Atrietes; sed præstat primum nomen. Consueta enim est Italis forma per *anus*.

ATROPATIA, & Atropatius, Mediæ secunda pars (prior enim, in qua erat urbs Ecbatana metropolis, & regia Mediæ) sic dicta à duce Atropato. Gentile, Atropatenus, & Atropatena.

ATTA-

neo totius Thessaliæ celeberrimo fluvio. Livius quoque eam locat in Pelagonia, sed apud eum perperam scribitur, Athaco pro Atraci dativo casu. Audi eum loquentem l. 31. c. 34. *Ipsum quoque regem terror cæpit, nondum justo prælio cum Romanis congressum, itaque revocato filio, præsidioque quod in Pelagoniæ faucibus erat, ut iis copiis suas augeret, Pleurato Dardanisque iter in Macedoniam patefecit. Ipse cum viginti millibus peditum, quatuor millibus equitum, ducibus transfugis ad hostem profectis paulò plus ducentis passibus à castris Romanis tumulum propinquum Athaco fossa ac vallo communivit.*

41 Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτράκιος, καὶ θηλυκὸν Ἀτρακία.] Gentile, Atracius, & fœmin. Atracia, seu Atrax, ut urbis nomen. Statius Theb. lib. 1. *Atraciam artem* vocavit *magiam* seu *veneficia*, quibus Thessalia famigerata erat:

—— *Qualis per nubila Phœbes*
Atracia rubet arte labor.

42 Λυκόφρων.] In illo Lycophronis versiculo apud Lycophronem pro Ἄτρακας λύκους, i. e. *Atraces lupos*, legitur ἅρπακας λύκους, i. e. *rapaces lupos*. Ego puto veram lectionem esse, quæ est apud Stephanum.

43 Ἀτρία, πόλις Τυρρηνίας, Διομήδους κτίσμα &c.] Atria, urbs Tyrrheniæ *h. e.* Etruriæ à Diomede condita, à quo prius appellata fuit Αἰθερία, i. e. *Serena*. Quod per hyemem navigans incolumis evaserit, ac deinde à barbaris ejus nomen corruptum est, eam vocantibus Ἀτρίαν pro Αἰθερίαν. Diversam existimat Auctor noster hanc urbem ab Adria. Vide quæ illic annotavimus.

44 Ἀτροπατία, καὶ Ἀτροπάτιος.] Atropatia, secundum Stephanum erat secunda Mediæ pars. In prima enim ejus parte erat Ecbatana regia; nomen adepta est ab Atropato duce, à quo Ἀτροπάτιος Μηδία vocatur ab Strabone (cujus postea verba apponemus) phrasi Atticorum peculiari, qui amant jungere adjectiv. mascul. cum nominibus fœmininis. Hinc apud Stephanum pro Ἀτροπατία καὶ Ἀτροπάτιος legendum est Ἀτροπατία καὶ Ἀτροπάτιος Μηδία. i. e. *Atropatia, & Atropatia Media*. Prius est nomen substantivum; secundum est adjectivum ab Atropato duce formatum. Omnia quæ hac de regione habet noster, transcripsit, sed mutila, ex Strabonis lib. 11. cujus appono verba: Ἡ δὲ Μηδία δίχα διήρηται· καλοῦσι δὲ τὴν μὲν μεγάλην, ἧς μητρόπολις ἡ Ἐκβάτανα, μεγάλη πολις, καὶ τὸ βασίλειον ἔχουσα τῆς Μήδων ἀρχῆς· ἀφεστᾶσι δὲ καὶ νῦν οἱ Παρθυαῖοι τούτῳ χρώμενοι βασιλείῳ. Καὶ θερίζουσί τε ἐνταῦθα οἱ βασιλεῖς. Ψυχρὰ γὰρ ἡ Μηδία, τὸ δὲ χειμαδίον ἐστὶν αὐτοῖς ἐν Σελευκείᾳ τῇ ἐπὶ τῷ Τίγριδι πλησίον Βαβυλῶνος· ἡ δὲ ἑτέρα μερὶς ἐστὶν ἡ Ἀτροπάτιος Μηδία. Τὄνομα δ' ἔσχεν ἀπὸ τοῦ Ἀτροπάτου ἡγεμόνος, ὃς ἐκώλυσεν ὑπὸ τοῖς Μακεδόσι γενόμενος καὶ πολλοῖς, μέρος ὅσον μεγάλης Μηδίας &c. i. e. *Media in duas dividitur partes: quarum una*, magna *dicitur, cujus primaria urbs Ecbatana, magna urbs, & Medorum regia: atque etiam ibi regni sedes Parthis est, ac ibi æstiva habent reges. Frigida enim est Media: hyberna Seleuciæ ad Tigridem prope Babylonem. Altera est* Media Atropatia. *Nomen hæc habet ab Atropato duce, qui obstitit ne hæc etiam in Macedonum potestatem veniret, cum esset pars magnæ Mediæ, quin etiam rex declaratus eam ab aliis separatam constituit: & successio ejus durat in hunc usque diem: cum posteri per nuptias affinitates contraxissent cum Armeniorum & Syrorum, & postea cum Parthorum regibus. Sita est regio ista ab Armenia & Matiana versus ortum solis, à magna Media versus occasum: ab utrisque versus septentrionem: iis qui ad intimum sinum maris Caspii & Matianæ sunt ab austro adjacet. Haud exiguam esse ejus potentiam Apollonides tradit: utpote quæ ad* x *equitum*, xl *peditum millia possit suppeditare* &c. Hujus regionis præcipua urbs *Cyropolis* dicitur fuisse, regio vulgò nunc *Servan* vocatur, testibus Leuncl. & Philip. Ferr. Alexandrino, in Atropatia, ad quem locum Mich. Ant. Baudrand. Parisinus inquit: Tabrisium, seu Tamisium esse ejus præcipuam urbem, & regionem subditam esse regis Persarum imperio.

45 Ἀτροπαληνὸς.] Atropatene, non solum est gentilitium fœmin. sed etiam regionis nomen. *Tropatena* dicitur Ptolemæo Geograph. lib. 6. c. 2. nostro *Atropatia*, de qua numero præcedenti egimus.

46 Ἀπά-

Α᾽ΤΤΑ᾽ΛΕΙΑ [46], πόλις Λυδίας, πρότερον Α᾽γρόειρα, ἢ Α᾽λλόειρα καλουμένη. Οἱ δὲ, τὴν Κιλικίας Κώρυκον ἄτω φασὶ λέγεσθαι, ὡς Δημήτριος, ἀπὸ Α᾽τάλου Φιλαδέλφου κτίσαντος αὐτήν. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽ταλικός. Καὶ Α᾽ταλικὸς κλῆσις, καὶ ἠλυκόν. A ATTALIA, urbs Lydiæ, prius *Agroeira*, vel *Alloeira* vocata. Alii verò Ciliciæ Corycum sic vocari dicunt, ab *Attalo* Philadelpho, qui eam condidit, teste Demetrio. Gentile, Attalensis, & possessivum, Attalicus, & fœmineum *Attalica*. B

Α᾽ΤΤΑΛΙΣ [47], φυλὴ τῆς Α᾽τικῆς, ἣν Α᾽τάλῳ ἀνέθηκαν Α᾽θηναῖοι. Ὁ φυλέτης, Α᾽ταλός. ATTALIS, tribus Atticæ, quam Attalo consecrarunt Athenienses. Tribulis, Attaleus.

Α᾽ΤΤΑ᾽ΛΥΔΑ [48], πόλις Λυδίας, κλισθεῖσα ἀπὸ Α᾽ττύου· καὶ μὴ θανάτου αὐτοῦ, ὑπὸ Λυδοῦ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽ταλυδός. C ATTALYDA, urbs Lydiæ, condita ab Attye; & post ejus obitum à Lydo ejus filio. Gentile, Attalydensis.

Α᾽ΥΑΘΑ [49], ἡ Α᾽ύαρα, ἀδελφῶς, συνοικία Α᾽ράβων, ὡς Οὐρανίου ἐν Α᾽ραβικῶν πρώτῃ, οἱ οἰκήτορες, Α᾽υαθηνοὶ, καὶ Α᾽υαρλωοί. D AUATHA, & Auara, neutro genere, habitatio quædam Arabum, ut Uranius Arabicor. lib. 1. Incolæ Auatheni, & Auareni.

Α᾽ΥΑΛΙΤΗΣ [50], κόλπος, ἐν δεξιοῖς μέρεσι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον. AUALITES, sinus ad dexteram partem maris rubri. Gentile, idem cum primitivo.

Α᾽ΥΑΡΑ [51], πόλις Α᾽ραβίας, ἀπὸ χρησμῷ δοθέντος Ο᾽βόδᾳ, κληθεῖσα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Α᾽ρέτα. Ε᾽ξώρμησε γὰρ Α᾽ρέτας εἰς ἀναζήτησιν E τοῦ χρησμοῦ. Ὃς ἦν χρησμὸς ἦν, Α᾽ύαρα τὸν τόπον ζητεῖν· Ὅ ἐστι τοῖς Α᾽ραβας καὶ Σύρας, λευκήν· καὶ φθάσαντι τῷ Α᾽ρέτᾳ, καὶ λοχῶντι ἐφάνη φάσμα αὐτῷ, λευκειμων ἀνὴρ, ὑπὲρ λευκῆς δρομάδος πρόσω. Α᾽φανισθέντος δὲ F φάσματος, σκόπελος ἀνεφάνη αὐτόματος ἐκ γῆς ἐρριζωμένος, κἀκεῖ ἔκτισε πόλιν. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽υαρηνός. AUARA, urbs Arabiæ, ab oraculo reddito Obodæ, vocata ab ejus filio Areta. Profectus enim fuit Aretas ad inquirendum oraculum, quod erat, *Auara locum quære*; quod est juxta Arabes, & Syros *albam*; ac pervenienti Aretæ, & dormienti visio quædam apparuit, scilicet vir albis vestibus indutus, qui supra alba dromade procedebat. Quæ visio, cum evanuisset, scopulus apparuit sponte in terra avulsus, & illic condidit urbem. Gentile, Auarenus.

Α᾽ΥΑΣΙΣ [52], πόλις Αἰγύπτου. Ταύτην δὲ καὶ Ο᾽α- AUASIS, urbs Ægypti, quam etiam

46 Α᾽τάλεια, πόλις Λυδίας &c.] Attalia, urbs Lydiæ, prius *Agroeira*, vel *Alloeira* dicta, Strabo Geographiæ lib. 14. eam inter Pamphyliæ oppida memorat hisce verbis: Εἶτα πόλις Α᾽τάλεια, ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου &c. id est: *Deinde Attalia urbs, nomen habens ab Attalo Philadelpho conditore, qui & in Coricum oppidulum aliam coloniam deduxit, exiguumque ambitum adjecit. Ajunt inter Phaselidem & Attaliam monstrari Thebam & Lyrnessum.* Celeberrimi antiquitus fuere Attalici reges, quorum ultimus hæredem instituit populum Romanum, eorum brevis genealogia & historia invenitur apud Strab. lib. 13. in *Pergamus*.

47 Α᾽τάλις, φυλὴ τῆς Α᾽τικῆς &c.] Videsis quæ de hac tribu & reliquis Athenensium annotamus in Βερενικίδαν.

48 Α᾽τάλυδα, πόλις Λυδίας, κλισθεῖσα ἀπὸ Α᾽ττύου &c.] Attalyda, urbs Lydiæ, condita ab Attye &c. Urbis nullam inveniebam apud alios memoriam. Attys verò & Lydus ejus filius, à quibus huic urbi nomen impositum fuisse inquit, memorantur ab Herodoto diversis locis, ac præcipuè lib. 1. c. 7. ubi inquit ab illis oriundos esse eos, qui ante Argonem Heraclidarum primum Sardium regem Sardibus regnarunt. A Lydo verò *Lydii* vocati sunt & regio *Lydia*, cum antea *Meones* & *Meonia* regio diceretur.

49 Α᾽ύαθα, ἡ Α᾽ύαρα ἀδελφῶς &c.] Auatha fortasse est, oppidum Arabiæ desertæ, quod Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 19. dicitur *Audattha*. De Auaris verò vide, quæ subsequenti num. 51. annotavimus.

50 Α᾽υαλίτης, κόλπος &c.] Aualites sinus in dextera parte maris Rubri, cujus meminit Arrhianus in periplo maris Erythræi, à quo Ἀβαλίτης, & Αὐαλείτης scribitur. Erat etiam portus circa quem sinus Arabicus valde angustus erat, teste eodem Arrhiano libro citato.

51 Α᾽ύαρα, πόλις Α᾽ραβίας &c.] Auara, neutro plurali fuit urbs Arabiæ; nomen sonat Græcè λευκὴν, Latinè *albam* (oraculo illi nolo immorari. Olet enim Græcorum nugamenta) חור *Chavar* seu *Havar* Syriacè significat *albus fuit*, unde חוורית *Chavarith* seu *Havarith* dicitur Ciconia, quod sit alba plumas, quod optimè expressit Virgil. Georgic. lib. 2:

Candida venit avis nigris invisa columbis.

חורה *Chaurah* seu *Haurah* etiam Arabicè populus alba vocatur. De Avaris autem sic loquitur auctor Geographiæ Nubiensis quinta parte Climatis tertii: *Tum ad Chaurah oppidum populosum nobilibus cultum incolis.* Obiter notandum ab eadem radice nobiles Hebraïcè dici חורים *chorim*; i. e. *albi*, quod antiquitus hujusmodi homines vestibus candidis uterentur. Sic Jer. c. 27. v. 20. ואת כל חורי יהודה id est: *Veet col chore Jehudah*. i. e. *& omnes albos Jehudah*, h. e. *omnes nobiles Jehudah*. Haud δὶς λεγῶ πασῶν dixerat, quod Latini solent dicere de homine ignoto, *albus, an ater sit, nescio*. Memorantur Auara inter urbes & villas Arabiæ Petrææ à Ptolemæo Geogr. lib. 5. c. 17.

52 Α᾽ύασις, πόλις Αἰγύπτου &c.] Auasis, urbs Ægypti, quam etiam *Oasin* vocant, inquit Topographus, a quo suo loco *Hyasis* & *Oasis* vocatur quædam Libyæ urbs. Ego ipsissimam existimo esse, in Oasin & in Gypsum Æthiopiæ insulam; quæ ab Stephano *Gypseis* dicitur, solebant imperatores relegare exsilio dignos, de quibus multa & erudita annotavit *D. Nicolaus Antonius* J. C. Hispalensis Divi Jacobi eques, amicus olim noster in suo erudito libro de exilio lib. 1. c. 14. num. 15. & 16. At etymon, quod affert ex Lælii Bisciolæ Horar. Succis. parte 2. lib. 3. c. 10. est ἀπεζολόνσον. Auasis enim est nomen Ægyptium, cujus etymon à lingua Græca petere stultitiæ est. Apud Ægyptios

ἡ Οἴασιν καλοῦσιν,[53] ἐοικυῖαν παρδαλέᾳ. Καπάσιοι γάρ ἐσιν, ἀνύδρῳ γῇ καὶ ἐρήμῳ τὰς οἰκήσεις ἔχουσι. Τὰ τοιαῦτα Αὐάσεις Αἰγύπτιοί φασι. Τὸ ἐθνικὸν, Αὐασίτης, καὶ Αὐσίτης. [54] Ἡρόδοτος δὲ καὶ Δῦρις, μακάρων αὐτὴν ὠνόμασαν νῆσον.

A iam *Oasim* vocant, pantherinæ pelli similem. Punctis enim variata est, habitationes habens in terra inaquosa, & deserta. Hujusmodi enim regiones Ægyptii *Anases* dicunt. Gentile, Auasites, & Ausites. Herodotus verò, & Duris beatorum insulam eam vocavere.

B

ΑΥΓΑΣΙΟΙ[55], ἔθνος Μασσαγετῶν. Στράβων ἕκτῃ ἔτω φησίν· *

AUGASII, populi Massagetarum. Strabo lib. 6. sic inquit.....

ΑΥΓΕΙΑ[56], πόλις Λοκρίδος· Ὅμηρος·

— Καὶ Αὐγείας ἐραμείνας.

AUGEA, urbs Locridis; Homerus:

—— *Et Augeas amabiles.*

C

[57] Ἔστι καὶ Λακωνικὴ πόλις. *

Τὸ ἐθνικὸν, Αὐγεάτης.

Est etiam urbs Laconica.....

Gentile, Augeates.

ΑΥΓΙΛΑ[58], ἀδελφέρως, πόλις Λιβύης. Ἀπολλόδωρος β περιηγήσεως. Τὸ ἐθνικὸν Αὐγιλίτης, ἀφ' τὸ ἐπιχώριον, ὡς Γάβαλα Γαβαλίτης.

AUGILA, neutro genere, urbs Libyæ. Apollodorus lib. 2. periegeseos. Gentile, Augilites, ex regionis consuetudine, ut Gabala, Gabalites.

D

ΑΥΓΟΥΣΤΑΙ[59], πόλις ἐν Κιλικίᾳ, καὶ Ἰτα-

AUGUSTÆ, urbs in Cilicia, & Ita-

verò significabat regionem habitatam & desertis circumdatam, teste Strabone lib. 17. cujus sunt, quæ sequuntur, verba: Ἀνάσεις δ' οἱ Αἰγύπτιοι, περιθέοντες τὰς οἰκουμένας χώρας, ὥσπερ ἐχομένας κύκλῳ μεγάλας ἐρημίας, ὡς ἂν νήσους πελαγίας· πολλαὶ δ' εἰσὶ τοιαῦται τῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἐπ' αὐτῇ πεφύκασι. i. e. *Anaseis verò Ægyptii vocant regiones habitatas & magnis desertis circumdatas, quasi quasdam insulas pelagi, quales sunt multæ ad Libyam. Harum tres sunt Ægypto finitimæ & ei subditæ.* Perperam apud Strabonem legitur Ἀνάσεις pro Αὐάσεις. In Oasim relegatum fuisse Juvenalem à Domitiano, quod eum vocaverit *Calvum Neronem* annotat ejus vetus Scholiasta, perperam ad Ulpianum leg. 7. de interdictis legitur *in Masim* relegare pro *in Oasim* relegare. Hebraicè etiam חורה ציה *havah tsiah* significat *vicum desertum* ab חורה *havah*, quod Num. c. 31. v. 41. Deuteron. c. 3. v. 14. significat *villam.* ציה *Tsiah* verò Jes. c. 41. v. 18 sonat *desertum*, seu *locum aridum*, & *siccum.* Ex hac urbe fuisse Apionem illum grammaticum, adversus quem Josephus duos illos eruditos libros scripsit, in quibus tot auctores deperditi citantur, apparet ex eodem Josepho contra eundem Apionem lib. 2.

53 Ἐοικυῖαν παρδαλέᾳ. Καπάσιοι γάρ ἐσιν, &c.] Auasin seu Oasim Ægypti urbem similem fuisse pardalis pelli, interpunctam habitationibus inquit. Sunt verba desumpta ex Strabonis lib. 2. ac malè interpuncta & perversa, & in alium sensum detorta. Nam Strabo illa inquit de Libya, non de Auasi urbe: Μετὰ δὲ τὴν Ἀσίαν ἐστὶν ἡ Λιβύη, στενὸς ἔσπε τῇ τε Αἰγύπτῳ καὶ τῇ Αἰθιοπίᾳ &c. i. e. *Post Asiam autem est Libya contigua Ægypto, & Æthiopiæ* &c. Ac paulò post: Ἔστι δ' ὥσπερ οἵ τε ἄλλοι δηλοῦσι, καὶ δὴ καὶ Γναῖος Πείσων ἡγεμὼν γηρυόμενος τῆς χώρας, διηγεῖτο ἡμῖν, ἐοικυῖαν παρδαλέᾳ· καπάσιοι γάρ εἰσι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομένης ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ. Καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις Ἀνάσεις οἱ Αἰγύπτιοι. id est, *Est autem* (loquitur de eadem Libya) *sic & alii docent, & Gnæus Piso, qui eam provinciam rexit, nobis narrabit, pardali similis, interpuncta habitationibus, quæ circumdantur terra deserta & aquæ inopi. Atque hujusmodi habitationes* Anases (*lege* Auases) *vocant Ægyptii.*

54 Ἡρόδοτος δὲ καὶ Δῦρις, μακάρων αὐτὴν ὠνόμασαν νῆσον.] Herodotus & Duris *beatorum* eam vocarunt *insulam.* Durim, historicum antiquitas nobis invidit; Herodotus, omnium historicorum antiquissimus, quorum historiæ exstant: in Thalia seu lib. 3. c. 26. loquitur de Oasi urbe, quam non μακάρων νῆσον, i. e. *beatorum insulam*, ut inquit noster, vocat, sed locum vel regionem illam secundum Græcorum linguam sic inquit vocari: Ἀπικόμενοι μὲν φασι Φανεροὶ εἶπ ἐς Ὄασιν πόλιν, τὴν ἔχουσι μὲν Σάμιοι τῆς Αἰσχρωνίης φυλῆς λεγόμενοι εἶναι, ἀπέχουσι δὲ ἑπτὰ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Θηβαίων ἀφ' Ψάμμις. Οὐνομάζεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος κατὰ Ἑλλήνων γλῶσσαν, Μακάρων νῆσος. i. e. *Ac perveniſſe quidem eos apparet ad urbem Oasim, quam incolunt Samii, ii qui dicuntur è tribu Æschrionia esse, septem dierum per arenam itinere distantem Thebis, qui locus vocatur secundum linguam Græcam* Μακάρων νῆσος i. e. *Beatorum insula.*

55 Αὐγάσιοι, ἔθνος Μασσαγετῶν. Στράβων ἕκτῃ ἔτω φησίν.....] Augasii, populi Massagetarum ex Strabonis libro 6. cujus adducebat verba, sed cum in textu Stephani deficiant, ex Strabone supplenda erunt, at Strabo lib. 11. non 6. ut inquit noster, agit de Massagetis. Qui verò nostro dicuntur Αὐγάσιοι, Straboni Ἀπάσιοι vocantur. Ejus sunt verba: Τὰ δὲ τῶν Μασσαγετῶν, καὶ τῶν Σακῶν ἔθνος, καὶ οἱ Ἀπάσιοι. &c. i. e. *De Massagetarum & Sacarum gente sunt etiam Attasii.* Ad quem locum Casaubonus ex Auctore nostro inquit legendum esse Αὐγάσιοι.

56 Αὐγεία, πόλις Λοκρίδος· Ὅμηρος.] Augea, urbs Locridis ex Homero, cujus affert hemistichium, qui hujus urbis bis meminit Il. 2. v. 532. & v. 584. ad quem locum Eustathius καὶ πόδα sequitur Epitomatorem nostrum, quin aliquid amplius dicat: Αὐγειαὶ δὲ, ἃ μόνον Λοκρικαὶ, ὧν ὁ πολίτης Αὐγεάτης, ἀλλὰ καὶ Λακωνικὴ πόλις ἐστὶν ὁμώνυμος. i. e. *Augeæ verò, non solum Locricæ, quarum civis, Augeates, verùm etiam Laconica civitas est ejusdem nominis.* Apud Homerum & apud Eustathium num. plur. & accentu in ultima scribitur Αὐγειαί.

57 Ἔστι καὶ Λακωνικὴ πόλις.....] Est & Laconica urbs. Vacuus ille locus videtur posse suppleri ex Eustathio, cujus nota præcedenti adduximus verba: Ἔστι καὶ πόλις Λακωνικὴ ὁμώνυμος, i. e. *Est & urbs Laconica ejusdem nominis.* Sed fortasse illo asteriſco non est opus. Nam sensus sine eo manet perfectus.

58 Αὐγίλα, ἀδελφέρως, πόλις Λιβύης &c.] Augila, neutro plurali, urbs Libyæ ex Apollodori lib. 2. Periegeseos, cujus gentile dicitur Augilites, ut à Gabala, Gabalites; Ethnicorum formationis nulla potest dari norma certa præter auctorum usum. Augilitæ autem fuere populi Libyæ, quorum urbs dicebatur *Augila* neut. plur. Memorantur Ptolemæo Geographiæ lib. 4. c. 5. Melæ lib. 1. c. 8. Solino c. 44. hic solos inferos coluisse, inquit, ille manes, atqui *Manes* & *Inferi* apud Ethnicos idem significabant. Sic apud Poëtam cujus gloria nullius laudibus crescit, nec vituperatione minuitur, Georgic. lib. 1. v. 243. intelligendum est illud:

—— *Manesque profundi.*

Herodotus lib. 4. c. 172. videtur tribuere Nasamonibus, quod Mela Augilis. Apud illum Ægila neut. plur. locus dicitur, ad quem Nasamones decerpturi palmulas conscendebant sub æstatem relictis ad mare pecoribus. Memorantur etiam Plinio Nat. Hist. lib. 5. c. 4. Omnes existimo ab Herodoto accepisse. Quare apud Herodotum pro Αἴγιλα legendum opinor Αὔγιλα.

59 Αὐγύστα, πόλις ἐν Κιλικίᾳ, καὶ Ἰταλίᾳ.] Augustæ, ut Athenæ, & aliæ hujus farinæ. Fuit urbs in Cilicia, & in Italia. Augustarum Ciliciæ urbis meminit Ptolemæus Geographiæ lib. 5. c. 9. cui Αὐγύστα num. singùl. dicitur. Augustarum verò Italiæ civitatis diversi fecere mentionem,

sed

Ἰταλία. Οἱ πολῖται, Αὐγυστανοί· Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδι η. A

Italiæ. Cives, Auguſtani, Phlegon in Olympiade octava.

ΑΥ̓ΕΝΙΩΝ [60], πόλις Μασσαλίας πρὸς τῷ Ῥοδανῷ. Τὸ ἐθνικὸν, Αὐενιωνήσιος· καὶ τῷ σχήματι, Αὐένιτης, καὶ Ἑλληνικῶς. *

AUENIO, urbs Maſſiliæ juxta Rhodanum. Gentile, Auenioneſius, & juxta regionis conſuetudinem, Auenites, ac Græca forma. . . .

ΑΥ̓ΛΑΙ, χωρίον Κιλίκων, μεταξὺ Ταρσοῦ καὶ Ἀγχιάλης. Οἱ οἰκήτορες, Αὐλεῶται πρὸς τῶν σχημάτων ὀνομάζονται. Τῶν δὲ εἰς αι οὐκ ἔστιν ὁ ληξις τύπος, ἀλλ' ἔοικεν ὡς ἀπὸ Ῥάφεια Ῥαφειώτης, Ῥαφεῶται. Εἰσὶν Αὐλαὶ καὶ Λυκίας χωρίον. [61] Εἰ δ' ἐνικῶς ἐλέγετο Αὐλὴ, ὤφειλεν Αὐλέτης, ἢ Αὐλίτης. Τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν εἰς η δισυλλάβων θηλυκῶν, ἐξυνόμωμα μὲν λήξει ες, ὡς τὸ Φυλέτης· βαρυνόμενα δὲ, λήξει τῶν η, ὡς Κωμήτης, Σιδήτης. [62] Σχετλιαστέον τὸ Καρνίτης, ἀπὸ τῆς Κάρνης, ὡς ἐρεῖμεν.

B AULÆ, navale Cilicum, inter Tarſum & Anchialen, incolæ, ab ejus regionis hominibus *Auleotæ* nominantur, forma verò per *otes* non eſt nominum, quæ in æ deſinunt, ſed videtur eſſe tamquam à Rhaphia, Rhaphiotes, Rhapheotæ. Sunt etiam Aulæ Lyciæ oppidum, quod ſi in ſingulari numero dicebatur Aule, debebat eſſe Auletes, vel Aulites. Nomina enim in η diſyllaba fœmin. gen. acuto accentu notata per ε faciunt gentile, ut Phyletes, accentu verò gravi notata per η id faciunt ut Cometes, Sidetes. Conſiderandum verò eſt *Carnites* à genit. Carnes, ut dicemus.

C AULE, caſa, villa, ſtabulum, caula.

Leviter percuſſerit caulam tranſilientem, --

Dicitur etiam Αὖλις, i. e. *tentorium*, & compoſitum δύσαυλις, i. e. *malum-tentorium*. Hujuſmodi loci habitator dicitur Aulites. Habitationes verò, quæ ſunt in agris, dicuntur Αὔλειοι, & horum coloni, Θύραυλοι, i.e. *foris pernoctantes*. Dicitur etiam Αὔλιος *ſtella veſpertina*, quod nos faciat pernoctare, & αὔλιον *antrum*, quod illic choros agitarent, ut Apollonius:

D

ΑΥ̓ΛΗ [63], ἡ ἔπαυλις.

[64] Χρυσῇ μοὶ τ' Αὐλῆς ὑπερφίαλμον, -- Λέγεται καὶ Αὖλις· καὶ σύνηθες, Δύσαυλις. Οἱ οἰκήτωρ, Αὐλίτης. Αἱ δὲ ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκήσεις, Αὔλειοι· καὶ οἱ ἄποικοι τούτων, Θύραυλοι. Λέγεται καὶ Αὔλιος ὁ ἑσπερινὸς ἀστὴρ, παρὰ τὸ ποιεῖν ἡμᾶς αὐλίζεσθαι. [65] Καὶ Αὔλιον ἄντρον, ὅθεν τὸ ἐκεῖ χορεύειν· [66] ὡς Ἀπολλώνιος·

E

——— *Inſtituiſſeque choros pro antro.*

AULIS, urbs Bœotiæ juxta Chalcidem in

ſed cum in Italia hujus nominis tres civitates celebrentur ſcilicet Auguſta Prætoria colonia, Auguſta Taurinorum vulgò *Turin* Ducis Sabaudiæ regia, Auguſta Vagiennorum oppidum, ac neſciam de qua loquatur Epitomator noſter: (neſcio enim divinari) conſultius fore rebar Lectorem in hortos ſeu Cluverii Italiæ Antiquæ, ſeu Leandri Alberti invitare, ubi quin ego adſim poteſt cœnare.

60 Αὐενίων, πόλις Μασσαλίας πρὸς τῷ Ῥοδανῷ.] Avenio, onis, urbs Maſſiliæ ad Rhodanum, Galliæ Narbonenſis celeberrima, quam *Joanna* Siciliæ regina *Clementi* V. Pontifici Maximo vendidit, teſte Volaterrano Geographiæ lib. 3. quo ſedes Pontificia ab eodem Clemente, relicta Roma, tranſlata fuit anno Chriſti 1306. ibique permanſit donec *Gregorius* XI. eam denuò tranſtulit Romam. Fuit urbs inſignis ſeptem ſeptenariis, ſcilicet ſeptem palatiis, ſeptem parochiis, ſeptem virginum monaſteriis, ſeptem Monachorum conventibus, ſeptem Canonicorum collegiis, totidem denique portis. In Franciſcanorum templo viſitur monumentum Lauræ à Petrarcha carminibus celebratæ. Vulgò civitas dicitur *Avignon* parum corrupto vetere nomine. Memoratur inter alios Strab. lib. 4. Εἰσὶ δ' οὖν καὶ μεταξὺ πόλεις Αὐενίων, καὶ Ἀραυσίων, καὶ Ἀερία. i. e. *Sunt verò in medio urbes Auenio, & Arauſio & Aëria.* Perperam in verſione Latina legitur *Arufio* pro *Arauſio*, quæ hodie *Orange* dicitur.

61 Εἰ δ' ἐνικῶς ἐλέγετο Αὐλὴ, ὤφειλεν Αὐλέτης, ἢ Αὐλίτης &c.] Agit de gentilitiis, quæ formantur à nominibus finitis in η, quorum nulla poteſt dari norma certa, ſed plerumque quæ proveniunt à diſyllabis finitis in η cum accentu acuto fingunt gentile in ετης, ut φυλὴ φυλέτης. Quæ verò accentu gravi notantur in penultima, ut plerumque faciunt gentile per η, ut κώμη, κωμήτης, Σίδη, Σιδήτης, ex quorum regula ipſe excipit Καρνίτης à Κάρνη, & alia plurima poſſunt excipi. Eodem enim modo à Σιγὴ deducitur Σιγήτης, ab Υ̓σθη, Υ̓σθίτης, & alia hujuſmodi ſexcenta.

62 Σπισελίον.] Lege ἐπισηλίον ex Suida in Διογνητιανός.

63 Αὐλὴ, ἡ ἔπαυλις.] Hæc nomina ſonant Latino ſermone aulam, atrium, ſtabulum, caulam, quæ ex conſequentibus & antecedentibus dignoſci debent.

64 Χρυσῇ μοὶ τ' αὐλῆς &c.] Eſt hemiſtichium Homericum, quod legitur Il. 5. v. 138.

65 Καὶ αὔλιον ἄντρον &c.] *Et aulium antrum.* Hæc verba non ſunt intelligenda ut ſonant, ac ſi τὸ αὔλιον ſignificaret etiam *antrum*; ſed Steph. mens eſt antrum quoddam ab Apollon. vocatum fuiſſe αὔλιον, quod in eo choros agerent, id ex carminib. Apollonii num. ſubſequenti apponendis patebit.

66 Ὡς Ἀπολλώνιος.] Illud hemiſtich. quod affert Epit. noſter ex Apollonio, eſt valdè corruptum. Invenitur apud eum Argonautic. l. 2. v. 907. cujus integra carmina appono:

——— Ἐνθ' οἱ πατὴρ Διὸς Νυσήϊον υἷα
Ἰνδῶν ἡνίκα φῦλα λιπὼν καλέεσκε Θήβας
Ὀρχάσων, ἕηται τε χορὸς αὔλειοιο πάροιθεν
Ὠϊόν ἀμειδήτης ἀγίας δύνε δῖα νύκτας
Ἐξ οὗ καλλίχορον ποταμὸν τεύξαντες ἱερσὶν
Ἡ δ' ἦ τε αὔλιον ἄντρον ἐπωνυμίῃ καλέεσκον.

——— *Ubi dicunt filium Jovis Nyſæum*
Quando relictis Indorum gentibus remigrabat Thebas
Sacra celebraſſe, & inſtituiſſe choros pro antro
In quo terribiles illas & ſanctas dormiit noctes
Ex quo amnem callichorum incolæ
Et antrum cognomento aulium *vocant.*

Quare apud Stephanum pro ἕηται τε χορὸς αὐλείης, quæ ſunt lectionum monſtra, legendum eſt ἕηται τε χορὸς αὔλειοιο πάροιθεν, ut apparet ex Apollonii carminibus. Apud Steph. etiam pro αὔλιον legendum αὐλίον. Sic enim ſcribitur apud Apollonium, ex quo vera lectio & ſcriptura petenda eſt.

67 Αὐλὶς, πόλις Βοιωτίας κατὰ Χαλκίδα &c.] Aulis, urbs Bœotiæ juxta Chalcidem, ubi congregati fuere Græci, ſcilicet contra Trojanos, quod ex Hom. Il. 2. v. 303. claret:

——— Οἵ τ' ἐς Αὐλίδα νῆες Ἀχαιῶν
Ἠγερέθοντο, πρὸς δὲ Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ φέρεσθαι.

——— *Cum in Aulidem naves Achæorum*
Convenerunt, mala Priamo & Trojanis ferentes.

δα, εἰς ὃν ἠθροίσθησαν οἱ Ἕλλωες. Τρύφων A in quam congregati sunt Græci. Tryphon ab
ἀπὸ τοῦ αὐλισθῆναι, Ἀλὶς ἡ Αὐλίς. Βέλτιον αὐλισθῆναι, i. e. *pernoctare* deducit Alis, & Aulis. Sed præstat deducere ab Aulide, quæ est ad
ἀπὸ τ Αὐλίδος, τ εὐωνύμε ξ Κηφισ. Τὸ siniſtram Cephisi. Gentile, poterat *esse* Aulideus, & Aulis. Sed est Aulidius, & Aulidia.
ἐθνικὸν, ἠδωάλο Αὐλιδεύς, καὶ Αὐλίς. [68] Ἔστι
δ' Αὐλίδος, ἡ Αὐλιδία.

ΑΥ̓ΛὨΝ [69], πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑ- B AULON, onis, urbs Laconica, una ex
καλόν. Ὁ πολίτης, Αὐλωνίτης. Δευτέρα, πό- centum. Civis, Aulonites. Secunda est urbs
λις Ἀρκαδίας, ὁ πολίτης, Αὐλώνιος. γ πόλις Arcadiæ; civis, Aulonius. Tertia, urbs Cretæ, vel locus. Est & locus Arabiæ. Est etiam
Κρήτης, ἢ τόπος. Ἔστι καὶ τόπος Ἀραβίας. [70] Ἔστι Aulon, in quo urbem condidere Crotoniatæ,
καὶ Αὐλὼν, ὃν ἐπόλισαν Κροτωνιάται, ἥτις ὠνομά- quæ vocata fuit *Caulonia*. Gentile, Cauloniates.
σθη Καυλωνία. Τὸ ἐθνικὸν, Καυλωνιάτης. C

ΑΥ̓ΣΕἸΣ [71], ἔθνος Λιβύης. Ἀπολλόδωρος AUSES, populi Libyæ. Apollodorus
δευτέρᾳ περιηγήσεως, καὶ Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ. lib. 2. periegeseωs, & Herodot. lib. 4.

ΑΥ̓ΣΙΓΔΑ [72], πόλις Λιβύης ἑβδόμη ἀπὸ AUSIGDA, urbs Libyæ, neut. gen. ut
Καλλίμαχος. Ἑκαταῖος δὲ νῆσον οἶδε. Τὸ ἐθνι- Callimachus. Hecat. verò insulam esse scribit.
κὸν, Αὔσιγδοι. Οὕτω γὰρ Ἀπόλλωνα τιμᾶσιν. D Gentile, Ausigdi. Sic enim *Ausigdius Apollo* colitur.

ΑΥ̓ΣΧἸΤΑΙ [73], ἔθνος Λιβύης ὑπερβάν- AUSCHITÆ, populi Lybiæ, supra
κης· Ἀπολλόδωρος περιηγήσεως δευτέρῳ. Barcam. Apollodorus periegeseωs lib. 2.

ΑΥ̓- AU-

Quod optimè imitatus Virgil. Æneid. lib. 4. v. 425. canit:

Non ego cum Danais Trojanam exscindere gentem
Aulide juravi, classemve ad Pergama misi.

Ad quem locum Servius ita: *Aulis insula est in Ægæo mari, in qua conjuraverunt Græci se non ante reversuros ad patriam, quam Troja caperetur.* Fuit ergo & urbs & insula, in hac urbe Agamemnon sacrificavit Dianæ filiam suam Iphigeniam, quare Lucretius id factum detestatus canit l. 1.

Aulide, quo pacto Triviai virginis aram
Iphianassaï turparunt sanguine fœde
Ductores Danaum delecti.

Ac deinde paulò infrà:

Exitus ut classi felix, faustusque daretur.
Tantum relligio potuit suadere malorum.

Quot scelerosa & impia facta religionis seu nimio, seu præpostero zelo perpetrant mortales, at ejus moderatus & prudens zelus ad pietatem, & charitatem, & justitiam omnes suadet, sine quibus nulla societas nedum latronum, nulla respublica, nullum regnum potest persistere, nec ulla religio sine immortalitatis animæ fide diu potest durare, qua sine friget pietas & charitas, nec justitia curatur, nisi inter optimos viros. Hi enim naturâ sua semper bonorum virorum officio funguntur, quicquid crediderint, sed horum magna penuria est, quod optimè notavit Satyricorum princeps Sat. 13. v. 27.

Rari quippe boni; numerus vix est totidem, quot
Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili.

Sed nos ad Spartam nostram redeamus.

68 Ἔστι δ' Αὐλίδος καὶ Αὐλίδια.] Lege Αὐλίδιος καὶ Αὐλίδια. Namque prius dixerat ethnicon Aulidis esse Aulideum & Aulidem, nunc inquit Aulidium & Aulidiam quoque dici.

69 Αὐλὼν, πόλις Λακωνικὴ, μία τ ἑκατόν.] Aulon, onis, urbs Laconica, una ex centum. Memoratur Straboni lib. 8. Plinio Nat. Hist. lib. 4. c. 5. apud quem perperam scribitur *Aulos* pro *Aulon*. Miror ejus non meminisse Joan. Meurs. in suis Miscell. Laconicis.

70 Ἔστι καὶ Αὐλὼν, ὃν ἐπόλισαν Κροτωνιάται, ἥτις ὠνομάσθη Καυλωνία.] Est & Aulon, quem condiderunt Crotoniatæ, quæ vocata est *Caulonia*: & masculino & fœminino genere usurpat hoc urbis nomen. Fuit Italiæ urbs; quæ jam ætate Strabonis ævo cesserat. Nomen invenit, quod esset sita juxta convallem, (id Græcis dicitur αὐλὼν) nostèr à Crotoniatis conditam fuisse tradit. Strabo autem lib. 6. ab Achivis: Μετὰ δὲ τὸν Σάγρον Ἀχαιῶν κτίσμα Καυλωνία, πρότερον δὲ Αὐλωνία λεγομένη, ἀφ' ᾧ τ προκείμενον αὐλῶνα. Ἔστι δ' ἔρημος &c. i. e. *Post Sagram autem Caulonia ab Achæis condita quondam* Aulonia *dicta ob convallem (id Græcis dicitur αὐλὼν) ante sitam. Est autem deserta.* Memoratur Virgilio Æneidos lib. 3. v. 553.

Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti
Cernitur, attollit se diva Lacinia contra
Cauloniique arces.

Ad quem locum sic Servius: *Caulon, mons est Calabriæ, Horatius:* Et amicus Caulon fertilis Baccho. *In quo oppidum fuit à Locris conditum, quod secundum Hyginum, qui scripsit de situ urbium Italicarum olim non est, alii à Caulo Clitæ Amazonis filio conditum tradunt.* Locus Horatii quem ad testimonium vocat Servius invenitur carm. lib. 2. Ode 6. v. 18.

Ver ubi longum, tepidasque præbet
Jupiter brumas, & amicus Aulon,
Fertilis Baccho minimum Falernis
Invidet uvis.

Memoratur etiam Martiali Epigrammatum libr. 13. Epigram. 125.

Nobilis & laris, & felix vitibus Aulon
Det pretiosa tibi vellera, vina mihi.

Et Horatius & Martialis videntur loqui de Aulone, tanquam monte vitibus consito, & vino fertili. Auctor noster in Καυλωνία agit iterum de urbe & Italiæ & Siciliæ, ubisis potest consulere notas nostras.

71 Αὐσεῖς, ἔθνος Λιβύης.] Ausеis, populi Libyæ ex Apollodori Periegeseωs lib. 2. & ex Herodoti lib. 4. cujus sunt, quæ sequuntur, verba: Τούτων ἔχουσι τ Μαχλύων Αὐσῆς. Οὗτοι δὲ καὶ οἱ Μάχλυες πέριξ τὴν Τριτωνίδα λίμνην οἰκέουσι. Τὸ μέσον δὲ σφι ῥέει ὁ Τρίτων. Καὶ οἱ μὲν Μάχλυες τὰ ὄπισθε κομέουσι τ κεφαλῆς· οἱ δὲ Αὐσῆς τὰ ἔμπροσθεν. i. e. *Juxta hos Machlyes incolunt Ausеs: & circum paludem Tritonidem utrique habitant, ita ut media palude Tritonide dirimantur, & Machlyes quidem occiput crinitum gestant. Ausеs verò sinciput.* Hodie Turci crinitum gerunt capitis verticem, reliquam verò partem tonsam.

72 Αὔσιγδα, πόλις Λιβύης ἑβδόμη ἀπό.] Ausigda, orum, neut. plur. urbs Libyæ, quam præterfluebat Cinnyphus fluvius, ubi Apollo colebatur. Ejus meminit Lycophron in Alexandra apud quem accentu in penultima notatur:

Αὐσίγδα, Κιννύφειος ὃν τέγγων ῥόος
Ναΐζηβις λιτανίᾳ.

Ausigda, Cinnyphius quam humectans decursus
Aquis fœcundat.

73 Αὐσχῖται, ἔθνος Λιβύης ὑπερβάκης.] Auschitæ, gens Libyæ super Barcam, illud lectionis monstrum τὸ ὑπερβάκης typographo adscribendum est; pro quo legendum ex Herodoto, cujus mox apponemus verba: ὑπὲρ Βάρκης, i. e. *supra Barcam.* Auschitæ verò ab Herodoto vocantur *Auschisæ.* Veram lectionem tuo arbitrio permitto. Ejus ex lib. 4. c. 171. sunt verba, quæ sequuntur: Ἀσβυστέων δὲ ἔχουσι τὸ πρὸς ἑσπέρης Αὐχίσαι, ἤδη ὑπὲρ Βάρκης οἰκέοντες &c. i. e. *Asbystarum occasum versus confines sunt Auschisæ, hi supra Barcam habitant pertingentes ad mare juxta Euesperidas.*

74 Αὖ-

ΑΥ̓ΣΩΝ 74, ὁ Ἰταλός. Λυκόφρων·

Κτείνουσιν αὐτὸν Αὔσονες Πελλήνιοι.

Καὶ Αὐσονὶς, τὸ θηλυκόν. 75 Καὶ Αὐσόνιος, καὶ Αὐσονία ἡ χώρα· ἀφ' ἧς Αὐσονιδὴς, καὶ Αὐσόνιος. Λυκόφρων·

76 Οἱ δ' Αὐσονείων ἄγχι Κάλχαντος τόπων.

Καὶ Αὐσονίτης· ὁ αὐτός·

Παρ' Αὐσονίτην Φύλαμον δομήσεται.

Καὶ Αὐσονίτις θηλυκόν· ὁ αὐτός·

Οἵ τ' ἁλάστης Αὐσονίτιδος μυχούς.

Καὶ Αὐσόνιος κληθικόν.

ΑΥ̓ΤΑΡΙΑΤΑΙ 77, ἔθνος Θεσπρωτικόν· Χάραξ ἑβδόμῃ χρονικῶν, καὶ Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπαῖς, καὶ Ἐρατοσθένης.

ΑΥ̓ΤΟΜΑ΄ΛΑΚΑ 78, χωρίον Λιβύης· Πολυΐστωρ τρίτῃ. Ἀπολλόδωρος δὲ Αὐτόμαλά φησι. Τὸ ἐθνικὸν, Αὐτομαλακίτης, ἀφὰ τὴν χώραν. Τῷ δὲ καθ' ἡμᾶς τύπῳ, Αὐτομαλακεύς.

ΑΥ̓-

A AUSON, Italus. Lycophron:

Occidunt eum Ausones Pellenii.

Fœmineum, Ausonis. Masculi. Ausonius; regio Ausonia; à quo Ausonienſis, & Ausonius. Lycophron:

Alius verò juxta Ausonia Calchantis ſepulchra.

Et Ausonites, ut idem auctor:

Juxta Ausonitem Phylamum exſtruet.

Fœmin. Ausonitis, idem:

Quî Ausonitidis maris receſſus.

Dicitur & Ausonius poſſeſſiv.

AUTARIATÆ, populi Theſprotici. Charax lib. 7. Chronicorum, & Phavorinus in Παντοδαπαῖς, i. e. *in Omnigenis*, & Eratoſthenes.

AUTOMALACA, oppidum Libyæ: Polyhiſt. lib. 3. Apollod. verò *Automala* inquit. Gentile, Automalacites, propter regionis conſuetudinem. Noſtra verò forma, Automalaceus.

AU-

74 Αὔσων, ὁ Ἰταλός.] Auſon, onis, Italus; ſcilicet *Auſon* accipitur pro Italo præcipuè à Poëtis, ut & *Auſonia* pro Italia. Fuere verò antiqui Italiæ populi, & ut res antiquæ plerumque fabulis involvuntur, quia earum origo ignoratur; ideò mihi videtur finxiſſe Auſonem Ulyſſis & Calypſus, ſeu ut alii Circes filium eis nomen dediſſe, quod teſtatur inter alios Archiepiſcopus Theſſalonicæ in Dionyſium Periegetam, qui eos celebrat v. 77.

Ἐξείης δ' ἐπὶ τοῖσι Λιγυστιάδες ἕλικες ἄλμῃ
Ἐνθ' Ἰταλῶν ἠῆες ἐπ' ἠπείροιο νέμονται
Ἐκ Διὸς Αὐσονίδαι ἀεὶ μέγα κοιρανέουσες
Ἀρξάμενοι βορέηθεν ἔσω λόχμῃσιν ἐπὶ πέτρῃσι
Ἣ ῥά τε Σικελικῆς ἐπὶ πορθμιδος ἐρρίζωται.

Deinceps poſt hos Liguſticum trahitur ſalum
Ubi Italorum filii in continente habitant
A Jove Auſones ſemper longe latéque dominantes
Orſi à borea introrſum albam in petram
Quæ quidem Siciliæ in freto radices habet.

Ad quem locum Archiepiſcopi Theſſalonicenſis verba ſunt: Ὅτι τὰς Ἰταλὰς, ὡς τότε μοναρχεῖσας, μέγα κοιρανεῖν λέγει, καὶ Αὐσονίδας, ἤτοι Αὐσονας, ὁμοφύλους, καὶ σημειοῦται ὅτι τὰς αὐτὰς εἶναι λέγει Αὐσονας καὶ Ἰταλούς. Λέγονται δὲ Αὐσονες ἀπὸ Αὐσονος, ὃς πρῶτος μὲν τῶν κατὰ Ῥώμην βασιλεύσαντων πρὸς πάνων ἱστορεῖται, Ὀδυσσεῖ γεγονὼς ἐκ τῆς Κίρκης· ἢ καὶ τὸ τὰ ἐθνικὰ γράψαντα, ἐκ Καλυψοῦς γεννηθεὶς τοῦ Ἄτλαντος· ἀφ' οὗ καὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος Αὐσόνιον ἐκλήθη πολύ. &c. i. e. *Quod Italos, ut tunc ſolos imperantes, longe latéque dominari inquit, & Auſonicas, ſive Auſonas vocat, & notatur, quod eoſdem eſſe dicit Auſones & Italos. Dicuntur autem Auſones ab* Auſone, *qui primus quidem regnaſſe Romæ ab aliquibus dicitur, Ulyſſi natus ex Circe; vel ſecundum Ethnicorum ſcriptorem ex Calypſo genitus Atlanti: à quo etiam* Siculum *pelagus* Auſonium *vocatum eſt antiquitus.* &c. Idem penè ex noſtris teſtatur Sex. Pomp. Feſtus: *Auſoniam appellavit Auſum Ulyſſis & Calypſus filius eam primam partem Italiæ, in qua ſunt urbes* Beneventum *&* Cales, *deinde paulatim tota quoque Italia, quæ Apennino finitur, dicta eſt* Auſonia *ab eodem duce, à quo etiam conditam fuiſſe Aruncam urbem ferunt.* Servius ad illud Virgilii ex Æn. lib. 7.

—— *Et quos de collibus altis*
Aurunci miſêre patres.

Inquit, *Auruncos* Græcè Auſones nominari.

75 Καὶ Αὐσόνιος, καὶ Αὐσονία ἡ χώρα.] Dicitur Auſonius adjectivum, & Auſonia ipſa regio, pro Italus, & Italia, Virgil. Æneid. lib. 7. v. 198.

Quid petitis? quæ cauſa rates, aut cujus egentes
Littus ad Auſonium tot per vada cærula vexit?

Idem lib. 4. Æneid. v. 83.

Non licuit fines Italos, fataliaque arva
Nec tecum Auſonium (quicunque eſt) quærere Tybrim.

Auſonia verò & ut adjectiv. & ut ſubſtantiv. uſurpatur. Ut ſubſtantiv. apud eundem Poëtam Æneid. lib. 7. v. 55.

Multi illam magno è Latio, totaque petebant
Auſonia: petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus avis, atavisque potens.

Et apud Ovidium etiam:

Famque dies aderat, qua me diſcedere Cæſar
Finibus extremæ juſſerat Auſoniæ.

Ut adjectiv. autem apud Virgil. Æneid. lib. 4. v. 349.

—— *Si te Carthaginis arces*
Phœniſſam, Libycæque aſpectus detinet urbis:
Quæ tandem Auſonia Teucros conſidere terra
Invidia eſt?

De Auſonia verò videſis Joan. Tzetzam Hiſt. Chil. 5. Hiſtoria 16.

76 Οἱ δ' Αὐσονείων ἄγχι Κάλχαντος τύπων.] Eſt verſiculus Lycophronis, apud quem pro ἄγχι Κάλχαντος τύπων, legitur ἄγχι Κάλχαντος πέφων. Quam ego lectionem in verſione mea ſequutus fui.

77 Αὐταριᾶται, ἔθνος Θεσπρωτικόν.] Autariatæ, gens Theſprotica ex Charace Chronic. lib. 7. Autariatæ Theſprotici à nemine, quod ſciam, memorantur. Strabo autem lib. 7. celebrat Autariatas Illyriorum gentem maximam & optimam, cui quondam contra Ædiæos bellum fuit perpetuum de ſale, qui in confinio cogebatur ex aqua verno tempore ex quadam convalle defluente. Hæc gens alias Illyriorum gentes domuit, ac etiam ſupra Illyrios & Thracas ſeſe extulerunt, tandem potentia ſua exuti ſunt à Scordiſcis, deinde ab ipſis Romanis, qui Scordiſcos etiam debellarunt. Autoriatæ Indi memorantur Æliano περὶ ζώων lib. 17. c. 41. Caſaubonus ad locum Strabonis citatum neſcio utrum magis confidenter, an audacter inquit, non alios eſſe ab illis, *quare legendum*, ſic ille ait, Αὐταριᾶται & vox Ἰνδῶν *vel in aliam mutanda, vel omnino rejicienda eſt.* Si liceret hoc modo argumentari, poterat etiam dici apud Stephanum pro Θεσπρωτικὸν legendum eſſe Ἰλλυρικὸν, vel rejiciendam illam vocem, ſed audaciam hujus eruditiſſimi viri contundit Agatarchid. cui Autariatæ ſunt populi Indiæ.

78 Αὐτομάλακα, χωρίον Λιβύης.] Automalaca, oppidum Libyæ ex Polyiſtore lib. 3. quod Apollodoro dicebatur Automala. Sententiam Apollodori confirmat Strabo Geographiæ lib. 17. Ejus ſunt verba: Εἶθ' οἱ Φιλαίνων βωμοί· καὶ μετὰ τοῦτο Αὐτόμαλα φρούριον, φυλακὴν ἔχον, ἰδρυμένον καὶ τὸ μυχὸν τῆς κόλπου παντός. i. e. *Poſtea ſunt Philænorum aræ: & poſtea Automala caſtellum præſidium habens, ſitum in totius ſinus receſſu.* Ptolemæo Geographiæ lib. 4. c. 4. Αὐτομάλακος φρούριον *Automalax caſtellum* ſeu *præſidium* dicitur, atque in Cyrenaica præfectura locatur prope Drepanum promontorium.

ΑΥ̓ΤΌΜΟΛΟΙ[79], ἔθν☙ Αἰθιοπικὸν, ὡς Ἡ̓ρόδο☙ δʹ. Ἱέρα· Τοῖσι δὲ Αὐτομόλοισι τάπισιν ὄνομα Ἀ̓σμάχην, ὅ ἐστι, οἱ ἐξ ἀριστερῆς χερὸς παρεστάμενοι βασιλεῖ.

AUTOMOLI, populi Æthiopiæ, ut Herodotus lib. 2. *Automolis verò* hisce nomen est *Asmachen*, quod est, qui ex siniſtra manu regi assiſtunt.

ἈΦΆΝΝΑΙ[80], χωρίον Σικελίας, ἄσημον. ἀφ' οὗ, Ἢ εἰς Ἀ̓φάννας, ἐπὶ τῶν ἀδήλων, καὶ ἐκλελοπισμένων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀ̓φανναῖ☙.

APHANNÆ, oppidum Siciliæ ignobile, à quo parœmia, *aut in Aphannas*, de obſcuris, & remotis. Gentile, Aphannæus.

ἈΦΆΚΗ, πόλις Λιβύης, ὡς Πολυΐστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀ̓φακίτης, ἀφὰ τὸ ἴδιον τ̃ χώρας.

APHACE, urbs Libyæ, ut Polyhiſtor Libycorum lib. 3. Gentile, Aphacites, propter regionis conſuetam formam.

ἈΦΕΊΔΑΝΤΕΣ[81], μοῖρα Μολοσσῶν, ἀπὸ Ἀφείδαντ☙ βασιλέως.

APHIDANTES, Molosſorum pars, ſic dicti ab Aphidante rege.

ἈΦΕΤΑἸ[82], πόλις τ̃ Μαγνησίας· Ἑλλάνικ☙. Ὅπι ἐνεῦθεν δὲ Ἱέραν ἄφεσιν ἡ Ἀργὼ ἐποιήσατο, ἢ ὅτι ἐκεῖ οἱ Ἀργοναῦται τ̀ Ἡρακλέα κατέλιπον. Κεῖται δ' ἐν τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀ̓φεταῖ☙, ὡς Παγασαῖ☙, Ἀναφαῖ☙.

APHETÆ, urbs Magneſiæ. Hellanicus *ſic dictam putat*, quod hinc ſecundam ἄφεσιν (*dimiſſionem*) Argo fecerit, vel quod illic Argonautæ Herculem reliquerint. Jacet verò juxta Pagaſeticum ſinum. Gentile, Aphetæus, ut Pagaſæus, Anaphæus.

ἈΦΘΑΛΑ[83], ἡ Ἀφθαία, ἡ Ἑκάτη· ὁ Τεχνικὸς δυοκαιδεκάτῳ. Δωδάλαι δὲ Ἀφθαῖος εἶναι. [84] Ἔστι δὲ Αὐθίτης, νόμ☙ Αἰγύπτ☙.

APHTHALA, & Aphthæa, Hecate: Technicus lib. 12. Poteſt etiam Aphthæus eſſe. Eſt etiam Authites, præfectura Ægypti.

ἈΦΙΔΝΑ[85], δῆμ☙ Ἀττικῆς, τ̃ Λεοντίδ☙ φυλῆς, ἀπὸ Ἀφίδν☙ αὐτόχθον☙. Ὁ δημότης, Ἀφιδναῖ☙, ὡς Πυδναῖ☙. Τὰ τοπικὰ,

APHIDNA, populus Atticæ, Leontidis tribus, ſic dicta ab Aphidno indigena. Popularis, Aphidnæus, ut Pydnæus. Localia,

79 Αὐτόμολοι, ἔθν☙ Αἰθιοπικὸν &c.] Automoli, populi Æthiopici ex Herodoti lib. 2. cujus verba corrupta affert Epitomator noſter, quæ ex ejuſdem libro citato capite 30. ſic ſunt reſtituenda: Τοῖσι δὲ Αὐτομόλοισι τάπισι ἐνομὰ ἐστιν Ἀσμάχ, δυνάλαι δὲ τοῦτο τὸ ἔπ☙ κατὰ τὼυτὸ Ἑλλήνων γλῶσσαν οἱ ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς παρεστάμενοι βασιλεῖ &c. id eſt: *Automalis iſtis nomen eſt* Aſmach, *quod verbum ſecundum Græcorum linguam idem valet, quod ex ſiniſtra manu aſſiſtentes regi.* Quare apud Stephanum pro Ἀσμάχλω lege Ἀσμάχ, pro χερὸς lege χειρὸς, pro βαζιλεῖ lege βαζιλεῖ. Nomen verò Aſmach proculdubio deflexum eſt à lingua Hebræa, in qua שמאל *ſemol* ſignificat *ſiniſtram manum*, unde verbum השמיל *haſmil*, i. e. *ad ſiniſtram deflectere*; nec eſt ἀπροσδιόνυσον quærere etymologiam Æthiopici nominis ab Hebræa lingua. Etenim illa habebat aliqua ab hac mutuata nomina, ut apparet ex Æthiopiæ Hiſtoria, quam Franciſcus Alvarez Luſitanus, qui per ſexennium degit in Æthiopia, Luſitanica lingua conſcripſit. Automoli igitur Ægyptiorum fuere milites, qui ad Æthiopes transfugerunt, ut claret ex eodem Herodoto libro citato, qui Straboni lib. 17. memorantur, ac *Sebritæ* dicuntur. Fortaſſe corrupto nomine ex eodem fonte, nonne adeo corruptum eſt hoc nomen *Amveres* apud Hiſpanos ex nomine Belgico *Antwerpen*, & alia hujus farinæ ſexcenta? ita profectò.

80 Ἀφάνναι, χωρίον Σικελίας, ἄσημον.] Aphannæ, arum, oppidum Siciliæ, cujus nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio. Obſcurum oppidum fuiſſe inquit noſter, unde ab eo parœmia, ἢ εἰς Ἀφάνας, i. e. *vel in Aphannas*, de obſcuris & abſurdis. Sic enim etiam poteſt verti τὸ ἐκλελοπισμένων. Parœmiæ meminere Zenodotus & Eraſmus, qui neſcio quare εἰς Ἀφάνναις vertit *in Aphannis*, ſed noſtri auctoris interpretamentum probat potius quam Zenodoti. Ego exiſtimo hinc apud Latinos *affanias* dici, res nullius momenti, quemadmodum apinas & tricas à duobus Apuliæ oppidis, quæ Diomedes delevit, teſtante Plinio lib. 3. c. 11. cujus ſunt verba: *Diomedes ibi delevit gentes Monadorum, Dardorumque & urbes duas, quæ in proverbii ludicrum vertere, Apinam, Tricam.* Quo ludicro uſus eſt Martialis Epigram. lib. 14. Epigram. 1.

Sunt apinæ, tricæque, & ſi quid vilius iſtis.
Quis neſcit? vel quis tam manifeſta negat?

81 Ἀφείδαντες, μοῖρα Μολοσσῶν &c.] Aphidantes, portio quædam Molosſorum, ſcilicet ad Molosſum Arcadiæ fluvium, nomen adepti ab Aphidante quodam rege, quorum meminit Pauſanias in Arcadicis.

82 Ἀφεταί, πόλις τ̃ Μαγνησίας &c.] Aphetæ, arum, urbs Magneſiæ, nomen adepta, vel à fabula illa vel hiſtoria, quam refert ex Hellanico, ut innuit. Nos eam apud Herodotum legimus, cujus ex lib. 7. c. 193. ſunt, quæ ſequuntur verba: Κάμψαντες δὲ τὸν ἄκρον τ̃ Μαγνησίης, ἰθέαν ἔπλεον ἐς τὸν κόλπον τὸν ἐπὶ Παγασέων φέροντα. Ἔστι δὲ χῶρ☙ ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ τ̃ Μαγνησίης, ἔνθα λέγεται τ̀ Ἡρακλέα κατα[illegible]φθῆναι ὑπὸ Γ[illegible]ησονός τε καὶ τ̃ συνεπλεόντων ὑπ' τ̃ Ἀργοῦς ἐπ' ὕδωρ πεμφθέντα. Εὑρὼν ἐπὶ τοῦ κώπας ἔπλεον ἐς Αἶαν τὴν Κολχίδα. Ἐνθεῦτεν γὰρ ἔμελλον ὑδρευσόμενοι, ἐς τὸ πέλαγ☙ ἀφήσειν. Ἐκ τούτου δὴ τοῦ χώρου ὄνομα γένεσθαι Ἀφέται. Ἐν τούτῳ ὦν ὁρμῶν οἱ Ξέρξεω ἐπιτεύχθησαν. i. e. *Flectenteſque promontorium Magneſiæ, rectum curſum in ſinum, qui ad Pagaſas fert, tenebant. In hoc Magneſiæ ſinu locus quidam eſt, in quo fertur Hercules, quum e navi Argo aquatum miſſus eſſet, derelictus fuiſſe ab Iaſone atque à ſocius dum in terram Colchidem ad vellus navigarent. Illinc enim aquatum in pelagus erant abituri. Hac de cauſa nomen loco fertur eſſe* Aphetæ, *id eſt*, dimiſſæ. *Hoc in loco ſtationem habuerunt Xerxis naves.* Apud Herodotum habet accentum in penultima; apud noſtrum in ultima.

83 Ἄφθαλα, ἡ Ἀφθαία, ἡ Ἑκάτη.] Aphthala, & Aphthæa, Hecate, *id eſt*, Proſerpina. Hunc locum corruptum eſſe ſuſpicor. Videtur Stephanus oblitus eſſe, dicere ubi colebatur *Hecate Aphthæa*. Ego puto hanc Proſerpinam nedum Cereris generum noviſſe.

84 Ἔστι δὲ Αὐθίτης, νόμ☙ Αἰγύπτ☙.] Eſt & Authites, *nomos*, h. e. *præfectura* Ægypti, pro Αὐθίτης, lege Ἀφθίτης, Id enim litterarum ordo ſuadet, atque etiam *Aphthites Nomos* celebratur ab Herodoto lib. 2. c. 166.

85 Ἀφίδνα, δῆμ☙ Ἀττικῆς, τ̃ς Λεοντίδ☙ φυλῆς.] Aphidna, populus *h. e.* oppidum Atticæ, Leontidis tribus. Memoratur Pauſaniæ in Atticis, quam cepiſſe inquit τὼ Τυνδάρεω παῖδε i. e. *Tyndari filios*, ſcilicet Caſtorem & Pollucem, quos ideo *Tyndaridas* vocabant. Alii autem *Dioſcuros*, quod eſſent Jovis filii: ex Leda Tyndari conjuge.

πικὰ, δῆλα· Α᾽φίδνηθεν, Α᾽φίδναζε, Α᾽φίδνησιν. [86] Ἔστι καὶ πόλις Α᾽φίδναι. Ἔστι καὶ τῆς Λακωνικῆς, [87] ὅθεν ἦσαν αἱ Λευκίππιδες, Φοίβη καὶ Ἱλάειρα.

lia, sunt nota, ex-Aphidna, in-Aphidnam, Aphidnis. Est etiam urbs Aphidnæ. Est etiam Laconicæ urbs, ex qua erant Leucippides, Phœbe, & Hilaïra.

Α᾽ΦΝΕΙΟΝ, πόλις Φρυγίας, πλησίον Κυζίκου, ἡ Μιλήτου πόλεως, ἢ ἀπὸ Α᾽φνειοῦ, ἢ ἀπὸ Α᾽φναίδος νύμφης. Ἔστι καὶ Λυδίας πόλις. [88] Ἡ λίμνη, ἡ πρὸς Κύζικον, Αὐνῖτις, [89] ἡ πρότερον Α᾽ρτυνία. Τὸ ἐθνικὸν, Α᾽φνίτης.

APHNIUM, urbs Phrygiæ, prope Cyzicum, vel Miletum urbem, sic dicta, vel ab Aphneo, vel ab Aphnaide Nympha. Est etiam Lydiæ urbs. Est etiam lacus prope Cyzicum, Aphnitis, quæ prius *Artynia* dicebatur. Gentile, Aphnites.

Α᾽ΦΟ᾽ΡΜΙΟΝ [90], τόπος Θεσπιέων· Α᾽φρο-

APHORMIUM, locus Thespiensium,

86 Ἔστι καὶ πόλις Ἀφίδναι. Ἔστι τῆς Λακωνικῆς &c.] Est & urbs Aphidnæ. Est & Laconicæ. Mendum inesse existimo his verbis. Ratio clamat sic legenda esse: Ἔστι καὶ πόλις Ἀφίδναι τῆς Λακωνικῆς. i. e. *Est & urbs Aphidnæ, Laconicæ.* Tantum expungo secundum ἔστι, quod puto per incuriam irrepsisse. Aphidnas autem Laconicæ memorat Pausanias in Laconicis.

87 Ὅθεν ἦσαν αἱ Λευκίππιδες, Φοίβη καὶ Ἱλάειρα.] Ex Aphidnis Laconicæ fuisse Leucippides, Phœben & Hilairam inquit; alii Leucippi filias fuisse ajunt; alii Apollinis, quas Dioscuri cum rapuissent, uxores duxerunt. Ego certum existimo fuisse Theseum, Pollucem & Castorem heroës quosdam, sed eorum historiam poëtas fabulis involvisse opinor. De illarum raptu à Tyndaridis seu Dioscuris audi Ovidium Fastorum lib. 5. v. 699.

Abstulerant raptas Phœben Phœbesque sororem
Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil,
Bella parant, repetuntque suas & frater & Idas;
Leucippo fieri pactus uterque gener.
His amor, ut repetant, illis, ut reddere nolint,
Suadet: & ex causa pugnat uterque pari.
Effugere OEbalidæ cursu potuêre sequentes:
Sed visum celeri vincere turpe fuga.
Liber ab arboribus locus est, apta area pugnæ
Constiterant illic: nomen Aphidna loco.

88 Ἡ λίμνη, ἡ πρὸς Κύζικον, Αὐνῖτις &c.] Est lacus prope Cyzicum, Aunitis &c. Pro Αὐνῖτις lege Α᾽φνῖτις. Id enim litterarum ordo exigit, ac eodem modo vocatur ab Strabone lib. 13. ab hoc lacu *Aphneios* vocari, quos Homerus locat ad fluvium Æsepi, auctor est idem auctor libro citato. Unde existimo Auctorem nostrum fecisse urbem Phrygiæ *Aphneium*, cujus nulla, quod sciam, apud alios fit mentio. Aphneios autem Homerus celebrat Il. 2. v. 825.

89 Ἡ πρότερον Ἀρτυνία &c.] Aphnitidem lacum circa Cyzicum prius vocatam fuisse *Artyniam* auctor est noster Auctor, sed sine auctore. Strabo autem lib. 13. tradit Aphnitidem lacum, à quo *Aphneios* dici censent esse eundem, qui *Dascylitis* vocatur. Ejus sunt verba: Ἔστιν ἐν μὲν τῷ τῶν Κυζικηνῶν πόλει καὶ τῇ Τρωικῇ καθ᾽ Ὅμηρον. Λέγει δὲ περὶ αὐτῶν·

Οἱ δ᾽ ἄρα Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νειάτην Ἴδης
Ἀφνειοὶ, πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο
Τρῶες, τῶν αὖθ᾽ ἡγεῖτο Λυκάονος ἀγλαὸς υἱὸς
Πάνδαρος, ᾧ ῥα τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν.

Τούτους δὲ σκέλλει καὶ Λυκίους. Ἀφνειοὺς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀφνίτιδος νομίζουσι λίμνης. Καὶ ἡ ὕστερον καλεῖται ἡ Δασκυλίτις. id est: *Est igitur post Cyzenorum urbem* h. e. *post Cyzicum & Æsepum initium Troadis secundum Homerum. Sic enim ille de ea loquitur:*

Qui autem Zeleam habitabant sub pedem imum Idæ
Aphneii bibentes aquam nigram Æsepi
Troës, his rursus præerat Lycaonis clarus filius
Pandarus, cui & arcum Apollo ipse dedit.

Hos autem Lycios etiam vocat. Aphneios verò dici censent ab Aphnitide lacu. Sic enim vocatur Dascylitis. Interpres Latinus Homeri deceptus est nominis amphibologia. Pro Ἀφνειοὶ enim vertit *divites*, sed præstat sequi nostri Auctoris sententiam, qui Aphneum inquit esse urbem Phrygiæ & Strabonis, qui lib. 13. supra citato inquit *Aphneios* dictos esse ab Aphnitide lacu.

90 Ἀφόρμιον, τόπος Θεσπιέων &c.] Aphormium, locus Thespiensium. Quamvis Epitomator noster ex auctoritate Aphrodysii, seu Euphemii inquit Aphormium fuisse locum Thespiensium, cujus oppidanus fuit Tiphys navis illius celeberrimæ gubernator, ac præterea affert loci etymologiam à verbo ἀφορμίζω, i. e. *solvo e portu*, seu *enavigo*, quod illinc navis Argo unà cum heroïbus enavigasset. Tamen existimo hunc locum esse factum ex Græcorum fermento, quandoquidem ejus non meminit Pausanias accuratissimus omnium Græcorum in describendis totius Græciæ locis, cum in Bœoticis celebret & Tiphyn & Argo navem, & oppidum Bœotiæ Tipham, cujus oppidani Tiphyn navis Argus gubernatorem suum civem fuisse asserebant, operæ pretium est eum audire loquentem sua ipsius lingua in suis Bœoticis: Παραπλέουσι δ᾽ αὐτόθι, πόλισμά ἐστιν ἐπὶ θαλάσσῃ Τίφα. Ἡράκλειόν τε Τιφαδοῦσιν ἐστι, καὶ ἑορτὴν ἄγουσιν ἐπέτειον. Οὗτοι Βοιωτῶν μάλιστα ὧν παλαιὰ τὰ θαλάσσια ἤθεσιν εἶναι σοφοὶ, Τίφυν ἄνδρα μνημονεύοντες ἐπιχώριον, ὡς πρωτεύειν ἠρέατο τῆς Ἀργοῦς κυβερνήτης. Ἀποφαίνουσι δὲ καὶ τοῦ πόλεως ἔνθα ὡς Κόλχων ὀπίσω νομιζομένῳ νομίσασθαι τῷ Ἀργοῖ λέγουσιν. id est: *Hinc rursum præternaviganti modicum est oppidum ad mare (nomine) Tipha, Herculis delubrum est Tiphæensibus, in quo festum agunt anniversarium. Hi præ cunctis Bœotiis maritimarum rerum peritiam jam tum ab initio sibi vindicant, Tiphyn prædicantes, cui nominatim Argûs navis gubernacula credita sunt, suum fuisse indigenam: ostendunt etiam extra oppidum locum, quo Argo ipsam Colchis reversam applicuisse dicunt.* His insuper adde Strabonem quoque illius oppidi Aphormii non meminisse, nec Ptolemæum. At si patria Tiphys in obscuro antiquitatis sepulchro obscura jacet, ejus nominis fama Græciam illustrat parili ratione à Poëtis Latinis & Græcis famigerata. Ex omnibus elegimus, qui sequuntur: Apollonius Argonautic. libro 1. v. 105.

Τίφυς δ᾽ Ἀγνιάδης Σιφαῖα κάλλιπε δῆμον
Θεσπιέων.

Tiphys verò Agnei filius Siphensem reliquit populum Thespiensium.

Apollonius confirmat sententiam Pausaniæ, cum inquit Tiphyn reliquisse Siphensem populum. Namque oppidum, quod Pausanias *Tipham*, Apollonius vocat Σιφαῖα δῆμον. i. e. *Siphensem populum*, quod Ptolemæo Geograph. lib. 3. c. 15. dicitur Σίφαι plurativo numero ac Bœotiæ adscribitur. Virgilius etiam Eclog. 4. v. 34. *Tiphyn* celebrat:

Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos heroas.

Ad quem Servius: *Vel revera Tiphys, vel qualis Tiphys Argonautarum gubernator, sane specialia pro generalibus ponit. Nam per Tiphyn, quemcunque gubernatorem accipimus: per Argo, quamcunque navem: per Trojam, quamcunque civitatem: per Achillem, quemcunque virum fortem.* Seneca etiam in Medea Tiphyn usurpat eodem modo ac Virgilius:

Venient annis sæcula seris
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, & ingens pateat tellus
Tiphysque novos detegat orbes
Nec sit terris ultima Thule.

Quæ carmina reipublicæ litterariæ proletarii existimant indicare *novum orbem*, ac si Seneca Tragicus foret propheta. De quibus videsis nostram sententiam in observationibus nostris ad Ἑσιόδου.

91 Ἀφρο-

Ἀφροδίσιος, ἤτοι Εὐφήμιος ἐν τῷ περὶ πατρίδος. Ὅθεν καὶ τὸν κυβερνήσαντα τῆν ναῦν τὼ Ἀργῶ, Τίφυν φασίν. Καὶ λόγος παρ' ἡμῶν, τὸν νεὼς ἀφορμισάσης εὐθὺς μετὰ τῶν ἀρίστων, ἀφ' ὅπερ ἀπέπλευσεν ἡ ναῦς. Οἱ τοπίτης Ἀφορμιεύς, ὡς Αἰγιεύς, Σουνιεύς.

A sium, Aphrodisius, vel Euphemius in libro de Patria. Unde & gubernator navis Argûs *Tiphys* erat: & fama apud nos obtinuit, quod navis hinc unà cum principibus solverit à loco, à quo abnavigavit navis. Habitator dicitur Aphormiensis, ut Ægiensis, Sunionensis. B

Ἀφροδισιάς [91], πόλις Κιλικίας, περὶ ἧς Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ ἐν τῷ περὶ Κιλικίας φησὶν, ὅτι Ζώπυρός φησιν αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης κεκλῆσθαι, γράφων καὶ ἱστορίας. [92] Δευτέρα, Ἰβηρίας πρὸς τοῖς Κελτοῖς. [93] Τρίτη, νῆσος, ἡ πρότερον Ἐρύθεια, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων. Τετάρτη, ἐν Κνίδῳ· πέμπτη, μεταξὺ Λυδίας καὶ Καρίας. ϛ', Νῆσος Λιβύης, πρὸς τῇ Κυρήνῃ. [94] ζ, Πόλις Λακωνικῆς, μία τῶν ρ. ἡ, Σκυθίας, παραλία, πρὸς τῇ λῃστείᾳ δυσβάτος. θ, Αἰθιοπίας. [95] Δεκάτη, Κύπρος. [96] Εἰσὶ καὶ δύο νησίδια πλησίον τῆς Λιβύης. Ἔστι καὶ Ἀλεξανδρείας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀφροδισιεύς.

APHRODISIAS, urbs Ciliciæ; de qua Alexander Polyhistor in lib. de Cilicia inquit; Zopyrum referre eam sic ab Ἀφροδίτης, id est, *à Venere* vocatam fuisse, cujus historiam scripsit. *Secunda*, est urbs Iberiæ prope Celtas. *Tertia*, insula, quæ prius Erythia, inter Iberiam & Gades. *Quarta*, in Cnido. *Quinta*, inter Lydiam, & Cariam. *Sexta*, insula Libyæ prope Cyrenen. *Septima*, urbs Laconicæ, una ex centum. *Octava*, Scythiæ, maritima ad latrocinia apta. *Nona*, Æthiopiæ. *Decima*, Cypri. Sunt etiam duæ insulæ parvæ prope Libyam. Est etiam Alexandriæ. Gentile, Aphrodisiensis. C D

ΑΦΡΟ-

APHRO-

91 Ἀφροδισιάς, πόλις Κιλικίας &c.] Aphrodisias, adis, urbs Ciliciæ. Duodecim hujus nominis urbes celebrat Epitomator noster. De omnibus aliquid invenire memoria dignum pro ratione instituti nostri ἀδύνατον existimo. Primo loco celebrat Aphrodisiadem Ciliciæ urbem, quam ex auctoritate Alexandri Polyhistoris ex Zopyro petita inquit nomen adeptam fuisse ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης, i. e. *à Venere*, cujus historiam Zopyrus scripserat. Memoratur inter alios Constantino Porphyrogenetæ de Them. lib. 1. Them. 13. Plinio Nat. Hist. lib. 5. c. 27. qui eam *oppidum Veneris* vocat, ac si Zopyri sententiam confirmaret. Ejus sunt verba: *Promontorium & oppidum Veneris, à quo proxime Cyprus insula.* Hodie *S. Theodoro* dici ajunt Ortelius & Philip. Ferr. Alexand. ex Coriolano Cepio.

92 Δευτέρα, Ἰβηρίας πρὸς τοῖς Κέλτοις.] Secundo loco memorat Aphrodisiadem Iberiæ prope Celtas, quam urbem Strabo lib. 4. vocat ἱερὸν τῆς Πυρηναίας Ἀφροδίτης. i. e. *Templum Pyrenææ Veneris.* Ptolem. lib. 2. c. 5. dicitur Ἀφροδίσιον, *Aphrodisium*, ac si diceres *Venerem.* Fuit promontorium cum opp. olim ejusdem nominis in ora Hisp. Citer. in Gall. Narbonens. confin. apud Caucoliberim opp. hodie *Cap de Creux* vocatur.

93 Τρίτη, νῆσος ἡ πρότερον Ἐρύθεια μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων.] Tertio loco memorat Epitomator noster insulam Aphrodisiadem, inter Iberiam & Gades, quæ prius *Erythea* vocata fuit. Memoratur Periegetæ v. 558.

Ἦτοι μὲν ναίουσι βοηλόφων ἀμφ' Ἐρύθειαν
Ἄτλαντος πρὸς ἀῆμα θεοδμήτοις Αἰθίοπες
Μακροβίων υἱῆες ἀμύμονες, οἱ ποθ' ἵκοντο
Γηρυονῆος μετὰ πότμον ἀγάσσαμενοι.

Nempe habitant boum nutricem circum Erytheam
Atlantis circa undam pietatem in deos colentes Æthiopes
Macrobiorum filii inculpati, qui olim advenerunt
Geryonis post mortem superbi.

Ad quem locum sic loquitur Archiepiscopus Thessalonicæ: Ὅτι Ἐρύθεια ἡ δὲ Γηρυόνου νῆσος πρὸς τὸ χθόμενόν ἐστι δὲ Ἀτλαντικὸς, ἤτοι πρὸς τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος, καὶ ὅρα ὅτι τὸ πίπτον, ἤτοι τὸ πέλαγος, Ἄτλαντα εἶπεν, ὁμωνύμως τῷ ἥρωι, ἐξ οὗ καὶ αὐτὸ παρωνόμασεν ταύτην τὴν νῆσον βελεσφόρον ἐπωνόμασε, ἀφ' ὧν βόσκεσθαι τὰ βοῦν αἱ ἦσαν τοῦ Γηρυόνη &c. i. e. *Quod Erythea est Geryonæ insula circa fluentum Atlantis, vel circa Atlanticum pelagus, & vide, quod locum, vel pelagus, Atlantem dixit eodem nomine ac heros Atlas dicitur, à quo & illud denominatum est. Hanc insulam βελεσφόρον, i. e.* boum nutricem *vocavit, propter abundantiam vaccarum, quas habebat Geryones.* Qui Geryon Periegetæ *Geryones* dicitur Eustathio, ut ex utriusque verbis claret. At de Erythia insula, quæ prius *Aphrodisias* dicta fuit, ut inquit noster, omnium optimè loquitur Plinius Nat. Hist. lib. 4. c. 22. *Ab eo latere, quo Hispaniam spectat, passibus ferè centum; altera insula est longa* 111. *mill. pass. lata, in qua prius oppidum* Gadium *fuit. Vocatur ab Ephoro & Philistide*, Erythia; *à Timæo & Sileno* Aphrodisias, *ab indigenis Junonis:* Majorem *Timæus* Cotinusam *apud eos vocatam ait. Nostri* Tatesson *appellant; Pœni* Gadir, *ita Punica lingua septem significante.* Erythia *dicta est, quoniam Tyrii ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur. In hac Geryones habitasse à quibusdam existimatur, cujus armenta Hercules abduxerit. Sunt qui aliam esse eam & contra Lusitaniam arbitrentur, eodemque nomine quondam ibi appellatam.*

94 Ἑβδόμη, πόλις Λακωνικῆς, μία τῶν ἑκατόν.] Septimo loco memorat Aphrodisiadem Laconicam urbem, unam ex centum, quas habebat Laconica. Nolo tua tempora morari, Lector. Audi Pausaniam loquentem in Laconicis: Ταύτην ὤκισε μὲν Βοῖος τῶν Ἡρακλειδῶν, συναγαγὼν ἀνδρας ἀπὸ τελῶν ἐς αὐτὴν λελεγμένων πολεων, Ἡπὼ, Ἀφροδισιάδα, καὶ Σίδης. Τῶν δὲ πόλεων τὰ δεκαίων πάσας μὲν δύο ἐς Ὑπομολίαν φεύγουσιν Αἰνείαν καὶ ὑπὸ πνευμάτων ἀπενεχθέντα ἐς τόπον τὸν κάλλιστον, εἰκάσαι φασὶν, τῶν Ἡπάδων Αἰνείας θυγατέρα λεγομένας εἶναι. Τὴν τείτην δὲ κληθῆναι τὰ πόλεων λέγουσιν ἀπὸ τῆς Δαναΐδος Σίδης. i. e. *Hanc* [*Bœas urbem*] *condidit quidem Bœus unus ex Heraclidis, coloniam deduxisse dicitur ex tribus civitatibus, Etide, Aphrodisiade, & Side. Harum priscarum urbium duas, in hunc sinum tempestate delatum Æneam in Italiam fugientem condidisse ferunt, Etiadem Æneæ filiam dicentes esse. Harum urbium tertiam vocatam fuisse dicunt à Sida Danaï* [*filia.*]

95 Δεκάτη, Κύπρος.] Decimo loco numerat Aphrodisiadem, urbem Cypri. Pro Κύπρος enim legendum est Κύπρος. Id erroris Typographi rationibus referendum est. Eam memorat Strabo lib. 14. Sed Aphrodision vocat neut. gen. Ejus sunt verba: Εἶτ' Ἀφροδίσιον, καθ' ὃ στενὴ ἡ νῆσος· εἰς γὰρ Σαλαμῖνα ὑπερβάσεις σταδίων ἑξηκοντα· εἶτ' Ἀχαιῶν Ἀκτή. i. e. *Deinde Aphrodisium, ubi arcta est insula. Ad Salaminam enim transitus* [*est*] *stadiorum* LXX. *deinde Achæorum Acte.*

96 Εἰσὶ καὶ δύο νησίδια πλησίον τῆς Λιβύης.] Sunt etiam duæ insulæ parvæ prope Libyam, utraque scilicet nomine Aphrodisias, quarum nulla apud alios, quod sciam, fit mentio. Ptolemæum excipio, qui Geographiæ lib. 4. c. 5. memorans insulas in Ægyptio pelago Libyæ & Ægypto adjacentes, statim in Arabico sinu memorat *Aphrodites insulam*, i. e. *Veneris insulam*; ac existimo esse unam ex illis duabus, quas noster prope Libyam locat. Aliam etiam *Aphrodites insulam* memorat Ptolemæus eodem libro c. 4. post Libyæ deserta. Herodotus etiam in Melpomene c. 169. duas insulas celebrat prope Gigamas; alteram vocat *Aphrodisiadem*, alteram *Platean.* Forsitan ad has respexit Auctor noster. Verba Herodoti ex libro citato libet apponere: Τέ-

τεων

Α᾽ΦΡΟΔΙ᾽ΤΙΣ [97], πόλις πρὸς Ἄθῳ καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Θρᾴκην. A

APHRODITES, urbs juxta Athribim, & Æthiopiam, & Thraciam.

Α᾽ΦΡΟΔΙ᾽ΤΙΑ [98], χωρίον Λακωνικῆς. Θουκυδίδης δ.

APHRODISIA, oppidum Laconicæ. Thucyd. lib. 4.

Α᾽ΦΥ᾽ΤΗ [99], ἡ Α᾽ΦΥΤΙΣ, πόλις πρὸς τῇ Παλλήνῃ Θρᾴκης, ἀπὸ Α᾽φύος τινὸς ἐγχωρίου. B [1] Ἔχει δὲ ἡ πόλις μαντεῖον Ἄμμωνος. Ὁ πολίτης, Α᾽φυταῖος. Θουκυδίδης α, ἐξ Α᾽φύτου ὁρμώμενος. [2] Λέγεται καὶ Α᾽φύτεια, ἴσως ἀπὸ τῆς Α᾽φύτης· καὶ Α᾽φυλίδης, καὶ Α᾽φυτώδης, καὶ Α᾽φυήσιος. C

APHYTE, vel APHYTIS, urbs juxta Pallenen Thraciæ, ab Aphyo quodam indigena. Habuit verò urbs oraculum Ammonis. Civis, Aphytæus. Thucydid. lib. 1. *Ex Aphyti profectus.* Dicitur etiam Aphytia, forte ab Aphyte; nec non Aphytiensis, & Aphytensis, & Aphytesius.

Α᾽ΧΑΙΊΑ [3], πρῶτα τὸ Ἀχαιὸς κύριον. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀχαιός. Καὶ σεσημείωται ὀξυνόμενον. Ἔστι καὶ λόφος ἐν Καρύστῳ, καὶ τόποι Διάφοροι.

ACHÆIA, ab Achæus nomen proprium. Gentile, Achæus, & notatur acuto tono. Est etiam collis in Carysto; nec non loca diversa.

Α᾽ΧΑΙΜΕΝΊΑ [4], ἡ Περσικὴ μοῖρα, ἀπὸ Ἀχαιμένους τοῦ Λιγέως. Λέγεται καὶ Ἀχαιμένιον. D

ACHÆMENIA, Persidis pars, ab Achæmene Ægei filio. Dicitur etiam Achæmenium.

Α᾽ΧΑΝΟΙ, ἔθνος πρὸς τῇ Σκυθίᾳ, οἱ καὶ Ἀχαρνοὶ λέγονται παρὰ Θεοπόμπῳ.

ACHANI, populi prope Scythiam qui etiam Acharni dicuntur apud Theopomp.

Α᾽ΧΑ᾽ΡΝΑ [5], δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς.

ACHARNA, populus OEneidis tribus.

Ἡρω-

των ὃ ἔχοντες Γιγάμαι, νεμόμενοι τὴν πρὸς ἑσπέρην χώρην, μίσγει Ἀφροδισιὰς νῆσος. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χώρῳ κεῖται Πλατέα νῆσος ἐπικείμενη, τὴν ἔκλιπον Κυρηναῖοι· καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μενελάου λιμὴν ἐστι. &c. i. e. *His confines sunt Gigamæ, locum, qui occasum spectat incolentes usque ad Aphrodisiadem insulam. In hujus loci medio jacet insula* Platea, *quam condidere Cyrenæi; atque in continente est portus Menelaius, & Aziris, quam Cyrenæi incoluere.* Interpres Latinus pro illis τὴν ἔκλιπον Κυρηναῖοι, vertit, *ubi urbem condidere Cyrenæi*; cum deberet vertere, *quam condidere Cyrenæi*, ut nos vertimus. Namque τὸ κτίσαι apud Græcos, & *condere* apud Latinos, tam de urbibus, quam de regionibus, dicitur. Atque Herodotus non inquit, Cyrenæos condidisse in illa insula urbem, sed inquit, Cyrenæos condidisse illam insulam, scilicet eam incoluisse conditis aliquibus oppidis. Illam Græcorum & Latinorum phrasin contra Scaligeri sententiam alibi annotamus.

97 Ἀφροδίτης, πόλις πρὸς Ἄθῳ &c.] Sic concipienda sunt hæc verba: Ἀφροδίτης πόλις, πόλις ἐστὶ &c. i. e. *Aphroditis polis*, id est, *Veneris urbs, urbs est juxta Athribin, & Æthiopiam & Thraciam.* Aphrodites polis & Nomos Aphroditopolites memorantur Ptolemæo Geograph. lib. 4. c. 5. inter Ægypti oppida & præfecturas, ut & Straboni & Plinio. Reliquarum non venit mihi in mentem, ac ne Anthistenis quidem lucerna quæsitas inveniri posse reor.

98 Ἀφροδίτα, χωρίον Λακωνικῆς &c.] Aphroditia, oppidum Laconicæ ex Thucydidis lib. 4. apud quem *Aphrodisia*, non Aphroditia, ut habet noster, vocatur. Ejus appono verba: Μικρὰ δ᾽ ὕστερον καὶ ἡμισείᾳ πρὸς Κορύτειαν καὶ Ἀφροδισίαν, τὸ μὲν ὄχλον τῶν ψιλῶν ἐκπεσὸν ἐφόβησεν ἐπιδρομῇ, τοὺς δ᾽ ὁπλίτας διεμβάλοντες ἐπεσχήκεσι πάλιν. i. e. *Una vero præsidiaria cohors, quæ etiam hostes propulsavit circa Corytam & Aphrodisiam, palantem levis armaturæ turbam impetu facto terruit, sed cum gravis armaturæ milites ipsam excepissent, rursus se recepit.* Tu, benevole Lector, pro tuo arbitrio, vel Stephanum ex Thucydide, vel Thucydidem ex Stephano corriges. Namque Thucydidis scholia ad hunc locum nihil nobis suppeditant.

99 Ἀφύτη, ἡ Ἀφυλις, πόλις πρὸς τῇ Παλλήνῃ Θρᾴκης.] Aphyte, vel Aphytis, urbs juxta Pallenen Thraciæ, ex Thucyd. lib. 1. Οἱ ἀφικόμενοι ἐς τὴν Παλλήνην, καὶ ἐξ Ἀφύτου ὁρμώμενοι προσῄεσαν τῇ Ποτειδαίᾳ τὸ πρῶτον κατὰ βραχὺ προϊόντες καὶ κείροντες ἅμα τὴν γῆν. i. e. *Qui cum in Pallenen pervenissent, ac ex Aphyti castra movissent, copias Potidææ admovit paulatim procedens & depopulans simul agros.* Pro *depopulans agros* est in Græco κείρων τὴν γῆν, i. e. *tondens terram*; pulchra metaphora. Exercitus enim, qua transit, tondet agros.

1 Ἔχει δὲ ἡ πόλις μαντεῖον Ἄμμωνος.] Aphyten, seu Aphytin urbem ad Pallenen Thraciæ habuisse oraculum Ammonis inquit. Id desumpsit ex Pausaniæ lib. 3. Sic enim ille de his loquitur: Ἀφυλαῖοι δὲ πεμπτοι Ἄμμωνα, σέβουσι ἧσσον, ἢ οἱ Ἀμμώνιοι Λιβύων. i. e. *Aphytæi autem colunt Ammonem nihilominus, quam Ammonii Libyum.*

2 Λέγεται καὶ Ἀφύτεια, ἴσως ἀπὸ τῆς Ἀφύτης.] Dicitur etiam Aphytia, urbs Aphyte, seu Aphytis, ab Aphyte, scilicet per paragogen, quod est valde frequens in hujusmodi nominibus, de quibus videsis, quæ in Ἀγάμεια nota 72. observavimus.

3 Ἀχαιία, πρῶτα τὸ Ἀχαιὸς κύριον.] Achæia nomen invenit ab Achæus, cum est nomen proprium. Eodem modo enim dicitur etiam gentile; etsi hoc acuto, illud gravi tono notatur. At si ab Achæus dicitur regio Achæa, non Achæia debet dici, sed obtinuit usus, ut Ἀχαία & Ἀχαΐς dicatur, ut & adjectiv. Ἀχαϊκὸς, & Ἀχαϊνὸς, teste Eustathio ad Il. 1. v. 254. Duplex verò fuit hujus nominis regio; altera Græciæ, cujus incolæ dicebantur *Achæi*, *Achivi*, *Hellenes*, *Græci*, *Myrmidones*, de quorum tribus testimonium perhibet Mæonius vates Il. 2. v. 684.

Μυρμιδόνες θ᾽ καλεῦντο, καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἀχαιοί.
Myrmidones verò vocabantur, & Hellenes, & Achæi.

Quorum regionem vocat idem Mæonides Il. 1. v. 254. Ἀχαλίδα γαῖαν. id est, *Achæida terram.* De qua vide sis Plin. lib. 4. c. 9. Pausaniam in Achaicis. De Achæia verò extra Græciam, cujus incolæ quoque *Achæi* dicebantur. Consule Plin. lib. 6. c. 11.

4 Ἀχαιμενία, Περσικὴ μοῖρα &c.] Achæmenia, Persica portio, ab Achæmene Ægei filio. Sunt meræ nugæ. Achæmenes enim est nomen Persicum, à quo Achæmenidarum tribus apud Pasargadas, unde Persarum reges originem trahebant, ut rerum monumentis tradit Herodotus lib. 1. c. 125. Et adhuc hodiè nomine parum corrupto Persæ vocantur *Agemis*, teste Teixera in Itinerario Indiæ c. 6. ubi agit de urbe Bagadad. Apud Poëtas etiam *Achæmenius* sumitur pro Persicus, unde Lucan. lib. 2.

——— *Achæmenius decurrunt medica Susis*
Agmina. ———

5 Ἀχαρνα, δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς.] Acharna, populus, *id est*, oppidum OEneidis tribus ex Herodiano, non historico, sed grammatico, cujus popularis, seu oppidanus dicebatur Acharneus & Acharnites, & ore Latino Acharnensis. A priore nomen adepta est fabula Aristophanis, cujus epigraphe est Ἀχαρνεῖς *Acharnei*, seu *Acharneis*, (sic Cicero solet fingere hujusmodi nomina) vel *Acharnenses*, quod est Latinius & usitatius.

Ἡρωδιανὸς, Ἀχάρνεις βαρύτονον. Τὰ τοπικὰ, ὡς ἀπὸ ὀξυτόνου, Ἀχαρνῆθεν. Μήποτε δ' ἀπὸ τῆς Ἀχαρνεύς ἡ ἀπαγωγή. Ὁ δημότης, Ἀχαρνεύς, καὶ Ἀχαρνίτης, [6] καὶ Ἀχαρναῖος, καὶ Ἀχαρνικός. A

Herodianus, Acharnenſes barytonum dixit. Localia, tanquam ab oxytono, ex Acharna. Nunquam verò fit deductio ab Acharneus. Popularis, Acharneus, & Acharnites, & Acharnæus, & Acharnicus.

ΑΧΕΡΔΟΥΣ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Ἀχερδέσιος. Τὰ τοπικὰ δῆλα, Ἀχερδουντόθεν. B

ACHERDUS, populus, Hippothoontidis tribus. Popularis, Acherduſius. Localia nota, ex Acherdunte.

ΑΧΕΛΩΟΣ [7], ποταμὸς Ἀκαρνανίας, ἀπὸ Ἀχελῶος ἑλθόντος ἐκ Θετταλίας μετὰ Ἀλκμαίωνος. [8] Ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ ποταμός. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀχελῶος ὁμόφωνος. Καὶ Ἀχελωὰ, καὶ Ἀχελωΐς θηλυκόν. C

ACHELOUS, fluvius Acarnaniæ, ſic dictus ab Acheloo, qui venit ex Theſſalia unà cum Alcmæone, qui prius *Thoas fluvius* vocabatur. Gentile, Achelous ejuſdem vocis cum primitivo. Fœmin. Acheloa, & Achelois.

ΑΧΕΡΡΑΙ [9], πόλις μεταξὺ Πάδου καὶ τῶν Ἀλπέων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀχερραῖος.

ACHERRÆ, urbs inter Padum, & Alpes. Gentile, Acherræus.

ΑΧΕΡΩΝ [10], Ἀχερόντιος, Ἀχερούσιος, Ἀχερουσία, Ἀχερούσιον. [11] Ἔστι καὶ Ἀχερουσία λίμνη. Λέγεται καὶ Ἀχερόντειος, ὁ ἀφ' οὗ τὸ μέτρον Ἀριστοφάνης ἔφη· D

ACHERON, Acheruſius, a, um. Eſt etiam Acheruſia palus. Dicitur etiam Acheronteius, quod metri cauſa Ariſtophanes dixit:

Ἀχε- *Ache-*

6 Καὶ Ἀχαρναῖος, καὶ Ἀχαρνικός.] Popularis hujus tribus, quæ plurativo numero Acharnæ dicitur Pauſaniæ in Atticis, non ſolum erat Acharneus & Acharnites, ſed etiam Acharnæus, & Acharnicus; unde *Acharnicæ portæ* Athenis dicebantur, quod per eas ex hoc oppido ad urbem intraretur. Auctore Heſychio. Ejus incolæ traducebantur, ut agreſtes & rudes. Hinc *Acharnici aſini* dicuntur magni aſini, auctore, eodem auctore in Ἀχαρνικοί. Cui populus Ἀχάρνη dicitur. Ergò Acharna, Acharne, & Acharnæ numero plurali dicebatur.

7 Ἀχελωὸς, ποταμὸς Ἀκαρνανίας, &c.] Achelous, fluvius Acarnaniæ, Grammaticorum eruditiſſimo Arcadiæ, utrumque confirmat Pauſanias in Arcadicis, qui tres hujus nominis amnes memorat libro citato, hiſce verbis: Ἀχελῶος δὲ τοῦ Ἀρκάδι εἰσὶν ἄλλοι δύο ὁμώνυμοί τε αὐτῷ ποταμοί, καὶ τὰ ἐς δόξαν φανερώτεροι &c. i. e. *Acheloo Arcadi verò cognomines alii duo amnes ſunt, & quod ad gloriam clariores, eorum alterum ad Echinadas inſulas per Acarnanas & Ætolos decurrentem Homerus in Iliade fluvium omnium regem eſſe inquit: alterum idem poëta finxit è Sipylo monte fluentem, ipſumque fluvium, & montem Sipylum ad ea, quæ de Niobe prodidit, adjecit. Tertio huic ipſi Acheloo nomen eſt, qui propter Licæum montem labitur.* Celebrior omnibus fuit Acarnaniæ, à quo veteres propter antiquitatem, quod primus hic fluvius poſt diluvium è terra erupiſſe ferebatur, omnem aquam vocabant *Acheloum*, ut ex Orpheo, Ariſtophane, & Ephoro tradit Servius ad illud Virgilii ex Georgicor. lib. 1. v. 9.

Poculaque inventis Acheloïa miſcuit uvis.

Quod etiam teſtatur eruditiſſimus Grammaticorum, etſi id de Acheloo Arcadiæ fluvio inquit. Ejus ſunt verba: Ἀχελῶος, ποταμὸς Ἀρκαδίας καὶ πᾶν ὕδωρ ἅτινος λέγεται. i. e. *Achelous, fluvius Arcadiæ, & omnis aqua ſic dicitur.*

8 Ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ ποταμός.] Achelous Arcadiæ fluvius omnium hujus nominis celeberrimus, ut numero præcedenti annotavimus. *Thoas* etiam vocabatur, ut inquit Epitomator noſter, quod ex Strabonis lib. 10. videtur deſumpſiſſe. Sic enim Strabo libro citato de eo loquitur: Ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ Ἀχελῶος πρότερον. Ἔστι δὲ καὶ ὁ τῶν Δύμαν ὁμώνυμος τούτῳ, καθάπερ εἰρήκαμεν, καὶ ὁ τῶν Λαμιῶν. Εἰρήκαμεν δὲ καὶ ὅτι δοκοῦσί τινες τὸν κόλπον τὸν ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ φασι. i. e. *Vocabatur verò Thoas* Achelous *prius. Ejuſdem nominis fluvius eſt apud Dymam, ut dictum eſt, & apud Lamiam. Dictum eſt etiam, quod aliqui ajunt os hujus fluvii eſſe initium Corinthiaci ſinus.* Ex quibus verbis apparet, Pauſaniam & nos ſequi Strabonem, qui hujus nominis tres quoque celebrat fluvios, ut numero præcedenti annotavimus.

9 Ἀχέρραι, πόλις μεταξὺ Πάδου καὶ τῶν Ἀλπέων.] Acherræ, urbs inter Padum & Alpes, quam *Acerras* vocant Latini, *Vafrias* quoque cognominatas fuiſſe, & interiiſſe tradit Plin. Nat. Hiſt. lib. 3. c. 14. Viderint doctiores, utrum ſit eadem, necne? quam Virgilius celebrat Georgicor. lib. 2. v. 225.

Talem dives arat Capua & vicina Veſevo
Ora jugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.

Ad quem locum ita Servius: *Acerræ, civitas eſt Campaniæ, haud longè à Neapoli; quam Clanius præterfluit fluvius, cujus frequens inundatio eam exhaurit, unde ait vacuis*, id eſt, *infrequentibus.* Hujus ſitus non convenit cum ſitu illius, quare diverſas fuiſſe veroſimile eſt. Plinius etiam priorem celebrat in ſexta regione Italiæ, libro capiteque citato. *Aceranos* verò, qui videntur eſſe oppidani Acerrarum Virgilii, memorat cap. 5. ejuſdem libri.

10 Ἀχέρων, Ἀχερόντιος, Ἀχερούσιος, Ἀχερουσία, Ἀχερούσιον.] Acheron, Acherontos, Acheruſius, Acheruſia, Acheruſium; quid ſit, omittit dicere, ſi mihi divinandum eſſet, dicerem hoc modo: Acheron, ontis, Epiri fluvius juxta Pandoſiam urbem ex Acheruſia, palude Theſprotiæ profluens, à quo fit Acheruſius, a, um, quod me docuit inter alios Strabo lib. 7. in *Epirus.*

11 Ἔστι καὶ Ἀχερουσία λίμνη.] Eſt & Acheruſia palus. Et Acheron fluvius & Acheruſia palus erant in Theſprotia ſeu Theſprotide regione, ut & Cocytus, quæ cum vidiſſet Mæonius vates ac omnium poëtarum parens, quod eſſet aqua inſuaviſſima, in ſuam poëſin tranſtulit, atque ad inferorum fabulam graphicè accommodavit. Cujus rei teſtem habeo omni exceptione majorem Pauſaniam, in Atticis; Τῆς δὲ γῆς τῆς Θεσπρωτίδος, ἔστι μὲν καὶ ἄλλα θέας ἄξια, ἱερόν τε Διὸς ἐν Δωδώνῃ, καὶ ἱερὰ δὲ Θεῶν φηγός. Πρὸς δὲ τῇ Κιχύρῳ, λίμνη τέ ἐστιν Ἀχερουσία καλουμένη καὶ ποταμὸς Ἀχέρων. Ῥεῖ δὲ καὶ Κωκυτὸς ὕδωρ ἀπερρίζωθεν. Ὁμηρός τε μοι δοκεῖ ταῦτα ἐωφακὼς, ἐς τε τἆλλα πείσειν ἀποβλέψαντα τὸ ἐν ἅιδου, καὶ δὴ καὶ τὰ ὀνόματα τοῖς ποταμοῖς ἀπὸ τοῦ ἐν Θεσπρωτίδι θέσθαι. i.e. *In regione Theſprotide quidem ſunt & alia digna, quæ ſpectentur & templum Jovis in oppido Dodona, & ſacra Deo fagus. Ad Cichyrum Acheruſia eſt palus, & amnis Acheron. Fluit vero & Cocytus, aqua inſuaviſſima. Homeruſque mihi videtur, hæc cum vidiſſet in ſuam poëſin tranſtuliſſe, quæ de inferis habet, atque etiam nomina fluviis inferorum à Theſprotidis fluviis impoſuiſſe.* Hæc autem ſunt clariora, quam ut indicari egeant, quæ poſtea omnes poëtæ ut & omnia Homerica imitati ſunt, quare non inficetè *Galaton* pictor finxit Homerum evomentem, & reliquos poëtas, quæ ipſe evomuerat, deglutientes, ut rerum monumentis tradidit Ælianus de Var. Hiſt. lib. 13. c. 22.

12 Ἀχίλ-

Ἀχερούσιός τε σκόπελος αἱματοεσσής. A
Καὶ Ἀχερουσιὰς, ἐξ οὗ δῆ.

Acherontiusque ſcopulus ſanguinem ſtillans.
Apud eundem invenitur etiam Acheruntias.

ΑΧΙΛΛΕΙΟΣ ΔΡΟΜΟΣ [12], νῆσος μετὰ τὴν Ταυρικήν. Ἔστι καὶ νῆσος Ἀχίλλεια. Ὡς δέ τινες, λευκή. Ἔστι καὶ κώμη ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος. Ἔστι καὶ πόλις ἐν τῷ Σιγείῳ Ἀχίλλειον. Ἔστι καὶ Φρούριον Ἀχίλλειον, περίσημον Σμύρνης, καὶ τόπος ἐν Σικελίᾳ, ἔκ κώμη, καὶ λιμὴν Μεσσήνης. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀχιλλειώτης, καὶ Ἀχιλλείτης. Δυνάσθαι εἶναι, καὶ Ἀχιλλειοδρομίτης. B

ACHILLEUS DROMOS, inſula poſt Tauricam. Eſt etiam inſula Achillea, ut verò aliqui, *Leuce*, i. e. *alba*. Eſt etiam vicus in oſtio Mæotidis. Eſt & urbs in Sigeo, quæ *Achilleum* dicitur. Eſt etiam caſtellum Achilleum prope Smyrnam, & locus in Sicilia, & vicus & portus Meſenæ. Gentile, Achilleotes, & Achillites. Poteſt etiam eſſe, Achilleodromites.

ἈΧΝΑΙ, πόλις Θεσσαλίας· ἐνθένδε ἦν C
Κλεοδάμας, ὁ περὶ ἱππικῆς καὶ πολοδαμαστικῆς γεγράψας. Ἔστι καὶ πόλις Βοιωτίας. Ὁ πολίτης, Ἀχναῖος.

ACHNÆ, urbs Theſſaliæ, unde erat Cleodamas, qui de Hippica & Polodomaſtica ſcripſit. Eſt etiam urbs Bœotiæ. Civis, Achnæus.

ἈΧΟΛΛΑ [13], πόλις Λιβύης, ἀπὸ πόρρω τῶν Σύρτεων, ἄποικος Μελησίων. Τὸ ἐθνικὸν, D
Ἀχολλαῖος.

ACHOLLA, urbs Libyæ, haud procul à Syrtibus, colonia Melitæorum. Gentile, Achollæus.

ἈΧΟΜΑΙ, καὶ ἈΧΟΜΕΝΟΙ, ἔθνος τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας, ὡς Οὐράνιος ἐν τρίτῃ.

ACHOMÆ, & ACHOMENI, populi Arabiæ felicis, ut Uranius lib. 3.

ἈΧΡΑΔΙΝΗ [14], νῆσος ἔχουσα πόλιν πρὸς τῇ Συρακούσαις, [15] ἣν ἐπολιόρκησε Μάρκος ὁ E
Ῥωμαίων στρατηγός. [16] Ἀλλὰ καὶ Ἀχραδινὴ μοῖρα Συρακουσῶν. Χάραξ ἢ χώραν αὐτὴν καλεῖ καὶ νῆσον. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀχραδιναῖος, καὶ Ἀχραδῖνος.

ACHRADINA, inſula, quæ habet urbem, prope Syracuſas, quam obſedit *Marcus* Romanorum dux. Verum & Achradina eſt pars Syracuſarum. Charax verò regionem eam vocat, & inſulam. Gentile, Achradinæus, & Achradinus.

ἈΧΡΑΔΟΥΣ [17], δῆμος τῆς Ἀττικῆς. Ὁ F
δημότης, Ἀχραδόσιος. Ἀριστοφάνης ἐκκλησιαζούσαις·

ACHRADUS, populus Atticæ. Popularis, Achraduſius. Ariſtophanes ἐκκλησιαζούσαις, i. e. *concionantibus.*

Νῦν μὲν γὰρ ἔτος βεβαλάνωκε τὴν θύραν,
Ὅστις ποτ' ἐστὶν ἄνθρωπος Ἀχραδόσιος.

Nunc quidam hic obice trajecto obſeravit portam
Quicunque unquam eſt homo Achraduſius.

ἈΧΡΙΑΝΗ, πόλις Ὑρκανίας· Πολύβιος G

ACHRIANA, urbs Hyrcaniæ: Polybius

12 Ἀχίλλειος Δρόμος, νῆσος μετὰ τὴν Ταυρικήν.] Achilleus Dromos, *i. e.* Achillis curſus. Fuit inſula ad Iſtri oſtium, quod *Pſilum* vocabatur, alio nomine dicta inſula *Achillis* vel *Leuce*, quod Latino ſermone ſonat *alba*, de qua & Achillis in ea templo, & ejus miraculis diffuſe admodum agit Arrhianus in Periplo Ponti Euxini ad Adrianum Imperatorem, quem videſis. Me enim non delectant fabulæ, nec Ethnicorum ficta miracula, nec unquam delectaverunt: quod ſi ex hujuſmodi rebus aliquam perciperem voluptatem, eas utique referrem. Nec enim in notis meis volo imitari eos, qui alienæ tantum voluptati odorem gerunt, non ſibi. Ipſi enim non ſentiunt, ſed ut aliis placeant, gerunt. Ego verò has notas non Lectori modo, ſed mihi etiam faciebam.

13 Ἄχολλα, πόλις Λιβύης &c.] Memorat Achollam, urbem Libyæ non longè à Syrtibus, Melitæorum coloniam. Hos Miletæos exiſtimo eſſe oppidanos Melites urbis, coloniæ Carthaginenſium, quam ipſe memorat in Μελίτη. Cæterum Acholla memoratur etiam Straboni lib. 17. & Ptolemæo lib. 4. c. 3. qui nihil de ea memoria dignum referunt. *Acolitanum* oppidum vocatur à Plinio Nat. Hiſt. lib. 5. c. 4. quod inter libera oppida Africæ memorat. Sine dubio idem fuit oppidum. Namque ab Strabone libro citato Acholla & Zella liberæ civitates dicuntur.

14 Ἀχραδινὴ, νῆσος ἔχουσα πόλιν πρὸς ταῖς Συρακούσαις.] Achradine, inſula habens urbem prope Syracuſas. Toto cœlo aberrat Epitomator noſter, aut, niſi aberrat, *dis Æquo* diſtat à vero. Achradine enim, quæ à Latinis dicitur *Acradina*, non erat inſula, nec urbem habebat prope Syracuſas, ſed erat una ex quatuor Syracuſarum partibus habitata. Inter quas erat etiam una quæ *Inſula*, & Græce Dorica dialecto *Naſos* dicebatur. De Acradina verò conſulefis obſervationes noſtras in Συρακοῦσαι, ac etiam, quia Acradinæ murus fluctu alluebatur; Ideò inquit Epitomator noſter fuiſſe inſulam. In illius rei teſtimonium voco Livium, qui de ea lib. 24. ſic loquitur: *Inde terra marique ſimul cœptæ à Romanis oppugnari Syracuſæ; terra, ab Hexapylo; mari, ab Acradina: cujus murus fluctu alluitur.* De qua vide Diodorum Siculum lib. 11. & Plutarchum in Marcello & alios. Id enim eſt notius, quam ut indicari egeat.

15 Ἣν ἐπολιόρκησε Μάρκος ὁ Ῥωμαίων στρατηγός.] Quam obſedit Marcus Romanorum dux, ſcilicet M. Marcellus cujus hiſtoriam narrat Livius lib. 24. & vitam Plutarchus in Marcello.

16 Ἀλλὰ καὶ Ἀχραδινὴ μοῖρα Συρακουσῶν.] Sed & Achradine eſt pars Syracuſarum; Nunc rem tanquam acu tetigit Auctor noſter. Namque Achradine, quam Latini Acradinam vocant, erat una ex quatuor Syracuſarum partibus habitatis, de quibus vide ſis notas noſtras in Συρακοῦσαι, nunc etiam numero decimo quarto præcedenti egimus de Achradina.

17 Ἀχραδοῦς, δῆμος τῆς Ἀττικῆς.] Achradûs, untis, populus Atticæ ex Ariſtophane in Comœdia, cui titulus eſt ἐκκλησιάζουσαι id eſt *concionantes*, ſed Ariſtophanes riſus cauſa, ut erat lepidus & jocoſus id nominis formavit ἀπὸ τῆς ἀχράδος, id eſt, pyrum, ut refert Biſetus ad locum ejuſdem poetæ citatum, quem καὶ ᾠδὴ ſequitur Latinus interpres, ſiquidem pro Ἀχραδόσιος Achraduſius, vertit pyrificus; jocus poetæ in Latino ſermone amittit lepore, qui conſiſtit in alluſione ad populum Atticæ & ad arborem pyrum.

λύβιος δεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀχριανός. Alybius libro decimo. Gentile, Achrianus.

Ἀψίλαι [18], ἔθνος Σκυθικὸν, γειτνιάζον Λαζοῖς, ὡς Ἀρριανὸς ἐν τῷ Εὐξείνου πόντου περίπλῳ.

APSILÆ, gens Scythica, vicina Lazis, ut Arrhianus in periplo ponti Euxini.

Ἄψυνθος [19], πόλις Θρᾴκης. Ἀψωθὶς ἡ χώρα. Τὸ ἐθνικὸν Ἀψωθιος, καὶ Ἀψωθιάς. Ἔστι καὶ εἶδος φυτοῦ, περὶ οὗ Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος, [20] ὅτι Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἐννάτῳ. Τὰ πρόβατα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ τὸ Ἀψινθιον νεμόμενα, οὐκ ἔχει χολήν. Διχῶς δὲ γράφεται, καὶ διὰ τοῦ υ, καὶ διὰ τοῦ ι.

APSYNTHUS, urbs Thraciæ. Apsynthis verò regio. Gentile, Apsynthius. Fœmin. Apsynthias, adis. Est etiam species plantæ, de qua Bolus Democritéus, *author est*, quod Theophrastus lib. 9. de plantis *inquit*, oves, quæ in ponto Absynthium pascunt, non habere fel. Duobus verò modis scribitur, vel per *y*, vel per *jota*.

Ἀψυρτίδες [21], νῆσοι πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ, ὑπὸ Ἀψύρτου παιδὸς Αἰήτου ἐν μιᾷ δολοφονηθέντος ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς Μηδείας. Οἱ νησιῶται, Ἀψυρτεῖς καὶ Ἄψυρτοι. [22] Ἔστι καὶ τόπος ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ Ἄψαρος, Ἄψυρτος πρότερον λεγόμενος. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ. [23] Καὶ πολ * ἢ νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ.

APSYRTIDES, insulæ prope Adriam, sic dictæ ab Apsyrto Æetæ filio in una earum dolo interfecto à sorore Medea. Insularis, Apsyrtei, & Apsyrti. Est etiam locus in Euxino ponto Apsarus, *Apsyrtus* prius dictus. Artemidorus in epitome. Et..... verò insulam Apsyrtum refert.

Ἄψωρος, πόλις Ἰλλυρίας. Ἡρωδιανὸς ὀγδόῃ. Ἔοικε δὲ ἡ αὐτὴ, εἶναι τῇ προειρημένῃ.

APSORUS, urbs Illyriæ. Herodian. lib. 8. Videtur verò eadem esse, ac proxime dicta.

Ἄωρος, πόλις Κρήτης, ἀπὸ Ἀώρας νύμφης. Μεταγενομάσθη δὲ Ἐλεύθερα, ἀπὸ ἐλευθέρου

AORUS, urbs Cretæ, sic dicta ab Aora nympha. Priori verò mutato nomine vocata fuit

18 Ἀψίλαι, ἔθνος Σκυθικὸν, γειτνιάζον Λαζοῖς.] Apsilæ, populi Scythici, vicini Lazis ex Arrhiano in Periplo Euxini ponti; cujus sunt verba: Λαζῶν ἡ Ἀψίλαι ἔχουσι, βασιλεὺς δὲ αὐτῶν Ἰουλιανὸς, ἔτος ἤδη πεμπτὸς ἔχει, τὴν βασιλείαν ἔχει. Ἀψίλαις ἡ ὁμορος, Ἀβασκοί. i. e. *Lazis finitimi sunt Apsilæ, rex vero eorum est Julianus, hic à patre tuo regnum accepit. Apsilis autem finitimi sunt Abasci.* Apsilarum quoque meminit Plin. lib. 6. c. 4. Horum quoque unà cum Suanis, Scymnis & Abascis meminit Justinianus in Novellis suis, *quæ gentes*, inquit ille, *permittente Deo vel nostræ sunt, vel socie* Agathias lib. 3. Sub Colchorum ditione scribit fuisse, sed eos *Apsilios* vocat.

19 Ἄψωθος, πόλις Θρᾴκης.] Apsynthus, urbs Thraciæ, à nemine, quod sciam, memoratur, at Apsinthus Thraciæ fluvius celebratur Periegetæ v. 575.

Οὐχ ὅπω Θρῄκος ἐπ' ἤόσιν Ἀψινθοιο
Βιστονίδες καλέουσιν ἐλαβρόμου Ἰραφιώτου.
Non sic Thracii juxta ripas Apsinthi
Bistonides [*Threissæ*] *vocant multifremum Iraphiotem* [*Bacchum.*]

Quare Periegetæ auctoritate fretus existimo Apsinthios vocari ab Herodoto lib. 6. c. 34. Thraces illos, qui circa Asinthi oras habitabant. Apud epitomatorem nostrum Apsynthus per *y* psilon scribitur, apud Periegetam per *jota*. Utroque enim modo id nominis invenitur, ut infra annotat ipse. Ad Periegetæ locum nihil notatu dignum affert Archiepiscopus Thessalonicæ.

20 Ὅτι Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἐννάτῳ, &c.] Quod Theophrastus lib. 9. de plantis, &c. inquit auctor noster vel ex auctoritate Boli Democritei, vel suo nomine Theophrastum lib. 9. de Plantis dicere oves, quæ in Ponto apsinthium pascunt, non habere fel, at Theophrastus id tradit ex aliorum sermone. Ejus enim ex lib. 9. c. 18. sunt verba: Επει καὶ τὸ ἀψίνθιον τὸ ὡμὸν ἐνταῦθα προβατα ἐσθίει ὅ φασί τινες νέμεσθαι, πόαν ἐν τῷ Πόντῳ νέμεται, καὶ γίνεται πιότερα καὶ καλλίω, καὶ ὡς δή τινες λέγουσιν, ὀυκ ἔχοντα χολήν. i. e. *Quoniam & apsinthium hujus regionis oves non pascere ajunt aliqui, sed quæ in Ponto pascunt, & pinguiores & pulchriores fiunt, & ut aliqui dicunt, non habent fel.*

21 Ἀψυρτίδες, νῆσοι πρὸς τῇ Ἀδρίᾳ, ὑπὸ Ἀψύρτου παιδὸς Αἰήτου.] Apsyrtides, insulæ juxta Adriam h. e. juxta mare Adriaticum; nomen invenerunt ab Apsyrto Æetæ filio, ut inquit noster, sed his contradicit Arrhianus, qui in oppido Ponti Apsoro Apsyrti sepulchrum ostendi tradit ab ejus sorore Medea in una earum occiso, ejus apponam verba nota subsequenti. *Absyrtides* dicuntur Plinio, ex quo confirmatur sententia nostri Auctoris. Sic enim ille Nat. Hist. lib. 3. c. 26. *Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, natura vadosi maris, æstuariisque tenui alveo intercursantibus. Claræ ante ostia Timavi calidorum fontium cum æstu maris crescentium: juxta Istrorum agrum, Cissa, Pullariæ, & Absyrtides Grajis dictæ, à fratre Medeæ ibi interfecto Absyrto.* Ptolemæus libr. 2. c. 17. Liburniæ finitimæ Dalmatiæ adscribit insulam Apsorum, Melæ lib. 2. c. 7. in Adria notæ sunt Apsoros & Apsyrtis, sine dubio ipsissimæ insulæ sunt, quas noster *Apsyrtides* vocat, de quibus videsis Cluv. Ital. Antiquæ lib. 1. c. 21.

22 Ἔστι καὶ τόπος ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ Ἄψαρος, &c.] Est & locus in Euxino Ponto Apsarus, prius *Apsyrtus* dictus. Ejus meminit Arrhianus in Periplo Ponti Euxini Καὶ ἤλθομεν πρὸ τῆς μεσημβρίας σταδίους πλείονας, ἢ πεντακοσίους εἰς Ἄψαρον &c. i. e. *Et venimus ante meridiem confectis plusquam quingentis stadius in* [*oppidum*] *Apsarum, ubi sunt quinque Romanæ cohortes, & Scipendia militibus persolvimus, & arma, murum, fossam, ægrotos, & rei frumentariæ apparatum inspexi, de quibus quæ esset mea sententia Latinis litteris scriptum est. Apsarum autem oppidum*, Apsyrtum *olim ajunt fuisse appellatum, ab Apsyrto ibi à Medea occiso, cujus sepulchrum inibi ostenditur nomine postea, sicut in multis aliis fieri consuevit à barbaris corrupto.*

23 Καὶ πολ ..... ἢ νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ.] Hoc in loco Andabatarum modo nobis depugnandum est, pro καὶ πολ ... lege vel καὶ Πολύβιος vel καὶ Πολυΐστωρ, frequentius citat noster Polybium & Polyhistorem, quam Polemonem, & Polycharmum, quos in hac epitoma solet laudare.

24 Ἄψαρος, πόλις Ἰλλυρίας, &c.] Memorat Apsorum, urbem Illyridis, quam sibi videri inquit eamdem, ac prædictam, scilicet Apsarum, quam in Euxino Ponto locat, dictione præcedenti sed non cohærent Illyria, & Euxinus Pontus, ut una eademque possit esse urbs; Ptolemæus lib. 1. c. 17. in Illyride memorat insulam Apsorum & urbem in ea Apsorrhum; hanc reor esse, quæ auctori nostro dicitur Apsorus.

1 Βαβαὶ,

θέρ☉ ἐνὸς τ῀ Κυρήτων. Ὁ πολίτης, Ἄ῟ωρ☉, ἢ Ἀ῟ωρίτης, ὡς Ἀλωρίτης.

A fuit *Eleuthera*, ab Eleuthere uno ex Curetibus. Civis, Aorus, vel Aorites, ut Alorites.

B.

ΑΒΑΙ῀ [1], πόλις Λιβύης· Μαρκιανὸς ἐν Β Περίπλῳ αὐτῆς. Ὁ πολίτης, Βαβαῖ☉.

ΒΑΒΎΛΗ [2], πολ * ἐν Ὀδρύσαις γ. C

ΒΑΒΡΆΝΤΙΟΝ, τόπ☉ πρὸς Χῖον. Πολύβι☉ ἑκκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως. Ἔοικε δ' ὑποκοριστικὸν τ῀ Βάβρας.

ΒΆΒΡΑΣ, πολίχνιον Αἰολίδ☉, ἐγγὺς D Χίου. Τὸ ἐθνικὸν, Βαβρᾶνλ☉. Εὕρηται καὶ ἰσοσύλλαβ☉ ἡ κλίσις ἐν ἀσιγκρίτοις βιβλίῳ.

ΒΑΒΥΛΩ῀Ν [3], Περσικὴ πόλις, μητρόπολις, Σελεύκεια καλουμένη, [4] Βαβυλῶν☉ ἀνδρὸς κτίσμα

B.

ABÆ, urbs Libyæ. Marcianus in ejus periplo. Civis, Babæus.

BABYLE, urbs ..... in Odrysis 3.

BABRANTIUM, locus prope Chium. Polybius lib. 16. Gentile, similiter. Videtur verò diminutivum esse nominis Babras.

BABRAS, urbs parva Æolidis prope Chium. Gentile, Babrantius. Invenitur etiam parisyllabica declinatio in libro mutilo.

BABYLON, Persica urbs, metropolis, *Seleucia* vocata, viri Babylonis opus anti-

1 Βαβαὶ, πόλις Λιβύης.] Babæ, urbs Libyæ ex Marciani Periplo ipsius Libyæ. Baba num. sing. dicitur Ptolemæo lib. 4. c. 1. qui eam locat inter Libyæ Mauritaniæ Tingitanæ oppida. Babba per duplex *b* vocatur à Plinio, de qua sic loquitur lib. 5. Nat. Hist. c. 1. *Ab Lixo* XL. M. *in mediterraneo altera Augusti colonia est Babba*, Julia Campestris *appellata*. Esse creditur, quæ nunc *Beni Theudi* Marmol.

2 Βαβύλη, πόλ..... ἐν Ὀδρύσαις γ.] Sic puto supplendum hunc locum, Βαβύλη, πόλις Θρᾴκης ἐν Ὀδρύσαις h. e. Babyle, urbs Thraciæ in Odrysis, τὸ γ expungendum esse censeo, meam conjecturam videtur fulcire Stephanus ipse in Ὀδρύσαι, ubi inquit Odrysas esse gentem Thraciæ. Igitur Babyle erat urbs Thraciæ in Odrysis. Sed hujus urbis nulla extat apud alios, quod sciam, memoria.

3 Βαβυλὼν, Περσικὴ πόλις, μητρόπολις, Σελεύκεια καλεμένη.] Babylon, Persica urbs, metropolis *Seleucia* appellata. Persica urbs dicitur auctori nostro Babylon, non quod sita esset in Persida, sed quod esset Persarum ditionis. Erat enim in Assyria ac hujus regionis olim metropolis, clarior, quam ut indicari egeat. Hebraicè dicitur בבל *Babel* quod *Confusionem* sonat. Ejus sæpe in sacris libris fit mentio. Jam Strabonis ætate magna ex parte deserta erat. Sic enim ille de ea loquitur lib. 16. Καὶ κατέῤῥηψαν τῆς πόλεως, τὰ μὲν Πέρσαι, τὰ δ' ὁ χρόνω☉, καὶ ἡ τῶν Μακεδόνων ὀλιγωρία περὶ τὰ τοιαῦτα καὶ μᾶλιστα ἐπιδὴ τὴν Σελεύκειαν ἐπὶ τῷ Τίγρηδι τοῦτον τῆς Βαβυλῶνο☉ ἐν τετρακοσίοις πως σταδίοις ἐτείχισε Σέλευκ☉ ὁ Νικάτωρ. Καὶ ἡδ' οἰκεῖν☉ καὶ οἱ μὲν αὐτὴν ἅπαντες περὶ τούτων ἐσπούδασαν τὴν πόλιν, καὶ τὸ Βασίλειον ἐντεῦθεν μετῳκισμένον καὶ δὴ καὶ νῦν ἡ μὲν μέγιστε Βαβυλῶν☉ μείζων ἡ δ' ἔρημο☉ ἡ πολλή. &c. h. e. *Et urbis partem Persæ diruerunt, partem tempus & Macedonum negligentia; præsertim postquam Seleucus Nicator Seleuciam ad Tigrim condidit prope Babylonem stadiis ferme trecentis. Nam & ille, & post eum omnes huic urbi studuerunt, & regiam eò transtulerunt, & nunc Babylone hæc major est, illa verò magna ex parte deserta, ut intrepide de ea usurpari possit, quod de Megalopoli Arcadiæ magna urbe quidam dixit Comicus:*

Solitudo magna est Megalopolis.

Straboni accinit Plin. lib. 6. c. 26. cujus sunt verba: *Durat adhuc ibi* [*Babylone*] *Jovis Beli templum, inventor hic fuit sideralis scientiæ, cæterum in solitudinem rediit exhausta vicinitate Seleuciæ ob id conditæ à Nicatore intra nonagesimum lapidem in confluente Euphratis fossa perducti, atque Tigris, quæ tamen* Babylonia *cognominatur, libera hodie ac sui juris, Macedonumque moris; Ferunt ei plebis urbanæ* DC. M. *esse.* Ac eodem capite paulò post: *Invicem ad hanc exhauriendam, Ctesiphontem juxta tertium ab ea lapidem in Chalonitide condidere Parthi, quod nunc est caput regni.* Hinc provenit error existimantium Seleuciam & Ctesiphontem fuisse Babylonem, in quem quoque incidisse videtur Epitomator noster, quoniam inquit Βαβυλὼν, Περσικὴ πόλις &c. i. e. *Babylon, Persica urbs, metropolis*, Seleucia *appellata*. Similis error grassatur nunc inter reipublicæ litterariæ proletarios, existimantes Babylonem esse, quæ hodie *Bagadad* vulgo dicitur, sed hunc errorem discutit Teixeira oculatus testis in suo itinerario Indiæ ad Italiam capite sextò, cujus appono verba: *Esta ciudad de Bagadad confunden todos, los que della tratan con Babylonia, movidos, ami Juicio por la viçindad del lugar ado aquella antiguamente estuvo, que de aquesta no dista mas que una buena Jornada, y para entender, que es cosa muy differente una de otra, bastara saber, que Babylonia estava sobre el rio Euphrates, y Bagadad esta sobre el Tigris.* Ex locis allatis apparet, nec Seleuciam, nec Ctesiphontem, nec Bagadad esse Babyloniam; nullus dubito fuisse maximam urbem, sed quod de ea tradit Aristoteles de Republ. lib. 3. non est verosimile, scilicet, quod capta jam tertium diem urbe quædam urbis pars id non sensisset, tunc enim esset gentis potius, quàm urbis nomen, sed id ex aliorum fide refert Aristoteles; in illius rei confirmationem libet apponere verba Scaligeri ad Eus. N. MDCCXIII. *Nam*, inquit ille, *qui Bagded Babylonem esse dicunt, tam falluntur, quam qui Babylonem ante bis mille quingentos annos solo æquatam fuisse ex falsa Prophetarum interpretatione infesti & armati oculis ignitis & tumentibus buccis contendunt, quum adhuc totis mœnibus suis integra, sed exinanita tempore Ammiani Marcellini extaret, & nos sciamus longo post tempore sub Persis à multis millibus Judæorum habitatam fuisse, solo autem æquata fuit anno Judaico 4797. Christiano* MXXXVII.

4 Βαβυλὼν☉ ἀνδρὸς κλίσμα παλαιτέρου &c.] Inquit Auctor noster Babylonem fuisse opus Babylonis viri, sapientissimi filii Μήδ῀ h. e. *Medi*, lege Βήλ῀ h. e. *Beli*. Nam quamvis hæc sint ex Græcorum fabulis, tamen in eis nunquam Medus, sed Belus personam agit; non contentus his Stephanus, ac si illud ex diphthera Jovis exscripsisset, impugnat Herodotum asserentem à Semiramide fuisse conditam, cum verosimile sit ab hac heroina seu instauratam seu auctam fuisse. Ejus primus conditor jacet in antiquitatis sepulchro, jam quando omniscius ille Propheta cum Bereshith c. 10. v. 10. Babylonem & ejus regem Nimrodum, celebret conditorem silentio præterit.

κτίσμα παλαίτερον, σοφωτάτου παιδὸς Μήδου ἔχ, ὡς Ἡρόδοτος, ὑπὸ Σεμιράμιδος· ταύτης γὰρ ἦν ἀρχαιοτέρα ἔτεσι χιλίοις δύο, ὡς Ἐρρᾶνιος. § Ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Βαβυλώνιος καὶ Βαβυλωνεύς· καὶ Βαβυλωνὶς, καὶ Βαβυλωνία τὰ θηλυκά.

antiquissimum, sapientissimi filii Medi, non, ut Herodotus, Semiramidis. Hac enim erat antiquior duo millia annorum, ut Errhanius. Est etiam in Ægypto urbs. Gentile, Babylonius, & Babyloneus. Fœmin. Babylonis, & Babylonia.

ΒΑΒΥΤΑΚΗ [6], πόλις Περσική. Ὁ πολίτης, Βαβυτακηνός.

BABYTACA, urbs Persica. Civis, Babytacenus.

ΒΑΓΑΔΑΟΝΙΑ [7], μοῖρα Καππαδοκίας νοτιωτάτη. Τὸ ἐθνικὸν Βαγαδάονες, ὡς Κατάονες, ἀπὸ Καταονίας.

BAGADAONIA, pars Cappadociæ valde australis. Gentile, Bagadaones, ut Cataones, à Cataonia.

ΒΑΔΕΩΣ [8], πόλις, τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας, ἐν τῇ ὠκεανίᾳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Ὁ οἰκήτωρ, Βαδεωπολίτης.

BADEOS, urbs, Arabiæ felicis, in maritima parte maris rubri. Incola, Badeopolites.

ΒΑΔΙΖΑ [9], πόλις τῆς Βρεττανίας. Πολ * τελσκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Βαδιζαῖος.

BADIZA, urbs Brittaniæ. Polybius lib. 13. Gentile, Badizæus.

ΒΑΐΑ, ὄρος Κεφαλληνίας, ἀπὸ Βαίου κυβερνήτου Ὀδυσσέως. Τὸ ἐθνικὸν, Βαιάτης.

BÆA, mons Cephalleniæ, sic dictus à Bæo Ulyssis gubernatore. Gentile, Bæates.

ΒΑΙΑΚΗ, πόλις τῆς Χαονίας· Ἑκαταῖος. Τὸ ἐθνικὸν, Βαιακαῖος· δωρικῶς καὶ Βαιακῖνος. Ἄμεινον τὸ πρῶτον.

BÆACE, urbs Chaoniæ: Hecatæus. Gentile, Bæacæus. Potest etiam *esse* Bæacinus, *sed* melius *est* primum.

ΒΑΪΒΑΙ, πολίχνιον τῆς Καρίας. Ὁ πολίτης, Βαιβαῖος.

BÆBÆ, oppidulum Cariæ. Civis, Bæbæus.

ΒΑΙΚΥΛΑ [10], πόλις Ἰβηρίας, πρὸς τοῖς Ἡρακλείοις στήλαις. Τὸ ἐθνικὸν, Βαικυλδύς.

BÆCYLA, urbs Iberiæ juxta Herculis columnas. Gentile Bæcylensis.

ΒΑΙΤΑΡΡΟΥΣ [11], κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης. Οἱ καλοικοῦντες, Βαιταρρηνοί. [12] Ἔστι καὶ πόλις Κελτική.

BÆTARRHUS, vicus magnus tertiæ Palæstinæ. Incolæ, Bætarrheni. Est etiam urbs Celtica.

ΒΑΙ-

ΒΑΙ-

§ Ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πόλις.] Celebrat Breviator noster Babylonem quoque in Ægypto, cujus meminit Ptolemæus Geographiæ lib. 4. c. 5. Strabo lib. 17. cujus libet apponere verba: *Ἀναπλέουσι δ' ἐστὶ Βαβυλὼν, φρούριον ἐρυμνὸν, ἀποστάντων ἐθελοῦσα Βαβυλωνίων τινῶν* &c h. e. *Naviganti sursum est Babylon castellum natura munitum à Babyloniis quibusdam conditum, qui huc secedentes, eo in loco habitationem à regibus impetrarunt. Nunc in ea collocata est una ex tribus legionibus, quæ Ægyptum custodiunt.* Utrumne inibi condita post fuerit civitas, quæ nunc vocatur *Alcairo*, an alibi, viderint doctiores.

6 Βαβυτάκη, πόλις Περσική.] Babytace, urbs Persica. Memoratur Plinio Nat. Hist. lib. 6. c. 27. Cujus sunt, quæ sequuntur, verba: *In Septentrionali Tigris alveo oppidum est Babytace. Abest à Susis* CXXXV. *mill. pass. ibi mortalium Soli aurum in odio contrahunt: id defodiunt, ne quo cui sit in usu.* Verba Plinii corrupta esse nullus dubito; Salmasius in Solinum fol. 1194. & Pincianus, uterque suo modo illa corrigunt; illius quoque Simia parum lucis illis præbuit. Sic enim de hoc oppido loquitur c. 58. *A Susis Babytace oppidum centum triginta quinque millia passuum distat, in quo mortales universi odio auri coëmunt hoc genus metalli, & abjiciunt in terrarum profunda: ne polluti usu ejus avaritia corrumpant æquitatem.* Præter rationem videntur illa, quæ referunt Plinius & Solinus: verosimilius est usum auri & argenti inter eos prohibitum fuisse, ut inter Lacedæmonios Lycurgi legibus.

7 Βαγαδαονία, μοῖρα Καππαδοκίας νοτιωτάτη.] Bagadaonia, pars Cappadociæ australissima, perperam apud Strabonem lib 1. legitur Βαγαδανία pro quo ex nostro Auctore legendum est Βαγαδαονία: apud Strabonem est planicies Cappadociæ ingens inter Argæum & Taurum montes sita.

8 Βάδεως πόλις, τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας.] Badeos polis, πόλις h. e. urbs felicis Arabiæ. Sic concipienda sunt illa, quemadmodum Ἀπόλλωνος πόλις, πόλις h. e. *Apollonis polis, urbs.* Badeopolis igitur fuit urbs Arabiæ felicis in mari rubro, quæ Cosmographo Geographiæ lib. 6. c. 7. dicitur Βαδὲα βασίλειον. h. e. *Badei regia*, de qua nihil memoratu dignum inveniebam.

9 Βάδιζα, πόλις τῆς Βρεττανίας. Πολ.... τελσκαιδεκάτῳ.] Celebratur Badiza urbs Britaniæ ex Polybio lib. 13. Sic enim supplenda est lacuna illa, de urbe ne χρὴ quidem apud alios.

10 Βαίκυλα, πόλις Ἰβηρίας, πρὸς ταῖς &c.] Bæcyla, urbs Iberiæ ad Herculis columnas. Polybius lib. 10. & 11. prope Castulonem locat, & ejus nomine, fœminino singul. & neut. plur. utitur. Perperam apud Liv. lib. 27. c. 20. scribitur *Bætula* pro *Bæcula*, quo utitur Ptolemæus Geographiæ lib. 2. c. 6. qui Latinos ut plerunque sequitur in oppidorum nominibus, utrum hodie extet sub alio nomine nec ne, dicendum relinquo D.D. Gaspari Hybañez de Segovia, & Peralta, qui in sua Hispania Illustrata plurima hujusmodi, tanquam alter Tiphys nobis deteget.

11 Βαιταρροῦς, κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης.] Bætarrhus, untis, vicus magnus tertiæ Palæstinæ; cujus incolæ dicebantur *Bætarrheni*, qui in Cæle-Syria memorantur à Plinio Nat. Hist. lib. 2. c. 23.

12 Ἔστι καὶ πόλις Κελτικὴ Βαιταρρών· ἧς ὁ πολίτης Βαιταρρίτης &c.] Est etiam urbs Celtica Bætarrha, cujus civis Bætarrhites &c. Sic hæc conjungenda esse clamant verba, quæ sequuntur. Inquit enim, civem Bætarrhæ dici *Bætarrhitem*, prioris autem h. e. Bætarrhuntis, *Bætarrhusium*; nihil certius nostra conjectura; hujusmodi errores tralatitii sunt apud Stephanum, typographi rationibus inferri debent κῦρ τλῶ ἐμοί. Cæterum Bætarrha urbs Celtica h. e. Gallica Ptolemæo Geographiæ lib. 2. c. 5. Dicitur Βαίτιγες num. plurativo atque in Narbonensi Gallia locatur, eadem videtur esse, quæ Plinio Nat. Hist. lib. 3. c. 4. dicitur *Bliteræ Septumanorum*. Nam eam etiam locat in Narbonensi provincia, Βιλίτεγες dicitur Straboni lib. 4. qui etiam eam locat in Gallia Narbonensi prope Narbonem. Lucas Holstenius in Ortelium in *Beterrarum* sibi non constat in

hujus

ΒΑΪΤΑΡΡΑ, ἧς ὁ πολίτης Βαιταρρίτης. Τῆς δὲ πρεσβέρας Βαιταρρήσιος. Κλίνεται Βαιταρρηνός.

BÆTARRHA, cujus civis Bætarrhites. Prioris verò, Bætarrhusius. Declinatur verò Bætarrhûs, untis.

ΒΑΪΤΙΟΝ, πόλις Μακεδονίας· Θεόπομπος εἰκοστῇ πεμπτῇ. [13] Δωσαῖ ὃ κῆ τὸ τέχνῳ, Βαιτιδός.

BÆTION, urbs Macedoniæ: Theopompus lib. 24. Potest verò esse juxta artem, Bætiensis.

ΒΑΪΤΙΣ [14], ποταμὸς κῆ Ἰβηρίαν, ὃς Πέρκης λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Λέγεται καὶ Βαιτικὴ ἡ χώρα, ἀπὸ Βαίτιος γλυκέος.

BÆTIS, fluvius in Iberia, qui Percès dicitur ab indigenis. Dicitur etiam Bætica, regio à genitivo Bætis.

ΒΑΪΣΑΜΨΑ [15], πόλις ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ πρὸς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. [16] Ὃ ἔστιν οἶκος ἡλίου. Ὁ πολίτης, Βαισαμψηνός.

BÆSAMPSA, urbs in Arabico sinu juxta mare rubrum, quod est domus solis. Civis, Bæsampsenus.

ΒΑΚΚΑΪΟΝ [17], Ἱσπανίας ἔθνος.

BACCÆI, Hispaniæ populi.

ΒΑΚΤΡΑ [18], πόλις· Στράβων. Τὸ ἐθνικὸν, Βάκτροι, καὶ Βακτρεῖοι, καὶ Βακτρία τὸ θηλυκόν. Ἔστι καὶ πόλις Βάκτρον. Τὸ ἐθνικὸν Βακτριανὸς, καὶ Βακτριανή.

BACTRA, urbs, Strabo. Gentile, Bactri, & Bactrii. Fœmin. Bactria. Est etiam urbs Bactrium, cujus gentile, Bactrianus, & Bactriana.

ΒΑ-

ΒΑ-

hujus civitatis vero nomine. Inquit enim, [*Beterrarum*] *Βηθηρράτων. Nummus ab illustrissimo Peirescio ad me missus ostendit Plinii lectionem veram esse, nec sollicitandam, & olim* Βήτηρρα *verum fuisse civitatis nomen, pro quo Stephanus* Βαίταρρα *habet: nam Bliteræ omnino corruptum est & A loco A male substitutum.* Imo potius nummus ostendit Plinii lectionem non esse veram, sed Stephani magis ad veram lectionem accedere, si tamen lectio nummi vera est, & non Stephani, quoniam apud Plinium *Bliteræ* scribitur, quam lectionem Holstenius corruptam esse inquit. Apud Mel. lib. 2. c. 5. *Septumanorum Bæterra* legitur.

13 Δωσαῖ ὃ κῆ τῷ τέχνῳ Βαιτιδός.] Potest vero secundum artem *esse* Bætieus; videtur aliquod verbum præcedens deficere puta, τὸ ἐθνικὸν Βαίτιος, δωσαῖος ὃ κῆ τέχνῳ Βαιτιδός. Sic illa concipienda esse existimo. Namque ab hujusmodi nominibus non solum gentilia in ὁς sed etiam in ιος formantur, à Βρυάνιον, Βρυάνιος, à Βυζάντιον, Βυζάντιος. Non est amplius immorandum in gentili urbis, cujus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio.

14 Βαῖτις, ποταμὸς κῆ Ἰβηρίαν, ὃς Πέρκης λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων.] Bætis, fluvius in Iberia, qui *Perces* dicitur ab indigenis. Bætis est fluvius Hispaniæ celeberrimus in ea regionis parte, quæ vulgo dicitur *Andaluzia*, à qua ipsa regio nomen accepit. Bætica enim dicitur à Latinis; hunc fluvium *Percen* dictum fuisse ab indigenis, inquit noster auctor; *Critium* ab incolis appellari ait Liv. lib. 28. c. 22. *Cirtim* Aphrorum lingua vocari tradit Niger Geographiæ lib. 3. *Ciritum* vocatum ab incolis refert Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 1. c. 7. nescio, qua auctoritate fretus, nisi forte fuerit μνημονικὸν ἁμάρτημα pro *Critium* Livii; τὸ Cirtim Nigri ex eadem farina esse reor, Mariana Hebraicam vocem existimat esse. Sic enim ille libro, capiteque citato. *Est autem vero propius, quod numero & auctoritate potiores historici tradiderunt, Bæticam provinciam à fluvio ipsam interfluente dictam, quem incolæ Ciritum, externi Bætim vocarunt, fortassis Hebraica voce à crebris domibus, villis, oppidis, quibus dextra, lævaque ob agri subjecti bonitatem, cultum collucentemque videbant.* Vocem illam Hebraicam, quam ait Mariana nulla alia potest esse præter קריות *Kiriath*, quæ apud Hebræos *urbem*, seu *oppidum* significat, at τὸ Perces nostri auctoris verosimilius est corruptum esse a ברכה *Beracah*, Hebræo nomine à quo Arabes *berca* fecere, quod apud utrosque significat *piscinam*, & *stagnum*, ac quia hic fluvius stagnabat, ut annotavit Bochartus; vero propius videtur ab Arabibus vocatum fuisse *Berca* h. e. *stagnum*, à quo *Perces* Stephani factum est. Facilis enim est transitus ex Berca in Perces. Veteres Græci *Tarteſſum* vocarunt, ut refert Strabo lib. 3. hodie vulgo vocatur *Guadalquivir*, nomine à Mauris, qui Hispaniam tenuere, impo-

sito, quod eòrum lingua significabat *fluvium-magnum*, quo in nomine insunt cineres Arabici nominis apud quos κυβὰρ *quybar* significabat *magnum*, quod est deflexum ab Hebræo כביר *Cabir* h. e. *validus*. Mauri vero, qui Hispaniam tenuerunt, loquebantur Arabica lingua corrupta, & omnia pene, quæ ex eorum lingua affert Aldretus in libro quem titulum fecit *Antiguedades de España, y Africa*, sunt ex illa Arabica Maurorum lingua corrupta. De Κυβὰρ vero videsis Constantinum Porphyrogennetam de Administrando Rom. imper. cap. 14. Seldenum de Dis Syris Syntagmate 2. c. 4. De Venere Syriaca.

15 Βαισαμψα, πόλις ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ.] Bæsampsa, urbs in Arabico sinu circa mare rubrum, præter litterarum ordinem occupat locum. Id nominis corruptum est ab Hebræo בית שמש *beth semes* h. e. *domus solis*. Ejus fit mentio Josue c. 21. v. 16. Utrum eadem sit necne, viderint doctiores.

16 Ὃ ἐστιν οἶκος ἡλίου.] Quod est *Domus Solis*. Optimè interpretatur Stephanus nomen urbis Bæsampsæ, quod significabat *domum Solis*. בית *beth* enim in regimine ab Hebræis dicitur *Domus*, שמש *Semes* autem *Sol* à radice שמש *Sammes* h. e. *ministravit*: optima Hebræorum paronomasia ab hac radice dictus Sol, quod omnibus ministrat lucem. Vicus quidam in tribu Judæ Josepho Antiquit. lib. 6. c. 2. Βαθσαμὴν dicitur, cujus vicarii Βηθσαμίτης dicebantur, ex ead. etymol.

17 Βακκαῖον, Ἱσπανίας ἔθνος.] Lege Βακκαῖοι, Baccæi, populi Hispaniæ, qui Ptolemæo lib. 2. c. 6. dicuntur *Vaccæi*. Fuere autem Castellæ veteris populi; Castella vetus vulgo Hispanis dicitur *Castilla la vieja*.

18 Βάκτρα, πόλις.] Bactra, orum, urbs ex Strabone; scilicet Bactrianæ regionis, ab illa gentile, ut plerumque num. plur. Bactri, & Bactrii, ab hac Bactriani. Dicebatur etiam urbs ipsa *Bactrium*, quæ fuit caput Bactrianæ regionis, aliquando quoque *Zariaspa* dicta fuit, juxta quam fluebat ejusdem nominis amnis ex adjacentibus montibus salis ramenta deferens, & in Oxum aquas devolvens, quod testatur Strabo lib. 11. Plin. lib. 31. c. 7. Bactra etiam à Poëtar. principe Georg. lib. 2. sumuntur pro ipsa regione:

Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent, non Bactra, neque Indi.

Ad quem locum Serv. *Bactra, regio juxta Assyrios, unde & populi Bactriani dicuntur.* Famigeratur Zoroaster Bactrianorum rex, qui primus artes Magicas creditur invenisse, ut rerum monumentis tradidit Plinius lib. 30. c. 1. ubi obiter hujus farinæ alios recenset; Bactra autem urbem hodie *Ephram* dici tradit P. Jovius Hist. lib. 14. Bactrianæ vero regionis descriptionem habes apud Cosmographum libro. 6. c. 9.

19 Βά-

ΒΑ΄ΚΟΥΡΟΙ[19], ᾗ Βακυριανοὶ, ἔθνος πρὸς Πάρθοις ᾗ Μήδοις. A

ΒΑ΄ΚΧΟΥ νῆσος[20], καὶ Ἀνιβάκχα ἑτέρα ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Βακχονησίτης.

ΒΑ΄ΛΑ[21], πόλις τῆς Γαλιλαίας· Ἰώσηπος. Τὸ ἐθνικὸν, Βαλαῖος. B

ΒΑΛΑΝΕ΄ΑΙ[22], πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Λαοδικάς. Ὁ πολίτης, Βαλανεώτης. Εἰς ἣν πόλιν Ἐπικράτης ἐγκώμιον ἔγραψεν, ὁ Βαλανεώτης. C

ΒΑ΄ΛΒΟΥΡΑ[23], ἀδιάφορος, πόλις Λυκίας. Τὸ ἐθνικὸν, Βαλβουρεύς.

ΒΑ΄ΛΔΟΣ[24], πόλις Φοινίκης. Ὁ πολίτης, Βαλδαῖος. Τὰ εἰς δος διύλλαβα, ἔχοντα πρὸ τοῦ λ ἄφωνον, βαρύνεται, εἰ μὴ ὀπιθέλκει εἴη· D

[25] Ἰνδὸς, ὅμοιον τῷ ποταμῷ· Τολορδὸς,[26] Μυνδὸς, ὡς ἄφωνον ὀξύνεται· ἀφ' οὗ·

Μωσόπεροι νεπόδων,

ὡς φησὶ Καλλιμάχῳ.

ΒΑ΄ΛΚΕΙΑ[27], πόλις περὶ τὴν Προποντίδα. E Τὸ ἐθνικὸν, Βαλκειάτης, ᾗ Βαλκείτης.

ΒΑ΄ΛΙΣ[28], πόλις Λιβύης πρὸς τῇ Κυρηνῇ, ἀπὸ τινος Βάλεω, ὅ καὶ ἱερὸν ἔχει. [29] Ὁ πολίτης, Βαλίτης.

ΒΑ΄Λ-

BACURI, & Bacyriani, populi, Parthis, & Medis vicini.

BACCHUNESOS, *i.e.* Bacchi insula, & alia Antibacchi in Arabico sinu. Gentile, Bacchonesites.

BALA, urbs Galilææ: Josephus. Gentile, Balæus.

BALANEÆ, urbs Phœniciæ, quæ nunc *Leucas*. Civis, Balaneotes, in quam urbem Epicrates encomium scripsit, Balaneotes.

BALBURA, neutro genere, urbs Lyciæ. Gentile, Balburensis.

BALDUS, urbs Phœniciæ. Civis, Baldæus. Nomina in *dos* disyllaba, quæ ante *d*, mutam habent, tono gravi notantur, nisi fuerint adjectiva, ut Indus, simile fluvio, Tolordus, Myndus, tanquam mutum acuuntur, à quo:

Magis muti, quam nepodes,

apud Callimachum.

BALCEA, urbs circa Proponditem. Gentile, Balceates, & Balcites.

BALIS, urbs Libyæ juxta Cyrenen, sic dicta à quodam Baleo, cujus etiam templum habet. Civis, Balites.

BAL-

19 Βάκυροι, ᾗ Βακυριανοὶ, ἔθνος πρὸς Πάρθοις ᾗ Μήδοις.] Bacuros, & Bacyrianos [lego Bacurianos] esse populos prope Parthos & Medos inquit, quorum nulla fit apud alios mentio; tamen Grabiel Sionita c. 3. celebrat urbem Bochara vetustissimam ad Euphratis fluvium, sic inquit ille, non longe ab ostio, qua parte respicit Arabiæ desertæ montes sitam, patriam *Honain Abu Aliben Sina*, quem *Avicennam* Latini vocant, quam urbem ab Europæis *Bachora* appellari tradit, forsitan hujus oppidani sunt, quos noster prope Parthos & Medos locat. Nam de populorum situ non est fidendum auctori nostro.

20 Βακχος νῆσος, ᾗ Ἀνιβάκχα ἑτέρα &c.] Memorat noster Bacchi insulam, & alteram, quæ *Antibacchi* dicebatur; utramque in Arabico sinu locat, supra Æthiopes Aroteras Plinius lib. 6. c. 29. cui *Bacchias* & *Antibacchias* dicuntur; at Ptolemæus stat pro Stephano; namque Geographiæ lib. 4. c. 9. inter insulas juxta Æthiopiam, quæ sub Ægypto in Arabico sinu, memorat Bacchi & Antibacchi insulas.

21 Βάλα, πόλις τῆς Γαλιλαίας, Ἰώσηπος.] Agit de Bala, Galilææ urbe, cujus inquit Josephum meminisse, qui eam memorat Antiquit. lib. 6. c. 6. in qua ait Saulum regem recensuisse septuaginta myriadas id est septingenta millia militum absque tribu Judæ, quæ sola armavit septem myriades, *id est*, septuaginta millia adversus Naasen Ammonitarum regem, qui obsidione premebat urbem Judææ *Jabes* nomine, quam historiam aliter referunt Sacra Biblia, in quibus Sam. lib. 1. c. 11. v. 8. hæc leguntur: וימקדם בבזק ויהיו בני ישראל שלש מאות אלף ואיש יהודה שלשים אלף id est, *Et recensuit eos in Bezec [urbe] & fuere filii Israël trecenta millia, & vir Jehudah triginta millia*: Igitur, quæ urbs SS. dicitur *Bezec*, Josepho est *Bala*, in militum etiam numero δὶς μιᾷ πασῶν distat Josephus à Sacra Scriptura; at בלה Bala civitas memoratur Josue c. 19. v. 3. quæ ad tribum Simeonis pertinebat, ut inibi refertur.

22 Βαλανέαι, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Λαοδικάς.] Balaneæ, urbs Phœniciæ, quæ nunc Leucas, inquit Auctor noster sed sine auctore, Balanææ Ptolemæo lib. 5. c. 15. inter Syriæ urbes prope Phœniciam locatur, eadem erat urbs, de qua non habeo, quid referam.

23 Βάλβουρα, ἀδιάφορος; πόλις Λυκίας.] Balbura neut. plur. urbs Lyciæ, Auctor noster in Βίβων auctor est conditam fuisse à Balburo pirata. Memoratur etiam à Ptolemæo lib. 5. c. 5.

24 Βάλδος, πόλις Φοινίκης.] Baldum, urbem Phœniciæ nemo nisi Stephanus novit: Paltus autem inter Syriæ urbes prope Phœniciam celebratur à Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 15.

25 Ἰνδὸς, ὅμοιον τῷ ποταμῷ.] Indus est nomen gentis, & fluvii, qui genti nomen dedit, à quo etiam regio India apud Latinos, Ἰνδικὴ apud Græcos dicitur.

26 Μυνδὸς, ὡς ἄφωνον ὀξύνεται.] Myndos, ut mutum acuitur. τὸ Μυνδος cum accentu in penultima scribitur ab Hesychio, apud quem significat *mutum*, & urbem Asiæ, vel *numine-afflatum*. Sic enim ille, Μυνδος, ἄφωνος, ᾗ πόλις Ἀσίας, ἢ ἔνθεος. Apud Ptolemæum vero lib. 5. c. 2. inter Cariæ urbes juxta Myrtoum pelagus numeratur, apud eumdem etiam libro capiteque citato est nomen insulæ in Icario pelago.

27 Βάλκεια, πόλις πλησίον τῆς Προποντίδος.] Balcia, seu Balcea, urbs juxta Propontidem; sæpe sæpius admonuimus lectorem diphthongum ει Græcorum ab auctoribus Latinis vel per i, vel per e exprimi, pro cujusque arbitrio. Hæc urbs à Plinio Nat. Hist. lib. 5. c. 30. *Balcea* dicitur.

28 Βάλις, πόλις Λιβύης πρὸς τῇ Κυρήνῃ ἀπὸ τινος Βάλεως &c.] Balis, urbs Libyæ juxta Cyrenen ejusdem Libyæ urbem, quæ nomen habet à Baleo; nemo nisi infrunitus dubitabit, Carneadem excipio, qui de omnibus dubitabat, quamvis non esset infrunitus, & nomen urbis, & Baleos à בעל *baal.* i. e. *Dominus* deduci, quod erat nomen Dei, Assyriis: Phœnicibusque commune: à Pœnicibus vero in Africæ oris plurima oppida condita fuisse, & eis nomina imposita, res est clarior in historia, quam ut indicari egeat, ideo ad hujus rei testimonium neminem voco.

29 Ὁ πολίτης, Βαλίτης.] Civis, id est oppidanus dicebatur Balites. Forsitan erant hi, qui Curtio lib. 4. c. 12. in exercitus Darii Catalogo *Belitæ* dicuntur, quo in loco legendum existimo *Balitæ* ex nostro auctore, si tamen per Criticorum filios licet. Balus enim & Bolus idem fuit Deus, vel potius idolum.

30 Βάν-

ΒΑ΄ΛΛΑ, πόλις Μακεδονίας, ὡς Πέλλα. Ὁ Α πολίτης, Βαλλαῖος. Θεαγένης ἐν Μακεδονίᾳ, Βαλλαίους μεταγαγὼν εἰς τὸν νῦν λεγόμενον Πύθιον τόπον.

BALLA, urbs Macedoniæ, ut Pella. Civis, Ballæus, Theagenes in Macedonia: *Ballæos transferens in locum, qui nunc dicitur Pythius.*

ΒΑ΄ΛΟΙΟΝ, πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Βαλοιεύς.

B BALOEUM, urbs Macedoniæ. Gentile, Balœensis.

ΒΑΝΑΥΡΙ΄ΔΕΣ, Τυρρηνικαὶ νῆσοι, ἀπὸ Βαναύρου τοῦ Αἴαντος. Τὸ ἐθνικὸν, Βαναυρεύς.

BANAURIDES, Tyrrhenicæ insulæ, sic dictæ à Banauro filio Aiantis. Gentile, Banaurensis.

ΒΑ΄ΝΤΕΙΑ [30], πόλις Ἰταλίας. [31] Τὸ ἐθνικὸν, Βαντιανοὶ, καὶ Βαντιᾶται.

BANTIA, urbs Italiæ. Gentile, Bantiani, & Bantiatæ.

ΒΑ΄ΝΤΙΟΙ [32], ἔθνος Θρᾴκης. Ἑκαταῖος. C

BANTII, populi Thraciæ. Hecatæus.

ΒΑ΄ΡΑΘΡΟΝ, τόπος κοῖλος, καὶ ὄρυγμα καλούμενος, ἀφ' οὗ Βαραθρεύς. Ἔστι καὶ Βάραθρα πλησίον τοῦ Κασίου. Τὸ ἐθνικὸν, Βαραθρεύς.

BARATHRUM. Locus cavus, & fossa, sic vocatus, à quo Barathrites. Sunt etiam Barathra prope Casium. Gentile, Barathrensis.

ΒΑΡΑ΄ΚΗ [33], νῆσος τῆς Γεδρωσίας. Τὸ ἐθνικὸν Βαρακαῖος, ὡς Ἰτύκη Ἰτυκαῖος. D

BARACÆ, insula Gedrosiæ. Gentile, Baracæus, ut ab Ityce, Itycæus.

ΒΑΡΒΑ΄ΛΙΣΣΟΣ, φρούριον τοῦ ἔω τείχους. Τὸ ἐθνικὸν, Βαρβαλισσεύς.

BARBALISSUS, castellum orientis muro cinctum. Gentile, Barbalissenus.

ΒΑ΄ΡΒΑΡΟΣ [34], οὐκ ἀπὸ ἔθνους, ἀλλ' ἀπὸ φωνῆς ἐλαμβάνετο· ὡς καὶ Ὅμηρος τοὺς Κᾶρας E βαρβαροφώνους, ὡς πολεμίους τῶν Ἰώνων. Εἰρῆσθαι δὲ τοῖς νεωτέροις ἐθνικῶς ἀφ' οὗ Βαρβαρία. [35] Ἔστι καὶ χώρα πρὸς τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ Βαρβαρία, ἀφ' οὗ καὶ Βαρβαρικὸν πέλαγος. Τὸ δὲ Βαρβαρικὸς οὐκ ἀπὸ τοῦ Βαρβαρία, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Βάρβαρος. Ἦν γὰρ Βαρβαρικός. F

BARBARUS, non de gente, sed de lingua dicitur, ut & Homerus Cares *barbare-loquentes* vocat, ut hostes Ionum. A recentioribus dicitur de gente, unde nomen Barbaria. Est etiam Barbaria regio prope Arabicum sinum, unde *Barbaricum pelagus* dicitur. Barbaricus verò, non à Barbaria, sed à Barbarus formatur. Si enim à Barbaria, Barbariacus diceretur.

ΒΑ΄ΡΓΑΣΑ [36], πόλις Καρίας, [37] ἀπὸ Βαργάσου τοῦ υἱοῦ Βάργης, καὶ Ἡρακλέους, ὃν ἐδίωξε Λάμος ὁ Ὀμφάλης καὶ Ἡρακλέους, ὡς Ἀπολλώνιος Καρικῶν τετάρτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Βαργασηνός. G

BARGASA, urbs Cariæ, sic dicta à Bargaso Bargæ, & Herculis filio, quem persequutus est Lamus Omphalæ, & Herculis filius, ut Apollonius Caricorum lib. 4. Gentile,

30 Βάντεια, πόλις Ἰταλίας,] Bantia, urbs Italiæ memoratur Plutarcho, apud quem in Marcello scribitur Βάντια, Ἐξῆλθεν μὲν τῷ συνάρχοντι ἐπὶ τὸν πόλεμον καὶ πολλὰ μεταξὺ Βαυλίας πόλεως καὶ Βενουσίας καθήμενον ἠρέτιζε τὸν Ἀννίβαν. id est: *Exiit cum collega ad bellum, positisque inter Bantiam urbem & Venusiam castris sæpe Annibalem lacessivit.* Livius lib. 27. *Itaque in Apuliam ex Brutiis reditum, & inter Venusiam Bantiamque, minus trium millium passuum intervallo consules binis castris considerant.* Ab hac urbe *saltus Bantinos* vocat Venusinus vates carm. lib. 3. Ode 4. v. 15.

Saltusque Bantinos, & arvum
Pingue tenent humilis Ferenti.

31 Τὸ ἐθνικὸν Βαυλιανοὶ καὶ Βαυλιᾶται.] Gentile, Bantiani & Bantiatæ. Latinis *Bantiani* dicuntur, quos Plin. lib. 3. c. 11. inter Lucanorum mediterranea locat.

32 Βάντιοι, ἔθνος Θρᾴκης. Ἑκαταῖος.] Bantii, populi Thraciæ. Polybius lib. 5. Macedoniæ adscribit. Namque cum illic memoret Calicœnos Macedoniæ populos, in eis Bantiam urbem describit.

33 Βαράκη, νῆσος τῆς Γεδρωσίας.] Barace, insula Gedrosiæ memoratur etiam Ptolemæo lib. 7. c. 1. Arrhiano in periplo maris Erythræi Barace sinus dicitur, septem insulas gremio suo coërcens prope sinum Barygazemum.

34 Βάρβαρος, οὐκ ἐπὶ ἔθνους, ἀλλὰ ἐπὶ φωνῆς ἐλαμβάνετο.] Barbarus non de gente, sed de lingua accipiebatur. Cum antiquitus Græci non haberent noticiam Barbariæ regionis, à qua Barbari ejus incolæ dicebantur, tunc id nominis de lingua tantum usurpabatur, unde Homerus appellavit Cares βαρβαροφώνους id est *barbare-loquentes*. Auctor noster inquit, quod essent Ionum hostes, sed fallitur. Sic enim Homerus eos appellavit scilicet Il. 2. v. 867. quod barbaro modo uterentur Græca lingua sumentes μὴ pro οὐκ & οὐκ pro μὴ, ut alibi annotavimus, vel ut inquit Strabo lib. 14. & ex eo Eustath. ad Homericum carmen citatum, quod δυσεκφόρως, καὶ σκληρῶς, καὶ τραχέως, id est *difficulter, & duriter, asperèque loquebantur.* Græci omnes, qui non utebantur lingua Græca *barbaros* vocabant, ut & Romani. *Barbari* etiam dicebantur ἀπαίδευτοι, teste Hesychio in Βάρβαροι.

35 Ἔστι καὶ χώρα πρὸς τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ Βαρβαρία.] Est etiam regio juxta Arabicum sinum Barbaria, cujus meminit Ptolemæus lib. 4. c. 8. Ab hac nomen habere inquit Joan. Leo, quæ nunc vulgo dicitur *Barbaria*, cujus vocis etymologiam deducit ex historia regis Iphrici, qui cum ab Assyriis, seu Æthiopibus regno pulsus Ægyptum peteret, sicque ab hostibus se pressum videret, ut nesciret, quid sibi agendum foret, suos interrogavit, *Quâ viâ salus quærenda esset*, hi verò responderunt *bar bar* id est *desertum, desertum*, unde regioni nomen fuisse verosimile est, si tamen illa sunt vera, ut esse potuerunt.

36 Βάργασα, πόλις Καρίας &c. Bargasa, urbs Cariæ, de qua Strabo lib. 14. Εἶτα μετὰ Κνίδον Κέραμος καὶ Βάργασα, πολίχνια ὑπὲρ θαλάττης. Εἶθ' Ἁλικαρνασσός, τὸ βασίλειον τῶν τῆς Καρίας δυναστῶν &c. id est: *Deinde secundum Cnidum Ceramus, & Bargasa oppidula supra mare. Deinde Halicarnassus regia dynastarum Cariæ, &c.*

37 Ἀπὸ Βαργάσου τοῦ υἱοῦ Βάργης, καὶ Ἡρακλέους.] Bargasa, urbs Cariæ, nomen adepta est à Bargaso Herculis filio ex Barge, quemadmodum etiam Cyarda Cariæ quoque urbs appellata est à Cyardo Carum rege hujus Bargasi filio, ut noster refert in Κύαρδα.

γασηνὸς, ὡς αὐτὸς ἐκπαιδεκάτῳ· ὡς Ἔδεσσα Ἐδεσσηνὸς, Γερασηνὸς, Ἐμεσηνός.

ΒΑΡΓΟΥΣΙΟΙ [38], ἔθνος δυλικὸν πρὸς τῷ Ἴβηρι ποταμῷ· Πολύβιος ἐν τρίτῳ. [39] Ἔστι καὶ Βάρχουσα μικρὰ πόλις Φοινίκης. Ὁ πολίτης, Βαρχουσηνός.

ΒΑΡΓΥΛΑ [40], ἀδελφὸς πόλις Καρίας, ἣν Ἄνδανον οἱ Κάρες φασὶν, Ἀχιλλέως κτίσμα λέγοντες. Ἔστι δὲ νησίον Ἴασος καὶ Μυῶδος. Ὠνομάθησαν δὲ ἀπὸ Βαργύλου, ὃς παραγενὸς ὑπὸ Πηγάσου πελθεὶς, Βελλεροφόντης δ' ἀναιθεὶς ἐπὶ τῷ ἑταίρῳ, πόλιν ἔκτισε Βαργυλίαν. Καὶ ἡ θάλασσα Βαργυλικὸς κόλπος. [41] Ἐξ οὗπερ ὁ πολίτης Βαργυλιάτης.

ΒΑΡΗΝΗ, πόλις Μηδίας, ἐγγὺς Ἀγβατάνων. Οἱ οἰκήτορες, Βαρηνοί.

ΒΑΡΗΤΙΟΝ [42], χωρίον πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ. Θεόπομπος πεντηκοστῷ δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Βαρητῖνος, ὡς Βρεντησῖνος.

ΒΑΡΙΣ [43], πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Βαρίτης. [44] Λέγεται Βάρις ἡ οἰκία, ὡς Ποσείδιππος· καὶ ἡ συνοικία, ὡς Ἔφορος.

ΒΑΡΚΑΝΙΟΙ [45], ἔθνος τοῖς Ὑρκανοῖς ὅμορον.

ΒΑΡΚΗ [46], πόλις Λιβύης, [47] ἣ πρὸς καὶ Πτολεμαΐς. Ἦν δὲ ἐκ πολυνθίνων οἰκοδομημάτων συνε-

tile, Bargasenus eodem teste lib. 16. ut ab Edessa, Edessenus, Gerasenus, Emesenus.

BARGUSII, populi occidentales prope Iberum fluvium, Polybius lib. 3. Est etiam Barchusa parva urbs Phœniciæ. Civis, Barchusenus.

BARGYLA, neutro genere, urbs Cariæ, quam *Andanum* Cares vocant ab Achille conditam fuisse dicentes. Est verò prope Iasum, & Myndum, sic vocata à Bargylo, qui percussus à Pegaso obiit. Bellerophontes verò tristitia affectus ex socii obitu, urbem condidit Bargyliam, ejus mare vocatur *Bargylicus sinus*, ex eodem. Civis, Bargyliates.

BARENA, urbs Mediæ prope Agbatana. Incolæ, Bareni.

BARETIUM, oppidum prope Adriam. Theopompus 52. Gentile, Baretinus, ut Brentesinus.

BARIS, urbs. Gentile, Barites. Dicitur Baris, habitatio, ut Posidippus, & cohabitatio, ut Ephorus.

BARCANII, populi Hyrcanis finitimi.

BARCE, urbs Libyæ, quæ etiam *Ptolemais* dicebatur. Erat verò ex ædificiis lateritiis

38 Βαργύσιοι, ἔθνος δυλικὸν πρὸς τῷ Ἴβηρι ποταμῷ.] Bargusii, populi occidentales ex Polybii lib. 3. apud quem hæc leguntur verba: *Καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, προσεφέρθη τὸ, τε τῶν Ἰλεργητῶν ἔθνος, καὶ Βαργυσίων, ἔτι τῶν Αἰρηνοσίων, καὶ τῶν Ἀνδοσίνων, μέχρι τοῦ προσαγορευομένου Πυρήνης.* Id est: *Ac transiens amnem Iberum [Amibal] subegit Ilurgetarum gentem, & Bargusiorum, item Ærenosios, & Andosinos; usque ad eam, quæ appellatur Pyrene.* Cosmographus quoque lib. 2. c. 6. Bergusiam numerat inter Illergetum oppida. Ilurgetæ autem Polybii & Illergetes Cosmogra. idem sine dubio fuere populi. Bergusia verò creditur esse, quæ hodie Hispanis dicitur *el Pertus* accentu in ult.

39 Ἔστι καὶ Βάρχουσα, μικρὰ πόλις Φοινίκης. Ὁ πολίτης, Βαρχουσηνός.] Litterarum ordo exigit, clamatque legendum Βάργουσα, & Βαργουσηνός. Fuit autem Bargusa, Phœniciæ urbs, quæ Plinio lib. 6. c. 29. dicitur Baragaza.

40 Βάργυλα, ἀδελφὸς πόλις Καρίας.] Bargyla, neutro plur. urbs Cariæ, quam Cares *Andanum* dicebant; Bargilia fœminino gen. dicitur Ptolemæo lib. 5. c. 2. Straboni lib. 14. noster etiam infra eam vocat *Bargyliam*. Juxta quam fuit templum Dianæ Myndiadis, quæ Polybio lib. 16. dicitur *Cindyadis*, cujus templum credebatur vulgò, nec ningi, nec complui, ut narrant Strabo & Polybius libris citatis. De similibus vero miraculis optimum est judicium Polybii. Inquit enim dandam esse veniam scriptoribus, si hujusmodi miraculis, & id genus fabulis indulgeant, ad conservandam vulgi pietatem erga numen, at quod modum excedit, id illis non esse condonandum censet. Perperam, ut hæc obiter notem, apud Polyb. scribitur *Cindyadis* pro *Mindyadis*. Namque Myndus, à qua Diana nomen habebat, fuit urbs quoque Cariæ prope quam & Iason erat Bargyla, ut inquit noster.

41 Ἐξ οὗπερ ὁ πολίτης Βαργυλιάτης.] Ex eodem sinu scilicet civis Bargylorum, seu Bargiliæ dicitur Bargyliates; si tibi placuerit legere ἐξ οὗπερ scilicet πόλεως per me licet, Bargyletæ memorantur à disertissimo Romuli nepotum Epistolarum lib. 13. ad Memmium & cæteros Epistola 56.

42 Βαρήτιον, χωρίον πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ.] Baretium, oppidum prope Adriam ex Theopompi libro 52. inquit esse; Οὐέρητον Veretum dicitur Ptolemæo libro tertio, cap. secundo. Straboni lib. 6. qui libro citato tradit prius *Barin* dictum fuisse, Περίπλους ἢ Τάραντος ἐστὶ πρὸς Βρεντέσιον, μέχρι μὲν Βάριος [Βάριδος] πολίχνης καὶ χωρίου. Καλεῖσι δ' Βάριν οἱ νῦν Οὐέρητον· κεῖται δ' ἐπὶ τοῖς ἄκροις τοῦ Σαλεντίνου, καὶ τὸ πολὺ πεζῇ μᾶλλον ἢ κατὰ θάλατταν εἰς αὐτὸν ἐκ τοῦ Τάραντος εὐμαρὴς ἡ ἄφιξίς ἐστιν. Id est: *Navigatio verò à Tarento ad Brundusium usque ad Barin oppidulum est stadiorum 1 o c. Vocant autem* Barin, *qui nunc* Veretum; *jacet in extremitatibus Salentinorum, ad quam plerunque à Tarento facilior datur accessus terrâ quàm mari.*

43 Βάρις, πόλις, τὸ ἐθνικὸν, Βαρίτης.] Baris, urbs. Gentile, Barites, inquit noster auctor, sed cujus regionis fuerit urbs, divinandum nobis relinquit, ut solet. Ptolemæus lib. 5. c. 5. celebrat Barin inter mediterraneas Phrygiæ in Pamphylia urbes. Forsitan intelligit epitomator noster Barin Italiæ urbem, quam *Veretum* dictam fuisse tradit Strabo lib. 6. cujus nota proxima præcedenti attulimus ipsissima verba.

44 Λέγεται Βάρις ἡ οἰκία &c.] Baris dicitur habitatio secundum Posidippum, & cohabitatio secundum Ephorum. Suidas etiam inquit Barin, significare aulam, id nominis parum corruptum deflectitur ab Hebræo בירה *birah*, quod significat *aulam*, *palatium*.

45 Βαρκάνιοι, ἔθνος τοῖς Ὑρκανοῖς ὅμορον.] Barcanii, gens Hyrcanis finitimi. Memorantur Q. Curtio lib. 3. c. 2. in lustratione exercitus Darii adversus Alexandrum, cui *Barcani* dicuntur, *Barcanorum*, inquit ille, *equitum duo millia fuere*.

46 Βάρκη, πόλις Λιβύης.] Barce, urbs Libyæ. Hujus urbis originem & conditores reperies apud Herodotum lib. 4. c. 160.

47 Ἥπερ καὶ Πτολεμαΐς.] Barcen, urbem Libyæ Ptolemaidem quoque dictam fuisse inquit, quod confirmat Strabo lib. 17. Εἶθ' ἡ Βάρκη πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαΐς. h. e. *Deinde Barce prius, nunc verò Ptolemaïs.* Plinius lib. 5. c. 5. *Ptolemais antiquo nomine Barce*: at Ptolemæo lib. 4. c. 4. Ptolemais & Barce sunt diversæ urbes.

σωλεθεῖσι[48] κτίσμα Περσέως, Ζακύνθε, Ἀ[ε]γ-A
στομέδοντος, Λύκε. Λέγε δὲ καὶ Βάρκαια, ἐξ οὗ τὸ
Βαρκαιάτης. Τοῦ δὲ Βάρκη, Βαρκαῖος, [49] καὶ
Βάρκαιον τὸν Λίβυν, φασὶ Βάρκαιον ἔθνος,
[50] οἱ τὰς ἱπποδρομίας ἀγαπῶντες Ποσειδῶνος, ἡνιο-
χεῖν δὲ καὶ Ἀθηνᾶς ἔμαθον. B

teritiis compoſita, Perſei opus, Zacynthi, Ariſtomedontis, & Lyci. Dicitur etiam Barcæa, ex quo Barcæates. A Barce verò dicitur Barcæus, & *Barcæum* vocant Libyem, & Barcæam gentem, qui equos nutrire à Neptuno, aurigare verò à Minerva didicerunt.

ΒΑΡΥΓΑΖΑ[51], ἐμπόριον Γεδρωσίας, τῆς σφόδρα ἐπισήμων. Οἱ οἰκοῦντες, καὶ ὁ κόλπος, Βαρυγαζηνοί.

BARYGAZA, emporium Gedroſiæ ex celeberrimis. Incolæ, & ſinus, Barygazeni.

ΒΑΣΑΝΙΣΑΙ, ἔθνος Θρᾴκιον, ἀπὸ τοῦ ὀνόματος ὁ Βασανίσης ὀνομάζεται. Τινὰ δὲ τῶν βιβλίων Βανίσας C ἔχουσι τρισυλλάβως.

BASANISÆ, populi Thraciæ à nominativo Baſaniſes. Aliqui verò libri *Baniſæ* habent triſyllabicè.

ΒΑΣΗΡΑ, πόλις Φοινίκης. Τὸ ἐθνικὸν Βασηρεύς, ὡς Ἀλίφηρα Ἀλιφηρεύς.

BASERA, urbs Phœniciæ. Gentile Baſerenſis, ut ab Aliphera; Alipherenſis.

ΒΑΣΙΝΝΟΙ, Ἀραβικὸν ἔθνος· Γλαῦκος ἐν τρίτῳ Ἀραβικῆς ἀρχαιολογίας. D

BASINNI, populi Arabici. Glaucus lib. 3. Arabicæ Antiquitatis.

ΒΑΣΙΛΙΣ[52], πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Βασιλίτης.

BASILIS, urbs Arcadiæ. Pauſan. lib. 8. Gentile, Baſilites.

ΒΑΣΤΑΡΝΑΙ[53], ἔθνος ὑπὲρ τὸν Ἴστρον οἰκοῦν. Διονύσιος ἐν περιηγήσει·

Πολλὰ μάλ' ἐξείης Μαιώτιδος ἐς στόμα E
λίμνης
Γερμανοὶ, Σαμάταί τε, Γέται θ' ἅμα,
Βαστέρναί τε.

BASTARNÆ, populi, qui ſupra Iſtrum habitant. Dionyſius periegeſeωs libro:

Multa valdè gentes deinceps ad Mæotidis uſque oſtium paludis
Germani, Samataque, Getæque ſimul, Baſtarnæque.

ΒΑΣΤΑ-

ΒΑΣΤΑ-

48 Κτίσμα Περσέως.] Barcen à Perſeo conditam fuiſſe aſſerit: longè aliter rem narrat Herodotus lib. 4. c. 160.

49 Καὶ Βάρκαιον τὸν Λίβυν φασὶ, καὶ Βάρκαιον ἔθνος.] Sic interpungenda & legenda ſunt hæc, aliter ſenſus non poteſt percipi. Cum paulò ante dixiſſet gentile urbis Barces eſſe *τὸ Barceates & Barcæus*, nunc inquit Barcæum dici Libyem, latiore ſcilicet ſignificatione, quo ſenſu memorantur Poëtæ nunquam ſatis laudato Æneid. lib. 4. v. 43.

Nec venit in mentem quorum conſederis arvis?
Hic Getulæ urbes, genus inſuperabile bello,
Et Numidæ infreni cingunt, & inhoſpita Syrtis:
Hinc deſerta ſiti regio, lateque furentes
Barcæi.

50 Οἱ τὰς ἱπποδρομίας &c.] Inquit noſter Barcæos equis alendis & curribus agitandis ſtuduiſſe à Neptuno & Minerva edoctos, in cujus confirmationem libet apponere verba Heſychii: Βαρκαίοις ὄχοις. Λιβυκοῖς, ἤτοι γὰρ ἐσπέδαζον ἐπὶ ἱπποδρομίαν. Φασὶ δὲ αὐτὸς καὶ πρώτους ἅρμα ζεῦξαι διδαχθέντας ὑπὸ Ποσειδῶνος. Τὸ δὲ Ἡνιοχεῖν ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ὡς Μνασέας ἐν τοῖς περὶ Λιβύης. id eſt: *Barcæis curribus*, i. e. *Libycis. Hi enim equis alendis ſtudebant; ajunt verò eos primos currum junxiſſe edoctos à Neptuno, aurigare autem à Minerva, ut Mnaſeas in libris de Libya.*

51 Βαρύγαζα, ἐμπόριον Γεδρωσίας &c.] Celebratur Barygaza, emporium Gedroſiæ ex celeberrimis, epitomatori noſtro, quæ civitas emporium etiam vocatur à Ptolemæo lib. 7. c. 1. ſed non in Gedroſia regione, at in Larice locatur, verum eadem erat urbs. Namque Larice erat quædam Indiæ regio, Gedroſia autem terminabatur ab oriente, parte Indiæ, ut apparet ex eodem auctore lib. 6. c. 21. Sæpe memoratur ab Arrhiano in Periplo maris Erythræi, de qua tandem inquit: Καὶ Ἀλέξανδρος ὁρμηθεὶς ἀπὸ τῶν μερῶν τούτων, ἄχρι τοῦ Γάγγου ἀπῆλθε καταλιπὼν τὸν τε Λιμυρικὸν, καὶ τὰ νότια τῆς Ἰνδικῆς. Ἀφ' ἧς μέχρι νῦν ὑπὸ Βαρυγάζοις, παλαιὰ ἀποχωρεῖται δραχμαὶ, γράμματα ἑλληνικοῖς ἐγκεχαραγμέναι, ἐπίσημα τοῦ μὲν Ἀλέξανδρου, βεβασιλευκότων Ἀπολλοδότου καὶ Μενάνδρου. i. e. *Ab his partibus Alexander profectus, ad Gangem uſque pervenit relinquens Limyricam & auſtralia Indiæ, ex quo ad hæc uſque tempora Barygazis antiquæ drachmæ per regionem procedunt litteris Græcis ſculptæ, inſignia Apollodoti, atque Menandri, qui poſt Alexandrum regnarunt.* Rhamnuſio veroſimile videtur Barygazam fuiſſe in latere Calecutienſi, non procul ab oſtiis Indi fluvii, ſed hoc eſt ſomniare. Ab hac urbe ſinus Barygazenus nomen habet, cujus meminit Arrhianus in Periplo maris Erythræi, quem L. Holſtenius in Ortelium putat eſſe, qui nunc *Golfo di Cambaia* dicitur.

52 Βασιλὶς, πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῳ.] Baſilis, urbs Arcadiæ ex Pauſaniæ lib. 8. apud quem libro citato Βασιλὶς accentu in ultima legitur: Τοῦ δὲ χωρίου, inquit ille, τοῦ ὀνομαζομένου Βάθους σταδίους ὡς δέκα ἀφεστηκὼς καλεμένη Βασιλὶς. Ταύτης ἐγένετο οἰκιστὴς Κύψελος, ὁ Κρεσφόντου μὲν Ἀριστομάχου δὲ υἱωνὸς γεγονὼς πατρὸς ὑπόδους. Ἐπ' ἐμοῦ δὲ ἐρείπια ἦν Βασιλὶς ἔτι, καὶ Δήμητρος ἱερὸν ἐν αὐτοῖς ἐλείπετο Ἐλευσινίας. i. e. *Ab eo oppido, quod Bathos dicitur ſtadia ferme x diſtat Baſilis: Cujus fuit conditor Cypſelus, qui Creſphontæ Ariſtomachi filio filiam nuptum dedit, meo ævo Baſilidis rudera tantum extabant, & in eis Cereris Eleuſiniæ templum.*

53 Βαστέρναι, ἔθνος ὑπὲρ τὸν Ἴστρον οἰκοῦν.] Baſtarnæ, gens ſupra Iſtrum habitans ex Dionyſii Periegeſi, cujus affert carmina, quæ apud eum leguntur v. 303. ad quem locum nihil de Baſtarnis affert Euſtathius, tantum annotat Samatas dici apud Dionyſium κατ' ἔλλειψιν τοῦ ρ, pro Sarmatas; quem videtur imitari Val. Flacc. lib. 6. cum Baſternas vocat *Baternas* propter metrum.

Atque ubi Sidonias inter pedes æquat habenas
Illinc juratos ſecum trahit Æa Baternas.

Peucinos Germaniæ populos ab aliquibus *Baſtarnas* vocari, auctor eſt Tacitus ſub calcem libri de Germania: *Peucinorum*, inquit, *Venedorumque, & Fennorum nationes, Germanis an Sarmatis adſcribam, dubito, quamquam Peucini, quos quidam* Baſtarnas *vocant, ſermone, ſede, ac domiciliis, ut Germani agunt: ſordes omnium, ac torpor, ceterum connubiis mixtis nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur.* Idem tradit Plinius lib. 4. c. 14. *Mediterranei*, (loquitur de Germanorum generibus) *Herminones, quorum pars Suevi, Hermunduri, Chatti, Cheruſci, quinta pars Peucini, qui* & Baſtarnæ, *ſupra dictis contermini Dacis.* Imponat his coronidem Strabo cujus verba ſub initium lib. 7. ſic ſe habent: Τέτταρες φασὶ καὶ τὸν Ἴστρον οἰκεῖν, ἐφ' ἑκάτερα πολλάκις. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Βαστέρναι μὲν τοῖς Τυρηγέταις ὅμοροι καὶ Γερμανοῖς, κεῖνται καὶ αὐτοὶ τὸ Γερμανικὸν γένος ὅλοις οἷς πλεῖσι φῦλα

ΒΑΣΤΆΝΑΒΟΣ, Ἀραβίας σταθμός. Τὸ ἐθνικὸν, Βασταναβηνός.

BASTANABUS, Arabiæ ſtatio ſeu portus. Gentile, Baſtanabenus.

ΒΑΤΑΝΈΑΙ [54], σωοικία Συρίας, ἡ καὶ Βαταναία ἑνικῶς. Τὸ ἐθνικὸν, Βαταναιώτης. Ἔστι καὶ Βάτανα πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.

BATANEÆ, vicus Syriæ, quæ etiam Batanea ſingulari numero dicitur. Gentile, Bataneotes. Eſt etiam Batana prope Euphratem.

ΒΑΤΈΤΑΡΑ, πόλις Λυγίων· ἡλυκῶς. Τὸ ἐθνικὸν, Βατεταραῖος.

BATETARA, urbs Lygurum, fœmin. generis. Gentile, Batetaræus.

ΒΑΤΊΕΙΑ, τόπος τῆς Τροίας ὑψηλός· κέκληται ἀπὸ Βατείας τινός, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Τρωϊκῶν. Ἢ ἀπὸ τοῦ πάτου τῶν ἵππων, ἦγον τῆς τροφῆς, τροπῇ τοῦ ω εἰς β. Ἢ ἀπὸ τῶν βάτων. Τὸ ἐθνικὸν, Βατιεύς, καὶ Βατιειάτης.

BATIEIA, locus Trojæ altus, ſic vocatur à quadam Bateia, ut Hellanicus lib. 1. Troïcorum, vel ἀπὸ τοῦ πάτου, τῶν ἵππων, i. e. *ab equorum pabulo*, verſo *p* in *b*. Vel ἀπὸ τῶν βάτων, i. e. *à rubis*. Gentile, Batienſis, & Batiates.

ΒΑΤΉ [55], δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, ὅθεν ἦν Ἄβρων ὁ Καλλίου ἐξηγητὴς, περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν γεγραφώς. Τὸ ἐθνικὸν ἀπιῤῥημαλικῶς, Βαεὺς ἤθεν. Οὐ γὰρ δεῖ ἐν πᾶσι τὸ ἐθνικὸν ζητεῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ἀπιῤῥήματι χρῆσθαι, ὡς ἀπὸ τοῦ δήμου· ἢ τῇ γενικῇ μετὰ προθέσεως, ἢ τῷ ἀναλόγῳ, ἢ τῷ συνήθει τῆς χώρας. Τὰ τοπικὰ, δῆλα.

BATE, populus Ægeidis tribus, unde erat Abro Calliæ commentator, qui de feſtis & ſacrificiis ſcripſit. Gentile, adverbialiter ex-Bata. Non enim in omnibus gentile quærendum eſt, ſed vel adverbio utendum, ut in nominibus populorum; vel genitivo cum præpoſitione, vel analogia, vel regionis conſuetudine. Localia manifeſta ſunt.

ΒΆΤΝΑΙ [56], πόλις τῆς Ὀῤῥοήνης. Τὸ ἐθνικὸν Βατναῖος, διὰ τοῦ χαρακτῆρος, ὡς Ἐδεσσαῖος καὶ Καῤῥαῖος.

BATNÆ, urbs Orrhoënæ. Gentile, Batnæus, propter characterem, ut Edeſſæus, & Carrhæus.

ΒΕΒΡΎΚΩΝ ἔθνη δύο· [57] τὸ μὲν, πρὸς τῷ Πόντῳ, ἐν τῇ Ἀσίᾳ. τὸ δὲ, πρὸς τοῖς Ἴβηρσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ· πεῖ δὲ τῆς ἐν Ἀσίᾳ, διάφοροι γεγόνασι δόξαι, ὅτι ἀπὸ Βέβρυκος, ἢ ἀπὸ Βεβρύκης. Καὶ ἄλλοι ἄλλως. Τὸ ἐθνικὸν Βεβρύκιος, καὶ Βεβρυκία. Εὕρηται καὶ Βέβρυσσα, ὡς

BEBRYCUM, duæ gentes, una prope Pontum in Aſia; alia prope Iberos in Europa. De ea verò, quæ in Aſia, diverſæ ſunt opiniones, vel quod à Bebryce, vel quod à Bebryca fuerit ſic vocata. Alii verò aliter. Gentile, Bebrycius, & Bebrycia. Invenitur etiam Bebryſſa, ut Phœniſſa, Ciliſſa,

φῦλα διῃρημένοι &c. Id eſt: *Hos ajunt etiam juxta Iſtrum habitare ad utramque partem ſæpe, in mediterranea verò Baſtarnæ ſunt Tyregetis & Germanis contermini, ac fere ipſi quoque Germanici generis in plures diviſi gentes. Nam alii* Atmoni *vocantur, alii* Sidones, *at* Peucini *inſulam Iſtri Peucen obtinentes.*

54 Βατανέαι, σωοικία Συρίας, ἡ καὶ Βαλανέα ἑνικῶς.] Bataneæ num. plur. cohabitatio, *id eſt*, vicus Syriæ quæ ſingulari etiam num. *Batanea* dicebatur. Tres hujus ferè nominis Syriæ urbes memorat ſuis locis Agbatana, Ecbatana, Batanea, utrum una eademque fuerit urbs ſeu oppidum viderint doctiores. Noſter auctor enim ex una urbe ſolet diverſas urbes condere; omnium nomen ex uno fonte videtur derivari ſcilicet ab Hebræo בית *bithan*, id eſt *palatium*; ex linguis autem cognatis etymon eruere haud abſonum nec ἀπροσδιόνυσον eſt, ſed ex Brabantico Teutoniſmo eruere Hebraiſmum, ut quidam βεκκεσέληνος fecit, inſania eſt, at non amabilis, ut eſt poëtarum: verum non ſolum poëtas ludit inſania, ſed etiam eruditos. Ceterum, ut ad Bataneas revertamur, Porphyrius à D. Hieronymo in Præfat. ad Epiſt. Pauli ad Galatas vocatur *Bataneotes*, ac ſi eſſet ex Batanea Syriæ, cujus gentile dicitur Bataneotes, ut inquit Stephanus, de quo latius in Commentariolo noſtro auctorum, quos ad teſtimonium vocat Stephanus.

55 Βαεὺς, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς &c.] Bate, populus, *i. e.* oppidum Ægeidis tribus, nullam ob aliam rem, quod ſciam memorandus, quàm quod fuerit patria Abronis, qui Calliam Comicum explicavit, ut inquit noſter, & Amynomachi cui omnia ſua Epicurus teſtamento donavit, ut refert Laërtius in Epicuro.

56 Βάτναι, πόλις τῆς Ὀῤῥοήνης.] Batnæ, arum, num. plur. urbs Orrhoënæ, Batne ſingul. num. vocatur ab Amm. Marcell. qui ejus ſitum depingit lib. 14. c. 9. *Batne*, inquit ille, *municipium in Anthemuſia, conditum Macedonum manu priſcorum, ab Euphrate flumine brevi ſpatio diſparatur, refertum mercatoribus opulentis: ubi æmula ſolemnitate, prope Septembris initium menſis, ad nundinas magna promiſcuæ fortunæ convenit multitudo: ad commercanda, quæ Indi mittunt & Seres, aliaque plurima vehi terra marique conſueta.* Eam quoque memorat Dio ex Xiphilino in vita Trajani, quem poſt quam Batnas & Niſibin cepit *Parthicum* appellatum fuiſſe tradit: Καὶ ὠνομάσθη μὲν, ἐπεὶ ἡ τὴν Νίσιβιν εἶλε καὶ τὰς Βάτνας, Παρθικός. i. e. *Et vocatus eſt, poſt quam Niſibin & Batnas cepit, Parthicus.* Julianus imp. in Epiſtolis eam non tantum deſcribit, ſed & ſummopere laudat ab amœnitate ita ut Theſſalicis Tempis præferat. Amm. Marcell. lib. 23. c. 4. Batnas municipium Oſdroënæ vocat.

57 Βεβρύκων ἔθνη δύο· Τὸ μὲν, πρὸς τῷ Πόντῳ. &c.] Bebrycum duæ gentes, &c. Memorat epitomator noſter duas Bebrycum nationes, alteram prope Pontum in Aſia, alteram prope Iberos in Europa, *i. e.* prope Hiſpanos: Stephano ſomnianti, an Græcorum nugamentis hæc adſcribam, dubito. Nemo enim unquam Bebryces prope Hiſpanos ſomniavit. Apud alios una tantum hujus nominis gens celebratur, quam à Phrygibus abolitam fuiſſe refert Strabo lib. 14. Quod etiam tradit Plinius ex Eratoſthene Nat. Hiſt. lib. 5. c. 30. Horum apud Poëtas frequenter fit mentio, de quorum ſitu vide Periegetem v. 805. Homerus Mantuanus eos celebrat Æneid. lib. 5. v. 371.

——— *qui ſe*
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.

Ad quem locum Servius inquit; *Bebryciam eſſe ipſam Bithyniam.* Eorum quondam rex Amycus non ſolum Virgilio, ſed etiam Apollonio Argonautic. lib. 2. v. 2. & alibi ſæpe celebratur.

58 Βέλ-

ὡς Φοίνισσα, Κίλισσα, Θρῆσσα. Ἔχει γὰρ οἰ- A σα, Thrassa. Habet enim affinitatem τὸ ς, κειότητα τὸ σ πρὸς τὸ ξ. cum x.

ΒΕΛΒΙΝΑ[58], πόλις Λακωνική· Παυσανίας ἐγδόῳ.[59] Ἀρτεμίδωρος νῆσον αὐτὴν φησι. Τὸ ἐθνικὸν Βελβινίτης, ὡς Αἰγινίτης.

BELBINA, urbs Laconica, Pausanias lib. 8. Artemidorus insulam esse inquit. Gentile, Belbinites, ut Æginites.

ΒΕΛΓΙΚΗ[60], ἡ χώρα, ὡς Βαιτικὴ, πρὸς- B εχὴς τῇ Γερμανίαις. Οἱ οἰκήτωρ Βελγικὸς, ὡς Ἀττικός. Ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ Βέλγη, ὡς ἀκτὴ Ἀττική. Τὸ θηλυκὸν Βελγεία, ἡ χώρα.

BELGICA, regio, ut Bætica, vicina Germaniis. Incola, Belgicus, ut Atticus. Videtur verò sic dicta à Belge, ut ab ἀκτὴ, *actæ*, i. e. *littus*, Attica. Fœmin. Belgia, regio.

ΒΕΛΗΔΟΝΙΟΙ[61], ἔθνος παρ' Ὠκεανῷ.[62] Παρθένιος ἐν Δήλῳ, Οὐδ' ἀπὸ τηλίτων C τῆς πόρρω ἄκρα Βεληδονίων.

BELEDONII, populi prope Oceanum. Parthenius in Delo, *Nec longe est promontorium, qui procul Beledoniorum.*

ΒΕΛΙΤΑΝΟΙ[63], οἱ αὐτοὶ τοῖς Λυσιτανοῖς, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν τετάρτῃ γεωγραφουμένων.

BELITANI, iidem ac Lusitani, ut Artemidorus lib. 3. Geographiæ.

ΒΕΛΙΤΡΑ[64], πόλις Ἰταλίας,[65] ἀπ' Ῥώμης ἀπωτέρω, ὡς φησι Φλέγων ὀλυμπιάσιν ἑ- D κατὸν ἑβδομηκοντατέσσαρσι.[66] Τὸ ἐθνικὸν Βελίτρανος, τῷ ἔθει τῆς χώρας.

BELITRA, urbs Italiæ, haud procul à Roma, ut inquit Phlegon Olympiade 174. Gentile, Belitrianus, regionis consuetudine.

BE- BE-

58 Βέλβινα, πόλις Λακωνική. Παυσανίας ἐγδόῳ.] Belbina, urbs Laconica ex Pausaniæ lib. 8. apud quem Belemina scribitur. Ejus ex libro citato verba sic se habent: Ἀπέχουσι δὲ αἱ Φαλασίαι σταδίους εἴκοσι τοῦ Ἑρμαίου τοῦ κῸ Βελεμίναν. Λέγουσι μὲν δὴ οἱ Ἀρκάδες τὴν Βελεμίναν τῶν ὀφείλοντα ἔσχατον τὸ ἀρχαῖον, ἀπολελειμμένην Λακεδαιμονίων &c. id est: *Absunt Phalasiæ stadia* XX *à Mercurii templo, quod ad Beleminan est. Dicunt Arcades Beleminam antiquitus ad suam regionem pertinentem, à Lacedæmoniis abscissam, &c.* Ego existimo Stephanum incidisse in aliquos Pausaniæ depravatos codices, apud quem nunc lib. 3. non modo 8. legitur Βελεμίνα, non Βέλβινα, ut apud nostrum. Uter eorum corrigendus sit, tuum esto judicium.

59 Ἀρτεμίδωρος νῆσον αὐτὴν φησι.] Artemidorus insulam eam inquit; sunt epitomatoris verba, ac si Artemidorus dixerit Belbinam urbem Laconicam esse insulam. Sic enim sonant illa, sed aliter res sese habet: δὶς δὲ πασῶν distabat Belbina urbs ab insula Belbina, quæ erat circa Sunium promontorium Atticæ; cujus rei testem produco omni exceptione majorem Scaryandensem scriptorem, ei præbe aures vacuas. Sic enim ille in Ἑρμείων inquit: Ἔστι δὲ τὸ Σκύλλαιον τῆς Τροιζηνίας, καθυπερκεῖ δὲ αὐτῆς ἐστι Σούνιον ἀκρωτήριον τῆς Ἀθηναίων χώρας. Καθὸ δὲ τέτο ἐστι νῆσος Βέλβινα, καὶ πόλις τότε ἔκ κόλπε. *Est verò Scyllæum Trœzeniæ; ex adverso ejus est Sunium promontorium Atticæ regionis. Circa hoc est Belbina insula cum urbe.* Memoratur etiam Strab. lib. 8.

60 Βελγικὴ, ἡ χώρα, ὡς Βαιτικὴ &c.] Belgica regio, ut Bætica, finitima Germaniis. Fuit olim Belgica, tertia pars Galliarum, quæ ideo *Gallia Belgica* vocabatur, cujus termini fuere ab Scalde ad Sequanam, teste Plinio lib. 4. c. 17. at nunc Belgium. Sic enim etiam appellatur. Septendecim provinciæ sunt, quæ omnes sub imperio Caroli I. Hispaniarum regis fuerunt: harum septem, rege ejus filio Philippo II. jugum excusserunt; ac quia inito fœdere libertatem armis tuebantur, *Fœderatum Belgium* appellatæ sunt. Harum (cum hæc scribebam) tres Christianorum Regum potentissimus, & *Christianissimus* Galliarum rex Ludovicus hujus nominis XIV. instar fulminis abripuit, quas quomodocunque ab eis, qui remansere fœderati, Belgis, si concordes fuerint, volventibus annis recuperandas esse nullus dubito, nisi imitentur *Virgilianum pastorem*, qui ovium ulceri adhibere manus medicas abnegabat, atque meliora omnia Deos poscens sedebat; *Non votis enim*, inquit Salustius in Catilina, *neque supplicibus muliebribus Deorum auxilia comparantur: vigilando, laborando, prospere omnia cedunt: ubi socordiæ tete atque ignaviæ tradideris, nequicquam Deos implores, irati, infestique sunt.* Sed cum hæc sub prælo sudabant, jam vaticinium nostrum ex quadam rationis vi procedens adimpletum erat, cujus ante eventum testes inter alios fuere Theodorus Hillensbergh, Joh. Georg. Grævius, quos sæpe in his observationibus honoris causâ nomino.

61 Βεληδόνιοι, ἔθνος παρ' Ὠκεανῷ.] Beledonii, gens ad Oceanum. Quorum apud scriptores altum est silentium, nisi fortè sint Aquitaniæ populi, qui Plinio lib. 4. c. 19. dicuntur *Belendi*.

62 Παρθένιος ἐν Δήλῳ, Οὐδ' ἀπὸ τηλίτων τῶν &c.] Sic scribi debent κατὰ τὸν ἐμὸν hæc verba: Παρθένιος ἐν Δήλῳ,

Οὐδ' ἀπὸ τηλῆς τῆς πόρρω ἄκρα Βεληδωνίων.

Parthenius in Delo:

Nec longe [*est*] *promontorium, qui procul, Beledoniorum.*

Est enim versiculus, ubi pro ἀπὸ τηλίτων legendum ἀπὸ τηλῆς vel ἀπὸ τῆλε. Namque τῆς particula quæ pertinebat ad sequentem dictionem, per incuriam adjuncta fuit præcedenti, ut solet fieri.

63 Βελιτανοὶ, οἱ αὐτοὶ τοῖς Λυσιτανοῖς.] Belitanos, eosdem esse ac Lusitanos inquit ex Artemidoro. Græci non habuere Hispaniæ exactam cognitionem, ideo non credendum Belitanos eosdem fuisse, ac Lusitanos; eos memorat Plinius lib. 3. c. 3. inter Hispaniæ citerioris populos.

64 Βέλιτρα, πόλις Ἰταλίας.] Belitra, urbs Italiæ, dicitur, adhuc hodiè extare ac vulgo *Velitri*, *Belitri* & *Beletri* vocari inquit Cluv. Ital. Antiquæ lib. 3. c. 8. Nunc est sub ditione Pontificum Romanorum, cujus Episcopatus unitus est Ostiensi, auctore Mich. Ant. Baudrand ad Alexandrini Lexicon Geographicum; antiquam esse urbem constat: quoniam Ancus Marcius Roman. rex eam obsedit, ut claret ex Dionysio Halicarnassensi Hist. Romanæ lib. 3. Ἐμάνετο δὲ καὶ πρὸς τὸ τῶν Οὐολόσκων ἔθνος τῷ Μαρκίῳ πόλεμος ληστηρίων κἀκεῖθεν ἐξιόντων ἐπὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων ἀγρὰς καὶ σφαδάσας ἐπ' αὐτὰς μεγάλη ἀρχῇ, πολλὰ προσελαύνει λείαν. Πόλεις τε αὐτῶν Οὐελίτρας προσκαθεζόμενος, &c. id est: *Fuit verò & adversus Volscorum gentem Marcio bellum, latrociniis inde exeuntibus in Romanorum agros. Quos cum exercitu alacriter adortus, magnam reportavit prædam, & urbem eorum Velitras obsidens &c.* Hanc urbem nobilitavit olim Octavia gens, ex qua Augustus Cæsar originem trahebat, ut tradit Suetonius in Augusto, c. 1. *Gentem Octaviam Velitris præcipuam olim fuisse, multa declarant.*

65 Οὐ Ῥώμης ἀπωτέρω &c.] Hæc verba, sic corrigit Cluv. It. Antiquæ lib. 3. c. 8. Ῥώμης ἐγγὺς ἀπωτέρω, ὡς φησι Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάσιν, ἡ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα τέσσαρσι σταδίοις. id est: *A Roma haud amplius, ut ait Phlegon in Olympiadibus, stadiis* CLXXIIII. *distans.* Sed pace Cluverii dicam, hunc locum esse sanum, ac nulla indigere correctione. Tralatitium enim est apud Geographos uti τῷ ἀπωτέρω adverbio comparativo significatione positivi, quo loquendi modo utitur noster tum in Ἀντίφρα, cum alibi sæpe, quod cum non animadverteret eruditissimus vir, infeliciter correxit, quæ non erant corrigenda.

66 Τὸ ἐθνικὸν Βελίτρανος.] Gentile urbis Belitrarum dici *Belitrianus* inquit; Οὐελίτρανοι, dicuntur Plutarch. in *Co-*

ΒΕΛΩΝ [67], πόλις καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Βαιτικῇ τῆς Ἱσπανίας. Ὁ πολίτης, Βελώνιος.

ΒΕΜΒΙΝΑ [68], κώμη τῆς Νεμέας. Ἑλλάνικος δὲ Βέμβινον, καὶ πόλιν φησίν. [69] Ὁ πολίτης, Βεμβινήτης, ὡς Σταγειρίτης, ὥσπερ ἀπὸ Ῥιανοῦ, Βεμβινάτης. Ἔοικεν δὲν Αἰγινάτης καὶ Αἰγινήτης κατὰ τροπήν, ὡς Παυσανίας ἐν Ἡρακλείας πρώτῃ·

Δέρμα τε θηρείου Βεμβινήτοιο λέοντος.

Καὶ ἄλλως·

Καὶ Βεμβινήτοιο πελώρου δέρμα λέοντος.

Τὸ ἐκ τόπου ἀπόρρημα, Βεμβίνηθεν. Καὶ εἰς τόπον, Βεμβίναδε.

ΒΕΝΕΒΕΝΤΟΣ [70], χωρίον Διομήδους ἐν Ἰταλίᾳ. [71] Οἱ δὲ, ὅτι κτῆμα Διομήδους, ἢ καὶ Μαλοεντὸς ἐλέγετο. [72] Τὸ ἐθνικὸν, Βενεβεντῖνος. [73] Ἔστι καὶ ἄλλη Καμπανίας, ἀπὸ τοῦ δ, ἧς τὸ ἐθνικὸν Βενεβενδός.

ΒΕΝ-

ΒΕΛΟΝ, urbs, & fluvius in Bætica Hiſpaniæ. Civis, Belonius.

ΒΕΜΒΙΝΑ, vicus Nemeæ. Hellanicus verò Bembinum ſcribit, ac urbem eſſe dicit. Civis, Bembinetes, ut Stagirites. Apud Rhianum verò invenitur Bembinates. Videtur igitur ſimile eſſe ac Æginates, & Æginetes, verſo α in η, ut Panyaſis Heracliæ primo:

Pellemque ferinam Bembinetæ leonis.

Et aliter:

Et Bembinetæ ingentis pellem leonis.

Adverbium ex-loco, ex-Bembina, & in locum in-Bembinam.

ΒΕΝΕΒΕΝΤΟΣ, oppidum Diomedis in Italia. Alii verò, eſſe opus Diomedis dixere, quod *Maleventus* dicebatur. Gentile, Benebentinus. Eſt & aliud Campaniæ per *d*, cujus gentile Benebendenſis.

BEN-

riolano, & Οὐελιλεῖνοι etiam poſſunt dici, & Οὐελιλεᾶτοι, in hujuſmodi rebus nulla poteſt dari regula, uſus eſt optimus magiſter. Latinis dicuntur *Velitrini* & *Veliterni*. Sueton. in Auguſto c. 94. *Velitris antiquitus tacta de cœlo parte muri, reſponſum eſt, ejus oppidi civem quandoque rerum potiturum: qua fiducia Velitrini & tunc ſtatim & poſtea ſæpius pœne ad exitium ſui cum pop. Rom. belligeraverant: ſerò tandem documentis apparuit, oſtentum illud Auguſti potentiam portendiſſe.* Liv. lib. 8. c. 14. *In Veliternos veteres cives Romanos, quod toties rebellaſſent, graviter ſævitum: & muri dejecti, & ſenatus inde abductus: juſſique trans Tiberim habitare.*

67 Βελὼν, πόλις καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Βαιτικῇ &c.] Belon, onis, urbs & fluvius in Bætica Hiſpaniæ. Et urbs & fluvius memorantur inter alios Straboni lib. 3. Εἶτα Μελλαρία παραλιείας ἔχουσα καὶ μετ' αὐτὸν Βελὼν πόλις, καὶ ποταμός. Ἐντεῦθεν οἱ πλόοι μάλιστά εἰσιν εἰς Τίγγιν τὴν Μαυρουσίας. id eſt: *Deinde Mellaria, ubi ſalſamenta condiuntur, ac poſtea Belo urbs, & fluvius; Hinc maxime ad Tingin Mauritaniæ navigationes ſunt.* Eadem urbs paulò infra dicitur Βῆλων, ſed perperam, videſis quæ illic annotamus.

68 Βεμβῖνα, κώμη τῆς Νεμέας.] Bembina, vicus Nemeæ celebratur Straboni lib. 8. cujus ſunt verba: Ἐνταῦθα δὴ καὶ ἡ Νεμέα μεταξὺ Κλεωνῶν, καὶ Φλιασίων, καὶ τὸ ἄλσος, ἐν ᾧ καὶ τὰ Νέμεια συντελεῖν ἔθος τοῖς Ἀργείοις, καὶ τὰ περὶ τὸν Νεμεαῖον λέοντα μυθολογούμενα, καὶ ἡ Βεμβῖνα κώμη. id eſt: *Ibi & Nemea [eſt] inter Cleonas ac Phliuntem: & Lucus, in quo Nemea celebrare conſuetudo Argivis, & quæ de leone Nemæo fabulantur, & Bembina vicus.*

69 Ὁ πολίτης, Βεμβινήτης, ὡς Σταγειρίτης &c.] Civis, Bembinites, ut Stagirites, pro Βεμβινῆτης enim Βενβινίτης ſcribendum eſt. Sic enim ſcribitur Σταγειρίτης quod affert in exemplum, ac plerunque nomina oppidorum in α & in η formant; gentile in ίτης, ut Αὐγιλα, Αὐγιλίτης, Γάβαλα, Γαβαλίτης, Ὑσσὸς, Ὑσσίτης & alia hujus farinæ ſexcenta. Sed poteſt etiam dici Βεμβινάτης, ut Αἰγινάτης & verſo α in η Βεμβινήτης, ut Αἰγινήτης, ac ſic Βεμβινήτης λέων dicitur Panyaſi in illo verſiculo pro *leo Nemæus*. Bembina enim erat vicus Nemeæ, ut nota præcedenti diximus, quod eſt valde tralatitium apud poëtas. Sæpe enim uſurpant gentile alicujus urbis pro tota regione ſeu gente, ut in Βάρκη num. 64. ex Virgilio annotavimus & alibi ſæpe.

70 Βενεβεντὸς, χωρίον Διομήδους ἐν Ἰταλίᾳ.] Beneventus, oppidum Diomedis in Italia. Quod neut. gen. plerumque dicitur Latinis, hanc urbem Plin. lib. 3. c. 11. in ſecunda Italiæ regione amplexâ Hirpinos, Calabriam, Apuliam, & Salentinos locat, ac Hirpinorum coloniam eſſe inquit, Strabo, Ptolemæus, & Livius in Samnio; at Samnium, ſeu Samnitium, id eſt: *Samnitium regionem* idem Plin. libro citato c. 12. in Italiæ regione quarta deſcribit, omnes ferè conveniunt à Diomede fuiſſe conditam, ideo noſter eam vocat Διομήδους χωρίον, i. e. *Diomedis oppidum* ſeu *urbem*. Idem affirmat Servius ad Virgilii Æneid. lib. 8. v. 9.

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem
Qui petat auxilium ——

Ad quem locum inquit ille: *Diomedes poſtquam reperit ira Veneris à ſe vulneratæ, uxorem cum Cillabaro, ut Lucilius, vel Cometa, ut plerique tradunt, turpiter vivere, noluit reverti ad patriam, vel ut dicitur ab adulteris proturbatus, ſed tenuit partes Apuliæ: & edomita omni montis Gargani multitudine in eodem tractu civitates plurimas condidit. Nam & Beneventum & Æquum Tuticum ipſe condidit, ut Arpos, quæ & Argiripa dicitur, ad quam nunc Venulus mittitur: non Arpinum, quam conſtat eſſe Campaniæ, unde Cicero Arpinas.* Sæpe everſam & inſtauratam fuiſſe, atque Adriano IV. Pontif. Max. à Guilielmo Normanno Siciliæ rege declarato datam, auctor eſt Leander Albertus in *Samnites* ex Platina & Blondo, ad quam à Neapoli XXX ferè M. P. intercedere inquit. Protulit olim Orbilium Grammaticum, Ciceronis ſynchronum, quem inter illuſtres Grammaticos celebrat Suetonius, & vixiſſe inquit prope ad centeſimum ætatis annum, amiſſa jam pridem memoria. Memoratur etiam Horatio Epiſtolarum lib. 2. v. 71. cujus diſcipulum ſe fuiſſe innuit, atque *plagoſum* vocat, ſcilicet quod in diſcipulos eſſet naturæ acerbæ, ut inquit Suet. loco citato. Produxit etiam Gregorium VIII. Pontif. Max. teſtibus Platina & Blondo.

71 Οἱ δὲ, ὅτι κτῆμα Διομήδους, ἢ καὶ Μαλοεντὸς ἐλέγετο.] In his verbis ſuſpicor eſſe mendum, pro κτῆμα, ſi res foret mei fori, legerem κτίσμα, pro ἢ ſcriberem τὸ. Præcedit enim χωρίον, vel ſubintelligendum πόλις. Jam nota proxima præcedenti diximus Beneventum fuiſſe urbem Italiæ à Diomede conditam; nunc inquit noſter dictam quoque fuiſſe *Maleventum* (pro Μαλοεντὸς lege Μαλεβεντὸς) quod teſtatur Livius lib. 9. *Omiſſo certamine cæſi, captique Samnites, niſi qui Maleventum, cui nunc urbi* Beneventum *nomen eſt, perfugerunt.* Ex quibus verbis apparet prius *Maleventum*, poſtea per euphemiam forſitan *Beneventum* hoc oppidum appellatum fuiſſe.

72 Τὸ ἐθνικὸν, Βενεβεντῖνος.] Gentile urbis Beneventi dicitur Græcis Βενεβεντῖνος, at Latinis *Beneventani*, Livius lib. 24. *Beneventani omnis turba effuſâ quum obviam ad portas exiſſent, complecti milites, gratulari, vocare in hoſpitium.*

73 Ἔστι καὶ ἄλλη Καμπανίας, ἀπὸ τοῦ δ, ἧς &c.] Eſſe aliam urbem Campaniæ, Italiæ regionis *Benebendum* per d, cujus gentile, Benebendeus, inquit noſter auctor, ſed ſine auctore. Forſitan error procedit hinc, quod aliqui locabant Beneventum inter Hirpinos, alii inter Samnites, ut in Βενεβεντὸς annotavimus.

74 Βέν-

ΒΈΝΝΑ 74, πόλις Θρᾴκης, ᾗ δι' ἑνὸς ν, ᾗ διὰ δύο, ᾗ ἡ γραφὴ διάφορος, ᾗ διὰ διφθόγγου, ᾗ διὰ ε ψιλοῦ, ὅπερ κρεῖττον. Τὸ ἐθνικὸν, Βέννας· ᾗ ὁ Βεννικὸς κόλπος. Εἴρηται ᾗ Βεννική. Λέγονται ᾗ Βεννάσιοι, οἱ αὐλοί. A

BENNA, urbs Thraciæ, & per unum *n*, & per duo, ſcriptura ejus eſt quoque diverſa, & per diphthongum, & per *e* pſilon, quod eſt melius. Gentile, Bennæ, & Bennicus ſinus. Dicitur etiam Bennice. Dicuntur etiam Bennaſii, iidem.

ΒΕΝΝΑΜΙΑ 75 βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέμπτη, ἧς οἱ βουλευταὶ Βέννιοι, ὡς Ἔφορος. Οὗ ἦν Ἀνδροκλῆς ὁ κτίσας Ἔφεσον, ὅτε Πριηνεῦσι βοηθήσας, ἐπλούτησε, ᾗ πολλοὶ Ἐφέσιοι σὺν αὐτῷ. Οἱ δὲν καταλειφθέντες Ἐφέσιοι, ἐστασίασαν πρὸς τοὺς Ἀνδρόκλου παῖδων. Καὶ βουλόμενοι βοήθειαν ἔχειν παρὰ αὐτῶν, ἐκ Τέω ᾗ Καρήνης ἀποίκους ἔλαβον, ἀφ' ὧν ἐν Ἐφέσῳ δύο βουλαὶ τὸ πέμπτε τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσιν. Οἱ μὲν γὰρ ἐν Βέννῃ, Βέννιοι· οἱ δὲ ἐν Εὐωνύμῳ τῆς Ἀττικῆς, Εὐώνυμοι. Οὓς δὲ ἐξ ἀρχῆς ἐν Ἐφέσῳ καλέλαβον, Ἐφεσίους φασί· τοὺς δ' ὕστερον ἐπήλυδας, Τηΐους, ᾗ Καρηναίους ἀποκαλοῦσι. B C D

BENNA, unus ex ſenatus ordinibus eorum, qui in Epheſo, quintus, cujus ſenatores *Bennii* dicuntur, ut Ephorus. Quod Androclus, qui Epheſum condidit, cum Prienenſibus auxiliaretur, occubuit, atque cum eo multi Epheſii. Qui verò deprehenſi ſunt Epheſii, ſeditionem excitarunt contra Androclis filios, atque volentes auxilium habere contra eos, ex Teo, & Carina colonos accepere, à quibus duo ſenatus ex quinque, qui in Epheſo erant cognomen habuere. Qui enim in Benna, Bennii, qui in Euonymo Atticæ, Euonymi dicti ſunt. Quos verò ab initio, Epheſii recepere, Epheſios dicunt; eos verò, qui poſtea recepti ſunt, ἐπήλυδας, i. e. *advenas* Teios, & Carinæos vocant.

ΒΕΡΓΕΠΟΛΙΣ, Ἀβδηριτῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Βεργεπολίτης.

BERGEPOLIS, *urbs* Abderitarum. Gentile, Bergepolites.

ΒΕΡΓΗ 76, πόλις Θρᾴκης, πρὸς τῇ Χερρονήσῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Βεργαῖος. 77 Στράβων δὲ κώμην αὐτὴν λέγει, ἐξ ἧς ὁ Βεργαῖος Ἀντιφάνης, ὁ κωμικός. Ἄπιστα δὲ ἔστιν συνέγραψεν, ὡς φασιν. Ἀφ' ἧς καὶ παροιμία, Βεργαΐζειν, ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. Λέγεται καὶ Βέργιον ὑποκοριστικῶς. E F

BERGA, urbs Thraciæ, prope Cherſoneſum. Gentile, Bergæus. Strabo verò vicum eam vocat, ex qua erat Antiphanes Bergæus Comicus, qui *Incredibilia* conſcripſit, unde parœmia, *Bergaizare*, pro *nihil veri dicere*. Dicitur etiam Bergion diminutivè.

ΒΕΡΕΝΊΚΑΙ 78, πόλεις ἕξ. Πρώτη, ὑπὸ Πύρρου τοῦ νεωτέρου κτισθεῖσα. 79 Δευτέρα, ὑπὸ φιλα-

BERENĪCÆ, urbes ſex *hujus nominis*. Prima condita à Pyrrho juniore. Secun-

74 Βέννα, πόλις Θρᾴκης ᾗ δι' ἑνὸς ν, ᾗ διὰ δύο.] Benna, urbs Thraciæ & per unum *n*, & per duo. Quorum gentile Bennæ. Memorantur Plinio lib. 4. c. 11. inter Thraciæ populos. Eorum regio Bennica celebratur à Ptolemæo lib. 3. c. 11.

75 Βενναμία βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέμπτη &c.] Meo quidem judicio peſſimè ſe habent hæc verba, propter oſcitantiam, vel typographi, vel tranſcribentis; utriuſque enim rationibus inferri debet id σφάλμα. Sic legenda eſſe exiſtimo Βέννα, μία βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέμπτε &c. id eſt: *Benna, unus ex quinque in Epheſo ſenatus ordinibus*. Et majuſculis litteris ſic erat ſcribendum: BENNA, μία βουλὴ τῶν &c. Sed μία dictio per incuriam adjuncta fuit præcedenti dictioni, ac factum eſt BENNAMIA, quæ lectio in eumdem errorem traxit ſecum Ortelium in ſuo Theſauro Geographico; pro πέμπτη verò lego πέμπτε; ſic enim noſter in eadem ſectione habet, in qua memorat quinque illos Senatorum ordines, qui erant in oppido Epheſo, quorum non venit mihi in mentem; utrumne illa ſint omnia verba Ephori, an noſtri auctoris, non eſt facile dictu. Non enim habemus Ephorum.

76 Βέργη, πόλις Θρᾴκης, πρὸς τῇ Χερρονήσῳ.] Berge, urbs Thraciæ prope Cherſoneſum. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 13. inter civitates mediterraneas Odomantices ſeu Edonidis Macedoniæ regionis, cui Βέργα dicitur, quoniam Ptol. plerunque ſequitur terminationes Latinorum in oppidorum nominibus; eadem fuit urbs; namque Thracia erat Macedoniæ contermina.

77 Στράβων δὲ κώμην αὐτὴν λέγει, ἐξ ἧς ὁ &c.] Inquit noſter Strabonem vocare *Bergen* urbem ſeu Thraciæ, ut idem inquit, ſeu Macedoniæ, ut Ptolemæus, vicum ſeu pagum, unde fuit Antiphanes *Bergæus* dictus. Fallitur epitomator noſter. Berge enim non memoratur Straboni, ſed Bergæus, & Antiphanes lib. 1. & 2. de quo videſis noſtrum commentariolum Auctorum, quos ad teſtimonium vocat Stephanus.

78 Βερενῖκαι, πόλεις ἕξ. Πρώτη, ὑπὸ Πύρρου &c.] Sex hujus nominis urbes celebrat Auctor noſter, quibus tres addidit Ab. Ortel. in ſuo Theſauro Geographico: primam inquit conditam fuiſſe à Pyrrho juniore, ſed ubi ter rarum, omiſit dicere. Plutarchus verò in Pyrrho nos id docet hiſce verbis: Μεμνημένων ἦν Βερενίκης, ᾗ Πτολεμαΐδος, παιδίον μὲν αὐτῷ γενόμενον ἐξ Ἀντιγόνης, Πτολεμαῖον ὠνόμασεν, οἰκίσας δὲ πόλιν ἐν τῇ Χερρονήσῳ τῆς Ἠπείρου, Βερενικίδα προσηγόρευσεν. id eſt: *Berenices autem & Ptolemæi memor, natum ſibi ex Antigone filium appellavit Ptolemæum, & civitatem, quam in Cherroneſo Epiri condidit*, Berenicida *vocavit*. Nota Plutarchum dixiſſe *Berenicida*, quam noſter *Berenicen*, quod eſt frequentiſſimum in oppidorum nominibus apud auctores.

79 Δευτέρα, ὑπὸ φιλαδέλφου Πτολεμαίου.] Secundam Berenicen conditam fuiſſe tradit à Philadelpho Ptolemæo, ſed ubi locorum divinandum nobis, ut ſolet, relinquit. Ego autem reor eſſe quæ memoratur Plinio lib. 6. c. 29. *Berenice, oppidum matris Philadelphi nomine, ad quod iter à Copto diximus*. Quam idem Auctor libro capiteque citato in ſinu maris Rubri locat, quem confundunt ſcriptores cum Troglodytico & Æthiopico. Ejus meminit Strabo lib. 2. Ἐν δὲ Συήνῃ καὶ Βερενίκῃ τῇ ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ, καὶ τῇ Τρωγλοδυτικῇ, καὶ θερινὰς τροπὰς ὁ ἥλιος καθ' ὑφὴν γνώμην. id eſt: *Syenæ vero, & Berenicæ in Arabico ſinu & in Troglodytica Solſtitio æſtivo Sol ſupra verticem decurrit*. Joſephus Antiquit. lib. 8. c. 2. ait eſſe, quæ in S S. dicitur *Aſiongaber*, in qua rex Selomoh celebrem illam claſſem ædificavit, Ἐναυπηγήσατο δὲ ὁ Βασιλεὺς ἐν τῷ Αἰσιωνγαβὲρ κώμῃ σκάφη πολλὰ, τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐν τινι τόπῳ λεγομένῳ Ἀσιωνγάβερ. Αὕτη δὲ Βερενίκη καλεῖται, ἐμπόριον Εἰλανῆς πόλεως, ἡ χώραν τὴν πρὸς Ἰουδαίων λιβ'. id eſt: *Rex vero*

Φιλαδέλφῳ Πτολεμαίῳ. [80] Τρίτη, ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ. Τετάρτη, ἡ πρότερον Χία. Πέμπτη, ἐν Κιλικίᾳ. [81] Ἕκτη, ἡ πρότερον Ἑσπερίς, ἐκλήθη ὑπὸ τῶν Πτολεμαίῳ γυναικὸς Βερενίκης. Ὁ πολίτης, Βερενικούς. [82] Εὕρηται καὶ Βερενίκεια. Λέγονται καὶ πατρωνυμικῶς Βερενικιάδαι. [83] Ἔστι καὶ ἄλλη πρὸς Συρίαν, ἣν Πέλλαν καλοῦσι.

cunda à Ptolemæo Philadelpho. Tertia in Troglodytica. Quarta, quæ prius *Chius*. Quinta, in Cilicia. Sexta, quæ prius *Hesperis*. Vocata verò fuit *Berenica*, ab uxore Ptolemæi Berenice. Civis, Berenicensis. Invenitur etiam *Berenicia*. Dicuntur etiam patronymicè *Bereniciadæ*. Est etiam alia circa Syriam, quam *Pellam* vocant.

ΒΕΡΕΚΥΝΤΟΣ [84], γενικὴ τῆς Δυθείας ἀῤῥήτου.

BERECYNTOS, genitivus nomina-

verò [*Selomoh*] *fecit in Ægyptiaco sinu multas naves, in quodam loco maris Rubri, qui dicitur* Asiongaberus. *Hæc enim Berenice vocatur, non longe ab Elana urbe, quæ regio antea Judæorum erat.* Memoratur etiam Ptolemæo lib. 4. c. 8. & Arrhiano in Periplo maris Erythræi inter cujus insignes portus habuit secundum locum.

80 Τρίτη, ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ.] Tertio loco memorat Berenicen in Troglodytica regione. Cujus meminit Plin. lib. 2. c. 63. *Constatque in Berenice urbe Troglodytarum, & inde stadiis quatuor millibus* DCCC. XX. *in eadem gente, Ptolemaïde oppido, quod in margine Rubri maris ad primos elephantorum venatus conditum est, hoc idem ante Solstitium, &c.*

81 Ἕκτη, ἡ πρότερον Ἑσπερίς, ἐκλήθη ὑπὸ &c.] Sexto loco celebrat Berenicen, quæ prius *Hesperis* vocata fuit, nomen adepta à Berenice Ptolemæi uxore, cujus etiam situm Diogenis lucernâ quærendum nobis relinquit, qua prælucente eum invenimus apud Solinum c. 40. *Circa extimum*, inquit ille, *Syrtium cornu Berenicen civitatem alluit Lethon amnis, inferna, ut putant, exundatione prorumpens, & apud pristinos vates latice memoratus oblivionis. Hanc Beronice munivit, quæ Ptolemæo tertio fuit nupta, & in majori Syrte locavit.* Beronice, & Berenice eadem est & civitas & regina, sed sicut hujus nominis diversæ fuere civitates; ita diversæ fuere fœminæ. Hujus verò nominis fœminarum celeberrimæ fuere Berenice uxor & soror Ptolemæi Lagi, si bene memini, & mater Philadelphi cujus Theocritus meminit, & eam maxime laudat ut & Ptolemæum Idyllio 18. Hæc reprehendit Ptolemæum maritum & fratrem apud Ælianum de Varia Historia, lib. 14. c. 43. quod inter aleæ lusum de hominum capitibus decerneret, legente puero reorum nomina, è cujus manibus accepto libello, non permisit, ut ad finem usque legerentur, dicens non sic obiter advertendum animum esse, quum de hominis salute quæritur, sed altius cogitandum & relinquenda ludicra, ἅ ἦδ ὁμοίαν εἶναι τὴν πτῶσιν τῶν τε κύβων, καὶ τὴν τῶν σωμάτων. i. e. *Non enim similem esse casum seu jactum tesserarum & corporum.* Altera Berenice fuit Ptolemæi Philadelphi ex Arsinoë regina filia, cujus capillum retulit inter sidera Conon insignis Mathematicus gratiam Ptolemæi Euergetæ mariti aucupatus, de quo Callimachus carmen composuit, quod Catul. in Latinum sermonem transtulit, & inter ejus opera invenitur cum hac epigraphe, *De coma Berenices* 67. Græcis dicitur Βερενίκης πλόκαμος. Latinis *Berenices crinis*, seu, *capillus*, seu *coma*. Perperam apud Hesych. scribitur Βερενίκης πλόκακος, apud quem etiam jactus quidam talorum sic vocatur, de quo videsis Meurs. de Lud. Græc. pag. 8. Ei etiam Ptolemæus rex maritus & frater Obeliscum erexit in Arsinoë, teste Plinio lib. 36. c. 9. ac eam Ægyptii coluerunt *Veneris Zepheritidis* nomine, ut ad Ζεφύριον annotabimus. Et hoc de Berenicis reginis tanquam parergon dictum sufficiat. Revertamur ad urbem Berenicen, quam sexto loco inter reliquas locat Auctor noster, & prius *Hesperida* dictam fuisse inquit, ad cujus testimonium adduximus verba Solini, quæ ex Plinii lib. 5. c. 5. transcripsit: *Berenice*, inquit, *in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata* Hesperidum *supra dictarum, vagantibus Græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluvius Lethon, Lucus sacer, ubi* Hesperidum *horti memorantur. Abest à Lepti* CCCLXXXV. M. *passuum.* Ejus etiam meminit Ptolemæus lib. 4. c. 4. Βερενίκη, ἡ καὶ Ἑσπερίδες. i. e. *Berenice, quæ & Hesperides.* Mela lib. 1. c. 8. *Urbes, Hesperia, Apollonia, Ptolemais, Arsinoë, atque (unde terris nomen est) ipsa Cyrene.* Quia hæc Libyæ regio habebat has quinque celebres urbes, ideò Pentapolitana regio, & ab urbe præcipua *Cyrene* dicebatur Cyrenaica. Sic enim hac de causa vocatur à Plinio libro capiteque citato, circa quam innuit fuisse Hesperidum illos hortos à poëtis decantatos, ad quos alludit Virg. Æn. lib. 4. v. 482.

——— *Ubi maximus Atlas*
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Massylæ gentes monstrata sacerdos
Hesperidum templi custos; epulasque draconi
Quæ dabat.

Ad quem locum inquit Serv. [*Sacerdos*] *prædicta, quæ est oriunda Massylla, aliquando* horti Hesperidum Sacerdos, *nunc habitans circa Atlantem; Nam aliter non procedit, Massylla enim mediterranea est: Berenice civitas Libyæ, unde haud longe sunt horti Hesperidum. Atlas vero mons maximus in Mauritania est. Quidam tamen hortos circa turres* [lege *Syrtes*] *positos tradunt.* Servius putavit Virgilium loqui de Massilienfibus Galliæ populis mediterranei maris oram incolentibus, nempe non venit illi in mentem Masæsyliorum, & Masyleensium Mauritaniæ gentium, quas Periegeta celebrat v. 187. & Virgilio dicuntur Massylæ gentes. Quid illis vagantibus Græciæ fabulis de Hesperidum hortis significaretur non est nostri instituti aperire, præsertim cum apinæ tricæque hujusmodi nobis non placeant. Hi horti locandi sunt unà cum campis Elysiis in beatorum insulis, alium situm eis adscribere nescio. Ego enim non poëtor, nec podager, ut Ennius, de quibus videndus est Natal. lib. 7. Diod. Bibliothecæ Historicæ lib. 5. tantum apponam verba Solini ex capite 37. *Nam de hortis Hesperidum & pervigili dracone, ne famæ licentia vulneretur, fides, & ratio hæc est. Flexuoso meatu æstuarium è mari fertur adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos fracta vertigine mentiatur.* Id desumpsit Solinus ex Plinii lib. 5. c. 1.

82 Εὕρηται καὶ Βερενίκεια.] Invenitur etiam Berenicia. Nempe à Berenice per paragogen, sicut etiam ex Berenicia fit per synalœphen Berenice, de quibus egimus in Ἀγάμεια nota 73.

83 Ἔστι καὶ ἄλλη πρὸς Συρίαν, ἣν Πέλλαν καλοῦσι.] Cum in principio hujus sectionis, in qua agitur de Berenicis diversis, dixerit sex fuisse hujus nominis civitates, nunc tanquam supernumerariam addit illis Berenicen circa Syriam, quam *Pellam*, ut inquit, vocabant, at in Pella ab eodem Cælesyriæ assignatur ac *Butis* non *Berenice* dicitur, de qua vide, quæ illic annotamus.

84 Βερέκυντος, γενικὴ τῆς Δυθείας ἀῤῥήτου.] Berecyntos, inquit esse genitivum à nominativo inusitato, esse verò urbem Phrygiæ; Servio, est castellum, ejus verba infra appono, urbem nemo, quod sciam, memorat: Berecyntes autem Straboni lib. 10. est gens Phrygiæ: Οἱ δὲ Βερέκυντες, Φρυγῶν τι φῦλον, καὶ ἁπλῶς οἱ Φρύγες, καὶ τῶν Τρώων οἱ περὶ τὸν Ἴδην κατοικοῦντες, Ῥέαν μὲν καὶ αὐτοὶ τιμῶσι, καὶ ὀργιάζουσι ταύτῃ, μητέρα κατοικτίρουσαν. id est: *Berecyntes verò, quædam Phrygum gens, & simpliciter Phryges, & Troum, qui circa Idam accolunt, Rheam sane & ipsi colunt, & ei orgia peragunt, matrem vocantes Deorum.* Ac quia *Cybele* mater Deûm in Phrygia præcipue colebatur, ideo à Poëtis *Berecynthia* dicebatur. Virgil. sufficiat pro omnibus. Sic ille Æneid. lib. 6.

——— *Qualis Berecynthia mater*
Invehitur curru Phrygias turrita per urbes
Læta Deûm partu.

Ad quem locum Servius, *Berecynthos, castellum est Phrygiæ juxta Sangarium fluvium, ubi mater Deûm colitur.* De hujus mythologia consule fis Lucretium graphicè eam depingentem & explicantem, lib. 2. Alii per *t* tenue, alii per *th* aspiratum id nominis scribunt.

85 Ἀφ'

ἀῤῥήτῳ. Ἔστι δὲ πόλις Φρυγίας. Καὶ ἡ χώρα Βερεκυντία. Ἦν γάρ τις Βερεκύντης, [85] ἀφ' οὗ ἡ Βερεκυντία χώρα. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Βερεκύντιος ὁμοφώνως.

minativi occulti. Est verò urbs Phrygiæ; regio Berecyntia. Fuit enim quidam Berecyntes, à quo Berecyntia regio. Gentile, Berecyntæ ejusdem vocis.

ΒΕΡΕΝΙΚΙΔΑΙ [86], δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς. [87] Δέκα γὰρ φυλὰς ἔχοντες Ἀθηναῖοι, προσέθεσαν δύο, Ἀντιγονίδα καὶ Δημητριάδα καλοῦντες. Ὕστερον δὲ Ἀτταλίδα καὶ Πτολεμαΐδα, ἀφ' ὧν ἐπωνύμων εὐεργετηθέντες βασιλέων. Ὅθεν καὶ τὰ βουλεύματα πεντακοσίων ἦσαν, ἑξακοσίων ἐποίησαν. Ἑκάστη γὰρ φυλὴ πεντήκοντα εἶχεν, οἱ καθ' μῆνα ἐπεστάνδουν. [88] Ἀπὸ Βερενίκης τῆς Μάγα θυγατρὸς, γυναικὸς δὲ Πτολεμαίου, [89] ὠνομάσθησαν Βερενικίδαι, οἱ δημόται. Καὶ ἄλλα γὰρ ἐξηνέχθη πατρωνυμικά· [90] Αἰθαλίδαι γὰρ, καὶ Βουτάδαι. [91] Τὰ εἰς τόπον, εἰς Βερενικιδῶν φασι. Τὰ δ' ἐν τόπῳ, ἐν Βερενικιδῶν.

BERENICIDÆ, populus Ptolemaïdis tribus. Cum enim Athenienses decem haberent tribus, duas addidere alias, vocantes eas *Antigonidem* & *Demetriadem*. Postea verò *Attalidem*, & *Ptolemaidem*, cum beneficia accepissent à regibus ejusdem cognominis. Quare senatum, cum constaret ex quingentis, sexcentorum fecere. Singulæ enim tribus quinquaginta senatores habebant, qui in singulos menses *Prytanei* erant à Berenicæ Magæ filia: Ptolemæi verò uxore dicti sunt *Berenicidæ*, populares. Etenim alia patronymica nota sunt. Æthalidæ enim, & Butadæ: quæ in locum, ad Berenicidarum, dicunt; quæ in loco, in Berenicidarum.

ΒΕΡΕΞ, ἔθνος μεταξὺ Ἰνδίας, καὶ Αἰθιοπίας, ὡς Τιμοκράτης ὁ Ἀδραμυττηνός.

BEREX, gens inter Indiam, & Æthiopiam, ut Timocrates Adramyttenus.

ΒΕΡΗΣ, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Βέρητος υἱοῦ Μακεδόνος. Τὸ ἐθνικὸν Βερήσιος, ὡς Φαγρήσιος, Ἀδρυμήσιος.

BERES, urbs Thraciæ, sic dicta à Berete Macedonis filio. Gentile, Beresius, ut Phagresius, Adrymesius.

ΒΕ-

ΒΕ-

85 Ἀφ' οὗ ἡ Βερεκυντία χώρα, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Βερεκύντιος &c.] Inquit regionem dici Berecyntiam, & gentile, Berecyntæ, quod noster interpretatur de urbe Phrygiæ quam somniavit. Hesychius inquit de Phrygia. Sic enim ille: Βερεκύντιος, Φρυγῶν τι γένος, καὶ πρότερον Βερεκυντία ἡ Φρυγία &c. id est: *Berecyntæ*, *Phrygum quoddam genus*, *& prius Berecyntia*, *Phrygia*.

86 Βερενικίδαι, δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς.] Berenicidæ, arum, populus, *i. e.* oppidum Ptolemaidis tribus. Nomen accepit, ut infra in eadem sectione inquit, à Berenice filia Magæ, eademque uxore Ptolemæi; Hesychio Βερονικίδαι dicitur, quia utroque modo dicebatur regina illa, nempe Berenice, & Beronice, de quo populo vide Meursium de Pop. Attic.

87 Δέκα γὰρ φυλὰς ἔχοντες Ἀθηναῖοι &c.] Cum decem tribus, inquit noster, haberent Athenienses, eis addiderunt duas *Antigonida* & *Demetriada*: has duas postea vocarunt *Attalida* & *Ptolemaida*, scilicet à regibus Attalo & Ptolemæo, propter beneficia ab eis accepta; cujus rei locuples est testis Pausanias lib. 1. Placet omnium nomina referre, re altius repetita, quam attigimus in Ἀχλὺς nota 56. Sed præstat ea audire ex ore Jul. Pollucis lib. 8. c. 9. sectione 31. Καὶ αἱ φυλαί, τέως μὲν ἐπὶ Κέκροπος, ἦσαν τέσσαρες, Κεκροπὶς, Αὐτόχθων, Ἀκταία, Παραλία, ἐπὶ δὲ Κραναοῦ μεταπεμφθησαν, Κραναὶς, Ἀτθὶς, Μεσόγαια, Διακρεῖς. Ἐπὶ δὲ Ἐρεχθέως, Διὰς, Ἀθηναΐς, Ποσειδωνιάς, Ἡφαιστιάς. Ἀπὸ δὲ τῶν Ἴωνος παίδων * ἐπὶ Ἐρεχθέως τε * καὶ Λέοντος, Ὁπλῖται, Αἰγικόρεις * Κάδεις. Ἐπὶ δὲ Ἀλκμαίωνος, δέκα ἐγένοντο ἐκ πολλῶν ὀνομάτων, ἑρμένη τῆς Πυθίας, Ἐρεχθὶς, Κεκροπὶς, Αἰγὶς, Πανδιονὶς, Ἀκαμαντὶς, Ἀντιοχὶς, Λεοντὶς, Οἰνὶς, Ἱπποθοωντὶς, Αἰαντὶς. Προσεῖθησαν δὲ αὐταῖς δύο, Ἀντιγονὶς, καὶ Δημητριὰς, ὡς ὕστερον μετωνόμασαν, Ἀτταλίδα, καὶ Πτολεμαΐδα. Id est: *Et tribus quidem, usque ad Cecropem, quatuor fuerunt, Cecropis, Autochthon, Actæa, Paralia; Post Cranaum verò adnominatæ sunt, Cranais, Atthis, Mesogæa, Diacris; Sed post Erichthonium, Dias, Athenais* h. e. Palladia, *Posidonias*, h. e. Neptunia, *Hephæstias*, h. e. Vulcania; *Verum ab Ionis liberis* * *sub Erichthoneo* * *& Leonte, Oplitæ, Ægicoreis, Cadeis. Sub Alcmæone autem, e Apolline interrogato, decem factæ sunt ex multis nominibus, Erechthis, Cecropis, Ægis, Pandionis, Acamantis, Antiochis, Leontis, Œnis, Hippothoontis, Æantis; His verò addiderunt duas, Antigonida, & Demetriada, quas postea* Attalida & Ptolemaida *nominarunt*. Illa mutila verba sic legunt aliqui; ἐπὶ Ἐρεχθέως Τελέοντες, Ὁπλῖται, Αἰγικόρεις, Ἀργάδεις h. e. *Sub Erichtheo Teleontes, Oplitæ, Ægicoreis, Argadeis*. Inquit Jul. Pollux sub Alcmæone decem factas fuisse tribus. Herodotus autem lib. 5. c. 69. Clisthenem id fecisse tradit. *Eponymi* verò dicebantur Heroës, à quibus nomina accepere, quos omnes memorat Pausanias in Atticis; ac ne quid desideres, eorum nomina appono: *Hippothoon* Neptuni filius ex Alope, *Antiochus* Herculis è Meda *Aiax* Telamonis, ex Athenensibus *Leo, Erechtheus, Ægæus, Œneus, Acamas* Thesei, *Cecrops, Pandion, Attalus Mysus, Ptolem. Ægyptius*, id est, *Attalus Mysorum Ptolem. Ægyptiorum rex*.

88 Ἀπὸ Βερενίκης τῆς Μάγα θυγατρὸς &c.] Cave, ne putes Magam esse nomen fœminæ. Fuit enim Magas iste filius Berenices, non, ut inquit noster, Berenice filia Magæ, ut expressis verbis testatur Pausan. lib. 1. Κυρηνῆς δὲ ἀπόστασις, Μάγας Βερενίκης υἱὸς Πτολεμαίῳ τότε συνοικοῦσης, ἔτει πέμπτῳ μετὰ τὸν ἀπόστασιν εἶλε Κυρηναίους. *Cum ab eo defecivisset Cyrene, Magas Berenicæ filius, quam tunc in matrimonio habebat Ptolemæus, quinto post defectionem anno eam cepit.* Adimeret amphibologiam auctor noster, si diceret ἀπὸ Βερενίκης τῆς δ' Μάγα μητρὸς, sed in hujusmodi locutionibus, plerunque nominibus virorum & fœminarum propriis non apponunt articulos, cujus rei passim occurrunt exempla eis, qui non sunt hospites in Græcorum Auctorum lectione.

89 Ὠνομάσθησαν Βερενικίδαι, οἱ δημόται.] Berenicidæ, populus Ptolemaidis tribus dicebatur, & popularis etiam, sed quando id nominis de populo dicebatur, habebat accentum acutum in penultima, at quando de oppidanis, accentu circumflexo in eadem penultima notabatur.

90 Αἰθαλίδαι γὰρ, καὶ Βουτάδαι.] Quære sis horum utrunque suo loco.

91 Τὰ εἰς τόπον, εἰς Βερενικιδῶν φασι &c.] Hujusmodi locutiones tralatitiæ sunt, subintelligendum δῆμον, scilicet εἰς Βερενικιδῶν δῆμον, ad Berenicidarum populum, ἐν Βερενικιδῶν δήμῳ in Berenicidarum populo, quod jam alibi monuimus. Latini simile habent locutionem.

ΒΕ΄ΡΟΙΑ [92], πόλις Μακεδονίας, ὡὼ Φέρωνα κτίσαι φασίν· αὐλῶς ἢ τὸ φ εἰς β μεταποιεῖν, ὡς Φαλακρὸν, Βαλακρὸν, καὶ Βίλιππον, καὶ Βεβαλῖνον. Ἄλλοι δὲ ἀπὸ Βεροίας, τῆς Βέρητος, τῆς Μακεδόνος. Τὸ ἐθνικὸν, Βεροιαῖος. [93] Ἔστι καὶ πόλις Συρίας, ἀφ' ἧς Βασιανὸς ἄριστος ῥήτωρ. Λέγεται καὶ Βερόη. [94] Οἱ δὲ ἐγχώριοι, Βερόεια. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Βεροεύς.

A

B

ΒΕ΄ΡΟΥΝΟΣ [95], ὡς Λούγδουνος, Ἰταλικὴ πόλις, [96] μεταξὺ τῶν Ὠρικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Βερουνήσιος, ὡς Λουγδουνήσιος.

C

ΒΕ΄ΡΤΤΙΣ, Τρωϊκή. Τὸ ἐθνικὸν Βερυτίτης, ὡς Ἄβολις Ἀβοτίτης.

ΒΕ΄ΣΒΙΚΟΣ [97], νησίδιον πρὸς Κύζικον, ὡς Διογένης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῃ τῶν ἑπτὰ περὶ τῶν παρόδων νήσων λέγων· [98] Προκόννησος, καὶ Φοινίκη, καὶ Ἀλόννη, καὶ Φυσία, καὶ Ὀφιόεσσα, καὶ Βέσβικος, Γόνιμοι, καὶ Λιπαραί. Ἀγαθοκλῆς δὲ ἐν πρώτῃ περὶ Κυζίκου φησὶν, ὅτι κτίσμα ἐστὶ Περσεφόνης, καὶ ὄνομα ἔχει γίγαντος. Οἱ γὰρ γίγαντες ἀποῤῥήξαντες αἰγιαλὸς, σκύλιον ἀφὸ τῆς θαλάσσης, ἐγκῶσαι τὰς σκολὰς καὶ Ῥωδακίζησαν. Ἡ δὲ Κόρη ἀγωνιῶσα περὶ Κυζίκου, τὰς πέτρας ἐῤῥίζωσε, καὶ νῆσον ἐποίησεν, ἥτις ἀφ' ἑνὸς τῶν ὑστέρων οἰκισάντων Πελασγῶν προσηγορεύθη Βέσβικος, ἐφ' ἧς τὰς

D

E

F

BERŒA, urbs Macedoniæ, quam Pheronem condidisse ajunt. Eos verò τὸ *ph*, in *b* mutare, ut Phalacrum, Balacrum, & Bilippum, & Bebalinum. Alii verò sic dictam existimant à Berœa filia Beretis Macedonis filii. Gentile, Berœæus. Est etiam urbs Syriæ, ex qua erat Basianus optimus orator. Dicitur etiam Beroë. Indigenæ verò Beroeiæ. Et gentile, Beroënsis.

BERUNUS, ut Lugdunus, Italica urbs inter Horicos. Gentile, Berunesius, ut Lugdunesius.

BERYTIS, Troica urbs. Gentile, Berytites, ut ab Abotis, Abotites.

BESBICUS, insula circa Cyzicum, ut Diogenes Cyzicenus lib. 1. septem insularum de patria dicens: *Proconejus, & Phœnice, & Alone, & Physia, & Ophioëssa, & Besbicus, Gonimi, & Liparæ.* Agathocles verò lib. 1. de Cyzico inquit: *opus esse Proserpinæ, ac nomen habere gigantis.* Gigantes enim abscissa littora per mare volventes ostia Rhyndaci obstruere quærebant; Proserpina verò cum de Cyzico certaret petris radicitus evulsis insulam fecit, quæ ab uno ex Pelasgis, qui postea in insula urbes condidere, *Besbicus* fuit appellata, in qua eos, qui ex

gigan-

92 Βέροια, πόλις Μακεδονίας &c.] Diversas refert sententias de Berœæ Macedoniæ urbis conditoribus, quarum quænam sit vera, ne Chrysippus quidem edisseret. In tenebris enim sine Antisthenis seu Diogenis lucerna lucem videre est ἀδύνατον. Ejus situm nos docet Strabo in Excerptis ex libri septimi fine: Οὗ ἡ Βέροια πόλις, ἐν ταῖς ὑπωρείαις κεῖται τοῦ Βερμίου ὄρους. id est: *Quod Beræa urbs, ad latus jacet Bermii montis.* Plin. lib. 4. c. 10. inter Macedoniæ urbes primo loco numerat Pellam: secundo Berœam; Ptolemæus lib. 3. c. 13. inter Emathiæ Macedoniæ regionis urbes eam locat. Memoratur etiam Constantino Porphyrogenetæ de Them. lib. 2. Them. Macedoniæ, necnon in Act. Apostol. c. 17. v. 12.

93 Ἔστι καὶ πόλις Συρίας, &c.] Est & urbs Syriæ. Secundo loco memorat Epitomator noster Berœam, urbem Syriæ, à Seleuco Nicatore conditam, teste Eusebio Chronic. Can. quæ hodie *Aleppo* dicitur, illarum regionum emporium celeberrimum sub Turcis, decem dierum itinere à Damasco, testibus Alexandrino, in suo Lex. Geographico & Ortelio in suo Thesauro.

94 Οἱ δὲ ἐγχώριοι, Βερόεια, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Βεροεύς.] Epitomator noster agnoscit differentiam inter τὰς ἐγχωρίους & τὸ ἐθνικὸν, quam non novit Ammonius περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων. Gentile verò Beroeus seu Latino ore Beroensis deducitur ab Beroë. Sic enim etiam dicebatur eadem urbs, ut inquit noster, at à Berœa debet deduci Berœeus, seu Berœensis, horum ultimo utitur Plin. lib. 5. c. 23.

95 Βέρουνος, ὡς Λούγδουνος, Ἰταλικὴ πόλις.] Berunus ab Epitomatore nostro dicitur urbs Italica, sed fallitur. Erat enim urbs Norica, quæ Ptolemæo lib. 2. c. 14. vocatur Οὐίρουνον, *Virunum*, & inter Noricorum urbes locatur, ut & Plinio Nat. Hist. lib. 3. c. 24. cui eodem modo *Virunum* appellatur. Βηρούνιον *Virunium* dicitur Suidæ, cujus etymologiam affert ex lingua Latina Βηρούνιος. i.e. *Virunus.* unde evincitur ætate Suidæ τὸ η pronunciari ut iota, ut & hodie pronunciant Græci. Aliquam olim fuisse differentiam inter has vocales nullus dubito, sed non adeo magnam ac nunc faciunt non solum in his, verum etiam in diphthongis, quidquid dicat Erasmus in erudito suo Dialogo de recta Latini, Græcique sermonis pronunciatione. Certo certius est, nec de his ἐπίκω, veram Linguarum, quæ ævo cessere, pronunciationem sciri non posse. Hæc enim non arte sed viva voce discebatur; sed ad Spartam nostram revertamur. Ex hac Auctoris nostri sectione de Beruno conatur probare Pierius Valerianus Belunensis in libello, quem de antiquitatibus suæ patriæ conscripsit, *Berunum* & *Belunum* fuisse idem oppidum, sed obstant Ptolemæus & Plinius, apud hunc lib. 3. c. 24. *Virunum*, ejusdem libri c. 19. *Belunum*, diversa sunt oppida, apud illum lib. 3. c. 1. *Belunum* inter civitates Venetiæ mediterraneas numeratur, *Virunum* autem ejusdem lib. 2. c. 14. inter Norici sub Danubio oppida locatur. Ac obiter notandum, *Noricum* neutro gen. de Noricorum regione dici apud scriptores.

96 Μεταξὺ τῶν Ὠρικῶν.] Inter Horicos, fidenter lege μεταξὺ τῶν Νωρικῶν, *inter Noricos.* Hanc enim urbem Ptolemæus lib. 2. c. 14. inter Noricorum urbes memorat, ut nota præcedenti annotavimus.

97 Βέσβικος, νησίδιον πρὸς Κύζικον, &c.] Besbicus, insula-parva circa Cyzicum, apud quam in Propontidem aquas exonerabat Rhyndacus fluvius; Cyzicus etiam erat insula in Propontide, duobus pontibus continenti adjuncta, quæ urbem ejusdem nominis ad ipsos pontes habebat, teste Strabone lib. 12. Besbicus autem antea erat continens Bithyniæ annexa. *Namque* (sunt verba Plin. lib. 2. c. 88.) *& hoc modo insulas rerum natura fecit. Avellit Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ, Euboeam Bœotiæ, Eubœæ Atalantem & Macrin, Besbycum Bithyniæ, Leucosiam Sirenum promontorio.* Idem auctor lib. 5. c. 32. *Est & Antiochia, & contra fauces Rhyndaci Besbicus, decem & octo mill. circuitu.*

98 Προκόννησος. &c. Sunt Diogenis Cyziceni verba ex ejus lib. 1. de septem circa patriam suam insulis, quibus in verbis octo insularum inveniuntur nomina, cum septem tantum insulæ nominandæ essent, quamobrem suspicor aliquam ex eis duplici nomine insigniri, de quibus nunc supersedeo dicere, eis suo loco locum daturus, illis scilicet, de quibus egerit epitomator noster.

99 Βεσκία,

ἢ τὰς λειπομένας τῶν Γιγάντων ἠφάνισε σὺν Ἡρακλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν, Βεσβικηνός.

A gigantibus relicti fuerant unà cum Hercule evertit. Gentile, Besbicenus.

ΒΕΣΚΙΑ[99], πόλις Αὐσόνων. [1] Τὸ ἐθνικὸν Βεσκιάτης, ὡς Ἀντιάτης. Καὶ Βεσκιανὸς, ὡς Ἀδριανός.

BESCIA, urbs Ausonum. Gentile, Besciates, ut Antiates, & Besscianus, ut Adrianus.

ΒΕΥΑ, πόλις Μακεδονίας, ἧς πρὸς αὐλὴν B Βέβον ποταμός. Τὸ ἐθνικὸν, Βεβαῖος.

BEUA, urbs Macedoniæ, ac prope eam Beuus fluvius. Gentile, Beuæus.

ΒΕΧΕΙΡ[2], ἔθνος Σκυθικὸν, ὡς Σάπειρ· ἢ μετὰ τοῦ σ, Σάσπειρ, Ἐλεάζειρ· ὀνόματα βαρβάρων· Λίγειρ, ποταμὸς πρὸς Πλάταιαν· Χρυσόθειρ, παρ' Ἀρχιλόχῳ ἐν Ἰοβάκχοις, ὅπερ C ἀποκέκοπται ἐκ Χρυσόθειρος· Ἑκατόγχειρ, τὸ σωθέλον.

BECHIR, gens Scythica, ut Sapir, vel cum *s* Saspir, Eleazir, nomina barbarorum; & Ligir, fluvius circa Plateam; nec non Chrysoëthir apud Archilochum in Iobacchis, quod abscissum est ἀπὸ τοῦ χρυσόθειρος, i. e. *à Chrysoëthiros*, i. e. *aureos capillos habens*; *Hecatonchir*, i. e. *centimanus*, est compositum.

ΒΗΓΙΣ, πόλις Τραλλέων. Οὗτοι μέρος τῆς Ἰλλυριῶν μοῖρα. Τὸ ἐθνικὸν, Βηγίτης, τῷ κοινῷ χαρακτῆρι. D

BEGIS, urbs Tralleorum, qui Illyriorum pars. Gentile, Begites, vulgari charactere.

ΒΗΤΛΕΜΑ[3], πόλις Παλαιστίνης, πρὸς τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἀδελφὸς· ἐν ᾗ γέγονεν ἡ κατὰ σάρκα γέννησις καὶ θεὸς καὶ σωτὴρ ἡμῶν. [4] Ἰώσηπος δέ φησιν, ἐκ Βηθλεεμιτῶν. [5] Ἔστι δὲ πόλις τῆς Ἰούδα φυλῆς. Ὁ πολίτης Βηθλεμίτης, ὡς Ἱεροσολυμίτης. E

BETLEMA, urbs Palæstinæ prope Hierosolyma, neutro genere, in qua fuit genesis Dei & Salvatoris nostri secundum carnem. Josephus verò inquit ex Betleemis. Est verò urbs tribus Juda. Civis, Betlemites, ut Hierosolymites.

99 Βεσκία, πόλις Αὐσόνων, &c.] Besscia, seu ore Latino *Vescia*, urbs Ausonum, memoratur Livio lib. 8. c. 11. *Qui Latinorum pugnæ superfuerant, multis itineribus dissipati, cum se in unum conglobassent, Vescia urbs eis receptaculum fuit.*

1 Τὸ ἐθνικὸν Βεσκιάτης, &c.] Gentile Vesciæ urbis *Ausonum* Græcis dicitur Besciates, & Besscianus, at Latinis *Vescini* dicerentur. Sic enim ab hujusmodi forma gentile formatur; ex plurimis esto in exemplum Nuceria, Aricia, Saturnia, Pollentia à quibus fit gentile Nucerini, Aricini, Saturnini, Pollentini, sic à Vescia Vescini.

2 Βέχειρ, ἔθνος Σκυθικὸν, ὡς Σάπειρ.] Bechir, is, gens Scythica, memoratur Apollonio Rhodio Argonauticorum lib. 2. v. 396.

Φιλύρων δ' ἐφύπερθεν ἔασι
Μάκρωνες μετὰ δ' αὖ πελάσσιοι φῦλα Βεχείρων.
Ἐξείης δ' Σάπειρες ἐπὶ σφίσι ναιετάουσι,
Βύζηρες δ' ἐπὶ τοῖσιν ὁμώλακες ———
—— *Supra Philyres sunt*
Macrones, postea vero ingentes nationes Bechirum
Deinde autem Sapires prope ipsos habitant
Byzeres vero his finitimi.

Eædem gentes celebrantur etiam Periegetæ v. 765.

Βύζηρές τοι πρῶτα, καὶ ἀγγύθι φῦλα Βεχείρων.
Μάκρωνες, Φιλυρίς τε, καὶ οἱ μύσσωνας ἔχασι
Δασκύλιες.
Byzeres tibi primum, ac prope gentes Bechirum
Macrones, Philyresque, & qui turres habent
Ligneas.

Ipsissimi fuere populi, quamvis Periegeta v. 763. eos locet inter Ponti gentes Euxini.

3 Βήτλεμα, πόλις Παλαιστίνης, &c.] Betlema, urbs Palæstinæ apud Hierosolyma neutro plurativo. Ut & Hierosolyma. Palæstinam ethnici scriptores, *Judæam* Ecclesiastici semper vocant Regionem, in qua hujus nominis duæ fuere urbes, prima pertinebat ad tribum Jehudah, secunda ad tribum Zabulon, utriusque nomen corruptum est ab Hebræa lingua, in qua dicitur בית לחם *beth lechem*, i. e. *domus-panis*. Septuaginta senes non curantes, ut solent, literam guturalem vertunt *Bethleem*; unde Græci ad Græcæ linguæ dialectum deflexo nomine *Betlema* dixerunt. Prior fuit urbs celeberrima sepulchro Rachel adamatæ uxoris Jacobi Patriarchæ, prius *Ephratha* vocata fuit; ut apparet ex Geneseos c. 35. v. 19. Eam quoque illustravit *Ibsan* numerosa sobole, unus ex Judicibus Israël, de quo Judicum c. 12. v. 9. legimus habuisse triginta filios, ac totidem filias, quos omnes matrimonio junxit: filiis uxores, filiabus maritos quærens. Sed multo magis urbem nobilitarunt Davidis & Jesu Nazareni natales, quam postea *Helena* Constantini Imperatoris mater templo insignivit, ac deinde *Paula* fœmina Romana, quatuor ibi institutis monasteriis, & ut est rerum humanarum vicissitudo, non solum Hebræa & Christiana, sed etiam Ethnica religione fuit insignis. Inibi enim fuit *Lucus Thamuz*, i. e. *Adonidis*, ac sic ubi Christus parvulus vagiit, Veneris amasius plangebatur, ut inquit D. Hieronymus in Psalm. 85. & in Epist. ad Paulin. Nunc sub Mahometanis obscura jacet, ac pauciſſimos habet incolas, sed multas ruinas inconstantis fortunæ testes & testimonia. Ibi etiam Hieronymus monasterium construxit, atque sepultus fuit, auctore Marcellino in Chronico, Indictione quinta. Jam quando in hujus celeberrimi viri mentionem incidimus, non ab re fore judicavimus admonere lectorem communem omnium pictorum errorem, qui eum pingunt vestibus Cardinalitiis; cum ejus ætate nondum Cardinales essent in rerum natura. Postea enim creati fuerunt optimo consilio in Ecclesiæ Christianæ auctoritatem, & ut ex eis in Pontificem eligeretur digniſſimus; sed ad Betlema redeamus. Altera hujus nominis urbs, quæ pertinebat ad tribum Zabulonis, celebratur Josue c. 32. v. 15. de utraque vide sis Christianum Adrichomium, & Christophori Heidmanni Palæstinam.

4 Ἰώσηπος δέ φησιν; ἐκ Βηθλεεμιτῶν.] Josephus vero dicit *Ex Betleemis*, scilicet forma Betleemæ, arum. Ille enim Antiquit. lib. 6. c. 9. utitur hujus urbis nomine forma fœm. & singul. num. Εἰς Βηθλεμιτῶν. i. e. ad *urbem* Bethlemen. Fuisse unam ex decem Judææ toparchiis testatur Plinius lib. 5. c. 14. apud quem male scribitur *Betholenen*, pro *Bethlemen*; sed pejus adhuc apud Josephum de Bello Judaico lib. 5. c. 26. juxta textum Græcum legitur: Πρόσεισι μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως ἐπὶ τὴν Βεθλεπτηφῶν τοπαρχίαν. i. e. *Proficiscitur cum cæteris copiis in Bethleptepharum toparchiam.* Perperam etiam in versione Latina dicitur *Bethlepton toparchiam.* Quæ ex eodem nomine corrupta esse existimo.

5 Ἔστι δὲ πόλις τῆς Ἰούδα φυλῆς, &c.] Betlema esse urbem, quæ pertinebat ad tribum Jehudah, inquit epitomator noster: nos supra in Βηθλεμᾶ ostendimus, duas fuisse hujus nominis urbes.

Β Η̃ Λ Ο Σ [6], ἡ καὶ Μῆλος, πρὸς ταῖς Ἡρακλέους στήλαις, ἀμφοτέρων ἐτύμως λεγομένων, [7] τῶν τὰς ἀρχαίας Βῆλον λέγειν τὴν θύραν τῆς θύρας, καὶ ταύτην κεῖσθαι πρὸς τὸν ἀκεανόν. [8] Μῆλος ἡ, καὶ Μηλάρια, δύο πόλεις [9] ἐπὶ τοῖς πέρασι τῆς οἰκουμένης ἔμφασιν ἔχουσιν, ἀπὸ τῆς κλήσεως τῶν μήλων, ἃ χρύσεα λέγεται Ἡρακλῆς ἐκ τῆς Λιβύης ἀγαγεῖν. Τὸ ἐθνικὸν, Βηλαῖος καὶ Μηλαῖος, ὡς Νεῖλος Νειλαῖος.

BELUS, vel etiam Melus, prope Herculis columnas, utrisque secundum etymon dictis, quod veteres *Belon* dicerent solum januæ, & hæc urbs sita esset juxta solum vel limen Oceani. Melos verò, & Melaria duæ civitates in extremis partibus, eandem emphasin habent à nomine τῶν μήλων, i. e. *malorum*, i. e. *ovium*, seu *pomorum*, quæ aurea dicitur Hercules ex Libya adduxisse. Gentile, Belæus, & Melæus, ut Nilus, Nilæus.

Β Ύ Ν Η [10], πόλις Κρήτης, ὑπὸ Γορτύνην τεταγμένη. Τὸ ἐθνικὸν, Βηναῖος. [11] Ῥιανὸς γὰρ ὁ ποιητὴς Βηναῖος ἦν, ἢ Κερεάτης, ἢ Κρής.

BYNA, urbs Cretæ, sub Gortyna sita. Gentile, Benæus. Rhianus enim poëta Benæus erat, vel Cereates, vel *Cres* h. e. *Cretensis*

Β Ή Ρ Ι Θ Ρ Ο Σ [12], πόλις Τρωϊκή. Τὸ ἐθνικὸν, Βηρίθριος. Τὸ θηλυκὸν, Βηριθρία.

BERITHROS, urbs Troïca. Gentile, Berithrius. Fœmin. Berithria.

Β Η Ρ Υ Τ Τ Ο Σ [13], πόλις Φοινίκης, ἐκ μικρᾶς μεγάλη, κτίσμα Κρόνου. [14] Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ ὕδατος.

BERYTUS, urbs Phœniciæ, ex parva magna, Saturni opus. Sic verò fuit vocata

6 Βῆλος, ἡ καὶ Μῆλος, πρὸς ταῖς Ἡρακλέους στήλαις.] Belus, vel & Melus, prope Herculis columnas. Lege sis Βῆλος ἡ καὶ Μῆλος, i. e. *Belus, quæ & Melus*; sic enim plerunque loquitur epitomator noster. Sed fallitur, Belus enim urbs Straboni dicitur Βελών, & Melus Μελαρία, prior nostro auctori quoque dicitur Βελών, de qua suo loco egimus; sed ipse ex una eademque civitate, suo more fecit duas.

7 Τῶν τὰς ἀρχαίας βῆλον λέγειν τὴν θύραν τῆς θύρας, &c.] Nugatur Epitomator noster in eruenda etymologia ex nomine urbis Βῆλος, sed verum est βηλὸν non βῆλον significare τὴν θύραν seu τὴν θύραν ut ipse inquit, seu τὴν οἰκίαν, ut ait Hesych. in Βηλάς. Quare apud nostrum pro βῆλον lege βηλόν.

8 Μῆλος ἡ, καὶ Μηλάρια, δύο πόλεις, &c.] Epitomator noster in Βῆλος existimat Belum & Melum eamdem fuisse urbem, at nunc Melum & Melariam duas diversas urbes esse opinatur; utraque sententia nulla nititur auctoritate, nisi Pythagorica αὐτὸς ἔφα. Verosimilius est Belum & Belonem, de qua supra egimus eamdem fuisse urbem, quamvis scriptura & terminatione differant, ut & Melum, & Melariam. Hujusmodi enim terminationum μεταξολὴν translatitiam esse sæpè in his nostris observationibus lectorem admonuimus; Melaria enim & Belo urbes simul memorantur à Mela lib. 2. c. 6. *Atque unde nos sumus cingente freto* [sic Vadianus, & Oliv. legunt, aliter Salmas. in Solinum fol. 288] *Melaria, & Belo, & Besippo.* Strabo quoque easdem urbes simul nominat, ejus in Βελών apposuimus verba. Plinius etiam lib. 3. c. 1. *Cujus ex adverso Gades inter insulas dicendæ, Promontorium Junonis, portus Besippo, oppida Belon, Mellaria, fretum ex Atlantico mari Carteia Tartessos à Græcis dicta.* Apud Stephanum pro Μηλάρια lege ex Strabone Μελαρία.

9 Ἐπὶ τοῖς πέρασι τῆς οἰκουμένης ἔμφασιν ἔχουσιν.] Duæ illæ civitates Melus & Melaria in fine earum nominum habent eandem emphasin, scilicet ut ipse inquit, ἀπὸ τῆς κλήσεως τῶν μήλων. Notior est fabula quam ut indicari egeat, μῆλα Græcè sunt & *mala*, i. e. *poma*, & *oves* unde procedit poëtarum *Mala aurea*, & *Vellus aureum*. Sed illa etyma sunt ex Græcorum nugamentis. Itaque relinquamus Stephanum nihil prorsus dicentem, atque ad Stephanum revertamur.

10 Βύνη, πόλις Κρήτης, &c.] Byne, fidenter legendum Βλύνη Bene; ordo enim literarum id exigit, & gentile Βλυναῖος. Fuit autem urbs Cretæ. Ejus etiam meminit Suidas in Βλύνη cujus nota sequenti appono verba, quæ nostram lectionem firmant.

11 Ῥιανὸς γὰρ ὁ ποιητὴς Βλυναῖος ἦν, ἢ Κερεάτης, ἢ Κρής.] Rhianus poeta, de quo suo loco, fuit Beneus vel Cereates, [*lege* Ceretes] vel Cres. Bene autem ut sectione præcedenti inquit Stephanus, erat urbs Cretæ. Itaque jure optimo dici potuit ab urbe Benæus, ab insula Cres; pro Κερεάτης legendum est Κρέτης. Ceretæ enim fuerunt ejusdem Cretæ insulæ populi, teste Polyb. l. 4. Καὶ Πολυρρήνιοί μὲν καὶ Κρέται καὶ Λαμπαῖοι, πρὸς δὲ τούτοις Ὄριοι μεθ' Ἀρκάδων ὁμοθυμαδὸν ἐπεξάειν τοῖς Κνωσίοις φιλίας, ἔγνωσαν τοῖς Λυττίοις συμμαχεῖν. i. e. *Et Polyrrhenii quidem, & Ceretæ, & Lampæi, item Orii cum Arcadibus communi animo & consilio à Cnossiorum amicitia deficientes decreverunt Lyttiis auxiliari.* Cerætes etiam vocatur apud Suidam cujus verba promissa, nota præcedenti, sunt in Ῥιανὸς hujusmodi: Ῥιανὸς. Ὁ καὶ Κρὴς ὢν Βλυναῖος. Βλύνη δὲ πόλις Κρήτης. Τινὲς δὲ Κεραίτην. Ἄλλοι δέ, Ἰθάκης τὴν Μεσσήνης αὐτὸν ἱστοροῦσιν. i. e. *Rhianus, qui Cres* [*Cretensis*] *& Benæus erat. Bene verò urbs Cretæ. Quidam autem Ceretem, alii verò ex Ithaca Messenes ipsum fuisse tradunt.* Quare apud Stephan. vel ex Polybio legendum est Κρέτης, vel ex Suida Κρεάτης. Interpres Latinus Suidæ Æmil. Portus vir alioqui doctissimus corrigendus est, qui Suidæ mentem non percepit. Sic enim illa Suidæ vertit: *Rhianus, qui Cretensis, & Benæus erat. Bene enim* [*est*] *urbs Cretæ. Quidam verò Ceræten* [*hanc*] *vocant*, &c. Existimavit Ceræten dici quoque urbem Benen, contra Suidæ mentem, atque in eundem errorem induxit Ab. Ortelium in suo Thesauro Geographico in *Bena*, Cerætem verò vocat Suid. Rhianum, non Benen urbem.

12 Βήριθος, πόλις Τρωϊκή.] Berithros, urbs Troïca, infelicior Troïa, siquidem à nullo alio memoratur. Supra Berytis Troïca quoque urbs dicitur, ejusdem infelicitatis particeps.

13 Βηρυτὸς, πόλις Φοινίκης, &c.] Berytum Phœniciæ urbem inquit conditam fuisse à Saturno, quæ antiquitate sua poterat exultare & gloriari, quoniam, ut loquitur eloquentissimus Hebræorum קדמוני קדם i. e. *à diebus antiquis antiquitas ejus.* Existimo id transcripsisse Græcos ex diphthera Jovis, siquidem ἀρχαιότερα diphtherâ loquitur auctor noster; Fuit Berytus urbs maritima cum portu, teste Scylace in descriptione Syriæ & Phœniciæ, quæ auctore Plinio lib. 5. c. 50. colonia Romanorum facta *Fœlix Julia* appellata fuit, quod factum fuisse sub Augusto refert Euseb. Chronico Canone; Anonymus, quem Gothofredus vulgavit, legum studiis celeberrimam fuisse testatur c. 17. §. 3. Ex hac urbe fuit Taurus philosophus Platonicus Auli Gellii familiaris, qui scripsit de differentia sectarum Platonis, & Aristotelis, & alia, ut refert Suidas in Ταῦρος. Sed magis nobilitavit hanc urbem Sanchoniathon omnium historicorum, dempto Moseh, antiquissimus, qui de rebus Phœnicum Phœnicia lingua scripsit, cujus operum jactura magnum inflixit reipublicæ literariæ vulnus perpetuò dolendum. Eum Philo Byblius, non ille ὑποβολιμαῖος octo libris Græce interpretatus est, teste Porphyrio περὶ ἀποχῆς, qui etiam deperditi sunt, quamobrem vulnus illud factum est immedicabile.

14 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Βὴρ γὰρ, τὸ φρέαρ παρ' αὐτοῖς.] Agit nunc Epitomator noster de etymologia urbis Beryti, quam sic vocatam inquit ἀπὸ τοῦ ὕδατος i. e. *quod esset aquosum solum*, nempe quia multos puteos habebat. *Ber* enim apud ipsos est *puteus*, quis ignorat Phœniciam linguam fuisse vel prorsus Hebræam, vel ejus Dialectum parum diversam, Hebraice באר *beer* dicitur *puteus*. Hinc Hesychius Βὴρ, τὸ φρέαρ, Σύροι. i. e. *Ber puteus, Syri.* Syrorum, Hebræorum & Phœnicum linguæ erant simillimæ.

15 Γαιῶν

Κύδρον. Βὴρ γὰρ, τὸ φρέαρ παρ' αὐτοῖς. [15] Ἰσιαῖος δ' ἐν πρώτῃ, τῷ ἰσχυρῷ Βηρυτὶ Φοίνικας ὀνομάζειν· ἀφ' ἧς καὶ τὴν πόλιν, ὡς Ἑλλάδιος φησιν. Ὁ πολίτης Βηρύτιος, ὡς Ἀζώτιος, Αἰγύπτιος. [16] Σεσημειῶται τὸ Μιλήσιος ἐν τοῖς τοπικοῖς, ὅτι ἐτράπη, ὡς τὸ Θεοδόσιος. Τὸ γὰρ Θεόδοτος, καὶ Ἀθανάσιος, [17] καὶ Ἀμβρόσιος, σώθεται. [18] Τὸ δὲ Χαρίσιος, ἐστοπικὸν, [19] ὡς δὲ Περκώσιος ἐρῶμεν. Τὸ δὲ υ, μακρόν. [20] Διονύσιος ὁ Περιηγήτης.

Καὶ Τύρον Ὠγυγίην, Βηρυλίδα τ' αἶαν ἐραννήν.

Ὀξυβίαν δ' ὡς τρισύλλαβος, καὶ μακρὸν ἔχει τὸ υ, ὡς τὸ Κωκυτὸς, Γορυτὸς, Κοδρυτὸς, πόλις· τὸ Σεβένυτος, τετρασύλλαβον. [21] Ἔστι καὶ πόλις Ἀραβίας, ἡ πρότερον καλουμένη Διόσπολις. Τὸ ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

ΒΗΣΣΑ [22], πόλις Λοκρῶν. Ἡρωδιανὸς δὲ ἑνὸς σ γράφει. [23] Ἀπολλόδωρος δὲ, καὶ Ἐπαφρόδιτος, καὶ Ἡρακλέων, ἀμφὶ δύο·

Βῆσσαντε, Σκάρφην τε, καὶ Αὐγείαν ἐρατ....

[24] Ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τῆς τόπου φύσεως, ναπώδης ὅσης. Τὸ ἐθνικὸν Βησσαῖος.

ΒΗΣΣΥΓΑ [25], ἀδέλφερως, ἐμπόριον τῆς Ἰνδικῆς, [26] καὶ Βήσυγας ποταμὸς, [27] καὶ Βησυγῖται

A cata propter abundantiam aquæ. *Ber* enim apud ipsos est *puteus*. Histiæus verò lib. 1. inquit *robur* Phœnices vocare *berutì*, à quo & urbem *Berytum*, ut Helladius. Civis, Berytius, ut Azotius, Ægyptius. Notatum est Milesius in localibus, quod mutatum est ut Theodosius. B Theodotos enim & Athanatus, & Ambrosius sunt composita. Charisius verò non est locale. De nomine Percosius dicemus suo loco. Υ psilon verò nominis Berytus est longum, ut Dionysius Periegetes:

Et Tyrum Ogygiam, Berythique terram amabilem.

C Acuitur verò, ut trisyllabus, & longum habet *y* psilon, ut Cocytus, Gorytus, Codrytus, urbs, & Sebenytus quadrisyllabum. Est etiam urbs Arabiæ, quæ prius *Diospolis* vocabatur. D Gentile, idem.

BESSA, urbs Locrorum. Herodianus per unum tantum *s* scribit. Apollodorus verò, & Heracleon, & Epaphroditus per duo:

Bessamque, Scarphemque, & Augeam....

E [Sic] verò fuit vocata à natura loci, quæ multos habet saltus. Gentile, Bessæus.

BESSYGA, neutro genere, emporium Indiæ. Est etiam fluvius, Bessygas, & Bessygitæ, homi-

15 Ἰσιαῖος δ' ἐν πρώτῃ, τῷ ἰσχυρῷ βηρυτὶ Φοίνικας ὀνομάζειν φησι, ἀφ' ἧς καὶ τὴν πόλιν, ὡς Ἑλλάδιος.] *Histiæus vero lib.* 1. *robur berutì Phœnices vocare inquit, à quo & urbem, ut Helladius*; Sic hæc verba legenda, & interpungenda censeo, in quibus aliam etymologiam Beryti urbis ex Histiæo affert, *nempe à* βηρυτὶ, *quod Phœnices* ait ille, vocabant *βηρυτὶ robur*, seu *fortitudinem*: & illud τι finale est affixum apud Hebræos, quod significat meum, vel meam, quare *βηρυτὶ* debemus interpretari *robur-meum*, seu *fortitudinem-meam*, ברות *baruth* enim significat *cibum*, *alimentum*, & cum affixo ברותי *beruthi*, *cibum meum*, vel *alimentum-meum*, id invenitur Psalm. 69. 22, Sic enim potuit vocari apud Phœnices *robur*, quod *cibus* addat vires, vel etiam potuit deduci à בירה *birah* h. e. *arx*, quæ Chaldaice Est. 6. 2. dicitur בירתא *birtah*. אברותים *abrurim* etiam apud Rhab. sonat turres ex quibus Berytus potuit dici quod esset munita vel arce, vel turribus.

16 Σεσημείωται τὸ Μιλήσιος, &c.] A nominibus oppidorum & regionum finitis in τος, fiunt localia, seu Gentilia in σιος, ut Βερυτὸς, Βερύτιος, Ἄζωτος, Ἀζώτιος, Αἴγυπτος, Αἰγύπτιος, quod etiam sequuntur Latini; sed ex hac regula excipitur in localibus τὸ Μιλήσιος, ἀπὸ τοῦ Μίλητος, & in nominibus compositis τὸ Θεοδόσιος, Ἀθανάσιος, Ἀμβρόσιος h. e. *Theodosius*, *Athanasius*, *Ambrosius*. Composita enim sunt Θεόδοτος, *à Deo-datus*, ἀθάνατος, *sine-morte*, καὶ ἄμβροτος, [lege ἄμβροτος,] *immortalis*: ἀθάνατος & ἄμβροτος sunt nomina ἰσοδύναμα, utrumque significat *immortalem*.

17 Καὶ ἀμβρόσιος.] Lege καὶ ἄμβροτος. Nomina enim, quæ præcedunt Θεόδοτος & ἀθάνατος id confirmant. Ab his enim nominibus compositis innuit deduci Theodosius, Athanasius, Ambrosius.

18 Τὸ δὲ Χαρίσιος, ἐστοπικόν.] Cum egerit de localibus finitis in σιος, ut Μιλήσιος, nunc inquit τὸ Χαρίσιος non esse locale nempe quia Charisius fuit conditor urbis Arcadiæ Charisiarum ut in Χαρισίαι ex Pausania annotabimus.

19 Περὶ τοῦ Περκώσιος ἐρῶμεν.] Promittit se dicturum περὶ τοῦ Περκώσιος, quod est locale urbis Troadis *Percotes*, sed in Περκώτη, ubi debebat promissa adimplere, ne χρὼ quidem.

20 Διονύσιος ὁ περιηγήτης.] Dionysius Periegeta, est Dionysius Afer vel Alexandrinus, sæpè per excellentiam vocatur Periegeta, quod scripserit περιήγησιν orbis, cujus nunc affert carmen, quod apud eum legitur, v. 411. ad quem locum ne hilum quidem Eustathius, quod miror.

21 Ἔστι καὶ πόλις Ἀραβίας, ἡ πρότερον, &c.] Celebratur alia Berytus, Arabiæ urbs, prius vocata *Diospolis*, cui in Διόσπολις nullum dat locum, cum diversas hujus nominis urbes memoret illic. Ejus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio.

22 Βῆσσα, πόλις Λοκρῶν.] Bessa, urbs Locrorum. Quæ Auctori nostro urbs. Straboni lib. 9. in Locride dicitur πεδίον i. e. *quædam planicies*.

23 Ἀπολλόδωρος, &c.] Cum prius dixisset Herodianum scribere nomen τὸ Βῆσσα ἀμφὶ ἑνὸς σ, nunc inquit Apollodorum, & Epaphroditum & Heracleonem per duplex sigma scribere, sed versiculus ille truncus nullius horum est. Apud Homerum enim invenitur Il. 2. v. 532. integer hoc modo:

Βῆσσάν τε, Σκάρφην τε, καὶ Αὐγειὰς ἐρατεινάς.

Bessamque, Scarphenque, & Augias amabiles.

24 Ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τῆς τόπου φύσεως, &c.] Bessa, sic vocata fuit à loci natura, quod ναπώδης esset, Straboni lib. 9. quod δρυμώδης, ejusdem pene significationis nomen. Ejus sunt verba: Ἐξῆς δὲ Βῆσσά τι πεδίον. Καλοῦσι δ' ὅπως ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τὴν τόπον, δρυμώδης γάρ ἐστι. Ταύτην μὲν οὖν τὴν Βῆσσαν οἱ τοῖς δυσὶ γραπτέον σσ. i. e. *Deinceps autem Bessa, quædam planicies, sic verò vocant ab accidente loco. Dumosa enim est. Hæc quidem Bessa duobus S S. scribenda est.* Βῆσσαι etiam Hesychio sunt τόποι κρημνοὶ. i. e. *loca abrupta, scissa*, apud Hebræos etiam בצע *betsa* est *frustulum*, *segmentum* à verbo בצע *batsa concidit*, *præcidit*, sed non ideo loci Locrorum nomen deduci debet à lingua Hebræa.

25 Βήσυγα, ἀδέλφερως, ἐμπόριον τῆς Ἰνδικῆς.] Bessyga, neut. plur. emporium Indiæ; Ptolemæo lib. 7. c. 2. Βήσυγγα Besynga dicitur.

26 Καὶ Βήσυγας ποταμός.] Et fluvius Bessygas; Ptolemæo libro, capiteque citato nota præcedenti dicitur Βήσυγγας, Besyngas.

27 Καὶ Βησυγῖται οἱ ἄνθρωποι, ὅς φασιν ἀνθρωποφάγους.] Et Bessygitæ, homines, quos *anthropophagos* esse ajunt;

γίται οἱ ἄνθρωποι, ὃς φασιν ἀνθρωποφάγους. A homines incolæ, quos ajunt *anthropophagos* esse.

ΒΙΒΑΣΤΟΣ, Θρᾴκης πόλις. Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βιβάστιος, ὡς Φαίστιος. Εἰ δὲ Βύβαστος, τὸ ἐθνικὸν Βυβαστίτης.

BIBASTUS, urbs Thraciæ. Gentile debebat esse Bibastius, ut Phæstius, quod si Bubastus. Gentile, Bubastites.

ΒΙΒΛΙΝΗ[28], χώρα Θρᾴκης· ἀπὸ πώτης ὁ Βίβλινος οἶνος. Οἱ δὲ ἀπὸ Βιβλίας ἀμπέλου B [29] δῆμος δέ φησιν ὁ Δήλιος τὸν Νάξιον φασιν, ἐπειδὴ Νάξου ποταμὸς Βίβλος.

BIBLINA, regio Thraciæ, unde vinum Biblinum. Alii verò à vite Biblia. Demus verò Delius Naxium interpretatur, quod Naxi fluvius vocatur Biblus.

ΒΙΔΟΣ [30], φρούριον ἐν Σικελίᾳ· ἀδελφέρως. Εὕρηται δὲ καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι. [31] Ἔστι καὶ ἕτερον ἐν τῇ τῶν Ταυρομενιτῶν χώρᾳ C Βίδιος φρούριον. [32] Τὸ ἐθνικὸν, Βιδῖνος.

BIDOS, castellum in Sicilia, neutr. gen. Invenitur etiam per diphthongum, & per *iota*. Est etiam aliud in regione Tauromenitarum, Bidios castellum. Gentile, Bidinus.

ΒΙΕΝΝΟΣ [33], πόλις Κρήτης. Οἱ μὲν ἀπὸ Βιέννου τοῦ τῶν Κρητῶν ἑνός· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς βίας τοῦ Ἄρεως, ἣν ἐνταῦθά φασιν ἀπὸ Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου τῶν παίδων Ποσειδῶνος, καὶ D μέχρι καὶ νῦν τὰ καλούμενα ἑκατομφόνια θύειν τῷ Ἄρει. Ὁ πολίτης, Βιέννιος. Οἱ δὲ, πιμὰς ἀποπέμπειν τῷ Τεμιλίῳ Διΐ, καὶ Βιεννίῳ. [35] Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις ἐν Γαλλίᾳ. Αὐχμοῦ γάρ ποτε σύμπασαν Κρήτην καταλαβόντος, εἰς ἑτέρας τόπους E ἀποικίζοντο, οἰκῆσαι δέ τινας τὴν ἐρῆμον τῆς Γαλλίας ἔφασαν. Χρησμὸς δὲ αὐτοῖς

BIENNUS, urbs Cretæ. Alii quidem à Bienno uno ex Curetibus. Alii verò ἀπὸ τῆς βίας, id est, *à vi* illata Marti, quam hic ajunt .... ab Oto, & Ephialte Neptuni filiis, & hucusque sacrificia, quæ vocantur *hecatomphonia* Marti sacrificantur. Civis, Biennius. Alii verò, quod honores mitterent Jovi Temilio, & Biennio. Est & alia urbs in Gallia. Siccitate enim totam Cretam premente in alia loca habitatum abiere. Aliqui verò incoluere Hydruntem Italiæ nondum habitatum. Reddito verò eis oraculo, ut habitarent ubi la-

cuno-

Apud Ptolemæum libro, capiteque nota præcedenti citato legimus ΒΕΙΣΥΓΓΗΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΟΦΑΓΩΝ. i. e. *Besyngetarum Anthropophagorum*; Iidem sunt populi non bene Interp. Latin. vertit Besyngetorum pro Besyngetarum. Quos Ptolemæus locat in sinu Sarabaco post Argenteam Indiæ extra Gangem regionem. Arrhianus in Periplo maris Erythræi prope Gangem celebrat Cirrhadas & Bargysos, qui Anthropophagi esse feruntur, forsitan Bargysi Arrhiani sunt Besyngæ Ptolemæi, siquidem utrique vescebantur carne humana.

28 Βιβλίνη, χώρα Θρᾴκης, &c.] Bibline, regio Thraciæ, ab hac vinum Biblinum. Quæ nostro Bibline, Armenidæ apud Athenæum lib. 1. dicitur Biblia, cujus sunt verba: Ἐπίχαρμος ἢ ἀπό τινων ὀρῶν Βιβλίνων φησὶ αὐτὸν ὠνομάσθαι. Ἀρμενίδας τε Θρᾴκης φησὶ εἶναι χώραν τὴν Βιβλίαν, ἣν αὖθις Τισάρλιν καὶ Οἰσύμλιν προσαγορεύεσθαι, ἐπεικῶς ἡ Θρᾴκη ἐθαυμάζετο ὡς ἡδύοινος, καὶ σωλόλως τε πλησίον αὐτῆς χωρία. i. e. *Epicharmus vero* [loquitur de Biblino vino] *à quibusdam Biblinis montibus vocatum ait. Armenidas verò Bibliam Thraciæ regionem esse inquit quam deinde* Tisaren & OEsymen *appellatam fuisse* [ajunt] *admodum autem commendabatur Thracia ob vini, quod ferebat suavitatem, ac denique loca ei finitima.*

29 Δῆμος δέ ὁ Δήλιος τὸν Νάξιον φασιν.] Demus vero Delius Biblinum vinum inquit esse Naxium, quod Biblus erat Naxi insulæ fluvius. Sic intelligenda sunt illa verba, quare pro φασιν legendum φησι. De Naxo verò insula suo loco agemus.

30 Βίδος φρούριον ἐν Σικελίᾳ, ἀδελφέρως.] Bidos, castellum in Sicilia, neut. gen. Disertissimus Romuli nepotum in Verr. lib. 2. Orat. 7. vocat Bidis oppidulum non longè à Syracusis, adhuc hodie extare ejus ruinas cum templo, quod vulgò dicitur *S. Giovanni di Bidini*, testis est Cluv. Sicil. Antiquæ lib. 2. c. 10.

31 Ἔστι καὶ ἕτερον ἐν τῇ τῶν Ταυρομενιτῶν χώρᾳ, Βίδιος φρούριον.] Est & aliud in Tauromenitarum regione, Bidios castellum. Hujus nulla apud alios fit notitia.

32 Τὸ ἐθνικὸν, Βιδῖνος.] Gentile, Bidinus. Plinius lib. 3. c. 8. Inter Siciliæ populos celebrat Bidinos. Utrumne hi Bidini sint oppidani prioris castelli, quod Bidis oppidulum dicitur Ciceroni, an castelli in Tauremenitarum regione, tuo relinquo arbitrio.

33 Βίεννος, πόλις Κρήτης, &c.] Biennus, urbs Cretæ &c. Hujus Cretæ urbis altum apud alios est silentium, cujus nominis etymon ex fabulis conatur eruere, in quibus immorari nec gaudeo, nec volupe mihi est, illis valde delectatur Nicolaus Leonicus, quoniam lib. 3. c. 41. de Varia Historia hanc lectionem nostri auctoris totam transcripsit κατὰ πόδα, quin eum nominet auctorem.

34 Ἣν ἐνταῦθά φασιν ἀπὸ.... Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου τοῦ, &c.] In his verbis aliquod verbum deficit, Otus vero & Ephialtes fuere duo fratres gigantes filii Neptuni, qui conati sunt imponere Ossam Olympo in bello adversus Deos, ad quod alludit Poeta nullius artis expers Georgicorum libro 1. v. 280.

Et conjuratos cœlum rescindere fratres;
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atque Ossæ frondosum involvere Olympum.

Eos etiam celebrat Poetarum parens Odyss. 11. v. 307. quem Virgilius imitatus est. Sed hoc in loco Homerum non superavit. Suavius enim canit Homerus Odyss. citata v. 314.

Ὅσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' ἔρνεσι ἀμβατὸς εἴη.

Ossam super Olympum conati sunt imponere, rursus Ossæ Pelium frondosum, ut cœlum pervium esset.

Ad quem locum, si fabulæ te delectant, vide Eustathium. Nos enim quæ ad allusionem tantum pertinent narramus.

35 Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις ἐν Γαλλίᾳ.] Celebratur ab Auctore nostro *Biennus* Galliæ urbs, quæ reliquis *Vienna* dicitur, tanquam Bienni urbis Cretæ Colonia. Memoratur Plinio lib. 3. c. 4. Melæ lib. 2. c. 5. quibus *Vienna Allobrogum* dicitur, ad quam ab Augusto Cæsare *Archelaus* Judæorum Ethnarcha in exilium missus est, teste Josepho Antiquit. lib. 18. cap. ultimo, ubi quædam refert Archelai, & Glaphyræ ejus uxoris somnia, & eorum interpretationem, quæ ipsi credenda relinquimus. Hujusmodi enim aniles fabulæ nec ad virtutis studium, nec ad pietatem conducunt, nec ex eis animarum ἀθανασίας & Divinæ providentiæ εἰς τὰ ἀνθρώπινα argumentum elici potest. Oscitanter admodum hujus urbis historiam transcripsit Nic. Leonicus lib. 3. c. 4. quoniam *Biennam* vocat Galilææ civitatem, & Rhodam fluvium mediam secare Galilæam inquit, apud quem pro *Galilææ* & *Galilæam* legendum est *Gallia*, & *Galliam*, pro *Rhodam* scribendum *Rhodanum*.

τοῖς δοθεῖσι, ὅπως ἐλωδέστερον τόπον θεάσονται, καὶ οἰκήσωσι· ἐλθόντες οὖν ἐπὶ τὸν Ῥόδανον ποταμὸν τῆς Γαλλίας, ἐλώδη ὄντα, οἰκῆσαι, καὶ τὴν πόλιν ἔτως ὀνομάσαι, ἐπειδὴ μία τῶν αὐτοῖς παρθένων Βίαννα καλουμένη, χοροὺς ἄγουσα, ὑπὸ τὴν χάσμαλα ἐλήφθη. [36] ἧς μνημονεύει πολλάκις Εὐσέβιος ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως Βιέννιος, εἰ μὴ κατὰ τὸ ἐγχώριον τύπον Βιεννήσιος, ὡς Λουγδουνήσιος. [37] τῆς δὲ Βιέννης, Βιεννᾶος.

ΒΙΖΎΗ [38], πόλις Θρᾴκης, τὸ τῶν Ἀσσῶν βασίλειον. Τὸ ἐθνικὸν, Βιζυηνός.

ΒΙΖΏΝΗ [39], πόλις Ποντική. Τὸ ἐθνικὸν ἡδυάλου Βιζωναῖος, ἡ Βιζωνίτης. Ἔστι δὲ Βιζώνιος, ὡς Παλλήνιος.

ΒΊΘΥΑΙ [40], ἔθνος Θρᾴκης, ἀπὸ Βίθυος καὶ Ἄρεος, καὶ Σήτης, τοῦ Ῥήσου ἀδελφῆς.

ΒΙΘΥΝΊΑ [41], πρὸς τῷ Πόντῳ χώρα, ἀπὸ Βιθυνοῦ καὶ Διός, καὶ Θρᾴκης τῆς Τιτανίδος, ἣ ἐκ μὲν Διὸς ἔσχε Βίθυν, ἐκ δὲ Κρόνου Δόλογκον. Τὸ ἐθνικὸν, Βιθυνὸς, καὶ Βιθυνὴ, καὶ Βιθυνίς, καὶ Βιθυνιάς. Τὰ δὲ εἰς νος καθαρὸν, ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, τῷ υ παραληγόμενα, προπαροξύνεται, εἰ μὴ ἐθνικὸν εἴη. Τὸ Μόσυνος βαρυνόμενον, σημειοῦδες καὶ μακρὸν ἔχει τὸ υ. Τὰ γὰρ ἔχοντα τὸ σ, βραχὺ ἔχει τὸ υ, καὶ τὸ γυρῖνος, ὁ μικρὸς βάτραχος.

ΒΙΟΎΝΙΟΝ [42], πόλις Βιθυνίας· Παυσανίας

cunosum locum viderent. Cum pervenirent igitur ad Rhodanum fluvium Galliæ, qui lacunosus erat, ibi sedes collocarunt, atque urbem sic nominarunt, quoniam una ex virginibus, quæ cum eis erant *Bianna* nomine choros ducens hiatu quodam absorpta fuit, cujus meminit sæpe Eusebius in Historia Ecclesiastica. Gentile, similiter, Biennius, nisi forma regionis consueta dicatur Biennesius, ut Lugdunesius. A Bienna verò gentile, Biennæus.

BIZYE, urbs Thraciæ, Astarum regia. Gentile, Bizyenus.

BIZONE, urbs Pontica. Gentile poterat esse Bizonæus, vel Bizonites. Est verò Bizonius, ut Pallenius.

BITHYÆ, populi Thraciæ, sic dicti à Bithye Martis, & Setes sororis Rhesi filio.

BITHYNIA, regio prope Pontum, sic dicta à Bithyno Jovis filio, & Thracæ Titanidis filiæ, quæ quidem ex Jove peperit Bithyn; ex Saturno verò Doloncum. Gentile, Bithynus, & Bithyna, & Bithynis, & Bithynias, adis. Nomina in *nos* purum polysyllaba, quæ in penultima habent *y* psilon, in antepenultima acuuntur, ni fuerint gentilia. Mosynos accentu gravi, notabile, & longum habet *y* psilon. Quæ enim habent τὸ *s*, breve habent τὸ *y* psilon, & γυρῖνος, i. e. *gyrinos*, i. e. *parva rana*.

BITHYNION, urbs Bithyniæ, Pausanias

36 Ἧς μνημονεύει πολλάκις Εὐσέβιος ἐν τῇ &c.] Bienni urbis Galliæ inquit sæpè meminisse Eusebium in Ecclesiastica Historia, qui ejus meminit ejusdem Historiæ lib. 5. c. 1. Γαλλία μὲν ἦν ἡ χώρα ἣν καθ' ὃν τὸ τῆς δηλεμένων σωσικροτεῖτο στάδιον, ἧς μητροπόλεις ἐπίσημοι, καὶ ἄνδρα τὰς ἄλλας τῆς αὐτόθι διαφέρουσι βεβαίωται, Λούγδουνος καὶ Βιεννα, &c. i. e. *Gallia quidem erat regio, in qua [ante] ostensorum constitutum fuit stadium, cujus metropoleis illustres, & reliquarum facile principes celebratæ sunt, Lugdunum & Bienna.* Quæ nostro Biennos, Eusebio dicitur, ut vides Bienna.

37 Τῆς δὲ Βιέννης, Βιεννᾶος.] Ac si prius dixisset Biennum urbem *Biennam* quoque dici, ait nunc à Bienna gentile formari Biennæus.

38 Βιζύη, πόλις Θρᾴκης, &c.] Bizye, urbs Thraciæ, Astarum regia. Astæ autem fuere Thraciæ populi, teste Auctore nostro in Ἄσσαι. Hac in urbe celebrat Plin. lib. 4. c. 11. Terei regis arcem. Solinus etiam c. 15. juxta Vadiani editionem, ubi asserit esse oppidum invisum & inaccessum hirundinibus. Idem pene annotat Paus. lib. 10. de Aulide, ubi hirundines, nec pariunt nec excludunt ova, nec tectorum laquearibus affigunt nidos; quod si verum est, ex aliqua terræ qualitate accidebat. Hirundo enim habet à natura libertatem nidificandi in ædibus. Quare pulchra paronomasia Hebraïce dicitur דרור *deror*. Id nominis utrumque significat in illa lingua, & libertatem, & hirundinem.

39 Βιζώνη, πόλις Ποντική.] Bizone, urbs Pontica memoratur Plinio inter Thraciæ oppida, sed terræ hiatu absorpta; eadem erat urbs. Namque Thracia altero latere à Pontico littore incipiebat, ubi Ister amnis immergebatur, teste eodem Plin. libro, capiteque citato.

40 Βίθυας, ἔθνος Θρᾴκης.] Bithyæ, populi Thraciæ, ut inquit noster, accepere nomen à *Bithy* Martis ex Sete filio, sed verosimilius est id accepisse à *Bithy* fluvio ejusdem regionis memorato apud Appianum in Mithridaticis, qui *Bathynius* dicitur Ptolemæo lib. 3. c. 11. Bithyas fœminas geminas pupillas in oculis habentes celebrat Solinus cap. 6. qui id ex Plinii libr. 7. cap. 2. desumpsit, cujus sunt verba: *Hujus generis, & fœminas in Scythia, quæ vocantur* Bithyæ, *prodit Apollinides; Philarchus & in Ponto Thibiorum genus, multosque alios ejusdem naturæ: quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem. Eosdem præterea non posse mergi, ne veste quidem degravatos, haud dissimile iis genus Pharnacum in Æthiopia prodidit Damon, quorum sudor tabem contactis corporibus afferat. Fœminas quidem omnes ubique visu nocere, quæ duplices pupillas habeant. Cicero quoque apud nos auctor est. Adeo naturæ cum ferarum morem vescendi humanis visceribus in homine genuisset, gignere etiam in toto corpore, & in quorundam oculis quoque venena placuit: ne quid usquam mali esset, quod in homine non esset.* Hujusmodi fœminas vocat Hesychius Θιδεις, de quibus consulesis Salmas. in Exercit. Plin. fol. 47.

41 Βιθυνία, πρὸς τῷ Πόντῳ χώρα.] Bithynia, regio ad Pontum olim *Cronia*, dein *Thessalis*, dein *Maliande*, teste Plinio lib. 5. c. 32. apud quem pro *Maliande* legendum existimo *Mariandyne*. Sic enim antiquitus Bithynia vocata fuit, ut narrat Euseb. Chronico Canone, cujus ad N. 594. sunt, quæ sequuntur, verba: Βιθυνία ἐκλίθη ὑπὸ Φοίνικος, ἡ τὸ πρὶν Μαριανδύνη καλουμένη. i. e. *Bithynia condita fuit à Phœnice, prius* Mariandyne *vocata.* Ad quem locum inquit Scaliger in paucis eruditissimus, Latinè non dici, *condere Bithyniam*, sed eum fefellit opinio. Hæc enim phrasis tam apud Græcos, quam apud Latinos est in usu, ut jam alibi annotavi. Nolo enim cramben repetere, ne lectori fastidium pariam. Bithyniam appellatam quoque fuisse *Bebriciam*, auctor est Serv ad Æneid. lib. 5. v. 373. De qua consulesis Herodot. lib. 7. c. 75. Cosmographum lib. 5. c. 1. Geographum lib. 12. Plinium lib. 5. c. 32. & alios.

42 Βιθύνιον, πόλις Βιθυνίας, &c.] Bithynium, urbs Bithyniæ ex Pausaniæ lib. 8. cujus sunt, quæ sequuntur: Γέγραπται δὲ ὁ Ἄνθιππος ἐκ Βιθυνίας τὰ μάλιστα ἐς Σαγγαρίου πόλεμον.

Οἱ δὲ

νίας ὀγδόῳ. [43] ὁ οἰκῶν, Βιθωνιδὺς, καὶ Βιθωνιάτης. [44] Ἀφ' οὗ Πινυτὸς ἐγένετο Ῥώμης γραμματικὸς, Ἐπαφροδίτου τοῦ Νέρωνος ὢν ἐξελεύτερος.

ΒΙΘΟΝΟΠΟΛΙΣ, πόλις ἀπὸ Βίθυος. Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βιθυοπολίτης. Εὗρον δὲ Βιθυνιαπολίτην, ὡς ἀπὸ Ἀρριανῷ ἐν πέμπτῳ Βιθυνιακῶν. Δεῖ δὲ τὸν Βιθυόπολις εἶναι, Βιθυοπολίτης.

ΒΙΣΑ, πόλις Θράκης. Τὸ ἐθνικὸν, Βισαῖος.

ΒΙΛΒΙΝΑ [45], πόλις Περσική. Τὸ ἐθνικὸν Βιλβινάτης, ὡς Αἰγινάτης.

ΒΙΣΑΛΤΙΑ [46], πόλις καὶ χώρα Μακεδονίας, ἀπὸ Βισάλτου τοῦ Ἡλίου καὶ Γῆς. [47] Περὶ ταύτην οἱ λαγοὶ κεδνὸν πάντες ἁλίσκονται δύο ἤπατα ἔχοντες, ὡς Θεόπομπος ἱστορεῖ, καὶ Φαβωρῖνος. [48] Τὸ ἐθνικὸν, Βισάλτης. Ἔστι καὶ Βισάλτης ποταμός. Τὸ ἐθνικὸν, Βισάλτιος. Ἀφ' οὗ Βισαλτία ἡ χώρα. [49] Λυκόφρων·

Τὸ μὲν γὰρ ἠὼν Στρυμόνος Βισαλτία.

ΒΙΣΑΝΘΗ [50], πόλις Μακεδονίας κατὰ Θράκην, Ἑλληνὶς, ἄποικος Σαμίων. Τὸ ἐθνικὸν, Βισανθηνὸς, [51] ἀφ' ἧς Φαίδιμος ἐλεγείων ποιη-

sanias lib. 8. Incola, Bithynienſis, & Bithyniates, unde erat Pinytus, qui docuit grammaticam Romæ, Epaphroditi Neronis liberti libertinus.

BITHONOPOLIS, urbs ſic dicta à Bithye. Gentile debebat eſſe Bithyopolites. Ego verò inveni Bithyniapolitem apud Arrhianum lib. 5. Bithyniacorum. Debet verò eſſe à Bithynopolis, Bithynopolites.

BISA, urbs Thraciæ. Gentile, Biſæus.

BILBINA, urbs Perſica. Gentile, Bilbinates, ut Æginates.

BISALTIA, urbs, & regio Macedoniæ, ſic dicta à Biſalte Solis, & Terræ filio, in qua lepores ferè omnes capiuntur duplex jecur habentes, ut refert Theopompus & Phavorinus. Gentile, Biſaltes. Eſt etiam Biſaltes fluvius. Gentile, Biſaltius, à quo Biſaltia regio. Lycophron:

Eum quidem ripa Strymonis Biſaltia.

BISANTHE, urbs Macedoniæ juxta Thraciam, Græca, colonia Samiorum. Gentile, Biſanthenus, ex qua erat Phædimus elegio-

Οἱ δὲ Βιθωνεῖς Ἀρκάδες τέ εἰσι, καὶ Μαντινεῖς τὰ ἄνωθεν. Τούτων εἶναι τὸν βασιλεύς, &c. i. e. *Genus erat Antinus ex Bithynia, quæ ſupra Sangarium amnem, Bithyneis verò Arcades ſunt & Mantineis antiquitus. Horum causâ rex* [imperator, nempe Adrianus] *conſtituit ei in oppido Mantinea honores, & ſacra fiunt ei per ſingulos annos, & agon quinquennalis.* Epitomator noſter videtur legiſſe apud Pauſaniam ἐκ Βιθωνίας τῆς ὑπὲρ &c. i. e. *ex Bithynio ſupra Sangarium fluvium*; ac ſic exiſtimo legendum. Namque apud Strabonem eodem modo ſcribitur lib. 12. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τὰ Βιθυνίας, τὰ, τε Βιθυνιὸν ἐστι ὑπερκείμενον τῆς Τηΐου, καὶ ἔχων τὴν πρὸς Σάλωνα χώραν, &c. i. e. *In Mediterranea-parte verò Bithyniæ Bithynium eſt, ſupra Teium ſitum & habens regionem circa Salonem, ubi optima ſunt boum-paſcua, unde Salonites caſeus.* Quod etiam firmat Ptolemæus lib. 4. c. 1. ex quo didicimus *Claudiopolin* quoque vocatam fuiſſe.

43 Ὁ οἰκῶν Βιθωνιδὺς, καὶ Βιθωνιάτης.] Oppidanus Bithynii urbis dicebatur *Bithynieus*, Latino ore *Bithynienſis*. Quare etiam apud Pauſaniam loco nota præcedenti allato pro Βιθωνεῖς legendum Βιθωνιεῖς.

44 Ἀφ' οὗ Πινυτὸς ἐγένετο Ῥώμης γραμματικὸς.] Ex hac urbe inquit fuiſſe Pinytum Romæ grammaticum, Epaphroditi Neronis liberti libertinum, cujus nullam inveniebam apud alios memoriam. Falſus enim eſt Conr. Geſnerus in ſuo Onomaſtico, qui eum ex Pauſania memorat, cum ejus apud Pauſaniam nulla fiat mentio. In eumdem etiam errorem ſecum traxit *Nicol. Lloydium* ad Car. Stephani Dictionarium, qui Pinytum Grammaticum nobilem ex eodem Pauſania per averſionem nobis quoque vendit; Epaphroditum verò ſervum Neronis à libellis celebrat Suet. in Nerone c. 49. quem T. Flavius Domitianus capitali pœna condemnavit, quod Nero in adipiſcenda morte, manu ejus adjutus exiſtimabatur, auctore eodem auctore in T. Flav. Domitiano c. 13. cum prius ab eo in exilium miſſus fuiſſet, ſed poſtea, ut per exemplum libertos ſuos deterreret, nequid tale committerent, eum occidi juſſit, teſte Dione lib. 67. Epaphroditum autem Grammaticum Chæronenſem memorat Suid. ſuo loco.

45 Βίλβινα, πόλις Περσική.] Bilbina, urbs Perſica, præter literarum ordinem locum obtinet, cujus apud alios, ni fallor, altum eſt ſilentium.

46 Βισάλτια, πόλις καὶ χώρα Μακεδονίας.] Biſaltia, urbs & regio Macedoniæ, urbs à nemine, quod ſciam, regio ab Herod. lib. 7 c. 115. à Ptolemæo lib. 3. c. 13. memoratur, cujus urbes erant Arolus, Euporia, Calliterè, Oſſa, Berta.

47 Περὶ ταύτην οἱ λαγοὶ κεδνὸν πάντες, &c.] Circa Biſaltiam regionem lepores ferè omnes bina jecinora habere tradit ex Theopompo, & Phavorino. Id etiam legimus apud Ariſtotelem de Mirabilibus; inquit enim: Φασὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Κρηστωνίᾳ ἀπὸ τῶν Βισαλτῶν χώραν τοὺς ἁλισκομένους λαγὼς δύο ἥπατα ἔχειν. i. e. *Ajunt autem & in Caſtronia prope Biſaltarum regionem, qui capiuntur lepores duo jecinora habere.* In verbis allatis Ariſtotelis pro Κρηστωνίᾳ legendum exiſtimo Γρηστωνίᾳ. Greſtonia enim fuit regio Thraciæ inter Anthemuntem & Biſaltiam ipſam, ut ex Thucyd. lib. 2. annotamus in Γρηστωνία.

48 Τὸ ἐθνικὸν Βισάλτης, &c.] A regione Biſaltia, gens *Biſaltæ* dicebantur auctore Plinio lib. 4. c. 10. Celebrantur Georgic. lib. 3. v. 461. à Poëta, cujus gloria nec meis, nec Macrobii laudibus creſcere, nec vituperatione Caligulæ, nec Hadriani, qui ei Ennium præferebat, minui poteſt:

Biſaltæ quo more ſolent, acerque Gelonus
Cum fugit in Rhodopen, atque in deſerta Getarum,
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.

Ubi Serv. *Biſaltæ populi Scytharum, qui fugientes equorum ſanguine aluntur lacte permixto.* Sed fallitur. Biſaltæ enim fuere populi Macedoniæ, ut patet ex Plinii libro citato, atque ex Ptolemæi lib. 3. c. 13. & ex aliis; Poëtæ autem liberius in Geographia vagantur, ut & in aliis rebus, nec ejus terminos curant; Biſaltæ fluvii, nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio.

49 Λυκόφρων.] Affert Epitomator noſter Carmen illud Lycophronis, ut probet Biſaltiam dici regionem, ac quamvis certo certius ſit Biſaltiam dici regionem; tamen id non evincitur ex illo verſiculo, in quo τὸ Βισαλτία eſt adjectiv. non ſubſtantiv. In illo quoque pro τὸ μὲν lege τὴν μέν. Sic enim ſcribitur apud Lycophronem.

50 Βισάνθη, πόλις Μακεδονίας καὶ Θρᾴκλων.] Biſanthe, urbs Macedoniæ juxta Thraciam; Ptolemæo lib. 3. c. 11. in Thracia locatur, cui etiam *Rhadeſton* dicitur. Benjamini Thudelenſi Rodoſto, qui inquit; *à Pera pago quodam prope Conſtantinopolin diſtare bidui itinere*; procul dubio eſt idem oppidum, quod Plinio lib. 4. c. 11. vocatur *Reſiſton*, etſi apud eum libro, capiteque citato Biſanthe, & Reſiſton ſunt, diverſa oppida.

51 Ἀφ' ἧς Φαίδιμος ἐλεγείων ποιητής.] Celebrat Stephanus *Phædimum* poetam elegiacum, cujus nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio. Joan. Voſſius enim de Veterum poëtarum temporibus ex noſtro eum memorat inter Poëtas Græcos.

52 Βίσ-

ποιητὴς Βισανθίωνος, ἢ Ἀμασεληνός, ἢ Κρωμνίτης. A legiorum poëta Bisanthenus, vel Amastrianus, vel Cromnites.

ΒΙΣΤΙΡΟΣ[52], πόλις Θράκης, ὡς Πίστιρος τὸ ἐμπόριον. Τὸ ἐθνικὸν Πιστιρίτης, ὡς Στάγειρος Σταγειρίτης.

BISTIRUS, urbs Thraciæ, ut Pistirus emporium. Gentile, Pistirites, ut Stagirus, Stagirites.

ΒΙΣΤΩΝΙΑ[53], πόλις Θράκης, ἀπὸ Βίστωνος καὶ Καλλιρρόης τῆς Νέστου. Ἀδελφὸς δὲ αὐτῶν Ὀδόμαντος, καὶ Ἠδωνός. Ἔνιοι δέ, Παίονος καὶ Ἄρεος παιδός.[54] Τὸ ἐθνικὸν, Βιστών.[55] Τῶν εἰς των δισυλλάβων βαρυνομένων, οἷον Πλάτων, Κρίτων, εἰμὴ διασολὴν ἠθέλοιτο σημαίνεσθαι. Χίλων γὰρ, πρὸς διάστολὴν ὀξυτόνου χυλός, καὶ πλατεῖα· καὶ τὸ κρόλων τὸ ζωύφιον, πρὸς ἀντιδιάστολὴν τοῦ πόλεως ὀνόματος. Ἡ θηλυκὸν, διὰ τοῦ κοίλων, ἰσῶν.[56] Ἡ ἐθνικὸν, διὰ τοῦ ο κλινόμενον, ὡς τὸ Βίστονος.[57] Τὸ θηλυκὸν, Βιστονὶς. Ἐπιθέτως δὲ καὶ λέγεται Βιστωνὶς, διὰ τοῦ ω,[58] καὶ Βιστώνιος ποιητικῶς.

BISTONIA, urbs Thraciæ, sic dicta à Bistone & Callirrhoë Nesti filia. Frater verò erat Odomantis, & Edoni. Aliqui verò, Pæonis Martis filii. Gentile, Biston, nomina disyllaba, quæ in των desinunt, accentu gravi notantur, ut Platon, Criton, nisi significati distinctio fiat. Χίλων enim i. e. *chiton*, i. e. *tunica*, acuitur ad distinctionem nominis proprii & fluvii, & κρόλων, *croton*, i. e. *ricinus* animalculum ad distinctionem nominis urbis, vel comprehensivum propter κοίλων, ἰσῶν, h. e. *cubiculum, velum navis*. Vel gentile per *o* micron declinatum, ut Bistonis genitiv. à Biston, fœmin. Bistonis, *idis*. Producitur verò, ac dicitur Bistonis, *idis*, per *o* mega, & Bistonius quoque per *o* mega poëticè.

ΒΙΤΕΛΛΑ[59], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Βιτελλίνος.

BITELLA, urbs Italiæ. Gentile, Bitellinus.

ΒΛΑΥΔΟΣ, πόλις Φρυγίας, ἀπὸ Βλαύδου τοῦ τόπον εὑρόντος, ὡς Μενεκράτης. Τὸ ἐθνικὸν, Βλαυδηνός.

BLAUDOS, urbs Phrygiæ, sic dicta à Blaudo, qui locum invenit, ut Menecrates. Gentile, Blaudenus.

ΒΛΕΜΥΕΣ[60], ἔθνος βαρβαρικὸν Λιβύης,

BLEMYES, populi barbarici Libyæ, sic

52 Βίστιρος, πόλις Θράκης, ὡς Πίστιρος.] Celebratur ab Stephano Bistiros urbs Thraciæ, quam Βάστειραν vocat Suid. in Μάστειρα. Quæ nunc *Pistiros* nostro, suo loco *Pistiron* dicitur, & Pistira Suidæ loco citato: igitur una eademque civitas erat Pistirus, Pistirum, Pistira, verum hujusmodi num. & gen. μεταβολὴ, ut sæpe in his observationibus annotavimus, est tralatitia apud scriptores.

53 Βιστωνία, πόλις Θράκης, &c.] Bistoniam, urbem Thraciæ esse episcopalem sub Archiep. Trajanopolit. Quæ & *Porum* nominabatur, auctor est sed sine auctore Philip. Ferr. Alexandrinus in Lex. Geographico, ad quem locum inquit Baudrand Parisinus esse urbem prope mare, quæ nunc *Bouron* dicitur, sed id nulla auctoritate firmat, nisi Pythagoricâ.

54 Τὸ ἐθνικὸν, Βιστών.] Bistones memorantur Herodoto lib. 7. c. 110. inter Thraciæ populos, per quos Xerxes iter fecit: hi autem fuerunt Pæti, Cicones, Bistones, Edoni, Satræ. Illos sæpe Poëtæ accipiunt pro Thracibus, ut cujuscunque civitatis celebris oppidanos pro totius regionis incolis, ut alibi jam annotavimus. Eodem sensu usurpat Lucanus lib. 7.

Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum
Bistonas, aut Mavors agitans.

pro Βιστὰς verò lege Βίστονας. Nomina enim quæ sequuntur Πλάτων, Κρίτων, id confirmant, nec non Herodotus apud quem libro, capiteque citato, Βίστονες legitur; noster quoque infra habet τὸ Βίστονος.

55 Τῶν εἰς των δισυλλάβων βαρυνομένων.] Hæc sic puto legenda, Τὰ εἰς των δισύλλαβα βαρύνεται. i. e. *nomina in των disyllaba gravantur*, i. e. *habent accentum in penultima*, ex qua regula excipit nomina appellativa ut κρόλων, κοίλων, ἰσῶν. Quæ habent accentum in ultima. Nam propria virorum & urbium habent illum in penultima, sic κρόλων notatur cum significat animalculum illud, at cum significat urbem hujus nominis habet, accentum in penultima Κρότων, de qua suo loco.

56 Ἡ ἐθνικὸν διὰ τοῦ ο κλινόμενον, ὡς τὸ Βίστονος, &c.] Nulla potest dari regula certa, utrum nomina finita in ων in obliquis debeant declinari per *o* micron, an per *o* mega; id enim ex usu discendum est.

57 Τὸ θηλυκὸν, Βιστονὶς.] Fœmin. Bistonis utroque modo scribitur, ut inquit noster, vel per *o* micron, vel per *o* mega & habet accentum in ultima. Sic vocabatur Lacus quidam Thraciæ; quia Græce *Lacus* dicitur λίμνη, memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 11. Straboni lib. 1. Dormitavit Ortelius in rebus Geographicis eruditissimus cum in suo Thesauro Geographico in *Bistonis* inquit, hunc lacum Strabonem scripsisse libr. 13. suo tempore vocatum fuisse *Aphnetin*. Strabo enim libro citato non loquitur de lacu Bistonide sed Dascylitide. Ejus sunt verba: Ἀφνειὸς δὲ λόφος τῆς Ἀφνιτίδος νομίζεται λίμνης. Καὶ γὰρ ἔτι καλεῖται ἡ Δασκυλῖτις. i. e. *Aphnios dici censent ab Aphnitide lacu; etenim sic vocatur Dascylitis*. Memoratur etiam Herodoto lib. 7. c. 109.

58 Καὶ Βιστώνιος ποιητικῶς.] Inquit Bistonius poëtice dici per ω mega pro *Bistonius* per *o* micron. Hoc ultimo usus est Ovid. Met. lib. 13.

Est ubi Troja fuit, Phrygiæ confinia tellus
Bistonis habitata viris.

59 Βίτελλα, πόλις Ἰταλίας.] Bitella, urbs Italiæ Latinis dicitur *Vitelia*, memoratur Liv. lib. 2. c. 39. Sueton. in Vitellio celebrat coloniam, & viam Viteliam: noster autem neminem ad testimonium vocat.

60 Βλέμυες, ἔθνος βαρβαρικὸν Λιβύης.] Blemyes, yum, vel Blemiæ, arum; utroque enim nomine & scriptura invenitur id nominis apud Scriptores, nec non per duo *m*, fuit gens Libyæ, quam noster barbaricam, Etymologici magni auctor *Barbaram* vocat. Memorantur præterea Straboni lib. 17. Ptolemæo lib. 4. c. 8. Solino ex Camertis recensione c. 44. Plinio lib. 5. c. 8. Melæ lib. 1. c. 8. ex quibus tres ultimi locis citatis ajunt huic genti capita abesse, ore & oculi pectori affixis, quod etiam Augustinus confirmat sermone 37. ad Eremitas, ad quos inquit se adiisse, ut eis Christi Euangelium prædicaret; Hoc de Blemyis puerorum deliramentum totis viribus intendit probare amicus noster D. Josephus Antonius Gonsalus de Salas in suis eruditis ad Melæ lib. 1. c. 8. Illustrationibus, quas lingua vulgari scripsit, ut & hominum in lupos metamorphosin ad ejusdem Melæ lib. 2. c. 1. à quibus affaniis eum numquam potui divellere, ne eruditis risum tolleret, ego certe non poteram risum tenere quando ille in suo museo hujusmodi paradoxa mihi referebat; liber ille Augustini procul dubio est ὑποβολιμαῖος, Gualtherus Ralegh Anglus, quem ad

βύης,[61] ἀπὸ Βλέμυος, ἑνὸς τῶ Δηριάδε τελῶν ὑποστρατηγῶν, τῶ σὺν αὐτῷ Διονυσίῳ πολεμησάντων. Ἦσαν δὲ Ὀρόντης, καὶ Ὀροβάνδας, καὶ Βλέμυες. A sic dicti à Blemy, qui fuit unus ex tribus Deriadæ ducibus, qui unà cum Deriada adversus Dionysium bella gessere. Fuere verò Orontes, Orobandas, & Blemys.

ΒΟΑΎΛΕΙΑ, πόλις Σκυθίας. Πείσανδρος εἰκοστῇ ἕκτῃ. B

BOAULEA, urbs Scythiæ. Pisander lib. 26.

ΒΟΒΏΝΕΙΑ[62], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Βοβωνιάτης, ὡς Ῥιθυμνιάτης· ἢ Βοβώνιος, ὡς Ῥιθύμνιος.

BOBONIA, urbs Italiæ. Gentile, Bobonias, ut Rhithymniates, vel Bobonius, ut Rhithymnius.

ΒΟΓΧΝΑΙ, ἔθνος τοῖς Καρρηνοῖς ὠδαχείμωνον, μέσον Εὐφράτε καὶ Κύρε ποταμοῦ, ὡς Κασάδραλος. C

BONCHNÆ, populi Carrhenis adjacentes, medii inter Euphratem, & Cyrum fluvium, ut Quadratus.

ΒΟΐΒΟΣ[63], πόλις Θεσσαλίας.[64] Ὅμηρος·

Βοίβην τε Γλαφυρὰν, καὶ ἐυκτιμένην Ἰαολκόν.

BOEBUS, urbs Thessaliæ. Homerus:

Bœben, & Glaphyras, & bene ædificatam Iaolcum.

[65] Ἔστι δὲν καὶ πόλις, καὶ λίμνη Βοιβιὰς, ἀπὸ Βοίβε τε Γλαφυρε, τε δὲ τὰς Γλαφυρὰς κτίσαντος. Ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Βοίβη τῆς Γορτυνίδος, καὶ ἐν Μακεδονίᾳ λίμνη Βοίβη. Τὸ ἐθνικὸν τε Βοίβης, Βοιβαῖος, καὶ Βοιβηὶς ἡμικόν. Εἰ δὲ καὶ Βοιβαῖος, ἀκωλύτως. Ἔστι καὶ Βοιβήϊον πόλις. Λέγεται καὶ Βοιβία ἡ λίμνη. D E

Est igitur & urbs, & palus *Bœbias*, sic dicta à Bœbo Glaphyri filio, qui Glaphyras condidit. Est etiam in Creta Bœbe Gortynidis; nec non in Macedonia palus Bœbe. Gentile à Bœbe, Bœbensis, & fœmin. Bœbeis, *idis*. Nihil obstat verò, quod *Bœbæus* dicatur. Est etiam Bœbeion urbs. Dicitur etiam Bœbia palus.

ΒΟΊΛΛΑΙ[66], πόλις Λατίνων.[67] Τὸ ἐθνικὸν,

BOÏLLÆ, urbs Latinorum. Gentile, Boïl-

testimonium vocat loco suprà citato D. Josephus Antonius etsi nobilis & Reginæ *Elisabethæ* Satellitum magister potuit mentiri, vel saltem mendacium dicere, mihi sanè non contigit videre ejus librum in quo fabulosa illa referebat; eadem de eadem re est sententia Guill. Candeni Annalib. Rer. Anglic. parte 4. anno 1595. Sic enim ille: *Si plura desideres, elegantem ipsius hac de re librum consulas, in quo & regiones accuratè quasi indigena describit, multa de Guianæ opulentia & splendentibus marcasitis ibi inventis, ex Hispanicis scriptis, ex barbarorum fide, quos minime intellexit, & spe credula, nonnulla etiam, quæ fabulosa videntur de Amazonibus, & gentem, cui ex humerorum prominentia vultus in pectore, enarrat. Sed quod nusquam gentium poëtæ & peregre navigantes reperiunt.* Sed hæc fabula est antiqua, Hesiodus Semicanes, Capitones, & Pygmæos finxit, Alcman *Steganopodes*, i. e. *pede-se-tegentes*, Æschylus autem *Canicipites*, & *Sternophthalmos*, i. e. *in-pectore-oculos habentes*, teste Strabone lib. 7. Blemyes verò memorantur Amm. Marcellino lib. 14. Vopisco in Probo & in Aureliano, qui eos subegit & captivos Romam transmisit. Solinus capite citato Blemias ad mare Rubrum, & in Libya memorat; Bochartus lib. 4. c. 29. affert hujus gentis ingeniosam magis quàm veram etymologiam.

61 Ἀπὸ Βλέμυος, ἑνὸς τῶ Δηριάδε τελῶν, &c.] Blemyas, nomen habere inquit à Blemy uno ex tribus Deriadæ ducibus. Ipsissima verba leguntur apud Etymologici magni Auctorem; nomina verò illorum trium ducum erant, ut ait noster, Orontes, Orobandas, Blemys; at, apud Etymologici Auctorem in Βλέμυες pro Ὀροβάνδας legitur Ὀρσώδης.

62 Βοβώνεια, πόλις Ἰταλίας.] Bobonia, urbs Italiæ, Abr. Ortel. in suo Thesauro Geographico, & Cluv. in sua Italia antiqua existimant epitomatorem nostrum vocare *Boboniam*, quam reliqui *Bononiam* vocant. Non absimili enim errore *Danubium* urbem circa Romam pro *Lanuvium*, *Tabios* Italiæ urbem pro *Gabios* dixit. In illorum sententiam pedibus transeo, quoniam Boboniæ Italiæ urbis nullam invenio apud alios memoriam, de Bononia verò consulesis Cluverii Italiam antiquam lib. 1. c. 28. ac adde fuisse quoque patriam Leandri Alberti, ut ipse inquit in Romanula, de qua inquit plurimos libros scripsisse.

63 Βοῖβος, πόλις Θεσσαλίας.] Βοίβη legendum esse existimo, non Βοῖβος. Namque noster citat Homerum, qui eam Βοίβην vocat, ut & Strabo lib. 9. de qua nihil memorabile inquit.

64 Ὅμηρος.] Versiculus Homericus, quem affert noster. sic legitur. Il. 2. v. 712.

Βοίβην, καὶ Γλαφυρὰς, καὶ ἐυκτιμένην Ἰαολκόν.
Bœben, & Glaphyras, & bene-ædificatam Iaolcum.

65 Ἔστι δὲν καὶ πόλις, καὶ λίμνη Βοιβιὰς.] Quæ nostro Bœbias palus, Straboni lib. 9. Βοιβηὶς dicitur, cui imminebat Bœbe oppidum, de qua num. 63. præcedenti egimus; de utraque Strabo lib. 9. Ἡ δὲ Βοιβηὶς λίμνη παλησιάζει μὲν ταῖς Φεραῖς σωνάπτει δὲ καὶ τοῖς ἐπιλήγουσι τῇ Πηλίῳ πέρασι, καὶ τῇ Μαγνησίας. Βοίβη δὲ χωρίον ἐπὶ τῇ λίμνῃ κείμενον. i. e. *Bœbeis autem palus Pheris vicina est, & contigua extremitatibus Pelii atque Magnesiæ. Bœbe autem oppidum prope paludem jacet.* Memoratur Poëtarum parenti Il. 2. v. 711.

Οἱ δὲ Φέρας ἐνέμοντο παραὶ Βοιβηΐδα λίμνην,
Βοίβην, καὶ Γλαφυρὰς &c.
Qui verò Pheras incolebant ad Bœbeïda paludem,
Bœben, & Glaphyras, &c.

Ad quem locum Eustath. nihil novi affert, quæ tum narrat, quæ Geographus & Ethnicographus noster prodit. Eustathio etiam Βοιβηὶς dicitur. Quare apud Stephanum pro Βοιβιὰς legendum est Βοιβηὶς. Ex nostris celebratur inter alios Lucano lib. 7.

Ire per Ossæam rapidus Bœbeida sanguis.

Ossæam vocat Lucanus, quia erat prope Ossam montem Thessaliæ.

66 Βοίλλαι, πόλις Λατίνων.] Boïllæ, urbs Latinorum, quibus dicitur *Bovillæ*, memorantur & apud historicos & apud poëtas; Suetonius in Augusto cap. c. *Corpus (Augusti) Decuriones municipiorum & coloniarum à Nola Bovillas usque deportârunt: noctibus propter anni tempus, cum interdiu in basilica cujusque oppidi, vel in ædium Sacrarum maxima reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit, urbique intulit, atque in vestibulo domus collocavit.* Persius Satyra 6.

— *Accedo ad Bovillas*
Clivumque ad Virbî.

67 Τὸ ἐθνικὸν, Βοίλλανος ὡς Διονύσιος, &c.] Boïllanus dicitur oppidanus, ut inquit noster ex Dionysii Antiquit. Rom. lib. 8. Verum apud Dionysium libro citato, Bolæ urbs, Bolani dicuntur oppidani: Ἀπὸ δὲ τούτης ἀναστήσας τὸ στο-

κὴν, Βοΐλλανὸς, ὡς Διονύσι@ ἐν ὀγδόῳ τ῀ Ῥ῾ω- A Boïllanus, ut Dionyſius lib. 8. Romanæ antiquitatis.

μαϊκῆς Ἀ῾ρχαιολογίας.

ΒΟΙΟΝ [68], *λῶ Ὄμηρ@ ἔοικε Βοίβλῳ λέγειν.* [69] Ἔ῾στι ἡ Δωρικὴ πόλις ἀδελέρως λεγομένη, καὶ ἰηλυκῶς. Ἔ῾στι Βοιαὶ καὶ Κρήτης πόλις. Ὁ πολίτης, Βοιάτης, ὡς Καρυαὶ Καρυάτης, Πιτάναι Πιτανάτης, Θαλάμαι Θαλαμάτης. Λέγε῀ται καὶ Βοιαῖ@, ὡς Ἔ῾φορ@. Ἡ῾ρωδιανὸς ἢ Βοιήτης φησὶν, ἴσως ὠ῀δὰ τὸ Βοῖον, ὡς Λίκνον Λικνίτης. [70] Εἰσὶ καὶ Βοιοὶ ἔθν@ Κελτογαλατῶν. [71] Ἔ῾στι καὶ Βοιανὸν πόλις Σαυνιτῶν. B C

ΒΟΙΩΤΙΑ [72], *μόνη τ῀ Ἑλλάδ@ ἀπὸ τριὰ θαλάτταις διήκουσα ἔχει τὰς οἰκήτορας· τὰς μὲν πρὸς Πελοπόννησον ἐσραμμένας, καὶ τ῀ Σικελικὸν καὶ Ἀ῾δριατικὸν κόλπον· τὰς δὲ πρὸς Αἴγυπτόν τε, καὶ Κύπρον, καὶ τὰς ἄλλας νήσους· τὰς δὲ πρὸς τ῀ Εὔριπον, καὶ Μακεδονίας, καὶ Θεσσαλίας θάλασσαν.* [73] *Γενέσθαι δέ φασι Βοιωτὸν Ἰτώνης* D *ξ᾽ Ἀμ-*

Boeon, urbs, quam Homerus videtur *Bœbem* dicere. Eſt verò Dorica urbs, neutro, & fœminino genere dicta. Sunt etiam Bœæ Cretæ urbs. Civis, Bœates, ut Caryæ, Caryates, Pitanæ, Pitanates, Thalamæ, Thalamates. Dicitur etiam Bœæus, ut Ephorus. Herodianus verò Bœeïtes inquit, forſan à Bœon, ut Licnon, Licnites. Sunt etiam Bœi populi Celtogalatarum. Eſt etiam Bœanon, urbs Saunitarum.

BOEOTIA, ſola totius Græciæ habet habitatores pertingentes ad tria maria. Alios quidem verſus Peloponneſum, & Siculum, & Adriaticum ſinum. Alios verò verſus Ægyptum, & Cyprum, & alias inſulas. Alios verò verſus Euripum, & Macedoniæ, & Theſſaliæ mare. Fuiſſe verò ajunt Bœotum, filium Itoni, filii Amphictyonis junioris

τ῀ πόλεως, ἤλασε τ῀ στρατὸν ἐπὶ Βωλὰς, ἐπιφανῆ πόλιν οὖσαν, καὶ ἐν ὀλίγαις πάνυ ταῖς ἡγεμένας τ῀ Λαΐνων γένες πόλεσιν ἐξεταζομένην. Καὶ χρόνῳ ὕστερον ταύτη τῇ πόλει μάχῃ καρέρᾳ. ἐ῀ρ᾽ μὲν μόγον ἀπὸ τ῀ τείχης ἀμύνονθ᾽ τὰς ἐπιόντας οἱ Βωλανοὶ, ἀλλὰ καὶ πὰς πύλας ἐξίθεσαν ἀνοίγνυσες ἀθρόοι. i. e. *Ab hac verò urbe exercitum admovit ad Bolas*, [urbem] *illuſtrem tunc, & in paucis valde primariis Latinorum generis urbibus celebrem; & fit circa hanc urbem pugna acris. Bolani enim non modo à mœnibus hoſtes arcebant, ſed etiam apertis portis conferti prorumpebant.* Epitomator noſter videtur incidiſſe in Dionyſii codicem in quo Βοϊλανοὶ ſcriptum erat. Nam ipſe infra ſuo loco memoratur urbs Βῶλα.

68 Βοῖον, *λῶ Ὄμηρ@ ἔοικε Βοίβλῳ λέγειν.*] Bœon, deficit τὸ πόλις. i. e. *urbs*. Autor noſter ſibi non conſtat. Sectione enim præcedenti dixit Bœbum eſſe urbem Theſſaliæ, in cujus confirmationem attulit verſiculum Homericum; nunc inquit Bœon eſſe urbem, quam Homerus videtur *Bœben* dicere, ac paulò infra ait eſſe urbem Doricam.

69 Ἔ῾στι ἡ Δωρικὴ πόλις ἀδέλέρως, &c.] Bœon eſſe urbem Doricam ait, quæ & neutro, & fœminino genere dicitur; Bœon neutro genere memoratur Scylaci in Μηλιεῖς, Bœa verò fœm. in Λακεδαίμων, quæ plur. fœm. Βοιεὶ πόλις, i. e. *Bœæ urbs* dicitur Pauſaniæ lib. 3. Perperam apud Ptolemæum lib. 3. c. 16. ſcribitur Βοαὶ pro Βοιαί. Bœon autem Dorica urbs apud Plin. lib. 4. c. 7. dicitur *Boion*. Unde ſuſpicor apud Stephanum & apud Scylacem ſcribendum eſſe Βοΐον.

70 Εἰσὶ καὶ Βοιοὶ ἔθν@ Κελτογαλατῶν.] Boïos ait eſſe gentem Celtogalatarum, ſine dubio ſcribendum eſt Βοῖοι *Boii*. Nota enim diſſolutæ diphthongi per incuriam omiſſa eſt, ac ſic ſcribitur apud alios id nominis. Hanc autem Gallorum gentem fuiſſe antiquitus Romanorum agris vicinam, teſtatur Polyb. lib. 2. Πολλοὶ μὲν δὴ τ῀ Γαλατῶν ὑποδύονθ᾽ τὴν πρῶξιν, μάλισα δ᾽ οἱ Βοῖοι, διὰ τὸ συνδιαμένειν τῇ τ῀ Ῥωμαίων χώρᾳ. Νομίσαντες, ἀκ ὑπὲρ ἡγεμονίας ἔτι καὶ δυνάσειας Ῥωμαίες τ῀ πρὸς αὐτὰς ποιήσασθ᾽ πόλεμον, ἀλ᾽ ὑπὲρ ὁλοχερᾶς ἐξανασάσεως καὶ καθαφθορᾶς. Διόπερ δόθέις τὰ μέγισα τ῀ ἐθνῶν, τότε τ῀ Ἰσυμβρων καὶ Βοΐων, συμφρονήσανθ᾽, διεπέμποθ᾽ πρὸς τὰς καὶ τὰς Ἄλπεις καὶ τ῀ Ῥοδανὸν πόλεμον κελτικὸν ἐς Γαλάτας, πρεσβευομένες ἢ, ἀλλὰ τὸ μισθ῀ στρατεύειν, Γαισήτες· ἡ γὰ λέξις αὕτη τὸ σημαίνῃ κυρίως. i. e. *Multi enim Galatarum* [Gallorum] *populi præſertim Boii in ſocietatem ejus belli nomina dederunt, quod Romanis eſſent contermini: quippe cenſentes non jam de imperio, aut dominatione ſecum illos certare: ſed ut ipſos ſedibus ſuis funditus everterent atque perderent. Statim igitur communi conſilio duæ inter ſe potentiſſimæ gentes, Inſubres & Boïi legationem ad eos Galatas* [Gallos] *miſere, qui inter Alpes & Rhodanum fluvium incolebant, cognominatos verò* Gæſatos, *quod mercede mererent. Id enim vox illa proprie ſignificat.* Plinius lib. 3. c. 15. auctor eſt interiiſſe hanc gentem, ſcilicet in aliam regionem migrantes, *In hoc tractu*, inquit ille, *interierunt Boïi; quorum tribus* CXII. *fuiſſe, auctor eſt Cato: item Senones; qui ceperant Romam.* Commigraſſe ad Iſtrum, cum ſedibus ſuis expulſi eſſent à Romanis tradit Strabo lib. 5. Τὸ μὲν ἓν ἀρχαῖον ὑπὸ Κελτῶν ἐφωκεῖτο τ῀ πλέῖον ὁ Πάδ@ ποταμός. Μέγισα δὲ αὐτῶν ἔθνη Βοῖοί καὶ Ἰσυμβροι, καὶ οἱ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐξ ἐφόδ᾽ κρατήσανθες Σένωνες. Τάτες μὲν ἓν ἐξέφθειραν ὕστερον τελέως Ῥωμαῖοι. Τὰς δὲ Βοΐας ἐξήλασαν ἐκ τ῀ τόπων. Μεταστάντες δ᾽ εἰς τὰς ἐφ᾽ ἑ῀ τ῀ Ἴστρον τόπες, καὶ Ταυρίσκων ὤκησαν, πολεμένες ἐφ᾽ ὅλης Δάκας ἕως ἀπώλοντο πανέθνι. Id eſt: *Antiquitus igitur à Celtis circum habitabatur plurimis Padus fluvius, quorum potentiſſimæ gentes Boïi atque Inſubres, & qui Romam repentino adventu ceperunt Senones. Atque hos quidem poſtea prorſus deleverunt Romani, Boïos autem ſedibus ejecerunt; qui deinde ad Iſtrum quum migrarent, apud Tauriſcos habitarunt; bellum contra Dacos gerentes; donec univerſa gens funditus eſt exciſa.* Jam quando Boïi obiere, ne conemur eos ex antiquitatis ſepulchris eruere, terra ſit eis levis; omnibus ſemel obeundum eſt; at in defunctorum locum alii ſuccedent.

71 Ἔ῾στι καὶ Βοιανὸν, πόλις Σαυνιτῶν.] Pro Βοιανὸν, lege Βοϊανὸν, i. e. *Boïanum*. Erat urbs Samnitium, quos Græci *Saunitas* vocant, adhuc hodie nomen retinet. Vulgo enim dicitur *Boiano* epiſcopali dignitate oppidum clarum, teſte Cluverio Ital. Antiquæ lib. 4. c. 7. Latinis olim dicebatur *Bovianum*, ſæpe inter alios memoratur Livio, ac præcipue lib. 10. c. 12. *Cn. Fulvii Cos. clara pugna in Samnio ad Bovianum haud quaquam ambiguæ victoriæ fecit. Bovianum inde aggreſſus, nec ita multo poſt Aufidenam vi cepit.* Ptolemæo etiam, qui ſæpè Latinos ſequitur Geographiæ lib. 3. c. 1. dicitur Βοϊανὸν Bouianum; fuiſſe olim opulentiſſimum juxta ac potentiſſimum, apparet ex Livio lib. 9. c. 31. quandoquidem inquit: *Inde victor exercitus Bovianum ducit, caput hoc erat Pentrorum Samnitium longe ditiſſimum atque opulentiſſimum armis virisque. Ibi quia haud tantum irarum erat, ſpe prædæ milites accenſi, oppido potiuntur. Minus itaque ſævitum in hoſtes eſt, prædæ plus pene, quàm ex omni Samnio unquam egeſtum, benignéque omnis militi conceſſa.*

72 Βοιωτία, μόνη τ῀ Ἑλλάδ@, &c.] Bœotia regio Græciæ celeberrima tria aſpiciebat maria, ſcilicet Siculum ſeu Adriaticum, Ægyptium ſeu Cyprium, Macedonicum ſeu Theſſalicum, ideo τριθάλασσ@, i. e. *trimaris* dicebatur aliquibus, quemadmodum Venuſino vati Corinthus *bimaris* vocatur, quod duo ſpectabat maria. Ejus deſcriptionem, ſi libet, licet videre apud Strabonem & Pauſaniam libro nono.

73 Γενέσθαι δέ φασι Βοιωτὸν Ἰτώνης, &c. Narrat genealogiam Bœoti, (à quo ſecundum aliquos *Bœotia* nomen habuit) nec non ejus nominis etymologiam, in quibus non placet immorari, videſis Euſtathium ad Periegetæ v. 426. & Etymolog. magni auct. in Βοιωτία.

Ἐξ Ἀμφικτύονος, τὸ καὶ αὐτὸν νεώτερος, τῶν Δευκαλίωνος καὶ Πύρρας παίδων. Νικοκράτης δέ φησιν, ὅτι Ποσειδῶνος καὶ Ἄρνης ἦν παῖς.

74 Εὐφορίων·

Ὄφρακε μαντεύοιτο μετ' ἰφθίμοισι Βοιωτοῖο,
Τόν ῥα Ποσειδάωνι δαμασσαμένη τέκεν Ἄρνη,
Βοιωτὸν δ' ὀνόμηνε. Τὸ γὰρ καλέσαντο νομῆες,
Ὅτι ῥα πατρώῃσι βοῶν ἀπεθήκατο κόπροις.

75 Καὶ Εὐριπίδης·

Τὸν δ' ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖν.

76 Κάσωρ δέ, ἀπὸ τῆς καθηγησαμένης Κάδμῳ βοὸς λεχθῆναι τὴν χώραν φησί. 77 Τινὲς δὲ ὡς ἐκ ὄνους τὰς Ἀθηναίους τὴν Βοιωτὸν ἄγαν ἀκινήτους. 78 Ἐκαλεῖτο δὲ Ἀονία, καὶ Μεσαπία, καὶ Ὠγυγία, καὶ Καδμηίς, 79 ὡς Θουκυδίδης. Ἔφορος δέ φησιν, 80 ὅτι Ἀθηναῖοι μὲν τὴν ναυτικὴν δύναμιν, Θετταλοὶ μὲν τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν, Βοιωτοὶ μὲν τὴν γυμνασίας ἐπιμέλειαν, Κυρηναῖοι δὲ μὲν τὴν διφθερικὴν ἐπιτήμην ἠσχόληνται. 81 Ἡμεῖς δέ, μὲν τὴν τῶν νόμων διάταξιν. 82 Ἔστι δὲ καὶ Βοιωτία ἐν Θρᾴκῃ. 83 Τὸ ἐθνικὸν ὅμοιον, Βοιώτιος. Λέγεται καὶ Βοιώτιος, καὶ

nioris Deucalionis, & Pyrrhæ filiorum. Nicocrates verò inquit, fuisse filium Neptuni, & Arnes. Euphorion:

Ut vaticinaretur cum filiis Bœoti,
Quem Neptuno subacta peperit Arne,
Bœotum verò nominavit. Illud enim vocarunt pastores,
Quod [eum] paterna inter boum reposuerit stercora.

Et Euripides:

Quem à bove projecto Bœotum vocare.

Castor verò auctor est, regionem sic dictam à bove, quæ Cadmum illuc duxit. Aliqui verò quod ingenio Bœoti sint tardi. Vocabatur verò antea *Aonia*, & *Mesapia*, & *Ogygia*, & *Cadmeis*, teste Thucydide. Ephorus verò inquit, quod Athenienses nauticæ virtuti, Thessali equestri experientiæ, Bœoti exercitationis curæ, Cyrenæi curuli arti vacabant. Nos verò legum ordinationi. Est verò etiam Bœotia in Thracia. Gentile, simile, Bœotus. Dicitur etiam Bœotius, & Bœotia, unde parœmia *Bœotia sus*. Dicitur

74 Εὐφορίων.] Affert Euphorionis carmina, quibus firmat Nicocratæ sententiam, qui asseruit Boëtum fuisse Neptuni ex Arne filium; ex quatuor illis Euphorionis carminibus tria ultima leguntur etiam apud Etymologici magni auctorem in Βοιωτός.

75 Καὶ Εὐριπίδης.] Euripidem laudat tanquam per aversionem cujus etiam affert versiculum in quo dicitur Bœoto nomen esse à bove projecto, cui & Euphorionis ultimo carmini lucem præbet Magni Etymologici auctor in Βοιωτός, ubi inquit: Βοιωτός, Ἄρνη ἡ μήτηρ αὐτὸ τεκοῦσα αὐτὸν, λαθεῖν βουλομένη τὸ πατέρα, ἔῤῥιψεν εἰς βοῶν. Παρὰ τὸ ἐν μὴ βοῶν τραφῆναι, Βοωτὸς καὶ Βοιωτὸς ἐκλήθη. i. e. *Bœotus, Arne ipsius mater cum eum peperisset, ac vellet id latere patrem, eum projecit in boum-stercus; igitur ab eo, quod unà cum bubus educatus fuisset,* Bootus, & Bœotus *vocatus est.*

76 Κάσωρ δὲ ἀπὸ τ', &c.] Ex Castore inquit, nunc Bœotiam dictam fuisse à bove, quæ Cadmum illuc duxit. Idem etiam tradit Etymologici magni auctor loco nota præcedenti citato.

77 Τινὲς δὲ ὡς ἐκ ὄνους τὰς Ἀθηναίους, &c.] Aliam affert etymologiam Bœotiæ regionis, scilicet quod Bœoti ingenio tardi erant; namque ut stupidi carpebantur, teste Eustathio ad Periegetæ v. 426. hinc Horatius Epist. lib. 2. epist. 1. v. 244. inquit:

Bœotum in crasso jurares aëre natum.

Ex eodem quoque fonte proveniunt *Bœotica sus, auris, cantilena*, & alia hujus farinæ, de quibus si placet consule Erasmi adagia.

78 Ἐκαλεῖτο δὲ Ἀονία, &c.] Agit de diversis Bœotiæ nominibus. Hanc prius *Aoniam* ab Aonibus, qui eam incoluere, quam *Bœotiam* à Bœoto dictam fuisse tradit Etymologici auctor loco citato nota præcedenti.

79 Ὡς Θουκυδίδης.] Thucydides lib. 1. tantum inquit Bœotos sexagesimo post Ilium captum anno ex oppido Arne à Thessalis pulsi, quam nunc *Bœotiam*, prius *Cadmeida* vocatam incoluisse, sic ipse loquitur: Βοιωτοί τε γάρ, οἱ νῦν, ἐξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἴλιον ἁλωσιν, ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θετταλῶν, τὴν νῦν μὲν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηίδα γῆν καλουμένην ᾤκησαν. Quem locum non bene vertit interpres Latinus hoc modo: *Nam & Bœotii, qui nunc sic appellantur, sexagesimo post Ilii expugnationem anno Arne à Thessalis pulsi, eum agrum, qui nunc quidem* Bœotus *vocatur, ante verò* Cadmeus *incoluerunt.* Cum deberet vertere, *quàm nunc Bœotiam, prius Cadmeida terram vel regionem vocatam incoluerunt.*

80 Ὅτι Ἀθηναῖοι μὲν τὴν ναυτικὴν δύναμιν, &c.] Hæc verba & sequentia affert noster, ac si essent ex Ephoro illo historico, qui putavit Iberos esse unam civitatem, in quibus celebrantur Athenienses, Thessali, Bœotii, Cyrenenses, qua quisque re excellebat, de quibus tritum esse sermonem inquit Eustathius ad Dionysii v. 426. supra citatum.

81 Ἡμεῖς δέ, μὲν τὴν τῶν νόμων διάταξιν.] Cum supra fecerit mentionem Athenienſium, quos dixit nauticæ arti studuisse, nunc sine dubio loquitur de Laconibus, quorum leges Lycurgo Legislatore laudabantur. Hinc possumus suspicari fuisse Stephanum Laconem. Nam Byzantini legum studio nunquam celebrati fuerunt; Hermolaus verò, qui Stephanum in epitomen redegit, hic locum habere non potest; Eustath. ad Dionysii carmen nota præcedenti citatum cum reliqua apposuisset nostri auctoris verba, hæc de quibus nunc nobis est sermo reliquit, quàm difficultatem doctioribus discutiendam relinquimus.

82 Ἔστι δὲ καὶ Βοιωτία ἐν Θρᾴκῃ.] Quis vidit unquam Bœotiam in Thracia? Itaque pro Βοιωτία, puto legendum Βοττία, *Bottia*, quæ erat regio Thraciæ, ut eluceſcit ex Thucydidis lib. 2. Καὶ ἔτι καὶ νῦν Πιερικὸς κόλπος καλεῖται ἡ ὑπὸ τῷ Παγγαίῳ πρὸς θάλασσαν γῆ, ἐν ᾗ τὰ Βοττικὰ καλούμενα, Βοττιαῖοι, οἱ νῦν ὁμόροι Χαλκιδέων οἰκοῦσι. i. e. *Et adhuc & nunc* Pierici sinus *vocatur regio, quæ sub Pangæo ad mare, ex ea verò, quæ* Bottia *vocatur, Bottiæi, qui nunc Chalcidensibus contermini habitant.*

83 Τὸ ἐθνικὸν ὅμοιον, Βοιώτιος.] In his verbis παρέλκει τὸ ὅμοιον, itaque expungendum censeo, incolæ verò Bœotiæ, *Bœoti*, & *Bœotii* dicebantur, utroque modo reperiuntur apud scriptores, sicut Syri, & Syrii, Ætoli, & Ætolii.

καὶ Βοιωτία. [84] Ἀφ' ἧς ἡ παροιμία, Βοιωτία ὗς, καὶ Βοιωτὶς. Καὶ Βοιωτίδιον, ὡς Βοιώτιον. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν.

Ὦ χαῖρε κἀλλικθφάγε Βοιωτίδιον.

Καὶ ῥῆμα, βοιωτιάζειν ἔμαθες.

ΒΟΛΒΑΙ, πόλις Καρίας, καὶ ποταμὸς Βολβαιώτης, ἡ πρὸς Ἡρακλείᾳ ἐκλήθη. [85] Ἔστι καὶ Βόλβη πόλις, καὶ λίμνη. Τὸ ἐθνικὸν, Βολβαῖος.

ΒΟΛΒΙΤΙΝΗ [86], πόλις Αἰγύπτου· Ἑκαταῖος. Οἱ πολῖται, Βολβιτινήτης. Τὸ ἐθνικὸν, Βολβιτῖνος· [87] ἔνθεν καὶ Βολβίτινον ἅρμα.

ΒΟΛΙΝΗ [88], πόλις Ἀχαΐας, ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Βολιναῖος.

ΒΟΛΙΣΣΟΣ [89], πόλις Αἰολικὴ ἐπ' ἄκρᾳ, Χίᾳ πλησίον. Θουκυδίδης Βολίσκον αὐτὴν καλεῖ, ἐν ὀγδόῃ. [90] Καί φασιν, ὅτι Ὅμηρος ἐν τούτῳ τῷ πολίσματι τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, ὡς Ἔφορος. Ἀνδροτίων δὲ διὰ ἑνὸς σ γράφει. Τὸ ἐθνικὸν, τῇ τέχνῃ Βολίσιος, ὡς Λυρνήσιος· Βολισσεύς, ὡς Ἁλικαρνασσεύς· καὶ Βολισσίτης, ὡς Ὀλυσσίτης. Χρηστέον δὲ τῷ πρώτῳ, διὰ τὸ συνήθες.

ΒΟΛΟΓΕΣΙΑΣ [91], πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, ἀπὸ Βολογέσου βασιλέως ὠκισμένη. Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βολογεσιεύς, ὡς Ἀφροδισιεύς· Ἀλλ' ἀνοίκειος ὁ τύπος τῇ χώρᾳ. Λεκτέον Βολεγεσιλώος.

ΒΟΛΟΓΕΣΙΦΟΡΑ, πόλις Περσική. Τὸ ἐθνικὸν τύπῳ Περσῶν, Βολογεσιφορλώος. Λεκτέον δὲ Βολογεσιφορεύς.

ΒΟΛΟΤΡΟΣ, πόλις τῶν ἐν Ἰλλυρίᾳ Τραλλέων. Μοῖρα γὰρ τῶν Ἰλλυριῶν βασιλεία, καὶ Βόλυρος. Ἔστι καὶ πόλις Θεσπρωτίας.

ΒΟΟΣ ΚΕΦΑΛΑΙ [92], τόπος, καθ' ὃν ἐπολέ-

citur etiam Bœotis, & Bœotidion [diminutiv.] ex Bœotius. Ariſtophanes in Acharnenſibus:

O vale paſtillo-vorax Bœotidion.

Et verbum, *bœotiazare* didiciſti.

BOLBÆ, urbs Cariæ, & fluvius Bolbæotes, quæ *Heraclea* vocata eſt. Eſt etiam Bolbe urbs & palus. Gentile, Bolbæus.

BOLBITINE, urbs Ægypti, Hecatæus. Civis, Bolbitinetes. Gentile, Bolbitinus: unde & Bolbitinus currus.

BOLINA, urbs Achaiæ, ut Rhianus Achaicorum lib. 2. Gentile, Bolinæus.

BOLISSUS, urbs Æolica in loco edito ſita, prope Chium. Thucydides lib. 8. *Boliſcum* eam vocat, ac ferunt in hac civitate Homerum diatribas feciſſe, teſte Ephoro. Androtion per unum *s* ſcribit. Gentile, juxta artem Boliſſius, ut Lyrneſſius, & Boliſſeus, ut Halicarnaſſeus, & Boliſſites, ut Olyſſites. Priori verò utendum eſt propter conſuetudinem.

BOLOGESIAS, urbs prope Euphratem, à rege Bologeſſo condita. Gentile, debebat eſſe Bologeſieus, ut Aphrodiſieus, ſed impropria hæc forma regioni; *Itaque* dicendum eſt Bolegeſienus.

BOLOGESIPHORA, urbs Perſica. Gentile, Perſarum forma Bologeſiphorenus. Dicendum verò Bologeſiphoreus.

BOLURUS, urbs in Illyria Tralleorum. Pars enim Illyriarum Begis, & Bolurus. Eſt etiam urbs Theſprotiæ.

BOOS CEPHALÆ, id eſt, *bovis*

84 Ἀφ' ἧς ἡ παροιμία, Βοιωτία ὗς.] Vide quæ nota 77 præcedenti annotavimus.

85 Ἔστι καὶ Βόλβη, πόλις καὶ λίμνη.] Ubinam terrarum fuerit Bolbe urbs & palus, divinandum nobis relinquit Stephanus, Bolben autem paludem Thucyd. lib. 1. in Macedonia videtur locare, quæ juxta Bromiſcum in mare aquas exonerabat, ut ipſe narrat lib. 4. Καὶ ἀφικόμενοι περὶ δείλην ἐπὶ τὴν Αὐλῶνα, καὶ Βρωμίσκον, ᾗ ἡ Βόλβη λίμνη ἐξίησιν ἐς θάλασσαν, καὶ δειπνοποιησάμενοι, ἐχώρει τὴν νύκτα. i. e. *Et cum circa Solis occaſum ad Aulonem & Bromiſcum pervenijſet, qua Bolbe palus ingreditur in mare, cœnatuſque noctu ire perrexit.* Verum Thucydides Bolbes urbis nullam facit mentionem.

86 Βολβίτινη, πόλις Αἰγύπτου.] Bolbitine, urbs Ægypti, à quo Bolbitinum oſtium inter ſeptem Nili oſtia memoratur Coſmographo lib. 7. c. 5. Plinio lib. 5. c. 10.

87 Ἔνθεν καὶ Βολβίτινον ἅρμα.] Bolbitinus currus; ſi locus eſt ſanus, hæc verba olent, ſeu potius ſapiunt adagium, quod ad meas aures nunquam pervenit, ſi verò nullus eſt adagio locus, pro ἅρμα, *currus* legendum eſt στόμα, i. e. *oſtium.* Bolbitinum enim Nili oſtium erat unum ex ſeptem, ut nota præcedenti annotavimus.

88 Βολίνη, πόλις Ἀχαΐας.] Boline, urbs Achaïæ ex Rhiano, memoratur etiam Pauſaniæ lib. 7. cujus ævo jam ævo ceſſerat.

89 Βολισσὸς, πόλις Αἰολική.] Boliſſus, urbs Æolica, quam inquit à Thucydide lib. 8. *Boliſcum* vocari, ſed apud Thucydidem nunc legitur Βόλισσον, non Βολίσκον ut inquit noſter. Ejus enim ex libro citato ſunt verba: Καὶ ἔνθα Καρδαμύλη ὑποπέσοῦσα, καὶ ἐν Βολίσσῳ τὰς προσβοηθήσασας τῶν Χίων μάχῃ νικήσαντες, &c. 1. e. *Et in* [oppido] *Cardamyle expoſitis in terram copiis & in* [oppido] *Boliſſo Chiis prælio victis, multiſque cæſis, qui ad vim arcendam obviam ſibi proceſſerant, oppida in hac* [regionis] *parte ſita everterunt.*

90 Καί φασιν, ὅτι Ὅμηρος, &c.] Inquit ex Ephoro Homerum in oppido Boliſſo, de quo proxima ſectione egimus commoratum fuiſſe, quod etiam apparet ex Herodoto in Homeri vita, apud quem Chius in oppido Boliſſo degens Homerum ut ſuos filios erudiret, accepit.

91 Βολογεσιὰς, πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.] Bologeſias, adis, urbs prope Euphratem, quæ Amm. Marcellino lib. 23. c. 20. dicitur *Vologeſſia*, Ptolemæo lib. 5. c. 20. Οὐολγεσία dicitur ac in Babylonia regione locatur, Plinio lib. 6. c. 26. *Vologocerta*, id eſt Vologeſi-urbs קרתא. *Carta* enim Chaldæis eſt *urbs*, unde apud Rhabinos קרתני *Cartani* dicitur *oppidanus.*

92 Βοὸς κεφαλαὶ, τόπος, &c.] *Boos cephalæ*, i. e. *bovis capita* dicitur epitomatori noſtro locus, in quo Pruſias contra Attalum pugnavit. Ubi regionum fuerit, ſilentio præterit; ego apud Pauſaniam lib. 2. invenio promontorium quoddam cui *Bucephala* dicitur, in Corinthiorum ditione.

ἐπολέμησε Πρυσίας πρὸς Ἄτταλον, ὡς Ἐρατοσθένης ἑβδόμῃ Γαλατικῶν. [93] Ἔστι καὶ Ἰνδικῆς Βουκέφαλα, ἣν ἔκτισεν Ἀλέξανδρος ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ὄχθαις τοῦ Ὑδάσπου ποταμοῦ. [94] Πολ * ᾤκισε Νίκαιαν. Βουκεφάλαν δ', ἔνθα Ἀλεξάνδρου, καὶ μαχομένῳ, ἀπέθανεν αὐτοῦ ὁ ἵππος βουκεφάλας προσαγορευόμενος. Οἱ κατοικοῦντες, Βουκεφαλεῖς, ἐπειδὴ ὁ δημότης κεφαλοῦς, ἢ κεφαλῆ.

A vis capita, locus ubi pugnavit Prusias contra Attalum, ut Eratosthenes libro 7. Galaticorum. Est etiam Indiæ Bucephala, quam condidit Alexander in utraque ripa fluvii Hydaspi ..... *condidit Nicæam.* Bucephalam verò, ubi pertranseunte, & pugnante mortuus est ejus equus *Bucephalus* cognominatus. Habitatores Bucephalenses, siquidem popularis à Cephale, dicitur Cephalensis.

ΒΟΡΜΙΣΚΟΣ [95], χωρίον Μακεδονίας· ἐν ᾧ κυνοζπάρακτος γέγονεν Εὐριπίδης· ἃς κυνὰς τῇ πατρῴᾳ φωνῇ Ἑστερικὰς καλοῦσιν οἱ Μακεδόνες, οὓς ποιητὰς τραπεζήας. Ἐκ δὲ τῶν δημάτων ἀῤῥωστήσαντα αὐτὸν ἀποθανεῖν. Τὸ ἐθνικὸν Βορμίσκιος, ὡς Τριποδίσκιος, Δορίσκιος, ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις εὑρήσεις.

BORMISCUS, oppidum Macedoniæ, ubi à canibus discerptus fuit Euripides, quos canes patria lingua *Estericas* vocant Macedones, *trapezeas*, i. e. *qui ad mensam accedunt.* Ex morsibus verò quum ægrotaret, ajunt obiisse. Gentile, Bormiscius, ut Tripodiscius, Doriscius, [quæ] in suis locis reperies.

ΒΟΡΣΙΠΠΑ [96], πόλις Χαλδαίων ἀδετέρως, [97] ἱερὰ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος, λινουργεῖον μέγα. [98] Λέγεται καὶ ἠλυκῶς. Οἱ πολῖται, Βορσιππωνοί. Ἀῤῥιανὸς δὲ, Βορσιππεῖς αὐτοὺς φησι.

BORSIPPA, urbs Chaldæorum neutro genere, Apollini sacra, & Dianæ, magna lini-officina. Dicitur etiam fœminino genere. Cives, Borsippeni. Arrhianus verò *Borsippenses* eos vocat.

ΒΟΡΥΖΑ, πόλις Ποντική. Τὸ ἐθνικὸν, Βορυζαῖος.

BORYZA, urbs Pontica. Gentile, Boryzæus.

ΒΟΡΥΣΘΕΝΗΣ [99], πόλις, καὶ ποταμὸς τοῦ Πόντου,

BORYSTHENES, urbs, & fluvius Ponti,

93 Ἔστι καὶ Ἰνδικῆς Βουκέφαλα, &c.] Memoratur Bucephala, Indiæ urbs ab Alexandro condita propter ripam fluvii Hydaspi in memoriam ejus equi, qui *Bucephalas* vocatur nostro; Straboni lib. 15. dicitur *Bucephalia.* Ejus meminerunt Plinius lib. 6. c. 20. Arrhianus de Expeditione Alexandri lib. 5. Noster sui oblitus infra *Bucephaliam* quoque vocat. *Gel-feten* hodie dici prodidit in sua universali Tabula Mercator.

94 Πόλ * ᾤκισε Νίκαιαν.] Hæc videntur esse verba alicujus auctoris, quæ afferebat ut ex ejus auctoritate firmaret duas urbes condidisse Alexandrum propter Hydaspin fluvium, scilicet *Nicæam*, cui nomen imposuit à victoria, quam obtinuit contra Porum regem, ut refert Strabo libro nota præcedenti citato, & *Bucephaliam* in Bucephali ejus equi memoriam, itaque pro πόλ * lege πόλιν. i. e. *urbem* Nicæam.

95 Βορμίσκος, χωρίον Μακεδονίας ἐν ᾧ, &c.] Bormiscus, Macedoniæ oppidum, quod Thucydidi lib. 4. dicitur Βρομίσκος Bromiscus; in quo nos docet Stephanus Euripidem poëtam à canibus discerptum fuisse; prope cujus sepulcrum duo diversæ naturæ rivi concurrebant in unum, ad quorum alterum accumbentes viatores pransitare solebant propter aquæ bonitatem, cujus rei loculpes est testis Vitruvius de Architect. lib. 8. c. 3. ex quo mutuatus est Plinius quæ sequuntur verba ex ejus lib. 31. c. 2. *In Macedonia, non procul Euripidis Poëtæ sepulcro, duo rivi confluent, alter salubberrimi potus, alter mortiferi.* In via etiam quæ ducebat ex Piræeo ad Athenas habuit Euripides cenotophium seu honorarium sepulcrum, de cujus mortis genere non convenit inter auctores, testibus Pausania in Atticis, Suida in Εὐριπίδης, Erasmo in adagio *Promeri canes.*

96 Βόρσιππα, πόλις Χαλδαίων ἀδετέρως.] Borsippa, orum, ut Hierosolyma, orum, utraque fœm. etiam genere dicitur, ut & alia sexcenta hujus farinæ. Fuit Chaldæorum urbs, memoratur inter alios Straboni lib. 16. ex qua Astronomicos Borsippenos celebrat, Hebraïce dicitur בורסיף *Borsiph*, id nominis sonat *puteum-siccum.* unde Rhabinis adagium: בבל ובורסיף סיכן רע להורה i. e. *Babel & Borsiph signum malum legi.* Fuit in regione turris Babylonicæ, cujus aer oblivisci faciebat homines, ut poëtantur Rhabini. Quare omnes suæ linguæ obliti fuere, unde linguarum confusio; miranda sanè hujus aëris fuit δυώαμις, siquidem in oblivionem inducebat homines linguæ nativæ, & alias eos docebat. Videte fultis Buxtorfium in Lexico Chaldaico triginta annorum opere in voce בורסיף, & Bochartum Geographiæ Sacræ lib. 1. c. 9. Joseph. contra Appion. lib. 1.

97 Ἱερὰ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος, &c.] Sunt Strabonis verba, quæ apud eum inveniuntur lib. 16. de Borsippis loquens hoc modo: Τὰ δὲ Βόρσιππα, ἱερὰ πόλις ἐστὶν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, λινουργεῖον μέγα. Πληθύνεται δὲ καὶ αὐτῇ νυκτερίδες μείζους τῶν ἐν ἄλλοις τόποις. Ἁλίσκονται δ' εἰς βρῶσιν, καὶ πιπράσκονται i. e. *Borsippa verò urbs est Dianæ & Apollinis sacra, [ubi] magnum linificium. Maxima autem vespertilionum multitudo, qui longe majores, quàm in aliis locis; capiuntur ad cibum & sale condiuntur.*

98 Λέγεται καὶ ἠλυκῶς.] Borsippa, urbs Chaldæorum non solum neutro plurali, sed etiam fœmin. singulari dicitur, ut & omnia oppidorum nomina hujusmodi, quod sæpe in his notis annotavimus.

99 Βορυσθένης, πόλις, καὶ ποταμὸς τοῦ Πόντου.] Memorat Epitomator noster Borysthenem urbem & fluvium Ponti. Fluvius fuit multo celebrior quàm urbs. Plinius autem flumen, lacum, gentem, & oppidum hujus nominis celebrat. Ejus sunt ex lib. 4. c. 12. verba: *Et à Tyra * centum viginti millibus pass. flumen Borysthenes, lacusque & gens eodem nomine, & oppidum à mari recedens quindecim millibus passium* Olbiopolis & Miletopolis, *antiquis nominibus, rursusque in litore portus Achæorum. Insula Achillis tumulo ejus vivi* (lege *viri*) *clara.* Fluvius (cujus descriptionem & laudes habes apud Herodot. lib. 4. c. 53.) inter scriptores adeò celebris est, ut qui maximè, sed inter eos non convenit de regione, quam præterfluebat. Alii enim *Scythiam*, alii *Sarmatiam Europæam*, alii *Poloniam* dicebant. De ejus etiam hodierno nomine dissident. Aliis enim *Nieper*, aliis *Brisna*, aliis *Beresina*, aliis *Nester* dicitur. Ortelius in suo Thesauro Geographico ex nostro Auctore inquit à Græcis vocatum fuisse *Hellespontum*, cum noster dicat *Hellespontum* ante Hellen vocatum fuisse *Borysthenem*: ego autem inter tot discrepantes sententias, & auctores, sequor Mich. Ant. Baudrand Parisinum, qui ad Philip. Ferr. Alexandrini Lex. Geographicum hoc de fluvio sic loquitur: *Borysthenes, nunc* Nieper *dictus, fluvius Poloniæ præcipuus, testibus Cluverio,*

Sanso-

Πόντε, παρὰ τὴν Μαιώτιν λίμνην, καὶ Τάναϊν τὸν A
ποταμόν. Οὕτω καὶ ὁ Ἑλλήσποντος πρὸ τοῦ Ἕλλης ἐκαλεῖτο. [1] Ἔστι καὶ πόλις Ἑλληνὶς πρὸς ἑσπέραν, Μιλησίων ἀποικία, ἣν οἱ μὲν ἄλλοι Βορυσθένην, αὐτοὶ δὲ Ὀλβίαν· ἣν ποιοῦσιν ὅ, τε Βορυσθένης καὶ Ὑπάνις. Ὁ πολίτης, Βορυσθενί- B
της. Καὶ τὸ θηλυκὸν Βορυσθενῖτις, οὐκ ἀπὸ τοῦ πόλεως. Ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ. Βέλεσα δὲ τὴν ει διφθογγον ἔχειν ἐν τῇ παραληγούσῃ. Ἀπὸ γὰρ τῆς εἰς ος εὐθείας, ἡ διὰ τοῦ ιτης παραγωγὴ πλεονάζει μιᾶς συλλαβῆς, ὡς τόπος τοπίτης, C
Κανωπίτης, ὁ Ἄδωνις παρὰ Παρθενίῳ. Τὸ δὲ Ἰήτης, ἀπὸ τοῦ Ἰώ, διὰ τοῦ ι, ἐξενεχθὴ διὰ τοῦ η· καὶ ἀπὸ γενικῆς Ἀσκάλων Ἀσκαλωνίτης, ἕλεος ἐλείτης καὶ ἐλείτης, ὁ τὸ ἕλος οἰκῶν· Ὠρεὺς, Ὠρείτης καὶ Ὠρείτης. Ἔδει δὲν καὶ Βορυ- D
σθενείτης, διὰ διφθόγγου· ὁμοίως γὰρ τῷ Τεμενίτης, οὐδὲ τῷ Ἐρκίτης. Οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ γενικῆς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ εἰς ος εὐθείας. Ταῦτα καὶ εἰκότως ἔχει τὸ ι. Τὸ δὲ Βορυσθένης, ἀπὸ εἰς ος λῆγει. Τὶ δὲν, ἐρεῖμοι, ὅτι ἠθελήθησε τῷ πλείονι χαρακτῆ- E
ρι διὰ τοῦ ι. Τὰ γὰρ διὰ διφθόγγου, ὀλίγα· Ζελείτης, Σαμαρείτης, Δικαιαρχείτης, Μαρωνείτης.

ΒΟΣΙΡΑΡΑ, πόλις Αἰγύπτου. Τὸ ἐθνικὸν Βοσιραρήτης, διὰ τὸ ἐπιχώριον τύπον. F

ΒΟΣΠΟΡΟΣ [2], πόλις Πόντου, κατὰ τὸν Κιμμέριον κόλπον, ὡς Φίλων. Καὶ παρθμὸς ὁμώνυμος, ἀπὸ Ἰοῦς καλέσαντος. Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ·

Ἔσῃ δὲ θνητοῖς εἰς ἀεὶ λόγος μέγας G
Τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ' ἐπώνυμος
Κεκλήσεται.

Ἔσῃ

Ponti, juxta Mæotim paludem, & Tanaim fluvium. Sic etiam Helleſpontus ante Hellen vocabatur. Eſt etiam urbs Græca ad occaſum, Mileſiorum colonia, quam alii quidem *Boryſthenen*; ipſi verò *Olbiam* vocant, quam faciunt Boryſthenes & Hypanis fluvii. Civis, Boryſthenites, & fœmininum, Boryſthenitis, non ab urbe, nomine impoſito, ſed à fluvio. Gaudet verò *ei* diphthongo in penultima, à nominativo in *os*, deductio per *ites* abundat una ſyllaba, ut τόπος, τοπίτης, i. e. *locus*, *loci-habitator*, & Canopites, Adonis apud Parthenium. Ietes verò ab Ios per *jota* profertur per η, & à genitivo Aſcalonis, fit Aſcalonites, ab ἕλος, *heleos*, i. e. *palus*, ἐλείτης, & ἑλείτης, *heleites*, & *heleites*, qui *paludem* habitat. Oreus, Oreïtes, Orites. Debebat igitur etiam eſſe Boryſtheneites per diphthongum. Non enim ſimilis eſt nomini Temenites, nec τῷ Ercites. Non enim à genitivo, ſed à nominativo in *os* deducuntur, hæc & jure habent *jota*. Τὸ δὲ Boryſthenes non deſinit in *os*, quid igitur? Dicemus, ſequutum fuiſſe frequentiorem formam per *jota*, Quæ enim per diphthongum ſunt pauca, ut Zeleites, Samareites, Dicæarcheites, Maroneites.

BOSIRARA, urbs Ægypti. Gentile, Boſiraretes, propter regionis formam.

BOSPORUS, urbs Ponti, juxta Cimmerium ſinum, ut Philo, & fretum ejuſdem nominis ab Ione vocatum, Æſchylus in Prometheo vincto:

Erit verò mortalibus in æternum magna fama
Tui tranſitus, Boſporus verò denominatè
Vocabitur.

Eſt

Sanſone, Brietio, & aliis. Fontes habet in Moſcovia; qua relicta, Poloniam ingreditur, ubi Smolenskum, Orſam, Mohiloviam, & Rohaczoviam, Lithuaniæ urbes, rigat: dein auctus fluviis Bereſina, Pripeto, Soſa, Deſena, & aliis plurimis, per Volkimiam inferiorem labitur juxta Kioviam, & Circaſſium urbes præcipuas, & in mare Nigrum ſe exonerat prope Oczacoviam, quæ aliàs Olbia *&* Boryſthenes *etiam dicta fuit, 50 mil. paſſib. ab oſtio Thyræ, & 100 circiter ab oſtio Boreali Iſtri in Septentrionem.*

1 Ἔστι καὶ πόλις Ἑλληνὶς, &c.] Auctor noſter duas diverſas hujus nominis urbes exiſtimat fuiſſe, in qua hæreſi fuit etiam Mela, qui *Boryſthenida*, & *Olbida* tanquam diverſas celebrat lib. 1. Plinius verò unam eamdemque fuiſſe credidit, quæ triplici nomine gaudebat. Vocabatur enim *Boryſthenes*, *Olbia*, & *Miletopolis*, ut ex ejus libro 4. c. 12. apparet, cujus verba notâ proximâ protulimus. Id etiam confirmatur ex Strabonis lib. 7. qui de fluvio & urbe ſic loquitur: Διέχει δὲ Τύρας ἡ νῆσος ἡ Λεύκη, διάρμα πενταισσίων σταδίων, ἱερὰ δ' Ἀχιλλέως, πελαγία. Εἶτα Βορυσθένης ποταμὸς πλωτὸς ἐφ' ἑξακοσίους σταδίους· καὶ πλησίον ἄλλος ποταμὸς Ὑπάνις· καὶ νῆσος μετὰ δὲ τούτους Τύρας ἔχουσα λιμένα. Πλεύσαντι δὲ τὸν Βορυσθένην σταδίους διακοσίους ὁμωνύμως τῷ ποταμῷ πόλις, ἡ δ' αὐτὴ καὶ Ὀλβία καλεῖται, μέγα ἐμπορεῖον, κεῖσθαι Μιλησίων. i. e. *Diſtat verò ab oſtio* [Thyræ] *inſula Leuce trajectu 150 ſtadiorum, Achilli ſacra, in alto ſita. Poſt 100 ſtadia, ad Boryſthenem venitur fluvium navigabilem, & in propinquo eſt alius fluvius* Hypanis: *& inſula ante oſtium Boryſthenis, portu prædita. Subvectus adverſo amne Boryſthene ad* CC *ſtadia ad urbem pervenies ei cognominem, eadem autem* Olbia *dicitur, magnum emporium à Mileſiis condita.* Agit deinde Auctor noſter de formatione gentilium, à finitis in ης, & in ος, quorum eadem eſt forma.

2 Βόσπορος, πόλις Πόντου, &c.] Boſporus, urbs Ponti propter Cimmerium ſinum ex Philone, & fretum ejuſdem nominis ex Æſchylo in Prometheo ligato celebrantur; urbis meminit Conſtantinus Porphyrogen. Them. lib. 2. Them. 12. ubi noſtrum Auctorem penè ad verbum tranſcripſit, duo autem memorantur hujus nominis freta, alterum juxta Conſtantinopolim, quod *Boſporus Thracicus* dicebatur, quem Darius Perſarum rex ponti junxit, cujus architectus fuit Mandrocles Samius auctore Herodoto lib. 4. c. 87. eſtque veluti Ponti oſtium per quod in Propontidem influit, ubi dividitur Aſia ab Europa. Nomen adeptus eſt vel à bovis tranſitu, quod ſit adeò anguſtus, ut bos eum pertranſire poſſit, vel à fabula, quâ Jupiter fingitur in vaccam deformatus eum tranſiiſſe, vel ut alii, Io Inachi filia; nunc Italis dicitur *Stretto di Conſtantinopoli*, Græcis *Lacmon*, Turcis *Bogazin*, teſte Petro Gillio in ſuo Boſporo, alterum erat in introitu Mæotidis paludis, per quem in Pontum defluit; quod *Boſporus Cimmerius* vocabatur prope cujus ſinum celebrat noſter urbem ejuſdem nominis, de qua ſupra egimus, nunc Gallis *détroit de Caffa* ſeu etiam *de Kerci*, teſte Baudrand Pariſino ad Philip. Ferr. Alex. Lexicum Geog.

3 Ἔστι

[3] Ἔστι καὶ ἄλλη τῆς Ἰνδικῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Βοσπόριος, καὶ Βοσπορία, καὶ Βοσπορεὺς, καὶ Βοσπορικός· διχῶς γὰρ, καὶ διὰ τοῦ α, καὶ διὰ τοῦ η, ὡς τὸ Τιβαρανὸς καὶ Τιβαρηνός. Λέγεται καὶ Βοσπορίτης, καὶ Βοσπορικὸς τὸ κτητικόν. [4] Λέγεται καὶ Βοσπόριον τοῦ Βυζαντίου λιμένος· [5] οἱ δὲ ἐγχώριοι, Φωσφόριον αὐτὸ καλοῦσι, παραγραμματίζοντες. Ἢ ὅτι Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος διορύξαντος τὴν πολιορκίαν εἴσοδον κρυπτὴν, ὅθεν ἀφανῶς οἱ ὀρύσσοντες ἔμελλον τοῦ ὀρύγματος ἀναδύναι, καὶ Ἑκάτη Φωσφόρος ἔσται, δᾴδας ἐποίησε νύκτωρ τοῖς πολίταις φανῆναι, καὶ τὴν πολιορκίαν φυγόντες, Φωσφόριον τὸν τόπον ὠνόμασαν. Εἰρήσεται δὲ τοῦ ὀνόματος ἐν τῷ περὶ Βυζαντίου. Σοφοκλῆς δ' ἐν Φινεῖ πρώτῳ, διὰ διφθόγγου τὴν πρὸ τέλους φησὶ τὸ κύριον.

Οὐδ' ἂν Βοσπόριον ἐν Σκύθαις ὕδωρ.

ΒΟΣΤΡΑ [6], πόλις Ἀραβίας ἀδιαφόρως, καὶ θηλυκῶς. Τὸ ἐθνικὸν Βοστρηνὸς, ὡς Γαγγρηνός· καὶ Βοστρεύς, καὶ Βοστραῖος.

ΒΟΤΡΥΣ [7], πόλις Φοινίκης. Ὁ πολίτης Βοτρυηνὸς, [8] ὡς Παυσανίας παραλόγως· ἀπὸ γὰρ γενικῆς καθαρευούσης τὸ η ἔχει πρὸ τέλους, ὀφεῖλον τὸ α, ὡς Ὀλβιανὸς, Καρδιανός.

ΒΟΤΙΕΙΟΝ, πόλις Φρυγίας, ἔχουσα λίμνην Ἀτταίαν λεγομένην, τρέφουσαν ἅλας. Τὸ ἐθνικὸν Βοτιεύς, ὡς Δορυλαεύς.

ΒΟΥΒΑΣΤΟΣ [9], πόλις Αἰγύπτου, ἣν Ἡρόδο-

[3] Ἔστι καὶ ἄλλη τῆς Ἰνδικῆς.] Memorat Auctor noster, sed sine auctore, Bosporum Indiæ urbem, cujus apud alios altum est silentium. Nam Eustathius, qui eam celebrat ad Periegetæ v. 140. id ex nostro habet.

[4] Λέγεται καὶ Βοσπόριον τοῦ Βυζαντίου λιμένος.] Inquit Byzantii, quæ nunc *Constantinopolis*, portum, *Bosporium* dici; apud Constant. Porphyrogenet. de Them. lib. 2. Them. 12. ait Phavorinus, Βυζαντίων λιμὴν Βόσπορος καλεῖται. i. e. *Byzantinorum portus* Bosporus *vocatur*, quod Const. Porphyr. loco citato de Bosporo Thracio intelligit.

[5] Οἱ δὲ ἐγχώριοι Φωσφόριον αὐτὸ καλοῦσι, &c.] Indigenas, Byzantii scilicet, *Bosporium* vocasse *Phosphorium* per paragrammatismum vel ab historia illa Philippi Macedonis, quam refert, inquit, quam historiam Const. Porphyrog. loco citato fabulosam existimat, etsi Eustathius ad Dionysii v. 140. tanquam veram narrat, ubi ad satietatem usque agit de utroque Bosporo & eorum nominibus, seu epithetis.

[6] Βόστρα, πόλις Ἀραβίας, &c.] Bostra, urbs Arabiæ, neut. plur. & fœm. singul. ut alia hujus farinæ plurima, memoratur inter Arabiæ Petrææ oppida Cosmographo lib. 5. c. 17. Hebraice dicitur בוצרה *Botsra*, unde Græcis parum deflexo nomine Βόστρα vocatur; duas hujus nominis urbes reperio in S. Scriptura, altera Idumææ inter urbes celebris, cujus meminere Prophetæ, Jerem. c. 49. v. 13. Amos c. 1. v. 12. & hanc puto esse ipsissimam, quam ethnici scriptores Arabiæ Petrææ adscribunt. Idumæa enim erat media inter Judæam & Arabiam Petræam, quæ Petro Teixeira in Relationibus regum Persidis lib. 2. c. 2. *Basora* dicitur, quam prope fluvios Tigrim & Euphratem locat, ubi uterque conjunctus aquas in sinum Persicum devolvunt. Eam celebrat inter Arabiæ præcipuas urbes Amm. Marcellinus lib. 14. c. 27. de qua Anomymus, quem vulgavit Gothofredus sic loquitur: Ἧς πόλις μεγίστη ἐστὶ Βόστρη, ἣ πραγματείας μεγίστας ἔχειν λέγεται, πλησιάζουσα τοῖς Πέρσαις, καὶ Σαρακηνοῖς. i. e *Cujus* [*Arabiæ*] *civitas maxima est Bostra, quæ commercia maxima habere dicitur, propinqua est Persis, & Saracenis.* Abr. Ort. in suo Thesauro Geographico auctor est sed sine auctore, fuisse patriam Philippi Romanorum imperatoris; at Aurelius Victor in libro de Cæsaribus Trachonitem fuisse tradit: Trachonitis verò erat pars Arabiæ, ac quia Bostra fuit, ut ajunt, Trachonitidis metropolis, ideo fortean Ortelius ex hac urbe fuisse dixit. Altera verò hujus nominis urbs recensetur inter Moabitarum urbes Jer. c. 48. v. 24. sed hæc non fuit adeò celebris, ut altera.

[7] Βότρυς, πόλις Φοινίκης.] Botrys, urbs Phœniciæ memoratur Plinio lib. 5. c. 20. Melæ lib. 1. c. 12. Polyb. lib. 5. De qua nihil scitu dignum referunt; ego existimo fuisse urbem illam, quæ Jos. c. 21. v. 36. dicitur בער *betser*, septuaginta senibus Βοσὼρ, quæ numeratur inter civitates quadraginta octo, quæ Levitis assignatæ fuerunt. Quemadmodum enim à Botsra factum est *Bostra*, sic à *Betser* vel *Botsor* formatum est Botrys.

[8] Ὁ πολίτης, Βοτρυηνὸς, ὡς Παυσανίας.] Gentile Botrys, urbis Phœniciæ est Botryenus ex Pausania, inquit Auctor noster, quem per aversionem nobis vendit, qua de re ἐπέχω. Namque Pausanias de Græciæ, non de Phœniciæ urbibus scripsit.

[9] Βούβαστος, πόλις Αἰγύπτου, &c.] Bubastus, urbs Ægypti, quam Herodotus Bubastim vocat lib. 2. c. 137. à qua *Bubastites Nomos* memoratur Cosmographo lib. 4. c. 5. Geographo lib. 16. Plinio lib. 5. c. 9. & aliis, Ezechielis c. 30. v. 17. dicitur *Phi-beseth.* ubi 70 senes reddunt *Bubastum*, Hieronymus *Pubastum.* Voluit enim, ut in urbis nomine plures apparerent cineres nominis corrupti. Herodotus libro, capiteque citato auctor est hac in urbe fuisse Dianæ templum memorabile; Bubastis verò καλ' Ἑλλάδα γλῶσσαν, ut ipse inquit, est Diana, quæ eodem nomine celebratur ab Ovidio Metamorph. lib. 9. v. 690.

— *Cum qua latrator Anubis*
Sanctaque Bubastis, variusque coloribus Apis.

In hac urbe feles, quas Ægyptii tanquam Deos colebant, falitæ sepeliebantur, ut refert idem Herodotus eodem lib. c. 66.

[10] Βυ-

Est & alia urbs Indiæ. Gentile, Bosporius, Bosporia, Bosporianus, & Bosporenus. Duplici enim modo scribitur, & per *a*, & per *eta*, ut Tibaranus, & Tibarenus. Dicitur etiam Bosporites, & Bosporicus possessivum. Dicitur etiam Bosporium Byzantii portus, quem incolæ *Phosphorium* vocant, perperam invertentes litteras, vel quod Philippo Macedone perfodiente, cum obsideret urbem, introitum occultum, unde fodientes, quin viderentur ex fossa erupturi erant, Hecate φωσφόρος, *phosphoros*, id est, *lucem-ferens* lampades fecit noctu, ut apparerent civibus, qui hoc modo ab obsidione liberati; propterea locum *Phosphorium* nominarunt, de quo nomine dicemus, quum de Byzantio agemus. Sophocles verò in Phineo primo per diphthongum penultimam scribit:

Nec Bosporeiam in Scythis aquam.

BOSTRA, urbs Arabiæ neutro & fœminino genere. Gentile, Bostrenus, ut Gangrenus, & Bostrina, & Bostræus.

BOTRYS, urbs Phœniciæ. Civis Botryenus, ut Pausanias sed præter rationem. A genitivo enim puro habet *η* ante finem, cum deberet habere *a*, ut Olbianus, Cardianus.

BOTIEUM; urbs Phrygiæ, quæ habet paludem *Attæam* vocatam, quæ salem producit. Gentile, Botieus, ut Dorylaeus.

BUBASTUS, urbs Ægypti, quam Hero-

Ἡ ῥόδος. Βύβασίν φησι, διὰ τοῦ ι. Τὸ ἐθνικὸν, Βυβασίτης· καὶ πόλις Βυβασῖτις· Βύβασός τε πόλις, καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος· καὶ νόμος Βυβασίτης. Λεγέται καὶ Βυβάστιος, ὡς φησὶ Θεόπομπος. Οἱ δ' Αἰγύπτιοι Βύβαστιν, τὴν αἴλουρόν φασι.

Herodotus *Bubaſtim* vocat per *iota*. Gentile, Bubaſtites, & urbs Bubaſtitis. Eſt etiam Bubaſtus urbs & templum Dianæ. Eſt etiam Nomos Bubaſtites. Dicitur etiam Bubaſtius apud Theopompum. Ægyptii verò felem *Bubaſton* vocant.

ΒΟΥΒΩΝ[10], πόλις Λυκίας. Βυβὼν γὰρ καὶ Βάλβυρα, πόλεις Λυκίας, ἀπὸ Βαλβύρα καὶ Βυβῶνος· ἔστι δὲ λῃστρικαὶ πόλεις ἔκτισαν ὁμώνυμος. Ὁ πολίτης ὤφειλε Βυβώνιος, εἰρήκασι δὲ Βυβωνεύς· χαίρουσι γὰρ οἱ Λύκιοι τῷ τύπῳ.

BUBON, urbs Lyciæ. Bubon enim, & Balbura ſunt urbes Lyciæ, ſic dictæ à Balburo, & Bubone. Hi verò latrones urbes condidere à ſui ipſorum nomine. Civis debebat eſſe Bubonius. Dicitur verò Buboneus. Hac enim forma gaudent Lycii.

ΒΟΥΔΕΙΑ[11], πόλις ἐν Μαγνησίᾳ, ἀπὸ Βούδου οἰκίσαντος Βουδεία. Οὕτω πρώτην Βούδειαν ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Θετταλίᾳ. Λυκόφρων·

Ἡ πολλὰ δὴ Βούδειαν Αἰθυιαν κόρην,
Ἀρωγὸν αὐδάξασα παῤῥόθον γάμων.

[12] Ὅμηρος Βούδειον ἔφη,
Ὅς ῥ' ἐν Βουδείῳ δύσιμον μήσῃ.

[13] Ἔστι καὶ Βούδεια πόλις Φρυγίας. [14] Ἔστι καὶ Βούδιοι ἔθνος Μηδικόν.

BUDEA, urbs Magneſiæ, ſic dicta à Budeo conditore. Sic Budea Minerva colitur in Theſſalia. Lycophron:

Multum Budæam Æthyiam virginem
Vindicem invocans depultricem nuptiarum.

Homerus Budeon dixit:

Qui in Budeo bene habitata.

Eſt etiam Budea urbs Phrygiæ. Sunt etiam Budii populi Mediæ.

ΒΟΥΔΙΝΟΙ[15], ἔθνος Σκυθικὸν, ὡσεὶ τὸ δινεύειν ἐπάνω ἁμαξῶν ὑπὸ βοῶν ἐλαυνομένων. Ἁμαξόβιοι γάρ, οἱ Σκύθαι· Παρμένων ὁ Βυζάντιος ἐν Ἰάμβων πρώτῳ.

BUDINI, populi Scythiæ ὡσεὶ τὸ &c. *i. e.* quod inſtar vorticis agitentur ſupra curribus à bobus agitatis. Sunt enim Scythæ ἁμαξόβιοι; i. e. *in-curru-viventes*, ut Parmenon Byzantius Iamborum lib. 1.

ΒΟΥΔΩΡΟΝ[16], ἀκρωτήριον πρὸς τῇ Σαλαμῖνι. Θουκυδίδης τρίτῃ. Ἔφορος δ', Φρούριον Βούδαρον εἶπε. Τὸ ἐθνικὸν, Βουδώριος.

BUDORUM, promontorium juxta Salaminem. Thucyd. lib. 3. Ephorus verò Budaron caſtellum eſſe inquit. Gentile, Budorius.

ΒΟΥΘΙΑ, πόλις Ἰωνίας. Θεόπομπος δὲ χωρίον φησί· Τὸ ἐθνικὸν, Βυθιαῖος.

BUTHIA, urbs Ioniæ. Theopompus verò regionem eſſe inquit. Gentile, Buthiæus.

ΒΟΥΘΟΗ[17], πόλις Ἰλλυρίδος, ὡς Φίλων·

BUTHOE, urbs Illyridis, ut Philon;

10 Βυβών, πόλις Λυκίας.] Bubon; onis; urbs Lyciæ celebratur Ptolemæo lib. 5. c. 5. Straboni lib. 13. Plinio lib. 5. c. 27. Sed de ea nihil memorabile narrant, noſter à piratâ ejuſdem nominis conditam fuiſſe refert, forſitan ut illinc piraticam commodius faceret.

11 Βούδεια, πόλις ἐν Μαγνησίᾳ, &c.] Budea urbs in Magneſia regione Macedoniæ, cujus incolæ Ovidio Metam. lib. 11. dicuntur Magnetes:

— *Conſiſtere Pelea terrâ*
Fata negant, Magnetas adit vagus ———

At à Budeâ urbe Minerva Budea colebatur in Theſſalia, ut inquit Epitomator noſter ex Lycophrone, cujus duos affert verſus, qui apud eum leguntur v. 359. ad quem locum Iſacius Tzetzes hoc Minervæ epitheton non ab urbe deducit. Ait enim: Βούδεια δὲ ἡ φρόνησις, ὅτι τὰς βόας ἀρότρῳ καὶ ζυγῷ ὑποδεῖ, καὶ τέμνει τοὺς αὐλακας. i. e. *Budea enim prudentia ſeu intelligentia, quæ boves aratro & jugo ſubligat, & ſecat ſulcos.* Sed hæc etymologia mihi non placet, noſtri Auctoris ſententiam vero ſimiliorem eſſe reor; plurima nomina epitheta habuit hæc Dea apud Ethnicos, quibus ſymbolicos utebantur. Inter alia vocabatur etiam Πολιάς quod ἐν ταῖς πύλαις. i. e. *in portis* urbium & domorum pingeretur, ut & in προαστείοις, i. e. *ſuburbiis* Mars pingebatur, ut ſignificarent in urbibus & domibus, conſilio & prudentiâ, verum ad hoſtes extra urbes propulſandos armis opus eſſe.

12 Ὅμηρος Βούδειον ἔφη.] Homerus urbem Budeam neutro genere uſurpat. In hujus rei confirmationem affert hemiſtichium Homericum, cujus integer verſus legitur Il. π. v. 572. hoc modo:

Ὅς ῥ' ἐν Βουδείῃ δύσιμον λώβασε.
Qui in Budeo [oppido] *bene-habitato imperabat.*

13 Ἔστι καὶ Βούδεια πόλις Φρυγίας.] Cum præcedenti ſectione Magneſiæ adſcripſerit urbem Budeam, nunc eam Phrygiæ aſſignat. Euſt. ad carmen Homericum num. præcedenti citatum varias affert auctorum de urbe Budea opiniones. Alii enim eam Magneſiæ, alii Phrygiæ, alii Theſſaliæ, alii Bœotiæ, alii Phthiæ adſcribebant, ſed de ea nihil ſcitu dignum memorat.

14 Ἔστι καὶ Βούδιοι ἔθνος Μηδικόν.] Budios Mediæ populos celebrat Herodotus lib. 1. c. 101. Ἔστι δὲ Μήδων πασέων γένεα, Βουσᾶι, Παρικάνιοι, Στρούχατες, Ἀριζάντιοι, Βούδιοι, Μάγοι. i. e. *Medorum verò genera tot ſunt, Buſæ, Paretaceni, Struchates, Arixanti, Budii, Magi.*

15 Βούδινοι, ἔθνος Σκυθικὸν, &c.] Budini populi Scythiæ memorantur Herodoto lib. 4. c. 108. Plin. lib. 4. c. 12. Melæ lib. 1. c. 19. Ammiano lib. 31. c. 5. dicuntur *Vidini*, Ptolemæo lib. 3. c. 5. Bodeni.

16 Βούδωρον, ἀκρωτήριον, &c.] Budorum, promontorium prope Salaminem memorat ex Thucydidis lib. 3. at Thucydides libro citato non inquit fuiſſe promontorium; ejus Scholiaſta id inquit. Thucydides verò lib. 2. id vocat φρούριον. i. e. *præſidium, propugnaculum, caſtellum.* Sic enim ille: Καταδραμόντες τὴν Σαλαμῖνα τὰ πολλὰ καὶ ἀνθρώπους καὶ λείαν λαβόντες; καὶ τὰς περὶ ναῦς ἐκ τοῦ Βουδώρου τοῦ φρουρίου, καὶ τεῖχος ἐπὶ τῇ Νισαίᾳ ἔτλεσαν. i. e. *Magnam Salaminis partem excurſionibus populati, captis hominibus, prædaque, & tribus illis navibus* [quas] *ex propugnaculo Budoro* [ceperant] *celeriter in Niſæam navigarunt.*

17 Βυθόη, πόλις Ἰλλυρίδος, &c.] Buthoe, urbs Illyridis, Plinio lib. 3. c. 21. dicitur Butua, *oppida civium Romanorum*, inquit ille, *Rhizinium, Aſcrivium, Butua, Olchinium, &c.* ex noſtro Auctore & ex Plinio exiſtimo corrigendum eſſe Ptolemæum, apud quem lib. 2. c. 17. dicitur Βυλία. Sic enim ille libro capiteque citato: Πλανᾶσι

λων. 18 Διὰ τὸ Κάδμον ἐπὶ ζύγος βοῶν ἐχέ- A μψον, ταχέως ἀνύσαι τὴν ἐς Ἰλλυριὰς ὁδόν. 19 Οἱ δὲ τὸ Κάδμον ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας Βούθης ὀνομάσαι αὐτὴν, καὶ ᾠδαφθαρεῖσαν καλεῖσθαι Βυθόην. 20 Ἔχει δὲ ἐπὶ ᾗ μυχῷ Ῥίζονα πόλιν, καὶ ποταμὸν ὁμώνυμον. Τὸ ἐθνικὸν, Βυθοαῖος. B

ΒΟΥΘΡΩΤΟΣ 21, Χερρόνησος περὶ Κέρκυραν. Ἔστι καὶ πόλις. Ἐκλήθη δ' οἱ μὲν φασιν ἀπὸ οἰκιστοῦ· οἱ δὲ μυθεύοντες, Ἑλένῳ ἐκ Τροίας πλέοντι ἐς ἑσπέραν, ζοφουμένῃ Ἀποβατηρίᾳ ἐν Ἠπείρῳ, τὸ θῦμα ἡ βοῦς ἀποδρᾶσα C ἐκ τῆς βωμοῦ, ᾤχετο φεύγουσα διὰ τῆς μεταξὺ Πόντου εἰς τὸν κόλπον, καὶ ἐς τὸ χέρσον ἐμβᾶσα (καὶ γὰρ τρῶμα ἐν τῇ δειρῇ εἶχεν) αὐτοῦ ἤλπε, καὶ ἔθανε. Καὶ κληδόνι Ἕλενος χρήσας, ἵνα ἔθηκε Βυθρωτὸν ὄνομα, ὡς φησι Τεῦκρος D ὁ Κυζικηνός. Τὸ ἐθνικὸν, Βυθρώτιος. Λέπιδος δέ φησι διὰ τοῦ τ, Βυτρώτιος.

ΒΟΥΚΕΦΑΛΕΙΑ 22, πόλις ἐπὶ τῷ Βυκεφάλῳ ἵππῳ, ὃν ἔκτισεν Ἀλέξανδρος ἐν Ἰνδίᾳ, παρὰ τὸ Ὑδάσπην ποταμόν. Ἔστι καὶ Βυ- E κεφάλας λιμὴν τῆς Ἀττικῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Βυκεφαλῖται. Οὕτω γὰρ καὶ δῆμος Θεσσαλονίκης.

ΒΟΥΚΙΝΝΑ 23, πόλις Σικελίας. Διονύσιος ἐν τετάρτῃ Βασσαρικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Βυκιννεῖος, καὶ Βυκιννάτης. F

ΒΟΥΛΙΝΟΙ 24, ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν. Ἀρτε-

lon; sic dicta, quod Cadmus in jugo boum vectus citò confeciſſet in Illyrios iter. Alii verò ajunt, Cadmum ab Ægyptia Butone eam nominaſſe, ac corrupto nomine *Buthoën* eam vocatam eſſe. Habet verò in receſſu urbem Rhizonem, & fluvium ejuſdem nominis. Gentile, Buthoæus.

BUTHROTUS, Cherſoneſus circa Corcyram. Eſt & urbs. Sic verò fuit vocata, ut aliqui ajunt à conditore. Alii autem fabulantur nomen impoſitum fuiſſe ab Heleno, ex Troja ad occidentem navigante, & ſacrificante Apobateria in Epiro. Sacrificium enim hoc erat bos fœmina, fugiens ex ſtimulo abiit per medium Pontum in ſinum, atque in *Cherſum*, i. e. *terram incultam* appellens, (etenim τρῶμα, i. e. *vulnus* in pelle habebat) inibi cecidit, ac interiit. Tunc Helenus omine utitur, ac nomen impoſuit *Buthrotum*, ut inquit Teucrus Cyzicenus. Gentile, Buthrotius. Lepidus verò inquit per *t* Butrotius.

BUCEPHALEA, urbs, ſic vocata de nomine equi Bucephali, quam condidit Alexander in India, juxta Hydaſpum fluvium. Eſt etiam Bucephalas portus Atticæ. Gentile, Bucephalitæ. Sic enim appellabatur popul. Theſſalon.

BUCINNA, urbs Siciliæ. Dionyſius Baſſaricorum lib. 3. Gentile, Bucinnæus, & Bucinnates.

BULINI, populi circa Illyriam. Artemido-

Ἐπίδαυρος, Ἀσκρήιον, Ῥιζονικὸς κόλπος, Βυλία, Οὐλκίνιον. i. e. *Riſinum, Epidaurus, Aſcruium, Rhizonicus ſinus, Bulua, Ulcinium.* Ex cujus verbis apparet oppida quæ à Plinio dicuntur *Aſcrivium, Butua, Ulchinium*, à Ptolemæo vocari *Aſcruium, Bulua, Ulcinium.*

18 Διὰ τὸ Κάδμον ἐπὶ ζύγος βοῶν, &c.] Agit de etymologia urbis Illyriæ Buthoes de qua præcedenti num. egimus; ipſiſſimam etymologiam affert magni Etymologici auctor apud quem perperam ſcribitur: ἐπὶ βοῶν ζαύγος ἐκ Θηβῶν pro ἐπὶ βοῶν ζύγος ἐκ Θηβῶν. i. e. *in boum jugo ex Thebis.* Apud quem dicitur Cadmus ex Thebis veniens nomen huic urbi impoſuiſſe ἀπὸ τῶν βοῶν καὶ ᾗ ζυγῶς ac ideo Βυθόλων vocaſſe.

19 Οἱ δὲ τὸ Κάδμον, &c.] Nunc aliam ejuſdem urbis Buthoës affert etymologiam ſcilicet Cadmum eam ſic appellaſſe à Butone Ægyptia urbe, cujus infra meminit, ac tunc illius urbis nomen ſcribendum erat Butoë, per *t*, ut ſcribitur apud Plinium libro capiteque num. 17. citatis. Sed per corruptionem ᾗ τ in θ. ſcribitur Βυθόη.

20 Ἔχει δὲ ἐπὶ ᾗ μυχῷ Ῥίζονα πόλιν, &c.] Quam noſter vocat *Rhizona* urbem. Plinius lib. 3. c. 21. appellat *Rhizinium*, Ptolemæus lib. 2. c. 17. *Riſinum*: ab hac urbe nomen invenit Rhizonicus ſinus memoratus eidem Ptolemæo eodem libro capiteque, at Rhizana erat Dalmatiæ urbs mediterranea, Rhizinium autem maritima, ut patet ex eodem auctore eodem loco. Memorat etiam Auctor noſter Rhizona fluvium ejuſdem cum urbe nominis, & urbs & fluvius celebratur à Polybio Hiſtoriarum lib. 2. Ἡ δὲ Τάυτα πόλις μετ' ὀλίγων εἰς τὴν Ῥίζονα διεσώθη, πολισμάτιον δὴ πρὸς ὀχυρότητα κεκλεισκοδομημένον, ἀνακεχωρηκὸς ὅλῳ ἀπὸ τῆς θαλάττης, ἐπ' αὐτῷ δὲ κείμενον τῷ Ῥίζονι ποταμῷ. i. e. *Teuta* [uxor Agronis] *autem cum oppidò paucis Rizona evaſit, oppidulum egregie munitum procul à mari recedens ad Rhizona fluvium ſitum.*

21 Βυθρώτης, χερρόνησος περὶ Κέρκυραν.] Buthrotus, inquit, eſt cherſoneſus circa Corcyram inſulam & urbs, ſcilicet Epiri in ora contra Corcyram, memoratur Plinio lib. 4. c. 1. Straboni lib. 7. hac in urbe Medeam Æetæ Colchorum regis filiam ab Iaſone ſepultam, filiumque ejus Marſis imperaſſe tradit Solinus c. 8. Buthrotum portum Epiri celebrat Dionyſ. Roma. Antiquit. lib. 1. qui Meleſigeni Mantuano memoratur Æneid. lib. 3. v. 292.

Protinus aërias Phæacum abſcondimus arces
Littoraque Epiri legimus, portuque ſubimus
Chaonio, & celſam Buthroti adſcendimus urbem.

Ad quem locum Serv. *Buthroti urbem.* i. e. *Buthrotium: ut fontem Timavi. Hæc autem civitas eſt in Epiro, cujus pars eſt Chaonia, quæ ante* Moloſſia *dicta eſt, poſita eſt autem in Saxo quod mari cingitur, in quo fons hujus naturæ eſſe perhibetur, ut cum mare quietum fuerit, creſcat, cum verò fluctibus attollitur, decreſcat.*

22 Βυκεφάλεια, πόλις, &c.] Bucephalea de urbe, videteſultis, quæ in Βοοσκεφαλαῖ annotavimus.

23 Βύκιννα, πόλις Σικελίας.] Bucinna, urbs Siciliæ, inquit Auctor noſter ex Dionyſii Baſſaricorum lib. 3. verum his in rebus majorem fidem meretur Plinius, qui lib. 3. c. 8. poſt Siciliæ deſcriptionem inter inſulas in Africam verſas memorat Bucinnam hiſce verbis: *Inſulæ ſunt, in Africam verſæ, Gaulos, Melita, à Camarina* LXXIIII. *millia paſſuum, à Libybæo* CXIII. *Coſyra, Hieroneſos, Cæne, Galata, Lopaduſa, Æthuſa, quam alii Æguſam ſcripſerunt, Bucinna; & à Solunte* LXXV. *millia Oſteodes; contraque Paropinos Uſtica, citra verò Siciliam ex adverſo Metauri amnis* XXV. *millia ferme paſſuum ab Italia* VII. *Æoliæ.* Ergo ut apparet ex Plinii verbis Bucinna non fuit urbs Siciliæ, ſed inſula prope Siciliam, quæ potuit habere urbem cognominem.

24 Βυλῖνοι, ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν.] Bulini, gens circa Illyriam, qui *Bulimei* dicuntur Dionyſio de Situ orbis v. 387.

Κεῖθεν δ' εἰς αὐγὰς ἑρεπτὰ φᾶσ ἀθρήσειεν ἄλμην
Θῖνας ὑποζύγιοι Λιβυρνίδας, ἀμφί τ' ἐρυμνὰ
Ὑλλείων χθόνα πᾶσαν ὅση φᾶσ ἀκλιτὴ ἰσθμῷ
Βυλιμέων τ' ἀκτάς.

Inde verò ad auroram converſum advolvitur ſalum
Littora ſubradens Liburnica, circumque munitam
Hylleorum terram omnem quæcunque inclinat ad Iſthmum
Bulimeorumque littora.

Ad

Ἀρτεμίδωρος δὲ οὐκ ἔθνος, ἀλλὰ Βουλίνην πόλιν φησίν· ἧς τὸ ἐθνικὸν, Βουλῖνος. A midorus verò non populos, ſed urbem Bulinam inquit; cujus gentile Bulinus.

ΒΟΥΛΙΣ [25], πόλις Φωκίδος, ἀπὸ Βούλωνος οἰκιστοῦ. [26] Οἱ πολῖται, Βούλιοι. BULIS, urbs Phocidis, à Bulone conditore. Cives, Bulii.

ΒΟΥΝΑΡΤΙΣ, πόλις Λιβύης. Ὁ πολίτης Βουναρτίτης, ὡς Ναυκρατίτης. B BUNARTIS, urbs Libyæ. Civis, Bunartites, ut Naucratites.

ΒΟΥΝΕΙΜΑ [27], πόλις Ἠπείρου ἀδοξοτέρως, κτίσμα Ὀδυσσέως, ὡς ἔκλισε πλησίον Τραμπύας, λαοῦν χρησμὸν, ἐλθεῖν πρὸς ἄνδρας οἱ οὐκ ἴσασι θάλασσαν· βοῦν οὖν θύσας, ἔκλισε. BUNEIMA, urbs Epiri, neut. gen. Ulyſſis opus, quam condidit prope Trampyam accepto oraculo, ut iret ad viros, qui mare neſciunt: bove igitur ſacrificato, condidit urbem.

ΒΟΥΝΝΟΣ, πόλις Ἰλλυρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Βούννιος, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν πρώτῃ γεωγραφουμένων. C BUNNOS, urbs Illyriæ. Gentile, Bunnius, ut Artemidorus lib. 1. Geographumenωn.

ΒΟΥΠΡΑΣΙΟΝ [28], πόλις καὶ ποταμὸς, καὶ χώρα τῆς Ἤλιδος· BUPRASIUM, urbs & fluvius, & regio Elidis:

[29] Οἵ θ' ἅρα Βουπράσιόν τε καὶ Ἤλιδα δῖαν ἔναιον. D *Qui verò Buprasiumque, & Elida diam habitabant.*

[30] Ἦν γὰρ καλοικία τῆς Ἤλιδος ἀξιόλογος, ἥτις νῦν οὐκ ἔστι. Τὸ ἐθνικὸν, Βουπρασιεὺς, καὶ Βουπράσιος, ἀπὸ Βουπρασίου τοῦ ἄρξαντος αὐτῶν· καὶ Βουπρασία, τὸ θηλυκὸν· καὶ Βουπράσιον, ὡς Καδμείων. Erat enim colonia Elidis memoratu digna, quæ nunc non exſtat. Gentile, Buprafienſis, & Buprafius, à Buprafio qui ipſis imperavit. Fœmin. Buprafia. Dicitur etiam Buprafion, *onis*, ut Cadmion, *onis*. E

ΒΟΥΡΑ [31], πόλις Ἀχαΐας. Τὸ ἐθνικὸν, Βουραῖος. [32] Λυκόφρων· BURA, urbs Achaiæ. Gentile, Buræus. Lycophron:

Δύμην τε Βουραίοισιν ἡγεμὼν στόλου. *Dymaque Buræis dux claſſis.*

[33] Ἐκ ταύτης ἦν Πυθέας ζωγράφος, οὗ ἐστιν ἔργον F Ex hac erat Pytheas pictor, cujus opus eſt ele-

Ad quem locum Euſtathius: Ἐκεῖ δέ, φησι, καὶ οἱ Βελιμεῖς, οὕς τινες λέγουσι γράφεσθαι Βελινεῖς, ἢ Βελινούς. Τὰς δὲ Λιβυρνίδας νήσους ἱστόρηται πως μὲν εἶναι τὸ ἀριθμοῦ· παρονομάζονται δὲ ἀπὸ Λιβυρνῶν. Ἔθνος δέ τι οἱ Λιβυρνοὶ ἐν τοῖς ὑπὲρ Ἀδρίαν, ἀπὸ τινος Λιβυρνοῦς ἀνδρὸς δῃώσαντος τοὺς Λιβυρνικοὺς λῃστήματα σκάφη. Ἔστιν δὲ ὅτι ἐν Λατινικῷ λεξικῷ εὕρηται ὅτι Λιβυρνίδες νῆες αἱ μακραί. i. e. *Illic verò, ait, & Bulimenſes, quos per n ſcribunt Bulinenſes, vel Bulinos. Liburnidas verò inſulas referunt numero eſſe circa quadraginta; denominantur verò à Liburnis, gens verò Liburni in interioribus Adriæ, à quodam viro Liburno inveniente quæ dicuntur Liburnicæ naves. Sciendum verò eſt, quod in Latino lexico invenitur, quod Liburnides ſunt naves longæ.*

25 Βοῦλις, πόλις Φωκίδος, &c.] Bulis, urbs Phocidis memoratur Pauſaniæ lib. 10. cujus incolarum maxima pars conchylia piſcabatur, ex quibus purpura extrahebatur, ut refert idem auctor libro citato, Ptolemæo lib. 3. c. 15. Βόλεια *Bulia* dicitur atque inter Phocidis urbes mediterraneas ultima locatur.

26 Οἱ πολῖται, Βούλιοι.] Cives urbis Bulidis ſeu Buliæ dicebantur Bulii, Plinio lib. 4. c. 3. Bulenſes, Livio lib. 44. c. 30. Bulliani, Ciceroni in Piſonem circa calcem Bulienſes; Pauſaniæ libro, numero præcedenti citato *Bulidii* dicuntur.

27 Βύνειμα, πόλις Ἠπείρου ἀδοξοτέρως.] Buneima, urbs Epiri neut. gen. ab Ulyſſe condita prope Trampyam ejuſdem Epiri urbem celebratur; ſed ſine auctore. Urbis conditor celebrior eſt, quam ut indicari egeat, ſed urbs adeò obſcura, ac Trampya prope quam condita dicitur. Itaque ad hujus urbis cognitionem fidejuſſorem, quem nobis offert alio fidejuſſore opus habet. Ipſe in Τράμπυα inquit Trampyam ſitam eſſe prope Bunima, ubi per jota tantum ſcribitur.

28 Βουπράσιον, πόλις καὶ ποταμὸς, καὶ χώρα, &c.] Buprafium, urbs & fluvius & regio Elidis, Heſychio dicitur Βουπράσιον, τόπος τῆς Ἤλιδος, ἢ κώμη ἐν Ἤλιδι. i.e. *Buprafium, locus Elidis, vel vicus in Elide.* Memoratur Homero Il. 2. v. 615. ætate Strabonis jam non extabat, ut ipſe refert lib. 8.

29 Οἵ θ' ἅρα, &c.] Eſt verſiculus ex Il. 2. v. 615. quem innominato poeta citat.

30 Ἦν γὰρ καλοικία τῆς Ἤλιδος, &c.] Sunt verba deſumpta ex Strabonis lib. 8. quæ apud eum ſic leguntur. Ἦν δέ, ὡς ἔοικε καλοικία τῆς Ἠλείας τὸ Βουπράσιον ἀξιόλογος, ἣ νῦν ἐκπέπτωκεν, &c. i. e. *Erat verò, ut videtur, Buprafium Eleæ* [h. e. Elidis] *oppidum memorabile, quod nunc non extat.*

31 Βοῦρα, πόλις Ἀχαΐας.] Bura urbs Achaiæ celebratur, quæ terræmotu quodam unà cum Helice deleta fuit, teſte Plinio, cujus ſunt verba ex lib. 2. c. 92. *Pyrrham & Antiſſam circa Mæotim Pontus abſtulit, Helicen, & Buram in ſinu Corinthio, quorum in alto veſtigia apparent.* Eadem Strabo lib. 1. Pauſanias lib. 7. Euſeb. Chronic. lib. 1. quibus coronidem imponit Sulmonenſis vates Met. lib. 15. canens:

Si quæras Helicen, & Buram Achaïdas urbes
Invenies ſub aquis —

32 Λυκόφρων.] Affert Lycophronis carmen, quod apud ejus Caſſandram num. 591. ſic inter alia, quæ appono, ut ſenſum elicere poſſis, legitur:

— ὧν ὁ μὲν Λάκων' ὄχλον
Ἄγων Θεραπνης, πατρὸς δ' ἀπ' Ὠλένης
Δύμης τε Βραιάσιον ἡγεμὼν στρατοῦ.
— *Quorum alter Laconicam turbam*
Ducens à Therapne, alter autem ab Oleno
Dymaque Buræis ductor exercitus.

Ad quem locum Iſacius ejus Scholiaſta inquit: Τοῖς Βραιάοισιν, ἀντὶ τοῦ, τοῦ Βραίων, οὕτω γὰρ πάντας τοὺς πόλεις, &c. i. e. *Buræis, pro Buræorum* [dictum a Lycophrone] *circa has urbes, ſcilicet Therapnam, quæ urbs eſt Laconica, & Olenum, quæ eſt urbs Achaiæ, & circa Dymam urbem vel regionem Achaiæ, prius compacta fuit magna nebula, & factum fuit Deucalionis diluvium, & poſtea terræmotu à mari abſorptæ fuerunt, ut inquit Eratoſthenes.* Noſter videtur incidiſſe in Lycophronis depravatum codicem, quoniam legit Δήμην pro Δύμης, & στλε pro στρατοῦ.

33 Ἐκ ταύτης ἦν Πυθέας ζωγράφος, &c.] Ex Bura Achaiæ urbe fuiſſe pictorem Pytheam inquit. Pytheam quemdam argenti cælaturâ celebrem celebrat Plin. l. 33. c. 12.

ἔργον ὁ ἐν Περγάμῳ ἐλέφας, [34] ἀπὸ τοιχογραφίας ὤν, ὡς Φίλων. Τὸ θηλυκὸν, Βυραία· καὶ πόλις ἔτω. Καὶ Βοραϊκὸς κηλικόν. Λέγεται καὶ Βύρειος, διὰ διφθόγγου. Τὸ δὲ διὰ ου ι, ὡς Νύσα Νύσιος, Βοίβη Βοίβιος.

A elephas ille Pergami ex murorum-pictura, ut Philo. Gentile, Buræa. Est & urbs hujus nominis; & possessivum, Boraicus. Dicitur etiam Burius per diphthongum, & per *iota tantum*, ut Nyssa, Nyssius, Bœba, Bœbius.

ΒΟΥΡΑΙΑ [35], πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Βυραίου κλισθεῖσα. Τὸ ἐθνικὸν, Βυραῖος.

B BURÆA, urbs Italiæ, à Buræo condita. Gentile, Buræus.

ΒΟΥΡΧΑΝΙΣ [36], νῆσος ἐν τῇ Κελτικῇ, ὡς Στράβων ζ.

BURCHANIS, insula in Celtica, ut Strabo lib. 7.

ΒΟΥΣΑΙ [37], ἔθνος Μήδων· Ἡρόδοτος πρώτῃ.

BUSÆ, populi Medorum; Herodotus C lib. 1.

ΒΟΥΣΙΡΙΣ [38], πόλις Αἰγύπτου. [39] Ἐν ταύτῃ Ἶσις μέγιστον ἱερόν. Ἱδρυται δ' ἐν μέσῳ τῇ Αἰγύπτου, ἐν τῷ Δέλτα. Ἶσις δ' ἐστὶ κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων γλῶσσαν, ἡ Δημήτηρ. Ὡς δ' ἄλλοι, ἐκεῖ λέγεται θάψαι τὸν Βύσιριν Ἶσις, D ἐμβαλοῦσα εἰς ξυλίνην βοῦν, ὥστε Βυσίριν εἶναι τὴν πόλιν. [40] Οἱ δ' ὅτι τοπάρχης ὢν ὁ Βύσιρις ὑπὸ Ὀσίριδος κατασταθείς. [41] Ὁ πολίτης, Βυσιρίτης.

BUSIRIS, urbs Ægypti. In hac erat Isidis maximum templum. Structa verò erat [urbs] in medio Ægypti, in Delta. Isis verò est in Græcorum lingua Δημήτηρ, id est, *Ceres*. Ut alii verò, illic dicitur Isis Busirim sepelisse, injiciens eum in ligneam bovem, ideoque urbs *Busoris* fuit appellata. Alii verò, quod Busiris ab Osiride, *toparcha* id est, *loci-gubernator* fuit constitutus. Civis, Busirites.

ΒΟΥΣΜΑΔΙΣ, Ἰσαυρικὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Βυσμαδιώτης. E

BUSMADIS, Isaurica urbs. Gentile, Busmadiotes.

ΒΟΥΤΑΔΑΙ [42], δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς.

BUTADÆ, populus Ægeidis tribus. Dicun-

34 Ἀπὸ τοιχογραφίας ὤν.] Suspecta lectio mihi videtur.

35 Βυραία, πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Βυραίου, &c.] Buræam, urbem Italiæ à Buræo conditam, cujus apud alios altum est silentium; noster auctor ex antiquitatis scrutis eruit, sed ejus situm silentio præterit.

36 Βύρχανις, νῆσος ἐν τῇ Κελτικῇ, &c.] Burchanis, insula in Celtica ex Strabonis lib. 1. memoratur: at Strabo libro citato eam in Germania inter Rheni insulas celebrat hisce verbis: Ἐχειρώσατο δ' οὐ μόνον τῶν ἐθνῶν τὰ πολλοῦστε, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τῷ πορθμῷ νήσους, ὧν ἐστι καὶ ἡ Βυρχανὶς, ἣν ἐκ πολιορκίας εἶλε. i. e. *Subegit autem* [loquitur de Druso Germanico] *non solum gentium plurimas, sed etiam insulas in littore, quarum è numero est Byrchanis, quam obsidione cepit.* Apud Strabonem dicitur Βυρχανὶς cum accentu in ultima; apud nostrum Βύρχανις cum accentu in antepenultima. Plinio lib. 4. c. 13. *Burchana* vocatur. Ejus sunt verba: *Inde insulæ Roman. armis cognitæ, earum nobilissimæ, Burchana,* Fabaria *à nostris dicta à frugis similitudine, sponte provenientis.* Camdenus apud Ortelium in Thesauro Geographico *Borkum* insulam intelligit ad ostia Amasii fluvii; cui assentitur Hieronymus Verratius Frisius, qui refert adhuc hodie exstare turrim vulgò dictam *het boon-huys* Germanice, quod Latinè sonat *fabarum domum.*

37 Βῦσαι, ἔθνος Μήδων, &c.] Busæ, gens Medorum ex Herodoti lib. 1. c. 101. Δηιόκης μὲν ἓν τὸ Μηδικὸν ἔθνος συνέστρεψε μοῦνον, καὶ τάδε ἤρξεν. Ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα, Βοῦσαι, Παρητακηνοὶ, Στρούχατες, Ἀρίζαντοι, Βούδιοι, Μάγοι. i. e. *Deioces igitur solam Medicam subegit gentem, eique imperavit. Sunt autem Medorum tot numero genera, Busæ, Paretaceni, Stuchates, Arixanti, Budii, Magi.*

38 Βύσιρις, πόλις Αἰγύπτου.] Celebratur Busiris, Ægypti urbs, à qua Busirites *Nomos*, i. e. *præfectura*, celebris morte Demetrii Phalarei Theophrasti discipuli, qui trecentis & sexaginta statuis ab Athenienſibus, cum eorum rempublicam administraret urbi à Cassandro Macedonum rege, Athenis in deditionem acceptis, præfectus, honoratus est; verum invidia & cum paucis susceptæ inimicitiæ tantum valuerunt, ut Cassandro mortuo fugere in Ægyptum coactus fuerit, statuasque ejus motu populi facto adversarii dejecerunt, conflaveruntque, ut aliqui dicunt, in matulas, cujus rei locupletes sunt testes Diogenes Laërtius in ejus vita, Strabo lib. 9. qui etiam de hac urbe, & præfectura & Busiride lib. 17. sic loquitur: Πλησίον δ' Μένδης καὶ Διόσπολις, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν λίμναι, καὶ Λεοντόπολις εἶτ' ἀπώτερον ἡ Βύσιρις πόλις ἐν τῷ Βυσιρίτῃ νόμῳ, καὶ Κυνόπολις. Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης, &c. i. e. *Prope Mendetem verò est Diospolis & paludes circa eam, & Leontopolis. Deinde ulterius in Busiritica præfectura est Busiris civitas & Cynospolis. Inquit autem Eratosthenes, communem Barbaris omnibus consuetudinem esse, ut hospites pellant. Ægyptios verò argui propter ea, quæ in fabulis de Busiride & Busiritica præfectura dicuntur, volentibus posteris loci hujus inhospitalitatem calumniari: cum nullus per Jovem rex, nec tyrannus fuerit Busiris.* At ea est poëtarum vis & potestas, ut eos etiam qui nunquam extiterunt, celebres reddant. Donec fuerint Virgilii carmina, erit Busiridis illaudati memoria, de quo sic ille canit Georgic. lib. 3. v. 5.

— *Quis aut Eurysthea durum*
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Memoratur etiam inter alios Ptolemæo lib. 4. c. 5. quam & Coptum evertisse Diocletianum & Maximianum Imperatores, quod à Romanis defecissent, auctor est Euseb. Chronic. Canon.

39 Ἐν ταύτῃ Ἶσις μέγιστον ἱερόν. Ἱδρυται, &c.] In urbe Busiri fuisse maximum Isidis templum inquit Auctor noster, urbs verò ipsa structa erat in medio Ægypti in Delta, &c. quæ ex Herodot. transcripsit. Sunt enim hujus ipsissima penè verba ex lib. 2. c. 59. Ἐν ταύτῃ δὴ τῇ πόλει ἐστὶ μέγιστον Ἶσιος ἱερόν. Ἱδρυται δὲ ἡ πόλις αὕτη τῆς Αἰγύπτου ἐν μέσῳ τῷ Δέλτα. Ἶσις δὲ ἐστι κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν Δημήτηρ. i. e. *In hac enim urbe est maximum Isidis templum. Hæc verò urbs Ægypti in medio Delta sita est. Isis autem est secundum Græcorum linguam* Δημήτηρ, *id est, Ceres.*

40 Οἱ δ' ὅτι τοπάρχης ὢν ὁ Βύσιρις, &c.] Videsis, quæ de Busiride Scholio præcedenti annotavimus.

41 Ὁ πολίτης, Βυσιρίτης.] Urbis Busiris civis dicitur Busirites, ut & *Nomos* id est *præfectura*. Ægyptus enim in præfecturas dividebatur, quemadmodum Persis, hujus unaquæque Satrapeia, illius *Nomos* dicebatur, at Thracia in Strategias dividebatur.

42 Βυτάδαι, δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς.] Butadæ, populus, Ægeïdis tribus. Harpocrationi, Suidæ, & magni etymologici auctori OEneidis tribus populus dicitur, quare sine dubio apud Stephanum pro τῆς Αἰγηίδος legendum τῆς Οἰνηίδος, nomen invenit ab heroë Bute, à quo familia quædam Butadarum nobilissima apud Athenienses, à qui-

bus

λῆς. Λέγονται γὰρ δῆμοι πατρωνυμικῶς, ὡς Αἰ- A Dicuntur enim populi patronymicè, ut Æthalidæ, Cothocidæ. Est verò à Bute, Pandionis filio. Popularis, Butades.

ΒΟΥΤΟΣ[43], πόλις Αἰγύπτου. Ἡρωδιανὸς δὲ κώμην αὐτὴν φησιν, ἣν καὶ χρηστήριον ἔχειν, καλεῖσθαι δὲ Βαῦτο, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Λητὼ Βουτώ. B Ἔστι καὶ ἑτέρα Γεδρωσίας. Τὸ ἐθνικὸν, Βούσιος. [44] Τὸ δὲ Βουσῖς, Βουσίτης, καὶ Βουσίτης, ὡς τὸ Σαβὸς Σαβοίτης καὶ Σαβοίτης.

BUTUS, urbs Ægypti. Herodianus verò *vicum* eam vocat, cujus oraculum quoddam erat. Vocabatur verò Buto, à qua & Latona Buto. Est etiam alia Gedrosiæ. Gentile, Butius; à Butûs verò dicitur Butoïtes & Butœtes, u, à Sabûs, Saboïtes, & Sabœtes.

ΒΟΥΤΡΙΟΝ[45], ὡς Ῥήγιον, τῆς Ἰταλίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Βουτρῖνος, ὡς Ῥηγῖνος. C

BUTRIUM, ut Rhegium, Italiæ urbs. Gentile, Butrinus, ut Rheginus.

ΒΟΥΦΙΑ, κώμη τῆς Σικυωνίας· Ἔφορος ἑβδόμῳ τέλει. Τὸ ἐθνικὸν, Βουφιεύς.

BUPHIA, vicus Sicyoniæ, Ephorus lib. 23. Gentile, Buphieus.

ΒΡΑΙΣΟΙ, ἔθνος Μακεδονίας· Διονύσιος ἐν τέλει Βασσαρικῶν.

BRÆSI, populi Macedoniæ. Dionysius lib. 3. Bassaricorum.

ΒΡΑΣΙΑΙ[46], πόλις Λακωνική· Παυσανίας τρίτῳ. Ὁ πολίτης, Βρασιάτης. D

BRASIÆ, urbs Laconica; Pausanias lib. 3. Civis, Brasiates.

ΒΡΑΥΡΩΝ[47], δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Βραύρωνος ἥρωος, ἀφ' οὗ καὶ Βραυρωνία ἡ Ἄρτεμις. Τὰ τοπικὰ, Βραυρωνόθεν, Βραυρώναδε, Βραυρῶνι, ὡς Μαραθῶνι. E

BRAURON, populus Atticæ ab heroë Braurone, à quo etiam Brauronia Diana. Localia, *ex-Braurone*, *ad-Brauronem*, *in-Braurone*, ut in-Marathone.

ΒΡΑΧΙΑ, ἔτως ἡ Ἀραβικὴ θάλασσα καλεῖται. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ βραχέα εἶναι πλεῖστα. Ἔστιν ἐν ᾧ δὲ τὸ βραχύ. Τὸ τοπικὸν, Βραχιάτης. Οὐράνιος δὲ Βραχίονας αὐτοὺς ἔφη. F

BRACHIA, id est, *brevia*, sic mare Arabicum vocatur, quod in eo permulta sint βραχέα, i. e. *brevia*. Est igitur à βραχύς, i. e. *à brevitate*. Locale, Brachiates. Uranius verò *Brachienos* eos vocat.

ΒΡΑΧΜΑΝΕΣ[48], Ἰνδικὸν ἔθνος σοφώτατον,

BRACHMANES, Indici populi sapien-

bus aliqui falso gloriabantur se originem trahere, ac se *Butadas* vocabant, id ægrè ferentes, qui veri Butadæ erant, se *Eteobutadas* i. e. *veros-Butadas* nominabant, ex quorum familia eligebantur Sacerdotes Minervæ Poliadis, quod testatur inter alios magni etymologici auctor: Ἐτεοβουτάδαι, inquit ille, γένος τι ἐπίσημον, καὶ φαίνεται τῆς Ἀθηναίας. Οἱ ἀληθῶς ἀπὸ τοῦ Βούτα γεγονότες· ὃν ἦν τοῦτο καθιερωμένον ἱερεῖον τῇ Πολιάδι. i. e. *Eteobutadæ genus quoddam insigne & illustre Athenienſibus, qui vere à Buta familia originem trahebant, à cujus deſcendentibus ſacerdotes fœminæ Poliadis Minervæ conſtituebantur.* Idem populus aliis Βουτεία, aliis Βουτάδαι dicitur.

43 Βοῦτος, πόλις Αἰγύπτου.] Butus, seu Buto, ûs, urbs Ægypti, metropolis in Phthenote Nomo, in qua erat Latonæ oraculum, quæ inde *Buto* quoque dicebatur, ut inquit noster. Memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. Straboni lib. 17. Ἐν τῇ Βούτῳ Λητοῦς ἱερὸν μαντεῖον. i. e. *In oppido verò Buto Latonæ est oraculum.* Herodotus lib. 2. c. 155. celebrat & admiratur hoc Latonæ oraculum hisce verbis: Τὸ δὲ χρηστήριον τὸ ἐν Αἰγύπτῳ τοσοῦτον ἐπεμνήσθην ἤδη. Καὶ δὴ λόγον περὶ αὐτοῦ ὡς ἀξίου ἐόντος ποιήσομαι. Ὁ γὰρ χρηστήριον ἔστι τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, ἔστι μὲν Λητοῦς ἱρὸν, ἐν πόλι δὲ μεγάλῃ ἱδρυμένον, κατὰ τὸ Σεβennυτικὸν καλεόμενον στόμα τοῦ Νείλου, &c. i. e. *De oraculo autem, quod est in Ægypto, cum feci multa verba, tum faciam, utpote de re memoratu digna. Est enim oraculum hoc in Ægypto, ſacrum Latonæ, poſitum in magna urbe, contra oſtium Nili, quod* Sebennyticum *appellatur à ſuperiore parte maris ſubeuntibus; nomen verò huic urbi, ubi oraculum eſt,* Buto, *ut & prius à me dictum eſt. Templum verò eſt in hac urbe Butone Apollinis & Dianæ. Et illud Latonæ in quo reduntur oracula, grande eſt, & porticum habet decem orgyis ſublimem. Ubi quid mihi ex iis, quæ in aperto erant, maximo miraculo fuerit, referam: Eſt in hoc fano Latonæ delubrum ex uno factum lapide, &c.* Si plura de hoc templo scire desideras, adi Herodotum libro capiteque citato.

44 Τὸ Βουτῖς, Βουσίτης, &c.] Pro Τὸ Βουτῖς lege Τὸ Βουσῖς, sequitur enim ὡς τὸ Σαβὸς, Σαβοίτης.

45 Βοῦτριον, ὡς Ῥήγιον, τῆς Ἰταλίας πόλις.] Butrium Italiæ urbs, quam Strabo Ravennæ oppidum vocat, Plinius lib. 3. c. 15. *Nec procul à mari Umbrorum, Butrium, intus colonia* Bononia Felsina *vocata, cum princeps Hetruriæ eſſet.* Memoratur etiam Ptolemæo lib. 3. c. 1. prope Tridentum, cujus adhuc nunc exiguum extat castellum ejusdem nominis prope Cotignolam & Lucum, auctore Leandro Alberto in Italiæ regione decima quarta.

46 Βρασιαί, πόλις Λακωνικῆς.] Brasiæ, num. plur. urbs Laconica ex Pausaniæ lib. 3. qui de ea libro ab Stephano citato sic loquitur: Βρασιαὶ δὲ ἑκατὸν μὲν τοῦτο τὸ Ἐλευθερολακώνων πρὸς θαλάσσῃ ἐστὶ, Κυφάντων δὲ ἀπέχουσι πλοῦν σταδίων ὀλίγων, &c. i. e. *Braſiæ extremum hac in parte Eleutherolaconum ad mare eſt oppidum, diſtat à Cyphantibus* c c *ſtadiorum navigatione, &c.* Ac paulò infra inquit, hanc urbem prius *Oreatas* nominatam, ac *Braſias* vocatam postea fuisse quadam de fabula, quam apud eum poteris legere. Mihi enim fabulis immorari non est volupe. Nostro Auctori etiam suo loco Περασίαι. Ptolemæo lib. 3. c. 16. Περασία dicitur, & in Argolico Laconiæ sinu locatur.

47 Βραύρων, δῆμος τῆς Ἀττικῆς.] Brauron, onis, populus Atticæ, à quo Brauronia Diana, cujus festum Brauronia quoque, sed neut. plur. dicebatur. Populi & Dianæ meminit inter alios Pausanias in Atticis, cujus inibi erat ξόανον ἀρχαῖον. i. e. *Signum* seu *Simulachrum vetus*, quod Xerxem Darii filium ex Brauronе avexisse refert idem auctor lib. 8. de quo videsis Meurs. de Pop. Atticæ.

48 Βραχμᾶνες, Ἰνδικὸν ἔθνος, &c.] Brachmanes, Brachmæ, Brachmani, Brachmanæ, (sic enim apud Scriptores invenitur hoc nominis) fuere Indiæ populi philosophiæ dediti, quos Ptolemæus inter alios auctores memorat Geographiæ lib. 7. c. 1. de quibus plurima narrantur apud Strabonem lib. 15. & apud Cœlium Rhodig. Antiquit. lib. 18. c. 31. Celebres autem inter Indos philosophi fuere Brachmanes, Germanes, Pramnes, sed omnium celeberrimi fuere Brachmanes, ex quibus erat *Calanus* ille, qui coram

πλον, ὃς καὶ Βραχμᾶς καλοῦσιν. Ἱεροκλῆς δ' ἐν τοῖς Φιλιστορσὶ φησι· μετὰ ταῦτα ἀσχολίας ἄξιον ἐνομίσθη τὸ Βραχμάνων ἰδεῖν φῦλον ἀνδρῶν φιλοσόφων, καὶ θεοῖς φίλων, ἡλίῳ δὲ μάλιστα καθωσιωμένων. Ἀπέχονται δὲ σαρκοφαγίας πάσης, καὶ ὑπαίθριοι τὸν ἀεὶ χρόνον βιοτεύουσι, καὶ ἀληθειαν τιμῶσι. 49 Χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ, τῇ ἐκ πετρῶν λίθων. Τὰ μὲν μύαλα μαλακὰ, καὶ δέρματα, ὃ δὴ σπυφαίνουσιν. Ἐξ ὧν ὑφάσματα γίνεται, μήτε πυρὶ καιόμενα, μήτε ὕδατι καθαιρόμενα, ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου καὶ κηλίδος ἐμπλησθῇ, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λευκὰ καὶ λαμπρὰ γίνεται.

ΒΡΑΧΥΛΗ, πόλις Κρητῶν· ἔστι δὲ τοῖς Ἴβηρσιν ὁμορεῖ. Τὸ ἐθνικὸν, Βραχυλαῖος.

ΒΡΕΑ 50, πόλις, εἰς ἣν ἀποικίαν ἐστείλαντο Ἀθηναῖοι. Τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Βρεάτης. Ἔστι δὲ Βρεαῖος καὶ Θεοπόμπῳ, ἐν ὀγδόῳ τελέτῳ.

ΒΡΕΝΘΗ 51, πόλις Ἀρκαδίας, καὶ ποταμὸς Βρενθεάτης. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Βρενθαῖος, ἢ Βρενθεύς, 52 ὡς εἰρήσεται καὶ ἐν ὀρ *

ΒΡΕΝΘΗΣΙΟΝ 53, πόλις καὶ τὸ Ἀδρίαν, ἀπὸ Βρέντα Ἡρακλέους· ἢ ὡς Καλλίμαχος ἔστι· ἑνὶ γὰρ στόμαλι λιμένες πολλοὶ συγκλείονται. Ὡς ἐοικυῖα τόνιν κεφαλῇ ἐλάφῳ, ἔτως ὠνόμασται. 54 Βρέντιον γὰρ καὶ Μεσσαπίοις, ἡ τὸ ἐ-

pientissimi, quos etiam *Brachmas* vocant. Hierocles verò in Philistoribus inquit: *Post hæc studio dignum visum est Brachmanum videre nationem virorum philosophorum & Diis amicorum. Soli verò maximè sunt addicti, ac consecrati. Abstinent verò ab omni carnis-esu; ac sub dio totum vitæ tempus vivunt, atque veritatem colunt. Utuntur verò veste lineâ, ex petrarum lapidibus, quarum fila, seu stamina sunt mollia, & pelles, quod contexunt, ex quibus telæ fiunt, quæ nec igne comburi, nec aqua lustrari possunt; sed postquam sordibus & maculis sunt plenæ, in flammam injectæ albæ ac pellucidæ fiunt.*

BRACHYLE, urbs Ceretum. Hi verò Iberis sunt finitimi. Gentile, Brachylæus.

BREA, urbs ad quam Athenienses coloniam misere. Gentile, debebat esse Breates. Est verò Breæus apud Theopomp. lib. 23.

BRENTHE, urbs Arcadiæ, & fluvius Brentiates. Et gentile, Brenthæus, vel Brenthieus, ut dicetur ab *

BRENTESIUM, urbs juxta Adriam, ab Herculis Brento, vel tanquam bonos portus habens. Uno enim ostio portus multi concluduntur, ut similis igitur cervi capiti, sic vocata est. *Brention* enim apud Messapios est

caput

Alexandro se combussit. Horum opiniones ex Megasthene refert Strabo libro citato, scilicet eos de plurimis cum Græcis sentire, *quod mundus sit ortus, & corruptibilis, & sphæricus; quod ejus administrator & conditor Deus universum eum pervadat; quod universarum rerum primordia diversa sint, mundi autem aqua, atque præter quatuor elementa quintam quandam naturam esse asserebant ex qua cœlum & astra constabant, terram in medio universi sitam esse, de semine, de anima similia ac Græci opinabantur, admiscebant etiam fabulas quasdam; sicut Plato de immortalitate animæ, & de judiciis, quæ apud inferos fiunt, & alia hujusmodi non pauca.* Ut videre est apud auctorem citatum.

49 Χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ, τῇ ἐκ πετρῶν, &c.] De lino incombustibili ex petris videsis quæ annotamus in Κάρυστος.

50 Βρεὰ, πόλις εἰς ἣν ἀποικίαν, &c.] Brea, urbs in quam Athenienses coloniam miserunt, celebratur ab Auctore nostro, sed ubi regionum fuerit, divinandum nobis relinquit. In Hispania hujus nominis est oppidum à Madrito novem leucas distans, quod pertinet ad Marchionem de Mondexar, unum ex Hispaniæ regulis, qui coram rege caput operiunt, genus honoris inter Hispanos summus, cujus neptem in uxorem duxit amicus noster D. D. Gaspar Hybanez de Segovia, & Peralta, cui hoc Opus dicamus, per quas nuptias vel amicus noster, vel ejus posteri hujus nobilissimæ domus possunt aliquando esse heredes; præsertim cum ex hac domo jam mares defecerint. In hanc Hispanam Bream Athenienses coloniam non miserunt, verum ad amicum nostrum Athenæ ipsæ migrarunt; liceat nobis in ipsius honorem hoc præfari.

51 Βρένθη, πόλις Ἀρκαδίας, &c.] Brenthe, urbs Arcadiæ & Brenthiates fluvius memorantur Pausaniæ in Arcadicis: Παραυλοῦσιν ἢ ἔχεται πεδίον ἐξήκοντα σταδίων μάλιστα, καὶ πόλεως ἐρείπια Βρένθης ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τὴν ὁδὸν, καὶ ποταμὸς ἔξεισιν αὐτόθι Βρενθεάτης, ὅσον ἢ σταδίους ἀπολείπει πέντε καὶ εἴκοσιν ἐς τὴν Ἀλφειόν. i. e. *Adhæret Paræbasio campus stadium ferme LX Brenthes urbis rudera ad viæ dexteram se ostendunt; præterfluente Berentheate amne, qui hinc circiter stadia quinque in Alpheum effluit.* Apud Pausaniam pro Βρένθης & Βρενθεάτης legendum ex Auctore nostro Βρένθης & Βρενθεάτης. Sic enim etiam apud Pausaniam libro quinto Βρενθεάτης legitur. Error ille impressoris rationibus inferendus est.

52 Ὡς εἰρήσεται καὶ ἐν Ορ. *] Sunt verba lacunosa, & mutila quoque esse videntur. Promittit enim se dicturum de gentili urbis Brenthes, sed ubi, omisit dicere; illa verò lacunosa forsitan sic supplenda sunt; καὶ ἐν Ὀρεσθέως τοῦ Λυκάονος. i. e. *ab Oresthe Lycaonis filio.* Orestheus enim Lycaonis filius cujus noster meminit in Ὀρεσθήσιον aliquot condidit urbes, auctore Pausania lib. 8.

53 Βρεντήσιον, πόλις καὶ τὸ Ἀδρίαν, &c.] Brentesion Græcis dicitur urbs Italiæ, quæ Latinis *Brundisium*, & *Brundusium*, vulgo Italis *Brindisi*. Ejus mel & lanæ laudantur Straboni lib. 6. Fuit urbs tota Italiâ celeberrima, ac valdè frequentata eis, qui ex Asia & Græcia Romam proficiscebantur, necnon eis, qui ex Roma in Asiam & Græciam cogitabant, quod inclytum portum haberet, ut refert Florus lib. 1. c. 20. De eo loquitur Cicero ad Atticum Epist. lib. 4. epist. 1. cui etiam *Brundisina Colonia* dicitur: *Prid. Non. Sext. Dyrrhachio Jum profectus, ipso illo die, quo lex est lata de nobis Brundisium veni Non. Sext. ibi mihi Tulliola mea fuit præsto natali suo ipso die, qui casu idem natalis erat & Brundisinæ coloniæ.* Ab Ætolis conditam fuisse duce Diomede testatur Trogus Pomp. seu ejus epitomator Justinus lib. 12. c. 2. ex hac urbe fuisse *Pacuvium* poëtam ajunt, qui Tarenti decedens lepidum epigramma de se ipso fecit, ut ejusdem sepulchro incideretur, auctore Aul. Gel. Noct. Atticar. lib. 1. c. 24. quod libuit hic apponere:

Adolescens, tametsi properas, hoc te saxum rogat
Ut se adspicias: deinde, quod scriptum est, legas:
Hic sunt poëtæ Pacuvii Marci sita
Ossa, hoc volebam, nescius ne esses, vale.

Et hæc de antiquitate Brundusii sufficiant, nunc propemodum desertum & collapsum est, etsi Archiepiscopali sede gaudet, ut refert Leander Albertus in Italiæ regione nona.

54 Βρέντιον γὰρ καὶ Μεσσαπίοις, &c.] Reddit causam, quamobrem Βρεντήσιον, i. e. *Brundusium* sic fuerit appellatum, scilicet, quod simile videretur cervi capiti. Βρεντήσιον enim Messapiorum lingua *Cervi caput* significabat, quod ex Se-

τ ἐλάφῳ κεφαλὴ, ὡς Σέλευκος ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Βρεντησῖνος.

A caput cervi, ut Seleucus lib. 2. Gloſſarum. Gentile, Brenteſinus.

ΒΡΕΤΤΟΤΙΑ [55], νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, ποταμὸν ἔχουσα Βρέντιον. Ταύτην Ἐλάφουσαν Ἕλληνες, οἱ δὲ Βρεντανίδα καλοῦσι. Τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Βρεντιανὸς, ὡς Πολύβιος. Τὸ θηλυκὸν, B [56] ἐπὶ Βρεντιανὴν τόπων. [57] Νῦν δὲ Βρέττιοι λέγονται. [58] Εἰσὶ δὲ Βρεντανίδες νῆσοι ἐν τῷ Ὠκεανῷ, ὧν τὸ ἐθνικὸν Βρεττανοί. [59] Διονύσιος ὑφελὼν τὸ ἓν τ, ἔφη·

ΒΡΕΤΤΟΤΙΑ [55], insula in Adriatico mari, quæ fluvium habet Brettium hanc *Elaphuſſam* Græci; alii verò *Brettanidem* vocant. Gentile debebat eſſe Brettianus, ut Polybius. Fœmin. *in Brettianam locorum.* Nunc verò *Brettii* dicuntur. Sunt etiam Brettanides inſulæ in Oceano, quarum gentile, Brettani, Dionyſius adempto uno *t* dixit:

Ὠκεανὸς κέχυται ψυχρὸς ῥόος, ἔνθα C Βρεττανοί.

Oceani confuſus eſt frigidus curſus, ubi Bretani.

[60] Καὶ ἄλλοι ὕστερον Πρεττανίδες νῆσοι, ὡς Μαρκιανὸς καὶ Πτολεμαῖος.

Alii verò per *p* ſcribunt Pretanides inſulæ, ut Marcianus, & Ptolemæus.

ΒΡΕΤΤΟΣ [61], πόλις Τυρρηνῶν, ἀπὸ Βρέττου

BRETTUS, urbs Tyrrhenorum, ſic dicta

ex Seleuci Gloſſarum ſecundo affert. Id etiam teſtatur Strabo lib. 6. Quare apud Stephanum pro *βρέντιον* fidenter legendum ex Strabonis libro citato *βρεντήσιον*.

55 Βρεττολία, νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, &c.] Memoratur Brettotia, inſula in Adriatico mari, quæ fluvium habebat Brettion, quam Græci *Elaphuſſan* i. e. *Cervariam* vocabant; alii vero *Brettanida*. Valde ignota eſt hæc inſula apud reliquos ſcriptores. Plinius lib. 4. c. 12. Elaphuſſam celebrat; utrum fuerit eadem inſula, viderint doctiores. Magni etymologici auctor in Βρεττανοὶ ex noſtro auctore, ut & alia multa, hanc ſectionem tranſcripſit hoc modo: Βρεττία ἡ νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, ποταμὸν ἔχουσα Βρέντιον. Οἱ δὲ, Βρεντανίδα. Καὶ τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βρεντιανὸς, ὡς Πολύβιος. i. e. *Brettia verò eſt inſula in Adria, fluvium habens Brentium; alii verò, Brentanidæ; & gentile debebat eſſe Brentianus, ut Polybius.* Apud hunc pro Βρέντιον lege Βρέττιον, pro Βρεντανίδα lege Βρεττανίδα, pro Βρεντιανὸς, lege Βρεττιανὸς ex noſtro auctore; ſed noſter etiam ex illo corrigendus eſt. Namque pro Βρεττολία, legendum cenſeo Βρεττία.

56 Ἐπὶ Βρεντιανὴν τόπων.] In his verbis ſuſpicor ſubeſſe mendum, ſi tibi placet pro τόπων lege τόπον.

57 Νῦν δὲ Βρέττιοι λέγονται.] Innuit incolas inſulæ Brettiæ dici *Brettios* ſua ætate, cum antea *Brettiani* dicerentur; infra in Βρέττος, quæ erat Tyrrhenorum urbs, ejus oppidanos quoque *Brettios* inquit eſſe. Sic etiam apud Græcos vocabantur, qui apud Latinos *Bruttii*. Periegetæ v. 362. Βρέττιοι dicuntur.

58 Εἰσὶ δὲ Βρεττανίδες, νῆσοι, &c.] Celebrat inſulas Brettanides, ſcilicet Angliam unà cum Scotia, & Hiberniam, & earum incolas Brettanos, nunc inſula Britania, incolæ *Britani* dicuntur, ac ſunt clariores, quàm ut indicari egeant & commercio, & viribus maritimis. Antiquitus Græci & Romani neſciebant, utrum Britania inſula, an continens eſſet, auctore Dione lib. 39. quare Venuſinus vates vocat Britannos ultimos orbis carm. lib. 1. Od. 35.

Serves iturum Cæſarem in ultimos
Orbis Britannos.

Primus Romanorum D. Jul. Cæſ. eos aggreſſus eſt, auctore Suet. in ejus vita, poſt quem Claudius Cæſar Meſſalina conjuge quam triumpho notior de eis triumphavit, atque filio ſuo *Britannici* nomen impoſuit, teſte inter alios Paulo Diacono Hiſt. lib. 8. ad quod videtur alludere Juvenalis Sat. 2.

— *Arma quidem ultra*
Littora Jubernæ præmovimus, & modo captas
Orcadas, ac minima contentos nocte Britannos.

Ex Ciceronis epiſtolis ad Atticum lib. 4. epiſtola 16. apparet, non habuiſſe olim Britannos argenti uſum. Sic enim ille: *Britannici belli exitus expectatur. Conſtat enim aditus inſulæ eſſe munitos mirificis molibus; Etiam illud jam cognitum eſt, neque argenti ſcrupulum eſſe ullum in illa inſula.* At nunc Britannia propter commercium ditiſſima eſt, ac maris viribus valentiſſima & potentiſſima, de qua conſule ſis Polydorum Virg. Hiſt. Anglicanæ lib. 1. C. Cæſarem Comment. lib. 5. Corn. Tacitum in vita Agricolæ & alios.

59 Διονύσιος.] Affert verſiculum Dionyſii de ſitu Orbis, qui apud eum legitur num. 284. in quo à nomine Βρεττανοὶ propter metrum ademit alterum τ. quod eſt tralatitium inter omnes poetas, ſed Dionyſius in nomine Sarmatarum (quod magis miraberis) τὸ ρ etiam ademit propter metrum v. 304.

Γερμανοὶ Σαμάται τε, Γέται θ' ἅμα, Βαστάρναι τε.
Germani, Samatæque, Getæque ſimul, Baſtarnæque.

Poëtarum parens primo ſuæ Iliadis verſu (id notatu dignum eſt) tres hujuſmodi errores prudens commiſit, ut in commentariolo noſtro auctorum, quod ad teſtimonium vocat auctor noſter in *Homerus* annotavimus.

60 Καὶ ἄλλοι ὕστερον Πρεττανίδες νῆσοι.] Inquit inſulas Brettanides aliis ſcilicet Marciano in Periplo & Ptolemæo vocari *Pretanides*; apud hunc nihil tale memini me legiſſe, apud illum dicuntur *Pretanicæ*, quas duas eſſe inquit *Albion*, quæ nunc Anglia, *Ivernia*, quæ nunc Hibernia, ſuo etiam loco Auctori noſtro celebratur *Pretanice*.

61 Βρέττος, πόλις Τυρρηνῶν, &c.] Brettus, Stephano Tyrrhenorum civitas dicitur fuiſſe, nomen adepta à Bretto Herculis ex Baletia filio. Græcis nunquam deſunt hujuſmodi conditores; Latinis nec urbis, nec conditoris fit mentio. Brettii autem, qui Latinis Bruttii fuere populi Italiæ celebres adeò ut juxta Antiochi ſententiam, quam paulo infra inquit noſter, tota Italia ab eis *Brettia* prius quam *Oenotria* appellata fuerit; ego ſuſpicor civitatem de qua nunc agitur, fuiſſe eorum civitatem, quod certo quodam modo videtur innuere Trogi Pompei breviator, cum de hujus gentis nomine agit lib. 23. c. 1. *Deinquaſi* [loquitur de Agathocle, rege Siciliæ] *angustiis inſulæ terminis clauderetur, cujus imperii partem primis incrementis ne ſperaverat quidem, in Italiam tranſcendit; exemplum Dionyſii ſecutus, qui multas civitates Italiæ ſubegerat. Primi igitur hoſtes illi Bruttii fuere, qui & fortiſſimi tum, & opulentiſſimi videbantur, ſimul & ad injurias vicinorum prompti. Nam multas civitates Græci nominis Italia expulerant: auctores quoque ſuos Lucanos bello vicerant, & pacem cum his, æquis legibus fecerant. Tanta feritas animorum erat, ut nec origini ſuæ parcerent. Namque Lucani iiſdem legibus liberos ſuos, quibus & Spartani, inſtituere ſoliti erant. Quippe ab initio pubertatis, in ſylvis inter paſtores habebantur, ſine miniſterio ſervili, ſine veſte quam induerent, vel cui incubarent, ut à primis annis duritiæ parcimoniæque, ſine ullo uſu urbis, aſſueſcerent, &c.* Ac paulo poſt: *Itaque fatigatus querelis ſociorum Dionyſius, Siciliæ tyrannus, ſexcentos Afros ad compeſcendos eos miſerat, quorum caſtellum proditum ſibi per Bruttiam mulierem, expugnaverunt; ibique civitatem, concurrentibus ad opinionem novæ urbis paſtoribus, ſtatuerunt:* Bruttiosque *ſe ex nomine mulieris vocaverunt. Primum illis cum Lucanis, originis ſuæ auctoribus, bellum fuit. Qua victoria erecti, cum pacem æquo jure feciſſent, ceteros finitimos armis ſubegerunt; tantaſque opes brevi conſecuti ſunt, ut pernicioſi etiam regibus haberentur. Denique Alexander, rex Epiri, quum in auxilium Græcarum civitatum, cum magno exercitu, in Italiam veniſſet cum omnibus copiis ab his deletus eſt.* Strabo lib. 6. auctor eſt *Brettios*, Latinis *Bruttios*, à Lucanis ſic vocatos fuiſſe, quod ab ipſis defeciſſent, Lucanorum

Βρέττιος ὃ Ἡρακλέους, καὶ Βαλητίας τῆ Βαλήτου. Οἱ οἰκοῦντες, Βρέττιοι. [62] Καὶ ἡ χώρα Βρεττία, καὶ ἡ γλῶσσα. [63] Ἀριστοφάνης·

Μέλαινα δεινὴ γλῶττα Βρεττία παρῆν.

[64] Ἀντίοχος δὲ τὴν Ἰταλίαν φησὶ κληθῆναι Βρεττίαν, εἶτα Οἰνωτρίαν.

ΒΡΙΓΕΣ [65], ἔθνος Θρακικόν· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, καλέονται Βρίγες, καὶ Βριγία ἡ Τρωϊκὴ, τετάχθαι ἡ Φρυγία, ἀπὸ Φρύγος τοῦ καταοικήσαντος ἐν Μακεδονίᾳ. Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ κλίσεως ὀνομάτων Βρίγαντας αὐτοὺς φησι. Τὰ γὰρ εἰς γας λήγοντα ὀνόματα, ἰσοσυλλάβως κλίνεται, ὅτε μόνον εἰσὶ κύρια. Τοῦτο δὲ φημι διὰ τὸ Βρίγας. [66] Ἔθνος δέ ἐστι Βρεττανικὸν οἱ *

BPI-

dicta à Bretto Herculis filio; & Baletiæ Baleti filiæ. Incolæ, Brettii, & regio Brettia, & lingua Aristoph.

Nigra gravis lingua Brettia aderat.

Antiochus verò inquit Italiam fuisse vocatam *Brettiam*, deinde *OEnotriam*.

BRIGES., populi Thraciæ; Herodotus libr. 7. *Phryges verò* (ut Macedones dicunt) *vocantur Briges*, & *Brigia Troica*, hoc est Phrygia à Phrygo, qui sedes collocavit in Macedonia. Herodianus in prim. nominum declinationis, *Brigantas* eos vocat. Nomina enim, quæ desinunt in *gas* parisyllabicè declinantur, quando propria tantum sunt. Hoc verò dico propter nomen Brigas. Populi verò sunt Brettanici *

BRI-

canorum enim lingua *Brettios* vocari *rebelles*: Ὠνόμασαι ἦ, inquit ille, τὸ ἔθνος κατὰ Λύκιον. Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς λοιποὺς ἀπειθοῦντας. Ἀπέστησαν δ' ὡς φασι, πομπεύσαντες αὐτοῖς ὑποδήτερον, εἶθ' ὕστερον αὖθις ἐλεύθεροι γενόμενοι, ἡνίκα ἐπὶ τοὺς Διονυσίου, &c. i. e. *Hæc gens* [sic] *à Lucanis appellata fuit.* Brettios *enim vocant* apostatas. *Desciverunt autem, ut ajunt, cum prius eorum essent pastores, deinde remissione libertatem adepti, quando Dio bellum in Dionysium movit*, &c. Quod etiam videtur probare Sil. Ital. lib. 8.

Brutius haud dispar animorum, unaque juventus
Lucanis excita jugis ——

Aulus Gell. Noct. Atticar. lib. 10. c. 3. autor est Brutios à Romanis victos loco servorum habitos fuisse quod primi totius Italiæ ad Annibalem desciverunt. Ejus sunt verba: *Cum Annibal Pœnus cum exercitu in Italia esset, & aliquot pugnas populus Romanus adversas pugnavisset, primi totius Italiæ Brutii ad Annibalem desciverunt. Id Romani ægre passi, postquam Annibal Italia decessit, superatique Pœni sunt, Brutios ignominiæ causa non milites scribebant, nec pro sociis habebant: Sed magistratibus in provincias euntibus parere, & præministrare servorum vicem jusserunt; itaque ii sequebantur magistratus, tanquam in scenicis fabulis, qui dicebantur lorarii, & quos erant jussi, vinciebant, aut verberabant, quod autem ex Brutiis erant, appellati sunt* Brutiani. Videsis quæ de Brutiis refert Strab. in libri quinti fine.

62 Καὶ ἡ χώρα Βρεττία, &c.] Brettia regio, describitur ab Strabone lib. 6. prope Lucanos; *Calabria* hodie dicitur, auctore Philippo Ferr. Alexandrino in suo Lexico Geographico.

63 Ἀριστοφάνης.] Vendit nobis Aristophanem per aversionem: ego non sum OEdipus, nescio qua fabulâ versiculus ille, quem affert, inveniatur. Simile quid legitur apud Hesych. Βρεττία, μέλαινα, ἢ βάρβαρα ἀπὸ τῶν Βρεττίων ἔθνος. i. e. *Brettia, nigra, vel barbara à Brettiorum gente.* Apud magni etymologici auctorem hæc etiam habentur: Βρεττία, μέλαινα πίσσα. Καὶ βάρβαρα ἀπὸ τῶν Βρεττίων. i. e. *Brettia, nigra pix, & Barbara à Bretione.* Et apud Hesych. τὸ Βρεττίων & apud magni Etymologici autorem τὸ Βρεττίων, corrupta esse existimo, & ad eundem finem tendere, scilicet ad nostri auctoris Brettios.

64 Ἀντίοχος ὁ τὴν Ἰταλίαν, &c.] Inquit ex Antiocho Italiam vocatam fuisse *Brettiam*, deinde *OEnotriam*, verum hac in re non est audiendus Antiochus, ut pote Græcus, de Italia Latinis potius, quam Græcis credendum est, OEnotriæ nomen longè antiquius est, quam Brettiæ, quandoquidem secundum Justinum lib. 23. c. 1. cujus verba paulo supra attulimus, Bruttiorum nomen à Bruttia fœmina Dionysii Siculi ætate primum auditum est. Quin etiam contrarium apparet ex eodem Antiocho quem ad testimonium vocat noster, ut testatur Dionysius Halicarnasseus lib. 1. Ἀντίοχος, inquit ille, Ὁ Συρακόσιος συγγραφεὺς πάνυ ἀρχαῖος, ὃν Ἰταλίας εἰκισμῶ τοὺς παλαιοτάτους εἰκήσεως διηγούμενος, ὡς ἑκάστη μέρος αὐτῆς κατοίκησαν, Οἰνωτρὸς λέγει πρώτους τῶν μνημονευομένων ἐν αὐτῇ κατοικήσαι, εἰπὼν ὧδε. Ἀντίοχος Ξενοφάνους τάδε συνέγραψε περὶ Ἰταλίας, ὃν ἐγὼ ἀρχαίων λόγων τε πιστοτάτῳ κρίνω σαφέστατα. Τῶν γῆν ταύτην, ἥτις νῦν Ἰταλία καλεῖται, τὸ παλαιὸν εἶχον Οἰνωτροί. Ἔπειτα διεξελθὼν ὃν τρόπον ἐπαλλάττοντο, καὶ ὡς βασιλεὺς ἐν αὐτοῖς Ἰταλὸς ἀνὴρ χρόνον ἐγένετο, ἀφ' οὗ μεταβαλόμενοι Ἰταλοί. Τότε μὲν τῶν ἀρχῶν Μόργητες διεδέξαντο, ἀφ' οὗ Μόργητες ἐκλήθησαν. Καὶ ὡς Σικελὸς, ἐπιξενωθεὶς Μόργητι, ἰδίαν πεφάνην ἀρχὴν, διέστησε τὸ ἔθνος. Ἐπιφέρει ταῦτα. Οὕτω μὲν Σικελοὶ καὶ Μόργητες ἐγένοντο, καὶ Ἰταλῆται, ἐόντες Οἰνωτροί. hoc est: *Antiochus Syracusanus perantiquus historicus in Italiæ habitatione vetustissimos ejus incolas percensens, & quam ejus partem singuli habuerint*, OEnotros *dicit primos omnium, quorum exstet memoria, terram eam habitasse. Dicens hoc modo: Antiochus Xenophanis filius, è vetustissimis monimentis hæc, quæ fide dignissima, & certissima erant, de Italia conscripsit. Terram hanc, quæ nunc* Italia *dicitur, olim tenuerunt* OEnotri. *Deinde, commemoratis eorum moribus ac formâ reipublicæ, & quod regnum tandem Italo delatum sit: à quo, mutato nomine, dicti sint Itali: Morgetemque huic successisse, à quo* Morgetes *sint vocati, & quod Siculus, à Morgete hospitio exceptus, proprium sibi principatum quærens, gentem diremerit: hæc infert: Sic vero Siculi & Morgetes facti sunt & Itali, cum essent* OEnotri. Ex quibus verbis claret contrarium asseruisse Antiochum illis, quæ apud nostrum auctorem habentur, quamobrem noster procul dubio falsus est, apud quem pro εἶτα legendum est πρότερον.

65 Βρίγες, ἔθνος Θρακικόν. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ.] Briges, um, populi Thraciæ ex Herodoti lib. 7. cujus integra verba sunt: Οἱ δὲ Φρύγες (ὡς Μακεδόνες λέγουσι) ἐκαλέοντο Βρίγες χρόνον ὅσον Εὐρωπαῖοι ἐόντες συνοίκεον Μακεδόσι: μεταβαίνοντες δὲ ἐκ τῆς Ἀσίης, ἅμα τῇ χώρῃ καὶ τὸ οὔνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας. i. e. *Phryges verò (ut Macedones ajunt) vocabantur* Briges, *donec Europæi fuerunt, ac unà cum Macedonibus incolebant* [regionem] *transgressi autem in Asiam, unà cum regione & nomen mutarunt in Phryges.*

66 Ἔθνος ὂν ἔστι Βρεττανικὸν οἱ. *] Hæc lacuna supplenda mihi videtur addendo Βρίγαντες. Inquit enim Brigantes esse gentem Brettanicam, id est, Britannicam; Ptolemæus duos hujus nominis populos memorat, alterum lib. 2. c. 2. inter Iverniæ populos, alterum ejusdem libri c. 3. inter *Albionis*, hoc est, *Angliæ* populos locat: Pausanias lib. 8. prodit Antoninum Imperatorem eis ademisse agrorum partem, quod Genunios P. R. socios lacessierant. Memorantur etiam Juv. Sat. 14. v. 196.

Dirue Maurorum attegias, castella Brigantum
Ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
Afferat.

At cum hujus nominis fuerint duo populi, ut ex Ptolemæo apparet, non est facile dictu, de quibus loquatur Pausanias; & Juvenalis. Noster enim de Britanniæ Brigantibus loquitur; inter scriptores non convenit de eorum hodierno nomine.

67 Βρι-

ΒΡΙΚΙΝΝΙΑ[67], πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, Βρικιννιάτης.

BRICINNIA, urbs Siciliæ. Gentile, Bricinniates.

ΒΡΙΣΑ, ἄκρα Λέσβου, ἐν ᾗ ἵδρυται Διόνυσος Βρισαῖος.

BRISA, promontorium Lesbi, in quo Dionyſus Briſæus collocatus eſt.

ΒΡΟΥΣΙΣ, μοῖρα Μακεδονίας, ἀπὸ Βρέσου Ἡμαθίου παιδός. Τὸ ἐθνικὸν Βρῶσοι, ὡς Κόλχοι. Τινὲς γεγράφασι Βρὲ διὰ τοῦ ο.

BRUSIS, pars Maedoniæ, ſic dicta à Bruſo Emathii filio. Gentile, Bruſi, ut Colchi. Aliqui per *o* ſcribunt.

ΒΡΟΥΤΟΒΡΙΑ[68], πόλις μεταξὺ Βαίθεως ποταμοῦ, καὶ Τυριτανῶν· δηλοῖ δὲ Βρουτόπολιν. Τὸ γὰρ Βρία τοῦτο σημαίνει, ὡς Πολτυμβρία, Σηλυμβρία. Ὅθεν τὸ ἐθνικὸν Βρουτοβριανὸς, ὡς Σηλυμβριανὸς, Πολτυμβριανὸς, Μεσημβριανός.

BRUTOBRIA, urbs inter Bætim fluvium, & Tyritanos. Significat verò *Brutopolim*, id eſt, *Bruti-civitatem*. Bria enim hoc ſignificat, ut Poltymbria, Selymbria. Unde gentile, Brutobrianus, ut Selymbrianus, Poltymbrianus, Meſembrianus.

ΒΡΟΥΤΤΙΑ[69], μοῖρα Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν Βρέττιοι.

BRUTTIA, pars Siciliæ. Gentile, Bruttii.

ΒΡΥΑΝΙΟΝ[70], πόλις Θεσπρωτίας. Τὸ ἐθνικὸν, Βρυάνιος, ὡς Βυζάντιος.

BRYANIUM, urbs Theſprotiæ. Gentile, Bryanius, ut Byzantius.

ΒΡΥΓΙΑΣ, πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Βρύγιος.

BRYGIAS, urbs Macedoniæ. Gentile, Brygius.

ΒΡΥΓΙΟΝ[71], πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Βρυγιάς.

BRYGION, urbs Macedoniæ. Gentile, Brygienſis.

ΒΡΥΚΗΣ[72], καὶ Βρύκαι, ἔθνος Θρᾴκης. Λέγονται καὶ Βρυκεῖς, καὶ Βρυκήιοι.

BRYCES, & Brycæ; populi Thraciæ; qui etiam dicuntur, Brycei, & Bryceïi.

ΒΡΥΛΛΙΟΝ[73], πόλις ἐν τῇ Προποντίδι. [74] Ἔφορος δὲ ἐν πέμπτῃ Κεῖον αὐτὸ φησιν εἶναι. [75] Τὸ ἐθνικὸν, Βρυλλιανός. Καὶ τὸ θηλυκὸν Βρυλλὶς ἡ χώρα, ἐν ᾗ Δασκύλειόν ἐστι μικρὸν πολίσματον.

BRYLLIUM, urbs in Propontide. Ephorus verò lib. 5. Ceion eam eſſe ſcribit. Gentile, Bryllianus, & fœmininum Bryllis regio, in qua Daſcylium parvum oppidulum eſt.

ΒΡΥΞ[76], τὸ ἔθνος, καὶ Βρυγαί. Τὸ Βρυξ τὸ θηλυκὸν, Βρυγὶς, καὶ Βρυγίς, ὡς Καδμηΐς. Εἰσὶ δὲ Μακεδονικὸν ἔθνος, πρόσεχὲς Ἰλλυριοῖς.

BRYX, gens, & Brygæ. Fœm. à Bryx, Brygis, & Brygeis, ut Cadmeis. Sunt verò Macedonici populi, vicini Illyriis.

ΒΡΥ-

BRY-

67 Βρικιννία, πόλις Σικελίας.] Bricinnia, urbs Siciliæ, ſed ſine auctore memoratur; Thucydides lib. 4. *Bricinnias* num. plur. vocat oppidum munitum ἐν τῇ Λεοντίνῃ. i. e. in *Leontinorum* regione; Leontini autem fuere Siculi, ut apparet ex eodem auctore libro citato.

68 Βρεττοβρία, πόλις μεταξὺ Βαίθεως ποταμοῦ.] Brutobria, hoc eſt, Brutopolis, urbs Hiſpaniæ intra Bætin fluvium & *Tyritanos* h. e. *Turditanos*: Turditania verò alio nomine dicebatur *Bætica* nomine deſumpto à Bæti fluvio, auctore noſtro auctore in Τυρδιτανία. Quare pro Τυριτανῶν non dubito legendum Τυρδιτανῶν. *Bria* autem Thracum linguâ ſignificabat *civitatem*, ut tradit Strabo lib. 7.

69 Βρεττία, μοῖρα Σικελίας, &c.] Bruttia, pars Siciliæ, à qua gentile, Bruttii dicebantur. Bruttia non fuit Siciliæ pars, ſed Italiæ in regno Neapolitano, quæ nunc *Calabria* dicitur; & hæc lato modo *Sicilia* quoque dicebatur, ut diverſis locis Italiæ Antiquæ probat Cluverius, & adhuc hodie Hiſpaniarum rex, utriuſque Siciliæ rex in ſuis titulis indigetatur *Rey de entrambas Sicilias* dicunt Hiſpani, id eſt, Siciliæ & regni Neapolitani.

70 Βρυάνιον, πόλις Θεσπρωτίας.] Bryanium, urbs Theſprotiæ. Strabo lib. 7. eam memorat in Epiro ad Erigonem fluvium, cui Βρυανίων cum accentu in penultima dicitur; Livius lib. 31. c. 39. *Bruannam* vocat, quam non longè ab Osphago fluvio locat; Osphagum verò fluvium ab incolis *Erigonum* vocari inquit; ipſiſſima fuit urbs & ipſiſſimus fluvius, quamvis diverſo nomine ab Strabone & Livio inſigniantur.

71 Βρύγιον, πόλις Μακεδονίας.] Brygium, urbs Macedoniæ, memoratur Plinio lib. 4. c. 10. non longè à promontorio Canaſtræo.

72 Βρύκης, καὶ Βρύκαι, ἔθνος Θρᾴκης.] Bryces, & Brycæ num. plur. gens Thraciæ. Plinius lib. 4. c. 11. *Bryſas* vocat, & eos inter populos Thraciæ numerat. A Philippo Ferrario Alexandrino in Lex. Geographico inter Neſtum & Hebrum Thraciæ flumina celebrantur, & Bryſis eorum urbs epiſcop. ſub Archiep. Hadrianopolit. ex Curopalate.

73 Βρύλλιον, πόλις ἐν τῇ Προποντίδι.] Bryllium, urbs in Propontide. Propontis, non ſolum dicebatur mare illud, quod erat ante Pontum Euxinum, ſed regio quædam Byzantiorum, auctore noſtro Auctore in Προποντίς. Memoratur Plinio lib. 5. c. 32.

74 Ἔφορος ὁ ἐν πέμπτῃ Κεῖον αὐτὸ φησιν εἶναι.] Ephorus lib. 5. *Bryllium* Propontidis urbem *Cium* eſſe inquit. Verum à Plinio libro capiteque numero præcedenti citatis Bryllium & Cios diverſa habentur oppida: *Poſtea*, inquit ille, *Sinus in quo flumen Aſcanium, oppidum Bryllium, amnis Hylas, & Cios cum oppido ejuſdem nominis.*

75 Τὸ ἐθνικὸν, Βρυλλιανός.] Gentilia à finitis in ion, ut plerumque deſinunt in ios, nunc verò à Βρύλλιον format Βρυλλιανός: quia hujus rei nulla regula certa poteſt dari, ut alibi monuimus.

76 Βρυξ, τὸ ἔθνος, καὶ Βρυγαί.] Bryx, gens, & Brygæ num. plur. inter Macedoniæ populos memorantur Herodoto lib. 7. c. 185. Straboni lib. 7. Noſter auctor ſupra memoravit Brygium, & Brygiada Macedoniæ urbes, de quibus nihil memorabile inveniebam, quod obſervationibus noſtris inſervire poſſet.

ΒΡΥΣΑ΄ΚΙΟΝ[77], πόλις τῆς Παρθίνης. Οἱ πολῖται, Βρυσακοί.

BRYSACIUM, urbs Parthinæ. Cives, Brysaci.

ΒΡΥΣΙΑΙ, πόλις Ἤλιδος, ὡς Αὐγειαί, ἀφ' ὃ τὸ πληθυντικῶς λέγεσθαι.

BRYSIÆ, urbs Elidis, ut Augeæ, quod plurali numero proferantur.

ΒΡΥΣΤΑΚΙ΄Α[79], πόλις Οἰνώτρων. Τὸ ἐθνικὸν, Βρυσακιάτης.

BRYSTACIA, urbs OEnotrorum. Gentile, Brystaciates.

ΒΥ΄ΒΗ[80], πόλις πρὸς Πευκετίοις. Τὸ ἐθνικὸν, Βυβαῖος. Εἰσὶ δὲ ἔθνος Θρακικόν. Τὸ ἐθνικὸν Βύβαι, ὡς Λοκροὶ καὶ Δελφοί.

BYBE, urbs juxta Peucetios. Gentile, Bybæus. Sunt verò gens Thraciæ. Gentile, Bybæ, ut Locri, Delphi.

ΒΥ΄ΒΑΣΣΟΣ[82], πόλις Καρίας, ἀπὸ Βυβάσσου νομέως, ὑποσώσαντος ἀπὸ θαλάσσης χειμῶνος εἰς Καρίαν ἐμπεσόντα Ποδαλείριον. Τὸ ἐθνικὸν, Βυβάσιος. Ἔφορος δὲ Βύβασόν φησι, καὶ Βυβάσιον.

BYBASSUS, urbs Cariæ, sic dicta à Bybasso pastore, qui Podalirium in Cariam à mari, & hyeme delatum incolumem servavit. Gentile, Bybassius. Ephorus verò Bybastum inquit, & Bybastium.

ΒΥ΄ΒΛΟΣ[83], πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτη πασῶν, Κρόνου κτίσμα,[84] ἀπὸ Βύβλης τῆς Μιλήτου θυγατρός. Βύβλος ἡ προσηγορεύθη, ὅτι δὴ πασῶν ἀρχαίας βίβλους φυλακὴ ἀσινέας ἐν παύτῃ φυσεως.[85] Οἱ δὲ ὅτι ἐν αὐτῇ Ἶσις κλαύσασα Ὄσιριν, τὸ ἀφάνημα ἔθηκε. Τάττο δὲ ἦν βυβλίον, βύβλου, τῆς φυλῆς τῆς Αἰγυπτίης, ἧς ἀνέτρεφε Νεῖλος ἐν τοῖς ἕλεσι. Τὸ ἐθνικὸν, Βύβλιος,

BYBLOS, urbs Phœniciæ omnium antiquissima, Saturni opus, à Byble Mileti filia. *Byblos* verò fuit appellata, quod omnis antiqui libri custodia innoxia & incolumis in ea sit. Alii verò, quod in ipsa Isis plorans Osirim diadema posuit, quod erat βυβλίον h. e. *papyraceum*, βύβλου i. e. *ex papyro* tribus Ægyptiæ, quam nutriebat Nilus in paludibus. Gentile, Byblius,

77 Βρυσάκιον, πόλις τῆς Παρθίνης.] Brysacium, urbs Parthines à nemine, quod sciam, memorata memoratur Auctori nostro, qui nobis relinquit divinandum, quæ regio fuerit Parthine, ac cum ipse in Πάρθῳ dicat Parthum esse urbem Illyricam, cujus gentile Παρθιὼς, hinc divinare possumus Brysacium quoque fuisse urbem Illyricam in regione Parthene, ac ideo pro τῆς Παρθίνης legendum existimo τῆς Παρθιωνῆς.

78 Οἱ πολῖται, Βρυσακοί.] Oppidanos Brysacii dici inquit Brysacos, pro Βρυσακοὶ puto legendum Βρυσάκιοι.

79 Βρυσακία, πόλις Οἰνώτρων.] Brystacia, urbs OEnotrorum, quorum regio OEnotria, nunc *Calabria*, Brystacia verò urbs nunc Gab. Barrio dicitur *Briatico*, aliis *Umbriatico*, urbs Neapolitani regni in Calabria citeriori, ad Aretum amnem, de qua videsis Cluv. Ital. Ant. l. 4. c. 15.

80 Βύβη, πόλις πρὸς Πευκετίοις.] Memoratur Bybe, urbs secundum Peucetios: Peucetii verò fuere populi Italiæ in Iapygia regione, à Peucetio Lycaonis filio, qui ad illam Italiæ partem appulit, nomen adepti, teste Dionysio accuratissimo rerum Italicarum scriptore lib. 1. at Bybe urbs à nemine, quod sciam, celebratur.

81 Τὸ ἐθνικὸν, Βυβαῖος.] Suspicor legendum Βύβαιος. Nam subdit esse quoque gentem Thracicam, cujus gentile dicebatur Βύβαι lege Βυβοὶ. Sequitur enim ὡς Λοκροὶ καὶ Δελφοί. Itaque Stephani mentem existimo sic esse accipiendam: gentile urbis Bybes dicitur Βύβαι, Bybæ quoque fuit gens Thracica, cujus gentile, Βυβοὶ, ut Λοκροὶ καὶ Δελφοί. Satis immorati sumus agentes de gentilibus urbis & gentis, cujus nulla exstat apud alios memoria.

82 Βύβασσος, πόλις Καρίας, &c.] Bybassus, urbs Cariæ, à nemine, quod sciam, memoratur. Regio Bubassus celebratur à Plinio lib. 5. c. 28.

83 Βύβλος, πόλις Φοινίκης, &c.] Byblos, urbs Phœniciæ omnium antiquissima, à Saturno condita celebratur; ego existimo Stephanum hunc hujus urbis conditorem ex diphthera Jovis deprompsisse, tamen urbem antiquissimam esse nullus dubito. Memoratur Straboni lib. 16. hisce verbis: Ἡ μὲν οὖν Βύβλος τοῦ δὲ Κινύρα βασίλειον, ἱερὰ ἐστὶ δὲ Ἀδώνιδος· ὑπὸ τυραννευθέντα ὑπὸ Πομπηίου πελεκίσας ἐκεῖνον· κεῖται δὲ ἐφ' ὕψους πόνος μικρὸν ἄπωθεν τῆς θαλάττης. Εἶτα μετὰ ταῦτα Ἄδωνις ποταμὸς, καὶ ὄρος Κλίμαξ, καὶ Βύβλος. [Παλαιβύβλος] εἶθ' ὁ Λύκος ποταμὸς καὶ Βηρυτὸς, &c. i. e. *Byblus quidem Cinyræ regia, est Adonidi sacra, quam tyranni-de-oppressam liberavit Pompeius* [Tyrannum] *illum securi percutiens: jacet in altitudine quadam parùm longè à mari. Post hanc est Adonis fluvius, & mons Climax, & Byblus: [Palæbyblus] deinde Lycus amnis & Berytus, à Tryphone diruta fuit, nunc verò à Romanis instaurata, recipiens duas legiones, quas ibi Agrippas collocavit.* Sensum illorum verborum Strabonis ἱερὰ ἐστὶ δὲ Ἀδώνιδος, non percepit interpres Latinus, quoniam vertit, *In qua Adonidis templa sunt*; cum deberet vertere: *Est Adonidi sacra.* Ejus quoque meminere inter alios Ptolemæus lib. 5. c. 15. Plin. lib. 5. c. 20. Arrhianus de Exped. Alex. lib. 2. Dionysio Periegetæ v. 912. inter antiquissimas Phœniciæ urbes locatur.

Οἱ τ' Ἰόπλην, καὶ Γάζαν, Ἐλαίδα τ' ἰναίουσι,
Καὶ Τύρον ἀγχίαλον, Βηρυλίδ' τ' ἄλαον ἐρατεινὴν,
Βύβλον τ' ἀγχίαλον, καὶ Σιδόνα ἀνθεμόεσσαν.

Quique Iopen, & Gazam, Elaidaque incolunt
Et Tyrum vetustam, Berytique terram amabilem,
Byblumque maritimam, & Sidona floridam.

Miror Eustathium nihil ad hunc Dionysii locum attulisse. Scriptores ecclesiastici contendunt esse eamdem, quæ גבל *Gebal* dicitur Hebraïce Ezech. c. 27. v. 9. cujus oppidani Regum lib. 3. c. 5. secundum Latinos, dicuntur גבליים *Giblim.* i. e. *Giblii.* Namque 70 senes loco Ezech. citato pro וקני גבל *zicne Gebal.* i. e. *senes Gebal* vertunt οἱ πρεσβύτεροι Βιβλίων. i. e. *Seniores Bibliorum.* Fuit urbs Adonidi sacra, in qua eum per singulos annos & amissum plorabant, & repertum magna lætitia prosequebantur, ac si in via incidebant in aliquid, quod non posuerunt, nihil tollebant. Non enim hoc inventum, sed ἀδίκημα arbitrabantur. De quibus consulesis Ælian. de Varia Hist. lib. 4. c. 1. Strabon. libro citato Seltenum de Dis Syris c. 11. Syntagm. 2.

84 Ἀπὸ Βύβλης τῆς Μιλήτου θυγατρός.] Tres affert Bybli Phœniciæ urbis etymologias, omnes ex Græcorum fermento confectas, de quibus consulesis magni etymologici auctorem in Βύβλος.

85 Οἱ δὲ ὅτι ἐν αὐτῇ Ἶσις κλαύσασα Ὄσιριν, &c.] Festum, quod in Ægypto celebrabatur in honorem Osiris quam similimum Adonidis festo in oppido Phœniciæ Byblo adducit ad eruendam etymologiam nominis hujus urbis; Adonidis festi nota præcedenti meminimus. Osiridis meminit inter alios Juv. Sat. 8. v. 29.

Exclamare libet populus quod clamat Osiri
Invento

Βλιος, ἡ Βυβλίας. Εἰσὶ καὶ Βυβλίοι Σκυθικὸν ἔθνος. Ἔστι καὶ Βύβλος ἐν τῷ Νείλῳ, πόλις ἀσφαλεστάτη. Τὸ ἐθνικὸν, Βύβλιος, ἢ Βυβλίτης, τῷ τύπῳ τῷ Αἰγυπτιακῷ.

blius, & Byblias. Sunt verò Byblii Scythici populi. Est etiam Byblos in Nilo, urbs munita valde. Gentile, Byblius, vel Byblites, forma Ægyptiaca.

ΒΥΖΑΝΤΕΣ[86], Λίβυες περὶ Καρχηδόνα τῆς Λιβύης ἔθνος, ἀφ' ἧς ἡ πόλις Βυζάντιον. [87] Καὶ Βυζάντιοι, οἱ ἐν Λιβύῃ. [88] Παρ' Ἡροδότῳ δὲ κακῶς διὰ τοῦ γ, Γύζαντες. [89] Πολύβιος δὲ Βυσσαλάδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις, ἐν δυοκαίδεκα σταδίοις μῆκος ἔχουσαν τὸ περίμετρον, δύο δὲ τῷ σχήματι περιφερῆ. Τὸ ἐθνικὸν, τῷ τύπῳ Βυσσακίτης εἴη. Νῦν δὲ Βυσσακηνοὶ λέγονται τῷ δυλικῷ χαρακτῆρι. Καὶ ἱμάτια δ' ἐκεῖθεν Βυζακηνά.[90] Ἔστι δὲ διμερὴς ἡ Βυζακία, Καρχηδόνος ἐνδοτέρω. Καὶ δύο ἔθνη Βυζακηνῶν, ὡς ἱστοροῦσι.

BYZANTES, Libyes circa Carthaginem, Libyæ populi, à qua Byzantium urbs, & Byzantii, qui in Libya. Apud Herodotum verò perperam per *g* scribitur, Gyzantes. Polybius verò inquit, Byssalada regionem circa Syrtes esse, circuitum duodecim stadiorum habentem; duorum verò figura circularem. Gentile, forma Byssacites esset; nunc verò *Byssaceni* dicuntur occidentali characterе, & vestes illinc Byzacenæ dicuntur. Est verò duplex Byzacia, Carthaginis interiore parte, & duæ sunt Byzacenorum gentes, ut referunt.

ΒΥΖΑΝΤΙΟΝ[91], τὸ ἐν Θράκῃ βασίλειον, πόλις διασημοτάτη πρὸς τῇ Προποντίδι, πρὸς τῷ μέρει τῆς Εὐρώπης. Χρησμὸς δ' ἐδόθη ἐρωτηθεῖσιν εἰς Δελφοὺς Μεγαρέων τοιοῦτος·

BYZANTIUM, Thraciæ regia, urbs celeberrima ad Propontidem, in Europæ parte; oraculum verò quærentibus Megarensibus, Delphis redditum est hujusmodi:

Ὄλβιοι, οἱ κείνῃ πόλιν ἀνέρες οἰκήσουσιν,
Ἀκτῆς Θρηϊκίης ὑγρὸν παρ' ἄκρον στόμα πόντου.
Ἔνθ' ἰχθῦς, ἔλαφός τε νομὸν βόσκουσι τὸν αὐτόν.

Beati, qui illam urbem viri habitabunt,
Littoris Thracii humidum prope summum os Ponti.
Ubi pisces, cervusque eadem pascuntur pascua.

Στέλ-

Mit-

86 Βύζαντες, Λίβυες περὶ Καρχηδόνα, &c.] Byzantes, Libyæ populi circa Carthaginem, à quibus Byzantium urbs, quæ Plinio lib. 5. c. 4. *Byzacium* dicitur, nomen invenit. Illius appono verba: *Mox Africæ ipsius alia distinctio, Libyphœnices vocantur, qui Byzacium incolunt, ita appellatur regio* CCLM. *pass. circuitu fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra.* Idem auctor lib. 18. c. 10. inquit: *Misit ex eo loco* [*Byzacio*] *Divo Augusto procurator ejus ex uno grano, vix credibile dictu, quadringenta paucis minus germina, exstantque de ea re epistolæ.* Hujus regionis fertilitatem notavit etiam Varro de R R. lib. 1. c. 44. *In Syria ad Gadara, & in Africa ad Byzacium item* (*dicunt*) *ex modio nasci centum.* Ad quod alludit Silius Ital. l. 8.

——— *Seu sint Byzacia cordi*
Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis.

87 Καὶ Βυζάντιοι, οἱ ἐν Λιβύῃ, &c.] Cum sectione præcedenti memoraverit Byzantes Libyes circa Carthaginem, Libyæ gentem, nunc videtur memorare alios Libyæ populos, qui *Byzantii* dicebantur, sed hujus rei nullum profert idoneum testem; ego eosdem populos fuisse reor, qui *Byzantes* & *Byzantii* dicebantur, etsi in duas partes divisos, ut noster inquit in hujus sectionis calce.

88 Παρ' Ἡροδότῳ ὁ κακῶς διὰ τοῦ γ, Γύζαντες.] Inquit populos Byzantes perperam Gyzantes scribi apud Herodotum, apud quem lib. 4. 194. nunc Zygantes legitur. Ejus sunt verba: Τούτων ὑπὲρ Ζύγαντες ἔχουσι, οἳ τοῖσι μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαν κατεργάζονται, πολλῷ δ' ἔτι πλέον λέγεται δημιοργοὺς ἄνδρας ποιέειν. Μιλέωνται δ' ὧν παῖδες ἔτι, τὴν πιθηκοφαγέουσι, &c. i. e. *His finitimi sunt Zygantes, ubi magnam vim mellis apes conficiunt, sed multo plus opifices viri facere dicuntur. Omnes autem simio-inficiuntur, ac simiis vescuntur.*

89 Πολύβιος ὁ Βυσαλάδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις, &c.] Hæc Polybii verba corruptissima esse inquit Salmasius ὁ πάνυ (quidquid dicat Kerkoetius ille) in suis Plinianis exercitationibus in Solinum fol. 320. c. quæ sic corrigit: Πολύβιος ὁ Βυζακίδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις ἐν δωδεκάτῳ, σταδίων μὲν ὅσων πλῆθος περίμετρον διχῇλιον, τῷ δ' σχήματι περιφερῆ, τὸ ἐθνικὸν τῷ τύπῳ Βυζακίτης εἴη, νῦν δὲ Γυζακηνοὶ λέγονται τῷ δυλικῷ χαρακτῆρι. i. e. *Polybius verò Byzacida regionem esse inquit circa Syrtes in duodecimo, stadiorum quidem existentem perimetro duorum mill. figura verò circularem, gentile formâ Byzacites esset, nunc verò Gyzaceni dicuntur occidentali characterе.* Ego nondum tantum imperium in Stephanum mihi arrogavi; si liber duodecimus Polybii exstaret, poterat omnes has nebulas discutere, sed cum non exstet, sole Salmasii fruere.

90 Ἔστι δὲ διμερὴς ἡ Βυζακία, Καρχηδόνος ἐνδοτέρω.] Inquit Auctor noster sed sine auctore Byzaciam, regionem Byzantum, quorum quatuor gentilia fingit, in duas partes fuisse divisam Carthaginis interiore parte; Strabo lib. 2. unam tantum hujus nominis gentem celebrat prope Carthaginem, cui Byzacii dicuntur, Εἶτα, inquit ille, Σίντιοι, καὶ Βυζακίτης, μέχρι τῆς Καρχηδονίας. Πολλὴ δ' ἐστὶν ἡ Καρχηδονία· συνάπτουσι δ' οἱ Νομάδες αὐτῇ. i. e. *Deinde Sintas, & Byzacios, usque ad Carthaginis regionem; quæ ampla est eamque Nomades attingunt.*

91 Βυζάντιον, τὸ ἐν Θράκῃ βασίλειον, &c.] Byzantium, urbs Thraciæ, cujus descriptionem habes apud Dionem in Severo, atque apud Petrum Gyllium de Topographia Constantinopoleos. Ejus miracula enarrat Benjamin Thudelensis in suo itinerario, notiore nomine dicitur *Constantinopolis* i. e. *Constantini-urbs*, quod Constantinus magnus Imperator relicta Roma in eam Imperii sedem transtulerit propter Barbarorum incursiones, ut hinc citius eis obviam ire posset, qui *novam Romam* vocavit, sed Constantinopolis nomen invaluit. De ejus conditoribus non convenit inter scriptores, sed omnes conveniunt esse civitatum totius Europæ maximam, quam Mahumetes Amurathi filius, hujus nominis secundus, Turcorum imperator cepit anno 1453. magna Christianorum clade, & ignominia, nunc corrupto nomine à Turcis vocatur *Stambol* vel *Stampol*, antiquitus *Lygos* vocata fuit, teste Plinio lib. 4. c. 11. Cujus sunt verba: *Promontorium, Chrysoceras, in quo oppidum Byzantium liberæ conditionis, anteà* Lygos *dictum.* Hinc Burdigalensis poëta de Roma, Constantinopoli, & Carthagine Epigram. 1. canit:

Componat vestros fortuna antiqua tumores.
Ite pares tandem memores, quod numine Divûm
Angustas mutastis opes, & nomina: tu quum
Byzantina Lygos, tu Punica Byrsa fuisti:

92 Στέλλει δ' ὡς ὥκισε καὶ εἰς φρένα πάντα λαβόντα. A

93 Καὶ ἔτως ἐκτίσθη ἀπὸ Βύζαντος τοῦ Κρόεσσης, τῆς Ἰοῦς θυγατρὸς, καὶ Ποσειδῶνος. 94 Ἡ ὅτι τοῦ τόλις τῆς Βύζης ἰῶ ἠγεμών. 95 Καὶ ὅτι οἱ ἐχῖνοι αἰσθητικώτατοι τῶν ἀνέμων ἐκεῖ. 96 Μετωνομάσθη B ὑπὸ καὶ Κωνσταντινούπολις, καὶ νέα Ῥώμη. Τὸ ἐθνικὸν Κωνσταντινοπολίτης, ἄνευ τοῦ υ. Τὸ ἐθνικὸν, τοῦ Βύζας, Βυζάντιος, διὰ τοῦ ι. Τὸ ὑ κτητικὸν, διὰ διφθόγγου. Τὸ ὑ Βυζάντιος ἐθνικὸν, τετρυφές. Τὸ ὑ κτητικὸν, Βυζαντιακός. Λέγεται καὶ C Βυζαντιὰς, καὶ Βυζαντὶς. Ἔστι δὲ ὅτε τῆς χώρας Βυζάντεια, διὰ διφθόγγου. Ἀπὸ τοῦ τοῦ Βυζάντιος, Βυζαντία, Βυζαντιανὸς, καὶ Βυζαντεανὸς διὰ διφθόγγου, ὡς Ἡρακλεανός. 97 Ἔστι καὶ Βυζάντιον ἕτερον ἐν τῇ Ἰνδικῇ. D

Mittunt verò quam citissimè, & in mentem omnia capientem.

Ac sic condita fuit à Byzante filio Croëssæ Iûs filiæ, & Neptuni, vel quod classis Byzæ erat dux, & quod echini illic ventos maximè sentiunt; postea verò, & *Constantinopolis*, & *Nova Roma* vocata fuit. Gentile, Constantinopolites, sine *y* psilon. Gentile, ex Byzas, Byzantius per *jota*. Possessivum verò per diphthongum. Gentile verò Byzantius trium generum est, hujus possessiv. Byzantiacus. Dicitur etiam Byzantias, *adis*, & Byzantis, *idis*. Invenitur etiam *Byzantia* dictum de regione per diphthongum. Ex Byzantius verò, Byzantia, Byzantianus & Byzanteanus per diphthongum, ut Heracleanus. Est etiam aliud Byzantium in India.

ΒΥΖΗΡΕΣ 98, ἔθνος ἐν τῷ Πόντῳ. Ἔστι καὶ Βυζηρικὸς λιμήν.

BYZERES, populi in Ponto. Est etiam Byzericus portus.

ΒΥΛΛΙΣ 99, πόλις Ἰλλυρίδος παραθαλασσία, τῆς μὴ Νεοπτολέμῳ Μυρμιδόνων κτίσμα. Τὸ ἐθνικὸν, Βυλλιδεύς. E

BYLLIS, urbs Illyridis maritima, opus Myrmidonum, qui cum Neoptolemo. Gentile, Byllidensis.

ΒΥΜΑΖΟΣ 1, πόλις Παιόνων· Ἔφορος κβ.

BYMAZUS, urbs Pæonum. Ephorus lib. 27.

ΒΥ-

BY-

92 Στέλλει δ' ὡς, &c.] Pro Στέλλεσι.

93 Καὶ ἔτως ἐκτίσθη ἀπὸ Βύζαντος τοῦ Κρόεσσης, &c.] Byzantium conditum fuisse inquit à Byzante Byzæ regis classis maritimæ duce; Eusebius verò Chronico Canone ab ipso Byza rege Thraciæ, seu, ut nonnulli, Megarensium conditum asserit, sed melius deducitur Byzantium à Byzante, quam à Byza, ac potuit fieri ut dux Byzas jussu regis Byzæ id oppidum condiderit. Quare non multum discrepat Euseb. ab Stephano. Constantinus Porphyrog. de Them. lib. 2. c. 1. auctor est Byzantium fuisse coloniam Megarensium, & Lacedæmoniorum, & Bœotorum Græcorum antiquissimorum. Quare incolæ Doriensium lingua scitè utebantur.

94 Ἡ ὅτι τοῦ τόλις τῆς Βύζης ἰῶ ἠγεμών.] In his verbis pro τῆς Βύζης lege τοῦ Βύζα. Eusebius enim nos docet loco nota præcedenti citato Byzam fuisse regem seu Thraciæ seu Megarensium: Βυζάντιον ἐκτίσθη ὑπὸ Βύζα βασιλέως τῆς Θρᾴκης, ὡς δέ τινες, Μεγαρέων. i. e. *Byzantium conditum est à Byza rege Thraciæ, ut verò nonnulli, Megarensium.*

95 Καὶ ὅτι οἱ ἐχῖνοι αἰσθητικώτατοι, &c.] Pro καὶ ὅτι, legendum censeo ἢ ὅτι, quia præcedit alterum ἢ ὅτι. Ceterum in his verbis aliqua videntur deficere. Echini enim quòd ventos maxime sentiant, quid habent commune cum hujus urbis nomine? forsitan innuit ventos *Byzas* sic dictos ab inusitato verbo *βύσσω* seu *βύζω* i. e. *impleo*, seu *mugio*, teste Eustathio apud Hom. Odyss. 11. v. 20. Echini enim præsagiunt tempestates, ut tradit Plin. lib. 18. capite ultimo, ac sic nomen Byzantii à verbo *βύζω* potuit deduci; verum hoc est Andabatarum more pugnare. Mentem enim Stephani hac in re nisi divinando assequi non possum, & ego non sum OEdipus, nec Davus volo esse.

96 Μετωνομάσθη ὑπὸ καὶ Κωνσταντινούπολις, &c.] Byzantium mutato nomine vocatum fuit *Constantinopolis*. i. e. *Constantini-urbs*, & *nova Roma*. Vide quæ in prima parte hujus sectionis annotavimus.

97 Ἔστι καὶ Βυζάντιον ἕτερον ἐν τῇ Ἰνδικῇ.] Byzantium aliud in India memoratur, cujus meminit Arrhianus in Periplo maris Erythræi, & Βυζαντίων Τοπερὸν dicitur sed corrupte, quod ex nostro auctore & ex Ptolemæo corrigendum est; Βυζάντιον, Ἱππόκαρπα. Ptolemæus enim lib. 7. c. 1. inter Indiæ intra Gangem civitates celebrat Byzantium & Hippocura.

98 Βύζηρες, ἔθνος ἐν τῷ Πόντῳ.] Byzeres, populi in Ponto memorantur ab Strabone lib. 12. à Plinio lib. 6. c. 4. cui *Buzeri*, Scylaci *Buzeres* dicuntur. Inter gentes Ponti eos numerat Periegeta v. 765.

Φερόζεο δ' ἐκ Κόλχων καὶ Φάσιδος ἐς δύσιν ἤδη,
Εὐξείνου παρὰ χείλος, ἐπιλαδὸν ἔθνεα Πόντου,
Ἄχρι Θρηϊκίης τομάδος, τόθι Χαλκὶς ἄρουρα:
Βύζηρές τοι πρῶτα, καὶ ἀγχόθι φῦλα Βεχείρων.

Differe autem ex Colchis & Phaside ad occasum jam,
Euxini juxta labrum, turmatim gentes Ponti,
Usque ad Thracium ostium, ubi Chalcis terra:
Byzeres tibi primum, & prope gentes Bechirum.

Ad quem locum Eust. nihil de hac gente tradit. Eorum quoque meminit Apoll. Rhod. Argonautic. lib. 2. v. 398. de quibus in ejus Scholiis ne χρὴ quidem; apud poëtas Latinos memorantur inter alios à Val. Flacco lib. 5.

Mossynichi, vos & stabulis Macrones ab altis,
Byzeresque vagi, Philyraque à nomine dicta
Littora.

99 Βύλλις, πόλις Ἰλλυρίδος παραθαλασσία.] Byllis urbs, Illyridis maritima, Ptolemæo lib. 3. c. 13. *Bullis* dicitur, quia Ptolemæus plerumque τῆ πόλλα sequitur Latinos, (ut sæpe annotavimus) qui *y* psilon Græcorum in *u* mutant, sed eam inter Macedoniæ civitates locat, quia Macedonia Illyridi erat finitima: gentile Græco more Bullideus, Latino ore Bullidensis. Cæsar de bello civili lib. 3. eos quoque in Macedonia locat; *Apolloniates ad Cæsarem legatos mittunt, oppido recipiunt. Hos sequuntur Bullidenses, Amantiani, & reliquæ finitimæ civitates, totaque Epirus.* Quos Cæsar *Bullidenses*, Cic. Epist. ad Memm. & cæteros lib. 3. epist. 42. vocat *Bullhones*, ut & Plin. lib. 3. c. 23. *Apollonia quondam Corinthiorum colonia*, VII. *millia passuum à mari recedens: cujus in finibus celebre Nymphæum. Accolunt barbari Amantes & Bulliones.* Ne dubita eosdem fuisse populos Bulliones & Bullidenses, sicut & Amantiani, & Amantes, & Amantini. Namque oppidorum gentilia scriptores fingunt pro libitu, ac quia ego amo juris peritos imitari, qui erubescunt sine lege loqui, in illius rei confirmationem produco testem omni exceptione majorem Plinium, cujus adscribo verba ex ejus lib. 4. c. 10. *Othrionei & liberi Amantini atque Oreste, coloniæ Bullidensis & Dyensis.* Hoc in loco vocat *Amantinos* & *Bullidenses*, quos supra libro capiteque citato appellat *Amantes* & *Bullliones*.

1 Βύμαζος, πόλις Παιόνων. Ἔφορος κβ.] Hujus urbis nullam apud alios inveniebam memoriam, pro Ἔφορος κβ. lege Ἔφορος κζ.

2 Βυ-

ΒΥΣΝΑΙΟΙ, ἔθνος Βεβρύκων, ἀπὸ Βύσυγος βασιλέως αὐτῶν, ὑπὸ Ἴλου φονευθέντος. A

BYSNÆI, populi Bebrycûm, ſic dicti à Byſno eorum rege, ab Ilo occiſo.

ΒΥΖΟΣ [2], ἔθνος· καὶ ὀξυτόνως, ὡς Ἡρωδιανός. Λέγεται καὶ ὁ Βυθός. Τὸ μὲν τοι Βύσσος βαρυτόνως, ἀφ' οὗ καὶ Βύσσινον,

BYZUS, gens quædam, & accentu acuto, ut Herodianus. Dicitur etiam Bythus. Byſſus quidem accentu gravi notatur, à quo etiam Byſſinum.

ΒΩΔΩΝΗ, πόλις Περραιβικὴ, ὡς Ἀπολλόδωρος. Οἱ δ' ὀρθῶς, Θεσσαλίας, ἀπὸ Βωδωνέως ἥρωος. Ὁ πολίτης, Βωδωναῖος. B

BODONE, urbs Perrhæbica, ut Apollodorus; qui verò rectè, Theſſaliæ, ab heroë Bodono. Civis, Bodonæus,

ΒΩΛΑ [3], ὡς Νῶλα, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Βωλανοὶ, ὡς Νωλανοί.

BOLA, ut Nola, urbs Italiæ. Gentile, Bolani, ut Nolani.

ΒΩΛΙΓΓΑ [4], ἔθνος Ἰνδικόν. Διονύσιος ἐν τῇ Βασσαρικῶν·

Καὶ τότε δὴ Βολίγγῃσι μετ' ἀνδράσι Τέκταφος ὥρσε. C

BOLINGA, gens Indiæ. Dionyſius Baſſaricorum lib. 18.

Et tunc ſane Bolingis cum viris Tectaphus irruit.

ΒΩΜΟΙ [5], λόφοι Αἰτωλίας. Οἱ καλοικοῦντες, Βωμιεῖς. Θουκυδίδης τρίτῃ, Βωμιῆς καὶ Καλλιῆς ἐπεβοήθησαν. Ἀλλ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ Βώμιος, ὡς ἀπὸ τοῦ Χίος τὸ Χιακός. [6] Καὶ Βώμιος, ὁ τόπος τῶν θυσιῶν, ὁ πρὸς τῷ ἐχάραν διάφορος. Ὁ μὲν γὰρ οἰκοδομητὸς, ἢ ὀρυκτή. Τὸ τοπικὸν, Βώμιος· καὶ κατὰ παραγωγὴν, Βωμιαῖος. Σοφοκλῆς αἰχμαλωτίσι· D

BOMI, colles Ætoliæ. Incolæ, Bomienſes. Thucydides lib. 3. *Bomienſes & Callienſes auxiliati ſunt*; ſed eſt à Bomius, ut à Cheſius, Cheſienſis. Dicitur etiam Βώμιος, locus ſacrificiorum, à foco diverſus. Ille enim ædificatus, hic verò foſſus. Locale, Bomius, *i. e.* Altareus; ac paragogicè, Bomiæus. Sophocles captivis:

Καὶ Βομιαῖον ἐχάρας λαβών. —

Et Bomiæum foci capiens —

ΒΩΝΧΙΣ, πόλις Αἰθιοπίας, πρὸς τῷ τρίτῳ καταῤῥάκτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Βωγχίτης, ὡς Μεμφίτης. F

BONCHIS, urbs Æthiopiæ juxta tertium catarrhacten. Gentile, Bonchites, ut Memphites.

ΒΩΤΑΧΙΔΑΙ [7], τόπος Ἀρκαδίας, ἀπὸ Βωτάχου Νικόλαος ε. Ἰοκρίτου δὲ τοῦ Λυκέργου Βώταχος, ἀφ' οὗ ὁ τόπος Βωταχίδαι ἐν τῇ Τεγέᾳ ἐκλήθη.

BOTACHIDÆ, locus Arcadiæ, à Botacho, Nicolaus 5. *Iocriti verò filii Lycurgi Botachus, à quo locus Botachidæ in Tegea fuit vocatus.*

ΓΑ- GA-

2 Βυζες, ἔθνος.] Inquit Auctor noſter τὸ βυσὸς cum accentu in ultima eſſe gentem, ſed cujus regionis ſilentio præterit, ego verò hujus gentis nullam apud alios invenio noticiam: τὸ βύσσος autem cum accentu in penultima eſt lini genus, à quo βύσσινον dicitur, quod ex eo factum eſt, ſed apud Heſychium ſignificat etiam πορφυροῦν, & βύσσινα, πορφυρᾶ· at βυσσὸς per duplex σ accentu in ultima Ionice ſignificat profunditatem, à quo fit ἄβυσσος. i. e. *abyſſus.* i. e. *fundo-carens.*

3 Βῶλα, ὡς Νῶλα, πόλις Ἰταλίας.] Bola, urbs Italiæ, ſcilicet Æquorum in Latio celebratur à poëta nunquam ſatis laudato Æneid. lib. 6.

Hi Collatinas imponent montibus arces
Pometios, caſtrumque Inui, Bolamque, Coramque.

Apud proſæ ſcriptores ſemper num. plur. dicuntur Bolæ, Livius lib. 6. *Victor Camillus ex Volſcis in Æquos tranſit, & ipſos bellum molientes, exercitum eorum, & Bolas oppreſſit, nec caſtra modo, ſed urbem etiam aggreſſus, impetu primo cepit.* Dionyſius Halicarn. Antiquit. Roman. lib. 8. Βωλανῶν πόλιν. i. e. *Bolanorum urbem* eam vocat, Ὃν στρατηγὸς ἀπῆγε τὴν δύναμιν ἐπὶ Βωλανῶν πόλιν. i. e. *Imperator* [*M. Coriolanus*] *copias hinc duxit ad Bolanorum urbem.* Hoc oppidum Plin. lib. 3. c. 5. inter ea numerat, quæ jam ſuo ævo ſine veſtigiis interierant.

4 Βώλιγγα, ἔθνος Ἰνδικὸν, &c.] Pro Βώλιγγα, lege Βώλιγγαι. Nomina enim gentium, plur. num. proferuntur. Fuere autem, populi Indici, quos Ptolemæus lib. 7. c. 1. locat in India ad partem orientalem Vindii montis. Memorantur etiam Plin. lib. 6. c. 20. *Hinc deinde accolunt Indum adverſum evidenti demonſtratione Amatæ, Bolingæ, &c.*

5 Βωμοὶ, λόφοι Αἰτωλίας, οἱ καλοικοῦντες, Βωμιεῖς.] Bomi, colles Ætoliæ, qui eos habitabant, dicebantur Βωμιεῖς, quod probat ex Thucydidis lib. 3. cujus profert verba, quæ integra adſcribo: Τὰς δὴ Αἰτωλὰς οὐκ ἐλάνθανεν οὔτε ἡ προσκοδομὴ, ἅτε ὄντε τοῦ πρώτου ἐπιβουλεύσαντος, ἐπειδή τε ὁ στρατὸς ἐσεβεβλήκει, πολλῇ χειρὶ ἐπεβοήθων πάντες· ὥστε καὶ οἱ ἐχάλεσε Ὀφιονέων οἱ πρὸς τὸν Μηλιακὸν κόλπον καθήκοντες, Βωμιῆς καὶ Καλλιῆς, ἐβοήθησαν. h. e. *Ætolos verò hic apparatus non latuit, neque cum primùm* [*à Demoſthene de Ætolis invadendis*] *conſilium inibatur: & poſtquam* [*ejus exercitus* [*in Ætoliam*] *irrupit, omnes* [*Ætoli*] *ingenti manu ei obviam iverunt, adeo ut & illi, qui Ophionenſium ſunt extremi & ad Meliacum ſinum pertingunt, Bomienſes, & Callienſes opem* [*ſuis*] *tulerint.*

6 Καὶ βώμιος, ὁ τόπος τῶν θυσιῶν, &c.] Pro βώμιος lege βωμός. Infra enim ponit locale βώμιος, nunc verò agit accipitur pro ara. Unde proverbium: ἄγνωστοι οἱ βωμοὶ τοῖς δύσχεσι. i. e. *ignotæ felicibus aræ.* Quoniam homines in calamitatibus frequentius templa frequentant. Hinc Lucretius lib. 3.

— *Multoque in rebus acerbis*
Acrius advertunt animos ad religionem.

7 Βωταχίδαι, τόπος Ἀρκαδίας, &c.] Botachidæ, locus, id eſt populus Arcadiæ memoratur ab Auctore noſtro, qui Pauſaniæ in Arcadicis dicitur Πολιχίδαι, ac inter Tegeatarum antiquos populos numeratur.

Γ.

Γάβα[1], πόλις Γαλιλαίας· Ἰώσηπος πέμπτῃ Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.[2] Τὸ ἐθνικὸν Γαβλωΐτης, ὡς αὐτὸς Ἰώσηπος.

Γαβαθὼ[3], πόλις Γαλιλαίας, ὡς Ἰώσηπος ἕκτῳ Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν Γαβαθηνός, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

Γάβαλα[4], πόλις Φοινίκης, ἣν Ἑκαταῖος θηλυκῶς φησιν.[5] Ὁ δὲ Στράβων, Συρίας, πλησίον Λαοδικείας. Οἱ οἰκήτωρ, Γαβαλίτης, καὶ θηλυκὸν, ἡ Γαβαλῖτις· ἀλλὰ καὶ Γαβαλδὴς, ὡς Μεγαρδής.[6] Ἔστι καὶ χώρα Ἀραβίας, καὶ λέγεται ἡ πρώτη συλλαβὴ διὰ τοῦ ε, Γέβαλα· καὶ τὸ ε-

G.

GABA, urbs Galilææ; Joſeph. lib. 5. Judaïcæ Antiquitatis. Gentile, Gabenus, ut idem Joſephus.

GABATHE, urbs Galilææ, ut Joſephus lib. 6. Judaïcæ Antiquitatis. Gentile, Gabathenus, regionis forma.

GABALA, urbs Phœniciæ, quam Hecatæus fœminino genere nominat. Strabo verò, Syriæ, prope Laodiceam. Incola, Gabalites, & fœmininum, Gabalitis. Dicitur etiam Gabalenſis, ut Megarenſis. Eſt & regio Arabiæ, cujus prima ſyllaba per *e* etiam pro-

1 Γάβα, πόλις Γαλιλείας.] Gaba, urbs Galilææ ex Joſephi Antiquit. lib. 5. memoratur, cui libro citato c. 2. dicitur eſſe civitas tribus Benjaminitidis in qua nefarium illud ſcelus ante Regum tempora in uxorem Levitæ patratum eſt, propter quod univerſa tribus Benjaminitis pene à reliquis ad internecionem uſque deleta eſt, ut claret ex eodem Joſepho, atque ex libro Judicum c. 19. ubi גבעה *Gibbah* dicitur. Perperam apud Stephanum notatur cum accentu in penultima, cum apud Joſephum notetur cum accentu circumflexo in ultima. Ejus ſunt verba ex libro capiteque citato: Παρῆλθε εἰς Γαβᾶν, φυλῆς τῆς Βενιαμίτιδος, ἤδη ὀψίας ὥρας. Καὶ μηδενὸς ἐπὶ ξενίαν τὸν κύριον αὐτὸν προσκαλεῖται, πρεσβύτης ἐξ ἀγροῦ καλῶν, τῆς μὲν Ἐφραμίτιδος φυλῆς ὤν, οἰκῶν δὲ τῇ Γαβᾶ διατρίβοντος, συνυγχάνων αὐτῷ, τίς τε ὢν ἥρετο, &c. i. e. *Pervenit in urbem Gabam, tribus Benjamitidis, jam veſpere, cumque in foro inveniret neminem, qui ſe invitaret ad hoſpitium, ſenex quidam è rure rediens, Ephramitidis tribus, Gabæ verò habitans, ipſi occurens quiſnam ſit, interrogat, &c.* Septuaginta ſenes nomen hujus urbis vertunt Γαβαὰ *Gabaa*, ex quo Joſephus fecit Γαβᾶ, ut ex Ἀθλωαὶν fit Ἀθλωᾶ. Alia etiam fuit civitas hujus nominis, quæ pertinebat ad tribum Iehudah, cujus fit mentio Joſue cap. 15. v. 57. quæ ſeptuaginta interpretibus eodem modo dicitur Γαβαά.

2 Τὸ ἐθνικὸν Γαβλωΐτης, ὡς αὐτὸς Ἰώσηπος.] Pro Γαβλωΐτης lege Γαβαλωΐτης. Oppidani enim hujus urbis ſæpe à Joſepho vocantur *Gabaëni*, non *Gabeni*. Ejus ſunt ex libro, capiteque citatis verba: Οἱ δὲ Γαβαλωῖται, ἅτε νεανίσκους ἐξέδοσαν, καὶ δεινὸν ἀλλοτρίοις ὑπακούειν προστάγμασι ἡγοῦντο πολέμου φόβου, &c. i. e. *Gabaëni verò nec juvenes dederunt, & grave exiſtimabant alienis juſſis parere belli timore, &c.*

3 Γαβάθη, πόλις Γαλιλαίας.] *Gabathe*, urbs Galilææ ex Joſephi lib. 6. Judaïcæ antiquitatis, memoratur Joſepho libro citato capite 5. Σαοὺλ δὲ ἀπερχομένῳ εἰς Γαβαθὼ, ἐξ ἧς ὑπῆρχε, συνήρχοντο πολλοὶ μὲν ἀγαθοὶ τῶν προσηκόντων βασιλεῖ τιμῶν νέμοντες. i. e. *Saulum verò in* [civitatem] *Gabathen, ex qua erat, redeuntem multi boni* [viri] *comitabantur debitum officium & honorem præſtantes.* Idem auctor eodem libro capiteque utitur hujus urbis nomine neutro plurali: Ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἐλθὼν εἰς Γαβαθά. i. e. *Indeque progeſſus ad urbem Gabatha.* Nomen ſignificat Hebraïce *Collem*, quod etiam teſtatur Joſeph. libro citato c. 9. Εἰς τὸ βασίλειον ἀναβαίνῃ Γαβά· σημαίνῃ δὲ βουνὸν ἑρμηνευόμενον τὸ ὄνομα. *Ad regiam Gaba aſcendit, quod nomen* collem *ſignificat.* Unde ſeptuaginta ſenes Sam. lib. 1. c. 11. v. 4. vertunt: Καὶ ἦλθον οἱ ἄγγελοι εἰς τὸ βουνὸν πρὸς Σαούλ. i. e. *& venerunt nuncii ad collem Saulis.* Pro quibus in textu Hebraïco ſunt hæc: ויבאו המלאכים גבעת שאול i. e. *Et venerunt nuncii Gibbath Saul.* Quam Auctor noſter diverſam à præcedenti Gaba facit, cum fuerit una eademque Civitas, etſi à Joſepho libro nota præcedenti citato vocatur *Gaba*; ac lib. 6. c. 5. ſupra citato appellatur *Gabathe.* Id nominis formavit Joſephus ex Hebræo גבעתה *Gibbathah.* i. e. *in civitatem-Gibbah.* Illud enim *thah* additum nominibus propriis finitis in *hah* in lingua ſancta ſignificat motum ad locum, quod lippis & tonſoribus, ut ajunt, notum eſt, niſi ſint valdè hoſpites in hac lingua; Samuelis lib. 1. c. 10. v. 26. dicitur *iviſſe Saul in domum ſuam* גבעתה *Gibbathah.* i. e. *in civitatem Gibbah*, quæ civitas pertinebat ad tribum Benjaminitidem, ut patet Joſue c. 18. v. 24. ubi גבע *Gabah* dicitur, & ſeptuaginta ſenibus Γαβαὰ, ejuſdem Sam. lib. 1. c. 11. v. 4. dicitur גבעת שאול *Gibath Saul:* unde quoque eidem Joſepho de bello Judaïco lib. 6. c. 2. juxta verſionem Latinam dicitur Γαβαθσαοὺλ, *Gabath Saul.* Tres præcipue res hanc urbem celebrem reddiderunt, nempe *Saul* primus Hebræorum rex, cujus fuit patria; *Eleazari* Summi Pontificis *Sepulchrum*, teſte Joſepho Antiquit. lib. 5. c. 1. & *Sophoniæ* prophetæ, auctore Gerſone libro Genealogiæ juſtorum.

4 Γάβαλα, πόλις Φοινίκης.] Gabala, urbs Phœniciæ, cujus nomen Hecatæus fœm. gen. uſurpavit, quoniam omnia hujuſmodi oppidorum nomina pro libitu & neut. plur. & fœm. ſing. ut ſæpe ſæpius annotavimus, uſurpantur. Aliqui dicunt eſſe, quæ Hebraïcè dicitur גבל *Gebal*, ac Ezech. c. 27. v. 8. memoratur, ubi 70 Senes pro וקני גבל *zicne Gebal* vertunt, *Senes Bibliorum*, juxta quorum ſententiam *Gebal* fuit eadem, quæ *Biblos*, ſeu *Byblos*, utroque enim modo ſcribitur, de qua ſuo loco egimus. Brochardus deſcriptione terræ Sanctæ c. 2. aſſerit à nautis Italis *Gibelet* vocari; fuere autem hujus urbis incolæ architecturæ periti, utpote qui inter Selomonici templi ſtructores numerati fuerint Regum lib. 1. c. 5. v. 18. Neſcio qua auctoritate fretus ſcribit Scaliger in ſuis eruditis in Euſeb. animadverſ. ad N. 2242. Heliogabalum illum ſpurciſſimum Roman. imperatorem ex hac urbe fuiſſe.

5 Ὁ δὲ Στράβων, Συρίας, πλησίον Λαοδικείας.] Strabo Gabalam, urbem Phœniciæ, Syriæ adſcribit. Ejus ſunt ex lib. 16. quæ ſequuntur verba: Ὁ δὲ παραπλοῦς ὁ λοιπὸς ἀπὸ τῆς Λαοδικείας ἐστὶ τοιοῦτος. Τῇ μὲν Λαοδικείᾳ πλησιάζει πολίχνια, τό τε Ποσείδιον, καὶ τὸ Ἡράκλειον, καὶ τὰ Γάβαλα. id eſt. *Reliquum litus à Laodicea ita ſe habet. Laodiceæ enim propinqua ſunt oppidula, Poſidium, Heraclium, & Gabala.*

6 Ἔστι καὶ χώρα Ἀραβίας, &c.] Inquit noſter auctor ſed ſine auctore Gabalam eſſe quoque Arabiæ regionem, quæ *Gebala* dicitur, per *e* in prima, cui ſuo loco dicitur eſſe *tertiæ Paleſtinæ.* Sic enim noſter *Arabiam Petræam* amat vocare, ut alibi annotavimus.

7 Γά-

τὸ ἐθνικὸν Γεβαλλιώτης, ὡς Δαβηνός, Ἀδρηνὸς, A profertur, Gebala. Gentile, Gebalenus, ut
τῷ τύπῳ τῶν ἐγχωρίων. Dabenus, Adrenus, incolarum forma.

ΓΑΒΑΟΥΠΟΛΙΣ [7], πόλις τῆς Γαλιλαίας. Τὸ ἐθνικὸν, Γαβαωπολίτης. Ἰώσηπος ἔκ τε Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας· [8] Σαοὺλ δὲ εἰς Γαβαὼπολιν ἔχων ἦκε. B

GABAOPOLIS, urbs Galilææ. Gentile, Gabaopolites. Joſephus lib. 6. Antiquitatis Judaïcæ: *Saulus verò in Gabaopolim habens venit.*

ΓΑΒΒΑ [9], πόλις Συρίας, [10] ἧς τὸ ἐθνικὸν Γαβλιώτης, ὡς Παυσανίας φησί.

GABBA, urbs Syriæ, cujus gentile, Gabenus, ut Pauſanias inquit.

ΓΑΒΙΟΙ [11], πόλις Λατίνων. Τὸ ἐθνικὸν, Γαβίτης. Δωρεὰν καὶ Γαβίους, ὡς Διονύσιος ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας ἀμφοτέρως. C

GABII, urbs Latinorum. Gentile, Gabitæ. Poteſt etiam eſſe Gabii, ut Dionyſius lib. 4. Romanæ Hiſtoriæ utriſque uſus eſt.

ΓΑΓΑΙ [12], πόλις Λυκίας, ἣν καὶ παλαιὸν τεῖχος καὶ χώραν φησὶν Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῃ Λυκιακῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Γαγαῖος.

GAGÆ, urbs Licyæ, quam antiquum murum, & regionem inquit Alexander Lyciacorum primo. Gentile, Gagæus.

ΓΑΓΓΡΑ [13], πόλις Παφλαγονίας, ἣν Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Παφλαγονίας ἀναγεγράφηκε, λέγων ὅτως, ὅτι Νικόστρατός φησιν αἰπόλον νέμειν περὶ τὰς τάφρους αἶγας. Μίαν δὲ χωριζομένην, ἀπορῶν ὁ αἰπόλος ὅτι ἐν μιᾷ τῷ οἴκῳ ἐνδεὴς ηὗρεν, ἐπὶ τὴν νομὴν ἦν πλήρη, ὁμολογοῦντα τῷ δεσπότῃ. Ὃς δ' ἔφη, ἐπληρῆσαι τὴν χωρὶς ζο- D

GANGRA, urbs fœmin. genere, de cujus nomine Alexander in de Paphlagonia ſcribit, ſic dicens, quod Nicoſtratus refert caprarium quemdam paſcere circa quædam loca capras; unam verò ſeparatam, cum dubius eſſet caprarius, quod eam domi invenit mirorem habentem uterum; in paſcuis verò ple- E

7 Γαβαώπολις, πόλις τῆς Γαλιλαίας.] Gabaopolis, Galilææ urbs ex Joſephi lib. 6 Judaïcæ antiquitatis, cujus affert verba, Hebraïce dicitur גבעון *Gibbon*, Samuel lib. 2. c. 20. v. 8. ubi 70 Senes vertunt Γαβαών, ut & Joſephus; fuit urbs ſeu pagus quadraginta tantum ſtadiis ab Hieroſolymis diſtans, juxta quam Joab Davidis dux Amaſam ejuſdem quoque regis ducem invidia & dolo nihil tale cogitantem occidit; circa hanc urbem etiam refert hiſtoria ſacra Solem & Lunam juſſu Joſuæ curſum ſuum repreſſiſſe, ac diem illum ſolito majorem fuiſſe. Incolæ dicebantur *Gabaonitæ*, qui aſtu fœdus cum Joſua percuſſerunt, quo detecto, tamen fœdus adimpletum, ipſi in poſterum *Nathinæi* dicti ſunt, quod ſervati fuerint, ut tabernaculo ſervilia miniſteria præſtarent. Non ſic hodierni Reges fœdera obſervant.

8 Σαοὺλ δὲ εἰς Γαβαὼπολιν ἔχων ἦκε.] Sunt verba Joſephi mutila, & corrupta, quæ apud eum lib. 6. c. 7. ſic leguntur: Σαοὺλ δὲ εἰς Γαβαὼν πόλιν ἔχων ἐξακοσίους μεθ' ἑαυτοῦ μόνον ἦκε σὺν Ἰωνάθῃ τῷ παιδί. i. e. *Saulus verò habens ſecum tantum ſexcentos* [milites] *venit in Gabaon urbem cum Jonatha filio.*

9 Γάββα, πόλις Συρίας.] Memoratur Plinio lib. 12. c. 17. *His commerciis Carras oppidum aperuere, quod eſt illis mundinarum, inde Gabbam omnes petere ſolebant dierum XX itinere, & Palæſtinam Syriam.* Palæſtinam Syriam vocant ſcriptores Judæam: Ptolemæus lib. 5. c. 16. Παλαιστίνης Συρίας, ἥτις καὶ Ἰουδαία καλεῖται, θέσις. i. e. *Palæſtinæ Syriæ, quæ & Judæa vocatur, ſitus.*

10 Ἧς τὸ ἐθνικὸν, Γαβλιώτης, ὡς Παυσανίας φησί.] Urbis Syriæ Gabbæ gentile inquit ex Pauſania eſſe Gabenus; at Pauſanias non meminit Gabenorum, ſed Gabalorum. Inquit enim lib. 2. Dotonis ἐν Γαβάλοις fuiſſe templum ſanctum; oppidani *Gabbæ* dicuntur, ab Strabone lib. 16. *Gabæi*: Γαβαῖοι δ' εἰς τὴν Χαλκιδικὴν τὴν ὑπὲρ Ἐμέσης ἡμέρας ἀφικνοῦνται. i. e. *Gabæi verò in Chatramotitin regionem quadraginta diebus perveniunt.* Ubi non bene interpres Latinus transfert τὰ ἀφικνοῦνται *proficiſcuntur*, pro *perveniunt*, nec bene Caſaub. loco Strabonis citato pro Γαβαῖοι, ſubſtituit Γερραῖοι, ut & alii Γαζαῖοι. Illa enim lectio Γ Γαβαῖοι non eſt ſollicitanda, quoniam ex noſtro auctore & ex Plinii loco nota præcedenti citato apparet, Gabbam fuiſſe Syriæ urbem.

11 Γάβιοι, πόλις Λατίνων.] Gabii, urbs Latinorum memoratur Dionyſio Antiquitatis Romanæ lib. 4. Πόλις ἦν Γ Λατίνων γένους, Ἀλβάνων ἀποικίας, &c. i. e. *Urbs erat Latinorum gentis, Albanorum colonia, centum ſtadiis à Roma diſtans, via Præneſtina*, Gabios *hanc vocant.* Poëta etiam nullius artis expers eam celebrat Æneid. lib. 6. v. 772.

At, qui umbrata gerunt civili tempora quercu,
Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemque Fidenam
Hi Collatinas imponent montibus arces.

In hanc urbem Sextus Tarquinius dolo receptus, cum nuncium ad patrem miſiſſet ſciſcitatum, *Quidnam ſe facere vellet?* nuncio Tarquinius rex nihil voce reſpondit, at in horto papaverum capita decutiebat; quod cum nuncius retuliſſet, intelligens Sex. Tarquin. quid pater in illis vellet ſignificare, primores civitatis interemit, & ſic civitatem patri in manum tradidit, ut refert Liv. lib. 1. c. 54. In hac urbe educatos fuiſſe Romulum & Remum referunt Plutarchus in Romulo, Dionyſ. Halicarnaſſenſis lib. 1. & noſter in Τάβιοι. Sic hæc eadem urbs ab eo per incuriam vocatur. Deceptus enim fuit ſimilitudine literarum Γ & Τ. quæ cum olim fuerit potentiſſima prorſus interiit. De ea videſis plura apud Leandrum Albertum & Cluverium in Italia antiqua.

12 Γάγαι, πόλις Λυκίας.] Gagæ, urbs Lyciæ celebratur ab Scylace inter Lyciæ oppida, apud quem perperam legitur Λιγαῖα πόλεις pro Γάγαι πόλις. Sic enim ex noſtro auctore legendum eſſe reor. Ejus etiam fecit mentionem Plin. lib. 5. c. 27. Sed num. ſingulari, quod non ſolum poëtæ, ſed etiam ſolutæ orationis ſcriptores amant facere. Apud hanc urbem reperiri lapidem Gangitin inquit Cœl. Rhodig. lectionum Antiquarum lib. 13. c. 20. qui Plinio lib. 10. c. 3. & lib. 36. c. 19. dicitur Gagates: *Gagates lapis nomen habet loci & amnis Gagis Lyciæ.*

13 Γάγγρα, πόλις Παφλαγονίας.] Gangra, urbs Paphlagoniæ, non ſolum fœm. ſing. ſed etiam neut. plu. ut & omnia oppidorum nomina finita in α, memoratur Straboni lib. 12. Ὑστάτου δὲ τῶν Παφλαγονίας ἦρξε Δηιόταρος Καστόρος υἱὸς ὁ προσαγορευθεὶς Φιλάδελφος, τὸ Μορζέως βασίλειον ἔχων καὶ Γάγγρα, πολισμάτιον ἅμα καὶ φρούριον. i. e. *Ultimus Paphlagoniæ rex fuit Dejotarus Caſtoris filius, cognomento* Philadelphus, *Morzeis regiam habens, & Gangra oppidulum ſimul & caſtellum.* Nomen hujus urbis deducit auctor noſter à nomine cujuſdam capræ, quæ ſic vocabatur, etſi alii exiſtimarunt *gangram* Paphlagonum & Henotorum lingua quamvis *capram* vocari, unde *gangræna* morbus proxima quæque inſtar capræ depaſcens. Philipp. Ferr. Alexandrinus in ſuo Lexico Geographico auctor eſt Gangram eſſe urbem Archiepiſcopalem & metropolim Paphlagoniæ, ac à Turcis *Kiengara* dici; in concilio Epheſino *Theodoſia Gangrorum* dicitur, in qua Conſtantini tempore celebrata fuit *Synodus*, ideo *Gangrenſis* dicta, ut refertur in Chronico Carionis. Mala hujus urbis comparat Athenæus Dipnoſoph. lib. 3. cum Mattianis malis, quæ Romæ ſuo tempore vendebantur.

14 Γά-

ελζομένῳ, ἐπιληρήσας ἔν, εἶδεν ὅτι πινα ὑψηλὸν ὄχθον ἀναβαίνουσαν, καὶ τοῦ πινα βάτου παρδομένῳ, καὶ κάτωθεν ἐρύφων βληχῶ ἤκουσεν· ἐκεῖ συμβέβηκεν ἐντελοκέναι τὴν αἶγα. Ἰδὼν ἔν ἐπιτήδειον τόπον, πόλιν ἔκτισε, καὶ Γάγγραν ὠνόμασεν, ὅτι τοῦτο ἦν ὄνομα τῇ αἰγί. Ἐραστοσθένης ἢ ἀδελφὸς τὸ Γάγγρα φησι, καὶ Ἀθήναιος ἐν δειπνοσοφιστῶν τετάρτῳ ἄνω. Τὸ ἐθνικὸν Γαγγρηνὸς, ὡς Βοστρηνός. Ἔστι καὶ Ἀραβίας τῆς εὐδαίμονος Γάγγρα· τὸ ἐθνικὸν δεῖ Γαγγραῖοι, ὡς Σαβαῖοι. Δυνατὸν δὲ καὶ ἀμφοτέρων ἀμφότερα, ὡς Ἔδεσσα Ἐδεσσαῖος καὶ Ἐδεσσηνὸς, τῷ τῆς χώρας καὶ τῆς τέχνης.

ΓΑΔΑΡΑ[14], πόλις κοίλης Συρίας, ἥτις καὶ Ἀντιόχεια καὶ Σελεύκεια ἐκλήθη. Τὸ ἐθνικὸν, Γαδαρεύς. Καὶ Γαδαρὶς, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ χώρα. [15] Ἐντεῦθεν ἦν Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος. Ἔστι καὶ Γάδαρα κώμη Μακεδονίας.

ΓΑΔΔΑ[16], χωρίον Ἀραβίας. Γλαῦκος πεντέκτῃ. Καὶ θηλυκῶς, καὶ ἀδελφῶς. Τὸ ἐθνικὸν, Γαδδηνός.

ΓΑΔΕΙΡΑ[17], πόλις καὶ νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ,

plenam, id hero confessus est, qui jussit; ut observaret separatam capram, quod cum faceret, vidit eam in ripam quandam altam adscendentem, & ad quendam rubum euntem & ab inferiore parte hœdorum balatus audivit. Illic enim acciderat peperisse capram. Videns igitur locum aptum, urbem condidit, atque *Gangram* nominavit. Hoc enim erat nomen capræ. Eratosth. verò neut. gen. Gangra inquit, & Athenæus dipnosophistarum tertio eodem modo. Gentile, Gangrenus, ut Bostrenus. Est & Arabiæ felicis Gangra. Gentile debet esse Gangræi, ut Sabæi. Potest verò & utriusque, utrumque esse, ut Edessa, Edessæus, & Edessenus, & regionis & artis forma consueta.

GADARA, urbs Cœlesyriæ, quæ *Antiochia*, & *Seleucia* vocata fuit. Gentile, Gadareus, & Gadaris, fœmina & regio. Hinc erat *Menippus* serioridiculus. Est & Gadara vicus Macedoniæ.

GADDA, oppidum Arabiæ. Glaucus lib. 4. Et fœmin. & neutro genere. Gentile, Gaddenus.

GADIRA, urbs, & insula in Oceano,

angu-

14 Γάδαρα, πόλις κοίλης Συρίας, &c.] Gadara, urbs Cœle-Syriæ. i. e. *Cavæ Syriæ*, memoratur Plinio lib. 5. c. 18. Perperam apud Ptolemæum lib. 5. c. 15. scribitur Γάδωρα pro Γάδαρα, cui etiam inter Cœlesyriæ urbes locatur. Straboni lib. 16. non solum Gadara neut. plur. sed etiam Gadaris fœm. dicitur: Ἐν ᾗ τῷ μεταξὺ, καὶ ἡ Γαδαρὶς ἐστι, ὃν καὶ αὐτὸν ἐξιδιάσαντο οἱ Ἰουδαῖοι. Εἶτ' Ἄζωτος, καὶ Ἀσκάλων. i. e. *Interjacet verò Gadaris, quam ipsam quoque Judæi suam fecerunt; postea Azotus & Ascalon.* Eam quoque celebrat Joseph. de Bello Judaico lib. 1. c. 5. Ἀνακτίζει ὁ καὶ Γάδαρα, ὑπὸ Ἰουδαίων κωλυσαμένῳ Γαδαρέιτη τινὶ τῶν ἰδίων ἀπελευθέρων Δημητρίῳ χαριζόμενος. *Instauravit verò* [Pompeius] *& Gadaram ab Judæis subversam, in gratiam cujusdam ex libertis suis Demetrii Gadaritæ.*

15 Ἐντεῦθεν ἦν Μένιππος, &c.] Hæc integra sic habentur apud Strabonem lib. 16. Ἐντεῦθεν ἦν Ἀντίοχος ὁ φιλόσοφος, μικρὸν πρὸ ἡμῶν γεγονώς. Ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος γεγονὼς, καὶ Μελέαγρος, καὶ Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος, καὶ Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς ῥήτωρ. id est: *Hinc erat Antiochus philosophus, qui nos paululum ætate antecessit. Ex Gadaris verò Philodemus Epicureus, & Meleager, & Menippus serioridiculus & Theodorus orator nostra ætate.* Hinc debellanda sunt illa verborum monstra quæ leguntur in Dictionario Historico & Geographico C. Stephani: *Gadetes, civitas Syriæ, non longe ab Scalone, ex qua Theo Rhetoricæ præceptor, qui Strabonis ætate floruit*, Gadarenus *dictus est*; sic restituenda sunt: Gadaris, civitas Syriæ non longe ab Scalone, ex qua Theodorus rhetor seu orator, qui Strabonis ætate floruit, *Gadarenus* dictus est. Miror id non animadvertisse eruditissimum virum Nicolaum Lloydium, qui illud Dictionarium auxit & illustravit, sed ego non indignor;

Quandoque bonus dormitat Homerus.

16 Γάδδα, χωρίον Ἀραβίας.] Gadda, regio seu locus, seu oppidum Arabiæ. Hæc enim tria significat τὸ χωρίον; Hebraice dicitur גד *Gad*. Duas hujus nominis urbes celebrat Benjamin Thudelensis in suo Itinerario, altera distabat ab Acco tribus parasangis, in maris litore condita, cui ex altero latere imminebat mons Carmelus, ac ejus ætate *Niphas* dicebatur, altera distabat ab oppido Capernahum sex parasangis, quæ ejus ætate vocabatur *Cæsarea* antiquitus *Gad Palæstinorum*, priorem esse existimo de qua loquitur noster. Nam Judæa erat Arabiæ finitima, & frequenter auctores confundunt regionum confinia.

17 Γάδειρα, πόλις καὶ νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ.] Gadira, urbs & insula in Oceano Hispanico celebertima, veteris orbis terminus, Latini *Gades*, Hispani parum corrupto nomine *Cadiz* appellant urbem; & insulam varia antiquitus fertur habuisse nomina, *Erythria*, *Aphrodisias*, *Junonia*, *Tartessus*, *Cotinussa* ἀπὸ τῶν κοτίνων. i. e. *ab oleastris*, quibus abundabat, utrum verò fuerit una tantum urbs & insula ut nunc est, necne; haud facile affirmari potest. Etiam Strabo lib. 3. Scylax in Περίπλῳ, Plinius lib. 4. c. 22. duas insulas fuisse ajunt. Pro omnibus loquatur Plin. libro capiteque citato: *In ipso verò capite Bæticæ, ab ostio freti pass.* LXXV. *mil. Gadis longa (ut Polybius scribit)* XII. *mil. lata* III. *mil. pass. Abest à continente proxima parte minus passus* CC. *reliqua plus septem* M. *Ipsius spatium* XV. M. *pass. est. Habet oppidum civium Romanorum, quod appellatur* Augusta urbs Julia Gaditana. *Ab eo latere, quo Hispaniam spectat, passibus fere centum, altera insula est longa* III. M. *pass. lata, in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro & Philistide*, Erythria, *à Timæo & Sileno* Aphrodisias, *ab indigenis* Junonis; *majorem Timæus* Cotinusam *apud eos vocatam ait: nostri* Tartessον *appellant, Pœni* Gadir, *ita Punica lingua septem* [lege septum] *significante.* Erythria *dicta est, quoniam Tyrii ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur. In hac Geryones habitasse à quibusdam existimatur, cujus armenta Hercules abduxerit. Sunt qui aliam esse eam, & contra Lysitaniam arbitrentur, eodemque nomine quondam ibi appellatam.* Hodie tantum extat una insula & in ea urbs, quare alteram à mari absorptam fuisse nullus dubito; antiquitus à continente septingentis passibus distabat, nunc ponte cum continente jungitur, apud ejus incolas olim in præcipuo cultu fuit *Hercules Phœnicius*, seu *Tyrius*, cujus erat celeberrimum templum; ei pretium addebant variæ sculpturæ, & donaria inter quæ erant duodecim Herculis labores, & oliva aurea cum baccis smaragdinis, sed nulla simulachra, ut Sil. Italicus canit lib. 3.

Sed nullæ effigies, simulachraque nota Deorum
Majestate locum, & sacro implevere timore
In foribus labor Alcidæ. —

Hoc in templo Alexandri Magni imaginem conspexisse Cæsarem, ad quam ferunt illacrymasse, refert Suetonius in ejus vita. Ex Gadibus fuit L. Corn. Balbus, pro quo exstat Ciceronis oratio, qui primus de Garamantibus triumphavit, ut refert Plin. lib. 5. c. 5. qui etiam à plebe Romæ consul factus fuit. Divitiis & magnificentia adeò suæ ætatis homines superavit, ut moriens Romanis per singula capita vicenos quinos denarios reliquerit, teste Dione lib. 48. Domitia

κεαν῀, στενὴ καὶ σπιμήκης [18] ὥσπ ταινία τῆς γῆς δειρά. Ε῾ραλοσθένης δ᾽· ἡ Γάδειρα φησι, θηλυκῶς. Ὁ πολίτης, Γαδειρεύς· ἕτω γὰρ τὰ πένθ᾽ βιβλία ἐπιγέγραπται τῶν Πυθαγορικῶν σχολῶν Μοδεράτε Γαδειρέως. Λέγεται καὶ Γαδειρίτης, ὡς Α῾λέξανδρος ὁ πολυΐστωρ. Λέγεται καὶ Γαδειραῖος, ὡς ἀπὸ τῆς Γάδειρα θηλυκῆς καὶ Γαδειρανοί. Καὶ κτητικὸν, Γαδειρικός. Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ·

Πότερ᾽ ἰῶ τὸ πάρεργον φρύγιον, ἢ Γαδειρικόν.

ΓΑ῾ΔΑΡΑ [19], πόλις Παλαιστίνης. Πορφύριος τρίτῳ φιλοσόφε ἱστορίας. Τὸ ἐθνικὸν Γαδαρηνὸς, ὡς Βόστρα Βοστρηνὸς, καὶ Γαγγρηνός.

ΓΑ῾ΖΑ [20], πόλις Φοινίκης, νυνὶ δὲ Παλαιστίνης, πρὸ τῆς Αἰγύπτου. [21] Ε῾κλήθη καὶ Α῾ζα· καὶ μέχρι νυν Σύροι Α῾ζαν αὐτὴν καλοῦσιν, [22] ἀπὸ Α῾ζονος τοῦ παιδὸς Η῾ρακλέους. Μυθολογοῦσι δέ τινες ἀπὸ Διὸς κτισθῆναι, καὶ ἐν αὐτῇ ἀποτιμεῖν

A angusta, & oblonga velut fascia, & τῆς γῆς δειρᾶς, id est, *terræ collum*. Eratosthenes verò Gadira inquit fœminino genere. Civis, Gadirensis. Sic enim quinque libri Pythagoricarum scholarum Moderati Gadirensis inscripti sunt. Dicitur etiam Gadirites, ut Alexander B polyhistor. Dicitur etiam Gadiræus, tanquam à Gadira fœmin. nec non Gadirani, & possessivum Gadiricus, Eupolis in Marica;

Quodnam erat salsamentum Phrygium, aut Gadiricum.

GADARA, urbs Palæstinæ; Porphyrius lib. 3. Philosophi historiæ. Gentile, Gadarenus, ut Bostra, Bostrenus, & Gangrenus.

GAZA, urbs Phœniciæ, nunc verò Palæstinæ ante Ægyptum, quæ etiam *Aza* vocata fuit, & hucusque Syri *Azam* eam vocant, ab Azone Herculis filio. Fabulantur verò aliqui à Jove conditam fuisse; atque in

initia etiam Paulina Adriani imperatoris mater Gadibus nata fuit, ut memoriæ prodit Spartianus in Adriano. Celebrantur etiam pantomimæ Gaditanæ, ut patet ex vetere Juvenalis Scholiasta ad Sat. 11. v. 162. Quare Martialis Epigram. lib. 1. Epigram. 62. *Gades jocosas* vocat, quo in epigrammate *Canium* poëtam Gaditanum celebrat. Si plura de Gadibus scire desideras, consule fis Eustathium ad Dionysium v. 65. Sit mantissæ loco naves, quæ per singulos annos ex novo orbe veniunt, Gades appellere argento & Indicis mercibus onustas.

18 Οὖσα ταινία τ῀ γῆς δειρᾶ.] In his verbis videntur deficere aliqua; ratio clamat, sic legenda esse ἔσα ὡς ταινία τῆς γῆς δειρᾶ. i. e. *velut fascia, & terræ collum*. Græci vocant Gades insulam & urbem Γάδειρα & neut. plur. & fœm. singul. cujus etymon à lingua Græca deducunt, ac si esset τ῀ γῆς δειρᾶ. i. e. *terræ collum*. Quam sententiam sequitur noster auctor, Suidas, Eust. ad Dionysii v. 65. & alii; at Plato in Atlantico seu in Critia à Gadiro Neptuni filio sic dictam fuisse existimat, quæ sunt meræ Græcorum nugæ. Longe enim aliter se habet res. Gadira est nomen deflexum à Phœnicum lingua, in qua Gadir septum significabat. Ejus autem conditores fuere Phœnices, auctore Plinio libro capiteque nota præcedenti citato, Solino c. 23. Hesychio in Γάδειρα, & aliis, quibus coronidem imponit Avienus:

Gadir prima fretum solida supereminet arce,
Attollitque caput geminis inserta columnis,
Hæc Cotinusa prius fuerat sub nomine prisco,
Tartessiumque dehinc Tyrii dixere coloni,
Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat,
Pœnus quippe locum Gadir *vocat undique septum.*

19 Γάδαρα, πόλις Παλαιστίνης.] Gadara, urbs Palæstinæ præter literarum ordinem hic occupat locum; supra, ubi agit de Cœlesyriæ Gadara, ei locum dare debuerat, ni forte sit Gazara quam celebrat Josephus à rege Solomone ædificatam. Ejus sunt ex Antiquitatum lib. 8. c. 2. verba: Ὠκοδόμησε δὲ καὶ πόλεις ταῖς βαιβύλιτικαις ἐναλίμοις, Α῎σωρίδι καὶ Μαχεδών, τὴν τρίτην δὲ Γαζηρᾷ τὴν τ῀ Παλαιστινῶν χώρας ὑπάρχουσαν, ἣν Φαραὼ ὁ τ῀ Αἰγυπτίων βασιλεὺς πορθήσας ἐμπρήσειεν καὶ πολιορκήσας αἱρεῖ καὶ κτείνας τὸν Χαναναῖον τὸν οἰκοῦντα αὐτὴν, κἀδώκησεν, εἶτα δωρεὰν ἔδωκε τῇ αὐτ῀ θυγατρὶ, Σολομῶνι γαμουμένῃ· διὸ καὶ ἀνῳκοδόμησεν ὁ βασιλεὺς αὐτὴν ἔσαν ὀχυρὰν φύσει καὶ τοῖς πολέμοις, καὶ τὰς τ῀ κατερῶν μεταβολὰς χρησίμην εἶναι δυναμένην. i. e. *Condidit etiam urbes vel gravissimis annumerandas, Asorum & Magedonem & tertiam Gazara Palæstinæ, quam Pharao rex Ægypti bello aggressus ac obsidens expugnaverat, occisisque omnibus oppidanis solo æquaverat, ac deinde filiæ suæ Solomoni nuptæ dono dederat. Quamobrem denuo rex eam instauravit, quod esset naturâ munita & ad bella rerumque novitates opportuna.* Quæ desumpsit Josephus ex lib. 3. Reg. c. 9. v. 14, 15, 16, 17. ubi גזר *Gazer* seu *Gezer* vocatur; Casaubonus totis viribus intendit probare ad Strabonem pag. DCCLIX. Gadaram esse Gazaram, quæ in sacris literis *Gezer* appellatur. Itaque non dubito alteram harum urbium, quæ auctori nostro *Gadara* dicuntur, esse Gazara, præsertim cum auctor noster Gazara urbem non celebret.

20 Γάζα, πόλις Φοινίκης, νυνὶ δὲ Παλαιστίνης, &c.] Gaza, urbs Phœniciæ, nunc verò Palæstinæ, inquit noster; antiquitus ad Palæstinos pertinebat, postea ad Judæos. Nam eam cepit Jehudah Judicum c. 1. v. 18. Postea volventibus annis Alex. M. eam expugnavit, in cujus obsidione vulnus in humero accepit, ut tradit Arrhianus de Expeditione Alexandri lib. 2. qui ejus situm sic describit: Α῎πεχει δὲ ἡ Γάζα τ῀ μὲν θαλάσσης εἴκοσι μάλιστα σταδίους, καὶ ἔστι ψαμμώδης καὶ βαθεῖα εἰς αὐτὴν ἡ ἄνοδος, καὶ ἡ θάλασσα ἡ κατὰ τὴν πόλιν πεναγώδης πᾶσα. Μεγάλη δὲ πόλις ἡ Γάζα λιθῷ, καὶ ἐπὶ χώματος ὑψηλοῦ ὤκισο, καὶ τεῖχος ἐπεβεβλήθη αὐτῇ ὀχυρόν. Ε῾κάτη δὲ ὡκεῖτο ὡς ἐπ᾽ Αἰγύπτου ἐν Φοινίκης ἰούσῃ ἐπὶ τῇ ἀρχῇ τ῀ ἐρήμου. i. e. *Distat verò Gaza à mari quidem viginti stadiis, & est arenosus & profundus ad eam adscensus, & mare, quod est juxta urbem limosum omne. Urbs autem ipsa magna & in alto colle sita, validoque muro cincta est. Ultima porrò incolitur, ex Ægypto in Phœniciam eunti ad principium eremi.* Postea Alexander Judæorum rex eam diruit, teste Josepho Antiquitatum lib. 13. c. 21. Antiquitus Simson Hebræorum judex morte sua eam illustravit Judic. c. 16. v. 3. Ab hujus situ parum distat *Gaza nova*, auctore Justo Hebræo, & D. M. Nigro lib. 4. Constantini Magni tempore à Constantia ejus sorore *Constantia* dicta fuit, auctore Eusebio in Chronico: ex hac urbe fuere Procopius Gazæus, necnon Timotheus Gazæus, qui sub Anastasio imperatore floruit, ut refert Suidas. In ea anno 1666 surrexit pseudopropheta ille *Nathan*, qui unà cum suo pseudomasiach *Sebathai Sebi* decepit stultos Judæos, non eos quibus

Ex meliore luto finxit præcordia Titan.

Facile homines præsertim stulti credunt, quæ desiderant.

21 Ε῾κλήθη καὶ Α῎ζα, &c.] Gaza, urbs vocata etiam fuit *Aza*, nempe, quia literæ gutturales in pronunciatione solent negligi. Hæc enim urbs Hebraïce scribitur עזה & potest pronunciari *Aza*, vel *Gaza*. LXX senes enim hanc literam gutturalem per *g* solent proferre, & aliquando negligunt.

22 Ἀπὸ Α῎ζονος τ῀ παιδὸς Η῾ρακλέους.] Gazam, seu Azam urbem nomen habere inquit ab Azone Herculis filio; sunt ex Græcorum nugamentis hujusmodi etyma. Gaza est purum putum nomen Hebræum עזה, *Aza*, id nominis sonat Latine, *munitam*, *fortem*.

πεῖν τὴν ἰδίαν Γάζαν, ἅτω τ᾽ Περσῶν τὰ χρήμαθ᾽ καλέντων. Ἐκλήθη ἡ κὴ Ἰώνη, ἐκ τ᾽ Ἰοῦς, προσχωλθούσης, κὴ μεινάσης αὐτῆς ἐκεῖ. Ἐκλήθη ἡ κὴ Μινώα, ὅτι Μίνως σὺν τοῖς ἀδελφοῖς Αἰακῷ κὴ Ῥαδαμάνθῃ ἰὼν, ἐξ αὐτ᾽ τούτων ἐκάλεσεν. Ἔνθεν κὴ τὸ ξ Κρηταίας Διὸς παρ᾽ αὐτοῖς εἶναι, [23] ὃ κὴ καθ᾽ ἡμᾶς ἐκάλεν Μαρνάν, ἑρμηνευόμενον Κρηταγλῆ. Τὰς παρθένας γὰρ ἅτω Κρῆτες προσαγορεύεσι, Μαρνάν. Ὁ πολίτης, Γαζαῖος. Λέγονται κὴ Γαζεῶται παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις. [24] Καὶ οἱ κέραμοι λέγονται Γαζῖται. Καὶ ἔστιν ὅμοιον τῷ Αἰγινῆται, κὴ Γαζαῖοι. Οἱ ἡ κέραμοι, Γαζῖται κὴ Αἰγιναῖοί εἰσι. Καὶ Δηλὸς ξ ἡ ἔθνος Γαλατῶν χρυσοφορεῖν, ὡς Εὐφορίων. Λέγονται κὴ Δηλάδες Γαζάται, ὡς Πολυΐστωρ. Ἔστι κὴ Γάζα τεῖχισμα Θρᾴκης.

ΓΑ΄ΖΑΚΑ [25], πόλις μεγίστη τῆς Μηδίας, ὡς Κασάβων ἐν ὀγδόῳ Παρθικῶν. Ἀρριανὸς δὲ κώμην μεγάλην αὐτὴν φησιν, ἐν Παρθικῶν τετάρτῳ, κὴ ἐνικῶς τ᾽ Γαζάκα λέγων. Τὸ ἐθνικὸν Γαζακηνὸς, ὡς ξ Μάζακα Μαζακηνός.

ΓΑ΄ΖΟΣ [26], πόλις Ἰνδικὴ, κ᾽ Διονύσου πολεμίσαντα μετὰ Δηριάδος, λινοῦν ἔχοντα τεῖχος, καθὰ Διονύσιος ἐν τρίτῃ Βασσαρικῶν·

Γήρεάν τε, Ῥόδολόν τε, κὴ οἱ * τείχεα Γάζον,
Τοῖον μὲν κλωστοῖο λινοῦ πέρι τεῖχος ἐέργει,
Οὐ σύφελον δῄοισι, κὴ εἰ παγχάλκεον ἦεν,
Ὡς μὴ μάλα δή τι διαμπερὲς ὀργυίῃσι
Μέτρητὸν πούρεσσιν. Ἀτὰρ μήκός τε κὴ εὖρος,
Ὅσσον ἀνὴρ δοιοῖσιν ἐν ἠελίοισιν ἀνύσσῃ,
Ἠῶθεν κνέφας ἄκρον ἐπειγόμενος ποσὶν οἷσι.

Τὸ ἐθνικὸν, Γάζιος.

ΓΑ΄-

in ea reliquisse propriam gazam. Sic enim Persæ *pecuniam* vocant. *Ione* etiam vocata fuit ex Ius, quæ illuc appulit & mansit. *Minoa* etiam vocata fuit, quod Minos unà cum fratribus Æaco, & Rhadamanthe profectus ab ipsius nomine hanc vocavit *Minoam*, unde & Critæi Jovis *templum* apud ipsos est, quod nostra ætate vocabant *Marnan*, quod interpretatur *Creta-natum*. Virgines enim sic Cretes appellant, *Marnan*. Civis, Gazæus. Dicuntur etiam Gazeni præter rationem, ut Pausanias. Dicuntur etiam Gazitæ ab incolis. Etiam *vasa fictilia* dicuntur Gazitæ, & est simile τῷ Æginetæ, & Gazæi. Vasa enim fictilia ex Gaza, & ex Ægina Gazitæ, & Æginæa dicuntur. Scribitur etiam per *e* longum, & sunt populi Galatarum aurum ferentes, ut Euphorion. Dicuntur etiam per *a* Gazatæ, ut Polyhistor. Est & Gaza propugnaculum Thraciæ.

GAZACA, urbs Mediæ maxima, ut Quadratus Parthicorum octavo. Arrhianus vicum magnum scribit esse Parthicorum quarto, & singulari numero usus est. Gentile, Gazacenus, ut à Mazaca, Mazacenus.

GAZUS, urbs Indiæ, quæ adversus Dionysum unà cum Deriade pugnavit lineum habens murum, ut Dionysius lib. 3. Bassaricorum:

*Gereamque, Rhodoënque * & qui muros Gazum,*
Hujusmodi connexo de lino murum fecit,
Non durum hostibus, etsi totus-æreus esset
Quam maximè quidem in totum orgyis
Dimensum quatuor, at longitudine, & rectitudine,
Quantum vir duobus in solibus perfecerit
Ab aurora crepusculum summum urgens pedibus solis.

Gentile, Gazius.

GA-

23 Ὃ καθ᾽ ἡμᾶς ἐκάλεν Μαρνάν, &c.] Toto cœlo aberrat auctor noster in interpretatione nominis *marnan*, cum inquit, interpretari *Creta-natum*, sic enim Cretenses virgines vocabant, & illuc, id est in civitatem Gazam Minos unà cum fratribus Æaco & Rhadamanthe advenerat, unde civitas, *Minoa* vocata & Jupiter Cretensis nomen invenit. Marnan enim deflexum est à Syriaco מרן *maran*. i. e. *dominus*, à quo fit מרנן *maranan*. i. e. *dominus-noster*, à quo Græci fecere maran. Sic absolutè Gazæi vocabant *Jovem*, ut nos Deum vocamus Dominum nostrum, de quibus videsis Seldenum de Dis Syris Syntagm. 2. c. 1. Scaliger. in Animadvers. in Euseb. fol. 36. Salmas. ad Hist. August. in Æl. Lamprid. pag. 37. Caninii Disquisition. in loca aliquot N. T. Bochart. Geographiæ Sacræ parte 2. lib. 2. c. 12. & alios.

24 Καὶ οἱ κέραμοι λέγονται Γαζῖται, &c.] Inquit esse quædam vasa fictilia, quæ dicebantur *Gazitæ*, scilicet quod in urbe Gaza fierent, quemadmodum etiam quæ in insula Ægina fiebant, dicebantur *Æginetæ*, ex quibus verbis aliquam lucem lucratur locus ille auctoris nostri corruptus, de quo in Αἴγινα nota 41. egimus, quo in loco, ut ex hoc elucet, innuit esse vas quoddam fictile, quod *Æginetes* dicebatur, quòd hac in insula fieret, quæ vasa in hac sectione inquit esse Gazæa, & Æginæa.

25 Γάζακα, πόλις μεγίστη τ᾽ Μηδίας.] Gazaca, urbs maxima Mediæ. Amm. Marcellino lib. 23. c. 23. Perfidi adscribitur, sed Ptolemæo lib. 6. c. 2. inter Mediæ oppida numeratur.

26 Γάζος, πόλις Ἰνδική, &c.] Hujus urbis nullam inveniebam apud alios memoriam; eam ex Dionysio Bassaric. lib. 3. lineum habuisse murum inquit, quare in primo versu pro κὴ οἱ * τείχεα Γάζον lege κὴ οἱ λινοδείχεα Γάζον. i. e. *& qui lineum-murum habentem-Gazum*; in secundo pro Τοῖον μὲν κλωστοῖο legendum existimo Τοῖον μέντοι κλωστῖο, &c. quod in versione mea expressi.

27 Γά-

ΓΑΖΩΡΟΣ [27], πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Γαζωρεύς· ἡ γὰρ Ἄρτεμις αὐτόθι Γαζωρία τιμᾶται.

GAZORUS, urbs Macedoniæ. Gentile, Gazorius. Diana enim inibi Gazoria colitur.

ΓΑΘΕΑΙ [28], πόλις Ἀρκαδίας, ἧς οἱ πολῖται Γαθεᾶται· Παυσανίας ὀγδόῳ, Γαθεᾶται τῆς Κρωμίτιδος χώρας.

GATHEÆ, urbs Arcadiæ, cujus cives Gatheatæ, Pausanias lib. 8. *Gatheatæ, Cromitidis regionis.*

ΓΑΙΤΟΥΛΟΙ [29], ἔθνος Λιβύης. Ἀρτεμίδωρος Γαιτυλίους αὐτοὺς φησιν. Ἡ χώρα, Γαιτυλία. Ἐν ᾗ μεγάλοι ἀσπάραγοι, πάχος μὲν κυπρίου καλάμου, μῆκος δὲ πηχῶν δυοκαίδεκα, [30] ὡς Ἀθήναιος ἐν δευτέρῳ δειπνοσοφιστῶν.

GÆTULI, populi Libyæ. Artemidorus *Gætylios* eos vocat. Regio, Gætylia, in qua magni asparagi nascuntur crassitie quidem Cyprii calami. Longitudine verò 12 cubitorum, ut Athenæus dipnosophistarum secundo.

ΓΑΛΑΔΑ [31], χώρα Ἀραβίας· καὶ Γαλαδηνή. [32] Ἰώσηπος ἐν τετάρτῳ Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, Γαλαδίτιν φησι.

GALADA, regio Arabiæ, & Galadane, Josephus lib. 4. Judaïcæ Antiquitatis *Galaditin* vocat.

ΓΑΛΑΔΡΑΙ [33], πόλις Μακεδονίας ἐν Πιερίᾳ. [34] Λυκόφρων.

GALADRÆ, urbs Macedoniæ in Pieria Lycophron:

Σᾶναι Γαλάδρης τὸν στρατηλάτην λύκον.

Adulari Galadræ agminis militaris ducem lupum.

Ἔστι καὶ ὄρος Γαλάδρου, ἀπὸ Γαλάδρα τοῦ Ἡμαθίωνος παιδός. Οἱ δέ, ὅτι Γαλάδρας ἔκτισε τὴν πόλιν. [35] Ὁ πολίτης Γαλαδραῖος. Λυκόφρων· Καὶ

Est etiam mons Galadrus à Galadro Emathii filio. Alii verò, quod Galadras urbem condidit. Civis, Galadræus. Lycophron: Et

27 Γάζωρος, πόλις Μακεδονίας.] Gazorus, urbs Macedoniæ memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 13. inter Macedoniæ civitates Odomanticæ & Edonidis regionis, sed ipsi per σ Γάσωρος scribitur. Γάζωρος enim per ζ eidem lib. 5. c. 16. inter Syriæ Palæstinæ h. e. Judææ oppida locatur.

28 Γαθέαι, πόλις Ἀρκαδίας, &c.] Gatheæ, urbs Arcadiæ, ex Pausaniæ lib. 8. cujus corrupta, & mutila affert verba, quæ apud eum sic leguntur: Ἐς δὲ τὴν Γαθεάτιν πρότερον ἔτι ῥεῖ τοῦτο ὁ Καρνίων. Τέτταρα μὲν δὴ αἱ πηγαὶ γῆς εἰσὶ τῆς Αἰγυπτίου ὑπὸ τὸ Ἀπόλλωνος τὸ Κερεάτου τὸ ἱερόν. Τῇ δὲ Γαθεάτᾳ τῇ τῆς Κρωμίτιδος χώρας ἐν Γαθείαις. i. e. *In Gatheatam verò fluvium adhuc prius influit Carnion. Cui fontes sunt in Ægyptide terra infra Cereatæ Apollinis templum. Gatheatæ verò in* [urbe] *Gatheis Cromitidis regionis.* Igitur Gatheæ seu urbs, seu pagus fuere, de quibus nihil scitu dignum traditur, Gatheatas verò erat fluvius, qui assumpto prius Carnione in Alpheum influebat, ut refert idem auctor eodem libro. Quare apud Stephanum pro Γαθεάτᾳ τῆς Κρωμίτιδος χώρας legendum ex Pausania: Τῇ Γαθεάτᾳ τῆς Κρωμίτιδος χώρας ἐν Γαθείαις. i. e. *Gatheatæ verò* [fluvio sunt fontes in urbe] *Gatheis Cromitidis regionis.*

29 Γαιτοῦλοι, ἔθνος Λιβύης.] Gætuli, populi Libyæ, quorum regio Gætulia, quæ secundum Ptolemæum lib. 4. c. 6. subjacebat Mauritaniis, de quibus Salustius de Bello Jugurthino ex libris Punicis, regis Hiempsalis, quæ sequuntur, refert: *Africam initio habuere. Gætuli & Libyes, asperi, incultique, quis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum, uti pecoribus; hi neque moribus, neque lege, aut imperio cujusquam regebantur, vagi, palantes, quas nox coegerat, sedes habebant.* Adhuc hodie durat consuetudo inter Mauritanos. Cibos enim humi sedentes capiunt. Memorantur Sil. Italico lib. 3.

Vos quoque desertis in castra mapalibus itis
Miscreri gregibus Gætuli assueta ferarum,
Indomitisque loqui, & sedare leombus iras:
Nulla domus, plaustris habitant, migrare per arva
Mos, atque errantes circumvectare penates.

Et equis & leonibus celebrantur à poëtis, Gætuli: Lucan. l. 4.

Autololes, Numidæque vagi, semperque paratus
Inculto Gætulus equo.

Andinus vates Æneid. lib. 5. v. 351.

Sic fatus, tergum Gætuli immane leonis
Dat Salio villis onerosum, atque unguibus aureis.

Venusinus vates Carm. lib. 3. Ode 20.

Non vides quanto moveas periclo,
Pyrrhe, Gætulæ catulos leænæ?
Dura post paulò fugies inaudax
Prælia raptor.

Joseph. Antiquit. lib. 1. c. 7. auctor est Gætulos esse, quos Sacra biblia *Evilæos* vocant; fides sit penes auctorem.

30 Ὡς Ἀθήναιος, &c.] In Gætulia regione nasci asparagos miræ magnitudinis inquit, quod confirmat ex Athenæi Dipnosophist. lib. 2. cujus sunt verba: Ἐν Λιβύῃ δέ φασιν οἱ Γαιτυλίαι γίνεσθαι πάχος μὲν Κυπρίου καλάμου, μῆκος ποδῶν δώδεκα, οἱ δὲ τῇ ὀρεινῇ, καὶ παρωκεανιδίοις πάχος μὲν μεγάλων ναρθήκων, μῆκος δὲ ὡς τὰς εἴκοσι πήχεις. i. e. *In Libya verò, ajunt in Gætulia* [asparagos] *nasci crassitie arundinis Cypriæ, longitudine duodecim pedum, in montana, & vicina Oceano regione crassitie quidem ferularum magnarum, longitudine verò circiter viginti cubitorum.* Quare apud Stephanum pro μῆκος δὲ πηχῶν δυοκαίδεκα. i. e. *longitudine cubitorum duodecim*; lege ex Athenæo μῆκος δὲ ποδῶν δώδεκα. i. e. *Longitudine pedum duodecim*; de horum autem asparagorum magnitudine ἐπίχω. Nam olent nugaces Græcorum fabulas.

31 Γάλαδα, χώρα Ἀραβίας, καὶ Γαλαδηνή.] Josephus Antiquit. lib. 13. c. 21. celebrat Galadenorum reginam Parthis bellum inferentem.

32 Ἰώσηπος ἐν τετάρτῳ, &c.] Innuit Josephum Judaïcæ Antiquitatis lib. 4. Galadenen Arabiæ regionem vocasse *Galaditin*, at Antiquit. lib. 1. c. 19. *Galadenen* vocat regionem, in qua Iacobus patriarcha cum socero Laban fœdus pepegit, cujus sit mentio Geneseos c. 31. v. 44. quamobrem regio illa גלעד *Galhed.* i. e. *acervus testis*, dicta fuit, unde auctori nostro Galada, & Galadene, & Josepho Galaditis formatur, sed quod Iacobus patriarcha Hebraïce vocavit גלעד *Galhed*, Labanus Syriacè Geneseos capite citato v. 49. appellavit *Jegar-Sahadutha*, i. e. *acervum testimonii*; eamdem fuisse regionem opinor.

33 Γαλάδρα, πόλις Μακεδονίας ἐν Πιερίᾳ.] Galadræ, urbs Macedoniæ in Pieria regione; quæ Χαλάδρα dicitur Tzetzæ apud Lycophronem, v. 1440, cujus sunt verba: Χαλάδρα ἡ Κάναστρα πόλις καὶ λίμνη Μακεδονίας ἀφ' ἧς ὁλκὰς τὴν Μακεδονίαν φησίν. i. e. *Chaladra verò est Canastræ urbs & palus Macedoniæ, à qua totam Macedoniam* [Chaladram] *vocat.* Canastræum autem promontorium Macedoniæ memorat inter alios Ptolemæus lib. 3. c. 13.

34 Λυκόφρων.] Affert carmen Lycophronis, quod apud eum legitur v. 1444. ubi nunc scribitur Χαράδρης non Γαλάδρης, ut habet noster auctor, quo in carmine vocat Lycophron Alexandrum Macedonem *Charadræ lupum*, id est, *Macedoniæ lupum*, quem v. 1441. appellavit *Charadræum leonem*, Charadra enim, ut nota præcedenti annotavimus Tzetze accipitur pro tota Macedonia apud Lycophronem.

35 Ὁ πολίτης Γαλαδραῖος. Λυκόφρων.] Civis Galadræ urbis Macedoniæ dicitur *Galadræus*, quod confirmat ex

—— Καὶ Γαλαδραῖον πέδον. A

Τὸ κτητικὸν ἔδει Γαλαδραϊκήν· [36] Πολύβιος δὲ ἐν τρίτῳ Γαλαδραικὸν φησι.

— *Et Galadraeum solum.*

Possessiv. debebat esse Galadraïcum: Polybius verò lib. 3. *Galadraeum* inquit.

ΓΑΛΑΡΙΝΑ [37], πόλις Σικελίας, [38] κτίσμα Μόργητος Σικελοῦ. Λέγεται καὶ Γαλαρία χώρα. Ὁ πολίτης, Γαλαρῖνος, καὶ Γαλαρίνη, καὶ B Γαλαρηναῖος.

GALARINA, urbs Siciliæ, opus Morgi Siculi. Dicitur etiam Galaria regio. Civis, Galarinus, & Galarina, & Galarinæus.

ΓΑΛΑΤΑΙ [39], πρὸς νότον τοῖς Παφλαγόσιν, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Κελτικῇ Γαλατῶν, οἳ πλανηθέντες πολὺν χρόνον, καὶ καταδαμασθέντες τὴν χώραν, ἔτως ὠνόμασαν. [40] Παρήχθη δὲ τὸ Γαλάτης ἐκ τοῦ Γάλλος, ὑφαιρεθέντος τοῦ λ. Καὶ Γαλατία, ἡ χώρα. C

GALATÆ, ad austrum Paphlagonibus, à Galatis Celticæ, qui vagi & errantes multum temporis, & regione potiti, sic eam nominavere. Galates verò deducitur ex *Gallus* subtractione unius *l*. Et Galatia, regio.

ΓΑΛΕΩΤΑΙ [41], ἔθνος ἐν Σικελίᾳ, ἢ ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἀπὸ Γαλεοῦ τοῦ υἱοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Θεμιστοῦς, τῆς Ὑπερβορέων, ὡς εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Τελμισσοῦ. [42] Τινὲς δὲ, ὅτι Γαλεῶται μάντεων εἶδος Σικε- D

GALEOTÆ; gens in Sicilia, vel in Attica à Galeo Apollinis filio, & Themistus Zabii filia Hyperboreorum regis, ut dicetur, cum de Telmisso agemus. Aliqui verò dicunt, quod Galeotæ vatum Siculorum spe-

Lycophrone, cujus affert hemistichium, pro quo nescio utrum Καὶ Γαλαδραῖος λέων. i. e. *& Galadraeus leo*, legendum sit necne. Apud Lycophronem enim v. 1441. legitur

— καὶ Χαραδραῖος λέων.
— *& Charadraeus leo.*

Ac si diceret *Macedonius leo.* Sic enim vocatur à Lycophrone Alexander Magnus, ut nota proxima præcedenti annotavimus, auctor verò noster incidit in Lycophronis codicem, in quo Γαλαδραῖος scriptum erat.

36 Πολύβιος, &c.] Possessivum urbis Galadrarum inquit esse Galadraïcum, sed Polybium lib. 3. usurpasse Galadræcum. Non vacat nunc totum Polybii librum tertium percurrere, libro quarto *Charadram urbem* vocat, non Galadram.

37 Γαλάρινα, πόλις Σικελίας, &c.] Galarina, urbs Siciliæ, quam Aretius putat esse, quæ nunc vulgo Italis dicitur *Gagliano*, Diodoro lib. 16. Galeria; Οἱ δὲ τὴν Γαλερίαν πόλιν οἰκοῦντες ἐξέπεμψαν αὐτοῖς τετρακοσίους ὁπλίτας χιλίους. i. e. *Qui verò Galeriam habitabant mille milites armatos subsidio miserunt.* Eidem auctori lib. 18. *Galaria* vocatur: Οἱ δὲ περὶ τὸν Δεινοκράτην φυγάδες, ἔχοντες πεζοὺς μὲν ὑπὲρ τοὺς τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ οὐκ ἐλάττους διοσχιλίων, τὴν καλουμένην Γαλερίαν κατελάβοντο, &c. i. e. *Dinocrates verò cum exsulibus, habens supra tria millia peditum, & non infra duo millia equitum urbem nomine Galariam occupavit.*

38 Κτίσμα Μόργητος Σικελοῦ.] Galarinam seu Galariam Siciliæ urbem conditam fuisse, à quo *Morgetes* Italiæ populi nomen invenere, qui Morgentium Italiæ urbem condiderunt, ut testatur noster in Μοργήλιον, alii *Morgen* in Italia regnasse ajunt, qui Morgetibus nomen dedit, qui prius Œnotri dicebantur.

39 Γαλάται, πρὸς νότον τοῖς Παφλαγόσιν, &c.] Galatæ, versus meridiem Paphlagonibus erant vicini; ut inquit noster, Asiæ minoris regionem habitabant, olim Gallogræci, regio Gallogræcia, postea Galatæ, regio Galatia prius *Mariandeni* vocati fuere, teste Constant. Porphyrog. Them. lib. 1. Them. 6. Οἱ δὲ Γαλάται ἄποικοί εἰσι τῶν Φρύγων. Ἐγένετο δὲ ἡ τῶν δοκησίων σὺν ταῖς ἡμέραις, ὃν αἷς ὁ Ἀτταλος ὁ Περγαμηνὸς καὶ Νικομήδης ὁ τοῦ Ζειποίτου υἱός. i. e. *Galatæ verò sunt coloni Francorum. Facta autem fuit hæc colonia temporibus Attali Pergameni, & Nicomedis Zepœti filii.* Eorum metropolis fuit Ancyra, teste eodem auctore loco citato, de qua suo loco egimus. Strabo lib. 12. in tres gentes eos dividit, ex quo noster sua desumpsit. Sic enim ille libro citato de eis loquitur: Πρὸς νότον τείνουσι εἰσὶ τοῖς Παφλαγόσι Γαλάται. Τέτταρα δ' ἐστὶν ἔθνη τρία, δύο μὲν τὰ ἡγεμόνα ἐπώνυμα Τρόκμοι, καὶ Τολιστοβόγιοι. Τὸ τρίτον δ' ἀπὸ τῶν Κελτικῆς ἔθνους Τεκτοσάγες. Καθέχουσι δὲ τὴν χώραν ταύτην οἱ Γαλάται πολλὴν χρόνον, καὶ καταδαμασθέντες τὸ ὑπὸ τοῖς Ἀτταλικοῖς βασιλεῦσι χωρίον, καὶ τοῖς Βιθυνοῖς, ἕως περ ἐκράτουν τὴν τῶν Βιθυνίων [Γαλατίαν] καὶ Γαλλογραικίαν λεγομένην. Ἀρχηγὸς δὲ μάλιστα δοκεῖ τῆς περαιώσεως τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν γενέσθαι Λεονόριος, &c. i. e. *Versus meridiem igitur sunt Paphlagonibus Galatæ. Horum tria sunt genera, duo quidem à ducibus nomen habent, Trocmi, & Tolistobogi. Tertium à Celtica gente, Tectosages. Hanc regionem Galatæ occuparunt, cum diu vagati incursionibus vexassent regimem Attalicorum regum; Bithynorumque, donec volentibus iis acceperunt eam quæ nunc* Bithynia [*Galatia*] *&* Gallogræcia *dicitur Princeps trajectionis horum in Asiam præcipue existimatur fuisse Leonorius.* Livius quoque lib. 38. c. 16. eos in tres gentes, ut Strabo dividit; qui ab Strabone dicuntur *Tolistobogi*, à Livio vocantur *Tolistoboii*, sed Livius ex Strabone corrigendus est, à Ptolemæo enim lib. 5. c. 6. *Tolistobogi* etiam dicuntur. Græci *Galatas* vocant utrumque populum & qui Galatiam, & qui Galliam incolunt; Galatæ enim orientales à Celticæ *Galatis* h. e. à *Gallis* originem trahebant, ut inquit noster. Quare non audiendus est Iosephus, qui Antiquit. lib. 1. c. 7. eos Gomareos à Gomaro Japheti filio vocat. Ad Galatas exstat Epistola D. Pauli: Galatiæ verò descriptionem habes apud Ptolemæum libro, capiteque citato. De quibus videsis Suid. in Γαλάται, qui eorum historiam perstringit.

40 Παρήχθη δὲ τὸ Γαλάτης ἐκ τοῦ Γάλλος, &c.] Agit nunc de Etymologia nominis *Galatarum*, quam à nomine *Gallus* subtracto altero *l* deducit; Magni Etymologici auctor eam ex Timæo à Galata Cyclope Galatiæ filio derivat, vel à militibus Gallis; neutrum affirmari potest, at certum est à Græcis vocari *Galatas* & qui Europam, & qui Asiam minorem incolebant, quod adeò clarum est, ut indicari non egeat. Quin etiam auctor noster in hac sectione inquit: *Galatas* dici ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Κελτικῇ Γαλατῶν. i. e. *à Galatis, qui in Celtica.* h. e. *in Gallia.*

41 Γαλεῶται, ἔθνος ἐν Σικελίᾳ, ἢ ἐν τῇ Ἀττικῇ.] Galeotas inquit esse gentem. quos in Sicilia, vel in Attica locat, ac cum eorum situm ignoret, tamen etymologiam callet. Græci enim sunt etymologiarum mirifici artifices. Fuere autem Galeotæ Hyblarum parvæ Siciliæ urbis oppidani, ut patet ex nostro auctore in Ὕβλαι, quod etiam confirmatur ex Thucydidis lib. 6. ubi Hyblam Geleatim Siciliæ urbem celebrat: Τῇ τε ἡμισείᾳ τῶν ἑαυτῶν ἦλθον ἐπὶ Ὕβλαν τὴν Γελεᾶτιν πολεμίαν οὖσαν. i. e. *Cumque dimidia sui exercitus parte adversus Hyblam Geleatin, quæ hostis erat, venerunt.* Quo in loco pro Γελεᾶτιν puto legendum Γαλεῶτιν. Namque si Hyblæ oppidani vocabantur Galeotæ, ipsa quoque debebat vocari Galeotis.

42 Τινὲς δὲ, ὅτι Γαλεῶται μαντέων εἶδος Σικελῶν.] Fuere etiam Galeotæ vates quidam in Sicilia, qui Dionysio imperium prædixerunt. *Interpretes* enim *portentorum* nominabantur, ut affirmat disertissimus Romuli nepotum de Divinatione lib. 1. de quibus videsis Ælianum de varia Historia lib. 12. c. 46.

43 Γαλεὺς

Σικελῶν. 43 Γαλεὸς δὲ, ὁ Ἀσκαλαβώτης. 44 Φύλλιος Αἰγεῖ·

Ὁ πάππος μοι γαλεὸς ἀστερίας.

45 Ἴσως ἀφ' ἑπτὰ ποικιλίαν παίζων. 46 Καὶ Ἄρχιππος Ἰχθύσι·

Τί λέγεις σὺ μάντις, εἰσὶ γὰρ θαλάττιοι
Γαλεοίγε πάντων μάντεων σοφώτατοι.

47 φασὶ δὴ, τὸ πρῶτον ἐξ Ὑπερβορέων Τελμισσὸν, οἷς ἔχρησεν ὁ θεὸς ἐν Δωδώνῃ, τὸ μὲν ἕτερον ἀναπλοῦς, τὸ δὲ ἑσπέριον δύεσθαι· ὅπου τε ἂν αὐτῶν θυομένων ἀετὸς ἁρπάσῃ τὰ μηρία, βωμὸν ἐνταῦθα ἱδρύσαι. Γαλεώτης ἦν ἐν Σικελίᾳ, καὶ Τελμισσὸς ἐν Καρίᾳ ἦλθεν, ἔνθα Ἀπόλλωνος Τελμισσίου ἱερόν.

ΓΑΛΗΨΟΣ 48, πόλις Θρᾴκης, ἢ Παιόνων· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. 49 Θουκυδίδης τετάρτῃ ἐπέραν λέγει, Καὶ Γαληψὸς δὲ πολλῷ ὕστερον, ἢ ἡ Σύμη. Τὰ δ' ἐς ψος ὑπερδισύλλαβα, ὀξύνεται· Σκινδαψὸς, ὀργάνου ὄνομα, ἢ κύριον. Τίθεται καὶ κατ' ἀδένος, ὡς τὸ τραγέλαφος, Χέραψος, Λύκαψος. Ὁ πολίτης, Γαληψίος.

ΓΑΛΛΙΑ 50, ἐπὶ τοῖς Ἄλπεσι χώρα. Οἱ οἰκήτορες, Γάλλοι.

ΓΑΛ-

A *species.* Γαλεὸς verò est *stellio.* Phyllius Ægeo:

Avus erat mihi stellio stellaris.

Forsitan jocans dixit *Stellaris*, quod variis maculis esset variegatus, & Archippus Piscibus:

B *Quid inquis, tu vates? Sunt enim maritimi*
Stelliones omnium sanè vatum sapientissimi.

Ajunt verò primum ex Hyperboreis Telmissum, quibus oraculum reddidit Deus Dodonæ jubens, ut unus quidem ad orientem, alter verò ad occidentem navigaret, atque ubi ipsis sacrificantibus aquila abriperet femora, illic aram collocarent. Galeotes igitur in Siciliam, & Telmissus in Cariam venit, ubi Apollinis Telmissii templum.

C GALEPSUS, urbs Thraciæ, & Pæonum, Hecatæus Europa. Thucydides lib. 4. aliam dicit, *Et Galepsus haud multò post, & Syme.* Nomina verò in *psos* polysyllaba acuuntur, ut Scindapsus, instrumenti nomen, & proprium. Positum est etiam de [*horum*] nullo, ut Tragelaphus, Cherapsus, Lycapsus. Civis, Galepsius.

E

GALLIA, regio intra Alpes. Incolæ, Galli.

GAL-

43 Γαλεὸς ἢ, ὁ ἀσκαλαβώτης.] Γαλεὸς Græcè alio nomine dicitur ἀσκαλαβώτης, qui Latinis *Stellio*, à varietate macularum, quæ per metaphoram *Stellæ* vocantur. Erat animal terrestre & piscis quidam, ut apparet ex Archippo in Piscibus, cujus duos versus, infra apponit noster auctor.

44 Φύλλιος Αἰγεῖ.] Lege Φυλύλιος Αἰγεῖ Phylyllius in Ægeo ex Suida, qui Ægeum hujus poëtæ fabulam celebrat in Φυλύλιος, perperam apud Salm. in Plinianis Exercit. fol. 757. scribitur Φιλύλιος Αὐγῇ, &c.

45 Ἴσως ἀφ' ἑπτὰ ποικιλίαν παίζων.] Optime correxit Salmas. loco nota præcedenti citato, Ἴσως ἀφ' ἑπτὰ ποικιλίαν παίζων, scilicet Pulyllium in Ægeo vocasse γαλεὸν ἀστερίαν, i. e. *Stellionem stellarem*, quod esset maculis tanquam stellis variegatus quod fecit Phylyllius ludens in vocabulo ἀστερίας, i. e. *Stellaris.*

46 Καὶ Ἄρχιππος Ἰχθύσι.] Affert duo carmina ex Archippi Piscibus, in quibus ludit in nomine γαλεοὶ. Id nominis enim significat & *pisces* quosdam *marinos*, & *vates*, ut claret ex ipsis carminibus. Quin etiam apud Hesych. legimus: Γαλεοὶ, μάντεις ἔνιοι καὶ Σικελιῶν ὄφεις εἰσὶν, καὶ γένος τι [ἰχθύων] ὡς φησι Φανόδημος, καὶ Ῥίνθων Ταραντῖνος. i. e. Γαλεοὶ, *vates bi in Sicilia habitarunt, & genus quoddam* [piscium] *ut Phanodemus, & Rhinthon Tarentinus.* Sic corrigendus locus iste Hesychii corruptissimus, & mutilus, apud quem deficit τὸ ἰχθύων, & perperam scribitur ῥίνθων Ταραντῖνοι pro Ῥίνθων Ταραντῖνος.

47 Φασὶ ἢ, &c.] Suspicor hunc locum esse mutilum, atque hoc modo legendum existimo: Φασὶ ἢ Γαλεώτην καὶ Τελμισσὸν τὸ πρῶτον ἐλθεῖν, &c. *Ajunt verò Galeotem & Telmissum primum ex Hyperboreis venisse, quibus, &c.* quod ratio clamat. Sequitur enim: οἷς ἔχρησεν ὁ θεὸς ἐν Δωδώνῃ, &c. i. e. *quibus oraculum reddidit Deus Dodonæ.* Verum, ut quod sentio, dicam, Galeotem & Telmissum ex Græcorum fermento factos esse reor. Nihil enim aliud existimo fuisse præter urbium cognominum oppidanos, qui haruspicinæ erant dediti; Telmessus verò erat Cariæ urbs, qua in urbe excellebat haruspicum disciplina, ut testatur M. T. C. de Divinat. lib. 1. Fuisse verò Galeotas oppidanos Hyblarum, nota 41 præcedenti ostendimus. Apud Pausaniam lib. 6. celebratur Thrasybulus Eleus vates, cujus imagini γαλεώτης, i. e. *Stellio* ad humerum dextrum repebat; quid autem haruspicina haberet cum hoc animante nescio; at verosimilius hinc potuere dici *Galeotæ*, quam à verbo Hebræ גלה *galah.* i. e. *revelavit*, ut inquit Bochartus. Siculi enim non imponebant nomina rebus ex lingua Hebræa sed ex lingua Græca, qua antiquitus loquebantur.

48 Γαληψὸς, πόλις Θρᾴκης, ἢ Παιόνων.] Galepsus, urbs Thraciæ, & Pæonum. Memoratur Herodoto lib. 7. c. 122. Scylaci in Thracia, de qua nihil scitu dignum inveniebam; Harpocratio noster auctor est ex Marsya juniore sic nominatam fuisse à Galepso Thasio & Telepæ filio, sed verosimilior est Thucydidis sententia, cujus verba Scholio sequenti apponimus.

49 Θουκυδίδης τετάρτῃ ἐπέραν λέγει.] Advocat noster Thucydidem ex ejus libro quarto, in quo aliam hujus nominis urbem, ut innuit, celebrat, sed opinio fefellit auctorem nostrum. Thucydides enim ipsissimam urbem Thraciæ memorat, quam Thasiorum coloniam esse inquit. Solito libentius appono ejus verba. Corrupta enim apud auctorem nostrum leguntur: Καὶ Γάψηλος δὲ πολλῷ ὕστερον, ἢ Οἰσύμη. Εἰσὶ ἢ αὗται Θασίων ἀποικίαι. i. e. *Et Gapselus non multò post, & OEsyme* [idem fecerunt.] *Sunt autem istæ* [civitates] *Thasiorum coloniæ.* Quare apud Stephanum pro ἢ ἡ Σύμη lege ἢ Οἰσύμη. Apud Thucydidem etiam pro Γάψηλος lege Γαληψὸς ex nostro auctore, & ex ejusdem Thucydidis lib. 5. Sic enim hoc in libro legitur: Γαληψὸν ἢ τὴν Θασίων ἀποικίαν λαμβάνει καὶ κρατεῖ. i. e. *Galepsum verò Thasiorum coloniam per vim capit.* In utroque libro perperam in versione Latina legimus *Gampselum* pro *Galepsum.*

50 Γαλλία, ἐπὶ τοῖς Ἄλπεσι χώρα, &c.] Gallia est regio Europæ notissima, quam nunc indigenæ *France*, Hispani *Francia* vocant; variè divisa fuit sub Romanis, Gothis, & ipsis Gallis, adeò ut olim imperii sedem habuerint Augustæ Trevirorum, ut nunc habent Lutetiis Parisiorum, urbe totius Europæ maxima, Constantinopolim excipio, de quorum nominis etymologia non convenit inter scriptores. Illud enim Baptistæ Mantuani in Dionysio suo ex Græcorum farina confectum est:

Ignea mens Gallis, & lactea corpora, nomen
A candore datum populis, muliebria pingit
Ora color Tyrius —

Innuit *Gallos* nomen habere à nomine γάλα, quod Latine sonat *Lac*; nomen verò Francorum quo hodie gaudent, deductum est à Francis, seu Franconibus Germaniæ popu-

ΓΑΛΛΗ'ΣΙΟΝ, πόλις Ε'φέσε· Παρθένιος ἐν Ε'πικηδείῳ τῷ εἰς Αὐξίθεμιν. Τὸ ἐθνικὸν, Γαλλήσιος.

GALLESIUM, urbs Ephesi; Parthenius in Epicedio in Auxithemin. Gentile, Gallesius.

ΓΑΛΙΛΑΙ'ΟΙ 51, ἔθνος Ἰ'ουδαίας.

GALILÆI, populi Judææ.

ΓΑ'Λ-

GAL-

lis, qui antiquitus Galliam subegerunt, cujus nominis non puto fieri mentionem in historia Romana ante Gallieni imperatoris tempora, ut nec Alemanorum ante Probum Imperatorem, ac ideo nullus dubito Josephum Bengorionis esse ὑποδολιμαῖον, quoniam ipse Francorum meminit, nomen illa ætate, qua floruit verus Josephus Bengorionis inauditum, hic autem fuit coætaneus Josepho Benmattathiæ, cujus ipse meminit de Bello Iudaïco lib. 2. c. 25. juxta versionem Latinam. Græci veteres *Gallos* vocabant *Galatas* & *Celtas*, seu *Celtos*, etsi nomen Celtarum, vel Celtorum plurimas Europæ nationes apud veteres comprehendebat. Illius rei testes produco Appianum in Iberia, Κέλτοι, ὅσοι Γαλάται τε, καὶ Γάλλοι νῦν προσαγορεύονται. i. e. *Celti, quotquot* Galatæ, & Galli *nunc appellantur*. Strabonem lib. 4. Ταῦτα μὲν ὑπὲρ τῶν ὑπομένων τὴν Ναρβωνίτιν ἐπικράτειαν λέγομεν, ἃς οἱ πρότερον Κέλτας ὠνόμαζον, &c. i. e. *Hæc dicimus de eis, qui Narbonensem provinciam incolunt, quos priores* Celtas *vocabant, ab his verò arbitror universos* Galatas *à Græcis* Celtas *appellatos fuisse ob gentis claritatem*. A quibus non multum abludit Amm. Marcellinus lib. 15. c. 23. *Ambigentes super origine prima Gallorum scriptores veteres, notitiam reliquere negotii semiplenam, sed postea Timagenes: & diligentia Græcus & lingua, quæ diu sunt ignorata collegit ex multiplicibus libris, cujus fidem sequuti obscuritate dimota, eadem distincte docebimus & aperte. Aborigines primos in his regionibus quidam visos esse firmarunt*, Celtas *nomine regis amabilis, & matris ejus vocabulo* Galatas *dictos*; *Ita enim* Gallos *sermo Græcus appellat*. Galli & olim & nunc non solum armis, verum etiam litteris celebrantur inter omnes Europæ populos, celeberrimis incursionibus Europam, & Asiam perturbarunt, & ipsam Romam, cui etiam Saturninum & Carum Imperatores dederunt, testibus Flavio Vopisco in Saturnino & Jorn. de reg. Successione, ac nescio quo fato ex Gallia tamquam ex equo Troiano orbis maximi Monarchæ prodierunt, Julius Cæsar, Constant. Magnus, Carolus Magnus; verba Vopisci in Saturnino sunt notatu digna; *Saturninus oriundus fuit Gallis, ex gente hominum inquietissima, & avida semper vel faciendi principis, vel imperii*. Olim Massiliæ ingenuarum literarum studia adeo floruerunt, ut Romani pro Athenensi peregrinatione Massiliensem amplecterentur, ac tantum Græcarum literarum studium apud Gallos excitarunt Massilienses, ut contractuum quoque formulas Græce conscriberent, auctore Strabone lib. 4. Plinius lib. 12. c. 1. auctor est Gallos causssam primum superfundendi se Italiæ habuisse illectos ficis siccis, uvis, oleoque, ac vino, quæ Helico quidam ex Italia in Galliam secum tulisset. Quod si verum est, sero nimis his rebus usi sunt. Idem lib. 3. c. 1. inquit, adhuc suo ævo hominem sacrificasse, quod Romani prohibuerunt; *Nec satis æstimari potest, quantum Romanis debeatur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi verò etiam saluberrimum*. Antiquitus apud eos Druidæ sacrorum curam habebant, de quibus & eorum humanis victimis plurima narrat Cæsar de Bello Gallico lib. 6. quorum diræ immanitatis religionem penitus abolevit Tiberius Claud. Cæs. teste Suetonio in ejus vita. Nunc gens est πολιλκωΐτη & eorum rex Ludovicus XIV. qui nunc regnat, totius Christianitatis potentissimus, in quo videntur esse aliquot Alexandri Magni scintillæ, sed incertum quò fata trahant. Affirmare esse gentem, quæ nullo laboret vitio desipere est. Donec enim fuerint homines, vitia erunt, ac etsi totum hominum genus pereat, & aliud alterius loco renascatur, tamen sua habebit vitia. Hæc enim sine magistro etiam discuntur; sed non possum non mirari P. Bertium, qui in suis Geographicis tabulis in Descriptione Hispaniæ plurima vitia magis propria Gallorum quam Hispanorum objicit Hispanis ac tandem inquit: *In Hispania Cæremoniarum plurimum, fidei parum, in Gallia tuta fides*, viderit ne illud, quod de Græcia dixit Eurip. in Iphig. Tauricâ, an de Gallia dici possit? Πῆ δὲ Ἕλλας οἴδεν ἕδε. Optarem Bertium legisse auctorem Gallum & gravissimum, qui vulgo Gallis dicitur Michel de Montaigne qui lib. 2. c. 18. sic de sua ipsius gente loquitur: *Le premier traict de la corruption des mœurs, c'est le bannissement de la verité. Car comme disoit Pindare, l'estre veritable, est le commencement d'une grande vertu, & le premier article que Platon demande au gouverneur de la Republique. Nostre verité de maintenant, ce n'est pas ce qui est, mais ce qui se persuade à autruy: comme nous appellons monnoye non celle qui est loyalle seulement, mais la fausse aussi, qui a mise. Nostre nation est de long temps reprochée de ce vice. Car Salvianus Massiliensis, qui estoit du temps de l'Empereur Valentinian, dit qu'aux François le mentir & se parjurer n'est pas vice; mais une façon de parler. Qui voudroit encherir sur ce tesmoignage, il pourroit dire que ce leur est à present vertu. On s'y forme, on s'y façonne, comme à un exercice d'honneur: Car la dissimulation est des plus notables qualités de ce siecle. Ainsi j'ay souvent consideré d'où pouvoit naistre ceste coustume, que nous observons si religieusement, de nous sentir plus aigrement offensez du reproche de ce vice, qui nous est si ordinaire, que de nul autre: & que ce soit l'extreme injure qu'on nous puisse faire de parole, que de nous reprocher le mensonge. Sur cela je treuve qu'il est naturel, de se deffendre le plus des defauts, de quoi nous sommes le plus entachez. Il semble qu'en nous ressentans de l'accusation, & nous en esmouvans, nous nous deschargeons aucunement de la coulpe, si nous l'avons par effect, ou moins nous la condamnons par apparence. Seroit-ce pas aussi, que ce reproche semble envelopper la coüardise & lascheté de cœur? En est-il de plus expresse, que se desdire de sa parole? quoy se desdire de sa propre science? C'est un vilain vice, que le mentir, & qu'un ancien print bien honteusement, quand il dit, que c'est donner tesmoignage de mespriser Dieu, & quand & quand de craindre les hommes. Il n'est pas possible d'en representer plus richement l'horreur, la vilité & le desreiglement: Car que peut on imaginer plus vilain, que d'estre coüard à l'endroit des hommes, & brave à l'endroit de Dieu? Nostre intelligence se conduisant par la seule voye de la parole, celui qui fausse, trahit la societé publique, &c.* Sunt quædam vitia, quæ pertinent ad oves, hoc est, ad gentem, sunt alia, quæ pertinent ad pastores, hoc est, ad gubernatores, qui pelle ovina induti lupi sunt rapaces. Illud Hispanorum adversus Indos quod culpat P. Bertius loco supra citato; Ego etiam improbo & detestor. Sed hoc ad milites, non ad gentem totam pertinet; nunquid meliora faciunt Galli milites? hoc genus homines cujuscunque nationis sunt pessimi, quos duces etsi sint optimi viri, aliquando non possunt reprimere. Graphicè illorum nequitiam depingit Lucanus:

Nulla fides, pietasque viris qui castra sequuntur.

Sed nos ad Spartam nostram revertamur, edocti ab Andino vate non esse nostri instituti tantam litem transigere:

Non nostrum inter vos tantas compnere lites
Et vitula tu dignus, & hic, & quisquis amores
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.
Claudite jam rivos pueri, sat prata biberunt.

De Gallia, Gallorumque veteribus & recentibus moribus videsis Ioannem Boëmum de Europa lib. 3. c. 23. & obiter vide ejusdem lib. c. 24. de Hispania, & moribus Hispanorum.

51 Γαλιλαῖοι, ἔθνος τῆς Ἰουδαίας.] Galilæi, gens Iudææ, regio verò *Galilæa* dicebatur. Duæ autem fuere hujus nominis regiones in Iudæa, superior, & inferior, utraque Hebraïce dicitur גליל *Galil*, id est, *convolutio terminorum*, à quo parum deflexo nomine *Galilæa* dicitur Græce & Latine. Utriusque descriptionem habes apud Iosephum de Bello Iudaïco lib. 3. c. 2. juxta versionem Latinam. In altera harum regionum Selomoh rex Regum lib. 3. c. 9. v. 11. Chiramo Tyri regi viginti urbes donavit. Quia *Jesus Nazarenus* frequenter in hac regione versabatur, ideo Iulianus ὁ ἀποστάτης eum per contemptum *Galilæum*, & Christianos *Galilæos* vocabat. Sic enim prius vocabantur Christiani, qui sub imperatore Claudio, relicto *Nazaræorum* & *Galilæorum* nomine, *Christiani* dicti sunt, ut testatur Suid. in Ναζηραῖος.

52 Γάλ-

ΓΑ΄ΛΛΟΣ [52], ποταμὸς Φρυγίας. [53] Οἱ περ- A
οίκοι περιναίδαν Ποταμογαλλικοὶ, ὃς παρεμπίπτει ὁ Πολυίστωρ ἐν τῷ περὶ Φρυγίας τρίτῳ· [54] καὶ ὅτι τὸ Γάλλον καὶ τὸ Ἄττιν ἀποκόψαι τὰ αἰδοῖα. [55] Καὶ τὸν μὲν Γάλλον ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Τυρίαν ποταμὸν, καὶ οἰκῆσαι, καὶ τὸν ποταμὸν Γάλλον καλέσαι. [56] Ἀπὸ ἐκείνου γάρ, τοὺς τεμνομένους τὰ αἰδοῖα Γάλλους καλοῦσι.

GALLUS, fluvius Phrygiæ, circumhabitatores, Potamogalleni, quos citat Polyhistor lib. 3. de Phrygia dicens, quod Gallus, & Attis abscidere verenda, ac quod Gallus venit in Tyriam fluvium, atque inibi habitavit atque fluvium *Gallum* vocavit. Ab B eo enim *abscissos* verenda *Gallos* vocant.

ΓΑ΄ΜΑΛΑ [57], κατοικία Συρίας. Οἰκήτωρ, Γαμαλεύς. [58] Ἰώσηπος ἐν τετάρτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

GAMALA, habitatio Syriæ. Incola, Gamaleus. Josephus lib. 4. Judaïcæ Antiquitatis. C

ΓΑΜΒΡΕΙΟΝ, πόλις Ἰωνίας. Τὸ ἐθνικὸν, Γαμβρεικὸς, ὡς Σιγειεύς. [59] Γράφεται δὲ ἄνευ διφθόγγου, ὡς δηλοῖ τὸ Γαμβρήιον.

GAMBRIUM, urbs Ioniæ. Gentile, Gambrieus, ut Sigieus. Scribitur verò per diphthongum, ut Gambreïum.

ΓΑΝΔΑΡΑ [60], Ἰνδῶν ἔθνος. Ἐκαλοῦντο Ἀσία. [61] Λέγονται καὶ Γανδάριοι παρ' αὐτῷ, καὶ D Γανδαρικὴ ἡ χώρα.

GANDARA, Indorum gens, Hecatæus Asia. Dicuntur etiam Gandarii apud ipsum, & Gandarica regio.

ΓΑ΄ΝΔΡΟΙ [62], ἔθνος Ἰνδῶν ἀνηλαχθὲν Διονύσῳ, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν πέρι. Ἐκαλοῦντο δὲ Γανδάρας αὐτοὺς καλεῖ.

GANDRI, populi Indorum, qui obstitere Dionyso, ut Dionysius Bassaricorum lib. 4. Hecatæus verò *Gandaras* eos vocat.

ΓΑ-

GA-

52 Γάλλος, ποταμὸς Φρυγίας.] Gallus, fluvius Phrygiæ memoratur inter alios Straboni lib. 12. Cujus aquæ largè potæ in furorem vertere ferebantur, unde Ov. Fast. lib. 4.

Inter, ait, *viridem Cybelen, altasque Celænas*
Amnis it insana, nomine Gallus, *aqua.*

Aliis dicitur fluvius Bithyniæ, quia Bithyniam irrigabat profluens ex Celænis Phrygiæ monte, qua de causa etiam nostro vocatur Phrygiæ fluvius, ac quia etiam Galatiam irrigabat Galatiæ adscribitur à Plinio lib. 5. c. 23.

53 Οἱ περίοικοι περιναίδαν Ποταμογαλλικοί.] Opus est Augiæ stabulum repurgare, quid enim est illud lectionis monstrum περιναίδαν; sine Hercule, ratione duce, comite fortuna, id monstrum hoc modo debellamus: Οἱ περιοικοῦντες τὸν ποταμὸν Ποταμογαλλικοί. i. e. *Qui circum-accolunt fluvium Potamogalleni.* Similis phrasis reperitur apud auctorem nostrum in Ὠκεανὸς, ubi inquit: Οἱ περιοικοῦντες, Ὠκεανῖται. i. e. *qui-accolunt, Oceanitæ.*

54 Καὶ ὅτι τὸ Γάλλον καὶ τὸ Ἄττιν, &c.] Hæc videntur esse verba Polyhistoris ex ejus de Phrygia lib. 3. sed olent fabulas, quæ mihi non bene olent.

55 Καὶ τὸν μὲν Γάλλον ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Τυρίαν ποταμόν.] Inquit Gallum illum de quo nota præcedenti egimus venisse ad fluvium Tyriam, & illic habitasse, atque fluvium *Gallum* à se ipso vocâsse, pro τὸν Τυρίαν lege Τύρον. Sic enim ex eodem Polyhistore in Τύρος vocat hunc fluvium & urbem cognominem. Memoratur etiam Ammiano Marcell. lib. 22. c. 18. Iorn. de Reb. Geticis.

56 Ἀπὸ ἐκείνου γάρ, &c.] Ab illo scilicet Gallo, de quo in præcedentibus notis egimus, abscissos verenda, inquit, *Gallos* vocari scilicet Matris Deorum Sacerdotes, quoniam exsecti erant pudenda. Plinius lib. 5. c. 32. inquit: *Flumina sunt in ea præter jam dicta, Sangarium & Gallus, à quo nomen traxere Matris Deûm Sacerdotes.* Duas hujus nominis etymologias affert Magni Etymologici auctor: Γάλλος, ὁ τῇ Μητρὶ Θεῶν ὀργιζόμενος. Ὁ ἄλλος τις γενόμενος καὶ μεταβάλλων τὴν φύσιν ἐξ ἀνδρῶν. Καὶ ἅτε ἀνὴρ ὢν, ἅτε γυνή. Ἐξετέμνοντο γὰρ οἱ τελούμενοι τῇ Θεῷ, ἢ ἀπὸ Γάλλου ποταμοῦ τῆς Φρυγίας παρ' ὃν ἐτελοῦντο. i. e. *Gallus, qui Matri Deorum orgia-peragit.* Ὁ ἄλλος. i. e. *alius quidam factus & mutans naturam virilem, nec vir existens, nec fœmina. Secabantur enim* [pudenda] *qui cerimonias-peragebant Deæ, vel à Gallo fluvio Phrygiæ, propter quem cerimonias peragebant.* Ovid. Fast. lib. 4. secundam etymologiam affirmat.

Cur igitur Gallos, qui se excidere, vocamus?
Cum tantum à Phrygia Gallica distet humus,
Inter, ait, viridem Cybelen, altasque Celænas
Amnis it insana nomine Gallus aqua.
Qui bibit inde furit. Procul hinc discedite, quis est
Cura bonæ mentis. Qui bibit inde, furit.

57 Γάμαλα, κατοικία Συρίας.] Gamala, oppidum Syriæ. Noster auctor hoc in loco Syriam accipit pro *Syria Palestina*, id est, *Judæa.* Hæc enim urbs erat Iudææ, non Syriæ. Suetonius in Vespasiano: *Tarichæam & Gamalam urbes validissimas Judææ in potestatem redegit.* Hebraïce dicitur גמל *Gamal* seu גמלה *Gamala* à figura cameli, qui Hebraïce quoque dicitur גמל *gamal.* Cameli enim specimen referebat, ut rerum monumentis tradit Iosephus de Bello Iudaïco lib. 4. c. 1. ubi ejus situm graphicè depingit una cum obsidione: *Urbe capta*, inquit Iosephus libro citato capite septimo, *Romani nec infantibus pepercere, quatuor millia occiderunt, quinque millia unà cum uxoribus & liberis in vallem se præcipites dederunt, quæ sub arce in profundum patebat, idque desperatione salutis, cum se undique circunclusos viderent, nec quisquam salvus evasit, præter duas sorores, quæ Romanos latuerunt.* Hanc urbem instaurasse antea Herodem, & à se *Herodium* nominasse prodit Euseb. Chron. Can.

58 Ἰώσηπος ἐν τετάρτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.] Lege ἐν τετάρτῳ δὲ περὶ Ῥωμαίων πολέμου. i. e. lib. 4. *de Bello adversus Romanos.* Hoc enim libro, non quarto Iudaïcæ Antiquitatis meminit Iosephus Gamalæ urbis.

59 Γράφεται δὲ ἄνευ διφθόγγου.] Lege γράφεται καὶ ἄνευ διφθόγγου. i. e. *Scribitur etiam sine diphthongo*, scilicet Gambreion. Urbs Ioniæ quæ cum diphthongo & sine diphthongo in secunda inquit scribi.

60 Γάνδαρα, Ἰνδῶν ἔθνος.] Gandara, Indorum gens, ex Hecatæi Asia, eadem, quæ subsequenti sectione *Gandri* dicitur, *Gangarides* dicuntur Virgil. Georgic. lib. 3. v. 26.

In foribus pugnam ex auro, Solidoque elephanto
Gangaridum faciam, victoriisque arma Quirini.

Memorantur Plinio lib. 6. c. 19. Ptolemæo lib. 7. c. 1. qui eos circa ostia Gangis locat, & eorum regiam Gangen celebrat; Diod. Sic. suæ Bibliothecæ Historicæ lib. 3. auctor est, Alexandrum, cum reliquas ad orientem gentes vicisset, Gangaridas non attigisse propter elephantorum multitudinem, quos habebant, de quibus ad satietatem usque Salm. in Solin. fol. 992.

61 Λέγονται καὶ Γανδάριοι.] Gandaræ, populi Indi, dicuntur Gandarii Hecatæo: sic etiam vocantur ab Herodoto lib. 3. c. 91. & lib. 7. c. 66.

62 Γάνδροι, ἔθνος Ἰνδῶν, &c.] Gandri, gens Indorum, de qua vide, quæ nota præcedenti annotavimus.

63 Γα-

ΓΑΡΑΜΑΝΤΕΣ [63], ἔθνος Λιβύης· Ἡρόδοτος τετάρτῃ. Οἱ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, καὶ παντὸς ὁμιλίαν.

GARAMANTES, populi Libyæ; Herodotus lib. 4. *Qui omnem hominem fugiunt, ac omnis consuetudinem.*

ΓΑΡΓΑΡΑ [64], πόλις Τρωάδος, ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἴδης, πάλαι Γάργαρος καλουμένη· [65] ἣν Αἰολικὴν ὀνομάζει Στράβων, καὶ Ἑκαταῖος. Ἀλκμὰν δὲ, θηλυκῶς τὸν Γάργαρον φησιν, ἐν ᾗ καθῴκουν Λέλεγες. Ὠνομάσθη δ' ἀπὸ Γαργάρου τοῦ Διός, ὃν ἐκ τῆς Θεσσαλίας ἐν Λαρίσσῃ. Ἐκεῖ δὲ Διότιμος ὁ Ἀδραμυττηνὸς ἐδίδασκε γράμματα, εἰς ὃν Ἄρατος εἶπεν·

GARGARA, urbs Troadis, in cacumine montis Idæ, olim *Gargaros* vocata, quam *Æolicam* nominat Strabo, & Hecatæus. Alcman verò fœminino genere Gargarum dixit, in qua habitabant Leleges. Sic verò fuit vocata à Gargaro Jovis filio, ex Thessalia in Lariſſa. Illic etiam Diotimus Adramyttenus docebat litteras in quem Aratus dixit:

[66] Αἰάζω ὅτι μοῦνος ἐπὶ πέτρῃσι κάθηται,
Παισὶ Γαργαρέων βῆτα καὶ ἄλφα λέγων.

Deploro, quod ſolus in petris ſedet.
Pueris Gargareorum Beta, & Alpha dicens.

Καὶ Γάργαρα ἄκρα. Ἐπαφρόδιτος δέ φησιν, [67] ὅτι ἡ μὲν πόλις θηλυκῶς λέγεται τὸ δὲ ἀκρωτήριον οὐδετέρως. Ἑλλάνικος δὲ Γάργασον ἔφη τὴν πόλιν, Δι' οὗ σ ἀλλ' οἶμαι σφάλμα εἶναι. Ἔστι καὶ Λαμψάκου πολίσματιον Γάργαρον. Ἔστι καὶ ἑτέρα τῆς Ἰταλίας, καὶ τῆς Ἠπείρου ἄλλη. Τὸ ἐθνικὸν, Γαργαρεύς· καὶ θηλυκῶς Γαργαρίς.

Eſt etiam Gargara promontorium. Epaphroditus verò inquit, quod urbs quidem fœminino genere dicitur; promontorium verò neutro. Hellanicus autem urbem *Gargaſum* vocat, per *s*, ſed puto errorem eſſe. Eſt etiam Gargarum Lampſaci urbecula. Eſt & alia urbs Italiæ, & alia Epiri. Gentile, Gargarenſis, & fœmin. genere Gargaris *idis*.

ΓΑΡΓΑΡΕΙΣ [68], ἔθνος, οἱ μίγνυνται τοῖς Ἀμαζόσιν, [69] ὡς Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Τὸ

GARGARENSES, populi mixti Amazonibus, ut Strabo lib. 14. Fœmin. Gargaris

63 Γαραμάντες, ἔθνος Λιβύης, &c.] Garamantes, gens Libyæ ex Herodoti lib. 4. cujus affert verba, quæ apud eum libro citato capite 174. ſic leguntur: Τελέων δὲ κατύπερθε οἰκέουσι ἐπὶ νότου ἄνεμον, ἐν τῇ ἐρημίῃ Γαραμάντες, οἱ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, καὶ παντὸς ὁμιλέουσι, &c. i. e. *Hos ſuper* [loquitur de Naſamonibus] *auſtrum verſus, in loco feris-frequenti habitant Garamantes, qui omnem hominem, & omnium commercium fugiunt, nullaque bellica arma habent, neque ſe defendere ſciunt.* Memorantur Homero Mantuano Æneid. lib. 6. v. 794.

— *Super & Garamantas & Indos*
Proferet imperium, jacet extra ſidera tellus
Extra anni, ſolisque vias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Ad quem locum Servius: *Garamantas, populi inter Libyam: & Africam juxta nexuumenſum.* h. e. *torridam.* Ptolemæus lib. 4. c. 6. Καὶ μέγιστα μὲν ἔθνη κατοικούμενα τῶν Λιβύων, τό, τε τῶν Γαραμάντων, διήκον ἀπὸ τῶν, ἐπὶ Βαγραδᾶ ποταμοῦ, πηγῶν μέχρι τῆς Νώβα λίμνης. i. e. *Et maximæ gentes quidem incolunt Libyam, Garamantum* [gens] *quæ protenditur à Bagradæ fluvii fontibus uſque ad Nubam paludem.* Garamantes viciſſe & de eis triumphaſſe Cornelium Balbum Gaditanum, rerum monumentis tradidit Plin. lib. 5. c. 5. *Clariſſimumque oppidum Garama, caput Garamantum; omnia armis Rom. ſuperata, & à Cornelio Balbo triumphata, unius omnium externo curru, & Quiritium jure donato: quippe Gadibus nato civitas Roman. cum Balbo majore patruo data eſt. Et hoc mirum, ſuprà dicta oppida ab eo capta, auctores noſtros prodidiſſe, ipſum in triumpho Cydamum & Garamam, omnium aliarum gentium urbiumque nomina ac ſimulacra duxiſſe, quæ iêre hoc ordine, &c.* De quibus conſuleſis Solinum c. 32.

64 Γάργαρα, πόλις Τρωάδος, &c.] Gargara, neutr. plur. à ſingul. Gargarus, ut Tartara à ſingul. Tartarus, urbs Troadis ſita in cacumine montis Idæ, alii Mœſiæ adſcribunt, frugum copiâ celebratur. Unde Virgilius Georgic. lib. 1.

— *Nullo tantum ſe Mœſia cultu*
Jactet, & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.

Ad quem locum Serv. *Sane Gargara multi auctores Græci, ſicut Serenus Sammonicus tradit, altitudinem Idæ montis, & per hoc abuſivè omnes ſummitates montium* Gargara *appellantes, eſſe etiam Gargara civitatem in radicibus Idæ montis in provincia Mœſia Aſiæ*, &c. Ac paulo poſt: *In tantum ut multipoëtæ Græci Gargara abuſivè pro cujusvis rei multitudine vel copia poſuerint.* Hinc adagium: *Gargara bonorum*; & non inficetè Ariſtophanes dixit ψαμμακησιογάργαρα. Macrob. Saturnal. lib. 5. c. 20. prodidit Gargara eſſe in Myſia, quæ erat Helleſponti provincia, cujus nominis ſignificationem duplicem eſſe tradit. Nam & cacumen montis Idæ, & oppidum ſub eodem monte, hoc nomine vocabant, ut ille libro, capiteque citato inquit.

65 Ἣν Αἰολικὴν ὀνομάζει Στράβων, &c.] Gargara, urbem Troadis in cacumine montis Idæ, *Gargarum Æolicam* ab Strabone, inquit vocari, cujus ex lib. 13. in Troas ſunt verba: Οἰκείως τε τῶν καὶ τῶν ἀκρωρείων ἀφορίζει Γάργαρον ἀκρωτήριον. Καὶ ἦν νῦν Γάργαρον ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι τῆς Ἴδης δεικνύεται τόπος, ἀφ' ἧς τὰ νῦν Γάργαρα πόλις Αἰολική. i. e. *Convenienter etiam* [Homerus] *ſummitatem ejus diſtinguit Gargarum promontorium. Nam etiamnum in ſuperioribus Idæ partibus* Gargarum *locus oſtenditur, à quo nunc* Gargara, *urbs Æolica.*

66 Αἰάζω ὅτι μοῦνος ἐπὶ πέτρῃσι κάθηται, &c.] Duo iſti verſiculi Arati in Diotimum ſic leguntur Florileg. Var. Epigram. lib. 2. 40.

Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτρῃσι κάθηται
Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων. h. e.
Deploro Diotimum, qui in petris ſedet
Gargareorum pueris beta & alpha dicens.

67 Ὅτι ἡ μὲν πόλις, &c.] Annotat ex Epaphrodito Gargarum urbem dici fœm. genere, & Gargarum promontorium neutro, & urbs & promontorium Gargarum dicitur Heſychio: Γάργαρον, ἀκρωτήριον ὄρους Ἴδης, καὶ πόλις Τροίας πλησίον Ἀνδάνδρου. i. e. *Gargarum, promontorium montis Idæ, & urbs Troiæ prope Antandrum.* Gargaros fœm. gen. dicitur Magni Etymologici auctori in Γάργαρος.

68 Γαργαρεῖς, ἔθνος, οἱ μίγνυνται ταῖς Ἀμαζόσιν, &c.] Gargarenſes populi, quibus Amazones prolis procreandæ cauſa corpora miſcebant, memorantur epitomatori noſtro ex Strabonis lib. 14. qui id refert libro undecimo, non decimo quarto, ut inquit noſter, ac totam Amazonum hiſtoriam pro fabuloſa habet eodem libro. Noſtram ſententiam circa Amazones habes in Ἀμάζονες nota 43.

69 Ὡς Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.] Lege ὡς Στράβων ἑνδεκάτῃ. i. e. ut Strabo lib. 11. Libro enim undecimo, non decimo quarto, ut nota præcedenti annotavimus, meminit Strabo Gargarenſium.

70 Γά-

Τὸ ϑηλυκὸν, Γαργαρὶς κ᾽ τέχνην, ὡς Μεγαρίς. Κατὰ δ᾽ τὸ ἐπιχώριον, Γαργαρηνή. A

ris, secundum artem, ut Megaris, sed secundum incolarum consuetudinem, Gargarena.

ΓΑΡΓΗ[70], πόλις Λιβύης, ὡς Πολυΐστωρ ἐν τρίτῃ Λιβυκῶν. Τὸ ἐθνικὸν Γαργαῖος, ὡς Βεργαῖος· τῷ τύπῳ δ᾽, Γαργίτης.

GARGE, urbs Libyæ, ut Polyhistor Libycorum lib. 3. Gentile, Gargæus, ut Bergæus. Forma verò consueta Gargites.

ΓΑΡΓΗΤΤΟΣ[71], πόλις καὶ δῆμος τῆς B Αἰγηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Γαργήττιος. [72] Ἐπίκουρος Νεοκλέους, Γαργήττιος. [73] Τὸ ἐκ τόπου, Γαργήτθηϑεν, καὶ τἆλλα ἀκολούθως Γαργηττόνδε, Γαργηττοῖ. Ὀξυτόνως δ᾽ τὸ Γαργηττὸς, ὡς Ὑμηττός, Λυκαβηττός. [74] Ἐνταῦθά φασι C τὸ δὲ Εὐρυσθέως κεῖσϑαι σῶμα.

GARGETTUS, urbs & populus Ægeïdis tribus. Popularis, Gargettius. Epicurus filius Neoclis fuit Gargettius. Adverb. ex-loco, ex-Gargetto, & alia consequenter in-Gargettum, in-Gargetto. Acuitur verò Gargettus, ut Hymettus, Lycabettus. Hic ajunt Eurysthei corpus jacere.

ΓΑΣΤΡΩΝΙΑ[75], χώρα Μακεδονίας· Θεόπομπος εἰκοστῇ τετάρτῃ.

GASTRONIA, regio Macedoniæ; Theopompus 24.

ΓΑΥΓΑΜΙΛΑ[76], τόπος Περσίδος· Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γῆς δευτέρῳ. D

GAUGAMILA, locus Persidis; Apollodorus de Terra lib. 2.

ΓΑΥΛΟΣ[77], νῆσος πρὸς τῇ Καρχηδόνι· Ἑκαταῖος περιηγήσει. Ὁ νησιώτης, Γαυλίτης.

GAULUS, insula prope Carthaginem; Hecatæus in descriptione. Insularis, Gaulites.

ΓΕΑ[78], πόλις πλησίον Πετρῶν ἐν Ἀραβίᾳ, ὡς Γλαῦκος ἐν Ἀραβικῇ ἀρχαιολογίᾳ. E Τὸ ἐθνικὸν, Γεήνος. Ἐν Πέτραις δ᾽ ἐπιχωριάζει κύριον ὄνομα τὸ Γέσιος· ὅϑεν ἴσως ὁ περιφανὴς τῶν ἰατρῶν σοφιστὴς, ἴσως ἐντεῦϑεν κεκλημένος. Κατὰ ἀναλογίαν δ᾽ ἔδει Γεάτης, ὡς Τεγεάτης. Ἔοικε δ᾽ Γησίου προϋπάρχειν, ὡς τὸ Ἰθακήσιος· καὶ κ᾽ συγκοπὴν Γέσιος.

GEA, urbs juxta Petras in Arabia, ut Glaucus in Arabica Antiquitate. Gentile, Geius. In Petris verò consuetum est proprium nomen Gesius, unde erat celebris medicorum Sophista. Forsitan hinc cognominatus; juxta analogiam verò debebat dici Geates, ut Tegeates, sed videtur prius esse Geesius, ut Ithacesius, & per syncopen Gesius.

ΓΕΒΑΛΑ[79], τρίτη μοῖρα τῆς Παλαιστίνης· Ἰώσηπος. Τὸ ἐθνικὸν, Γεβαλιώτης, ὡς Βαρηνός.

GEBALA, tertia Palæstinæ pars, Josephus. Gentile, Gebalenus, ut Barenus; *Geba-*

70 Γάργη, πόλις Λιβύης.] Garge, urbs Libyæ. Abr. Ortelius in suo Thesauro Geographico videtur legisse ἔθνος Λιβύης. i. e. *gens Libyæ*, sed existimo fuisse μνημονικὸν ἀμάρτημα. Hujus urbis nullam apud alios inveniebam notitiam.

71 Γαργηττὸς, πόλις καὶ δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς.] Gargettus, urbs & populus Ægeïdis tribus, celebris Epicuri natalibus, ideo Gargettius senex ab aliquibus appellatur.

72 Ἐπίκουρος Νεοκλέους, Γαργήττιος.] Videntur esse verba desumpta ex Diogenis Laërtii lib. 10. in vita Epicuri. Sic enim ille: Ἐπίκουρος Νεοκλέους καὶ Χαιρεστράτης, Ἀθηναῖος, τὸ δῆμον Γαργήττιος. i. e. *Epicurus Neoclis & Chærestratæ* [filius] *Athenienſis, populo Gargettius.* De Epicuri vita & moribus videsis eruditum Gassendi libellum in octo libellos divisum.

73 Τὸ δὲ τόπου Γαργήττηϑεν, &c.] Lege Γαργηττόϑεν, à Gargettus enim aliter adverbium locale deduci non potest, quod & sequentia confirmant.

74 Ἐνταῦϑά φασι τὸ δὲ Εὐρυσθέως κεῖσϑαι σῶμα.] In oppido Gargetto ajunt jacere Eurysthei corpus. Quod testatur etiam eruditissimus veterum Grammaticorum Græcorum: Γαργηττὸς, δῆμος Ἀθήνησι τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. Ὅπου δοκεῖ κεῖσϑαι τὸ σῶμα Εὐρυσθέως. i. e. *Gargettus, populus Athenis Ægeïdis tribus, ubi videtur jacere corpus Eurysthei.*

75 Γαστρωνία, χώρα Μακεδονίας.] Gastronia, regio Macedoniæ, forsitan eadem, quæ paulò infra dicitur nostro Γρηνία regio Thraciæ prope Macedoniam quæ memoratur Thucydidi lib. 2.

76 Γαυγάμιλα, τόπος Περσίδος.] Gaugamila, seu Gaugamela, utroque enim modo reperitur, locus Persidis ex Apollodoro. Strabo lib. 16. *pagum* vocat, ut & Arrhianus de Expeditione Alex. lib. 6. Erat verò in Assyria, quæ Straboni libro citato dicitur *Aturia*, nomen autem *pagi* sonat, ut idem inquit, *domum cameli.* Id nominis & à Dario Hystaspis impositum fuisse refert: *gamal* verò in lingua Sancta significat *camelum*, ex qua reliquæ linguæ id accepere. Ad Gaugamela ab Alexandro victus est Darius Persarum rex, etsi Arbela illius prælii gloriam tulerint, ut suo loco annotavimus. Utrumque nomen est neut. plurale.

77 Γαῦλος, νῆσος πρὸς τῇ Καρχηδόνι.] Gaulus, insula ad Carthaginem, quæ Straboni lib. 6. dicitur *Gaudus*, existimo esse mendum; nam reliquis *Gaulus* dicitur: fuit una ex tribus insulis à Carthaginensibus olim habitatis. Eæ verò fuere Melite, Gaulus, Lampas, auctore Scylace; erat autem in Siculo freto Africam versus; ut tradit Mela lib. 2. c. 7. in ea, nec serpens nascebatur, nec aliunde invectus vivebat, quin etiam jactus ex ea quocunque gentium pulvis arcebat angues, scorpiones superjactu illius terræ pulveris illico perimebantur, referente Solino c. 32.

78 Γέα, πόλις πλησίον Πετρῶν ἐν Ἀραβίᾳ.] Ptolemeus eam locat lib. 6. c. 15. inter civitates Arabiæ Felicis cui Γαῖα πόλις, *Gæa*, urbs dicitur.

79 Γίβαλα, τρίτη μοῖρα τῆς Παλαιστίνης, &c.] Gebala, tertia pars Palæstinæ ex Josepho, verum puto falsum esse epitomatorem nostrum, qui nobis tamquam per aversionem *Gebala* tertiam Palæstinæ partem vendit; Josephus Antiquitatum lib. 15. c. 11. *Gabala*, non *Gebala*, oppidum celebrat, quod in Galilæa condidisse tradit Herodem. Epitomator noster supra in Γάβαλα inquit ex Hecatæo *Gabalam* esse urbem Phœniciæ, de qua videsis, quæ illic annotavimus.

νός.[80] Γεβαλήνη τε ἡ Αἰμανῖτις, ἡ τῶν Ἰδουμαίων χώρα μεταωνομάσθη. A *Gebalene quoque* Hæmanitis, *Idumæorum regio nominata fuit.*

ΓΕΒΕΩΝΙΤΑΙ[81], ἔθνος πλησίον Ἱεροσολύμων, ὡς Ἰώσηπος.

GEBEONITÆ, populi prope Hierosolyma, ut Josephus.

ΓΕΔΡΩΣΙΑ[82], χώρα· καὶ Γεδρώσιοι, ἔθνος Ἰνδικόν. [83] Διονύσιος περιηγητής·

Τῶν δὲ πρὸς ἀνατολίην Γεδρωσῶν ἔλκεται αἶα.

GEDROSIA, regio, & Gedrosii populi Indiæ, ut Dionysius Periegetes: B

Gedrosorum verò ad orientem trahitur terra.

[84] Οὐκ οἶδα ὁθεν κλίνας. Ἐν δὲ τοῖς δὲ Πολυΐστορος, Δρὰς δὲ κ Δύρέθη ἡ πρώτη συλλαβή, ἀλλ' ἴσως ἀδιόρθωτον τὸ βιβλίον.

Nescio unde sic declinet. In libris verò Polyhistoris per *c* invenitur prima syllaba, sed C erat incorrectus liber.

ΓΕΛΑ[85], πόλις Σικελίας· ἡ γλωσσικὴ, Γέλας. Τὸ δὲ Γέλης, Ἰωνικόν. [86] Καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα. [87] Ὁ δὲ ποταμὸς, ὅτι πολλὸν πύχνον γλυκᾶ· τοῦτον γὰρ τὸν Ὀπικῶν φωνὴ, καὶ Σικελῶν, Γέλαν λέγεσθαι. [88] Πρόξενος δ' ἐν πρώ- D

GELA, urbs Siciliæ, genitivus Gelas. Geles verò est Ionicum. Sic verò vocatur à fluvio Gela. Fluvius verò sic vocatus fuit, quod multum gelu gignit. Hoc enim Opicorum, & Siculorum lingua *Gelan* dicitur. Pro-

80 Γεβαλήνη τε ἡ Αἰμανῖτις, ἡ τῶν Ἰδουμαίων, &c.] Videtur innuere illa verba esse Josephi, cujus librum non citat, in quibus dicitur, *Gebalene & Hæmanitis Idumæorum regio antiquo nomine nominata est*; quæ verba apud Iosephum non potui reperire, at Antiquit. lib. 15. c. 11. in capitis calce, quæ sequuntur, inveni: Ἔνθα τῷ μεγάλῳ πεδίῳ τῷ ἐπιλέκτοις ἱππεῦσιν ὠκεῖ αὐτὸν ἀποκληρώσας, χωρίον σωύκλισεν ἐπί τε τῇ Γαλιλαίᾳ Γαβάλα καλούμενον. Καὶ τῇ περαίᾳ τῇ Ἐθμωνῖτιν. i. e. *Inque magno campo* [Herodes] *sorte lectis equitibus castellum condidit, & in Galilæa* Gabala *nomine*: *& in ulteriore parte* Esthmonitin. Utrum apud Stephanum pro Αἰμανῖτις legendum sit ex Iosepho Esthmonitis, nec ne, tuo relinquo arbitrio; apud Thargum Hierosolymitanum frequenter, ac præcipuè Deuteron. c. 2. *Seïr*. i. e. *Idumæa* גבלא *Gabla* vocatur à quo fine dubio deflexum est *Gebalene*, quod etiam confirmatur auctoritate Hieronymi in Abdiam c. 1. *Unus, atque idem tribus nominibus appellatur Esau, Edom, Seïr, possiditque regionem, quæ nunc* Gebalena *dicitur, & in finibus est Eleutheropolcos, ubi ante habitaverunt Horræi.*

81 Γεβεωνῖται, ἔθνος πλησίον Ἱεροσολύμων, &c.] Gebeonitæ, populi prope Hierosolyma ex Iosepho, qui Antiquit. lib. 5. c. 1. eorum historiam narrat, quæ habetur Iosuæ c. 9. quibus, etsi deceptus Iosue, tamen fidem jurejurando sancitam servavit, exemplum ducibus, viris principibus, regibus, & omnibus imitandum relinquens, quod parum procedit. Improbi enim non adeo bene obediunt religioni, ac probi naturæ. Apud Iosephum non *Gebeonitæ*, ut inquit noster, sed *Gabaonitæ* dicuntur, de quorum urbe egimus in Gabaopolis.

82 Γεδρωσία, χώρα. Καὶ Γεδρώσιοι, ἔθνος Ἰνδικόν.] Gedrosia, regio, & Gedrosii, gens Indica cujus descriptionem habemus apud Ptolemæum lib. 7. c. 21. inter cujus urbes memorat *Coïamba*, quæ hodie parum corrupto nomine dicitur *Cambaïa*, ac est regni caput quod Olor Lusitanus Lusiadum cantic. 7. oct. 21. existimat fuisse Pori illius ab Alexandro devicti regnum:

O Reyno de Cambaya bellicoso
(Dizem que foy de Poro Rey potente)
O Reyno de Narsinga poderoso
Mais de ouro & pedras, que de forte gente
Aqui se enxerga la do mar undoso
Hum monte alto, que corre longamente,
Servindo ao Malavar de forte muro
Com que do Canara vive seguro.

Fuisse Alexandrum Magnum in Gedrosia apparet, ex Arriani Periplo, cujus verba adduximus in Βαρύγαζα nota 51. ex Q. Curtio lib. 10. c. 10. ex Arrh. de Exped. Alex. lib. 6. ex Eustathio ad Periegetæ v. 1090. quare non est mirandum Lusitanum Poëtam asserere Porum, quem Alex. vicit, fuisse Gedrosiæ regem.

83 Διονύσιος Περιηγητής.] Affert versiculum ex Dionysio Periegeta, qui legitur apud eum num. 1090. ubi agit de Gedrosis. Sic enim vocat ille Gedrosios.

84 Οὐκ οἶδα ὁθεν κλίνας.] Inquit se nescire quare Periegeta declinet Gedrosos pro Gedrosios, ac si hoc non esset commune & poetis & historicis. Eodem enim modo dicitur Bœotus, & Bœotius, Syrus, & Syrius, sed eos ἀνωμαλώτερον vocaret Gedrosianos, quandoquidem regio Gedrosia dicitur.

85 Γέλα, πόλις Σικελίας, &c.] Gela, urbs Siciliæ cujus genitivus est Γέλας Græcis, ut sunt plurima oppidorum nomina hujus formæ, ut Gaba, & alia de quibus alibi egimus, sed Ionice, ut inquit noster dicitur Γέλης, ac sic usurpat Herodotus lib. 7. Κλεομένης Γέλης τοῦ Λιν δίων, τῶν ἐκ Ῥόδου, &c. i. e. *Condita Gela à Lindius, qui ex Rhodo. &c.* Ejus conditores celebrat Thucydides lib. 6. hisce verbis: Γέλαν δὲ Ἀνύφημος ἐκ Ῥόδου καὶ Ἐντιμος ἐκ Κρήτης ἐποικισάμενοι κοινῇ ἔκτισαν ἔτη πέμπτῳ καὶ πεντηκοστῷ μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἴκησιν. Καὶ τῇ μὲν πόλει ἀπὸ ποταμοῦ τοῦνομα ἐγένετο, τὸ δὲ χωρίον, ἐφ' οὗ νῦν ἡ πόλις ἐστὶν, καὶ ὃ πρῶτον ἐτειχίσθη, Λίνδιοι καλεῖται. i. e. *Gelam Antiphemus e Rhodo & Entimus e Creta colonos ducentes communi opera condiderunt, anno* XLV *postquam Syracusæ conditæ fuere; & urbi à flumine* Gela *nomen impositum fuit: locus verò ubi nunc urbs est, quique prius communitus fuit,* Lindii *vocatur.* Scilicet à Lindiis, qui ex Rhodo illuc profecti fuerant, ut patet ex Herodoti loco supra citato.

86 Καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα.] Tria hujus urbis affert etyma, à fluvio Gela, propter quem sita erat, à Gelone, unde gentile, Gelous, à verbo γελᾶν. i. e. *ridere*, quod Antiphemus ejus conditor loquente Pythia, riserit, primum confirmatur ex Thucydide, cujus nota præcedenti attulimus verba, nec non ex Andino vate Æneid. lib. 3. v. 700.

— Et fatis nunquam concessa moveri
Apparet Camarina procul, campique Geloi
Immanisque Gela fluvii cognomine dicta.

Dubitant Criticorum παῖδες, quare immanis vocetur à Virgilio, ego existimo, quod fuerit aliquando magna urbs, eodem sensu, ac Æneid. lib. 6. v. 19. inquit:

— Posuitque immania templa.

87 Ὁ δὲ ποταμὸς, ὅτι πολλὸν πύχνον γενεᾶ.] Etymologiam fluminis Gelæ, à quo urbi cognomini nomen, deducit à nomine γέλα, i. e. *glacies*, quam γέλαν vocabant Opicorum Siculorumque lingua, & urbis & fluvii etymologiam ex verbo γελᾶν. i. e. *ridere* deducit Etymologus in Γέλα. Bochartus, utpote qui in eruendis etymis luxuriat ab Hebræo verbo deducit, sed non est audiendus. Nam oppidorum & fluminum Siciliæ etymologiam deducere a lingua Hebræa, seu Phœnicia, quin ostendamus eorum conditores & accolas fuisse Phœnices, desipere est.

88 Πρόξενος δὲ ἐν πρώτῃ τῶν περὶ πόρων, &c.] Vocat ad testimonium Proxenum lib. 1. περὶ πόρων, &c. i. e. de Itineribus Siculis; ego legendum puto περὶ πόλεων. i. e. *de urbibus* Siculis; simul enim advocat Hellanicum, qui etiam de urbibus scripsit, ut noster inquit in Χαλκίδα.

89 Τὸ

πρώτη τ῀ σῆι πόρων Σικελικῶν, καὶ Ἑλλάνικος ἀπὸ Γέλωνος τ῀ Αἴτνης, καὶ Τ῀μάρχ. Ἀρισταίνετος δ' ἐν πρώτη τ῀ σῆι Φασηλίδα, ὅτι Λάκιος καὶ Ἀντίφημος ἀδελφοὶ, ἐλθόντες εἰς Δελφοὺς μαντευσαμ῀. Τῶι δὲ Πυθίαν εἰπ῀ αὐτῶι σκέψασθαι τ῀ Λάκιον πρὸς ἀνατολὰς ἡλίου πλεῖν. Τ῀ δ' Ἀντιφήμου γελάσαντος, τ῀ Πυθίαν εἰπεῖν πάλιν, Ἀφ' ἡλίου δυσμῶν, καὶ ὧι αὐ πόλιν οἰκήσῃ. [89] Τὸ ἐθνικὸν, Γελαῖος, ὁ Γελῶος, ὡς Ἄβρων, καὶ ἡ συνήθεια. Καὶ ἴσως ἀπὸ τ῀ Γέλωνος, τὸ Γελῶος.

ΓΕΛΩΝΟΝ [90], πόλις Σαρματίας τ῀ Εὐρώπης, ἀπὸ Γέλωνος τ῀ Ἡρακλέους, τ῀ Ἀγαθύρσου ἀδελφ῀. Οἱ οἰκήτωρ, ὁμωφώνως· ὀξυτόνως δέ. [91] Ἔστι δὲ ἡ πόλις ξυλίνη, κειμένη ἐν Βουδίνοις, ἔθνει μεγάλῳ, ὡς Ἡρόδοτος. [92] Παρὰ τούτοις ζῶόν ἐστι θαυμάσιον, ὃ ὀνομάζεται Ταράνδος, καὶ μεταβάλλει τὰς χρόας τ῀ τριχῶν, καθ' ὃν ἂν τόπον ἦι. Ἔστι δὲ δυσθήρατον, διὰ τ῀ μεταβολήν· οἷος γὰρ ἂν ἦι τόπος, τοιοῦτος γίνεται τ῀ τρίχα. Καὶ θαῦμα· ὁ γὰρ χαμαιλέων, καὶ ὁ πολύπους, τ῀ χρόαν μεταβάλλει. Τὸ μέγεθος βοὸς, τ῀ δὲ ὄψιν τ῀ τύπον ἐλάφῳ, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν θαυμασίων ἀκουσμάτων.

ΓΕΝΕΑ [93], κώμη Κορίνθου, οἱ οἰκήτωρ, Γενεάτης. Ἀφ' ἧς παροιμία·

Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Γενεάτης.

Τινὲς

A Proxenus verò primo de poris Siciliæ, & Hellanicus à Gelone Ætnæ, & Hymari filio. Aristenætus verò lib. 1. de Phaselide inquit, quod Lacius, & Antiphemus fratres venerunt Delphos, ut oraculum consulerent. Pythia verò nec de illis locuta, jubet, ut B Lacius ad solis ortum navigaret, atqui ridente Antiphemo, Pythia iterum dixit, à solis occasu, atque quam illic urbem condes, *Gelam vocabis*. Gentile, Gelæus, non Gelous, ut Abron, & consuetudo: & forsitan à Gelone, dicitur Gelous.

C

GELONUM, urbs Sarmatiæ Europæ à Gelono Herculis filio, Agathyrsi fratre. Incola, ejusdem vocis; acuitur verò. Est verò urbs lignea, in Budinis sita, gente magna, Herodoto teste. Apud hos est animal D mirandum, quod *Tarandus* vocatur, capillorum colores mutat, secundum locum, in quo sit. Est verò venatu difficile propter hoc. Talis enim est pilo, qualis est locus, quod est miraculum. Chamæleo enim, & Polypus colorem mutant. Magnitudine bovis, forma faciei cervo similis, ut Aristot. de Admirandis Auscultationibus.

GENEA, vicus Corinthi. Incolæ, Ge- F neates, à quo parœmia:

Felix Corinthus, at ego essem Geneates.

Aliqui

89 Τὸ ἐθνικὸν, Γελαῖος, ὁ Γελῶος, &c.] Gentile Gelæ urbis Siciliæ inquit esse Gelæus, non Gelous; ego suspicor in his verbis inesse mendum, ac sic legenda esse τὸ ἐθνικὸν, Γελῶος, ὁ Γελαῖος, i. e. *gentile, Gelous, non Gelæus*. Conjecturam nostram videntur firmare quæ sequuntur, καὶ ἴσως ἀπὸ τ῀ Γέλωνος, τὸ Γελῶος. i. e. *& forsitan à Gelone*, gentile, *Gelous*, præsertim cum à Græcis, & Latinis Gelous usurpetur, Diod. Siculus lib. 13. Μετὰ δὲ ταῦτα Ἱμίλκας ἐπὶ Γέλαν παρέβαλε, πρόδηλα τ῀ ὁμώνυμον πόλαμῶν τῇ πόλει κατεσκευασμένῳ. Ἐκτὸς τ῀ Γελῶων ἐκτὸς τ῀ πόλεως Ἀπόλλωνος ἀνδριάντα χαλκᾶν, σφόδρα μέγαν, συλήσαντες αὐτὸν ἀπέστειλαν εἰς τὴν Τύρον. i. e. *Post hæc verò Imilcas Gelam profectus ad cognominem fluvium urbi castra posuit. Habentibus autem Gelois extra urbem Apollinis statuam æneam valde magnam, hanc prædantes Tyrum miserunt*. Virgilius Æneid. lib. 3. v. 701.

Apparet Camarina procul, campique Geloï
Immanisque Gela.

90 Γέλωνον, πόλις Σαρματίας τ῀ Εὐρώπης, &c.] Gelonum, urbs Sarmatiæ Europæ ex Herodoto cui lib. 4. c. 108. dicitur Gelonus: Βουδῖνοι γὰρ, ἔθνος ἐὸν μέγα, καὶ πολλὸν, γλαυκόν τε πᾶν ἰσχυρῶς ἐστι καὶ πυῤῥόν. Πόλις τε ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται ξυλίνη. Οὐώμορα γὰρ τῇ πόλει ἐστὶ Γέλωνος. Τὸ δὲ τείχεος μέγεθος κῶλον ἕκαστον, τρηκόντα σταδίων ἐστί. &c. i. e. *Budini, ingens natio atque numerosa, vehementer cæsiis oculis omnis ac rufa: urbs verò apud eosdem constructa est lignea, cui nomen est* Gelonus; *muri autem magnitudo per singula latera trigintà stadiorum est, altus verò & totus ligneus, ædes quoque, & templa sunt lignea.*

91 Ἔστι δὲ ἡ πόλις ξυλίνη, κειμένη ἐν Βουδίνοις, &c.] Gelonum, urbem Sarmatiæ Europæ esse apud Bodinos, ac totam ligneam inquit, quod etiam habet ex Herodoti lib. 4. cujus verba attulimus numero præcedenti.

92 Παρὰ τούτοις ζῶόν θαυμάσιον, ὃ ὀνομάζεται Ταράνδος.] Animal quoddam apud Gelonos nomine *Tarandum*, admirandum esse inquit ex Aristotelis Mirabilibus, cujus affert verba interrupta & corrupta, quæ apud eum sic leguntur: Ἐν δὲ Σκύθαις τοῖς καλουμένοις Γελωνοῖς φασι θηρίον γίνεσθαι παράπλησιον μὲν ὑστερολῆι, ὃ ὀνομάζεται Τάρανδος. Λέγεται δὲ τοῦτο μεταβάλλειν τὰς χρόας τ῀ τριχῶν καθ' ὃν τόπον ἦι. Εἶναι δὲ διὰ τοῦτο δυσθήρατον, καὶ διὰ τὴν μεταβολήν. Καὶ γὰρ δένδρεσι, καὶ τόποις, καὶ ὅλως ἐν οἷς ἂν ἦι, τοιοῦτον τῇ χρόᾳ γίνεσθαι, θαυμασιώτατον δὲ, τὸ τὴν τρίχα μεταβάλλειν. Τὰ γὰρ λοιπὰ, τ῀ χρῶτος, οἷον ὅτε χαμαιλέων, καὶ ὁ πολύπους, τὸ δὲ μέγεθος ὡς ἂν εἰ βοῦς, τ῀ δὲ ὄψιν τ῀ τύπον ὅμοιον ἔχει ἐλάφῳ. i. e. *In Scythis, qui* Geloni *vocantur, ajunt feram nasci, quæ* Tarandus *nominatur, quæ fertur capillorum colores mutare, quocunque sit loco, quamobrem venatu difficilis est, & propter mutationem. Etenim arboribus, & locis, ac denique ubicunque sit, colore similis fit, sed mirandum maxime est, quod pilos mutat. Reliqua enim colorem, velut chamæleo & polypus, magnitudine est, ac bos, faciei verò formam similem habet cervo.* Integrum appositi Aristotelis locum, & fideliter interpretatus sum, tum, quod ex eo lucem lucratur Stephani locus interruptus, tum, quod Aristotelis interpres Latinus in aliquibus dormitavit, & ab Aristotelis mente διὰ παντὸς distat.

93 Γενεὰ, κώμη Κορίνθου, &c.] Genea, vicus, seu pagus Corinthi, cujus incola Geneates, hinc parœmia illa; & de pago & de parœmia sic loquitur Strabo lib. 8. apud quem vicus *Tenea* dicitur: Καὶ ἡ Τενέα δ' ἐστὶ κώμη Κορινθίας, ἐν ᾗ τ῀ Τενεάτου Ἀπόλλωνος ἱερὸν, λέγεται δὲ καὶ Ἀρχία τῶν στειλαμένων τὴν εἰς Συρακούσας ἀποικίαν, τῶν πλείστους τ῀ ἐπώνων συνδιαβῆναι συμπαραλαβόντα, καὶ μετ' ταῦτα διάλυσιν μάλιστα τ῀ ἄλλων τὴν κατοικίαν ταύτην. Τὰ δ' ὕστερα καὶ καθ' αὑτοὺς πολιτεύσασθαι, &c. i. e. *Est & Tenea Corinthii-agri pagus, ibique Apollinis Teneatæ templum, ferunt autem Archiam, qui Syracusas coloniam deduxit, plerosque inde secutos socios: hunc pagum postea præ aliis floruisse, & ad extremum peculiarem sibi constituisse rempublicam; ac à Corinthiis ad Romanos defecisse,*

Τινὲς τὰς ἀπὸ τούτης καλοῦσι Γενειάδας, ὡς Παρθένιος. [94] Τινὲς δὲ Γενεὰ γράφουσι. A

Aliqui fœminas ex hoc vico vocant *Geneadas*, ut Parthenius, aliqui Tenea scribunt.

ΓΕΝΈΣΗ, πόλις Λακωνικῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Γενεσαῖος. Ἄμεινον δὲ ἀφὰ τῆς χώρας, Γενεσάτης.

GENESE, urbs Laconicæ. Gentile, Genesæus, sed melius est propter regionis consuetudinem, Genesates.

ΓΕΝΉΤΗΣ [95], λιμὴν, καὶ ποτα μός, Ἀπολλώνιος ἄκραν Γενηταίαν φησί. Σοφοκλῆς, ποταμὸς Γενήτα φησίν. Ἔστιν οὖν ἀπὸ τῆς Γένητος γενικῆς, Γενητικός, καὶ Γενητικὴ ἄκρα· καὶ τὸ Γενήτης, ἀπὸ τῆς Γένητος, ὡς τὸ Οἰδιπόδης Οἰδιπόδου, καὶ Τριπόδης Τριπόδου. Ἡρωδιανὸς δὲ, ὡς τὸ Σελινουντία, Ἁμαξαία φησί, B C

GENETES, portus, & fluvius. Apollonius promontorium Genetæum inquit. Sophocles fluvius Geneta inquit. Est igitur à genitivo Genetis, Genetæus, & Genetæum promontorium, & Genetes ex eodem genitivo, ut ex genitivo OEdipodis, OEdipodes, & ex Tripodis, Tripodes. Herodianus verò inquit Selenæa, ut Hamaxæa.

ΓΕΝΌΑ [96], πόλις τῶν Λιγυρῶν, [97] Σταλία καλουμένη νῦν, ὡς Ἀρτεμίδωρος. Τὸ ἐθνικὸν, Γενεάτης.

GENOA, urbs Ligurum, quæ nunc *Stalia* vocatur, Artemidoro teste. Gentile, Genoates.

ΓΕΝΟΑΪΟΙ, ἔθνος Μολοσσίας, ἀπὸ Γενόου ἄρχοντος αὐτῶν· Ῥιανὸς πεμπτῇ Θεσσαλικῶν. D

GENOÆI, populi Molossiæ, à Genoo eorum principe. Rhianus Thessalicorum lib. 4.

ΓΈΝΤΑ, πόλις Ἰνδικὴ, τῆς ἐκτὸς Γάγγου. Τὸ ἐθνικὸν, Γενταῖος.

GENTA, urbs Indiæ extra Gangem. Gentile, Gentæus.

ΓΕΝΤΪΝΟΣ, πόλις Τρωάδος, κτίσμα τινος τῶν Αἰνείου παίδων. Οἱ οἰκήτορες, Γεντίνιοι. E

GENTINUS, urbs Troadis, opus cujusdam ex Æneæ filiis. Incolæ Gentinii.

ΓΕΡΑΙΣΤΌΣ [98], κώμη, ἐν ᾗ ἱερὸν Ποσειδῶνος, ἀπὸ Γεραίστου τοῦ ἡρωος τοῦ Διός. Καὶ οἱ ἄνθρωποι

GERÆSTUS, vicus, ubi erat Neptuni templum, à Geræsto Jovis filio. Incolæ,

Corinthoque exustæ superfuisse, & cuidam ex Asia profecto, cum sciscitaretur oraculum, an migrare Corinthum expediret, responsum fuisse:

Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἶμι Τενεάτης.

Fortunata Corinthus; ego autem essem Teneates.

Ultimam vocem quidam per insciti am in Tegeates mutarunt. Ibi narrant fuisse à Polybo educatum OEdipum.

94 Τινὲς δὲ Γενεὰ γράφουσι.] Lege Τινὲς δὲ Τενεὰ γράφουσι. i. e. *aliqui Tenea scribunt.* In principio enim hujus sectionis de Genea egit, quam ipse quoque suo loco *Teneam* vocat, ut & Strabo, cujus verba attulimus nota præcedenti.

95 Γενήτης, λιμὴν καὶ ποταμός.] Celebrat Genetem, portum & fluvium, sed cujus regionis fuerit portus & fluvius oblivisci tur dicere; Strabo lib. 12. memorat Genetem promontorium in Themiscyrena regione, in qua Plinius lib. 6. c. 4. Genetarum populos.

96 Γενόα, πόλις τῶν Λιγυρῶν.] Genoa epitomatori nostro dicitur, quæ Latinis scriptoribus *Genua*, Hispanis *Genova*, urbs Italiæ maritima, notissima, & commercio celeberrima, ejus nominis varias afferunt etymologias, à genu, quod tamquam genu recurvum à maris latere aspicienti appareat, à Jano Italorum rege, & alias id genus, quibus immorari non est volupe. Olim capta fuit à Magone Carthaginensium duce, teste Liv. lib. 28. circa libri calcem, deinde à Lucretio exædificata, eodem auctore lib. 30. *Et Lucretio prorogatum est imperium, ut Genuam oppidum à Magone Pœno dirutum exædificaret.* Postea volventibus annis capta fuit à Rhotare Longobardorum rege, ab Stephano VII. Pontifice maximo, à Sarracenis, à Carolo V. imperatore, à Prospero Columna, ac denique à Francisco Galliarum rege. Floruit etiam armis, ad Tanaim usque imperium proferens. Theodosiam enim urbem illarum regionum celeberrimam suæ ditionis fecit; necnon Cyprum, Lesbum, Chium, & alias Thraciæ urbes; hodie tantum Liguriæ & Corsicæ imperat. Ejus enim oppidani magis mercaturæ, quam armis sunt dediti, ut & omnes hodiernæ respublicæ, cum antiquitus celeberrimæ armis potius, quam mercaturæ operam impenderent. Respublica Genuæ inter plurimas mari victorias numerat, quam *Blasio Assareto* Duce ad Pontiam insulam reportavit, victis & captis Alfonso V. Aragoniæ rege, Joanne Navarræ, & plurimos alios principes Hispanos, qui Alfonsum Regem in illa expeditione secuti fuerant, auctore Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 21. c. 9. Leandro Alberto in Liguria; eam quoque illustrant natalibus suis Innocentius V. Adrianus V. Pontifices Maximi, & alii viri illustres, de quibus videsis Leandrum Albertum libro citato, Cluv. Ital. Antiqua lib. 1. & alios.

97 Σταλία καλουμένη νῦν, &c.] Asserit epitomator noster Genuam suo ævo *Staliam* vocatam fuisse, cujus nominis nulla apud alios, quod sciam, fit mentio, quamobrem Cluv. in sua Italia Antiqua lib. 1. pro Σταλία legendum putat Γάνεα. Sic enim fuit aliquando appellata, quæ correctio magis audacter, quam feliciter procedere mihi videtur.

98 Γεραιστὸς, κώμη, ἐν ᾗ ἱερὸν Ποσειδῶνος.] Geræstus, vicus, in quo erat Neptuni templum, inquit epitomator noster, sed cujus regionis fuerit vicus divinandum nobis relinquit; fuit verò Eubœæ oppidum, cujus meminit Strabo lib. 10. Γέραιστος δ' ἐν μὲν τῷ κατὰλόγῳ τῶν νεῶν οὐκ εἰρηται μεμνῆται δ' ὁ ποιητὴς ὅμως αὐτοῦ.

——— ἐς δὲ Γέραιστον

Εννύχιαι κατάγοντο ———

Καὶ δηλοῖ διότι τοῖς ἀπαίρουσιν ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Ἀττικὴν, ἐπικαίριός κεῖται πρὸ Σουνίου πλησιάζον τὸ χωρίον· ἔχει δ' ἱερὸν Ποσειδῶνος ἐπισημότατον τῆς τοιαύτης, καὶ καταλέγειν ἀξιολογον. i. e. *Geræstus in Catalogo navium* [Homeri] *non nominatur: meminit tamen ejus Poeta:*

——— *ad verò Geræstum*

Nocturnæ deductæ sunt ———

Ostenditque ex Asia in Atticam trajicientibus opportunè sitam esse, Sunio propinquam: templum habet Neptuni, eorum quæ ibi sunt illustrissimum, & memorabilem habitationem. Duo illa hemistichia Homerica leguntur Odyss. 3. v. 177. v. 178. Etymologo dicitur Γεραιστὸς, & Γεραιστὸς cum accentu in ultima, ut est apud nostrum & apud Homerum, quare non bene apud Strabonem scribitur Γέραιστος cum accentu in antepenultima, ibi dicitur esse promontorium & navale Eubœæ Neptuno sacrum.

99 Γε-

ἄνθρωποι Γεραίσιοι· καὶ Γεραιστία τὸ θηλυκὸν, καὶ Γεραιστὶς· καὶ Γεραίσιον ἐθνικὸν ἕτερον.

læ, Geræstii. Fœmin. Geræstia, & Geræstis, idis, & neutrum Geræstium.

ΓΕΡΑΝΕΙΑ[99], πόλις Φρυγίας. Ἔστι καὶ ὄρος μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορίνθου, ἀφ' οὗ ἥλατο Ἰνὼ φεύγουσα τὸν Ἀθάμαντα. Τὸ πρωτότυπον, Γερανή, ἐξ ἧς Γερανεία. Τὸ ἐθνικὸν Γερανός, ἢ Γερανειάτης τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

GERANEA, urbs Phrygiæ. Est & mons inter Megara, & Corinthum, ex quo evasit Ino fugiens Athamantem, prototypum, Gerane, ex qua Geranea. Gentile, Geranensis, vel Geraneates typo regionis.

ΓΕΡΑΝΘΑΙ[2], πόλις Λακωνικῆς· Παυσανίας τρίτῳ. Ὁ πολίτης Γερανθρώτης, ὡς αὐτὸς Παυσανίας.

GERANTHÆ, urbs Laconicæ; Pausanias lib. 3. Civis, Geranthrotes, teste eodem Pausania.

ΓΕΡΑΣΑ[4], πόλις τῆς κοίλης Συρίας, τῆς πεντεκαιδεκαπόλεως. Ἐξ αὐτῆς Ἀθήνων ῥήτωρ ἀξιόλογος, ὡς Φίλων, καὶ Κήρυκος σοφιστὴς, καὶ Πλάτων νομικὸς ῥήτωρ, πᾶσαν παίδευσιν ὡς μίαν ἀποστοματίζων, καὶ ἐν συνηγορίαις καὶ παρεδρίαις καὶ θρόνοις τῷ ὀρθότητι τῶν νόμων ἐμπηδῶν. Τὸ ἐθνικὸν Γερασηνὸς, ὡς Μηδαβὰ Μηδαβηνός.

GERASA, urbs Cœlesyriæ, ejus quæ Τεσσαρεσκαιδεκαπόλεως dicitur, *h. e.* quatuordecim urbium. Ex eadem erat Aristo urbanus orator, teste Philone, & Cerycus Sophista, & Plato legalis orator, qui omnem disciplinam, ut unam memoriter recitabat, & in patrociniis, & assessionibus, & tribunalibus legum rectitudini diligenter studuit. Gentile, Gerasenus, ut Medaba, Medabenus.

ΓΕΡΓΙΣ[6], πόλις Τροίας· καὶ κλίνεται Γέργιθος. Λέγεται καὶ ἡ Γέργιθος εὐθεῖα ἀπὸ γενικῆς, ὡς Τροίζηνος. Ὁ πολίτης, Γεργίθιος. Τὸ θηλυκὸν, Γεργιθία. Ἀφ' ἧς Γεργιθία ἡ χρησμολόγος Σιβύλλα, ἥτις καὶ τετύπωται ἐν τῷ νομίσματι τῶν Γεργιθίων, αὐτή τε καὶ ἡ Σφὶγξ, ὡς Φλέ-

GERGIS, urbs Trojæ, & declinatur Gergis, Gergithis. Dicitur etiam Gergithus nominativus à genitivo, ut Trœzenus. Civis, Gergithius, fœm. Gergithia, à quo Gergithia Sibylla oraculorum interpres, cujus imago in Gergithiorum numismate, ipsa, & Sphinx

99 Γερανεία, πόλις Φρυγίας, &c.] Gerania, urbs Phrygiæ, & mons inter Megara & Corinthum. Urbem memorat Plinius lib. 4. c. 11. Sed Thraciæ adscribit, ubi Pygmæorum gens fabulosa fuisse dicitur, Scylax Geraniam inter Megarensium urbes celebrat. Pausanias lib. 1. meminit montem Geraniam, ad cujus verticem Megarus Deucalionis diluvium effugisse ferebatur gruum prætervolantium vocem sequutus, unde monti nomen. Γέρανοι enim *grues* Græce dicuntur; sed hæc fabulas Græcorum & olent & sapiunt; vero propius est, quod inquit Thucydidis Scholiasta ad ejus lib. 1. scilicet, sic vocatum fuisse hoc promontorium à figura gruis, quam referebat.

1 Τὸ πρωτότυπον, Γερανή· ἐξ ἧς Γερανεία.] Videsis, quæ de hujusmodi nominum formâ annotavimus in Ἀγάμεια num. 73.

2 Γερανθαί, πόλις Λακωνικῆς, &c.] Geranthæ, urbs Laconicæ, ex Paus. lib. 3. Bifariam scribitur hujus urbis Laconicæ nomen apud Pausaniam libro citato Geranthræ, & Geronthræ, quare proculdubio apud Stephanum pro Γεράνθαι legendum est Γερόνθραι. Geranthras igitur urbem, cum esset sub Achæis, Lacedæmonii bello captam unà cum aliis everterunt auctore eodem auctore in Laconicis: Ἐπὶ τούτοις πόλεις Λακεδαιμόνιοι τῶν Ἀθηναίων πολέμῳ κρατήσαντες, ἐξεῖλον Ἀμύκλας καὶ Φάριν καὶ Γερανθρᾶς ἐχόντων ἐπὶ Ἀχαιῶν. Τούτων Φαρεῖται καὶ Γερανθρᾶται τὴν ἔφοδον τῶν Δωριέων καταπλαγέντες, ἀπῆλθον ἐκ Πελοποννήσου συγχωρήσαντες ὑπάρχοντες. i. e. *Hujus temporibus Lacedæmonii finitima oppida, Amyclam, Pharin, Geranthras, quas Achæi occupabant adhuc, bello captas everterunt: ex his Pharitæ & Geranthratæ Dorienſium adventu territi, certis conditionibus è Peloponneſo deceſſerant.* Ac paulò post eodem libro idem auctor de hac eadem urbe sic loquitur: Ἀπὸ θαλάσσης δ' ἄνω Γερόνθρας στάδιοι ἀπέχουσιν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν Ἀχαιῶν. Ταύτας οἰκισθείσας πρὶν Ἡρακλείδας ἐλθεῖν ἐς Πελοπόννησον, ἐποίησαν ἀναστάντες Δωριεῖς οἱ Λακεδαίμονα ἔχοντες, &c. i. e. *A mari verò ſuprà Geronthræ ſtadia diſtant* CXX. *ab Achæis; hanc urbem ante Heraclidarum in Peloponneſum adventum, Dorienſes, qui Lacedæmonem habebant, everterunt; pulſiſque veteribus incolis, coloniam deduxerunt; ætate quidem mea civitas hæc in Eleutherolacorum ditione erat in ipſa via, qua Geronthras ab Acriis iter, pagus eſt, qui* Palæa Come *vocatur, Geronthris Martis delubrum, & lucus; Sacra ibi celebrant anniverſaria, quibus fœminis eſt interdictum in lucum venire.*

3 Ὁ πολίτης, Γερανθρώτης, &c.] Oppidanus urbis Geranthrarum dicitur ipsi Pausaniæ *Geranthrotes*. Pro Γερανθρώτης lege ex eodem Pausaniæ lib. 3. cujus nota præcedenti verba adduximus Γερανθρώτης.

4 Γέρασα, πόλις τῆς κοίλης Συρίας, &c.] Gerasa, urbs Cavæ Syriæ. Memoratur Josepho lib. 2. c. 19. & 20. ejus quoque meminit Amm. Marcellinus lib. 14. c. 27. Sed eam Arabiæ assignat. Plerumque enim veteres scriptores regionum confinia confundunt.

5 Ἐξ αὐτῆς, &c.] Celebrat viros celebres, quibus natales dedit Gerasa urbs, sed celeberrimum eorum *Nicomachum* musicum & philosophum Pythagoricum, cujus extant ἁρμονικῆς ἐγχειριδίου libri duo, silentio præterit.

6 Γέργις, πόλις Τροίας, &c.] Gergis, *ithis*, seu Gergithus, *i*, urbs Troiæ, cujus oppidanus dicebatur *Gergithius*, Strabonis lib. 13. memorantur Gergetha, Gergethes, Gergethium diversarum regionum urbes. Ex illa Troiæ urbe fuit *Sibylla Gergithia*, quam ex Varrone *octavam* vocat Lactantius de Falsa religione lib. 1. c. 6. cujus ecce verba: *Octavam Helleſponticam in agro Trojano natam, vico Marpeſſo, circa oppidum Gergithium, quam ſcribit Heraclides Ponticus Solonis & Cyri fuiſſe temporibus.* Eodem libro refert Lactantius Sibyllarum historiam, quarum libri, qui *Sibyllini* dicebantur; fuere apud Romanos magna in veneratione, atque à decemviris ad id institutis consuli solebant, qui ab Stilicone magno cum Ethnicorum dolore, imperante Honorio, combusti sunt; atque cum apud eos majori in æstimatione essent ac apud nos sacra Biblia, tamen nihil aliud fuere nisi piæ ad eorum religionem fraudes, de quibus sic loquitur disertissimus Romuli nepotum de Nat. Deorum lib. 2. *Callide enim, qui illa compoſuit, perfecit, ut quodcunque accidiſſet, prædictum videretur, hominum, & temporum definitione ſublata; adhibuit etiam latebram obſcuritatis, ut iidem verſus aliàs in aliam rem poſſe accommodari viderentur.* Suetonius in Augusto auctor est, cremavisse Augustum supra duo millia librorum fatidicorum, ac solos retinuisse *Sibyllinos*, hos quoque delectu habito. Ex simili farina sunt confecta Carmina Sibyllarum Græca, quæ circumferuntur.

φλέγων ἐν ὀλυμπιάδων πρώτῃ. Ἐν δὲ τῷ ἱερῷ Sphinx insculpta fuit, ut Phlegon Olympiadum lib. 2. *In templo verò Apollinis Gergithii Sibyllæ sepulchrum ajunt esse.* Est & aliud Gergites, & in gen. fœm. Gergitis. Invenitur etiam Gergitheus.

ΓΕΡΗΝ, πόλις ἢ κώμη Λέσβου, ἀπὸ Γέρηνου τοῦ Ποσειδῶνος. Καὶ ἐθνικῶς, Γερηνίς. GEREN, urbs vel vicus Lesbi, à Gerene Neptuni filio, & fœm. gen. Gerenis.

ΓΕΡΗΝΙΑ[7], πόλις τῆς Μεσσηνίας, ἔνθα Νέστωρ ὁ Πύλιος ἐτράφη, ἢ φυγὰς ἦλθε. [8] Ἡσίοδος καταλόγων· GERENIA, urbs Messeniæ, ubi Nestor Pylius educatus est, vel in exilium ductus est, Hesiodus Catal.

Occidere Nelei ærumnosi filios strenuos

Κτεῖναι Νηλῆος παλαισίφρονος υἱέας ἐσθλούς,

Undecim: duodecimus verò Gerenius eques Nestor

[9] Ἕνδεκα· δωδέκατος δ' ἦν Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ,

Hospes cum esset apud equi-domitores Gerenos.

Ξεῖνος ἐὼν, ἐτύχησε παρ' ἱπποδάμοισι Γερήνοις.

Ἀπὸ εὐθείας τῆς Γέρων. Καὶ αὖθις· A nominativo Γέρων. Et iterum:

Νέστωρ οἶος ἄλυξεν ἐν ἀνθεμόεντι Γερωῷ.

Nestor solus in angustiis versabitur in florido Gereno.

[10] Ἐξ ἧς εὐθείας τῆς ἡ Γέρων, τὸ Γερώνιος, ὡς ἅλις ἁλιεύς· καὶ ἐξ αὐτῆς Γερωνία, καὶ Γερώνιος. Ex cujus nominat. Γέρων, Gereneus, ut *halius, halieus*, i. e. *marinus, piscator*, & ex eodem Gerenia, & Gerenius.

ΓΕΡΜΑΝΊΚΕΙΑ[11], πόλις Εὐφρατησίας. Κτάδεσθαι ἐν τετάρτῃ Παρθικῶν, χωρίον αὐτῶν φησιν. Ὁ πολίτης, Γερμανικεύς. GERMANICIA, urbs Euphratesiæ. Quadratus Parthicorum lib. 3. oppidum esse inquit. Civis, Germaniceus.

ΓΕΡΜΑΡΑ[12], Κελτικῆς ἔθνος, ὃ τὴν ἡμέραν οὐ βλέπει, ὡς Ἀριστοτέλης περὶ θαυμασίων· τοὺς δὲ λωτοφάγους καθεύδειν ἐξάμηνον. GERMARA, Celticæ gens, quæ per diem non videt, ut Aristotel. de rebus auditu mirandis: *Lotophagos verò per sex mensium spatium dormire.*

ΓΕΡΜΗ, πόλις Ἑλλησποντία, πλησίον Κυζίκου, ὡς Ἡρωδιανὸς Ἀσίας φησίν. Ὁ πολίτης Γερμηνός, καὶ Γερμιλή. GERME, urbs Hellespontia, prope Cyzicum, quam Herodian. Asiæ inquit. Civis, Germenus, & Germena.

ΓΕΡΟΥΝΙΟΝ[13], πόλις Ἰταλίας· Κτάδε- GERUNIUM, urbs Italiæ. Quadra-tus

7 Γερωνία, πόλις τῆς Μεσσηνίας, &c.] Gerenia, urbs Messeniæ, quæ etiam *Gerenus* dicta fuit, à qua Nestor *Gerenius* appellabatur, ut prodidit Strabo lib. 8. Εἶτα Φηραί, ὅμορος Θουρίᾳ, καὶ Γερώνιος ἀφ' ἧς τόπος Γερώνιον τὸ Νέστορα κληθῆναί φασι, ἀφ' τοῦ ἐνταῦθα πωθῆναι αὐτὸν, ὡς προειρήκαμεν. i. e. *Inde Pheræ* [civitas] *Thuriæ confinis & Gerenis, à quo loco Nestorem ajunt* Gerenium *vocatum fuisse quod ibi servatus fuerit, ut supra diximus.* Nescio qua auctoritate fretus Casaubonus loco apud Strabonem citato pro Γερώνιος legit Γερώνιος, cum illa sit vera lectio, ut patet ex nostro auctore & ex carminibus Hesiodi ab Stephano allatis; cæterum Gerenia dicitur Homero Il. 9. v. 150. *Enope*, auctore eodem Strabone, necnon Pausania lib. 3.

8 Ἡσίοδος καταλόγων.] Hesiodus scripsit γυναικῶν ἡρώων καταλογον in quinque libris, teste Suida in Ἡσίοδος, ex quibus noster affert carmina illa, quæ sequuntur, quod opus deperditum est; ideo non possumus scire, quem librum horum citat epitomator noster, & quoniam numerus libri deficit in textu Græco, puta, καταλόγων πρώτῳ. Sic enim illa verba concipienda sunt.

9 Ἕνδεκα, &c.] Narrat Hesiod. duodecim fuisse filios Nelei, ex quibus solus relictus fuit Nestor, quod etiam testatur Homerus Il. 11. v. 691.

Δώδεκα γὰρ Νηλῆος ἀμύμονες υἱέες ἦμεν,
Τῶν οἶος λιπόμην, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ὄλοντο.
Duodecim enim Nelei laudabiles filii eramus,
Ex quibus solus relictus sum: alii verò omnes perierunt.

10 Ἐξ ἧς εὐθείας τῆς ἡ Γέρων.] In his verbis fine dubio irrepsit τὸ η, quod expungendum censeo.

11 Γερμανίκεια, πόλις Εὐφρατησίας.] Germanicia, urbs *Euphratesiæ*. i. e. *regionis*, Syriæ, quæ ab Euphrate nomen accepit, memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 15. inter Syriæ urbes mediterraneas incipientibus ab Septentrione Commagenæ, quæ hodie, ut ajunt *Adata* dicitur. Ex hac urbe fertur fuisse celebris ille hæreticus *Nestorius*, adversus quem sub Theodosio juniore Synodos convocata fuit, quod assereret matrem Christi non esse appellandam Θεοτόκον. i. e. *Deiparam.*

12 Γέρμαρα, Κελτικῆς ἔθνος.] Germara, gens Celticæ dicitur fuisse auctori nostro, quæ per diem non videt, ex Aristotele de Mirabilibus; nihil tale legitur apud Aristotelem de Mirabilibus, quem ego habebam, & gens & historia est prorsus fabulosa, etsi Apollonius ex Eudoxo id scribat, uterque falsus est.

13 Γερούνιον, πόλις Ἰταλίας.] Gerunium, urbs Italiæ in Apulia, distabat à Luceria ducenta stadia, ut refert Polybius lib. 3. Ὁ δὲ στρατηγὸς Ἀννίβας πυθανόμενος τοὺς περὶ τὴν Λουκερίαν, πλεῖστον ἐπάρχειν σῖτον ἐν τῇ τότε τῶν Λουκερίων, καὶ τὸ καλούμενον Γερούνιον χώρᾳ, &c. i. e. *Dux verò Hannibal, cum audivet ab exploratoribus plurimum frumenti esse in regione circa Luceriam & quod vocabatur Gerunium, ad cujus usum Gerunium opportunum esse, illic cum hibernare statuisset, eò duxit copias, quod abest à Luceria ducenta stadia.* Gerionem vocat Liv. lib. 22. c. 18. *Et Pelignis Pœnus flexit iter, retroque Apuliam repetens* Gerionem *pervenit, urbem metu, quia collapsa ruinis pars mœnium erat, ab suis desertam.* Aliqui eamdem esse rentur, quæ *Cirignola* vulgò dicitur, ubi Galli ab Hispanis anno 1503 duce Gonsalvo, quem per anto-

δεχαι. ἡ Γερωνίαν πάντως καλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν, Γερωνίνος.

Atus verò *Gereniam* hanc vocat. Gentile, Geruninus.

ΓΕΡΡΑ [14], πόλις Χαλδαίων. Ὁ πολίτης, Γερραῖος· καὶ θηλυκὸν Γερραία, καὶ Γερραΐς, ὡς Θηβαΐς.

GERRHA, urbs Chaldæorum. Civis, Gerrhæus, & fœmin. Gerrhæa, & Gerrhaïs, ut Thebaïs.

ΓΕΡΡΟΣ [15], τόπος, καὶ ποταμὸς παρεσχηκὼς τῷ Βορυσθένει. Ὁ πολίτης, Γέρριος.

GERRHUS, locus, & fluvius vicinus Boryſtheni. Civis, Gerrhius.

ΓΕΤΙΑ [16], ἡ χώρα τῶν Γετῶν. Γέτης γὰρ τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ τοῦ κύριον. [17] Ἔστι δὲ Θρᾳκικὸν ἔθνος. [18] Ἔστι καὶ θηλυκῶς Γέτης· οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ γυνὴ τοῦ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου. Καὶ κητικῶς λέγεται Γετικὸς, ἀφ' οὗ Κρίτων Γετικά. Καὶ θηλυκὸν, Γετική. Νόμοι δὲ Γετῶν τὸ ἐπιζεύγνυσθαι τὴν γυναῖκα τῷ ἀνδρὶ, καὶ ὅταν ἐπικηρυκεύονται, κιθαρίζειν. Ἀρριανὸς δὲ Γήτους αὐτοὺς φησι.

GETIA, regio Getarum. Getes enim eſt gentile, non proprium. Eſt verò Thracica gens. Eſt & fœmin. gen. Getes. Sic enim vocabatur uxor Philippi Amynthæ filii. Dicitur etiam poſſeſſivus, Geticus, à quo Critonis Getica, & fœminin. Getica. Leges verò Getarum jubebant jugulare uxorem poſt mariti mortem, & cithara-canere, quando caduceatores mittunt. Arrhianus verò *Getenos* eos vocat.

ΓΕΦΥΡΑ [19], πόλις Βοιωτίας. [20] Τοὺς αὐτοὺς δὲ φασι καὶ Ταναγραίους, ὡς Στράβων καὶ Ἑκαταῖος. [21] Ἀφ' οὗ καὶ Γεφυραία ἡδονή.

GEPHYRA, urbs Bœotiæ, eoſdem vocant etiam *Tanagræos*, ut Strabo, & Hecatæus, à quo & Gephyræa voluptas.

ΓΕ-

GE-

antonomaſiam Hiſpani vocant *el gran Capitan*, ingenti prælio cæſi, fuſique fuere, ut rerum monumentis prodidit Mariana de Rebus Hiſpaniæ lib. 27. c. 21. qui eam quoque *Gerionem* vocat.

14 Γέρρα, πόλις Χαλδαίων.] Gerrha, urbs Chaldæorum, memoratur Ptolemæo inter Batanææ regionis Syriæ urbes, Plinio inter Arabiæ, lib. 6. c. 28. *Gerraicus ſinus. Oppidum Gerra* v. *mil. paſſuum magnitudine, turres habet ex Salis quadratis mollibus.* Eadem erat civitas, etſi Coſmographus eam Syriæ Batanææ adſcribat. Ea enim Syriæ pars erat Arabiæ finitima, ut videre eſt ex eodem Coſmographo libro capiteque citato.

15 Γέρρος, τόπος, καὶ ποταμὸς παρεσχηκὼς τῷ Βορυσθένει.] Gerrhus, locus, & fluvius vicinus Boryſtheni. Utrumque memorat Herodotus lib. 4. c. 56. Ἑβδόμος δὲ ὁ Γέρρος ποταμὸς ἀπέρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ Βορυσθένεος, κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἐς ὃ γινώσκεται ὁ Βορυσθένης· ἀπέρχεται μὲν νυν οὐκ τούτου τοῦ χώρου. ἔνομα δὲ ἔχει τί, ὡς ὁ χῶρος αὐτὸς, Γέρρος. Ῥέων δὲ ἐς θάλασσαν, ὁρίζει τινὰ τῆς Νομάδων χώρην, καὶ τὴν τῶν βασιλητῶν Σκυθέων. i. e. *Septimus verò Gerrhus fluvius dirimitur quidem à Boryſthene, circa id regionis, ad quod cognoſcitur Boryſthenes; dirimitur quidem nunc ab hoc loco; nomen verò habet idem, quod locus ipſe, Gerrhus, diſterminatque regionem Nomadum, & regiorum Scytharum.*

16 Γέται, ἡ χώρα τῶν Γετῶν.] Getia, regio Getarum, ut ait auctor noſter, qui eos in Δάκια ad Pontum & orientem locat, aliqui veterum confundunt Dacos, Getas, & Daos, verum diverſi fuere populi etſi finitimi, ut apparet ex Stephano loco citato, & ex Dione lib. 57. Δάκους δὲ αὐτοὺς προσαγορεύω, ὥσπερ πω, καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς ὀνομάζουσιν. ἐκ ἀγνοοῦντες ὅτι Ἑλλήνων τινὲς Γέτας αὐτοὺς λέγουσιν, εἴτ' ὀρθῶς, εἴτε καὶ μὴ λέγοντες. Ἐγὼ γὰρ οἶδα Γέτας τοὺς ὑπὲρ τὸν Αἷμον ποταμὸν τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας. i. e. *Dacos verò eos appello, ſicut ipſi ſeſe & Romani vocant, non ignarus ab aliquibus Græcorum* Getas *dici, ſive recte, ſive male dicentes. Ego enim novi Getas ſupra Hæmum ad Danubium incolentes.*

17 Ἔστι δὲ Θρᾳκικὸν ἔθνος.] Getas eſſe Thracicos populos inquit, quod etiam aſſerit Serv. ad illud Virgilii Æneid. lib. 3. v. 35.

Gradivumque patrem, Geticis, qui præſidet arvis.

Geticis, inquit Serv. Thraciis. Eodem ſenſu Statius Sylv. lib. 3.

— *Tyrione hæc mœnia plectro*
An Geticâ venere lyrâ —

Eos olim Darium Hyſtaſpis ſubegiſſe tradit Herodotus lib. 4. c. 93. qui *Zamolxim* Getam celebrat, qui eis leges dedit, quas à Veſta accipere ſimulabat. Eum quoque inter celeberrimos legumlatores memorat Diodorus Bibliothecæ Hiſtoriæ lib. 1. Strabo etiam lib. 7. meminit Zeutam, & Deceneum philoſophos Getas, & eorum regem Bœrebiſten, qui pleriſque finitimis gentibus ſubactis tranſiens Iſtrum Romanis quoque fuit terrori. Aliqui exiſtimant Gothos eſſe Getas ex illo Spartiani loco in Antonino Caracalla, qui *Geticus* vocatus fuit per jocum, quod Getam fratrem occidiſſet, & Gothi *Getæ* dicerentur, quos ille ad orientem tranſiens tumultuariis prœliis devicerat. Jocus verò ille procedebat ex amphibolia. Sententiam noſtri auctoris, qui Getas ad Pontum locat loco ſupra citato, veriſſimam eſſe nullus dubito, quandoquidem Ovidius ſeu relegatus, ut ipſe vult, ſeu exul à Cæſare hanc regionem frequentavit, cujus extant quatuor epiſtolarum libri ex Ponto, quorum primum ſic incipit:

Naſo Tomitanæ jam non novus incola terræ
Hoc tibi de Getico littore mittit opus.

Quos ipſe variis in locis proſcindit tanquam barbaros, truces, intonſos & inhumanos.

18 Ἔστι καὶ θηλυκῶς Γέτης· οὕτω γὰρ, &c.] Pro Γέτης lege Γέπς. Jam enim ſupra egit de gentilitio Getes maſcul. *Getin* vocatam fuiſſe uxorem Philippi filii Amyntæ ait, quod neſcio ex quo deſumpſerit. Philippus iſte, de quo ſermo, fuit Alexandri Magni pater, qui diverſas uxores habuit. *Geten* verò Ovidius ſe poëtam vocavit, quod Getico ſermone ſcripſerit libellum. Sic enim ille de ſe loquitur Epiſtol. ex Ponto lib. 4. Epiſtola 13. v. 17.

Nec te mirari, ſi ſint vitioſa, decebit
Carmina, quæ faciam pœne poëta Getes.
Ah pudet! & Getico ſcripſi ſermone libellum
Structaque ſunt noſtris barbara verba modis.

19 Γέφυρα, πόλις Βοιωτίας.] Gephyra, urbs Bœotiæ, quæ *Tanagra*, & *Græa*, & *Pæmandria* quoque dicta fuit, ut ait Etymologus in Γέφυρα, id nominis verò inveniſſe inquit; quod ejus oppidani propter hiemem γεφύρας utebantur *h. e.* pontibus.

20 Τοὺς αὐτοὺς δὲ φασι καὶ Ταναγραίους, &c.] In his verbis videtur deficere ὁ πολίτης Γεφυραῖος. i. e. *Oppidanus, Gephyræus.* Sic enim amat loqui Stephanus, *Gephyræos* verò Tanagræos vocatos fuiſſe inquit ex Strabone, qui lib. 9. id affirmat: Καλοῦνται, ἡ καὶ Γεφυραῖοι, οἱ Ταναγραῖοι, &c. i. e. *Vocantur verò & Gephyræi, Tanagræi.* Ex hac urbe fuere Ariſtogiton, & Harmodius apud Athenienſes celeberrimi tyrannicidæ, quod occiſo Hipparcho Tyranno Athenienſes tyrannide liberaverint; res eſt notior, quam ut indicari egeat.

21 Ἀφ' οὗ καὶ γεφυραία ἡδονή.] Lege γεφυραῖα ἡδονή i. e. *gephyræa voluptas.* Quod vicem adagii videtur obtinere, in quibus verbis latet alluſio ad Athenienſium conſuetudinem in Eleuſiniis Sacris, inter quos cum hæc Sacra in Cereris Eleuſiniæ honorem celebrabantur ἐν τῇ γεφύρᾳ. i.e. *in ponte*, vel quidam perſonatus, vel meretrix quædam, quæ ideo γεφυρὶς dicebatur, ut eſt apud Heſych. ſcommata in præ-

tereun-

ΓΕΦΥΡΩ΄ΤΗ, πόλις Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν, Γεφυρωλαῖος, ἢ Γεφυρωτίτης, διὰ τὸν τύπον.

GEPHYROTE, urbs Libyæ. Gentile, Gephyrotæus, vel Gephyrotites, propter typum.

ΓΗ̃ [22], ἀπὸ τοῦ γέα κραθέν· ἀφ' οὗ τὸ γέγειος κληϊκὸν, πλεοναζμῷ τοῦ γ. Ἢ ὡσεὶ διὰ τὸ γῆ, γήγειος. Ἀφ' οὗ καὶ Γηΐτης, ὁ αὐτόχθων, καὶ γῆν οἰκῶν· καὶ γήϊνος μεσικόν. Λέγεται καὶ γήπεδον τὸ πρὸς τοῖς οἴκοις ἐν πόλει κηπίον. Οὕτω οἱ Τραγικοὶ διὰ τοῦ α φασὶ, διαιρίζοντες. Διαφέρει γήπεδον οἰκοπέδου. Οἰκόπεδον μὲν, οἰκίας ἐστὶ καταῤῥιμμένης ἔδαφος· γήπεδον δὲ, τὸ ἐν ταῖς πόλεσι προσκείμενον ταῖς οἰκίαις κηπίον. Ἀπὸ τοῦ γῆ, γαῖα. Ὁ οἰκήτωρ, γαιάτης· καὶ γαιήϊος κληϊκόν· καὶ ἡλικὸν, γαιηϊάς. Καὶ διὰ γαῖα, καὶ διὰ γραῖα, βραχὺ τὸ α, ὅτι δισύλλαβα, ὡς Μαῖα, Φαῖα.

GE, i. e. *terra* à gea contractum, à quo posseſſ. γέγειος, i. e. *terreſtris* per pleonaſmum literæ g; vel à γῆ, γήγειος, i. e. *à terra*, *terreſtris*, à quo γήϊτης, *indigena* & *qui terram habitat*, & γήϊνος, *materiale*, i. e. *è terra*. Dicitur etiam γήπεδον, *hortus juxta domos* in urbe, quod Tragici per *a* dicunt more Dorico. Differt verò γήπεδον, i. e. *hortulus*, ab οἰκόπεδον, *domus area*, Οἰκόπεδον enim, i. e. *domus area*, eſt ſolum domus dirutæ; γήπεδον verò eſt *hortulus*, qui in urbibus adjacet domibus, à nomine γῆ, i. e. *terra*, dicitur γαῖα, i. e. *terra*. Incola γαιάτης, i. e. *qui terram habitat*, & poſſeſſ. γαιήϊος, i. e. *terrenus*, & fœmineum γαιηϊὰς, i. e. *terrena*. A verò *nominis* γαῖα & γραῖα eſt breve, eo quod ſunt diſyllaba, ut Mæa, Phæa.

ΓΗ΄ΘΟΥΣΣΑ, πόλις Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν, Γηθουσαῖος, ὡς Σκοτουσαῖος· ἢ Γηθούσιος, ὡς Σιτυσίος· ἢ Γηθουσίτης, διὰ τὸ ἐπιχώριον.

GETHUSSA, urbs Libyæ. Gentile, Gethuſſæus, ut Scotuſſæus, vel Gethuſſius, ut Sityuſius: vel Gethuſſites, propter regionis conſuetudinem.

ΓΗΛΥ΄Σ, ἔθνος, οὗ μέμνηται Ἀσσίνιος Κουάδρατος ἐν πρώτῳ Παρθικῶν· Ὀξύνεται δέ.

GELYS, gens, cujus meminit Aſſinnius Quadratus lib. 1 rerum Parthicarum. Acuitur verò.

ΓΗ΄ΡΕΙΑ, πόλις Ἰνδικὴ, πλησίον ὑπὸ Δηριάδῃ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν, πρὸς Διόνυσον πολεμοῦντα. Τὸ ἐθνικὸν, Γηρειάτης.

GERIA, urbs Indica ſub Deriade rege Indorum adverſus Dionyſum belligerante. Gentile, Geriates.

ΓΙΓΓΑΥΜΩ΄ΤΗ [23], Φοινίκης πόλις, ὡς Ἑκαταῖος.

GINGLYMOTA, Phœniciæ urbs, teſte Hecatæo.

ΓΙ΄ΓΩΝΟΣ [24], πόλις Θράκης, προσεχὴς τῇ Παλλήνῃ. Ὁ πολίτης, Γιγώνιος, ἀπὸ Γίγωνος τοῦ Αἰθιόπων βασιλέως, ὃς Διονύσῳ ἡττήθη. Ἀρτεμίδωρος δὲ Ἐφέσιος Γιγωνίδα πωτὴν φησί.

GIGONUS, urbs Thraciæ Pallenæ vicina. Civis, Gigonius, à Gigone Æthiopum rege, qui à Dionyſo victus fuit. Artemidorus Epheſius *Gigonida* eam vocat.

ΓΙ΄ΛΔΑ [25], πόλις Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν, Γιλ-

GILDA, urbs Libyæ. Gentile, Gildites,

tereuntes jáciebat. Dicebatur etiam Γεφυραῖα δημήτηρ. i. e. *Gephyræa Ceres à populo Attico* Γεφυρεῖς, teſte Etymologo in Γεφυρεῖς. Poteſt etiam legi ἀφ' οὗ καὶ Γεφυραῖα Δημήτηρ. i. e. *unde Gephyræa Ceres*, ſcilicet quoniam in urbe Bœotiæ Gephyra coleretur.

22 Γῆ, &c.] Tota hæc ſectio nec ad Topographiam, nec ad Geographiam ſed ad Lexicographos pertinet.

23 Γιγγλυμώτη, Φοινίκης πόλις, &c.] Ginglymote, Phœniciæ urbs, ac ſi diceres Adonidis-mors, nomen compoſitum ex Gingre. Sic enim Phœnices Adonidem, מות *moth* verò mortem vocabant parum corrupto nomine. Fuit autem Adonis, filius Cynaræ, Cypriorum regis & ejus filiæ Myrrhæ, quem Venus in deliciis habuit; illud teſtatur Athenæus lib. 4. Ὀνομάζουσι δὲ οἱ αὐλοὶ γίγγρους ὑπὸ τῶν Φοινίκων, ἀπὸ τοῦ περὶ Ἄδωνιν θρήνου, τὸ γὰρ Ἄδωνιν Γίγγρην καλεῖτε ὑμεῖς οἱ Φοίνικες, ὡς ἱστορεῖ Δημοκλείδης. i. e. *Vocantur verò tibiæ à Phœnicibus Gingri ob lamenta, quibus Adonin deflent, vos enim Phœnices, ut narrat Democles, Adonin Gingren vocatis.* Facilis verò eſt tranſitus ex *gr* in *gl*: flere autem Adonin erat Ægyptiorum, & Phœnicum conſuetudo, ut alibi ex Herodoto annotavimus, quod etiam memorat Ezechiel c. 8. v. 14. Cujus appono verba (Hebraica omitto) *Et adduxit me adoſtium portæ domus Adonai, quod eſt ad aquilonem, & ecce ibi mulieres ſedebant, plangentes Thammuz.* i. e. *Adonim*, de cujus ſacris videſis Lucianum de Dea Syria.

24 Γίγων, πόλις Θράκης, προσεχὴς τῇ Παλλήνῃ.] Gigonus, urbs Thraciæ, adhærens Pallenæ. Memoratur Herodoto lib. 7. c. 123. Αὗται γάρ εἰσι αἱ τὸν νῦν Παλλήνην, πρότερον δὲ Φλέγρην καλεομένην ἐπόμενοι, παραπλέων καὶ τούτων τὴν χώρην, ἔπλεε ἐς τὸ προθεσπισμένον, καταλαμβάνων στρατιὴν καὶ τὴν πρὸς τῇ Παλλήνῃ, ὁμηρεύσασαν τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ· τῆσι οὐνόματα ἐστὶ τάδε, Λίπαξος, Κόμβρεια, Λισαὴ, Γίγων, Καμψα, Σμίλα, Αἴνεια· ἢ δὲ τούτων χώρη, Κροσσαίη ἐπὶ καὶ ἐς τόδε καλέεται. i. e. *Hæ enim ſunt urbes ſitæ in Pallena*, Phlegra *prius appellata. Pernavigata hac regione, ad prædictum locum navigavit, jumptus etiam militibus & vicinis Pallenæ urbibus, conterminis verò Thermæo ſinui, quibus nomina ſunt hæc, Lipaxus, Combrea, Liſæ, Gigonus, Campſa, Smila, Æneæ; quarum regio adhuc in hoc tempus* Croſſæa *vocatur.*

25 Γίλδα, πόλις Λιβύης.] Gilda, urbs Libyæ, eamdem eſſe reor, quæ *Silda* dicitur Coſmographo lib. 4. c. 1. atque inter Libyæ mediterraneas urbes memoratur.

26 Γιλ-

Γιλδίτης; ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν. A

dites, ut Alexander rerum Libycarum libro 3.

ΓΙΛΙΓΑΜΒΑΙ[26], ἔθνος Λιβύης. Ἡρόδοτος δ.

GILIGAMBÆ, gens Libyæ. Herodotus lib. 4.

ΓΙΝΔΑΝΕΣ[27], ἔθνος Λιβυκὸν Λωτοφάγον, [28] οἱ τὸ καρπὸν μόνον τῆς λωτῆς ἐσθίοντες B ζῶσι.

GINDANES, gens Libyca Lotophaga, qui tantum fructum loti comedentes vivunt.

ΓΙΝΔΑΡΑ[29], κώμη πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Γινδαρεύς. Καὶ δεφικῶς δὲ, Γινδάρης ἔφη.

GINDARA, vicus prope Antiochiam. Gentile, Gindarensis. Quadratus verò *Gindaros* eos vocat.

ΓΙΤΤΑ[30], πόλις Παλαιστίνης· Πολύβιος C ἐκκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Γιτταῖος.

GITTA, urbs Palæstinæ. Polybius libro 16. Gentile, Gittæus.

ΓΛΑΝΙΣ[31], ποταμὸς Κύμης, ὡς Λυκόφρων·

Γλάνις ἢ ῥείθροις δέξεῖ τέγγων χθόνα.

[32] Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθὺς Γλάνις, ὁ καλούμενος D Γλάνις. [33] Ἔστι καὶ Ἰβηρίας ποταμός. Ἔστι καὶ Ἰταλίας

GLANIS, fluvius Cumæ, ut Lycophron:

Glanis verò fluentis excipiet irrigans terram.

Et ab eodem fluvio dicitur piscis *Glanis*, qui vocatur *Glanius*. Est & Iberiæ fluvius. Est & Ita-

26 Γιλιγάμβαι, ἔθνος Λιβύης, &c.] Giligambæ, gens Libyæ ex Herodoti lib. 4. Cui ejusdem libri capite 169. dicitur *Gigama*. Τέτταν δ' ἔχουσι Γιγάμαι, νεμόμενοι τὴν πρὸς ἑσπέρην χώρην, μέχρι Ἀφροδισιάδος νήσου. ἐν δὲ τῷ μέσῳ χώρῳ τούτῳ ἥτε Πλατέα νῆσος ἐπικέεται, τὴν ἔκλεσαν Κυρηναῖοι. i. e. *His adhærent Gigamæ, locum qui occasum spectat incolentes, usque ad Aphrodisiada insulam. In hujus loci medio jacet Platea insula, quam Cyrenæi condiderunt.* Non bene interpres Latinus vertit illud τὴν ἔκλεσαν Κυρηναῖοι, *ubi urbem condiderunt Cyrenæi*, cum deberet vertere, quam [*insulam*] condidere Cyrenæi. Κλῄζειν enim apud Græcos & *condere* apud Latinos, non solum de urbibus, sed etiam de regionibus dicitur, ut alibi annotavimus contra Scaligeri sententiam.

27 Γινδᾶνες, ἔθνος Λιβυκὸν λωτοφάγον, &c.] Gindanes, gens Libyca, *lotophaga*, i. e. *quæ loto vescebatur*; sed alii etiam erant Libyæ populi, qui *Lotophagi* vocabantur eadem de causa, ut videre est apud Herodotum lib. 4. c. 176. Μαχλύην δὲ τούτων ἔχουσι Γινδάνες εἶσι. Τῶν αἱ γυναῖκες περισφύρια δερμάτινα πολλὰ ἐκάστη φορέει κῆς τινὸς δέπι, ὡς λέγεται. Κατ' ἄνδρα ἕκαστον μιχθέντα πλείστα περισφύρια περιδέεται. ἡ δὲ ἂν πλείστα ἔχῃ, αὕτη ἀρίστη δέδοκται εἶναι· ὡς τοῦτο πλείστων ἀνδρῶν φιληθεῖσα. Ἀκτὴν δὲ παρέχονται ἐς τὴν πόντον τούτων τῶν Γινδάνων νέμονται Λωτοφάγοι. οἱ δὲ καρπὸν μὲν ἔσθουσι τὸν λωτὸν τρώγοντες ζώουσι. Ὁ δὲ λωτὸς καρπὸς ἐστὶ μεγεθος ὅσον τε τὸ τῆς σχίνου, &c. id est: *Horum Macarum finitimi sunt Gindanes, quorum uxores ferunt fimbrias pelliceas singulæ multas, ob hoc, ut dicitur, quod ut à singulis viris Venerem passa est fimbriam circumligat, quæ verò plurimas habuerit, ipsa optima censetur, tanquam à plurimis viris amata. Oram in mare porrectam horum Gindanum incolunt Lotophagi, qui e solo loti fructu comedentes vivunt; fructus verò loti magnitudine est instar lentisci, suavitate verò palmæ fructus assimilis. Ex hoc fructu Lotophagi vinum conficiunt. Lotophagis juxta mare vicini sunt Machlyes, loto & ipsi vescentes, sed minus quam qui prius dicti sunt.* Quam diversæ, quam discrepantes, & quam ridiculæ sunt viris sapientibus res humanæ, apud alios honori tribuitur, quod apud alios ignominiæ & vitio datur. Verum nihil honestum est naturâ, sed positione. Γινδᾶνες apud auctorem nostrum notatur accentu circumflexo in penultima, apud Herodotum accentu acuto in antepenultima.

28 Οἱ τὸ καρπὸν μόνον τῆς λωτῆς ἐσθίοντες ζῶσι.] Sunt verba Herodoti in dialectum communem formata. Sic enim ille lib. 4. c. 176 loquitur: Οἱ τὸ καρπὸν μοῦνον τῆς λωτῆς τρώγοντες ζώουσι. i. e. *Qui fructum solum loti comedentes vivunt.* Quæ verba intelligenda videntur de Lotophagis potius, quàm de Gindanibus. Præcedit enim illud τῶν Γινδάνων νέμονται Λωτοφάγοι, οἳ τ', &c. Sed noster auctor id de Gindanibus dici existimavit, mihi de Lotophagis dici vero propius videtur.

29 Γίνδαρα, κώμη πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ.] Gindara, vicus prope Antiochiam. Straboni lib. 16. *Gindarus* urbs appellatur, quam arcem inquit esse Cyrrhesticæ regionis prope Antiochiam. Ejus sunt verba: Σωσάπολις δὲ τέτταρις ἡ Κυῤῥηστικὴ μέχρι δεῦρο παρατείνουσα. Ἐνῴκισται δ' ἐστὶ πόλις Γίνδαρος, ἀκρόπολις τῆς Κυῤῥηστικῆς, καὶ λῃστήριον εὔφυες, καὶ Ἡράκλειόν τι καλούμενον τοιοῦτον, &c. i. e. *Adhæret verò his Cyrrhestica eò usque protensa. Hic verò est urbs Gindarus, arx Cyrrhesticæ, & aptum latronibus receptaculum, & Heraclium quoddam nomine. Circa hæc loca Pacorus, qui erat Parthorum regis filiorum natu maximus, cum Syriam cum exercitu invasisset, à Ventidio interfectus est. Gindaro Pagræ adjacent, castellum Antiochidis munitum.* Gindarus etiam dicitur Ptolemæo lib. 5. qui eam inter Seleucidis urbes locat. Eadem verò fuit urbs, non longe enim hinc ipse locat Cyrrhesticam regionem, quæ Straboni libro citato dicitur *Cyrrhestica*; ego Strabonem ex Ptolemæo corrigendum esse censeo.

30 Γίττα, πόλις Παλαιστίνης.] Gitta, urbs Palæstinæ; Hebraïce dicitur גת *gath*. Hieronymus, & LXX Senes transferunt *Geth*; unde Plinio lib. 5. c. 19. dicitur *Gesta*; ejus fit mentio Sam. lib. 1. c. 27. v. 2. Cujus rex fuit Achis, qui vicit Saulum ad montem Gelboën, ut apparet ex Samuelis libro citato c. 31. Ex hac etiam urbe fuit παμμεγέθης ille Goliathus apud sacros Scriptores decantatus, quem David singulari certamine vicit, & occidit, ut narrant Regum libri, & Josephus Antiquitatum lib. 6. c. 10. Simonis quoque Magi patriam fuisse scribit Zonaras ex Justino martyre. *Gitta* vocatur à Josepho libro capiteque citato.

31 Γλάνις, ποταμὸς Κύμης, ὡς Λυκόφρων.] Glanis fluvius Cumæ ex Lycophrone, cujus affert versiculum, ad quem locum ejus Scholiasta tres hujus nominis fluvios, ut & noster, memorat.

32 Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθὺς Γλάνις, &c.] A fluvio Glani dicitur piscis *glanis*, qui *glanius* quoque vocatur; hujus piscis meminit Plinius lib. 32. c. 10. *Verrucas tollit glani jecur illitum.* Forsitan scribendum Glanii, ut fit à nominat. Glanius.

33 Ἔστι καὶ Ἰβηρίας ποταμός. Ἔστι καὶ Ἰταλίας, &c.] Glanim quoque inquit esse Iberiæ, & Italiæ fluvium, circa Tiberim. Glanis Iberiæ fluvii altum apud alios silentium; at Glanis Italiæ prope Tiberim fit mentio apud Plinium lib. 3. c. 5. cujus verba hic subjiciam: *Tiberis antea* Tybris *appellatus, & prius* Albula, *& media fere longitudine Apennini, finibus Aretinorum profluit, tenuis primò, nec nisi piscinis corrivatus, emissusque navigabilis, sicuti Tinia & Glanis influentes in eum*, &c.

Γαλίας τρίτος ποταμὸς, πρὸς τῷ Τίβερι ποταμόν. A & Italiæ tertius fluvius, circa Tiberim fluvium.

ΓΛΑΥΚΙΑ[34], πολίχνιον Ἰωνίας. Τὸ ἐθνικὸν Γλαυκιώτης, καὶ Γλαυκιώτης. Βέλτιον δὲ Γλαυκίου, ὡς τὸ Πλακίας Πλάκιος.

GLAUCIA, oppidulum Ioniæ. Gentile, Glaucienſis, & Glauciotes, ſed melius eſt Glaucius, ut à Placia, Placius.

ΓΛΑΥΚΟΥ δῆμος, ἐν Λυκίᾳ, ὡς Ἀλέξανδρός φησιν, ἀπὸ Γλαύκου ἥρωος. Ὁ δημότης, Γλαυκόδημος. B

GLAUCI populus, in Lycia, ut Alexander inquit à Glauco heroë. Popularis, Glaucodemus.

ΓΛΑΦΥΡΑΙ[35], πόλις Θεσσαλίας. Ὅμηρος·

GLAPHYRÆ, urbs Theſſaliæ. Homerus:

Βοίβην, καὶ Γλαφύρας. — C

Bœben, & Glaphyras —

Ἀπὸ Γλαφύρα υἱοῦ Μάγνητος, κτίσαντος. Τὸ ἐθνικὸν Γλαφυραῖος. [36] Ἔστι καὶ κώμη Κιλικίας, ἀπέχουσα Ταρσοῦ τριάκοντα σταδίους πρὸς δύσιν.

A Glaphyra conditore Magnetis filio. Gentile Glaphyrenſis. Eſt & vicus Ciliciæ, diſtans à Tarſo ad occidentem triginta ſtadia.

ΓΛΗΤΕΣ[37], ἔθνος Ἰβηρικὸν μετὰ τοὺς Κυνήτας. Ἡρόδωρος δεκάτῳ. D

GLETES, populi Iberici, poſt Cynetes, Herodorus lib. 10.

ΓΛΙΣΣΑΣ[38], πόλις Βοιωτίας· ἢ ἀπὸ Γλίσωνος, ἢ ἀπὸ Γλίσαντος. Τὸ ἐθνικὸν, Γλισάντιος.

GLISSAS, urbs Bœotiæ, vel à Gliſone, vel à Gliſante. Gentile, Gliſſantius.

ΓΝΗΣ, ἔθνος οἰκῆσαν τὴν Ῥόδον. Ἔνθεν καὶ Γνῆτες, οἱ ἰθαγενεῖς. Λέγεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ ι, Ἰγνῆτες. E

GNES, gens, quæ Rhodum habitavit. Hinc & *Gnetes*, indigenæ. Dicitur etiam cum *i*, Ignetes.

ΓΟΑΡΗΝΗ[39], χώρα Ἀραβίας, πλησίον Δαμασκοῦ. Λέγεται καὶ Γοάρεια.

GOARENE, regio Arabiæ prope Damaſcum. Dicitur etiam *Goaria*.

ΓΟΛΓΟΙ[40], πόλις Κύπρου, [41] ἀπὸ Γόλγου τοῦ ἡγησαμένου τῶν Σικυωνίων ἀποικίας. Λέγεται F

GOLGI, urbs Cypri, à Golgo Sicyoniorum coloniæ duce. Dicitur etiam *Golgum*

34 Γλαυκία, πολίχνιον Ἰωνίας.] Glaucia, oppidulum Ioniæ, quod *Glauce Micales* dicitur Thucydidi lib. 8. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τοῖς ἐν Σάμῳ ναυσὶ δυοῖν καὶ ὀγδοήκοντα, αἳ ἔτυχον ἐν Γλαυκίῃ τῇ Μυκάλης ὁρμοῦσαι (διέχει δὲ ὀλίγον πάνυ ἡ Σάμος τῆς ἠπείρου πρὸς τὴν Μυκάλην) ὡς εἶδον πλεούσας τὰς τῶν Πελοποννησίων ναῦς ἐπισταλείσας, ὑπεχώρησαν ἐς τὴν Σάμον, &c. i. e. *Athenienſes verò cum illis duabus, & octoginta navibus è Samo, quæ in* [oppidulo] *Glauce Mycales ſtationem habebant* (*ab hac autem parte, quæ Mycalen ſpectat, Samus à continente parum diſtat*) *cum Peloponneſiorum naves adnavigentes vidiſſent, in Samum ſe receperunt, &c.* Mycale verò erat promontorium in continenti ſitum, quod quâ zephyro vento expoſitum eſt, ad Samum pertinebat, in quam congregabantur Iones & celebrabant feſtum, cui poſuerunt nomen *Panionia*, auctore Herodoto lib. 1. c. 148. quare ſine dubio Glauce Thucydidis eſt oppidulum, quod noſtro dicitur *Glaucia*.

35 Γλαφυραὶ, πόλις Θεσσαλίας. Ὅμηρος.] Glaphyræ, num. plur. urbs Theſſaliæ ex Homero, cujus affert hemiſtichium, quod apud eum legitur Il. 2. v. 712. de qua videſis, quæ in Βοῖβος annotavimus.

36 Ἔστι καὶ κώμη Κιλικίας, &c.] Inquit Glaphyras eſſe quoque Ciliciæ vicum, cujus nulla apud alios fit mentio, quod ſciam, præter Euſtathium ad Il. 2. v. 712. qui id ex noſtro auctore habet.

37 Γλῆτες, ἔθνος Ἰβηρικὸν, μετὰ τοὺς Κυνήτας.] Gletes, gens Iberica, poſt Cynetas. Ego exiſtimo eſſe eoſdem, quos Strabo lib. 3. vocat *Igletas*, & noſter in Γλῆτες, Tletes ex Hecatæo, quod ſine dubio factum fuit ex ſimilitudine literarum Græcarum Γ & Τ. Cynetas verò memorat Avienus in Jambis:

Ana amnis illic per Cynetas effluit
Sulcatque glebam.

Fuiſſe verò *Igletes* nomen antiquum Hiſpanorum tradit Strabo libro citato, ſed antiqui tam Latini, quam Græci perfectam cognitionem Hiſpaniæ capere non potuerunt, ut apparet ex Polybii lib. 3. quod ſatis arguit illud Ephori, qui putavit *Iberos* eſſe unam civitatem, teſte Joſepho lib. 1. contra Apionem.

38 Γλίσσας, πόλις Βοιωτίας.] Gliſſas, antis, urbs Bœotiæ prope montem Hypatum, quam interfluere amnem Thermodontem prodidit Herodotus lib. 9. c. 42. Memoratur etiam Pauſaniæ lib. 9. cujus ætate ruinæ ejus tantum extabant, ut ipſe refert libro citato; Strabo quoque ejus meminit lib. 9.

39 Γοαρήνη, χώρα Ἀραβίας, πλησίον Δαμασκοῦ.] Goarene, regio Arabiæ prope Damaſcum. quæ *Goaria* etiam dicebatur; hoc nomine ſed per jota tantum in penultima memoratur Ptolemæo, non prope Damaſcum, ſed inter Palmyrenes Syriæ regionis civitates lib. 5. c. 15.

40 Γολγοὶ, πόλις Κύπρου, &c.] Golgi, orum, quæ neut. gen. & num. ſing. *Golgum* etiam dicitur, fuit urbs Cypri Veneri ſacra. Memoratur Catullo de Nuptiis Pelei & Thetidis:

Sancte puer, curis hominum qui gaudia miſces
Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondoſum.

Reſpexit Catullus ad illud Theocriti:

Δίσπου' ἃ Γολγώ τε, καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας.
Regina, quæ Golgon, & Idalium amaſti.

Idem poeta de eadem Venere inquit:

Quæque Ancona, Cnidumque arietinoſam,
Colis, quæque Amathunta, quæque Golgos.

Lycophroni etiam Venus vocatur Golgorum regina:

— γαῖαν ἴξονται Θεᾶς
Γόλγων ἀνάσσης —
h. e. — *terram venient Deæ*
Golgorum reginæ.

41 Ἀπὸ Γόλγου τοῦ ἡγησαμένου τῶν, &c.] Nomen *Golgorum* Cypri urbis deducit à Golgo Sicyoniorum coloniæ duce, at Scholiaſta Theocriti ad carmen ſupra citatum inquit: Γολγοὶ, πόλις Κύπρου, ὀνομασθεῖσα ἀπὸ Γόλγου τινὸς Ἀδώνιδος καὶ Ἀφροδί-

τος καὶ Γόλγον ἀδελφέρως, [42] ἀφ' ἧς Γολγία ἡ Ἀφροδίτη. Τὸ ἐθνικὸν, Γόλγιος, καὶ Γολγία, καὶ Γολγηΐς.

Agum neutro genere, à quo Golgia Venus. Gentile, Golgius & Golgia, & Golgeïs, *idis*.

ΓΟΜΟΛΙΤΑΙ [43], ἔθνος τῆς Ἰδουμαίας· [44] ἢ ἀπὸ Ἀμαλήκ, Ἀμαληκίτης ἐκλήθη.

GOMOLITÆ, gens Idumææ, quæ ab Amaleco, *Amalecites* vocata est.

ΓΟΜΦΟΙ [45], πόλις Θεσσαλίας. Τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον. Εὕρηται καὶ Γομφεύς.

GOMPHI, urbs Thessaliæ. Gentile, eodem modo. Invenitur etiam Gompheus.

ΓΟΝΔΡΑΙ [46], Θρᾴκιον ἔθνος. Λέγεται παρ' Ἡροδότῳ Κίνδρα, καὶ Ῥόνδα.

GONDRÆ, gens Thraciæ; quæ apud Herodot. dicitur *Cindra*, & *Rhonda*.

ΓΟΝΕΙΣ [47], πόλις Θρᾴκης. Οἱ καὶ οἰκοῦντες ὁμοίως. [48] Οἱ δὲ Ἀδριανοπολίτας τούτους ἐκάλεσαν.

GONEIS, urbs Thraciæ. Incolæ, eodem modo. Alii *Adrianopolitas* eos vocant.

ΓΟΝΝΟΙ [49], πόλις Περραιβίας, ἀπὸ Γουνέως κληθείσης ἀπογόνου Κύφου, ὡς φησιν Ὅμηρος. Ὁ πολίτης, Γόννιος· καὶ Γοννία, ἡ γυνὴ, καὶ ἡ χώρα. Γράφεται καὶ μετὰ δύο ν. Τοὺς δὲ Περραιβοὺς καλοῦσι ἑαυτούς. Καὶ Γόννον διὰ δύο ν, τὴν πόλιν. Γόνα γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὰ γόνατα. Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Γονατεύς, ὃ καὶ παρὰ λόγον διὰ τὸν τόνον, καὶ Γόννιος.

GONNI, urbs Perrhæbiæ, à Guneo Cyphi nepote sic vocata, ut inquit Homerus. Civis, Gonnius, & Gonnia, fœmina, & regio. Scribitur etiam cum *y*. *Perrhæbos verò vocantes seipsos*. Et Gonnum per duplex *n*, urbem. Gona enim Æoles *gonata*, id est, *genua* vocant. Gentile, *& Gonatas*, quod est præter rationem propter tonum. Dicitur etiam Gonnius.

ΓΟΝΟΥΣΣΑ [50], πόλις Περραιβίας. Τὸ ἐθνικὸν, Γουσσαῖος.

GONUSSA, urbs Perrhæbiæ. Gentile, Gonussæus.

ΓΟΡΑΜΑ, χώρα τῶν Σκηνιτῶν Ἀράβων. Οἱ οἰκήτορες, Γορραμηνοί.

GORAMA, regio Arabum Scenitarum. Incolæ, Gorameni.

ΓΟΡΓΙΠΠΙΑ [51], πόλις Ἰνδικῆς. Τὸ ἐθνικὸν Γοργιππιώτης.

GORGIPPIA, urbs Indicæ. Gentile, Gorgippieus.

ΓΟΡ-

GOR-

Ἀφροδίτης. i. e. *Golgos, urbs Cypri, sic appellata à Golgo, quodam Adonidis & Veneris*. Bochartus id deducit à Phœnicio גלגל *golgol: Hebræi*, inquit ille, *Galgal & Gilgal & Gilgul dixerint, sed & Golgol legi voluit Hieronymus in locis: Golgol* inquit *quæ est Galgal. Hujus nominis loca quædam habuit terra Chanaan à rotunditate sic dicta. Græci* Γόλγον & Γόλγους *dicunt, finali* L *abjecto, ut in* Ἀννίβας & Ἀσδρύβας. Hæc sunt illius verba ex sua Chanaan lib. 1. c. 3. Sed pariti fundamento nititur eruditissimus vir, ac Græci. Prius enim ostendendum erat Phœnicios condidisse Golgos, quod cum non constet, adeo incertum est hujus etymon, ac illud Græcorum.

42 Ἀφ' ἧς Γολγία ἡ Ἀφροδίτη.] Quia Golgi urbs Cypri Veneri erat sacra, ut nota præcedenti ostendimus, ideo *Golgia* vocabatur ab eodem loco.

43 Γομολίται, ἔθνος τῆς Ἰδουμαίας.] Gomolitæ, gens Idumææ. Nescio ex quo auctore hæc transcripserit Stephanus, nisi admodum oscitanter ex Josepho, apud quem *Gobolitis*, non *Gomolitis* est Idumææ regio. Ejus verba hic subjiciam, ex Antiquit. lib. 2. c. 1. Ἀμάληκος δὲ νόθος ἦν υἱὸς ἐκ παλλακῆς αὐτῷ γεγενὼς, Θαμνὰης ὄνομα, ἥτις κατῴκησεν τὴν Ἰδουμαίας τὴν Γοβολίτην λεγομένην, καὶ τὴν ἀπὸ Ἀμαλήκης κληθεῖσαν Ἀμαληκίτιν. i. e. *Amalecus enim erat nothus ipsi* [Eliphazo] *ex Thamnae concubina genitus, hi habitaverunt Idumææ regionem, quæ* Gobolitis *dicitur, & eam, quæ ab Amaleco* Amalecitis *vocata fuit*.

44 Ἢ ἀπὸ Ἀμαλήκ, Ἀμαληκίτης ἐκλήθη.] Si hæc verba intelligenda sunt de Idumæa, pro Ἀμαληκίτης lege Ἀμαληκίλης, sin de eadem gente, legendum est Ο', *n* pro ἢ. Refertur enim tunc πρὸς τὸ ἔθνος. Ex Josephi verbis nota præcedenti adductis apparet, Idumææ regiones quasdam dictas fuisse *Goboltin* & *Amalecitin*.

45 Γόμφοι, πόλις Θεσσαλίας.] Gomphi, num. plur. mascul. gen. urbs Thessaliæ memoratur Constant. Porphyrogenetæ Them. lib. 2. Them. 2. Juxta hanc urbem defluebat Peneus totius Thessaliæ celeberrimus fluvius, teste Plinio lib. 4. c. 8. Eam expugnavit Cæsar, & ad diripiendum militibus concessit, ut ipse refert de bello civili lib. 3.

46 Γόνδραι, Θρᾴκιον ἔθνος, &c.] Gondræ, Thraciæ gens, quæ apud Herodotum dicitur Cindra, & Rhonda, quorum ne nomen quidem apud Herodotum legitur. Fortasse est μνημονικὸν ἁμάρτημα, & pro Herodoto alius ex veteribus scriptoribus substituendus est.

47 Γονεῖς, πόλις Θρᾴκης, &c.] Goneis, urbs Thraciæ, à nemine, quod sciam, memoratur; ab Scylace verò in Thracia Γῶνος dicitur. Viderint doctiores, utrum fuerit eadem, necne.

48 Οἱ δὲ Ἀδριανοπολίτας τούτους ἐκάλεσαν.] Gonenses Goneorum urbis oppidanos alioqui *Adrianopolitas* vocabant, quare non vocaretur etiam ipsum oppidum Adrianopolis? si ejus oppidanos vocabant *Adrianopolitas*; Adrianopolis verò fuit urbs Thraciæ celeberrima, quam Turci anno M. CCCC II. ceperunt & sui imperii regiam constituerunt, antequam Constantinopolin caperent. Lampridius in Heliogabalo auctor est, Heliogabalum condidisse urbem circa Hebrum Thraciæ, & *Orestam* nominasse, quam postea Adrianus Cæsar suo nomine vindicari jussit, ut idem auctor loquitur; id est de suo nomine *Adrianopolin* jussit vocari. Et hæc sunt quæ hac in re dicere habeo.

49 Γόννοι, πόλις Περραιβίας, &c.] Gonni, num. plur. urbs Perrhæbiæ, sic vocata à Guneo Cyphi nepote, ut ait Homerus, inquit Epitomator noster: At ejus bonâ veniâ Homerus non celebrat hanc urbem, sed Guneum ducem, quem Perrhæbi in expeditione Græcorum adversus Trojanos secuti sunt, ut apparet ex Il. 2. v. 747. Fuisse verò Perrhæbicam urbem constat ex Eustathio ad ejusd. Il. v. 573. & ex Strabone lib. 9. quibus *Gonos*, singulari num. dicitur.

50 Γουῆσσα, πόλις Περραιβίας.] Gonussa, urbs Perrhæbiæ. Memoratur Eustathio ad Il. 2. v. 573. Gonoessa verò fuit promontorium Pellenæ eodem auctore ad eumdem versum, cujus meminit Homerus eodem carmine.

51 Γοργίππια, πόλις Ἰνδικῆς.] Gorgippia, urbs Indicæ, quæ regio Straboni lib. 11. dicitur *Sindice*, in qua locat ipse Gorgippiam; Sindi verò fuere populi circa Mæotim paludem, auctore nostro auctore in Σίνδοι. Sindæ autem fuere juxta magnum Indiæ sinum, ut idem suo loco refert: Ixibatas etiam locat epitomator noster prope Pontum finitimos Indicæ, ergo Ἰνδικὴ apud Græcos & de India & de Ponti qua-

ΓΟΡΓΥΙΑ, τόπος ἐν Σάμῳ, ὡς ἱστορεῖ Δῶρις· ἐν ᾧ Διόνυσος Γοργυεὺς τιμᾶται.

GORGYIA, locus in Samo, ut refert Duris, in quo Dionysus Gorgyreus colitur.

ΓΟΡΔΙΕΙΟΝ[52], πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ, ἀπὸ Γορδίου τοῦ πατρὸς Μίδου. Τὸ ἐθνικὸν Γορδιεύς, ὡς Κοτιαεῖον Κοτιαεύς, Δορυλαεῖον Δορυλαεύς. Ε'-Β χρὴ δ' ἰσοσύλλαβα· ἄλλα τὰ ᾠδὲ τοῖς Φρυξὶ σημειώδη.

GORDIEUM, urbs magnæ Phrygiæ juxta Cappadociam, à Gordio Midæ patre. Gentile, Gordieus, ut Cotiaëum, Cotiaeus, Dorylaëum, Dorylaeus. Debebant verò parisyllabica esse, sed sic à Phrygibus notantur.

ΓΟΡΔΙΟΤΕΙΧΟΣ[53], πόλις Μίδου, κληθεῖσα ἀπὸ τοῦ παιδὸς Γορδίου. Ὁ πολίτης, Γορδιοτειχίτης. C

GORDIOTICHOS, urbs Midæ, à Gordio filio. Civis, Gordiotichites.

ΓΟΡΔΥΑΙΑ[54], χώρα Περσική, ἀπὸ Γόρδυος Τριπτολέμου παιδὸς, οὗ καὶ ζήτησιν Ἰὼς ἐξ Ἄργους ἐλθοῦσαν εἰς Συρίαν. Ἔστι δὲ ἡ πόλις ᾠδὲ πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Τίγριδος. Τὸ ἐθνικὸν, Γορδυαῖος· καὶ Γορδυαῖα ἡ χώρα καὶ ἡ D γυνή. καὶ ἀδελφέρως Γορδυαῖα ὄρη. Εὑρὼν καὶ Γορδύας. Καὶ Γορδόχους αὐτοὺς φασι, καὶ Γόρδους.

GORDYÆA, regio Persica, à Gordy Triptolemi filio, qui quærendæ Iûs causa ex Argis venit in Syriam. Est verò urbs sita juxta Tigris ostia. Gentile, Gordyæus, & Gordyæa, regio, & fœmina, & in neutro genere, Γορδυαῖα ὄρη, i. e. *Gordyæi montes*. Invenitur etiam Gordyas, *adis*. Eosdem Gordochos, & Gordos vocant.

ΓΟΡΔΥΝΙΑ[55], πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Γορδυνιάτης.

GORDYNIA, urbs Macedoniæ. Gentile, Gordyniates.

ΓΟΡΤΥΝ[56], πόλις Κρήτης. Οὕτω δὲ λέγε E ται,

GORTYN, urbs Cretæ, sic per *n* scribi-

ti quadam regione dicitur, quæ *Sindice* vocatur Straboni libro citato; Herodoto verò lib. 4. c. 86. *Indice* nominatur: Ἐς δὲ Θεμισκυρὸν τὸν ἐπὶ Θερμώδοντι ποταμῷ ὁμοίως τῆς Γηδικῆς (καὶ τοῦτο γάρ ἐστι καὶ Πόντιος λιμήν) τριῶν τε ἡμερέων καὶ δύο νυκτῶν πλόος. i. e. *Ad Themiscyram, quæ est super flumen Thermodontem ex Indice (hic enim Ponti latissimus est) trium dierum duarumque noctium est navigatio.* Ubi nimis audacter vertit interpres Latinus *e Scythica* pro *ex Indice*.

52 Γορδίειον, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας, &c.] Gordieum, urbs magnæ Phrygiæ prope Cappadociam, quam Sangarius fluvius interfluebat, teste Arrhiano de expeditione Alexandri lib. 1. circa calcem, cui, ut & Plutarcho in Alexandro *Gordium* dicitur; memoratur etiam Justino lib. 9. c. 7. apud quem perperam scribitur Gordien; hanc urbem cepit Alex. Magnus, & nodum illum Gordii patris Midæ, à quo urbs nomen habet, gladio ruptis loris dissecuit, de quo operæ pretium est audire Curtium, cujus ex lib. 3. c. 1. subjiciam verba: *Alexander urbe* [Gordio] *in suam ditionem redacta, Jovis templum intrat, vehiculum, quo Gordium Midæ patrem vectum esse constabat adspexit, cultu haud sane à vilioribus, vulgatisque usu abhorrens. Notabile erat jugum adstrictum compluribus nodis in semet ipsos implicatis, & celantibus nexus. Incolis deinde affirmantibus editam esse oraculo sortem, Asiæ potiturum, qui inexplicabile vinculum solvisset: cupido incessit animo sortis ejus implendæ. Circa regem erat & Phrygum turba, & Macedonum: illa exspectatione suspensa, hæc solicita ex temeraria regis fiducia, quippe serie vinculorum ita adstricta, ut unde nexus inciperet, quove se conderet, nec ratione, nec visu percipi posset. Solvere adgressus; injecerat curam, ne in omen verteretur inritum inceptum. Ille nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis; nihil, inquit, interest, quomodo solvatur: gladioque ruptis omnibus loris, oraculi sortem vel elusit, vel implevit.* Apposui omnia Curtii verba, ut notares & Alexandri audaciam & ejus ingenii promptitudinem in exsequendo. Quæ enim solvi non possunt, abscindere expedit. Cæterum Gordium fuit Midæ regia, referente eodem auctore libro, capiteque citatis.

53 Γορδίου τεῖχος, πόλις Μίδου, &c.] Gordiotichos. i. e. *Gordii-murus*, urbs Midæ, scilicet in magna Phrygia, ubi regnavit Midas Gordii pater, quæ Straboni lib. 12. dicitur Γόρδου κώμη. i. e. *Gordi pagus*, quæ postea *Juliopolis* dicta fuit, ut refert idem auctor eodem libro. Ejus oppidanos memorat Liv. lib. 38. c. 13. Noster in Ἁρπαλύκεια inquit Harpalyciam à Gordiotichitis conditam fuisse.

54 Γορδυαῖα, χώρα Περσική.] Gordyæa, regio Persica, à qua Gordyæi montes, qui ab aliis *Cordyæi*, *Gordochi*, *Gordi*, *Garduchi*; ut & incolæ solent nominari; fuere verò montes Armeniæ, non Persidis, in quibus arca Nochi quievit, qui Geneseos c. 8. v. 4. dicuntur הרי אררט *hare ararat*. i. e. *montes Armeniæ*. Armenia verò erat Persidi finitima, de quibus ex Beroso Chaldæo sic loquitur Joseph. Antiquit. lib. 1. c. 4. Τῶν δὲ κατακλυσμῶν τούτων, καὶ τῆς λάρνακος μεμνημένης πάλαι, οἱ τὰς βαρβαρικὰς ἱστορίας ἀναγράφοντες, ὧν ἐστι καὶ Βηρωσὸς ὁ Χαλδαῖος. Διογράφων δὲ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, φησὶ τὰ περὶ τὴν κατακλυσμὸν, φησὶ πως διέξεισι. Λέγεται δὲ καὶ τῶν πλοίων ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέχρι τοῦ νῦν καταμένειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιρουμένους. Χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ πρὸς τὰς ἀποτροπιασμούς. i. e. *Hujus autem diluvii & arcæ meminerunt omnes barbaricæ historiæ scriptores, è quibus est etiam Berossus Chaldæus. Narrans enim de hoc diluvio, sic fermè edisserit. Fertur verò & navigii hujus pars quædam in Armenia apud montem Cordyæorum adhuc esse, & quosdam bitumen inde abrasum reportare; quo vice amuleti homines maximè utuntur.* Memorantur etiam Q. Curtio lib. 4. c. 10. *Rex* [Alexander] *impetu animorum utendum ratus secunda vigilia castra movit, dextra Tigrim habebat, à læva montes, quos* Gordyæos *vocant.* Arrhianus verò de expeditione Alex. lib. 3. *Sogdianos* sed non bene vocat; de quibus videsis Fulleri Miscell. sacra lib. 1. c. 4.

55 Γορδυνία, πόλις Μακεδονίας.] Gordynia, urbs Macedoniæ. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 13. cui *Gordenia* dicitur & inter Emathiæ Macedoniæ regionis urbes numeratur. Plinio lib. 4. c. 10. Gordiniæ num. plur. dicitur.

56 Γόρτυν, πόλις Κρήτης.] Gortyn, urbs Cretæ, quæ *Gortys* postea dicta fuit, ut inquit noster, *Gortyna* verò dicitur Straboni lib. 10. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐν τῇ Κρήτῃ πλείους μὲν, μέγιστα δ', καὶ ἐπιφανέστατα τρεῖς, Κνωσὸς, Γόρτυνα, Κυδωνία. i. e. *Urbes verò sunt in Creta plures quidem, maximæ autem & illustrissimæ tres, Cnossus, Gortyna, Cydonia.* Anonymo, quem vulgavit Jacobus Gothofredus fol. 44. *Gortine* dicitur, quam maximam centum urbium Cretæ inquit esse. Ἔπειτα τὴν Κρήτην νῆσον διήκουσιν, ἡ ἑκατὸν ἀριθμῷ πόλεσι κεκοσμημένη ἐστὶ, καὶ ἔστιν ἐν πᾶσιν πλοῦτος καὶ γυμνασία, ἔχουσα πόλιν μεγίστην, ὀνόματι Γορτῦνα, &c. i. e. *Postea Cretam insulam invenies, quæ centum numero civitatibus condecorata est, & est in omnibus dives & admirabilis, quæ habet civitatem maximam; nomine Gortinem.* Straboni etiam vocatur Γορτυνίων πόλις, i. e. *Gortyniorum civitas*, libro decimo citato, ubi eam sic describit: Κεῖται δ' ἐν πεδίῳ καὶ ἡ Γορτυνίων πόλις, τὸ παλαιὸν μὲν ἴσως τετειχισμένη, καθάπερ καὶ Ὅμηρος εἴρηκε,

Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν.

ὕστερον δ' ἀπεβαλοῦσα τὸ τεῖχος ὑπὸ ῥᾳθυμίαν, καὶ πάνυ τὸ χρόνον μείνασα

Ξν, ἀπὸ ἥρωος Γόρτυος. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Λάρισα, εἶτα Κρήμνια, καὶ ὕστερον Γόρτυς. 57 Φασὶ δὲ τὴν αἰτιατικὴν, οἱ μὲν δισυλλάβως Γόρτυν, οἱ δὲ τρισυλλάβως·

— Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν.

A

scribitur ab heroë Gorty. Larissa etiam vocabatur, postea *Cremnia*, deinde *Gortys*, accusativum, alii disyllabum Gortyn; alii trisyllabum faciunt.

— *Gortynaque muratam.*

Οἱ δὲ Γόρτυναν, ὡς Ἄμυναν.

B

Alii verò Gortynam, ut Amynam.

ΓΟΤΘΟΙ 58, ἔθνος πάλαι οἰκῆσαν ἐντὸς τῆς Μαιώτιδος. Ὕστερον δὲ εἰς τὰ ἐντὸς Θράικης μεταναστῆσαν, 59 ὡς εἰρηταί μοι ἐν τοῖς Βυζαντιακοῖς. Μέμνηται τούτων ὁ Φωκαεὺς Παρθένιος.

GOTTHI, populi, qui olim intra Mæotidem paludem habitabant. Postea verò mutatis sedibus in interiorem partem Thraciæ migravere, ut dixi in Byzanticis. Meminit horum Parthenius Phocensis.

ΓΟΥΝΑΣ, καὶ οἰκία Συρίας, βαθυγείου, καὶ εὔκαρπος. Ὅθεν καὶ τέκνωμα, ἀπὸ τοῦ γόνιμον. Τὸ ἐθνικὸν, Γυναίτης.

C

GUNAS, habitatio Syriæ, uberis, & fœcundi soli, unde & nomen ἀπὸ τοῦ γόνιμον, i. e. *propter fertilitatem.* Gentile, Gunætes.

ΓΡΑΙΑ 60, πόλις Ἐρετρίας. Ὁ πολίτης, Γραῖος· 61 ἀφαίρεσις γέγονε τοῦ ἀρχῆς, 62 ὡς δεικνήσεται ἐν τῷ Ταναγραίᾳ.

D

GRÆA, urbs Eretriæ. Civis, Græus; aphæresis facta fuit à principio dictionis, ut ostendetur in Tanagræa.

ΓΡΑΙΚΟΣ 63, ὁ Ἕλλην, ὀξυτόνως, ὁ Θεσσαλὸς

GRÆCUS, Hellen, accentu acuto; Thessa-

μείναται ἀτείχιστος, &c. i.e. *Sita verò est in planicie & Gortyniorum civitas, antiquitus quidem muris cincta, ut & Hom. dixit,*

— *Gortynaque muris-cinctam.*

postea muris funditus dirutis, & per omne tempus sine mœnibus mansit. Nam Ptolemæus Philopator aggressus eam muris circumdare, duntaxat ad XXC. *stadia perduxit opus. Aliquando illum memorabilem habuit ambitum; ad L. stadia distat à mari Libyco, & à Lebene emporio ipsius ad stadia* XC. *Habet & aliud navale, Metallum; distat vero ab ea* CXXX *stadia. Totam ipsam perfluit Lethæus fluvius.*

57 Φασὶ δὲ τὴν αἰτιατικὴν οἱ μὲν δισυλλάβως, &c.] Accusativum urbis Gortyniæ vel disyllabice, vel trisyllabice finiri inquit, nempe, ut genitivi terminatio fuerit. Nam à Γόρτυς ὡος fit accusativus disyllabus, à Γόρτυς ωνος verò trisyllabus, atque sic usus est Homerus, cujus affert hemistichium, ut & Strabo supra, quod invenitur apud Homerum Il. 2. v. 646. Aliter se habent illa Stephani verba de hac urbe apud Stephanum Salmasii auctiorem, ut ipse refert in suis Plinianis exercitationibus in Solinum fol. 172. c. Sed ex hujusmodi diversitate lectionis, non orietur tale Schisma inter Criticorum filios, ac inter ecclesiasticos solet fieri. Mantissæ loco esto Pythium vocatum fuisse intimum Gortynæ locum, in quo erat Apollinis templum, cujus incolæ dicebantur Pythiei, ut noster tradit in Πύθιον.

58 Γότθοι, ἔθνος πάλαι οἰκῆσαν ἐντὸς τ', &c.] Gotthi, populi, qui olim intra Mæotidem paludem habitarunt, postea in interiorem Thraciæ partem migraverunt, ut inquit noster, penes quem sit fides, horum nomen veteribus ignotum fuit; postea volventibus annis maximè innotuit, ac multorum sed præcipue Hispanorum damno, alii Dacos, alii Getas fuisse ajunt, ut cum de Getia egimus, annotavimus, de quibus eruditè & cum judicio, ut solet, egit Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 5 c. 1. quoniam Gothi per multos annos in Hispania regni sedem Toleti habuerunt. Ejus sunt verba: *Multas gentes feras & indomitas in Hispaniam per hæc tempora venisse, sequens narratio declarabit, Vandalos, Suevos, Alanos, atque Silingos. Gotthi in primis ex antiquis sedibus dilapsi, cum orientis occidentisque solis oras sui nominis terrore famaque complessent, atque victricibus armis Italiam universam lustrassent, ad extremum in Hispania constiterunt: in eaque imperii sedem cæteris nationibus quà pulsis, quà domitis collocarunt ac tenuerunt annis amplius trecentis. Ex septentrione omnes has gentes profectas se se in Romani imperii provincias infudisse quæstionis non est. Ab insito corporibus aratore, quem regionis frigus accendit, cibi & potus indulgentia, ad procreandam sobolem fœcunditas major existit; unde aucta sæpe multitudine, quo tempore præsertim nondum Christi religione susceptâ desultoriæ Veneris licentia ad unas nuptias constricta erat: Soli sterilitas nivibus & pruina plurimum rigentis vitæ sustentandæ necessitate cogebat innumera hominum examina in mitiores fertiliorsque agros commigrare: Romanos rerum dominos bello lacessere: imperii provinciis, ni maturè obsisteretur, cladem exitiumque comparare. Quibus ex regionibus singulæ hæ nationes in Hispaniam commigrarint, quibus moribus, & ingenio essent (nam lingua, institutis legibusque discrepasse satis constat) explicare oratione, atque ita explicare, ut inter tot opinionum tenebras verum inveniisse videamur, ardua res est, neque diligentia deesset, si via se ostenderet laboranti: nunc conjecturis standum, quando rerum vetustas, & eorum temporum incuria certam scriptioni fidem derogat.* Ravenas episcopus de Rebus Geticis c. 4. de eis agit, quem consulere potest Lector. Eos dividunt auctores in *Ostrogotthos*, h. e. *Gotthos-orientales*, ab *oost* deflexo nomine, quod adhuc hodie in regionibus septentrionalibus & in Belgio sonat *orientem*, & in *Visigotthos*, h. e. *Gotthos-occidentales* ab *West* deflexo etiam nomine, quo occidens adhuc hodie eisdem nationibus significatur. Ultimus eorum rex in Hispania fuit Rudericus, cujus ætate Mauri eo victo totius pene Hispaniæ imperio potiti sunt, & in ea usque ad Ferdinandum Catholicum varia fortuna permanserunt, quos ipse victo Granatensi rege ex Hispania tandem expulit. Has fortunæ vicissitudines frequenter ex historiæ annalibus discimus. Sed his relictis ad Spartam nostram revertamur.

59 Ὡς εἰρηταί μοι ἐν τοῖς Βυζαντιακοῖς.] Ex his discimus auctorem nostrum scripsisse patriæ suæ historiam, cui ἐπιγραφὴν fecit Βυζαντιακὰ, quam temporum calamitas nobis, ut & alia plurima rerum monumenta, invidit.

60 Γραῖα, πόλις Ἐρετρίας.] Græa, urbs Eretriæ, de qua videsis, quæ in Τάναγρα annotamus.

61 Ἀφαίρεσις γέγονε τοῦ ἀρχῆς, &c.] Aphæresin factam fuisse à principio, dictionis scilicet, inquit, quoniam *Tanagræa* dicitur, igitur τὸ ταναγ per aphæresin ademptum est.

62 Ὡς δεικνήσεται ἐν τῷ Ταναγραίᾳ.] Lege ἐν τῷ Ταναγρᾷ. etenim hoc in loco inquit Tanagram ab Homero vocari Γραῖαν, & ab aliquibus Ταναγραίαν.

63 Γραικὸς, ὁ Ἕλλην.] Græcus, & est nomen proprium, & appellativum; cum est proprium accentu gravi notatur, cum est appellativum, acuto: à Græco igitur *Græci* dicti fuerunt, qui postea *Hellenes* dicti sunt ab Hellene Deucalionis filio, qui cum imperaret Phthiotidi, subditos sibi incolas pro Græcis *Hellenas* vocavit, teste Constant. Porphyrogen. de Them. lib. 2. Them. 5. Ἑλλὰς ἡ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ Ἕλλωος τοῦ Δευκαλίωνος, ὃς δυνασεύσας τῆς Φθιώτιδος τοὺς ὑπηκόους ἑαυτοῦ γενομένους αὐτῷ Γραικοὺς Ἕλληνας ἐκάλεσε. i. e. *Hellas regio dicta fuit ab Hellene Deucalionis filio, qui cum dominatus esset Phthiotidi, subditos sibi incolas pro Græcis* Hellenas *nuncupavit.* Græcum verò, à quo Græci vocati sunt, Thessali filium fuisse testatur noster. Nam quemadmodum ab Ἀχαιὸς dicti sunt Ἀχαιοὶ, sic ab Γραικὸς vocati sunt Γραικοὶ, ut & à Μῆδος, dicti sunt Μῆδοι. Hujusmodi enim nomina ὁμοφώνως τοῦ πρωτοτύπου, ut noster amat loqui, proferuntur, illud etiam confirmatur ex Euseb. Chronic. lib. 1. Καθ' τοῦτον τὸν χρόνον πρῶτος ἐβασίλευσε Θεσσαλίας Γραικὸς παῖς Θέσσαλος. i. e. *Per hæc tempora primus regnavit in Thessalia Græci filius Thessalus.*

συλλ῀ήδος. Α᾽φ᾽ ᾧ Γραικοὶ, οἱ Ἕλληνες.[64] Κεφά- A
λων ᾗ, καὶ τὸ Γρανικὸν ποταμὸν ἐντεῦθεν κληθῆ-
ναι.[65] Τὸ δὴ Γραικὸν τὸ κύριον, βαρυτόνως. Τὸ
δὲ ἐθνικὸν, ὀξυτόνως. Λέγεται καὶ Γραικίτης, καὶ
Γραικὶς τὸ θηλυκόν. Γραῖκες δὴ ὡσαύτως Ἀλκμᾶνι,
αἱ τῶν Ἑλλήνων μητέρες· καὶ ὡσαύτως Σοφοκλεῖ ἐν B
ποιμέσιν. Ἔστι δὲ ἡ μεταπλασμὸς, ἡ τοῦ Γραῖξ ἀ-
θείας κλίσις ἐστίν. Εἰσὶ δὲ καὶ Γραῖες Αἰολέων, οἱ
τὸ Πάριον οἰκοῦντες.

ΓΡΑΜΜΙΟΝ, πόλις ἐν Κρήτῃ. Οἱ πολῖ-
ται, Γραμμῖται, καὶ Γραμμίτιοι. Εἰσὶ δὲ Γραμ- C
μῖται, ὡσεὶ τῇ Κελτικῇ ἔθνος.

ΓΡΑΣΤΙΛΛΟΣ[66], δημοτικῶς, πόλις
Μακεδονίας, ὁ καὶ Δι᾽ ᾧ π γράφεται καὶ τοῦ πρώ-
του συλλαβοῦ, Πράστιλλος, ὡς Εὔπολις.

ΓΡΗΣΙΝΟΣ, πόλις Χερρονήσου. Τὸ ἐθνι- D
κὸν, Γρησίνιος, ὡς Ἀνδροτίων ἕκτῳ Ἀτθί-
δος.

ΓΡΗΣΤΩΝΙΑ[67], χώρα Θρᾴκης ὡσεὶ
τῇ Μακεδονίᾳ· Θουκυδίδης δευτέρᾳ. Ἀπὸ Γρή-
στου τινός. Τὸ ἐθνικὸν, Γρηστῶνες. E

ΓΡΥΝΟΙ[68], πολίχνιον Κυρηναίων, ἔνθα
ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον καὶ ναὸς
πολυτελὴς λευκοῦ λίθου ἐν ᾧ πίμπτῃ. Ἐκαταῖος
δὲ τὴν πόλιν Γρυνίαν καλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν, Γρυ-
νεύς· καὶ Γρυνῆις τὸ θηλυκόν.[69] Λέγεται καὶ Γρύ- F
νειος Ἀπόλλων, ὡς Παρθένιος Δήλῳ· καὶ Γρυ-
νήιος,

Theſſali filius, à quo Græci dicti ſunt, Hellenes. Cephalon auctor eſt, & fluvium Granicum hinc vocatum fuiſſe. Græcus verò cum eſt nomen proprium, gravatur. Gentile autem, acuitur. Dicitur etiam Græcites, & fœmineum Græcis, *idis*. *Græces* verò apud Alcmanem *Græcorum matres* dicuntur; necnon apud Sophoclem in Paſtoribus. Eſt verò metaplaſmus vel declinatio nominativi *Græx*. Sunt etiam Græces Æolorum, qui Parium incolebant.

GRAMMIUM, urbs in Creta. Civis, Grammitæ, & Grammitii. Sunt verò Grammitæ, prope Celticam populi.

GRASTILLUS, maſculin. gen. urbs Macedoniæ, qui etiam per *p* ſcribitur in prima ſyllaba, Praſtillus, ut Eupolis.

GRESINUS, urbs Cherſoneſi. Gentile, Greſinius, ut Androtio ſexto Atthidis.

GRESTONIA, regio Thraciæ prope Macedoniam: Thucydides lib. 2. Sic dicta à Greſto quodam. Gentile, Greſtones.

GRYNI, oppidulum Cyrenæorum, ubi & Apollinis fanum, & oraculum antiquum & templum ſumptuoſum ex lapide candido, in quo colitur. Hecatæus verò urbem Gryniam vocat. Gentile, Gryneus, & fœmin. Gryneïs *idis*. Dicitur etiam *Apollo Grynius*, ut *Parthenius* de

64 Κεφάλων δὲ καὶ τὸν Γρανικὸν ποταμὸν εἰλήθεν, &c.] Inquit ex Cephalone Granicum fluvium hinc etiam, nempe à Græco nomen habuiſſe; ego verò neſcio quid habeat commune Granicus fluvius cum Græco, ſed hæc verba videntur aliquam lucem lucrari poſſe ex Porphyrogenetæ de Them. lib. 1. capite ultimo: Ἀπὸ Σηστοῦ [lege Λεκτοῦ] καὶ ἕως Ἀβύδου, καὶ αὐτῆς Προποντίδος, καὶ μέχρι Κυζικοῦ, καὶ τοῦ ποταμοῦ Γρανικοῦ, πάντες Γραικοὶ ὀνομάζονται, καὶ κοινῇ διαλέκτῳ χρῶνται, &c. i. e. *A Seſto* [lego Lecto] *& uſque Abydum, & ipſam Propontidem, & Cyzicum, & flumen Granicum, omnes vocantur* Græci, *& communi dialecto utuntur, præter Byzantios, quoniam Dorienſium eſt colonia.* Cæterum Græcia fuit totius Europæ regio celeberrima, ex qua literæ ad Italiam primum, deinde ad reliquas Europæ regiones adductæ ſunt, puta Galliam, Belgium, Hiſpaniam, Angliam. Nunc tota ſub Turcorum tyrannide plorat; ejus præcipua pars olim Peloponneſus, nunc *Morea*, Turcis omnia invertentibus, vocatur, ipſa Græcia *Livadia*, Theſſalia, *Janna*, Epirus, *Canina*, Macedonia verò, quæ Thraciæ finitima, *Jamboli*, quæ Theſſaliæ, *Camenolitari*, quæ Illyridi ſeu Dalmatiæ, *Albania*. Olim urbium celeberrimæ fuerunt Athenæ, Lacedæmon, nunc Theſſalonica & Dyrrhachium, hæc vulgo *Durazzo*, illa *Salonichi* appellatur, auctore Cluv. Introductione Geographiæ lib. 4. c. 11.

65 Τὸ δὲ Γραῖκον τὸ κύριον, βαρύνεται.] Auctor noſter hic tractat more tralatitio Grammaticorum Græcorum, quibus omnis ſyllaba ſcripto deſtituta tono cenſetur accentum habere gravem, quem ob id vocant *ſyllabicum*.

66 Γράστιλλος, δημοτικῶς, πόλις Μακεδονίας, &c.] Graſtillus, maſcul. genere, urbs Macedoniæ, quæ *Praſtillus* dicitur Heſychio & Thraciæ adſcribitur, puta in utriuſque regionis confinibus fuiſſe.

67 Γρηστωνία, χώρα Θρᾴκης, &c.] Greſtonia, regio Thraciæ prope Macedoniam, ex Thucydidis lib. 2. Sed Thucydides eam Macedoniæ, non Thraciæ adſcribit. Ejus hic ſubjiciam ex libro citato verba: Ἐκράτησαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν οἱ Μακεδόνες ἔστι, ἃ καὶ νῦν ἔτι ἔχουσι, τόν τε Ἀνθεμοῦντα καὶ Γρηστωνίαν, καὶ Βισαλτίαν, καὶ Μακεδόνων αὐτῶν πολλήν. Τὸ δὲ ξύμπαν, Μακεδονία καλεῖται. i. e. *Macedones*, [qui inferius habitant] *in ſuam poteſtatem redegerunt & alias gentes, quas nunc etiam habent, Anthemuntem, & Greſtoniam, & Biſaltiam, & magnam eorundem Macedonum partem*, [qui ſuperius habitant] *omne verò* Macedonia *vocatur*.

68 Γρῦνοι, πολίχνιον Κυρηναίων, &c.] Gryni, parva civitas Cyrenæorum, quæ etiam *Grynia*, fœm. ſingul. & neut. plur. dicebatur, ſed quinam fuerint hi Cyrenæi, divinandum nobis relinquit. Strabo erit nobis hac vice magnus Apollo, cujus verba, ſed corruptiſſima tranſcripſit epitomator noſter. Sic enim ille lib. 13. Εἶτα πολίχνιον Μυρτουσσεῖον, Γρύνιον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον, καὶ ναὸς πολυτελὴς λίθου λευκοῦ. i. e. *Deinde oppidulum Myrinæum, Grynium, & fanum Apollinis, & vetus oraculum, & templum ſumptuoſum ex albo lapide.* Quare apud Stephanum pro Κυρηναίων legendum eſt Μυρναίων. i. e. *Myrinæorum.* At Strabo etiam correctione indiget, apud quem pro Μυρτουσσεῖον leges Μυρναίων; quin etiam Aldinus codex habet Μυρναίων. i. e. *Myrinæorum.*

69 Λέγεται καὶ Γρύνειος Ἀπόλλων.] Gryneus Apollo & ejus templum & Oraculum ex albo lapide celebratur Straboni lib. 13. cujus nota præcedenti adduximus verba. Poëtarum Principi Æneid. lib. 4. v. 345. vocatur Grynæus:

Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo
Italiam Lyciæ juſſere capeſſere ſortes.

Ad quem locum ſic Servius: *Clazomenæ, civitas eſt Aſiæ, unde Horatius* [Sat. lib. 1. Sat. 7. v. 4.]

——— *Dives agebat*
Clazomenis ———

Juxta hanc nemus eſt Grynæum, ubi Apollo colitur. Cujus nemoris meminit Poëta Ecloga 6. v. 72. Obiter notandum Ethnicos nemora omnia Apollini conſecrâſſe.

70 Γύα-

νήσ@, ᾗ Γρυνικὸς κλῆσις. Καὶ ἀδελφῶς, τὸ Γρυνία. A de Delo. Est etiam Gryneïus, & Grynicus possess. & neut. gen. Grynia, *orum.*

ΓΡΩΝΕΙΑ, πόλις Φωκίδος. Τὸ ἐθνικὸν Γρωνεύς, ὡς τὸ Γρωνείας τὸ Γρωνεύς. Ἡ γὰρ Δρυὰς τοῦ Τρωαδ@ ἐστί.

GRONIA, urbs Phocidis. Gentile; Groneus, ut à Grynia, Gryneus. Grynia enim per y Troadis est *urbs.*

ΓΥ'ΑΡΟΣ 70, νῆσ@ μία τῶν Σποράδων, B θηλυκῶς λέγεται. Ἀντίγον@ δ' ὁ Καρύστιός φησιν, ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μύες διαβιβρώσκουσι τὸ σίδηρον, καὶ ὅτι ἡ ἄχερδ@ ἐκεῖ θανάσιμόν ἐστι, κἂν εἰς ἄλλο δένδρον πήξῃ, ἀπαυαίνει. Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ τὸ θαλαττίας τρυγόν@ τὸ κέντρον, καὶ τοὺς ὀδόντας καταπίπτειν ποιοῦσι τοὺς ἁπτόμενον. Τὸ ἐθνικὸν, Γυαρεύς.

GYARUS, insula una Sporadum, fœminino genere dicitur. Antigonus verò Caristius inquit, quod in hac insula mures ferrum corrodunt, ac quod spina nomine *acherdos* illic mortifera est, ac si in aliam arborem infigatur, arefacit, hoc idem facit maritimæ trygonis aculeus, ac dentes putrefacit si eos attingat. Gentile, Gyareus.

ΓΥΖΑΝΤΕΣ 71, ἔθν@ Λιβυκὸν, ὡς καὶ Ἡρόδοτ@ ἐν τετάρτῃ, καὶ Ἡρωδιανός.

GYZANTES, gens Libyca, ut Herodotus lib. 4. & Herodianus.

ΓΥ'ΘΕΙΟΝ 72, πόλις Λακωνική. 73 Αυκόφρων· D

Διοτὰς σελάμβας, κἀπιγυθείσας πλάκας.

GYTHIUM, urbs Laconica. Lycophron:

Ad geminas fenestras, & Gythias tabulas.

Τινές φασιν, ὅτι πύθιον ἐκαλεῖτο, κακῶς. Ὁ πολίτης, Γυθεάτης. Καὶ ἐκ τόπου, Γυθειήθεν E ἐθνικόν.

Aliqui dicunt, quod *Pythium* vocabatur, sed perperam. Civis, Gytheates. Gentile, & adverbium ex loco, ex Gythio.

ΓΥΛΑ'ΚΕΙΑ 74, ἔτως ἐκαλεῖτο ἡ τῆς Ἰλλυρίας Ἀπολλωνία, ἀπὸ Γύλακ@ Κορινθίου. Τὸ ἐθνικὸν Γυλακεύς.

GYLACIA, sic vocabatur *Apollonia Illyriæ* à Gylace Corinthio. Gentile, Gylacensis.

ΓΥΜΝΗΣΙ'ΑΙ 75, δύο νῆσοι πρὸς τῇ Τυρ- F σηνίδι

GYMNESIÆ, duæ insulæ circa Tyrseni-

70 Γύαρ@, νῆσ@ μία τῶν Σποράδων, &c.] Gyarus, insula una Sporadum, quæ fœm. gen. dicitur. Artemidoro apud Strabonem lib. 10. Cycladum insularum una vocatur; in quam Romani noxios relegabant, unde Juv. Sat. 1. v. 73. inquit.

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis esse aliquis: probitas laudatur & alget.

Ac si diceret: si vis in aliquo esse pretio, committe aliquod facinus, ut in Gyarum relegeris. Memoratur Tacito Annal. lib. 3. c. 68. *L. Piso aqua, & igne, Syllano interdicendum censet, ipsumque in insulam Gyarum relegandum.* Ex eodem Annal. lib. 4. c. 30. patet Gyarum & Donusam insulas egenas aquæ esse. Strabo libro supra citato extra insulas Cycladas eam locat, ac asserit vicum exiguum esse à piscatoribus habitatum, qui ad Cæsarem Augustum, unum ex ipsis miserunt ad petendum tributi diminutionem. Pendebant enim c L. dragmas, cum ægrè possent centum solvere, de qua videsis D. Nicolai Antonii amici nostri inter eruditos de exilio lib. 1. c. 16. n. 6. L. Holstenius in suis in Ortelium Annotationibus non dubitat, quin sit, quæ *Caloiro* vocatur in tabulis Nauticis Batavorum, & sic And. Thevetus in opere ms. de insulis lib. 4. c. 41. ubi figuram ejus exhibet.

71 Γύζαντες, ἔθν@ Λιβυκὸν, ὡς καὶ Ἡρόδοτος, &c.] Gyzantes, gens Libyca, ex Herodoti lib. 4. apud quem Zygantes, non Gyzantes, ut inquit noster appellantur, ejus ex libro citato sunt verba: Τούτων δὲ Ζύγαντες ἔχουσι, οἳ τῶν μέλι μὲν πολὺν μέλιτος κατεργάζονται, πολλῷ δὲ ἔτι πλέον λέγεται δημιουργεῖν ἄνδρας ποιεῦντες. Μιλτεῦνται δὲ ὑπὸ πάντες ἔασι, καὶ πιθηκοφαγέουσι. Οἱ δὲ σφι ὄφθονοι, ὅσοι ἐκ τῶνδε ὄρεος γίνονται. i. e. *His finitimi* [loquitur de Zabecibus] *sunt Zygantes, apud quos magnam copiam mellis apes conficiunt, sed multo plus opifices viri facere dicuntur: omnes verò minio-inficiuntur, ac simiis vescuntur quarum affatim gignitur iis, qui in montibus degunt.* Videsis, quæ in Βύζανλες annotavimus.

72 Γύθειον, πόλις Λακωνική.] Gytheum, vel Gythium, utroque enim modo reperitur, fuit urbs Laconica Lacedæmoniorum navale, à quorum urbe distabat stadiis triginta, ut apparet ex Polybii lib. 5. Ἐποιεῖτο τὴν πορείαν πρὸς τὸ ναυτικὸν τῶν Λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον, &c. i. e. *Iter faciebat ad Lacedæmoniorum navale, quod quidem* Gythium *vocatur; habet verò portum tutum, ab urbe verò distat triginta stadia.* Memoratur etiam Livio lib. 35. cui *Gytheum* dicitur.

73 Λυκόφρων.] Versiculus ille Lycophronis sic apud eum legitur:

Διοτὰς σελάμβας κἀπὶ Γυθίᾳ πλάκας.

h. e. *Ad geminas fenestras & ad Gythii tabulas* i. e. ad æquora, sumpta metaphora à tabularum planicie; pro geminis fenestris gemina promontoria sunt intelligenda; ut admonet Lycophronis Scholiasta ad versum citatum.

74 Γυλάκεια, ἔτως ἐκαλεῖτο ἡ τῆς Ἰλλυρίας Ἀπολλωνία.] Gylacia, sic vocabatur Illyriæ Apollonia, à Gylace Corinthio, scilicet Corinthiorum coloniæ duce. Quare existimo esse hanc Apolloniam quam Plinius lib. 4. c. 23. Macedoniæ adscribit: quoniam inquit, quondam Corinthiorum coloniam fuisse. Ejus sunt verba: *Apollonia, quondam Corinthiorum colonia,* VII. M. *pass. à mari recedens, cujus in finibus celebre Nymphæum.* Nihil interest, quod Stephanus eam Illyriæ, Plinius Macedoniæ attribuat. Hæ enim regiones non longè altera ab altera distabat.

75 Γυμνησίαι, δύο νῆσοι πρὸς τῇ Τυρσηνίδι.] Gymnesiæ, duæ insulæ circa Tyrsenida, *i. e.* circa mare Tyrrhenum, quod Græcis dicitur Τυρσηνὸς, auctore nostro auctore in Τυρρηνία. Gymnesiæ autem dictæ sunt, vel quod æstate eorum incolæ nudi incederent; vel quod Bœotorum aliqui facto naufragio illuc nudi appulerint, ut referunt Eust. ad Periegetæ v. 456. & Izacius ad Lycophronis carmina ab Stephano citata: *Baleares* etiam dictæ fuerunt, quod nomen usus obtinuit παρὰ τὸ βάλλειν. i. e. *jacere*, quod ejus incolæ optimi funditores essent, non quod id nominis eorum lingua σφενδονῆσαι. i. e. *fundam-torquere* significabat, ut inquit noster, & Eust. loco citato; ad illud videtur re-

σηνίδα· ἀχ, ὥς τινες, μία. [76] Λυκόφρων· Οἱ δ' ἀμφικλύστους Χοιρώδας Γυμνησίας

Σισυρνοδύτᾳ καρκίνοι πεπλωκότες,
Ἄχλαινον ἀμπεύσασι νήλιπον βίον.

Καὶ ἀρσενικῶς. Ἐθνικὸν, Γυμνήσιος, Γυμνησία· ἡ Γυμνησὶς, ἀπὸ τῆς Γυμνητικῆς τροπῇ τοῦ τ εἰς σ. Ἐκλήθη δὲ τὸ ἔθνος, ὅτι τῷ θέρει γυμνοὶ μένουσιν. Ἐκλήθησαν δὲ καὶ Βαλιαρίδες, ἀφ' ἧς Βαλιαρεῖς. Τὸ ἐθνικὸν, ὅ ἐστι Σφενδονῆται.

ΓΥΝΑΙΚΟΠΟΛΙΣ [77], πόλις Φοινίκων. Ὁ πολίτης, Γυναικοπολίτης. Ἔστι καὶ ἄλλη Αἰγύπτου. Ἀριστάγορας δὲ, ὁ πολλῷ νεώτερος Πλάτωνος φησιν, ὅτι ἔτως ὠνομάσθη διὰ τρεῖς αἰτίας· ἢ ὅτι πολεμίων ἐπιπεσόντων, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐν γεωργίαις ὄντων, τὰς γυναῖκας κρατῆσαι τῶν πολέμων· ἢ ὅτι γυνή τις Νομάρχου, σκυλευθέντος τῶν παίδων αὐτῆς ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ἅμα τοῖς παισὶν ὁπλισαμένη. Καταδίωξε τὸν βασιλέα, καὶ νικήσασα· ἢ ὅτι τῶν ναυκραλιτῶν ἀναπλεόντων καὶ τὸν ποταμὸν, καὶ κωλυομένων ὑπὸ

[A] senidem, non, ut aliqui, una. Lycophron:

Alii verò utrinque ablutas Chœrades Gymnesias.

Sisyrna induti cancri navigantes
Sine lana trahunt discalceatam vitam.

[B] Reperitur etiam in mascul. gen. Gentile, Gymnesius, Gymnesia, Gymnesis, *idis*, à genitivo Gymnetis, verso *t* in *s*. Sic verò gens fuit vocata, quod æstate nudi degunt. Vocatæ verò sunt *Baliarides*, à quo *Baliarenses*. Gentile, h. e. *funditores*.

[C] GYNÆCOPOLIS, urbs Phœnicum. Civis, Gynæcopolites. Est etiam alia Ægypti. Aristagoras verò, haud multo junior Platone, inquit, sic vocatam fuisse tribus de causis, vel quod hostibus irruentibus, fœminæ, viris propter agriculturam absentibus, victoriam obtinuissent, vel quod fœmina quædam uxor Nomachi, spoliatis ejus filiis à rege, unà cum eis armata regem persequuta fuerit, ac vicerit, vel quod Naucratitis sursum navigentibus per fluvium, ac prohibitis

[D] [E] à re-

tur respexisse Plinius lib. 3. c. 5. qui eas *funda bellicosas* vocat, & *Gymnesias* dictas à Græcis inquit; Strabo lib. 3. eas dividit in majorem & minorem. Hinc corrupto parum nomine Latino vulgò vocantur *Mallorca* & *Minorca* apud Hispanos, quorum Regibus obediunt; Jacobus Aragonum rex anno 1230 suo regno adjecit, devictis Mauris, qui eas tenebant, de quibus Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 1. c. 16. sic loquitur: *Ergo Carthaginenses in insula Ebuso, urbe ejusdem nominis ædificata, duas alias ad ortum insulas adiverunt ab Hispaniæ littore sexaginta passuum millibus sejunctas, inter se, triginta: has Græci quoniam à nudis hominibus incolebantur, dixere* Gymnesias, *à fundis, quibus certissime collimabant*, Baleares: *& alioqui minorem*, Nioram, *majorem* Columbam *Florianus dictas ex Antonio ait.* Incolæ à duplici insularum nomine duplex nomen habebant, *Balearis* enim & *Gymnetes* dicti fuere. Violenter ad modum Bochartus in sua Chanaan lib. 1. c. 35. deducit seu potius trahit eorum etymon ex Hebræa lingua, ac si Hebraïce diceretur בעל ירה *baal jaroh*. i. e. *magister* vel *dominus projiciendi*, ad quod eum movit Strabo lib. 14. ubi inquit Gymnetas à Phœnicibus *Balearidas* dici, quia exercitationes βαλιαρίδας dicebant, & apud Hebræos exercitium lapides fundâ jaculandi erat valde in usu, ut apparet ex Judicum c. 20. v. 16. ubi narratur historia illa de septingentis illis funditoribus ex Gaba, qui funda jaciebant lapidem ad capillum, neque aberrabant, quod ὑπερβολικῶς intelligendum est, ut summa artis peritia in eis fuisse ostenderetur. Quin etiam David lapidibus & funda instructus gigantem Philistæum prostravisse legitur in Regum historia, sed ideo non evincitur Baleares nomen ab Hebræa lingua inveniisse. Eorum dexteritatem celebrat Liv. lib. 28. c. 37. *Nec quisquam alterius unus tantum ea arte, quantum inter alios omnes Baleares excellunt.* Florus lib. 3. c. 8. *Tribus quisque fundis præliatur, certos esse, quis miretur ictus, cum hæc sola genti arma sint, & unum ab infantia studium, cibum puer à matre non accipit, nisi quem ipsa monstrante percussit.* Romani eos subegerunt duce Metello Macedonici Metelli filio, unde *Balearicus* vocatus fuit, auctore eodem auctore libro, capiteque citato: Olim tanta cuniculorum copia abundabant, cum aliunde mas, & fœmina tantum advecti essent, auctore Eustathio ad Periegetæ carmen supra citatum, ut populatis messibus famem eis attulisse dicantur, adversus quorum proventum, auxilium militare à Divo Augusto petisse constat ex Plin. lib. 9. c. 55. Cujus legationis quoque meminit Strabo lib. 1. Nec auro, nec argento usos olim fuisse auctor est Diodorus Siculus lib. 6. Nè Carneades quidem dubitaverit, una cum auri & argenti usu omnis generis scelera irrepsisse.

76 *Λυκόφρων.*] Affert epitomator noster Lycophronis carmina, quæ apud eum leguntur v. 633. in quibus insulas Gymnesias vocat χοιρώδας, sumpta similitudine à petris, quæ *Chœrades* vocantur, quod porco natanti similes appareant è longinquo aspicientibus, harum verò incolas *cancros* appellat, quod instar cancrorum navigabant juxta ejus Scholiastæ sententiam in tertio versu. Scapula in Ἀμπεύω pro ἥλιπον, i. e. *discalceatam*, legit ἤλιτον. i. e. *stultum*. Ex majore Balearidum fuit Raymundus Lulius, quem Baleares tanto prosequuntur honore & veneratione, ut loco Aristotelis adolescentibus illum exponant, Schola etiam Barcinone, & Valentiæ ejus libris explicandis dicata: viginti amplius volumina sermone patrio de rebus tum divinis, cum humanis scripsit. Latinas enim literas nesciebat, quorum scientiam à Christo se accepisse dicebat, de quibus variè disceptatum est, alii quasi inepta, & noxia culpare, alii quasi cœlo delapsa laudare, ut plerumque stolidi & hypocritæ id faciunt. Optime enim Lucretius cecinit:

Omnia enim stolidi magis admirantur, amantque
Inversis, quæ sub verbis latitantia cernunt,
Veraque constituunt, quæ belle tangere possunt
Aureis, & lepido, quæ sunt fucata sonore.

Sic enim ille scripsit, ut intelligi nedum à doctissimis possit, quingentos ex ejus scriptis errores in Religionem Christianam Gregorii Pontificis Maximi jussu Avenione anathematis ignominia notatos fuisse auctores sunt Joan. Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 15. c. 4. Nonius in sua Hispania c. 95. etsi D. Alfonsus de Zepeda ejus acerrimus defensor in illius vita, quam lingua Hispanica conscripsit, aliter sentiat. Ex eadem etiam insula est *D. Nicolaus Oliverius de Fullana* literis & astrologia eruditus, qui novum Atlantem ultimæ impressionis auspiciis Joan. Blaeu lingua Hispanica ab homine ignaro ante scriptum augebat, & corrigebat, at imperfecto opere relicto, militiæ nomen dedit parum felici exitu in hoc calamitoso bello contra Gallos pro fœderatis Belgis; illud enim Juvenalis ex Sat. 3. v. 164. est certo certius:

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

77 *Γυναικόπολις, πόλις Φοινίκων*, &c.] Duas hujus nominis urbes memorat, alteram Phœniciæ, alteram Ægypti. Hæc celebratur à Plinio lib. 5. c. 9. à qua Gynæcopolites Nomos, illius nulla, quod sciam, fit mentio apud alios.

78 Γύ-

ὑπὸ τ̃ λοιπῶν Αἰγυπτίων ἀποβαίνειν, ἕτοι καταπλαγήτης, ὑπὸ ἀναιδείας ἢ διεκώλυσαν. Ταῦτα κ̀ Ἀρτεμίδωρός φησιν. Ἔτι κ̀ γυναικῶν λιμὼ πρὸς τῷ λεγομένην Φιδάλειαν, τῷ μεταξὺ Ἀναπλω κ̀ Λεωσθενείας. Ἔνθά φασι τὴν γυναῖκα Βυζαντίῳ Φιδάλειαν διώξασαν ἅμα τ̃ γυναιξὶ, τὰς μ̀ Στρόβου ἀδελφοῦ Βυζαντίῳ τὴν πόλιν ἐπιθεμένους, τ̃ πολιτῶν μὴ παρόντων, νικῆσαι, διώξασαν μέχρι τ̃ λιμένος, κ̀ ἕτως ὀνομάσαι. Ἐθνικὸν τ̃ λιμένος, Γυναικολιμενίτης.

ΓΥΡΤΩΝ [78], πόλις Θεσσαλίας, κ̀ Περραιβίας, [79] ἣν Ὅμηρος Γυρτώνην καλεῖ, ὡς Ἰτώνην, κ̀ Ἰτῶνα, [80] ἀπὸ Γύρτωνος τ̃ Φλέγυος ἀδελφοῦ, ὅστις αὐτὴν ἔκτισεν. [81] Ὁ πολίτης, Γυρτώνιος.

ΓΥΨΗΙΣ [82], νῆσος Αἰθιοπίας, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ πρώτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Γυψήτης.

ΓΩΓΑΡΗΝΗ [83], χωρίον μεταξὺ Κόλχων, κ̀ Ἰβήρων τ̃ ἀνατολικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Γωγαρηνός.

ΔΑΪΑ,

à reliquis Ægyptiis è navibus descendere; hi territi præ ignavia haud prohibuere, quæ etiam Artemidorus inquit. Est etiam *Gynæcon limen* h. e. *mulierum portus*, circa regionem, quæ dicitur *Phidalia* inter Anaplum, & Leosthenium, ubi ajunt Phidaliam Byzantis uxorem una cum reliquis mulieribus persequutam fuisse eos, qui unà cum Strœbo Byzantis fratre urbem invadebant, ac cum cives non adessent, vicerit, ac persequuta fuerit ad portum usque, quem propterea sic nominaverit. Gentile, Gynæcolimenites.

GYRTON, urbs Thessaliæ & Perrhæbiæ, quam Homerus *Gyrtonen* vocat, ut Itonen, & Itona, à Gyrtone Phlegyæ fratre, qui eam condidit. Civis, Gyrtonius.

GYPSEIS, insula Æthiopiæ, ut Marcianus in periplo prima. Gentile, Gypseïtes.

GOGARENA, oppidum inter Colchos & Iberos orientales. Gentile, Gogarenus.

DAÆ,

78 Γύρτων, πόλις Θεσσαλίας, &c.] Gyrto, urbs Thessaliæ & Perrhæbiæ, scilicet regionis Perrhæbi, urbis Thessaliæ, cujus ipse meminit suo loco. Strabo quoque lib. 9. eam Perrhæbicam urbem vocat: *Ταύτην τὴν χώραν πρότερον μὲν ὤκουν Περραιβοὶ, τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ μέρη νεμόμενοι, κ̀ τ̃ Πηνειῷ μέχρι τ̃ ἐκβολῆς αὐτ̃ κ̀ Γυρτῶνος πόλεως Περραιβίδος*, &c. i. e. *Hanc regionem primò tenuerunt Perrhæbi, partem, quæ ad mare est & Peneum, usque ad ipsius ostia & Gyrtona Perrhæbicam urbem.*

79 Ἣν Ὅμηρος Γυρτώνην καλεῖ, &c.] Homerus vocavit Gyrtona urbem Thessaliæ, de qua nota præcedenti egimus, Gyrtonen, scilicet Il. 2. v. 738.

Οἱ δ' Ἄρνος εἶχον κ̀ Γυρτώνην ἐνέμοντο.
Qui quæ Argissam habebant, & Gyrtonem incolebant.

80 Ἀπὸ Γύρτωνος τ̃ Φλέγυος ἀδελφοῦ, &c.] Gyrtonem urbem nomen habere inquit à Gyrtone conditore, Phlegyæ fratre. Quare Strabo lib. 9. Gyrtonios ejus oppidanos *Phlegyas* quoque vocatos fuisse tradidit à Phlegya Ixionis fratre. Nec obstat, quod noster dicat Phlegyam Gyrtonis fratrem, & Strabo Ixionis; utrunque enim potuit habere fratrem. Ejus appono ex libro citato verba: Τὸς μὲν δὴ Γυρτωνίους Φλεγύας πρότερον ἐκάλουν, ἀπὸ Φλέγυος τ̃ Ἰξίονος ἀδελφοῦ. i. e. *Quippe Gyrtonios prius* Phlegyas *vocabant, à Phlegya Ixionis fratre.*

81 Ὁ πολίτης, Γυρτώνιος.] Civis urbis Gyrtonis, seu Gyrtones dicebatur *Gyrtonius*, de quo vide notam præcedentem.

82 Γυψῆς, νῆσος Αἰθιοπίας.] Gypseïs, insula Æthiopiæ, Cosmographo lib. 4. c. 8. *Gythites* appellatur, quam, inter insulas Æthiopiæ, quæ sub Ægypto, numerat. *Cytis* sed perperam dicitur Plinio lib. 6. c. 29. *Gypsus* jurisperitis, in quam nocentes relegare solebant Romani imperatores, ut annotavit D. Nicolaus Antonius de Exilio lib. 1. c. 14. num. 15 & 17. à quo perperam *Ægypti insula* nuncupatur, scilicet decepit eum Gothofredus in Notis ad Justin. Novell. 22. c. 8. ubi hanc insulam, *Ægypti insulam* vocat ex nostro auctore, cum noster non Ægypti, sed Æthiopiæ insulam dicat esse.

83 Γωγαρηνὴ, χωρίον μεταξὺ Κόλχων, &c.] Gogarene, regio inter Colchos & Iberes orientales. Memoratur Straboni libro undecimo: Ἐκ τ̃ προκειμένων ἐθνῶν ἀποτεμνόμενοι μέρη· ἀπὸ Μήδων μὲν τήν τε Καυκασηνὴν κ̀ Φωνίτην, κ̀ Βασσοροπηδὸν, Ἰβήρων δὲ τήν τε παρωρείαν τ̃ Παρυάδρου κ̀ τὴν Κορζηνὴν, κ̀ Γωγαρηνὴν, πέρην ἰόντων τ̃ Κύρου. i. e. *Ex circumadjacentibus gentibus abscindentes quasdam partes, è Medis quidem Caspianam, Phaunitim, & Basoropedam; ex Iberibus montanam regionem Paryadri, & Corzenen, & Gogarenam.* Jam quando de hac regione nil amplius habemus dicere, ne locus remaneat vacuus, libet hic sepia facere eaque cingere insigni C. Taciti porticu adversus Zoilos & invidos. Scimus enim eos carpere nostrum HONORARIUM TUMULUM, tamquam rem insolentem neque ab alio huc usque factam; ac etiam irridere illud de integritate vitæ nostræ in hujus operis dedicatione ingenuè prolatum, tamquam non minori vanitate, quam audacia dictum. Ad quæ C. Tacitus in vita Agricolæ sic respondet: *Sed apud priores, ut agere memoratu digna pronum, magisque in aperto: ita celeberrimus quisque ingenio ad prodendam virtutis memoriam sine gratia, aut ambitione, bonæ tantum conscientiæ pretio ducebatur. Ac plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati sunt.* Ex omnibus vitiis nullum certè est pejus INVIDIA; reliqua enim afferunt secum nescio quid voluptatis, at Invidia nihil nisi ægritudinem & animi dolorem ex alienis bonis: bona verò mea etsi adeò sunt parva, ut invidiam mihi facere posse non putârim; tamen fecere. Relinquamus igitur illis tormentum quo majus, ut inquit Venusinus vates,

Siculi non invenere Tyranni,

& ad Athenas nostras revertamur.

Δ. D.

Δ ΑΊΑ [1], Σκυθικὸν ἔθνος· εἰσὶ δὲ Νομάδες. Λέγονται καὶ Δάσαι, μὴ διὰ σ. A

ΔΑΔΙΚΑΙ [2], ἔθνος Περσικόν· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. B

ΔΑΔΟΚΕΡΤΑ [3], φρούριον μέγα τῆς Ἀρμενίας, μεταξὺ Μηδίας. Τὸ ἐθνικὸν, Δαδοκερτηνὸς, τῷ ἐπιχωρίῳ τύπῳ. C

ΔΑΙΔΑΛΑ [4], πόλις τῆς Ῥόδου, ἢ χωρίον. Στράβων ιδ. [5] Ἔστι καὶ ὄρος τῆς Λυκίας τὰ Δαίδαλα. [6] Ἡ δὲ πόλις, ἀπὸ Δαιδάλου τοῦ Ἰκάρου, ἡ ἐν Λυκίᾳ. Διά τινος γὰρ ἕλους ἐπορεύετο [7] διὰ τοῦ Νίνου ποταμοῦ, καὶ τοῦ χερσύδρου δηχθέντα, D πελωτῆσαι, καὶ ἐκεῖ ταφῆναι, καὶ κτισθῆναι πόλιν, φησὶν Ἀλέξανδρος ἐν Λυκιακοῖς. [8] Ἔστι καὶ Ἰνδικῆς, καὶ Κρήτης ἄλλη. Ὁ πολίτης Δαιδαλεύς, ὡς Σαμόσατα Σαμοσατεύς· καὶ Δαιδαλὶς, τὸ θηλυκόν. E

ΔΑΙ-

DÆ, populi Scythici. Sunt verò Nomades. Dicuntur etiam Dasæ cum *s*.

DADICÆ, populi Persici. Herodotus libro septimo.

DADOCERTA, castellum magnum Armeniæ inter Mediam. Gentile, Dadocertenus forma regionis usitata.

DÆDALA, urbs Rhodi, vel regio, Strabo lib. 14. Est etiam mons Lyciæ Dædala neutro genere. Urbs verò sic vocata fuit à Dædalo Icari, quæ in Lycia erat sita. Cum enim per paludem quamdam commearet per Ninum fluvium, ac eum coluber aquaticus momordisset, obiit, & illic sepultus fuit, & urbs condita, teste Alexandro de rebus Lyciacis. Est etiam alia Indiæ & Cretæ. Civis, Dædaleus, ut à Samosata, Samosateus; & fœmineum, Dædalis.

DÆ-

1 Δαίαι, Σκυθικὸν ἔθνος.] Lege Δάαι, error Typographi rationibus referendus; fuere verò populi Scythici *Nomades*, h. e. qui vitam vagam degunt sine domiciliis. Eorum regio à mari Caspio incipiebat, ut rerum monumentis tradit Geographus lib. 11. Τὰς δὲ ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος παροικοῦσιν Νομάδαι, Δάαι οἱ νῦν προσαγορευόμενοι. i. e. *Eos, qui ad sinistram intranti Caspium mare, accolunt Nomades*, Daas, *qui nunc, vocant*. Idem auctor eodem libro paulò infrà inter Scytharum gentes memorat: Ἐν ἀριστερᾷ δὲ τούτοις ἀπολαμβάνεται Σκυθικὰ ἔθνη, καὶ τὰ Νομαδικὰ, ὅσον ὑπερβόρειον πλάτος, οἱ μὲν δὴ πολλοὶ τῶν Σκυθῶν ἀπὸ τῆς Κασπίας θαλάττης ἀρξάμενοι, Δάαι προσαγορεύονται. Τοὺς δὲ προσεώους τούτων μᾶλλον Μασσαγέτας, καὶ Σάκας ὀνομάζουσι. Τοὺς δ' ἄλλους κοινῶς μὲν Σκύθας ὀνομάζουσι, ἰδίᾳ δ' ὡς ἑκάστους. Ἅπαντες δ' ὡς ἐπιπολὺ Νομάδες. i. e. *In læva parte his opponuntur Scythicæ gentes, ac Nomadicæ, totum complentes boreale latus; plerique Scytharum à mari Caspio incipientes*, Daæ *appellantur: orienti viciniores* Massagetas *&* Sacas *vocant; reliquos communi nomine* Scythas *dicunt, peculiari verò singulos; omnes verò ut plerumque* Nomades *sunt, id est vagam degunt vitam*. Eorum quoque meminit Mantuanus Homerus Æneid. lib. 8.

— *Euphrates ibat jam mollior undis*
Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis
Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.

Ubi Servius: *Daæ, Scythiæ populi à parte septentrionali juncti Persidi*: Iidem fuere populi. Nam Strabo etiam lib. 7. eos circa Hyrcaniam locat; Herodoto verò lib. 1. c. 125. Δάοι dicuntur, & eos inter Persarum gentes numerat.

2 Δαδίκαι, ἔθνος Περσικόν. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ.] Dadicæ, gens Persica, ex Herodoti lib. 7. Qui de eis libro ab Stephano citato c. 66. sic loquitur: Πάρθοι δὲ καὶ Χορασμιοι, καὶ Σογδοῖται καὶ Γανδάριοι καὶ Δαδίκαι, τὴν αὐτὴν σκευὴν ἔχοντες τὴν καὶ Βάκτριοι, σχεδὸν τι. i. e. *Parthi verò & Chorasmii & Sogdi, & Gandarii & Dadicæ eamdem in exercitu quam Bactrii armaturam gerebant*. Eosdem una cum Gandariis celebrat idem auctor lib. 3. c. 91. inter Satrapeias Persarum, Nomo septimo.

3 Δαδοκερτα, φρούριον μέγα τῆς Ἀρμενίας, &c.] Dadocerta castellum magnum munitum Armeniæ, inter Mediam. Nomen compositum à nomine Chaldaico קרת *Cartha*, quod in illa lingua significat *urbem*, ut jam alibi annotavimus, formâ Tigranocerta *h. e.* Tigranis urbs, verum Dadocerta à nemine, quod sciam, memoratur.

4 Δαίδαλα, πόλις τῆς Ῥόδου, ἢ χωρίον, &c.] Dædala, [neut. plur.] urbs Rhodi vel regio ex Strabonis lib. 14. cui regio, non urbs dicitur. Sic enim ille libro citato: Ἀρχὴ δὲ τὰ Δαίδαλα τῆς Ῥοδίας χωρίον. Πέρας δὲ τὸ καλούμενον ὄρος Φοίνιξ, καὶ τοῦτο τῆς Ῥοδίας. Προκεῖται δὲ Ἐλεοῦσα νῆσος διέχουσα τῆς Ῥόδου σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι. i. e. *Initium verò Dædala Rhodiæ* [continentis] *regio; finis autem mons nomine* Phœnix, *& hic Rhodiæ; ante hunc autem sita est Eleusa insula, stadiis* CXX. *à Rhodo distans*.

5 Ἔστι καὶ ὄρος τῆς Λυκίας τὰ Δαίδαλα.] Est & mons Lyciæ Dadala. Postquam egit de urbe Rhodiæ Dædalis, agit nunc de monte Lyciæ illius urbis cognomine, quod etiam habet ab eodem Strabone libro num. præcedenti citato: Μετὰ πίνυν Δαίδαλα τὰ τῆς Ῥοδίων, ὄρος ἐσὶ τῆς Λυκίας ὁμώνυμον αὐτῇς Δαίδαλα, ἀφ' ἧς λαμβάνει τὴν ἀρχὴν ὁ παραπλοῦς ἅπας ὁ Λυκιακός· σταδίων μὲν ὧν χιλίων ἑπτακοσίων εἴκοσι. i. e. *Post Rhodiorum Dædala, mons Lyciæ est ejusdem nominis ac Dædala, à quo sumit principium totum litus Lyciacum, stadiorum quidem* CIↃIↃCCXX.

6 Ἡ δὲ πόλις, ἀπὸ Δαιδάλου τοῦ Ἰκάρου, ἡ ἐν Λυκίᾳ.] Postquam memoravit Dædala urbem Rhodi, & montem ejusdem nominis in Lycia, celebrat nunc urbem Lyciæ Dædala, cujus meminit Plinius lib. 5. c. 27. etsi eam Cariæ adscribit, eadem erat urbs. Nam Lycia, Pamphylia & Caria erant regiones finitimæ, ut apparet ex eodem Plinio libro capiteque citato, perperam apud Ptolemæum lib. 5. c. 3. Δάδαλα scribitur, memoratur etiam Livio lib. 37. c. 22.

7 Διὰ τοῦ Νίνου ποταμοῦ.] Non possum concoquere aquas hujus fluvii nomine Nini, cujus nemo fecit mentionem. Ptolemæus duos tantum Lyciæ fluvios celebrat libro capiteque nota præcedenti citatis, nempe Xanthum, & Limyrum, nec plures Cluv. Introduct. Geograph. lib. 5. c. 19. quibus in locis uterque Lyciam describit.

8 Ἔστι καὶ Ἰνδικῆς, καὶ Κρήτης ἄλλη.] Dædala, neutro quoque plur. urbs Indiæ memoratur etiam à Ptolemæo lib. 7. c. 1. prope Aornon petram. At Cretæ Dædala adeo ignota sunt, ac notus Dædalus, & Cretæ Labyrintho & aliis suis operibus.

9 Δαι-

ΔΑΙΔΑΛΕΙΑ[9], πόλις Ἰταλίας, Δαιδάλου κτίσμα, ἥτις Ἰουλία νῦν καλεῖται, Ῥωμαίων ἄρχοντος κληρουχήσαντος. Τὸ ἐθνικὸν, Δαιδαλεύς.

DÆDALIA, urbs Italiæ, Dædali opus, quæ nunc *Julia* vocatur Romano principe sorte-possidente. Gentile, Dædaleus.

ΔΑΙΔΑΛΙΔΑΙ[10], δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. Οἱ δημότης, Δαιδαλίδης. Τὰ πτικὰ, ἐκ Δαιδαλιδῶν.

DÆDALIDÆ, populus Cecropidis tribus. Popularis, Dædalides. Localia, ex-Dædalidis.

ΔΑΚΙΑ[11], χώρα πλησίον Βορυσθένους. Οἱ Δάκοι, ὃς καλοῦμεν Δάους. Γέται γὰρ τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κεκλιμένους, καὶ τοὺς ἕω· Δάκοι δὲ, τοὺς πρὸς παντία πρὸς Γερμανίαν, καὶ τοὺς τοῦ Ἴστρου πηγάς. [12] Καὶ παρ' Ἀττικοῖς δὲ, τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Δάοι καὶ Γέται.

DACIA, regio prope Borysthenem. Gentile, Daci, quos vocamus *Daos*. *Getas* enim vocamus eos, qui ad Pontum, & orientem vergunt. *Daos* autem eos, qui ad partem contrariam, ad Germaniam & ad Istri fontes. Apud Atticos verò, servorum nomina sunt, Daï & Getæ.

ΔΑΛΜΙΟΝ[13], πόλις Δαλματίας, μεταξὺ Ἰλλυρίας καὶ Ἰταλίας. [14] Τὸ ἐθνικὸν ὅμοιον, ἢ Δαλμιδεύς. [15] Ἴδιον δὲ τῶν Δαλματέων τὸ διὰ ὀκταετηρίδος τῆς χώρας ἀναδασμὸν ποιεῖσθαι. [16] Ἀππιανὸς δὲ τὴν πόλιν Δελμίνιον καλεῖ.

DALMIUM, urbs Dalmatiæ, inter Illyriam & Italiam. Gentile, eodem modo, vel Dalmiensis. Proprium verò est Dalmateorum singulis octo annis regionis divisionem facere. Appianus verò urbem *Delminium* vocat.

9 Δαιδάλεια, πόλις Ἰταλίας, &c.] Dædalia, vel Dædalea, utroque enim modo dici potest, fuit urbs Italiæ à Dædalo, ut inquit noster, condita, quæ nostri auctoris ætate *Julia* vocabatur; hujus urbis sub nomine *Dædalea*, non invenitur apud alios memoria, at sub nomine *Julia*, tres celebrantur Italiæ urbes Cluv. Ital. Antiq. lib. 1. c. 10. & c. 18. & c. 27. Sed nihil probat veterum auctorum auctoritate.

10 Δαιδαλίδαι, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς.] Dædalidæ, populus, id est curia, seu oppidum Cecropidis tribus, cujus incolas à Dædalo Athenienti, qui cædis ex sorore nepotis causâ, quem ob ingenii invidiam interfecerat, illuc fugiente nomen inveniſſe tradit Diod. Siculus lib. 4. Bibliothecæ Hist. Καλούμενοι δὲ καὶ καθιδρυθεὶς ὑπὸ τῆς Ἀρεοπαγίτων φύσης, τὸ μὲν πρῶτον ἔφυγεν εἰς τινα τῶν ἐν Ἀττικῇ δήμων, ἐν ᾧ τοὺς καθιδρυθέντας ἀπ' ἐκείνου Δαιδαλίδας προσαγορεύθηναι. i. e. *Accusatus verò & condemnatus* [Dædalus] *cædis ab Areopagitis, primum quidem fugit ad quandam Atticæ curiam, in qua habitantes ab illo* Dædalidas *vocari* [ajunt.]

11 Δακία, χώρα πλησίον Βορυσθένους, &c.] Dacia, regio ad Borysthenem, cujus incolæ Daci, vel Daces; ævo Suidæ *Patzinacitæ* vocabantur: Δάκες, inquit ille, οἱ νῦν Πατζινακῖται λεγόμενοι. Noster auctor dividit Dacos in Daos & Getas, quod ab Strabone videtur accepisse. Sic enim ille lib. 7. Γίνονται δὲ καὶ ἄλλοι τῆς χώρας μεμιγμένοι σύμμικτοι ἐκ παλαιοῦ, τοῖς μὲν δὴ Δάκαις προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ Γέτας. Γέτας μὲν, τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κεκλιμένους, καὶ πρὸς τὴν ἕω. Δάκας δὲ, τοὺς εἰς ταυτὰ πρὸς Γερμανίαν, καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς, οὓς οἶμαι Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν. i. e. *Est & alia regionis divisio, quæ ab antiquo perdurat, ut alii Daci, alii Getæ appellentur. Getæ, qui versus Pontum & orientem inclinant. Daci, qui in contrarium ad Germaniam & Istri fontes vergunt, quos puto antiquitus esse Dauos appellatos.* Antiquitus Dacia comprehendebat provincias, quas nunc Ungariam, Transylvaniam, Valachiam, Moldaviam vocant, teste Cluv. Introductione Geographiæ lib. 4. c. 18. Qui verò fuerint Dacorum Plisti, quos Josephus Antiquit. lib. 18. c. 2. cum Essenis comparat, ingenuè fateor me nescire, sed ex comparatione licet conjicere fuisse inter Dacos quosdam homines religiosos atque à plebe separatos, quos *Plistos* vocat Josephus; nulla enim respublica sine religione, quoquomodo sit, nec sine justitia, quæ est omnium virtutum regina, diu potest persistere, & sine armis ab aliarum gentium invasione defendi ἀδύνατον ἐστι. Sit mantissæ loco, Trajanum imperatorem in provinciæ formam Daciam redegisse constructo in Istro eximio ponte, qui apud scriptores maxime celebratur, de quo alibi egimus.

12 Καὶ παρ' Ἀττικοῖς δὲ τὰ τῶν οἰκετῶν, &c.] Hanc de servis domesticis sectionem, quos Attici Daos & Getas vocabant, à nomine nempe harum gentium, noster quoque ex Strabonis lib. 7. transcripsit. Sic enim ille: Ἀφ' ἧς καὶ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλαστε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα Γέται καὶ Δαῦοι. Τοῦτο μὲν πιθανώτερον, ἢ ἀπὸ τῶν Σκυθῶν, ὃς καλοῦσι Δάας. Πόρρω μὲν οἰκοῦσι τοῦ τῶν Ὑρκανίων· καὶ ἐκ εἰκὸς ἐκεῖθεν κομίζεσθαι ἀνδράποδα εἰς τὴν Ἀττικήν. Ἐξ ὧν μὲν ἐνομίζετο, ἢ τοῖς ἔθεσιν ἐκείνοις ὁμωνύμους ἐκάλουν τοὺς οἰκέτας, ὡς Λυδὸν, καὶ Σύρον, ἢ τοῖς ἐπιπολάζουσιν ἐκεῖ ὀνόμασι προσηγόρευον, ὡς Μάνην ἢ Μίδαν, τὸν Φρύγα. Τίβιον δὲ, τὸν Παφλαγόνα. i. e. *Unde etiam apud Atticos in-usu-fuerunt servorum nomina, Getæ & Daui: id enim probabilius est, quam à Scythis, quos vocant Daas: procul enim illi circa Hyrcaniam, & non est verosimile illinc afferri mancipia in Atticam: ex quibus enim afferebantur, vel ex nationibus illis ejusdem nominis vocabant servos, ut Lydum, & Syrum, vel nominibus, quæ illic erant-in-usu appellabant, ut Manem, vel Midam, Phrygem: Tibium verò, Paphlagonem.*

13 Δάλμιον, πόλις Δαλματίας, &c.] Dalmium, seu Delminium, urbs Dalmatiæ inter Illyriam & Italiam, eodem modo descripsit hanc regionem Periegeta v. 95.

— ἐς μὲν ἰούσῃ
Δεξιτέρην χεῖρα φαείνεται Ἰλλυρὶς αἶα,
Δαλματίη δ' ἐφύπερθεν, ἐναυλίων πέδον ἀνδρῶν.
Σκαιὴ δ' Αὐσονίων προβέβηκεν ἄπειρος ἰσθμὸς,
Πελλήνης, περιοσσὸν ὁδοιπορίῃσι θάλασσαν,
Τυρσηνὴν, Σικελήν τε, καὶ Ἀδριάδι πλημύρων. h. e.
— *Intranti quidem*
Dextram ad manum apparet Illyris terra
Dalmatia verò supra [ultra] *Martiorum solum virorum.*
Ad lævam verò Ausoniorum expanditur immensus Isthmus,
Longe-porrectus tribus circumfluus amphitritis.
Tyrrhena, Sicula, & Adriade inundante.

Ad quem locum Eust. aliquammulta nostri auctoris verba transcripsit.

14 Τὸ ἐθνικὸν ὅμοιον, ἢ Δαλμιδεύς.] Cum egerit de urbe Dalmatiæ Dalmio, nunc agit, ut solet de ejus gentilibus, ac inquit ejus gentile esse simile, nempe ipsi Dalminio, id est Dalminius, *a*, um, vel etiam Dalmieus & Latino ore Dalmiensis.

15 Ἴδιον δὲ τῶν Δαλματέων, &c.] Hæc nostri auctoris verba penè ipsissima transcripsit Eustathius ut solet ad Periegetæ Carmina Scholio præcedenti citato. Sic enim ille: Φασὶ δὲ καὶ τοὺς Δαλματεῖς δι' ὀκταετηρίδος ποιεῖσθαι τῆς χώρας ἀναδασμὸν, &c. i. e. *Aiunt verò & Dalmatenses singulis octo annis facere regionis divisionem, &c.*

16 Ἀππιανὸς δὲ τὴν πόλιν Δελμίνιον καλεῖ, &c.] Inquit Appianum vocasse Dalmium urbem Dalmatiæ *Delminium*, & Quadratum appellâsse *Dalmium*. Verba Appiani Græca antiquitas nobis invidit, Latina reliquit in ejus de Bellis Illyricis libro, & sunt quæ sequuntur: *Figulus* [Marcus Figulus consul] *ratus eos inopine aggredi posse, discurrentes undique ad ejus impetum ex oppidis offendens, in fugam vertit,*

καλεῖ. Κ&αδεσηνὸς ὁ, Δάλμιον. [17] φασὶ δὲ αὐτὸς καὶ Δαλματᾶς.

ΔΑΜΑΪΟΙ, ἔθνος περὶ τοὺς Ἰχθυοφάγους, ὡς Ἀπολλόδωρος.

ΔΑΜΑΣΚΟΣ [18], πόλις Συρίας, μεσόγειος, ὑπερθεν Φοινίκης, [19] πρὸς τῷ Βαρδίνην ποταμόν. [20] Ὠνομάσθη δέ, ὅτι εἷς τῶν γιγάντων Ἄσκος ὄνομα, ἅμα Λυκόργῳ δήσας τὸν Διόνυσον, ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμόν. Οὗ λύσας Ἑρμῆς, τὸν ἄσκὸν ἔδερσε καὶ ἐγύμνωσεν· ὅθεν πρὸς οἶνον ὑπήδειον τὸ δέρμα. Οἱ δέ, ὅτι Δαμασκὸς Ἑρμοῦ παῖς, καὶ νύμφης Ἀλιμήδης, ἐξ Ἀρκαδίας εἰς Συρίαν ἦλθε, καὶ πόλιν ὁμώνυμον ἔκτισεν. Ἄλλοι δέ, ὅτι Δαμασκὸς ἐφαπτίζετο ἀνήρ. Διονύσου δὲ τὴν Συρίαν ἀμπελόφυτον ποιήσαντος, πελέκει τοῦτα ἔκοψε. Διόνυσος δὲ ὀργισθεὶς, ἐδίωξε, καὶ ἐξέδειρε.

[21] * ἐπράχθη Δαρμασκὸς *

Καὶ ἔτω Δαμασκὸς ἡ πόλις. [22] Ὁ πολίτης, Δαμασκηνός. Καὶ ἡ χώρα, καὶ ἡ πόλις, Δαμασκηνή.

ΔΑΝ-

cat. Quadratus autem *Dalmium*. Eos etiam *Dalmatas* dicunt.

DAMÆI, populi juxta Ichthyophagos, ut Apollodorus.

DAMASCUS, urbs Syriæ mediterranea, supra Phœniciam, circa Bardinen fluvium. Sic verò nominata fuit, quod gigantum unus nomine *Ascus* unà cum Lycurgo vinctum Dionysum projecit in fluvium, quem solvens Mercurius Ascum pelle nudavit: unde ad vinum recipiendum apta pellis. Alii verò quod Damascus Mercurii filius ex nympha Alimede, ab Arcadia in Syriam veniens urbem sui nominis condidit. Alii autem, quod Damascus dicebatur *esse vir fortis & audax*. Libero verò patre Syriam vitiferam faciente, ille securi vineta excidit, at Liber pater iratus eum persequutus est, atque excoriavit.....

..... *facta est Darmascus*.....

Et sic corruptè Damascus sine *r*. Civis, Damascenus, & regio, & urbs Damascene.

DAN-

donec ad urbem Delminium, à qua Dalmatarum nomen illis inditum, terga dare compulit. Ergo hæc Dalmatiæ urbs duo habuit nomina juxta nostri auctoris sententiam ex Quadrato cui *Dalmion*, & ex Appiano, cui *Delminion* dicebatur, tertium addit Eustathius ad Perieget. v. 97. Διχῶς δὲ τὸ ἔθνος λέγεται, καὶ Δαλμάται καὶ Δαλμάλεις· ἡ δὲ πόλις αὐτῶν, Δαλμιον, ἢ Δελμίνιον, ἢ Δέλμινον. i. e. *Duplici modo verò gens dicitur, & Dalmatæ & Dalmateis. Urbs verò eorum Dalmion, vel Delminion, vel Delminum.*

17 Φασὶ δὲ αὐτὸς καὶ Δαλματᾶς.] Oppidanos urbis Dalmii *Dalmatas* dici inquit, numero 14 præcedenti & *Dalmios* & *Dalmieis*, Eustathius verò ad Dionysii carmen citato *Dalmateis* quoque dictos fuisse tradit. Namque oppidorum gentilia scriptores pro libitu sibi fingunt.

18 Δαμασκὸς, πόλις Συρίας, &c.] Damascus, urbs celeberrima, olim Syriæ caput & regia teste eloquentissimo Prophetarum c. 7. v. 8. כי ראש ארם דמשק וראש דמשק רצין h. e. *Nam caput Aram.* h. e. *Syriæ Dammesec, & caput Dammesec est Retsin.* Erat Damascus sita sub monte Hermone, ex quo defluebant duo flumina Amana & Parpar, quorum Amana mediam perfluebat urbem, Parpar, quem Græci *Chrysorrhoa* vocabant, extra urbem aquas devolvebat, teste Benjamine Thudelensi in suo itinerario, quorum fit quoque mentio Reg. lib. 4. c. 5. v. 12. Latina Hebraïcis relictis appono: *Nonne meliores sunt Amanah & Parpar fluvii Dammesec omnibus aquis Israelis? annon* [si] *lavero* [me] *in illis, mundus ero?*

19 Πρὸς τῷ Βαρδίνῃ ποταμῷ.] Circa fluvium Bardinem locat epitom. noster Damascum quo in nomine adhuc remanent vestigia nominis Parpar, de quo nota præced. egimus.

20 Ὠνομάσθη δέ, ὅτι εἷς τῶν γιγάντων Ἄσκος.] Agit nunc de etymo urbis Damasci, & quæ affert, sunt ex Græcorum fermento confecta: eadem penè habet Etymolog. in Δαμασκὸς sed in eis aliqua latent antiquitatis scruta. *Ascos* enim ille gigas corruptum nomen est ab illius nomine, qui Thudelensi in suo Itinerario dicitur *Abcamax*, cujus costam ipse refert vidisse in palatio quodam Damasci, quæ longitudine spithamas novem, latitudine duas æquabat; vero propius videtur hoc, quam illud D. D. Gasparis Hybañez de Segovia & Peralta, qui nomen illius gigantis deducebat ab illo Sacrarum literarum בני אנק *bene Anac.* i. e. *filii Anac*, à quo corruptum esse contendebat τὸ Ἄσκος, quod manu propria apposuit ad marginem Stephani, quem mihi dono dedit, sed ego in nullius juravi verba magistri. Nec etiam arridet illud Isidori Originum lib. 15. c. 1. Nullo enim nititur fundamento, nec auctoritate. Ipse enim somniat quendam Damascum Abrahami Patriarchæ dispensatorem, à quo urbi nomen impositum fuisse inquit; ejus conditor jacet in antiquitatis sepulchro, etsi Josephus Antiquit. lib. 1. c. 7. circa calcem edisserit, Usen Arami filium, cujus Geneseos c. 10. v. 23. fit mentio eam condidisse.

21 * Ἐπράχθη Δαρμασκὸς. ...] Locus lacunosus est, nec suppleri facilè poterit nisi manuscripto aliquo codice; at *Darmascus* etiam pro *Damascus* dicitur Hebraïce Paralipom. lib. 1. c. 18. v. 5.

22 Ὁ πολίτης, Δαμασκηνὸς· καὶ ἡ χώρα, &c.] Civis Damascenus; & regio & urbs Damascena. Tulit Damascus aliquammultos viros celeberrimos inter quos primum locum tenet *Nicolaus Damascenus*, philosophus peripateticus, qui inter alia scripsit historiam καθολικὴν librorum LXXX secundum Suidam; CXXIV. juxta Josephum; CL secundum Athenæum lib. 7. ex quibus paucula fragmenta extant. Fuit Herodi Magno familiaris, & Augusto Cæsari amicissimus adeò ut placentas quasdam ab eo ad se missas *Nicolaos* vocaret, teste Hesychio Illustri in Nicolaus; palmarum quoddam genus fuisse tradit Plin. lib. 13. c. 4. Plut. Symposiacῶν libr. 8. Quæst. 4. ab eo sic denominatum. Fuit etiam ex hac urbe Joannes Damascenus cognomento *Mansur*, ut inquit Suidas, ἐδόκει δὲ τῶν καθ' αὐτὸν οὐ παιδείᾳ λαμπρότατος. i. e. *ætatis suæ nulli eorum, qui eruditione fuere illustres, secundus.* Quem in cœlum usque extollit Suidas, ut sunt Græci genus in gloriam suam effusissimum. *Etsi verò Damascenus* (inquit Vossius de Histor. Græcis lib. 2. c. 24.) *vir foret egregie eruditus, ac magni nominis: tamen in plerisque credulus fuit plus satis. Hoc ostendunt historiæ ab eo relatæ in sermonibus. Sane agnoscit etiam Baronius, in multis ejus scriptis fidem vacillare & compluribus ipsum scatere mendaciis. Quod ejus judicium Casaubonus firmat exercitatione* XIII *adversus Baronium Sect.* XXXVIII. *ubi varios, & spissos errores annotavit. Etiam aliis in scriptis judicium desideres: inter cætera in narratione illâ de anima Falconillæ precibus B. Theclæ, primæ martyris, ab inferorum suppliciis liberatæ; etsi in gentili errore, & idololatria, obiisset. Item quod ait, animam Trajani Imp. similiter pœnis infernis exemptam precibus Gregorii M. Quorum utrumque legas apud Damascenum oratione de his, qui in fide migraverunt, &c.* Equidem valde credulus sit oportet, qui crediderit condemnatorum animos suppliciis muliebribus ab inferorum suppliciis liberari. Celebrantur etiam *pruna Damascena* ab hac urbe Romam advehi solita una cum *Cottanis*. Unde Juv. Sat. 3. v. 83.

Horum ego non fugiam conchylia, me prior ille
Signabit, fultusque toro meliore recumbet,
Advectus Romam, quo pruna & cottana vento.

Erant

ΔΑΝΔΆΡΙΟΙ[23], ἔθνος πρὸς τῷ Καύκασον, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπης.

DANDARII, populi circa Caucasum, ut Hecatæus Europæ.

ΔΑΝΘΑΛΗ̃ΤΑΙ[24], ἔθνος Θρᾳκικόν. Θεόπομπος μή.

DANTHALETÆ, populi Thraciæ, Theopompus lib. 48.

ΔΑΝΟΤ́ΒΙΟΝ[25], πόλις πρὸς τῷ Ῥώμην. Τὸ ἐθνικὸν, Δανούβιος, ἢ Δανουβιάτης.

DANUBIUM, urbs circa Romam. Gentile, Danubius, vel Danubienſis.

ΔΆΝΟΥΒΙΣ[26], ἢ Δάνουσις, Ἴστρος ὁ ποταμὸς,[27] πάλαι Ματόας καλούμενος, συμφορᾶς δὲ τῆς Σκύθαις ἐπιπεσούσης, ἄτως ἐκλήθη. Ματόας δὲ λέγεται ἐς τὴν Ἑλληνίδα γλῶσσαν Ἄσιμος, ὅτι πολλάκις περαιούμενοι, οὐδὲν ἐπο-πόν-

DANUBIS, vel Danuſis, *Iſter* fluvius, olim *Matoas* dictus ex quadam calamitate, quæ Scythis accidit. Matoas enim Græcè dicitur ἄσιμος, id eſt, *limoſus*, quod ſæpe tranſeuntes nil mali paſſi ſunt. Danuſis verò

Erant cottana, ut hæc obiter annotemus ſpecies ficorum parvorum, teſte Heſychio in Κότταναι, ſic dicta ab Hebræa voce קטן *Caton.* i. e. parvus. Unde non illepido lepore Martialis Epigram. lib. 13. Epigram 28. cecinit:

Hæc tibi, quæ torta venerunt condita mentha,
Si majora forent cottana, ficus erat.

Significabat etiam id nominis apud Cretenſes *Virginem*, auctore eodem auctore loco citato, quod ab eadem radice diductum eſt קטנה *Ketana* i. e. *parva* ſcilicet *puella*. Si plura de hac antiquiſſima urbe & regione ſcire deſideres, leges itinerarium Thudelenſis.

23 Δανδάριοι, ἔθνος πρὸς τῷ Καύκασον.] Dandarii, gens circa Caucaſum montem ex Hecatæi Europa. Inter Mæotarum gentes numerantur ab Strabone lib. 11. Τῶν Μαιωτῶν δ' εἰσὶν αὐτοί τε οἱ Σινδοὶ, καὶ Δανδάριοι, &c. i. e. *De Mæotis ſunt Sindi, Dandariique, & Toreatæ, &c.* Plinius etiam lib. 6. c. 7. inter gentes, quæ circa Mæotim locat, cui *Dandari* dicuntur; C. Tacito Annalium lib. 12. *Dandaridæ*; quorum quoque civitatem *Soza* & *regionem Dandaricam* vocat idem auctor libro citato c. 16: *Sic pulſus hoſtis, ventumque Soza oppidum Dandaricæ, quod deſertum à Mithridate, ob ambiguos popularium animos obtineri relicto ibi præſidio viſum.*

24 Δανθαλῆται, ἔθνος Θρᾳκικόν.] Danthaletæ, gens Thracica ex Theopompi lib. 48. Horum ſtrategia ſeu præfectura Dantheletica celebratur Ptolemæo inter Thraciæ regionem juxta Myſiam utramque & Æmum montem, quos Liv. *Dentheletas* vocat l. 40. c. 44. *Itaque unum tantum moratus diem, quietis eorum cauſa, quos habuerat ſecum, itinere inde ſimili fugæ in Dentheletas tranſcurrit, ſocii erant, ſed propter inopiam haud ſecus quam hoſtium fines Macedones populati ſunt.* Loquitur Livius de Philippo Macedonum rege Perſei patre, quem cupido ceperat in verticem Æmi montis adſcendendi, à cujus vertice biduo eſt digreſſus, à quo non longe locat Dentheletas, qui Plinio lib. 4. c. 11. dicuntur *Denſeletæ*.

25 Δανούβιον, πόλις πρὸς τῷ Ῥώμῃ.] Danubium, urbs circa Romam. Nemo omnium fecit hujus urbis mentionem in tota Italia, quare puto Lanuvium intelligere, quam Strabo lib. 5. vocat *Lavinium* & ab Ænea conditam tradit, nomine de filiæ nomine impoſito: Φασὶ δ' Αἰνείαν μὲν ἅμα παισὶν Ἀγχίσῃ, καὶ παισὶ Ἀσκανίῳ κομίσαντα εἰς Λαύρεντον, πλησίον τῶν Ὠστίων, καὶ Τιβέριος, &c. i. e. *Ajunt verò Æneam cum patre Anchiſe, & filio Aſcanio Laurentum appuliſſe, prope Oſtiam & Tiberim, & in litore ad* XXIV *ſtadia ſupra mare urbem condidiſſe: Superveniſſe autem Latinum Aboriginum regem, qui locum illum habitabant, ubi nunc eſt Roma, ſocio Æneæ uſum fuiſſe adverſus vicinos Rutulos, qui Ardeam tenebant (ſtadia verò ſunt ab Ardea Romam* CLX.) *partaque victoria, Lavinium urbem Laviniæ filiæ ſuæ cognominem propè condidiſſe.* At Appian. de Bellis Civil. lib. 2. eſt auctor Diomedem poſt captum Ilium primam in Italia urbem Lavinium condidiſſe: Μέχρι βαρυθυμῶν ὁ Μίλων, ὡς καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπίστως γενομένου τοῦ Πομπηΐου, ἐς τὴν πατρίδα Λαβίνιον ἐξῄει τὸν Διομήδη φασὶν ἀλόμενον ἐξ Ἰλίου, πρώτην οὖσαν τῆς Ἰταλίας πόλιν οἰκῆσαι καὶ εἶσιν ἀπὸ Ῥώμης ἐς αὐτὴν στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. i. e. *Donec gravi animo ferens Milo, quòd erga ſe Pompeius infidus eſſet, ad patriam Lavinium profectus eſt, quam* Diomedem *dicunt poſt captum Ilium, primam in Italia urbem condidiſſe, & ſunt à Roma ad eam ſtadia* CL. In verſione Latina dicitur Æneas eam condidiſſe, quod eſt contra textum Græcum. Fuit antiquitus celebris templo, ac luco Junonis Soſpitæ, auctore Livio libr. 8. necnon natalibus Milonis pro quo extat elegantiſſima illa Ciceronis oratio, ut ex Appiani verbis allatis apparet. Huic quoque urbi debet natales Imp. Commodus, ut prodidit Æl. Lampridius in ejus vita. Vulgò nunc dicitur *Civita Indovina*, teſte Leandro Alberto in ſua Italia, de qua videſis quæ in Λαβίνιον. Nec mireris à noſtro ſcribi Δανούβιον pro Λανούβιον. Non abſimili enim errore invenitur apud eum ſuo loco Βοδώνεια pro Βονώνια, Τάβιοι pro Γάβιοι & alia adhuc craſſiora, ut ex lectione hujus operis patebit.

26 Δάνουβις, ἢ Δάνουσις.] Lege, Δανούβιος, ἢ Δανούσιος, Danubius, vel Danuſius auctori noſtro dicitur qui alio nomine *Iſter*. Apud Græcos & Latinos ſuperiori ſui parte ut plerunque Danubius, inferiore verò Iſter, teſte Strabone, quod non adeò ſtrictè obſervatur. Eſt Germaniæ fluvius notiſſimus & totius Europæ maximus qui Germanis dicitur *die Donaw*. Ac ſi Hiſpanice diceres *el Danubio*, nomine à pago propter quem parvus adhuc fluit impoſito; ejus olim fontes adeò incerti inter ſcriptores fuere, ut & Nili; nec minor de numero ejus oſtiorum controverſia, de quibus adhuc hodie inter eos plenè non convenit, quod magis mirum, cum per noſtram fluat Europam in Pontum Euxinum non ultra Garamantas & Indos. Ac non poſſum non mirari Germanorum Principum incuriam, qui ſui celeberrimi fluvii ἀκβολὰς & fontes incertos eſſe patiuntur, de quibus conſuleſis Stuckii Scholia in Periplum Arrhiani Ponti Euxini.

27 Πάλαι Ματόας καλούμενος, &c.] Antiquitus regnator iſte aquarum totius Europæ, vocatus fuit *Matoas*, id nominis apud Scythas ſonat idem, ac apud Græcos Ἄσιμος, i. e. *Limoſus*; propterea quod nihil noxæ damnive acceperint, cum eum ſæpe trajicerent; at cum quædam calamitas eis aliquando tranſeuntibus eum accidiſſet, mutato nomine *Danuſius* eſt vocatus, quod nomen apud eos ſignificat; qui errandi culpam habet. Ego ſic intelligendum eſſe exiſtimo hunc locum, atque eodem modo videtur intellexiſſe Stuckius loco, nota præcedenti, citato. Quare ſi per Criticorum παῖδας liceret, ſic legendus erat: Πάλαι Ματόας καλούμενος, ὅτι λέγεται ἐς τὴν Ἑλλωΐδα γλῶσσαν Ἄσιμος, ὅτι πολλάκις περαιούμενοι οὐδὲν ἐπιπόνθεισαν, συμφορᾶς δὲ τῆς Σκύθαις ἐπιπεσούσης Δανούσιος ὠκλήθη, ὃ δὴ ἑρμενεύεται, ὥσπερ δὲ ἀμαρτεῖν ἔχων αἰτίαν. i. e. *Antiquitus* Matoas *vocatus, quod dicitur ſecundum Græcam linguam* Ἄσιμος. i. e. Limoſus, *quod ſæpe eum trajicientes nihil damni paſſi fuiſſent, quadam verò calamitate Scythis contingente* Danuſius *appellatus eſt tamquam habens errandi culpam.* At Euſt. ad Periegetæ v. 301. ſic ſcribit hanc noſtri auctoris ſectionem etſi ſub nomine Strabonis, quod puto eſſe μνημονικὸν ἀμάρτημα: Φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς γεωγράφος καὶ ὅτι ὁ Ἴστρος πρὶν Ματόας ἐλέγετο, ὅ ἐστι καθ' Ἕλληνας Ἄσιμος. καὶ ὅτι πολλάκις μὲν οἱ Σκύθαι διαβαίνοντες αὐτὸν περαιούμενοι οὐδὲν ἔπαθον. συμφορᾶς δέ ποτε αὐτοῖς ἐπιπεσούσης [lege ἐπιπεσούσης] ἠμείφθη Δανούσιος, ἢ Δανούβιος, ὥσπερ δὲ ἀμαρτεῖν αἰτίαν ἔχων. i. e. *Inquit verò idem Geographus quod* Iſter *olim* Matoas *dicebatur, quod eſt ſecundum Græcos* Ἄσιμος, i. e. Limoſus; *& quod ſæpe Scythæ per eum trajicientes nihil paſſi ſunt: Calamitate verò aliquando contingente, interpretatus fuit* Danuſius, *vel* Danubius, *tanquam qui eſſet in culpa quod illi aberraſſent.* Atque ex his Euſtathii verbis apparet apud Stephanum pro Δάνουβις ἢ Δάνουσις legendum eſſe Δανούβιος ἢ Δανούσιος. De hujus autem fluvii celeberrimi diverſis nominibus videſis eumdem Stuckium loco citato.

πόνθεισαν. Ὁ δὲ Δάνασις ἑρμηνεύεται, ὥσπερ ἀμαρτεῖν ἔχων τὴν αἰτίαν.

ΔΑΌΝΕΣ[28], ἔθνος τῆς Ἰνδικῆς, ἀπὸ Δάονος.

ΔΆΡΑΨΑ[29], πόλις Βακτρίας, ὡς Στράβων. Τὸ ἐθνικὸν, Δαραψῖνος, καὶ Δαραψιανός.

ΔΆΡΔΑΙ[30], Ἰνδικὸν ἔθνος, ὑπὸ Δημαίνῃ πολεμηθὲν Διονύσῳ, ὡς Διονύσιος ἐν γ΄ Βασσαρικῶν.

ΔΆΡΔΑΝΟΣ[31], πόλις Τρῳάδος, ἡ πρότερον Τεύκρις. Μνασέας δέ φησιν, [32] ὅτι Δάρδανος ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ παλλάδιον ἀραμένου, ἀφίκετο εἰς Σαμοθράκην μετὰ Ἁρμονίας καὶ Ἰάσονος, τῶν ἀδελφῶν. κἀκεῖ Δήμητρα, Κάδμος ὁ Ἀγήνορος ἐφιλοποιήσατο καὶ ἀποθανούσης Τηλεφάης, γαμεῖ τὴν Ἁρμονίας ὁ Κάδμος, [33] καὶ ἀποστέλλει τὸν Δάρδανον εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ τῶν ἑταίρων, πρὸς Τεῦκρον τὸν Τρῶα. Ὁ δὲ Τρὼς ἀναγνωρίσας τὸν Δάρδανον, δίδωσιν αὐτῷ τὴν θυγατέρα Βάτειαν. Καὶ ἀποθνήσκων, τὴν βασιλείαν, [34] καὶ πόλιν ὤκισε Δάρδανον, καὶ Δαρδανίαν τὴν χώραν ὠνόμα-

verò interpretatur, utpote, qui errandi culpam habet.

DAONES, gens Indiæ, à Daone.

DARAPSA, urbs Bactriæ, ut Strabo. Gentile, Darapsenus, & Darapsianus.

DARDÆ, populi Indiæ, qui sub Deriade adversus Dionysum bella gesserunt, ut Dionysius Bassaricorum lib. 2.

DARDANUS, urbs Troadis, quæ prius *Teucris*. Mnaseas verò inquit: *Dardanum ..... ex templo Minervæ*, Palladio ablato. *unà cum Harmonia, & Iasone fratribus in Samothraciam venisse, atque illic moratum, Cadmus Agenoris filius cum eo amicitiam contraxit, atque mortua Telephane Harmoniam duxit in uxorem Cadmus, atque Dardanum unà cum sociis mittit in Asiam ad Teucrum Trojanum, qui, cognito Dardano, tradit ei in uxorem filiam Batiam, & moriens Cadmus ei regnum relinquit. Dardanus verò urbem condidit, atque regionem* Dardaniam *nominavit, quæ prius* Teucris

28 Δάονες, ἔθνος τῆς Ἰνδικῆς ἀπὸ Δάονος.] Daones, gens Indiæ. Memorantur Cosmographo lib. 7. c. 2. cui *Daonæ* vocantur, ipse juxta fluvium cognominem eos locat, à quo forsitan nomen habuere, ut & aliæ multæ gentes, quare illud Stephani ἀπὸ Δάονος. i. e. à *Daone* possumus interpretari à Daone fluvio.

29 Δάραψα, πόλις Βακτρίας, ὡς Στράβων.] Darapsa, urbs Bactriæ ex Strabone, qui libro undecimo & Bactriam regionem describit & urbem Darapsam memorat. Hîc ejus subjiciam verba: Τῆς δὴ Βακτρίας μέρη μὲν πινα τῇ Ἀρίᾳ προσβάλληται πρὸς ἕω τὰ πολλὰ δ' ὑπερκείται πρὸς ἕω· πόλη δ' ἐστὶ καὶ παμφορος, πλὴν ἐλαίας. Τοσοῦτον δ' ἰσχυσαν οἱ ἀποσπάσαντες Ἕλληνες αὐτὴν ἀφ' ἧς τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας, ὥστε τὴν Ἀσιανὴν ὑπερφέρειν, καὶ τὴν Ἰνδὴν, ὡς φησιν Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀδραμυττηνὸς, καὶ πλείω ἔθνη κατεστρέψασθαι, ἢ Ἀλέξανδρος, &c. i. e. *Bactriæ verò quædam partes, Ariæ versus septentrionem circumdantur: pleræque autem versus orientem porriguntur. Ampla est regio, & omnium rerum ferax præter oleum. Tanta verò fuit Græcorum, qui eam abalienarunt, potentia ob soli præstantiam, ut & Arianam obtinuerint, & Indiam, ut ait Apollodorus Adramyttenus: ac plures quam Alexander gentes subegerint, & maximè Menander, siquidem is & Hypanim transivit versus ortum & ad Isamum usque pervenit. Hæc enim partim ipse egit, partim Demetrius Euthydemi filius Bactrianorum regis. Non modò autem Pattalenem occuparunt. Sed & reliquæ oræ maritimæ, & Tessariosti quod dicitur, & Sigertidis regnum. Omnino autem ille inquit totius Arianæ præcipuam partem esse Bactrianam. Quin & usque ad Syros & Phœnices dominium suum protulerunt. Urbes habuerunt Bactra (quæ & Zariaspa dicitur, eamque fluvius ejusdem nominis perfluit, in Oxum aquas exonerans) Darapsam & alias plures.*

30 Δάρδαι, Ἰνδικὸν ἔθνος, &c.] Dardæ, Indica gens, &c. Memorantur Nonno Dionysiac. libr. 26. v. 61. nec non Straboni lib. 15. qui eos *Derdas* vocat, & magnam gentem esse inquit planiciem quandam montanam habitantes, sub qua aurifodinæ sunt, ex quibus formicæ vulpibus magnitudine æquales aurum effodiunt, terram per hyemem ad ostium accumulantes, ut solent talpæ, ubi inveniuntur auri ramenta, quæ Derdæ clam rapiunt; apertè enim non possunt, prohibentibus hujusmodi formicis, quæ si eos comprehenderint, unà cum jumentis occidunt, quæ secum ferunt ad deportanda hujusmodi ramenta. At hæc redolent Græcorum nugamenta; homines enim armis facile se à feris defendunt, sed non adeo facile ab hominibus. Homo enim homini lupus est.

31 Δάρδανος, πόλις Τρῳάδος, ἡ πρότερον Τεύκρις.] Dardanus, urbs Troadis, quæ prius Teucris. Memoratur inter alios Herodoto lib. 5. c. 107. Scylaci in Τρῳάδι *Dardanium* eam vocat Lycophro in Cassandra, ad quem locum Isacius Tzetzes aliam hujus nominis celebrat supra Illyrios & Macedones. Illius & promontorii Dardanidis meminit Strabo lib. 13 Ἔστι τοίνυν μεθ' Ἄβυδον, ἥτις Δαρδανὶς ἄκρα, ἧς μικρὸν πρόσθεν ἐμνήσθημεν, καὶ ἡ πόλις ἡ Δάρδανος, διέχουσα τῆς Ἀβύδου ἑβδομήκοντα σταδίους, &c. i. e. *Post Abydum igitur est Dardanus promontorium, cujus paulò antè fecimus mentionem, & urbs Dardanus* LXX *stadiis ab Abydo distans, inter has Rhodius effluit amnis, propter quem in Cherrhoneso est Cynosscma* [canis-sepulchrum] *quod sepulchrum Hecubæ esse ajunt; sunt qui Rhodium ab Æsepo excipi dicunt, & sane unus eorum, qui ab Homero memorantur, est hic:*

Rhesusque heptaporusque, Caresusque, Rhodiusque.

Ipsa verò Dardanus, urbs prisca, ita contemptui habita fuit, ut alii [Romanorum] *Imperatores Abydum transtulerint, alii in pristinum remigrare locum incolas jusserint, ibi convenere Cornel. Sylla Romanus dux, & Mithridates Eupator, ut pacta inirent de bello pace finiendo.*

32 Ὅτι Δάρδανος ἐκτι *. ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθήνας, &c.] Pro ἐκτι * videtur legendum ἐκκυλίσας, sed tunc non erat opus altero participio ἀράμενος, utrumque enim hoc in loco idem significant. Servius ad illa Virgilii ex lib. 3. Æneid.

Effigies sacræ divûm Phrygiique penates
Quos mecum à Troia, mediisque ex ignibus urbis
Extuleram.

Inquit: *Quamvis alio loco alias opiniones secutus diversa dixerit. Sane hos Deos Dardanum ex Samothracia in Phrygiam, Æneam verò in Italiam ex Phrygia transtulisse, idem Varro testatur.*

33 Καὶ ἀποστέλλει τὸν Δάρδανον εἰς τὴν Ἀσίαν, &c.] Hoc in loco pro *Asiam* intellige *Phrygiam*. Erat enim Phrygia in qua Teucrus regnavit in Asia in quam inquit noster missum fuisse Dardanum ad Teucrum, ideo Dardanus iste Virgilio Æneid. lib. 4. v. 134. dicitur:

Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & auctor.

34 Καὶ πόλιν ὤκισε Δάρδανον, καὶ Δαρδανίαν, &c.] Dardanus urbem condidit, & regionem, quæ *Teucris* prius vocabatur, *Dardaniam* dixit. Quod etiam testatur Euseb. Chronic. lib. 1. ad Num. DXXXVIII Δάρδανος ἔκτισε Δαρδανίαν. i. e. *Dardanus condidit Dardaniam.*

35 Καὶ

μασιν, ἢ Τευκρὶς πρότερον ἐκαλεῖτο. Αὕτη καὶ Δαρδανία, καὶ Δαρδανικὴ, [35] καὶ Δαρδάνιοι, καὶ Δαρδανίδαι.

ΔΑΡΙΔΝΑ, πόλις Παφλαγονίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν Δαριδναῖος, ὡς Πύδνα Πυδναῖος.

ΔΑΡΑΙ[36], ὃν * ρας φασὶ, φρούριον Ἀναστασίας πόλεως λεγόμενον ἰσχυρώτατον. Ὁ πολίτης Δαρηνὸς, [37] ὡς Σοῦρ Σουαρηνός. [38] Δύνανται καὶ Δαρραῖος. [39] Εἰσὶ δὲ Δαρραὶ διὰ δύο ρρ, ἔθνος πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.

ΔΑΡΙΣΤΑΝΗ, πόλις Περσική. [40] Ἔστι δὲ καὶ ἔθνος Δαριτῶν.

ΔΑΡΕΙΟΝ, πόλις τῆς Φρυγίας. Τὸ ἐθνικὸν, τῷ λόγῳ τῶν Φρυγίων παρὰ μίαν συλλαβὴν, Δαρειεὺς, ὡς Κοτιάειον Κοτιαεύς· τῷ λόγῳ δὲ Ῥοίτειον, καὶ Σίγειον, Δαρειεύς.

ΔΑΡΣΑΝΙΑ[41], πόλις Ἰνδική, ἐν ᾗ αὐθήμερον ἱμάτιον ἐργάζονται γυναῖκες, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτῃ·

Οἳ Δαρσανίδα ναῖον πόλιν εὐρυάγυιαν,
Ἐνθάτε πέπλα γυναῖκες Ἀθηναίης ἰότητι
Αὐτήμαρ προκέουσιν ἀφ' ἰστοπόδων ταναύσας,
Αὐτήμαρ δ' ἐτάμοντο * ἐρύσσαντο.

Τὸ

cris *vocabatur*. Eadem verò est Dardania, & Dardanica, & Dardanii, & Dardanidæ, *idem sunt*.

DARIDNA, urbs Paphlagoniæ, ut Alexander in de eadem. Gentile, Daridnæus, ut Pydna, Pydnæus.

DARÆ, quem .... ras dicunt, castellum Anastasii civitatis, quod dicitur esse munitissimum. Civis, Darenus, ut Susar, Susarenus. Potest etiam esse Darrhæus. Sunt verò Darrhæ per duo *rr*, populi juxta mare rubrum.

DARISTANE, urbs Persica. Sunt verò & populi Daritæ.

DARION, urbs Phrygiæ. Gentile, sermone Phrygiorum præter unam syllabam, Darieus, ut Cotiaion, Cotiaeus, ratione ac forma, ut Rhœtion, & Sigion, Darieus, *id est*, Darienſis.

DARSANIA, urbs Indiæ, in qua vestem in uno die mulieres texunt, ut Dionysius rerum Bassaric. lib. 3.

Qui Darsaniam incolebant urbem amplas vias habentem,
Ubi & pepla mulieris Minervæ voluntate,
Eo ipso die croco tingunt ex textoriis lignis expandentes.
Eo ipso die secabant .... servabant.

Gen-

35 Καὶ Δαρδάνιοι, καὶ Δαρδανίδαι.] Dardanii, & Dardanidæ, & de urbe, & de regione, & de eis, qui à Dardano originem trahunt, dici potest; Homerus Il. 2. v. 819.

Δαρδανίων αὖτ' ἦρχε δῖος παῖς Ἀγχίσαο
Dardanius rursus imperabat bonus filius Anchisæ

Ac quia hujusmodi formæ nomina non solum in ios sed etiam in os desinunt, utrâque usus est Homerus, priore versu citato, posteriore Il. 3. v. 456.

Κέκλυτέ μοῦ Τρῶες καὶ Δάρδανοι ἠδ' ἐπίκουροι.
Audite me Troës & Dardani & auxiliares.

Virgil. Æneid. lib. 4. v. 646.

— *Ensemque recludit*
Dardanium, Non Hos *quæsitum munus in Usus.*

Hom. Il. 3. v. 303.

Τοῖσι δὲ Δαρδανίδης Πρίαμος μετὰ μῦθον ἔειπε
His autem Dardanides Priamus verbum dixit

Virg. Æneid. lib. 1. v. 563.

— *Cuncti simul orę fremebant*
Dardanidæ.

36 Δαραὶ, ὃν * ρας φασὶ φρούριον, &c.] Lege Δαραὶ, ὃν καὶ Δάρας φασὶ, &c. Darę, & quod *Daras* vocant, castellum Anastasii civitatis, &c. Quæ lacuna suppletur ex Procopio cujus verbis & hujus loci lectio & oppidi historia confirmatur. Sic enim ille, Persic. lib. 1. Ἀναστάσιος δὲ βασιλεὺς πόλιν ἐδείματο ἐν χωρίῳ Δάρας, ἰσχυράν τε ὑπερφυῶς λόγου ἀξίαν, αὐτὸς βασιλέως ἐπώνυμον. i. e. *Anastasius verò imperator urbem ædificavit in regione Daras, munitam valde & memorabilem, ipsi Imperatori cognominem.* Etymologici magni auctor in Δάρας auctor est, nomen accepisse à Dario, ibi comprehenso ab Alexandro, quod oppidum postea ab Anastasio conditum, vocatum est *Anastasii urbs*: Δάρας πρότερον ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ, συνηθροίσθη Δάρειος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου. ὑπὸ δὲ Ἀναστασίου κτισθὲν, ἐκλήθη Ἀναστασίου πόλις. i. e. *Daras nomen invenit quod in eadem regione ab Alexandro comprehensus fuerit Darius, ab Anastasio verò conditum, vocatum fuit Anastasii urbs.* Idem Procopius libro citato eam locat à Nisibi 95. stadiis distantem.

37 Ὡς Σοῦρ, Σουαρηνός.] Lege Σόρα, Σαρηνός; genus erroris, quod ex typographi incuria procedit; ipse enim affert id in exemplum Σ Δαρὰ, Δαρηνός. Fuit verò Sura, oraculum Lyciæ, cujus suo loco meminit.

38 Δύνανται καὶ Δαρραῖος.] Lege Δαραῖος. Nam à Dara non potest deduci Darrhæus, sed Daræus, vel Darenus, vel Daranus.

39 Εἰσὶ δὲ Δαρραὶ διὰ δύο ρ ρ, ἔθνος, &c.] In principio hujus sectionis egit de Dara, seu Daris castello, quod 95. stadiis aberat à Nisibi, auctore Procopio Persic. lib. 1. supra citato; nunc agit de Darrhis per duplicem *rr*, gente prope mare Rubrum, quos celebrat Ptolemæus lib. 6. c. 7. inter Arabiæ Felicis populos, quæ mari Rubro à meridie adjacebat, auctore eodem auctore libro capiteque citato. Ab hac gente deduci potest gentile Darrhæus, vel Darrhenus, à qua verosimile est originem trahere Daras Africæ populos, quos Joan. Leo Africæ descript. lib. 6. celebrat, de quibus vide Aldretum de Africa lib. 3. c. 14.

40 Ἔστι δὲ καὶ ἔθνος Δαριτῶν.] Est verò & gens Daritæ. Herodoto lib. 3. c. 91. Δαρεῖται dicuntur & sub Satrapeiis Persarum memorantur, quorum regio Daritis inter Mediæ regiones celebratur à Ptolemæo lib. 6. c. 2.

41 Δαρσανία, πόλις Ἰνδική, &c.] Darsania, urbs Indica, in qua in uno die mulieres vestem texunt, ex Dionysio Bassaricorum. *h. e.* Dionysiacorum lib. 3. cujus affert Carmina multa & corrupta, quæ sine ope alicujus manuscripti codicis, & alicujus Hippocratis nec restitui sanitati, nec resarciri possunt. Ea imitatus est Nonnus Dionysiacorum lib. 26. v. 170. & fortean melius & brevius, cui hæc civitas Indica non *Darsania*, ut inquit noster, sed *Arsania* dicitur:

Οἳ τ' ἔχον Ἀρσανίλιν εὐδείελον, ἦχι γυναῖκες
Εἰς μιὴν ἠῴγενέων ἐθάμυιν Παλλαδίῳ ἰσῷ
Ὠκείαις παλάμῃσιν ὅλον τελέσσαι χιτῶνα.
Quique habebant Arsaniam ad occasum bene-sitam, ubi mulieres
In unam diem consueta Palladis tela
Velocibus manibus totam absolvunt tunicam.

42 Δάρ-

Τὸ ἐθνικὸν Δαρσάνιοι, ὡς Καρμάνιοι, Ὑρκάνιοι * Μάνιοι.

A Gentile, Darsanii, ut Carmanii, Hyrcanii ..... Manii.

ΔΑΡΣΙΟΙ[42], ἔθνος Θρᾴκιον. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

DARSII, populi Thraciæ, Hecatæus Europa.

ΔΑΣΕΑΙ[43], πόλις Ἀρκαδική. Παυσανίας ὀγδόῳ. Τὸ ἐθνικὸν Δασυώτης, ὡς Καφυώτης.

B DASEÆ, urbs Arcadiæ, Pausanias libro octavo. Gentile, Dasyotes, ut Caphyotes.

ΔΑΣΚΥΛΙΟΝ[44], πόλις Καρίας, ὑπὸ τοῖς ὅροις τῆς Ἐφεσίας, [45] ἀπὸ Δασκύλου τοῦ ἡρῶος Περιαύδου. Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις μικρὰ τοῦ Τρωϊκοῦ κλιθείσα. Τρίτη, πόλις Ἰωνίας, τὸ μέγα λεγόμενον, ὡς μείζων τῶν ἄλλων. [46] Τετάρτη, περὶ Βιθυνίαν. Πέμπτη, τῆς Αἰολίδος καὶ Φρυγίας. Τὸ ἐθνικὸν Δασκυλίτης, ὡς Κύπρος Κυπρίτης. [47] Ἔστι καὶ Δασκυλίτης λίμνη, ἡ Δασκυλία· ὥστε καὶ Δασκύλιος ὁ πολίτης. [48] Εὔδαιμος καὶ Ἀρκάδιος [49] διὰ τοῦ ει διφθόγγου γράφουσι τὸ λι συλλαβήν. Λέγεται καὶ Δασκυλὶς ἡ νῆσος.

C CASCYLIUM, urbs Cariæ in finibus Ephesiæ, à Dascylo Periaudi filio. Est & alia urbs post tempora Trojana condita. Tertia, urbs Ioniæ, *magna* vocata, tamquam major aliis. Quarta, circa Bithyniam. Quinta, Æolidis, & Phrygiæ. Gentile, Dascylites, ut Cyprus, Cyprites. Est verò & palus Dascylites, vel Dascylia. Civis, Dascylius. Eudæmus verò, & Arcadius per ει diphthongum *li* syllabam scribunt. Dicitur etiam fœmineum Dascylis.

ΔΑΣΚΩΝ[50], Σικελίας χωρίον. Φίλιστος ἕκτῃ Σικελικῶν, Εἰς τὴν Πλημμύριον καὶ Δάσκωνα. Τὸ ἐθνικὸν Δασκώνιος, ἡ Δασκωνίτης.

D DASCON, Siciliæ oppidum, Philistus lib. 6. rerum Sicilicarum, *In Plemmyrium & Dasconem.* Gentile, Dasconius, vel Dasconites.

ΔΑΣΣΑΡΗΤΑΙ[51], ἔθνος Ἰλλυρίας. Ἐν Πολύβιος ὀγδόῳ. Καὶ τὸ ἡλικὸν Δασσαρήτης. [52] Λέγονται καὶ Δασσαρῆνοι, καὶ Δασσαρήτιοι, καὶ Δασσαρατῖνος.

DASSARITÆ, populi Illyriæ; Polybius libro 8. Fœmineum, Dassaritis. Vocantur etiam Dassareni, & Dassaritii. Dicitur etiam Dassaratinus.

ΔΑΤΟΝ[53], πόλις Θρᾴκης. Ἡρόδοτος πέμπτῃ.

DATUM, urbs Thraciæ. Herodotus lib.

42 Δάρσιοι, ἔθνος Θρᾴκιον.] Darsii, gens Thracia ex Hecatæi Europa. Memorantur Appiano de Bellis Illyricis statim in principio, cui Δάρσιοι dicuntur, sed fuerunt iidem populi etsi ipsi dicuntur *Darsi*, nostro *Darsii*, quoniam hæc nominum gentis forma utroque modo dicitur, veluti *Syrii*, Syri, *Bœotii*, Bœoti, *Dardani*, Dardanii, & alia, quorum nunc non venit mihi in mentem. Nec obstat, quod noster hanc gentem ex Hecatæo adscribat Thraciæ, & Appianus Illyriæ assignat. Thracia enim & Illyria erant finitimæ.

43 Δασέαι, πόλις Ἀρκαδική.] Dasseæ, urbs Arcadica ex Pausaniæ lib. 8. cujus ætate ruinæ tantum extabant, à quo neut. plur. dicuntur Δασέα. Sic enim ille libro citato: Μετὰ δὲ δύο ἀπὸ τοῦ Ἀλφειοῦ σταδίους, Μακαρέων ἐστὶν ἐρείπια. Αὐτόθεν δὲ ἐς ἐρείπια ἄλλα τὰ Δασέων ἐπτὰ εἰσὶ σταδίοι, &c. i. e. *Post stadia verò duo ab Alpheo sunt Macareorum ruinæ; Inde ad Dascorum ruinas alias septem sunt stadia, &c.*

44 Δασκύλιον, πόλις Καρίας, &c.] Quinque hujus nominis urbes celebrat auctor noster, de quibus nihil notabile inveniebam, quod observationibus meis inservire posset.

45 Ἀπὸ Δασκύλου τοῦ ἡρῶος Περιαύδου.] Dascylium urbem Cariæ inquit nomen habere à Dascylo Periaudæ seu Periaudi filio, qui numquam à me auditus est, notius est Periandri nomen, si tibi placet hunc loco alterius substituere, per me licet.

46 Τετάρτη, περὶ Βιθυνίαν.] Quarto loco numerat Dascylium urbem circa Bithyniam. *i. e.* in Bythynia, quæ Ptolemæo lib. 5. c. 1. Δασκύλειον dicitur, ut & Straboni lib. 12. Melæ lib. 1. c. 19. Dascylos, quam trans Rhyndacum locat. Fuit verò Ryndacus fluvius ejusdem Bithyniæ, ut apparet ex Ptolemæo libro capiteque citatis. Adhuc hodie *Daschilo* parum corrupto nomine dici inquit Niger Geograph. primo Asiæ Comment.

47 Ἔστι καὶ Δασκυλίτης λίμνη, ἡ Δασκυλία.] Pro Δασκυλίτης lege Δασκυλίτις, quæ erat lacus Phrygiæ auctore Strabone lib. 12. Ὑπέρκειται δὲ τῆς Δασκυλίτιδος ἄλλαι δύο λίμναι μεγάλαι, ἥ τε Ἀπολλωνιάτις, ἥ τε Μιλητοπολίτις· περὶ μὲν ἐν τῇ Δασκυλίτιδι Δασκύλειον πόλις· i. e. *Superjacent Dascylitidi aliæ duæ paludes magnæ, Apolloniatis, & Miletopolitis: ad Dascylitidem Dascylium urbs est.*

48 Εὔδαιμος, &c.] Lege Εὔδημος, sic enim vocatur auctor iste, ut in nostro commentariolo auctor, quos ad testim. vocat noster, annotamus.

49 Διὰ τοῦ ει διφθόγγου γράφουσι τὸ λι συλλαβήν.] Inquit Eudæmum & Arcadium scribere Dascylium per ει in penultima, ut & apud Ptolemæum & Strabonem scribitur, ut nota 46 præcedenti annotavimus.

50 Δάσκων, Σικελίας χωρίον.] Dascon, onis, Siciliæ oppidum ex Philisto. Memoratur etiam Thucydidi lib. 6. Καὶ τὰ ἐγγὺς δένδρα κόψαντες, καὶ κομιενεγκόντες ἐπὶ τὸν γιαλαυσαν, παρά τε τὰς ναῦς ταύρωμα ἔπηξαν, καὶ ἐπὶ τοῦ Δάσκωνι. i. e. *Et proximas arbores cædentes & ad mare deferentes juxta naves & propter Dascona vallum fixerunt.*

51 Δασσαρῆται, ἔθνος Ἰλλυρίας, &c.] Dassaritæ, gens Illyriæ memoratur ex Polybii lib. 8. cujus libri tantum habemus παρεκβολὰς, in quibus Dassaritarum nulla fit mentio; at lib. 5. Dassaretidem regionem celebrat.

52 Λέγονται καὶ Δασσαρῆνοι, καὶ Δασσαρήτιοι, &c.] Dassaritæ, gens Illyriæ, dicebantur etiam *Dassareni*, & *Dassaritii*: ultimo usus est Appianus de Bellis Illyricis libro; Dassaretii verò dicuntur Livio lib. 37. c. 34. *Dividenti prædam, captivosque (fuerunt autem quatuor millia hominum, pecorumque omnis generis ad viginti millia) nuncius ex Macedonia venit: Eropum quemdam corrupto arcis præsidiique præfecto, Lycnidum cepisse, tenere & Dassaretiorum quosdam vicos & Dardanos etiam concire.*

53 Δᾶτον, πόλις Θρᾴκης. Ἡρόδοτος πέμπτῃ.] Datum, urbs Thraciæ ex Herodoti lib. 5. Totum Herodoti librum quintum perlegi ut ex eo illam apud Stephanum lacunam adimplerem, sed spes credula me fefellit, quia in illo libro nulla fit Dati urbis Thraciæ memoria; at l. 9. ex quo illa quæ deficiunt verba suppleri non possunt. Datum verò celebratur apud Excerpta ex libri 7. Strabonis fine, ut pote urbs, quæ optimos haberet agros & naupegia & auri metalla *h. e.* locum, ubi naves compinguntur & aurifodinam: Εἰσὶν δὲ περὶ τὸ Στρυμονικὸν κόλπον πόλεις καὶ ἕτεραι δύο Μύρκινος, Ἀργίλος,

πέμπτη. * δὲ τοῦτό φασιν. Οἱ οἰκοῦντες, Δατήνιοι. Τὸ ἐθνικὸν, Δατῆνος.

ΔΑΤΥΛΕΠΤΟΙ, ἔθνος Θρᾴκης· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ΔΑΥΗ, βαρυτόνως, πόλις Ἀραβίας. Τὸ ἐθνικὸν, Δαυαῖος, ἡ Δαυηνὸς, ὡς τύπῳ Φιληδῆσιν Ἄραβες. Δαυάλαι καὶ Δαυίτης.

ΔΑΥΛΙΣ [54], πόλις Φωκίδος, ἐν ᾗ τὸ κατ' Πρόκνην καὶ Φιλομήλην. [55] Ὅμηρος·

Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα. —

[56] Δαῦλον ὄν, τὸ δασύ. Δασεῖα δὲ ἡ πόλις. Οἱ δ' ὕστερον, Δαυλῖ φασι. [57] Παυσανίας δὲ δεκάτῳ, ἀπὸ νύμφης Δαυλίδος. Διὸ λέγεται καὶ Δαυλίς. Ὁ πολίτης, Δαυλιεύς. Δαυλιεῦσι δὲ ἱερὸν Ἀθηνᾶς, καὶ ἄγαλμα ἀρχαῖον. Τὸ θηλυκὸν, Δαυλιάς. Λέγεται καὶ Δαύλιος. Ἀπὸ δὲ Δαυλὶς, τὸ ἐθνικὸν Δαυλίδος. Ὀξυτόνως τὸ Δαυλίς. Τὸ δὲ αὖλις Αἰολικῶς βαρυτόνως.

ΔΑΥ-

A lib. 5. ..... verò hoc dicunt. Incolæ, Datenii. Gentile, Datenus.

DATYLEPTI, populi Thraciæ. Hecatæus Europa.

DAUE, tono gravi, urbs Arabiæ. Gentile, Dauæus, vel Dauenus, qua forma gaudent Arabes. Potest etiam dici Dauites.

DAULIS, urbs Phocidis, ubi accidit historia Procnæ, & Philomelæ, Hom.

Daulida & Panopea. ——

Δαῦλον verò significat *densum*, *asperum*, *hirsutum*; Δασεῖα verò, i. e. *aspera*, est urbs, quam recentiores *Dauli* vocant. Pausanias verò lib. 10, à nympha Daulide vocatam asserit, quare *Daulis* etiam dicitur. Civis, Dauliensis, apud quos erat Minervæ templum, & statua antiqua. Fœmin. Daulias. Dicitur etiam Daulius; à fœm. verò Daulis est gentile, Daulidus. Daulis verò acuitur. Aulis verò Æolicè gravatur.

DAU-

Λεγόμενα, Δραβίσκος, Δάτον. Ὅπερ καὶ ἀείσηνος ἐγγὺς χώραν καὶ σύνεγγυς, καὶ ναυπηγία, καὶ χρυσοῦ μέταλλα. Ἀφ' ὧν καὶ παροιμία, Δάτιν ἀγαθῶν, ὡς καὶ ἀγαθῶν ἀγαθίδες. i. e. *Sunt verò circa Strymonicum sinum urbes & aliæ, ut Myrcinus, Argilus, Drabiscus, Datum; quod & optimam habet regionem & fertilem, & naupegia, & auri metalla, unde paræmia: Datum bonorum, ut bonorum glomi.* Scylax in Thracia auctor est à Callistrato Athenienſi conditam fuisse, quæ postea cum à Philippo instaurata fuisset, *Philippi* vocata fuit, & antequam *Datum* seu *Datus*, utroque enim modo dicitur, *Crenides* etiam appellabatur, quod κρηνῶν i. e. *fontes* inibi scaturirent, ut testatur Appianus de Bellis Civilibus lib. 4. Οἱ ὃ Φίλιππος, πόλις ἐστὶν, ἣ Δάτος ὠνομάζετο πάλαι, καὶ Κρηνίδες ἔτι ὑπὸ Δάτου· κρηνῶν γὰρ εἰσι πολὺ τοῦ λόφου ναμάτων πολλαί· Φίλιππος δὲ ὡς δύσεις ἐπὶ Θρᾴκας χωρίον ὀχυρώσατο, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ Φιλίππους προσεῖπεν. Ἔστι δὲ ἡ πόλις ἐπὶ λόφου ἀποκρήμνου, τοσαύτη τὸ μέγεθος, ὅσον ἐστὶ τοῦ λόφου τὸ ὄρος, &c. i. e. *Philippi verò, urbs est quæ antiquitus* Datus *nominabatur, & adhuc etiam ante Datum* Crenides: κρηνῶν *enim id est, fontes circa eum tumulum scaturiunt. Philippus autem hunc locum, ut opportunum-natura adversus Thraces munivit & à se ipso* Philippos *appellavit. Sita est urbs in prærupto tumulo, tanta magnitudine, quanta est tumuli latitudo. Habet à septentrione saltus, per quos exercitum Cassianum traduxit Rascupolis: versus meridiem est ei proxima palus & mare post eam: versus orientem fauces Sapæorum, & Turpilorum: ex occidente planities patet usque ad Murcinum & Drabiscum & fluvium Strymonem stadiorum circiter* CCCL. *fertilis admodum & amœna, ubi raptam dicunt Proserpinam, cum flores legeret.* Fuit hæc urbs celeberrima pugna inter Augustum & Cæsaris percussores; qua de causa ab Andino vate celebratur Georgic. lib. 1. v. 490.

Ergo inter se paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi.

Ad quem locum Servius: *Philippi civitas est Thessaliæ, in qua primò Cæsar & Pompeius, postea Augustus & Brutus cum Cassio dimicaverunt.* Loquitur Servius contra historiæ veritatem ex Poëtæ mente, qui poëtica licentiâ loquutus est. Campi enim Pharsalici, ubi Cæsar & Pompeius dimicarunt, diversi sunt à Philippicis, ubi Augustus cum Bruto pugnavit; Hanc urbem alii Thessaliæ, alii Thraciæ, alii Macedoniæ adscribunt, erant enim hæ regiones finitimæ.

54 Δαυλὶς, πόλις Φωκίδος, ἐν ᾗ τὰ κατ' Πρόκνην, &c.] Daulis, urbs Phocidis, ubi accidisse ajunt illud Procnes & Philomelæ. Fuere istæ Pandionis regis Athenienſium filiæ, quas in aves conversas fuisse fabulabantur, Strabo lib. 9. Ἐν τῇ μεσογείᾳ μὲν Δελφῶν ὡς πρὸς τὸν ἑω Δαυλὶς πολίχνιον, ὅπου Τηρέα τὸν Θρᾴκα φασὶ δῦναι δοῦναί, καὶ τὰ περὶ Φιλομήλαν καὶ Πρόκνην ἐκεῖ μυθεύσαι. i. e. *In mediterraneis verò post Delphos ferme versus orientem Daulis est oppidulum, ubi Tereum Thracem ajunt regnasse, & illud de Philomela & Procne illic accidisse fabulantur.* Fabula Terei, Philomelæ & Procnes ex Mythologis, si cui placet, discenda est. Unde Procne *Daulias ales* vocatur ab Ovidio Epist. 15. Sapphus ad Phaonem v. 154.

Sola virum non ulta piè mœstissima mater,
Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.

55 Ὅμηρος.] Hemistichium illud Homericum legitur Il. 2. v. 520. cujus integra carmina sunt:

Οἱ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε πετρήεσσαν,
Κέλσαντες ζαθέην, καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα.
Qui Cyparissum habebant, Pythonaque petrosam
Crissamque divinam, & Daulida, & Panopeá

56 Δαῦλον ὄν, τὸ δασύ, Δασεῖα δὲ ἡ πόλις, οἱ δ' ὕστερον Δαυλῖ φασι.] In his verbis pro Δαυλῖ lege ex Strabonis lib. 9. Δαυλίαν. Sic enim ille Τέμνεται δὲ τότε μεγένειαν ὑπὸ δ' δάσης· δαυλὰς γὰρ καλοῦσι τὰς δασεῖς. Ὅμηρος μὲν Δαυλίδα εἶπε, οἱ δ' ὕστερον Δαυλίαν, i. e. *Nomen loci factum fuisse à densitate: δαυλὰς enim vocant* densitatem, *h. e.* loca stirpibus consita. *Homerus quidem* Daulida *dixit, quam posteriores Dauliam.* Sed sicut ex Strabone correximus Stephanum; sic etiam ex Stephano corrigendus est Strabo apud quem loco allato pro δαύλας lege δαῦλα· δαῦλον enim ut scribitur apud nostrum est τὸ δασύ, quod confirmatur ex Hesychio, qui eodem modo inquit Δαῦλον, δασύ.

57 Παυσανίας δὲ δεκάτῳ ἀπὸ Νύμφης Δαυλίδος.] Pausanias libro decimo ab Stephano citato de hac urbe & ejus etymologia sic loquitur: Παυσανίας δὲ ὅσον σταδίους ἐπὶ τῷ ἀπέχει Δαυλίς. Οἱ δὲ ἐνταῦθα ἄνθρωποι, πολιῆται μὲν εἰσιν ὀλίγοι, μεγέθει δὲ καὶ ἀλκῇ καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι δοκιμώτατοι Φωκέων. Τὸ δὲ ὄνομα τῇ πόλει πεθεῖναι λέγουσιν ἀπὸ Δαυλίδος Νύμφης. Θυγατέρα δὲ, εἶναι δὲ Κηφισοῦ τῶν Δαυλίδα. Τοῖς δὲ ἔστιν εἰρημένον ὡς τὸ χωρίον ἔνθα ἡ πόλις ᾠκίσθη, παρεῖχε σφισιν δένδρα, καλεῖσθαι δὲ τὰ δασέα τότε τῶν πάλαι δαύλια. Ἔπι τούτοις δὲ καὶ Αἰσχύλον δὲ Γλαυκὸν δὲ Ἀνθηδονίς γενέσθαι τὸν ὀνομαζόμενον δαῦλον. &c. i. e. *A Panopeo verò circiter stadia septem distat Daulis. Oppidani in ea numero quidem sunt non multi, magnitudine verò & fortitudine adhuc etiam mea ætate Phocensium celeberrimi nomen urbi positum fuisse dicunt à Daulide Nympha, Cephissi filia. Ab aliis verò dictum est, locum, in quo urbs condita fuit, habere densas arbores, vocari verò* densa *ab antiquis* δαύλια; *hac de causa Æschylum Glauci Anthedonii* mentum *barbam nominasse* δαῦλον, i. e. *densum, &c.* In quibus Pausaniæ verbis pro δαύλια legendum δαῦλα, juxta rationem, quam nota præcedenti reddimus. Quin etiam in versione Latina pro *barbam* legitur *montem* maxima interpretis vel Typographi incuriâ. Quod admoneo, non tam reprehendendi interpretem studio, quam meos errores excusandi causâ. Nullus est enim, qui omnibus horis sapiat.

ΔΑΎΝΙΟΝ[58], πόλις Ἰταλίας.[59] Λυκόφρων·

Ὑπὲρ Λατίνας, Δαυνίας τ' ὠσιζῳήν.

Τὸ ἐθνικὸν, Δαύνιοι· καὶ Δαυνία τὸ θηλυκὸν, καὶ Δαυνικὴ καθ' συγκοπὴν, ἀπὸ τῆς Δαυνιάτης. Καὶ Δαυνιαλικός. Ἔστι καὶ Δαύνιον τεῖχος Θρᾴκης. Ὁ πολίτης, Δαυνιοτειχίτης.

ΔΑΎΣΑΡΑ, πόλις περὶ Ἔδεσσαν· ὁ πολίτης Δαυσαρλιὸς, ὡς Ἀναρλιὸς, Ἀδαρλιός.

ΔΆΦΝΗ[60], προάστειον ἐπισημότατον τῆς Ἀντιοχείας μητροπόλεως. Τὸ ἐθνικὸν, Δαφνίτης· καὶ Δαφνητικὸν, κητικόν. Ἔστι καὶ ἄλλη Δάφνη, Λυκίας χωρίον.[61] Ἔστι καὶ ἄλλη πλησίον Πηλουσίου, ὅπου πρὸς τοῖς ἐκεῖ πολλῶν φυομένων δαφνῶν. Οἱ οἰκοῦντες, Δαφναῖοι. Ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη, φαινομένη ὅπου τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι. Ἔστι καὶ προάστειον Δάφνη ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ἐν ἀριστερᾷ, ὅπου τὰ ἀνάπλουν ἀνιοῦσιν, ὃ λέγεται Σέργιον.

ΔΑΦΝΟΎΣ[62], φωκικὴ πόλις, δρεσνικῶς λεγομένη. Ὁ πολίτης, Δαφνούντιος, ἢ Δαφνούσιος. Καὶ θηλυκῶς Δαφνούσις. Δαφνοῦσσαν δὲ αὐ-

DAUNIUM, urbs Italiæ. Lycophron:

Supra Latinos, Dauniosque habitatam.

Gentile, Daunii. Fœmineum, Daunia, & Daunica per syncopen à Dauniatæ, & Dauniaticus. Est etiam Daunium, Thraciæ murus. Civis, Dauniotichites.

DAUSARA, urbs circa Edessam. Civis, Dausarenus, ut Anarenus, Adarenus.

DAPHNE, suburbium celeberrimum ad orientalem partem Antiochiæ metropolis. Gentile, Daphnites. Possessivum, Daphniticum. Est & alia Daphne, Lyciæ oppidum. Est & alia prope Pelusium, sic dicta, quod illic multæ nascerentur lauri. Incolæ, Daphnæi. Est etiam Daphne portus, quæ eminet in ore Ponti ad dexteram naviganti. Est & suburbium Daphne in ore Ponti ad sinistram sursum navigantibus, quod dicitur *Sergium*.

DAPHNUS, urbs Phocidis, masculini generis. Civis, Daphnuntius, vel Daphnusius, & fœminini generis Daphnusis. Eupho-

58 Δαύνιον, πόλις Ἰταλίας.] Nemo omnium, quod sciam, dixit unquam Daunium Italiæ urbem; at Dauni urbs usurpatur ab Andino vate, juxta Servii sententiam pro Ardea ad Æneid. lib. 10. v. 688.

Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.

Daunia verò erat Italiæ regio, quæ hodie vulgo Italis dicitur *Puglia piana*, Latinis dicebatur *Apulia*, cujus incolas Græci *Daunios* vocabant, auctore Strabone lib. 5. Ὁ δὲ παράπλους ἀπὸ τοῦ Πικεντίνου ἐπὶ τοὺς Ἀπούλους, οὓς οἱ Ἕλληνες Δαυνίους καλοῦσι τοὺς ἐπὶ θάτερα τοῦ ὄρους ὄντας, ὅσον υ'. i. e. *Navigatio verò secundum litus à Picentina ad Apulos, quos* Daunios *Græci vocant, stadiorum est circiter* CCCCL.

59 Λυκόφρων.] Lycophron, cujus carmen affert noster, non celebrat Daunios tanquam urbem, sed tanquam regionem. Sic enim se habent ejus carmina ex Alexandra seu Cassandra:

Κῆρυξ δὲ χώραν ἐν τύποις Βορειγόνων
Ὑπὲρ Λατίνας, Δαυνίας τε φωσιζῳήν
Πύργους τριάκοντα ———

Condet verò regionem in locis Borigonum
Ultra Latinos, Dauniosque habitatam
Turres triginta ———

Quare apud Stephanum pro ὠσιζῳήν lege ὠκιζῳήν.

60 Δάφνη, προάστειον ἐπισημότατον τῆς ἐν Ἀντιοχείας. Fuit verò Daphne mediocris vicus, & lucus ingens & opacus, fontanis aquis irriguus, in cujus medio erat fanum Apollinis, ac Dianæ, & asylum, quò Antiochenses, aliique finitimi ad festa celebranda de more conveniebant, teste Strabone lib. 16. Ὑπάρχειται δὲ πεπαρασκευασμένα στάδιος ἡ Δάφνη, καθικνεῖται μετρίᾳ· μέγα δὲ καὶ σωτηρίως ἄλσος, διαῤῥέοντος πηγαίοις ὕδασιν· ἐν μέσῳ δὲ ἄσυλον τέμενος, καὶ νεὼς Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀρτέμιδος. Ἐνταῦθα δὲ πανηγυρίζειν ἔθος Ἀντιοχεῦσι καὶ τοῖς ἀσυγείτοις· κύκλῳ δὲ ἄλσους ὀγδοήκοντα στάδιοι. Ῥεῖ δὲ τῆς πόλεως πλησίον Ὀρόντης ποταμός, &c. i. e. *Ulterius-sita est Daphne stadiis* XL. *mediocris habitatio; magnus verò & opacus lucus irriguus fontanis aquis, in medio autem est asylum, delubrum, & templum Apollinis & Dianæ; hic conventus-habere est consuetudo Antiochensibus, & vicinis: Luci ambitus est stadiorum* XXC. *Prope urbem fluit Orontes amnis, qui ex Cœlesyria initia habens, postea sub terram demersus, iterum emergit: & per Apamiensium regionem ad Antiochiam procedens in mare Seleuciæ proximum defertur. Is cum prius* Typhon *diceretur, mutato nomine ab illo qui in eo pontem fecit,* Orontes *est appellatus.* Hujus celeberrimi Antiochiæ suburbii tabulam habes apud Abr. Ortelium in Theatri orbis terrarum Parergo tab. XLVIII. Adhuc ætate Juliani Apostatæ erat illic oraculum, quod ipse in Misopogone toties inquit adiisse, ut quoties memoria non tenuerit, sed cum hæc Ethnicorum oracula nihil aliud essent, præter meras impostoras, ut jam alibi annotavimus, omnia Principes Christiani sustulerunt, ut & eorum templa magno Ethnicorum dolore, ut videre est apud Eunapium in vita Ædesii, ubi queritur pro Diis qui mente concipiuntur, obtrudi ossa & capita hominum salita. Ex hoc suburbio fuit Theon philosophus Stoicus, qui scripsit Socratis apologiam, ut refert Suidas in Θέων. In eodem finivit Germanicus ultimum diem, teste Tacito Ann. lib. 2.

61 Ἔστι καὶ ἄλλη πλησίον Πηλουσίου.] Memoratur alia Daphne prope Pelusium Ægypti oppidum, quod Herodoto lib. 2. c. 30. dicitur num. plurativo, *Daphnæ Pelusiæ*, in quibus & in Elephantina urbe tempore Psammetichi regis Ægypti inquit collocata fuisse adversus Æthiopes ducenta & octo millia militum Ægyptiorum, quibus in locis etiam suo tempore Persarum milites excubabant: Ἐπὶ Ψαμμητίχου βασιλέως φυλακαὶ καθέστασαν ἔν τε Ἐλεφαντίνῃ πόλει πρὸς Αἰθίοπας, καὶ ἐν Δάφνῃσι τῇσι Πηλουσίῃσι· ἄλλη δὲ πρὸς Ἀραβίην τε καὶ Ἀσσυρίην καὶ ἐν Μαρέῃ πρὸς Λιβύης ἄλλη. ἔτι δὲ ἐπ' ἐμοῦ καὶ περσέων ἔτι τοιοῦτοι αἱ φυλακαὶ ἔχουσι ὡς καὶ ἐπὶ Ψαμμητίχου ἦσαν. Καὶ δὴ ἐν Ἐλεφαντίνῃ Πέρσαι φρουρέουσι, καὶ ἐν Δάφνῃσι. i. e. *Sub rege Psammetticho fuerunt in præsidiis collocati & in urbe Elephantina adversus Æthiopes & Daphnis Pelusiis, alii verò adversus Arabes & Assyrios, & alii in urbe Marea adversus Libyam; adhuc verò mea ætate & Persarum præsidia excubabant, quemadmodum sub Psammetticho; etenim in Elephantina* [urbe] *& Daphnis Persæ excubant.* Memoratur etiam Antonino in Itiner. cui *Daphnus* dicitur, sed hujusmodi terminationum μεταβολὴ apud scriptores est translativa.

62 Δαφνοῦς, Φωκικὴ πόλις, ἀρσενικῶς, &c.] Daphnuntius, urbs Phocica, sed jam ætate Strabonis diruta, ut ipse rerum monumentis tradit lib. 9. Δαφνοῦς δὲ νῦν μὲν κατέσκαπται· πρὸ δὲ πολὺ τοῦ Φωκικοῦ πόλις ἀπῳκημένη τοῦ Εὐβοϊκοῦ θαλάσσης, διαιροῦσα τοὺς Ἐπικνημιδίους Λοκροὺς, &c. i. e. *Daphnus verò nunc quidem eversa est, fuit autem aliquando Phocidis urbs Euboïcum tangens mare, dividens Epicnemidios Locros.*

63 Ἔ

ὡς τῶ Φησιν Εὐφορίων. Τὸ ἐθνικὸν, Δαφνησαῖος, ἢ Δαφνήσιος. Ἔστι δὲ καὶ Δαφνησὶς λίμνη, πλησίον τῆς Ὀλύμπου τῆς Βιθυνῆς. Ἔστι καὶ δῆμος πλησίον τῆς Κῶ, ὁ Δαφνῆς λεγόμενος· καὶ δημότης, Δαφνήσιος. Ἔστι καὶ Δαφνήσιον πρὸς τῷ Ῥήγιῳ, πλησίον τῆς Θρᾳκῶν γῆς. [63] Ἔστι καὶ Αἰγύπτιος κώμη.

A phorion verò *Daphnusam* eam vocat. Gentile, Daphnusæus, vel Daphnusius. Est etiam Daphnusis palus, prope Olympum Bithyni. Est & populus prope insulam Co *Daphnûs* dictus. Popularis, Daphnusius. Est & Daphnusium ad Regium, prope Thracum terram. Est B & Ægypti vicus.

ΔΑΧΑΡΗΝΟΙ [64], ἔθνος Ἀραβίας, ἀπὸ Ναβάτου πεπαιγροδυθὲν Ναβαταῖον. [65] Σημαίνει δὲ τὸ Δαχαρηνοὶ ἀρσενικῶς.

DACHARENI, populi Arabiæ, à Nabate, *Nabatæi* dicti. Dachareni verò significat masculos.

ΔΕΔΜΑΣΑ, ὡς Πήγασοι, πόλις Καρίας. C Ὁ πολίτης, Δεδμασεύς, ὡς Πηγασεύς.

DEDMASA, ut Pegasa, urbs Cariæ. Civis, Dedmasensis, ut Pegasensis.

ΔΕΣΙΛΟΙ, ἔθνος Θρᾳκικόν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

DESILI, populi Thraciæ. Hecatæus Europa.

ΔΕΙΠΝΙΑΣ [66], κώμη Θεσσαλίας πρὸς Λάρισαν, ὅπου φασὶ τὸν Ἀπόλλωνα δειπνῆσαι D πρῶτον, ὅτε ἐκ τῶν Τεμπέων καθαρθεὶς, ὑπέστρεψε, καὶ τῷ παιδὶ τῷ Δρακομισῇ τὴν Δάφνης, ἔθος ἐστὶ τοῖς τῇδε παραγινομένοις δειπνεῖν. Καλλίμαχος τετάρτῃ·

DIPNIAS, vicus Thessaliæ circa Lariſſam, ubi ajunt Apollinem cœnasse primum, cum ex Tempe purgatus rediit, ac puero, qui ferebat δάφνην, id est, *laurum* mos erat huc pervenienti cœnare, Callimachus lib. 4.

Δειπνιὰς ἔνθεν μιν δεδείχαται. E *Dipnias unde ipsum excipiebant.*

Τὸ ἐθνικὸν Δειπνιεύς, ὡς Ἀφροδισιεύς, καὶ Ὀρθωσιεύς.

Gentile, Dipniensis, ut Aphrodisiensis, & Orthosiensis.

ΔΕΙΡΑΔΕΣ [67], δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Δειράδη τινός. Ὁ δημότης, Δειραδιώτης. F

DIRADES, populus Leontidis tribus, à Dirade quodam. Popularis, Diradiotes.

ΔΕΙΡΗ [68], ἄκρα καὶ πόλις ὁμώνυμος πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ· Στράβων ιε. Ἔστι καὶ πόλις Ἀθηναίων συμμαχική. Τὸ ἐθνικὸν, Δειραῖος.

DIRE, promontorium, & urbs ejusdem nominis ad Æthiopiam; Strab. lib. 15. Est etiam urbs Athenienſium socia. Gentile, Diræus.

ΔΕ- DE-

63 Ἔστι καὶ Αἰγύπτιος κώμη.] Ego reor Stephanum falsum esse & hunc vicum esse eumdem, qui sectione præcedenti dicitur *Daphne* prope Pelusium, quippe hic in Antonini Itiner. dicitur *Daphnus*, de quo nota 61. præcedenti egimus.

64 Δαχαρηνοὶ, ἔθνος Ἀραβίας ἀπὸ Ναβάτου, &c.] Dacharenos, gentem Arabiæ nemo, quod sciam præter Ptolemæum lib. 6. c. 7. memoravit, hanc à Nabate appellatam fuisse *Nabatæam* inquit noster. De Nabatæis verò videsis, quæ suo loco annotamus.

65 Σημαίνει δὲ τὸ Δαχαρηνοὶ ἀρσενικῶς.] In his verbis pro ἀρσενικῶς. i. e. *masculine*, lege ἀρσενικές. i. e. *masculinos*. Mens enim Stephani est Dacharenorum nomen significare masculos, quod etiam confirmat Eustathius ad Periegetæ v. 955. nostrum auctorem advocans: Ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἀναγραφεὺς, inquit ille: Λέγει ὅτι καὶ Δαχαρηνοὶ τὸ τοιοῦτον ἔθνος ἐκλήθη, ὃ ἐστιν ἀρσενικοί. i. e. *Ethnicorum scriptor inquit hanc gentem, scilicet* Nabatæos *vocatam fuisse Dacharenos, quod est masculini.* Nempe à דכר *dacar*, quod apud Arabes significat *marem*, ab Hebræo זכר *zacar*, mutato z in *d*.

66 Δειπνιὰς, κώμη Θεσσαλίας πρὸς Λάρισαν.] Memoratur ab auctore nostro Dipnias vicus Thessaliæ prope Lariſſam, cui nomen impositum inquit ab illa Apollinis fabula; nemo, quod sciam, hujus vici meminit, nisi Philippus Ferr. Alexandrinus, cui *Daphne* dicitur, ubi Daphnen à Phœbo adamatam fuisse inquit, ad quem fulciendum, ne sine auctoritate corruat, affert versiculum Ovidii ex ejus Metamorphoseon lib. 1. qui apud hunc poëtam legitur libro citato v. 452.

Primus amor Phœbi Daphne Peneia, quem non
Sors ignara tulit.

Sed pace tanti viri liceat mihi dicere, nihil habere cum Phœbo commune vicum, sed Nympham, nec ex eo evinci in illo vico fuisse Daphnem à Phœbo adamatam.

67 Δειράδης, Δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.] Dirades, populus. *h. e.* oppidum Leontidis tribus, cujus meminere Harpocratio & Suidas; ex hoc oppido celebrat Plutarchus in Alcibiade Phrynichum ducem Alcibiadi adversarium, de quo videsis Meurs. de populis Atticæ.

68 Δειρὴ, ἄκρα καὶ πόλις ὁμώνυμος, &c.] Dire, promontorium & urbs ejusdem-nominis prope Æthiopiam ex Strabonis lib. 15. qui ejus meminit lib. 16. non decimo quinto, ut inquit noster, sed est σφάλμα μνημονικὸν. Ejus hic subjiciam verba: Ποιεῖ δ' ἄκρα τε στενὰ πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν, Δειρὴ καλουμένη, καὶ πολίχνιον ὁμώνυμον αὐτῇ· κατοικοῦσι δ' Ἰχθυοφάγοι. Καί φασιν οὐτοῦθα στήλην εἶναι Σεσώστρεως καὶ Αἰγυπτίων, μηνύουσαν ἱεροῖς γράμμασι τὴν διάβασιν αὐτῶν. Φαίνεται γὰρ τὴν Αἰθιοπίδα, καὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν πρώτους καταστρεψάμενος ἐκεῖνος, &c. i. e. *Facit vero promontorium angustias versus Æthiopiam* Dire *nomine, & oppidulum ejusdem nominis, habitant autem Ichthyophagi. Et ajunt ibi columnam esse Sesostris Ægyptii significantem sacris literis transitum ipsius. Hic enim primus videtur Æthiopiam & Troglodyticam subegisse, &c.* Memoratur etiam Ptolemæo lib. 4. c. 7. Μετὰ τὰ στενὰ ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ Δείρη πόλις ἐν ἄκρᾳ. i. e. *Post angustias in rubro mari Dere urbs in promontorio.* Eadem est urbs & quæ memoratur ab Strabone, & quæ à Ptolemæo celebratur in mari rubro, quippe Æthiopia in hoc mari aliqua etsi pauca oppida habebat. Nec interest, quod apud Strabonem Δειρὴ & apud Ptolemæum Δηρὴ scribatur. Hoc enim haud est insolens apud scriptores in oppidorum nominibus.

ΔΕΚΕΛΕΙΑ[69], δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, ἀπὸ ξ ἡγησαμένου τοῖς Διοσκούροις εἰς Ἀφίδνας, ὡς Ἡρόδοτος ἐννάτῳ. 70 Ὁ δημότης, Δεκελειεύς. Τὸ τοπικὸν, Δεκελειαθεν. Τὰ γὰρ ἀπὸ ὀξυτόνων εἰς α, ἢ εἰς η γινόμενα, ἀφ' ὧν τὸ ηθεν, ἢ αθεν, περισπῶσι. Παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ, Δεκελειόθεν, Δεκελειάζε, Δεκελειᾶσι.

DECELIA, populus Hippothoontidis tribus, sic dicta ab eo, qui Dioscuris dux viæ fuit in Aphidnas, ut Herodotus lib. 9. Popularis, Decelieus; locale, ex-Decelia. Localia enim ab oxytonis in *a*, vel in *e*, per ηθεν, vel αθεν circumflectuntur in penultima. Apud Callimachum verò reperire est δεκελειοθεν, &c. i. e. *ex-Decelia*, *in-Deceliam*, *in-Decelia*.

ΔΕΚΕΝΤΙΟΙ[71], ἔθνος Παννονίας, ἀπὸ Δεκεντίου τοῦ Μάγνου παιδὸς, Μαγνεντίου δ' ἀδελφοῦ. Τὸ θηλυκὸν, Δεκεντιάς, ὡς Παρθένιος ὁ Φωκαεύς.

DECENTII, populi Pannoniæ, à Decentio Magni filio, Magnentii verò fratre. Fœmineum Decentias, *adis*, ut Parthenius Phocensis.

ΔΕΚΙΕΤΟΝ[72], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Δεκιῆται, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν α γεωγραφουμένων.

DECIETUM, urbs Italiæ. Gentile, Decietæ, ut Artemidorus lib. 1. Geographiæ.

ΔΕΛΜΑΤΙΑ[73], Ἰταλίας χώρα. 74 Οἱ οἰκήτορες, Δαλματεῖς καὶ Δαλμάται.

DELMATIA, Italiæ regio. Incolæ, Dalmatenses, & Dalmatæ.

ΔΕΛΤΑ[75], πόλις πρὸς τῇ Συρίᾳ, καὶ νῆσος Αἰγύπτου· ὡς Ἔφορος, κατ' Αἰγυπτίους καλου-

DELTA, urbs prope Syriam, & insula Ægypti, ut Ephorus, secundum Ægy-

69 Δεκέλεια, δῆμος τῆς, &c.] Decelea, populus Hippothoontidis tribus ex Herodoti lib. 9. qui libro ab auctore nostro citato c. 72. memorat Decelum, à quo innuit noster huic populo nomen inditum, qui Dioscuris, hoc est Tyndaridis Helenam quærentibus viam ostendit in Aphidnas, ex eo populo celebrat Sophanem, qui extremè se gessit in pugna ad Platæas adversus Persas. Hoc oppidum Lacedæmonii initio anni deciminoni belli Peloponnesiaci munierunt, ex quo multa damna Athenienſibus fecerunt, auctore Thucydide lib. 7. Ἡγεῖτο δὲ Ἀγις ὁ Ἀρχιδάμου Λακεδαιμονίων βασιλεύς. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν χώρας τὰ πρὸς τὸ πεδίον ἐδήωσαν, ἔπειτα Δεκέλειαν ἐτείχιζον, καὶ πόλεις διελόμενοι τὸ ἔργον. Ἀπέχει δὲ ἡ Δεκέλεια σταδίους μάλιστα τῆς Ἀθηναίων πόλεως εἴκοσι καὶ ἑκατόν: προσοικοδόμησαν δὲ καὶ πολλῷ πλέον καὶ ἐπὶ τῆς Βοιωτίας, &c. i. e. *Dux erat verò Agis Archidami filius Lacedæmoniorum rex. Ac primum quidem regionis plantiem circunjacentem vastârunt, deinde Deceleam munierunt, opus inter civitates partiti: Abest verò Decelea maxime ab Athenienſium urbe centum & viginti ſtadiis, ſimiliter verò non multò plus à Bœotia.* Idem testatur etiam Pausanias in Laconicis: Ἐνέβαλε δὲ καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν σωνεχῶς ὁ Ἀγις στρατεία, καὶ ἐπεῖχισε φρούριον Ἀθηναίοις τὸ ἐν Δεκελείᾳ. i. e. *Intulit verò in Atticam continuò Agis bellum, & munivit caſtellum adverſus Athenienſes quod erat in oppido Decelea.* Adeò celebre fuit hoc castellum ut ab eo *Peloponneſiacum bellum* à parte ultimi, *Decelicum* diceretur, auctore Harpocratione in Δεκελεικὸς apud quem pro Δεκελεικὸς, nescio an scribendum sit Δεκελειακὸς, necne, ut & apud Strabonem lib. 9.

70 Ὁ δημότης, Δεκελειεύς, τὸ τοπικὸν Δεκελειαθεν, &c.] Popularis Decelieus, locale Δεκελειαθεν, & Δεκελειηθεν. i.e. *ex-Decelea*, secundum terminationem nominativi. Quare apud Herodotum lib. 9. c. 72. juxta nostri auctoris scripturam in his verbis Ἀθηναίων δὲ λέγεται σύδενα μηῆσαι Σωφάνεα ὁ Εὐτυχίδεω, ἐὼν δήμου Δεκελῆθεν. i. e. *Ex Athenienſibus verò dicitur eminuiſſe Sophanes Eutychidæ filius è populo Decelenſi*; pro Δεκελῆθεν scribendum est Δεκελειῆθεν, ut & popularis Δεκελειεύς, sed Herodoto, populus Δεκελέη, & ille à quo nomen accepit Δέκελος, & popularis Δεκελεύς dicitur, utrum rectè, necne, tuo relinquo arbitrio: pro auctore verò nostro stat Thucydides, cui populus iste Δεκέλεια dicitur, ut apparet ex ejus verbis numero præcedenti allatis.

71 Δεκένλιοι, ἔθνος Παννονίας, &c.] Decentii, gens Ponnoniæ memoratur, à nemine quod sciam memorata; Joseph. Scalig. in suis ad Euseb. Chronic. Animadverſ. N. MMCCC LXIX. affert hanc nostri auctoris sectionem sed nihil novi addit.

72 Δεκίητον, πόλις Ἰταλίας, τὸ ἐθνικὸν Δεκιῆται.] Decietum, urbem Italiæ celebrat, cujus cives dicebantur *Dicietæ*; Plinio *Deceates* dicuntur, qui eos lib. 3. c. 5. inter Ligurum celeberrimos populos memorat. Ejus sunt verba: *Ligurum celeberrimi ultra Alpes Sallyi*, Deceates, *Oxubii*. Memorantur etiam Straboni lib. 4. Πολύβιος δὲ προσέθηκε τοῖς δυσὶ φύλοις τῶν Λιγύων τοῖς λεχθεῖσι τό τε τῶν Ὀξυβίων, καὶ τὸ τῶν Δεκιήτων. i.e. *Polybius verò addit duabus gentibus Ligurum dictis gentem Oxybiorum & Deceïtarum.* Strabo videtur respexisse verba Polybii quæ in ejus Eclogis περὶ πρεσβειῶν CXXXIV. leguntur: Ἡ δὲ σύγκλητος πυθομένη τὰ γεγονότα, προσεχρημάτισε τὸν ἕνα τῶν ὑπάτων Κοίντον Ὀππιον ἐξαπέστειλε μετὰ δυνάμεως, πολεμήσοντα τοῖς Ὀξυβίοις, καὶ Δεκιήταις. i. e. *Senatus verò de iis quæ acciderant factus certior extemplo alterum Coſ. Q. Opimium cum exercitu proficiſci juſſit ad bellum cum Oxybis & Decietis gerendum.* Quare cum Polybius, Strabo, & Plinius Decietas memorent inter Ligurum populos, eorum quoque urbs Liguriæ, non Italiæ, ut inquit noster, debet adscribi.

73 Δελμαλία, Ἰταλίας χώρα.] Delmatia nostro, Italiæ regio, quæ aliis *Dalmatia* & verius *Illyridis* seu *Illyrici pars* dicetur, nomen accepit ab urbe *Dalminium*, seu *Delminium*, quæ nostro auctori dicitur *Dalmion*, de qua suo loco egimus, ac quia Illyris comprehendebat Dalmatiam, & Liburniam Histriæ conterminam, ideo noster eam *Italiæ regionem* vocat; quam sub Augusto, ut refert Florus lib. 4. c. 12. subegerunt Romani, Gotthi deinde vastarunt, postea Sclavonii occuparunt, à quibus *Sclavonia* dicebatur. Sclavonios Hungari, Hungaros Turci subjugarunt; Dalmatiæ maritimam oram tenent Veneti, exceptis aliquibus civitatibus. De qua videsis Ptolemæum Geographiæ lib. 2. c. 17. Cluv. Introduct. Geographiæ lib. 4. c. 4.

74 Οἱ οἰκήτορες, Δαλματεῖς καὶ Δαλμάται.] Incolæ Dalmatiæ dicuntur *Dalmateis* & *Dalmatæ*, in *Dalmion* verò inquit hujus urbis cives sic etiam dici, quare Dalmatæ & Dalmateis de regione, & de urbe intelligi possunt.

75 Δέλτα, πόλις πρὸς τῇ Συρίᾳ, καὶ νῆσος Αἰγύπτου.] Delta, urbs prope Syriam; & insula Ægypti. De Delta Syriæ urbe altum est silentium apud scriptores: Delta verò, quod nostro dicitur Ægypti insula, nomen est adepta à figura literæ *Delta*, quam referebat. Ptolemæus lib. 4. c. 5. memorat tres hujus nominis regiones in Ægypto, scilicet magnum & parvum Delta, necnon tertium Delta: ex quibus, illam, quæ erat propter Alexandriam, Hirtius de Bello Alexandrino *nobiliſſimam* vocat. *Locus eſt ferè regionum illarum nobiliſſimus, non ita longe ab Alexandria, qui nominatur* Delta, *quod nomen à ſimilitudine literæ cepit.* Erat ex clarioribus insulis, quas efficiebat Nilus, teste Ammiano lib. 22. c. 36. *Oriens autem* [loquitur de Nilo] *unde dictum eſt, propellitur à paludibus aduſque cataractas, inſulaſque efficit plures: quarum aliquæ ita porrectis aquis dicuntur extentæ, ut ſingulas ægre tertio die relinquat. Inter quas duæ ſunt claræ, Meroë & Delta, à triquetræ literæ forma hoc vocabulo ſignatius appellata.*

76 Δελ-

καλουμένη Πύμυρις, ἀπὸ τῆς ἐχήμαλῳ ὁμοιότητος. Ἐθνικὸν τὸ νῆσος, Δελτίτης. Τῆς δὲ πόλεως, Δελτωὸς, τῷ ἐγχωρίῳ τύπῳ. Οὐ γὰρ ἐνετύχομεν. A

gyptios *Ptimyris* vocata, à figuræ similitudine. Gentile insulæ, Deltites; urbis verò Deltenus, regionis forma consueta; non enim illud legimus.

ΔΕΛΦΟΙ[76], πόλις ὑπὸ τὸν Παρνασσὸν, πρὸς τῇ Φωκίδι, ἔνθα τὸ ἄδυτον ἐκ πέντε καλεζκόδα- B ρων λίθων, [77] ἔργον Ἀγαμήδους καὶ Τροφωνίου. [78] Ἔστι καὶ Δελφοῦσα ὑπὸ τόπου κρουνή. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμωνύμως τῇ πόλει. Τὸ θηλυκὸν, Δελφίς. Καὶ κλητικὸν, Δελφικός. Ἐκλήθησαν δὲ Δελφοὶ, ὅτι Ἀπόλλων σωέπλευσε δελφῖνι εἰκασθείς· C καὶ ἱδρύσαι Ἀπόλλωνι ἱερόν. [79] Ἔστι καὶ Δελφουσία πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Ἀνδροτίων ἐν β΄ Ἀτθίδος. Ἐθνικὸν Δελφουσιάτης, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

DELPHI, urbs in monte Parnasso, juxta Phocidem, ubi adytum [*fanum*] ex quinque lapidibus constructum est, opus Agamedis, & Trophonii. Est & Delphusa loci fons. Gentile, ejusdem nominis cum urbe, fœmin. Delphis, possessiv. Delphicus. Delphi verò vocati sunt, quod Apollo navigavit Delphino similis, ubi Apollini templum ædificatum fuit. Est etiam Delphusia urbs Arcadiæ, ut Androtion Atthidis lib 2. Gentile, Delphusiates, regionis forma.

ΔΕΛΦΙΝΙΟΝ[80], φρούριον Χίων, ὡς Θουκυδίδης ἐγδόῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Δελφίνιος. Προκαταλελείφθη γὰρ ὁ τύπος ὑπὸ τοῦ ἐθνικοῦ, ἢ Δελφινιάτης. D

DELPHINIUM, castellum Chiorum, ut Thucydides lib. 8. Gentile, Delphinius. Forma enim gentilis in prototypo præoccupata est, vel Delphinienſis.

ΔΕΛ- DEL-

76 Δελφοὶ, πόλις ἐπὶ τοῦ Παρνασσοῦ, πρὸς τῇ Φωκίδι.] Delphi, orum, urbs in monte Parnasso juxta Phocidem, *umbilicus terræ* Græcis dicta, quod jam alibi annotavimus. Ex nostris etiam id inquit Liv. lib. 38. c. 47. *Etiam Delphos, quondam commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli spoliaverunt, nec ideo P. R. his bellum indixit, aut intulit.* Acsi ubicunque terrarum non possit existimari *terræ umbilicus*, cum terra sit rotunda; sed, ut inquit Plinius, fuere Græci genus in gloriam suam effusissimum, habebat templum, & oraculum Apollinis toto terrarum orbe celeberrimum, donis multarum gentium, & Regum auctum, quod quinquies ædificatum fuisse refert Pausanias lib. 10. cujus ætate adhuc extabat; incensum fertur à Phlegyis, à Pyrrho Achillis filio, à Thracibus, ab exercitu Xerxis, à Pisistradis, à Gallis; aliqui à Phlegya significante virum non gentem incensum fuisse referunt, inter quos est Euseb. Chronic. lib. 1. quod fulcitur etiam ex vate Andino Æneid. lib. 6. v. 618.

— *Phlegyasque miserrimus omnes*
Admonet, & magna testatur voce per umbras,
DISCITE JUSTITIAM *moniti, & non temnere Divos.*

Tantam auctoritatem habuit olim inter Ethnicos hoc oraculum, ut inde adagium diceretur, ὡς ἐκ τρίποδος. i. e. *tamquam è tripode*, de certis & indubitatis dici solitum. Ex tripode enim Pythia furore afflata oracula reddebat, de quo operæ pretium est audire Strab. lib. 9. Δηλοῦσι δ' οἵ τε ἱκετεύσαντες ὡς τὸν δῆμον καὶ δωσάσῃ κρῖσιν ἐκδύσασαν, εἰς ὃς καὶ χρήματα ἀνετίθεντο καθιερωμένα· καὶ ἔργα τῶν ἀρίστων δημιουργῶν, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ Πυθικὸς, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἰσορρεπόντων χρημάτων. Φασὶ δ' εἶναι τὸ μαντεῖον, ἄντρον κοῖλον καὶ βάθος, ἐ μάλα σύντομον· ἀναφέρεσθαι δ' ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα ἐνθουσιαστικὸν· ὑπαίρειαν δὲ τὸ στόμιον περίοδον ὑψηλὸν, ἐφ' ὃν τὴν Πυθίαν ἀναβαίνουσαν, δεχομένην τὸ πνεῦμα, ἀποθεσπίζειν ἔμμετρά πως καὶ ἄμετρα, ἐλέγειν δὲ καὶ ταῦτα εἰς μέτρον ποιητῶν τινας ὑπουργοῦντας τοῦ ἱεροῦ. Πρώτην δὲ Φημονόην φασὶ γενέσθαι Πυθίαν· κεκλῆσθαι δὲ καὶ τὴν φωνὴν ἅπασαν, καὶ τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι. i. e. *Ostendunt verò* [prius maximo fuisse in honore hoc Delphicum Oraculum] *thesauri, quos populi & Dynastæ apparavunt, in quos consecratæ pecuniæ fuerunt repositæ, & opera optimorum artificum, & agon Pythicus, & multitudo vulgatorum oraculorum. Ajunt verò Oraculum esse antrum cavum profundè ostio non admodum lato: efferri verò ex eo spiritum enthusiasticum, supra orificium jacere tripodem sublimem, quo conscenso Pythia ubi spiritum exceperit, oracula reddit ligata, solutaque oratione, hæc autem poëtas quosdam sani administros in metrum redigere. Primam autem* Phemonoën *ajunt fuisse Pythiam: vocatamque fuisse prophetissam sic, & urbem* ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι. i. e. *à percunctando*: Jam tempore Strabonis, omnia oracula defecerant, ut ipse testatur lib. 7. Ἐκλέλοιπε δὲ πως καὶ τὸ μαντεῖον τὸ ἐν Δωδώνῃ καθάπαξ πάλαι. i. e. *Sed & oraculum Dodonæum defecit, quemadmodum & reliqua*, de quorum defectu videsis Plutarchum in libello peculiari, cui titulum fecit περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, necnon Ciceronem de Divinatione, quæ omnia fuere meræ Ethnicorum impostura, cum homines erant simpliciores, postea cautiores facti non adeò facile credebant. Sybillini etiam libri ex eadem farina erant confecti. Callidè enim, qui illa composuit, perfecit, ut quodcunque accidisset, prædictum videretur, hominum, & temporum definitione sublata. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, ut iidem versus aliàs in aliam rem posse accommodari viderentur, juxta Lucretii sententiam lib. 1.

Omnia enim stolidi magis admirantur amantque
Inversis quæ sub verbis latitantia cernunt:
Veraque constituunt, quæ belle tangere possunt
Aureis, & lepido quæ sunt fucata sonore.

Dicam mihi meritò diceret ille celeberrimus philosophorum *Thersites*, si nefarium illud Delphorum adversus eum scelus hic non commemorassem, unde in adagium abiit Αἰσώπειον αἷμα. i. e. *Æsopeus sanguis*, dici solitum de eis, qui injustè occiduntur, ut tradit Suidas: à Delphis enim Delphis injustè occisus fuit. Nescio apud quem legerim citharam Neronis Delphis servatam fuisse, cujus suavitate chordarum poterant lenire crudelitatem illam adversus Æsopum.

77 Ἔργον Ἀγαμήδους καὶ Τροφωνίου.] Inquit fanum Delphicum, opus fuisse Agamedis & Trophonii; nempe secundo ædificatum, quod testatur Strabo, ex quo noster sua solet transcribere. Sic enim ille lib. 9. Τὸν δὲ δεύτερον Τροφωνίου καὶ Ἀγαμήδους ἔργον φασὶ· τὸν δὲ νεὼν Ἀμφικτύονες καθεζκόδασαν. i. e. *Secundum Trophonii & Agamedis opus esse ajunt, hodiernum Amphictyones construxerunt.*

78 Ἔστι καὶ Δελφοῦσα ὑπὸ τόπου κρουνή. Nemo omnium, quod sciam, memorat *Delphusam* Delphorum fontem, *Thelpusam* regionem legimus apud Pausaniam in Arcadicis, ubi etiam memoratur *Thelpusa* urbs Arcadiæ, quæ epitomatori nostro dicitur *Delphusia*.

79 Ἔστι καὶ Δελφουσία, πόλις Ἀρκαδίας.] Quæ epitomatori nostro dicitur Delphusia, civitas Arcadiæ, Pausaniæ in Arcadicis vocatur Thelpusa; Μετὰ δὲ τὸ Ἐλαυσινίας τὸ ἱερὸν, καὶ Θέλπουσαν τὴν πόλιν ὁ Λάδων παρέξειται ἐν ἀριστερᾷ· κειμένῳ μὲν ἐπὶ λόφῳ μεγάλῳ, τὰ πολλὰ δὲ ἐφ' ἡμῶν ἔρημον. i. e. *Post Eleusiniæ verò templum, & Thelpusam urbem Ladon præterfluit à lævâ, quæ jacet in magno tumulo, sed majore ex parte nostra ætate deserta.*

80 Δελφίνιον, φρούριον Χίων, ὡς Θουκυδίδης ἐγδόῃ.] Delphinium, *Castellum Chiorum* h. e. *insulæ Chii*, ex Thucyd. lib. 8. apud quem hæc leguntur: Οἱ δὲ ἐκ τοῦ Αἰσήτου Ἀθηναῖοι ἤδη ἀφεστηκότες τὴν Χίον τῇ στρατιᾷ καὶ κρατήσαντες τοῦ γῆς καὶ πολλάσης, Δελφίνιον ἐτείχιζον, χωρίον ἄλωστον ὂν γῆς κρατοῦσι, καὶ λι-

ΔΕΛΘΆΝΙΟΙ[81], πόλις μία τ̃ πολεμαχήτων Μεσσηνίων, καὶ Λακεδαιμονίων. Τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον.

A DELTHANII, urbs una earum, de quibus pugnatum est inter Messenios, & Lacedæmonios. Gentile, ejusdem nominis.

ΔΕΞΑΜΕΝᾺΙ, μέρος τ̃ Α᾽μβρακίας ἀπὸ Δεξαμενοῦ τ̃ Μεσόλα παιδὸς, καὶ Α᾽μβρακίας τ̃ θυγατρὸς Φόρβαντος, τ̃ Ἡλίου. Τὸ ἐθνικὸν, Δεξαμεναῖος, ὡς Α᾽ριστοτέλης φησὶν ἐν τ῀ Α᾽μβρακιωτῶν πολιτείᾳ.

B DEXAMENÆ, pars Ambraciæ, à Dexameno Mesoli filio, & Ambraciæ filiæ Phorbantis filii Solis. Gentile, Dexamenæus, ut Aristot. inquit in Ambraciotarum republica.

ΔΕΞΆΡΟΙ, ἔθνος Χαόνων, τοῖς ἐγχελέαις πλησιόχωροι· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ, ὑπὸ Α᾽μηρον ὄρος οἰκεῖν.

C DEXARI, populi Chaonum, Encheleis vicini, Hecatæus Europa, qui sub Amerum montem habitabant.

ΔΕ῾Ρ῾Ρ῾Α[82], τόπος Λακωνικῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Δερραῖος, ἢ Δερρεάτης. Α᾽φ᾽ οὗ Δερεάτιδος Α᾽ρέμιδος ἱερόν. Καὶ τὸν δῆμον δὲ Δειραδιάς φασι, καὶ τοὺς δημότας Δειραδιώτας, ἀπό τινος ἥρωος.

D DERRHA, locus Laconicæ. Gentile, Derrhæus, vel Derrheates. Unde Derrheatidis Dianæ templum. Populum quoque ipsum *Diradas* vocant, & populares Diratiotas, à quodam heroë.

ΔΕ῾Ρ῾ΒΗ[83], φρούριον Ἰσαυρίας, καὶ λιμήν. Ὁ καλοικῶν Δερβήτης, ὡς Σιδήτης, Πυλήτης. [84] Λέγεται δ᾽ ἴσως καὶ Δέρφεια· καὶ τὸ ἐθνικὸν, Δερβείτης. Καπίτων δ᾽ Δέρβην φησί. Τινὲς δὲ Δέλβειαν, ὅ ἐστι τῇ τ῀ Λυκαόνων φωνῇ ἄρκευθος· καὶ Α᾽ρκεύθη ἡ πόλις.

E DERBE, castellum Isauriæ, & portus. Incola, Derbetes, ut Sidetes, Pyletes. Dicitur verò forsitan Derphia, & gentile, Derbites. Capiton verò Derben inquit. Aliqui verò *Delbiam*, quod est in Lycaonum lingua *juniperus*: & Arceuthe urbs.

ΔΕΛΒΊΚΚΑΙ[85], ἔθνος πλησίον τ̃ Υ῾ρκανῶν. Α᾽πολλώνιος δὶς τὸ κκ γράφει. Κτησίας δ᾽ Δερβίκας αὐλάς φησιν; ἢ Τερβισσάς.

F DELBICCÆ, populi prope Hyrcanos. Apollonius per duplex *cc* scribit. Ctesias verò *Derbios* eos vocat, vel *Terbissos*.

ΔΕ῾-

DE-

καὶ λιμένας ἔχον, καὶ τ̃ τ῀ Χίων πόλεως ἐπολὺ ἀπέχον. i. e. *Athenienses verò e Lesbo ad Chium cum* [suis] *copiis jam appulsi, & terra, & mari potiti Delphinium muniverunt, locum alioqui & à terra munitum, & portus habentem, nec procul à Chiorum urbe distantem.*

81 Δελθάνιοι, πόλις μία τ̃ πολεμαχήτων, &c.] Delthanii, urbs una earum, quæ erant in confinio Messeniorum & Lacedæmoniorum, de qua aliquando inter se decertarunt, ubi erat templum Dianæ Limenitidis, de quo coram Tiberio Lacedæmoniorum & Messeniorum Legati contenderunt, ut apparet ex C. T. Annalium lib. 4. c. 43. *Auditæ dehinc Lacedæmoniorum & Messeniorum legationes, de jure templi Dianæ Limenitidis, quod suis à majoribus, suaque in terrâ dicatum, Lacedæmonii firmabant annalium memoriâ, vatumque carminibus. Sed Macedonis Philippi, cum quo bellassent, armis ademptum; ac post C. Cæsaris, & M. Antonii sententiâ, redditum. Contra Messenii veterem inter Herculis posteros divisionem Peloponnesi protulere, suoque regi Dentheliatem agrum, in quo id delubrum, cessisse; monimentaque ejus rei sculpta saxis, & ære prisco manere, quod si vatum, annalium ad testimonia vocentur, plures sibi ac locupletiores esse, neque Philippum potentiâ, sed ex verò statuisse, idem regis Antigoni, idem imperatoris Mummii judicium, sic Milesios permisso publicè arbitrio, postremò Atidium Geminum Prætorem Achaiæ decrevisse. Ita secundum Messenios datum.* Tacitus ex nostro auctore corrigendus est, apud quem scribitur *Dentheliatem agrum*, pro Delthaniatem agrum.

82 Δέρρα, τόπος Λακωνικῆς.] Derrhæ, locus Laconicæ, ubi erat Dianæ Derrheatidis fanum, & loci & Dianæ meminit Pausanias, apud quem lib. 3. locus Δέρριον, Diana Δερριάτις dicitur: Τοῦτό τε ἐν τῷ Λαπίθαιόν ἐστιν ἐν τῷ Ταϋγέτῳ, καὶ ἐ πόρρω Δέρριον, ἔνθα Ἀρέμιδος ἄγαλμα ἐν ὑπαίθρῳ Δερριάτιδος, &c. i. e. *Hoc igitur Lapithæum est in Taygeto, nec longè abest Derrhium, ubi sub dio Dianæ Derrhiatidis simulachrum.* Quare apud Stephanum pro Δερεάτιδος, legendum existimo Δερρεάτιδος.

83 Δέρβη, φρούριον Ἰσαυρίας, καὶ λιμὼν.] Derbe, castellum Isauriæ, & portus. Strabo lib. 12. id Lycaoniæ adscribit in latere Isauriæ prope Cappadociam: Παρέχουσι καὶ Γαμαλοῦς τραχήλους, καὶ τῆς Ἰσαυρικῆς προσυπερβυθίζει Πβολίον Σερβιλίου, ὃν ἡμεῖς εἴδομεν· Οὗς καὶ πρώτους ὑπέταξε Γαμαλοῦς, καὶ τὰς πολλὰς τ̃ πειρατῶν ἐρύμνας ἐξεῖλεν, τὰς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ. Τῆς δ᾽ Ἰσαυρικῆς ἐστιν ἐν πλουραῖς ἡ Δέρβη, μάλιστα τῇ Καππαδοκίᾳ, &c. i. e. *Exhibuerunt hi* [loquitur de piratis Isauriæ] *Romanis negotium, & Publio Servilio inde Isaurico appellato, quem nos vidimus. Qui & hæc Romanis subegit, & multas piratarum munitiones excidit, quæ ad mare erant. In latere Isauriæ est Derbe maxime versus Cappadociam.* Memoratur etiam Act. Apost. Συνιδόντες κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τ̃ Λυκαονίας Λύστραν, καὶ Δέρβην. i. e. *Id videntes confugerunt in urbes Lycaoniæ Lystram, & Derben.* Ex hac urbe fuisse Timotheum Pauli Apostoli discipulum auctor est sed sine auctore Gesnerus in *Derbe.*

84 Λέγεται δ᾽ ἴσως καὶ Δέρφεια.] Pro Δέρφεια legendum existimo Δέρβεια, formâ Α᾽γάμη, Α᾽γάμεια, de qua in Α᾽γάμεια num. 73. egimus, nostram conjecturam confirmant quæ sequuntur καὶ τὸ ἐθνικὸν Δερβείτης.

85 Δελβίκκαι, ἔθνος πλησίον τ̃ Υ῾ρκανῶν.] Delbiccæ, populi prope Hyrcanos. Literarum ordo clamat scribendum esse Δερβίκκαι: sic etiam vocantur à Ptolemæo lib. 6. c. 10. Καὶ κατέχουσιν αὐτῆς τὰ μὲν πρὸς τῇ Ὦξῳ πολεμοῦ Δερβίκκαι. i. e. *Et tenent ipsius* [Margianæ] *quæ juxta Oxum Derbiccæ.* Melæ lib. 3. & Straboni lib. 11. Derbices dicuntur: Ἐπίροις δ᾽, μηδένα λοχαγεῖσθαι τ̃ ἐξαμφοτέρων τὰ μέγιστα, ἀλλ᾽ ἐξορύττειν μόνον μ῀ τέκνων, ὑπαιθρίοις τοῖς Δέρβιξι· καὶ γὰρ ἐπὶ μακροῖς ἔτεσι σφάπτεσι· σεσωφρονήκασι γὰρ οἱ Δέρβικες, &c. i. e. *Alios in more positum est neminem eorum, qui maxima commiserunt crimina occidere, sed tantum cum liberis extra suos terminos ablegare; contra Derbicibus; hi enim ob levia morte multant. Venerantur verò terram Derbices.* Dercebii dicuntur Periegetæ v. 734.

——— αὐχὶ δ᾽ Μάρδοι
Ὑρκάνιοι, Τάπυροί τ᾽ ἐπὶ δὲ σφίσιν ὁλκὸν ἑλίσσῃ
Μάρδος, Δερκετίων τε καὶ ἀφνειῶν πόμα Βάκτρων.
——— *prope verò Mardi*
Hyrcanii, Tapyrique post autem ipsos tractum sinuat
Mardus, Dercebiorumque & divitum potus Bactrorum.

Si nimia corrigendi libros prurigine teneris ac apud Periegetam pro Δερκετίων volueris legere Δερβικίων per me licet; ego enim hæc non multum curo, quia nullum inde schisma in rempublicam literariam timeo.

85 Δι-

ΔΕ'ΡΕΑ, πόλις Α'ρκαδίας. Τὸ ἐθνικὸν Δερεεὺς, ὡς Ἡραιεύς. Α'ρκαδίας γὰρ ἀμφότεροι.

DEREA, urbs Arcadiæ. Gentile, Dereeus, ut Heræeus. Arcadiæ enim utrique.

ΔΕΡΑΙ'ΟΙ [86], Θρᾴκιον ἔθνος. Η'ρόδοτος Δερσαίους αὐτοὺς φησι.

DERÆI, populi Thraciæ, Herodotus *Derſæos* eos vocat.

ΔΕ'ΡΤΩΝ [87], πόλις Λιγυρῶν. [88] Α'ρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῆς ια, τὴν καλουμένην Δέρτωνα πόλιν. Τὸ ἐθνικὸν, Δερτώνιος, ὡς Α'ντρώνιος.

DERTON, urbs Ligurum. Artemidorus in epit. τῆς 11. *Vocatam Dertuna urbem.* Gentile, Dertonius, ut Antronius.

ΔΗΛΙ'Α, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Δηλιεὺς, τῷ λόγῳ τῆς Καρικῶν.

DELIA, urbs Cariæ. Gentile, Delieus, ſermone Carico.

ΔΗ'ΛΙΟΝ [89], πολίχνιον Βοιωτίας [90] ἐν Ταναγρᾳ, [91] ᾗ ἱερὸν Α'πόλλωνος. Τὸ ἐθνικὸν Δηλιεὺς, ὡς Σουνιεύς.

DELIUM, oppidum Bœotiæ in Tanagra, & templum Apollinis. Gentile, Delieus, ut Sunieus.

ΔΗ'ΛΟΣ [92], νῆσος μία τῶν Κυκλάδων· [93] Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ ὄνομα Κυκλάδες εἰσίν.

DELUS, inſula una Cycladum:

Delum circumdedere, & nomine Cycladeſ ſunt.

H Vel

86 Δερσαῖοι, Θρᾴκιον ἔθνος. Ἡρόδοτος Δερσαίους, &c.] Deræi, Thracia gens; Herodotus *Derſæos* eos vocat. Nempe lib. 7. c. 110. Ἔθνεα δὲ Θρηίκων, οἳ ὧν τὴν χώρης ὁδὸν ἐπεξῆλθε, τοιάδε· Παῶνοι, Κικόνες, Βίστονες, Σαπαῖοι, Δερσαῖοι, Ηδωνοὶ, Σάτραι. i.e. *Gentes verò Thracum, per quarum regionem iter fecit* [Xerxes] *hæ ſunt, Pæti, Cicones, Biſtones, Sapæi, Derſæi, Edoni, Satræ.*

87 Δέρτων, πόλις Λιγυρῶν.] Derton, onis, urbs Ligurum Græcis, quæ *Dertona* dicitur Latinis, ut & Ptolemæo lib. 3. c. 1. qui plerumque ſequitur Latinos; *Derthon* vocatur ab Strabone lib. 5. Ἔστι δὲ ἡ Δέρθων πόλις ἀξιόλογος κειμένη μεταξὺ τὴν ὁδὸν, τὴν ἀπὸ Γενούας εἰς Πλακεντίαν, ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίους ν. i. e. *Eſt autem* Derthon, *urbs memorabilis ſita medio inter Genuam, & Placentiam itinere, ab utraque diſtans ſtadiis* cccc. De hac urbe conſulesis Leandri Lombardiam, ubi reperies aliquot de hac urbe Græcorum aſſantas.

88 Α'ρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ια τὴν καλουμένην Δέρτωνα πόλιν.] Sunt verba ex Artemidori Epitome undecim Librorum, in quibus pro Δέρτωνα exiſtimo legendum Δέρτωνα.

89 Δήλιον, πολίχνιον Βοιωτίας, &c.] Delium, oppidulum Bœotiæ in regione Tanagræorum. Memoratur Pauſaniæ lib. 9. Ἔστι δὲ τῶν Ταναγραίων ἐπὶ θαλάσσῃ καλούμενον Δήλιον, ἐν δὲ αὐτῷ ᾗ Α'ρτέμιδος καὶ Λητοῦς ἐστιν ἀγάλματα. i. e. *Eſt verò Tanagrææ ad mare quod vocatur* Delium; *in eo ſunt & Dianæ, & Latonæ ſigna.* Ex noſtris quoque id celebrat Liv. lib. 31. c. 45. *Plus aliquanto Græcos Romana ſigna, armaque non ante viſa, animique militum tam prompte ſuccedentium muro terruere. Itaque fuga extemplo in arcem facta eſt, urbe hoſtes potiti, & in arce cum biduum loci ſe magis, quam armorum fiducia tenuiſſent: tertio die pacti ipſi præſidiumque, ut cum ſingulis veſtimentis Delium Bœotiæ transveherentur.*

90 Ἐν Ταναγρᾳ.] Lege ἐν Ταναγραίᾳ. *Tanagræa* enim non *Tanagra* vocabatur hæc regio, ut apparet ex verbis Pauſaniæ num. præcedenti allatis.

91 Καὶ ἱερὸν Α'πόλλωνος.] Delium templum Apollinis, (quod erat in ipſo oppido Bœotiæ Delio, de quo nota 9 præcedenti egimus), & oppidum laudat Strabo, templum, quod eſſet conſtructum ad exemplar illius, quod erat in Delo inſula, oppidum, quod ibi prælio victi Athenienſes, cum effuse fugerent, delapſum in fuga ab equo Xenophontem Socrates philoſophus, qui amiſſo equo pedes pugnabat, in humeros ſuos ſublatum per multa ſtadia portavit. Ejus ſunt ex lib. 9. verba: Εἶτα Δήλιον τὸ ἱερὸν τοῦ Α'πόλλωνος ἐκ Δήλου ἀφιδρύμενον, Ταναγραίων πολίχνιον, Αὐλίδος διέχον σταδίους τριάκοντα· ὅπου μάχῃ ἡττηθέντες Α'θηναῖοι φεύγοντες ἔφυγον, &c. i. e. *Deinde Delium templum Apollinis ad ejus quod in Delo eſt exemplar conditum, Tanagræorum oppidulum ab Aulide diſtans* xxx *ſtadiis. Ubi prælio victi Athenienſes cum effuse fugerent, delapſum in fuga ab equo Xenophontem Gryllı filium jacere videns Socrates philoſophus, qui amiſſo equo pedes pugnabat, in humeros receptum ſuos per multa ſtadia portavit atque eripuit, dum fuga ſiſtere-*

tur. Ex Strabonis verbis apparet hoc oppidum Bœotiæ Δήλιον ἱερὸν. i. e. *Delium fanum*, vel *templum* vocatum quoque fuiſſe, ſic quoque dicitur Scylaci in Βοιωτίαι: Καὶ ἔστιν ἐν αὐτῇ πρῶτον ἱερὸν Δήλιον. i. e. *Et eſt in ea primum fanum Delium.*

92 Δῆλος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.] Delus, inſula, una Cycladum, ἐκ ἄδηλος Apollinis natalibus, ut eſt in fabulis, & templo, necnon mercatu celeberrima, tantæque auctoritatis religione inter Ethnicos, ut ne Perſæ quidem, cum bellum toti Græciæ, Diis, hominibuſque indixiſſent, & mille navium claſſem ad Delum adveherent, quicquam conarentur aut violare, aut attingere, ut narrat diſertiſſimus Romuli nepotum Oratione ſexta in Verrem: vocata fuit antiquitus, *Aſteria, Pelaſgia, Chlamydia, Scythias, Ortygia, Lagia, Pyrpile*, igne ibi primum reperto, ut tradit Plinius lib. 4. c. 12. ab Homero Mantuano Georgic. lib. 3. *Latonia* vocatur:

Cui non dictus Hylas puer? & Latonia Delos.

Videlicet, quod in ea Latona enixa fuerit Apollinem, & Dianam, ut ad eumdem locum refert Servius, non licebat in Delo canem alere, nec hominis cadaver cremare, vel ſepelire, quare Delii in Rhenea inſula deſerta prope Delum ſepulchra habebant, teſte Strabone lib. 10. Ejus etymi variæ redduntur rationes. Plin. libro capiteque citato ex Ariſtotele inquit, Delum vocatam fuiſſe, quod repente apparuerit enata, ſcilicet ὡς δῆλον τὸ δῆλον, ſed id aliis etiam inſulis accidiſſe legimus apud eumdem Plinium lib. 2. c. 87. tredecim enim inſulas enatas memorat, inter quas celeberrimæ *Delos*, & *Rhodos* fuere; alii ejus etymon deducunt ab ipſius nomine, quod illic Apollo manifeſta oracula, cum alibi obſcura redderet. Utrunque rerum monimentis tradit Serv. ad Æneid. lib. 3. v. 76. *Delos autem dicitur, quia diu latuit, & poſtea apparuit. Nam* δῆλον *Græci*, manifeſtum *dicunt, vel quod verius eſt, quia cum ubique Apollinis reſponſa obſcura ſint, manifeſta illic dabantur oracula. Delos autem civitas dicitur, & inſula.* Unde Apollo *Delius* dicebatur, cujus templum opus fuiſſe Eryſichthonis filii Cecropis, auctor eſt Euſeb. Chronic. lib. 1. Etymon verò, quod affert Bochartus Geographiæ Sacræ parte 2. lib. 1. c. 14. ab Aramea lingua ſcilicet דחלא *dachala*. i. e. *timor*, prorſus violentum eſt. Obiter notandum non recte ſcribi apud eum דחל pro דחלא; Græcorum enim nominum etyma non ſunt petenda ab externa lingua. Notabile eſt quod narrat Plin. lib. 2. c. 103. in hac inſula eſſe fontem nomine *Inopum*, qui eodem quo Nilus modo, ac pariter cum eo decreſcit, augeturque; fides ſit penes auctorem. Inopus enim erat fluvius, qui inſulam perfluebat, teſte Strabone lib. 10.

93 Δῆλον ἐκυκλώσαντο, &c.] Verſiculus iſte, quem innominato poëta affert, invenitur apud Periegetam v. 526. in quo inquit *Cyclades inſulas* vocatas fuiſſe, quod Δῆλον ἐκυκλώσαντο. h. e. *Delum circumdederunt.* Ab initio duodecim numerabantur, ſed acceſſerunt plures, ut teſtatur Strabo, qui de Delo & eis ſic loquitur lib. 10. Ἡ μὲν δὴ Δῆλος ἐν πεδίῳ κειμένῳ ἔχει τὴν πόλιν, ᾗ τὸ ἱερὸν τοῦ Α'πόλλωνος ᾗ τὸ Λητῷον· ὑπερκεῖται δ' ὄρος ὑψηλὸν ἡ Κυνθος, ᾗ πρὸς

94 Ἡ ΑΠΟ ΤΑΣ ΓΟΝΑΣ, ἢ μαντείας. Ἱερὸν γὰρ Ἀπόλλωνος, ἢ θεῶν πρῶτον ἐν αὐτῇ γενομένων. 95 Ἡ ΑΠΟ ΤΑΣ ΜΑΝΤΕΙΑΣ, δηλοῦσι λοιπὸν τὰ δυσεύρετα. 96 Ἐκαλεῖτο δὲ Κυνθος, ἀπὸ Κύνθου τοῦ Ὠκεανοῦ· καὶ Ἀπόλλων Κυνθιος. Καὶ Ἀστερία, καὶ Πελασγία, καὶ Χλαμυδία. Τινὲς δέ, ὅτι Ζακυνθος ἐκαλεῖτο, κακῶς εἰδότες. Κεκλῆσθαι δὲ αὐτὴν καὶ Σκυθιάδα, Νικάνωρ φησίν. Ἐξ αὐτοῦ Δήλιος, καὶ Δηλία, καὶ Δηλιάς, καὶ Δηλίτης, ὁ εἰς Δῆλον ἐρχόμενος χορός· Καλλίμαχος τρίτῳ. Καὶ Δηλιακὸς, τὸ κηρικόν.

ΔΗΜΗΤΡΙΑΣ 97, πόλις Θεσσαλίας, 98 ἀπὸ Δημητρίου βασιλεύσαντος. 99 Καὶ τὰς ὑπὸ τὸ Πήλιον κειμένας πόλεις κατέσκαψε. Κεῖται δὲ πρὸς Παγασητικῷ κόλπῳ, ἐν μέσῳ Εὐβοίας καὶ Φωκίδος. 1 Β', Μακεδονίας. 2 Γ', Περσίδος, πρὸς Ἀρβήλῳ. Τὸ ἐθνικὸν Δημητριεὺς, ὡς τὸ Ἀφροδισιεὺς, Ὀρθωσιεύς.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ 3, τόπος περὶ Θεσσαλίας,

Vel à natalibus [Apollinis] vel à divinationibus. Templum enim est Delos Apollinis, Dei primò inibi geniti; vel propter divinationes, quod illic manifestarentur, quæ inveniri non poterant. Vocabatur verò *Cynthus* à Cyntho Oceani filio, & Apollo *Cynthius*; necnon *Asteria*, *Pelasgia*, *Chlamydia*. Aliqui verò dixere, sed perperam, quod *Zacynthus* vocabatur. Nicanor verò inquit, *Scythiada* quoque vocatam fuisse. Ex eodem Delius, & Delia, & Delias, & Delites chorus, qui in Delum veniebat, Callimachus lib. 3. Et Deliacus, possessivum.

DEMETRIAS, urbs Thessaliæ, à Demetrio rege, *& urbes, quæ sub Pelio sitæ erant, diruit.* Jacet verò juxta Pagasæticum sinum in medio Eubœæ, & Phocidis. Secunda, Macedoniæ. Tertia, Persidis ad Arbelum. Gentile, Demetrieus, ut Aphrodisieus, Orthosieus.

DEMETRIUM, locus circa Thessaliam,

πραχύ. Πολεμὼς δὲ Δηλιάδα τὴν νῆσον ἴνωπὸς ἐμέγας, καὶ ἡδὺ ἡ νῆσος μικρά, &c. i. e. *Delus igitur in planitie sitam habet urbem & fanum Apollinis, & Letoum. i. e. Latonæ-templum. Supra urbem est mons excelsus atque asper Cynthus; perfluit insulam Inopus fluvius non magnus, etenim insula est parva. &c.* Ac paulò infra: Ἐδόξου δ' ἐποίησαν αὐτὴν αἱ περιοικίδες νῆσοι καλέμεναι Κυκλάδες, καὶ πολὺ πέμπουσαι δημοσίᾳ, θεωρούς τε, καὶ θυσίας, καὶ χόρους παρθένων, πανηγύρεις τε ἐν αὐτῇ συναγουσαι μεγάλας. Καθιερῶσαι μὲν ἐν δώδεκα λέγονται, πρόσθεν γενόμενοι δὲ καὶ πλείους, &c. i. e. *Celebrem verò eam fecerunt circumpositæ insulæ*, Cyclades *nomine, honoris causa publice mittentes, qui Sacra frequentarent, & victimas, & choros virginum, & panegyreis in eâdem agitantes magnas. Ab initio* XII *numerabantur: sed accesserunt plures, &c.* Duodecim insularum Cycladum nomina leguntur apud Eust. ad Periegetæ versum citatum hoc modo: *Cythnos, Paros, Amorgos, Delos, Tenos, Ios, Seriphos, Mycenos, Syros, Siphnos, Andros, Naxos.*

94 Ἡ ΑΠΟ ΤΑΣ ΓΟΝΑΣ, ἢ μαντείας.] In his verbis sine dubio superabundat illud ἢ μαντείας. Hic enim agit de Deli etymologia, quam sic innuit vocatam ΑΠΟ ΤΑΣ ΓΟΝΑΣ. h. e. *à natalibus Apollinis*, in ea geniti; postea verò inquit ἢ ΑΠΟ ΤΑΣ ΜΑΝΤΕΙΑΣ, de quo nota sequenti agemus. Itaque τὸ ἢ μαντείας expungendum censeo. Per incuriam enim irrepsit vel Typographi vel transcribentis.

95 Ἡ ΑΠΟ ΤΑΣ ΜΑΝΤΕΙΑΣ, δηλοῦσι λοιπὸν τὰ δυσεύρετα.] Nunc inquit insulam Delum sic vocatam fuisse propter divinationes ex quibus ἐδηλοῦτο τὰ δυσεύρετα. i. e. *manifesta fiebant, quæ inventu erant difficilia*; ultima illa verba hujus sectionis, scilicet δηλοῦσι λοιπὸν τὰ δυσεύρετα, sic legenda esse censeo: δηλοῦσαι τὰ λοιπὸν δυσεύρετα. i. e. *manifesta-facientes, quæ erant inventu-difficilia*. Vel ex Eustathio ad Periegetæ v. 526. sic sunt corrigenda: ἢ ΑΠΟ ΤΑΣ ἐν αὐτῇ μαντείας, ἐξ ὧν ἐδηλοῦτο τὰ δυσεύρετα. i. e. *Vel propter divinationes in ipsa, ex quibus manifestabantur inventu difficilia.*

96 Ἐκαλεῖτο δὲ Κυνθος, &c.] Agit nunc de diversis insulæ Deli nominibus, de quibus egimus nota 92 præcedenti, inter quæ ponit quoque Κυνθος, cum hoc fuerit nomen montis ipsius insulæ supra urbem, ut apparet ex Strabonis verbis nota 93 allatis, à quo etiam Apollo *Cynthius*, Diana, *Cynthia* frequenter à poëtis vocantur, quamvis noster dicat Apollinem *Cynthium* vocari à Cyntho filio Oceani.

97 Δημητριὰς, πόλις Θεσσαλίας, &c.] Demetrias, urbs Thessaliæ. Memoratur Const. Porphyrogennetæ de Them. lib. 2. Them. 2. Straboni lib. 9. Ἔκτισε δὲ Δημήτριος ὁ πολιορκητὴς, ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν Δημητριάδα, μεταξὺ Νηλίας, καὶ Παγασῶν ἐπὶ θαλάσσῃ, τὰς πλησίον πολίχνας εἰς αὐτὴν συνοικίσας, Νηλίαν τε καὶ Παγασὰς καὶ Ὀρμένιον· ἔτι δὲ Ῥιζοῦντα, Σπιπάδα, Ὀλίζωνα, Βοίβην, Ἰωλκὸν, αἱ δὲ νῦν εἰσι κῶμαι τῆς Δημητριάδος. Καὶ δὲ καὶ ναυσταθμὸν ἦν τότε καὶ βασίλειον μεχρὶ πολλοῦ, τῶν βασιλευόντων Μακεδόνων, &c. i. e. *Condidit verò Demetrius Poliorceta, & à se denominavit* Demetriadem, *inter Neliam & Pagasas ad mare, vicinaque oppidula in eam congregans, Neliam, Pagasas, Ormenium, Rhizuntem, Sepiadem, Olizonem, Bœben, Iolcum, quæ nunc sunt pagi Demetriadis. Quin etiam navale fuit & regia longo tempore regibus Macedonum, sub se autem habebat Tempe & ambos montes Pelium, & Ossam.*

98 Ἀπὸ Δημητρίου βασιλεύσαντος.] Demetrius Poliorceta condidit Demetriadem, ut apparet ex Strabonis lib. 9. cujus verba attulimus nota præcedenti à quo urbi nomen.

99 Καὶ τὰς ὑπὸ τὸ Πήλιον, &c.] Hæc verba videntur esse alicujus auctoris, quem ad testimonium vocabat.

1 Δεύτερος Μακεδονίας.] Secundo loco memorat auctor noster Demetriadem Macedoniæ, cum prius Thessaliæ Demetriadem commemorâsset; ego puto eamdem fuisse civitatem. Quam alii Thessaliæ, alii Macedoniæ adscribebant. Macedonia enim comprehendebat Thessaliam, ut videre est apud Ptolemæum lib. 3. c. 13. & ipse Ptol. etiam inter Macedoniæ, non inter Thessaliæ urbes eam numerat libro capiteque citato.

2 Τρίτη, Περσίδος πρὸς Ἀρβήλῳ.] Tertio loco numerat Demetriadem Persidis prope Arbela, quæ celebratur ab Strabone lib. 16. sed eam in Assyria locat: Περὶ Ἄρβηλα δ' ἐστὶ καὶ Δημητριὰς πόλις. i. e. *Circa Arbela verò est Demetrias urbs.* Apud Stephanum pro Ἀρβήλῳ lege Ἀρβήλα, quod est error Typographi, ut ego reor. Noster sæpe confundit Persidem cum aliis regionibus vel ipsi finitimis, vel sub ejus imperio.

3 Δημήτριον, τόπος περὶ Θεσσαλίαν, &c.] Demetrium, locus circa Thessaliam. Memoratur Scylaci in Ἀχαιοῖς. Nec non Straboni lib. 9. cujus etymologiam deducit ἀπὸ τῆς Δήμητρος. i. e. *à Cerere*, ac si diceres Cereris-fanum, qui Pyrasum quoque vocatum fuisse tradit, ejus sunt verba: Τὸ δὲ Δημήτριον, Δήμητρος ἱερὸν τέμενος, καὶ ἐπικλῆσει Πύρασον, ὡς δὲ πόλις οὐλίμενος ἡ Πύρασος ἐν δυσὶ σταδίοις, ἔχουσα Δήμητρος ἄλσος, καὶ ἱερὸν ἄγιον, διέχουσα Θηβῶν σταδίους εἴκοσι. i. e. *Demetrium verò, Cereris dixit fanum, & vocavit* Pyrasum. *Erat autem urbs commodo portu prædita Pyrasus duobus stadiis habens Cereris lucum & fanum sanctum, distans à Thebis* [Phthioticis] *stadia* XX. Ex nostris celebratur Livio lib. 28. c. 6. *Macedonum præsidium conglobatum sub arcis muro petit, nec fuga effuse petita, nec pertinaciter prælio inito. Eos Plator venia à Sulpicio impetrata in naves impositos ad Demetrium Phthiotidis exposuit, ipse ad Attalum se recepit.*

4 Περὶ

λίας, [4] περὶ τὸ Κροκωτὸν πεδίον, κείμενος πρὸς τὸ Ἀμφρυσσόν. [5] Ἔστι καὶ πόλις Αἰολίδος. [6] Ὁ πολίτης, Δημητρεύς. A

liam, circa Crocotum campum, qui jacet circa Amphryſum. Eſt etiam urbs Æolidis. Civis, Demetrieus.

ΔΗΜΟΝΗΣΟΣ [7], περὶ Χαλκηδόνα νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τινός. [8] Ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανῆν μέταλλον, καὶ χρυσοκόλλαν. Καὶ χρυσίον διαφέρον τίμιον ὀφθαλμῶν τε, φάρμακόν ἐστιν. [9] Ὁ νησιώτης, Δημονήσιος. B

DEMONESUS, inſula circa Chalcedonem, à Demoneſo quodam. Habet verò locus cyaneum metallum & chryſocollæ, & in ea aurum invenitur pretioſum, quod oculorum medicamentum eſt. Inſularis, Demoneſius.

ΔΗΜΟΣ [10], παρ' Ἀθηναίοις, ἡ κώμη, καὶ ἡ τοῦ πλήθους συλλογή. Καὶ τὸν ἕνα δημότην· Οὐ μὰν ἔοικε δήμου ἑνὸς. Καὶ τὸν τόπον. C

DEMOS, i.e. *populus* apud Athenienſes, vicus, & multitudinis collectio. Et unus popularis: non quidem videtur populus eſſe. Et *locum quoque* ſignificat.

[11] Δήμῳ ἐνὶ Τρώων. ——

In populo Trojanorum. —

Καὶ τὸ κατὰ πόλιν πλῆθος ἐν τοῖς ἀρίστοις,

Et in urbe, multitudinem optimorum,

[12] Εὑρεῖν τ' αἰδοίην πόσιος, δήμοιό τε φήμην. D

Cubileque venerata mariti populique famam.

Καὶ τὸ Ἑλλήνων πλῆθος ἔξω τῆς ἰδίας χώρας·

Significat etiam Græcorum multitudinem extra propriam regionem:

—— [13] Θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ.

— *Deus verò ſicut colebatur à populo.*

Καὶ τὸ ὅλον ἔθνος. Καὶ τόπος ἐν Ἰθάκῃ, ὃς

Significat etiam totam gentem. Eſt & locus in

4 Περὶ τὸ Κροκωτὸν πεδίον, κείμενος, &c.] Inquit Demetrium fuiſſe locum circa Crocotum campum, jacentem circa Amphryſum; at opus eſt repurgare Augiæ ſtabulum nulla pacta mercede per *Alpheum* h. e. per *Strabonem*. Itaque pro περὶ τὸ Κροκωτὸν πεδίον lege περὶ τὸ Κρόκιον πεδίον. i. e. *circa Crocium campum*, pro περὶ τὸν Ἀμφρυσσὸν lege περὶ τὸν Ἄμβρυσον ποταμόν. i. e. *Circa Ambryſum fluvium*: ex Strabonis enim lib. 9. patet *Demetrium* h. e. *Pyraſum* xx ſtadiis diſtaſſe à Thebis Phthioticis ad quarum mediterraneam partem erat Crocius campus ad fines Othrys montis per quem fluebat Ambryſus amnis. Ejus hic ſubjiciam verba: Ὑπέρκειται Πυράσου Θήβας· Θηβῶν δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ τὸ Κρόκιον πεδίον πρὸς τῷ καθάπτεσθαι τοῦ Ὄθρυος, διὰ οὗ ὁ Ἄμβρυσσος ῥεῖ ποταμός i.e. *Infra Thebas* xx *ſtadiis jacet* Pyraſus *h. e.* Demetrium. *Ad Thebas in mediterraneis eſt Crocius campus ad fines Othrys montis; per quem fluit Ambryſus amnis.*

5 Ἔστι καὶ πόλις Αἰολίδος.] Memorat quoque Demetrium Æolidis, cujus nullam apud alios inveniebam memoriam. Quare ſuſpicor noſtrum auctorem ex uno loco duos feciſſe, ut aſſolet.

6 Ὁ πολίτης, Δημητρεύς.] Civis hujus loci dicebatur *Demetrieus*, ſeu ore Latino *Demetrienſis*, ac quamvis eodem modo dicebatur gentile urbis Demetriadis, tamen fuere diverſa oppida. Utrumque enim celebrat Livius; Demetrium lib. 28. c. 6. cujus verba habes nota tertia præcedenti. Demetriadem vero lib. 27. c. 34. *Omiſſo igitur Achaïco atque Ætolico bello, relictis tamen duobus millibus & quingentis omnis generis armatorum, cum Menippo & Polyphante ducibus ad præſidium ſociorum profectus ab Dymis per Achajam Bœotiamque & Bebœidem decimis caſtris Demetriadem in Theſſaliam pervenit.*

7 Δημόνησος, περὶ Χαλκηδόνα νῆσος.] Demoneſus, inſula circa Chalcedonem. Chalcedo verò fuit urbs ad Pontum è regione Byzantii, auctore noſtro auctore in Χαλκηδών. Duas autem illius nominis inſulas celebrat Heſych. circa Byzantium, quarum altera *Chalcitis*, altera *Pityuſa* dicebatur. Sic enim ille in Δημονήσου χαλκὸς: Δύο εἰσὶ περὶς τοῖς Βυζαντίων νήσοι. Κοινῇ μὲν Δημόνησοι λεγόμεναι ἰδίᾳ δὲ Διαφέρουσαι, ἡ μὲν ἡ Χαλκῖτις, ἡ δὲ Πιτυοῦσα. i. e. *Duæ ſunt prope Byzantium inſulæ, communiter quidem* Demoneſi *dictæ, peculiariter verò differentes, altera quidem* Chalcitis, *altera verò* Pityuſa. Plinio etiam *Demoneſus* & *Chalcitis* duæ inſulæ in Propontide memorantur, quæ κατὰ τὸν ἐμπορικὸν ipſiſſimæ fuerunt. Noſter auctor in Χαλκηδών meminit Chalcitidis inſulæ. Æris illius Demoneſii, nempe ab inſula cognomine nomen adepti meminit Ariſtot. in de Mirabilibus: Οἱ δὲ τὸν χαλκὸν ὀρύττοντες, ὀξυδερκέστατοι γίγνονται, καὶ οἱ βλεφαρίδας μὴ ἔχοντες, φύσει. παρὸ καὶ οἱ ἰατροὶ τοῦ ἄνθους τοῦ χαλκοῦ καὶ τῆς πόρρας τῆς φερούσης χρῶνται φασὶ τοὺς ὀφθαλμούς. i. e. *Qui vero æs effodiunt, viſu-acutiſſimi fiunt, & qui palpebras non habent, ipſis naſcuntur. Quapropter medici flore æris & cinere Phrygio utuntur ad oculos.*

8 Ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανῆν μέταλλον, &c.] Sunt verba Ariſtotelis de Mirabilibus male accepta ab auctore noſtro. Sic enim apud eum leguntur: Ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανῆν τὸ μέταλλον, καὶ χρυσοκόλλης. ταύτης δὲ ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον διαζευκτὴ πολύ. Καὶ ἔστι φάρμακον ὀφθαλμῶν ἐστιν. i. e. *Habet verò locus iſte cæruleum metallum & chryſocollæ; hujus optima tanti æſtimatur ac aurum. Etenim medicamentum oculorum eſt.* Interpres Latinus διὰς διὰ πασῶν diſtat à mente Ariſtotelis. Sic enim ille vertit illa: *Ubi cæruleum metallum reperitur, & Chryſocolla ad auri venas pulcherrima, oculiſque medicandis cum primis utilis.* Alienos errores non admoneo lectorem reprehendendi gratia, ſed ut ſciat neminem eſſe, qui omnibus horis ſapiat, atque ut adverſus meos clementem Ariſtarchum ſe gerat; obiter notabit perperam apud Ariſtotelem ſcribi Δημόνησος ἡ Καρχηδονίων νῆσος pro Δημόνησος ἡ Χαλκηδονίων, & ex Ariſtotelis verbis corriget auctoris noſtri corrupta & præpoſtera. Ex illis enim lucem lucrantur, nempe pro κυανῆν legat κυανῆν, pro χρυσοκόλλα verò χρυσοκόλλης, reliqua ut apud Ariſtotelem ſunt legenda.

9 Ὁ νησιώτης, Δημονήσιος.] Inſularis, Demoneſius. Hinc etiam Heſychio dicitur Δημονήσιος χαλκὸς, i. e. *Demoneſium æs*, cujus meminit Ariſtot. de Mirabilibus. Ejus paulò ſupra attulimus verba.

10 Δῆμος, παρ' Ἀθηναίοις ἡ κώμη, &c.] Demos, apud Athenienſes vicus, vel multitudinis collectio. Tota Attica in hujuſmodi vicos ſeu pagos fuit diviſa. Quare toties hoc nominis apud auctorem noſtrum invenitur, quod etiam lato modo oppidum ſolet dici à Latinis interpretibus. Id firmatur Ciceronis auctoritate ex ejus lib. 7. Epiſt. ad Atticum Epiſt. 3. *Quod ſi dêmos oppida volumus eſſe, tam eſt oppidum Sunium, quam Piræeus.* Reliqua noſtri auctoris illius nominis interpretamenta ſunt nimis ſubtilia; in omnibus ab eo allatis locis ſenſus optimè explicari poteſt ex ſola *populi* ſignificatione. Δῆμος enim Latinè redditur *populus*.

11 Δήμῳ ἐνὶ Τρώων.] Eſt hemiſtichium Homericum ex Odyſſ. 13. v. 266.

12 Εὑρεῖν τ' αἰδοίην, &c.] Eſt verſiculus Homericus; invenitur Odyſſ. 16. v. 75. apud quem ſic legitur:

Εὑρεῖν τ' αἰδοίην πόσιος δήμοιό τε φήμιν.

Quare apud Stephanum pro αἰδοίην lege αἰδοίῃ pro φήμην verò lege φῆμιν.

13 —— Θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ.] Eſt hemiſtichium Homerium legitur Il. 5. v. 78.

ὃς καὶ Κροκύλειον. [14] Καὶ τὸ πᾶν * ὡς ἐν Ἱππεῦσι·

Τὸν δῆμον ἡμῶν βέλεσι διϊσάνειν.

Ὁ οἰκήτωρ, Δημότης· ἀφ' ἧς δημόσιος· καὶ δημοβιώσομαι, ἀντὶ τοῦ οἰκῶ. Καὶ δήμιος, καὶ δημότερος συγκριτικὸν, οὐκ ἀποκοπῇ, ἀλλ' οὐκ ἐξ ὑπερθετικῆς·

Δῆμον ἐοῦσα παρεξαγορεύεμεν. —

Καὶ δημοτικὸς, καὶ δημοτικώτερος. Καὶ δημαγωγὸς, ὁ προεστηκὼς δήμου. Καὶ δημοποίητος ὁ εἰσποιηθεὶς δημότης ἐξ ἑτέρας τινὸς φυλετείας. [15] Καὶ συνθετὰ, δημηλάτης· Αἰσχύλος Ἱκετήσιν·

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτην.

Ὁ ἀπὸ τοῦ δήμου ἐλαθείς. Καὶ δημόπρατον[16], Ἀελεσφάνης Ἱππεῦσιν·

Ἐπίπαισον λείξας δημόπρατ' ὀβάσκανον.

ΔΗΡΑ, γῆς Ἰβηρίας· ἧς ὁ Σικανὸς ποταμός· οἱ οἰκήτορες, Δηραῖοι.

ΔΗΡΟΥΣΑΙΟΙ[17], ἔθνος Περσικόν. Ἡρόδοτος α'· Πέρσαι δὲ οἱ μὲν Πενθιάδαι, οἱ δὲ Δηρουσαῖοι, οἱ δὲ Καρμάνιοι.

ΔΙΑ[18], πόλις Θεσσαλίας, Αἰακοῦ κτίσμα. β, Θρᾴκης, πρὸς τὸν Ἄθω. γ, Εὐβοίας. δ, νῆσος καὶ πόλις Πελοποννήσου, πρὸς τὸ Σκύλλαιον. ε, Λυσιτανίας, πρὸς τὸν Ὠκεανόν. ϛ', Ἰταλίας, πρὸς τοῖς Ἄλπεσιν. ζ, Σκυθίας, πρὸς τῷ Φάσιδι. η, Καρίας. θ, Βιθυνίας, πρὸς τῷ Πόντῳ. [19] Εἰσὶ καὶ δὲ νῆσοι Δίαι λεγόμεναι. α', ἡ Νάξος. β, ἡ πρὸς Μιλήτῳ. γ', ἡ πρὸς Σαρμοζσῷ. [20] δ, κατὰ Κνωσὸν Κρήτης. Τὸ ἐθνικὸν, Διάδης. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Διάς. [21] Ὅθεν καὶ Διάδες Ἀθῆναι.

A in Ithaca, qui etiam *Crocylium* vocatur, & omnem multitudinem, ut in Equitibus:

Populum noſtrum vult diſſidere.

Incola, Popularis, à quo publicus, & verbum δημοβιώσομαι, id eſt, *habito, ſum ex populo*; necnon δήμιος & δημότερος, i. e. *publicus, publicior* comparat. non per apocopen, ſed ex adject.

Ad populum exiſtentem perperam efferre. —

Ex eodem fit δημοτικὸς, &c. i. e. *popularis*, & *magis-popularis*; necnon δημαγωγὸς *demagogus*, id eſt, *qui populo præſidet*, h. e. *tribunus*, & δημοποίητος, *qui adoptatus eſt popularis* ex alio quodam populo *beneficii cauſa*; necnon compoſita, δημηλάτης [δημήλατος i. e. *à populo abactus*], Æſchylus Supplicibus:

Infamem eſſe cum fuga populo abacta.

Qui à populo abactus eſt; necnon δημόπρατον, i. e. *quod publicè venditur*, Ariſtoph. in Equitibus:

Cibaria, quæ publicè veneunt liguriens præſtigiator.

DERA, Iberiæ *regio*, per quam fluvius Sicanus fluit. Incolæ, Deræi.

DERUSÆI, populi Perſidis, Herodotus lib. 1. *Perſæ verò alii quidem Penthiadæ, alii verò Deruſæi, alii autem Carmanii.*

DIA, urbs Theſſaliæ, ab Æaco condita. II. Thraciæ, juxta montem Athon. III. Eubœæ. IV. Inſula, & urbs Peloponneſi circa Scyllæum. V. Luſitaniæ circa Oceanum. VI. Italiæ, juxta Alpes. VII. Scythiæ circa Phaſidem. VIII. Cariæ. IX. Bithyniæ juxta Pontum. Sunt etiam IV inſulæ *Dia* nominatæ. I. Naxus. II. Prope Miletum. III. Prope Sarmoſſum. IV. Prope Cnoſſum Cretæ. Gentile, Dienſis. Fœmineum, Dias, unde, & Diades Athenæ.

14 Καὶ τὸ πᾶν * ὡς ἐν Ἱππεῦσι.] Ex his verbis aſteriſcus ille eſt delendus. Nihil enim deficit, pro ἐν Ἱππεῦσι. i. e. *in Equitibus* lege ἐν Σφηξὶ, i. e. *in Veſpis*. In hac enim Ariſtophanis fabula legitur verſiculus ille ſubſequens v. 39.

15 Καὶ συνθετὰ, δημηλάτης. Αἰσχύλος Ἱκετήσιν.] In his verbis pro δημηλάτης lege δημήλατος pro Ἱκετήσιν verò lege Ἱκέτισιν. Sic enim legitur verſiculus ille Æſchyli fabula citata v. 620.

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτην.

16 Ἀελεσφάνης Ἱππεῦσιν.] Verſiculus ille, quem ex Ariſtophanis Equitibus citat invenitur apud eum eodem modo v. 102.

17 Δηρουσαῖοι, ἔθνος Περσικόν. Ἡρόδοτος α.] Deruſæi, gens Perſica. Ex Herodoti lib. 1. citat noſter verba Herodoti tam male accepta ut ſi Herodotus פרס מרים i. e. *de eum mortuis* ut loquuntur Hebræorum παῖδες, reſurgeret, ea non agnoſceret, verba ex ejus libro citato c. 125. ſunt: Ἄλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ οἵδε, Πανθιάλαιοι, Δηρουσαῖοι, Γερμάνιοι· ἔστι μὲν πάντες ἀροτῆρες εἰσι. οἱ δὲ ἄλλοι, νομάδες, Δάοι, Μάρδοι, Δρόπικοι, Σαγάρτιοι. i. e. *Alii verò Perſæ hi ſunt, Panthelæi, Deruſiæi, Germanii: hi quidem omnes aratores ſunt, alii verò nomades, Dai, Mardi, Dropici, Sagartii.* Quare apud Stephanum nomina trium illarum Perſidis gentium ſunt legenda, ut ſcribuntur apud Herodotum.

18 Δία, πόλις Θεσσαλίας &c.] Novem hujus nominis urbes memorat noſter auctor, quas apud ſcriptores invenire, quamvis eas Antiſthenis ſeu Diogenis lucernâ quæſieris, ἀδιώκλητον eſſe exiſtimo.

19 Εἰσὶ καὶ δὲ νῆσοι Δίαι λεγόμεναι.] Sunt etiam quatuor inſulæ *Dia* dictæ. Harum prima numeratur *Naxos*, quæ etiam *Strongyle, Dionyſias, Siciha minor*, & *Callipolis* vocata fuit, auctore Plinio lib. 4. c. 12. de qua videſis quæ ſuo loco annotamus.

20 Τέλαρη, πρὸς Κνωσὸν Κρήτης.] Quarto loco numerat Diam inſulam juxta Cnoſſum Cretæ: cujus meminit Strabo lib. 10. Ἔστι δὲ μακρὰ ἡ Θήρα περίπλουν ἔχουσα τὸν ὀκτάμυστον σταδίων· κειμένη δὲ πρὸς Δίαν νῆσον τὴν πρὸς Ἡρακλείῳ τῷ Κνωσίῳ, &c. i. e. *Eſt verò Thera longa ambitu ſtadiorum* c.c. *jacens juxta Diam inſulam, quæ eſt ad Heracleum Cnoſſium, abeſt à Creta ad ſtadia* LXX.

21 Ὅθεν καὶ Διάδες Ἀθῆναι.] Gentile tam urbium, quam inſularum Diadum maſculinum eſt Dieus ſeu Dienſis, fœm. Dias. Unde inquit noſter *Diades* Athenæ dictæ fuerunt, nempe urbs Eubœæ Athenienſium colonia, teſte Geographo lib. 10. quam epitomator noſter, cum de Athenis egit, inter hujus nominis urbes ſexto loco numerat, ubi ejus nomen à Diante à quo conditam fuiſſe inquit, perperam deducit. Sic enim Athenæ *Diantides* vocandæ erat, non *Diades*; melius nunc à Dia Eubœæ quoque urbe *Diadum* Athenarum ejuſdem Eubœæ urbis nomen deflectit.

22 Δια-

ΔΙΑΒΗΤΑΙ [22], νῆσοι περὶ Σύμην. Τὸ ἐθνικὸν, Διαβηταῖος. A

DIABETÆ, insula circa Symen. Gentile, Diabetæus.

ΔΙΑΒΗΤΗ [23], νῆσος δυσμικωτέρα Σαρδοῦς καὶ Κύρνου. Ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

DIABETE, occidentalior, quam Sardinia, & Corsica. Gentile, idem.

ΔΙΑΔΟΧΟΥ [24], πόλις Περσικὴ, ἀπὸ πόρρω Κτησιφῶντος. Τὸ ἐθνικὸν τῆς χώρας, Διαδοχηνός. B

DIADOCHU, urbs Persica, non procul à Ctesiphonte. Gentile regionis. Diadochenus.

ΔΙΑΚΡΕΙΑ [25], φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἣν ὤκει Πάλλας ὁ Πανδίονος υἱός. Οἱ δημόται, Διακρεῖς.

DIACRIA, tribus Atticæ, quam habitabat Pallas Pandionis filius. Populares, Diacrienses.

ΔΙΑΝΕΙΣ, ἔθνος Γαλατικόν. Ἐρατοσθένης ἐν δ. Γαλατικῶν. C

DIANEI, populi Galatiæ. Eratosthenes lib. 4. rerum Galaticarum.

ΔΙΑΣ, πόλις Λυκίας, ἣν Διάδης ἔκτισε. Τὸ ἐθνικὸν, Διαδεύς.

DIAS, urbs Lyciæ, quam Diades condidit. Gentile, Diadeus.

ΔΙΓΗΡΟΙ [26], ἔθνος Θρᾴκιον· Πολύβιος ιγ'. D

DIGERI, populi Thraciæ. Polybius lib. 13.

ΔΙΔΥΜΑ [27], ἀδετέρως, τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου, ἀφιερωμένον Διὶ καὶ Ἀπόλλωνι. [28] Εἰσὶ καὶ κρῆναι. Εἰσὶ καὶ τῆς Θετταλίας. [29] Εἰσὶ καὶ δύο νησίδια πρὸς τῇ Σύρῳ. Τὸ ἐθνικὸν Διδυμεύς, καὶ Διδυμαῖος καὶ Διδυμικόν. Εἰσὶ καὶ ὄρη Λαοδικείας ἐγγύς. E

DIDYMA, neutro genere, locus, & oraculum Mileti, Jovi, & Apollini sacrum. Sunt etiam fontes Thessaliæ. Sunt etiam duæ parvæ insulæ juxta Syrum. Gentile, Didymeus, & possessiv. Didymæus. Sunt etiam montes prope Laodiceam.

ΔΙΔΥΜΗ [30], μία τῶν Αἰόλου νήσων, ἀπὸ τοῦ σχήματος ὠνομασθεῖσα. Ἔστι καὶ πόλις Λιβυζσα. Ὁ πολίτης Διδυμαῖος. Ἔστι καὶ κώμη Κιλικίας

DIDYME, una ex Æoli insulis, à figura sic nominata. Est & urbs Libyca. Civis, Didymæus. Est & vicus Ciliciæ Didymæum,

22 Διαβῆται, νῆσοι περὶ Σύμλω.] Diabetæ, insulæ circa Symen. Syme verò fuit urbs Carica, de qua suo loco agemus σὺν θεῷ; quatuor Diabetas memorat Plinius lib. 5. c. 31.

23 Διαβήτη, νῆσος δυσμικωτέρα Σαρδοῦς, &c.] Diabete, insula occidentalior, quam Sardinia & Corsica. Memoratur Cosmographo lib. 3. c. 3. cui *Diabate* dicitur.

24 Διαδοχὼ πόλις Περσικὴ, ἀπόρρω, &c.] Hæc verba sic sunt legenda Διαδοχόπολις, πόλις Περσικὴ, &c. i. e. *Diadochopolis*, urbs Persica. Sicut Γαβαίπολις, πόλις, Γινωσκόπολις, πόλις & alia plurima hujusmodi, quæ apud auctorem nostrum inveniuntur; at verò de Diadochopoli urbe Persica non longè à Ctesiphonte altum apud alios est silentium; omnes urbes quæ sunt extra Persidem, quas noster *Persicas* vocat, intellige fuisse ditionis Persarum, quod alibi jam monuimus.

25 Διάκρεια, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς.] Diacria, tribus Atticæ. Populares dicebantur Διακρεῖς, ergo Διάκρεια quoque tribus vocanda est, quæ Διακρεὶς dicitur Jul. Polluci lib. 8. c. 9. Διακρία verò Hesychio est locus Atticæ & regio, quæ ducebat à monte Parnethe ad Brauronem. Miror hanc Atticæ tribum effugisse eruditissimum virum Joan. Meurs. in suo de populis Atticæ libello.

26 Δίγηροι, ἔθνος Θρᾴκιον.] Digeri, gens Thraciæ. Memoratur Plinio lib. 4. c. 11. inter Thraciæ gentes, quæ lævo latere Strymonem accolebant.

27 Δίδυμα, ἀδέτερως, τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου, &c.] Didyma, neut. plur. locus & oraculum Mileti Jovi & Apollini Sacrum. Hoc oraculum Branchidarum prius fuisse vocatum testatur Plin. lib. 5. c. 29. *Ionia, ab Iasio sinu incipiens numerosiore ambitu litorum flectitur. In ea primus sinus Basilicus, Posideum promontorium & oppidum, oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis à litore stadiorum viginti. Et inde centum octoginta Miletus Ioniæ caput.* A Xerxe hoc oraculum incensum memorat Strabo lib. 14. Μετὰ δὲ τὸ Ποσείδιον τὸ Μιλήσιον, ἐξῆς ἐστι τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος τὸ ὑπὸ Βραγχίδων, ἀναδάλλ ὅσον ὀκταστάδιον τὸ μέγεθος· ἐνεπρήσθη δ' ὑπὸ Ξέρξου, καθάπερ καὶ τἄλλα ἱερὰ πολλὰ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ· οἱ δὲ Βραγχίδαι τὸν θησαυρὸν τοῦ θεοῦ καταθόντες τοῦ Πέρσου φόβῳ, συναπῆραν, &c. i. e. *Post Posideum* [h. e. Neptunium] *Milesium deinceps est oraculum Didymei Apollinis, quod in Branchidis sursum versus circiter* XIIX *stadia. Incensum est à Xerxe, ut & alia omnia templa, præter Ephesium. Branchidæ verò cum fugienti Persæ thesauros dei tradidissent, unà abierunt, ne pœnas darent sacrilegii & proditionis.* Ex eodem auctore eodem loco constat Milesios postea inibi templum construxisse omnium maximum, quod ob magnitudinem sine culmine mansit. Nam ambitus delubri amplitudinem pagi æquabat.

28 Εἰσὶ καὶ κρῆναι, εἰσὶ καὶ Θεσσαλίας.] Hæc sic existimo legenda: *Εἰσὶ καὶ κρῆναι Θεσσαλίας.*

29 Εἰσὶ καὶ δύο νησίδια πρὸς τῇ Σύρῳ.] Harum insularum nullam inveniebam apud alios memoriam. Ab. Ortelius in suo Thesauro Geographico in Didyma pro πρὸς τῇ Σύρῳ videtur legisse πρὸς τῇ Σκύρῳ. Et Syrus, & Scyrus fuere insulæ, de quibus suo loco agit noster auctor.

30 Διδύμη, μία τῶν Αἰόλου νήσων ἀπὸ τοῦ, &c.] Didyme, una Æoli insularum à figura sic nominata. Scilicet quod gemina adspicienti videretur, quam inter septem Æoli insulas quarto loco locat Plin. lib. 3. c. 9. quarum nomina erant, *Lipara, Hiera, Strongyle, Didyme, Ericusæ, Phœnicusæ, Euonymos.* Totidem numerat Strabo lib. 6. Ἐπάνειμι δ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἀφ' ὧνπερ ἐξέβημεν. Τῶν μὲν δὴ Λιπαραίων καὶ τῶν Θερμαιέων εἰρήκαμεν. Ἡ δὲ Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἔστι δὲ καὶ αὐτὴ Αἰολίδων, βία μὲν φλογὸς λεπτομερὴς, τῷ δὲ φέγγει πολυειδὴς ὤσα. Ἐνταῦθα δὲ τὸ Αἴολον οἰκῆσαι φασίν. Τετάρτη δ' ἐστὶ Διδύμη, καὶ αὕτη δ' ἀπὸ τοῦ σχήματος ὠνόμασται· τῶν δὲ λοιπῶν Ἐρικοῦσα μέν, καὶ Φοινικοῦσα ἀπὸ τῶν φυτῶν κέκληνται. Ἀνεῖνται δὲ εἰς νομάς. Ἑβδόμη δ' ἐστὶν Εὐώνυμος, πλαγία μᾶλλον καὶ ἔρημος. Ὠνόμασται δ' ὅτι μᾶλλον τῶν ἐκ Λιπάρας εἰς Σικελίαν πλέοντι εὐώνυμός ἐστι. i. e. *Revertamur eò deinde unde egressi sumus. Diximus de Lipara & Thermissa. Strongyle verò vocatur quidem à figura* [i. e. à rotunditate] *est etiam ipsa ignita, violentia sanè flammæ minor, fulgore autem excellens, ibi Æolum habitasse ajunt. Quarta verò est Didyme, & ipsa à figura* [quasi geminam dicas] *nominata est. Reliquarum Ericussa quidem, & Phœnicussa à stirpibus* [erica & palma] *vocatæ fuerunt, dicatæ verò sunt in pabula. Septima autem est* Euonymos *in alto-sita maximè ac deserta. Sic verò vocata fuit, quod à Lipara in Siciliam navigantibus εὐώνυμος, i. e.* ad-lævam *est.*

λικίας Διδύμαιον, ὀξύτονον. [31] Ἀρτεμίδωρος δὲ δύο νησία Δίδυμά φησι.

ΔΙΔΥΜΟΝ τεῖχος, [32] πόλις Καρίας. Οἱ πολῖται, Διδυμοτειχῖται.

ΔΙΖΗΡΟΣ [33], πόλις Ἰλλυρίδος· Λυκόφρων·

Οἱ πρὸς βαθεῖ νάσσαντο Διζηρὸν πόρῳ.

Ἴσως ἀπὸ τοῦ δίζεσθαι τὴν Μήδειαν ὀνομασθείς. Τὸ ἐθνικὸν, Διζήριος, καὶ Διζηρίτης, ὡς Ἄλωρος Ἀλωρίτης.

ΔΙΚΑΙΑ [34], πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Δικαίου τοῦ Ποσειδῶνος υἱοῦ. [35] Ἔστι καὶ ἑτέρα ἐν τῷ Τυρρηνικῷ κόλπῳ, Ἰώνων ἄποικος. Τὸ ἐθνικὸν, Δικαιοπολίτης. Ἐν ᾗ τῷ τύπῳ, Δικαῖος, καὶ Δικαιεύς. Ἡ αὐτὴ δὲ ἐκλήθη Δικαιάρχεια, καὶ Ποτίολοι.

ΔΙΚΑΙΑΡΧΕΙΑ [36], πόλις Ἰταλίας. Ταύτην δέ φασι κεκλῆσθαι Πολίτας, ἐν ᾗ τὸ συμπόσιον ὁ Ἡρωδιανὸς ἔγραψε. [37] Πότια δὲ, τὰ φρέατα καλοῦσι Ῥωμαῖοι· Ὀλέρε δὲ τὸ ὄζειν· δυσώδη γὰρ τὰ φρέατα εἶχε. Τὸ ἐθνικὸν, Δικαιαρχεύς ἐστί. Ἔστι καὶ Δικαιαρχείτης, ὡς Ζελείτης.

ΔΙΚΤΗ [38], ὄρος Κρήτης. [39] Καλλίμαχος, ἐ * τὸ ἐθνικὸν, Δικταῖος καὶ Δικταία.

ΔΙΝ-

A mæum, accentu acuto. Artemidorus verò duas parvas insulas *Didyma* vocat.

DIDYMONTICHUS, urbs Cariæ. Cives, Didymotichitæ.

DIZERUS, urbs Illyriæ. Lycophron:

B

Qui ad profunda habitabant Dizeri fluenta.

Forsitan ἀπὸ τοῦ δίζεσθαι τὴν Μήδειαν, i. e. *quod illic Medea quæsita sit, nominatus.* Gentile, Dizerius, & Dizerites, ut Alorus, Alorites.

C DICÆA, urbs Thraciæ, à Dicæo Neptuni filio. Est & alia in Tyrrhenico sinu Ionum colonia. Gentile, Dicæopolites, sed in eadem forma, Dicæus, & Dicæeus. Eadem verò *Dicæarchia* vocata fuit, & Potioli.

D

DICÆARCHIA, urbs Italiæ, quam vocatam fuisse *Potiolos* dicunt, in qua *sympostion* Herodianus scripsit. *Potia* verò Romani *puteos* vocant. *Olere* verò τὸ ὄζειν. Mali enim odoris puteos habebat. Gentile, debe-

E bat esse Dicæarchensis. Est verò etiam Dicæarchites, ut Zelites.

DICTE, mons Cretæ. Callimachus..... Gentile, Dictæus, & Dictæa.

DIN-

31 Ἀρτεμίδωρος δὲ δύο νησία, Δίδυμά φησι.] Celebrat duas parvas insulas nomine *Didyma* (hoc nominis sonat *gemina*) ex Artemidoro, quarum situm silentio præterit, sectione præcedenti easdem prope insulam Syrum seu Scyrum memoravit, quarum altum est apud alios silentium, nisi fortè fuerint, quæ in Lycio mari celebrantur à Plinio l. 5. c. 31.

32 Δίδυμον, τεῖχος, πόλις Καρίας.] Eodem modo & scriptura hæc Cariæ urbs & ejus oppidani memorantur à Suida suo loco. Polybius Historiarum lib. 5. etsi de alia urbe Δίδυμα τείχη plurativo num. usurpavit.

33 Διζηρος, πόλις Ἰλλυρίδος.] Dizerus fuit fluvius Illyridis, non urbs, ut inquit noster. Lycophro enim, cujus affert versiculum de fluvio, non de urbe loquitur, quod etiam confirmat τὸ ὀνομασθείς. i. e. *nominatus*, quod sequitur. Id enim non πρὸς τὸ πόλις, sed πρὸς τὸ ποταμὸς referendum est. Quare apud Stephanum pro πόλις. *i. e.* urbs, lege fidenter ποταμὸς, *i. e.* fluvius, ac errorem transcriptoris rationibus infer.

34 Δίκαια, πόλις Θρᾴκης, &c.] Dicæa, urbs Thraciæ memoratur Scylaci in Thracia, Plinio lib. 4. c. 11. quam *Diceas* num. plur. vocat, at Dicæam Macedoniæ in Termaico sinu commemorat libro citato c. 10.

35 Ἔστι καὶ ἑτέρα ἐν τῷ Τυρρηνικῷ κόλπῳ.] Est etiam alia Dicæa in Tyrrhenico sinu, quæ etiam Dicæarchia & *Potioli* vocata fuit, de qua agit in sequenti sectione.

36 Δικαιάρχεια, πόλις Ἰταλίας, &c.] Dicæarchia, urbs Italiæ, quæ *Potioli* etiam vocata fuit, inquit epitomator noster, parum scilicet corrupto Latino nomine. Namque à Latinis *Puteoli* vocatur. Sic C. Tacitus Annal. lib. 14. c. 27. *At in Italiâ vetus oppidum Puteoli, jus coloniæ, & cognomentum à Nerone adipiscuntur.* Noster præcedenti sectione Ionum fuisse coloniam inquit, sed sui tamquam oblitus in Ποτίολοι Samiorum opus vocat. Benjamin Thudelensis in suo Itinerario auctor est sed sine auctore, *Surento* olim dictam fuisse & à Tsinsan Hadar Ezer, cujus fit mentio Samuel lib. 2. c. 8. v. 3. conditam fuisse, cum fugeret à facie David, ut loquuntur Hebræorum filii, quam fabulam etiam Josephus ille Ben Gorionis ὑποβολιμαῖος lib. 1. c. 3. refert, sed contrarium patet ex Ptol. apud quem Geogr. lib. 3. c. 1. Puteoli & Surentum sunt diversa oppida. Memoratur etiam à Josepho ben Matathias in libello, quem de vita sua scripsit; *Dicæarchia* ut plerumque dicitur à Græcis, *Colonia Dicæarchia* dicitur Plinio lib. 3. c. 5. ex Livio lib. 34. constat Puteolos, Vulturnum, Literum colonias civium Romanorum deductas fuisse P. Cornelio Scipione Africano 11. & T. Sempronio Longo Coss. trecenos homines in singulas, forsitan jus Coloniæ amiserat, quandoquidem Corn. Tacitus Annal. lib. 14. c. 27. supra citato testatur Puteolos jus coloniæ à Nerone adeptos fuisse. Nunc *Pozzuolo* parum corrupto nomine dicitur Italis, ad cujus molles à Bais medium intervallum trium millium, & sexcentorum ferè passuum ponte conjunxit C. Cæsar Caligula vel Xerxis æmulatione, qui Hellespontum contabulavit, vel quòd hujus immensi operis famâ Germaniam & Britanniam, quas bello invadebat, vellet territare, vel quod verius est, quoniam Thrasyllus mathematicus prædixisset, non magis Cajum imperaturum, quam per Baianum sinum equis discursurum, ut refert Suetonius in Caligula. M. T. Cicero villam suam *Puteolanum* sic vocavit, quod esset prope Puteolos, ubi sepultum fuisse Adrianum Imperatorem auctor est Æl. Spartianus in ejus vita, quo in loco Antoninus Pius ejus successor templum ei pro sepulchro constituit, & quinquennale certamen, & flamines, & sodales, & multa alia, quæ ad honorem quasi numinis pertinebant, ut narrat idem Spartianus; in urbis medio templum antiquissimum cernitur, vi terræ motuum nonnihil deformatum, olim Augusto: nunc D. Proculo Sacrum, ubi ossa humana vastissimæ magnitudinis visuntur, ut refert Leander Albertus oculatus testis in sua Campania. In hac enim Italiæ regione locat hanc urbem.

37 Πότια δὲ, τὰ φρέατα καλοῦσι Ῥωμαῖοι.] Ex his apparet Stephanum prorsus ignorasse Latinum sermonem. Inquit enim à Romanis puteos vocari *potia*.

38 Δίκτη, ὄρος Κρήτης.] Dicte, mons Cretæ memoratur Cosmographo lib. 3. c. 17. Straboni lib. 10. *Dictæus* dicitur Plinio lib. 4. c. 12.

39 Καλλίμαχος ἐ * τὸ ἐθνικὸν.] Citatur Callimachus ex aliquo ejus opere, puta ἐν Ὕμνοις, vel ἐν Ἰάμβοις.

40 Διν-

ΔΙΝΔΡΎΜΗ[40], πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Δινδρυμαῖος. A

DINDRYME, urbs Macedoniæ. Gentile, Dindrymæus.

ΔΊΝΔΥΜΑ[41], ὄρη τῆς Τρωάδος, ἀφ' ὧν Δινδυμήνη ἡ Ῥέα. ὁ τοπίτης Δινδυμηναῖος[42] καὶ τὴν θεὸν Δινδυμήνην· ὅτι καὶ Δινδυμηνὸς. καὶ Δινδυμηνὴ, καὶ Δινδύμιος, καὶ Δινδυμία· B ὅκ τόπου Δινδυμόθεν.

DINDYMA, montes Troadis à quibus Dindymena Rea. Localis, Dindymenæus, & Deam *Dendymenam* vocant: quoniam *Dindymenus*, & *Dindymena*, & *Dindymius*, & *Dindymia* dicitur. Ex loco, ex-dindymis.

ΔΙΟΒΟΎΛΙΟΝ, πολίχνιον πλησίον τοῦ Πόντου. Τὸ ἐθνικὸν, Διοβουλιεύς, ὡς τὰ τῆς Φρυγίων πόλεων ἐθνικά.

DIOBULIUM, oppidum juxta Pontum. Gentile, Diobulieus, quemadmodum Phrygiæ civitatum gentilia.

ΔΙΟΜΕΙΑ[43], ϐδετέρως, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος Φυλῆς. Ὁ δημότης, Διομειεύς. Ἡρακλῆς γὰρ ὑπὸ ξενωθεὶς παρὰ Κολύττῳ, ἠράσθη Διόμεια τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. ὅ ἀποθέωσις. * C

DIOMIA, neutro-genere populus Ægeidis tribus, popularis, Diomienſis. Hercules enim hoſpitio-ſuſceptus à Colytto, amore captus fuit Diomi ejus filio, cujus apotheo. *

ΔΙΟΜΗΔΕΙΑ[44] πόλις Δαυνίων, κτίσμα Διομήδους. [45] Καὶ νῆσος ἡ Διομήδεια, D ἐν ᾗ οἱ ἐρωδιοὶ χειροήθεις προσπετόμενοι, καὶ εἰς

DIOMEDIA, urbs Dauniorum, à Diomede condita. Eſt & inſula Diomedia, in qua ardeæ cicures advolant ac ſinum ſubeunt, in

40 Διυδρύμη, πόλις Μακεδονίας, &c.] Dindrymes, urbis Macedoniæ altum apud alios eſt ſilentium, at ejus oppidanorum meminit Goltzius ex nummo C. Cæſ. Aug.

41 Δινδυμα, ὄρη τῆς Τρωάδος ἀφ' ὧν, &c.] Dindyma, neut. plur. montes Troadis, à quibus Rhea. *h. e.* Cybele *Dindymene* dicebatur. Memorantur Andino vati Æneid. lib. 10. v. 252.

Alma parens Idæa Deûm, cui Dindyma cordi.

Ad quem locum Servius inquit eſſe montem Phrygiæ, ſed Troas in Phrygia comprehendebatur.

42 Καὶ τὴν θεὸν Δινδυμήνην.] Et Deam *Dindymenen* vocant. Jam ſupra dixerat Rheam *Dindymenen* à Dindymis Troadis monte dici, nunc videtur innuere Deam dici *Dindymenen*, quin addatur *Rhea*. Sic etiam uſus eſt Horat. Carm. lib. 1. Ode 16. v. 5.

Non Dindymene; non adytis quatit
Mentem ſacerdotum incola Pythius
Non Liber æque: non acuta
Sic geminant Corybantes æra
Triſtes ut iræ ——

43 Διόμεια, ϐδέτερος, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς.] Diomea, vel Diomia, neut. plur. oppidum Ægeidis tribus, cujus meminere Suidas & Heſychius inter alios, nomen invenit à *Diomo* Herculis amaſio Colytti filio, qui in Deorum catalogum ſcriptus fuit, ut ex noſtri auctoris mutilis verbis apparet. Nec mirum eſt Herculis amaſium in hujuſmodi Deorum numerum relatum fuiſſe, quandoquidem Adrianus *Antinoum* ſuum quoque amaſium Deum fecit, eique templum conſtruxit ac ſacerdotes, ut in Ἀντινόεια annotavimus; hinc Διομεῖον templum Diomi, Athenis, ubi congregabantur ſexaginta viri, qui de rebus jocoſis agebant, tanta auctoritate, ut in adagium abierit οἱ ἑξήκοντα τὰτ' εἶπον. i. e. *ſexaginta viri id dixerunt*, vel ἀπὸ τῶν ἑξήκοντα ἥκω. i. e. *à ſexaginta viris venio*, quorum meminerunt Athenæus Dipnoſoph. lib. 14. & Eraſmus in proverbio *à ſexaginta viris venio*. Hujuſmodi academiæ meæ ætate ſolebant fieri Madriti felici exitu & feſtivo lepore, quas aliqui ex meis condiſcipulis, ſed præcipuè poëtæ frequentabant. Ego verò nunquam

——— *Fonte labra prolui Caballino.*

44 Διομήδεια, πόλις Δαυνίων, κτίσμα Διομήδους.] Diomedia, urbs Dauniorum, à Diomede condita; abſque dubio hæc Dauniæ urbs eſt, quam Virg. Æneid. lib. 8. v. 9. vocat *Diomedis urbem*:

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem
Qui petat auxilium.

Eodem modo vocat Ovid. Metamorph. lib. 14.

At Venulus fruſtra profugi Diomedis ad urbem
Venerat.

Ad illud Virgilii ita Servius: *Diomedes poſtquam reperit ira Veneris à ſe vulneratæ uxorem* [Ægialiam] *apud Argos cum Cillabaro, ut Lutilius, vel Cometâ, ut plerique tradunt, turpiter vivere, noluit reverti ad patriam, vel, ut dicitur, ab adulteris proturbatus; ſed tenuit partes Apuliæ: & edomita omni montis Gargani multitudine, in eodem tractu civitates plurimas condidit. Nam & Beneventum & Æquum Tuticum ipſe condidit, & Arpos, quæ & Argyrippa dicitur, ad quam nunc Venulus mittitur: non Arpinum, quam conſtat eſſe Campaniæ, unde Cicero* Arpinas. *Sane ſciendum* Apuliam *unam dictam vocabulo: Sed hujus partem, quam Diomedes tenuit*, Meſſapiam *&* Peucetiam *à duobus fratribus dictam, qui illic imperarent. Item* Dauniam *à Dauno rege Apuliæ.* Videſis quæ in Ἀργυρίππα annotavimus.

45 Καὶ νῆσος ἡ Διομήδεια, ἐν ᾗ ἐρωδιοὶ, &c.] Eſt etiam inſula Diomedia, in qua ardeæ cicures, inquit auctor noſter. *Diomedis inſulam* vocat Plinius monumento Diomedis conſpicuam, in quam ipſius Diomedis tumuli gratiâ primum invectam eſſe per Ionium mare platanum antiquis umbræ tantum causâ celebratam inquit. Ejus ex lib. 12. c. 1. ſunt quæ ſequuntur verba: *Quis non jure miretur, arborem umbræ gratiâ tantum ex alio petitam orbe? Platanus hæc eſt, per mare Ionium in Diomedis inſulam ejuſdem tumuli gratiâ primum invecta, inde in Siciliam tranſgreſſa, atque inter primas donata Italiæ, & jam ad Morinos uſque pervecta ad tributarium etiam pertinens ſolum, ut gentes vectigal, & pro umbra pendant.* Aves illas, quas celebrat noſter plerumque Latini *Diomedeas aves* vocant, quas ſola hæc inſula nutriebat, teſtibus Solino c. 8. Plinio lib. 10. c. 44. cujus apponere verba è re fore judicavimus. Explicant enim fabulæ Græcorum involucra: *Nec Diomedeas præteribo aves: Iubæ* catarractas *vocat, eis eſſe dentes, oculoſque igneo colore. Cætero candidas tradens: duos ſemper iis duces: alterum ducere agmen, alterum cogere, ſcrobes excavare roſtro, inde crate conſternere, & operire terra, quæ ante fuerit egeſta: in his fœtificare, fores binas omnium ſcrobibus: orientem ſpectare, quibus exeant in paſcua: occaſum, quibus redeant, alvum exoneraturas ſubvolare ſemper & contrario flatu, uno hæ in loco totius orbis viſuntur, in inſula, quam diximus nobilem Diomedis tumulo, atque delubro, contra Apuliæ oram, fulicarum ſimiles, advenas barbaros clangore infeſtant, Græcis tantum adulantur, nivo diſcrimine, velut generi Diomedis hoc tribuentes, ædemque eam quotidie, pleno gutture, madentibus pennis perliciunt, atque purificant: unde origo fabulæ Diomedis ſocios in eorum effigies mutatos.* Catarractes verò (ut hæc obiter notemus) erat avis quædam ex genere aquilarum, ſic dicta ὡς ἄνωθεν καταῤῥάσσων ἐν τῷ θηρεύειν τὰ ὄρνεα. i. e. *quod deſuper impetuoſe decidat, cum aves venatur*; ſunt Euſtathii verba ad Periegetæ v. 221. Duas illius nominis inſulas celebrat Plinius lib. 3. c. 26. totidem Strabo lib. 6. quarum altera ſuo ævo colebatur, altera erat deſerta, at Ptolemæus lib. 3. c. 1. quinque ait eſſe *inſulas Diomedeas*, ſed eas non nominat, erant verò in Ionio mari ante promontorium Gargani montis haud procul Apulis litoribus, quarum unam Tacitus Annalium lib. 4. *Trimerum* vocat, in quam Auguſtus Cæſar neptem ſuam adulterii convictam relegavit.

εἰς τὰς κόλπας δύοντες ἅς φασιν, ὅτι τὰς ἑταίρας Διομήδας ἐκεῖ εἰς ὄρνιθας μεταχηματισθῆναι. [46] ἔστι καὶ Διομήδεια, πλησίον Ἀργυρ. * Τὸ ἐθνικὸν, Διομηδεύς. ἄμεινον δὲ Διομήδειος.

in quas aves, ſocios Diomedis illic mutatos fuiſſe dicunt. Eſt & Diomedia prope Argyri. * Gentile, Diomedeus, ſed melius Diomedius.

ΔΙΟΝ, [47] πόλις Εὐβοίας, πρὸς τὸ Κλώνιον. Ὅμηρος·

DIUM, urbs Eubœæ circa Cynæum. Homerus:

Κήρινθόν τ' ἔφαλον, Δίόν τ' αἰπὺ πολίεθρον.

Cerinthumque maritimam, Diiique altum oppidum.

[48] Ἔστι καὶ Μακεδονίας ἔνθα τὸ Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα ἐτέλουν. [49] Τὸ ἐθνικὸν, Διούς. Παυσανίας δὲ Διασεὰς φησί· Μακεδόνων γὰρ ὁ τύπος· Ὀρεστάς, Λυγκιστάς. [50] γ', Θρᾴκης, πρὸς τῷ Ἄθῳ. Ὡς Θουκυδίδης, [51] δ', Θεσσαλίας. Ε', Πισιδίας. ς', Ἰταλίας. [52] ζ', κοίλης Συρίας, κτίσμα Ἀλεξάνδρου, ἣ καὶ Πέλλα· ἧς τὸ ὕδωρ νοσηρόν. [53] Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Διηνὸς, ὡς δηλοῖ τὸ ἐπίγραμμα·

Est etiam urbs Macedoniæ, ubi Olympiacum celebrabant certamen. Gentile, Dieus. Pauſanias verò *Diaſtas* vocat. Hæc enim eſt forma Macedonum peculiaris, ut Oreſtæ, Lynciſtæ, 3. Thraciæ ad Athon, ut Thucyd. 4. Theſſaliæ, 5. Piſidiæ, 6. Italiæ, 7 Cœleſyriæ, Alexandri opus, quæ etiam *Pella* vocabatur, cujus aquæ morbidæ ſunt. Et gentile, Dienus, ut oſtendit epigramma

Νᾶμα τὸ Διηνὸν. Γλυκερὸν πότον, ἠνίδε πίης,
Παύσῃ μὲν δίψης, ἆθρει δὲ ἢ καὶ βιότου.

Fluentum Dienum, dulcem potum, ecce bibiſti,
Finies ſitim quidem, ſtatim verò & vitam.

Τὸ κτητικὸν, Διακός. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Διάς, [54] ὡς δηλοῦσιν αἵδε πρὸς ταύτην ἦσαν Διάδες, Ἀθῆναι καλέμεναι. Οἱ πολῖται, Ἀθηναῖται.

Poſſeſſ. Diacus, fœmineum, Dias, ut oſtendunt quæ juxta hanc erant Diades *Athenæ* dictæ. Cives, *Athenaitæ.*

ΔΙΟΝΥΣΙΑ, πόλις Ἰταλίας. Ἔστι καὶ Διονυσίας. Τὸ ἐθνικὸν Διονυσιεύς, ὡς Δημητριὰς Δημητριεύς.

DIONYSIA, urbs Italiæ. Eſt etiam Dionyſias. Gentile, Dionyſieus, ut Demetrias, Demetrieus.

ΔΙΟ-

DIO-

46 Ἔστι καὶ Διομήδεια πλησίον Ἀργειππ*.] Lege πλησίον Ἀργειππης, noſter auctor ut videtur ex ejus verbis, exiſtimavit diverſam fuiſſe Diomediam ab Argyrippa, ſed contrarium apparet ex Servii verbis in hac ſectione ſupra allatis.

47 Δῖον, πόλις Εὐβοίας, πρὸς τὸ Κλώνιον, &c.] Dium, urbs Eubœæ circa Cenæum promontorium ex Homero; cujus affert verſiculum, qui legitur Il. 2. v. 538. Memoratur etiam Straboni lib. 10. Ἔστι δὲ τοῦ Ὠρεοῦ τὸ τέ. Τό τε Κλώνιον πλησίον, καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸ Δῖον, καὶ Ἀθλωσὰ αἱ Διάδες, κλῖσμα Ἀθλωσαίων, ὑπερκείμενον δ' ἐπὶ Καῦνον πορθμόν. i. e. *Eſt verò huic Oreo Cenæum* [promontorium] *vicinum & prope illum Dium, & Athenæ Diades, Athenienſium opus ſupra fretum ad Caunon.*

48 Ἔστι καὶ Μακεδονίας, &c.] Secundo loco memorat Dium Macedoniæ. Ejus meminit Pauſanias lib. 9. Μακεδόνες δὲ οἱ χώραν τὴν ὑπὸ ὄρει τῷ Πιερίᾳ ἔχοντες καὶ πόλιν Δῖον, φασὶν ὑπὸ τῶν γυναικῶν γενέσθαι τὴν τελευτὴν σφίσιν τοῦ Ὀρφέως. Ἰόντι δὲ ἐκ Δίου τὴν ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ σταδίοις προελθοῦσιν εἴκοσι, κίων τέ ἐστιν οὐ δεξιᾷ, καὶ ἐπίθημα ἐπὶ τῷ κίονι, ὑδρία λίθου. Ἔχει δὲ ὀστᾶ ἡ Ὀρφέως ἡ ὑδρία, καθά οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι. i. e. *Macedones verò qui ſubjectam regionem monti Pieriam habent & urbem Dium, ajunt, eodem in loco à fœminis occiſum Orpheum fuiſſe. Euntiverò ex Dio ad montem, & ſtadia* XX *progreſſo, columna eſt ad dexteram, ſuperimpoſita columnæ eſt lapidea urna, habet autem oſſa Orphei hæc urna, ſicut regionis ejus incolæ dicunt.* Mirum eſt Pauſaniam, qui accuratè quamvis non accurato ſtylo totius Græciæ urbes deſcripſit, non celebraſſe Olympiacum agonem in hac urbe celebrari ſolitum, ut inquit noſter.

49 Τὸ ἐθνικὸν, Διούς. Παυσανίας δὲ Διασεὰς φησι.] Gentile Dii oppidi, eſt *Dieus* & ore Latino *Dienſis*; Pauſ. verò *Diaſtas* dicit. In aliquem depravatum Pauſaniæ codicem videtur auctor noſter incidiſſe, quandoquidem inquit Dii oppidanos à Pauſania *Diaſtas* dici, cum à Pauſania libro nota præcedenti citato *Diatæ* dicantur. Τέτον οἱ Διεῖται τὸ πολισμὸν ἐπιῤῥεῖν λέγε παντὸς τῆ γῆ τὸ ἐξαρχῆς φασί. i. e. *Hunc fluvium* [Heliconem] *Diatæ aperto quondam alveo decurriſſe ſupra terram ajunt.*

50 Τρίτη, Θρᾴκης, πρὸς τῷ Ἄθῳ, ὡς Θουκυδίδης.] Tertio loco celebrat Dium ad montem Athon ex Thucydide, qui ejus meminit lib. 4. Καὶ ὁ Ἄθως αὐτῆς ὄρος ὑψηλὸν τελευταῖα ἐς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος. Πόλεις δὲ ἔχει Σάνην μὲν, Ἀνδρείων ἀποικίαν, πρὸ αὐτοῦ τοῦ διώρυχα, ἐς τὸ πρὸς Εὐβοίαν πέλαγος τετραμμένην. Τὰς δὲ ἄλλας, Θύσσον, καὶ Κλεωνὰς, καὶ Ἀκροθώους, καὶ Ὀλόφυξον, καὶ Δῖον. i. e. *Et Athos ipſius mons exceſſus deſinit ad Ægæum pelagus; urbes verò habet Sanen quidem, Andrionum coloniam, ad ipſam foſſam, verſus mare, quod Eubœam ſpectat; alias autem, Thyſſum, & Cleonas, & Acrothoos, & Olophyxum, & Dium.*

51 Τετάρτη, Θεσσαλίας.] Quarto loco numerat Theſſaliæ Dium, quod celebrat Thucyd. lib. 4. Οἱ δὲ Περραιβοὶ, αὐτῶν τῶν ἀνέκαθεν οἰκούντων Θεσσαλῶν, κατέστησαν αὐτοὺς ἐς Δῖον τῆς Περδίκκου ἀρχῆς, ὃ ὑπὸ τῷ Ὀλύμπῳ Μακεδονίας πρὸς Θεσσαλοὺς πόλισμα κεῖται. i. e. *Perœbi verò, qui Theſſalorum imperio parent, ad Dium uſque deduxerunt, quod oppidum in Perdiccæ ditione, ſub Olympo Macedoniæ monte, Theſſaliam verſus, ſitum eſt.*

52 Ἑβδόμη Κοίλης Συρίας, κτίσμα Ἀλεξάνδρου, &c.] Septimo loco celebrat Dium Cavæ Syriæ, ab Alexandro conditum, ac *Pellam* etiam vocatum, nempe à Macedoniæ Pella. Memoratur Ptolemæo lib. 5. in eadem Cœleſyria, verum apud eum Dium & Pella ſunt diverſa oppida ejuſdem regionis.

53 Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Διηνὸς, ὡς δηλοῖ τὸ ἐπίγραμμα.] Gentile Dii urbis, inquit quoque eſſe τὸ Διηνὸς, ut apparet ex epigrammate, quod affert, in cujus primo verſu pro ἠνίδε ſcribitur apud Euſt. ad Il. 2. v. 538. ἰὼ δέχε. i. e. *quod ſi.*

54 Ὡς δηλοῦσιν αἵδε πρὸς ταύτην ἦσαν Διάδες, &c.] Jam alibi annotavimus Athenas Diades fuiſſe oppidum Eubœæ, quod nomen accepit à *Diâ* Eubœæ urbe, cujus oppidanos nunc inquit *Athenaitas* vocari, & à Dio ejuſdem Eubœæ oppido nomen habere, in quo ſibi non conſtat, ut videre eſt ex nota 21 præcedenti.

55 Διο-

ΔΙΟΝΥΣΟΥ πόλις [55], ἐν τῷ Πόντῳ ἡ πρότερον Κρηνοί, ἀπὸ τῶν ὑδάτων καλουμένη. Διονυσιακὴ δὲ προσηγορεύθη ὕστερον ἀπὸ τοῦ ἀγάλματος, ὅτε ἐκομίσθη. Εἰσὶ δὲ καὶ Κρηνοὶ χωρίον πρὸς δύσιν τῆς ἐχούσης τὴν βασιλέα πόλεως. β, Φρυγίας, κλίσμα Ἀτάλου καὶ Εὐμένους, ξόανον εὑρόντων Διονύσου περὶ τοὺς τόπους. [56] γ', τῆς Ἰνδικῆς. δ', Λιβύης. Ε', Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Διονυσοπολίτης.

ΔΙΟΠΗ, πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Φερεκύδης. Τὸ ἐθνικὸν Διοπεὺς, ἢ Διοπίτης, ὡς Σινωπίτης.

ΔΙΟΣ ἱερὸν [57], πολίχνιον Ἰωνίας, μεταξὺ Λεβέδου καὶ Κολοφῶνος. Τὸ ἐθνικὸν Διοσιερίτης, ὡς Φλέγων ἐν πρώτῃ Ὀλυμπιάδι.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΑΣ, μία τῶν ἐν Λιβύῃ Λευκῶν νήσων. Οἱ νησιῶται, Διοσκυρίτης. [58] Ἔστι καὶ ἑτέρα πρὸς τῷ Πόντου, ἥ τις Σεβαστόπολις καλεῖται. Καὶ πρότερον ἡ Αἶα ἐκαλεῖτο, ὡς Νικάνωρ. Οἱ πολῖται, Διοσκυρεῖς. [59] Ἔστι καὶ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάττῃ νῆσος Διοσκορίδου.

ΔΙΟΣΚΟΥΡΩΝ [60], κώμη Λιβύης, ἐν ᾗ τὸν Πάριν ἐπιδιώξαντες, ἥρπασαν τὴν Ἑλένην· ἣν ᾤκησαν. Οἱ κωμῆται, Διοσκυροκωμῆται, ὡς Μεγαλοκωμῆτης [61] ἐκ δύο ἓν παράγωγον.

DIONYSOPOLIS, Dionysi urbs juxta Pontum, quæ prius Κρηνοί, i.e. *fontes* dicebatur ab aquarum defluxu, sed cum postea Dionysi simulachrum è mari ad illa loca appulisset, sic vocata fuit. Sunt verò & Κρηνοὶ *Cruni*. i. e. *fontes*, regio ad occasum urbis habentis regem; secunda, Phrygiæ, opus Attali, & Eumenis, qui statuam Dionysi circa illa loca invenere, tertia, Indiæ, quarta, Libyæ, quinta, Thraciæ. Gentile, Dionysopolites.

DIOPE, urbs Arcadiæ, ut Pherecydes. Gentile, Diopeus, vel Diopites, ut Sinopites.

DIOS hieron, *i.e.* Jovis templum, oppidulum Joniæ, inter Lebedum, & Colophonem. Gentile, Diosierites, ut Phlegon in prima Olympiade.

DIOS curias, una ex Leucis insulis in Africa. Insularis, Dioscurites. Est & alia circa Pontum, quæ *Sebastopolis* vocatur, & prius *Æa* dicebatur ut Nicanor. Civis, Dioscurienſis. Est & in mari rubro insula Dioscoridu.

DIOSCURON, vicus Libyæ, in quo Paridem persequuti, Helenam rapuere; quem incoluere, *vici-habitator*, Dioscurocometes, ut Megalocometes, ex duobus unum derivativum.

ΔΙΟΣ

DIOS-

55 Διονύσου πόλις, ἐν τῷ Πόντῳ, &c.] Lege Διονυσόπολις, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ. i. e. *Dionysopolis, urbs in Ponto.* Sic enim amat loqui noster auctor, ut Γωμαηόπολις, πόλις, vel Ἀλεξανδρόπολις, πόλις, &c. Fuit verò Dionysopolis, urbs in Ponto, ut inquit noster. Plinius autem eam in Thracia locat. Nam Thracia altero latere à Pontico litore incipiebat. Ejus ex lib. 4. c. 11. sunt verba: *Namque Thracia altero latere à Pontico litore incipiens, ubi Ister amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte urbes habet Istropolin Milesiorum, Tomos* Calatinque *quæ antea* Aceroëtes *vocabatur: Heracleam habuit, & Bizonem terræ hiatu raptam. Nunc habet Dionysopolin,* Crunos *antea dictam.* Memoratur etiam Ptolemæo lib. 3. c. 10.

56 Τρίτη τῆς Ἰνδικῆς.] Tertio loco numerat Dionysopolin Indiæ memoratam à Ptolomæo lib. 7. c. 1. cui *Nagara* quoque dicitur.

57 Διὸς ἱερὸν, πολίχνιον Ἰωνίας.] Dios hieron, oppidulum Ioniæ, cujus gentile Diosierites, nemini, quod sciam, memoratur; at suspicor esse idem, cujus oppidani Plinio lib. 5. c. 29. dicuntur *Apollonos hieritæ*, eos enim locat in Ionia.

58 Ἔστι καὶ ἑτέρα πρὸς τῷ Πόντῳ, ἥτις, &c.] Ratio clamat legendum esse ἔστι καὶ πόλις, &c. i.e. *est etiam urbs* circa Pontum, quæ *Sebastopolis* vocatur, &c. Nam Dioscurias, quæ *Sebastopolis* & prius *Æa* vocabatur non erat insula, sed urbs celeberrima circa Pontum, cujus meminit Arrhianus in Periplo Ponti Euxini αὐτόπτης testis: Σταδίοι δὲ ἀπὸ μὲν Χώβου εἰς Σεβαστόπολιν τετρακόσιοι, καὶ ἑξακόσιοι, ἀπὸ Τραπεζοῦντος δὲ εἰς Σεβαστόπολιν ἑξακόσιοι, καὶ δισχίλιοι, ἡ δὲ Σεβαστόπολις πάλαι Διοσκουριὰς ἐκαλεῖτο, ἀποικος Μιλησίων. i.e. *Stadia à Chobo quidem Sebastopolin trecenta & sexaginta, à Trapezunte autem Sebastopolim duo millia ducenta & sexaginta, Sebastopolis verò olim* Dioscurias *vocabatur, colonia Milesiorum.* Ex cujus verbis scimus hanc celeberrimam urbem à Milesiis fuisse conditam, quod noster auctor silentio præterit. Memoratu digna sunt, quæ de ea narrat Plin. lib. 6. c. 5. *Reliqua litorum feræ nationes tenent, Melanchlæni, Coraxi, urbe Colchorum Dioscuriade juxta fluvium Anthemunta, nunc deserta, quondam adeò clara, ut Timosthenes in eam* CCC. *nationes, quæ dissimilibus linguis uterentur, descendere prodiderit, & postea à nostris* CXXX *interpretibus negotia ibi gesta; sunt qui conditam eam ab Amphito & Telchio Castoris, ac Pollucis aurigis putent, à quibus ortam Heniochorum gentem feram constat.* Vero propius est quod tradit Strabo lib. 11. Συνέρχεσθαι γὰρ εἰς αὐτὴν ἑβδομήκοντα, οἱ δὲ καὶ τελευταίαν ἔθνη φασίν. i.e. *Convenire igitur in eam septuaginta, alii verò & trecentas nationes ajunt.* Niger tertio Geographiæ commentario statim in principio pro *trecentas* videtur legisse *triginta*; *Quo nunc in loco*, inquit ille, *Prezunda oppidum est.* Illustre sane exemplum inconstantiæ, volubilitatis & vicissitudinis rerum humanarum; urbes & regna commercio florent, eo extincto paulatim extinguuntur. Quo exemplo Hispani præcipuè inter Europæos opus habent, qui felicem Arabiam possidentes desertam reddere totis eam viribus conantur commercium negligentes, ac procul dubio votis damnabuntur magno æmulorum gaudio.

59 Ἔστι καὶ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάττῃ νῆσος Διοσκορίδου.] Insula Dioscoridu in mari Rubro celebratur à Plinio lib. 6. c. 28. à Ptolemæo lib. 6. c. 15. apud quem perperam scribitur Διοσκορίδου ἡ πόλις pro Διοσκορίδου νῆσος καὶ πόλις. i. e. *Dioscoridu, insula & urbs*; perperam etiam interpres Latinus pro Dioscoridu vertit Dioscoridis. Namque τὸ *du* in hujusmodi nominibus est corruptum pro *diu*, quod lingua Indorum & Persarum significat *insulam*; ut videre est ex observat. nostris in Ἄγχρα.

60 Διοσκόρων, κώμη Λιβύης, &c.] Dioscuron, vicus Libyæ memoratur Ptolemæo inter Marmaricæ oppida, cui Dioscoron dicitur.

61 Ἐκ δύο ἓν παράγωγον.] Pro παράγωγον, lege vel παρεφθαρμένον, vel παρηγμένον, vel κατὰ παραγωγὴν. Sic enim amat loqui noster auctor aliis in locis. Cum ex duobus nominibus unum fit, ut in hac sectione, ex Διοσκόρων κώμη fit Διοσκορωκωμήτης.

62 Διὸς-

ΔΙΟΣ πόλις [62], ἡ μεγάλη πόλις τῆς Αἰγυπτίας Θηβαΐδος, ἡ λεγομένη Ἑκατόμπυλος, κτίσμα Ὀσίριδος καὶ Ἴσιδος. [63] πρὶν ὑπὸ Περσῶν ἀφανισθῆναι φησι Κάτων, ὅτι μυριάς τριχιλίας κώμας εἶχε, καὶ τριάκοντα, ἀνθρώπων δὲ μυριάδας ἑπτακοσίας· ἀρούρων δὲ τόπων μεμετρημένων τριχιλίων καὶ ἑπτακοσίων [64], ἑκατὸν δὲ πύλας μεγαλοπρεπεῖς, πεντακόσια στάδια τὸ μῆκος. [65] Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι μικραὶ ἐν Αἰγύπτῳ τέσσαρες, ὧν ἐν τῇ μιᾷ πιθανεύουσι τοὺς κροκοδείλους ἐν ἄντροις καὶ φρέασι, σέβοντες [66], μηδὲ ἅπτεσθαι ποταμοῦ ὁρμωμένους, μηδ' εἰ σφόδρα λεγοίντο. ε', Λυδίας. [67] ζ', Παλαιστίνης. Ὁ πολίτης, Διοπολίτης.

ΔΙΟΧΙΤΗΣ, κώμη Αἰγύπτου, ἐν ᾗ τέθαπται Ὄσιρις. Ἐθνικὸν τὸ αὐτό, Διοχίτης.

ΔΙΠΑΙΑ [68], πόλις Ἀρκαδίας. [69] Τὸ ἐθνικὸν Διπαιεύς. Ἀλλὰ καὶ ἡ πόλις ἔτω.

ΔΙΡΦΥΣ, ὄρος Εὐβοίας ὡς Εὐφορίων. Τὸ ἐθνικόν, Δίρφυος· καὶ Διρφύα ἡ Ἥρα πάτη.

ΔΙΣΟ-

DIOSPOLIS, Jovis urbs, magna civitas Ægyptiæ Thebaidis, quæ *Hecatompylos* dicebatur, opus Osiridis, & Isidis. Antequam à Persis destrueretur, ait Cato habuisse terdecies millia, & triginta vicos: hominum verò septuagies centena millia, agri autem dimensi jugera tria millia & septingenta, centum portas egregie adornatas, quadringenta stadia longitudine. Sunt verò & aliæ quatuor hujus nominis parvæ in Ægypto civitates, in quarum una crocodilos cicures reddunt, in antris, & puteis colentes, nec fluvium gustantes, nec si vehementer colligantur. Sexta, Lydiæ, septima, Palæstinæ, civis Diospolites.

DIOCHITES, vicus Ægypti, in quo Osiris sepultus fuit. Gentile, idem, Diochites.

DIPÆA, urbs Arcadiæ. Gentile, Dipæus, sed etiam urbs, sic dicitur.

DIRPHYS, mons Eubœæ, ut Euphorion. Gentile, Dirphyus, & *Dirphya Juno* inibi colitur.

DISO-

62 Διὸς πόλις, ἡ μεγάλη πόλις τῆς Αἰγυπτίας, &c.] *Diospolis h.e Jovis urbs* erat magna urbs Ægyptiæ Thebaïdis, quæ *Hecatompylos* dicta fuit, videlicet quòd centum haberet portas, ab Osiride & Isíde condita, ut inquit noster; verum de ejus conditoribus non conveniebat, nec inter scriptores, nec inter sacerdotes Ægyptios, ut videre est apud Diod. Siculum lib. 1. Κλίσιν δὲ φασι τὰς περὶ τὸ Ὄσιριν πόλιν ἐν τῇ Θηβαΐδι τῇ κατ' Αἴγυπτον ἑκατόμπυλον. διὸ ἐκείνης μὲν ἐπώνυμον ποιῆσαι τὸ μῆκος, τὰς δὲ μεταγενεστέρας αὐτὴν ὀνομάζειν Διὸς πόλιν, ἐνίας δὲ Θήβας. Ἀμφισβητεῖται δ' ἡ κλῖσις τῆς πόλεως ταύτης, οὐ μόνον παρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἱερεῦσι. Πολλοὶ γὰρ ἱστοροῦσιν οὐχ ὑπὸ τοῦ περὶ τὸ Ὄσιριν κλεινὸν τὰς Θήβας, ἀλλὰ πολλοῖς ὕστερον ἔτεσιν ὑπὸ τινος βασιλέως. i. e. *Condidisse verò ajunt Osirin urbem in Thebaide Ægypti centum portarum, quam* matris *cognomento insignierit; posteriores autem eam nominare* Διὸς πόλιν *h. e.* Jovis urbem, *nonnullos verò* Thebas. *De cujus conditore dubitatur, non solum apud scriptores, verum etiam apud ipsos Ægypti sacerdotes. Multi enim rerum monumentis tradunt, non ab Osiride conditas fuisse Thebas, sed multis post annis à quodam rege.* Ex Diodori verbis elucet prius *Thebas* appellatam fuisse, ac deinde *Dios polin*, id est *Jovis urbem*, quod etiam firmatur Strabonis auctoritate, cujus ex lib. 17. sunt verba: Μετὰ δὲ τὴν Ἀπόλλωνος πόλιν, αἱ Θῆβαι· καλεῖται δὲ νῦν Διὸς πόλις. i. e. *Post Apollinis urbem, Thebæ; vocatur verò nunc Dios polis.* Hujus rei evidens argumentum est quod ab Homero & Herodoto hæc Ægypti celeberrima urbs non *Dios polis*, sed *Thebæ* vocatur; hic ejus fecit mentionem lib. 1. c. 3. Ille Il. 9. v. 381.

63 Πρὶν ὑπὸ Περσῶν ἀφανισθῆναι φησι Κάτων.] A Persis eversam fuisse Diospolin ex Catone inquit; cujus aliquod opus in Græcum sermonem erat translatum. Nam auctor noster non citat auctores Latinos, nisi Græcos factos: fuisse verò Diospolin eversam à Cambyse Persarum rege, qui expeditionem in Ægyptios suscepit, ut claret ex Herodoti historia, innuit Strabo lib. 17. Μητρόπολιν νομίζουσι τῆς Αἰγύπτου ταύτην· καὶ νῦν δείκνυταί τι ἴχνη καὶ μεγέθους αὐτῆς ἐπὶ σταδίους ἑπτακοσίους τὸ μῆκος· ἔστι δὲ ἱερὰ πολλὰ καὶ τεμένη. Καὶ τούτων τὰ πολλὰ ἠκρωτηρίασε Καμβύσης· νυνὶ δὲ κωμηδὸν συνοικεῖται. i. e. *Hanc Ægypti metropolin ponentes: & nunc ostenduntur vestigia magnitudinis ejus longitudine* XXC *fere stadiorum; sunt verò templa quamplurima, & horum multa Cambyses mutilavit: nunc autem vicatim habitatur.*

64 Ἑκατὸν δὲ πύλας, &c.] Centum portas habuisse inquit & alia ejus magnitudinis haud verosimilia; verum quæ de ea canit poëtarum parens satis ostendunt ejus magnitudinem, populi multitudinem & divitias. Sic enim ille Il. 9. v. 381.

——— ἃ δ' ὅσσα Θήβας
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται,
Αἱ τ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφιν.
——— *nec quanta Thebas*
Ægyptias [advehuntur] *ubi multæ in domibus opes jacent*
Quæque centum-portarum sunt, ducenti verò per singulas
Viri egrediuntur cum equis & curribus.

Ad quem locum videsis Eustath. & observationes nostras in Θῆβαι; mirum est Sacra biblia non meminisse tam celebris urbis, LXX senes Ezechielis profetæ c. 30. v. 14. ubi profeta habet נא *No*, vertunt *Diospolin*, utrum eadem fuerit, necne, plane nescio.

65 Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι μικραὶ ἐν Αἰγύπτῳ τέσσαρες.] Postquam memoravit Diospolin Thebaïdis Ægyptiæ, inquit fuisse alias hujus nominis quatuor parvas urbes, è quarum numero una Diospolis parva celebratur à Ptolemæo lib. 4. c. 5. unà cum Nomo Diospolite.

66 Μηδὲ ἅπτεσθαι ποταμοῦ ῥυόμενοι, μηδ' εἰ σφόδρα λίγοιντο.] Pro ῥυόμενοι legendum existimo ῥυόμενοι. Facilis enim est transitus ῥ in υ, & ex antecedentibus confirmatur hæc lectio. Namque si in antris & puteis colebantur hi crocodili, non poterant *fluvii* h. e. *Nili* aquas gustare. In illis ultimis verbis etiam mendum suspicor, sed eis manus medicas adhibere non audeo. Melius est enim incorrectum relinquere locum, quam non recte corrigere; hoc enim est depravare.

67 Ἑβδόμη Παλαιστίνης, &c.] Septimo loco celebrat Diospolin Palæstinæ, prope quam prælium commissum fuisse inter Judæos & Arabes narrat Josephus Antiquit. lib. 15. c. 6. Herode Judææ rege & Marco Antonio orientis imperium obtinente ante Actiacam cum Augusto pugnam.

68 Δίπαια, πόλις Ἀρκαδίας.] Dipæa, urbs Arcadiæ. Memoratur Pausaniæ lib. 3. cui Διπαιεῖς dicitur num. plur. & mascul. gen. Οἱ δὲ Διπαιεῖς ἐν τῇ Μαινάλίᾳ πόλισμα Ἀρκάδων ἦσαν. i. e. *Dipæëis verò in Mænalia Arcadum parva civitas erant.*

69 Τὸ ἐθνικὸν Διπαιεύς.] Gentile Dipæeus; existimo legendum Διπαιεῖς pro Διπαιεύς, ex verbis Pausaniæ nota præcedenti allatis, quod etiam videntur confirmare verba, quæ apud auctorem nostrum sequuntur. Sæpe enim oppidorum nomina & oppidani num. plur. hac formâ inveniuntur.

70 Δί-

ΔΙΣΟΡΑΙ, ἔθνος Θρᾴκιον· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. A

DISORÆ, populi Thraciæ, Hecatæus Europa.

ΔΙΦΡΟΙ, πόλις Φοινίκων. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμώνυμον.

DIPHRI, urbs Phœnicum. Gentile est ejusdem nominis.

ΔΙΩΝΙΑ, πόλις, ἣν καλεῖ ἐν τῇ Κυπρίαις πόλεσι Θεόπομπος πεντεκαιδεκάτῃ Φιλιππικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Διωνιάτης, ὡς Κυδωνιάτης. B

DIONIA, urbs, quam inter Cyprias urbes recenset Theopompus Philippicorum lib. 15. Gentile, Dioniatæ, ut Cydoniatæ.

ΔΟΒΗΡΟΣ 70, πόλις Παιονίας. Οἱ πολῖται, Δόβηρες.

DOBERUS, urbs Pæoniæ. Cives, Doberes.

ΔΟΙΑΝΤΕΣ 71, πεδίον Φρυγίας.72 Ἄκμονα γὰρ καὶ Δοίαντά φασιν ἀδελφοὺς· ἀφ' ὧν τὸ Δοιάντιον, καὶ Ἀκμώνιον ἄλσος. C

DOEANTES, campus Phrygiæ. Acmonem enim, & Dœantem fratres ajunt fuisse, à quibus Dœantium, & Acmonium nemora.

ΔΟΚΙΜΕΙΟΝ 73, πόλις Φρυγίας, ὡς Εὐδαίμων. 74 Τὸ ἐθνικὸν Δοκιμεύς, καὶ τεχνην. Κατὰ δὲ τὴν συνήθειαν, Δοκιμηνός. 75 Ἀφ' οὗ τὰ μάρμαρα κάτω φασί. D

DOCIMEUM, urbs Phrygiæ, ut Eudæmon. Gentile, Docimeus, secundum artem, sed secundum consuetudinem, Docimenus. A quo marmora sic dicunt.

ΔΟΛΒΑ, πόλις τῆς Ἀδιαβηνῆς. Ἀρριανὸς ιγ' Παρθικῶν τὸ ἐθνικὸν Δολβαῖος, καὶ Δολβηνός.

DOLBA, urbs Adiabenæ, Arrianus Parthicorum lib. 13. Gentile, Dolbæus, & Dolbenus.

ΔΟΛΙΟΝΕΣ 76, οἱ τὴν Κύζικον οἰκοῦντες, ἧς Δολίεας εἶπεν Ἑκαταῖος. Λέγονται καὶ Δολιόνιοι· καὶ θηλυκῶς Δολιονία. E

DOLIONES, qui Cyzicum habitant, quos *Dolieos* dixit Hecatæus. Dicuntur etiam *Dolionii*, & fœminino-genere, Dolionia.

ΔΟΛΙΧΗ 77, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ, ὡς Καλ-

DOLICHE, insula juxta Lyciam, teste Cal-

70 Δόβηρος, πόλις Παιονίας. οἱ πολῖται Δόβηρες.] Doberus, urbs Pæoniæ, cujus cives Doberes. Qui inter Pæonum populos numerantur ab Herodoto lib. 5. c. 16. Doberus verò Pæoniæ in Macedonia memoratur à Ptolemæo lib. 3. c. 13. cui Δήβορος dicitur; at lectio ἧς Δόβηρος apud nostrum auctorem confirmatur à Plinio, cui lib. 4. c. 10. Doberienses memorantur inter Pæoniæ gentes, & ex Thucyd. lib. 1. cui Δόβηρος quoque dicitur. Quare apud Ptolem. pro Δήβορος legendum Δόβηρος.

71 Δοίαντες, πεδίον Φρυγίας.] Auctori nostro Dœantes est campus Phrygiæ, qui Apollon. Rhodio Argonautic. lib. 2. v. 373. dicitur Dœantis campus:

Ἔνθα δὲ Δοίαντος πεδίον· τρεῖς δ' ἔσαν ἄστεα
Τειρσαὶ Ἀμαζονίδων.
Ubi est Dœantis campus: propè verò urbes
Tres Amazonidum.

Ad quem locum hujus poëtæ Scholia ex tribus auctoribus conflata hæc dicunt: Δοίας καὶ Ἄκμων, ἀδελφοί. Τίνος δὲ παῖδες, ἔφερεπης, ὥς φησι Φερεκύδης. Πλησίον δέ, φησὶ, τῆς Δοιαντικῆς πεδιάδος εἰσὶ τρεῖς πόλεις, ἔνθα κατῴκησαν αἱ Ἀμαζόνες, Λυκαστία, Θεμισκύρα, καὶ Χαλυβία. i. e. *Dœas & Alcmon*, [lege Acmon] *fratres; cujus verò patris, non fertur, ait Pherecydes; propè verò, inquit, Dœantis campum sunt tres urbes, ubi habitabant Amazones, Lycastia, Themiscyra, & Chalybia.*

72 Ἄκμονα γὰρ καὶ Δοίαντά φασιν ἀδελφούς.] Acmonem & Dœantem fuisse fratres inquit, quod habet ex Pherecyde, quem ipse advocat in Ἀκμόνια, & nos ejus verba adducimus nota præcedenti, ab illis fratribus *Dœantium* & *Acmonium nemus* seu *lucum* vocatum fuisse inquit, de quibus videsis, quæ in notis ad Ἀκμόνια diximus. Unde apparet non rectè apud Apollodori Rhodii Scholia legi Ἄλκμων cum legendum sit Ἄκμων.

73 Δοκίμειον, πόλις Φρυγίας.] Docimeum, urbs Phrygiæ, Ptolemæo lib. 5. c. 2. dicitur Δοκιμαῖον & inter Phrygiæ urbes numeratur, Straboni verò lib. 12. Δοκιμία κώμη .i. e. *Docimia pagus* appellatur, cujus verba nota 75 subsequenti appono.

74 Τὸ ἐθνικὸν Δοκιμεὺς, καὶ τεχνίτης, &c.] Oppidani urbis *Docimei* dicebantur *Docimenses*, & *Docimeni*, aliqui putant esse eosdem, quos Jul. Capitol. in Marco Antonino philosopho vocat *Diocmitas*; sed falluntur. Nam Diocmitæ Capitolini erant quidam milites, quos sic vocabant à verbo Græco διώκω. i. e. *persequor*, *sequor*, ut patet ex Amm. Marcellino lib. 27. c. 20. *Adhibitis semiermibus paucis, quos* Diocmitas *appellant.*

75 Ἀφ' οὗ τὰ μάρμαρα κάτω φασί.] Unde marmora sic dicunt. In hac urbe seu pago Docimeo seu Docimia erat lapidicina Synnadici lapidis, ex quo lapide columnæ & rabulæ magnitudine & pulchritudine admiranda Romam deportabantur auct. Strab. l. 12. Σύνναδα δ' ἐστὶν ἡ μεγάλη πόλις· ἀπέχειν δ' αὐτῆς ἐλαιόφυτον πεδίον, ὅσον ἑξήκοντα σταδίων· ἐπέκεινα δ' ἐστὶ Δοκιμία κώμη, καὶ τὸ λατόμιον ἧς Συνναδικὸς λίθος· ἔστι μὲν Ῥωμαίοις καλούσιν· οἱ δ' ἐπιχώριοι Δοκιμίτην, καὶ Δοκιμαίων· καθαρὰς μὲν μικρὰς βώλους σκιδνᾶσι καὶ μεγάλας· ἀφ' ὧν τῶν νυνὶ πολυτελείαν τῶν Ῥωμαίων κίονες ἐξαίρετοι μονόλιθοι μεγάλοι πλησιάζοντες τὰ Ἀλαβαστρίτη λίθῳ καὶ τῶν ποικιλιῶν ὥστε καίπερ πολλῆς ὕσης τὸ ἐπὶ θαλάττης ἀγώγιμοι τὰ πηλικαῦτα φορεῖσθαι, ὅμως καὶ κίονες καὶ πλάκες εἰς Ῥώμην κομιζόμεναι θαυμάζονται καὶ τὸ μέγεθος, καὶ κάλλος. i. e. *Synnada verò est non magna urbs; ante eam jacet campus oleis-consitus, stadiorum circiter* L X. *ab altera parte est* Docimia pagus *&* Lapidicina Synnadici lapidis, *sic quidem Romani vocant, incolæ verò* Docimiten, *&* Docimæan, *ab initio parvas glebas proferente lapidicina; sed ob multos sumptus Romanorum, eruuntur columnæ solidi lapidis magnæ, varietate ad Alabastritem lapidem accedentes, adeò ut quamvis multum hujusmodi onerum ad mare deducatur, tamen & columnæ & tabulæ Romam asportentur magnitudine & pulchritudine admirabiles.*

76 Δολίονες, οἱ τὴν Κύζικον οἰκοῦντες.] Doliones, qui Cyzicum habitabant, dicebantur; scilicet, quia Cyzicus antea *Dolionis* vocata fuit, ut refert Plinius lib. 5. c. 32. *Ultra insula, quam continenti junxit Alexander, in qua oppidum Milesiorum Cyzicum, antea vocitatum* Arconnesos, *&* Dolionis, *&* Dindymis, *cujus à vertice mons Dindymus.* De Cyzico verò vide quæ suo loco annotamus.

77 Δολιχὴ, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ, &c.] Doliche, insula celebratur prope Lyciam, quam Alexander in Periplo Lyciæ *Dolichisten* vocat. Sic etiam appellatur à Plinio lib. 5. c. 31. & à Ptolemæo libro 5. c. 5. à nemine verò, quod sciam, nisi ab Stephano nominatur *Doliche*; Icarus verò insula *Doliche* dicta fuit, ut testatur noster in Ἴκαρος, & Plinius lib. 4. c. 12.

ὡς Καλλίμαχος. Ἀλέξανδρος ἐν τῷ Λυκίας περίπλῳ, Δολιχίσην αὐτὴν φησιν. [78] Ἔστι καὶ Δολιχηνὴ πόλις τῆς Κομμαγηνῆς. [79] Ἐθνικὸν Δολιχαῖος Ζεύς. Οἱ δὲ ἐπιχώριοι, Δολιχηνοὶ λέγονται. Τῆς δὲ Λυκιακῆς Δολιχῆς, Δολιχεύς. Οὗ καὶ τύπος συνήθης τοῖς Λυκίοις. Τῆς δὲ Δολιχίσης. Δολιχισεύς.

Callimacho, Alexander in Periplo Lyciæ, *Dolichisten* eam vocat. Est etiam Dolichene, urbs Commagenæ. Gentile, Dolichæus Jupiter. Incolæ verò, *Dolicheni* dicuntur. Gentile verò Lyciacæ Dolichæ, Dolicheus. Hæc enim forma Lyciis in usu est. At gentile Dolichistæ, Dolichisteus dicitur.

ΔΟΛΟΓΚΟΙ [80], ἔθνος Θρᾴκης, ἀπὸ Δολόγκου, τοῦ ἀδελφοῦ Βιθυνοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, Δολόγκιος, καὶ Δολογκιὰς, καὶ Δολογκιάδης.

DOLONCI, populi Thraciæ, à Dolonco, Bithyni fratre. Gentile, Doloncius, & Doloncias, & Dolonciades.

ΔΟΛΟΠΕΣ [81], ἔθνος Θεσσαλῶν ἔγγιστα, ἀπὸ Δόλοπος. Ἡ χώρα, Δολοπία, καὶ Δολοπηΐς.

DOLOPES, populi proximè Thessalos, à *Dolope* sic dicti, regio, Dolopia & Dolopeïs.

ΔΟΜΕΤΙΟΥΠΟΛΙΣ [82], Ἰσαυρίας πόλις. Ὁ πολίτης, Δομετιοπολίτης.

DOMETIOPOLIS, Domitii civitas, Isauriæ urbs. Civis, Dometiopolites.

ΔΟΝΟΥΣΙΑ [83], νῆσος μικρὰ Ῥόδου, εἰς ἣν Διόνυσος ἐκ Νάξου τὴν Ἀριάδνην μετεκόμισε, διωκόντος αὐτὴν τοῦ πατρὸς Μίνω. Ἔοικεν οὖν Διονυσία εἶναι, καὶ κατὰ φθορὰν Δονουσία. Τὸ ἐθνικὸν, Δονούσιος.

DONUSIA, insula parva Rodi, in quam Dionysus ex Naxo Ariadnen transportavit, cum pater ejus Minos eam persequeretur. Videtur igitur Dionysia dicendum esse, atque corruptè Donusia. Gentile, Donusius.

ΔΟΡΙΕΙΟΝ, Φρυγίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Δορμειεύς, ὡς Γορδιεύς.

DORIEUM, Phrygiæ urbs. Gentile, Dorieensis, ut Gordiensis.

ΔΟΡΙΣΚΟΣ [84], πόλις Θρᾴκης, καὶ πεδίον. Τὸ ἐθνικὸν Δορίσκιος. ὡς Δορμίσκιος.

DORISCUS, urbs Thraciæ, necnon campus. Gentile, Doriscius, ut Dormiscius.

ΔΟΡΟ-

DORO-

78 Ἔστι καὶ Δολιχλωνὴ, πόλις τῆς Κομμαγλωνῆς, &c.] Pro Δολιχλωνὴ lege Δολίχη. Sic enim legitur apud Ptolemæum lib. 5. c. 15. & gentile, quod noster affert id confirmat, nempe Δολιχαῖος Ζεύς, i. e. *Dolichæus Jupiter*, verum incolæ, ut inquit, Dolicheni dicebantur. Fuit verò Commagenes regionis urbs. Commagene autem erat Syriæ regio inter cujus civitates mediterraneas à septentrionali Commagenes plaga numeratur à Ptolem. libro capiteque citato.

79 Τὸ ἐθνικὸν, Δολιχαῖος Ζεύς.] Plerumque τῷ ἐθνικῷ additur articulus τὸ, quod per incuriam quandam puto relictum; verum Jupiter iste Dolichæus in inscriptione marmorea, Româ ad Abr. Ortelium missâ, ut ipse in suo Thesauro Geographico inquit, dicitur Dolichenus JOVI. OPTIMO. MAXIMO. DOLYCHENO. UBI. FERRUM. NASCITUR. C. SEMPRONIUS. RECTUS. CENT. 7. FRUMENTARIUS. D. D.

80 Δόλογκοι, ἔθνος Θρᾴκης, &c.] Dolonci, gens Thraciæ. Memorantur Herodoto lib. 6. c. 34. Plinio lib. 4. c. 11. cui *Doloncæ* dicuntur. Solino c. 16. Dolongii. Sed vera lectio ex nostro auctore petenda est. Sic enim apud Herodotum libro capiteque citatis vocantur; ex quo reliqui transcripserunt.

81 Δόλοπες, ἔθνος Θεσσαλῶν ἔγγιστα.] Dolopes populi proximè Thessalos, qui adversus Trojanos unà cum Græcis profecti sunt; incoluere verò extrema Phthiæ Pindo vicini, auctore Strabone lib. 9. Τὲς δὲ Δόλοπας φησὶ καὶ ὁ ποιητὴς ἐκνεῦς, ὅτι ἐπὶ τοῖς ἐσχατιαῖς εἰσὶ τῆς Φθίας, καὶ ὅτι τὰ τῶν αὐτῶν ἠγεμόνι ἦσαν τῷ Πηλεῖ, ἅτε τε καὶ οἱ Φθιῶται; ἔνιον γάρ (φησιν) ἐσχατιὰ Φθίης, &c. i. e. *Dolopes verò Poëta satis indicat, in extremo Phthiæ incoluisse, & sub eodem principe fuisse Peleo hos & Phthiotas; habitabant enim* (inquit) *extremitatem Phthiæ.* [Ac paulo post] Γείτονα δὲ τῇ Πίνδῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὴν χωρίοις, Θετταλικοῖς ἅπασι τοῖς πλείοσιν, i. e. *Vicina autem est regio Pindo & circumjacentibus locis, quorum plurima Thessalica sunt.* Parens verò poëtarum Dolopes celebrat Il. 9. v. 480.

Νάιον δ' ἐσχατιὴν Φθίης Δολόπεσσιν ἀνάσσων.

Habitabam verò extremitatem Phthiæ, Dolopibus imperans.

Ex quo versu sunt illa, quæ affert Strabo. Thucydides verò lib. 1. auctor est incoluisse insulam Scyrum in Ægæo mari sitam, atque ab Athenienses subactos fuisse duce Cimone Miltiadis filio: Πρῶτον μὲν Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι, Μήδων ἐχόντων, πολιορκίᾳ εἷλον, καὶ ἠνδραπόδισαν, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος. Ἔπειτα Σκύρον τὴν τῆς Αἰγαίου νῆσον, ἣν ᾤκουν Δόλοπες, ἠνδραπόδισαν, καὶ ᾤκισαν αὐτοί. i. e. *Primum quidem Eionem, quæ ad Strymonem est, quam Medi tenebant, obsidione ceperunt, & in servitutem redegerunt, duce Cimone Miltiadis filio. Deinde verò Scyrum insulam in Ægæo* [mari] *quam incolebant Dolopes in servitutem redegerunt, & ipsi incoluere coloniâ eo missâ.* Memorantur etiam poëtarum Principi Æneid. lib. 2. v. 7.

— *Quis talia fando*
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyssi
Temperet à lachrymis?

82 Δομετιόπολις, Ἰσαυρίας πόλις.] Dometiopolis, Isauriæ urbs. Memoratur Constantino Porphyrogenetæ de Them. lib. 1. Them. 13. Seleuciæ; at Seleucia erat pars Isauriæ, ut eodem loco inquit idem auctor: Ptolemæo lib. 5. c. 8. inter Ciliciæ urbes numeratur, quæ erat etiam Seleuciæ finitima, auctore eodem Constantino loco citato. Quare, quamvis noster Isauriæ, Ptolemæus Ciliciæ, Constantinus Seleuciæ eam adscribant, eadem erat civitas, quod in regionum confinio inter scriptores antiquos est tralatitium.

83 Δονουσία, νῆσος μικρὰ Ῥόδου, &c.] Donusia, insula parva Rhodi κατὰ φθορὰν sic dicta, cum deberet dici *Dionysia*; memoratur Eustathio ad Dionysii v. 530. apud quem perperam Νυσία pro Δονουσία legitur; Tacito Annal. lib. 4. c. 30. *Donusa* dicitur, Melæ verò lib. 2. c. 7. *Donysa*, quem sequitur Homerus Mantuanus Æneid. lib. 3. v. 125.

Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus
Bacchatamque jugis Naxon, viridemque Donysam.

Ad quem locum inquit Servius *viridem* à poëta vocari, vel à colore marmoris Lacedæmonii, vel quod sylvestris esset. Niger tanquam diversas insulas celebrat Dionysiam & Dionysam.

84 Δορίσκος, πόλις Θρᾴκης.] Doriscus, urbs Thraciæ, & campus, seu planities, ubi Xerxes exercitum suum adversus Græcos recensuit implens militibus locum, per diversas vices, qui per singulas vices recipiebat myriadem homi-

ΔΟΡΟΚΟΤΤΟΡΟΣ [85], πόλις Γαλατῶν τῶν προσβόρρων. Ὁ οἰκῶν, Δοροκοττόριος.

DOROCOTTORUS, urbs Galatarum, qui ad boream vergunt. Incola, Dorocottorius.

ΔΟΡΥΛΑΊΕΙΟΝ [86], πόλις Φρυγίας, ὃ καὶ Δορύλαιον Δημοσθένης φησί. Τὸ ἐθνικόν, Δορυλαεύς.

DORYLAEUM, urbs Phrygiæ, quod & *Dorylaum* Demosth. vocat. Gentile, Dorylaeus.

ΔΟΥΛΙΧΙΟΝ [87], μία τῶν Ἐχινάδων νήσων, ἡ καὶ Δόλιχα καλουμένη, καὶ Ὀξεῖαι, ἣν Θοὰς ὁ ποιητὴς εἶπεν, ἀπὸ Δουλιχίου τοῦ Τριπτολέμου, Ὁ πολίτης, Δουλιχιεύς, καὶ Δουλιχιώτης. Ἀπὸ δὲ Δουλιχίου, κατὰ τροπὴν, Δουλιχίτης, καὶ Δουλιχεῖς ἐλέγοντο, καὶ οἱ ἐν τῷ Δουλιχίῳ Ἐπειοὶ, ὡς Ἐπαφρόδιτος φιλοπόνως ἀνθεστηκὼς τῷ Ἀριστάρχῳ κατεδεχόμην ἄτω.

DULICHIUM, una Echinadum insularum, quæ etiam *Dolicha* vocabatur, & Oxiæ, quam *Thoas* poëta vocavit, à Dulichio Triptolemi filio. Civis, Dulichieus, & Dulichiotes, à Dulichie, per conversionem, *Dulichietes*, & *Dulichei* dicebantur, & qui in Dulichio Epii, ut Epaphroditus explicans Aristarchum, qui sic receperat.

ΔΟΥΛΟΝ πόλις, πόλις Λιβύης· ἐκαλεῖτο ἐν παλαιῷ. Καὶ ἐὰν δοῦλος εἰς τὴν πόλιν ταύτην λίθον προσενέγκῃ, ἐλεύθερος γίγνεται, κἂν ξένος ᾖ. Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἱερόδουλων, ἐν ᾗ εἷς μόνος ἐλεύθερός ἐστι. Φασὶ καὶ ἐν Κρήτῃ Δουλόπολιν εἶναι χιλιανδρον. Σημειωτέον δ' ὅτι Κραλίνος ἐν Σεριφίοις πόλιν δοῦλων φησὶν, Ἀπολλωνίου φήσαντος μὴ δεῖν ταύτας τὰς προτεθείσας ἐναλλάττειν ὀνόματα ποιητικῆς ἀνάγκης [88], ὥς φησι Κραλίνος.

DULOPOLIS, i. e. *Servorum civitas*, urbs Libyæ: Hecatæ. Periegesi, *Et, si servus in hanc urbem lapidem attulerit, liber fit, quamquam peregrinus sit.* Est & alia *Hierodulωn*, in qua unus solus liber est. Ajunt &, in Creta *Dulopolim* esse mille-virorum. Notandum verò est, quod Cratinus in Seriphiis *urbem servorum* vocat, Apollonio dicente, non oportere explicationes immutare absque poëtica necessitate, ut inquit Cratinus.

Εἶτα

Dein-

hominum, hoc est, decem millia; ac sic numeravit centum & septuaginta myriades, id est decies septies centena millia hominum. Fides sit penes Herodotum, qui id refert lib. 7. c. 60. Erat verò Doriscus non solum urbs & campus Thraciæ, ut inquit noster, sed etiam litus, teste eodem auctore libro citato c. 59. Ὁ δὲ Δορίσκος, ἔστι τοῦ Θρηϊκίης αἰγιαλός τε καὶ πεδίον μέγα· διὰ δὲ αὐτοῦ ῥέει ποταμὸς μέγας, Ἕβρος, ὃν τοῦ τείχεος τε ἐδίδουσι βασιλήιον, τοῦτο τὸν δὴ Δορίσκον κεκλῆσθαι, καὶ Περσέων φρουρὴν ἐν αὐτῷ κατίσησι πάντα Δαρεῖος ἐξ ἐκείνου δὲ χρόνου ἐστί τε ἔτι Σκύθας ἐς φόβον βάλλειν. Ἐδόκεε ὦν τοῦ Ξέρξεω ὁ χῶρος οὗτος εἶναι ἐπιλήσιος ἀνδράσι τε καὶ ἐξαριθμῆσαι τὸν στρατὸν, καὶ ἐποίεε ταῦτα. i. e. *Doriscus verò, est Thraciæ litus & campus ingens, per quem fluit magnus amnis Hebrus, in quo extructus est murus regius, qui* Doriscus *vocatus fuit, & Persarum præsidium in ipso constitutum fuit à Dario ex illo tempore, cum adversus Scythas copias duxit; Visus est igitur Xerxi locus esse idoneus ordinandis recensendisque copiis, & sic fecit.* Reliqua petes ab eodem Herodoto. Plinius ex nostris inter alios celebrat Doriscum lib. 4. c. 11. & in eo etiam Xerxem exercitum dinumerasse refert; libet ad arguendum Græcorum in suis rebus vanitatem uti testimonio Ammiani Marcellini hominis Græci & de historia Romana & Græca benemeriti ex ejus lib. 18. c. 15. *Quousque nobis Doriscum Thraciæ oppidum & agminatim intra conspecta exercitus recensitos Græcia fabulosa narrabus.* Nugæ enim videntur esse, Xerxem non viritim sed agminatim exercitum numerasse.

85 Δοροκόττορος, πόλις Γαλατῶν.] Dorocottorus, urbs Galatarum, id est Gallorum. Græci enim sæpe, sic vocant Gallos tam Europæ, quam Asiæ; hoc oppidum Cæsari de Bello Gallico lib. 6. *Durocortorum Rhemorum* dicitur, Ptolemæo lib. 2. c. 9. Durocottorum; Gallis vulgò *Reyms*, ubi eorum reges inunguntur oleo cœlitus, ut ipsi ajunt, delapso, quod commenti genus est optimum, ut populus majori veneratione reges prosequatur. Miror hoc inter Hispanos in desuetudinem abiisse; ultimus enim Hispanorum rex inunctus fuit Alfonsus XI. hujus nominis, auctore Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 16. c. 2. verum Hispani oleum de cœlo delapsum non asserebant.

86 Δορυλάειον, πόλις Φρυγίας.] Dorylaeum, urbs Phrygiæ, Ptolemæo lib. 5. c. 2. dicitur *Doryleum*, Straboni lib. 12. *Dorylaium*; ejus oppidani Ciceroni pro L. Flacco *Dorylenses* dicuntur tamquam ab Doryleum.

87 Δουλίχιον, μία τῶν Ἐχινάδων νήσων] Dulichium, una Echinadum insularum, quæ etiam *Dolicha* vocata fuit, & Oxeæ, quam *Thoas* Poëta dixit. Sunt verba desumpta ex Strabonis lib. 10. Sic enim ille de Dulichio insula loquitur: Καὶ τούτης ἡ καὶ τῆς Κεφαλληνίας πρὸς ἕω τὰς Ἐχινάδας ἰδρυμένης νήσους συνῳκείωκεν, ὧν τὰ, τε Δουλίχιόν ἐστι (κωλεῦσι δ' αὐτὸ Δολίχιον) καὶ αἱ Ὀξεῖαι καλούμεναι, ἃς ὁ ποιητὴς Θοὰς εἶπε, &c. i. e. *Ab hac & Cephallenia versus orientem Echinades jacent insulæ, quarum una est Dulichium (nunc* Dolichian *vocant) & Oxiæ vocatæ, quas Poëta* Thoas *dixit.* Quare apud Stephanum pro ὧν Θοὰς lege ἃς, Θοὰς. Et noster & Strabo ajunt Poëtam insulam Oxias, vocasse Thoas, de quo nullus dubito, sed forsitan erat in aliquo Odysseæ versu, (nam Eust. ad Il 2. v. 625. inquit Homerum in Odyssea Oxias insulas Thoas dixisse) quem Aristarchus ex Homeri opere expulit; at Dulichion memorat Homerus Iliade versuque citato; Virgil. Æneid. lib. 3. v. 271.

Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos
Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua saxis.

Ejus situm sic describit Strabo libro supra citato: Καὶ ἡ μὲν Δολίχα κεῖται κατ' Οἰνιάδας καὶ τὰ στόμα τοῦ Ἀχελῴου, διέχουσα, Ἀράξου τοῦ τῆς Ἠλείων ἄκρας σταδίους ἑκατόν. i. e. *Et Dolicha quidem jacet juxta Oeniades & ostia Acheloi distans ab Araxo Eleorum promontorio stadiis centum.* Aliqui existimarunt, Dulichium & Cephalleniam eamdem fuisse insulam, ut tradit Strabo libro citato, sed contrà stat Homerus, cujus auctoritas in Græciæ urbibus & insulis est maxima, adeò ut olim in harum rerum controversia litem vincerent ii, quibus ille in poëmate suo favebat; at ipse Dulichium & Cephalleniam diversas facit insulas. Nam Il. 2. v. 625. Meges præest navibus, quæ ex Dulichio venerunt, eadem verò Iliade v. 631. Ulysses ducit Cephallenenses. Virgil. Ecloga 6. v. 76. Dulichias vocavit rates. *h. e.* Ulyssëas, quod in hac insula Ulysses credatur regnasse: qua de causa etiam ipse Ulysses *Dulichius* vocatus fuit, auctore Servio ad eundem locum. *Dulichius* etiam dicitur Irus, qui propter paupertatem in proverbium abiit, Propertio Eleg. 3.

Lydus Dulichio non distat Crœsus ab Iro.

88 Ὡς φησι Κραλῖνος.] Existimo legendum ἅτω φησὶ Κρατῖνος. i. e. *Sic inquit Cratinus.* Nam hic poëta fuit, qui contra sententiam Apollonii immutavit nomen *Dulopoleos*, cujus versus affert duos, in quorum secundo pro ἐς τε πόλιν ἀνδρῶν videtur legendum ἔς τε πόλιν ἀνδρῶν δούλων. Aliter enim versus non constat, nec vestigia nominis urbis Dulon πόλεως apparent, de qua agitur in hac sectione.

Εἶτα Σάκας ἀφικνῆ, καὶ Σιδονίους, καὶ Ε- A
ρεμβοὺς,
Ἔς τε πόλιν ἀνδρῶν νεοπλουτοπονή-
ρων.

Deinde Sacas pervenis, & Sidonios, & Erembos
Inque urbem recens-divitum-scelerato-rum.

Ἔστι καὶ χωρίον ἐν Αἰγύπτῳ Δυλόπολις, ὡς φησιν Ὀλυμπιανός. Τὸ ἐθνικὸν, Δυλοπολί- B
της.

Est & oppidum in Ægypto Dulopolis, ut inquit Olympianus. Gentile, Dulopolites.

ΔΟΥΜΑΘΑ[89], πόλις Ἀραβίας. Ὁ πολίτης. Δυμαθηνὸς, ὡς Γλαῦκος ἐν β ἀραβικῆς ἀρχαιολογίας.

DUMATHA, urbs Arabiæ. Civis, Dumathenus, ut Glaucus Arabicæ antiquitatis libro secundo.

ΔΟΥΡΑ[90], πόλις Μεσοποταμίας, ὡς C
Πολύβιος πέμπτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Δυρηνός.

DURA, urbs Mesopotamiæ, ut Polybius lib. quinto. Gentile, Durenus.

ΔΟΥΡΙΟΠΟΣ[91], πόλις Μακεδονίας· Στράβων ἑβδόμῃ. Ἔτι καὶ ἡ χώρα.

DURIOPUS, urbs Macedoniæ, Strab. lib. septimo. Sic etiam regio.

ΔΟΥΣΑΡΗ[92], σκόπελος, καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη Ἀραβίας. Εἴρηται ἀπὸ τοῦ Δυσά- D
ρου. Θεὸς ἔστιν, ὃν παρ' Ἄραψι καὶ Δαχαρηνοῖς τιμῶσιν. Οἱ οἰκοῦντες, Δυσαρηνοὶ, ὡς Δαχαρηνοί.

DUSARE, scopulus & cacumen altissimum Arabiæ; Sic verò dicitur à Dusare, qui Deus est ab Arabibus atque Dacharenis cultus. Incolæ, Dusareni, ut Dachareni.

ΔΡΑΒΗΣΚΟΣ[93], Θρᾴκης χωρίον· E
Θουκυδίδης. Τὸ ἐθνικὸν Δραβήσκιος.

DRABESCUS, Thraciæ castellum, Thucyd. Gentile, Drabescius.

ΔΡΑΓΓΑΙ[94], ἔθνος Περσικῆς. Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ. Τὸ θηλυκὸν, Δραγγίς. Ἡ χώρα, Δραγγανὴ, ὡς ἔθος. [95] Σωφηνοὶ γὰρ, καὶ Ἀραξηνοί.

DRANGÆ, gens Persidis, Strabo lib. 15. fœmin. Drangeis, regio Drangana, ut consuetudo. Sopheni enim, & Araxeni. F

ΔΡΑΓΜΟΣ, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων ἐν τοῖς Κρητικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν, Δράγμος, ἢ Δραγμίτης, ὅπερ ἄμεινον.

DRAGMUS, urbs Cretæ ut Xenion in Creticis. Gentile, Dragmus, vel Dragmites, quod melius est.

ΔΡΑ- DRA-

89 Δύμαθα, πόλις Ἀραβίας.] Dumatha, urbs Arabiæ. Memoratur etiam Ptolemæo lib. 5 c. 19. inter Arabiæ desertæ oppida juxta Mesopotamiam, cui Δυμαῖθα dicitur; ego existimo Ptolemæum ex nostro corrigendum esse.

90 Δοῦρα, πόλις Μεσοποταμίας, &c.] Memoratur Dura, urbs Mesopotamiæ ex Polybii lib. 5, qui eam celebrat libro ab Stephano citato neut. plur. Καὶ τὰ μὲν πρὸς Μεσοποταμίαν μέχρι πόλεως Εὐρώπης ἡλίεχε, τὰ δὲ Μεσοποταμίαν ἕως Δούρων. i. e. *Et regionem quidem Parapotamiam, id est, ad-amnem-situm usque ad Europum urbem occupavit; Mesopotamiam verò id est interamnem regionem usque ad Dura.* Procul dubio est ipsissima quæ Ptolemæo lib. 5. c. 20. dicitur *Duraba* & juxta Euphratis fluvii partem locatur.

91 Δυρίοπος, πόλις Μακεδονίας, &c.] Duriopus urbs Macedoniæ ex Strabonis lib. 7. apud quem legitur Δούριος, & eodem modo apud Liv. lib. 39. c. 53. *Relicto inde ad Philippopolin præsidio, quod haud multo post ab Odrysis expulsum est, oppidum in Deuriopo condere instituit. Pæoniæ ea regio est prope Erigonum fluvium; qui ex Illyrico per Pæoniam fluens, in Axium amnem editur. Haud procul Stobis, vetere urbe, novam urbem Perseida, ut his filio majori haberetur honos, appellari jussit.* Apud Livium, ut ex ejus verbis apparet, non est urbs, sed regio Pæoniæ, quæ erat Macedoniæ regio, in qua absque dubio erat urbs ejusdem nominis nostro auctori memorata ex Strabonis lib. 7.

92 Δυσαρὴ, σκόπελος, καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη.] Dusare, es, scopulus, seu cacumen altissimum Arabiæ, sic dictum, ut inquit noster a Dusare quodam Deo Arabum & Dacharenorum; erat verò Dusares idem, ac Dionysus Græcis, auctore Hesychio: Δυσάρην, τὸν Διόνυσον, Μακεδόνες. i. e. *Dusaren, Dionysum, Mabatæi.* [lege *Nabatæi*] Nabatæi enim, non Mabatæi fuere Arabiæ populi; sed hujus Arabiæ scopuli etymologiam melius à דשאר *dasar*, quod apud Arabes significat *montosam terram*, i. e. *montem*, teste Schindlero in suo lexico polyglotto in radice דשר *dasar*, deduci potest; jam alibi notavimus Dionysus de Deo, scilicet *Baccho*, vel *Libero* Patre, Dionysium de homine dici, in quo solent errare viri etiam eruditissimi.

93 Δραβῆσκος, Θρᾴκης χωρίον.] Drabescus Thraciæ locus, seu regio, seu castellum seu oppidum ex Thucydide; apud quem libro primo hæc leguntur: Προελθόντες ἐς τῆς Θρᾴκης ἐς μεσόγειαν, διεφθάρησαν ἐν Δραβήσκῳ τῇ Ηδωνικῇ ὑπὸ τῶν Θρᾳκῶν ξυμπάντων, οἷς πολέμιον ἦν τὸ χωρίον οἰ ἐννέα ὁδοὶ κλῄζομενον. i. e. *Progressi verò in mediterraneam Thraciæ partem, profligati fuerunt in urbe Drabesco Edonica ab universis Thracibus quibus hostile erat oppidum, quod condebatur,* Novem viæ *nomine*: Ex cujus verbis apparet fuisse regionem, sed apud Excerpta ex Strabonis libri septimi fine inter urbes circa Strymonicum sinum numeratur. Ubi Δραβίσκος, sed non recte scribitur.

94 Δραγγαι, ἔθνος Περσικῆς, &c.] Drangæ, gens Persica ex Strabonis lib. 15. cujus sunt verba: Οἱ δὲ Δραγγαι περσίζουσι τἄλλα καὶ τὸν βίον, οἶνον σπανίζουσι, γίγνεται δ' παρ' αὐτοῖς καθίστερος. i. e. *Drangæ verò in aliis more-Persarum vivunt, vini penuriâ-laborant; nascitur autem apud eos stannum.* Idem auctor inibi inquit, Alexandrum, cum esset in Drangiana, Philotam Parmenionis filium in insidiis deprehensum occidisse. Diodorus referens Philotæ casum, Parmenionem quoque occisum fuisse tradit Bibliothecæ Hist. lib. 17. Erat verò Drangiana contermina Ariæ ab occasu & septentrione, Arachosiæ ab oriente, Gedrosiæ à meridie, teste Cosmographo lib. 7. c. 19. Diodoro libro citato Δραγγανὴ dicitur, quod ex nostro puto corrigendum esse; apud quem hæc regio Δραγξανὴ dicitur.

95 Σωφηνοὶ γὰρ, καὶ Ἀραξηνοί.] In his verbis aliqua deficiunt, quibus explicanda erant antecedentia. Sopheni verò & Araxeni fuere populi Armeniæ, auctore Strabone lib. 11.

96 Δρά-

ΔΡΑΚΟΝΟΝ[96], ὄρος νήσου τῆς Ἰκαρίας λεγομένης, καὶ πόλις· Στεφάνωνιος. Τὸ ἐθνικὸν Δρακόνιος, ὡς Μυκώνιος, καὶ Δρακονεύς.

A DRACONUM, mons insulæ dictæ *Icariæ*, & urbs, Strabo lib. 14. Gentile, Draconius, ut Myconius, & Draconeus.

ΔΡΑΚΟΝΤΟΣ, νῆσος Λιβύης, ὡς Πολύστωρ ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν. Ὁ νησιώτης, Δρακοντονήσιος, ἢ Δρακοντονησίτης.

B DRACONTUS, insula Libyæ, ut Polyhistor Libycorum lib. 3. Insularis, Dracontonesius, vel Dracontonesites.

ΔΡΕΠΑΝΗ[97], ἡ Φαιακία. Τὸ ἐθνικὸν Δρεπανεύς[98], ὡς Χειρεύς. Ἔστι καὶ πόλις Λυκίας Δρέπανα. Ὁ πολίτης, ὁμοίως. [99] Καὶ Δρέπανα ἀδετέρως, πόλις Σικελίας. [1] Ἔστι C καὶ Δρέπανον πόλις Λιβύης. [2] Εἰσὶ καὶ νησία δύο πρὸς Λέβινθον. [3] Ἔστι καὶ Δρεπάνη Βιθυνίας, πρὸς τῷ Ἀστακηνῷ κόλπῳ. Ἔστι καὶ ὄρος Αἰθιοπίας. [4] Τῆς δὲ Βιθυνίας φασὶν ὠνομάσθαι, ὅτι

DREPANE, Phæacia. Gentile, Drepaneus, ut Scherieus. Est & urbs Lyciæ Drepana. Civis, eodem modo. Est & Drepana neutrius generis, urbs Siciliæ. Est & Drepanum urbs Libyæ. Sunt etiam duæ parvæ insulæ circa Lebinthum. Est etiam Drepane Bithyniæ juxta Astacenum sinum. Est & mons Æthiopiæ, Drepanem verò Bithyniæ ajunt vocari quòd

D

Δρεπάνην κλείσιν ἀπὸ Κρονίδαο σιδήρου.

Drepanen celebrant à Saturni ferro.

Τὸ ἐθνικὸν, Δρεπανεύς. Καὶ θηλυκὸν, Δρεπανηΐς.

Gentile, Drepaneus, fœmineum, Drepaneïs.

ΔΡΕΣΙΑ, πόλις Φρυγίας· Διονύσιος ἐν βασσαρικῶν γ.

E DRESIA, urbs Phrygiæ, Dionysius Bassaricorum tertio.

Βυ-

96 Δράκοντον, ὄρος νήσου τῆς Ἰκαρίας, &c.] Draconum, mons insulæ Icariæ, & urbs ex Strabonis lib. 14. apud quem non mons, sed promontorium & oppidulum vocatur; ejus sunt è libro citato verba: Ἔστι δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν καλούμενον Ταυροπόλιον ἐν τῇ νήσῳ, καὶ πολίσμάτιον Οἰνόη, καὶ ἄλλο Δράκοντον ὁμώνυμον τῇ ἄκρᾳ ἐφ' ἧ ἵδρυται σφόδρα μέσορμον ἔχον. i. e. *Est verò & Dianæ fanum nomine* Tauropolium *in insula* [Icaria] *& oppidulum* OEnoe, *& aliud* Dracanum *ejusdem eum promontorio nominis, in quo situm est, locum habens appellentibus navibus aptum*: Apud Strabon. legitur Δράκανον; apud nostrum Δράκοντον; alterum ex altero corriges pro libitu. Quod si porrigine corrigendi teneris, apud Stephanum pro ὄρος lege ἄκρα, pro πόλις scribe πολίσμάτιον ex Strab. lib. citato.

97 Δρεπάνη, ἡ Φαιακία.] Drepane, insula maris Ionii, non procul ab Epiro; Homero *Scheria* & *Phæacia*, Callimacho *Drepane* dicta, auctore Plinio lib. 4. c. 12. notiore nomine Corcyra, sub ditione Venetorum, vulgo *Corfu* dicitur; δρέπανη verò & δρέπανον Latinè sonat *falcem*: unde insula & oppida hujus nominis sic videntur appellata, quod falcis figuram redderent.

98 Ὡς Χειρεύς.] Lege ὡς Σχερεύς ex nostro auctore in Σχερία.

99 Καὶ Δρέπανα ἀδέτερως, πόλις Σικελίας.] Drepana, neut. plur. urbs Siciliæ. Sed etiam neut. singul. hujus urbis nomine utuntur auctores tam Latini, quam Græci: Polyb. lib. 1. Ὁ δὲ Ἀννίβας ἐξέπλευσε μὲν τῶν νεῶν εἰς τὸ Δρέπανον, i. e. *Annibal verò cum navibus navigavit Drepanum.* Liv. lib. 28. c. 41. *Ab Drepano atque Eryce detraxisse Amilcarem, quam Italia expulisse Pœnos atque Annibalem malis?* Erat verò urbs maritima, ut patet ex Polybii libro citato: Διὰ γὰρ τὴν εὐκαιρίαν ἣν τόπος καὶ κάλλος ἣν ἔσχε τὸ Δρέπανον λιμήν, ἀεὶ μεγάλην ἐποιοῦντο τὴν σπουδὴν οἱ Καρχηδόνιοι περὶ τὴν φυλακὴν αὐτοῦ. i. e. *Nam propter loci-opportunitatem & pulchritudinem Drepani portus, magnam semper curam adhibuere Carthaginenses circa ejus custodiam.* Fuisse verò munitissimum argumento est, Romanos olim prius totius Siciliæ imperio potitos esse, quàm Drepani, ut patet ex ejusdem Polybii lib. 1. Περὶ τὸ βοηθεῖν ἐγίνοντο, καὶ παραβάλλοντες καὶ πᾶν ποιοῦντες ὑπὲρ τοῦ περιποιήσασθαι πόλεως, ἀλλὰ τὸ μηδεμίαν ἀφορμὴν καταλείπεσθαι σφίσι, πάσης ἦν ἄκρης Σικελίας, ἐπικαιρεῖν Ῥωμαίοις. i. e. *In eo toti erant, ut opem ferrent, & quidvis auderent, ac nil non sustinerent pro ea urbe servanda, propterea quod nulla alia occasio ipsis relinqueretur, omnem aliam Siciliam Romanis tenentibus, præter Drepana.* Hoc in portu amisisse Anchisem genitorem inquit Æneas apud Virgil. Æneid. lib. 3. v. 707.

Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accipit, hoc pelagi tot tempestatibus actus
Heic genitorem omnis curæ, casusque levamen
Amitto Anchisen.

Ad quem locum ejus situm sic describit Servius: *Drepanum, civitas est ante pedem montis Erycis, trans Lilybæum, dicta, vel propter curvaturam littoris, in quo sita est, vel quod Saturnus post amputata virilia Cœlo patri, illuc falcem projecerit, quæ* Δρέπανον *dicitur Græce*, &c. Amat Servius ad fabulas deflectere; eadem pene ad ejusdem poëtæ locum inquit Pompon. Sabinus. Cluv. Siciliæ Antiquæ lib. 2. existimat esse oppidum, cui nunc vulgare vocabulum *Trapani.*

1 Ἔστι καὶ Δρέπανον πόλις Λιβύης.] Nunc memorat Drepanum, urbem Libyæ; Ptolemæo lib. 4. c. 5. dicitur promontorium, ut & Straboni lib. 17.

2 Εἰσὶ καὶ νησία δύο πρὸς Λέβινθον.] Inquit duas quoque fuisse parvas-insulas circa Lebinthum, hujus nominis, scilicet quæ *Drepana* dicebantur; Lebinthus verò erat insula maris Ægæi vicina Leriæ & Pathmo, auctore Strabone lib. 10. quæ Ovidio lib. 2. de arte amandi dicitur Lebynthos:

Dextra Lebynthos erat, sylvisque umbrosa Calydne.

Memoratur etiam Melæ lib. 2. c. 7. inter alias plurimas insulas, sed apud horum neminem Drepana insulæ celebrantur.

3 Ἔστι καὶ Δρεπάνη Βιθυνίας πρὸς τῷ, &c.] Celebrat nunc Drepanen Bithyniæ urbem ad Astacenum sinum; quæ memoratur in additis ad Eusebii Chronicorum librum posteriorem N. MMCCCXLIII. ubi dicitur: *Drepanum Bithyniæ civitatem in honorem martyris Lucani ibi conditi Constantinus instaurans ex vocabulo matris suæ* Helenopolim *nuncupavit.* Memoratur etiam Ammiano Marcellino lib. 26. c. 22. *Nuncupatum imperatorem stipatumque de more consentientes in unum reduxerunt ad castra, testati more militiæ Iovem, invictum Procopium fore. Huic perduellium prosperitati, lætior accessit. Rumitalca enim tribunus in societatem Procopianorum adscitus & suscepta cura palatii, digesto mature consilio, permixtoque cum militibus, mari ad Drepanum antea, nunc Helenopolim venit, exindeque Niceam spe celerius occupavit.*

4 Τῆς δὲ Βιθυνίας, &c.] Deflectit noster ad fabulas ac inquit *Drepanen* Bithyniæ sic vocatam fuisse à Saturni falce; fabula est lippis & tonsoribus, ut ajunt nota. Δρεπάνη enim sonat *falcem*, quod confirmat versiculo illo poëtæ anonymi, ac si eadem fabula omnibus hujus nominis oppidis aliisque id genus accommodari non possit; vero propius est hujusmodi loca à similitudine τῆς δρεπάνης. i. e. *falcis*, quam referebant; nomen invenisse.

Βυδίαν, Δρεσίηντε, καὶ οἰμηλώδεα γαῖαν. A

Budiam, Dresiamque, & qui pomosam terram.

Τὸ ἐθνικὸν, Δρεσιεύς.

Gentile, Dresieus.

ΔΡΥΛΑΙ[5], σποικία τῆς Ποντικῆς Τραπεζοῦντος ὀλίγον ἀπόρρω, ὡς Ξενοφῶν ἐν ἀναβάσεως πέμπτῳ. B

DRYLÆ, cohabitatio à Pontica Trapezunte non longe, ut Xenophon Anabaseos quinto.

ΔΡΙΛΩΝΙΟΣ, πόλις μεγάλη, ἐσχάτη τῶν Κελτικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Δριλώνιος, ὡς Θεόπομπος μγ.

DRILONIUS, urbs magna ultima Celticarum. Gentile, Drilonius, ut Theopompus lib. 43.

ΔΡΟΓΓΙΛΟΝ, χωρίον Θετταλίας· Θεόπομπος Φιλιππικῶν θ. Τὸ ἐθνικὸν, Δρογγίλιος. C

DRONGILON, Castellum Thessaliæ, Theopomp. Philippic. lib. nono. Gentile, Drongilius.

ΔΡΥΑΙΝΑ, πόλις Κιλικίας, κλίσμα Δρυαίνης, ἡ μετονομασθεῖσα Χρυσόπολις. Τὸ ἐθνικὸν, Δρυαινίτης.

DRYÆNA, urbs Ciliciæ, à Dryæno condita, quæ postea *Chrysopolis* vocata fuit. Gentile, Dryænites.

ΔΡΥΙΔΑΙ, ἔθνος Γαλατικὸν, φιλόσοφον· Διογένης Λαέρτιος ἐν Φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ. D

DRYIDÆ, gens Galatica, philosopha, Diogenes Laërtius in historia philosophica.

ΔΡΥΜΗ[7], πόλις Λιβύης· Στράβων ις. Ὁ πολίτης Δρυμαῖος, ὡς Βαρκαῖος, Κυρηναῖος.

DRYME, urbs Libyæ, Strab. lib. 16. Civis, Drymæus, ut Barcæus, Cyrenæus.

ΔΡΥΜΙΑ[8], πόλις Φωκίδος· Παυσανίας E

DRYMIA, urbs Phocidis, Pausanias lib.

5 Δρίλαι, σποικία τῆς Ποντικῆς, &c.] Drilæ, oppidum à Pontica Trapezunte haud longè. Ex Xenophontis Anabaseos lib. 5. cujus sunt verba: Ἐκ τούτου λαβὼν ὁ Ξενοφῶν ἡγεμόνας τῆς Τραπεζοῦντος; ἐξάγει εἰς Δρίλας τὸ ἥμισυ τοῦ στρατεύματος, τὸ δὲ ἥμισυ φυλάττειν καταλιπὼν τὸ στρατόπεδον. i. e. *Deinde Xenophon acceptis ducibus Trapezuntiorum, educit in Drilas dimidiam-partem copiarum, alteri verò dimidiæ-parti custodienda reliquit castra.* Ex verbis Xenophontis allatis apparet falsum fuisse Stephanum, cum inquit Drilas esse oppidum seu habitationem haud procul Pontica Trapezunte; namque Xenophon de Drilis ut de gente, non ut de oppido loquitur. Eumdem Xenophontem advocat etiam Arrhianus in Periplo Ponti Euxini: Τραπεζουντίοις μὲν καθάπερ καὶ Ξενοφῶν λέγει, Κόλχοι ὅμορoι, καὶ ὡς λέγει τοὺς μαχιμωτάτους, καὶ ἐχθροτάτους εἶναι τοῖς Τραπεζουντίοις, οἰκεῖον καὶ ὧδε Δρίλας ὀνομάζει, ἐμοὶ δὲ δοκεῖν οἱ Σάννοι ἔτοι εἰσίν. i. e. *Trapezuntiis quidem, ut Xenophon quoque inquit, Colchi finitimi necnon quos dicit bellicosissimos & infestissimos esse Trapezuntios, ille sane* Drilas *nominat; mihi autem videntur Sanni esse.*

6 Δρυΐδαι.] Gens Galatica, hoc est Gallica, & philosopha ex Diogene Laertio, qui eorum meminit in proœmio suæ historiæ philosophicæ hisce verbis: Τὸ δὲ φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοί φασιν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι· μεμψιμοιρεῖν γὰρ ὡσεὶ μὲν Πέρσαις Μάγους, ὡσεὶ δὲ Βαβυλωνίοις καὶ Ἀσσυρίοις Χαλδαίους, καὶ Γυμνοσοφιστὰς ὡσεὶ Ἰνδοῖς· παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους Δρυΐδας καὶ Σεμνοθέους. i. e. *Philosophiæ opus,* [hoc est philosophiam] *à barbaris incæpisse nonnulli dicunt; fuisse enim apud Persas quidem, Magos, apud Babylonios verò vel Assyrios, Chaldæos, & Gymnosophistas apud Indos: apud Celtos & Galatas, qui vocantur Druidæ & Semnothei.* De Druidis verò operæpretium est audire primum imperatorem loquentem lib. 6. de bello Gallico: *Sed de his duobus generibus, alterum est Druidum, alterum equitum, illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica, ac privata procurant, religiones interpretantur, ad hos magnus adolescentum numerus disciplinæ causa concurrit, magnoque ii sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controversiis publicis, privatisque constituunt, & si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controversia est iidem decernunt, præmia, pœnasque constituunt: si quis aut privatus, aut publicus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos est gravissima, quibus ita est interdictum in numero impiorum, ac sceleratorum habentur, iis omnes decedunt, aditum eorum, sermonemque defugiunt.* De Sapientibus Hebræorum putares loqui Cæsarem: Druidæ affirmabant *animas hominum esse immortales, ac ab aliis ad alios post mortem transire;* his enim maxime homines, metu mortis neglecto, ad virtutem excitari crediderunt. Unde Lucanus lib. 1. canit:

Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus haud urget lethi metus: inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis, & ignavum est redituræ parcere vitæ.

At quoniam hominem sacrificabant, eorum religionem sub Augusto jam interdictam abolere penitus conatus est Claud. Imperator, referente Suetonio in Claud. Cæsare; de eorum nominis etymologia disceptant scriptores; aliqui inter quos Plin. lib. 16. c. ultimo, ἀπὸ τῆς δρυὸς, i. e. ab arbore *robore* nomen habuisse putarunt. Eligebant enim roborum lucos, auctore eodem Plinio libro capiteque citato, cujus appono verba: *Nihil habent Druidæ (ita suos appellant Magos) visco & arbore in qua gignatur (si modo sit robur) sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos: nec ulla sacra sine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca possint Druidæ videri. Eninvero quicquid adnascatur illis, e cælo missum putant, signumque esse electæ ab ipso Deo arboris. Est autem id rarum admodum inventu, & repertum magna religione petitur, &c.* Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio est, ut inquit idem auctor eodem loco. Alii verò, cum eorum disciplina ex Britannia in Galliam translata fuerit, ut narrat Cæsar eodem libro; verosimilius existimant, sic dictos fuisse, quod a Saxonibus in Britannia *Magi* vocarentur *Drii*, ut testatur Alfricus in suo glossario Saxonico Britannico, Saxones enim antiquitus Britannos subegerunt. Sit mantissæ loco, Druides Græcis litteris in publicis privatisque rationibus usos fuisse, ut prodit idem Cæsar libro supra citato, de quibus videsis quæ in *Maosalia* annotamus.

7 Δρύμη, πόλις Λιβύης, &c.] Dryme, urbs Libyæ ex Strabonis lib. 16. sed apud Strabonem lib. 17. non lib. 16. urbs Ἀδρύμη, non Δρύμη, ut inquit noster, memoratur: Ἔστι δὲ καὶ Μελίτη νῆσος ἐν πεντήκοντα σταδίοις ἀπὸ τοῦ Κοσσύρου· εἶτα Ἀδρύμη πόλις, ἐν ᾗ καὶ νεώρια ἦν, &c. i. e. *Abest verò & Melite insula à Cossura stadiis quingentis; deinde Adryme urbs, in qua etiam navalia erant.* Eamdem urbem existimo fuisse, quam alii *Adrumetum* vocant, de qua videsis quæ in Ἀδρύμης annotavimus.

8 Δρυμία, πόλις Φωκίδος, &c.] Drymia, urbs Phocidis ex Pausaniæ lib. 10. cujus trunca & corrupta affert verba, quæ apud eum sic leguntur: Ἀπέχει δὲ Ἀμφικλείας ἡ Δρυμαία σταδίους ὀγδοήκοντα ἀπολειπούσῃ ἐς ἀριστερὰ καὶ Ἡσιόδου λόγος. Ναυστολεῖς δὲ τὰ ἀχαϊκὰ πρὸς καὶ οἰκιοῦσθαι οἱ συνωθεῖται γενέσθαι φασι

νίας ι. Δήμηλρ. ἡ Θεσμοφόρα Δρυμίοις ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον. Τὸ ἐθνικὸν, Δρυμιεὺς, ὀκ τοῦ θηλυκοῦ καὶ ἀδέλφρ. A lib. decimo, *Cereris verò Thesmophoræ in Drymiis templum est antiquum.* Gentile, Drymieus, ex fœmineo, & neutro.

ΔΡΥΜΟΥΣΣΑ [9], νῆσος Ἰωνίας· Θουκυδίδης ἐγδόῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Δρυμουσσαῖος. DRYMUSSA, insula Joniæ, Thucyd. lib. 8. Gentile, Drymussæus.

ΔΡΥΌΠΗ [10], πόλις πρὸς τῇ Ἑρμιόνα. Γράφεται καὶ Δρυόπι. Ὁ πολίτης Δρυοπαῖος, ὡς Ἡρόδωρος, ὃν παραλείπουσιν Ἐπαφρόδιτος. [11] Οἱ περὶ τὴν Οἴτην Δρύοπες, ἀπὸ Δρυόπης τῆς Εὐρυπύλου θυγατρός. [12] Ἔστι καὶ Δρυοπία τῶν Δρυόπων, πρὸς Τραχῖνα. Λέγεται καὶ Δρυοπὶς [13], καὶ Δρυοπηΐς, καὶ Δρυοπία. B DRYOPE, urbs juxta Hermionem, quæ & *Dryopa* scribitur. Civis, Dryopæus, ut Herodorus, quem interpretatur Epaphroditus. Qui verò circa OEten Dryopes, sic dicti à Dryope Eurypyli filia. Est etiam Dryopia Dryopum urbs circa Thrachinem. Dicitur etiam Dryopis, & Dryopeis, & Dryopia. C

ΔΡΥΣ [14], πόλις Θράκης· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [15] Ἔστι καὶ Πτωκωσῶν Οἰνώπεων. Ὁ πολίτης, Δρυεύς, καὶ Δρυσὶς. Ἔστι καὶ κώμη Λυκίας, ὑπὲρ τῷ Ἀρῷ ποταμῷ. DRYS, urbs Thraciæ, Hecatæ. Europa. *Est etiam Procostarum OEnotrorum.* Civis, Dryeus, *fœm.* Dryfis. Est etiam vicus Lyciæ circa Arum fluvium. D

ΔΥΜΑΝ [16], φῦλον Δωριέων. ἦσαν δὲ τρεῖς, Ὑλλεῖς, καὶ Πάμφυλοι, καὶ Δυμᾶνες, ἐξ Ἡρακλέους. Καὶ προσετέθη ἡ Ὑρνιθία, ὡς Ἔφορος α. Αἴγιμος γὰρ λέγει τὸν περὶ τὴν Οἴτην Δωριέων βασιλεύσαι. Ἔσχε δὲ δύο παῖδας, Πάμφυλον καὶ Δυμᾶνα, καὶ τὸν ἐξ Ἡρακλέους Ὕλλαν ἐποιήσαντο τρίτον, χάριν ἀποδιδόντες, ἀνθ' ὧν Ἡρακλῆς ἐκπεπτωκοτα καλήσαντι. Οἱ οἰκοῦντες, Δυμᾶνες· καὶ Δυμανὶς τὸ θηλυκὸν, καὶ Δύμαινα. E DYMAN, tribus Dorienſium. Erant autem tres, Hyllei, Pamphyli, & Dymanes ex Hercule. Et addita eſt Hyrnithia, ut Ephorus lib. primo, *Ægimus enim erat rex Dorienſium, qui circa OEten.* Habuit verò duos filios, Pamphylum & Dymanem, & Hyllam Herculis filium adoptarunt tertium, gratiam reddentes, quòd Hercules delapſum deduxit. Incolæ, Dymanes, & Dymanis fœmineum, & Dymæna. F

ΔΥΜΗ DY-

τι Φῶκον παῖδα Αἰακοῦ. Δήμηλρ. ἡ Θεσμοφόρα Δρυμαίοις ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν λίθου πεποίηται. Καὶ αὐτὴν Θεσμοφόρια ἑορτὴν ἀπάγουσιν ἐπέτειον. i. e. *Abest verò ab Amphicleâ Drymæa ſtadia* LXXX. *ad lævam flectenti juxta Herodoti hiſtoriam: Naubolenſes verò antiquitus, & conditorem incolæ fuiſſe ajunt Phocum Æaci filium: Cereris autem Theſmophori Drymæis fanum eſt antiquum, & ſtatua recta ex lapide facta eſt, & Theſmophoria feſtum celebrant ei anniverſarium.* Herodotus, quem ad teſtimonium vocat Pauſanias, lib. 1. c. 145. vocat Δρύμον hanc urbem, de qua nunc agitur, at lib. 8. c. 33. Δρύμον appellat, quam à Perſis incenſam fuiſſe tradit. Hæc Harpocrationi Δρυμὸς dicitur atque inter Bœotiam & Atticam locatur. Apud Stephanum pro Δρυμία lege ex Pauſaniæ libro citato Δρυμαία, ac pro Δρυμίοις lege Δρυμαίοις, eodem modo pro Δρυμαιεύς legendum Δρυμαιεύς.

9 Δρυμοῦσσα, νῆσος Ἰωνίας, &c.] Drymuſſa, inſula Joniæ ex Thucydidis lib. 8. apud quem Δρίμουσσα legitur: Αἱ δὲ ἄλλαι νῆες καθῆραν ἐς τὰς ἐπικειμένας τῇ Κλαζομεναῖ νήσους, Μαραθοῦσσαν, καὶ Πέλλν, καὶ Δρίμουσσαν. i. e. *Cæteræ verò naves appulerunt ad inſulas Clazomenis adjacentes, Marathuſam, & Pelen, & Drimyſſam.*

10 Δρυόπη, πόλις πρὸς τῇ Ἑρμιόνα, &c.] Dryope, quæ & Dryopa, urbs circa Hermionem Magneſiæ urbem; Magneſia verò erat Macedoniæ regio vicina Theſſaliæ.

11 Οἱ περὶ τὴν Οἴτην Δρύοπες, &c.] Cum Dryopes circa OEten Theſſaliæ memoret; innuit alios fuiſſe, quos in Peloponneſo locat Strabo l. 9. horum mater fuit Dryopis Theſſaliæ, ut claret ex eodem auctore libro citato: Πρὸς νότον δὲ τῆ Οἰταίᾳ, εἰς πεσαρεσκαίδεκα δήμους διηρημένη, Ἡράκλειάν τε καὶ Δρυοπίδα, πεντάπολιν γενομένην ποτὲ καθάπερ καὶ τὴν Δωρίδα, μητρόπολιν δὲ τοῦ ἐν Πελοποννήσῳ Δρυόπων νομιζομένου. i. e. *Verſus meridiem autem OEtæa in* XIV. *pagos diviſa* [Paracheloitis regio] *Heracleamque & Dryopidem: quæ olim fuit tetrapolis, ſicut & Doris, & Dryopum, qui in Peloponneſo ſunt, mater exiſtimatur.*

12 Ἔστι καὶ Δρυοπία τῶν Δρυόπων, πρὸς Τραχῖνα.] Quæ nunc epitomatori noſtro Dryopia; Straboni lib. 9. dicitur Dryopis, ac in Theſſalia locatur.

13 Καὶ Δρυοπὶς, καὶ Δρυοπία.] Hæc verba de regione videntur intelligenda. Itaque ſubaudiendum eſt ἡ χώρα. Nam in antecedentibus jam dixit ἔστι καὶ Δρυοπία, quæ de civitate Dryopum Theſſaliæ intelligenda ſunt; Dryopes verò celebrantur Virgilio lib. 4.

— *miſtique altaria circum*
Creteſque, Dryopeſque fremunt, picti que Agathyrſi.

14 Δρῦς, πόλις Θράκης, &c.] Drys, yos, urbs Thraciæ ex Hecatæi Europa; celebratur Scylaci inter Thraciæ oppida; nomen ſonat, quod Latinis *quercus*; duas hujus nominis memorat Harpocratio in Δρῦς, alteram Epiri, alteram Thraciæ. hanc ab Iphicrate conditam fuiſſe ex Theopompi lib. 25. inquit.

15 Ἔστι καὶ Πτωκωσῶν Οἰνώπεων.] Ne Carneades quidem dubitabit eſſe hoc lectionis monſtrum, quod ſine aliorum codicum ope, loco Herculis, debellare ἀδύνατον exiſtimo. Quis enim unquam audivit Procoſtarum OEnotrorum nomen, niſi in *Utopia*, quæ nihil habet commune cum Italiæ OEnotris.

16 Δυμᾶν, φῦλον Δωριέων. ἦσαν δὲ τρεῖς, &c.] Dyman, tribus Dorienſium; erant verò tres, &c. Sic concipiendus eſt locus iſte; quare apud Stephanum pro φῦλον lege φυλή. Noſtram lectionem confirmant, quæ ſequuntur verba, ἦσαν δὲ τρεῖς. i. e. *erant verò tres*, quæ nullo modo ad τὸ φῦλον, ſed ad τὸ φυλή, referri poſſunt; quin etiam eis addit vim Herodotus qui lib. 5. c. 68. de eiſdem tribubus loquens eas vocat φυλὰς Δωριέων. i. e. *tribus Dorienſium*, quas inquit Cliſthenem mutaſſe ἐς τὰς Ὑλλέας καὶ Παμφύλους καὶ Δυμανάτας. i. e. *in Hylleos & Pamphylos & Dymanates.* Hos ultimos noſter vocat Δυμᾶνες; Herodotus verò Δυμανάτας, ut ex ejus verbis apparet; veram lectionem lectoris arbitrio relinquo, mihi indicaſſe ſatis ſit.

17 Δύ-

ΔΥ'ΜΗ[17], πόλις Ἀχαΐας, ἐσχάτη πρὸς δύσιν. Ὁ πολίτης, Δυμαῖος, καὶ Δυμαία. Λέγεται καὶ Δύμιος. [18] Ἀντίμαχος δέ, Καυκωνίδα ταύτην φησὶν, ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ. A

DYME, urbs Achaiæ, ultima ad occidentem. Civis, Dymæus, & Dymæa. Dicitur etiam Dymius, Antimachus verò Cauconidem eam vocat à Caucone fluvio.

ΔΥ'ΝΔΑΣΟΝ, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικόν, Δυνδασεύς. B

DYNDASUM, urbs Cariæ. Gentile, Dyndaseus.

ΔΥΡΒΑΙ͂ΟΙ[19], ἔθνος καθῆκον εἰς Βάκτρους, καὶ Ἰνδικήν. Κτησίας ἐν Περσικῶν δεκάτῃ. Χώρα ἣ πρὸς αὐτὸν πρόσκεινται Δυρβαῖοι, Εὐδαίμονες ἄνδρες, καὶ πλούσιοι, καὶ δίκαιοι, C ὥστ' ἀδικεῖσθαι, ὥστ' ἀποκτεννύναι ἄνθρωπον. Ἐὰν δ' εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ ἢ χρυσὸν, ἢ ἄλλό τι *

DYRBÆI, populi ad Bactros & Indiam pertinentes. Cteſias rerum Perſicarum lib. decimo, Regio verò juxta eum adjacet Dyrbæorum, viri beati, divites, & juſti, nec injuria afficientes, nec occidentes hominem. Quod ſi invenerint in via, vel aurum vel aliud quid.....

ΔΥΡ'ΡΑΧΙΟΝ[20], πόλις Ἰλλυρική, Ἐπίδαμνος κληθεῖσα, ἀπὸ Ἐπιδάμνου. [21] Τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ Ποσειδῶνος D Δυρράχιος. Ὃ * ἀφ' ἧς τόπος Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθεν. Ἀλέξανδρος·

DYRRACHIUM, urbs Illyrica, *Epidamnus* vocata, ab Epidamno, hujus filia Meliſſa, cujus, & Neptuni Dyrrachius..... à qua locus Meliſſonius, ubi Neptunus cum ea con-

17 Δύμη, πόλις Ἀχαΐας, ἐσχάτη πρὸς δύσιν.] Dyme, urbs Achaiæ, ultima ad occaſum. Videntur eſſe verba deſumpta ex Strabonis lib. 8. qui hac de urbe ſic loquitur: Ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ Δύμη πόλις ἀλίμυρος, παισὶν δυσμικωτάτη, ἀφ' ἧς καὶ τὸν ὅρμον· πρότερον δ' ἐκαλεῖτο Στράτος· ἀμείβει δ' αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἠλείας καὶ τὸ Βυπράσιον ὁ Λάρισος ποταμὸς ῥέων, ἐξ ὄρους· τοῦτο δ' οἱ μὲν Σκόλλιν καλέσιν, Ὅμηρος δὲ πέτρην Ὠλενίην. i. e. *Deinceps verò eſt Dyme urbs portu carens, omnium ad occaſum ultima, unde & ipſi nomen: prius verò vocabatur* Stratus; *dividit autem eam ab Elea juxta Buprafium Lariſſus amnis fluens ex monte; hunc alii quidem* Scollin *vocant, Homerus verò* petram Oleniam. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 16. Scylaci in Achaiæ.

18 Ἀντίμαχος δέ, Καυκωνίδα ταύτην φησὶν, ἀπὸ, &c.] Inquit Antimachum vocaſſe Dymen Achaiæ urbem, Cauconida à Caucone fluvio; quæ verba etiam deſumpſit ex Strabonis lib. 8. Ita enim ille: Τὸ δ' Ἀντιμάχου Καυκωνίδα τὴν Δύμην εἰπόντος, οἱ μὲν ἐδέξαντο ἀπὸ τῶν Καυκώνων ἐπιθέτως εἰρῆσθαι αὐτὸ, μέχρι δεῦρο κατηκόντων, καθάπερ ἐπάνω προεῖπομεν· οἱ δ' ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ τινος, ὡς αἱ Θῆβαι Διρκαῖαι, καὶ Ἀσωπίδες, Ἄργος δὲ Ἰνάχειον, Τροία δὲ Σιμουντίς. i. e. *Cum Dimen Antimachus dixerit Cauconidem, quidam cenſuerunt, ſic eam vocaſſe à Cauconibus loco epitheti, qui eo uſque pertingebant, ſicut ſupra diximus, alii verò à fluvio quodam Caucone, quemadmodum Thebæ Dircææ, & Aſopides, Argos autem Inachium, Troia Simuntis.* Ex Scholiaſta Lycophronis ad illud ejuſdem poëtæ:

——— πατὴρ δ' ἀπ' Ὠλένου
Δύμης τε ———
——— *alter verò ab Oleno*
Dymeque ———

Didici Antimachum in Thebaide eam Cauconidem vocaſſe, apud quem Scholiaſtam perperam Κακωνίδα legitur pro Καυκωνίδα.

19 Δυρβαῖοι, ἔθνος καθῆκον εἰς Βάκτρους, &c.] Dyrbæi, populi pertingentes ad Bactros & Indiam, ex Cteſiæ rerum Perſicarum lib. 10. cujus affert verba mutila, & lacunoſa quæ ex fragmento ejuſdem Stephani, in Δυρβαῖοι quod luci primus dedit Sam. Tennulius, amicus noſter, ſupplenda ſunt; illud habebis ſub calcem noſtri operis. Apud Stephanum pro Δυρβαῖοι legendum exiſtimo Δυρβαίων, pro ὥστ' ἀποκτεννύναι ἄνθρωπον, lege ὥστ' ἀποκτείνουσιν ἄνθρωπον; quas correctiones in verſione noſtra ſecuti ſumus; de hac verò gente apud alios altum eſt ſilentium.

20 Δυρράχιον, πόλις Ἰλλυρική, Ἐπίδαμνος, &c.] Dyrrhachium, urbs Illyrica, *Epidamnus* vocata. Memoratur Melæ lib. 2. c. 3. *Urbium prima* [Illyricarum] *eſt Oricum, ſecunda Dyrrhachium, Epidamnus ante erat, Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris, omen id viſum eſt.* Quod etiam lepide de more ſuo dixit Plautus in Menæch.

Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum eſt,
Quia nemo ferme huc ſine damno divortitur.
Me. Ego iſtuc cavebo: cedo dum mihi huc marſupium.
Mes. Quid eo vis? Me. Jam abs te metuo de verbis tuis.
Mes. Quid metuis? Me. Ne mihi damnum in Epidamno duis.

Ludit Plautus in urbis vocabulo, non quod ſic à Romanis vocata fuerit; hi enim propter omen ejus nomen mutaverunt atque *Dyrrhachium* vocarunt, cum antea *Epidamnus* diceretur, ut apparet ex Strabonis lib. 7. cujus infrà apponemus verba; quin etiam Thucydides *Dyrrhachium* non novit, cum de Epidamno diffuse admodum loquatur lib. 1. Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον· προῴκισται δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Ταύτην ἀποίκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος, ἐκ δὲ Ἡρακλείας, &c. i. e. *Epidamnus eſt urbs ſita ad dextram naviganti Ionium ſinum; juxta-habitant Taulantii barbari, gens Illyrica; hanc Corcyræi quidem miſſa colonia condiderunt, coloniæ verò dux fuit Phalius Eratoclidæ, Corinthius genere, ab Hercule oriundus, &c.* Hodie vulgo dicitur *Durazzo*. Verum enim verò Græci Epidamnum heroëm antiquum fuiſſe dicunt, à quo urbs nomen accepit in qua hæreſi fuit Conſtantinus Porphyrogeneta lib. 2. de Them. Them. 9. Δυρράχιον, πόλις Ἐλλωικὴ, καὶ Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ὑπὸ Ἐπιδάμνου ἥρωος ἀρχαίου ποτὲ, τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς ἠράσθη Ποσειδῶν ὁ Δυρράχιος... ὑφ' οἷς ἐστι τόπος ὃν Ἐπιδάμνῳ Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθε, &c. i. e. *Dyrrhachium civitas Græcanica, & Epidamnus appellata ab Epidamno heroë priſco, huic erat filia Meliſſa, cujus amore captus fuit Neptunus Dyrrhachius..... à qua locus eſt in urbe Epidamno Meliſſonius, ubi Neptunus cum ea concubuit, &c.* Apud Conſtant. Porphyrogenetam pro ὑπὸ Ἐπιδάμνῳ lege ἀπὸ Ἐπιδάμνου, pro ὑφ' οἷς lege ἀφ' ἧς. Quæ lectiones confirmantur ex noſtro auctore; hanc urbem à Corcyræis conditam fuiſſe, ac Dyrrhachium, à peninſula in qua ſita erat, ſua ætate dictam prodidit Strabo lib. 7. qui ejus ſitum ſic deſcribit: Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν κόλπον, Λισσός ἐστι πόλις καὶ Ἀκρόλισσος, καὶ Ἐπίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα, ἤνωται Δυρράχιον, ὁμωνύμως τῇ χερρονήσῳ λεγομένῃ, ἐφ' ἧς ἵδρυται. i. e. *Poſt verò Rhizonicum ſinum, Liſſus eſt urbs & Acroliſſus, & Epidamnus à Corcyræis condita, quæ nunc* Dyrrhachium *ejuſdem nominis cum peninſula, in qua ſita eſt.*

21 Τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ, &c.] Hujus filia Meliſſa, cujus & Neptuni Dyrrhachius. Hæc ſunt Stephani verba manca, quæ ex verbis Conſtantini nota præcedenti allatis reſarcienda ſunt hoc modo: Τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς ἠράσθη Ποσειδῶν ὁ Δυρράχιος. i. e. *Hujus filia Meliſſa, cujus amore captus fuit Neptunus Dyrrhachius.* Quare apud Stephanum pro ἧς καὶ Ποσειδῶνος Δυρράχιος. i. e. *Cujus & Neptuni Dyrrhachius*, legendum, ἧς ἠράσθη Ποσειδῶν ὁ Δυρράχιος. i. e. *Cujus amore captus fuit Neptunus Dyrrhachius.*

ξανδρ(ος) δ' ἐν Εὐρώπῃ, Δυζραχίον αὐτὴν κα- A congressus est, Alexander verò in Europa Dysrachium eam vocat cum s.
λεῖ, μὴ Σ σ.

Δυζραχίς τ' Ἐπίδαμνος ἐπ' ἀγχιάλῳ χθονὸς ἀκτῆς.

Dysrachiique Epidamnus in maritimo terræ litore.

22 Ἔστι καὶ ἄλλη Λακωνική, μία τῶν ἑκατόν. Καὶ ἡ χώρα τῶν Ἰλλυρίας, Δυζραχία· ἧς τὸ ἀρσενικὸν, Δυζράχιος. Νῦν δὲ Δυρράχιοι λέγονται, ὡς Ἐρρένιος Φίλων ἐν τοῖς ἰατρικοῖς. Φιλωνίδης δὲ ὁ Δυρραχηνὸς, ἤκουσε μὲν Ἀσκληπιάδου ἰατρεύσας δ' ἐν τῇ πατρίδι εὐδόξως, συνετάξατο βιβλία μ ε. C

Est & alia Laconica, una ex centum, & regio Illyriæ, *Dysrachia*; cujus masculinum Dysrachius. Nunc verò *Dyrracheni* dicuntur ut Errhenius Philo in Medicis. Philonides verò Dyrrachenus audivit Asclepiadem, atque cum medicinam in patria cum gloria exerceret, quadraginta quinque libros composuit.

ΔΥΣΠΟΝΤΙΟΝ 23, πόλις Πισαίας, ἀπὸ Δυσπόντου τοῦ Πέλοπος. Τὸ ἐθνικὸν, Δυσπόντιος· ἔστι δὲ Δυσπόντιος.

DYSPONTIUM, urbs Pisææ, à Dyspontio Pelopis filio. Gentile, Dysponteus; debebat autem esse Dyspontieus.

ΔΥΣΤΟΣ, πόλις Εὐβοίας· Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν εἰκοστῇ τετάρτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Δύστιος. D

DYSTUS, urbs Eubœæ, Theopompus Philippicorum 24. Gentile, Dystius.

ΔΩΔΩΝΗ 24, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, μεθ' ἣν Δωδωναῖος Ζεύς. ἢ,

25 Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου. —

Φιλόξενος δὲ δύο φησὶ, Θεσπρωτικὴν καὶ E
Θετταλικὴν, κακῶς. 26 Τὸν γὰρ Δωδωναῖον, ἔλεγον Καναῖον. 27 Ζηνόδοτος δὲ γράφει Γωναῖος, ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο. ἄλλοι δὲ γράφουσι Βωδωναῖε· 28 πόλιν γάρ εἶναι Βωδώνων, ὅπου πομπαῖον. Εἴρηται ἀπὸ F
Δωδώ-

DODONE, urbs Molossidis in Epiro; post quam Dodonæus Jupiter, &

Dodones imperium tenens frigoribus expositæ ---

Philoxenus verò duas esse inquit, Thesprotican & Thessalicam, sed perperam. Dodonæum verò dicebant Cænæum. Zenodotus verò scribit Gonæus, quoniam in urbe Dodone primum fagus vaticinabatur, alii verò scribunt Bodonæe: urbem enim esse Bodonen, ubi colitur,

22 Ἔστι καὶ ἄλλη Λακωνική, μία τῶν ἑκατόν.] Nunc agit de Dyrrhachio Laconica, cujus altum est apud alios silentium, nisi fortè sit quæ in Eliac. posterior. five lib. 6. memoratur Pausaniæ hisce verbis: Ἐπιδάμνιοι δὲ χώραν μὲν οὐκ ἔχουσι καὶ ἐξαρχῆς, πόλιν δὲ ἐν τῷ παλαίᾳ ἐπ' ἡμῶν ἔχουσιν, ἐκείνης δὲ ἀφεστηκυῖαν ὀλίγον, ὄνομα δὲ τῇ πόλει τῇ νῦν, Δυρράχιον ἀπὸ Δυρράχου οἰκιστοῦ. i. e. *Epidamnii verò nostra ætate regionem, quam ab initio, urbem ausem non antiquam; sed ab illa parum distantem, tenent; nomen autem hodiernæ urbi est Dyrrhachium à conditore.*

23 Δυσπόντιον, πόλις Πισαίας.] Dyspontium, urbs *Pisææ*, h. e. *Pisæorum* regionis, quæ *Pisatis* dicitur Straboni, quorum ne nomen quidem superesse inquit lib. 8. Habuere autem octo urbes, inter quas una erat Dyspontium, de qua sic loquitur eodem lib. Αὐτὴ δὲ ἐστὶ καὶ τὸ Κυκήσιον τοῦ ὀκτώ· καὶ τὸ Δυσπόντιον καὶ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν, ἣ πόλιν κείμενον· ἐξελείφθη δ', καὶ ἀπῆραν οἱ πλείους εἰς Ἐπίδαμνον καὶ Ἀπολλωνίαν. i. e. *Ipsa verò est etiam Cycesium ex octo; & Dyspontium, situm in via quæ Elide Olympiam ducit, in planicie: verum deserta est, ejusque incolæ plerique Epidamnum & Apolloniam commigraverunt.*

24 Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ.] Dodone, urbs Molossidis regionis in Epiro, Dodonæo Jove, oraculo, & nemore μαντικῇ φήγῳ consito celeberrima; fuit hoc oraculum ex Græcorum antiquissimis, auctore Herodoto lib. 2. c. 52. qui eodem libro capite LVII. explicat fabulam illam Columbarum, quas ibi responsa dare fabulabantur; de urbe & quercu fatidica ita Constant. Porphyrog. de Them. lib. 2. capite octavo: Μητρόπολις ἡ Θρᾴκης πόλις. Δωδώνη, ἐφ' ἧ ἡ δρῦς ἡ φθεγξαμένη τὰ τῶν Δαιμόνων μυστήρια, ὅστις μνημονεύει καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος λέγων ὅπως·

Ἢ Δωδωναίας δρυὸς ληκτήμασθα,
Ἢ Καστελίας μαντικώτατον πόμα.

Ἐκεῖσε γὰρ ἦν πηγὴ Καστελίας ὄνομα ἔχουσα. i. e. *Metropolis verò hujus Thematis urbs Dodone, in qua quercus est quæ Dæmonum mysteria loquebatur, cujus etiam meminit Gregorius theologus dicens sic:*

Vel quercus Dodonææ nugamenta,
Vel Castaliæ fatidicum potum.

Illic enim erat fons, qui Castaliæ nomen habebat. Eust. ad Periegetæ v. 430. & ad Il. 16. v. 234. meminit urbis, & oraculi, quod jam suæ ætate defecisse, ut & cætera auctor est Strabo lib. 7. Memoratur etiam Virg. Georgic. lib. 1. v. 147.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit, cum jam glandes, atque arbuta sacræ
Deficerent sylvæ, & victum Dodona negaret.

Ad quæ Servius: *Dodona civitas Epiri est juxta quam nemus est Jovi sacratum, & abundans glandibus semper, de cujus nemoris arboribus columbæ oracula petentibus dare consueverant. Et ideo κατ' ἐξοχὴν Dodonæ efficit mentionem.* Videsis quæ ad Stephani fragmentum in Δωδώνη annotamus.

25 Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου.] Est hemistichium Homericum, cujus integri versus leguntur apud Hom. Il. 16. v. 233. hoc modo:

Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων
Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου· ἀμφὶ δὲ Σέλλοι
Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι.

Jupiter rex Dodonæe, Pelasgice procul habitans
Dodonæ imperium tenens frigoribus-expositæ; circum verò Selli
Te habitant vates illoti-pedibus, humi dormientes.

26 Τὸν γὰρ Δωδωναῖον, ἔλεγον Καναῖον.] Mentem Stephani in his sic accipiendam esse existimo, videlicet, Iovem *Dodonæum* dictum fuisse etiam *Bodonæum*, vel ab urbe Dodone, vel à Bodone; cuis noster meminit in Βωδώνη; quare pro Καναῖον, si tibi placet, leges Βωδωναῖον.

27 Ζηνόδοτος δὲ γράφει Γωναῖος.] Fidenter legendum est Φηγωναῖε. Verba enim quæ sequuntur id confirmant, ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο, nec non fragmentum Stephani in quo legitur Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖε i. e. *Zenodotus verò scribit*, Phegonæe.

28 Πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνων.] Pro Βωδώνων lege Βωδώνην; Noster enim suo loco memorat urbem Βωδώνην, quæ lectio confirmatur etiam ex fragmento Stephani.

Δωδώνης, μίας τ̃ Ὠκεανίδων νυμφῶν· ἡ ἀπὸ A
Δωδώνε, ⸗ Διὸς καὶ Εὐρώπης· ἡ ἀπὸ Δώνου
ποταμοῦ. Λέγεται καὶ Δωδών, ἧς τὸ ἐθνικὸν οὐχ
εὕρηται. σχηματίζεται δὲ Δωδώνιος. Τὸ δὲ θη-
λυκὸν, Δωδωνίς· [29] ἔστι δὲ καὶ παροιμία, Δω-
δωναῖον χαλκεῖον, ἐπὶ τ̃ πολλὰ λαλούντων· B
ἢ ὅτι τὸ χαλκεῖον πληγὲν ἠχεῖ ὑπὸ μά-
στιγος, ἢ ὅτι τῇ βίᾳ τ̃ ἀνέμων ἠχεῖ, ἀφ' ἧς ἡ
παροιμία.

ΔΩΝΕΤΤΙΝΟΙ, ἔθνος Μολοσσικὸν· Ῥιανὸς πεζῇ Θεσσαλικῶν· C
Α' πὰρ Δωνεττῖνοι, ἢ δ' Ο'τρηροὶ Κεραΐνες.

ΔΩ̃ΡΑ [30], νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ· Στραβὼν πεντεκαιδεκάτῃ. Ο' νησιώτης, Δωρίτης· εἰ δὲ τῷ τ̃ χώρας τύπῳ, Δωρινὸς, ὡς Α'ραξινός. D

ΔΩ'ΡΙΟΝ [31], πόλις μία τ̃ τριῶν. Ο'μηρος,

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ε'λος, καὶ Δώριον.

[32] Δοσίθεος ἐν αὐτῇ τῇ πόλει φησὶν ὑπὸ Θαμύρα εὑρεθῆναι τὴν Δώριον ἁρμονίαν. Τὸ E
ἐθνικὸν Δώριος, καὶ Δωριεὺς, καὶ Δωριάς. Καὶ θηλυκὸν, Δωρίς.

ΔΩ̃ΡΟΣ [33], πόλις Φοινίκης, ὡς καὶ Ἰώσηπος, καὶ ἄλλοι. Τὸ ἐθνικὸν, Δωρίτης. [34] Παυσανίας δὲ Δωριεῖς αὐτὰς φησιν. Ε'στι καὶ F
Καρίας πόλις.

ΔΩ'ΤΙΟΝ [35], πόλις Θεσσαλίας, ὅπερ μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι, ὧν ἡ χώρα Κνιδία, ἀπὸ Δωτίας τ̃ Ε'λάτου κληθείσα, ἢ ἀπὸ Δώτου. Ο' πολίτης, Δωτιεύς. Τὸ θηλυ- G
κὸν, Δωτιεῖς, καὶ Δωτιάς.

litur. Sic dicta fuit à Dodone, una Oceanidum Nympharum, vel à Dodono Jovis, & Europæ filio, vel à Done fluvio. Dicitur etiam Dodon, onis, cujus gentile non reperitur, formatur verò Dodonius, fœm. verò Dodonis. Est verò & parœmia *Dodonæum æs*, de eis, qui multa loquuntur, vel quod æs percussum flagello sonat, vel, quod vi ventorum sonat, à quo parœmia.

DONETTINI, populi Molossidis, Rhianus rerum Thessalicarum lib. 4.

Sed Donetini, sive Otreri Ceraïnes.

DORA, insula in Persico sinu, Strabo lib. 15. Insularis, Dorites; quod si regionis typo, Dorenus, ut Araxenus.

DORIUM, urbs una ex tribus. Homerus:

Et Pteleum, & Helos, & Dorium -----

Dositheus refert in eadem urbe à Thamyra inventam fuisse harmoniam Doriam. Gentile, Dorius, & Dorieus, & Dorias, & fœmineum, Doris.

DORUS, urbs Phœniciæ, ut & Josephus & alii. Gentile, Dorites, Pausan. verò *Dorienses* eos vocat. Est & Cariæ urbs.

DOTION, urbs Thessaliæ in quam Cnidii migrarunt, quorum regio Cnidia, à Dotia Elati filia vocata, vel à Dotide, vel à Doto. Civis, Dotieus, fœm. Doteïs, & Dotias.

E. Ε'ΑΡΕΣ,

E. EARES,

29 Ε'στι δὲ καὶ παροιμία, Δωδωναῖον χαλκεῖον.] De hac parœmia videsis quæ ad Stephani fragmentum annotamus.

30 Δῶρα, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ.] Dora insula in sinu Persico ex Strabonis lib. 15. qui lib. 16. non lib. 15. ut inquit noster, memorat insulam in Persico sinu *Doratta* nomine; quæ Ptolemæo lib 6. c. 8. adhuc corruptius dicitur Θαρώ. Veram lectionem tuo arbitrio relinquo.

31 Δώριον, πόλις μία τ̃ τριῶν, &c.] Dorium, urbs una ex tribus, quæ celebrantur ab Homero Il. 2. v. 595. cujus affert hemistichium, ejus integri versus sunt:

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθά τε μοῦσαι
Ἀντάμεναι Θαμύριδα τ̃ Θρηϊκα παῦσαν ἀοιδῆς.
Et Pteleon, & Helos, & Dorion, ubi musæ
Occurentes Thamyrin Threicium privarunt cantu.

Memoratur ab Strabone lib. 8. inter Elidis urbes: Δώριον δὲ οἱ μὲν ὄρος, οἱ δὲ πεδίον φασὶν· ἐόντων νῦν δεικνύειν, ὁμοίως δ' ἔνιοι τὴν νῦν Ο'λυρον, ἢ Ο'λυρον ἐν τῇ καλουμένῃ Αὐλῶνι τ̃ Μεσσηνίας κειμένην, Δώριον λέγουσι. i. e. *Dorium verò sunt, qui montem, sunt qui planiciem dicunt. Nihil verò nunc monstratur; nonnulli tamen Olyridem, sive Olyrum in Aulone, quem vocant* Messeniæ *sitam*, Dorium *dicunt.* Videsis fragmentum Stephani.

32 Δοσίθεος ἐν αὐτῇ τῇ πόλει φησὶν ὑπὸ, &c.] Dositheus auctor est in urbe Dorio, à Thamyra, inventam fuisse Harmoniam quæ dicitur Dorius, ab hac urbe; sed verosimilius est modos canendi apud veteres Græcos nomen accepisse à Gentibus, quæ illo peculiari musicæ modo gaudebant. Septem verò modi numerantur à Boëthio de Musica lib. 4. c. 14. quorum nomina sunt hæc, Hypodorius, Hypophrygius, Hypolydius, Dorius, Phrygius, Lydius, Myxolydius; scilicet à Dorien sibus, Phrygiis, Lydiis.

33 Δῶρος, πόλις Φοινίκης ὡς καὶ Ἰώσηπος.] Dorus, urbs Phœniciæ ex Josepho; qui eam variis in locis memorat, ac contra sententiam Apionis Grammatici, qui eam in Idumæa locabat ignarus, Phœniciæ urbem inquit esse lib. 2. contra eumdem Apionem: Ἡ μὲν Ἰδουμαία τ̃ ἡμετέρας χώρας ἐστὶν ὁμορος, καὶ Γάζαν κειμένην, καὶ Δῶρα ταύτης ἐστὶν εὐθυμία πόλις. Τῆς μέντοι Φοινίκης ὄρος τὸ Καρμήλιον ὅρος· Δῶρα πόλις ὀνομάζεται, μηδὲν ἐπικοινωνοῦσα τοῖς Ἀπίωνος φλυαρήμασι. Τεσσάρων γὰρ ἡμερῶν ὁδὸν τ̃ Ἰδουμαίας ἀφέστηκεν. i. e. *Idumæa quidem nostræ regioni est finitima, posita juxta Gazam, & nulla hujus civitas Dora est; Phœniciæ verò juxta montem Carmelum* Dora *civitas nuncupatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugamentis; quatuor enim dierum itinere distat ab Idumæa.* Videsis quæ de eadem urbe ad Stephani fragmentum annotamus.

34 Παυσανίας δὲ Δωριεῖς αὐτὰς φησιν.] Pausanias iste, quem tamquam per aversionem nobis vendit, diversus est à Pausania Cappadoce, de quo vide commentariolum nostrum auctorum, quos ad testimonium vocat auctor noster.

35 Δῶτιον, πόλις Θεσσαλίας, &c.] Dotium, urbs Thessaliæ, quam Magnesiæ adscribit Plinius lib. 4. c. 9. eadem erat urbs. Magnesia enim erat Thessaliæ annexa.

E. E.

ΑΡΕΣ [1], ἔθνος Ἰνδικὸν, τὸ μὴ Δηριάδι Διονύσῳ πολεμησάντων. A

EARES, populi Indiæ, qui cum Deriade contra Dionysum pugnarunt.

ΕΒΟΡΑ [2], πόλις παρωκεανῖτις μὴ πὸ Γάδειρα. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐβορδύς. B

EBORA, urbs juxta Oceanum post Gades. Gentile, Eborensis.

ΕΒΡΑΙΟΙ [3], ὅτως Ἰουδαῖοι, ἀπὸ Ἀβράβωνος, ὡς φησι Χάραξ. C

EBRÆI, sic Judæi, ab Abrabone, ut inquit Charax.

ΕΒΡΩΝ [4], πόλις ἐν Χαναναίᾳ τῆς Ἰουδαίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐβρώνιος.

EBRON, urbs in Chananæa Judææ. Gentile, Ebronius.

ΕΓ- EN-

1 Ἔαρες, ἔθνος Ἰνδικὸν, τὸ μὴ Δηριάδι, &c.] Eares, gens Indica earum, quæ una cum Deriade adversus Dionysum bellum-gesserunt. De hac Indica gente altum apud alios est silentium; at Deriades ille cujus sæpè meminit auctor noster, fuit rex Indorum, qui adversus Dionysum bellum gessit; quem sæpe sæpius celebrat Nonnus Dionysiacorum libris ac præcipuè lib. 21. v. 228. ubi negat Deos esse Dionysum, Solem, Jovem, & astra, Saturnum & reliquos, ac solum novit Deos terram & aquam; *Liber pater*, *Bacchus*, & *Dionysus* idem est, etsi tribus nominibus gaudet; ac obiter notandum *Dionysum* semper dici de Deo: *Dionysium* verò de homine, in quo multi etiam viri eruditi peccant, ut jam alibi annotavimus.

2 Ἔβορα, πόλις παρωκεανῖτις μὴ πὸ Γάδειρα.] Ebora, urbs ad-oceanum post Gades; loquitur epitomator noster de Ebora Lusitaniæ oppido, quod vulgo Lusitanis dicitur *Ebora de Alcobaza*, auctore Duarte Nunez regio consiliario in descriptione Lusitaniæ, quam vulgari lingua conscripsit, cujus etiam meminit Mela lib. 3. c. 1. quod *Castellum in littore* vocat; neque aliud invenitur oppidum hujus nominis in totius Hispaniæ maritima ora, post Gades; quod etiam accipi potest de Ebora celeberrima Lusitaniæ urbe. Veteres enim Geographi celebres urbes etsi longe aliquantulum à mari distarent, *maritimas* vocabant, ut sciunt qui in eorum lectione non sunt hospites; de qua videsis L. And. Resendium de antiquitatibus Eboræ, Jacobum Menœtium Vasconcelli Lusitanum de Municipio Ebornensi; at de Ebura Carpetaniæ urbe, quæ ab aliquibus *Elbora* appellatur, ac vulgo dicitur *Talavera de la Reina*, nullo modo accipi potest. Quam longissime enim à mari distat, de qua videsis quæ in Αἰδηρα annotavimus, ac insuper nunc ei reddimus alumnum suum Joannem Marianam Hispaniæ historicorum facile principem, qui eam natalibus suis illustravit.

3 Ἑβραῖοι, ὅτως Ἰουδαῖοι ἀπὸ Ἀβράβωνος, &c.] Hebræi, sic Judæi, ab Abrabone ex Charace. Sane noster auctor elegit auctorem valde hospitem in Hebræorum rebus; siquidem inquit Hebræos dictos fuisse ab Abrabone; nempe ab Abrahamo; Hebræorum verò nomen nullo modo deduci potest ab Abrahamo, imo potius Abrahamus fuit primus, qui *Hebræus* fuit vocatus; עִבְרִי *Hebri* enim h. e. *Hebræus* id est *transiens* dicitur Geneseos c. 14. quod relicta patria transierit Euphratem, unde *Hebræi* videntur dicti; & optime misera gens adimplet nominis sui etymologiam. Transeuntes enim ex regione ad regionem vagantur, hinc illuc ejecti & expulsi adeo ut & in parœmiam cesserint Gallis. Appositè enim hi solent dicere *comme un Juif errant* de homine, qui nullas habet sedes, sed vagus hac & illuc errat. Alii ab Heber patriarcha eorum nomen deducunt, in cujus familia remanlit incorrupta lingua Hebræa, quam ideo vocare solent לשון עבר *lesson Heber*. i. e. *linguam Heber*, quam opinionem sequitur Josephus Antiquit. lib. 1. c. 7. Postea *Judæi* vocati fuere a Judah filio Jacob patriarchæ, de quibus suo loco agemus.

4 Ἑβρών, πόλις ἐν Χαναναίᾳ τῆς Ἰουδαίας.] Ebron, onis, urbs in Chananæa Judææ celeberrima olim Abrahami παρεσία, & Davidis Regis per septem annos regia. Hebraïce dicitur חברון *Chebron*, sed literam guturalem Græci & Latini plerumque negligunt, prius קרית ארבע *Kiriath arba*. i. e. *urbs arba* vocabatur, ut refertur Josue c. 14. versu ultimo. Id nominis hoc in loco est nomen proprium, sed significat etiam in lingua Hebraica quatuor, qua amphibolia aliqui decepti putarunt sic appellatam fuisse hanc urbem, quod ibi sepulti essent quatuor patriarchæ, Adam, Abraham, Isach, Jacob, & hæc est recepta opinio inter proletarios trium religionum, quem locum olim Christiani templo inibi structo ab Helena, nunc Turci, *Moschea* (sic *orationis domum* vocant) factâ venerantur prohibito aditu Judæis & Christianis, sed patriarcharum monumenta seu Cenotaphia per fenestram ostenduntur, ut referunt qui per illam regionem peregrinati sunt. Nullæ sunt opiniones magis incertæ, quam quæ pro certissimis ab omnibus vulgo recipiuntur. Libet expendere verba Josue ex ejus capite versu que supra citato וְשֵׁם חֶבְרוֹן לְפָנִים קִרְיַת אַרְבַּע הָאָדָם הַגָּדוֹל בָּעֲנָקִים הוּא i. e. *Vesem Chebron lephanim Kiriath* Arba *ha adam hagadol baanakim hu*. i. e. *Et nomen Chebron antea Kiriath Arba homo magnus inter Anakim ipse*. Hæc sunt ipsissima verba, quæ πῶδλ interpretatus sum; ex amphibolia duorum illorum nominum ארבע & אדם; quæ sunt nomina propria, & appellativa procedit error, qui totus corruit, cum אדם *adam* habeat articulum ה *ha* præpositivum qui in hac lingua nominibus propriis non præponitur sed appellativis. Quare hoc in loco τὸ *adam* non est nomen proprium sed appellativum, ac tunc significat *hominem*. Rabini verò dicunt sic dictam fuisse, quod illic fuissent quatuor illi gigantes, quorum fit mentio Num. c. 13. v. 23. hisce verbis (Hebraica omitto) *Et adscenderunt per meridiem, & venerunt usque ad Chebron: & illic Achiman, Sesai, & Thalmai filii Anac. Chebron verò septem annis ædificata fuit ante Soan* [Tanim] *Ægypti*. Sed sententia Rabinorum vacillat, quia post τὸ ארבע *arba*. i. e. *quatuor* sequitur illud האדם, *haadam* h. e. *homo*, ac innuit τὸ *arba* præcedens esse nomen proprium. Ex sacro textu, tantum constat tres Patriarchas fuisse illic sepultos, Abrahamum, Isachum & Jacobum, ut videre est ex Geneseos c. 49. v. 29. & 30. & ex c. 50. v. 13. Antiquæ Chebronis ruinæ tantum in monte ubi sita erat, apparent; nova ab antiqua loco differt, teste Justo Hebræo in sua Terræ Sanctæ Charta geographica; antiqua verò Chebron fuit una ex Civitatibus refugii, ut apparet ex Josue c. 20. v. 7. de qua sic loquitur Josephus Antiquit. lib. 5. c. 2. Καὶ τὸν μὲν κρότον λαβόντες σὺν χρόνῳ πάντας ἐξέλειναν τοὺς ἐνοικοῦντας, χαλεπὴ δ' ἦν ἡ κατάληψις αὐτῆς αἰρεθῆναι, τειχῶν ὀχυρότητι καὶ φύσει τοπίου. ὅθεν ῥᾳδίως ἐκπεδοῦσιν εἰς Χεβρῶνα, καὶ ταύτην ἐλόντες, κλείσασιν πάντας. ὑπελείπετο δὲ τὸ τῶν γιγάντων ἔθνος, οἱ μεγέθει σωμάτων μεγάλῃ, καὶ μορφὰς ἰδεῖν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὑπερβολὴν, παρεῖδον ἦσαν ἀκμῇ, καὶ δεινὸν ἄκουσμα. Δείκνυται δ' ἐπὶ καὶ νῦν τοῦτων

Ε'ΓΓΑ'ΔΑ [5], κώμη μεγάλη, πλησίον Σοδόμων Α'ραβίας. Τὸ ἐθνικὸν Ε'γγαδλωὸς, ὡς Ζωαρλωός· καὶ Ἠλυκῶς, καὶ ἐδελέρως. A

ENGADA, vicus magnus prope Sodoma Arabiæ. Gentile Engadenus, ut Zoarenus; & fœm. & neutro-genere.

Ε'ΓΓΕΛΑ͂ΝΕΣ [6], ἔθνος Ἰλλυρίας, οἱ αὐτοὶ τοῖς Ε'γχελέαις, ὡς Μνασέας ἐν γ' τῆς περιηγήσεων. B

ENGELANES, populi Illyriæ, iidem, qui Encheleæ, ut Mnaseas secundo Periegesεωn.

Ε'ΓΓΥ'ΙΟΝ [7], πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ε'γγύϊνος, ὡς Ρ'ηγῖνος.

ENGYION, urbs Siciliæ. Gentile, Engyinus, ut Rheginus.

Ε'ΓΕ'ΣΤΑ [8], πόλις Σικελίας, ἔνθα θερμὰ ὕδατα, ὡς Φίλων· ἀπὸ Ε'γέστου τοῦ Τρωός. Τὸ ἐθνικόν, Ε'γεσταῖος· καὶ Ἠλυκῶς. C

EGESTA, urbs Siciliæ, ubi calidæ aquæ, ut Philon, ab Egesto Troiano. Gentile, Egestæus, & fœmin. gen.

Ε'ΓΡΑ [9], πόλις Α'ραβίας, πρὸς τῷ Α'ϊλανίτῃ κόλπῳ· Τὸ ἐθνικὸν Ε'γρῖνος, ὡς Βοστρηνός.

EGRA, urbs Arabiæ, juxta sinum Ailanitem. Gentile, Egrenus, ut Bostrenus.

Ε'ΓΧΕΛΕΙΣ [10], ἔθνος Ἰλλυρίων· ἡ ἀπὸ τοῦ Ε'γχελῆς, ἡ ἀπὸ τοῦ Ε'γχέλεως. Λέγεται καὶ Ε'γχελέαι, ἀπὸ τοῦ Ε'γχελέης, ἢ Ε'γχελέας. Λέγεται καὶ Ε'γχελὶς, Ἠλυκῶς. Οἱ οἰκοῦντες, Ε'γχελεῖς. D

ENCHELEI, populi Illyriæ, vel ab Encheles, vel ab Encheleus. Dicitur etiam Encheleæ, ab Enchelees, vel Encheleas. Dicitur etiam Enchelis, fœm. gen. Incolæ, Enchelei.

Ε'ΔΔΑΝΑ [11], πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, * κατοικία Φοινίκων, ἀπὸ Ε'δδανοῦ ἡγεμόνος. [12] Τὸ ἐθνικόν, Ε'δεβησσηνὸς, καὶ Ε'δεβήσιος. E

EDDANA, urbs juxta Euphratem, * habitatio Phœnicum, ab Eddano duce. Gentile, Edebesseus, & Edebessius.

Ε'ΔΕΣ-

EDES-

τάτων ὀστᾶ, μηδὲν τοῖς ὑπὸ πίσιν ἐρχομένοις ἐοικότα. Καὶ τοῦτο μὲν τοῖς Λιβύτισιν ἐξαίρετον γέρας ἔδοσαν, &c. i. e. *Et capta inferiore ejus parte* [loquitur de Hierosolyma] *omnes habitatores terræ occiderunt. Superior verò erat difficilis captu munitionibus & loci naturâ, unde duxerunt copias in Chebronem, & eam capientes, occidunt omnes. Superstes adhuc erat ibi gigantum genus, qui corporum magnitudine & forma cæteris dispares erant paradoxum spectaculum & horribile auditu; ostenduntur adhuc hodie horum ossa incredibilibus similia: hoc oppidum Levitis honoris gratia concessum est, &c.*

5 Ε'γγάδα, κώμη μεγάλη, πλησίον Σοδόμων Α'ραβίας.] Engada, pagus magnus prope Sodoma Arabiæ. Sodoma pertinebant ad Judæam, non ad Arabiam; Hebraice dicitur עין גדי *engedi* i. e. *fons*, seu *oculus hœdi*. Vocatus etiam fuit Chasesón thamar, ut apparet ex Paralipomenωn lib. 2. c. 20. v. 2. causam & etymologiam nominis ignoro: Josepho de bello Judaico lib. 5. c. 3. juxta Rufini distinctionem Engaddi dicitur & πολίχνη. i. e. *oppidulum* vocatur; ejus vineas celebrat Selomoh rex Cantico Canticorum c. 1. v. 14. Ptolemæus quoque eam memorat lib. 5. c. 16. & inter Judææ oppida numerat.

6 Ε'γγελᾶνες, ἔθνος Ἰλλυρίας, &c.] Engelanes, gens Illyriæ, iidem cum Encheleis, quos paulò infra celebrat, quorum etiam meminit Scylax in Ε'γχελεῖς.

7 Ε'γγύϊον, πόλις Σικελίας.] Engyion, urbs Siciliæ, quam Cretenses condiderunt nomine impositò à fontis nomine, qui propè fluebat, auctore Diodoro Siculo historicæ bibliothecæ lib. 4. Plutarchus quoque in Marcello eam memorat.

8 Ε'γέστα, πόλις Σικελίας, &c.] Egesta, urbs Siciliæ balneis celebris, à qua Egestanæ aquæ; ipsa nomen accepit ab Egeste Trojano. qui Andino vati Æneid. lib. 1. dicitur Aceste

——— *sunt & Siculis regionibus urbes*
Armaque, Trojanoque à sanguine clarus Aceste.

Ad quem locum Servius, post fabulam, quam de Aceste affert, inquit Egestum, quem poëta *Acestem* vocat, ex matris nomine civitatem Trojanis condidisse, quæ antea *Egesta*, postea *Segesta* dicta est. Cur verò *Segesta* vocata fuerit, expressis verbis refert Festus de verborum significatione. Sic enim ille: *Segesta, quæ nunc appellatur, oppidum in Sicilia est, quod videtur Æneas condidisse, præposito ibi Egesto, qui eam* Egestam *nominavit, sed præposita est ei s litera, ne obscœno nomine appellaretur, ut factum est in Malevento, quod* Beneventum *dictum est, & in Epidamno, quod usurparunt Dyrrhachium.* Diodorus Siculus lib. 20. auctor est, ab Agathocle Syracusanorum tyranno excisam fuisse, atque *Dicæopolin* vocatam. Ejus oppidanos coluisse virorum effigie Porpacem, Crimissum, & Telmissum fluvios refert Ælianus de varia historia lib. 2. c. 33. Ethnici enim fluvios etiam vel virorum vel boum effigie, vel ἀμέρφως, venerabantur, eodem teste libro capiteque citato. Unde Virgilius Æneid. lib. 8. v. 77. canit:

Corniger Hesperidum fluviis regnator aquarum,
Adsis ô tandem, & propius tua numina firmes.

Epitomator noster existimat *Egestam* & *Acestem* fuisse diversas urbes, siquidem utramque suo loco celebrat, quod & Salmasius in Solinum fol. 112. confirmat, at contrarium asserit Serv. ad illud Virgilii ex Æneid. lib. 5. v. 718.

Urbem appellabunt permisso nomine Acestam.

9 Ε'γρα, πόλις Α'ραβίας.] Egra fuit urbs Arabiæ ad Ælanitem sinum; memorat Plinio lib. 6. c. 28. Ptolemæo lib. 6. c. 7. inter Arabiæ Felicis urbes locatur; diversa fuit ab Agra Leanitarum Arabum regia, quoniam utramque suo loco celebrat epitomator noster, & Plinius libro, capiteque citato. Bochart. Geograph. Sacræ part. prior. putat, esse quæ Arabibus dicitur *Algiar*.

10 Ε'γχελεῖς, ἔθνος Ἰλλυρίων.] Encheleis, gens Illyria, quæ etiam dicebatur *Encheleæ*, & *Engelanes*, ut in hac sectione & in Ε'γχελᾶνες inquit noster, de qua nulla memoratu digna inveniebam.

11 Ε'δδανα, πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.] Eddana, urbs ad Euphratem, cujus apud alios nulla, quod sciam, fit mentio; in textu Græco huic lectioni subest asteriscus, cum nulla videantur deficere verba.

12 Τὸ ἐθνικὸν, Ε'δεβησσηνὸς, καὶ Ε'δεβήσιος.] Cum prius dixerit Eddanam urbem nomen habuisse à duce Eddano; nunc inquit ejus gentile dici Edebesseus, & Edebessius, quod est prorsus irregulare. Longe enim recedit à prototypi formâ, à quo debebat formari Eddaneus, vel Eddanus. Vide ergò ne sit aliquod lectionis monstrum.

13 Ε'δεσα,

Ἔδεσσα [13], πόλις Συρίας [14], ἀφ' ἃ διὰ τὸ τῶν ὑδάτων ῥύμῃ ἔτω κληθεῖσα, ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ. Καὶ κατὰ μὲν τὸν ἐγχώριος, Ἐδεσσηνός· ὡς δὲ οἱ πλείους τῶν ἀρχαίων, Ἐδεσσαῖος.

EDESSA, urbs Syriæ, propter aquarum impetum sic vocata ab ea, quæ in Macedonia. Gentile, secundum indigenas, Edessenus, apud antiquorum plurimos, Edessæus.

Ἐδουμαῖοι [15], ἔθνος Ἀραβίου, ὡς Σούνιος ἐν Ἀραβικῶν πρώτῳ. [16] Τινὲς δὲ ἀφ' ἃ διὰ τοῦ ι γράφουσιν, ὡς εἰρήσεται μοι ἐν τῷ ι.

EDUMÆI, populi Arabiæ, ut Sunius rerum Arabicarum lib. quarto; aliqui verò per i. scribunt, ut in incipientibus per i. dicemus.

Ἕδρα, ἡ καθέδρα· ἔτω λέγουσι ἕδραι βουλῆς. Ἀφ' ἧς ἑδρίτης, ὁ οἰκέτης.

HEDRA, cathedra, sic dicuntur sedilia senatus. Unde *hedrites*, i.e. *famulus*.

Ἐθνέστται, ἔθνος Θεσσαλίας, ἀπὸ Ἐθνέστου τοῦ Νεοπτολέμου παίδων ἑνός, ὡς Ῥιανὸς δ' καὶ ε.

ETHNESTÆ, populi Thessaliæ ab Ethnesto uno, ex Neoptolemi filiis, ut Rhianus quarto, & quinto.

Ἰδομένη [17], πόλις Μακεδονίας· Θουκυδίδης β. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰδομενεύς, ὡς Κλαζομένιος.

IDOMENE, urbs Macedoniæ, Thucyd. lib. 2. Gentile, Idomenius, ut Clazomenius.

Ἰζηλός, φρούριον Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰζηλῖνος.

IZELUS, Castellum Siciliæ. Gentile, Izélinus.

Ἰλεσίον. [18] Ὅμηρος,

——— Καὶ Ἰλήσιον, καὶ Ἐρυθράς.

Τὸ ἐθνικὸν, Ἰλησιεύς.

ILESION, Homerus.

——— *Et Ilesion, & Erythras.*

Gentile, Ilesieus.

Ἰλιθυίας [19], πόλις Αἰγυπτιακή. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰλιθυιοπολίτης.

ILITHYIAS, urbs Ægyptiaca. Gentile, Ilithyiopolites.

Εἶνα- INA-

13 Ἔδεσσα, πόλις Συρίας.] Edessa, urbs Syriæ. Alii Mesopotamiæ, alii Osroënæ adscribunt; eadem erat urbs. Namque Syria Mesopotamiam, & Osroënam comprehendebat. Africanus apud Eusebium Chronicorum lib. 1. auctor est. Edessæ servatum fuisse pastorale tentorium patriarchæ Jacobi, quod imperante Antonino fulmine combustum fuisse tradit; non credo, nec sunt ferendæ fabulæ, quæ nec ad pietatem, nec ad mores conducunt. Inter Edessam & Carras Imp. Antonius Caracalla occisus fuit, cum levandæ vesicæ gratia ex equo descendisset, auctore Æl. Spartiano in Caracalla, quod etiam prodit Eus. Chronic. lib. 1. apud quem perperam legitur ὡσὶς Καρίας pro ὡσὶς Κάρρας. Imperator enim ille, cum occisus est, tendebat ex Edessa, ubi hiemaverat Carras Luni Dei visitandi causâ, qui apud Carrenos colebatur, teste eodem Spartiano loco citato; fortean Carreni non credebant esse Deos fœminas. Itaque ex luna fecere lunum. Quin etiam in lingua Hebræa non est nomen Deæ, unde Asthoreth quæ apud Latinos dicitur dea, in Sacra Scriptura dicitur Deus Reg. lib. 1. secundum Hebræos, seu tertio secundum Latinos c. 11. v. 5. וילך שלמה אחרי עשתרות אלהי צדנים i.e. *Vaielec Selomoh achare Asthoret elohe Sidonim.* i.e. *& abiit Selomoh post Asthoret Deum Sidoniorum.* Græcis & Latinis dicitur *Astarte* Dea. Apud Strabonem lib. 16. legimus *Bambycem*, *Edessam*, *Hierapolim*, unam eamdemque fuisse civitatem, in quo *Atargatis* Dea colebatur: in Chronico Carionis lib. 5. dicitur à Turcis vocari *Orpha*, ubi fuit tumulus Gothofridi Bilionei.

14 Διὰ τὸ τῶν ὑδάτων ῥύμῃ, &c.] Inquit epitomator noster *Edessam* vocatam fuisse hanc Syriæ urbem ἀφ' ἃ διὰ τὸ τῶν ὑδάτων ῥύμῃ. i.e. *propter aquarum impetum*; nescio ex qua lingua id deducat; ac deinde addit ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ, lege ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ, videlicet Edessam Syriæ urbem nomen accepisse ab Edessa, quæ in Macedonia, cujus meminit Constant. Porphyrog. de Them. lib. 2. Them. 2. Macedoniæ, Strabo lib. 7. sed nihil memoratu dignum de ea referunt.

15 Ἐδουμαῖοι, ἔθνος Ἀραβίου.] Breviator noster videtur duas diversas gentes facere Edumæos, & Idumæos. Nam in hac sectione inquit Edumæos esse gentem Arabiæ, in Ἰδουμαῖοι verò inquit Idumæos esse gentem Hebræorum, sed fallitur. Nam una eademque gens fuit, de quibus videsis quæ in Ἰδουμαῖοι annotamus.

16 Τινὲς δὲ ἀφ' ἃ διὰ τοῦ ι γράφουσι, ὡς, &c.] Inquit ab aliquibus Edumæos scribi per jota i.e. *Idumæos*, de quo promittit se dicturum in litera *i.* ubi sui oblitus nihil dicit. Ergo si aliquibus Edumæi scribuntur Idumæi, iidem fuere populi.

17 Ἰδομένη, πόλις Μακεδονίας.] Idomene, civitas Macedoniæ ex Thucydidis lib. 2. memoratur, cujus libro citato sunt verba: Ὁ δὲ στρατὸς τῶν Θρᾳκῶν ὃν τὸν Δοῦρον ἐστέλλετο πρῶτον μὲν ἐς τὴν Φιλίππου πρότερον ἔσπεσε ἀρχὴν, καὶ εἶλεν Ἰδομενὴν μὲν βίᾳ κρατήσαντες, Γορτυνίαν δὲ καὶ Ἀτάλαντον, καὶ ἄλλα ἄττα χωρία, &c. i.e. *Exercitus vero Thracum Dobero profectus, primum quidem irrupit in regnum, quod prius erat Philippi, & Idomenem quidem per vim cepit, Gortyniam verò, & Atalantam, & alia quædam oppida*, &c. Hujus oppidani *Idomenii* dicebantur; Plinio verò lib. 4. c. 10. *Idomenenses* dicuntur.

18 Ἰλήσιον· Ὅμηρος.] Ilesium ex Homero celebrat epitomator noster, cujus affert hemistichium. Ejus integer versus Il. 2. v. 499. sic legitur:

Οἵ τ' ἀμφ' Ἄρμ' ἐνέμοντο, καὶ Ἰλήσιον, καὶ Ἐρυθράς.
Quique circum Herma habitabant, & Ilesium, & Erythras.

Ex Strabonis lib. 9. apparet fuisse oppidum Bœotiæ, ac sic dictum fuisse: ἀφ' ἃ τὸ ἕλος. i.e. *à lacu*, juxta quem situm erat: Ἕλος τε καὶ Ἑλεών, καὶ Ἰλήσιον ὠκίσθη ἀφ' ἃ τὰ ἐπὶ τοῖς ἕλεσιν ἱδρύσαι· νυνὶ δ' ἔχ' ὁμοίως ἔχει τὰ πάντα, ἢ αὐτοκιθέντων, ἢ τῶν λίμνης ἐπὶ πολὺ πεπεισμένης, ἀφ' ἃς ὕστερον χειμῶνας ὠκρύσεις. i.e. *Helos quoque & Heleon, & Ilesium dicta fuere, quod propè lacus sitæ essent: quæ omnia nunc non eodem modo se habent, vel quod de integro condita sunt, vel quia postea temporis aqua defluente palus admodum subsederit.*

19 Ἰλειθυίας, πόλις Αἰγυπτιακή.] Sæpe sæpius in hujusmodi oppidorum nominibus peccatur in scriptura apud Stephanum, quod jam alibi annotavimus. Sic debet scribi, Εἰλειθυίας πόλις, πόλις Αἰγυπτιακή. i.e. *Ilithyiæpolis*, [Lucinæ urbs] *urbs Ægyptiaca.* Hinc gentile Ilithyiopolites. Memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. in Thebarum Nomo.

ΕἸΝΑΤΟΣ, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων φησί. Τὸ ἐθνικὸν, Εἰνάτιος. Τινὲς δὲ ὄρος, καὶ πεδίον, ἐν ᾧ πηγάζει τὸν Εἰλείθυιαν Εἰναλινόν. A

INATUS, urbs Cretæ, ut Xenion inquit. Gentile, Inatius; aliqui verò montem & fluvium esse dicunt, ubi Lucina Inatina colitur.

ΕἸΡΕΣΙΔΑΙ, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Εἰρεσίδης. Τὰ τοπικὰ, ἐξ Εἰρεσιδῶν. Καὶ τὰ λοιπὰ ἄτω. B

IRESIDÆ, populus Acamantidis tribus, popularis, Iresides. Localia, ex-Iresidarum; & reliqua eodem modo.

ΕΚΑΔΉΜΕΙΑ[20], ἡ Ἀκαδήμεια, ἀπὸ Ἀκαδήμου. [21] Καὶ Ἀθήνησι τόπος ὁ Κεραμικὸς [22] ὁ ἥρως δέ, Ἀφ' οὗ ε γράφεται. Οἱ δὲ ὅτι Ἔχεμος ὁ Ἀρκὰς συνεμβάσας τοῖς Διοσκούροις, ὑποχείριον ἔσχε τὴν Ἀττικήν. Ἐξ οὗ ἐχεμήδειον φασιν. Ὁ δημότης, Ἀκαδημαικὸς, τροπῇ τοῦ δ εἰς η. C

ECADEMIA, vel Academia, ab Academo. Est & Athenis locus *Ceramicus* dictus, heros vero per *e* scribitur, alii verò, quod Echemus Arcas unà cum Dioscuris exercitum ducens Atticam subegit, ex quo *echemedion* dicunt. Popularis, Academaicus, verso ultimo epsilon in eta.

ΕΚΑΛΗ[23], δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, ἑκάλιος. Τὰ τοπικὰ Ἑκάλησεν, Ἑκαλίωδε, Ἑκαλῆσι· καὶ Ἑκάλιος Ζεύς. D

HECALE, populus Leontidis tribus, popularis, Hecalius. Localia, ex-hecale, ad-hecalen, in-hecale. Dicitur etiam Hecalius Jupiter.

ΕΚΑΤΉΣΙΑ[24], ἄτως ἡ Ἰδρίας πόλις ἐκαλεῖτο Καρίας. Ναὸν γὰρ τοὔξαιλες οἱ Κᾶρες, τὴν θεὸν Λαγινίτιν ἐκάλεσαν, ἀπὸ δὲ φυγόντος ζῴου ἐκεῖ, καὶ τὰ ἐτήσια τελοῦντες ὠνόμασαν. Ὁ πολίτης, Ἑκαλήσιος. E

HECATESIA, sic Idrias urbs Cariæ vocabatur. Templum enim fabricantes Cares, Deam *Laginiten* vocaverunt, ab animali illuc fugiente, & annua sacra facientes sic nominarunt. Civis, Hecatesius.

ΕΚΑΤΌΝΝΗΣΟΙ[25], ἄτῳ πρὸς τὴν Λέσβον νησία κ'. [26] Ὡς Στράβων, πρὸς τὸ Ἑκαλὸν τὸ Ἀπόλλωνα. Τιμάται γὰρ διαφόρως ἐν τοῖς τόποις Σμινθεύς, Κιλλαῖος, Γρυνεύς. Οἱ οἰκοῦντες, Ἑκατοννήσιοι. F

HECATONNESI, sic circa Lesbum viginti parvæ insulæ [*vocabantur*,] ut Strabo, ab Hecato Apolline. Diversis enim nominibus colitur in illis locis, Smintheus, Cillæus, Gryneus. Incolæ, Hecatonnesii.

ΕΚΑΤΌΜΠΥΛΟΣ[27], πόλις Παρθίας, orien-

20 Ἐκαδήμεια, ἡ Ἀκαδήμεια.] Ecademia, seu Academia, erat gymnasium Athenis celeberrimum, ubi philosophi se exercebant, qui inde *Academici* dicebantur; tria verò fuere Athenis gymnasia celeberrima, Lycæum, Cynosarges, Academia, auctore Harpocratione in Ἀκαδήμια.

21 Καὶ Ἀθήνησι τόπος ὁ Κεραμικός.] Inquit Academiam quoque dici locum Athenis, qui *Ceramicus* dicebatur. Id etiam legimus apud Hesychium in Ἀκαδήμια. Ejus sunt verba: Λέγεται δὲ καὶ γυμνάσιον Ἀθήνησιν ἀπὸ Ἀκαδήμου ἀνατεθὲν, καὶ τόπος, καλεῖται δὲ ὅτι ὁ Κεραμεικός. i. e. *Dicitur verò etiam gymnasium Athenis* [Academia] *ab Academo*, [qui] *id consecravit, & locus, vocatur enim* Ceramicus.

22 Ὁ ἥρως δέ, Ἀφ' οὗ ε γράφεται.] Heros à quo nomen accepit Academia per *e* scribitur, ut inquit noster, sed apud Harpocrationem & Hesychium locis citatis per *a* dicitur *Academus*. Utroque modo invenitur, ut testatur Etymologus in Ἀκαδήμιον.

23 Ἑκάλη, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.] Hecale, populus id est, oppidum Leontidis tribus, cujus popularis, id est, oppidanus dicebatur *Hecalius*, unde *Jupiter Hecalius*, ut inquit noster, qui à Plutarcho in Theseo celebratur; apud Hesych. verò Jupiter Hecalius ab Hecale, qui eum consecravit, nomen habere dicitur. Fuit autem Hecale heroina in quam scripsit poëma Callimachus, cui sacrificabant, quod Theseum hospitio exceperit, auctore Etymologo.

24 Ἑκατησία, ἄτως ἡ Ἰδρίας πόλις ἐκαλεῖτο Καρίας.] Hecatesia, urbs Cariæ, quæ *Idrias* vocabatur, & *Chrysaoris*, auctore nostro auctore in Ἰδρίας, dicta vero fuit *Hecatesia*, ut inquit noster ἀπὸ δὲ φυγόντος, &c. animal verò illud erat λαγίδιον. i. e. *lepusculus*, à quo nomen accepit dea *Laginita*, cui ἐτήσια. i. e. *annualia festa* celebrabant.

25 Ἑκατόννησοι, ἄτῳ πρὸς τὴν Λέσβον νησία κ'.] Hecatonnesi, sic 20. parvæ-insulæ circa Lesbum dictæ fuerunt, ab Apolline Hecato ex Strabone, qui de eis lib. 13. sic loquitur: Καθ' ἣν τὸ πορθμὸν τὸ μεταξὺ τῆς Ἀσίας, καὶ τῆς Λέσβου νησία ἐστὶ πρὸς εἴκοσι· ὡς ὁ Τιμοσθένης φησὶ, τεσσαρακοντα· καλεῖται δὲ Ἑκατόννησοι συμβεβὸς, ὡς Πελοπόννησος, καθ' ὅ ἐστι τῆς Ν χαρακτηρίζουσιν ἐν τοῖς πίναξι, ὡς Μυόννησος, καὶ Προκόννησος λέγεται, καὶ Ἀλόννησος· ὥστε Ἑκατόννησοί εἰσιν, οἷον Ἀπολλώνησοι. Ἑκάλη δὲ ὁ Ἀπόλλων· ἀφ' οὗ πᾶσαν δὲ τὴν παραλίαν ταύτην ὁ Ἀπόλλων ἐκάλεσαν μέχρι Τενέδου, Σμινθεύς, ἢ Κιλλαῖος, καλέμενος, ἢ Γρυνεύς, ἢ τινα ἄλλην ἐπωνυμίαν ἔχων. i. e. *Juxta fretum, quod inter Asiam & Lesbum insulæ-parvæ sunt circiter viginti: Timosthenes* XL *inquit: eæ uno nomine* Hecatonnesi, *voce ut* Peloponnesus *compositæ: abundante ex quadam consuetudine in his altero* N, ut in *Myonnesus etiam*, & *Proconnesus*, *Halonnesus. Sunt igitur Hecatonnesi quasi Apollonnesi* [Apollinis-insulæ] *Hecatus enim Apollo. Etenim in tota ista ora colitur Apollo usque ad Tenedum*, Smintheus, *vel* Cillæus *nominatus*, *vel* Gryneus, *vel aliquod aliud cognomentum habens.*

26 Ὡς Στράβων, πρὸς τὸ Ἑκαλὸν, &c.] Sunt verba Strabonis trunca & inversa, quæ integra attulimus nota præcedenti, præterea pro πρὸς τὸ Ἑκαλὸν τὸ Ἀπόλλωνα lege ἀφ' οὗ τὸ Ἑκαλὸν, &c. Namque hæ insulæ dictæ sunt *Hecatonnesi*, non quod essent circa Hecaton Apollinem, sed ab Hecato Apolline.

27 Ἑκατόμπυλος, πόλις Παρθίας.] Hecatompylos, urbs Parthiæ, id nominis sonat *Centum-portæ*, quam Græci condiderunt, auctore Q. Curtio lib. 6. c. 2. *Urbs erat ea tempestate clara Hecatompylos condita à Græcis; ibi stativa rex habuit, commeatibus undique advectis.* Fuisse verò Parthorum regiam apparet ex Strabonis lib. 11. Εἰσὶ δὲ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς μὲν Ῥαγὰς στάδιοι πεντακόσιοι ὡς φησιν Ἀπολλόδωρος, εἰς δὲ Ἑκατόμπυλον τὸ τῶν Παρθυαίων βασίλειον, χίλιοι διακόσιοι ἑξήκοντα. i. e. *Sunt verò à Caspiis portis ad Rhagas stadia* 10, *auctore Apollodoro: ad Hecatompylon autem Parthorum regiam* CIↃ CCLX. De ejus hodierno nomine non convenit inter recentiores.

28 Ἑκ-

Θίας, ἀναπολικωτέρα Περσίδος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐκατομπύλιος.

A orientalior Perside. Gentile, Hecatompylius.

ΕΚΒΑΤΑΝΑ[28], ἡ μεγάλη μερὶς τῆς Μηδίας. Ἔστι καὶ Συρίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Ἐκβαταναῖος, ὡς Ταβιανός.

ECBATANA, magna pars Mediæ. Est & Syriæ urbs. Gentile, Ecbatanenus, ut Tabienus.

ΕΛΑΙΑ[29], πόλις τῆς Ἀσίας, Αἰολική, Περγαμηνῶν ἐπίνειον, ἡ Κιδαινὶς ὠνομάζετο, Μενεσθέως κτίσμα. [30] Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἰταλίας, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ Ἐλέα[31], ἐξ ἧς Ἐλεάτης. Τῆς δὲ πρεσβέρας, Ἐλαΐτης. Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης Ἐλαία, μεταξὺ Τύρου καὶ Σιδῶνος, ὡς Φίλων. Καὶ Ἐλαία Βιθυνίας ἐπίνειον, πλησίον Μυσίας. Ἔστι καὶ λιμὴν Αἰθιοπίας, καὶ νῆσοι τρεῖς.

B Elæa, urbs Asiæ, Æolica, Pergamenorum navale, quæ *Cidænis* vocabatur, à Menestheo condita. Est & alia Italiæ, per *e* psilon Elea, à qua cives, Eleatæ; prioris verò, Elaitæ. Est & urbs Phœniciæ Elæa, inter Tyrum, & Sidonem, teste Philone. Est & Elæa Bithyniæ navale, prope Mysiam. Est & portus Æthiopiæ, & tres insulæ.

ΕΛΑΙΕΥΣ, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, ὡς Διονύσιος. Διόδωρος δὲ Ἐλαιεύς· ἀφ' οὗ ὁ δημότης Ἐλαιέσιος. Τὰ τοπικὰ, Ἐλαιεθόθεν, καὶ Ἐλαιεθάδε, καὶ Ἐλαιέσι. Λέγεται καὶ ἐξ Ἐλαιέως.

D Elæus, populus Hippothoontidis tribus, ut Dionysius; Diodorus verò Elæûs, à quo popularis, Elæusius. Localia, ex-elæunte, & in-elæuntem, & Elæuntibus. Dicitur etiam ex-elæeo.

ΕΛΑΙΟΤΙΧΟΣ, πόλις Λυκίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐλαιοτειχίτης.

E Elæotichos, urbs Lyciæ. Gentile, Elæotichites.

ΕΛΑΙΟΥΣ[32], πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ· τὸ ἐθνικὸν, Ἐλαιέσιος· καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἐλαιεσία. Ἔστι καὶ Ἄργος Ἐλαιοῦς.

Elæus, urbs in Hellesponto. Gentile, Elæusius, & fœmineum, Elæusia. Est & Elæûs Argis.

ΕΛΑΙΟΥΣΣΑ[33], νῆσος Κιλικίας μετὰ τὴν Ἤπειρον[34], ἡ νῦν Σεβαστὴ, πρὸς τῷ Κωρύκῳ. [35] Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι νῆσοι ἐπτά. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐλαιούσιος.

F Elæussa, insula Ciliciæ post Epirum, quæ nunc *Sebaste* ad Coricum: sunt verò, & aliæ septem insulæ. Gentile, Elæusius.

ΕΛΑ-

ELA-

28 Ἐκβάτανα, ἡ μεγάλη μερὶς τῆς Μηδίας.] Ecbatana, magna pars Mediæ. Quod apud nullum alium memini me legisse; apud Æschyl. verò in Persis fit mentio Agabatarum, ubi ejus Scholiasta inquit, esse Persarum gentem, quod non multum abludit ab Stephani mente. Fuere etiam Ecbatana Syriæ urbs, de qua in Ἀγβάτανα egimus; alia fuit etiam hujus nominis Mediæ civitas, in qua Daniel *βάριν*, i.e. *turrim* ædificavit, ubi reges Persarum, Medorum, atque Parthorum, sepeliebantur, cujus custodia, adhuc ætate Josephi, Judæo sacerdoti credebatur, ut ipse refert Antiquit. lib. 10. c. 12. de qua videsis Scaligerum in Euseb. ad N. MCCCIX. & notas nostras loco citato.

29 Ἐλαία, πόλις τῆς Ἀσίας, Αἰολική.] Elæa, urbs Asiæ, nempe minoris, Æolica. Idem est ac si dixisset, esse urbem Æolidis; Pergamenorum navale fuisse inquit, quod videtur desumpsisse ex Strabonis lib. 13. Sic enim ille de hac urbe loquitur: Ἐν τῷ πέραν δὲ Καΐκου δώδεκα διέχουσα δὲ ποταμοῦ σταδίους, Ἐλαία πόλις Αἰολική, καὶ αὕτη Περγαμηνῶν ἐπίνειον, ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους διέχουσα δὲ Περγάμου. i.e. *Trans Caicum* XII *à flumine stadiis Elæa est urbs Æolica, eademque Pergamenorum navale*, CXX *stadiis distans à Pergamo.* Memoratur inter alios Pausaniæ quoque lib. 9. Ex hac Elæa fuisse Zenonem & Parmenidem putat Philippus Ferrar. Alexandrinus in suo Lexico geographico sed fallitur, ut patebit, in Ἐλέα.

30 Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἰταλίας διὰ τοῦ ε ψιλοῦ.] Cum sectione præcedenti egerit de Elæa Æolidis urbe; nunc agit de Elea Italiæ urbe quæ per *e* psilon, scribitur, ut inquit noster, de qua suo loco agemus.

31 Ἐξ ἧς Ἐλεάτης. Τῆς δὲ πρεσβέρας Ἐλαΐτης.] Ex urbe Italiæ Elea gentile est, *Eleates*, quod etiam confirmatur ex Laërtio in vita Zenonis, à quo Zeno *Eleates* vocatur; ex Elæa verò Æolica dicitur *Elaites*: quare apud Stephanum pro Ἐλαΐτης lege Ἐλαΐτης. Ex Suida in Ἐλέα. Sic enim ille: Λέγεται δὲ καὶ ἑτέρα πόλις Ἐλαία διὰ διφθόγγου, ἧς ὁ πολίτης, Ἐλαΐτης. i.e. *Dicitur verò & altera urbs Elæa per diphthongum, cujus civis Elaites.* Et apud Suidam & apud Laërtium in vita Zenonis perperam scribitur prius nomen Eleæ Ὑέλη, pro Ὑέλη, ut est apud Strabonem, cujus verba apponemus in Ἐλέα.

32 Ἐλαιοῦς, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ.] Elæus, untis, urbs in Hellesponto. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 12. in Chersonneso Thraciæ; eadem erat urbs. Nam Chersonnesus Thraciæ ab oriente haud longè distabat ab Hellesponto, ut apparet ex eodem auctore loco citato. Ejus quoque fit mentio in Excerptis ex Strabonis lib. 7. fine, in fine, ubi Ἐλεοῦς scribitur, ac masculino genere dici annotatur.

33 Ἐλαιοῦσα, νῆσος Κιλικίας.] Elæussa, insula Ciliciæ. Memoratur Josepho Antiquit. lib. 16. c. 8. apud quem Eleussa sine diphthongo scribitur, quod in hujusmodi nominibus apud auctores frequenter contigit, sic nota præcedenti Ἐλεοῦς apud Strabonem, Ἐλαιοῦς apud nostrum & apud Ptolemæum legimus, idem accidit quoque in accentibus; Elæussæ quoque meminit Strabo lib. 12. Καὶ πρὸ ὀλίγου τῆς τραχείας Κιλικίας, ἐν ᾗ τὴν Ἐλαιοῦσσαν νησίον ὄκησε ποτὲ σωφρονοῦν Ἀρχέλαος, &c. i.e. *Et quæ in aspera Cilicia sunt, in qua Elæussam insulam parvam fertilem condidit Archelaus, &c.*

34 Ἡ νῦν Σεβαστὴ, πρὸς τῷ Κωρύκῳ.] Elæussam Ciliciæ asperæ insulam parvam sua ætate *Sebasten* i.e. *Augustam* dictam fuisse dicit, quod etiam testatur Josephus libro capiteque nota præcedenti citato; Coricus fuit urbs ejusdem Ciliciæ, patria Oppiani poëtæ de qua suo loco.

35 Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι νῆσοι ἑπτά.] Inquit esse alias quoque hujus nominis insulas septem, quarum apud alios nulla, quod sciam, fit mentio; Plin. lib. 5. c. 31. quatuor meminisse videtur. Ejus enim sunt ex libro citato verba: *In eodem situ Elæusa insula est & quatuor ante promontorium ex adverso Syriæ, Clides.* Forsitan quæ Plinio dicuntur *Clides*, nostro vocantur *Elæussæ*.

36 Ἐλά-

Ε Λ Α Τ Ε Ι Α [36], πόλις μεγίστη Φωκίδος, ἀπὸ Ἐλάτου. [37] Ἔστι καὶ Θεσσαλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐλατεύς. [38] Ἔστι καὶ Θεσπρωτίας, ἣν καὶ Ἐλάτρειάν φασι, διὰ τοῦ ρ. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἐλατρεύς. A

ELATIA, urbs maxima Phocidis ab Elato. Est & Thessaliæ. Gentile, Elateus. Est & Thesprotiæ, quam & *Elatriam* dicunt per *r*, & gentile, Elatrieus.

Ε Λ Α Υ Ι Α, φρούριον Σικελίας. Φίλιστος β. Τὸ ἐθνικὸν Ἐλαυϊάτης, ὡς Ἰαμνιάτης καὶ Ἰαμνίτης. B

ELAUIA, castellum Siciliæ, Philistus secundo. Gentile, Elauiates, ut Jamniates, & Jamnites.

Ε Λ Α Φ Ο Ν Η Σ Ο Σ [39], μία τῶν Σποράδων νήσων, ἔχουσα πόλιν ὁμώνυμον. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐλαφονήσιος. C

ELAPHONESUS, una Sporadum insularum, quæ habet urbem ejusdem nominis. Gentile, Elaphonesius.

Ε Λ Β Ε Σ Τ Ι Ο Ι, ἔθνος Λιβύης· φίλιστος η. περὶ δὲ τοὺς Λίβυας ὄντ * Εὐρώπης Ἐλβέστιοι [40], καὶ Μασιλιωοί.

ELBESTII, populi Libyæ, Philistus octavo. Circa verò Libyes..... *Europæ Elbestii, & Mastieni.*

Ε Λ Β Ο Ν Θ Ι Σ, πόλις μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ Κυρήνης. Τὸ ἐθνικὸν Ἐλβονθίτης, ὡς Φλέγων. D

ELBONTHIS, urbs inter Ægyptum, & Cyrenen. Gentile, Elbonthites, ut Phlegon.

Ε Λ Β Ω [41], νῆσος· Ἡρόδοτος δευτέρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἐλβῶος, ὡς Σαρδῶος.

ELBO, insula, Herodot. secundo. Gentile, Elbous, ut Sardous.

Ε Λ Γ Ο Σ, πόλισμα Λυκίας, ὡς Ξάνθος ἐν Λυκιακοῖς. Τὸ ἐθνικὸν Ἔλγιος, καὶ Ἐλγαῖος, ὡς Σιγαῖος. E

ELGOS, oppidum Lyciæ, ut Xanthus in Lyciacis. Gentile, Elgius, & Elgæus, ut Sigæus.

Ε Λ Ε Α [42], πόλις Ἰταλίας, ὡς εἴρηται. [43] Ἐκαλεῖτο δὲ Βύλη. [44] Ὠνομάσθη δὲ Ἐλέα, ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ [45], ἤνιῶ Βελέα.

ELEA, urbs Italiæ, ut dictum est. Vocabatur verò Byle: Elea autem vocata fuit ab amne juxta-fluente, nunc Velia.

Ε Λ Ε-

36 Ἐλάτεια, πόλις μεγίστη Φωκίδος.] Elatea, urbs maxima Phocidis. Id ex Strabonis lib. 9. videtur desumpsisse. Sic enim ille: Ἐλάτεια ἐστὶ, ὅτι πασῶν μεγίστη τῶν συνῳκισμένων πόλεων, καὶ ἐπικαιροτάτη πρὸς τὸ ἐπικείσθαι τοῖς τεναῖς, καὶ τὰ ἔχοντα ταύτην ἔχειν τὰς εἰσβολὰς τὰς εἰς τὴν Φωκίδα καὶ τὴν Βοιωτίαν, &c. i. e. *Elatea verò* [est nota] *quòd omnium in istis partibus urbium est maxima & opportunissima, eo quòd sita sit in ipsis faucibus, & qui eam habeat, in sua potestate habeat aditus in Phocidem ac Bœotiam, &c.* Post Homeri ætatem conditam fuisse tradit idem auctor libro citato. De qua si plura desideras scire, lege Pausaniæ Phocica, seu lib. 10.

37 Ἔστι καὶ Θεσσαλίας.] Elateæ Thessaliæ urbis altum est apud reliquos auctores silentium.

38 Ἔστι καὶ Θεσπρωτίας, &c.] Elatria Thesprotiæ urbs memoratur ab Strabone lib. 7. Καὶ Ἐλάτρεια, καὶ Πανδοσία, καὶ Βάτιαι ἐν μεσογαίᾳ. i. e. *Et Elatria, & Pandosia, & Batiæ in mediterranea-parte.* Ejus quoque meminit Harpocratio in Ἐλάτεια.

39 Ἐλαφόνησος, μία τῶν Σποράδων, &c.] Elaphonesus, una Sporadum insularum cùm urbe cognomine. Memoratur Plinio lib. 5. c. ultimo: *Insulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus, unde Cyzicenum marmor: eadem* Neuris & Proconnesus *dicta.* Scylaci Proconnesus & Elaponnesus, tamquam diversæ insulæ celebrantur, sed hujus agrum Proconnesii colebant, inquit ille in Φρυγίᾳ: Καθ' ταύτα νῆσός ἐστι καὶ πόλις Προκόννησος, καὶ ἑτέρα νῆσος σύλιμνος Ἐλαφόννησος. Γεωργοῦσι δ' αὐτὴν Προκοννήσιοι. i. e. *Circa hæc loca est Proconnesus, & alia insula bonos-portus-habens Elaphonnesus. Colunt verò eam Proconnesii.* Nostro etiam diversæ sunt insulæ. Ut videre est suis locis.

40 Καὶ Μασιλιωοί.] Lege καὶ Μασιαυοί. Sic enim nominantur suo loco ab eorum urbe Μασία. At Elbestiorum gentis Libyæ, quos ex Philisto auctore deperdito celebrat, nulla apud alios, quod sciam, fit mentio.

41 Ἐλβώ, νῆσος· Ἡρόδοτος δευτέρᾳ.] Elbo, insula ex Herodoti lib. 2. & merito prætermittit dicere cujus regionis fuerit insula, quoniam ex Herodoto non potest discerni, utrum sit Æthiopiæ, an Ægypti insula; ejus tantum nomen & magnitudinem declarat libro citato c. 140. Οὔνομα δὲ ταύτῃ νήσῳ Ἐλβώ. Μέγεθος δὲ ἐστὶ παύλῃ δέκα σταδίων. i. e. *Nomen verò huic insulæ Elbo; magnitudine est omnino decem stadiorum.*

42 Ἐλέα, πόλις Ἰταλίας, ὡς εἴρηται.] Elea, urbs Italiæ, ut dictum est. Tamquam ἐκ παρόδου egit in Ἐλαία de Elea Italiæ urbe, quæ fuit celebris natalibus *Parmenidis* philosophi, qui primus in quinque zonas terram divisisse creditur, ex quibus duas tantum veteres habitatas fuisse crediderunt, necnon Zenonis, qui ideo à Cicerone Tusc. Quæst. lib. 2. *Eleates* vocatur, ut & à Diogene Laërtio in ejus vita: de quibus sic loquitur Strabo lib. 6. Κάμψαντι δ' ἄλλος σωτὴρ κόλπος, ἐν ᾧ πόλις· ἣν οἱ μὲν φασὶ κλεισθεῖσαν Φωκαιεῖς Ὑέλην, οἱ δὲ Ἔλην ἀπὸ κρήνης τινὸς, οἱ δὲ νῦν Ἐλέαν ὀνομάζουσιν, ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο ἄνδρες Πυθαγόρειοι. i. e. *Inde* [ex Posidoniate sinu] *ubi cursum flexeris, alius est contiguus sinus, in quo urbs, quam conditores Phocæenses Hyelam, alii Ellam, à fonte quodam, qui verò nunc* Eleam *nominant, ex qua Parmenides & Zeno erant viri Pythagorii.* De hac urbe videsis Cluv. Ital. Antiquæ lib. 4. c. 14.

43 Ἐκαλεῖτο δὲ Βύλη.] Eleam Italiæ urbem, de qua nota præcedenti egimus inquit vocatam quoque fuisse *Bylen*; at cum id nominis apud nullum alium inveniatur, suspicor esse mendum, ac pro Βύλη, legendum esse Ὑέλη. Sic enim à conditoribus Phocæensibus nuncupatam fuisse prodit Strabo lib. 6. cujus verba numero proximo attulimus; non absimili etiam errore inquit in Θύελα vocatam fuisse Thyellam ex Herodoto, apud quem lib. 1. c. 167. Ὑέλη dicitur, quod nostram conjecturam firmat; hujus verba in Θύελα apponemus.

44 Ὠνομάσθη δὲ Ἐλέα, ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ.] Ab amne præterfluente *Eleam* dictam fuisse dicit; frequenter Græci fingunt vel ducem vel regem, vel fluvium à quibus nomina oppidis imponunt, nunc noster fingit fluvium à quo urbs *Elea* nomen accipit; sed vero propius est, quod Serv. ad illud Virgilii ex Æneid. lib. 6. v. 359.

Nigens crudelis ———

Inquit, *Velia autem dicta est à paludibus, quibus jungitur, quas Græci* ἕλη *dicunt; fuit ergò Helia, sed accepit digammon, & facta Velia, ut Henetus Venetus.*

45 Ἤ νῦν Βελέα.] Eleam Italiæ urbem dictam fuisse Beleam inquit, Velia dicitur Latinis: at Græci *V* Latinorum per B quoque scribunt in aliquibus oppidorum & virorum nominibus. Vocari verò à Latinis Veliam prodidit Plin. lib. 2. c. 5. *Oppidum Præstum, Græcis* Posidonia *appellatum, sinus Præstanus, oppidum Helia, quæ nunc Velia.*

46 Ἐλί-

Ε᾽ΛΕ᾽ΓΕΙΑ [46], χωρίον πέραν Εὐφράτου. [47] Ἀρριανὸς ἐν Παρθικῶν ν. Τὸ ἐθνικὸν Ε᾽λεγεὺς, ὡς Σελεύκεις. A

ELEGIA, oppidum trans Euphratem; Arrianus rerum Parthicarum lib. 50. Gentile, Elegeus, ut Seleuceus.

Ε᾽ΛΕ᾽ΝΕΙΟΣ [48], τόπος πρὸς τῷ Κανώβῳ· Ἑκαταῖος περιηγήσει Λιβυκῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ε᾽λενεεύς. B

ELENIUS, locus juxta Canobum, Hecatæ. Rerum Libycarum descriptione. Gentile, Elenieus.

Ε᾽ΛΕ᾽ΝΗ [49], νῆσος Ἀττικῆς· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἐκεῖ γὰρ ἀποβῆναί φασι τὴν Ε᾽λένην, μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἰλίου. Ἐκαλεῖτο δὲ Μακρὰς, διὰ τὸ μῆκος. Ἔστι καὶ κρήνη Ε᾽λένη ἐν Χίῳ, ἐφ᾽ ἧς Ε᾽λένη ἐλούσατο. Τὸ ἐθνικὸν Ε᾽λεναῖος, ὡς Καζαφαῖος, ἢ Ε᾽λενίτης, ἢ Ε᾽λένειος. C

HELENE, insula Atticæ, Hecatæ. Europa. Illic enim obiisse ajunt Helenam post Troiam captam. Vocabatur verò *Macris*, i. e. *longa* propter longitudinem. Est etiam fons Helene in Chio, ubi Helena lota fuit. Gentile, Helenæus, ut Casmenæus, vel Helenites, vel Helenius.

Ε᾽ΛΕΥΘΕ᾽ΡΑ [50] Κιλικία, μέρη αὐτῆς ἐν Διαφόροις τόποις. Οἱ οἰκήτορες, Ε᾽λευθεροκίλικες· νῦν δὲ Ε᾽λευθερῆται. D

ELEUTHERA Cilicia, partes ejus in diversis locis. Incolæ, Eleutherocilices, nunc verò *Eleutheritæ*.

Ε᾽ΛΕΥΘΕΡΑΙ [51], πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ Ε᾽λευθῆρος τοῦ Ἀπόλλωνος. [52] Ἔστι καὶ Κρήτης, ἀπὸ Ε᾽λευθήρου ἑνὸς τῶν Κρητῶν· ἢ τις καὶ Σάωρος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Σαώρης νύμφης. Ἔστι καὶ ἄλλη ὑπὸ τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ ἐν Πόντῳ, διὰ τὸ φυγόντας Αἰήτην τὸν πρὸς Ἰάσονα, ἐκεῖ δὲ φόβῳ ἐλευθερωθῆναι. Ἔστι καὶ πόλις Λυκίας, ἀπό τινος νύμφης. Ὁ πολίτης Ε᾽λευθερεύς, ἢ Ε᾽λευθεραῖος, ὡς Ἡράκλειος. E

ELEUTHERÆ, urbs Bœotiæ ab Eleuthere Apollinis filio. Est & Cretæ, ab Eleuthere uno Curetum, quæ etiam *Saorus* vocabatur, à Saora Nympha. Est & alia juxta Istrum fluvium in Ponto, sic dicta, quod Jason fugiens Æeten, illic timore liberatus fuerit. Est & urbs Lyciæ, à quadam Nympha. Civis, Eleuthereus, vel Eleutheræus, ut Heraclius.

Ε᾽ΛΕΥΘΕ᾽ΡΙΟΝ, πολίχνιον Μυσίας. Οἱ οἰκῆται Ε᾽λευθερεῖς, ὡς Πρήσιον Πρησιεῖς. F

ELEUTHERION, oppidulum Mysiæ. Incolæ, Eleutheriei, ut Prusion, Prusiei.

Ε᾽ΛΕΥΘΕΡΙ᾽Σ, πόλις Βοιωτίας Ὠρωπῶν, πλησίον Κότυος καὶ Ε᾽γκλέους. Θεόπομπος μ γ᾽. Καὶ ἐθνικὸν, Ε᾽λευθερίτης.

ELEUTHERIS, urbs Bœotiæ Oropi, juxta Cotum, & Encleum, Theopomp. lib. 43. Gentile, Eleutherites.

Ε᾽ΛΕΥΘΕΡΙ᾽ΣΚΟΣ, πόλις Μακεδονίας· Θεαγένης Μακεδονικοῖς. Ε᾽λευθερίσκιος, ὡς Τριποδίσκιος. G

ELEUTHERISCUS, urbs Macedoniæ, Theagenes Macedonicis, Eleutheriscius, ut Tripodiscius.

Ε᾽ΛΕΥΘΕ᾽ΡΝΑ [53], πόλις Κρήτης. Ἀφ᾽ ἑνὸς

ELEUTHERNA, urbs Cretæ. Ab uno

46 Ε᾽λέγεια, χωρίον πέραν Εὐφράτου.] Elegia, oppidum trans Euphratem. Armeniæ fuisse oppidum apparet ex Xiphilini epitome lib. 71. Ὁ γὰρ Οὐολόγαισος πολέμιος ὢν, καὶ στρατόπεδον τὸ ὅλον Γαμαικὸν τὸ ὑπὸ Σεβηριανῷ πεζαγμένον ἐν τῇ Ἐλεγείᾳ, χωρίῳ τινὶ τῆς Ἀρμενίας ἐπικαίρῳ πάνυ ὄντι, αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἵπποις ἐλυμήνατο καὶ διέφθειρε, καὶ τὴν Συρίας πᾶσι πόλεσι πολὺς ἐπήει καὶ φόβος. i. e. *Vologæsus enim bellum incepit, & totum Romanorum exercitum à Severiano collocatum Elegiæ, quod est oppidum Armeniæ, intercluſum unà cum ducibus sagittis confecit atque delevit, & Syriæ urbibus magno numero formidoloſus irruebat.* Ex nostris memoratur Plinio lib. 5. c. 24.

47 Ἀρριανὸς ἐν Παρθικῶν ν.] Lege ἐν Παρθικῶν η. Parthicorum lib. 8. Arrhianus enim tantum scripsit Parthicorum lib. 17. ac facilis est transitus ἔ η in τὸ ν.

48 Ε᾽λένειος, τόπος πρὸς τῷ Κανώβῳ.] Elenius, locus juxta Canobum Ægypti ex Hecatæo periegesi Libycorum memoratur; ejus quoque meminit Eust. ad Periegetæ v. 13. cui Ε᾽λένιον, *Helenium*, insula dicitur, nomen ab *Helena* deductum.

49 Ε᾽λένη, νῆσος Ἀττικῆς.] Helena, insula Atticæ ex Hecatæi Europa, stupro Helenæ adeò nota, ac Salamis excidio classis Persicæ, auctore Mela lib. 2. jacebat ante Thoricum & Sunium aspera & deserta in longum porrecta spacio circiter LX stadiorum, ut refert Strabo lib. 9. Ajunt eandem esse, quam Hom. Il. 3. v. 445. *Cranaën* vocat ab Alexandri & Helenæ concubitu, postea *Helena* dicta auctore eodem Strabone libro citato.

50 Ε᾽λευθέρα Κιλικία, μέρη αὐτῆς, &c.] Eleuthera Cilicia h. e. *libera Cilicia*; partes quædam Ciliciæ sic vocabantur, & incolæ *Eleutherocilices*, quorum meminit Cic. Epist. ad Attic. lib. 5. Epist. 20. quorum oppidum Pindenissum munitissimum armis cepisse refert. Nam si frequenter toga cedit armis, nunc parili gradu incedunt. Obiter notandum, multo melius in armis se gessisse Ciceronem, quam Demosthenem.

51 Ε᾽λευθεραί, πόλις Βοιωτίας.] Eleutheræ, urbs Bœotiæ. Memoratur Straboni lib. 9. Εἰσὶ δὲ Ε᾽λευθεραὶ τρεῖσαι, ὡς οἱ μὲν τὴν Πλαταιῶν, οἱ δὲ τὴν Βοιωτίας φασίν. i. e. *Sunt enim prope Eleutheræ, quas alii Platæarum, alii Bœotiæ esse dicunt.*

52 Ἔστι καὶ Κρήτης.] Eleutheræ sunt etiam Cretæ urbs, quam num. singul. celebrat Dio lib. 36. Ἄλλοις τε ἐν πολλοῖς ἐκείνῳ ἐλυμήνατο, καὶ Ε᾽λευθέραν τὴν πόλιν οὐκ ὀλίγα ἐλών, ἐχρεολόγησε. i. e. *Itaque ille* [Metellus] *multis afflictis, Eleutheræ urbi per proditionem acceptæ argentum imperavit.* Hanc Cretæ urbem *Saorum* quoque dictam fuisse inquit noster à Nympha *Saore*, cujus nominis altum apud alios est silentium.

53 Ε᾽λευθέρνα, πόλις Κρήτης.] Num. plur. memoratur Plinio lib. 4. c. 12.

ἐνὸς τ̃ Κρήτων. Οἱ πολῖται Ἐλευθερναῖοι, καὶ Ἐλευθερνεύς. A uno Curetum. Cives, Eleuthernæi, & Eleutherneus.

ΕΛΕΥΣΙΣ [54], δῆμος τ̃ Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Ἐλευσίνιος. Τὰ τοπικὰ, Ἐλευσινόθεν, Ἐλευσίναδε, καὶ Ἐλευσίνισι. Λέγεται καὶ Ἐλευσινιακὸς, καὶ Ἐλευσινιάς. Ἔστι καὶ Δήμητρος καὶ Κόρης Ἐλευσινίας ἱερόν. B

ELEUSIS, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Eleusinius. Localia, ex-Eleusine, ad-Eleusinim, in-Eleusinibus. Dicitur etiam Eleusiniacus, & Eleusinias. Est & Cereris, & Proserpinæ Eleusiniæ templum.

ΕΛΕΥΤΙΟΙ [55], ἔθνος τ̃ Ἰαπυγίας. Ἐθνικαῖς Εὐρώπης. [56] Παρθένιος δὲ Ἐλεφαντίδα αὐτὴν φησιν. Τὸ ἐθνικὸν, τ̃ μὲν πρότερας Ἐλεφαντῖνος, τ̃ δὲ Ἐλεφαντίδος Ἐλεφαντίτης. C

ELEUTII, populi Japygiæ, Hecatæ. Europa, Parthenius verò *Elephantedem* eam vocat. Gentile, prioris quidem, Elephantinus. Elephantidis verò, Elephantites.

ΕΛΙΒΥΡΓΗ [57], πόλις Ταρησσ̃. Ἐθνικαῖς Εὐρώπης. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐλιβύργιος.

ELIBYRGE, urbs Tarteſſi, Hecatæ. Europa. Gentile, Elibyrgius.

ΕΛΙΚΗ [58], πόλις Πελοποννήσου. Ὅμηρος. D

Οἵ ῥ' τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς.

HELICE, urbs Peloponneſi, Homerus:

Hi autem tibi in Helicen, & Ægas ——

Ἀπὸ Ἑλίκης τ̃ Λυκάονος. Ἡ Ἑλίκης, τῆς Ἴωνος μὲν γυναικὸς, Σελινοῦντος δὲ τ̃ Ποσειδῶνος θυγατρός. Ὁ πολίτης, Ἑλικώνιος, ἀπὸ

ab Helico Lycaonis filio, vel ab Helica Ionis uxore, filia Selinuntis filii Neptuni. Civis, Heliconius, à conditore Helicone, fœmineum, He-

54 Ἐλευσὶς, δῆμος τ̃ Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, &c.] Eleuſis, populus Hippothoontidis tribus, cujus popularis dicebatur *Eleuſinius*. Aliis dicitur urbs, celeberrima Cereris templo & ſacris quæ *Eleuſinia* dicebantur, nomen adepta, vel ab heroë cognomine, ut refert Pauſ. in Atticis, & Harpocratio in Ἐλευσίνια, vel ἀφ' τοῦ τ̃ Δημήτερος ἔλευσιν. i. e. *propter Cereris adventum*, ut inquit Etymologici auctor in Ἐλευσὶς, ubi alias affert hujus nominis etymologias: fuere autem Eleuſinia ſacra inter Græcorum celeberrima, ac tantæ venerationis, ut commune myſteriorum nomen illis κατ' ἐξοχὴν tribueretur; magni verò æſtimabatur participem fieri horum myſteriorum, quia perſuaſum habebant, initiatos non ſolum in ſumma tranquillitate vitam traducturos, ſed etiam eam optato exitu terminaturos, ac poſt obitum quoque melioris ſpem eſſe certam. Sed non eſt mirandum, quoniam inter omnes gentes vulgus eſt valde credulum, ſoli docti ſciunt τὸ ἐπέχειν. Inter Hiſpanos creditur animas defunctorum, qui Franciſcano fune ligati & veſte induti ſepeliuntur, omnes *ſalutem & gloriam æternam* conſequi, quin per purgatorii pœnas tranſeant, ac ideo veſtes illas & funem emunt, ex quorum credulitate & pia erga *D. Franciſcum*, qui illum ordinem inſtituit, devotione, tot Σφήκων ſeu Κηφίδων millia, ignavum reipub pecus aluntur. Multo melius cum Hiſpania actum eſſet, ſi id genus homines agros colerent, & artes exercerent. Sed ad Cereris myſteria revertamur, quorum duo erant genera, parva & magna; ad parva recepti *Myſtæ*, ad magna *Epoptæ* dicebantur, ut refert Harpocratio noſter in Ἐποπτεύοντων, his res ſacras inſpicere licebat, reliquis id non permittebatur, myſteria verò vulgare erat piaculum magnum: qua de cauſa Diagoras proſcriptus ab Athenienſibus legitur, quod in his quoque religionem violaſſet; ad quorum ſilentium videtur alludere Venuſinus vates Carm. lib. 3. Od. 2.

Eſt & fideli tuta ſilentio
Merces; vetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgaret arcanæ, ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilem mecum
Solvat phaſelum.

Præco etiam aderat profanos ſubmovere jubens, qui proclamabat:

Ἔκας ἔκας ὅσις ἀλιτρός.
Procul, procul, quicunque ſceleſtus.

Vel ut alii volunt:

Ἔκας, ἔκας ἐστὲ βέβηλοι.
Procul, procul eſte profani.

Unde illud Virgilii ex Æneid. lib. 6. v. 258.

—— *Procul, ô procul eſte profani.*
Conclamat vates ——

& Horatii Carm. lib. 3. Od. 1.

Odi profanum vulgus & arceo,
Favete linguis ——

Quare Nero referente Suet. in ejus vita Eleuſiniis ſacris, quorum initiatione impii & ſcelerati voce præconis ſubmovebantur, intereſſe non auſus eſt: verùm Auguſtum, Adrianum, M. Antonium, & alios celebres viros his ſacris initiatos fuiſſe conſtat ex hiſtoria Romana, & hinc etiam patet eorum veneratio inter Ethnicos.

55 Ἐλεύτιοι, ἔθνος τ̃ Ἰαπυγίας.] De hac Japygiæ gente, nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio.

56 Παρθένιος δὲ Ἐλεφαντίδα αὐτὴν φησι.] Sine dubio hæc verba ſeparanda ſunt à præcedentibus. Nihil enim habent commune Eleutii, populi Japygiæ cum Elephantide urbe. Sic verò concipienda ſunt. Ἐλεφαντίνη, πόλις Αἰγύπτου. Παρθένιος δὲ, &c. i.e. *Elephantine, urbs Ægypti; Parthenius verò Elephanteda* [lege Elephantida] *eam vocat. Gentile, &c.* Ut in verſione Latina. Id literarum ordo exigit. Poſt Ἐλεύτιοι enim debet ſequi Ἐλεφαντίνη, cujus urbis ſæpe meminit Herodotus lib. 2. ad quam ſe quoque veniſſe inquit eodem libro c. 29. Melæ lib. 1. c. 9. Elephantis, Joſepho de bello Judaico lib. 5. c. 11. juxta diviſionem capitum Latinam Ἐλεφάντων πόλις dicitur, ad quam uſque Nilus navigabatur, ulterius enim progredi Cataractæ prohibebant, quod etiam teſtatur Plin. lib. 5. c. 9. Mela libro capiteque citato. Noſtram lectionis conjecturam confirmat Iſaacus Voſſius in ſuis eruditis ad Melam obſervationibus.

57 Ἐλιβύργη, πόλις Ταρησσ̃.] Elibyrge, urbs Tarteſſi. Cum nulla apud alios fiat hujus urbis mentio, ac noſter dicat ex Hecatæi Europa fuiſſe Tarteſſi urbem, Tarteſſus verò fuerit in Betica, non abſurdum eſt ſuſpicari loqui auctorem noſtrum de Illiberi antiqua prope Granatam urbe, à qua *concilium Illibertanum* celebre apud Hiſpanos nomen accepit, ab illa adhuc hodie porta quædam Granatæ, vicinuſque urbi mons *Elviræ* nomen vulgò retinent, quo in nomine corrupta quædam nominis urbis veſtigia apparent. Illurgavonenſes enim Hiſpaniæ populi, quorum Cæſar meminit de bello Civili lib. 1. flumen Iberum attingebant, nec ad Stephani Elibyrgen pertingere poſſunt, quæ erat in Betica, ut nec Ilurgis Ptolemæi, quam ipſe lib. 2. c. 4. verſus Tarraconenſem regionem locat, quæ longe diſtabat à Betica. Videſis Nonium medicum in ſua Hiſpania c. 21.

58 Ἑλίκη, πόλις Πελοποννήσου. Ὅμηρος.] Helice, urbs Peloponneſi ex Homero, apud quem Il. 9. v. 203. invenitur hemiſtichium illud ab Stephano citatum; in hac urbe colebatur Neptunus ab ea *Heliconius* dictus, cujus templum unà cum urbe à mari terræ motu quodam magno obrutum fuiſſe refert Strabo lib. 9. Videſis quæ in Βέβηλος annotavimus.

59 Ἑλί-

ἀπὸ Ἑλικῶνος· καὶ Ἑλικωνία, τὸ θηλυκόν. Ἴσως ἢ τοῦτο ἀπὸ τοῦ ὄρους γέγονεν. Ἔστω οὖν Ἑλικεύς, ἡ Ἑλικωνίτης· ἴσως ἀπὸ τοῦ Ἑλικωνίου, ἢ Ἑλικήσιοι. A

Heliconia; forsan verò à monte deductum est. Esto igitur, Heliceus, vel Heliconites, forsan ab Heliconius, vel ab Helicesii.

ΕΛΙΜΕΙΑ[59], πόλις Μακεδονίας· Στράβων ἑβδόμῳ· ἀπὸ Ἐλύμου ἥρωος[60], ἢ ἀπὸ Ἑλένου, ἢ ἀπὸ Ἐλύμας τοῦ Τυρρηνῶν βασιλέως. B [61] Τὸ ἐθνικόν, Ἐλιμειώτης. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Εὐρώπῃ Ἐλίμειόν φησι, διὰ μακροῦ τοῦ μ συλλαβῇ. Τοῦτο δὲ Ἔλιν, διὰ βραχέος τοῦ ι.

ELIMEA, urbs Macedoniæ, Strabo lib. septimo, ab Elymo Heroë vel ab Heleno, vel ab Elyma Tyrrhenorum rege. Gentile, Elimeotes, Alexander verò in Europa Elimeion inquit, per *ei* longum *mei* syllabam: Elii verò mediam syllabam per i breve.

ΕΛΙΝΟΙ, ἔθνος Θεσπρωτικόν· Ῥιανὸς δ' Θεσσαλικῶν· καὶ Ἐλενία ἡ χώρα. Ἔστι καὶ Σικελίας πόλις. Τὸ ἐθνικόν, Ἐλενῖνος. C

ELINI, populi Thesprotiæ; Rhianus 4 Thessalicorum. Et Elenia regio. Est & Siciliæ urbs. Gentile, Eleninus.

ΕΛΙΞΟΙΑ[62], νῆσος Ὑπερβορέων, ἐκ ἐλάσσων Σικελίας, ὑπὸ ποταμῷ Κεραμβύκᾳ. Οἱ νησιῶται, Κεραμβύκαι, ὡς Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης. D

ELIXOEA, insula Hyperboreorum, non minor Sicilia juxta fluvium Cerambycam. Insulares, Cerambycæ, ut Hecatæ. Abderites.

ΕΛΙΣΥΚΟΙ, ἔθνος Λιγύων. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ELISYCI, populi Ligurum. Hecatæus Europa.

ΕΛΑ, χωρίον Ἀσίας, Ἀτάλου βασιλέως ἐμπόριον· Πολύβιος ις. Τὸ ἐθνικόν, Ἐλαῖος. E

HELA, Asiæ locus, Attali regis emporium, Polybius lib. 16. Gentile, Helæus.

ΕΛΛΑΣ[63], πόλις Θεσσαλίας.

Πολλαὶ Ἀχαΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε, Φθίην τε.

HELLAS, urbs Thessaliæ.

Multæ Achaides sunt per Helladaque, Phthienque.

Ἐκτίσθη ὑπὸ Ἕλλωνος, οὐ τοῦ Δευκαλίωνος, ἀλλὰ τοῦ Φθίης, καὶ Χρυσίππης τῆς Ἴριδος. Ὁ δὲ Φθίος, F ἦν Ἀχαιός. Ἔστι καὶ ἄλλη Ἑλλὰς κοίλης Συρίας. Τὸ ἐθνικὸν Ἕλλην, ὁμοίως τῷ πρωτοτύπῳ· καὶ Ἑλλήνιος, τὸ θηλυκόν· καὶ Ἑλλανικὸς, καὶ Ἑλλαδικὸς, ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος.

Condita fuit ab Hellene, non Deucalionis, sed Phthii filio, ex Chrysippe Iri filia. Phthius verò erat Achæi filius. Est & alia Hellas Cœlesyriæ. Gentile, Hellen, similiter primitivo, & Hellenis, fœmineum, & Hellanicus & Helladicus, ab Hellade.

ΕΛΛΗΝΟΠΟΛΙΣ[64], πόλις Βιθυνίας G μετὰ τὸν ἀνακτισμὸν Βιθάλβης. Τὸ ἐθνικόν, Ἑλληνοπολίτης.

HELLENOPOLIS, urbs Bithyniæ, post instaurationem, Bithalbes. Gentile, Hellenopolites.

ΕΛΛΗ-

HELLE-

59 Ἐλίμεια, πόλις Μακεδονίας· Στράβων ἑβδόμῳ.] Elimea, urbs Macedoniæ ex Strabonis lib. 7. apud quem libro citato Λίμναι dicitur: Πρὸς ᾗ τούτοις Λυγκιστά τε καὶ ἡ Δευρίοπος, καὶ ἡ Τριπολίτις Πελαγονία, καὶ Ἐορδοί, καὶ Λίμναι, καὶ Ἐρατύρα. i. e. *Juxta hos verò Lyncistæ & Deuriopos, & Tripolitis Pelagonia, & Eordi, & Limnæ, & Eratyra.* Eadem urbs eidem paulò infra vocatur Λίμναι: Καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὴν Λυγκιστὴν, καὶ Πελαγονίαν, καὶ Ὀρεστιάδα, καὶ Λιμναίων, τὴν ἄνω Μακεδονίαν ὀνόμαζον. i. e. *Et quæ circa Lyncistium, & Pelagoniam, & Orestiadem, & Æmniam*, superiorem Macedoniam *vocabant*. Utroque loco Interpres Latinus vertit *Elymniam*; Livius lib. 31. c. 39. *Elimeam* vocat: *Ita angustiæ omnore certamine, quàm quod animis proposuerant, superatæ: & in Erdueam perventum, ubi pervastatis passim agris, in Elimeam se recepit.*

60 Ἢ ἀπὸ Ἑλένου.] Hæc verba concoquere non possum. Elimea enim ab Heleno quî potest deduci? Itaque vel irrepsere huc, vel pro ἢ ἀπὸ Ἑλένου legendum est ἢ Ἐλύμου. i. e. *filii Heleni.*

61 Τὸ ἐθνικὸν Ἐλιμειώτης.] Gentile Elimeæ urbis Macedoniæ dicebatur *Elimeotes*, Elymi verò fuere populi Siciliæ, Elymæi autem Perfidis.

62 Ἐλίξοια, νῆσος Ὑπερβορέων, ἐκ ἐλάσσων Σικελίας.] Elixœa, insula Hyperboreorum, non minor Sicilia, cujus incolæ à fluvio Cerambyca dicebantur *Cerambycæ*, quos idem suo loco *Carambycas* vocat ac Hyperboreorum gentem esse inquit; Hyperboreorum insulam describit Diod. Siculus lib. 2. Bibliothecæ historicæ juxta Oceanum in locis contra Celticam, sed eam nomine proprio non nominat; ipsissimam esse existimo, cujus apud alios, quod sciam, nulla fit mentio.

63 Ἑλλὰς, πόλις Θεσσαλίας.] Hellas, adis, urbs Thessaliæ ex Homero, apud quem Il. 9. v. 395. invenitur versiculus ille, quem noster innominato poëta affert, ubi interpres Latinus non rectè vertit illa ultima verba,

——— ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε.

transfert enim ——— *in Græcia Phthiaque.*

Hoc enim in loco *Hellas* & *Phthia*, non sunt regionum sed urbium Thessaliæ nomina, quod etiam confirmat Const. Porphyrog. Them. lib. 2. Them. 5. & Eustath. ad eumdem versum, sed interpretem decepit vox Ἑλλὰς æquivoca, quæ significat & *Græciam*, & *urbem Thessaliæ*, Helladem.

64 Ἑλλήνοπολις, πόλις Βιθυνίας, &c.] Hellenopolis, urbs Bithyniæ Niceph. Callistus auctor est à Constantino magno de matris nomine sic vocatam fuisse, quare Helenopolis uno tantum *l* debet scribi; noster inquit post instaurationem *Bithalben* vocatam fuisse, cujus nominis nullam apud alios inveniebam notitiam, at *Drepanum* dictam antea fuisse, legebam apud Amm. Marcell. lib. 26. c. 22. *Rumitalca enim tribunus in societatem Procopianorum adscitus, & susceptæ curæ palatii, digesto mature consilio, permixtoque cum militibus, mari ad Drepanum antea, nunc Helenopolim venit, exindeque Niceam spe celeritus occupavit.*

Ε᾽ΛΛΗΝΙΚΟ᾽Ν, ἢ Καρικὸν, τόποι ἐν Μέμφιδι· [65] ἀφ᾽ ὧν Ε᾽λληνομεμφίτης, καὶ καρικομεμφίτης, ὡς Ἀ᾽ρισταγόρας. A

HELLENICON, & Caricon, loca Memphide, à quibus Hellenomemphitæ, & Caricomemphitæ, ut Ariſtagoras.

Ε᾽ΛΛΗΣΠΟΝΤΟΣ [66], ἡ χώρα, ἡ περιεχομένη τῷ κόλπῳ, ἀπὸ Ε᾽λλης. Οἱ οἰκήτορες Ε᾽λλησπόντιοι, καὶ Ε᾽λλησποντία, καὶ Ε᾽λλησποντίς. [67] Ε᾽στι δὲ ἀπὸ δύο παρηγμένον, ὡς παρ᾽ ὠκεανὸν παροκεανίτης [68], περὶ ποταμῷ περιποτάμιος. B

HELLESPONTUS, regio ſita juxta ſinum, ab Helle. Incolæ Helleſpontii, & Helleſpontia, & Helleſpontis. A duobus verò nominibus deductum eſt, ut παρ᾽ ὠκεανὸν, &c. h. e. *juxta-oceanum*, Paroceanitis, & περὶ ποταμῷ h. e. *juxta-fluvium*, Parapotamios.

Ε᾽ΛΛΟΠΙ᾽Α [69], χωρίον Εὐβοίας. Καὶ αὕτη ἡ νῆσος ἀπὸ Ε᾽λλοπος τοῦ Ἴωνος. Τὸ ἐθνικὸν, Ε᾽λλοπιεὺς [70], ἐλέγετο καὶ ἡ περὶ Δωδώνην χώρα Ε᾽λλοπία, ἧς οἱ οἰκήτορες, Ε᾽λλοὶ, καὶ Σελλοί. Ὅμηρος, C

ELLOPIA, locus Eubœæ, & ipſa inſula ab Ellope Jonis filio. Gentile, Ellopieus, Ellopia quoque dicebatur regio quædam circa Dodonen, cujus incolæ, Elli, & Selli. Homerus.

— ἀμφὶ ἧ Σελλοί. — *circum verò Selli.*

Ε᾽στι καὶ πόλις περὶ Δολοπίαν, καὶ χώρα περὶ Θεσπιάς. D

Eſt & urbs circa Dolopiam, & regio circa Theſpias.

Ε᾽ΛΛΟ᾽ΠΙΟΝ, πόλις Αἰτωλίας· Πολύβιος ια. Τὸ ἐθνικὸν, Ε᾽λλοπιεύς.

ELLOPIUM, urbs Ætoliæ, Polybius lib. undecimo. Gentile, Ellopieus.

Ε᾽ΛΜΑΝΤΙΚΗ᾽ [71], πόλις Ἰβηρίας, τῆ ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ. Πολύβιος γ᾽. Τὸ ἐθνικὸν, Ε᾽λμανλικός. E

ELMANTICE, urbs Iberiæ, quæ intra Iberum fluvium, Polybius lib. 3. Gentile, Elmanticus.

Ε᾽ΛΟΣ [72], πόλις Λακωνικὴ,

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ε᾽λος, καὶ Δώριον. —

HELOS, urbs Laconica,

Et Pteleon, & Helos, & Dorion ----

[73] περὶ Sic

65 Ἀφ᾽ ὧν Ε᾽λλωμεμφίτης, &c.] Lege Ε᾽λλωνομεμφίτης, ſicut Καρικομεμφίτης. Nec oppidorum, nec oppidanorum extat apud alios memoria.

66 Ε᾽λλήσποντος, ἡ χώρα περιεχομένη, &c.] Helleſpontus non ſolum dicitur de regione, ſed etiam de freto, quod erat inter Abydon & Seſton, at noſter, cujus ſcopus eſt agere de urbibus & populis, tantum de regione loquitur, quæ erat juxta id fretum, per quod Xerxes Perſarum rex conſtrato navibus ponte duxit exercitum; ſic verò vocabant *primas Ponti anguſtias*; utrumque teſtatur Plin. lib. 4. c. 12. *Primas Ponti anguſtias Helleſpontum vocant. Hac Xerxes Perſarum rex conſtrato navibus ponte duxit exercitum: porrigitur inde tenuis Euripus* LXXXV. M. *paſſ. ſpatio ad Priapum urbem Aſiæ, qua Magnus Alexander tranſcendit, inde ſpatiatur æquor, rurſuſque in arctum coit: Laxitas Propontis appellatur, anguſtiæ, Thracius Boſphorus, latitudine* CCCCC. *paſſ. qua Darius pater Xerxis copias ponte tranſvexit.*

67 Ε᾽στι δὲ ἀπὸ δύο παρηγμένον.] Inquit Helleſponti nomen à duobus deduci, videlicet ab Helles genitivo & Pontus, ſicut & alia, quæ in exemplum affert.

68 Περὶ ποταμῷ, Παραποτάμιος.] Pro περὶ ποταμῷ lege περὶ ποταμόν. Sequens enim nomen Παραποτάμιος id clamat, & antecedentia etiam ὡς παρ᾽ ὠκεανὸν, Παρωκεανίτης id confirmant.

69 Ε᾽λλοπία, χωρίον Εὐβοίας, &c.] Ellopia, locus Eubœæ, & ipſa quoque inſula Eubœa *Ellopia* vocata fuit ab Ellope Jonis filio, quod ex Strabonis lib. 10. habet. Sic enim ille: Καὶ Ε᾽λλοπία δ᾽ ὠνομάσθη ἀπὸ Ε᾽λλοπος τοῦ Ἴωνος. i. e. *Et Ellopia verò* [Eubœa] *nominata eſt ab Ellope Ionis-filio.* Perperam in verſione Latina dicitur Jovis F. Error typographo imputandus.

70 Ε᾽λέγετο καὶ ἡ περὶ Δωδώνην χώρα Ε᾽λλοπία.] Dicebatur etiam regio quædam circa Dodonem Ellopia, cujus incolæ Elli, & Selli pro diverſa lectione illius hemiſtichii Homerici quod invenitur Il. 16. v. 234. dicebantur, quod etiam confirmat Euſt. ad eumdem locum.

71 Ε᾽λμανλικὴ, πόλις Ἰβηρίας, &c.] Elmantice, urbs Iberiæ, quæ intra Iberum fluvium, ex Polybii lib. 3. Ejus ſunt verba: Τῷ δ᾽ ἐπιγενομένῳ θέρει πάλιν ὁρμήσας ἐπὶ Οὐακκαίους, Ε᾽λμανλικὴν μὲν ἐξ ἐφόδου ποιησάμενος προσβολὰς καθεῖχεν. i. e. *Sequenti vere ſuſcepta in Vaccæos expeditione Elmanticam repentina invaſione occupavit.* Loquitur Polyb. de Annibale; Ludovicus Nonius in ſua Hiſpania capite 38. auctor eſt, Elmanticen Stephani & Hermandicam Livii lib. 21. c. 5. eſſe quæ nunc *Salmantica* dicitur; Plutarcho de mulierum virtutibus Salmatice, cui eodem libro Salmatides fœminæ celebrantur; Polyæno verò Strateg. lib. 7. *Salmatis* dicitur; vulgo autem vocatur *Salamanca*, urbs notiſſima Hiſpaniæ & academia omnium ſcientiarum, celeberrima, quam Ferdinandus III. hujus nominis, Caſtellæ rex huc tranſtulit anno 1240. cum antea eſſet Pallentiæ, auctore Mariana de rebus Hiſpaniæ lib. 13. c. 1. Coſmographus lib. 2. c. 5. *Salmanticam* vocat ſed eam inter urbes Luſitanorum mediterraneas numerat, ut & auctor Geographiæ Nubienſis. Aliqui enim ex veteribus illam Caſtellæ veteris partem Luſitaniæ adſcribebant; ſita eſt in Caſtella veteri, ad Tormem fluvium, qui aquas in Durium devolvit, antequam intret Luſitaniam. Durius enim fluvius ad Luſitaniæ oppidum, quod vulgò dicitur O *Porto* in mare aquas exonerat. Ab Elmantica verò potuit dici *Salmantica*, ſicut ab Elyrus dicitur Salyrus Scylaci in Κρήτῃ, ſpiritus enim aſper mutatur in ſigma. Hujuſmodi nomina utruque modo reperiuntur.

72 Ε᾽λος, πόλις Λακωνική.] Helos, urbs Laconica ex Homero, apud quem Il. 2. v. 594. legitur illud hemiſtichium, quod innominato poëta affert noſter; fuit urbs maritima, quare idem poëta eadem Il. v. 584. ἔφαλον πτολίεθρον. i. e. *maritimam urbem* vocat. Memoratur Strab. lib. 8. Pauſaniæ in Laconicis: Ε᾽πὶ θαλάσσῃ πόλισμα Ε᾽λος ἐστὶ, ἃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐμνημόνευσεν ἐν καταλόγῳ Λακεδαιμονίων·

Οἵτ᾽ ἄρ᾽ Ἀμύκλας εἶχον, Ε᾽λός τε ἔφαλον πτολίεθρον.

Τοῦτο ὠκίσθη μὲν Ε᾽λιος νεώτερον τῶν Περσέως παίδων, Δωριεῖς δὲ παρεγένοντο ὕστερον πολιορκίᾳ. i. e. *Ad mare oppidulum fuit Helos, cujus etiam Homerus meminit in Catalogo* [navium] *Lacedæmoniorum:*

Quique Amyclas habebant, Heloſque ad-mare oppidum.

Hoc deducta colonia condidit Helius Perſei liberûm natu minimus; Dorienſes verò per obſidionem poſtea ſui juris fecerunt. Jam ejuſdem Pauſaniæ ætate ruinæ tantum hujus oppidi extabant. Sic enim ille eodem libro: Προελθόντι δὲ ἀπὸ Τεναρίου σταδίοις ὡς ὀγδοήκοντα, ἃ Ε᾽λος τὰ ἐρείπια καταλοιπα ἐστὶ. i. e. *Progredienti verò à Trinaſo circiter* LXXX *ſtadia reliqua ſunt rudera, ubi fuit Helos.*

73 Παρὰ

73 παρὰ τὸ ἐν ἕλει εἶναι. 74 Οἱ πολῖται Εἵλωτες, τῇ ἐπιβάσει, καὶ τῷ ψιλῷ, καὶ τῇ προθέσει τοῦ ι διαφέρει. Λέγονται καὶ Εἰλῶται, καὶ Ἕλειοι, καὶ Ἑλεάται. Καὶ ἡ χώρα, Εἰλωτεία. Καὶ θηλυκὸν, Εἰλωτίς. Καὶ κτητικὸν, Εἰλωτικός. Ἔστι καὶ Ἕλος Αἰγύπτιον.

ΕΛΟΥΡΟΙ, Σκυθικὸν ἔθνος· ὡς ὧν Δέξιππος ἐν χρονικῶν α β.

ΕΛΟΥΣΑ 75, πόλις τῆς νῦν μὲν Παλαιστίνης τρίτης, πάλαι δὲ Ἀραβίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐλουσαῖος.

ΕΛΠΙΑ 76, πόλις ἐν Δαυνίοις, κτίσμα Ῥοδίων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐλπιανοί.

ΕΛΥΜΑΙ, 77 χώρα Ἀσσυρίων πρὸς τῇ Περσικῇ, τῇ Σουσίδος ἐγγύς. Οἱ οἰκήτορες, Ἐλυμαῖοι.

ΕΛΥΜΝΙΟΝ, νῆσος Εὐβοίας, πόλιν ἔχουσα. Λέγεται καὶ Ἐλυμνία. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐλύμνιος, ἢ Ἐλυμνιεύς. Τῆς δὲ Ἐλυμνίας, Ἐλυμνιάτης.

ΕΛΥΡΟΣ 78, πόλις Κρήτης, ὡς Ξένιων ἐν Κρήτῃ. Ὁ πολίτης, Ἐλύριος.

ΕΛΩ-

Sic dicta, quod ἐν ἕλει, h. e. *in palude* sita esset. Cives, Hilotes, productione, & genere, & additione τῆς jota differt. Dicuntur & Hilotæ, & Helii, & Heleatæ, regio Hilotia, fœm. Hilotis, possess. Hiloticus. Est etiam Helos Ægypti.

HELURI, populi Scythici, de quibus Dexippus Chronicorum lib. 12.

ELUSA, urbs nunc quidem tertiæ Palæstinæ, olim verò Arabiæ. Gentile, Elusenus.

ELPIA, urbs in Dauniis, à Rhodiis condita. Gentile, Elpiani.

ELYMÆ, regio Assyriorum juxta Persidem, prope Susidem. Incolæ, Elymæi.

ELYMNION, insula Eubœæ, urbem habens. Dicitur etiam *Elymnia*. Gentile, Elymnius, vel Elymnieus. Ab Elymnia verò gentile. Elymniates.

ELYRUS, urbs Cretæ, ut Xenion in Creta. Civis, Elyrius.

ELO-

73 Παρὰ τὸ ἐν ἕλει εἶναι.] Helos, urbs Laconica nomen accepit, quod in palude sita esset. Quod ex Strabonis lib. 9. videtur desumpsisse. Sic enim ille: Ἕλος τε καὶ Ἑλεὼν, καὶ Εἵλεσιον ἐκλήθη διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἕλεσιν ἱδρύσθαι. i. e. *Helos quoque & Heleo, & Heilesium dicta fuerunt, quod prope paludes sita essent.*

74 Οἱ πολῖται Εἵλωτες.] Hujus Laconicæ urbis cives dicebantur *Heilotes*, *Heilotæ*, *Heleii*, & *Heleatæ*, qui à Lacedæmoniis subjugati in servitutem omnes redacti sunt, hac conditione, ut domino non liceret, nec libertate donare, nec extra Spartæ fines vendere, auctore Strabone lib. 8. hinc verbum εἱλωτεύειν. i. e. *servire* apud Harpocrationem; ex his Helotis, qui erant probatæ fidei dicebantur Ἀγρεῖοι, teste Hesychio. At Thucydidis Scholiasta ad ejus lib. 1. inquit, Lacedæmones, quod semper cum Helotis dissiderent, per ignominiam & injuriam suos servos, vocasse *Helotas*. Ejus appono verba: Ἕλος, πόλις τῆς Λακωνικῆς, ἐξ οἱ πολῖται ἐκαλοῦντο Εἵλωτες, οἱ ἀεὶ διαφόρως ἔχοντες πρὸς τοὺς δεσπότας αὐτῶν ἐκάλουν Εἵλωτας καὶ ἀτιμίαν, καὶ ὕβριν. i. e. *Helos, urbs Laconica, cujus cives vocabantur* Heilotes; *Lacedæmonii igitur, quod semper cum ipsis dissiderent, suos servos per ignominiam, & injuriam vocabant* Heilotes. Sed hanc litem inter Strabonem & Thucydidis Scholiastam tamquam honorarius judex componet Pausanias, ex cujus verbis apparet Heilotes in servitutem redactos publicè fuisse à Lacedæmoniis, ac deinde reliquos alterius gentis servos *Heilotes* quoque apud eos vocatos fuisse. Ejus sunt ex Laconicis verba: Καὶ προσποιῆσαι ἐμοὶ δοκοῦσι Λακεδαιμονίων δοῦλοι ὅσοι πρῶτοι, καὶ Εἵλωτες ἐκλήθησαν πρῶτοι, καθάπερ καὶ ὕστερον. Τὸ δὲ οἰκεῖον τὸ ἐπικληθὲν ὕστερον Δωριᾶσι, Μεσσηνίοις ὅτῳ ὄνομα θέσθαι καὶ τούτους ἐξενίκησεν Εἵλωτας· καθ' ὅσον καὶ Ἕλωτας τὸ σύμπαν γένος λέγουσιν ἀπὸ τῆς ἐν Θεσσαλίᾳ πόλεως καλουμένης Ἕλους. i. e. *Et primi isti Lacedæmoniorum servi publici fuere, &* Heilotes *vocati fuerunt primi, sicut erant; quidquid verò servorum à Dorien sibus acquisitum est*, [etiam] *si essent Messenii, usus obtinuit, ut & ipsi vocarentur* Heilotes. Dorienses isti sunt iidem ac Heilotes. Helos enim urbem, à quo *Heilotes* nomen acceperunt, in suam potestatem redegerunt, ut claret ex eodem Pausania, cujus verba nota 72. attulimus. De Servorum verò nominibus inter Ethnicos jam alibi annotavimus quæ ad eruditionem pertinebant.

75 Ἐλοῦσα, πόλις τῆς νῦν μὲν Παλαιστίνης, &c.] Elusa, urbs nunc tertiæ Palæstinæ, olim Arabiæ, (jam alibi annotavimus *tertiam Palæstinam* vocari *Arabiam Patræam*) Cosmographus lib. 5. c. 16. inter Idumææ urbes eam numerat, in ea Sarraceni Venerem colebant, ut refert Hieronymus in vita Hilarionis; ego reor eamdem esse quæ Geneseos c. 16. v. 7. dicitur שור *Sur*. i. e. *Petra*; quoniam Hierosolymitanus interpres reddit id nominis חלוצה *Halutsah*: Oncelos verò per ἰσοδωλάμην vertit הגרה *Hagrah*. i. e. *Petra*; apud Arabes enim הגר *hagar* est *Petra*, oppidum, ad quod fugit Agar ancilla Abrahami.

76 Ἐλπία, πόλις ἐν Δαυνίοις, κτίσμα Ῥοδίων.] Elpia, urbs Dauniæ à Rhodiis condita. Id ex Strabonis lib. 14. desumpsit, cujus sunt verba: Ἀφ' ἧς μέχρι Ἰσπανείας ἔπλευσαν, κἀκεῖ μὲν τὴν Ῥόδην ἔκτισαν, ὡς ὕστερον Μασσαλιῶται κατέσχον· ἐν δὲ τοῖς Ὀπικοῖς τὴν Παρθενόπην· ἐν δὲ Δαυνίοις μὲν Κώων Ἐλπίας. i. e. *Ex quo* [Rhodii] *& usque ad Hispaniam navigarunt & illic Rhoden condiderunt, quam postea Massilienses occuparunt: & in Opicis Parthenopen; in Dauniis unà cum Coïs Elpias.*

77 Ἐλύμαι, χώρα Ἀσσυρίων πρὸς τῇ Περσικῇ.] Elymæ, regio Assyriorum ad Persidem prope Susianam, cujus præcipua urbs erat Elymais, in qua erat templum Dianæ valde opulentum argento, & auro, & variis donis, quorum plurima Alex. Macedo illic reliquerat, ut narratur Machab. lib. 1. c. 6. v. 1. &c. Hanc urbem propter illius templi divitias Antiochus rex voluit diripere, & hanc fuisse ejus mortis causam à Deo inquit Polybius Megalopolita apud Joseph. Antiquit. lib. 12. c. 13. at Josephus verosimilius esse inquit id ei accidisse, quod Hierosolymitanum templum diripuisset; uterque suæ religionis contemptum Antiocho mortis causam fuisse contendit. Simili modo apud eumdem Josephum Antiquit. lib. 8. c. 7. Menander historicus antiquus causam pluviarum, quam historia sacra Reg. lib. 3. c. 18. precibus Eliæ prophetæ tribuit, ipse Ithobali Tyriorum regis supplicationibus assignabat. Machab. lib. 2. c. 9. Antiochus conatur Persepolim occupare & templa spoliare (nullibi enim argentum & aurum tuta) Eadem necne sit urbs Persepolis & Elymais, ignoro.

78 Ἔλυρος, πόλις Κρήτης.] Elyrus, urbs Cretæ. Memoratur Scylaci in Κρήτη cui Σάλυρος dicitur eodem modo ac ab Ἐλμανικὴ factum est Σαλμάνικα; de qua sic Paus. lib. 10. Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Κρηταικοῖς ὄρεσι καὶ κατ' ἐμὲ ἔτι Ἔλυρος πόλις, ὅτου ἐν αἴγα χαλκῆν ἀπέστειλαν ἐς Δελφούς. i. e. *Est adhuc ætate mea in Cretæ montibus Elyrus; hi* [id est, ejus oppidani] *capram æneam Delphos miserunt.*

Ε᾽ΛΩΡΟΣ [79], πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ε᾽λώρου ποταμοῦ, τοῦ κζ᾽ Πάχυνον, [80] ὃς λέγεται πιθανοὺς ἰχθῦς ἔχειν, ἀπὸ χειρὸς ἐθιόντας, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν πρώτῃ. [81] Ἔστι καὶ Μακεδονίας ἄλλη. Ὁ πολίτης, Ε᾽λωρίτης. [82] Θουκυδίδης δὲ ἐν ἕκτῃ, καὶ Ε᾽λωρινὴν ὁδὸν φησι. A

ELORUS, urbs Siciliæ, ab Eloro fluvio, juxta Pachynum, qui dicitur cicures pisces habere, qui à manu cibum capiunt, ut Apollodorus Chronicorum lib. 1. Est & alia Macedoniæ. Civis, Elorites. Thucid. verò lib. 6. & *Elorinam viam* inquit. B

Ε᾽ΜΒΑΤΟΝ [83], τόπος τῆς Ε᾽ρυθραίας. Θεόπομπος Ἑλληνικῶν ὀγδόῃ.

EMBATON, locus maris rubri, Theopompus Hellenicorum octav.

Ε᾽ΜΙΣΑ [84], πόλις Φοινίκης Λιβανησίας, ὡς Λάρισα. Καὶ Ε᾽μισαῖος τὸ ἐθνικόν, ὡς Λαρισαῖος. [85] Διονύσιος ὁ ποιητὴς συνέσπειλε τὸ ι· φησὶ γάρ, C

EMISA, urbs Phœniciæ Libanusiæ, ut Lariſſa. Et Emiſæus, gentile, ut Lariſſæus. Dionyſius poëta corripuit jota, inquit enim

Τῆς δὲ πρὸς Αἰτολίης Ε᾽μίσων πόλιν. —

Iuxta orientem verò Emiſorum urbem ----

καὶ ἔοικε κλίνειν τὸ Ε᾽μισα· ἡ χρῆσις δὲ ἡλυκῶς. D Ε᾽ν πισὶ δὲ Ε᾽μεσὰ δύρηαι, ἀφ᾽ ἧς Ε᾽μεσηνός.

& videtur declinare Emiſa neutro genere, & num.plur. uſus verò in gen.fœm.declinat. Apud aliquos verò Emeſa invenitur, à quo Emeſenus.

Ε᾽ΜΠΟΡΙΟΝ [86], πόλις Κελτικὴ, κλίσμα Μασσαλιωτῶν. Δευτέρα, Μακεδονίας. Τρίτη, Σικελίας. [87] δὲ Καμπανίας. Ὁ πολίτης, Ε᾽μπορίτης. E

EMPORIUM, urbs Celtica, à Maſſaliotis condita, ſecunda, Macedoniæ, tertia, Siciliæ, quarta, Campaniæ. Civis, Emporites.

Ε᾽ΝΕ- ΕΝΕ-

79 Ε᾽λωρος, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ε᾽λώρου ποταμοῦ.] Elorus, urbs Siciliæ nomen adepta ab Eloro fluvio; hujus urbis nulla apud Latinos fit mentio; at memoratur apud Ptolemæum lib. 3. c. 4. inter civitates Siciliæ mediterraneas, apud Scylacem verò in Σικελία neutro genere & accentu aſpero ſcribitur πόλις Ε᾽λωρον. Fluvius autem Elorus, à quo urbi nomen, celebratur inter alios Andino vati Æn. l. 3. v. 698.

— *& inde*
Exſupero præpingue ſolum ſtagnantis Helori.
Hinc altas cautes, projectaque ſaxa Pachyni
Radimus.

80 Ὃς λέγεται πιθανοὺς ἰχθῦς ἔχειν.] Amnis Elorus ſeu Helorus habebat cicures piſces, qui ex manu offerentium ſumebant cibos: quod ex Apollodori Chronic. lib. 1. affert noſter. Id etiam affirmat ex Nymphodoro Athenæus lib. 8. ex noſtris verò Plinius in Eloro Siciliæ caſtello id accidere inquit lib. 32. c. 2. *E manu veſcuntur piſces in pluribus quidem Cæſaris villis: ſed quæ veteres prodidere in ſtagnis, non piſcinis, admiratio, in Eloro Siciliæ caſtello, non procul Syracuſis.*

81 Ἔστι καὶ Μακεδονίας ἄλλη.] Cum prius memoraverit Siciliæ Elorum, nunc celebrat Macedoniæ urbem Elorum, quæ Scylaci in Μακεδονία dicitur Ἀλωεῖς, Plinio verò lib. 4. c. 10. Olorus.

82 Θουκυδίδης δὲ ἐν ἕκτῃ, καὶ Ε᾽λωρινὴν ὁδὸν φησί.] Inquit Thucydidem lib. 6. memoraſſe viam Elorinam, quæ nomen videtur accepiſſe non à Macedoniæ, ſed Siciliæ Eloro. Sic enim ille libro ab Stephano citato: Οἱ δὲ Συρακόσιοι, ἀθροισθέντες ἐς τὴν Ε᾽λωρινὴν ὁδὸν, καὶ ὡς ἐπὶ τῶν παρόντων ξυλλεξάμενοι, ἐς τε τὸ Ὀλυμπιεῖον ὅμως σφῶν αὐτῶν παρέπεμψαν φυλακήν. i. e. *Syracuſani verò in via Helorina congregati, ac ut pro præſenti rerum ſtatu acie inſtructa, præſidium tamen e ſuorum numero ad Olympieum miſerunt.*

83 Ε᾽μβατον, τόπος τῆς Ε᾽ρυθραίας.] Embatus, locus Erythrææ ex Theopompi Hellenicorum octavo. Ejus quoque meminit Thucyd. lib. 3. Προσμίξαντες δ᾽ ἀπ᾽ αὐτῆς τῇ Ἰκάρῳ καὶ Μυκόνῳ, πυνθανόμενοι παρῆσαν ὅπη ἡ Μιτυλήνη ἑάλωκε. Βουλόμενοι δὲ τὸ σαφὲς εἰδέναι, κατέπλευσαν ἐς Ε᾽μβατον τῆς Ε᾽ρυθραίας. i. e. *Cum verò ab ea* [Delo] *profecti ad Icarum & Myconum perveniſſent, tunc primum audiunt Mitylenen captam eſſe: Sed cum rem exploratam habere vellent, ad Embatum Erythrææ navigarunt.* Ad quem locum ejus Scholiaſta inquit: Ἐς Ε᾽μβατον] τὸ στενὸν τὸ μεταξὺ Χίου καὶ Ε᾽ρυθρῶν. i. e. *Ad Embatum*] *anguſtiæ, inter Chium & Erythram.*

84 Ε᾽μισα, πόλις Φοινίκης Λιβανησίας.] Emiſa, urbs Phœniciæ juxta Libani-regionem. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 15. (cui inter Apamenes civitates locatur;) Amm. Marcellino lib. 24. c. 26. *Poſt hanc acclinis Libano monti Phœnice regio, plena gratiarum & venuſtatis, urbibus decorata magnis & pulchris: in quibus amœnitate celebritateque nominum Tyrus excellit, Sidon & Berytus, iiſdemque pares, Emiſſa & Damaſcus, ſæculis conditæ priſcis.* Ex hac urbe, quæ etiam *Emeſa* dicitur, fuere Hypſicrates hiſtoricus, cujus memenit Lucianus de Macrobiis, Heliodorus, qui Æthiopica ſcripſit, teſte Voſſio de hiſtoricis Græcis lib. 4. c. 18. Nicephorus lib. 12. c. 34. auctor eſt, cum Synodus provincialis ſtatuiſſet, ut vel libelli Heliodori comburerentur, vel ipſi epiſcopatus abrogaretur (erat enim epiſcopus) maluiſſe Heliodorum epiſcopatu ſe abdicare, quam ſcripta ſua comburere.

85 Διονύσιος ὁ ποιητής.] Dionyſius iſte poëta, non eſt Periegeta ille; forſitan eſt qui Baſſaricorum, id eſt, Dionyſiacorum opus ſcripſit, in cujus hemiſtichio pro τῆς δὲ πρὸς αἰτολίης lege τῆς δὲ πρὸς ἀνίσης. i. e. *juxta orientem.*

86 Ε᾽μπόριον, πόλις Κελτικὴ, κλίσμα Μασσαλιωτῶν.] Emporium, urbs Celtica, opus Maſſilienſium. Hæc urbs erat in ora maritima Catalauniæ, quæ ad Hiſpaniam, non ad Galliam pertinet; ſed auctori noſtro tota illa ora dicitur Celtica. Ptolemæus lib. 2. c. 6. fœm. gen. & nu. plur. utitur hujus urbis nomine, ut & Livius lib. 34. c. 9. qui duo hujus nominis oppida muro tantum diviſa celebrat hiſce verbis: *Jam tunc Emporiæ duo oppida erant, muro diviſa. Unum Græci habebant à Phocæa, unde & Maſſilienſes oriundi: alterum Hiſpani, ſed Græcum oppidum in mare expoſitum, totum orbem muri minus quadringentos paſſus patentem habebat, Hiſpanis retractior à mari trium millium paſſuum in circuitu murus erat. Tertium genus Romani coloni ab divo Cæſare poſt devictos Pompeii liberos adjecti, nunc in corpus unum confuſi omnes: Hiſpanis prius, poſtremò & Græcis in civitatem Romanam adſciti.* Memoratur etiam inter Hiſpaniæ urbes Sil. Italico lib. 3.

Dat Carthago vires Teucro fundata vetuſto,
Phocaicæ dant Emporiæ, dat Tarraco pubem
Vitifera.

Ideo *Phocaicas Emporias* vocat eruditiſſimus poëta, quia Maſſilienſes à Phocæa oriundi eas condiderunt, ut ex dictis apparet.

87 Τέταρτη Καμπανίας.] Quarto loco memorat Campaniæ emporium; cujus meminit Liv. lib. 21. c. 57. *Emporium prope Placentiam fuit, & opere valido & magno munitum præſidio. Ejus caſtelli oppugnandi ſpe cum equitibus ac levi armatura profectus Annibal, cum plurimum in celando incœpto ad effectum ſpei habuiſſet, nocte adortus non fefellit vigiles, tantus repente clamor eſt ſublatus, ut Placentiæ quoque audiretur.*

88 Ἐνε-

Ε'ΝΕΤΟΙ[88], Ὅμηρος,
Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτέρων.

[89] ᾤκουν δὲ Παφλαγονίαν. [90] Λέγονται καὶ Ἐνετικοὶ ἵπποι. ἰδίᾳ δὲ καὶ κλητικόν. [91] Ἔστι καὶ πόλις Ἐνετός[72], ἀφ' ἧς ἦν Μύρμηξ ὁ Διαλεκτικὸς φιλόσοφος, ὡς Διογένης ἐν δευτέρῳ Φιλοσόφων ἱστορίας.

Ε'ΝΙΣΠΗ[93], πόλις Ἀρκαδίας.
— Καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνισπῆ.
Νῦν δ' οὐκ ἔστι. Φασὶ δὲ καὶ Κληθορίας εἶναι, καὶ Φωκίδος. Τὸ ἐθνικὸν Ἐνισπαῖος, καὶ Ἐνισπίτης, καὶ Ἐνισπεύς.

Ε'ΝΝΑ[94], πόλις Σικελίας, κλίσμα Συρακο-

ENETI, Homerus.

Ex Enetis unde mularum genus agreſtium.

Sedes verò habebant juxta Paphlagoniam. Dicuntur etiam *Enetides equi.* Eſt etiam poſſeſſivum. Eſt & urbs Enetus, ex qua erat Myrmex Dialecticus philoſophus, ut Diogenes lib. 2. hiſtoriæ Philoſophorum.

ENISPE, urbs Arcadiæ:

— *Et ventoſam Eniſpen.*
Nunc verò non extat. Ajunt verò vel Cletoriæ, vel Phocidis urbem fuiſſe. Gentile, Eniſpæus, vel Eniſpites, vel Eniſpeus.

ENNA, urbs Siciliæ, à Syracuſanis condita,

88 Ἐνετοί, Ὅμηρος.] Eneti celebrantur ex Homero, cujus affert verſum, qui apud eum legitur Il. 2. v. 852. in quo Cæcus ille (cæcum fuiſſe Homerum inquit diſertiſſimus Romuli nepotum Tuſc. Quæſt. lib. 5.) vel potius poëtarum omnium ראה *roeh.* i. e. *videns*, ut loquuntur Hebræorum παῖδες, meminit mularum agreſtium ex Enetis Paphlagoniæ. Mulæ verò & muli quos Græci nomine utrique ſexui communi ἡμιόνους. i. e. *ſemiaſinos* vocant diſcriminante genus articulo, nullibi terrarum generoſiores gignuntur, quam in Hiſpania, quæ non ſolum in procreandis mulis & mulabus, equis & equabus, ſed etiam aliis in rebus quod ad præſtantiam attinet, primum inter omnes totius terrarum orbis regiones locum tenet. Naſcuntur autem non ſolum ex equo & aſina, verum etiam ex aſino & equa, ac cum ſint ſimillimi, tamen facilimo negotio dignoſcuntur, tum roſtro & labris cum auribus; mulæ enim & muli, qui naſcuntur ex aſino & equa ſunt pulchriores & celeriores, non habent enim tam magnas aures, nec ſimas nares, nec tam turgida labra, quam qui naſcuntur ex equo & aſina. Hujuſmodi enim animantia matri aſſimilantur magnitudine corporis, facie, & robore, ut teſtatur philoſophorum Homerus de hiſt. animal. l. 6. c. 23. à matre etiam denominationem accipiunt. Nam mulæ, & muli, *equini*, quos equa; *aſinini*, quos aſina peperit, dicuntur; horum mares antiqui *hinnos*, illorum *mulos* vocabant. Quæ ſunt ita nata, ſcilicet ex duabus diverſis ſpeciebus, non gignere, in omni animantium genere, idcircò mulas non parere, etſi aliquando pepererunt, prodigii loco habitum, auctor eſt Plin. hiſt. nat. lib. 8. c. 44. In Hiſpania mulæ equinæ, utpote pulchriores & celeriores & majores corpore trahunt currus urbanos, poſthabitis equis, non ſolum nobilium, equitum, regulorum, eccleſiaſticorum, ſed etiam regum; at regum tantum cum extra regiam civitatem proficiſcuntur; muli verò portant lecticas, mulis verò, qui non ſunt tanta corporis magnitudine præditi portandis oneribus, mulabus arandis agris utuntur, celerius enim & plus arant, quam boves vel maxime aratores: ex Geneſeos c. 36. v. 24. apparet Anah inveniſſe mulos in deſerto. Sic enim intelligenda ſunt verba illa, non de aquis calidis. Quia quæ illic ſequuntur verba, id videntur confirmare: *Cum paſceret aſinas patris ſui.* Mulæ autem & muli qui in Syria naſcuntur diverſi ſunt ab illis; horum meminit Stagirita philoſophus de hiſt. amm. lib. 6. c. 24. & c. 36. quæ ex mutuo maris & fœminæ ejuſdem ſpeciei coitu naſcuntur, & propter ſimilitudinem *mulæ* appellantur. Harum etiam meminit Plin. lib. 8. c. 44. etſi per incuriam teſtem advocat Theophraſtum loco Ariſtotelis, & in Cappadocia inquit hujuſmodi mulas naſci. Sententiam meam confirmant illa, quæ de longævitate muli affert, qui LXXX annis vixit, ac dimiſſus per ſenectam, cum templum ædificaretur commeans jumenta ad opera exhortabatur, quare Athenienſium decreto ſancitum fuit, ne a frumentorum acervis arceretur quæ Ariſtot. de hiſt. anim. lib. 6. c. 24. tradit. Non poſſum non mirari Jul. Cæſ. Scaligerum, qui veriſſimam illam Ariſtotelis ſententiam de ſimilitudine harum animantium cum matre, corporis magnitudine, facie, & robore impugnat. Scilicet ipſe, vel numquam viderat hujuſmodi animantes, vel ab aliis hunc errorem accepit: ego verò ut teſtis αὐτόπτης veriſſimam eſſe teſtor Ariſtotelis ſententiam; illius ad Ariſtotelis lib. 6. c. 23. ſect. 349. ſunt quæ ſequuntur verba: *Nam quæ mulæ ex aſino & equa procreantur, ſume ſunt contumaces, ut pater, & auribus longioribus, neque natura ſunt gradariæ, ſed arte fiunt, neque equæ pulchritudinem repræſentant, contra quæ ex equo & aſina patri ſimillima, generoſæ, tractabiles, ſpecie inſigni, auriculis colloque, ac pectore patris, &c.* Quæ omnia ſunt falſa, & contrario modo intelligenda. Obiter notandum mulas, quibus olim utebantur Hebræi אֲיָלוֹן *ilo* fuiſſe ex illa mularum ſpecie, quæ in Syria naſcebantur. Præſtabant enim celeritate, ut teſtatur Ariſtoteles de hiſt. animal. lib. 6. c. 36. Ac ſuper hujuſmodi mulo videtur equitaſſe Abſalomus Sam. 2. c. 18. v. 9. ubi פרד *pered.* i. e. *mulus* dicitur, & Selomoh Reg. lib. 3. c. 1. v. 33. impoſitus fuit ſuper mulam juſſu Davidis patris ſui, ubi פִּרְדָּה *pirdah.* i. e. *mula* vocatur. Muli enim illi, quos Geneſeos capite ſupra citato inveniſſe dicitur Anah in deſerto יְמִים *iemim.* i. e. *muli* vocantur.

89 Ὤκουν δὲ Παφλαγονίαν.] Eneti habitabant circa Paphlagoniam. Conſentiens auctorum opinio eſt fuiſſe Paphlagonum populos, qui ſeditione ex Paphlagonia pulſi rege Pylæmene ad Troiam amiſſo venerunt in Italiam, ac ibi ſedes poſuerunt, ut apparet ex Livii lib. 1. c. 1. Strabonis lib. 12. Solini capite 56. Ab his Venetos originem trahere teſtificatur Q. Curtius lib. 3. c. 1. *Jamque ad urbem Ancyram ventum erat, ubi numero copiarum mitio Paphlagoniam intrat: huic junčti erant Eneti unde quidam Venetos trahere originem credunt.*

90 Λέγονται καὶ Ἐνετικοὶ ἵπποι.] Memorat Enetides equos, quos Heſych. Enetidi circa Adriam; Scholiaſta Euripidis in Hippolyto v. 1131. Paphlagoniæ tribuit: Strabo verò lib. 5. Heſychii ſententiam confirmat, ac inquit Dionyſium Siciliæ Tyrannum armenta equorum ad certamina educandorum inſtituiſſe. Obiter notandum ἵππος apud Græcos ſignificare *marem* & *fœminam*, articulo diſcriminante genus.

91 Ἔστι καὶ πόλις Ἐνετός.] Nunc memorat noſter Enetum urbem, à qua *Eneti* videntur denominati; quæ Solino capite ſupracitato dicitur *Henetus*, Zenodoto apud Strabonem lib. 12. *Heneta*, ac eſſe creditur, quæ poſtea *Amiſus* dicta fuit, alii verò apud eumdem Strabonem ajunt *Enetos* apud Homerum eſſe pagum in litore Xſchœnis ab Amaſtri diſſitum.

92 Ἀφ' ἧς ἦν Μύρμηξ, &c.] Inquit Myrmecem philoſophum fuiſſe ex Eneto urbe, ac in hujus rei teſtimonium advocat Diogenem Laërtium, ſed ſomniat epitomator noſter, extra Æſculapii templum; nihil tale legitur apud Laërtium. Relinquamus igitur ejus ſomnium Joſepho interpretandum.

93 Ἐνιαπὴ, πόλις Ἀρκαδίας.] Celebrat Eniſpen Arcadiæ urbem ex Homero, cujus eſt hemiſtichium illud, quod innominato poëta affert, apud quem legitur Il. 2. v. 606. Eniſpen verò memorat Strabo lib. 8. cujus ætate jam erat deſerta, ut ipſe refert eodem libro.

94 Ἔννα, πόλις Σικελίας, κλίσμα Συρακουσίων.] Enna, urbs Siciliæ à Syracuſanis condita, celeberrima templo, ac ſimulachro Cereris omnium antiquiſſimo, ob illud Cereris templum famam habuiſſe hanc urbem inter omnes Siciliæ

ϱακυσίων, μὴ ὁ ἕτη Συϱακυσῶν. [95] Ὁ πολίτης, Ἐνναῖος, καὶ Ἐννάια. A

ΕΝΟΠΗ [96], πόλις τῆς Μεσσηνίας· Ὄμηρος, Καρδαμύλην Ἐνόπην. — Τὸ ἐθνικὸν, Ἐνοπεύς, ὡς Ῥοπεύς. Μέμνηται αὐτῆς καὶ Παυσανίας τρίτῳ. B

ΕΝΤΕΛΑ [97], πόλις Σικελίας· Ἔφορος ιϛ. [98] ἦσαν δὲ οἱ οἰκήσαντες Καμπανοὶ τὸ γένος, σύμμαχοι Καρχηδονίων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐντελῖνος. C

ΕΝΤΡΙΒΑΙ, ἔθνος Θρᾳκικόν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ΕΞΑΓΥΙΟΣ [99], πόλις Σικελίας. γράφεται Ἀττικῶς ἔχουσα, ὡς τὸ ἑξακλινής. Λέγεται δὲ ἕτω, ἀφὸ τὸ ἓξ ἀγυιὰς ἔχειν. D

ΕΟΡΔΑΙΑΙ [1], δύο χῶραι Μυγδονίας, εἰσὶ καὶ ἄλλαι δύο, ἡ μὲν Ἰϐηρίας, ἡ δὲ Θρᾴκης, ἀπὸ Ἐορδέ τινος. Ὁ οἰκήτωρ, Ἐορδαῖος. Ὀξύνεται δὲ τὸ Ἐορδὸς, ὡς Ἡρωδιανὸς ἔκτῃ. Ἐκλήθησαν καὶ Ἐορδίσκαι, ἀπὸ τοῦ ἐορδίζω, E ὡς Λυδὸς λυδίζω.

ΕΠΑΚΡΙΑ [2], μία τῶν ὅπου Κέκροπος συνοι-

ENTELA, urbs Siciliæ, Ephorus l. 16. Erant verò habitatores genere Campani, Carthaginenſium ſocii. Gentile, Entelinus.

ENTRIBÆ, populi Thraciæ, Hecatæ. Europa.

HEXAGYIOS, urbs Siciliæ, ſcripturam Atticam habens, ut τὸ ἑξακλινὴς. i. e. *ſex lectos habens*, ſic verò dicitur quod ἓξ ἀγυιάς. i. e. *ſex vicos* habeat.

EORDÆÆ, duæ regiones Mygdoniæ. Sunt & aliæ duæ, una quidem Iberiæ, alia verò Thraciæ, ab Eordo quodam. Incola, Eordæus. Acuitur verò τὸ Ἐορδὸς, ut Herodianus lib. 6. *Eordiſtæ* quoque vocati fuere ab eordizo, ut Lydus, Lydizo.

EPACRIA, una ex duodecim civitatibus,

dita, poſt conditas Syracuſas annis 70. Civis Ennæus, & Ennæa.

ENOPE, urbs Meſeniæ, Hom. *Cardamylen, Enopenque.* — Gentile, Enopeus, ut Rhopeus. Meminit ejus Pauſanias lib. 3.

liæ urbes, præcipuam, auctor eſt Mela lib. 2. c. 7. urbs fuit ſita loco præcelſo atque prærupto; auct. Liv. lib. XXIIII. *Enna, in excelſo loco ac prærupto undique ſita, cum loco inexpugnabilis erat, tum præſidium in arce validum habebat.* Ennenſis verò Cereris, quæ hac in urbe maxima religione colebatur, tanta fuit inter Ethnicos veneratio, ut Graccharis temporibus, cum aditum eſſet ad libros Sibyllinos, ac in eis inventum, Cererem antiquiſſimam placari oportere, ex ampliſſimo collegio decemvirali ſacerdotes populi Romani, cum eſſet in urbe Cereris pulcherrimum & magnificentiſſimum templum; tamen uſque Ennam profecti ſint, referente Cicerone in Orat. 9. in Verrem & ex eo Lact. Firm. de origine erroris lib. 2. Ejus ſimulachrum ſuſtulit Verres auctore eodem Cic. in Verrem Orat. 5. quod ipſe oratione citata ſic depingit: *Simulachrum Cereris Ennæ ex ſua ſede, ac domo ſuſtulit, quod erat tale, ut homines cum viderent, aut ipſam videre ſe Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, ſed cælo delapſam arbitrarentur.* Ennæ vicinum erat nemus, quod *Siciliæ umbilicus* vocabatur. Erat enim in medio inſulæ, omni florum genere abundans, ut præ nimia fragrantia canes odoratu feras inveſtigare non poſſent; unde Plutonem rapuiſſe Proſerpinam fabulabantur, auctore D. Siculo lib. 5.

95 Ὁ πολίτης, Ἐννᾶος.] Civis urbis Ennæ, dicebatur *Enneus*; unde *Ennæa Ceres* apud Claudian. de raptu Proſerpinæ lib. 1.

Ennææ Cereri proles optata virebat
Unica, nec tribuit ſobolem Lucina ſecundam.

Sic enim legendum eſt, non *Ætnææ*, ut nunc legitur: Latinis hiſtoricis dicitur Ennenſis: Liv. lib. 24. *Ennenſium principes urbem arcemque ſuæ poteſtatis ajunt debere eſſe.*

96 Ἐνόπη, πόλις τῆς Μεσσηνίας.] Enope, urbs Meſeniæ ex Homero apud quem Il. 2. v 150. invenitur hemiſtichium illud; fuit verò Enope una ex ſeptem urbibus, quas Agamemnon promittit Achilli apud eumdem Homerum eadem Iliade; ætate Pauſaniæ *Gerenia* nuncupabatur, ut idem auctor refert lib. 3. de qua videſis quæ in Γερηνία.

97 Ἔντελα, πόλις Σικελίας.] Entela, urbs Siciliæ vetuſtiſſima, in monte ejuſdem nominis, quem præciſæ undique, & inacceſſæ rupes, & unicus aditus munitiſſima reddebant, in vertice planiciem habebat culturæ aptiſſimam. Ab Entelo Trojano Æneæ ſocio condita fertur, hodiè non extat. Exciſa enim fuit à Friderico II. Imperatore, auctore Fazello Dec. 1. lib. 10.

98 Ἦσαν δὲ οἱ οἰκήσαντες Καμπανοί.] Incolas urbi Entelæ genere Campanos fuiſſe inquit, ac Carthaginienſium ſocios; id etiam affirmat Diod. Siculus lib. 14. hi enim expulſi à Dionyſio, quod eis non fideret, Entelam profecti perſuaſis Entelinis, ut inquilinorum jus ſibi concederent, noctu per inſidias oppreſſos Entelinos trucidarunt juvenes, uxoribuſque eorum in matrimonium adſcitis obtinuerunt urbem, ut refert idem auctor libro citato.

99 Ἑξαγύιος, πόλις Σικελίας.] Hexagyios, urbs Siciliæ, cujus altum apud alios eſt ſilentium; ſcripturam Atticam habuiſſe tradit epitomator noſter, id eſt, litteras Atticas. Plurimæ enim Siciliæ urbes & lingua & literis Græcis utebantur, ſed præcipuè dialecto Dorica.

1 Ἐορδαῖαι, δύο χῶραι Μυγδονίας.] Eordææ, duæ regiones Mygdoniæ. Mygdonia verò erat Macedoniæ regio; Conſtant. Porphyrogen. Them. lib. 2. Them. 2. inter Macedoniæ urbes numerat Eordæos. Livius lib. 45. c. 30. ait quartam Macedoniæ regionem Eordeos & Lyncestas & Pelagones incolere, libro verò 42. c. 52. Eordeam ſeu urbem, ſeu regionem memorat; ſed ex Thucydidis lib. 2. claret fuiſſe regionem. Sic enim ille: Ἀνέστησαν γὰρ καὶ τῶν Ἐορδῶν καλουμένων Ἐόρδας· (ὧν οἱ μὲν πολλοὶ διεφθάρησαν, βραχὺ δέ τι αὐτῶν περὶ Φύσκαν καλούμενα) καὶ ἐξ Ἀλμωπίας, Ἀλμωπάς. i. e. *Ex illa etiam, quæ nunc* Eordia *vocatur, ejecerunt Eordos; (quorum plerique perierunt, ſed exigua quædam ipſorum pars circa Phyſcam habitat) & ex Almopia, Almopas.* Loquitur Thucydides de Macedonibus.

2 Ἐπακρία, μία τῶν ἐπὶ Κέκροπος, &c.] Epacria, una ex duodecim civitatibus, ad quas Cecrops Athenienſes, cum antea κατὰ δῆμον. i. e. *vicatim* habitarent, reduxit. Sic enim intelligendum eſt illud συνοικισθῆσαι; duodecim verò illæ civitates fuere *Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelia, Eleuſis, Aphidna, Thoricos, Brauro, Cotheros, Sphettos, Gephyſſia, Phaleros*, quas poſtea in unam urbem, nempe Athenas Theſeus dicitur congregaſſe, cujus rei auctores habeo Etymologici auctorem in Ἐπακρία (ſic apud eum notatur) & Strabonem lib. 9. in quorum memoriam ſingulis annis Athenienſes feſtum celebrabant, quod Συνοίκια, quaſi dicas *cohabitationes*, vocabant, ut refert noſter in Ἀθηναίῳ, necnon Thucyd. lib. 2. Plutarchus in Theſeo.

3 Διὰ

δικιαθεισῶν δυοκαίδεκα πόλεων, [3] Διὰ τὸ λησίζεσθαι ὑπὸ Καρῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐπακρεύς.

bus, quæ sub Cecrope sunt ædificatæ, eo quod Cares eas prædarentur. Gentile, Epacrieus.

ΕΠΑΡΙΤΑΙ [4], ἔθνος Ἀρκαδίας. Ἡ δὲ πόλις αὐτῶν Ἔπαρις ἐδόκει, οὐχ εὑρηται δέ. Περὶ δὲ τῶν ἐθνῶν Ξενοφῶν, καὶ Ἔφορος, καὶ Ἀνδροτίων φασίν.

EPARITÆ, populi Arcadiæ, eorum verò urbs debebat esse Eparis, sed non invenitur; de eis verò Xenophon, & Ephorus, & Androcion agunt.

ΕΠΕΙΟΙ [5], οἱ Ἠλεῖοι, ἀπὸ Ἐπειοῦ βασιλέως, τὸ θηλυκὸν, Ἐπειὰς, καὶ Ἐπείς. [6] Λέγονται καὶ πατρωνυμικῶς Ἐνδυμιωνιάδαι.

EPEI, Elei, ab Epeo rege, fœmineum, Epeas, & Epeis. Dicuntur etiam patronymicè, Endymioniadæ.

ΕΠΙΔΑΜΝΟΣ [7], πόλις Ἰλλυρίδος, ἐπὶ Χερρονήσου τῆς καλουμένης Δυρράχιος. [8] Ἔστι δὲ ἑτέρα ἐν τῷ Ἰωνίῳ κόλπῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐπιδάμνιος. Εὕρηται δὲ καὶ διὰ Παρθενίῳ καὶ διὰ διφθόγγου. Τὸ θηλυκὸν, Ἐπιδαμνιάς.

EPIDAMNUS, urbs Illyridis, in Chersoneso vocata Dyrrachio. Est & alia in sinu Ionio. Gentile, Epidamnius. Invenitur etiam apud Parthenium per diphthongum. fœmin. Epidamnias.

ΕΠΙΔΑΥΡΟΣ [9], πόλις πρὸς τῷ Ἄργει, θηλυκῶς λεγομένη. [10] Τὸ γὰρ

EPIDAURUS, urbs juxta Argos. fœm. genere dicta. Illud enim

— Ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον,

— *Vitiferum Epidaurum.*

κατὰ ἀρσενικὴν ἐπιθέτου, θηλυκόν ἐστιν [11], ὡς τὸ

cum adjectivo masculino, fœmineum est, ut illud

— φολίδωτος ἐχίδνης,

— *Flammei viperæ,*

παρὰ Νικάνδρῳ. [12] Τινὲς δὲ Λειμήριον αὐτὸν φασι, τὸν λειμῶνας ἔχοντα. [13] Ἐκαλεῖτο δὲ Μει-

apud Nicandrum; aliqui verò *Limeren* eam vocant, quod λειμῶνας, i. e. *prata* haberet. Voca-

3 Διὰ τὸ λησίζεσθαι ὑπὸ Καρῶν.] In hac sectione vel aliqua verba antecedentia deficiunt, vel aliqua debent pro aliis poni; nihil enim commune Carum latrocinia cum Epacria Atticæ habent, de qua agit Etymologus, sed de ejus etymologia ne γὲν quidem; apud Hesychium Ἐπάκριος Ζεὺς dicitur, ὁ ἐπὶ τῶν ἄκρων τῶν ὀρῶν ἱδρυμένος; si noster diceret Epacriam dictam fuisse eadem de causa, verosimile videretur, at illud Διὰ τὸ λησίζεσθαι ὑπὸ Καρῶν concoquere non possum.

4 Ἐπαρῖται, ἔθνος Ἀρκαδίας.] Eparitæ, gens Arcadiæ, quorum inquit meminisse Xenophontem & Ephorum, & Androtionem, horum duos ultimos seu incuria, seu temporum calamitas nobis invidit, Xenophon verò Eparitos celebrat, non Eparitas, ut inquit noster. Ejus ex Hellenic. lib. 7. appono verba: Κύκλῳ δὴ περάσαντες αὐτὸ ἐπὶ τοῦτο τὸ χωρίον, ὡς εἶδον οἱ περθεανῆς πίσω σφᾶς, δρόμῳ δὴ Ἀρχιδάμου τοῦ Ἐπαρίτου ἔξω δὴ σωρώμου, ἐπιθέωσαν αὐτοῖς. i. e. *Cum ad eum locum ambitu quodam circumduceret copias, posteaquam præcurrentes Archidami regis cetrati extra vallum Eparitos viderunt, in eos irruunt.*

5 Ἔπειοι, οἱ Ἠλεῖοι, ἀπὸ Ἐπειοῦ βασιλέως.] Epëi, Elëi, sic dicti ab Epeo rege. Et Epeorum & Epëi regis, à quo *Epëi* id est *Elei* nomen acceperunt, meminit Pausanias in Eliacorum lib. 5. Ἔθηκε δὲ καὶ οὗ Ὀλυμπίᾳ δρόμου τοῖς παισὶν ἀγῶνα Ἐνδυμίων ὑπὸ τοῦ πατρός. Καὶ ἐνίκησε, καὶ ἔσχε τὴν βασιλείαν Ἐπειοὺς καὶ Ἐπειοὶ πρῶτον τότε ὠνομάσθησαν. i. e. *Posuit vero, id est instituit in Olympia cursus certamen de imperio filiis Endymio; & vicis & habuit regnum Epeus; & Epëi primum tunc, quibus imperabat, nuncupati sunt.*

6 Λέγονται καὶ πατρωνυμικῶς Ἐνδυμιωνιάδαι.] Dicuntur etiam Epei patronymice Endymioniadæ, scilicet ab Endymione Epei patre. Cujus meminit Paus. lib. 5. ejus verba attulimus nota proxima præcedenti.

7 Ἐπίδαμνος, πόλις Ἰλλυρίδος.] Epidamnus, urbs Illyridis sita in Cherrhoneso nomine *Dyrrhachio*. Memoratur inter alios Straboni lib. 7. Μετὰ δὲ τὸ Ῥιζονικὸν κόλπον, Λίσσος ἐστὶ πόλις καὶ Ἀκρόλισσος, καὶ Ἐπίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα, ἣ νῦν Δυρράχιον, ὁμωνύμως τῇ χερρονήσῳ λεγομένῃ, ἐφ' ἧς ἱδρυται. i. e. *Post Rhizonicum vero sinum, Lissus est urbs & Acrolissus, & Epidamnus à Corcyræis condita, quæ nunc à* cherrhoneso *id est* peninsula, *in qua sita est*, Dyrrhachium *dicitur*. Phalium Corcyræum ejus conditorem celebrat Thucydides lib. 1. Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον. κατοικοῦσι δὲ αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο Φάλιος, &c. i. e. *Epidamnus est urbs ad dextram naviganti Ionium sinum, huic autem finitimi sunt Taulantii barbari, Illyrica gens; hanc Corcyræi quidem missa colonia condiderunt, Coloniæ verò dux fuit Phalius Eratoclidæ* [filius] *genere Corinthius ab Hercule oriundus, &c.*

8 Ἔστι δὲ ἑτέρα ἐν τῷ Ἰωνίῳ κόλπῳ.] Est verò alia Epidamnus in Ionico sinu. Ego puto, epitomatorem nostrum extra Æsculapii templum somniare, cum aliam urbem Epidamnum locat in Ionio sinu, præter illam de qua nota præcedenti egimus, quæ erat ad dextram naviganti Ionium sinum, ut ex Thucydidis verbis illuc allatis apparet; reliqui omnes affirmant Epidamnum mutato nomine dictam fuisse *Dyrrhachium*, ac esse unam eamdemque civitatem; solus Appianus de Bellis Civil. lib. 2. contrarium asserit; quod non credo. Est enim contra Strabonis sententiam; Thucydides etiam non nominat *Dyrrhachium* sed *Epidamnum*, quod argumento est horum nominum ultimum fuisse ejus vetus nomen, de quibus vide quæ in Δυρράχιον annotavimus.

9 Ἐπίδαυρος, πόλις πρὸς τῷ Ἄργει.] Epidaurus, urbs juxta Argos fœm. gen. etsi ei epitheta addantur masculina, quod apud poëtas & Atticos est tranlativum; memoratur inter alios Ptolemæo lib. 3. c. 36.

10 Τὸ γὰρ, &c.] Hemistichium, quod sequitur desumptum est ex Il. 2. v. 561. cujus integri versus sunt:

Οἱ δ' Ἄργος τ' εἶχον Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν,
Ἑρμιόνην, Ἀσίνην τε, βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχέσας
Τροιζῆν', Ἠιόνας τε, καὶ ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον. H. e.
Qui autem Argosque habebant, Tirynthaque muratam
Hermionen, Asinenque, profundum sinum habentes
Trœzena Eionasque & vitibus consitum Epidaurum.

11 Ὡς τὸ, &c.] Est quod sequitur hemistichium Nicandri, apud eum legitur v. 129. in quo more Atticorum epithetum masc. tribuitur nomini fœmineo, ut & in Homeri hemistichio præcedenti.

12 Τινὲς δὲ Λειμήριον αὐτὸν φασι, &c.] Aliqui Epidaurum urbem *Limeren* dicunt, quod λειμῶνας. i. e. *prata haberet*; hujus urbis etymologiæ altum apud alios silentium.

13 Ἐκαλεῖτο δὲ Μελισσία, καὶ Αἰμέρα, &c.] Nunc agit de Epidauri nominibus, quæ Μελισσία, [sic legendum est ex Eust. ad Il. 2. v. 561.] & *Hæmera* dicebatur quòd continuè ara Æsculapii sacrificiorum sanguine maderet. Fuit enim Epidaurus celebris Æsculapii templo, de quo Strabo lib. 8. Καὶ αὐτὴ δὲ ἐκ ἄσημος ἡ πόλις, καὶ μάλιστα διὰ τὸν ἐπιφάνειαν τοῦ Ἀσκληπιοῦ θεραπεύειν νόσους παντοδαπὰς πεπιστευμένου, καὶ τὸ ἱερὸν πολλῆς ἔχοντος ἀεὶ τῶν τε κεκμενότων, καὶ τῶν ἀνακειμένων πινα-

Μειλισσία, καὶ Αἵμερα, ἀφ' ὃ συνεχῶς αἱμάσσεσθαι τὸν βωμὸν τῶν Ἀσκληπιῶν, ὑπὸ τῶν θυσιῶν. [14] Εἶτα Ἐπίταυρος, καὶ Ἐπίδαυρος. [15] Τινὲς δὲ Λειμηρὸν Λακωνικῶς λέγουσι, μίαν τῶν ἑκατὸν, ἀφ' ὃ πολλοὺς ἔχειν λιμένας. Ὁ πολίτης, Ἐπιδαύριος· τὸ θηλυκὸν, Ἐπιδαυρία, καὶ Ἐπιδαυρὶς, καὶ Ἐπιδαυριώτης φασίν.

ΕΠΙΕΙΚΙΔΑΙ, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Ἐπεικίδης. Τὰ τοπικὰ, ἐξ Ἐπεικιδῶν, ἐν Ἐπεικιδῆσιν.

ΕΠΙΚΗΦΗΣΙΑ, δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Ἐπικηφήσιος. Τὰ τοπικὰ, Ἐπικηφησιάθεν.

ΕΠΙΛΕΥΚΑΔΙΟΙ, πόλις μὴ Ἀκαρνανίαν· Ἑκαταίου. Εὐρώπη. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐπιλευκαδίου ὁμοίως.

ΕΠΙΠΟΛΑΙ [16], χωρίον ὀπόκρημνον, προσεχὲς Συρακόσαις· Θουκυδίδης ἕκτῃ. Τὸ ἐθνικὸν ὈΕπιπόλαιος, τῷ κοινῷ τύπῳ.

ΕΠΙΤΑΛΙΟΝ [17], πόλις τῆς Τριφυλίας· Πολύβιος τεσσαρτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐπιταλιεύς.

ΕΠΙΦΑΝΕΙΑ [18], πόλις Συρίας, πρὸς Ῥαφα-

cabatur verò *Milissia*, & *Hæmera*, quod continuè ara Æsculapii sacrificiorum sanguine maderet. Postea vocata fuit *Epitaurus*, & *Epidaurus*. Aliqui verò *Limeron Laconicam* dicunt, unam ex centum, quod multos habeat λιμένας, i. e. *portus*. Civis, Epidaurius, fœmin. Epidauria, & Epidauris, dicunt etiam Epidauriotes.

EPIICIDÆ, populus Cecropidis tribus. Popularis, Epiicides. Localia, ex Epiicidarum, [*populo*] in Epiicidis.

EPICEPHESIA, populus OEneidis tribus. Popularis, Epicephesius. Localia, ex epicephesia.

EPILEUCADII, urbs post Acarnaniam, Hecatæ. Europa. Gentile Epileucadius, eodem modo.

EPIPOLÆ, locus præruptus, Syracusis finitimus, Thucyd. lib. sexto. Gentile, Epipolæus, communi forma.

EPITALION, urbs Triphyliæ, Polybius lib quarto. Gentile, Epitalieus.

EPIPHANIA, urbs Syriæ, juxta Rapha-

πινάκων, ἐν οἷς ἀναγεγραμμένα τυγχάνουσιν αἱ θεράπειαι, καθάπερ ἐν Κῶῳ τε καὶ Τρίκκῃ. Κεῖται δὲ ἡ πόλις ἐν μυχῷ τοῦ Σαρωνικοῦ κόλπου, τῶν ἀφ' ἑσπέρας ἐχόντων σταδίων πεντεκαίδεκα, βλέπουσα πρὸς ἀνάβολὰς θερινάς· ἀφεικλείεται δ' ὄρεσιν ὑψηλοῖς, μέχρι πρὸς τὴν θάλατταν, ὡς ἐρυμνὴ πανταχόθεν φυσικῶς πανταχόθεν. i. e. *Hæc quoque urbs* [Epidaurus] *obscura non est, maxime propter Æsculapii claritatem, creditur que omnis generis morbos depellere, semperque templum refertum habet ægrotantibus, ac dedicatis tabellis, in quibus scriptæ sunt curationes, sicut & in Co, & Triccæ. Sita est Epidaurus in intimo secessu sinus Saronici* XV *stad. circumvisione navali, æstivo ortui opposita: ad mare usque montibus altis includitur, ut naturâ loci undiquaque sit probe munita.*

14 Εἶτα Ἐπίταυρος, καὶ Ἐπίδαυρος.] Hæc videntur desumpta ex Strabonis lib. 8. sed præposteró ordine. Sic enim ille libro citato: Ἡ Ἐπίδαυρος δ' ἐκαλεῖτο Ἐπίταυρος· φησὶ γάρ Ἀριστοτέλης, κεχαρίσθαι αὐτὴν Καίσαρι, ὥσπερ καὶ Ἑρμιόνην. i. e. *Epidaurus verò vocabatur Epitaurus; inquit enim Aristoteles Cæsari tenuisse eam sicut & Hermionem.* Propter rationem, quam ex Aristotele reddit Strabo, pro Ἐπίταυρος inquit Casaubonus ad eumdem Strabonem legendum esse Ἐπίκαρος Sic etiam Eust. ad Il. 2. v. 561. apud nostrum legit.

15 Τινὲς δὲ Λειμηρὸν Λακωνικῶς λέγουσι.] Nonnulli *Limeron Laconicam* Epidaurum dicunt, quod multos habeat portus, pro Λειμηρὸν lege Λιμηρὸν. Sic enim eam vocat Thucyd. lib. 4. Ἐκ δ' αὐτῶν περιπλεύσαντα ἐς Ἐπίδαυρον τὴν Λιμηράν. i. e. *Hinc verò classe circumvecti Epidaurum Limeram profecti sunt.* Idem auctor lib. 2. Epidaurum Peloponnesi vocat: Ἀφικόμενοι δὲ ἐς Ἐπίδαυρον τὴν Πελοποννήσου, ἑτέμνον τὴν γῆν τὴν πολλήν. i. e. *Cumque Epidaurum Peloponnesi pervenissent, regionis multam partem vastarunt.* Cum hæ duæ urbes propter idem nomen & propterea quod altera esset in Argia, altera in Laconica quæ erant inter se vicinæ apud auctores confundantur, sufficiet dicere, alteram fuisse in Argolico sinu Laconicæ, alteram in Saronico Argiæ, ut apparet ex Ptolemæo lib. 3. c. 16. sed mirum est Stephanum non memorasse celeberrimam hujus nominis Dalmatiæ urbem in ora maritima ad mare Adriaticum, quæ *Ragusa* vulgo dicitur, cujus horrendi terræmotus Fama ad aures nostras pervenit, quem accidisse dicebant die 6 Aprilis anno 1667. Equi Epidauri Argiæ in honore apud veteres fuere una cum Arcadicis & Argolicis, auctore Strabone lib. 8. Ἔστι δὲ καὶ τὸ γένος τῶν ἵππων ἄριστον τὸ Ἀρκαδικὸν καθάπερ καὶ τὸ Ἀργολικὸν, καὶ τὸ Ἐπιδαύριον. i. e. *Est verò & genus equorum optimum Arcadicum; sicut & Argolicum, & Epidaurum.* Hinc poetarum Phœnici Georgic. lib. 3. v. 44. Epidaurus vocatur domitrix equorum

——— *domitrixque Epidaurus equorum.*

Ad quem locum Serv. *Epidaurus, Epiri civitas est equis nobilis.* Immeritò reprehenditur à Beroaldo Servius, quod hanc urbem *Epiri urbem* dixerit; seu loquatur Poëta de Argiæ seu Peloponnesi civitate, non ideo reprehendendus est Servius; nam Epirus, Argia, Peloponnesus erant regiones vicinæ.

16 Ἐπιπολαὶ, χωρίον ὀπόκρημνον, &c.] Epipolæ, locus præruptus, Syracusis-finitimus ex Thucydidis lib. 6. cujus sunt verba: Καὶ οἱ Συρακόσιοι ἅμα αὐτῷ τῷ ἔρει ὡς ἐπύθοντο τὰς πρώτας ἥκουσας τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ μέλλοντας ἤδη ἐπὶ σφᾶς ἰέναι, νομίσαντες, ἐὰν μὴ τῶν Ἐπιπολῶν κρατήσωσιν οἱ Ἀθηναῖοι, χαλεπὰ ἀποκρήμνου καὶ ὑπὲρ τοῦ πόλεως σφίσι μόνους πείσεσθαι, ἐκ δὲ ῥᾳδίως σφᾶς, εἰ καὶ κρατοῖντο μάχῃ, ἀπολειχθήσεσθαι, διενοήθησαν τὰς προσόδους αὐτῶν φυλάσσειν, &c. i. e. *Et Syracusani eadem æstate cum intellexissent, equites ad Athenienses venisse, & jam adversus se venire statuisse, existimantes, si Athenienses non occupassent Epipolas, locum præruptum & urbi imminentem, se non facile, circumvallatum iri, ne si prælio quidem superati fuissent, aditus ipsorum tueri constituerunt, ne per hos clam se ascenderent hostes.* Videsis, quæ in Συρακόσαι annotamus.

17 Ἐπίταλιον, πόλις τῆς Τριφυλίας.] Epitalium, urbs Triphyliæ ex Polyb. lib. 4. Μεθ' ὃ τοῦτοι προσγενομένων αὐτοῖς καὶ τῶν ἄλλων μετ' εὐελπίδος, παραλαβόντες Φελλέαν, Στυμφάλιον, Ἐπειὸν, Βώλακα, Πύργον, Ἐπίταλιον. i. e. *Post hæc verò cum ad eum supplices alii accederent, accepit in fidem Phrixam, Stymphalum, Epium, Bolacem, Pyrgum, Epitalium.* Triphylia verò erat eadem quæ *Elis* auctore nostro auctore in Τριφυλία; *Epitalium* verò urbem vocatam fuisse ab Homero Θρύον & Θρυόεσσαν, quod tota illa regio, maxime amnes alga abundarent, quæ Θρύον Græcis dicitur, auctor est Strabo lib. 8.

18 Ἐπιφάνεια, πόλις Συρίας, πρὸς Ῥαφανέας.] Epiphania, urbs Syriæ prope Rhaphaneas. Ex Joseph. Antiquit. lib. 1. c. 7. discimus, prius vocatam fuisse *Amathen*: Ἀμαθὼ δ' Ἀμαθοῦν κατῴκησεν, ἥτις ἐστὶ καὶ νῦν ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων Ἀμαθὼ καλουμένη, Μακεδόνες δὲ αὐτὴν Ἐπιφάνειαν ἀφ' ἑνὸς τῶν ἀπογόνων ἐπωνόμασαν. i. e. *Amathus verò condidit Amathen, quæ adhuc nunc ab indigenis* Amathe *vocatur, Macedones verò eam ab uno ex Regum nepotibus* Epiphaniam *nuncupavunt.*

19 Ἀφ'

Ῥαφανέας, ἐν μεθορίοις Ἀραδίων [19], ἀφ' ἧς Εὐφράτης ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος. [20] Δευτέρα, Κιλικίας. Τρίτη, Βιθυνίας. δ' κτ' Τίγριν. [21] Ἐκλήθη ἢ καὶ Ἀρκεσικέρασα, ὅ ἐστιν Ἀρκεσίου κλῆσμα. Ὁ πολίτης, Ἐπιφανεύς. A

phaneas in confiniis Aradi, ex qua erat Euphrates philosophus Stoicus, secunda, Ciliciæ, tertia Bithyniæ, quarta, juxta Tigrim, quæ vocata fuit *Arcesicerata*, quod est Arcesii opus. Civis, Epiphaneus.

B

ΕΠΟΥΙΑ [22], πόλις, ἡ νῦν Ἀμβρακία, ἡ πρότερον Παραλία. Καὶ οἱ οἰκοῦντες Παράλιοι.

ΕΠΤΑΚΩΜΗΤΑΙ [23], βάρβαροι, τὸ Σκυθικὸν οἰκοῦντες ὄρος. [24] Τινὲς δὲ τούτων ἐκαλοῦντο καὶ Βύζηρες.

EPUIA, urbs quæ nunc *Ambracia*, antea *Paralia*. Incolæ, Paralii.

HEPTACOMETÆ, barbari, qui Scythicum montem habitant; aliqui verò ex his vocabantur etiam *Byzeres*.

C

ΕΠΩΠΗ, ἔτως ἡ Ἀκροκόρινθος ἐκαλεῖτο, ἀφ' ᾧ τὸ Σίσυφον ἐκεῖ ἰδεῖν τὴν Αἰγίνης ἁρπαγὴν ὑπὸ Διός. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐπωπεύς, Ἐπωπίτης.

EPOPE, sic *Acrocorinthus* vocabatur, quod Sisyphus illic Æginam à Jove raptam viderit. Gentile, Epopeus, Epopites.

D

ΕΡΒΗΣΣΟΣ [25], Σικελίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐρβησσῖνος· φίλιστος περὶ Σικελικῶν β.

ΕΡΒΙΤΑ [26], πόλις Σικελίας. Ἔφορος ἕκτῃ. [27] Τὸ ἐθνικὸν Ἐρβιτᾶος.

ERBESSUS, Siciliæ urbs. Gentile, Erbessinus, Philistus rerum Sicularum lib. 2.

ERBITA, urbs Siciliæ, Ephorus lib. 28. Gentile, Erbitæus.

ΕΡΓΕΤΙΟΝ [28], πόλις Σικελίας· φίλιστος Σικελικῶν δευτέρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐργετῖνος.

E

ERGETION, urbs Siciliæ, Philistus rerum Sicularum lib. 2. Gentile Ergetinus.

ΕΡΕ-

ERE-

19 Ἀφ' ἧς Εὐφράτης ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος.] Ex Epiphania Syriæ urbe inquit fuisse Euphratem, Stoicum philosophum, cujus tantum apud Dionem ex Xiphilini epitome lib. 69. memoriam invenio. Græcis omissis Latina appono: *Quo anno hæc facta sunt, Euphrates philosophus obiit mortem voluntariam, cum ei Hadrianus propter senectutem & morbum cicutam biberè concessisset.* Ac cum Dionis lectio de hujus Philosophi nomine nostri auctoris auctoritate firmetur, perperam Leunclavius ad eumdem Dionis locum pro Εὐφράτης emendat Εὐφράδης, tamquam si ab orationis elegantia ei nomen impositum fuisset.

20 Δευτέρα, Κιλικίας.] Epiphania Ciliciæ memoratur Ptolem. l. 5. c. 8. Plin. l. 5. c. 27. quæ antea, ut ipse inquit, dicebatur *Epandos*. Ejus quoque meminit Ammianus lib. 22. c. 27.

21 Ἐκλήθη ἢ καὶ Ἀρκεσικέρασα, &c.] In his verbis pro Ἀρκεσικέρασα lege Ἀρκεσίκλα. i. e. *Arcesii civitas*, forma Τιγρανόκερτα; nomen corruptum à קרת *carta*, quod apud Chaldæos significabat idem, quod apud Hebræos קרת *Keret*, id est *Civitas*, unde יתקר *Cartani* apud Rabinos *oppidanus*, ut jam alibi annotavimus.

22 Ἐπεία, πόλις, ἡ νῦν Ἀμβρακία.] Videsis, quæ in Ἀμβρακία annotavimus.

23 Ἑπτακωμῆται, βάρβαροι, &c.] Heptacometæ, id est *Septem-pagani*, barbari, qui Scythicum habitabant montem. Memorantur Straboni lib. 12. ex quo noster sua desumpsit. Sic enim ille libro citato: Διήκει δὲ τούτων ὅ, τε Σκυθίσης ὄρος τραχύτατον συμπάντων τοῖς Μοσχικοῖς ὄρεσι τοῖς ὑπὲρ τὴν Κολχίδα, ἃ τὰ ἄκρα κορυφοῦται οἱ Ἑπτακωμῆται, &c. i. e. *Pertransit verò per hos Scydisses, mons asperrimus, qui conjungitur Moschicis montibus qui supra Colchidem sunt, cujus verticem tenent Heptacometæ.*

24 Τινὲς δὲ τούτων ἐκαλοῦντο καὶ Βύζηρες.] Sunt etiam verba desumpta ex Strabonis lib. 12. quæ apud eum sic leguntur: Ἐκαλοῦντο δὲ τούτων τινὲς τῶν βαρβάρων καὶ Βύζηρες. i. e. *Vocabantur verò horum barbarorum aliqui & Byzeres.* De quibus suo loco egimus.

25 Ἔρβησσος, Σικελίας πόλις.] Erbessus, Siciliæ urbs memoratur ex Philisti lib. 2. Erbessi ad Agrigentum meminit Polybius lib. 1. qui Erbesseorum urbem vocat: Κατέσχε τὴν τῶν Ἐρβησσέων πόλιν. i. e. *Occupavit Erbesseorum urbem.* Ac paulò pòst: Οὐδενὸς δὲ ἐμποδὼν αὐτοῖς ἱσταμένου, παρεισπεσόντες διήρπασαν τὴν πόλιν. Καὶ πολλῶν μὲν σωμάτων, πολλῆς δὲ καὶ παντοδαπῆς ἐπιτηδείου κατασκευῆς ἐγκρατεῖς. Τῆς δὲ ἀξιολογίας ἀφθονωτέρας εἰς τὴν συγκλητον τῶν Ῥωμαίων ὑπὲρ τῶν κατὰ Ἀκραγαντα, εὐτυχεῖς γενόμενοι, &c. i. e. *Nemine verò impediente irruentes diripuerunt urbem, ac multis mancipiis, multoque omnis generis apparatu potiuntur: ubi perlatus esset, ad Romanum senatum nuncius de rebus ad Agrigentum gestis, omnes læti, &c.* Circa Syracusas memorat *Herbessum* Liv. lib. 24. c. 30. *Exercitum ducunt Megaram, ipsi cum paucis equitibus Herbesum proficiscuntur; spe territis omnibus per proditionem urbis potiundæ quod ubi frustra eis fuit inceptum, vi agendum rati, postero die Megaris castra movent, ut* Herbesum *omnibus copiis oppugnarent.* Megara enim non longe à Syracusis distabat; igitur ex Polybii loco supra allegato apparet fuisse Erbessum ad Agrigentum, & ex Livii lib. 24. claret fuisse Herbesum prope Megaram, quæ non procul aberat à Syracusis. Nec interest, quod apud Livium scribatur *Herbesus*, apud Polybium *Erbessus*. Differentia enim non consistit in spiritu leni, aut aspero, aut in duplici S.S. sed in situ oppidi; quidpe hujusmodi nomina utroque modo inveniuntur apud auctores.

26 Ἔρβιτα, πόλις Σικελίας.] Erbita, urbs Siciliæ Ptolemæo lib. 3. c. 4. *Herbita* dicitur, atque inter civitates Siciliæ mediterraneas locatur. Memoratur Diod. Siculo bibliothecæ historicæ lib. 14. Ἐκεῖθεν δ' ἀναζεύξας, τὴν τῶν Ἐρβιταίων πόλιν προθεῖν ἐπιχείρησεν. ὡδὲν δὲ πράσσων, ὡς μὲν τότε εἰρωνίᾳ ἐποιήσατο, τὴν δὲ δύναμιν ἤγαγεν ἐπὶ Κατάνην. i. e. *Et illinc castris motis Erbitensium urbem oppugnare adgressus est: sed cum res non succederet, cum his quidem pacem fecit, copias verò contra Catanam duxit.*

27 Τὸ ἐθνικὸν Ἐρβιταῖος.] Gentile, Erbitæus, Græcis; ideo Diodorus, cujus verba adduximus nota præcedenti, Ἐρβιταίων πόλιν vocavit: Latinis dicitur *Herbitensis*; Cic. Verrina 3. *Videamus, Herbitensis civitas, honesta, & antea copiosa, quemadmodum spoliata ab isto ac vexata sit.* Gentile in αῖος apud Græcos, à Latinis in ensis formatur, ut Ἐρβιταῖος, *Herbitensis*, Λιπαραῖος, *Liparensis*, & alia hujusmodi sexcenta.

28 Ἔργετον, πόλις Σικελίας.] Ergetium, urbs Siciliæ, cujus oppidanus, Ergetinus; Ergetinos inter Siciliæ populos memorat Plinius lib. 3. c. 8. ipsissima erat urbs, quæ Σεργέντιον dicitur Ptolemæo lib. 3. c. 4. ac inter Siciliæ civitates mediterraneas numeratur; ab Ἔργετον verò factum fuit Sergetium, quemadmodum ab Ἐλμωνικὴ factum est Σαλμώνικη, & ab Ἔλυρος, Σάλυρος.

Ε῾ΡΕΒΙ῾ΔΑΙ [29], μέρ῾ος Λωτοφάγων· Φί- A λις῾ος ὀγδόῳ.

Ε῾ΡΕΜΒΟΙ῾ [30], ἔθν῾ος Α῾ραβέων· Ὅμη- ρ῾ος,

Καὶ Σιδονίους ϑ᾽ Ε῾ρεμβούς.

[31] Τέτ῾ας δέ φησι τὰς Τρωγλοδύτας, ἀπὸ τ῾οῦ B εἰς τὴν ἔραν βαίνειν. [32] Λέγονται ϑ᾽ Ε῾ρεμβαῖοι, ϑ᾽ ἡλυκὸν, Ε῾ρεμβίς.

Ε῾ΡΕΣΟΣ [33], πόλις ἐν Λέσβῳ, ἀπὸ Ε῾ρέσ- ου τ῾οῦ Μάκαρ῾ος. [34] Ε῾ξ ἧς Θεόφρασ῾ος Α῾ριστοτέλους γνώριμ῾ος, καὶ Δι᾽δοχ῾ος, ὁ C ἐπιφανέστατ῾ος, ὃς Τύρταμ῾ον ἐλέγετο, καὶ Δι᾽ὰ τὸ τ῾ὴν φράσεως ϑεσπέσιον, Θεόφρασ῾ος ἐκλήθη. Τὸ ἐθνικὸν Ε῾ρέσι῾ος, ὡς Ε῾φέσι῾ος· ϑ᾽ Ε῾ρεσία, ϑ᾽ Ε῾ρεσιάς.

Ε῾ΡΕΤΡΙ῾Α [35], πόλις Εὐβοίας· Ὅμηρος, D

Χαλκίδ᾽ Ε῾ρέτριάν τε. ——

[36] Ε῾καλεῖτο ᾗ Μελανηΐς, ἀπὸ Μελανέως τ῾οῦ Εὐρύτου πατρός. Οὕτω δ᾽ ἐκλήθη ἀπὸ Ε῾ρετριέως, τ῾οῦ Φαέθοντ῾ος υἱ῾οῦ. Τ῾ῦπον δ᾽ εἶναι ἕνα τ῾ῶν Τι-

ERE BIDÆ, pars Lotophagorum, Philistus lib. octavo.

EREMBI, populi Arabum, Homerus:

— *Et Sidonios, & Erembos.*

Hos verò vocat Troglodytas ἀπὸ τ῾οῦ &c. i.e. *quod sub terram ingrediantur.* Dicuntur etiam Erembæi, fœm. Erembis.

ERESUS, urbs in Lesbo, ab Ereso Macaris filio, ex qua erat Theophrastus Aristotelis familiaris, & successor, celeberrimus, qui *Tyrtamus* dicebatur, & propter locutionis divinitatem *Theophrastus* vocatus fuit. Gentile, Eresius, ut Ephesius & Eresia, & Eresieus.

ERETRIA, urbs Eubœæ, Hom.

Chalcida, Eretriamque —

Vocabatur verò Melaneïs, à Melaneo Eurytî patre. Sic verò vocata fuit ab Eretrieo Phaethontis filio, hunc verò esse unum ex Titanibus. Est

29 Ε῾ρεσίδαι, μέρ῾ος Λωτοφάγων.] Erebidæ, pars Lotophagorum. Memorantur Ptolemæo lib. 4. c. 3. apud quem legitur ΕΡΕΒΕΙΔΑΙ.

30 Ε῾ρεμβοί, ἔθν῾ος Α῾ράβων.] Erembi, gens Arabum ex Homero; cujus affert hemistichium, quod apud Homerum legitur Odyss. 4. v. 84. integri versus sunt:

Αἰθιοπάς τ᾽ ἰκόμην, ϑ᾽ Σιδονίους, ϑ᾽ Ε῾ρεμβούς,
Καὶ Λιβύην, ἵνα τ᾽ ἄρνες ἄφαρ κεροὶ πελέονται.
Æthiopesque adii, & Sidonios, & Erembos,
Et Lybiam, ubi agni protinus cornuti sunt.

De Erembis verò sic loquitur Strabo lib. 1. Περὶ δ᾽ τ῾ῶν Ε῾ρεμβῶν πολλὰ μὲν εἰρῆσϑαι· πιθανότατοι δ᾽ εἰσὶν οἱ νομίζοντες τὰς Α῾ραβας λέγεσϑαι. Ζήνων δ᾽ ὁ ἡμέτερ῾ος ϑ᾽ γράφει ὕστερ῾ον·

Αἰθιοπάς τ᾽ ἰκόμην, ϑ᾽ Σιδονίους Α῾ραβάς τε.

Τὰ μὲν οὖν γραφῇ ἐκ ἀνάγκη κινεῖν παλαιὰν ὄντα, &c. i.e. *De Erembis verò multa sunt dicta; verosimillima autem videntur dicere, qui Arabes significari existimant; Zeno verò noster sic scribit Homericum versum:*

Æthiopesque adii, & Sidonios, Arabesque.

Sed scripturam mutare, cum sit vetusta, non est necessitas, &c.

31 Τέτ῾ας δέ φησι τὰς Τρωγλοδύτας, &c.] Noster auctor Erembos Homeri intelligit esse Troglodytas, proper etymologiam quam ipse somniat. *Erembos* enim dictos fuisse innuit ἀπὸ τ῾οῦ εἰς τὴν ἔραν βαίνειν. i.e. *quod sub terram ingrediantur*, idem ferè significante *Troglodytarum* nomine; sic etiam vocantur ab Eustathio ad Dionysii v. 180.

32 Λέγονται ϑ᾽ Ε῾ρεμβαῖοι.] Erembi, Arabes, seu *Troglodytæ* dicuntur etiam *Erembæi*. Sic etiam vocantur ab Etymologo pro quibus alios intelligere Troglodytas, alios verò Indos inquit. Sed non est facile dictu, quinam populi intelligantur ab Homero, cum eorum apud alios nulla fiat mentio, nisi aqua derivata ab Homerico fonte.

33 Ε῾ρεσ῾ος, πόλις ἐν Λέσβῳ.] Eresus, urbs in Lesbo insula. Memoratur inter alios Straboni lib. 13. Εἶτ᾽ Ε῾ρεσὸς ἐστι μϛ τὴν Πύῤῥαν· ἱδρυται δ᾽ ἐπὶ λόφῳ, καθήκει τε ἐπὶ ϑάλατταν. i.e. *Deinde est Eresus post Pyrrham, in colle sita, pertingitque ad mare.* Ejus agri fuere celeberrimi frumento, adeò ut ejus pollinem Mercurius ad Deos, si quando pane vesci volebant, vehere fingeretur, quod Archestratus poëta graphice expressit versibus quibusdam, quos Latine reddidit Hadrianus Junior Animadvers. lib. 5. c. 4. hoc modo:

Ubere agri dives Eresus circumflua ponto
Fert nive candidius frumentum, atque inde farinam
Si quando est usus Superis Cyllenius emptat.

In oppido Ereso colebatur Mesopontius Neptunus auctore nostro auctore in Μεσοπόντῳ.

34 Ἐξ ἧς Θεόφρασ῾ος Α῾ριστοτέλους γνώριμ῾ος, &c.] Hæc sunt desumpta ex Strabonis lib. 13. Sic enim inibi loquitur de Theophrasto & Phania Aristotelis discipulis: Ἐξ Ε῾ρέσου δ᾽ ἦσαν Θεόφρασ῾ός τε, ϑ᾽ Φανίας, οἱ σὺν τ῾οῖς ἄλλοις πάντων φιλόσοφοι, Α῾ριστοτέλους γνώριμοι. Τύρταμ῾ον δ᾽ ἐκάλεῖτο πρότερον ὁ Θεόφρασ῾ος, μεταϑέμενος δ᾽ αὐτὸν ὁ Α῾ριστοτέλης Θεόφρασ῾ον, &c. i.e. *Ex Eresso verò erant Theophrastusque, & Phanias philosophi peripatetici, Aristotelis auditores: Tyrtamus verò vocabatur prius* Theophrastus; *sed Aristoteles eum mutato priore nomine vocavit* Theophrastum: *simul quidem fugiens prioris nominis cacophoniam, simul verò ejus dictionis præstantiam significans: omnes enim discipulos facundos fecit Aristoteles, facundissimum verò Theophrastum.*

35 Ε῾ρέλεια, πόλις Εὐβοίας.] Eretria, urbs Eubœæ ex Homero, cujus affert hemistichium. Ejus integri versus leguntur Il. 2. v. 536. hoc modo:

Οἱ δ᾽ Εὔβοιαν ἔχον μάρεα πνείοντες Α῾βαντες,
Χαλκίδα τ᾽ Εἰρέτριάν τε, πολυστάφυλόν τ᾽ Ἱστίαιαν.
Qui autem Eubœam habitabant robora spirantes Abantes,
Chalcidamque, Eretriamque, abundantemque uvis Histiæam.

Fuit Eretria Euboicarum urbium, dempta Chalcide, maxima, ante bellum Trojanum ab Athenienſibus condita, auctore Strabone lib. 10. Μετὰ δὲ τὴν Γέσσαν Ε῾ρέτρια πόλις ἐστὶν ἡ Εὐβοίας μϛ Χαλκίδα· ἔπειτ᾽ ἡ Χαλκὶς μικρόπολις τ῾ὸ νῦν πρόπον τινὰ, ἐπ᾽ αὐτῇ τῇ Εὐρίπῳ ἱδρυμένη· ἀμφότεραι δὲ πρὸ τ῾ῶν Τρωϊκῶν ὑπ᾽ Α῾βαντίων ᾠκίσϑησαν. i.e. *Post Geræstum vero Eretria urbs maxima Eubœæ post Chalcidem: deinde Chalcis metropolis insulæ quodam modo, supra ipsum Euripum sita: ambæ ante bellum Trojanum conditæ ab Athenienſibus dicuntur.*

36 Ε῾καλεῖτο ᾗ Μελανηΐς.] Eretria, urbs Eubœæ prius vocata fuit *Melaneïs* & *Arotria* cujus pagus erat *Amarynthus*; eam Persæ deleverunt; utrumque testatur Strabo lib. 10. Μελανηΐς δ᾽ ἐκαλεῖτο πρότερον ἡ Ε῾ρέτρια, ϑ᾽ Ἀροτρία. Ταύτης δ᾽ ἐστὶ κώμη ἡ Ἀμάρυνθος, ἀφ᾽ ἑπτὰ σταδίων ϛ τείχους. Τὰ μὲν οὖν ἀρχαῖα πόλιν καλέσαντα Πέρσαι, σαγηνεύσαντες ὡς φησι Ἡρόδοτος τὰς ἀνθρώπους τῶν πολιτῶν, ἀφεῖχυθίσαν τ῾ὰ βαρβάρων τοῦ τείχους· ϑ᾽ δεικνύουσιν ἔτι τὰς ϑεμελίους· καλοῦσι δ᾽ παλαιὰν Ε῾ρέτριαν· ἣ δ᾽ νῦν ἐπῴκισται. i.e. *Melaneis verò vocabatur prius* Eretria, *& Arotria: hujus verò est pagus* Amarynthus *septem stadiis à mœnibus: antiquam quidem urbem deleverunt Persæ, cum tamquam sagena, multitudine circumvenissent, ut inquit Herodotus, oppidanos, circumfusis barbaris circa muros; & ostendunt adhuc fundamenta, vocant verò* antiquam Eretriam: *quæ nunc autem denuo condita est.* Herodotus lib. 7. c. 102. tradit Persas Eretria per proditionem potitos fuisse.

37 Ἔτι

τ̃ Τιρ̃ανων. 37 Ἔ̓στι κ̀ Θεσσαλίας. Ὁ̓ πολίτης, Ἐ̓ρεμεύς, κ̀ κλίνεται Ἐ̓ρεμέως, κ̀ Ἐ̓ρετριῶς, ὡς Τιριῶς. Καὶ Ἐ̓ρεμὶς ϑηλυκῶς, κ̀ Ἐ̓ρέτριος, κ̀ Ἐ̓ρεμικὸς.

Est & Thessaliæ. Civis, Eretrieus, & declinatur Eretrieως, & Eretriῶς, ut Tiriῶs. Et Eretris fœm. gen. & Eretrius, & Eretriacus.

Ἐ̓ΡΕΤἈΤΙΣ, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Ἐ̓ρεύατης κ̀ Ἐ̓λευθερέας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐ̓ρεύατις.

EREUATIS, urbs Lyciæ ab Ereuate, & Eleuthera. Gentile, Ereuates.

Ἔ̓ΡΗΜΟΣ 38, κ̀ νῆσός ἐστιν ἐρήμη. Ἐ̓ρήμη δ̓ ἔστι κ̀ μεμονωμένη· ἀφ̓ ἧς Ἐ̓ρημαῖος, κ̀ Ἐ̓ρημαία.

EREMUS, & insula est deserta. Ereme verò est terra solitaria & deserta, à qua Eremæus, & Eremæa.

Ἔ̓ΡΘΑ, πόλις Παρθίας ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐ̓ρθαῖος.

ERTHA, urbs Parthiæ, juxta Euphratem. Gentile, Erthenus.

Ἐ̓ΡΙΚΕΙΑ, δημος Ἀθηνήσιν Αἰγηίδος φυλῆς. Ὁ̓ δημότης, Ἐ̓ρικεύς. Τὰ τοπικὰ, Ἐ̓ρικειάθεν, Ἐ̓ρικείανδε, Ἐ̓ρικειᾶσιν.

ERICIA, populus Athenis Ægeidis tribus. Popularis, Ericieus. Localia, ex-ericia, in-ericiam, in-ericia.

Ἐ̓ΡΙΚΟΥ̃ΣΣΑ 39, μία τ̃ Αἰόλης νήσων, ἀπὸ φυτ̃ καλουμένη, ὡς τὸ Φοινικοῦσα. Τὸ ἐθνικὸν, Λιπαραῖοι ἐξ Ἐ̓ρικούσης. Καὶ πάλιν, Λιπαραῖοι ἐκ Φοινικούσης. Πάντες γὰρ οἱ οἰκοῦντες Αἰόλης νήσους, ἐκαλοῦντο κοινῶς μὲν Λιπαραῖοι, ἰδικῶς δ̀ ἐξ ἑκάστης τοπικῶς, ὡς κ̀ ἐν ἑτέροις δείξομεν τοῦτο φυλαττόμενον.

ERICUSSA, una ex Æoli insulis, à planta vocata, ut Phœnicussa. Gentile, Liparæi ex Ericussa. Et iterum, Liparæi ex Phœnicussa. Omnes enim, qui incolebant Æoli insulas, vocabantur communiter quidem *Liparæi*, peculiariter verò ex unaquaque localiter, ut & in aliis ostendemus hoc observatum.

Ἔ̓ΡΙΜΟΝ, πόλις Οἰνώτρων ἐν μεσογείῳ, ὡς Ἑκαταῖος.

ERIMON, urbs Oenotrorum in mediterraneis, ut Hecatæ.

Ἐ̓ΡΙΝΕὈΣ 40, πόλις Δωριέων ὑπὸ τ̃ Παρνασσόν. Λέγεται κ̀ Ἐ̓ρίνειος. 41 Ἔ̓στι κ̀ Ἰταλίας ἄλλη 42, κ̀ Ἀχαΐας· ὁ πολίτης, Ἐ̓ρινεάτης, κ̀ Ἐ̓ρινεύς.

ERINEUS, urbs Dorienſium sub Parnaso. Dicitur etiam *Erinius*. Est & Italiæ alia, & Achaiæ. Civis, Erineates, & Erineeus.

Ἐ̓ΡΙΝΙἈΤΗΣ 43, κώμη Μεγαρίδος. Παυσανίας. Ὁ̓ οἰκήτωρ Ἐ̓ρινιάτης, διὰ τὸ προκαταληφός.

ERINIATES, vicus Megaridis, ut Pausanias. Incola, Eriniates per anticipationem.

Ἐ̓ρ-

ER-

37 Ἔ̓στι κ̀ Θεσσαλίας.] Memoratur Eretria Thessaliæ; cujus circa Pharsalum meminit Strabo lib. 10. sed de ea nihil notabile refert.

38 Ἔ̓ρημος, κ̀ νῆσός ἐστιν ἐρήμη.] Hæc sic videntur esse legenda: Ἔ̓ρημος, πόλις τ̃ Κιλικίας, &c. Eremus, urbs Ciliciæ, &c. Ad quod me movet Scylax; hic enim in Κιλικίᾳ inquit: Σαρπηδὼν πόλις, Ἔ̓ρημος, κ̀ ποταμὸς, Σόλοι πόλις Ἑλληνίς. i. e. *Sarpedo urbs, Eremus, & fluvius, Soli urbs Hellenis* h. e. *Græca*. At insulæ Eremes nulla apud alios, quod meminerim, fit mentio.

39 Ἐ̓ρικοῦσα, μία τ̃ Αἰόλης νήσων, &c.] Ericussa una ex Æoli insulis; erant verò septem: *Lipara, Thermissa, Strongyle, Didyme, Ericussa, Euonymos, Phœnicussa*. Æolus in ea, quæ *Strongyle* dicebatur, habitasse fertur; Ericussa, & Phœnicussa ab stirpibus, *erica*, & *palma*, quæ Græcis dicitur *phœnix*, nomen habent. Omnium incolæ, *Liparæi* dicebantur addito insulæ nomine: nempe Liparæi ex Ericusa, & sic de reliquis: Latinis hujusmodi gentilitia in *æos* desinunt in ensis; *Liparenses* itaque dicebantur, qui olim insignes fuere piratæ, ut apparet ex Livii lib. 5. c. 28. *Crateramque auream donum Apollinis Delphos legati qui ferrent, L. Valerius, L. Sergius, A. Manlius missi longa una nave, haud procul freto Siculo à piratis Liparensium excepti devehuntur Liparas. Mos erat civitatis, veluti publico latrocinio partam prædam dividere. Forte eo anno in summo magistratu erat Timasitheus quidam Romanis vir similior, quam suis; qui legatorum nomen, donumque & deum cui mittebatur, & doni causam veritus ipse, multitudinem quoque quæ semper fermè regenti est similis, religionis justæ implevit: adductosque in publicum hospitium legatos, cum præsidio etiam navium Delphos prosecutus, Romam inde sospites restituit.*

40 Ἐ̓ρινεὺς, πόλις Δωριέων ὑπὸ τ̃ Παρνασσόν.] Erineus, urbs Dorienſium sub Parnaso. Memoratur Thucydidi lib. 1. Καὶ Φωκέων στρατεύσαντων ἐς Δωριᾶς, τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν, Βοιὸν, κ̀ Κυτίνιον, κ̀ Ἐ̓ρινεὸν, κ̀ ἑλόντων ἐν τ̃ πολιζομένων τούτων, &c. i. e. *Cum autem Phocenses expeditionem suscepissent contra Dorienses, Lacedæmoniorum metropolin, Bœum, Cytinum, & Erineum, cumque unum horum oppidorum cepissent, Lacedæmonii, &c.* Ad quem locum Æm. Portus inquit: Βοιὸν, κ̀ Κυτίνιον, κ̀ Ἐ̓ρινεὸν] αὗται αἱ τρεῖς πόλεις περὶ τ̃ Παρνασσόν εἰσι. i. e. *Bœum, & Cytinium, & Erineum] hæ tres urbes circa Parnassum sunt.* Eadem oppida celebrantur à Ptolemæo in Doride regione Achaiæ lib. 3. c. 15. Ἐ̓ρινεὺς, Κυτίνιον, Βοιῶν, ἢ Βίον, pro quibus substitue Ἐ̓ρινεὺς, Κυτίνιον, Βοιὸν. i. e. *Erineos, Cytinium, Bœum.* Sic enim scribuntur apud Thucyd. lib. 1. apud Strabonem lib. 9.

41 Ἔ̓στι κ̀ Ἰταλίας ἄλλη.] Erineus Italiæ à nemine, quod sciam, memoratur; at Thessaliæ Erineum, celebrat Strab. lib. 9. itaque si tibi placet, pro Ἔ̓στι κ̀ Ἰταλίας ἄλλη lege, Ἔ̓στι κ̀ Θεσσαλίας ἄλλη; per incuriam enim similes errores inveniuntur apud nostrum, quos suo loco admonemus.

42 Καὶ Ἀχαΐας.] Erineus Achaiæ, est ipsissima urbs Doridis nota 37. celebrata. Regio enim Doris erat in Achaia, ut apparet ex Ptolemæi lib. 3. c. 15.

43 Ἐ̓ρινιάτης, κώμη Μεγαρίδος.] Eriniates, pagus Megaridis, ex Pausania. Memoratur Pausaniæ lib. 1. cui Ἐ̓ρένεια dicitur, non Ἐ̓ρινιάτης, ut inquit noster: Καὶ τόδε ἄλλο ἤκουσα ἐν Ἐ̓ρενείᾳ τ̃ Μεγαρέων κώμῃ. i. e. *Et aliud audivi in pago Erenia Megarensium.*

44 Ἐ̓ρ-

Ε῾ΡΚΥ΄ΝΙΟΝ [44], ὄρ(ος) Ἰταλίας. Α῾φ᾽ Α ἧς Ε῾ρκυνὶς ἡ χώρα, καὶ Ε῾ρκυνίω(ν) τὸ κληνικόν· Ἀλέξανδρ(ος) Εὐρώπῃ.

ERCYNIUM, mons Italiæ, à quo Hercynis regio, & Hercynius possessivum, Alexander Europa.

Ε῾ΡΜΙΟΝ, καὶ Ε῾ρμιόνη [45], ἀπὸ τ῀ς Ε῾ρμιόνο(ς) γλικῆς, ὡς ἀπὸ τ῀ς Κάλυκος ἡ Καλύκη, καὶ τ῀ς Χίτωνο(ς) ἡ Χιτώνη, καὶ Ἡγεμόνο(ς) Ἡγεμόνη. [46] Ε῾καλεῖτο δὲ καὶ Λακέρεια. Ε῾ρμιον δέ, ἀπὸ τ῀ Διὸς καὶ τ῀ς Ἥρας ἐντεῦθεν ἀπὸ Κρήτης ἀφικομένους ὁρμισθῆναι. Καὶ τροπῇ τ῀ ι εἰς ε, ὅθεν καὶ ἱερὸν Ἥρας παρθένας ἦν ἐν αὐτῇ. [47] Τὸ ἐθνικὸν, Ε῾ρμιονεύς· καὶ Ε῾ρμιονὶς τὸ θηλυκόν.

HERMION, & Hermione ab Hermionis genitivo, ut à calycis genit. Calyce, & à chitonis, Chitone, & à genit. hegemonis, Hegemone. Vocabatur verò & *Lateria*, Hermion autem, ἀπὸ τ῀ς &c. i. e. *eo quod* Jupiter, & Juno ex Creta illuc pervenientes appulerint, & verso *i*, in *e*, unde & templum Junonis Virginis erat in eadem. Gentile, Hermioneus, & Hermionis fœmineum.

Ε῾ΡΜΟΣ, ὡς ἔρκο(ς), ἀδελφερὸς, δῆμο(ς) τ῀ Ἀκαμαντίδο(ς) φυλῆς· ὁ δημότης, Ε῾ρμιεύς. Τὸ εἰς τόπον, εἰς Ε῾ρμεῦς, ἢ Ε῾ρμοῦσε. Τὸ ἐν τόπῳ, ἐν Ε῾ρμεῖ.

HERMOS, ut ἔρκο(ς), i. e. *septum* neutro genere, populus Achamantidis tribus, popularis, Hermius; in locum, in hermorum, vel in Hermorum. In loco, ἐν Ε῾ρμεῖ. i. e. *in oppido Hermis.*

Ε῾ΡΜΟΤΥΜΒΙΕΙ῀Σ [48], μοῖρα τ῀ μαχίμων ἐν Αἰγύπτῳ, ὡς Ἀ῾ρισταγόρας ἐν Αἰγυπτιακῶν πρώτῃ. [49] Οἱ αὐτοὶ καὶ Λαβαρεῖς.

HERMOTYMBIEI, pars bellicosorum in Ægypto, ut Aristagoras Ægyptiacorum lib. primo, qui & *Labarei* dicuntur.

Ε῾ΡΜΟΥ῀ ΠΕΔΙΟΝ, τόπο(ς) θαλασσίου Κύμης. Ε῾φορο(ς) ὀκτωκαιδεκάτῃ. Ὁ τοπίτης, Ε῾ρμοπεδιεύς, καὶ Ε῾ρμοπεδιανός, καὶ ὅσα πεδία. ἐθνικά.

HERMIPEDION, locus juxta Cumas, Ephorus lib. 18. loci-habitator, Hermopidieus, & Hermopedianus, & quæcunque πεδία, i. e. *campi.* Gentilia alia sunt.

Ε῾ΡΜΟΥ῀ΠΟΛΙΣ [50], Αἰγύπτια πόλις. Ἡρωδιανὸς δύο εἶναι λέγει, καὶ μεγάλην καὶ μικράν. Καὶ γ᾽, κατ᾽ Αἴγυπτον. [51] Καὶ δ᾽, κατ᾽ Ῥυμῆν. [52] Καὶ ε᾽, ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ. Καὶ ς᾽, ἐν

HERMOPOLIS, Ægypti urbs. Herodianus duas esse inquit, & magnam, & parvam. Et tertia, juxta Ægyptum, & quarta juxta Rymuin, & quinta, juxta fluvium,

44 Ε῾ρκυνίων, ὄρ(ος) Ἰταλίας.] Hercynius mons Italiæ celebratur ex Alexandri Europa. Hunc Italiæ montem somniavit Alexander, ex quo nedum ridiculus mus nasci potest.

45 Ε῾ρμιον, καὶ Ε῾ρμιόνη.] Hermion, & Hermione, ubi locorum fuerint, divinandum nobis reliquit: fuisse verò in Argivorum regione apparet ex Strabonis lib. 8. à qua *sinus Hermionicus* nomen accepit, quem alii *pontum*, alii *transitum* dicunt: Εἶτ᾽ ὁ Σαρωνικὸς κόλπο(ς)· οἱ δὲ πόντον λέγουσιν, οἱ δὲ πόρον, καθ᾽ ὃ καὶ πέλαγο(ς) λέγεται Σαρωνικόν. Καλεῖται δὲ πᾶς ὁ συναπτὸν πόρο(ς) ἀπὸ τ῀ Ε῾ρμιονικῆς καὶ τ῀ ΩΕΛΑ τ῀ ἰσθμοῦ θαλάττης, τῷ τε Μυρτῴῳ πελάγει καὶ τῷ Κρητικῷ. i. e. *Deinde Saronicus sinus, quem alii* pontum, *alii* transitum *vocant, unde* pelagus *dicitur* Saronicum; *sic verò vocatur transitus ille, qui ab Hermionico & circa Isthmum mari contingit Myrtoum & Creticum pelagus.* Hermione verò memoratur poëtarum parenti Il. 2. v. 560.

Οἱ δ᾽ Ἄργο(ς) τ᾽ εἶχον, Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν,
Ε῾ρμιόνην τ᾽, Ἀσίνην τε βαθύν ——

Qui verò Argos tenebant, Tirynthaque muratam,
Hermionenque, Asinenque profundam ——

Scylaci in Ε῾ρμιῶν dicitur Ε῾ρμιῶν πόλις, καὶ λιμήν. i. e. *Hermio urbs*, & *portus.* Quare apud Stephanum pro Ε῾ρμιον fortasse legendum est Ε῾ρμιῶν Hermio.

46 Ε῾καλεῖτο δὲ καὶ Λακέρεια.] Hermionen dictum fuisse *Laceriam* inquit, at idem in Λακέρεια, duas hujus nominis fuisse urbes tradit, alteram Magnesiæ, alteram Italiæ, nulla facta Hermiones mentione.

47 Τὸ ἐθνικὸν, Ε῾ρμιονεύς.] Gentile urbis Hermiones dicebatur *Hermioneus*, & ore Latino *Hermionensis.* Memorantur Straboni lib. 8. Ε῾ρμιονεῦσι δὲ πεφύκασιν, ὅτι ὡς ἀδεᾶ καθίσασιν σωτήριον εἶναι· διόπερ οὐκ ἐπιθέασιν ἐντεῦθεν τοῖς νεκροῖς ναῦλον. i. e. *Apud Hermionenses dicitur brevis descensus ad inferos esse: quare ibi mortuis naulum non imponunt.* Ethnici enim defunctorum ori naulum imponebant, ut haberent, unde Charonti portorium solverent. Antiquitus etiam Christiani Eucharistiam in defunctorum ora ingerebant, quod deinde prohibitum fuit, ne gentilissimum olere videretur.

48 Ε῾ρμοτυμβιεῖς, μοῖρα τ῀ μαχίμων ἐν Αἰγύπτῳ.] Hermotymbiei, pars quædam bellicosorum in Ægypto, ex Aristagora. Hi apud Herodotum lib. 2. c. 164. vocantur Ε῾ρμοτύμβιες, *Hermotybies*, qui militiæ tantum operam navabant.

49 Οἱ αὐτοὶ καὶ Λαβαρεῖς.] Inquit genus illud hominum pugnatorum in Ægypto, qui *Hermotymbies* dicebantur, vocatos quoque fuisse Λαβαρεῖς *Labareos.* Herodotus libro capiteque nota proxima citato cum in septem hominum genera dividat Ægyptum à suo quæque artificio appellata, eos quibus arma curæ, *Calasiries* & *Hermotybies* vocat: Οἱ δὲ μάχιμοι αὐτέων καλέονται μὲν Καλασίριές τε καὶ Ε῾ρμοτύβιες. i. e. *Bellicosi verò seu pugnatores eorum vocantur quidem Calasiries, & Hermotybies.*

50 Ε῾ρμούπολις, Αἰγύπτια πόλις.] Hermupolis, seu Hermopolis, utroque enim modo potest dici, fuit urbs Ægypti, cujus nomen sonat *Mercurii civitatem*, à qua Hermopolites Nomos nomen habet; & Nomos & urbs memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. Plinio lib. 5. c. 9. Amm. Marcellino lib. 22. c. 40. cujus sunt verba: *Igitur Thebais multas inter urbes clariores aliis Hermopolin habet, & Coptum, & Antinoon, quam Hadrianus in honorem Antinoi ephebi condidit sui: Hecatompylos enim Thebas nemo non novit.* Hanc ajunt hodie *Beni suaif* dici, quam describit Joan. Leo lini adeo feracem, ut universæ Ægypto id suppediter, & inde Tunetum usque exportetur.

51 Καὶ δ᾽ κατ᾽ Ῥυμῆν.] Quartam hujus nominis urbem fuisse inquit juxta Rhymuin, aliquam Ægypti præfecturam, ut erat Thmuis, sed hujus meminere Ptolemæus, & Ammianus libris citatis, alterius nemo, quod ego sciam, fecit mentionem.

52 Καὶ ε᾽ ἐπὶ τ῀ ποταμοῦ.] Quintam ejusdem nominis urbem inquit fuisse juxta fluvium, Nilum intellige. Sed reliquarum hujus nominis urbium, quas memorat præter primam Ægypti, altum apud alios est silentium.

53 Ὁ πο-

ἐν Κῷ τῇ νήσῳ. Καὶ ζ', ἐν Ἀρκαδίᾳ. 53 Ὁ Ἁ vium, & sexta in Co insula, & septima in Arcadia. Civis Hermopolites.
πολίτης, Ἑρμοπολίτης.

ΕΡΜΩΝΑΣΣΑ 54, νῆσος μικρά, HERMONASSA, insula parva, urbem
55 πόλιν ἔχουσα ἐν τῷ Κιμμερίῳ Βοσπόρῳ, habens in Cimmerio bosphoro Ionum coloniam,
Ἰώνων ἄποικον, ὡς ὁ Περιηγητής. Ταύτην ὁ ut Periegetes; hanc Scymnus etiam *Hermonium*
Σκύμνος καὶ Ἑρμώνειαν καλεῖ· 56 Στρεβῶν Β vocat. Strabo lib. septimo *Hermonactis vicum*
ἑβδόμῃ Ἑρμώνακτος κώμην φησί. Μένιππος vocat, Menippus verò *regionem Trapezuntis*, in
δὲ χωρίον Τραπεζοῦντος, ἐν περίπλῳ τῶν δύο Periplo duorum Pontorum. Hecatæus verò, & Theopompus urbem eam dicunt, ab Hermonassa. Gentile, Hermonassæus, vel Hermonassius, ut Syracusius.
πόντων. Ἑκαταῖος δὲ, καὶ Θεόπομπος, πόλιν αὐτὴν φασιν, ἀπὸ Ἑρμωνάσσης. Τὸ ἐθνικὸν Ἑρμωνασσαῖος, ἢ Ἑρμωνάσιος, ὡς C
Συρακόσιος.

ΕΡΜΩΝΘΙΣ 57, πόλις Αἰγύπτου ὡς HERMONTHIS, urbs Ægypti, ut
Μώμεμφις, Μένουθις, Τερένουθις· ἀφ' ἧς Ζεὺς Momemphis, Menuthis, Terenuthis, à qua
Ἑρμωνθίτης, καὶ Ἀπόλλων· Στρεβῶν ἑκκαιδε- Jupiter Hermonthites, & Apollo, Strabo
κάτῳ. Ἀφ' ἧς καὶ νόμος Ἑρμωνθίτης. Ἔστι δὲ lib. 16 à qua, & Nomos Hermonthites; est
D verò & illic Isidis templum.
ἐκεῖ καὶ Ἴσιδος ἱερόν.

ΕΡΝΙΚΕΣ 58, ἔθνος Λατίνων· Διονύ- HERNICES, populi Latinorum, Dio-
σιος ὀγδόῳ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. nysius lib. octavo Romanæ Antiquitatis.

ΕΡΟΙΑΔΑΙ 59, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος EROEADÆ, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Erœades. Localia ex
φυλῆς. Ὁ δημότης, Ἐροιάδης. Τὰ τοπικὰ, E Erœa-

53 Ὁ πολίτης, Ἑρμοπολίτης.] Cives urbis Hermopolis dicebantur *Hermopolitæ*; qui Cynocephalum colebant, ut refert Strabo lib. 17. Plurimæ enim Ægypti civitates diversos habebant Deos, unde inter Ægyptios odium pluſquam Vatinianum. Hinc Juv. Sat. 15. v. 33.

Inter finitimos vetus, atque antiqua simultas
Immortale odium, & numquam sanabile vulnus
Ardet adhuc, Ombos & Tentyra: summus utrinque
Inde furor vulgo, quod Numina vicinorum
Odit uterque locus, cum solos credat habendos
Esse Deos, quos ipse colit.

54 Ἑρμώνασσα, νῆσος μικρά, &c.] Hermonassa, insula parva cum urbe in Cimmerio Bosporo, ex Periegete. Sic per antonomasiam vocatur Dionysius Alexandrinus, seu Afer, apud quem Hermonassa non videtur esse insula sed urbs, prope quam inquit fuisse insulam quamdam immensam. Sic enim ille v. 550.

Κιμμερικὸν δ' ἄρα τοι Διὸς Βόσπορον οὐδὲ νέεσθαι
Ἄλλη ἀπειρεσίη νῆσος πέλει, ἣν ῥά τε λίμνης
Ἐνδοθι δεξιτερὴ Μαιώτιδος ἐκπερόωσα
Ἧς ἐπὶ Φαναγόρης, καὶ δίκτατος Ἑρμώνασσα
Ἔνθα τε ναιετάουσιν Ἰωνίδος ἔκγονοι αἴης. h. e.
Cimmerium vero per Bosporum recta eunti
Alia immensa insula est, quæ paludem
Intra Mæotidem dextera firmata est
Quam supra Phænagoreque, & bene-constructa Hermonassa
Ubi habitant Ionica oriundi terra.

Ad quem locum Eust. ita: Ὅτι ἐντὸς τῆς Μαιώτιδος νῆσος ἀπειρεσίη ἐστὶ πελαγική, ἣν καλοῦσι Ταυρικήν. Εἰ δὲ Φαναγόρεια καὶ Ἑρμώνασσα Παιόνων ἄποικοι πόλεις, ὧν ἡγήσασθο Φαναγόρας τις καὶ Ἕρμων, ἀφ' ὧν οἱ τόποι καλεῖνται. i. e. *Quod intra Mæotidem insula immensa sita est, quam vocant* Tauricam; *in qua Phænagora & Hermonassa Pæonum coloniæ urbes, quibus præerant duces Phænagoras quidam & Hermon, à quibus oppida vocantur.* Apud Eust. pro Παιόνων lege Ἰώνων. Est enim μνημονικὸν ἁμάρτημα, ut claret ex eodem Periegeta, apud quem dicuntur Ἰωνιδος ἔκγονοι αἴης illic habitare, quin etiam noster *Hermonassam* vocat Ἰώνων ἄποικον.

55 Πόλιν ἔχουσα ἐν τῷ Κιμμερίῳ βοσπόρῳ.] Noster existimavit Hermonassam fuisse insulam cum urbe ejusdem nominis in Cimmerio bosporo; sed contrarium apparet ex Periegeta loco supra citato, & ex Strabone cui lib. 11. Phanagoria & Hermonassa *urbes* vocantur: Εἰσπλέουσι δὲ εἰς τὸν Κορακονδαμήτην, ἥ τε Φαναγόρεια ἐστὶ πόλις ἀξιόλογος, καὶ Κῆπος, καὶ Ἑρμώνασσα, καὶ τὸ Ἀπάτηρον τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν. ὧν ἡ Φαναγόρεια καὶ ὁ Κῆπος κεῖται λεχθεῖσαν νῆσον ἱδρυμένοις, εἰσπλέουσι μὲν ἀριστερᾷ, οἱ δὲ λοιπαὶ πόλεις ἐν δεξιᾷ. i. e. *Naviganti in Coracondametim Phanagoria est memorabilis urbs & Cepos & Hermonassa; & Apaturum Veneris fanum, quarum Phanagoria & Kepos sitæ sunt in dicta insula naviganti ad lævam; reliquæ verò urbes ad dextram.* Cimmerius verò bosporus in qua inquit fuisse Hermonassam, erat ostium Mæotidis paludis, teste Eustathio ad Periegetæ v. 552. Τὸ δὲ στόμα τῆς Μαιώτιδος, Κιμμερικὸς λέγεται βόσπορος, περὶ οὗ προεγράφη, ἔνθα τὸ τῆς πορθμοῦ στενόν, σταδίων κ'. i. e. *Ostium vero Mæotidis*, Cimmericus *dicitur* bosporus, *de quo ante scriptum est, ubi sunt transitus angustiæ stadii* 20.

56 Στρεβῶν ἑβδόμῃ Ἑρμώνακτος κώμην φησί.] Inquit Strabonem lib. 7. vocare Hermonassam, *vicum Hermonactis*; sed quem Strabo vocat *vicum Hermonactis*, nihil habet commune cum Hermonassa: hæc enim erat in ostio Cimmerici bosphori, ille verò in ostio fluvii Tyræ. Ejus sunt verba ex lib. 7. Ἐπὶ δὲ τῷ στόματι τοῦ Τύρα, πύργος ἐστὶν Νεοπτολέμου καλούμενος, καὶ κώμη Ἑρμώνακτος λεγομένη. i. e. *In ostio vero Tyræ turris est, quam* Neoptolemi turrim *vocant, & vicus qui Hermonactis dicitur.*

57 Ἑρμωνθις, πόλις Αἰγύπτου.] Hermonthis, urbs Ægypti ex Strabonis lib. 16. celebratur, sed est μνημονικὸν σφάλμα. Strabo enim hanc urbem & Hermonthitem Nomon memorat lib. 17. in qua Hermonthites quoque Apollo & Jupiter colebatur, apud quem Ἑρμωθις per *o* micron, ut & apud Ptolemæum lib. 4 c. 5. scribitur. Noster addit illic quoque fuisse Isidis templum.

58 Ἕρνικες, ἔθνος Λατίνων.] Hernices, gens Latinorum ex Dionysii Romanæ antiquitatis lib. 8. apud quem frequens eorum fit mentio. Servius ad Æneid. lib. 7. v. 684. auctor est Hernicos populos vocatos fuisse, quod saxosa loca incolerent. Sabinorum enim lingua saxa, *Hernæ* vocabantur. Quare poetarum ingeniosissimus & eruditissimus libro versuque citato canit:

——— *Et roscida rivis*
Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascit.

Horum metropolis fuit Anagnia, cujus inter alios meminit Strabo lib. 5. Poetæ dicitur *dives*, vel quod fertilis, vel quod Antonius, Augusti sorore contempta, postquam Cleopatram duxit in uxorem, monetam ejus nomine in eadem civitate jussit feriri, teste eodem Servio ad eumdem locum.

59 Ἑροιάδαι, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος.] Memoratur Harpocrationi, & Hesychio, sed nihil de hoc populo notabile referunt.

60 Ἑρ-

πικὰ, ἐξ Ἐροιάδων, εἰς Ἐροιάδων, ἐν Ἐροιάδων. A

Erœadarum, ad Erœadarum, in Erœadarum.

ΕΡΥΘΕΙΑ [60], νῆσος Γηρυόνε ἐν τῷ Ὠκεανῷ, ἀπὸ Ἐρυθείας τ Γηρυόνε καὶ Ἑρμοῦ, ὡς Παυσανίας. [61] Λέγεται ἢ καὶ Ἐρύθη κατὰ συναλοιφὴν, ὡς τὸ Ἀγάμμεια Ἀγάμμη, καὶ Ζέλεια Ζέλη, Μαντίνεια Μαντίνη. Ὁ νησιώτης Ἐρυθεὺς, ὡς Μαντινεύς· ἢ Ἐρυθείτης· ἢ καθ' ὑπερβιβασμὸν, ὁ κατοικῶν τὴν Ἐρύθειαν. [62] Ὡς Ὅμηρος. B

ERYTHIA, insula Geryoni in Oceano, ab Erythia filia Geryoni, & Mercurii, ut Pausanias. Dicitur etiam & Erythe per Synalœpham, ut Agammia Agamme, & Zelia Zele, Mantinea Mantine. Insularis, Erytheus, ut Mantineus, vel Erythites, vel per periphrasim, qui incolit Erythiam, ut Homerus:

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. C

Æthiopas, qui bifariam diviſi ſunt ultimi hominum.

ΕΡΥΘΙΝΟΙ [63], πόλις Παφλαγονίας· λέγεται ἢ ἀπὸ τὸ ἐρυθρόν. [64] Ἀπολλώνιος.

ERYTHINI, urbs Paphlagoniæ: dicitur verò ἀπὸ τὸ ἐρυθρόν. i. e. *a rubore*. Apollonius:

— Καὶ ὑψηλὰς Ἐρυθίνας. D

— *Et altos Erythinos.*

Τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον.

Gentile, ſimile.

ΕΡΥΘΡΑ [65], ἡ θάλασσα, ἀπὸ Ἐρύθρε τοῦ ἥρωος. Οὐρανίων δὲ ἐν Ἀραβικῶν δευτέρᾳ, ἀπὸ τ περικειμένων ὀρῶν, ἃ ἐρυθρὰ δεινῶς εἰσι, καὶ πορφύρεα. [66] Καὶ ἐπεὶ βάλλη E εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος τὴν αὐγὴν, καταπέμπει εἰς τὴν θάλασσαν σκιὰν ἐρυθρὰν. Καὶ ὅμβρων ἢ καταπλυθέντων τ ὀρέων, κάτω συρρυέντων εἰς θάλασσαν, ὥστε γίγνεσθαι ἡ θάλασσα τὴν χρόαν. Τὸ ἐθνικὸν Ἐρυθραῖος, καὶ Ἐρυθραία, καὶ F Ἐρυ-

ERYTHRA, i. e. *Rubrum mare* ab Erythra heroë. Uranius verò rerum Arabicarum lib. 2. Sic vocatum exiſtimat ab adjacentibus montibus, qui rubri valde ſunt, & porphyrei, ac quoniam Sol in eos ſplendorem jaculatur, ipſi mittunt in mare umbram rubram, ac imbre inundatis montibus deorſum confluentibus aquis in mare, ſic fit mare colore. Gentile, Erythræus, & Erythræa, & Erythræum. Eſt

Συρρυέντι, ὁμβρωσάσης, vid. Jan. Fabr. Epiſt. 9.

60 Ἐρύθεια, νῆσος Γηρυόνε ἐν τῷ Ὠκεανῷ.] Erythea, inſula Geryoni in Oceano, ſcilicet Gaditano, quæ poſtea *Aphrodiſias* vocata fuit, auctore noſtro auctore in Ἀφροδισιάς, quam inibi locat inter Iberiam & Gades, de qua videſis quæ eodem loco annotavimus.

61 Λέγεται ἢ καὶ Ἐρύθη κατὰ συναλοιφὴν.] Immerito culpat Salm. in Solin. fol. 283. noſtrum auctorem, quod dicat Erytheam dici per Synalœphen *Erythen*, de quibus videſis quæ in Ἀγάμμεια nota 73. annotavimus.

62 Ὡς Ὅμηρος.] Extra chorum ſaltare videtur epitomator noſter, cum affert verſum Homericum, qui legitur Odyſſ. 1. v. 23. ubi agit de Æthiopibus. Ideo ſuſpicor apud Stephanum aliqua verba deficere in quorum confirmationem afferebat verſum illum, ſcilicet, ut oſtenderet Æthiopes occidentales, quos Homerus memorat habitaſſe hanc inſulam, quæ abundabat bubus, quos Geryoni abſtulerat Hercules. Sic enim de ea loquitur Periegeta v. 558.

Ἦτοι μὲν ναίουσι βοηλόφον ἀμφ' Ἐρύθειαν
Ἄτλαντος θεὸν κεῦμα θεοδμῆτες Αἰθιοπῆες
Μακροβίων υἷες ἀμύμονες, οἱ ποτ' ἐκηβῆ
Γηρυόνι μετὰ πότμον ἀγελιόωρον. h. e.

Nempe habitant boum-nutricem circum Erytheam
Atlantis circa undam pietatem-in-deos-colentes Æthiopes
Macrobiorum filii inculpati, qui olim advenerunt
Geryonis poſt mortem ſuperbi.

Ad quem locum ita Euſt. Ὅτι Ἐρύθεια ἡ δὲ Γηρυόνε νῆσος πρὸς τὸ χεῦμά ἐστι δὲ Ἀτλαντικὸν, ἤτοι πρὸς τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος. i. e. *Quod Erythea Geryoni inſula eſt circa undam Atlantis, vel circa Atlanticum pelagus.* Marcianus etiam in ſua Periegeſi inquit, Æthiopes occidentales eam incoluiſſe, apud quem perperam Οἰκεῖα pro Ἐρύθεια legitur. Ejus verſus corrigit Salm. in Solin. fol. 284.

63 Ἐρυθινοὶ, πόλις Παφλαγονίας.] Erythini, urbs Paphlagoniæ. Strabo lib. 12. Erythinorum meminit, ſed duos ſcopulos fuiſſe inquit, ſic dictos à colore rubro: Ἐρυθίνας ἢ λεγομένας φασὶ νῦν Ἐρυθρίνας ἀπὸ τ χρόας· δύο δ' εἰσὶ σκόπελοι. i. e. *Erythinos verò dici ajunt quos nunc Erythrinos dicunt à colore; ſunt autem duo ſcopuli.* Memorantur etiam Ptolemæo lib. 5. c. 1. cui σκόπελοι νῆσοι dicuntur.

64 Ἀπολλώνιος.] Sub nomine Apollonii affert hemiſtichium illud, quod legitur apud Homerum Il. 2. v. 855. cujus integer verſus eſt:

Κρώμναν τ' Αἰγιαλόν τε, καὶ ὑψηλὰς Ἐρυθίνας.
Cromnamque Ægialumque, & ſublimes Erythinos.

Apollonius etiam Argonauticorum lib. 2. v. 943. memorat Erythinos, ſed eos αἰπεινὰς. i. e. *arduos* vocat. Libet ejus integros verſus duos apponere:

Σήσαμον, αἰπεινάς τε παρεξιόντ' Ἐρυθίνας
Κρωβιαλὸν, Κρώμναντα, καὶ ὑλήεντα Κύτωρον.
Seſamum, arduoſque præternavigarunt Erythenos
Crobialum, Cromnamque & ſilvoſum Cytorum.

65 Ἐρυθρὰ, ἡ θάλασσα, ἀπὸ Ἐρύθρε, &c.] Erythra, mare, ab Erythra heroë. Hæc eſt vera etymologia maris rubri, quod *Erythra* dicitur Græcis. Nam proletarii reipublicæ literariæ exiſtimant ſic vocarum fuiſſe, quòd ejus aquæ rubeant: noſtram & auctoris noſtri ſententiam fulcimus auctoritate Q. Curtii ex ejus lib. 8. c. 9. *Mare certe, quo alluitur ne colore quidem abhorret à ceteris; ab Erythra rege inditum eſt nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt.* Id ipſum aſſerit Agatharcides in excerptis ex lib. 3. & 4. quem Laurhodomannus Latii jure donavit. Ille Erythras à quo nomen accepiſſe dicunt, eſt Eſau, qui à rubedine *Edom* vocatus fuit, ut apparet è Sacris bibliis Geneſeos c. 25. v. 25. Nomina verò Ἐρυθρὰ ſunt *Erythras* Græce; *Edom* Hebraïce, *Ruber* Latine, *Vermejo* Hiſpanice, *Rouge* Gallice; unde apud Græcos ἐρυθρὰ θάλασσα, apud Latinos *rubrum mare*, apud Hiſpanos *mar Vermejo*, apud Gallos *mer rouge* dicitur; ſed in Sacra Scriptura ים סוף *jam Suph.* i. e. *mare junci* vocatur, quòd hujuſmodi virgultis abundaret; alluebat verò ארץ אדום *erets Edom*, i. e. *Idumæam.* Hoc in mari Selomoh rex claſſem illam conſtruxit, cujus fit mentio Regum lib. 1. juxta Hebræos c. 9. v. 26. Δι' ὅλε πασῶν diſtat à vero Joan. Barrius Luſitanus, qui Aſiæ Decade 2. lib. 1. c. 1. cauſam nominis arenæ rubræ tribuit, ceteras hujus rei etymologias, quas affert noſter flocci non facio.

66 Καὶ ἐπεὶ βάλλῃ, &c.] In his verbis pro καὶ ἐπεὶ lege καὶ ἐτεί.

67 Ἐρυ-

Ἐρυθραῖον, ᾗ ἔστιν ἄκρα ἐρυθρὰ τῆς Λιβύης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἑβδόμῃ γεωγραφουμένων. A

Est & promontorium Erythra Libyæ; ut Artemidorus lib. septimo Geographiæ.

ΕΡΥΘΡΑ βῶλος[67], πόλις Αἰγύπτου. Ἡρόδοτος δευτέρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυθροβωλίτης.

ERYTHRA bolus, i. e. *rubra gleba*, urbs Ægypti Herodotus lib. 2. Gentile, Erythrobolites.

ΕΡΥΘΡΑ[68], πόλις Ἰώνων· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἐκαλεῖτο ἡ Κνωπόπολις, ἀπὸ Κνώπου. Ἔστι καὶ Λιβύης ἄλλη, καὶ ἄλλη Λοκρίδος.[69] Ἔστι καὶ Βοιωτίας[70], καὶ Κύπρου ἄλλη, ἡ νῦν Πάφος. Ὁ πολίτης, Ἐρυθραῖος. Καὶ τοπικῶς, Ἐρυθραιεύς. Ἐχρημάτιζε δὲ καὶ Ναυκράτης Ἐρυθραῖος, ὁ Ὁμήρου ὑπομνηματίσας. B C

ERYTHRA, urbs Ionum, Hecatæus. Asia. Vocabatur verò *Cnopopolis* ab Cnopo. Est & alia Libyæ, & alia Locridis. Est & Bœotiæ, & Cypri alia, quæ nunc *Paphus*. Civis, Erythræus. Et localiter ex-Erythria. Fuit verò Naucrates Erythræus, qui in Homerum commentarios scripsit.

ΕΡΥΚΗ[71], Σικελικὴ πόλις. Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρᾳ.[72] Τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυκαῖος.

ERYCE, Siciliæ urbs, Philistus rerum Siculârum lib. 2. Gentile, Erycæus.

ΕΡΥΜΑΝΘΟΣ[73], ὄρος καὶ ποταμός. D

ERYMANTHUS, mons & fluvius.

[74] Ἢ κατὰ Τηύγετον πεπιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον.

Aut per Taygetum arduum, aut Erymanthum.

Ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι λέων οὐ γίνεται.[75] Ὅθεν Ὅμηρος περὶ τῆς Ἀρτέμιδός φησι, E

In his montibus Leo non gignitur, unde Homer. de Diana inquit:

Se oblectans apris, & velocibus cervis,

Τερπομένην καπροις, καὶ ὠκείης Ἐλάφοισι,

καὶ οὐ λέουσι.[76] Τὸ ἐθνικὸν Ἐρυμάνθιος.[77] Καὶ θηλυκὸν, Ἐρυμανθὶς, ὡς Βοιωτὸς Βοιωτίς. Ἔστι καὶ οὐδέτερον, Ἐρυμάνθιον.

& non leonibus. Gentile, Erymanthius, fœmin. Erymanthis, ut Bœotus, Bœotis. Est etiam neutrum, Erymanthium.

ΕΡΥΜΝΑΙ, πόλις Λυκίας· Ἀλέξανδρος F

ERYMNÆ, urbs Lyciæ, Alexander rerum

67 Ἐρυθρὰ βῶλος, πόλις Αἰγύπτου.] Erythra *bolos*, i.e. *Rubra gleba*, urbs Ægypti, ex Herodoti lib. 2. cui libro citato ab Stephano c. 3. dicitur Ἐρυθρὰ βῶλος modo Ionico, ubi narrat eam concremasse Pheronem Ægypti regem Sesostris filium, & alia ex putidis Ægyptiorum fabulis, quo vitio laborat Herodotus.

68 Ἐρυθρὰ, πόλις Ἰώνων.] Erythra, urbs Ionum. Plurativo numero usurpavit Strabo, qui de hac Ionum urbe lib. 13. sic loquitur: Καθ' μέσον δὲ πως τὸν παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν αἱ Ἐρυθραὶ, πόλις Ἰωνικὴ, λιμένα ἔχουσα, καὶ νησίδας προκειμένας τέτταρας Ἵππους καλουμένας. Περὶ δὲ ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς Ἐρυθρὰς, πρῶτον μὲν Γέρου πολίχνιον. i.e. *Juxta medium verò periplum Erythræ, urbs Ionica, portum habens & insulas ante eum sitas quatuor Equos.* i.e. *Equos nomine. Antequam verò Erythras veniatur, primum Geræ oppidulum.* Ptolemæus lib. 5. c. 2. in Icario pelago eam locat. Icarium verò pelagus erat prope Ioniam; ut patet ex eodem auctore.

69 Ἔστι καὶ Βοιωτίας.] Inquit etiam Erythram fuisse Bœotiæ urbem, cujus erat colonia Erythra Ioniæ, de qua nota præcedenti egimus, quod testatur Strabo in Bœotia seu lib. 9. Ἔνιοι δὲ τὰς Ἵππους, Υέλιν λέγεσθαί φασι, τὴν Παρασωπίαν ἅπαν κατὰ τὴν Κιθαιρῶνι, πλησίον Ἐρυθρῶν οὖσαν τῇ μεσογαίᾳ. i.e. *Nonnulli verò Hyllas*, Hyriam *dici ajunt*, *ad Parasopiam*, [id est, ad Asopum] *sitam sub Cithærone prope Erythras in mediterranea parte.* Ac paulò pòst: Τῶν δὲ Ἐρυθρῶν τούτων ἄπεισιν αἰ ἐν Ἰωνίᾳ Ἐρυθραί. i.e. *Harum verò Erythrarum coloniæ sunt Ioniæ Erythræ.*

70 Καὶ Κύπρου ἄλλη, ἡ νῦν Πάφος.] Videsis quæ in Πάφος annotamus.

71 Ἐρύκη, Σικελικὴ πόλις.] Eryce, Siciliæ urbs ex Philisto rer. Sicul. lib. 2. Duris apud nostrum in Ἀκράγαντες dixit nomen adeptam fuisse à fluvio cognomine; de ejus situ, ortu, & obitu non constat. Falsò queritur de natura sua genus humanum, quod mortale sit, quandoquidem urbes & regna moriuntur.

72 Τὸ ἐθνικὸν Ἐρυκαῖος.] Gentilia oppidorum in η, vel in αῖος vel in κὸς formantur, sic ab Ἐρύκη Ἐρυκαῖος vel Ἐρυκωσός.

73 Ἐρύμανθος, ὄρος καὶ ποταμός.] Erymanthus, mons & fluvius, scilicet Arcadiæ, teste Pausania lib. 5. Ἐκ δὲ τῶν Κλειτορίων Λάδων· ἐκ δὲ Ἐρυμάνθου τοῦ ὄρους ὁμώνυμος τοῦ ὄρους ἐστὶ μὲν ἐξ Ἀρκαδίας καλούμενος ἐς τὸν Ἀλφειόν. i.e. *E Clitoriorum regione Ladon; ex Erymantho verò monte cognominis monti fluvius: hi quidem ex Arcadia in Alpheum descendunt.* Ex eodem auctore lib. 8. constat Erymanthum fuisse quoque urbem ejusdem Arcadiæ, quæ postea *Phegia* dicta fuit à Phegeo rege, de qua nihil notabile refert; in monte pervulgatum est Herculem jussu Eurysthei aprum confeciss *Erymanthium* inde dictum, ad quod alludit Virgil. Æneid. lib. 6. v. 801.

Nec verò Alcides tantum telluris obivit
Fixerit æripedem cervam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora.

74 Ἢ κατὰ Τηύγετον, &c.] Est versiculus Hom. invenitur apud eum Odyss. 6. v. 103.

75 Ὅθεν Ὅμηρος περὶ τῆς Ἀρτέμιδός φησι.] Cum prius dixisset in montibus Taygeto & Erymantho non gigni leones, in suæ sententiæ confirmationem affert versum ex Odyss. 6. v. 104. ubi Homerus depingit Dianam venantem apros & cervos, ac ideo infert noster hoc in monte non gigni leones, ac si in aliquo Europæ monte gignerentur; leones in Asia & in Africa solum gigni reor, etsi alii aliter sentiant. Versus Homerici sic se habent:

Οἵη δ' Ἀρτεμις εἶσι κατ' οὔρεα ἰοχέαιρα,
Ἢ κατὰ Τηύγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον,
Τερπομένη καπροισι καὶ ὠκείης ἐλάφοισι.
Qualis autem Diana incedit per montes sagittis gaudens,
Aut per Taygetum longum, aut Erymanthum
Oblectans sese apris & velocibus cervis.

Obiter notandum ἔλαφος ut plerumque usurpari fœm. genere.

76 Τὸ ἐθνικὸν Ἐρυμάνθιος.] Gentile Erymanthius. Unde *aper Erymanthius* apud poetas celeberrimus, de quo nota 73. proximè præcedenti egimus.

77 Καὶ θηλυκὸν Ἐρυμανθὶς.] Et fœm. Erymanthis. Id de Arcadia usurpavit Ovidius Metamorphos. lib. 2.

Nexilibusque plagis sylvas Erymanthidis ambit.

δρος ἐν πρώτῃ Λυκιακῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυμναῖος. A

rum Lyciacarum lib. primo. Gentile, Erymnæus.

Ἔρυξ[78], πόλις Σικελίας δρσενικῶς. [79] Ἀπὸ Ἔρυκος τοῦ Ἀφροδίτης καὶ Βύτης. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυκῖνος. [80] Καὶ Ἐρυκίνη Ἀφροδίτη ἐν Ῥώμῃ καὶ Σικελίᾳ. B

ERYX, urbs Siciliæ, masculini generis, ab Eryce Veneris, & Bytæ filio. Gentile, Erycinus, & *Erycina Venus* Romæ & in Sicilia.

Ἐρύσθεια[81], πόλις Κύπρος, ἐν ᾗ Ἀπόλλων τιμᾶται Ὑλάτης. Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτῃ,

Οἵ τ' ἔχον Ὑλάοιο θεοῦ ἕδος Ἀπόλλωνος, C

Τέμβρον, Ἐρύσθειάν τε, καὶ εἰναλίην Ἀμαμαστόν.

ERYSTHIA, urbs Cypri, in qua Apollo Hylates colitur, Dionysius rerum Bassaricarum lib. 3.

Qui habebant Hylatæ Dei sedem Apollinis

Tembrum, Erysthiamque, & maritimam Amamassum.

Ἐρυσίκη[82], πόλις Ἀκαρνανίας, ἥτις ὕστερον Οἰνεάδαι ὠνομάσθη. Καί τινες καὶ τὴν χώραν τῶν Οἰνιαδῶν πᾶσαν Ἐρυσίκην ὠνόμασαν, ἀπὸ Ἐρυσίκης τῆς Ἀχελῴου θυγατρός. [83] Τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυσικαῖος, ὡς ἔστι πολὺς λόγος τοῖς ἀρχαίοις. Ὁ τεχνικὸς γὰρ καὶ Ἡρόδοτός φησιν, ὅτι σεσημείωται τὸ Ἐρυσιχαῖος προπαροξυνόμενον ἐν τοῖς ἐθνικοῖς. Μήποτε ἂν τὸ χαιὸν ἔγκειται, ὅ ἐστιν ἡ βακτηλικὴ ῥάβδος καὶ τὸ ἐρύσω μέλλοντα. Διχῶς ἂν ἔχοι, ὡς ἔστι δῆλον ἀπὸ Ἀλκμᾶνι ἐν ἀρχῇ τοῦ δευτέρου τῶν Παρθενίων ἀσμάτων· Φησὶ γάρ, Οὐκ εἶ σ' ἀνὴρ ἄγριος, ἁδὲ σκαιὸς, ἁδὲ παρὰ σοφοῖσιν, ἁδὲ Θεσσαλὸς, ἁδ' Ἐρυσιχαῖος. Εἰ γὰρ τὸ Θεσσαλὸς γένος συναπτέον, ἐθνικόν ἐστι, καὶ προπερισπάσθω· Ἡρωδιανὸς ἐν ταῖς καθόλου προσῳ- D E F

Ἐρυσίκη, πόλις Ἀκαρνανίας, &c.] Erysice, urbs Acarnaniæ, quæ postea *OEneadæ* vocata fuit; & nonnulli omnem OEniadarum regionem *Erysicen* vocavere, ab Erysice Acheloi filia. Gentile, Erysicæus, de quo frequens antiquis sermo. Technicus enim, & Herodotus inquit, quod notatum est Erysichæus cum accentu acuto in antepenultima inter gentilia. Fortasse igitur τὸ χαιὸν, quod est *pastoralis baculus* inest compositum cum futuro ἐρύσω, i. e. *traham*; duobus igitur modis erit, ut patet apud Alcmanem in principio secundi Virgineorum canticorum. Inquit enim: *Non es tu vir agrestis, nec siniſter, id est, stolidus, nedum apud sapientes, nec Thessalus, nec Erysichæus.* Si enim *Thessalus* genere conjungendum est, gentile est, & in penultima accentum circumflexum habeat, Herodianus in generali prosodia, & Ptolemæus dixit, quod si

78 Ἔρυξ, πόλις Σικελίας δρσενικῶς.] Eryx, urbs Siciliæ masculino genere celeberrima templo Erycinæ Veneris. Ejus situm sic describit Strabo lib. 6. Οἰκεῖται δὲ καὶ ὁ Ἔρυξ λόφος ὑψηλὸς, ἱερὸν ἔχων Ἀφροδίτης, τιμώμενον διαφερόντως, ἱεροδούλων γυναικῶν πλῆρες τὸ παλαιὸν, ἃς ἀνέθεσαν κατ' εὐχὴν οἵ τ' ἐκ Σικελίας καὶ ἐξωθεν πολλοί. Νυνὶ δ' ὥσπερ αὐτὴ ἡ κατοικία, λειπανδρεῖ καὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τῶν ἱερῶν σωμάτων ἐπιλέλοιπε τὸ πλῆθος. i. e. *Habitatur verò Eryx tumulus sublimis, fanum habens Veneris, præcipua cultum religione, hierodulis mulieribus plenum, quas juxta votum dedicabant tum Siculi, cum alii multi exteri: nunc ut oppidum ipsum virorum, & penuriâ laborat, ita & fanum, & sacrorum corporum defecit multitudo.*

79 Ἀπὸ Ἔρυκος δὲ Ἀφροδίτης καὶ Βύτης.] Amat auctor noster fabulas, ideò cum posset deducere nomen Erycis urbis à monte Eryce, id deducit ab Eryce filio Veneris & Bytæ. Nam Græci habent optimam officinam, ex qua facile producunt reges, duces, & viros à quorum nominibus nomina urbium pro libitu deducunt. Mons Eryx erat omnium qui in Sicilia, dempto Ætna maximus, teste Polybio lib. 1. Μεγέθει δὲ πολὺ διαφέρων τῶν καθ' Σικελίας ὀρῶν πλὴν τῆς Αἴτνης. i. e. *Magnitudine verò longe superat omnes Siciliæ montes præter Ætnam.* In hujus montis vertice erat planicies, in qua situm erat Veneris Erycinæ templum, quod sine controversia fuit illustrissimum omnium, quæ in Sicilia, & divitiis & reliquo cultu, cujus quoque meminit poëtarum eruditissimus Æneid. lib. 5. v. 659.

Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

Fuit adeo venerabile & donis opulentum, ut Senatus Romanus statione ducentorum militum id jusserit custodiri, ut refert Diod. Siculus lib. 4. sub calcem. Erant ibi plurimæ fœminæ *hieroduli*, i. e. *sacrorum-famulæ*, quæ Veneri merebant, ut & in Veneris templo apud Corinthios, quarum meminit inter alios Strabo. Meliore sanè consilio in Hispania & alibi Virgines consecrantur, quæ perpetuam virginitatem servant, quin unquam ex cœnobio egrediantur quarum sunt multa Cœnobia in Hispania ditissima, & veneratione & cultu religiosissima. Erycinæ Veneris templum Tiberius instaurare jussit. Pervulgatum enim erat id ab Ænea Veneri matri dicatum fuisse, à quo Romani originem trahere gloriabantur, auctore Tacito Ann. lib. 4. quod Claudio imperatori tribuit Suetonius in Claudio. In illis verbis Stephani pro Βύτης suspicor legendum esse Βούτης. Butes enim, non Bytes celebratur apud alios.

80 Καὶ Ἐρυκίνη Ἀφροδίτη ἐν Ῥώμῃ καὶ Σικελίᾳ.] De Erycina Siciliæ Venere & ejus templo nota præcedenti egimus: nunc inquit noster fuisse quoque Romæ *Erycinem Venerem*, quod ex Strabone videtur desumpsisse. Sic enim ille, postquam egit de templo Veneris Siciliæ Erycinæ, de Veneris Erycinæ templo Romæ loquitur lib. 6. Ἀφίδρυμα δ' ἐστὶ καὶ ἐν Ῥώμῃ τοῦ θεοῦ τούτου τοῦ πρὸ τῆς πύλης τῆς Κολλίνης, ἱερὸν Ἀφροδίτης Ἐρυκίνης λεγόμενον, ἔχον καὶ νεὼν καὶ στοὰν θαυμασίως ἀξιολόγως. i. e. *Ædificium verò est Romæ hujus Deæ ante portam Collinam*, sacrum Veneris Erycinæ *dictum*, *habens & templum & porticum circumjacentem insignem.*

81 Ἐρύσθεια, πόλις Κύπρου.] Erysthia, urbs Cypri, in qua colebatur Apollo Hylates, qui in urbe quoque Cypri Hyle colebatur, auctore nostro auctore in Ὕλη. Quare in illo primo versu, ex Dionysii Bassaricorum lib. 3. pro Ὑλάοιο legendum est Ὑλάτιο.

82 Ἐρυσίκη, πόλις Ἀκαρνανίας, &c.] Erysice, urbs Acarnaniæ, quæ postea *OEneadæ* vocata fuit; OEneadæ verò memorantur Pausaniæ lib. 1. Straboni lib. 10. apud quos de Erysice altum est silentium.

83 Τὸ ἐθνικὸν Ἐρυσικαῖος.] Agit de accentuatione hujus gentilitii Ἐρυσικαῖος, quod pro diverso accentu diversam, ut ipse explicat, habet significationem; hæc sectio videtur aliquantulum confusa, eam non audeo interpolare.

84 Σιωπᾶ-

ῳδίαις, καὶ Πτολεμαῖος ἔφη. Εἰ δὲ τὸ ὧδε ποιμὴν[84] σωάχειέ τις λέγων, ἢ Ἐρυσιχαῖος.[85] Τὸ δὲ ὧδε ποιμὴν, σεσήλιον ὡς σεσαροξωθήσεται, καὶ δηλοῖ τὸ βυκόλον, ἢ τὸ αἰπόλον, σὺς δὲ τὸ ποιμὴν ἁρμόδιον ἐπαχθήσεται. Ὁ πολίτης, Ἐρυσιχαῖος· Τὸ θηλυκὸν, Ἐρυσιχίς. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς χώρας.

A si τὸ ὧδε ποιμὴν. i. e. *nec pastor* aliquis conjunxerit dicens, *vel Eryſichæus*, τὸ ὧδε ποιμὴν. i. e. *nec pastor*, habebit accentum acutum in antepenultima, & ſignificaret *bubulcum*, vel *caprarium*, cum quo τὸ ποιμὴν. i. e. *pastor* per concordantiam conjungetur. Civis, Eryſichæus, B fœmineum, Eryſichis. Hoc idem de regione uſurpatur.

Ἐρεχθία[86], δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς, ἀπὸ Ἐρεχθέως ξενίσαντος Δήμητραν. Τετρασυλλάβως δὲ τὰς Ἐρεχθέας φασίν. Ὁ δημότης, Ἐρεχθιεύς. Καὶ Ἰσοκράτης Ἐρεχθιεὺς ἦν. Τὰ τοπικὰ, Ἐρεχθιάθεν, Ἐρεχθίαζε, καὶ Ἐρεχθιᾶσιν.

ERECHTHIA, populus Atticæ, Ægeïdis tribus, ab Erechtheo, qui hoſpitio Cererem excepit: quadriſyllabicè verò Erechtheas dicunt. Popularis, Erechtieus, & Iſocrates Erechthieus erat. Localia, ex-erechtia, ad-erechthiam, in-erechthia.

Ἰδήτες, ἔθνος Ἰβηρικόν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. D

IDETES, populi Iberici, Hecatæ. Europa.

Ἑσπερία[87], ἡ δύσις, καὶ τὸ δυτικὸν μέρος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἑσπέριος, καὶ Ἑσπερίωτης· καὶ Ἑσπερίτης ὁ δυτικὸς, παρὰ τὴν ἑσπέραν, τὴν δύσιν.

HESPERIA, occaſus, & occidentalis pars. Gentile, Heſperius, & Heſperiotes, & Heſperites, occidentalis, ab *heſpera*, i. e. *veſpera*, *occaſu*.

Ἑσπερὶς[88], πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Βερονίκη. Ὁ πολίτης, Ἑσπερίτης. Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν. E

HESPERIS, urbs Libyæ, quæ nunc *Beronice*. Civis, Heſperites, Callimachus in Epigrammatis.

Ἑστίαια[89], πόλις Εὐβοίας· Ὅμηρος,

— Πολυσταφύλου τε Ἑστίαιαν.

Ἀπὸ τῆς πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ Ἑστιαίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἑστιαιεύς. Λέγεται καὶ τρισυλλάβως. Ἔστι καὶ ἄλλη Ἀκαρνανίας.[90] Ὁ πολίτης, Ἑστιαιώτης, ἡ Θεσσαλικὴ μοῖρα, καὶ Ἑστιαιεύς. F

HESTIÆA, urbs Eubœæ, Homerus:

— *Uvis-abundantem Heſtiæam.*

Ab Heſtiæa, quæ circa Olympum. Gentile, Heſtiæeus. Dicitur & triſyllabicè. Eſt & alia, Acarnaniæ. Civis, Heſtiæotes, Theſſalica pars, & Heſtiæus.

Ἔταιρις, Μαλιὰς Φθιώτις, [91] ὡς Δικαιάρχεια, ἔστι δὲ πόλις Λακωνική· τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως. G

ETAEI, per diphthongum, ut Dicæarchia; eſt verò urbs Laconica. Gentile, eodem modo.

Ἑτεω-

ETEO-

84 Σωάχειε.] Lege σωάξειε.

85 Τὸ δὲ ὧδε ποιμὴν.] In his verbis videtur ſupplendum eſſe τὸ Ἐρυσιχαῖος. Quæ enim ſequuntur, id videntur innuere. Prædicari enim non poſſunt σὺς δὲ ποιμήν.

86 Ἐρεχθία, δῆμος τῆς Αἰγηίδος, &c.] Erechthia, populus Ægeidis tribus in Attica. Nomen accepit ab *Erechtheo*, qui Cererem hoſpitio excepiſſe ferebatur, nullam ob aliam rem memorandus, niſi quod fuerit patria Iſocratis celeberrimi Athenienſium oratoris.

87 Ἑσπερία, ἡ δύσις, καὶ τὸ δυτικὸν μέρος.] Heſperia, occaſus, & occidentalis pars. Dicitur etiam de Italia, & de Hiſpania præcipue apud poëtas, quas ſic diſcernunt, cum Heſperiam ſolum dicunt, tunc ſignificant Italiam, ut apud Virg. Æneid. lib. 3. v. 163.

Eſt locus, Heſperiam *Graii cognomine dicunt*:
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ.
OEnotrii coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.

Idem Æneid. 2. v. 781.

Ad terram Heſperiam venies: ubi Lydius arva
Inter opima virûm, leni fluit agmine Tybris.

Cum verò Hiſpaniam volunt ſignificare, addunt *ultimam* Horatius Carm. lib. 1. Ode 36.

Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima.

De Italia verò & Hiſpania ſuo loco agemus.

88 Ἑσπερὶς, πόλις Λιβύης, &c.] Vide quæ de hac urbe annotavimus in *Βερενίκη* nota 81.

89 Ἑστίαια, πόλις Εὐβοίας· Ὅμηρος.] Heſtiæa, vel Hiſtiæa, urbs Eubœæ ex Homero, apud quem Il. 2. v. 537. invenitur hemiſtichium illud, ſed apud eum Ἱστίαιαν ſcribitur per ι in principio, quod noſter in Ἱστίαια inquit eſſe ex ſcriptura Ionica: hæc eadem urbs vocata fuit Ὠρεός, ut tradit Strabo lib. 10. Δημοσθένης δ' αὐτὸ Φιλίππου καταστῆσαί φησι τύραννον, καὶ τῶν Ὠρειῶν τὴν Φιλιστείδην, ἐφ' ᾧ ὠνομάσθησαν ὕστερον οἱ Ἱστιαεῖς, καὶ ἡ πόλις αὐτὴ Ἱστιαία Ὠρεός. i. e. *Demoſthenes inquit Philiſtidem à Philippo etiam Oritis impoſitum fuiſſe tyrannum. Sic enim poſtea Hiſtiæenſes nuncupati fuerint, & urbs pro Hiſtiæa, Oreos.* Sed adhuc ætate Pauſaniæ nonnulli Oreum antiquo nomine vocabant *Heſtiæam*, ut ipſe refert lib. 7. de Hypereſia loquens: Ἐπεὶ κατ' ἐμὲ ἦσαν ἔτι οἱ Ὠρεῖται τὴν ἐν Εὐβοίᾳ τῇ ὀνομαζομένῃ Ἑστίαιαν ἐκάλουν τῷ ἀρχαίῳ. i. e. *Siquidem mea ætate erant adhuc, qui Oreum in Eubœa veteri nomine* Heſtiæam *vocabant.*

90 Ὁ πολίτης, Ἑστιαιώτης, ἡ Θεσσαλικὴ μοῖρα, καὶ Ἑστιαιεύς.] Hæc ſunt interpolata, ſic mihi videntur legenda, ὁ πολίτης Ἑστιαιεύς. Καὶ Ἑστιαιώτης τῆς Θεσσαλικῆς μοίρας. i. e. *Civis, Heſtiæeus. Et Heſtiæotes Theſſalicæ portionis.* Apud noſtrum enim in Ἱστίαια legitur καὶ Ἱστιώτης τῆς Θεσσαλικῆς. Theſſalia enim dividebatur in quatuor partes, quarum una Ἑστιαιῶτις dicebatur auctore Strabone lib. 9.

91 Ὡς Δικαιάρχεια.] Lege ὡς Δικαιεῖς. Sic enim dicebatur urbs Arcadiæ, auctore Pauſania lib. 3. cujus noſter meminit in Δίκαια, at Δικαιάρχεια nemo quod ſciam memorat.

Ε᾽ΤΕΩΝΟ᾽Σ [92], πόλις Εὐβοίας. Ὅμηρος, A
— πολύκνημόν τ᾽ Ε᾽πεωνόν.
ἀπὸ Ε᾽πεωνέως. [93] Καλεῖται ἡ νῦν Σκάρφη. Κεῖται δὲ ἐπὶ λόφου. Τὸ ἐθνικὸν, Ε᾽πεώνιος, ὡς Σικυώνιος· ἐκ τόπου, Ε᾽πεωνόθεν.

ETEONUS, urbs Eubœæ, Hom.
— *Multos-habentem-colles Eteonum.*
Ab Eteoneo; nunc verò *Scarphe* vocatur. Jacet verò in colle. Gentile, Eteonius, ut Sicyonius: ex loco, ex-Eteono.

B

ΕΥ᾽Α [94], πόλις Ἀρκαδίας· Θεόπομπος ἕκτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐαῖος.

EUA, urbs Arcadiæ, Theopompus lib. 6. Gentile, Euæus.

ΕΥ᾽ΑΙΜΩΝ, πόλις Ὀρχομενίων· Θεόπομπος ἕκτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐαιμόνιος.

EUÆMON, onis, urbs Orchomeniorum, Theopompus lib. 6. Gentile, Euæmonius.

ΕΥ᾽ΑΛΗΝΟΙ, ἔθνος, περὶ οὗ φησι C Γλαῦκος ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀραβίας.

EUALENI, populi, de quibus inquit Glaucus Arabiæ lib. 2.

ΕΥ᾽ΙΟΙ, ἔθνος Λιγυστικόν. Εἴρηται ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀρταξάνων.

EUII, populi Liguſtici, de quibus dictum eſt, cum egimus de Artaxanis.

ΕΥ᾽ΒΟΙΑ [95], νῆσος μία τῶν ἑπτὰ, περιμήκης, ἣν καὶ Μακρὶς, ἀπὸ Εὐβοίας. [96] Ἡρόδοτος. Ἔστι καὶ πόλις ἐν Ἄργει. Ἔστι καὶ πόλις ἐν Μακεδονίᾳ, εἰς ἣν οἱ ἀπὸ τῆς νήσου εἰς Ἰλλυριοὺς ἀπιόντες, Ἄβαντες ἐκλήθησαν. [97] Τὸ ἐθνικὸν τῆς νήσου, Εὐβοιώς· καὶ Εὐβοιεὺς τὸ ἡλικόν, καὶ Εὐβοΐς, χωρὶς τοῦ ι. Καί τοι ἀπὸ τῶν εἰς α παραγόμενα εἰς ος φυλάττει τὴν περαλήγουσαν· διὸ καὶ τὸ Ἀλεξάνδρεια ὑπερύπαρχει τοῦ Ἀλεξανδρεύς, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ Ἀλέξανδρος, ὡς Ταρσὸς Ταρσεύς. Ἔστι καὶ Εὐβοεικὸς ἡλικόν.

EUBOEA, inſula una ex ſeptem oblonga, quæ etiam *Macris* dicebatur, ab Eubœa, Herodotus; eſt & locus in Argis; eſt & urbs in Macedonia, in qua, ab inſula ad Illyrios abeuntes, *Abantes* vocati-ſunt. Gentile, inſulæ, Eubœeus, & Eubœis fœmineum, & Eubœus, ſine *i*. Etſi, quæ derivantur à finitis in *a* deſinentia in *eus* ſervant penultimam. Quam obrem Alexandria non eſt prius, quàm Alexandreus, ſed derivatur ab Alexander, ut à Tarſus Tarſeus. Eſt & Euboicus poſſeſſivum.

F

ΕΥ᾽ΓΕΙΑ, χωρίον Ἀρκαδίας· Θεόπομπος πεντηκοστῷ ἕκτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Εὐγείτης, ὡς Ζελείτης· καὶ Εὐγεώτης ὡς Μαρεώτης.

EUGIA, regio Arcadiæ, Theopompus lib. 56. Gentile, Eugites, ut Zelites, & Eugeotes, ut Mareotes.

ΕΥ᾽ΔΕΙΠ-

EUDIP-

92 Ε᾽πεωνὸς, πόλις Εὐβοίας· Ὅμηρος.] Eteonus, urbs Eubœæ ex Homero. Fallitur auctor noſter. Eteonus enim non erat urbs Eubœæ, ſed Bœotiæ, ut claret ex Catalogo navium apud Homerum Il. 2. v. 497. ubi legitur hemiſtichium illud ab auctore noſtro citatum; Homero autem hac in re tanta erat apud Græcos auctoritas, ut cum de jurisdictione urbium diſceptarent, Homericis verſibus ad quæſtionis ſolutionem tamquam lege uterentur, ut tradit Euſtathius ad eumdem locum.

93 Καλεῖται ἡ νῦν Σκάρφη.] Inquit Eteonum Bœotiæ urbem ſua ætate vocari *Scarphen*, quod ex Strabonis lib. 9. deſumpſit. Sic enim ille: Ὁ Ε᾽πεὼς ἡ Σκάρφη μεταπεμφθεὶς καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ Παρασωπίας. i. e. *Eteonus mutato-nomine-vocatus eſt* Scarphe; *& ipſa eſt Paraſopiæ regionis.*

94 Εὖα, πόλις Ἀρκαδίας.] Eua, urbs Arcadiæ ex Theopompi lib. 6. Pauſ. lib. 2. in Argia locat & vicum maximum omnium illius regionis, non urbem vocat: Ἀπὸ δὲ τοῦ πολυανδρίου ἰόντι, Ἀθήνη τέ ἐστιν ἐς ἣν Αἰγινῆται πόλιν ᾤκησαν, καὶ ἑτέρα κώμη Νηλὶς, τρίτη δὲ Εὖα μεγίστη τῶν κωμῶν. i. e. *A polyandrio verò, id eſt, à ſepulcretis euntibus, Athene eſt, in qua aliquando Æginetæ habitaverunt, & alter vicus Neris, tertius verò Eua, maximus omnium vicorum.*

95 Εὔβοια, νῆσος μία τῶν ἑπτὰ.] Ingenue fateor me neſcire quænam ſint hæ ſeptem inſulæ, è quibus unam eſſe Eubœam inquit noſter auctor; niſi ſint *Sardinia*, *Sicilia*, *Cyprus*, *Creta*, *Eubœa*, *Corſica*, *Lesbus*, quas hoc ordine memorat Strab. lib. 14. Fuit autem Eubœa inſula Ægæi maris inter Sunium Atticæ promontorium & Theſſaliam longitudine extenſa, atque Bœotiæ avulſa tam modico interfluente euripo, ut ponte jungeretur; nunc Europæis *Negro ponte* dicitur. Vocata fuit etiam *Macris* ἀπὸ τῆς μακρότητος. i. e. *à longitudine*, ideo μακρὰ. i. e. *oblonga* nuncupatur ab auctore noſtro; *Chalcodontis* & *Chalcis* etiam dicta fuit quod inibi χαλκὸς. i. e. *æs* inventum fuerit, *Aſopis* teſte Plinio lib. 4. c. 12. *Hellopia*, auctore Philochoro apud Strabonem lib. 7. necnon *Aonia*, referente Euſtathio ad Il. 2. v. 497. ab Aonibus, qui eam etiam incoluere. Fuere autem Aones, ut idem refert loco citato, gens Bœotia, *Bomo* quoque vocata fuit, ut eſt apud Heſychium, cujus etymologiam deducit Bochartus Geograph. Sacræ lib. 1. c. 13. ab Hebræo nomine בהמות *behemoth*. i. e. *beſtiæ, feræ, pecudes*, ſcilicet quod haberet multos boves, ſed hoc eſt Andabatarum more pugnare, etſi veroſimile eſt, id nominis huic inſulæ à Phœnicibus inditum fuiſſe. Fuit enim Phœnicum colonia, ut refert Euſt. loco ſupra citato; fuit celebris marmore Caryſtio, cujus meminit Plin. lib. 4. c. 12. necnon epitomator noſter in Κάρυστος; ejus præcipua urbs fuit Chalcis. Fretum illud, quod erat inter Eubœam & Bœotiam vocabant *euripum*, ac ſi diceres *rapidum mare*, quod alterno curſu ſepties die, ac ſepties nocte, fluctibus invicem verſis adeo immodice fluebat, ut inquit Mela lib. 2. c. 7. ut ventos etiam, ac plena ventis navigia fruſtraretur. In hunc Euripum ſeſe præcipitem dediſſe Ariſtotelem ajunt, cum ejus fluxus & refluxus cauſam percipere non poſſet; utrumque eſt poſſibile, ſed ego neutrum credo; de Eubœa verò videſis Strabonem lib. 10. in principio.

96 Ἡρόδοτος.] Herodotus fecit mentionem Eubœæ lib. 5. c. 31. Ἐνθαῦτεν ἡ ὁρμεωμένῳ, δυσπείθεϊ ἐπιθήσεαι Εὐβοίῃ νήσῳ μεγάλῃ τε καὶ ὀλβιωτάτῃ, ἐκ ἐλάσσονι Κύπρου, καὶ πόλεμόν δυσπαλέα χειρωσάμενος. i. e. *Hinc* [ex inſulis Cycladibus] *profectus, haud difficile invades Eubœam inſulam magnam & beatam, nec inferiorem Cypro, ac facilem valde captu.*

97 Τὸ ἐθνικὸν τῆς νήσου Εὐβοιεύς.] Gentile Eubœæ inſulæ dicebatur *Eubœenſis*, vel *Euboenſis* Græce Εὐβοιεύς, vel Εὐβοεύς. Homerus tamen cum Eubœam celebrat, ejus incolas numquam *Eubœenſes* nec *Euboenſes*, ſed *Abantes* nominat, ut annotat Strabo lib. 10. Cauſam hujus rei alibi diximus, quæ nobis veroſimillima videtur.

98 Εὐδεί-

ΕΥ'ΔΕΙΠΝΗ[98], νῆσος Λιβύης Φοινίκων· Ἑκαταῖος περιηγήσει Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐδειπναῖος, ὡς Λερναῖος.

EUDIPNE, insula Libyæ Phœnicum, Hecatæ. in descriptione Libyæ. Gentile, Eudipnæus, ut Lernæus.

ΕΥ'ΕΛΓΕΙΑ, πόλις· Ἑκαταῖος περιηγήσει. Ὁ πολίτης, Εὐελγεύς.

EUELGIA, urbs, Hecatæ. in descriptione. Civis, Euelgeeus.

ΕΥ'ΕΡΓΕΤΑΙ[99], Σκυθικὸν ἔθνος. Στράβων. Οἱ δὲ Ἀργοναυτῶν ἐλέγετο.[1] Ἐκεῖ γὰρ τὰς Ἀργὰς χειμῶνος πνεύσαντος διασωθῆναι, καὶ ὕστερον κληθῆναι.

EUERGETÆ, populi Scythici, Strabo, qui & *Arimaspæ* dicebantur. Illic enim Argonautæ tempestate delati incolumes evasere, ac propterea sic vocati fuere.

ΕΥ'ΕΣΠΕΡΙΔΕΣ[2], πόλις Λιβύης, καὶ ἐνικῶς λεγομένη. [3] Λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ δ μυείᾳ Ἑσπερίς. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐεσπερίτης.

EUESPERIDES, urbs Libyæ, & singulari numero dicta. Dicitur & sine *eu* particula Hesperis. Gentile, Eueſperites.

ΕΥ'ΘΗΝΑΙ[4], πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν καθ' ἡμᾶς, Εὐθηναῖος. Κατ' ἐκείνους δὲ, Εὐθηνεύς. [5] Πολέμων δὲ καὶ Εὐθηνίτας φησίν.

EUTHENÆ, urbs Cariæ. Gentile, secundum nos, Euthenæus, secundum illos verò, Eutheneus. Polemo autem & Euthenitas inquit.

ΕΥ'ΙΠΠΗ[6], δῆμος Καρίας. Οἱ οἰκήτωρ, Εὐιππεύς.

EUIPPE, populus Cariæ. Incola, Euippeus.

ΕΥ'ΚΑΡΠΙΑ[7], δῆμος τῆς μικρᾶς Φρυγίας. Ἱστορεῖ Μιτροφάνης, τὴν βότρυν ἐκεῖ τοσοῦτον γίνεσθαι τὸ μέγεθος, ὥστε ἅμαξαν ἀπ' αὐτοῦ σχισθῆναι καὶ μέσον. Καὶ ὕστερον κληθῆναι διὰ τὸ εὔφορον. Περὶ αὐτῆς γὰρ οἱ βάρβαροι ἔλεγον, ὅτι Δήμητρα καὶ Διονύσῳ Ζεὺς τὴν χώραν τὴν τῆς εὐκάρπου δοίη. [8] Ἔστι καὶ Εὐκαρπία, φρούριον Σικελίας, ἐν τοῖς λεγομένοις Τιμαίοις· καὶ γλυφὰς Λαΐδα ἐν τούτῳ, τὴν ὅτι καλλί

EUCARPIA, populus minoris Phrygiæ. Mitrophanes refert racemos illic tanta magnitudine nasci, ut currus ab ipsis præ onere medius scindatur; & sic vocata fuit propter fertilitatem. De ea enim barbari dicebant, quod Cereri, & Libero Jupiter regionem feracem dedisset. Est & Eucarpia castellum Siciliæ, in locis, qui *Timæi* dicuntur atque *Laidem* in hoc natam fuisse pulchritudine celebrem meretricem,

98 Εὐδείπνη, νῆσος Λιβύης Φοινίκων.] Videsis quæ in Ἰήτης annotamus.

99 Εὐεργέται, Σκυθικὸν ἔθνος.] Euergetæ, Scythica gens memoratur ex Strabone, ac quandoquidem eum per aversionem nobis vendit, non est inventu facile ejus locus, quem supplebit Diodorus Siculus Bibliothecæ historicæ lib. 17. Ἀπὸ δὴ τούτων ἡγούμενος, καὶ τὰ κατὰ τὸν Δραγγήνων καταστήσας, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τοὺς πρότερον μὲν Ἀριμασπούς, νῦν δὲ Εὐεργέτας ὀνομαζομένους, διά τινας τοιαύτας πράξεις. i. e. *His expeditis, cum per Dranginen agenda constituisset: exercitum duxit in Arimaspos prius quidem, nunc verò* Euergetas *nuncupatos propter hujusmodi quasdam causas, &c.*

1 Ἐκεῖ γὰρ τὰς Ἀργὰς, &c.] Causam mutati nominis Arimasporum in Euergetas tribuit beneficio Arimasporum in Argonautas; id Diodorus libro citato tribuit horum beneficio in Cyrum Persarum primum regem.

2 Εὐεσπερίδες, πόλις Λιβύης, καὶ ἐνικῶς, &c.] Eueſperides, urbs Libyæ, quæ singul. quoque numero *Eueſperis* dicitur; de qua videsis quæ in Βερενίκη nota 81. annotavimus. Eadem enim erat urbs. Ab hac videntur nomen habuisse populi Libyæ, quos Herodotus lib. 4. c. 171. vocat *Eueſperidas*, & Pausanias in Messenicis *Eueſperitas*.

3 Λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ δ μυείᾳ Ἑσπερίς.] Urbs Libyæ Eueſperis dicitur etiam *Hesperus*, de qua abundè satis diximus in Βερενίκη nota 81. pro χωρὶς τοῦ δ μυείᾳ lege χωρὶς τοῦ δ μοείᾳ, id enim ratio clamat. Sæpe enim apud nostrum auctorem invenitur τύπος pro τύπος, μύελον pro μόελον, & alia hujusmodi.

4 Εὐθηναί, πόλις Καρίας.] Euthenæ, urbs Cariæ. Plinius lib. 5. c. 29. in Doridis sinu locat eam, ac dein in Caria Eutanias: *Doridis in sinu, Leucopolis, Amaxitos, Elæûs, Euthene. Dein Cariæ oppida, Pitaium, Eutaniæ, Halicarnassus.*

5 Πολέμων δὲ καὶ Εὐθηνίτας φησίν.] Oppidani urbis Euthenarum Cariæ dicebantur Euthenæi, & Euthenenses, quos Polemo *Euthenitas* dixit. Pro libitu enim auctores nomina oppidorum & eorum gentilitia fingunt. Euthenitarum quoque meminit Thesaurus Goltzii, ex nummo.

6 Εὐίππη, δῆμος Καρίας.] Euippe, populus Cariæ. Memoratur Plinio lib. 5. c. 29. *Intus & Thyatira alluitur Lyco*, Pelopia *aliquando*, & Euhippa *cognominata*. Bene scribitur apud Plinium *Euhippa*, perperam ad ejus marginem *Euhippia*; ne dubita notis marginalibus ad Plinium sæpe depravari Plinium; Pelope scribendum est apud eum, ut est apud nostrum in Πελόπη, cui *vicus Lydiæ* dicitur, unus & idem fuit populus, etsi noster diversos facit.

7 Εὐκαρπία, δῆμος τῆς μικρᾶς Φρυγίας.] Eucarpia, populus minoris Phrygiæ. Ptolemæus lib. 5. c. 2. inter Phrygiæ majoris civitates eam locat. Memoratur etiam Straboni lib. 12. Ejus nomen sonat Latino sermone *fertilitatem*, atque si vera sunt quæ noster ex Metrophane refert, optimo jure nomen illud adepta est; definant igitur increduli mirari *magnitudinem racemorum Terræ Sanctæ*; nihil est rarum & admirabile in sacra Scriptura, quod in historia profana non habeat simile.

8 Ἔστι καὶ Εὐκαρπία, φρούριον Σικελίας ἐν τοῖς, &c.] Hujus castelli Siciliæ nemo, quod sciam, fecit mentionem, quemadmodum nec Timæorum in quibus id locat, in hoc castello natam Laidem illam, celeberrimum scortum inquit, etsi alii aliam patriam ei adsignabant, scilicet Corinthum, Hyccara, Craftum, Himæram, Cariam, Eucarpiam. Casaubonus Animadverſ. in Athen. lib. 13. c. 3. inquit: *Fuere qui Pancarpiæ in Phrygia natam dicerent.* Sed est μνημονικὸν σφάλμα. Legendum est, *Eucarpiæ in Sicilia*, ut apparet ex hac nostri auctoris sectione. Ejus monumentum ostendebatur Corinthi, ut refert Pausanias in Corinthiacis, & in Thessalia ad Peneum cum epigrammate tetrasticho, quod affert Athenæus lib. 13. Latinum libet apponere. Non solum enim Græcum æquat, sed etiam superat:

Invictos potuit forma, quæ vincere Achivos,
Eximiæque isthic Laidos est tumulus,
Cui nutrix Ephyre, genitor fuit ipse Cupido,
Thessaliæ in campis nunc tamen illa jacet.

καλῇ Δαβεβληθρίῳ ἑταῖραν, ἣν οἱ πολλοὶ Κορινθίαν φασί. Τὴν, Οὐδὲ Λαΐδα τινὲς λέγουσιν, ἀλλὰ Ναΐδα, καὶ Καρικὴν ἀνδραπόδου, ὡς Σωσίπολις ἐν ἐπιστολῇ. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐκαρπεύς. Δωσαῖον δὲ τὸ τῆς Σικελίας, Εὐκαρπιακὸς, καὶ Εὐκαρπιάτης, καὶ Εὐκαρπίτης.

cem, quam plerique *Corinthiam* dicunt. Hanc non *Laidem* aliqui vocant, sed *Naidem*, & Caricum mancipium, ut Synesius in epistola. Gentile, Eucarpeus. Potest verò esse gentile Siciliæ, Eucarpiacus, & Eucarpiates, & Eucarpites.

ΕΥ̓ΚΡΑΤΊΔΑ[9], πόλις Βάκτρων [10] ὡφ' ἧς ἡ Εὐκρατίδαν· Στράβων ἑνδεκάτῳ.

EUCRATIDA, urbs Bactrorum ab Eucratida, Strabo lib. undecimo.

ΕΥ̓ΜΈΝΕΙΑ[11], πόλις Φρυγίας, Ἀτ̓τάλου καλέσαντος. Ἀπὸ Εὐμένους τοῦ Φιλαδέλφου· [12] ἢ Ὕλλας καλῶς μείνας, ὠνόμασεν ἕτω. [13] Δευτέρα, Καρίας, τρίτη, δὲ Ὑρκανία. Ὁ πολίτης, Εὐμενεύς. Τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ Εὐμενείας.

EUMENIA, urbs Phrygiæ, Attalus sic vocavit, ab Eumene Philadelpho; vel Hyllas cum bene in ea mansisset, sic nominavit. Secunda Cariæ, tertia, Hyrcaniæ. Civis, Eumeneus. Gentile, ab Eumenia.

ΕΥ̓ΝΑΊ[14], πόλις Καρίας, ἐν ᾗ ποταμὸς Εὐναῖος. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐναῖος. Ἔστι καὶ πόλις Ἀργᾶς Εὐναία, [15] ἣν ὤκησαν Κυρήριοι. Τὸ ἐθνικὸν ὅμοιον, ἢ καὶ Εὐναιάτης.

EUNÆ, urbs Cariæ, in qua fluvius Eunæus. Gentile, Eunæus. Est & urbs Argiæ Eunæa, quam incolebant Cyrurii. Gentile, idem, vel etiam Eunæates.

ΕΥ̓ΠΑΛΊΑ[16], πόλις Λοκρίδος, [17] ἣν Εὐπάλιον Ἀρτεμίδωρός φησι. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐπαλιεύς.

EUPALIA, urbs Locridis, quam *Eupalion* Artemidorus vocat. Gentile, Eupalieus.

ΕΥ̓ΠΆΤΡΙΑ, πόλις Λυδῶν. Οἱ πολῖται, Εὐπατρίδαι. Μᾶλλον δὲ Εὐπατρεῖς· Ξάνθος ἐν γ' Λυδικῶν.

EUPATRIA, urbs Lydorum. Cives, Eupatridæ, potius verò Eupatrei, Xanthus lib. 3. Lydicorum.

ΕΥ̓ΠΟΡΊΑ[18], πόλις Μακεδονίας, ἣν Ἀλέξανδρος ταχέως νικήσας ἔκτισε, καὶ ὠνόμασε διὰ τὸ εὔπορον. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐπορεύς.

EUPORIA, urbs Macedoniæ, quam Alexander celeriter vincens condidit, atque sic nominavit propter abundantiam. Gentile, Euporieus.

ΕΥ'-

EU-

9 Εὐκρατίδα, πόλις Βάκτρων.] Eucratida, urbs Bactrorum ex Strabonis lib. 11. apud quem Eucratidia Bactriorum legitur: Πόλεις δ' εἶχον τότε Βάκτρα, ἣν ἄπ ἧς Ζαριάσπεων καλεῖσιν· (ἣν διαρρεῖ ὁμώνυμος ποταμὸς ἐμβάλλων εἰς τὸν Ὄξον,) καὶ Δαράψων, καὶ ἄλλας πλείας· τούτων δ' ἣν καὶ Εὐκρατίδια ἣν ἐξεπόνησε ἐπώνυμος. i. e. *Urbes verò habuerunt Bactra, quam & Zariaspam vocant, (quam perfluit ejusdem nominis fluvius in Oxum influens) & Darapsam, & alias plures: harum autem erat & Eucratidia à principe nomen habens.*

10 Παρὰ τὸν Εὐκρατίδαν.] Hic Eucratidas fuit ille quem Strabo loco, nota præcedenti, citato vocat ἄρξαντα, i. e. *imperantem*, seu *principem*, quem CIO urbes Indiæ, & Bactrianæ sub sua potestate habuisse tradit lib. 15.

11 Εὐμένεια, πόλις Φρυγίας.] Eumenia, urbs Phrygiæ, cui nomen imposuisse Attalum regem inquit à nomine *Eumenis Philadelphi*, memoratur Eusebio Chronic. lib. post. N. 1828. ubi dicitur, *Eumenes frater regis Attali, qui Eumeniam in Phrygia condidit, clarus habetur.* Sed nihil horum in textu Græco legitur, forsitan per incuriam, ut solet accidere, omissa fuerunt. Ejus quoque meminit Ptolemæus lib. 5. c. 2. quam in confinio Mysiæ, & Lydiæ, & Phrygiæ locat.

12 Ἢ Ὕλλας καλῶς μείνας, ὠνόμασεν ἕτως.] Scaliger ad Eusebii Chronic. N. nota præcedenti, citatum, hunc nostri auctoris locum sic legit: ἢ Ὕλλας καλεμένας ὠνόμασεν ἕτως, i. e. *vel Hyllas dictas nuncupavit sic.* Sed si sic licet legere, quare pro ἢ non legemus ὃ, ac tunc sensus erit; *Eumenia, urbs Phrygiæ, vocante Attalo ab Eumene Philadelpho, qui* [hanc urbem] *Hyllas vocatas, sic nuncupavit.*

13 Δευτέρα, Καρίας.] Secundo loco memorat Eumeniam Cariæ, quæ erat Cludio flumini apposita, teste Plinio lib. 5. c. 29.

14 Εὐναί, πόλις Καρίας.] Duas hujus nominis urbes memorat, alteram Cariæ, alteram Argiæ, neutrius apud alios, quod sciam, fit mentio, ut nec fluminis Eunæi.

15 Ἣν ὤκησαν Κυρήριοι.] Eunas Argiæ urbem incoluisse Cyrurios inquit, sed cum noster auctor suo loco non memoret *Cyrurios*, sed *Cynurios*, oppidanos urbis ejusdem Argiæ quæ ipsi Κύνηγος dicitur, fidenter pro Κυρήριοι legendum est Κυνήριοι.

16 Εὐπαλία, πόλις Λοκρίδος.] Eupalia, urbs Locridis memoratur etiam Plinio lib. 4. c. 3.

17 Ἣν Εὐπάλιον Ἀρτεμίδωρός φησι.] Eupaliam, urbem Locridis Artemidorus Eupalium neutro genere dixit. Eodem modo usurpavit Liv. lib. 28. c. 8. *Inde navibus acceptis ab Achæis (erant autem tres quadriremes, & biremes totidem) Anticyram trajecit, inde quinqueremibus septem, & lembis viginti amplius, quos ut adjungeret Carthaginiensium classi, miserat in Corinthium sinum, profectus ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupalium sunt, excensionem fecit.* Memoratur etiam Straboni qui hanc urbem adscribit lib. 10. Ætoliæ ἐπικλήτῳ, quæ Locris erat annexa, ut apparet ex eodem auctore libro citato: Ἐπίκλητον δὲ, τὴν τοῖς Λοκροῖς συνάπτουσαν, ὡς ἐπὶ Ναύπακτόν τε καὶ Εὐπάλιον, τραχυτέραν τε, καὶ λυπροτέραν. i. e. *Epicletum.* h. e. acquisitam *verò* [Ætoliam] *quæ Locris est annexa, ut Naupactum versus, & Eupalium, asperiorem, & steriliorem.*

18 Εὐπορία, πόλις Μακεδονίας; &c.] Euporia, urbs Macedoniæ, ab Alexandro Magno condita, nomine impositio à fertilitate. Id enim sonat ejus nomen. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 13. inter Bisaltiæ urbes: Bisaltia verò erat una ex Macedoniæ regionibus, ut claret ex eodem auctore loco citato.

19 Εὐ-

ΕΥ̓ΠΥΡΊΔΑΙ [19], δῆμος Λεοντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Εὐπυρίδης. Τριχώμους ἢ τέτρις οἰκάλην, Εὐπυρίδας, Κεκροπίδας, Πήληκας. Τὰ τοπικὰ, ἐξ Εὐπυριδῶν, εἰς Εὐπυριδῶν, καὶ ἐν Εὐπυριδῶν. A

EUPYRIDÆ, populus Leontidis tribus. Popularis, Eupyrides. *Tricomos* verò hos vocabant, [ac si diceres, *tres-vicos-habentes*] Eupyrides, Cecropides, Peleces. Localia ex Eupyridarum, ad Eupyridarum, in Eupyridarum.

ΕΥ̓ΡΎΑΜΠΟΣ [20], πόλις Μαγνησίας. Ὁ πολίτης, Εὐρυάμπιος. Λυκόφρων, B

Ἀμφρυσίων σκηπτῦχον Εὐρυαμπίων.

EURYAMPUS, urbs Magneſiæ. Civis, Euryampius, Lycophron:

Amphryſiorum ſceptrigerum Euryampiorum.

ΕΥ̓ΡΎΗΛΟΣ [21], ἔτως ἡ Μακρόπολις [22] τῶν Ἐπιπολῶν. [23] Πολίχνιον ἢ τέτο Συρακουσῶν ἀποκρημνον. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐρυήλιος. C

EURYELUS, ſic *Macropolis Epipolarum* vocabatur. Oppidulum verò hoc Syracuſarum præruptum. Gentile, Euryelius.

ΕΥ̓ΡΥΜΈΔΩΝ [24], πόλις καὶ ποταμὸς Παμφυλίας, καὶ τόπος πρὸς Ταρσόν. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐρυμεδόντιος· ἀπὸ ἢ Εὐρυμήδης, Εὐρυμεδόντιος.

EURYMEDON, onis, fluvius Pamphyliæ, & locus juxta Tarſum. Gentile, Eurymedontius, ab Εὐρυμήδης verò, Eurymeduntius.

ΕΥ̓ΡΥΜΕΝΑἸ [25], πόλις Θεσσαλίας· D Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ὁ πολίτης Εὐρυμήνιος, ὡς Κλαζομήνιος.

EURYMENÆ, urbs Theſſaliæ, Hecatæ. Europa, civis, Eurymenius, ut Clazomenius.

ΕΥ̓ΡΥΤἈΝΕΣ [26], ἔθνος Ἰταλικόν. Λυκόφρων,

Μάντιν ἢ νεκρὸν Εὐρυτᾶν στέψει λεώς. E

ὡς τὸ Αἰνιᾶν.

EURYTANES, populi Italiæ. Lycophron:

Vatem verò mortuum Eurytan coronabit populus.

Ut Ænian.

ΕΥ̓ΡΩΜΟΣ [27], πόλις Καρίας, ἀπὸ Εὐρώ-

EUROMUS, urbs Cariæ, ab Euromo

19 Εὐπυρίδαι δῆμος Λεοντίδος φυλῆς.] Eupyridæ, populus Leontidis tribus, de quo nihil notabile traditur; ſed erat etiam locus Athenis, ut patet ex Heſychio, apud quem ſic reperitur: Εὐπυρίδαι, δῆμος καὶ τόπος Ἀθήνησιν. i. e. *Eupyridæ, populus & locus Athenis*

20 Εὐρύαμπος, πόλις Μαγνησίας.] Euryampus, urbs Magneſiæ, juxta Amphryſum fluvium, quare à Lycophrone, cujus affert verſiculum, oppidani vocantur *Amphryſii Euryampii*. Videſis quæ in Ἄμφρυσος nota 15 & 16. annotavimus.

21 Εὐρύηλος, ἔτως ἡ Μακρόπολις τῶν Ἐπιπολῶν.] Euryelus, erat tumulus in extrema Syracuſarum parte, in quo erat arx, teſte Livio lib. 25. c. 25. Quare apud Stephanum pro μακρόπολις lege ἀκρόπολις. Verba Livii ex libro capiteque citato ſunt quæ ſequuntur: *Tenebant Acradinæ portas, muroſque maxime transfugæ, quibus nulla erat per conditiones veniæ ſpes: ii nec adire muros, nec alloqui quemquam paſſi, itaque Marcellus poſtquam id incœptum irritum fuit, ad Euryalum ſigna referri juſſit. Tumulus eſt in extrema parte urbis verſus à mari, viæque imminens ferenti in agros, mediterraneaque inſulæ, percommodus ad commeatus excipiendos.* Qui auctori noſtro Euryelus, Livio, ut vidiſti, Euryalus. Hodie incolis vulgò dicitur *Belvidere*, teſte Cluv. Siciliæ Antiquæ lib. 1. c. 12.

22 Τῶν Ἐπιπολῶν.] Epipolæ, erat etiam pars Syracuſarum, de quo ſuo loco egimus.

23 Πολίχνιον ἢ τέτο Συρακουσῶν.] Eurielum, inquit eſſe oppidulum Syracuſarum, cum eſſet quoque earum pars, de quo nota 15 præcedenti egimus. De Syracuſarum verò partibus, in quas tota urbs dividebatur, videſis quæ in Συρακοῦσαι annotamus.

24 Εὐρυμέδων, ποταμὸς Παμφυλίας.] Eurymedon, fluvius Pamphyliæ, apud quem accidit celeberrima illa navalis pugna Cimonis Miltiadis filii adverſus Phœnicas & Perſas; utriuſque meminit Mela lib. 1. c. 14. *In Pamphylia eſt Melas, navigabilis fluvius: oppidum Sida, & alter fluvius Eurymedon. Magna apud eum Cimonis Athenienſium ducis adverſus Phœnicas & Perſas navalis pugna, atque victoria.* Fluebat verò juxta Aſpendum ejuſdem Pamphyliæ urbem, teſte Periegeta. v. 852.

Κεῖθι δ' ἂν ἀθρήσειας ὑπειροφάλιον πτολίεθρον
Ἄσπενδον, ποταμοῖο παρὰ ῥόον Εὐρυμέδοντος.

Illic verò videris ſupra-mare oppidum
Aſpendum, fluvii juxta fluentum Eurymedontis.

Fuit illa Cimonis Miltiadis filii victoria inter Græcorum celeberrimas, quam à Medis obtinuiſſe tradit Thucydid. lib. 1. Plutarchus in Cimone, à Perſis. Perſas enim & Medos confundunt veteres auctores, ut alibi annotavimus.

25 Εὐρυμῆναι, πόλις Θεσσαλίας.] Eurymenæ, urbs Theſſaliæ, ex Hecatæi Europa. Scylaci in Μαγνῆτες inter Magnetum oppida memoratur. Horum enim regio Magneſia erat Theſſaliæ finitima, ex noſtris celebratur à Livio lib. 39. c. 25. *In controverſiam autem veniebant, Philippopolis, Tricca, Phaloria, & Eurymene, & cætera circa eas oppida: utrum Theſſalorum juris, cum vi ademptæ poſſeſſæque ab Ætolis forent (nam Philippum Ætolis ademiſſe eas conſtabat) an Ætolicæ antiquitus ea oppida fuiſſent.* Numeri in oppidis μεταβολὴ tranſlativa eſt apud auctores.

26 Εὐρυτᾶνες, ἔθνος Ἰταλικόν.] Eurytanes gens Italica ex Lycophrone. Ejus ſingularis num. eſt Euritan, ut Ænian, Pæan: Fallitur auctor noſter. Ex Lycophrone enim non conſtat fuiſſe gentem Italicam, imo potius ex Lycophronis Scholiaſta conſtat fuiſſe gentem Ætolicam: Ἀριστοτέλης, inquit ille, φησὶν, ἐν Ἰθακησίων πολιτείᾳ, Εὐρυτᾶνας ἔθνος εἶναι τῶν Αἰτωλίας, ὀνομασθὲν ἀπὸ Εὐρύτου, παρ' οἷς εἶναι μαντεῖον Ὀδυσσέως· τὸ δ' αὐτὸ καὶ Νίκανδρός φησιν ἐν Αἰτωλοῖς. i. e. *Ariſtoteles inquit in Ithaceſiorum republica*, Eurytanas *gentem eſſe Ætoliæ, ſic nominatam ab Euryta, apud quos eſſe oraculum Ulyſſis, idem etiam Nicander inquit in Ætolis.* Memoratur Straboni lib. 10. Thucydidi lib. 1. ad libri calcem: Ἐπιχείρει δ' ὁ Ἀπόλλων πρῶτον μὲν Ἀποδώτους, ἔπειτα ἢ Ὀφιονέας καὶ μέχι τέτων, Εὐρυτᾶσιν (ὅπερ μέγιστον μέρος ἐστὶ τῶν Αἰτωλῶν· ἀγνωστοτάτοις ἢ γλώσσαν καὶ ὠμοφαγοῖ εἰσιν, ὡς λέγεται) τέτων δὲ ληφθέντων, ῥᾳδίως καὶ τἄλλα προχωρήσειν. i. e. *Suadebant autem ut primum quidem invaderet Apodotos, deinde verò Ophioneenſes, poſt hos Eurytanes (quæ eſt maxima Ætolorum pars, ſermone verò ſunt ignotiſſimi & carnibus crudis veſcuntur, ut dicunt) his enim captis facile reliqua proceſſura.*

27 Εὐρωμός, πόλις Καρίας.] Euromus, urbs Cariæ, ex Apollonio Caricorum lib. 17. Memoratur quoque Strabon lib. 14. ex noſtris Plinio lib. 5. cui *Eurome* dicitur; eadem fuit urbs. Numeri enim mutatio frequens eſt apud ſcriptores in oppidorum nominibus, ut ſæpe ſæpius annotavimus.

28 Εὐρώ-

Εὐρώμη ἧ Ἰδριέως Καρός. Τὸ ἐθνικόν, Εὐρωμεύς· Ἀπολλώνιος ἐπὶ καὶ δεκάτῳ Καρικῶν. A

mo Idriei Caris filio. Gentile, Euromeus, Apollonius lib. 17. Caricorum.

ΕΥ̓ΡὨΠΗ [28], ἡ χώρα, ἀπὸ Φοινίκης, θυγατρὸς Ἀγήνορος. Λέγεται καὶ Εὐρώπεια. καὶ διὰ τοῦ ι Εὐρωπία, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἰχμαλώτοις, B

EUROPA, regio, ex Phœnice, filia Agenoris, quæ etiam *Europeia* dicitur, & per *ι*, Europia, apud Sophlocem in Captivis.

Καὶ νησιώτας, καὶ μακρὰς Εὐρωπίας.

Et insulares, & longas Europias.

Καὶ Εὐριπίδης ἐν Θησεῖ,

Et Euripides in Theseo.

Σχεδὸν παρ' αὐτοῖς κραταιέδοις Εὐρωπίας. C

Ferme in ipsis oris Europiæ.

Ὁ οἰκῶν, Εὐρωπαῖος· καὶ θηλυκὸν, καὶ ἐδέτερον· καὶ Εὐρωπίς.

Incola, Europæus, & fœm. & neutrum, & Europis.

ΕΥ̓ΡΩΠὈΣ [29], πόλις Μακεδονίας, ἀπὸ Εὐρώπου τοῦ Μακεδόνος, καὶ Ὠρειθυίας τῆς Κέκροπος. [30] Ἔστι καὶ Συρίας ἄλλη. Τὸ ἐθνικὸν Εὐρωπαῖος. [31] Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας, ὡς Ἰδριάδα, ἀπὸ Ἴδριος τοῦ Χρυσάορος. Τὸ ἐθνικὸν Εὐρώπιος, ὡς Ὠρόπιος. D

EUROPUS, urbs Macedoniæ, ab Europo filio Macedonis, & Orithyiæ filiæ Cecropis. Est & Syriæ alia. Gentile, Europæus. Est & alia Cariæ, quam *Idriada* vocant ab Idri Chrysaoris filio. Gentilè, Europeus, ut Oropius.

ΕΥ̓ΤΑΙΑ [32], πόλις Ἀρκαδίας· Ξενοφῶν Ἑλληνικῶν ε. Τὸ ἐθνικὸν Εὐταιεὺς, ὡς Ἡραιεὺς, Φωκαεύς. E

EUTÆA, urbs Arcadiæ, Xenophon Hellenicorum lib. 6. Gentile, Eutæeus, ut Heræeus, Phocaeus.

ΕΥ̓ΤΡΗΣΙΣ [33], κώμη. Ὅμηρος,

Κώπας, Εὐτρησίντε. —

EUTRESIS, vicus. Homerus:

Copas, Eutresinque —

Κεῖται δὲ ὑπὲρ τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ Θεσπιῶν εἰς Πλαταιὰς ἀπάγουσαν, ὃν ἐτείχισε Ζῆθος καὶ Ἀμφίων. [34] Ἐκλήθη δὲ Εὔτρησις, διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν πρότερον χρήσασθαι ῥύμαις, ὡς F

Jacet verò juxta viam, quæ ducit ex Thespiis in Platæas, quam muro-circumdedit Zethus & Amphion; Eutresis verò vocata fuit, quod multis vicis prius usa fuerit, ut Epaphroditus, vici-

Ἐπα-

28 Εὐρώπη, ἡ χώρα, ἀπὸ Φοινίκης, &c.] Europa, regio ex Phœnice, filia Agenoris, quæ *Europa* vocata fuit; à qua Europa tertia veteris orbis pars nomen accepit juxta communem auctorum sententiam. Eusebius verò Chronic. lib. 1. auctor est, *Europam* nomen accepisse ab *Europe* Sicyoniorum rege, qui tempore Abrahami floruit. Ejus limites veteribus ignoti fuere, auctore Herodoto lib. 4. c. 45. nec unde hoc nomen acceperit, ab aliquo mortalium compertum est, ut refert idem auctor libro, capiteque citato; non esse verò id nominis valdè antiquum, argumento est Homerum *Europam* nullibi nominâsse. Princeps verò poëtarum Lusitanorum graphice eam depinxit Cant. 3. octav. 6. & deinceps, sed eleganter Strabo lib. 3. incipiendo ab *Iberia*, id est, *Hispania*, quæ est optima ejus regionum, si præstantiam, non abundantiam eorum, quæ gignit, attenderis, etsi Plinius Italiæ primum locum tribuit. Totius Europæ maximæ urbes sunt *Constantinopolis*, *Lutetia Parisiorum*, *Londinum*. Fluviorum maximus sine controversia Danubius. Europæi armis, literis, ingenio, artibus, æquitate & justitia reliquos totius terrarum orbis incolas excellunt. Fere omnes sequuntur religionem Christianam, ac ideo *Christianos* sese vocant, ab Asiaticis verò *Franki* dicuntur. Turci Græcos vocant *Romeos*, reliquos omnes *Frankos*.

29 Εὔρωπος, πόλις Μακεδονίας.] Europus, urbs Macedoniæ. Memoratur Constant. Porphyrogenetæ Them. lib. 2. Them. 2. inter Macedoniæ urbes tertio loco, à cujus nomine *Rhageiam* in Media Nicator vocavit *Europum*, quam Parthi *Arsaciam*, teste Strabone lib. 11. Verum Ptolemæus lib. 6. c. 2. Europum Mediæ diversam facit ab Arsacia. Sic Hispani urbes quas in Novo Orbe condiderunt, de urbium Hispaniæ nomine denominabant.

30 Ἔστι καὶ Συρίας ἄλλη.] Europus Syriæ urbs memoratur à Ptolemæo lib. 5. c. 15. inter Syriæ civitates juxta Euphratem.

31 Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας.] Tertio loco memorat noster auctor Europum Cariæ, quam *Idriadem* dictam quoque fuisse inquit, & in Ἰδριάς ait *Idriadem* prius *Chrysaoridem* vocatam fuisse, sed hujus trini nominis urbis nulla apud alios, quod sciam, fit mentio.

32 Εὐταία, πόλις Ἀρκαδίας.] Eutæa, urbs Arcadiæ ex Xenophontis Hellenicorum lib. 6. Ejus sunt verba: Ὁ Ἀγησίλαος, ἐπεὶ ἐγένετο αὐτοῦ τοῦ Ἀλφειοῦ ἡγεμὼν, εὐθὺς ἐχώρει ἐπὶ τὴν Ἀρκαδίαν. Καὶ καταλαβὼν πόλιν ὄμορον οὖσαν Εὐταίαν, καὶ οὔσαν οἰκεῖ τὰς μὲν πρεσβύτερας, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τοὺς παῖδας οἰκεῖως αὐτοῦ εἶχεν, &c. i. e. *Agesilaus factis sacrificiis pro discessu statim invadit Arcadiam, & cum caperet urbem finitimam Eutæam, & inveniret illic seniores, & mulieres, & pueros habitantes in domibus, &c.* Perperam apud Pausaniam in Arcadicis legitur Εὐτασία, Ἀμύστιον, pro Εὐταία, Σκιρίτιον.

33 Εὔτρησις, κώμη.] Eutresis, vicus celebratur, ex Homero, cujus affert hemistichium, quod legitur Il. 2. v. 502. Ejus meminit Strabo lib. 9. Ὁ δὲ ποιητὴς ἐφεξῆς παῖς Κώπας, Εὐτρησίν τ' ὄθρηστ κώμιον Θεσπέων· οὐτοῦθά φασιν Ζῆθον, καὶ Ἀμφίονα οἰκῆσαι πρὶν βασιλεῦσαι Θηβῶν. i. e. *Poeta verò post Copas ponit Eutresin vicum parvum Thespiensium; hic ajunt Zethum, & Amphionem habitasse, antequam Thebis regnarent.* Eum locat Strabo in Bœotia. Existimo esse eumdem, qui Scylaci in Βοιωτοῖς dicitur λιμὴν Εὐτρησίου, i. e. *portus Eutretis.*

34 Ἐκλήθη δὲ Εὔτρησις διὰ τὸ πολλαῖς, &c.] Agit nunc de Eutresis Bœotiæ pagi etymologia, sed cum ejus verbis nulla appareat hujus rei verosimilis ratio, pro διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν πρότερον χρήσασθαι ῥύμαις (hæc est ratio quam reddit) legendum existimo ex Eustathio ad hemistichium Homeri citatum: διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν ῥυμοτομίαις, οἱονεὶ συμπεφορᾶσθαι. i. e. *quod multis viarum sectionibus, quodammodo perforata esset.*

35 Ἀφ'

Εὐπυρρόδιος. Ὁ Κωμήτης, Εὐτρησίτης· [35] ἀφ' ὃ Ἀπόλλων Εὐτρησίτης· καὶ ἱερὸν αὐτοῦ, καὶ μαντεῖον ἐνδοξότατον. [36] Τὸ γὰρ Εὐτρήσιον, πόλις Ἀρκαδίας, καὶ οὐκ ἐθνικόν. Ἔστι δὲ καὶ εἰς τόπον ὑπερρηματικῶς Εὐτρήσινδε, ὡς Μενέλαος.

A vici-habitator, Eutresites, à quo Apollo Eutresites, & ejus templum, & oraculum celeberrimum. Eutresion enim, urbs Arcadiæ, ac non gentile. Est & in locum adverblaliter in-Eutresin, ut Menelaus.

ΕΥΦΡΑΝΤΑ [37], πόλις Λιβυκή. Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐφραντιαῖος.

B EUPHRANTA, urbs Libyca, Alexander rerum Libycarum lib. tertio. Gentile, Euphrantæus.

ΕΥΦΡΑΝΤΙΣ [38], ἡ Συρία, ἀπὸ τοῦ παρακειμένου ποταμοῦ ἐλέγετο. αὐτὸς καὶ Ἄραξης ἀδελφοὶ, ῥέοντες ἐξ ὄρους Ἀρμενίας. Τὸ ἐθνικὸν Εὐφραντίτης, ὡς Προσωπίτης.

C EUPHRANTIS, Syria, quæ sic dicebatur à flumine adjacente; ipse, & Araxes fratres, fluentes ex monte Armeniæ. Gentile, Euphrantites, ut Prosopites.

ΕΥΩΝΥΜΙΑ, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐωνυμεύς. Ἔστι καὶ δῆμος Ἀθηναίων, ἀπὸ Εὐωνύμου τοῦ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ, ἡ Κηφισοῦ. Ὁ δημότης, Εὐωνυμεύς. Τὰ τοπικὰ, ἐξ D Εὐωνυμέων. Λέγεται καὶ ὁ δῆμος Εὐώνυμος.

EUONYMIA, urbs Cariæ. Gentile, Euonymeus. Est & populus Athenienſium, ab Euonymo Terræ, & Cœli, vel Cephiſſi filio. Popularis, Euonymeus. Localia ex Euonymeorum. Dicitur & populus, Euonymus.

ΕΥΩΝΥΜΙΤΑΙ [39], ἔθνος Αἰγύπτιον πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ. Ἀλέξανδρος Αἰγυπτιακῶν πρώτῳ.

EUONYMITÆ, populi Ægyptii juxta Æthiopiam, Alexander rerum Ægyptiacarum lib. primo.

ΕΦΕΣΟΣ [40], πόλις Ἰωνίας ἐπιφανεστάτη, καὶ λιμένι ἐν κόλπῳ. [41] Ἡρόδοτος δὲ Λυδίας αὐτὴν φησιν. [42] Ἐκαλεῖτο δὲ Σμύρνα, ἀπὸ Σμύρνης τῆς Ἀμαζόνος. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σάμορνα [43], καὶ Τελχία, καὶ Ὀρτυγία, καὶ Πτελέη. Ὁ πολίτης, Πτελεαῖος. [44] Ἦν δὲ καὶ Ἀρτέ-

E EPHESUS, urbs Ioniæ celeberrima, & portus in ſinu. Herodotus verò Lydiæ eam vocat. Vocabatur verò *Smyrna* ab Smyrne Amazone. Vocabatur etiam *Samorna*, & *Trachea*, & *Ortygia*, & *Ptelea*. Civis, Pteleæus. Erat F & illic Dianæ templum. Civis etiam dicitur Ptelea-

35 Ἀφ' ὃ Ἀπόλλων Εὐτρησίτης, &c.] Hujus Apollinis Eutreſitæ, qui in hoc Bœotiæ pago colebatur, & ejus fani, & Oraculi meminit etiam Euſtathius ad locum Homeri in hac ſectione citatum.

36 Τὸ γὰρ Εὐτρήσιον, πόλις Ἀρκαδίας, &c.] Eutreſium urbs Arcadiæ. Eutreſiorum Arcadiæ meminit Pauſanias in Arcadicis ſeu lib. 8.

37 Εὐφραντα. πόλις Λιβυκή.] Euphranta, urbs Libyca celebratur ex Alex. Libyc. lib. 3. Πύργος Εὐφράντα, i. e. *turris*, *Euphranta* dicitur Ptolemæo lib. 4. c. 3. atque inter Syrtis Magnæ oppida locatur. Fuit limes Carthaginenſis & Cyrenaicæ regionis Ptolemæo ſubditæ, auctore Strabone lib. 17. Σαυσχὶς ἡ ὁ Εὐφράτης πύργός ἐστιν, ὅριον τῆς ἑτέρου Καρχηδονίας γῆς, καὶ τῆς Κυρηναίας τὸ πρὸς Πτολεμαΐδι. i. e. *Prope* [Syrtum] *eſt Euphrates turris, terminus prius Carthaginenſium terræ, & Cyrenaicæ, quæ ſub Ptolemæo.* Apud Strabonem pro Εὐφράτης lege Εὐφράντης ex noſtro & ex Ptolemæo libro capiteque citato.

38 Εὐφρωνίς, ἡ Συρία, ἀπὸ ᾧ, &c.] Euphrantis *Syria* dicebatur, à præterfluente fluvio, hoc eſt *Euphrate*; quod nullius auctoritate firmat; qui hujus amnis etymologiam deducunt à lingua Græca, ληθῶσι. Euphratis enim nomen deflexum eſt ab Hebræo נהר פרת *hu perath*, qui Geneſeos c. 2. v. 14. dicitur quartus fuiſſe ex Paradiſi fluviis; ſeptuaginta Senes & Hieronymus *Euphratem* interpretantur. Non convenit inter ſcriptores Eccleſiaſticos & profanos de quatuor illorum Paradiſi fluviorum origine, quod fuit in cauſa, ut Philo, Origenes & alii crederent, Geneſeos librum allegoricῶς ſcriptum fuiſſe.

39 Εὐωνομῖται, ἔθνος Αἰγύπτιον πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ.] Euonymitæ, gens Ægyptia prope Æthiopiam. Hos Ptolemæus lib. 4. c. 8. Plinius lib. 6. c. 29. Æthiopiæ adſcribunt.

40 Ἔφεσος, πόλις Ἰωνίας, &c.] Epheſus urbs Ioniæ illuſtriſſima, & portus in ſinu. Ab Epheſo, quem Cayſtri fluminis filium fuiſſe fabulabantur, auctore Pauſania lib. 7.

41 Ἡρόδοτος δὲ Λυδίας αὐτὴν φησι.] Inquit Herodotum, quem tamquam per averſionem laudat dixiſſe Epheſum eſſe Lydiæ urbem, fides ſit penes auctorem noſtrum; Scylax quoque inter Lydiæ urbes memorat Epheſum cum portu.

42 Ἐκαλεῖτο δὲ Σμύρνα.] Agit nunc epitomator noſter de diverſis nominibus Epheſi. Vocata enim fuit, *Smyrna*, *Samorna*, *Trachea*, *Ortygia*, & *Pteleis*, ſeu *Ptelea*. *Arſinoë* quoque dicta fuit ab uxore Lyſimachi, ut inquit noſter, quod ex Strabonis lib. 14. habet, cujus poſtea apponemus verba; *Siſyrbam* quoque partem quamdam Epheſi dictam eſſe ait noſter in Σισυρβᾶ. *Alopes* etiam dicebatur, cum ad Troiam pugnatum eſt, teſte Plinio lib. 5. c. 29.

43 Καὶ Τελχία, καὶ Ὀρτυγία, καὶ Πτελέη.] Lege Τραχεία ex Euſtathio ad Dionyſii v. 827. Τέτταν δὲ βορειοτέρα ἡ Ἔφεσος (ἡ καὶ τραχεῖα πόλις κληθεῖσα, καὶ Ὀρτυγία, καὶ Πτελέα) πόλις Ἰώνων καθ' ἣν Ἡρόδοτον Λυδίας. i. e. *His ſeptentrionalior Epheſus* (*aliquando* Trachea *vocata*, & Ortygia, & Ptelea) *urbs Ionum, ſecundum Herodotum verò Lydiæ.* Quod etiam confirmatur ex Plinio lib. 5. c. 29. *Epheſus, Amazonum opus, multis antea expetita nominibus, Alopes, cum pugnatum ad Troiam eſt, mox Ortygia, & Morges vocata eſt, & Smyrna cognomine* Trachea, & Samornion, & Pyelea, *attollitur monte Pione, alluitur Cayſtro in Cylbianis jugis orto.* Apud Plinium loco allato pro *Alopes* & *Morges* exiſtimo legendum *Alopis* & *Morgis*, pro *Samornion* & *Pyelea* lege ex noſtro auctore *Samorna* & *Ptelea*. Sic enim Epheſum vocatam fuiſſe inquit ipſe non ſolum in hac ſectione, ſed etiam in Σάμορνα & in Πτελέαι, quare pro Πτελεὴς lege Πτελέα.

44 Ἦν δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐκεῖ.] Nunc celebrat templum Dianæ Epheſi, quod fuit ex ſeptem orbis miraculis unum, cujus primus architecton fuit Cherſiphon, teſte Strabone lib. 14. quadringentis annis tota Aſia exſtruente peractum fuiſſe inquit Plin. lib. 16. c. 40. ac ſepties reſtitutum; ſed ipſe ſibi non conſtat. Etenim lib. 36. c. 14. inquit ducentis viginti annis à tota Aſia factum, inibique ejus ſtructuram depingit; hoc adeo ſumptuoſum & magnificum templum Heroſtratus combuſſit, ut nomen memoria ſceleris extenderet, ut inquit Solinus, cujus ex c. 43. hic ſubjiciam verba: *Epheſo decus templum Dianæ, Amazonum fabrica, adeò magnificum, ut Xerxes cum omnia Aſiatica templa igni*

 daret,

Ἀῤελέμιδος ἱερὸν ἐκεῖ. [45] Καὶ Πτελεάτης, ὁ πολίτης. Τὸ ἐθνικὸν Σάμορνα, Σαμορναῖος. [46] Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων, ἣν καὶ βασίλισσαν, καὶ θεράπολον Ἀῤελέμιδος εἶναί φησιν. Ἐσχηκέναι δὲ καὶ θυγατέρα Ἀμαζόνα, ἀφ' ἧς αἱ Ἀμαζόνες. [47] Ἡ δὲ πόλις ἐν κοίλῳ τόπῳ καθοικισθεῖσα, χειμῶνος καὶ ἐκλύσθη, καὶ μυρίων ἀποθανόντων, Λυσίμαχος τὴν πόλιν μετέθηκεν, ἔνθα νῦν. Ἐκάλεσε δ' Ἀρσινόην αὐτὴν, ἀπὸ τῆς γυναικὸς Ἀρσινόης· ἣ τελευτήσασα, ἡ θεράπαινα κλῆσιν ἀνελήφθη. [48] Φέρεται δὲ Δάρδος ἐπίγραμμα, ἐν Ἐλαίᾳ, εἰς τὸν καταικλυσμὸν ἔτους.

Ἠέριαι νεφέλαι πόθεν ὕδατα πικρὰ πιοῦσαι,
Νυκτὶ σὺν ἀστεμφεῖ πάντα καλεκλύσατε.
Οὐ Λιβύης, Ἐφέσου δὲ τὰ μυρία κεῖνα παλαίνης
Αὔλια, καὶ μακάρων ἐξ ἐτέων κλέανα,
Πᾶ δὲ σωτῆρες τότε δαίμονες ἔτραπον ὄμμα,
Αἰαῖ αἰ, τὴν Ἰάδων πολλῶν ἀοιδοτάτην.
Κεῖνα δὲ κύμασι πάντα κυλινδομένοισιν ὅμοια,
Εἰς ἅλα σὺν ποταμοῖς ἔδραμε πεπταμένοις.

Aëriæ nubes unde aquas amaras bibentes
Nocte cum rigida omnia inundastis
Non Libyæ, sed Ephesi plurima illa ærumnosæ
Domicilia, & felicibus ex annis acquisita,
Quo verò servatores tunc Dii vertebant oculum
Heu, heu Iadum multarum celeberrimam.
Illa verò fluctibus omnia devolutis similia
In mare cum fluviis fugere alatis.

Ἔστι καὶ Ἔφεσος νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ, καὶ Χῖος, καὶ Λέσβος, καὶ Κύπρος, καὶ Σάμος, καὶ ἄλλαι, ὡς Ἑκαταῖος. [49] Τὸ ἐθνικὸν, Ἐφέσιος. Εὕρη-

Pteleates. Gentile à Samorna, Samornæus. Vocata verò fuit ab una ex Amazonibus, quam & reginam & miniſtram Dianæ fuiſſe dicunt: habuiſſe verò & filiam Amazonem, à qua Amazones. Urbs verò cavo in loco habitata, hyeme inundata fuit, ac plurimis extinctis, Lyſimachus urbem tranſtulit, ubi nunc eſt. Eam verò *Arſinoën* vocavit ab uxore Arſinoë; quo mortuo, priſtinum nomen receptum fuit. Duridis verò Elaitæ in hoc diluvium ſeu inundationem extat epigramma ſic:

Eſt & Epheſus inſula in Nilo, & Chius, & Lesbus, & Cyprus, & Samus, & aliæ, ut Hecatæ. Gentile, Epheſius. Invenitur, & Ephe-

daret, huic uni pepercerit: ſed hæc Xerxis clementia ſacras ædes non diu à malo vindicavit. Namque Heroſtratus, ut nomen memoria ſceleris extenderet, incendium nobilis fabricæ manu ſua ſtruxit: ſicut ipſe faſſus eſt, voto adipiſcendæ famæ latioris. Notatur ergo eadem die conflagraviſſe templum Epheſi, qua Alexander Magnus Pellæ natus eſt, qui oritur (ut Nepos edidit) M. Fabio Ambuſto, T. Quinctio Capitolino, conſulibus, poſt Romam conditam anno trecenteſimo nonageſimo nono. Id [templum] *cum poſtmodum ad cultum auguſtiorem Epheſii reformarent, faber operi Dinocrates præfuit; quem Dinocratem Alexandri juſſu Alexandriam jam in Ægypto metatum, ſupra expoſuimus.* Lepidè dixit Timæus in ſua hiſtoria, ut refert Cic. de Nat. Deorum lib. 2. *Nihil mirandum, ſi eadem nocte, qua natus eſt Alexander, Dianæ Epheſiæ templum deflagraverit, quia Diana cum partui Olympiadis adeſſe voluiſſet, domo abfuit.*

45 Καὶ Πτελεάτης, ὁ πολίτης· τὸ ἐθνικὸν Σάμορνα, Σαμορναῖος.] Hæc verba interpolata videntur eſſe extra ſuum locum. Nam debebant ſequi poſt illa, quæ paulò ſupra retulit, ſic: Ὁ Πολίτης Πτελαῖος καὶ Πτελεάτης. Τὸ ἐθνικὸν Σάμορνα, Σαμορναῖος. Ἦν δὲ καὶ Ἀῤελέμιδος ἱερὸν ἐκεῖ.

46 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων.] Epheſus vocata eſt ab una Amazonum, ſcilicet *Smyrna*, *Samorna*, & *Epheſus*, quod teſtatur Euſt. ad Periegetæ v. 829. ad quem locum affert alias Epheſi etymologias, quibus immorari mihi non eſt volupe, quod præſiſcine dictum volo.

47 Ἡ δὲ πόλις ἐν κοίλῳ τόπῳ καθοικισθεῖσα.] Epheſus urbs erat cavo in loco condita, ſcilicet antiqua de cujus conditoribus non convenit inter auctores, Plinius lib. 5. c. 29. Solin. c. 43. opus & fabricam Amazonum fuiſſe tradiderunt; Strabo lib. 14. ab Androclo Codri Athenienſium regis filio conditam fuiſſe auctor eſt; Pauſanias in Atticis Agathoclem Lyſimachi filium eam condidiſſe prodidit; ſed cum hyeme quadam inundata fuiſſet, Lyſimachum eam tranſtuliſſe, inquit noſter, ubi ejus ætate erat, ac de nomine uxoris Arſinoës *Arſinoën* vocâſſe tradit, quod ex Strabonis libro citato videtur deſumpſiſſe. Sic enim ille: Λυσίμαχος δὲ τὴν νῦν πόλιν τειχίσας, ἀηδῶς τῶν ἀνθρώπων μειοτεμένων, τηρήσας καθαρσίῳ ὄμβρον, σωτῆρσι καὶ αὐτὸς, καὶ τὰς ῥυάκας ἐπιφράξεν, ὥστε καθακλύσαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ μεθέστησαν ἀζήμιοι· ἐκάλεσε δὲ Ἀρσινόην ἀπὸ τῆς γυναικὸς τὴν πόλιν· ἐπεκράτησε μέντοι τὸ ἀρχαῖον ὄνομα. i. e. *Lyſimachus autem cum hodiernam urbem muris circumminiſſet, & videret oppidanos non libenter è prioribus ſedibus migrare: obſervato præcipiti imbre, ipſe eum adjuvit obſtructis cloacis per quas aqua effluere ſolebat, ita ut diluvio urbem infeſtante libenter oppidani priſtinas ſedes mutaverint. Vocavit verò urbem* Arſinoën *ab uxore; ſed vetus obtinuit nomen.* Ex eodem auctore libroque paulò infra conſtat fuiſſe urbem, emporium, Aſiæ eorum, quæ ſunt intra Taurum montem maximum ac ſua ætate propter locorum opportunitatem quotidie augeri.

48 Φέρεται δὲ Δάρδος ἐπίγραμμα.] Illud Duridis Elaïtæ epigramma, quod apponit, invenitur Florileg. Var. Epigram. lib. 1. in Civitates c. 80. Epigrammate 18. ex quo apud Stephanum quinto carmine pro σωτῆρες, lege σωλῆρες, ſed in epigrammate Florilegii eodem carmine ex noſtro auctore pro ὄμμα lege ὅμμα, ac ſic hoc in loco par pari refert epitomator noſter.

49 Τὸ ἐθνικὸν, Ἐφέσιος.] Gentile, Epheſius, Epheſites, Epheſeus, Epheſii viri ἀξιόλογοι fuere, Heraclitus ille celeberrimus σκοτεινὸς, i. e. *obſcurus* dictus, propter orationis ſtylum, & Hipponax poëta, nec non Parrhaſius & Apelles eximii pictores, ut refert Strabo lib. 14. Dicuntur etiam Ἐφέσια γράμματα. i. e. *Epheſiæ literæ*, adagium dici ſolitum de eis, qui mira felicitate quidquid optant, aſſequuntur. Olim enim creditum eſt Epheſios magicis quibuſdam verbis uſos eſſe, de quibus Heſychius egit ſuo loco. Modus decipiendi ſtultos optimus, qui credunt vi quorumdam verborum magnas res effici poſſe, cum verba ſint verba, non opera.

50 Οὖ-

Εὐρήλαι, καὶ Ε᾽φέσεια διὰ διφθόγγου. [50] Οὕ- A
τω γὰρ ὁ Α᾽λεξ * Σοφοκλῆς. Λέγεται καὶ
Ε᾽φεσίτης, [51] ὡς Α᾽βρ * φησί· καὶ Ε᾽φε-
σεύς, ὡς Ταρσὸς Ταρσεύς, Α᾽λικαρνασσὸς
Α᾽λικαρνασσεύς.

Ε᾽ΦΥΡΑ [52], πόλις Η᾽πείρου ἀπὸ Ε᾽φύρου τοῦ B
Α᾽μάρακος, τοῦ Θεσπρωτοῦ, τοῦ Πελασγοῦ,
τοῦ Λυκάονος, τοῦ Γηγενοῦς, τοῦ Α᾽ρκάδος.
[53] Ἐκ τούτου Α᾽συόχη, ἡ μήτηρ Τληπολέμου,
ὡς φησιν Ὅμηρος. Ἦν δὲ αὕτη μεταξὺ Πύλου
καὶ Η᾽λίδος ὡς Παρμενίσκος φησίν. Η᾽γνόη- C
σε δ᾽ ὅτι μυχὸς ἡ Κόρινθός ἐστι, Γλαύκῳ [54] πρὸς
ἀνατολὰς οἰκοδομοῦντι, ὡς ἂν τὴν Εὐρώπης ὅσα δυ-
τικώτατα. Κέκληται ἡ ἀπὸ Κορίνθου. [55] Ὅμη-
ρος δὲν τὸ Ε᾽φύρη πρὸ τῆς Κορίνθου ἔφη. [56] Ε᾽στι
καὶ ἄλλη Ε᾽φύρη Κραννὼν λεγομένη, ὡς φησι D
Κινέας ὁ ῥήτωρ, καὶ Ε᾽παφροδείτης. Δευτέρα,
πρὸς Θεσσαλίαν. [57] Τρίτη, Οἰνόη· καὶ νῆ-
σος ἡ μακρὰν ἀπέχουσα Μήλου. Ὁ πολίτης,
Ε᾽φυραῖος. Ε᾽στι καὶ Α᾽ρκαδίας ἄλλη. Ε᾽στι
καὶ Θεσσαλίας, καὶ Ἰταλίας πρὸς Καμπανίαν. E
Ε᾽στι καὶ κώμη Αἰτωλίας Ε᾽φυρα. Τὸ ἐθνικὸν,
Ε᾽φυρος. Τὸ κτητικὸν τοῦ Θεσπρωτίας, Ε᾽φύ-
ριος. Καὶ Ε᾽φύρηθεν, ἀπὸ τόπου ἐπίρρημα.

Ephesia per diphthongum. Sic enim in Alex. ..... Sophocles. Legitur, etiam Ephesites, ut Abri..... inquit, & Ephesseus, ut Tarsos, Tarseus, Halicarnassus, Halicarnasseus.

EPHYRA, urbs Epiri ab Ephyro filio Amaracis, filii Thesproti, filii Pelasgi, filii Lycaonis, filii Gegenis, filii Arcadis, ex hoc Astyoche, mater Tlepolemi, ut inquit Homerus. Ea verò erat inter Pylum, & Elidem, ut inquit Parmeniscus, ignoravit verò, quod Corinthus recessus est Glauco ad orientem ædificanti, utpote Europæ valde occidentalis. Sic verò vocata fuit à Corintho. Hom. igitur Ephyre de Corintho dixit. Est & alia Ephyre *Crannus* dicta, ut inquit Cineas orator, & Epaphroditus. Secunda, circa Thessaliam; tertia, OEnoe. Est & insula haud longè distans à Melo. Civis, Ephyræus. Est & Arcadiæ alia. Est & Thessaliæ, & Italiæ juxta Campaniam. Est & vicus Ætoliæ Ephyra. Gentile, Ephyrus. Possessivum Thesprotiæ, Ephyrius. Adverbium ex loco, ex ephyre.

Ε᾽ΧΕ᾽ΗΔΑΙ [58], δῆμος τῆς Α᾽ττικῆς, ἀπὸ F
Ε᾽χέμου ἥρωος. Οὕτως δὲ ἀπὸ ἕλους τόπου,
μεταξὺ ὄντος τοῦ Πειραίως. καὶ τοῦ Τετρακώμου
Η᾽ρακλείου, ἐν ᾧ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἐτίθεσαν
τοῖς Παναθηναίοις. [59] Ὁ δημότης, Ε᾽χε-
μίδης. Τὰ τοπικὰ ἐκ τῆς ἡρωικῆς τῶν ἑλληθωλι- G
κῶν.

ECHELIDÆ, populus Atticæ, ab Echelo heroë, hic verò ab ἕλους loco, inter Piræum & Tetracomum Heracleum, in quo gymnica certamina Panathenæis faciebant. Popularis, Echemides. Localia, ex genit. plurali.

Ε᾽ΧΕΤΙ᾽Α, πόλις Ἰταλίας. Ὁ πολί-
της Ε᾽χετιανὸς, ὡς Καρδιανός.

ECHETIA, urbs Italiæ. Civis, Echetianus, ut Cardianus.

Ε᾽ΧΕ᾽Τ-

ECHET.

50 Οὕτω γὰρ ὁ Α᾽λεξ * Σοφοκλῆς.] Lege ὁ Α᾽λεξάνδρα. Est enim nomen cujusdam fabulæ Sophoclis deperditæ, cujus ἐπιγραφὴ erat Α᾽λέξανδρα, vel Α᾽λέξανδρος.

51 Ὡς Α᾽βρ * φησι.] Lege ὡς Α᾽βρων πρὸς παρωνύμων φησί. Sic enim in *Aiolia*, & alibi citatur.

52 Ε᾽φυρα, πόλις Η᾽πείρου.] Ephyra, urbs Epiri inter Pylum & Elidem ex Parmenisco, cujus nullum extat opus, nomen adepta ab Ephyro Amaracis cujus longam texit genealogiam. Hoc etiam nomine *Corinthus* dicta fuit, auctore nostro auctore in Κόρινθος, ab Ephyro Myrmecis, uxoris Epimethei filio. Hinc *Ephyreia æra* pro *Corinthiaca* dixit poetarum princeps Georgic. lib. 2. v. 464.

Nec varios inhiant pulchra testudine postes
Illusasque auro vestes, Ephyreiaque æra.

Lais quoque, quod aliqui ejus patriam Corinthum esse dixerunt à Propertio *Ephyræa* vocata est:

Non ita complebant Ephyræ Laidos ædes.

Corinthiacæ quoque puellæ Claudiano de bello Getico circa calcem dicuntur *Ephyreiades*:

Scilicet Argolicas, Ephyreidasque puellas,
Cæperat, & pulchras jam fastidire Lacænas.

53 Ἐκ τούτου Α᾽συόχη, ἡ μήτηρ Τληπολέμου, ὡς φησιν Ὅμηρος.] Inquit ex Homero Astyochen fuisse matrem Tlepolemi, quod refert poetarum parens Il. 2. v. 658.

Τῶν μὲν Τληπόλεμος δυσπαλὴς ἐκγεγάειν
Ὃν τέκεν Α᾽συόχη βίη Η᾽ρακληείη.

Horum quidem Tlepolemus hasta strenuus dux erat
Quem peperit Astyochia vi Herculea. i. e. *Herculi.*

54 Πρὸς ἀνατολὰς οἰκοδομοῦντι.] Lege πρὸς ἀνατολὰς οἰκοδομοῦντι; ad orientem ædificanti, Glaucus enim fuit qui Corinthum ædificavit, ut suo loco annotamus.

55 Ὅμηρος δὲν τὸ Ε᾽φύρη πρὸ τῆς Κορίνθου ἔφη.] Homerus Ephyren de Corintho dixit. Diversis locis meminit Homerus Ephyres ac præcipuè Il. 6. v. 152. & v. 210. Eustathius ad Il. 2. v. 570. inquit Corinthum vocari Ephyren: Η᾽νίκα ἡρωϊκόν ἐστι τὸ λαλεῖν πρόσωπον. i. e. *quando Heroica est quæ loquitur persona.*

56 Ε᾽στι καὶ ἄλλη Ε᾽φύρη Κραννὼν λεγομένη.] Lege ex eodem Stephano in Κραννών, ἔστι καὶ ἄλλη Ε᾽φύρη Κραννὼν λεγομένη. i. e. *est & alia Ephyre, Cranon dicta*, vel lege Κρανὼν ex eodem Stephano loco citato.

57 Τρίτη, Οἰνόη.] Tertio loco memorat Ephyren, quæ OEnoe dicebatur; OEnoe verò memoratur Straboni lib. 14.

58 Ε᾽χέδαι, δῆμος τῆς Α᾽ττικῆς, ἀπὸ Ε᾽χέμου ἥρωος.] Hæc ex Etymologici auctore sic sunt legenda: Ε᾽χελίδαι, δῆμος τῆς Α᾽ττικῆς, ἀπὸ τοῦ Ε᾽χέλου ἥρωος. i. e. *Echelidæ, populus Atticæ, ab Echelo heroe.* Ita enim ille: Ε᾽χέλος, ἥρως ἀφ᾽ οὗ Ἀθηναίοις πεμπόμενος, ἡ δῆμος τῆς Α᾽ττικῆς Ε᾽χελίδης. i. e. *Echelus, heros apud Athenienses cultus, & populus Atticæ Echelides.*

59 Ὁ δημότης, Ε᾽χεμίδης.] Lege Ε᾽χελίδης, populus enim Ε᾽χελίδαι dicebatur, ut nota præcedenti annotavimus.

Ε'ΧΕΤΛΑ, πόλις Σικελίας. Ὁ πολίτης, Ε'χελιάτης.

ECHETLA, urbs Siciliæ. Civis, Echetliates.

Ε'ΧΕΤΡΑ[60], πόλις Ἰταλίας, [61] Διαφέρει Οὐολσκοις. Τὸ ἐθνικὸν, Ε'χέτρανος· Διονύσιος δεκάτῳ τῆς ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

ECHETRA, urbs Italiæ, differt Volscis. Gentile, Echetranus, Dionysius Romanæ antiquitatis lib. decimo.

Ε'ΧΙΝΑΙ[62], νῆσοι πρὸς τῇ Αἰτωλίαν, αἷς Ἀχελῶος ποταμὸς προσβάλλει ἰλύν. Λέγονται καὶ Ε'χινάδες, διὰ τὸ τραχὺ καὶ ὀξύ, παρὰ τὸ ἐχῖνον· ἢ διὰ τὸ πλῆθος ἔχειν ἐχίνων. Ἀπολλόδωρος δὲ ἀπὸ Ε'χίνου μάντεως. Τὸ ἐθνικὸν δὲ Ε'χῖναι, Ε'χιναῖος· δὲ δ' Ε'χινάδες, Ε'χιναδεύς, ὡς Ἄρκαδος Ἀρκαδεύς· ἡ Ε'χιναίδιος.

ECHINÆ, insulæ circa Ætoliam, quibus Achelous fluvius advehit limum, quæ etiam *Echinades* dicuntur propter asperum, & acutum loci, ab echino, vel quod echinorum multitudinem habeant, Apollodorus verò ab Echino vate fortitas fuisse nomen asserit. Gentile Echinarum, Echinæus, Echinadum verò, Echinadeus, ut Arcados, Arcadeus, vel Echinadius.

Ε'ΧΙΝΟΣ[63], πόλις Ἀκαρνανίας, Ε'χίνου κλύσμα. Ῥιανὸς, Ε'χιον ἄντου τούτων εἶπεν. Ὁ πολίτης, Ε'χιναῖος, ὡς Χέρσος Χερσαῖος, καὶ Ἄπειρος Ἀπειραῖος, Κύφος Κυφαῖος· καὶ ἀπὸ δὲ Ε'χιναῖος Ε'χιναιεύς, ὡς Κεφαλαῖος Κεφαλαιεύς. Τινὲς δὲ καὶ Ε'χινάδα φασὶ τὸν αὐτόν.

ECHINUS, urbs Acarnaniæ ab Echino condita. Rhianus hanc *Echion* urbem vocat. Civis, Echinæus, ut Cherſus, Cherſæus, & Apirus, Apiræus, Cyphus, Cyphæus, & ab Echinæus, Echinæus, ut Critæus, Critæus, aliqui verò etiam *Echinutem* eam vocant.

Z. ZA'-

Z. ZA-

60 Ε'χέτρα, πόλις Ἰταλίας.] Echetra, urbs Italiæ ex Dionysio Antiquit. Rom. lib. 10. memoratur, cujus sunt verba: Ε'πὶ τῇ Ε'χετράνων πόλει ἦμεν τὴν διώκησιν, ἣ τότε μὲν δὴ Οὐολσκῶν ἐθνῶν ἐπιφανεστάτη τε, καὶ τοῖς κρείττοσι τότε μάλιστα κεκμηκότι. i. e. *In Echetranorum urbem duxi copias, quæ tunc Volscorum gentis erat, illustrissimaque & optimo loco maximè sita.* Livius lib. 3. c. 10. *Ecetram* vocat: *Volscos & Æquos, etsi accisæ res sint, reficere exercitus. Antii summam rei positam. Ecetræ Antiates colonos palam concilia facere: id caput, eas vires belli esse.*

61 Διαφέρει Οὐολσκοις.] Differt Volscis. Hæc verba de excellentia Ecetræ urbis sunt intelligenda, ac si dixeris, excellit inter Volscorum urbes.

62 Ε'χῖναι, νῆσοι πρὸς τῇ Αἰτωλίαν, &c.] Echinæ, seu Echinades, insulæ circa Ætoliam, inter quas numerantur, Artemia & Dulichium, per quas medius fluebat Achelous fluvius, cujus aggesto limo aliquæ earum ἠπειρωθῆναι, id est, factæ sunt continens-terra, ut loquitur Thucydides lib. 2. *& sperandum*, inquit ille, *non longo temporis spatio cæteris id eventurum.* Quod jam suo ævo accidisse auctor est Eustathius ad Dionys. v. 435. Hæ omnes insulæ erant asperæ, & steriles, teste Strabone lib. 10. Καὶ ταύτης δὴ καὶ τῆς Κεφαλληνίας πρὸς ἕω, τὰς Ε'χινάδας ἱδρύσθαι νήσους συμβέβηκεν ὧν τὰ μὲν Δολίχιόν ἐστι (καλεῖσι δὲ νῦν Δολίχαν) καὶ αἱ Ὀξεῖαι καλούμεναι, ἃς ὁ ποιητὴς Θοὰς εἶπε· καὶ ἡ μὲν Δολίχα κεῖται κατὰ Οἰνιάδας καὶ τὸν ἀκρολιθον τοῦ Ἀχελῴου, διέχουσα Λευκάδος τὰ τῆ Ἠλείων ἄκρας σταδίους ἑκατόν· καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ Ε'χινάδες πλείους εἰσὶ, πᾶσαι λυπραὶ καὶ τραχεῖαι, καὶ πρὸς τὸν ἀκρολιθον τοῦ Ἀχελῴου, πεντεκαίδεκα σταδίους ἀφεστῶσαι ἡ ἀπωτάτω· ἡ δὲ ἐγγυτάτω πόλις, πελαγίζουσα πρότερον· ἀλλ' ἡ χθὲς, πᾶς μὲν ἐξηπείρωκεν αὐτῶν ἤδη, πᾶς δὲ μέλλει, πολλὴ κατοφερομένη, &c. i. e. *Ab hac & Cephallenia versus auroram, Echinades sitas esse insulas contigit; quarum una est Dulichium (nunc verò Dolicham vocant) & Oxiæ, i. e.* acutæ *nomine, quas poëta* Thoas *vocavit. Dolicha quidem jacet juxta Oeniades & ostium Acheloi, distans ab Araxo Eleorum promontorio stadiis centum. Sed & reliquæ Echinades complures sunt, omnes steriles & asperæ, & ante ostium Acheloi* XV *stadiis remota, quæ longissimè, quæ proximè quinque, cum prius in-alto esset, sed limus aggestus alias jam cum-continente-conjunxit, alias verò conjunget, copiosus advectus, &c.* Ex Strabonis verbis claret fuisset has omnes insulas Echinades steriles & asperas; tamen, ut erant Græci genus in gloriam suam effusissimum, tam historicis, quam poetis valdè celebrantur.

63 Ε'χῖνος, πόλις Ἀκαρνανίας.] Echinus, urbs Acarnaniæ. Memoratur Plinio lib. 4. c. 1. *Civitas Anactoria, locus Pandosia. Acarnaniæ, quæ anteà* Curetis *vocabatur, oppida Heraclia, Echinus, & in ore ipso colonia Augusti Actium, cum templo Apollinis nobili, ac civitate libera Nicopolitana.* Alia fuit hujus nominis urbs Phthiotidis regionis Macedoniæ cujus meminere Ptolemæus lib. 3. c. 13. Polyb. Historiarum lib. 17. Strabo lib. 9. Miror Stephanum ejus non meminisse.

Z.

ΖΑΒΙΔΑ[1], κώμη ἐν τῷ μεσογείῳ τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας. Οὐράνιος Ἀραβικῶν τρίτῃ. A

ΖΑΒΙΟΙ, ἔθνος Ἰνδικὸν, πολεμῆσαν μετὰ Δηριάδου τοῦ Διονύσου. B

ΖΑΓΚΛΗ[2], πόλις Σικελίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· [3] οἱ μὲν ἀπὸ Ζάγκλου τοῦ Γηγένους, ἢ ἀπὸ κρήνης Ζάγκλης. Οἱ δὲ, διὰ τὸ ἐκεῖ Κρόνον τὸ δρέπανον ἀποκρύψαι, ᾧ τὰ τοῦ πατρὸς ἀπέκοψεν αἰδοῖα. Νίκανδρος ἐν τῷ δεκάτῳ Σικελίας· C

Καί τι καὶ Ζάγκλης ἐδάη Δρεπανηΐδος ἄστυ. D

Τὸ γὰρ Δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσι. Τὸ ἐθνικὸν, Ζαγκλαῖος, καὶ Ζαγκλαϊκὸς τὸ κλητικόν.

ΖΑΓΥΣΤΙΣ, χωρίον Λιβύης· Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ζαγυστῖται. E

ΖΑΔΡΑΜΗ[4], βασίλειον τῶν Κιναιδοκολπιτῶν,

Z.

ZABIDA, vicus in mediterraneis Arabiæ felicis, Uranius rerum Arabicarum lib. 3. A

ZABII, populi Indici, qui una cum Deriade contra Dionysum pugnavere. B

ZANCLE, urbs Siciliæ, Hecatæ. Europa, alii à Zanclo Gegenis *filio*, vel à fonte Zancle, alii autem, quod illic Saturnus falcem abscondiderit, qua patris verenda abscidit. Nicander lib. decimo Siciliæ: C

Quamquam, & Zancles combussit Drepaneidis urbem. D

Δρέπανον enim h. e. *falcem* Siculi *zanclum* vocant. Gentile, Zanclæus, & poss. Zanclaicus.

ZAGYSTIS, regio Libyæ, Alexander Libycorum lib. 3. E

Gentile, Zagystitæ.

ZADRAME, regia Cinædocolpitarum, de

1 Ζάβιδα, κώμη ἐν τῷ μεσογείῳ, &c.] Zabida, pagus seu vicus in mediterranea parte Arabiæ Felicis ex Uranii Arabic. lib. 3. Memoratur Benjamini Thudelensi in suo Itiner. ומשם לכולן שבעה ימים דרך ים ואין שם ישראל· ומשם שנים עשר ימים לזביר ושם יהודים מעטים· ומשם שמנה ימים להודו אשר ביבשה הנקרא בעראן ארץ אשר בתלסר וברה הרים גדולים ושם מישראל הרבה ואין עליהם שרי גוים i. e. *Unde in Colan septem diebus per mare, & illic non erat Israëlita, & hinc duodecim diebus Zebid, & hic pauci Judæi. Hinc diebus octo in Indiam continentem: quæ Baadan vocatur, estque eadem cum Adan in Telassar sita. Hic magni montes plurimique Israëlitæ, nulli gentium jugo subditi*; creditur esse quæ Ptolemæo lib. 6. c. 7. dicitur Ὀκηλις ἐμπόριον, i. e. *Ocelis emporium*, de qua videsis Stukium in periplum maris Erythræi. Viderunt doctiores an sit eadem, quæ *Bezabde* dicitur Amm. Marcellino lib. 20. c. 20. & lib. 21. c. 25.

2 Ζάγκλη, πόλις Σικελίας.] Zancle, urbs Siciliæ ex Hecatæi Europa. Postea *Messene* fuit vocata, teste Herodoto, lib. 7. Latinis scriptoribus dicitur *Messana*, Plinio lib. 3. c. 8. Melæ lib. 2. c. 7. Solino c. 9. cujus sunt verba: *Oppidum Messana Rhegio Italiæ oppositum est*: Vulgo appellatur *Messina* parum corrupto nomine; nunc est adeo celebris, ac olim Syracusæ fuere, ac rebellione sua fit celebrior; dies στρώσεως μάστιγες indicabunt, utrum in gloriam, an in ruinam libera contumacia sibi fit cessura. Reipublicæ gubernatores debent imitari bonos pastores, quorum est opportuno tempore tondere pecus, non deglubere, sed id Hispani etsi docti à Belgis, à Catalaunis, a Lusitanis, ac nunc à Messinensibus non sapiunt; nos verò his omissis ad Athenas nostras revertamur.

3 Οἱ μὲν ἀπὸ Ζάγκλου, &c.] Nunc agit de etymologia urbis Zancles, cujus reddit diversam rationem; veram puto inveniri apud Thucydidem lib. 6. Ὅμορα δὲ τὸ μὲν πρῶτον Ζάγκλη ὑπὸ τῶν Σικελῶν κληθεῖσα ὅτι δρεπανοειδὲς τὸ χωρίον τῇ ἰδίᾳ ἐστὶ, τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον καλοῦσι. ὕστερον δὲ αὖτις μὲν ὑπὸ Σαμίων καὶ ἄλλων Ἰώνων ἐκπίπτουσιν, οἱ Μῆδες φεύγοντες πρὸς τὸ Σικελικὸν ἐπλεύσαντο. Τὴν δὲ Σαμίαν Ἀναξίλας, Ῥηγίνων τύραννος, οὐ πολλῷ ὕστερον ἐκβαλὼν, καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν ξυμμίξας ἀνθρώπων οἰκίσας, Μεσσήνην ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ τὸ ἀρχαῖον παλαιὸν ὄνομα ἐπωνόμασε. h. e. *Nomen verò erat primum Zancle, sic à Siculis vocata, quòd speciem falcis locus habet*, falcem *autem Siculi* zanclon *vocant; postea verò ipsi à Samiis, & ab aliis Ionibus expulsi sunt; qui Medos cum fugerent, ad Siciliam appulerant: Samios autem Anaxilas, Rheginorum tyrannus non multò post ejecit, urbemque hominibus cum ipsis permixtis frequentem reddidit, & nomine mutato* Messenen *à sua antiqua patria nominavit.* Sed postea Mamertini Campanorum gens eam incoluere, atque apud Messanenses adeo invaluere, ut sub suam potestatem redegerint civitatem, & ejus cives ab omnibus *Mamertini* potius, quam *Messanenses* appellarentur; regio verò erat vini ferax, quod etiam *Mamertinum*, non *Messanense* dicebatur, quod erat ex optimis Italiæ, auctore Strabone lib. 6. Τοσοῦτον δὲ ἐπικράτησαν οἱ Μαμερτῖνοι τῶν ἐν τοῖς Μεσσηνίοις, ὥστε ἐπ' ἐκείνοις ὑπ' ἴδιον ἔσχον ἡ πόλις. Καλοῦσι δὲ Μαμερτῖνος μᾶλλον ἀπαύλεις αὐτὸς, ἢ Μεσσηνίους. Εὐοίνου τε σφόδρα τῆς χώρας οὔσης, ἃ Μεσσήνιον καλοῦσι τὸν οἶνον, ἀλλὰ Μαμερτῖνον τοῖς ἀρίστοις συνάμιλλον ὄντα τῶν Ἰταλικῶν. i. e. *Adeo verò invaluerunt Mamertini apud Messanenses, ut sub suam potestatem redegerint urbem; eos autem* Mamertinos *potius, quam* Messanenses *vocant. Cumque admodum vini ferax sit regio, non* Messanense *vocant* vinum, *sed* Mamertinum, *quod cum Italicorum optimis certare potest.* Quod etiam videtur innuere Plinius lib. 3. c. 8. *Oppidum, Messana civium Romanorum, qui* Mamertini *vocantur.* Si plura de hac urbe scire desideras, vide Nicolaum Leonicum de Varia hist. lib. 2. c. 50. Cluv. Siciliæ Antiquæ lib. 1. c. 6. Thucydidem lib. 6. Pausaniam in Messenicis & alios.

4 Ζαδράμη, βασίλειον τῶν Κιναιδοκολπιτῶν.] Zadrame, regia Cinædocolpitarum Arabiæ Felicis. Et gentis, & regionis, & ejus regiæ meminit Ptolemæus in Arabia Felici lib. 6. c. 7. cui regia hujus gentis dicitur Ζαυράμ [& juxta Palatinum Codicem Ζαδράμ] βασίλειον. i. e. *Zaaram, regia*; forsitan ex nostro auctore legendum est Ζαδράμη.

κολπίων, περὶ ἧς ἐροῦμεν ἐν τῷ κ. Εἰσὶ δὲ ἔθνος τὸ εὐδαίμονες Ἀραβίας. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς, Ζαδραμιτῶν καὶ Κιναιδοκολπιτῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ζαδραμαῖος. A de qua dicemus in littera K. Sunt verò populi Arabiæ felicis. Marcianus in Periplo ipsius *Zadramitarum, & Cinædocolpitarum.* Gentile, Zadramæus.

ΖΑΙΑ, πόλις Βοιωτίας ἀρχαιοτάτη. Τὸ ἐθνικὸν Ζαιάτης, ὡς Βοιάτης. Ἡρωδιανὸς καὶ διὰ τοῦ ε, καὶ διὰ τοῦ αι. B

ΖΑΙΑ, urbs Bœotiæ antiquissima. Gentile, Zæates, ut Bœates. Herodianus, & per *e*, & per *æ* scribit.

ΖΑΚΑΝΘΑ[5], πόλις Ἰβηρίας, ἣν εἶλεν Ἀννίβας, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ζακανθαῖος.

ZACANTHA, urbs Iberiæ, quam Annibal cepit, ut Apollodorus Chronicorum lib. 3. Gentile, Zacanthæus.

ΖΑΚΥΝΘΟΣ[6], πόλις ἀπὸ Ζακυνθίου τοῦ Δαρδάνου. [7] Ἀρσενικῶς Ὅμηρος, καὶ θηλυκῶς, C

ZACYNTHUS, urbs à Zacyntho Dardani filio. Hom. masculino, & fœmin. gen. usus est

— Καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος. — *Et Sylvosa Zacynthus.*

— Καὶ ὑλήενθ' Ζάκυνθον. — *Et Sylvosum Zacynthum.* D

[8] Δευτέρα, Ἰβηρίας. τρίτη, Λιβύης, ἣν καὶ Ζακυνθίαν τινὲς ἀνέγραψαν. Ὁ πολίτης τοῦ Ζακύνθου, Ζακυνθίος, καὶ Ζακυνθία· τοῦ δὲ Ζακυνθίας, Ζακυνθιανὸς, ὡς Ἀδριανός· ἢ Ζακυνθιεὺς, ὡς Ἀκανθιεὺς, Οἰχαλιεύς. E

Secunda, Iberiæ, tertia, Libyæ, quam etiam *Zacynthiam* aliqui scripsere. Civis Zacynthi, Zacynthius, & Zacynthia, Zacynthiæ verò, Zacynthianus, ut Adrianus: vel Zacynthieus, ut Acanthieus, Oechalieus.

ΖΑΡΗΞ[9], πόλις Λακωνικὴ παρὰ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἥρως Ἀθηναίου, ὡς Παυσανίας ἐν πρώτῳ. Ἔστι καὶ Ἱππωθοώντου ἡρῷον, ἀφ' οὗ καὶ φυλὴν ὀνομάζουσι. Τὸ ἐθνικὸν, Ζαρήκιος, F ἀπὸ τῆς γενικῆς, ὡς Θρᾴκιος.

ZAREX, urbs Laconica juxta mare, & heros Athenienſis, ut Pausanias lib. primo. Est etiam Hippothoontis heroum, à quo etiam tribum denominant. Gentile, Zarecius, à genitivo, ut Thracius.

ΖΑΡΕΤΑ[10], κρήνη ὑπὲρ τῆς Καλχηδονίας ma-

5 Ζάκανθα, πόλις Ἰβηρίας.] Zacantha, urbs Iberiæ, quam cepit Annibal. Eamdem existimo fuisse, quæ *Zacynthos*, & *Saguntos* dicitur auctori nostro, de quibus suo loco agemus.

6 Ζάκυνθος, πόλις, ἀπὸ Ζακύνθου τοῦ Δαρδάνου.] Zacynthus, urbs à Zacyntho Dardani filio. Non solum fuit urbs, sed etiam insula, & urbs cum portu, teste Scylace in Hlis. Erat sita ante sinum Corinthiacum, auctore Strabone lib. 2. Καὶ ἐφεξῆς πρὸς τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ Κεφαλλωία, καὶ Ἰθάκη, καὶ Ζάκυνθος, καὶ Ἐχινάδες. i. e. *Et deinde ante Corinthiacum sinum Cephallenia, & Ithaca, & Zacynthus, & Echinades.* Memoratur etiam inter alios Constant. Porphyrog. de Them. lib. 2. Them. 7.

7 Ἀρσενικῶς Ὅμηρος, καὶ θηλυκῶς.] Inquit Homerum usurpasse Zacynthum & masc. & fœm. gen. cujus affert duo hemistichia, primum invenitur Odyss. 9. v. 24. cujus integer versus est:

Δουλιχίου τε, Σάμης τε, καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος
Dulichiumque, Sameque, & nemorosa Zacynthos.

Quod Virgilius Æneid. lib. 3. v. 270. imitatus est:

Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Alterum hemistichium, quo masc. gen. accipit Zacynthum, reperitur Odyss. 16. v. 123. cujus integer versus est:

Δουλιχίου τε, Σάμης τε, καὶ ὑλήενθ' Ζακύνθου.
Dulichio, Sameque, & nemoroso Zacyntho.

Quare apud Stephanum pro ὑλήενθ' Ζάκυνθον legendum est ὑλήενθ' Ζακύνθῳ, ut est apud Homerum.

8 Δευτέρα, Ἰβηρίας.] Secundo loco memorat Zacynthum Iberiæ urbem, quæ suo loco ab eo quoque vocatur Ζάκυνθα; utramque eamdem fuisse existimo, ac Saguntum, fide, constantia, & sua ruina nobile Hispaniæ oppidum, de qua ita Liv. lib. 21. c. 7. *Civitas ea* [Saguntum] *longe opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille ferme à mari, oriundi à Zacyntho insula dicuntur, mistique etiam ab Ardea Rutulorum quidam genere.* Livium sequitur καὶ πόλις Joan. Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 1. c. 12. Ejus situm describit Strabo lib. 3. his verbis: Πάλιν δ' ἐπὶ θάτερα τοῦ Σκαρφαντικοῦ ἰόντι ἐπὶ τὸν ὀλκαδικὸν τοῦ Ἴβηρος, Σάγγυλον, κλίμα Ζακυνθίων· ὧν Ἀννίβας καθελὼν τὸ συγκείμενον πρὸς Ῥωμαίους, τὸ δεύτερον αὐτοῖς ἐξῆψε πόλεμον πρὸς Καρχηδονίους, &c. i. e. *Rursus in alteram Sucronis partem eunti versus ostia Iberi, Saguntum à Zacynthiis conditum; quam cum Annibal delevisset contra pacta cum Romanis, secundum ipsis excitavit bellum contra Carthaginenses.* Joan. Mariana de Rebus Hispaniæ libro citato Hispanica lingua scripto putat esse, quæ nunc vulgo dicitur *Monviedro.* Videsis, quæ in Σάγγυλος annotamus.

9 Ζάρηξ, πόλις Λακωνικὴ παρὰ τῇ θαλάσσῃ.] Zarex, urbs Laconica prope mare ex Pausaniæ lib. 1. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 16. in Argolico sinu Laconicæ prope Epidaurum ejusdem Laconicæ oppidum; *Zarax* dicitur Polybio lib. 4. Ἐπιδαύρου δὲ σταδίους ἑκατὸν ἀπέχει Ζάραξ, ἄλλως μὲν διάμεσον χωρίον, τῶν δὲ Ἐλευθερολακώνων μάλιστα τοῦτο ὠλέτρευχώλαι. Ἐπεὶ καὶ Κλεώνυμος, ὁ Κλεομβρότου, τοῦ Ἀγησιπόλιδος, μόνον τοῦτο τῶν Λακωνικῶν πολισμάτων ἐποίησεν ἀνάστεγον. i. e. *Epidauro* [Laconicæ] *stadius centum abest Zarax, oppidum cæteroquin bonum-portum-habens, Eleutherolaconum maximè hoc oppidum vexatum fuit; quoniam Cleonymus, Cleomenis filius, Agesipolidis nepos solum hoc Laconicorum oppidorum excidit.*

10 Ζάρητα, κρήνη ὑπὲρ τῆς Καλχηδονίας θαλάσσης.] Hic idem fons memoratur Straboni, qui *Azaritiam* eum vocat lib. 12. Ἐχῆς δ' ἡ χώρα μὲν μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης κρημνίλλων Ἀζαιτικῶν, τεθραυσμένη κροκοδείλοις μικροῖς· ἐπὶ τὸ ὀδοντῶδες τῆς Χαλκηδόνων ἠιόνος, ὁ Ἀστακηνὸς καλούμενος κόλπος, μέρος ὢν τῆς Προποντίδος, ἐν ᾧ ἡ Νικομήδεια ἵδρυται, ἐπώνυμος ἐνὸς τῶν Βιθύνων βασιλέων τοῦ κτίσαντος αὐτήν. i. e. *Habet verò regio paulò supra mare fontem Azaritiam, qui crocodilos parvos alit; deinde quæ subsequitur Chalcedonium litus,* sinus *vocatus* Astacenus, *pars Propontidis, in quo Nicomedia condita est, nomen habens ab uno Bithyniæ rege, qui eam condidit.*

11 Za-

νίας Γυλαστης, μικρὰς τρέφουσι κροκοδείλους, οἱ καλοῦνται Ζαρήτοι. A

ZARIASPA, vel Zariaſpe, urbs Baſtriana, Strabo lib. undecimo, quæ etiam *Baſtra* vocabatur. Charax verò neutro-gen. Zariaſpa dixit. Incolæ, Zariaſpeni more regionis conſueto. A Zariaſpe verò, Zariaſpeus formatur.

ΖΑΡΙΑΣΠΑ [11], Ζαριάσπη, πόλις Βακτριανή· Στράβων ἑνδεκάτῃ. Ἡ καλεῖτο καὶ Βάκτρα. Χάραξ δὲ ἀδιαφόρως τὰ Ζαριάσπα. Οἱ οἰκοῦντες, Ζαριασπηνοὶ ἐγχωρίως. Ἀπὸ B δὲ τοῦ Ζαριάσπη, Ζαριασπεύς.

ZAUECES, populi Libyæ, Herodotus lib. 7. *Zaueces gens*, Hecatæ. In Periegeſi Aſiæ.

ΖΑΥΗΚΕΣ [12], ἔθνος Λιβύης· Ἡρόδοτος ζ'. Ζαύηκες ἔθνος· Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει Ἀσίας.

C

ZEBECE, urbs Galilææ, Joſephus Judaicæ antiquitatis lib. 5. Gentile, Zebecenus, ut idem author; ſignificat verò *hoc* nomen propriè.

ΖΕΒΕΚΗ [13], πόλις τῆς Γαλιλαίας. Ἰώσηπος Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας πέμπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ζεβεκηνὸς, ὡς αὐτός. [14] Σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα κυρίως.

ZIRINIA, urbs Thraciæ, Theopompus Philippic. lib. 3. Gentile, Ziriniates, ut Cydoniates.

ΖΕΙΡΙΝΙΑ, πόλις Θρᾴκης. Θεόπομπος D Φιλιππικῶν γ'. Τὸ ἐθνικὸν Ζειρινάτης, ὡς Κυδωνιάτης.

ZELIA, urbs Troadis:

ΖΕΛΕΙΑ [15], πόλις Τρωάδος.

Οἱ δὲ Ζέλειαν ἔναιον. —

Qui verò Zeliam incolebant —

Ὅμηρος, ἀπὸ Ζελείου ἥρωος. Οἱ δὲ, Ζέλην E αὐτὴν φασι. Τὸ ἐθνικὸν, Ζελείτης. Παρὰ Ποσιδίππῳ δ' εὕρηται διὰ τοῦ ι. Ἡρωδιανὸς Ζελειατῶν φησιν. Ἔστι γὰρ Ζελειάτης, καὶ Ζελείτης. Ἔστι καὶ Ζέλεια φρούριον Κυζίκου, ὡς Διονύσιος ἐν τετάρτῃ Κυζίκου. Τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον. F [16] Ποσίδιππος δὲ Πάνδαρος καὶ τοῦτον παρὰ τῷ Σιμόεντι τεθάφθαι φασίν.

Hom. à Zeleo heroë, alii verò *Zelen* eam vocant. Gentile, Zelites: apud Poſidippum verò per *jota* invenitur. Herodianus Zeliatarum meminit. Eſt enim Zeleates, & Zelites. Eſt etiam Zelia caſtellum Cyzici, ut Diogenes Cyzici lib. 3. Gentile, ſimile. Poſidippus verò Pandarus juxta Simuntem ſepultus eſt, ajunt.

Οἱ δὲ Λυκάωνος.

— *Nec Lyceonis.*

Δέξα-

Ex-

11 Ζαρίαζπα, ἡ Ζαριάζπη, πόλις Βακτριανή.] Zariaſpa, vel Zariaſpe, quæ etiam neutro plurali dicitur, urbs Baſtriana, celebratur ex Strabonis lib. 11. Πόλεις δ' εἶχον τά τε Βάκτρα, ὧπερ καὶ Ζαρίαζπαν καλοῦσι· διὰ μέσου ῥεῖ ὁμώνυμος ποταμός. i. e. *Urbes verò habebant Baſtra, quam etiam* Zariaſpam *vocant, quam perfluebat fluvius ejuſdem nominis.* Memoratur inter alios Polybio lib. 10. in libri calce, Arrhiano de expeditione Alex. lib. 4. ex noſtris Plinio lib. 6. c. 16. *Baſtri*, inquit ille, *quorum oppidum Zariaſpe, quod poſtea* Baſtrum, *à flumine appellatum eſt.*

12 Ζαύηκες, ἔθνος Λιβύης· Ἡρόδοτος ζ'.] Zaueces, Libyæ gentem celebrat epitomator noſter ex Herodoti lib. 7. ſed eſt μνημονικὸν σφάλμα. Herodotus enim hanc gentem memorat lib. 4. c. 193. non lib. 7. ut inquit noſter; ejus ſunt verba: Μαξύων δὲ Λιβύων Ζαύηκες ἔχουσι, τῶσι αἱ γυναῖκες ἡνιοχεῦσι τὰ ἅρματα ἐς τὸν πόλεμον. i. e. *Maxyum Libyum Zaueces ſunt confines, quibus mulieres aurigantur currus in bellum.*

13 Ζεβέκη, πόλις τῆς Γαλιλαίας.] Zebece, urbs Galilææ ex Joſephi Judaicæ antiquitatis lib. 5. c. 2. Χαναναῖοι δ' ἀκμαζόντων αὐτοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὰ πράγματων, στρατῷ μεγάλῳ καὶ Ζεβέκῃ αὐτὸς ὑπῆρχον. i. e. *Chananæi verò, quorum res tunc florebant, cum magno exercitu apud Zebecam eos* [Hebræos] *exſpectabant.*

14 Σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα κυρίως.] Sunt verba trunca, ex quibus Stephani mens nullo modo accipi poteſt, ſed ex Joſephi antiquitatum libro capiteque nota præcedenti citato reſarcienda ſunt, ex quo noſter ea deſumpſit. Sic enim ille: Τῷ βασιλεῖ τῶν Ζεβεκηνῶν Ἀδωνιβεζέκῃ πᾶσι τοῖς ἡγεμόσιν ἐπιτρέψαντες, τὸ δ' ὄνομα τοῦτο σημαίνει Βεζεκηνῶν κύριον. Ἀδωνὶ γὰρ τῇ Ἑβραίων γλώττῃ, κύριος λέγεται. i. e. *Regi Zebecenorum Adonibezeco imperium committentes, hoc verò nomen ſignificat Bezecenorum dominus.* Adoni *enim Hebræorum lingua*, dominus *dicitur.* Quare apud Stephanum pro κυρίως i. e. *proprie*, lege κύριος, i. e. *dominus.*

15 Ζέλεια, πόλις Τρωάδος.] Zelia, vel Zelea vel Zelie, urbs Troadis, cujus meminit Homerus Il. 2. v. 824. ubi legitur hemiſtichum illud, cujus integri verſus ſunt:

Οἱ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νειάτην Ἴδης,
Ἀφνειοὶ, πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο
Τρῶες, τοῖς αὖτ' ἦρχε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱὸς
Πάνδαρος.

Qui autem Zeleam habitabant ſub pedem imum Idæ
Divites, bibentes aquam nigram Æſepi
Troës, his rurſus præerat Lycaonis illuſtris filius
Pandarus.

Ad quem locum ita Euſtathius: Κεῖται δὲ φασιν ἡ Ζέλεια, ἐν παρωρείᾳ τῇ ὑστάτῃ τοῦ Ἴδης τοῦ Ὀμηρικοῦ, τὸ ὑπὸ πόδα νειάτην Ἴδης. Κυζίκῳ μὲν ἀπέχουσι σταδίους ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, ἁλὸς δὲ τὸ ἐγγύτατω, καθ' ὃν ὑπεδέχοντο ὁ ποταμὸς Αἴσηπος, ὅσον σταδίους ὀγδοήκοντα. περιῤῥεῖ δ' αὐτὴν Ταρσιος ποταμός. i. e. *Sita verò eſt, ut ajunt, Zelea in ultima montis Idæ parte ſecundum Homericum illud, ſub pedem imum Idæ; diſtabat quidem à Cyzico ſtadiis 190. mari proxima, juxta quam fluvius Æſepus aquas exonerabat, ferme ſtadiis 80. circumfluebat autem eam Tarſius fluvius.* In hac urbe fuiſſe quondam oraculum auctor eſt Strabo lib. 13. ſed jam ſua ætate defecerat ut & alia, ut ipſe refert.

16 Ποσιδίππος δὲ Πάνδαρος, &c.] Hæc verba non ſibi cohærent. Poſidippus enim fuit poëta; Pandarus verò Lycaonis filius, cujus meminit Homerus verſibus nota præcedenti allatis; quare ſic legenda eſſe ſuſpicor: Πάνδαρος δὲ καὶ παρὰ τῷ Σιμόεντι τέθαπται, ὡς φησι Ποσίδιππος. i. e. *Pandarus verò juxta Simuntem ſepultus fuit, ut inquit Poſidippus.* Carmina illa, quæ ſequuntur ratio clamat eſſe Poſidippi; mihi non bene ſana videntur, ſed ego eis manus medicas adhibere non audeo.

17 Ζεύγ-

Δέξαλό σε Ζελείην, ἀλλὰ περιχοῆσι Σιμόεντος.
— Διὰ τοῦτό σοι Ἕκτωρ
Σῆμα καὶ ἀγχέμαχοι θῆλυ Λυκαονίδαι.

Excepit te Zeleam, sed aggeribus Simoëntis.
— *Propter hoc tibi Hector*
Monumentum, & cominus-pugnantes posuere
Lycaonidæ.

ΖΕΥΓΜΑ [17], πόλις Συρίας ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ, [18] ἐν Ἀλέξανδρος ζεύξας ἀλύσεσι, διεβίβασε τὰ στρατόπεδα. Τὸ ἐθνικὸν, οἱ μὲν ἐπιχώριοι Ζεύγματεύς. Δεῖ δὲ Ζευγματίτης, ὡς Ἀσκαλωνίτης, ὡς καὶ Πρωτεὺς ὁ γραμματικὸς Ζευγματίτης.

ZEUGMA, urbs Syriæ juxta Euphratem, quem Alexander jungens catenis, transvexit exercitum. Gentile, indigenæ, Zeugmateus *formant*; debet verò Zeugmatites *formari*, ut Ascalonites, ut etiam Proteas grammaticus Zeugmatites.

ΖΕΦΥΡΙΟΝ [19], ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας. [20] Οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ πόλις Κιλικίας. Τὸ ἐθνικὸν Ζεφυριώτης. Ἔστι καὶ Σκυθίας χωρίον. [21] Ἔστι καὶ Ἰταλίας Ζέφυριον, ἀφ' οὗ Λοκροὶ Ἐπιζεφύριοι. [22] Ἔστι καὶ ἄκρα τῆς Αἰγύπτου, ἀφ' ἧς ἡ Ἀφροδίτη καὶ Ἀρσινόη Ζεφυρῖτις, ὡς Καλλίμαχος. Τὸ ἓν Ζεφυρίτης ἀπὸ τοῦ Ζεφυριώτης, συνηθῶς τοῦ ω, ὡς τὸ Θρονίτης. Ἀρκάδιος δὲ διὰ διφθόγγου γράφει.

ZEPHYRION, Halicarnassus Cariæ. Sic vocabatur etiam urbs Ciliciæ. Gentile, Zephyriotes. Est & Scythiæ regio. Est etiam Italiæ Zephyrion, à quo Locri Epizephyrii. Est & promontorium Ægypti, à quo Venus, & Arsinoë Zephyritis ut Callimachus. Zephyritis igitur formatur à Zephyriotes per syncopen ξ o mega, ut Thronites. Arcadius verò per diphthongum scribit.

ΖΗΒΥΤΤΙΣ, πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ὁ πολίτης, Ζηβυτίτης.

ZEBYTTIS, urbs Libyæ, Hecatæ Asia. Civis, Zebyttites.

ΖΗΛΑ, [23] τόπος Ἀρμενίας [24], ἡ * Ἀρίε-

ZELA, locus Armeniæ, quæ..... Dianæ

17 Ζεῦγμα, πόλις Συρίας ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ.] Zeugma, oppidum Syriæ ad Euphratem, ejus transitu nobile, teste Plinio lib. 5. c. 24. *Item Zeugma* LXXII. *millibus passuum à Samosatis, transitu Euphratis nobile. Ex adverso Apamiam Seleucus, idem utriusque conditor, ponte junxerat.* Græci id ei nomen imposuere, ac si diceres *navium conjunctionem*, à verbo ζεύγνυμι, i.e. *jungo*, eadem ratione, ac Grammatici *Zeugma* vocant figuram, quæ connectit plura uno verbo. Memoratur Dioni Cass. lib. 40. Ptolemæo lib. 5. c. 15.

18 Ὃν Ἀλέξανδρος ζεύξας ἀλύσεσι, &c.] Inquit per Euphratem, ponte catenis juncto, Alexandrum transvexisse exercitum, quæ adhuc Plinii ætate incorrupt æexistabant, ut ipse prodidit lib. 34. c. 15. *Ferrum accensum igni, nisi duretur ictibus, corrumpitur. Rubens non est habile tundendo, neque antequam albescere incipiat. Aceto, aut alumine illitum fit æri simile. A rubigine vindicatur cerussa & gypso, & liquida pice. Hæc est temperatura à Græcis* antipathia *dicta. Ferunt quidam & religione quadam id fieri. Et extare ferream catenam apud Euphratem amnem in urbe, quæ* Zeugma *appellatur, qua Alex. Magnus ibi vinxerat pontem, cujus annulos, qui refecti sunt, rubigine infestari, carentibus ea prioribus.*

19 Ζεφύριον, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας.] Halicarnassum Cariæ urbem Herodoti patriam *Zephyrium* vocatam fuisse inquit; idem in Ἁλικαρνασσὸς *Zephyriam* dictam fuisse tradit, Zephyra dicitur Straboni, cujus ex lib. 14. sunt verba: Εἶθ' Ἁλικαρνασσὸς, τὸ βασίλειον τῶν τῆς Καρίας δυναστῶν, Ζεφύρα καλουμένη πρότερον. i.e. *Deinde Halicarnassus, regia Cariæ dynastarum,* Zephyra *vocata prius.* Auctores sæpe utuntur pro libitu nominum oppidorum diversa terminatione.

20 Οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ πόλις Κιλικίας.] Zephyrium Ciliciæ oppidum memoratur Scylaci in Κιλικίᾳ, Livio lib. 33. c. 4. *Coracesium eo tempore Antiochus operibus oppugnabat: Zephyrio, & Solis, & Aphrodisiade, & Coryco, & superato Anemurio (promontorium id quoque Ciliciæ est) Selinunte recepto, omnibus his aliisque ejus oræ castellis aut metu, aut voluntate sine certamine in deditionem acceptis, Coracesium præter spem clausis portis tenebat eum.*

21 Ἔστι καὶ Ἰταλίας Ζέφυριον, ἀφ' οὗ Λοκροὶ Ἐπιζεφύριοι.] Italiæ Zephyrium, à quo Locri Epizephyrii memoratur Straboni, ex quo noster sua videtur transcripsisse. Sic enim ille lib. 6. Μεθ' ὃ τὸ Ἡράκλειον, ἄκρα τῆς Λοκρίδος, ἣν καλοῦσι Ζέφυριον, ἔχουσι τοῖς ἐσπερίοις ἀνέμοις λιμένα, ἐξ οὗ καὶ τὸν νομον· εἶθ' ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι. i.e. *Post verò Heracleum, promontorium Locridis, quod vocatur* Zephyrium, *habens portum ventis ab occasu flantibus expositum, ex quo & nomen; deinde urbs Locri Epizephyrii.*

22 Ἔστι καὶ ἄκρα τῆς Αἰγύπτου, ἀφ' ἧς ἡ Ἀφροδίτη, καὶ Ἀρσινόη Ζεφυρῖτις.] Celebrat nunc Zephyrium, promontorium Ægypti, à quo Venus, & Arsinoë *Zephyritis* dicebatur, auctore Callimacho, inibi Arsinoën Philadelphi regis Ægypti uxorem *Veneris Zepheritidis* nomine coluerunt Ægyptii, in quam extat epigramma ejusdem Callimachi, & Posidippi apud Athenæum lib. 7. illius, ut longum relinquimus brevitati studentes, hujus ut brevius apponimus:

Τοῦτο καὶ ἐν πόρῳ καὶ ἐπὶ χθονὶ τῆς Φιλαδέλφου
Κυπρίδος ἱλάσκεσθ' ἱερὸν Ἀρσινόης
Ἣν ἀνακιρρώσαιον ἐπὶ Ζεφυρηΐδος ἀκτῆς
Πρῶτος ὁ ναύαρχος ἵδρυσε Καλλικράτης
Ἥ τε καὶ εὐπλοΐαν δώσει, καὶ χείματι μέσσῳ
Τὸ πλαζὸν λιοσοΐδμοις σκιρτήσει πέλαγος.

Hoc & in fluvio, & in terra Philadelphi
Cypridis veneramini templum Arsinoës
Quam Dominam Zephereidis litoris
Primus nauarchus consecravit Callicrates
Quæ fœlicem navigationem dabit, ac tempestate media
Amplum supplicibus pingue faciet i.e. secundabit *mare.*

Quæ Catullo quoque memoratur hoc districho:

Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat
Grata Canopeis incola littoribus.

De quo videsis Scaligerum in Catullum, & Turnebum Adversar. lib. 1. c. 7.

23 Ζῆλα, τόπος Ἀρμενίας.] Zela, locus Armeniæ. Zela neut. plur. quæ noster inquit fuisse locum Armeniæ; Strabo lib. 12. urbem vocat, quam in Zeletide ejusdem Armeniæ regione locat: Ἡ δὲ Ζηλῆτις ἐχέ πόλιν Ζῆλα ἐπὶ χώματι Σεμιράμιδος τειχιζομένῳ, ἔχουσαν τὸ ἱερὸν τῆς Ἀναΐτιδος, ὡσαύτως καὶ οἱ Ἀρμένιοι σέβονται. i.e. *Zeletis verò* [regio] *habet urbem Zela in aggere Semiramidis muro-cinctam, quæ habet Anaïtidis templum, quam & Armenii colunt.*

24 Ἡ * Ἀρίεμισι Σάκαια.] Hæc sic legenda esse existimo ἐν ἡ Ἀρίεμισι Σάκαια. i. e. in qua urbe Dianæ *Sacæa*, id est festum sic dictum celebrabatur; ex Strabonis enim lib. 11. elucet Sacæa celebrari solita in hac urbe in honorem Anaïtidis. Sic enim ille: Καὶ τὸ τῆς Ἀναΐτιδος, καὶ τὸ τῆς συμβώμων θεῶν

Ἀῤρεμιδι Σάκεα, λεγομένη καὶ αὐτὴ ἀδελφέως. A Dianæ *Sacea*, dicta & ipsa neutro genere. Est etiam Ziela trisyllabum, urbs Cappadociæ, quam condidit Zielas Nicomedis filius. Civis Zielites.

25 Ἔστι καὶ Ζίηλα τρισυλλάβως, πόλις Καππαδοκίας, ἣν ἔκτισεν ὁ Νικομήδους υἱὸς Ζιήλας. Ὁ πολίτης, Ζιηλίτης.

ZELUS, urbs Æthiopum occidentalium, B Strab. lib. 16. Civis, Zelites.

ΖΗΛΟΣ 26, πόλις τῶν Ἑσπερίων Αἰθιόπων· Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ. Ὁ πολίτης, Ζηλίτης.

ZENODOTIUM, urbs Osroënæ prope Nicephorium, Arrianus Parthicorum lib. 2. Gentile, Zenodotius, & Zenodotieus, & Zenodotinus more-regionis-consueto. C

ΖΗΝΟΔΟΤΙΟΝ 27, πόλις Ὀσροήνης, πλησίον Νικηφορίου· Ἀρριανὸς Παρθικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ζηνοδότιος, καὶ Ζηνοδοτικὸς, καὶ Ζηνοδοτῖνος ἐπιχωρίως.

ZERANII, populi Thraciæ, Theopomp. lib. 25. Et Zerania, de regione, Ephorus lib. 27.

ΖΗΡΑΝΙΟΙ, ἔθνος Θρᾴκης· Θεόπομπος εἰκοστῷ πέμπτῳ. Καὶ Ζηρανία, ἡ τῆς χώρας. Ἔφορος εἰκοστῷ ἑβδόμῳ.

ZERYNTHUS, urbs, & antrum Hecates in Thracia. Lycophr. D

ΖΗΡΥΝΘΟΣ 28, πόλις καὶ ἄντρον Ἑκάτης, ἐν Θρᾴκῃ. Λυκόφρων,

Zerynthus antrum canivoræ deæ,
inquit.

Ζήρωθος ἄντρον τῆς κυνὸς φανᾶς θεᾶς, φησίν.

Civis, Zerynthius, & Zerynthias.

Ὁ πολίτης Ζηρύνθιος, καὶ Ζηρωθίας.

ZIPOETIUM, urbs Bithyniæ à Zipœto rege. Gentile, Zipœtius. E

ΖΙΠΟΙΤΙΟΝ, πόλις Βιθυνίας, ἀπὸ Ζιποίτου βασιλέως. Τὸ ἐθνικὸν, Ζιποίτιος.

ZOARA, urbs Persica, incolæ, Zoaratæ, Dionysius *Zoaros* eos vocat Bassaricorum lib.

ΖΟΑΡΑ 29, πόλις Περσική. Οἱ οἰκῆται, Ζοαρῆται. Διονύσιος καὶ Ζοάρους αὐτοὺς φησιν,

Ἰηοῦς ἱερὸν ἱδρύσατο Ὠμανὸς καὶ Ἀνανδράτης Περσικῶν δαιμόνων· ἀπόδειξάν τε πανήγυριν κατ' ἔτος ἱερὰν, τὰ Σάκαια· ἣν μέχρι νῦν ἐπιτελοῦσιν οἱ τὴν Ζῆλαν ἔχοντες· ἔστι γὰρ καλοῦσι τὸν τόπον. i. e. *Ibique Anaïtidis & eisdem-aris-gaudentium geniorum Persicorum Omani, & Anandrati templum posuerunt, & Sacæa, conventum per singulos annos sacrum statuerunt, quem etiam nunc celebrant, qui Zela tenent; ita enim vocant locum.* Quam Strabo *Anaitidem*, noster vocat *Dianam*; causam hujus festi late persequitur Strabo loco citato; ad hanc urbem J. Cæsar vicit Pharnacem Mithridatis illius celeberrimi filium, de qua victoria propter ejus celeritatem adeò gloriatus est, ut inter pompæ fercula titulum prætulerit horum verborum: VENI, VIDI, VICI. Hujus victoriæ meminere Dio lib. 42. Suet. in D. Jul. Cæs. Ad eamdem urbem vicerat Mithridates Triarium, eodem Dione auctore.

25 Ἔστι καὶ Ζίηλα τρισυλλάβως, πόλις Καππαδοκίας.] Celebrat nunc Ziela urbem Cappadociæ, quæ Plinio dicitur *nobilis clade Triarii & victoria C. Cæsaris.* Sed Dio Cassius & victoriam Cæsaris & cladem Triarii apud Armeniæ Zélειαν (sic *Zela* urbem, de qua nota 23. præcedenti egimus vocat) accidisse tradit lib. 42.

26 Ζῆλος, πόλις τῶν Ἑσπερίων Αἰθιόπων.] Zelus, urbs Æthiopum Hesperiorum ex Strabonis lib. 16. sed fallitur auctor noster. Strabo enim lib. 17. memorat Æthiopes *Hesperios*, i. e. *occiduos*: Ὑπὲρ ταύτης δ' ἐστὶν ἐπὶ τῇ ἔξω θαλάττῃ ἡ τῶν Ἑσπερίων καλουμένων Αἰθιόπων χώρα, καθ' ἃς οἰκουμένη τὸ πλέον. i. e. *Supra hanc* [Mauritaniam] *ad exterius mare est Æthiopum, qui* Hesperii *vocantur, regio magna ex parte male habitata.* Eidem eodem libro urbs Ζῆλις, non Ζῆλος, ut inquit, noster memoratur: Εἰς δὲ τὸν ἐκτὸς θαλάττιον πλοῦν ἀπὸ Λιξοῦ, πόλις ἐστὶ Ζῆλις, καὶ Τίγα, εἶτα τὰ Ἑπτὰ ἀδελφῶν μνήματα, καὶ τὸ ὑποκείμενον ὄρος ὄνομα Ἄτλας, πολύδενδρον, καὶ μεγαλόδενδρον. i. e. *A Linge in exterius mare navigantibus, civitas est Zelis, & Tiga, deinde Septem fratrum monumenta, & subjacens mons multis-feris, & magnis arboribus plenus.*

27 Ζηνοδότιον, πόλις Ὀσροήνης, πλησίον Νικηφορίου.] Zenodotium, urbs Osroënæ, prope Nicephorium ex Arrhiani Parthic. lib. 2. Utriusque meminit Dio Cassius lib. 40. qui has urbes in Mesopotamia videtur locare; aliqui enim Osroënem Mesopotamiæ, aliqui Syriæ adscribunt, utrasque Syria comprehendebat. Dionis sunt verba: Ταχὺ δὲ καὶ ὁ Κράσσος πάντα φρούρια καὶ τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας μάλιστα, τάς τε ἄλλας καὶ τὸ Νικηφόριον ὀνομαζόμενον, κατεστρέψατο. i. e. *Celeriter verò Crassus & castella & civitates recepit, Græcas præcipue, & alias, &* Nicephorium *nuncupatum.* Ac paulo infra: Πλὴν ὅτι Ζηνοδότης οἰκήτορες μεθέπεμψάν τινας αὐτῶν, οἷς καὶ μεθέστησαν· ἐπειδὴ δὲ ἐνδὺν ἐγένοντο, ἀπέλαβόν τε αὐτοὺς καὶ διέφθειραν, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο ἀνέστησαν αὐτούς. i. e. *Soli incolæ Zenodotii, accersitis aliquibus eorum, quasi se in eorum fidem daturi, postquam intrà fuerunt, receptos obtruncarunt, atque propter hoc eos delevit.*

28 Ζήρωθος, πόλις καὶ ἄντρον Ἑκάτης, ἐν Θρᾴκῃ.] Zerynthus, urbs & antrum Hecatæ in Thracia, ex Lycophrone. Hujus affert versum male sanum, qui apud Lycophronem sic legitur:

Ζήρινθον ἄντρον τῆς κυνοφανοῦς θεᾶς
Λιπών.
Zerinthum antrum canivoræ deæ
Linquens.

Quare apud Stephanum pro Ζήρωθος lege Ζήρινθον, pro φησὶν lege λιπών. Quod est principium alterius versus. Apud utrumque pro κυνοφανὲς lege κυνοφάγε. Sic enim Lycophro, vocat Hecaten, quod canis ei sacrificaretur, quemadmodum Juno apud Spartanos αἰγοφάγος, i. e. *caprivora* dicebatur, quod ipsi capra immolaretur. Zerinthium Apollinis celebrat Liv. 38. c. 41. *Eo die ad Hebrum flumen perventum est. Inde Æniorum fines præter Apollinis Zerinthium, quem vocant incolæ, templum superant. Alia angustiæ circa Tempyra excipiunt (hoc loco nomen est) nec minus confragosæ, quàm priores, sed quia nihil silvestre circa est, ne latebras quidem ad insidiandum præbent.* Et Zerynthia littora & Tempyra memorantur ab Ovidio Tristium lib. 1. Elegia 9. v. 19. & 21.

Inde levi vento Zerynthia littora naclis
Threïciam tetigit fessa carina Samon
Saltus ab hac terra brevis est Tempyra petenti.

29 Ζόαρα, πόλις Περσική.] Zoara, urbs Persica, scilicet Persarum ditionis. Namque Ptolemæus lib. 5. c. 17. eam inter mediterraneas Arabiæ Petræ urbes numerat. Memoratur etiam Josepho de bello Judaico lib. 5. c. 5. juxta versionem Latinam.

Φησιν, ἐν τρίτῳ Βασιλικῶν. [30] Ἔστι καὶ κώμη μεγάλη, Φρέαρον ἐν Παλαιστίνῃ, ὅπου τῇ Ἀσφαλτίδι καλουμένῃ θαλάσσῃ Ζόαρα, ἑτέρως. [31] Δηλοῖ δὲ τῇ Ἑβραίων φωνῇ τὸ μικρὸν, [32] ὅπου ὁ Λὼτ ἔφυγε, καὶ ἐσώθη ἀπὸ τῆς Σοδομιτικῆς ὀργῆς. Οἱ πολῖται δὲ Ζοαφηνοὶ, ἀπὸ τοῦ ἐγχώριον τύπον, καὶ Ζοαρᾶται· Οἱ γὰρ δύο τύποι Ἀραβίοι. A

lib. 3. Est etiam vicus magnus, castellum in Palæstina juxta Asphaltidem mare, *Zoara*, neutro genere. Significat verò Hebræorum lingua *parvum* quò Lot fugit, ac salvus evasit à Sodomitica ira. Cives oppidi, Zoareni propter indigenarum consuetam formam, & Zoaratæ. Hæ enim duæ formæ sunt Arabicæ. B

ΖΟΙΤΕΙΟΝ [33], πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῳ. [34] Λέγεται καὶ Ζείτειον, ἀπὸ Ζείπους. Τὸ ἐθνικὸν ᾧδε· τὸ Ζοίτειον, Ζοιτειεύς· ᾧδε δὲ τὴν Ζοίτειαν, Ζοιτεύς. C

ZOETEUM, urbs Arcadiæ, Pausanias lib. 8. Dicitur etiam Ziteum, à Ziteo. Gentile, ab Zœtëum, Zœteeus, ab Zœtia verò, Zœteus.

ΖΟΜΒΙΣ, πόλις τῆς Μηδίας.

ZOMBIS, urbs Mediæ.

ΖΟΥΧΙΣ [35], πόλις Λιβύης πρὸς τῇ Σύρτει· Στραβὼν ἑκκαιδεκάτῃ. Ὁ πολίτης, Ζαχίτης. D

ZUCHIS, urbs Libyæ circa Syrtim, Strab. lib. 16. Civis, Zuchites.

ΖΥΓΕΝΑ [36], νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ζυγηνίτης· καὶ κλητικὸν, Ζυγενικός.

ZYGENA, insula in mari rubro. Gentile, Zygenites: poss. Zygenicus.

ΖΥΓΑΝΤΙΣ [37], πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος Ἀσίας περιηγήσει. Οἱ πολῖται Ζυγάντης, [38] οἵτινες τὰ ἄνθη συλλέγοντες, μέλι ποιοῦσιν, ὥστε μὴ λείπεσθαι ὑπὸ τῶν μελισσῶν γινομένων, ὡς Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἐν ἕκτῳ γῆς περιόδου. E

ZYGANTIS, urbs Libyæ, Hecatæi Asiæ Periegesi. Cives, Zygantes, qui flores colligentes, mel conficiunt, adeò ut non cedat ab apibus facto, ut Eudoxus Cnidius lib. 6. terræ periodi. F

ΖΥΓΟΙ [39], περὶ τὸν τῆς Ἀσίας Βοσπόρον. Στραβὼν ἑνδεκάτῃ. [40] Τούτων ἔοικε καὶ ἡ Ζυγόπολις

ZYGI, ad Asiæ Bosphorum. Strabo. lib. undecimo. Horum videtur esse Zygopolis juxta

30 Ἔστι καὶ κώμη μεγάλη, Φρέαρον ἐν Παλαιστίνῃ.] Nunc memorat vicum magnum, cum castello in Palæstina *Zoara* neut. plur. prope Asphaltidem mare (sic vocat *Lacum Asphaltiten*, quem alii *mare mortuum* dicunt) Hebraice τσοαρ Geneseos c. 19. v. 22. Ζόαρ dicitur Josepho Antiquit. lib. 1. c. 12. Septuaginta senes vertunt Σηγώρ.

31 Δηλοῖ δὲ τῇ Ἑβραίων φωνῇ τὸ μικρὸν.] Optime inquit nomen *Zoara* significare Hebræorum lingua, *parvum*; erat enim urbs parva, ac ideo sic vocata fuit, ut apparet ex Genesis capite versuque citato, cum antea *Belah* diceretur, ut constat ex ejusdem Genesis c. 14. v. 2.

32 Ὅπου ὁ Λὼτ ἔφυγε.] Zoara Palæstinæ castellum fuisse, quo fugit Lot, inquit, quod videtur desumptisse ex Josephi Antiquit. lib. 1. c. 12. Διαφθαρῆναι δὲ αὐτὰς μὴ τὴν Σηγωρίτιν εἰς βραχύ τι χωρίον καταφυγοῦσαν, σῳζομένην ὑπὸ τῆς Ζόαρ τοὔνομα τῇ πόλει καὶ τοῦτο λαχούσης. i. e. *Fugit verò ipse una cum filiabus in parvum quemdam locum evadens circumscriptum ab igne; Zoar adhuc hanc dicitur; sic enim vocant Hebræi parvum.*

33 Ζοίτειον, πόλις Ἀρκαδίας.] Zœteum, urbs Arcadiæ, ex Pausaniæ lib. 8. memoratur, cui lib. citato dicitur Zοίπων, & Ζοίπα, neut. & fœmin. gen. ejus conditorem Zœteum Tricoloni filium fuisse inquit libro citato: Ζοίτειον δὲ ἀπέχει μὲν Τεγεατῶν πόλεως ἐπὶ τὰς ἄρκτους ὀλίγον, ἄλλως δὲ ἐκ Τεγεατῶν ἐς ἀριστερὰν, Ζοίτεια δὲ ἐκάλουν τὴν Τεγεατῶν λέγουσι. i. e. *Zœteum verò longius à Tricolonis xv circiter stadiis, sitam verò non recto itinere, sed ex Tricolonis ad lævam, Zœteum condidisse dicunt.*

34 Λέγεται καὶ Ζείτειον.] In his verbis defecit, τὸ καὶ Ζοίτειον, de qua statim loquitur, ac si de ea loquutus fuisset.

35 Ζοῦχις, πόλις Λιβύης πρὸς τῇ Σύρτει.] Zuchis, urbs Libyæ circa Syrtin, ex Strabonis lib. 16. Hanc una cum lacu cognomine memorat Strabo lib. 17. (non lib. 16. ut inquit noster) hisce verbis: Μετὰ δὲ τὴν Σύρτιν Ζοῦχίς ἐστι λίμνη στάδιον τριακοσίων, στενὴ ἔχουσα εἴσοδον, καὶ παρ' αὐτὴν πόλις ὁμώνυμος περφυροβαφεῖα ἔχουσα, καὶ παρασκεύασμα παντοδαπόν. i. e. *Post Syrtim verò est lacus Zuchis* CCCC *stadiorum, angustum habens introitum, & juxta eum urbs ejusdem nominis purpuræ-tinctivas & salsamenta omnigena habens.* Quare apud Stephanum pro ἑκκαιδεκάτῃ lege ἐπταικαιδεκάτῃ.

36 Ζύγαινα, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Zygena, insula in mari Rubro memoratur Ptolemæo lib. 6 c. 7. cui Ζύγαινα dicitur & inter insulas juxta sinum Arabicum locatur.

37 Ζυγαντὶς, πόλις Λιβύης.] Zygantis, urbs Libyæ ex Hecatæi Asiæ periegesi, cujus cives *Zygantes* dicebantur. Hos memorat Herodotus lib. 4. c. 194. cujus nota sequenti apponemus verba.

38 Οἵτινες τὰ ἄνθη συλλέγοντες, μέλι ποιοῦσι, &c.] Zygantes mel conficere è floribus melle apum nihilo deterius refert ex Eudoxo Cnidio; Cujus rei meminit etiam Herodotus libro capiteque nota præcedenti citatis: Τούτων δὲ Ζύγαντες ἔχουσι, οἱ τοῖσι μέλι μὲν πολὺν μέλισσαν κατεργάζονται, πολλῷ δὲ ἔτι πλέονα λέγεται δημιουργοὺς ἀνδρας ποιέειν· μιαίνονται δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἔτεος, καὶ πιθηκοφαγέουσι. i. e. *His finitimi sunt Zygantes, inter quos magnam copiam mellis apes conficiunt, sed multo majorem opifices viri facere dicuntur; minio verò omnes inficiuntur, ac simiis vescuntur.*

39 Ζυγοὶ, περὶ τὸν τῆς Ἀσίας Βόσπορον.] Zygi, populi juxta Bosporum Asiæ memorantur ex Strabonis lib. 11. cui eodem libro Ζυγοὶ & Ζύγιοι dicuntur, ut & reliqua hujus formæ nomina, veluti, Syri, Bœoti, Syrii, Bœotii.

40 Τούτων ἔοικε καὶ ἡ Ζυγόπολις, &c.] Zygorum seu Zygiorum urbem inquit fuisse Zygopolim juxta Trapezuntem ex Strabonis lib. 12. cujus sunt verba: Εἶτα τὰ Ἐγμιαλίστης πλησίον ἡ Τραπεζοῦς· εἶθ' ἡ Κολχίς· ταύτῃ δὲ πως ἐστὶ καὶ Ζυγόπολις. i. e. *Deinde prope Hermonassen Trapezûs; deinde Colchis; hîc verò circiter est etiam Zygopolis.* Videsis L. Holsten. in Ortelium ultimo folio.

41 Ζω-

πόλις ὑπὲρ Τραπεζοῦντα· Στράβων δυοκαι- A δεκάτῃ. Τῆ ζυγοὶ τὸ ἐθνικὸν, Ζυγιανός.

juxta Trapezuntem, Strab. lib. 12. & Zygi gentile, Zygianus.

ΖΩΒΙΔΑΙ[41], ἔθνος πλησίον Καρμανίας. Κυάδρατος ἐν Παρθικῶν δευτέρῳ.

ΖΩΝΗ[42], πόλις Κικόνων. Ἐθνικὸν Εὐρώπη. Τὸ ἐθνικὸν, Ζωναῖος. B

ΖΩΣΤΗΡ[43], ἡ Ἀττικῆς ἰσθμὸς,[44] ὅπου φασὶ τὸν Λητὼ λῦσαι τὸν ζώνην, καθεῖσαν ἐν τῇ λίμνῃ λέσασθαι. [45] Ἐνταῦθα θύουσιν ἁλιεῖς Λητοῖ, καὶ Ἀρτέμιδι, καὶ Ἀπόλλωνι Ζωστηρίῳ. C Ὁ τοπίτης, Ζωστήριος. Τιμᾶται καὶ Ζωστηρία Ἀθηνᾶ ἐν Λοκροῖς τοῖς Ἐπικνημιδίοις.

ZOBIDÆ, gens prope Carmaniam. Quadratus Parthic. lib. 2.

ZONE, urbs Ciconum, Hecatæ. Europa. Gentile, Zonæus.

ZOSTER, Atticæ Isthmus, ubi ajunt Latonam solvisse zonam, ac dimissam in lacu laviſſe. Hic piscatores Latonæ, & Dianæ, & Apollini Zosterio sacrificant. Loci-habitator, Zosterius. Colitur etiam Minerva Zosteria in Locris Epicnemidiis.

41 Ζωβίδαι, ἔθνος πλησίον Καρμανίας.] Zobidæ, gens prope Carmaniam ex Quadrati Parthicorum lib. 2. memorantur, quorum meminit Ptolemæus lib. 6. c. 5. sed hic Σωβίδας vocat: Μετὰ δὲ τὴν πρὸς τὴν Καρμανίαν, ἡ Ταβιλίνη προσκειμένους ἔχουσα τοὺς Σωβίδας, i. e. *Post quam* [Articenen] *juxta Carmaniam, Tabiene adjacentes habens Sobidas.*

42 Ζώνη, πόλις Κικόνων.] Zone, urbs Ciconum. Fuere Cicones Thraciæ populi, quorum fœminæ Orpheum occiderunt, vel quod obscœni concubitus fuerit inventor, vel quod ab eo spretæ fuerint. Unde Virgil. Georgic. lib. 4. v. 520. canit:

Spretæ Ciconum quo munere matres
Inter sacra Deûm, nocturnaque orgya Bacchi
Discerptum late juvenem sparsere per agros.

Fœminæ verò, quæ Orgya Baccho celebrabant, vocabantur *Bassarides, Edonides, Euantes, Thyades, Mimallonides, Mænades*, & alia etiam nomina habebant, quorum non venit mihi in mentem; Zones verò urbis meminit Scylax in Thracia. Herodotus lib. 7. c. 59. eam locat prope Doriscum, ubi Xerxes suas recensuit copias: Τὰς μὲν δὴ νέας τὰς πάσας ἀπικομένας ἐς Δορίσκον, οἱ ναύαρχοι, κελεύσαντος Ξέρξεω, ἐς τὴν αἰγιαλὸν τὴν παρεστεῶσαν Δορίσκῳ ἐκόμισαν· ἐν τῇ Σάλη τε Σαμοθρηίκη πεπόλισται πόλις, καὶ Ζώνη. i. e. *Omnes naves Doriscum appulsas, navarchi, jubente Xerxe, ad litus Doriſco adhærens advexerunt: ubi Sale, Samothraciæ urbs sita est, & Zone.*

43 Ζωστὴρ, ἡ Ἀττικῆς ἰσθμὸς.] Zoster, Atticæ isthmus. Memoratur Herodoto lib. 8. c. 107. & Straboni, ex cujus lib. 9. sunt, quæ sequuntur: Μεταξὺ δὲ τῶν λεχθέντων δήμων, μακρὸν ἄκρον προήκει μέχρι τῆς Αἰγωνέας Ζωστήρ. i. e. *Inter dictos populos, longum promontorium primum post Æxonenses est Zoster.*

44 Ὅπου φασὶ τὸν Λητὼ λῦσαι τὸν ζώνην, &c.] Petit etymologiam Zosteris, populi & Isthmi Atticæ à fabula Latonæ, cujus etiam, sed alio modo ac noster refert, meminit Pausanias lib. 1. Τεκεῖν μὲν δὴ ἐν Λητὼ τοὺς παῖδας οὐταῦθα ἔφασι, λύσασθαι δὲ τὴν ζώστῆρα ὡς πεξομένην, καὶ τοῦ χωρίου ἀπὸ τούτου γενέσθαι τὸ ὄνομα. i. e. *Peperisse quidem hic Latonam filios non dicunt, solvisse verò zonam, velut parituram, & ideo loco nomen impositum fuisse.*

45 Ἐνταῦθα θύουσιν ἁλιεῖς Λητοῖ, καὶ Ἀρτέμιδι, &c.] In Isthmo & populo Atticæ Zostere sacrificare piscatores inquit Latonæ, Dianæ & Apollini Zosterio, quia in hoc populo ad mare erat ara his numinibus dicata, auctore Pausania, lib. 1. Ἐν Ζωστῆρι δὲ ἐπὶ θαλάσσῃ καὶ βωμοὶ Ἀθηνᾶς, καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Λητοῦς. i. e. *Zostere verò ad mare est etiam ara Minervæ, & Apollinis, & Dianæ, & Latonæ.*

H.

H.

ΗΔΟΙ, ἔθνος Σκυθικὸν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. A

ΗΔΥΜΗ πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν Ἡδυμαῖος. B

ΗΔΩΝΟΙ[1], ἔθνος Θρᾴκης, ἀπὸ Ἡδωνέως, ἢ Μύγδονος ἀδελφοῦ. Καὶ τὸ θηλυκὸν Ἡδωνὴ, καὶ Ἡδωνάς. Λέγεται καὶ Ἡδωνεὺς, καὶ Ἡδωνιάτης. C

EDI, gens Scythica, Hecatæ. Europa.

EDYME, urbs Cariæ. Gentile, Edymæus.

EDONI, populi Thraciæ ab Edono, Mygdonis fratre, fœmin. Edone, & Edonæ. Dicitur etiam Edoneus, & Edoniates.

ΗΕΤΙΩΝΕΙΑ[2], ἄτως ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως

EETIONIA, sic vocabatur alterum Piræei

1 Ἡδωνοὶ, ἔθνος Θρᾴκης.] Edoni, gens Thraciæ, quorum nomen deducit noster ab Edone Mygdonis fratre, alii verò ab Edone Thraciæ monte, à quo fœminæ illæ, quæ sacra Bacchi furentes celebrabant *Edonides* dictæ fuere, cujus meminit Virgilius Æneid. lib. 12. v. 363.

Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus alto
Insonat Ægæo, sequiturque ad littora fluctus,
Qua venti incubuere, fugam dant nubila cælo:
Sic Turno, quacunque viam secat, agmina cedunt,
Conversæque ruunt acies.

2 Ἠετιώνεια, ἄτως ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα.] Eetionia, erat alterum Piræei promontorium, nomen invenit ab Eetione, de qua videsis Thucydidem lib. 8. *arcem Piræi* vocat Harpocratio, scilicet erat promontorium cum arce ejusdem nominis.

ραιέως ἄκρα, ἀπὸ Ἠετίωνος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἠετίων. A Piræei promontorium, ab Eetione. Gentile, Eetion, onis.

Ἠΐων[3], πόλις ἐν Χερρονήσῳ, ὡς Θουκυδίδης. Τὸ ἐθνικὸν, Ἠϊονεύς. Ἔστι καὶ ἄλλη πρὸς τῇ Πιερίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν τούτης, Ἠϊονίτης. B

EION, onis, urbs in Chersoneso, ut Thucyd. Gentile, Eioneus. Est etiam alia ad Pieriam. Gentile hujus, Eionites.

Ἠλακάταιον, ὄρος Θεσσαλίας, ὅπου καὶ Διὸς Ἠλακαταίου ἱερόν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἠλακαταιεύς· καὶ Ζεὺς Ἠλακατεύς. C

ELACATÆON, mons Thessaliæ, ubi & Jovis Elacatæi templum. Gentile, Elacatæus, & Jupiter Elacateus.

Ἠλεκτρίδες[4], νῆσοι ἐν αἷς εἰσι δύο ἀνδριάντες, Δαιδάλου καὶ Ἰκάρου. Τούτας φασὶ τὰς νήσους τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν περιεχωρηκέναι. Ἔστι δὲ καὶ λίμνη πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ὕδωρ ἔχουσα θερμὸν· ὀσμὴ δὲ ἀπ' αὐτῆς βαρεῖα καὶ χαλεπὴ ἀποπνεῖ, καὶ ὅτε ζῶον πίνῃ ἐξ αὐτῆς, ὅτε ὄρνεον ὑπερίπτασθαι, ἀλλὰ πίπτει, καὶ ἀποθνήσκει. Ἔστι δὲ ὁ κύκλος σταδίων Δμακοσίων τὸ εὖρος. Καὶ μυθολογοῦσι, φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν ἐκεῖ· εἶναι δὲ ἐκεῖ καὶ αἰγείρους πολλὰς, ἐξ ὧν πίπτει τὸ καλούμενον ἤλεκτρον, ὅμοιον κομμιδέῃ, Δρὰ τὸ σκληρύνεσθαι ὡς λίθον. Οἱ καλοικοῦντες, Ἠλεκτρίται· πρὸς τὸ τύπον Ἠλεκτρινοὶ, Δρὰ τὸ ἐπιχώριον. D E

ELECTRIDES insulæ, in quibus sunt duæ statuæ, Dædali, & Icari; has verò insulas ajunt juxta Eridanum fluvium sitas fuisse. Est verò & lacus prope fluvium, habens aquas calidas; odor verò ab ea gravis, & noxius exhalat. Quare, nec ullum animal ex ea bibit nec avis ulla supervolat, sed cadit, & moritur. Cujus circuitus est stadiorum ducentorum latitudine; ac fabulantur, Phaethontem fulmine percussum illic cecidisse; illic verò multas nigras populos esse, ex quibus cadit, quod vocatur *electrum*, gummi parvo simile, quod lapidis instar duretur; incolæ, Electritæ, & juxta formam, Electrini, propter regionis consuetudinem.

Ἡλιαία[5], δικαστήριον Ἀθηναίων, ὠνομασμένον ἀπὸ τοῦ ἅλις. Δεύτερον ὠνόμασται, ἁλία, καὶ Ἡλιαία. Ἔστι δὲ τὸ μέγα δικαστήριον, τὸ ἐκ τῶν τεττάρων ἡλιαστικῶν δικαστηρίων, ἐκ πεντακοσίων, καὶ πενήκοντα, καὶ Δμακοσίων, καὶ ἑκα- F

HELIÆA, tribunal Athenienſium ab ἅλις, i. e. *satis, abunde, coacervatim*. Secundum paragogon ἁλία, i.e. *congregatio*, & *hinc* ἡλιαία, i.e. *helixa*. Est verò magnum judicium ex aliis quatuor congregatum, scilicet ex 500. & ex 50. & ex 200. & ex 100. qui verò divulgabantur, dicebantur. He-

3 Ἠΐων, πόλις ἐν Χερρονήσῳ.] Eion, urbs in Chersoneso ex Thucydide, qui eam memorat lib. 4. Καθῆ τὸν αὐτὸν χρόνον Σιμωνίδης Ἀθηναίων στρατηγὸς Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Θρᾴκης Μενδαίων ἀποικίαν, πολεμίαν δὲ οὖσαν ξυλλέξας, Ἀθηναίους τε ὁλίγους ἐκ τῶν φρουρίων, καὶ τῶν ἐκείνῃ συμμάχων πολὺ μετὰ τοῦτο πανδημεὶ προσβοηθησάντων, &c. i. e. *Per idem tempus Simonides Atheniensium dux, collectis paucis Atheniensium ex præsidiis, & sociorum illic habitantium multitudine, Eionem in Thracia Mendæorum coloniam, hostilem urbem per proditionem cepit, &c.* Ex eodem verò Thucydide lib. 4. constat ad Strymonem fluvium sitam fuisse, *Rendina* autem à recentioribus Græcis vocatur, auctore Philippo Ferr. Alexandrino in suo lexico Geographico.

4 Ἠλεκτρίδες, νῆσοι ἐν αἷς εἰσι, &c.] Electrides, insulæ juxta Eridanum fluvium, nomen adeptæ ab electro, memorantur. Sed nullas hujusmodi insulas fuisse circa *Eridanum*, id est *Padum* Italiæ fluvium testatur Plinius lib. 37. c. 2. Glessarias verò insulas in mari Germanico *Electrides* vocatas fuisse, quod ibi electrum nasceretur, refert idem auctor lib. 4. c. 16. *Et ab adverso in Germanicum mare sparsæ* Glessariæ, *quas* Electrides *Græci recentiores appellavere, quod ibi electrum nasceretur.* Electrum vocabant Germani *glessum*, teste Tacito, & Plinio. Andreas Althamerus in suis commentariis in C. Tacitum de moribus Germanorum ait: *Glessum veteres Germani appellarunt* succinum, *ob nitorem, quod instar vitri luceat, quam vocem vernaculus Germanorum sermo etiamnum retinet, vitrum enim* glas, *&* gleser *apellant.* Nondum convenit inter scriptores, quænam fuerint hæ insulæ, nec olim inter veteres conveniebat, quibus in terris electrum nasceretur, de quibus libet apponere verba Plinii ex ejus lib. 37. c. 2. *Super omnes est Sophocles Tragicus poëta, quod equidem miror tanta gravitate cothurni, & præteritæ vitæ fama, aliâs principe loco genitus Athenis, rebus gestis, exercitu ducto, hic ultra Indiam fieri dixit e lachrymis Meleagridum avium Meleagrum deflentium, quod & credidisse eum, vel sperasse alii persuadere posse, quis non miretur, quamve puritiam tam imperitam posse reperiri, quæ avium ploratus annuos credat, lachrymasve tam grandes, avesque e Græcia, ubi Meleager periit, ploratum isse in Indos. Quid ergo? non multa æque fabulosa produnt poëtæ? sed hoc ea in re, quæ quottidie inveharur, atque abundet, & hoc mendacium coarguat, serio quemquam dixisse, summa hominum contentio est, & intoleranda mendaciorum impuritas.* Sed idem auctor subsequenti capite inquit, certum esse in insulis septemtrionalis Oceani gigni, & à Germanis *glessum* appellari. Olim infantibus alligari succinum pro amuleto solebat, atque eadem de causa Poppæam Neronis uxorem inter capillos id gestasse memini me legisse, nescio apud quem auctorem. Reliqua, quæ de his insulis & electro affert noster, redolent Græcorum nugas & poetarum figmenta, quæ jam coarguit Plinius libro capiteque supra dicto.

5 Ἡλιαία, δικαστήριον Ἀθηναίων.] Heliæa, fuit tribunal Athenienſium, omnium Athenis maximum, auctore Pausania lib. 1. cujus judices *Heliastæ* dicebantur. Eorum numerum aliter refert noster, ac Suidas, & Harpocratio, qui suo loco afferunt, hoc δικαστήριον habuisse duo millia Judicum, & adhuc amplius. Tot judices non solum Athenas & Atticam, sed etiam totum terrarum orbem poterant judicare; hæc & hujusmodi alia sunt certa vanitatis Græcorum documenta. Ejus etymologiam deducit noster ἀπὸ τοῦ ἅλις, i. e. *satis, abunde, coacervatim.* Suidas vero ἀπὸ τοῦ ὑπὸ τοῦ ἡλίου βάλλεσθαι, i. e. *quod à sole feriretur.* Erat enim in subdiali loco.

6 Ἡλιά-

ἁλίζω. Οἱ δὲ ἐκφερόμενοι, ἐλέγοντο Ἡλιασταί· ἐκ γὰρ τῆς ἅλις, ἁλία γίγνεσθαι. Καὶ ὡς βία βιάζω, καὶ αἰτία αἰτιάζω, ἕτως ἁλία ἁλιάζω· καὶ Ἁλιαστὴς, ὡς δικαστὴς, καὶ Ἡλιαστὴς· καὶ ἡλικὸν Ἡλιαστικὸς, ὥσπερ τὸ ἡλιαστής. A Heliastæ, ex ἅλις enim, i.e. *satis*, *abunde*, *coacervatim* fit ἁλία, i. e. *coacervatio*, *congregatio*, *cœtus*, ac ut à βία, i.e. *vis*, fit βιάζω, i.e. *vim infero*, & ut ab αἰτία, i.e. *culpa*, *causa*, fit αἰτιάζω, i.e. *culpam tribuo*, sic ab ἁλία, i.e. *congregatio*, fit ἁλιάζω, i.e. *congrego*, & ἁλιαστὴς, i. e. *haliastes*, ut δικαστὴς, i. e. *judex*, & *Heliastes*. Et possef. Heliasticus ab Heliastes.

B

Ἡλιόπολις [6], πόλις Αἰγύπτου, [7] ἣν ἔκτισεν Ἀκτὶς ὁ ἡλι * ρόδης· [8] Ἡρόδοτος δευτέρᾳ. Ἔστι καὶ Θρᾴκης, καὶ τῶν ἀρωματοφόρων, ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας. Καὶ δύο ἐν Σάρδεσι. [9] Καὶ ἡ Κόρινθος Ἡλιόπολις ἐλέγετο, εἶτα Πάγος, καὶ ἔτως Ἔφυρη. [10] Ἔστι καὶ ἐν Φοινίκῃ. Ὁ πολίτης, Ἡλιοπολίτης. C

HELIOPOLIS, urbs Ægypti, quam condidit Actis. * ..... Herodotus lib. 2. Est & Thraciæ, & aromatiferæ, ab Ægyptia, & duæ in Sardibus. Corinthus quoque, *Heliopolis* dicebatur, deinde Pagos, ac sic Ephyre. Est & alia in Phœnicia. Civis, Heliopolites.

Ἦλις [11], πόλις [12] πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ Ὀλυμ- ELIS, urbs juxta Ægyptiam Olympiam, ab

6 Ἡλιόπολις, πόλις Αἰγύπτου.] Heliupolis, id est, *Solis urbs*, fuit urbs Ægypti, quam Græci *Thebas* vocabant, ut refert Diodorus Siculus Bibliothecæ Hist. lib. 1. Μετὰ δὲ τοῦτον καταστεῖλαι βασιλέα Βασίλεον, καὶ τὸ τότε πάλιν ὀκτὼ γενέσθαι ὀκτὼ, τὸ τελευταῖον ὀνόματος ὅλα τὰ πρότερα φασὶ κτίσαι τὴν ὑπὸ μὲν Αἰγυπτίων καλουμένην Διὸς πόλιν τὴν μεγάλην, ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων Θήβας. Τὸν μὲν ἓν περίβολον αὐτὴν ὑπερκαταστῆσαι σταδίων ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα, οἰκοδομήμασι δὲ μεγάλοις καὶ ναοῖς διαπρεπῆ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀναθήμασι κεκομῆσαι πολυτελῶς, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς τῶν ἰδιωτῶν οἴκους· οἷς μὲν περιφόρους, οἷς δὲ παραπόρους καλεσκευάσαι· καὶ καθόλου τὴν πόλιν διαφερόντως εὐδαιμονεστάτην ἐκ μόνων τῶν κατ' Αἴγυπτον, ἅπαντα δὲ τὰ ἄλλων πασῶν ποιῆσαι, &c. i. e. *Post hæc verò Busiridem in regem erectum fuisse, & ejus nepotes octo post eum, quorum postremum ejusdem nominis cum primo, magnam illam urbem condidisse dicunt quam Ægyptii Diospolin, id est, Jovis urbem, Græci verò* Thebas *nuncupant. Ambitum ipsum fuisse ferunt* CXL *stadiorum, magnis ædificiis, & decoris templis & aliis donariis ornasse mirum in modum, eodem modo & privatorum domos, alias ad quartam, alias ad quintam contignationem usque construxisse, atque denique urbem beatissimam non solum Ægyptiarum, sed aliarum omnium feciſſe; ideò cum fama propter ejus opum & potentiæ magnitudinem ubique locorum increbuisset, ejus quoque meminisse Poetam dicunt.* Poëta verò, id est, Homerus ejus meminit Il. 9. v. 381.

——— ὅσσαι Θήβας
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐνι κτήματα κεῖται
Αἱθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
Ἄνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι καὶ ὀχέσφιν
——— *neque quot Thebas*
Ægyptias, ubi multæ in domibus opes reconditæ jacent
Quæque centum-portas habent, ducenti autem per singulas
Viri egrediuntur cum equis & curribus.

7 Ἣν ἔκτισεν Ἀκτὶς ὁ ἡλι * ρόδης.] Hic locus sic videtur mihi restituendus: ἣν ἔκτισεν Ἀκτὶς ὁ Ἡλίου παῖς, καὶ Ῥόδης. i. e. *quam condidit Actis Solis & Rhodi filius.* Namque apud Diodorum Bibliothecæ Historicæ lib. 5. memini me legere Actim fuisse filium Solis ex Rhodo Neptuni filia, à qua insulæ Rhodo nomen: Ἥλιον δὲ καὶ μάθον ἐρασθέντα τῆς Ῥόδης, τιμῆσαι τε αὐτῆς ὀνομάσαι ῥόδον, καὶ τὸ ἐπιπολάζον ὕδωρ ἐφάναι. i. e. *Solem verò secundum fabulam Rhodi amore captum & insulam ab ea nominavit Rhodum, & innatantem aquam exsiccavit.* Ac paulò infra memorat ejus septem filios, inter quos est Actis, quorum nomina sunt, *Ochimus, Cercaphus, Macar, Actis, Tenages, Triopas, & Candalus*; condidisse verò *Actina Heliupolim* de nomine patris nomine impositio auctor est idem auctor eodem libro: Ἀκτὶς δὲ εἰς Αἴγυπτον ἀπάρας ἔκτισε τὴν Ἡλιόπολιν ὀνομαζομένην, ἀπὸ τοῦ παιδὸς ἥρωος τὸ ἐπώνυμον. i. e. *Actis verò in Ægyptum profectus* Heliupolim *condidit, patris nomine impositio.*

8 Ἡρόδοτος δευτέρᾳ.] Sæpe meminit Herodotus lib. 2. Heliupolis Ægypti urbis, apud quem Thebæ, & Heliupolis sunt diversæ urbes, ad utrasque enim inquit se contulisse: Καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας τε καὶ ἐς Ἡλιόπολιν αὐτέων εἵνεκεν ἐτράπομαι, εἰθέλων εἰδέναι εἰ συμβήσεσθαι τοῖσι λόγιοισι τοῖσι ἐν Μέμφι. Οἱ δὲ Ἡλιοπολίται λέγουσι Αἰγυπτίων εἶναι λογιμώτατοι. i. e. *Quin etiam Thebas & Heliupolim harum ipsarum rerum gratiâ me contuli, volens scire, numquid convenirent cum iis, quæ mihi* Memphi *dicta fuerant. Heliopolitæ enim dicuntur esse Ægyptiorum disertissimi.* Sed hæc non obstant Diodori sententiæ, quæ fulcitur Homeri auctoritate, cui Thebæ Ægyptiæ *Hecatompyli* dicuntur. Unde Juv. Satyra 15. v. 6. inquit quoque:

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

Ab Heliopoli dicitur Heliopolites Nomos, ubi apud Eusebium Chronic. Canone, Onias Ptolemæo rege permittente, urbem & templum Hierosolymitanis simile condidisse fertur.

9 Καὶ ἡ Κόρινθος Ἡλιόπολις ἐλέγετο.] Corinthus *Heliupolis*, id est *Solis-urbs* dicebatur, scilicet, quod esset Sacra Soli, ut videre est ex Diodori lib. 5. Ἀκολούθως δὲ τούτοις νομοθετῶν τὴν νῆσον ἱερὰν Ἡλίου, καὶ τοὺς μὴ ταύτης γενομένους Ῥοδίους, ἀμφιλείσαι πρότερον τῶν ἄλλων θεῶν τιμῶσι τὸν Ἥλιον. i. e. *Consentaneum verò his existimari insulam sacram Soli, & natos postea Rhodios coluisse præ aliis Diis Solem.* Eadem de causa existimandum est Πάγος quoque *Corinthum* dictam, quod Sol exsiccaverit innatantem aquam, ac ita terra compacta fuerit, ut patet ex ejusdem Diodori verbis nota 9. præcedenti allatis, de *Ephyre* verò, sic enim etiam *Corinthus* vocata fuit. Videsis quæ suo loco annotavimus.

10 Ἔστι καὶ ἐν Φοινίκῃ.] De Heliopoli Phœniciæ loquitur Anonymus, quem vulgavit Gothofredus in Hexegesi totius mundi §. 10. Ἡλιόπολις, ἡ πλησιάζει τῷ Λιβάνῳ ὄρει, γυναῖκας διαφερούσας βόσκει, αἳ πρὸς πάντων ὀνομαζονται Λιβανώτιδες, ὅπερ τὴν Κύπριν μεγαλύνουσι θέσθαι· φασὶ γὰρ αὐτὴν ἐκεῖ οἰκεῖν, καὶ ταῖς γυναιξὶ τὴν χάριν τῆς εὐμορφίας διδόναι. i.e. *Heliopolis, quæ propinqua est Libano monti, mulieres formosas alit, quæ ab omnibus nominantur* Libanotides, *ubi Cyprin* [Venerem] *magnifice colunt; dicunt enim eam illic habitare, & mulieribus gratiam formæ dare.*

11 Ἦλις, πόλις.] Elis, fuit urbs Eliæ, regionis maritimæ, quæ inter Achaiam & Messeniam erat, atque ad mediterraneam partem, quæ ad Arcadiam juxta Pholoën, & Azanes, & Parrhasios attingebat, auctore Strabone lib. 8. Νῦν μὲν δὴ παῖσαν Ἠλείαν ὀνομάζουσι, τὴν μεταξὺ Ἀχαιῶν τε καὶ Μεσσηνίων προσβάλλουσαν εἰς τὴν μεσόγειαν τὴν πρὸς Ἀρκαδίαν τῇ κατὰ Φολόην, καὶ Ἀζᾶνας, καὶ Παρράσιος. i. e. *Nunc quidem totam* Eliam *nominant oram maritimam inter Achæos & Messenios attingentem ad mediterraneam juxta Arcadiam secundum Pholoen, & Azanes, & Parrhasios.* In hac igitur regione locat Strabo Elidem, quam ætate Homeri nondum fuisse conditam refert eodem libro: Ἦλις δὲ ἡ νῦν πόλις ἔπω ἔκτισε κατ' Οἶμηρον, ἀλλ' ἡ χώρα κωμηδὸν ᾠκεῖτο· ἐκαλεῖτο δὲ κοίλη Ἦλις ἀπὸ τῆς συμβεβηκυίας. Τοιαύτη γάρ ἐστιν ἡ πλείστη καὶ ἀρίστη ὀψὲ δὲ πόλεσι συνῴκισθησαν εἰς τὴν νῦν πόλιν τὴν Ἦλιν, μεταξὺ τῶν Περσικῶν, &c. i. e. *Elis verò, quæ nunc est urbs nondum condita erat ætate Homeri, sed regio per pagos incolebatur. Vocabatur autem* Cœle [Cava] Elis *ab eventu; hujusmodi enim est maxima & optima* [ejus pars,] *Serò tandem convenerunt in eam urbem, quæ nunc* Elis *post tempora Persica.*

12 Πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ Ὀλυμπίᾳ.] Esse Elidem prope Ægyptiam Olympiam inquit; nescio quare *Olympiam* vocet *Ægyptiam*, nisi pures Ægyptios Arcadiæ, quos memorat Pausanias lib. 8. aliquid habuisse commune cum Olympia;

Ὀλυμπία, [11] ἀπὸ Ἠλείου τοῦ Ταντάλου παι- A
δός. [14] Ἔστι καὶ ἄλλη Ἀρκαδίας. Καὶ τρίτη,
Ἱσπανίας. Ὁ πολίτης ἀπὸ τοῦ Ἠλιδικοῦ γλωσσῆς,
ἀναλόγως Ἠλίδειος, ὡς Ἀδωνίδειος, καὶ
Εὐπολίδειος· καὶ κλητικῶς τύπῳ καθ' ὕφεσιν τοῦ
δ Ἠλίειος, καὶ Ἤλειος. Ἀφ' οὗ Ἀλεῖος ὁ B
Ζεύς. Τρύφων δέ φησιν, ὅτι Ἠλίειος, καὶ
Ἠλιεῖος, καὶ Ἠλεῖος. [15] Ὅμηρος δὲ Ἐ-
πειὸς αὐτοὺς φησι, [16] καὶ κλητικῶς λέγεται Ἠ-
λιακός. Λέγεται καὶ παρωνυμικῶς Ἠλιάδαι,
λέγεται καὶ Ἠλιάδια, ὡς Ψωφιδία, καὶ Ἀρκα- C
δία, ἀπὸ γλωσσικῆς. Καὶ ἐπίῤῥημα, Ἠλιάθεν.
Τὸ δὴ Ἠλεῖος, καὶ ἡλυκῶς φασιν.

ἨΛΩΝΗ [17], πόλις Περραιβική. [18] Ὅ-
μηρος,

D
Ὄρθην Ἠλώνην τε. —

[19] Νῦν δὲ Λειμώνη, ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ λειμῶνα.
Τὸ ἐθνικόν, Ἠλωναῖος.

ab Eleo Tantali filio. Est & alia, Arcadiæ, & tertia, Hispaniæ. Civis, ab Elidis genitivo analogice, Elidius, ut Adonidius, ut Eupolidius, & possessiva forma adempto *d.* Elieus, & Elĕus, à quo Jupiter Aléus; Tryphon verò inquit, dicendum esse Elieus, & Eliĕius & Elēus; Hom. autem *Epeos* ipsos vocat, & possessiv. dicitur Eliacus. Dicitur etiam patronymice, Eliadæ, necnon, Elidia, ut Psophidia, & Arcadia, à genitivo. Est & adverb. ex Elia, Eleus verò seu Elius & fœm. gen. dicitur.

ELONE, urbs Perrhæbica, Homerus:

Orthen, Elonenque —

Nunc verò dicitur Limone, à prato, quod in ea est. Gentile, Elonæus.

ΗΜΑ-

apud Strabonem verò lib. 8. Elis, Pissatis regio, cujus Olympia erat pars & Triphylia, & Cauconum regio simul memorantur: Οὕτω δὲ καὶ ἡ Ἦλις ἐκ τῶν περιοικίδων συνεπολίσθη μία τούτων * Ἐκεῖ δὲ ἀπὸ τῆς πόλεως ὁ Πήνειὸς ποταμὸς ῥεῖ διὰ τὸ γυμνάσιον αὐτῆς· ἐπῴκησαν δὲ τοῦτο Ἠλεῖοι χρόνοις ὕστερον πολλοῖς τῶν εἰς αὐτοὺς μεταστάσεως τῶν χωρίων τῶν ὑπὸ τοῖς Νέστορι. Ἦν δὲ ταῦτα ἥ τε Πισατὶς ἧς ἡ Ὀλυμπία μέρος, καὶ ἡ Τριφυλία, καὶ ἡ τῶν Κωκώνων. i. e. *Sic verò etiam Elis ex circumhabitatis pagis in urbem coaluit* * *Per urbem Peneus amnis defluit propter gymnasium ipsius, quod Elei fecere multò post tempore, quam ad eos convenerunt pagani illi locorum, quæ Nestori paruerunt; ea autem erant Pissatis, cujus Olympia pars, & Triphylia, & Cauconum regio.*

13 Ἀπὸ Ἠλείου τοῦ Ταντάλου παιδός.] Elidem Eliæ regionis urbem ab Eleo Tantali filio, seu conditam, seu nomen habuisse innuit. Pausanias, cui major fides his in rebis adhibenda est, inquit lib. 5. Oxylum ex aliis pagis ampliorem reddidisse Elin: Λέγεται δὲ ὡς καὶ τοὺς αὐθρώπους ἐκ τῶν κωμῶν ὅσοι μὴ τείχους ἀπόλυ ἀφίσταντο, καλέσαι ἔπεισεν ἐς τὴν πόλιν· καὶ πλήθει τε εἰκῆθεν, καὶ μείζονα καὶ δύδαιμονίστερον ἐς τὰ μάλιστα αὐτὴν τὴν Ἦλιν. i. e. *Dicitur* [Oxylus] *incolis ex circumvicinis pagis, qui non multò à muris distabant, persuasisse, ut in urbem convenirent; & multitudine incolarum, & majorem & beatiorem reddidisse Elin.* Eadem tradit Ephorus apud Strabonem lib. 10.

14 Ἔστι καὶ ἄλλη Ἀρκαδίας.] Elidis Arcadiæ nulla apud alios, quod sciam, fit mentio; ego sanè existimo Elidem Eliæ, & Elidem Arcadiæ eamdem fuisse urbem, quoniam post Eliam sequebatur statim Arcadia, ut videre est ex Strabonis & Pausaniæ libris citatis & ex Scylace in Ἀρκαδία: Μετὰ δὲ Ἦλιν Ἀρκαδία ἔθνος ἐστίν. i. e. *Post Elin Arcadia gens est.*

15 Ὅμηρος δὲ Ἐπειοὺς αὐτοὺς φησι.] Inquit noster, Homerum *Eleos* vocare *Epeos*. Videtur respexisse ad Odyss. v. v. 275.

Ἠὲ εἰς Ἦλιδα δῖαν, ὅθι κρατέουσι Ἐπειοί.
Aut in Elida divinam, ubi dominantur Epei.

Id etiam nos docet Plinius lib. 4. c. 5. *Inde* Eleorum *ager, qui antea* Epei, *vocabantur, ipsa Elis in mediterraneo, & à Pylo* XII M. *pass. intus delubrum Olympii Jovis ludorum claritate fastos Græciæ complexum.* Fuit Elis fano delubroque Olympii Jovis, & ipso quidem simulachro (quod Phidiæ opus erat) maximè nobilis, teste Mela lib. 2. c. 3. ad cujus fanum cum aliquando veniisset Dionysius tyrannus, aureum ei detraxit amiculum, grandi pondere, quo Jovem ornarat Gelo tyrannus, cavillatus æstate grave esse aureum amiculum, hyeme frigidum, eique laneum pallium insecit, cum id esse ad omne anni tempus, diceret, ut refert M. T. C. de Nat. Deorum lib. 3. Jupiter hic Olympius dicebatur, quod in urbe Olympia coleretur, à qua ludi illi totius Græciæ celeberrimi in ejus honorem *Olympia* vocati fuerunt, olim ab Hercule, vel ut alii ab Eleo instituti; hinc Virg. Georgic. lib. 3. v. 202.

Hic vel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruento.

Horum ludorum fama adeò precrebuit, ut ab eis Græci, sicut à consulibus Romani, annos computarent. Quinto quoque anno celebrabantur, quod temporis spatium, *Olympias* dicebatur. Qui in his ludis vincebat *Olympionices* nuncupabatur, & olea, seu oleastro coronabatur; gloriosius verò erat hîc vincere, quam Romæ triumphasse.

16 Καὶ κλητικῶς λέγεται Ἠλιακός.] Postquam egit de Elidis incolarum variis nominibus, nunc inquit Possessivum dici Ἠλιακὸς, unde αἵρεσις Ἠλιακὴ, i. e. *hæresis*, id est, *secta Eliaca*, cujus auctor fuit Phædon philosophus, quem etsi servitutem servierat, divinus Plato nobilissimum fecit, cum ejus nomini illum librum divinum de immortalitate animæ dedit, auctore A. Gellio lib. 2. c. 18. Cui *Elidensis* dicitur, formato gentilitio à genit. Ἠλιάδου, ut noster docet. Sit mantisse loco, Elidem habuisse quoque familias Iamidarum, & Cluditarum haruspicinæ nobilitate celebres, ut prodidit Cicero de Divinatione lib. 1.

17 Ἠλώνη, πόλις Περραιβική.] Elone, urbs Perrhæbica scilicet in Thessalia. Perrhæbus enim fuit urbs Thessaliæ, ut inquit noster suo loco.

18 Ὅμηρος.] Illud Homeri hemistichium legitur Il. 2. v. 739. cujus integri versus sunt:

Οἱ δ' Ἄργισσαν ἔχον, καὶ Γυρτώνην ἐνέμοντο
Ὄρθην, Ἠλώνην τε, πόλιν τ' Ὀλοοσσόνα λευκὴν
Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευε μενεπτόλεμος Πολυποίτης.
Quique Argissam habebant, & Gyrtonen incolebant
Orthen, Elonenque, civitatemque Oloossona albam
Horum rursus dux erat bellicosus Polypœtes.

19 Νῦν δὲ Λειμώνη, ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ λειμῶνα.] Elonen, urbem Perrhæbicam Thessaliæ sua ætate dici Limonen inquit ἀπὸ τοῦ, &c. i. e. *quod pratum in ea esset.* Conditam fuisse ab Hercule asserit Eustathius ad Il. 2. v. præcedenti nota citatum: Ἐκλίσθη δὲ ὑπὸ Ἡρακλέους ἐπὶ τοῦ φόνου τῶν Κενταύρων. Μεθέλαλε δὲ φασι τοὔνομα εἰς Λειμώνα ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ λειμῶνος. Καλλικλῆς δὲ κειμένην πρὸς ὑπὸ τοῦ Ὀλύμπου, ὃ πολὺ ἀπέχει τοῦ Εὐρώτα καὶ τοῦ Γιθιαδείου, ὃν ὁ ποιητὴς Τιτάρησιον λέγει. i. e. *Condita autem* [Elone] *fuit ab Hercule post Centaurorum necem, mutavit verò nomen, ajunt, in Limonen propter pratum, quod in ea erat. Eversa fuit, cum aliquando esset sita sub Olympo, non multo longè ab Eurota fluvio secundum Geographum, quem Poëta* Titaresium *dicit.*

20 Ἡμ-

Η'ΜΑΘΙ'Α [20], πόλις καὶ χωρίον, ἡ νῦν Μακεδονία. Καὶ Η'μαθὶς, ἡ χώρα.

EMATHIA, urbs, & regio, quæ nunc Macedonia, regio, Emathis.

Η'ΜΕΡΟΣΚΟΠΕΙ'ΟΝ [21], Κελτιβήρων πόλις, Φωκαέων ἄποικος. Ἀρτεμίδωρος δευτέρῳ λόγῳ γεωγραφουμένων.

HEMEROSCOPIUM, Celtiberorum urbs, Phocensium colonia, Artemidorus in tractatu secundo Geographiæ.

Η'ΜΙΚΥ'ΝΕΣ [22], ἔθνος ὑπὲρ τῶν Μασσαγετῶν καὶ Υ'περβορέων· [23] ἐν Ἀπολλωνίῳ,

HEMICYNES, gens non procul à Massagetis, & Hyperboreis in Apollonio:

Η'μικύνων τ' ἐνόησα μέγα θαῦμα ἀνδρῶν,
Τοῖς ὤμοις καθύπερθεν εὐστεφέων κυνοκρὰς *
Τέτραφε γαμφηλῆσι θοῖς κραταιΐεσσιν ἐρυμνῶς.
Τῶν μὲν θ' ὥς τε κυνῶν ὑλακὴ πέλε· οὐδέ τι τοίγε
Ἄλλων ἀγνώσουσι βροτῶν ὀνομάκλυτον αὐδήν.

Semicanumque virorum magnopere cognovi,
Humeros supra bene-coronatorum galeas *
Nutrivit maxillis firmis munitum.
Quorum quidem latratus instar canum est,
nec sanè
Aliorum ignorant mortalium celebrem loquelam.

[24] Καὶ Η'σίοδος.

Et Hesiodus.

Η'ΝΙΟ-

HENIO-

20 Η'μαθία, πόλις καὶ χωρίον, ἡ νῦν Μακεδονία.] Emathia, urbs & regio quæ nostri auctoris ætate Macedonia. Urbs à nemine, quod sciam, memoratur; regionem Ptolemæus lib. 3. c. 13. inter Macedoniæ regiones numerat, quæ antea *Emathia* dicta fuit, auctore Plinio lib. 4. c. 10. *Macedonia posiea centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus quondamque terrarum imperio*, Emathia *antea dicta*. Ejus frequens est apud poetas nomen, suo quodam jure regiones confundentes, Virgil. Georgic. lib. 1. v. 492.

Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Hæmi pinguescere campos.

Lucanus quoque sic incepit opus suum:

Bella per Emathios plus quàm civilia campos
Fusque datum sceleri canimus.

Uterque intelligit campos Pharsalicos, qui erant in Thessalia, Thessali verò, quorum regio Thessalia inter Macedoniæ populos numerantur à Ptolemæo libro capiteque citatis.

21 Η'μεροσκοπεῖον, Κελτιβήρων πόλις, &c.] Hemeroscopium Celtiberorum urbs, Phocensium colonia ex Artemidori Geographumenon lib. 2. Id nominis significat *diurnam speculam*, Strabo *Massiliensium oppidum* vocat, videlicet, quod ab his colonia illuc deducta conditum fuerit. Ejus ex lib. 3. sunt quæ sequuntur verba: Μεταξὺ μὲν δὴ Σύκρωνος, καὶ τ' Καρχηδόνος, πρία πολίσματα Μασσαλιωτῶν εἰσὶ τὰ πολὺ ἄποθεν ἢ πόλεως. Τέτταρα δ' ἐστὶ γνωριμώτατον τὸ Η'μεροσκοπεῖον ἔχον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τ' Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν σφόδρα πομπίμως, ὃ ἐχρήσατο ἐρημήσαι καὶ Φωκαεῦσι Σερβηλίοις, ἐνταῦθα γὰρ ἐστι καὶ λιμενίσκος, κάτοπτον ὂν οὐ πολλῶ πόρρω Καρχηδόνος. i. e. *Inter Sucronem & Carthaginem tria sunt Massiliensium oppida, non procul à fluvio, quorum notissimum est Hemeroscopium, habens in arce fanum Dianæ Ephesiæ magna veneratione cultum, quo ad res maritimas receptaculo usus est Sertorius. Munitum enim est & prædis seu latrocinnis aptum, longéque adnavigantibus cerni potest.* Ex Strabonis verbis apparet esse Dianium oppidum de quo agitur quod vulgo Hispanis dicitur *Denia*, ac ne quis Carneades hac de re dubitet, statim ipse Strabo subdit: Καλεῖται δὲ Διάνιον, οἷον Ἀρτέμισιον. &c. i. e. *Vocatur verò Dianium quasi Artemisium.* Dianium enim apud Latinos & Artemision apud Græcos est nomen ισοδύναμον; à *Dianium* parum corrupto nomine vocant Hispani *Denia*, oppidum hodie inter Hispanos notissimum.

22 Η'μικύνες, ἔθνος ὑπὲρ τῶν Μασσαγετῶν, &c.] Hemicynes, gens haud procul à Massagetis & Hyperboreis, quorum nomen sonat Latinè *Semicanes*; at ego existimo nullibi locorum inveniri hanc gentem, nisi fortè in *Utopia*, aut juxta *Nephelococcygiam* Aristophanis. Namque quemadmodum poetæ suos habent Hippocentauros & Chimæram, aliqui etiam scriptores illis invidentes hanc gentem & id genus alias finxerunt, de quibus videsis, quæ in Βλέμμυες annotavimus.

23 Ἐν Ἀπολλωνίῳ.] Locus corruptissimus, lege Σιμμίας ἐν Ἀπόλλωνι. i. e. *Simmias in Apolline*. Illa enim carmina quæ sequuntur, innominato poeta, sunt Simmiæ ex ejus opere, cujus ἐπιγραφὴ erat, Ἀπόλλων, ut claret ex *Tzetza* Hist. Chiliad. 7. c. 144. ubi agit de hujus farinæ populis, cujus sunt versus:

Περὶ τ' Η'μικύνων ϑ', τ' καὶ Κυνοκεφάλων,
Σιμμίας ἐν Ἀπόλλωνι κατ' ἔπος ἅττα γράφει.

De Semicanibus autem, & his, qui habent canis-capita,
Simmias in Apolline ad verbum sic scribit.

Ac deinde apponit versus illos, qui apud nostrum auctorem corruptissimi leguntur, apud illum verò loco citato sic se habent:

Η'μικύνων τ' ἐνόησα μέγα περιώσιον ἀνδρῶν,
Τῶν ὤμων ἐφύπερθεν εὐστεφέων, κύνεον κρᾶς·
Τέτραφε γαμφηλῆσι θοῖς κραταιΐεσσιν ἐρυμνὸν,
Τῶν μέν θ' ὥστε κυνῶν ὑλακὴ πέλε, οὐδέ τι τοίγε
Ἄλλων ἀγνώσουσι βροτῶν ὄνομα κλυτὸν αὐδήν.

Semicanumque animadverti genus inclytum virorum
Quorum humeris superne bene-coronatis, caninum caput,
Nutrivit maxillis firmis munitum,
Horum quidem sicut canum latratus est, nec sane
Aliorum ignorant mortalium celebrem loquelam.

Quare apud Stephanum in primo versu pro Η'μικύνων lege Η'μικύνων, pro ενοησα θαυμα, lege ενοησα γὰρ περιωσιον, secundus versus apud Stephanum legendus est, ut apud Tzetzam. Afteriscus etiam ille expungendus est, nihil enim deficit in tertio versu pro ἐρυμνῶς lege ἐρυμνὸν. Hujusmodi lectionum monstra sine Tzetzæ gladio jugulari non poterant; sed etiam apud Tzetzam in tertio versu pro θοῖς κραταιεσσιν, lege ex nostro auctore θοῖκραταιΐεσσιν, in quarto versu pro οὐδέ τι τοίγε lege οὐδέ π τοίγε, in ultimo pro ὀνομα κλυτὸν lege ὀνομάκλυτον.

24 Καὶ Η'σίοδος.] Vocabat ad testimonium Semicanum gentis Hesiodum, sed ejus versus non apposuit; apud Hesiodum autem in his quæ exstant nulla Semicanum gentis fit mentio.

25 Η'νι-

Η'ΝΙΟ'ΧΕΙΑ[25], χώρα ωδὸ τῷ Καυκάσῳ. Οἱ οἰκήτορες, Η'νίοχοι· Στράβων ἑνδεκάτῃ. A

HENIOCHIA, regio prope Caucasum. Incolæ, Heniochi, Strab. lib. undeci.

Η'ΠΕΙΡΟΣ[26], ἡ γλωσσικὴ χώρα. Οἱ μὲν γὰρ εἰς δύο τὴν γῆν, οἱ δὲ εἰς γ', οἱ δὲ εἰς τέτταρα διεμέρισαν· ἐξ αὐτῆς Η'πειρώτης, καὶ Η'πειρωτικός. B

EPIRUS, generalis regio; alii quidem in duas partes, alii in tres, alii in quatuor partes terram divisere, ab ea Epirotes, & Epiroticus.

Η'ΠΙΟΝ[27], πόλις Τριφυλίας, [28] ἣν Η'λεῖοι ωθοτελέβοντο. Τὸ ἐθνικὸν, Η'πιεύς.

EPIUM, urbs Triphyliæ, quam Elii accepere. Gentile, Epieus.

Η'ΡΑΙΑ[29], ἄκρα ἔτω λεγομένη, κατὰ λιβὸ Χαλκηδόνος. Ταύτην δ' ἐν τῇ σωηθείᾳ ἠέρειαν φασί τινες, κακῶς. [30] Ἄλλοι δὲ Η'έλιον, μυθοπιθεῖς, ὡς ἐκεῖσε ὀρύξαντες τάφους, κύτρας εὗρον, καὶ ὀστᾶ. Πειστέον δὲ μᾶλλον τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένει, ἐν τῷ ιδ βιβλίῳ. C D

HERÆA, promontorium sic vocatum, è regione Chalcedonis, quod vulgo *Heeriam* dicunt aliqui. Sed perperam; alii verò *Herion*, fabulantes, quod illic fodientes sepulchra, ollas invenerint, & ossa, sed potius adhibenda fides Demosthenis Bithyno lib. 14.

Ἔστι δέ τις ωθοπάροιθε κλυτῆς Χαλκηδόνος ἄκρη
Η'ραία, τρηχεσσι, πολυσπιλάς. Ἔνδοθε δ' αὐτῆς.
Λαΐνεον ωθὶ τεῖχος, ἰὼν κοιλαίνεται ἔσω
Κόλπος ἁλὸς, φαίηζκεν ἰδὼν βαθυδινέα πάντῃ
Ἔμμεναι. Εἰαμενὴ δὲ καὶ ἠϊόεσσα βάθος ἐστὶ θαλάσσης,
Ἐνθάτε νῆας ἀνῆγον ἐϊσμένοι σκέπας εἶναι
Αὐτοφυὲς ὅρμοιο. Κακῷ δ' ἐνέκηρυσσον ἐτοίμῳ.

Est verò quoddam ante inclytam Chalcedona promontorium
Heræa, asperum, multos-habens-scopulos in interiore ipsius parte.
Lapideum circa murum, procedens cavatur intra
Sinus maris sic, ut qui videt, dicat profundos vortices undique
Esse. Humidum verò & non est profunditas maris,
Quóque naves ducebant putantes tegumentum esse
Navium-stationis a-natura-facta. In malum verò incidebant paratum.

Καὶ

Et

15 Η'νίοχεια, χώρα ωδὸ τῷ Καυκάσῳ.] Heniochia regio juxta Caucasum ex Strabonis lib. 11. apud quem hæc leguntur: Μεῖζω δὲ τὴν Σινδικὴν, καὶ τὴν Γοργιππαίαν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἡ τῶν Ἀχαιῶν, καὶ Ζυγῶν, καὶ Η'νιόχων ωδοπλία, τὸ πλέον ἀλιφδρον, καὶ ὀρεινὴ, ἧ Καυκάσιοι μέρος ἐσσι, ζῶσι δὲ λῃστείαις ἐπὶ τῆς θαλάττης λεπτοῖς ἀκάτοις ἐχούσαις πεντήκοντα μάλιστα ἀνθρώπους πάνυ καὶ εἰκοσι δεχόμενα. i. e. *Post Sindicam, & Gorgippiam ad mare ora Æliæorum est, & Zygorum, & Heniochorum, maxima sui parte importuosa, & montosa, cum Caucasi pars quædam sit, vivunt verò è prædis & latrociniis maritimis lembos habentes exiles, angustos, & leves, hominum ferè viginti quinque capaces.* Huic regioni nomen dedere Rhecas & Amphistratus Lacones, qui in Jasonis expeditione fuerunt, Dioscurorum aurigæ. Græcis enim ἡνίοχοι sunt *aurigæ*, auctore Strabone libro citato.

26 Η'πειρος, ἡ γενικὴ χώρα.] Epirus, generalis regio, id est terra continens. Ego existimo hoc in loco mentem Stephani accipiendam esse, ac si diceret, omnem terram vocari *Epirum*, ac ideo subdit, alios dividere terram in duas, alios in tres, alios in quatuor partes; sed postea peculiariter *Epirus* vocata est illa Græciæ regio, in qua olim regnavit Pyrrhus, quæ primum *Molossia*, deinde *Chaonia*, nunc verò *Albania* dicitur, de qua miror nihil retulisse Stephanum; Strabo lib. 7. ex Theopompo inquit Epiroticas gentes fuisse XIV. Idem eodem libro inquit ex Polybio Paulum Æmilium septuaginta Epirotarum urbes evertisse. Equos Epiri celebrat eruditissimus poëtarum Georgicorum lib. 3. v. 121.

Et patriam Epirum referat, fortesque Mycenas
Neptunique ipsa deducat origine gentem.

Ejus descriptionem videsis apud Ptolemæum lib. 3. c. 14.

27 Η'πιον, πόλις Τριφυλίας, &c.] Epium, urbs Triphyliæ. Memoratur Herodoto lib. 4. c. 148. (apud quem Ἔπιον scribitur) ex nostris Plinio lib. 4. c. 6. qui eam inter Arcadiæ urbes numerat; eadem erat urbs. Nonnulli enim Minyarum loco gentis Triphyliæ, Arcades ponebant, auctore Strabone lib. 8. cujus nota subsequenti subjiciam verba.

28 Η'ν Η'λεῖοι ωθοτελέβοντο.] Triphylia dicta fuit quòd τρία φύλα, i. e. *tres gentes* in eam convenerant, quarum Elei postremi prævaluerunt, ideo auctor noster inquit Eleos accepisse Epium urbem; illius rei testem produco Strabonem lib. 8. Τριφύλιοι δ' ὠκλήθησαν διὰ τὸ συμβεβηκότος, διὰ τὸ τρία φύλα συνεληλυθέναι, τά, τε τῶν ἀπ' ἀρχῆς Ἐπειῶν, καὶ τὸ ἐποικησάντων ὕστερον Μινυῶν, καὶ τὸ τῶν ὑστάτων ἐπικρατησάντων Η'λείων. Οἱ δ' αὖτε Μινυῶν, Ἀρκάδας φασὶν ἀμφισβητήσαντας τὴν χώρας πολλάκις, ἀφ' ἧς καὶ Ἀρκάδικὸς Πύλος ὠκλήθη ὁ αὐτὸς καὶ Τριφύλιακός. i. e. *Triphylii ab eventu vocati fuerunt, quod tria gentes, id est, tres gentes convenerint: quæ ab initio Epeorum, & quæ postea Minyarum, & quæ postremò prævaluerunt Elei; alii verò pro Minyis, Arcades dicunt contendentes sæpenumero de regione, unde & Arcadius Pylus vocatus est, idem & Triphyliacus.*

29 Η'ραία, ἄκρα ἔτω λεγομένη, &c.] Heræa, promontorium, sic dictum è regione Chalcedonis. Memoratur auctori nostro, à nemine, quod sciam, memoratum; in cujus rei confirmationem affert quosdam versus Demosthenis Bithyniacorum scriptoris malesanos, quorum in secundo pro τρήχεσσι puto legendum τρηχεῖα, in septimo pro ἐνέκηρυσσον legebam ἐνέκειρσαν, i. e. *inciderunt*, à verbo Κείρω.

30 Ἄλλοι δὲ Η'έλιον, &c.] Alludit ad significationem nominis, ἠέλια enim, i. e. *sepulchra* dicuntur ωδὸ τῶν ἠέρων, i. e. *à terra*, ut apparet ex Suida in Η'έλιος, οἱ τάφοι. i. e. *Eria, sepulchra.*

31 Ἔπι

Καὶ ἄλλοι ὕτως. [31] Ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας, [32] ἡ ἐλέγετο Σολογοργός. Κεῖται δ' ὑπὲρ Μεσσήνην, πρὸς Πελοπόννησον. Τὸ ἐθνικὸν, Ἡραιεύς. Λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ ι, ὡς Νικαεύς.

A Et alii sic. Est & urbs Arcadiæ, quæ *Sologorgos* dicebatur; jacet verò juxta Messenen, ad Peloponnesum. Gentile, Heræeus, dicitur & sine *jota*, ut Nicaëus, *Heraëus*.

Ἡραῖον [33], πόλις Θρᾴκης· Ἡρόδοτος τρίτῃ. [34] Τὸ δὲ τεῖχος, Ἡραῖον. Οἱ πολῖται Ἡραῖοι. Τὰ δὲ Ἡραίων τείχεα, Ἡραιοτειχῖται.

HERÆUM, urbs Thraciæ. Herodotus lib. quarto, murus verò, Heræus. Cives, Heræi, Heræoticheos, i e. *Herai muri*, incolæ, dicuntur Heræotichitæ.

Ἡράκλεια [35], πόλις Θρᾴκης, ἐν τῷ Πόντῳ, ἄποικος. [36] β', Σικελίας. [37] γ' Λυδίας. δ', Λιβύης. ε', Σαρδοῦς. [38] ς', Ἰταλίας. [39] ζ, Κελτικῆς. [40] η', Θετταλίας. θ', Καρίας. ι', ἐν τῷ Λυδίῳ Ταύρῳ. ια', μεταξὺ Σκυθίας, καὶ Ἰνδικῆς. ιβ', νῆσος ἐν τῷ Καρπαθίῳ πελάγει. [41] ιγ', Συρίας. ιδ', Φοινίκης. ιε', Πιε-

HERACLIA, urbs Thraciæ. In Ponto, insignis, secunda Siciliæ, tertia, Lydiæ, quarta, Libyæ, quinta, Sardiniæ, sexta, Italiæ, septima, Celticæ, octava, Thessaliæ, nona Cariæ, decima in Lydio Tauro, undecima inter Scythiam, & Indiam, duodecima, insula in Carpathio pelago, tredecima, Syriæ, quatuordecima, Phœniciæ, decima quinta, Pie-

31 Ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας.] Est etiam Heræa, urbs Arcadiæ, cujus conditor fuit Heræeus, auctore Pausania lib. 8. Ἡραιέων δ' οἰκιστὴς μὲν γέγονεν Ἡραεὺς ὁ Λυκάονος, κεῖται δὲ ἡ πόλις ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἀλφειοῦ, τὰ μὲν πολλὰ ὑπερκειμένη ἀποτόμῳ, τὰ δὲ καὶ ἐπ' αὐτὸν καθήκει τὸν Ἀλφειόν. i. e. *Heræeos verò condidit quidem Heræeus Lycaonis filius, jacet autem urbs ad dexteram Alphei amnis, plurima pars occurrit molliter surgens, reliqua pars ad ipsum usque pertingit Alpheum.* Loco supra citato hæc urbs Pausaniæ dicitur Ἡραιεῖς, at paulò infra eodem libro appellatur Ἡραία, ex qua celebrat *Demaratum*, qui primus Olympiæ armato cursu vicit: Ἔστι καὶ ναὸς ἐν τῇ Ἡραίᾳ Πανός, ἅτε τοῖς Ἀρκάσιν ἐπιχωρίου. Τῆς δὲ Ἡρας τοῦ ναοῦ καὶ ἄλλα ἐρείπια καὶ κίονες ἔτι ἐλείποντο. Ἀθλήσας δὲ ὁπόσοι γεγόνασιν Ἀρκάσιν, ὑστερήκει τῇ δόξῃ Δημαράτου Ἡραιεύς, ὃς τὸ ὁπλίτην δρόμον ἐνίκησεν Ὀλυμπίασι πρῶτον. i. e. *Est & templum Panos Herææ, ut pote Arcadibus indigenæ; templi autem Junonis & rudera & columnæ adhuc reliquæ sunt; athletas verò omnes quotquot fuere Arcadibus, gloriâ superavit Demaratus Heræeus, qui armato cursu vicit Olympiæ primus.* Memoratur etiam Ptolemæo lib. 3. c. 16. inter Arcadiæ urbes.

32 Ἡ ἐλέγετο Σολογοργός.] Inquit auctor noster sed sine auctore *Heræam* Arcadiæ urbem dici quoque *Sologorgum*, cujus nominis altum est apud alios silentium.

33 Ἡραῖον, πόλις Θρᾴκης· Ἡρόδοτος τρίτῃ.] Heræum, urbs Thraciæ ex Herodoti lib. 4. apud quem libro citato c. 89. hæc leguntur: Οὐδὲ οἱ ἐπ' αὐτὰς ἐστιόντες ἐξ Ἡραίου τε πόλιος τοῦ πρὸς Περίνθῳ καὶ ἐξ Ἀπολλωνίης τοῦ ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ. i. e. *Tantumdem viæ est ad eos* [fontes] *ex Heræo urbe, quæ juxta Perinthum, ac ex Apollonia, quæ in Euxino ponto.* Nomen sonat idem quod Latinis *Junonium*, quemadmodum Artemisium sonat *Dianium*.

34 Τὸ δὲ τεῖχος, Ἡραῖον, &c.] Hæc verba sunt male interpolata; sic mihi videntur legenda: ἡ καὶ Ἡραῖον τεῖχος, οἱ πολῖται, Ἡραῖοι, ἢ δὲ, &c. *Quæ & Heræon tichos*, i. e. *Heræus murus, cives, Heræi, ab Heræum tichos verò Heræotichitæ*; Heræon tichos enim id est *Junonius* murus dicitur Harpocrationi eadem Thraciæ urbs, quam à Samiis conditam tradit.

35 Ἡράκλεια, πόλις Θρᾴκης, &c.] Viginti tres hujus nominis urbes & inter eas tres insulas celebrat auctor noster. De omnibus aliquid invenire, quod his nostris observationibus inseri possit, difficile est, pro virili tamen aliquid dicere de harum nonnullis conabimur. Heracleæ nomen ab Hercule deducitur, qui celeberrimus fuit apud Græcos, ac præcipuè apud poetas, qui ejus historiam in majus auxerunt, suo jure plurima fingentes, inter quos procul dubio primum hac in re obtinebat locum Pisander, qui de ejus rebus poëma conscripsit, cui nomen imposuit *Heraclia*, teste Strabone Lib. 14. & 15. Igitur primo loco celebrat Heracleam Thraciæ ad Pontum, nempe mare illud cujus ostium vocabatur *Thracius Bosporus*, quæ Ptolemæo lib. 3. c. 11. dicitur Πέρινθος, ἥτοι Ἡράκλεια, *Perinthus*, sive *Heraclea*. Alia enim fuit Heraclea Ponti, nempe regionis juxta Bithyniam, quæ eidem auctori libro 5. c. 1. vocatur Πόντου Ἡράκλεια, *Ponti Heraclea*, quam nobilitavit natalibus suis *Heraclides* Ponticus Platonis discipulus & familiaris, cujus ingenii monumenta præclara atque optima recensentur à Laërtio in ejus vita. Fuit hæc urbs eo potentiæ evecta, ut potentissimos habuerit tyrannos, de quibus multa in Excerptis ex Memnone memorantur.

36 β', Σικελίας.] Secundo loco memorat Heracleam Siciliæ, quæ etiam *Heraclea Minoa* dicta fuit, Polyb. lib. 1. Καρχηδόνιοι δὲ πενήκοντα καὶ τριακοσίας ναῦς κατάφρακτους ἀνὰ πολὺ σταλίσαντες, Λιλυβαίῳ προσέσχον· ἐνθένδε δὲ πρὸς Ἡράκλειαν τὴν Μινῴαν κατεπορεύθησαν. i. e. *Carthaginenses cum* CCCL *navibus cataphractis in altum provecti* Lilybæum *appellunt; inde ad Heracleam Minoam classem in portu constituunt.* Minoa verò appellata fuit, quod à Minoë condita fuerit, ut rerum monumentis tradit Diodorus lib. 16. Δίων δὲ καλέσαντος τὸν Ἀκραγαντῖνον εἰς τὴν ὀνομαζομένην Μινῴαν. Αὕτη δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ὑπὸ Μινῴου ᾠκίσθη, καὶ βασιλέως Κρητῶν, κατὰ τὸν καιρὸν, ζητῶν Δαίδαλον, ἐπεξενώθη Κωκάλῳ, τῷ βασιλεῖ τῶν Σικανῶν. i. e. *Dion verò ad Agrigentinæ regionis urbem nominatam* Minoam *adnavigavit, ipsa verò antiquitus à Minoë rege Cretensium condita fuit, quo tempore, quærens Dædalum hospitio exceptus fuit à Cocalo Sicanorum rege.* Ex nostris memoratur Liv. lib. 24. c. 35. *Per idem fere tempus & Himilco, qui ad Pachyni promontorium, classem diu tenuerat, ad* Heracliam, *quam vocant* Minoan, *quinque & viginti millia peditum, tria equitum* XII *elephantos exposuit.* Vide Cluverium Siciliæ Antiquæ lib. 1. c. 17.

37 γ', Λυδίας.] Tertio loco celebrat Heracliam Lydiæ, à qua Ἡρακλεία λίθος, *lapis Heraclius* nomen accepit alio nomine *sideritis*, *Heracleotis*, & ab hac Lydiæ urbe Sophocles Λυδίου λίθου, *Lydium lapidem* vocavit, auctore Hesychio in Ἡρακλείᾳ. Sic enim ille: Κέκληται δ' ὅτως ἀπὸ Ἡρακλείας τῆς ἐν Λυδίᾳ πόλεως· διὸ καὶ Σοφοκλῆς Λυδίαν λίθον αὐτὸν καλεῖ· οἱ δέ, Σιδερίτην, οἱ δὲ Ἡρακλεώτην. i. e. *Vocatus fuit autem* [Heraclius lapis] *sic, ab Heraclia Lydiæ urbe; qua propter & Sophocles* Lydium lapidem, *eum vocat, alii verò*, Sideritin, *alii autem*, Heracleotin.

38 ς', Ἰταλίας.] Sexto loco celebrat Heracliam Italiæ, Strabo lib. 6. auctor est à Tarentinis conditam fuisse: Εἶθ' Ἡράκλειά πολις, μικρὸν ὑπερ τὸ Τηλάθιον, καὶ ποταμοὶ δύο πλωτοί, Ἄκιρις καὶ Σῖρις, ἐφ' ᾗ πόλις ἦν Τρωϊκή. Χρόνῳ δὲ τῆς Ἡρακλείας ὑπὸ Ταραντίνων ἐπίνειον αὐτῆς ἡ Ἡρακλεωτῶν ὑπῆρξε. i. e. *Deinde Heracleopolis paullum supra mare, & fluvii duo navigabiles Acyris & Siris, ubi urbs erat Troiana, postea verò elapso tempore Heraclia hîc condita à Tarentinis, navale ipsa Heracleotarum fuit.* Idem ex nostris affirmat Liv. lib. 8. c. 24. *Cæterum (ut ferme fugiendo in media fata ruitur) cum sæpe Brutias Lucanasque legiones fudissent: Heracleam Tarentinorum coloniam, Consentiam ex Lucanis, Sipontumque, Brutiorum coloniam Acerinam, alias inde Messapiorum, ac Lucanorum cepissent urbes, &c.* Loquitur Livius de Pyrrho Epirotarum rege.

39 ζ, Κελτικῆς.] Septimo loco celebrat Heracleam Celticæ, quam in ostio Rhodani fuisse inquit Plinius lib. 3. c. 4. *Sunt autores, & Heracleam oppidum in ostio Rhodani fuisse.*

40 η', Θετταλίας.] Octavo loco ponit Heracleam Thessaliæ, cujus meminit Strabo lib. 9.

41 ιγ', Συρίας.] Decimo tertio loco, memorat Heracleam Syriæ, cujus meminit Ptolemæus lib. 5. c. 15.

ι έ, Πιερίας. ι ς', πόλις, ἡ νῆσος. [42] ι ζ, Κρήτης. ι ή, Πισαική. [43] ι θ, Καρίας, [44] ἡ λεγομένη Ἀλκμανίου μεσόγειος. κ', πόλις πρὸς τῇ Κυμαίᾳ τῇ Αἰολίδος. κ ά, Ἀκαρνανίας πόλις. [45] κ β', Νῆσος ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ. [46] κ γ', Μακεδονίας, Ἀμύντου τοῦ Φιλίππου κτίσμα. Τὸ ἐθνικὸν, Ἡρακλῶς, καὶ Ἡρακλειώτης, καὶ Ἡρακλεώτης, καὶ Ἡράκλειον, καὶ Ἡρακλεωτικόν.

Pieriæ, decima sexta, urbs, & insula, decima septima, Cretæ, decima octava, Pissaica, decimanona, Cariæ, dicta Alcmanius mediterraneus, vigesima, urbs juxta Cymæam Æolidis vigesima prima, urbs Acarnaniæ, viges. secunda, insula in Atlantico, vigesima tertia, Macedoniæ, Amyntæ Philippi fratris opus. Gentile, Heracleus, & Heracliotes, & Heracleotes. Est & Heracleum, & Heracleoticum.

ΗΡΑΚΛΕΟΒΟΥΚΟΛΟΙ [47], Αἰγυπτιακὴ συνοικία.

HERACLEOBUCOLI, Ægyptiaca habitatio.

ΗΡΑΚΛΕΟΥΠΟΛΙΣ [48], πόλις Αἰγυπτία, [49] ἐξ ἧς Θεοφάνης ὁ Φυσικὸς. β', πλησίον Πηλουσίου. γ', Κατὰ τὸ Κανωβικὸν στόμα. Οἱ πολῖται, Ἡρακλεωπολῖται.

HERACLEOPOLIS, urbs Ægyptia, ex qua fuit Theophanes physicus, secunda, juxta Pelusium, tertia, juxta Canobicum os. Cives, Heracleopolitæ.

ΗΡΕΤΟΣ [50], πόλις Σαβίνων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἡρητῖνος.

ERETUS, urbs Sabinorum, gentile, Eretinus.

ΗΡΩ [51], πόλις Αἰγυπτία [52], ἣ Αἷμος ἐκλήθη, ἀφ' οὗ τὸν Τυφῶ ἐνταῦθα κεραυνῷ βληθῆναι, καὶ αἷμα ῥυῆναι. [53] Στράβων δὲ ἡρώων

HERO, urbs Ægyptia, quæ *Hæmos* vocata fuit, quod inibi Typho fulmine ictus fuerit, atque αἷμα, i. e. *sanguis* fluxerit, Strab. verò

42 ι ζ'. Κρήτης.] Decimo septimo loco ponit Heracleam Cretæ, quam Plinius lib. 4. c. 12. inter hujus insulæ urbes numerat, Ptolemæo lib. 3. c. 17. Ἡράκλειον *Heraclium* dicitur.

43 ι θ', Καρίας.] Decimo nono loco celebrat Heracleam Cariæ, cujus meminit Ptolemæus lib. 5. c. 2. cui Ἡράκλεια πρὸς Λάτμῳ *Heraclea ad Latmum* dicitur, de qua sic Strabo lib. 14. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Λάτμικος κόλπος, ἐν ᾧ Ἡράκλεια ἡ ὑπὸ Λάτμῳ λεγομένη, πολίχνιον εὔορμον ἔχον· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάτμος ὁμωνύμως τῷ ὑπερκειμένῳ ὄρει. i. e. *Deinde sequitur Latmicus sinus, in quo* Heraclea sub Latmo *dicta, oppidulum navium-stationem habens; vocabatur prius Latmos eodem nomine cum supra jacente monte.* Plinius diversàs facit urbes, Heracleam Cariæ, & Heracleam ad Latmon. Ita enim ille lib. 5. c. 29. *Ad decimum à Mileto stadium lenis* [Mæander] *illabitur mari. Inde mons Latmus, oppida, Heraclea montis ejus, cognominis Caricæ.* Supra eodem capite meminerat Heracleæ Cariæ.

44 Ἡ λεγομένη Ἀλκμανίου.] Heracleam Cariæ urbem, *Alcmaniam* dictam fuisse inquit, necnon *Plistarchiam*, ut ipse prodit in Πλειστάρχια, quorum nominum nulla apud alios, quod sciam, fit mentio.

45 κ β'. Νῆσος ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ.] Vigesimo secundo loco celebrat Heracleam, insulam in Atlantico Oceano, cujus insulæ nullam apud alios inveniebam notitiam; at Heracleam urbem Calpæ monti impositam, quæ postea *Gibraltar* fuit vocata, memorat Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 6. c. 22. *Iis copiis Calpe mons primum est occupatus, Heracleaque urbs illi monti imposita ex eo* Gibraltaris *nomen accepit à Tarif & Gebal, quæ vox* montem *significat, nomine duplicato. Ab eodem duce Tariffæ nomen vicino oppido est factum, ut plerique arbitrantur, cum olim* Tarteſſus *diceretur.*

46 κ γ'. Μακεδονίας, &c.] Vigesimo tertio loco ponit Heracleam Macedoniæ, quam memorat Porphyrogen. de Them. lib. 2. Them. 2. Macedoniæ, Plinius lib. 4. c. 10. Ptolemæo lib. 3. c. 13. Ἡράκλεια Σιντική *Heraclea Sintice* dicitur, ex nostris celebratur à Livio lib. 45. c. 29. *Deinde in quatuor regiones dividi Macedoniam, unam fore & primam partem, quod agri inter Strymonem & Nessum amnem sit: accessurum huic parti trans Nessum ad orientem versum, qua Perseus tenuisset vicos, castella, oppida, præter Ænum & Maroneam & Abdera: trans Strymonem autem vergentia ad occasum Bisaltica omnem cum Heraclea, quam* Sinticen *appellant.*

47 Ἡρακλεοβουκόλοι, Αἰγυπτιακὴ συνοικία.] Heracleobucoli, Ægyptiaca cohabitatio *h. e.* oppidum, sic dicta videtur, quod prope Heracleopolin, cujus in subsequenti dictione meminit, sita esset, unde Bucolicum, ostium quoddam Nili non *ἰθαγενὲς*, sed effossum dici videtur, quod memoratur ab Herodoto lib. 2. quod *Heracleoticum* dicitur Ptolemæo lib. 4. c. 5.

48 Ἡρακλεόπολις, πόλις Αἰγυπτία.] Tres hujus nominis Ægypti urbes celebrat, Ptolemæo lib. 4. c. 5. duæ tantum memorantur, altera parva, cui Ἡράκλεως μικρᾶς πόλις, i. e. *Herculis parva urbs*, altera magna, Ἡράκλεως πόλις μεγάλη, i. e. *Herculis urbs magna* dicitur.

49 Ἐξ ἧς Θεοφάνης ὁ φυσικός.] Ex Heracleopoli Ægyptia urbe fuisse Theophanem physicum inquit, sed quo tempore floruerit, & quæ scripserit me latet. Nullus enim est eorum quos memorat Vossius de Historicis Græcis lib. 1. c. 23. apud Suidam autem tantum legimus Θεοφάνης, ὄνομα κύριον, i. e. *Theophanes, nomen proprium.*

50 Ἡρητος, πόλις Σαβίνων.] Eretus, urbs Sabinorum. Fuere Sabini, gens Italiæ, de quibus suo loco; Eretus verò urbs Latinis dicitur *Heretum*, & *Eretum*, memoratur Straboni lib. 5. Dionysio Halicarn. Roman. Antiquitatis lib. 4. ubi inquit, ad Eretum Sabinos victos fuisse à Tarquinio Superbo, necnon Andino vati Æneid. lib. 7. v. 711.

Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuscæ.

Ad quem locum Serv. ejus etymologiam affert ἀπὸ τῆς Ἥρας, i. e. *à Junone.* Hera enim Græcis dicitur, quæ Latinis *Juno.* Solinus c. 8. *Heretum à Græcis in honorem, Heræ, sic enim Græci* Junonem *vocant.* Ab hoc oppido Eretinæ mentes, id est, *stupidæ* dicuntur, ac si diceres *mentes argillaceas*, quod Hereti terra esset argillacea, ut observat Turnebus lib. 26. c. 10. Non multum abludit illud Persii Sat. 5. v. 122.

——— *Nec cum sis cætera fossor.*

Id est, *Stultus.* Hujusmodi enim homines rerum cognitionis expertes sunt; at hodie multi equites sunt veluti Persii fossores, & multi fossores sunt veluti jurisperiti. Utriusque sortis homines vidi sæpe in Hispania, hos laudabam, illos vituperabam. Sed ad Spartam nostram revertamur: Eretum vulgo Italis dici *Monte Ritondo* auctor est Cluv. in sua Italia Antiqua lib. 2. c. 9.

51 Ἡρώ, πόλις Αἰγυπτία.] Hero, ûs, urbs Ægyptia. Memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. Straboni lib. 17. ambo eam vocant Ἡρώων πόλιν, i. e. *Heroum urbem*; atque in intimo Arabici sinus recessu locant.

52 Ἡ Αἷμος ἐκλήθη, ἀφ' οὗ τὸν Τυφῶ, &c.] Ad hanc fabulam alludit Apollonius Argonauticorum lib. 2. v. 1218. videsis ejus Scholia, mihi enim fabulis immorari non est volupe.

53 Στράβων δὲ ἡρώων πόλιν αὐτὴν καλεῖ.] Strabo vocat hanc urbem Heroum urbem, scilicet lib. 17. Πίπτει δ' ὡς, inquit, τῇ μὲν καθ' Ἡρώων πόλιν τὴν ἐν τῷ μυχῷ τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου. i. e. *Incideret verò ab altera parte juxta Heroum urbem, quæ est in intimo Arabici sinus recessu.*

54 Ἡρω-

ἡρώων πόλιν αὐτὴν καλεῖ. Ὁ πολίτης ταύτης, Ἡρωοπολίτης. Τῆς δὲ πρώτης, Ἡρῶος, ὡς Κῶος.

verò *Herouni urbem*, ipſam vocat, hujus civis, Heroopolites, prioris verò, Herous, ut Cous.

Ἡ ΡΙΟΝΙΑ [54], ἡ Σαρδέων χώρα, ἡ καὶ Ἀσία. Τὸ ἐθνικὸν, Ἠριονεύς.

ERIONIA, circa Sardes regio, quæ etiam Aſia. Gentile, Erioneus.

Ἡ ΣΣΟΣ [55], πόλις Λοκρίδος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἤσσιος· Θουκυδίδης τρίτῃ.

ESSUS, urbs Locridis. Gentile, Eſſius, Thucyd. lib. 3.

Ἡ ΤΙΑ [56], δῆμος Λακωνικῆς, [75] ἢ τῆς Κρήτης πόλις· [58] ὅθεν ἦν Μύσων, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν χρηματίζων, Ἠτικός, ὃ μέμνηται Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ, Χηνέα τοῦτον εἰπών. Δίδυμος δὲ ὁ Συμποσιακῶν δεκάτῳ, Ἤτιον αὐτὸν καλεῖ.

ETIA, populus Laconicæ, vel Cretæ urbs, unde erat Myſon, qui fuit unus ex ſeptem ſapientibus, *Etius* dictus, cujus meminit Plato in Protagora, *Cheneum* hunc vocans. Didymus verò Sympoſiacorum decimo, *Etium* eum vocat.

Ἡ ΦΑΙΣΤΙΑ [59], δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς, ἐν ᾧ ἦν Ἡφαίστου ἱερόν. Ὁ δημότης, Ἡφαιστιάδης. Τὰ τοπικὰ, ἐξ Ἡφαιστιάδων· καὶ τὰ λοιπά.

HEPHÆSTIA, populus Acamantidis tribus, in quo erat Vulcani templum. Popularis, Hephæſtiades. Localia, ex Hephæſtiadarum, & reliqua.

Ἡ ΦΑΙΣΤΙΑ [60], πόλις ἐν Λήμνῳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἡφαιστιεύς. Χάραξ δὲ ἐν δεκάτῳ Χρονικῶν φησιν, [61] ὅτι Μυρινταῖοι τῶν Πελασγικῶν ἀποθέσεων ἀμελήσαντες, ἀπέκλεισαν τῷ Μιλτιάδῃ τὰς πύλας, κἀκεῖνος πολιορκίᾳ παρεσκευάσατο αὐτὰς, τὸν δὲ Ἡφαιστέων, [62] τύραννον ὄν, φοβηθεὶς τὴν δύναμιν, ἔφη χαριζόμενος τοῖς Ἀθηναίοις, φίλοις οὖσιν, ἐμπεδῶν τὰ ὁμολογηθέντα τοῦτο τοῖς Πελασγοῖς, ἁμαχεὶ παρέδωκε τὴν πόλιν.

HEPHÆSTIA, urbs in Lemno, Hecatæ. Europa. Gentile, Hephæſtieus. Charax verò in decimo Chronicorum inquit, quod Myrinæi Pelasgica decreta non curantes, Miltiadæ portas clauſerunt, & ille obſidione eos ad deditionem compulerit, Hephæſtienſium verò Tyrannus, veritus potentiam, inquit gratificans Athenienſibus, qui amici erant, ſe ſtabilire pacta Pelasgorum, ac inexperto Marte tradidit eis civitatem.

Ἡ ΦΑΙΣΤΟΥ νῆσοι, τῆς Ἀδιαβηνῆς· Ἀρριανὸς· ιγ΄ Παρθικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἡφαιστονησιώτης.

HEPHÆSTUNESI, *i.e.* Vulcani inſulæ, Adiabenæ regionis, Arrian. lib. 13. Parthicorum. Gentile, Hephæſtoneſiotes.

Θ. ΘΑ-

TH. THA-

54 Ἠριονία, ἡ Σαρδέων χώρα.] Erionia, regio prope Sardes, quæ *Aſia* quoque dicebatur, regionis altum eſt apud alios ſilentium, Sardis verò & Aſia Lydiæ urbes ſuo loco memorantur ab auctore noſtro.

55 Ἤσσος, πόλις Λοκρίδος.] Eſſus, urbs Locridis ex Thucydidis lib. 3. apud quem non urbs Eſſus, ſed Eſſii ejus oppidani memorantur quos Ἤσσιους *Heſſios* cum ſpiritu aſpero in prima vocat. Ἔπειτα Ἴπνιοι, καὶ Μεσσάπιοι, καὶ Τριταιεῖς, καὶ Χαλκαῖοι, καὶ Τολοφώνιοι, καὶ Ἥσσιοι, καὶ Οἰανθεῖοι. i. e. *Deinde Ipnenſes, & Meſſapios, & Tritæenſes, & Chalcæos, & Tolophonios, & Heſſios, & Oeanthenſes.*

56 Ἡτία, δῆμος Λακωνικῆς.] Etia, populus, id eſt, oppidum (in hac enim ſignificatione uſurpatur ab Stephano id nominis) Laconicæ; Ἤτις dicitur Pauſaniæ in Laconicis, quam ab Ænea conditam ac de nomine filiæ *Etiadis* appellaſſe tradit, cum ad Bœotiacum ſinum tempeſtate delatus fuiſſet. Noſtro ſuo loco dicitur Ἑταεῖς.

57 Ἡ τῆς Κρήτης πόλις.] Cum prius memoraverit Etiam oppidum Laconicæ; nunc inquit, fuiſſe etiam Cretæ urbem, quam ex Euthyphrone Heraclidæ Pontici filio celebrat Laertius in vita Myſonis, apud quem Ἡ τεια ſcribitur per ει.

58 Ὅθεν ἦν Μύσων, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν.] Ex Etia vel Laconicæ oppido, vel Cretæ urbe fuiſſe Myſonem, unum ex ſeptem Græciæ ſapientibus inquit, de cujus patria non convenit inter ſcriptores, ut videre eſt apud Diog. Laërtium in ejus vita. Atque, ut hæc obiter annotemus, Pythagoras fuit primus qui vanum illud Sapientum nomen fugiens *philoſophum*, id eſt, *ſapientiæ amatorem* ſeſe vocavit. Alio Pythagora habebant opus Hebræorum חכמים *chacamim*, i. e. *ſapientes*, qui hoc vanum nomen mutaret in אהבי חכמה *Ohabe chocmah*, i. e. *amatores ſapientiæ.*

59 Ἡφαιστία, δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς.] Inquit Hephæſtiam eſſe oppidum Acamantidis tribus cujus oppidanus dicebatur *Hephæſtiades*. Localia verò ἐξ Ἡφαιστιάδων & cætera; unde conjicitur oppidum quoque dicendum eſſe Ἡφαιστιάδαι, non Ἡφαίστια. Apud Heſychium legimus Ἡφαιστιάδαι, Ἀθηναῖοι. Hoc eſt, *Hephæſtiadæ*, *Athenienſes*. Hujus oppidi nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio.

60 Ἡφαιστία, πόλις ἐν Λήμνῳ.] Hephæſtia, urbs in Lemno inſula ex Hecatæi Europa. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 13. Heſychio ſuo loco, Euſtathio ad Periegetæ v. 522. quam Pelasgos aliquando incoluiſſe inquit expulſos ab Athenienſibus ex Attica: Διὸ καὶ πόλεων ταῖς αὐτῶν δύο ἐσῶν, ἡ μία Ἡφαιστία ἐλέγετο. Λέγονται γὰρ καὶ ταύτην Πελασγοί ποτε οἰκῆσαι, οἱ ὑπὸ τῆς Ἀττικῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἐξελαθέντες, ὡς ἄδικοι καὶ ἅρπαγες. i. e. *Quare ex duabus urbibus quæ erant in ea* [Lemno] *altera Hephæſtia dicebatur; quam Pelaſgi aliquando habitaſſe dicebantur ex Attica ab Athenienſibus expulſi, tamquam iniqui & rapaces.* Quod etiam ex Dionyſio Chalcidenſi affirmat Harpocratio in Ἡφαιστία.

61 Ὅτι Μυρινταῖοι τῶν Πελασγικῶν, &c.] Legê Ὅτι Μυρινταῖοι. Myrinæi enim erant oppidani Myrinæ urbis quoque Lemni. Nam duas urbes tantum habebat Lemnus inſula Myrinam, & Hephæſtiam mediterraneam, auctore Ptolemæo lib. 3. c. 14. Λήμνου νῆσου, ἐν ᾗ πόλεις δύο, Μύρινα, καὶ Ἡφαιστία μεσόγειος, i. e. *Lemnus inſula, in qua urbes duæ, Myrina & Hephæſtia mediterranea.* Perperam apud Ptolemæum ſcribitur Λῆμνος & Ἡφαιστιὰς pro Λήμνου & Ἡφαιστία.

62 Τύραννον ὄν.] In his verbis τὸ ὂν expungendum. Aliter enim dicendum erat nomen tyranni Hephæſtienſium.

Θ.

TH.

ΘΑΛΑΜΑΙ[1], πόλις τῆς Μεσσηνίας· Θεόπομπος τριακοστῷ δευτέρῳ Φιλιππικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Θαλαμάτης. B

ΘΑΛΑΣΣΑ. τὸ ἐθνικὸν Θαλασσαῖος, καὶ Θαλασσεύς, καὶ Θαλάσσιος.

ΘΑΛΠΟΥΣΑ[2], πόλις τῆς Ἀρκαδίας ἧς C Ὀρχομενός. Τὸ ἐθνικὸν, Θαλπούσιος.

ΘΑΛΑΜΑΝΑΙΟΙ[3], ἔθνος Πέρσαις ὑπήκοον· Ἡρόδοτος τρίτῃ.

ΘΑΜΙΑ, πόλις Θεσσαλίας· Ῥιανὸς πεντεκαιδεκάτῃ Θεσσαλιακῶν. Καὶ Θα- D μίεια, τὸ ἐθνικὸν Θαμιεύς.

ΘΑΜΝΑ[4], πόλις Παλαιστίνης· Ἰώσηπος πέμπτῳ Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας. Οἱ πολῖται, Θαμνῖται.

ΘΑΜΟΥΔΑ[5], Ναβαταίων γείτων τῆς E Ἀραβίων· Οὐρανίος Ἀραβικῶν τρίτῃ. Ὁ οἰκήτωρ, Θαμυδηνός.

ΘΑΣΣΟΣ[6], νῆσος πρὸς τῇ Θρᾴκῃ· [7] ἔνθα

THALAMÆ, urbs Messeniæ, Theopompus Philip. lib. 32. Gentile, Thalamatæ.

THALASSA, *i. e.* mare. Gentile, Thalassæus, & Thalasseus, & Thalassius, id est, *maritimus*.

THALPUSA, urbs Arcadiæ Orchomeni. Gentile, Thalpusius.

THALAMANÆI, gens Persis subdita, Herodot. lib. 3.

THAMIA, urbs Thessaliæ, Rhianus rerum Thessaliacarum lib. 14. Dicitur etiam *Thamiea*. Gentile, Thamieus.

THAMNA, urbs Palæstinæ, Josephus Judaicæ antiquitatis lib. quinto. Cives, Thamnitæ.

THAMUDA, [locus] vicinus Nabatæis Arabibus: Uranius rerum Arabicarum lib. 3. Incola, Thamudenus.

THASSUS, insula juxta Thraciam, ubi Te-

1 Θαλάμαι, πόλις τῆς Μεσσηνίας.] Thalamæ, urbs Messeniæ ex Theopompo, cujus omnia opera deperdita sunt, memoratur; fuit celebris Pasiphaæ templo & oraculo, teste Plutarcho in Agide, & Cleom. sed ab eo *Thalamiæ* dicitur. Ejus quoque meminit Pausanias in Laconicis. Polybius Historiarum lib. 5. Πλείστη δὲ ἀπορία, καὶ πλεῖστος ὄχλος ἠθροίσθη σωμάτων καὶ θρεμμάτων εἰς τὸ χωρίον ὃ καλοῦσι Θαλάμας. i. e. *Plurima verò supellex, plurimaque corporum pecorumque turba congregata fuit in oppido, quod* Thalamas *vocant*.

2 Θάλπουσα, πόλις τῆς Ἀρκαδίας.] Thalpusa, urbs Arcadiæ. Fuit celebris Æsculapii, & duodecim Deorum templo; sita verò erat in magno colle, sed magna ex parte ætate Pausaniæ erat deserta, ut ipse refert in Arcadicis, cui *Thelpusa* dicitur, in cujus finibus erat *Cereris* cognomento *Eleusiniæ* fanum, auctore eodem auctore libro citato.

3 Θαλαμανάιοι, ἔθνος Πέρσαις ὑπήκοον.] Thalamanæi, gens Persis subdita ex Herodoti lib. 3. apud quem libri citati capite 93. Thamanæi, non Thalamanæi, ut inquit noster, inter Persarum Satrapeias memorantur: Ἀπὸ δὲ Σαγαρτίων, καὶ Σαραγγαίων, καὶ Θαμαναίων, καὶ Ὑτίων, καὶ Μύκων, καὶ τῶν ἐν τῇσι νήσοισι οἰκεόντων τῶν ἐν τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ, &c. i. e. *A Sagartiis verò, & Sarangæis, & Thamanæis, & Utiis, & Myciis, & iis, qui in rubri maris insulis habitant, &c.*

4 Θάμνα, πόλις Παλαιστίνης.] Thamna, urbs Palæstinæ, ex Josepho Antiquit. lib. 5. Duæ hujus nominis urbes memorantur, altera pertinebat ad tribum Dan, ut apparet ex Josue c. 19. v. 43. ubi vocatur תמנתה *Thimnathah*, & à 70 senibus Θαμνά, juxta quam Simson discerpsit leonem, atque inibi duxit ex Palæstinis virginem in uxorem, ut narratur Judicum c. 14. ubi quoque in textu Hebraico eodem modo scribitur, & à 70 senibus Θαμναθὰ vocatur, quam celebrat Joseph. libro, ab auctore nostro, citato c. 10. Ἀφικόμενος δὲ μετὰ τῶν γονέων εἰς Θαμνὰ πόλιν Παλαιστινῶν, πανηγύρεως ἀγομένης, ἐρᾷ παρθένου τῶν ἐπιχωρίων. i. e. *Cum venisset autem una cum parentibus in urbem Palæstinorum Thamna, conventus tempore, amore captus fuit virginis indigenarum.* Altera autem pertinebat ad tribum Ephraim, ac data fuit Josue celeberrimo duci in hæreditatem, in qua quoque sepultus est, ut constat ex eodem Josue c. 19. v. 50. ubi תמנת סרח *Thimnath Serach* dicitur, Judicum verò c. 2. v. 9. vocatur תמנת חרס *Thimnath Cheres*. Serach autem & Cheres idem est nomen per transpositionem literarum, quod in hac lingua non est insolens. Sic enim dicitur כבש *cebes* & כשב *Ceseb*, utrumque significat, *ovem, agnum*. שלמה *Salmah* & שמלה *simlah*, i. e. *vestis*, seu *vestimentum* & alia hujusmodi. Memoratur quoque Ptolemæo lib. 5. c. 16. Ab eadem septima Judææ toparchia dicebatur *Thamnitica*, cujus meminit Plinius lib. 5. c. 14. in qua usque ad ætatem Hieronymi sepulchrum celeberrimi illius ducis ostendebatur, super quod figuram Solis describerant, eo quod solem stare fecisset, ut apparet ex ipso Hieronymo & Christiano Adrichomio in Ephraim num. 96.

5 Θαμυδᾶ, Ναβαταίων γείτων τῆς Ἀραβίας.] Thamuda, locus, seu regio, seu urbs (id enim nobis divinandum reliquit noster auctor) prope Nabataeos Arabes, cujus incolæ ei Thamudeni, Ptolemæo lib. 6. c. 7. Thamyditæ, & Thamydeni, Plinio lib. 2. c. 28. Thamudei dicuntur.

6 Θάσος, νῆσος πρὸς τῇ Θρᾴκῃ.] Thassus, insula maris Ægæi prope Thraciam, Lemno insulæ proxima, celebris vitibus, vino, & marmore, Virgil. Georgic. lib. 2. v. 91. canit:

Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.

Plin. lib. 14. c. 7. inter transmarina vina celebrat Thassium & Chium, quæ in summa gloria fuisse inquit. Apud Aristophanem in Pluto, cum anus quædam diceret suam cutem suaviter olere, subdit per jocum Chremylus:

Εἰ Θάσιον ἐνίχεις, εἰκότως γε νὴ Δία.
Si Thasium infundis, merito per Jovem.

Ælianus de Varia Historia lib. 13. c. 6. duplex vini genus in hac insula tradit fuisse, alterum, quod suavem somnum, alterum, quod vigiliam afferebat. Thassium verò marmor celebrat Plinius lib. 36. c. 6.

7 Ἔνθα

7 ἔνθα Τηλέφη ἡ τ Εὐρώπης θνήσκει μήτηρ, ἀπὸ Θάσσ. 8 Ἡ δ γενεαῖς Ἡρακλέες καὶ Θάσ παλαίτερ, εἴπερ ἀπὸ Ἀγήνορ, Πρῆτ ἦν. Ἀγήνορ δ, Βῆλ ἀδελφὸς ἐὼ, Βήλ δ' Αἴγυπτ, ἔ Λυγκεύς. Οὗ Ἄ- Βας. Οὗ Δαναή. Ἧς, Περσεύς. Οὗ, Ἀλ- καῖ. Οὗ, Ἀμφιτρύων. Οὗ, Ἡρακλῆς. 9 Ὅπ δὲ κ Ἀερία ἡ Θάσ, δῆλον ἐκ τ χρηζμ, ἔ δοθέν τῷ ἔ Ἀρχιλόχ·

10 Ἄγγειλον Παρίοις Τελεσίκλεις, ὥς σε κελεύω,
Νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κλίζειν εὐδείελον ἄστυ.

ΘΑΥΜΑΚΙΑ 11, πόλις Μαγνησίας· Ὅμηρ,

Οἱ δ' ἄρα Μηθώνην, καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο.

ἀπὸ Θαυμάκ ἔ Ποίαν πατρὸς, ἀφ' ἧ νῆσ· 12 Δαλίερα, πόλις κ τ Μηλιᾶ κόλπ. Οἱ ἔνοικοι, Θαυμακοί· κ Θαυμακίας, ἱερὸν Ἀρτέμιδ.

ΘΑΥΜΑΣΙΟΝ 13, ὄρ Ἀρκαδίας, ἐν ᾧ τ λίθον ὁ Κρόν καλέπεν· οἱ ἐνοικοῦντες, Θαυμάσιοι.

ΘΑΨΑΚΟΣ 14, πόλις Συρίας πρὸς τῷ Εὐφράτῃ· Θεόπομπ ἐν Φιλιππικῶν τρίτῳ. Ὁ πολίτης, Θαψακηνός.

A Telepho Europæ mater obiit. [Sic dicta] à Thassio. Erat verò generationibus Herculis Thassus antiquior, siquidem, ab Agenore, Prœtus erat, Agenoris verò Belus frater, Beli verò [filius] Ægyptus. Cujus Lynceus. Cujus Abas. Cujus Danaë. Cujus Perseus. Cujus B Alcæus. Cujus Amphitryon. Cujus Hercules, quod verò Thassus etiam *Aëria* vocata fuerit; patet ex Oraculo reddito Archilochi filio.

Dic Pariis Telesicles, quòd te jubeo,
Insula in Eeria condere ad-occasum-bene-sitam urbem.

C

THAUMACIA, urbs Magnesiæ, Homerus.

Qui verò Methonen, & Thaumaciam habitabant.

D

à Thaumaco Pœantis patre, à quo insula; secunda, urbs juxta Meliacum sinum. Incolæ, Thaumacii; est & Thaumaciæ, templum Dianæ.

E THAUMASION, mons Arcadiæ, in quo lapidem Saturnus devoravit. Incolæ, Thaumasii.

THAPSACUS, urbs Syriæ ad Euphratem, Theopompus Philippicorum lib. 3. Civis, Thapsacenus.

F

ΘΑΨΙ- THAPSI-

7 Ἔνθα Τηλέφη ἡ τ Εὐρώπης, &c.] Quæ hic Telephe, eidem in Δαρδανῶ dicitur Telephaë.

8 Ἡ δ γενεαῖς Ἡρακλέες κ Θάσ, &c.] Legendum existimo ἦν δ, &c. i. e. *erat verò*, &c. de Thasso enim, qui insulæ nomen dedit, loqui videtur à quo Herculis generationes recensèt.

9 Ὅπ δ κ Ἀερία ἡ Θάσ.] Supple ἐλέγε, i. e. *dicebatur*, Thassum verò *Aeriam* dictam fuisse testatur Plinius lib. 4. c. 12. *Ab ea* [Lemno] *Thassos libera quinque M. pass. olim* Aëria, *vel* Æthria *dicta*. Periegetes v. 522. Ogygiam vocavit propter antiquitatem, & Cereris aëlen, propter fertilitatem. Hinc parœmia Θάσ ἀγαθῶν, i. e. *Thassos bonorum*; alii eamdem parœmiam sic dicunt Δάτ ἀγαθῶν, i. e. *Datus bonorum*, teste Eustathio ad Periegetæ versum citatum.

10 Ἄγγειλον Παρίοις, &c.] Sunt versus redditi ab oraculo, Archilochi filio, in quo pro Τελεσίκλεις legendum existimo Τελεσίκλης. Sic enim Archilochi filius vocabatur, etsi apud Suidam in Ἀρχίλοχ aliter scribatur. Parios verò condidisse *Thassum* affirmat Strabo lib. 10. Ὑπὸ δ Παρίων ἐκτίσθη Θάσ, κ Παρίοις τῇ Προποντίδι πόλις. i. e. *A Pariis autem condita est Thasus, & Parium, urbs in Propontide.* Pariorum coloniam vocavit *Thasum* Thucydides lib. 4.

11 Θαυμακία, πόλις Μαγνησίας.] Thaumacia, urbs Magnesiæ ex Homero. Cujus affert versiculum, qui apud eum legitur Il. 2. v. 716. ad quem ita Eustathius: Τῷ δ Θαυμακίου, πόλιν Μαγνησίας ὁ τ ἐθνικῶν συλλέκτης φησὶ, λέγων κ ἑτέραν εἶναι Θαυμακίαν τ Μηλιᾶ κόλπον, κ νῆσον δ ὁμώνυμον, οἱ δ πολῖται τ Θαυμακίας, Θαυμακοί. i. e. *Thaumaciam verò* ethnicorum collector [sic nostrum auctorem vocat] *Magnesiæ urbem esse inquit, dicens & aliam esse Thaumaciam juxta Meliacum sinum, & insulam cognominem, ejusves verò Thaumaciæ, Thaumaci.* Nihil addit novi Eustathius; ex nostris memoratur Plinio lib. 4. c. 9. cui *Taumachia* dicitur.

12 Δαλίερα, πόλις κ τ Μηλιᾶ κόλπον.] Secundo loco memorat Thaumaciam juxta Meliacum seu Maliacum sinum, utroque enim modo vocatur sinus iste, quam Strabo lib. 9. appellat Θαυμακὰς, quem sequitur Livius, qui hanc urbem lib. 32. c. 4. ita describit: *Namque Thaumaci à Pylis, sinuque Maliaco per Lamiam eunti loco alto siti sunt, ipsis faucibus imminentibus; quam* Cœlen *vocant: Thessaliæque transeunti confragosa loca, implicataque flexibus vallium vias. Ubi ventum ad hanc urbem est, repente velut maris vasti, sic immensa panditur planities, ut subjectos campos terminare oculis haud facile queat. Ab eo miraculo* Thaumaci *appellati. Nec altitudine solum tuta urbs, sed quod saxo undique abscisso rupibus imposita est. Hæ difficultates, & quod haud satis dignum tanti laboris periculique pretium erat, ut absisteret incæpto Philippus, effecerunt.* Alludit Livius in urbis nomine ad significationem. Θαῦμα enim Græce est *miraculum*, θαυμάσιος verò *mirabilis*, unde nomen urbi impositum fuisse innuit.

13 Θαυμάσιον, ὄρ Ἀρκαδίας, ἐν ᾧ τ λίθον ὁ Κρόν κατέπιεν.] Thaumasium, mons Arcadiæ, in quo Saturnus lapidem pro Jove puero, quem Rheam illic peperisse fabulabantur, devoravit juxta fabulam; & fabulam & montem supra Molottum Arcadiæ fluvium celebrat Pausanias in Arcadicis.

14 Θάψακ, πόλις Συρίας πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.] Thapsacus, urbs Syriæ prope Euphratem ex Theopompi Philippic. lib. 3. Memoratur Q. Curtio lib. 10. c. 1. *Igitur Mesopotamiæ prætoribus imperavit, materia in Libano monte cæsa, devectaque ad urbem Syriæ Thapsacum, ingentium carinas navium ponere: septiremes omnes esse, deducique Babylonem, Cypriorum regibus imperatum, ut æs stuppamque & vela præberent.* Ptolemæus lib. 5. c. 19. eam inter Arabiæ desertæ urbes prope Euphratem locat. Ex Strabonis lib. 16. constat fuisse commercio celebrem, ad quam usque Gerrhæi per Euphratem navigabant. Josephus Antiquitatum lib. 9. c. 11. *Thapsam* vocat, ac perperam ejus interpres Latinus *Thapsam* & *Tharsen* confundit, cum fuerint duæ urbes, ut apparet ex lib. 4. Reg. c. 15. v. 14, 16. ubi תרצה *Thirsah* & תפסח *Thipsach* memorantur; hinc parum deflexo nomine factum est *Thapsa*, & *Thirsa*, quæ ab auct. nostro in Ταρσὸς vocatur Τάρσα.

ΘΑΨΊΠΟΛΙΣ, πλησίον Χαλκηδόνος. Τὸ ἐθνικὸν, Θαψιπολίτης· Κυάδρατος δυοκαιδεκάτῳ ῥωμαϊκῶν. A

THAPSIPOLIS, prope Chalcedonem. Gentile, Thapſipolites. Quadratus rerum Romanarum lib. 12.

ΘΑ'ΨΟΣ[15], πόλις Λιβύης· Στράβων ἑκκαιδεκάτῳ. [16] Ἔστι καὶ Σικελίας· [17] Ἔστι καὶ Χερσόνησος ἐν τῷ στενῷ τοῦ ἰσθμοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, Θάψιος. B

THAPSUS, urbs Libyæ, Strab. lib 16. Eſt & Siciliæ. Eſt & Cherſoneſus in anguſta Iſthmi parte. Gentile, Thapſius.

ΘΕ'Α, πόλις Λακωνικῆς· Φιλόχορος τρίτῳ. Θεεῖς, ὡς Θουκυδίδης.

THEA, urbs Laconicæ, Philochorus lib. 3. Incolæ, Theei, ut Thucydides.

ΘΕΑΓΓΕΛΑ[18], πόλις Καρίας. Ὁ πολίτης, Θεαγγελεύς. C

THEANGELA, urbs Cariæ. Civis, Theangeleus.

ΘΕΒΙΘΑ[19], φρούριον Μεσοποταμίας· Ἀρριανὸς ἑνδεκάτῃ. Ὁ οἰκήτωρ, Θεβηνὸς, ὡς Ἐκμάθα Ἐκμαθηνός.

THEBETA, caſtellum Meſopotamiæ, Arrhianus lib. 11. Incola, Thebenus, ut Ecmatha, Ecmathenus.

ΘΕΙΣΟΑ[20], πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῳ. Ὁ πολίτης Θεισοάτης, ὡς Λυκοάτης. D

THISOA, urbs Arcadiæ, Pauſanias lib. 8. Civis, Thiſoates, ut Lycoates.

ΘΕΛΑΜΟΥΖΑ, φρούριον τῆς παρ' Εὐφράτῃ Ἀραβίας, ὡς Κυάδρατος ἐν Παρθικῶν ἑβδόμῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Θελαμυζαῖος. E

THELAMUSA, caſtellum Arabiæ, quæ juxta Euphratem, ut Quadratus rerum Parthicarum lib. ſeptimo. Gentile, Thalamuzæus.

ΘΕΜΒΡΙΗΜΟΣ[21], πόλις Καρίας, [22] ἀπὸ Θεμβρίμου. Ὁ πολίτης, Θεμβριμεύς.

THEMBRIEMUS, urbs Cariæ, à Thembrimo. Civis, Thembrimeus.

ΘΕΜΙΣΚΥΡΑ[23], πόλις, ἡ ἐστιν ἀντίον Θερμώδοντος. Καὶ οἱ οἰκοῦντες τὴν χώραν, Θεμισκύριοι. Λέγεται καὶ Θεμισκύρεια. F

THEMISCYRA, urbs, quæ eſt è regione Thermodontis. Et habitantes regionem, Themiſcyrii. Dicitur etiam Themiſcyria.

ΘΕ-

ΘΕ-

15 Θάψος, πόλις Λιβύης.] Thapſus, urbs Libyæ ex Strabonis lib. 16. qui lib. 17. non lib. 16. ut inquit noſter, eam celebrat: Εἶθ' αἱ Ταριχεῖαι λεγόμεναι, νησία πολλὰ καὶ πυκνά· εἶτα Θάψος πόλις· καὶ μία τοιαύτη νῆσος πλαγία Λοπάδουσα. i. e. *deinde* Tarichiæ *dictæ, inſulæ parvæ, multæ & denſæ; deinde Thapſus urbs: & poſt hanc inſula in pelago Lopaduſa.* Memoratur etiam Ptolemæo lib. 4. c. 3. prope Leptim parvam.

16 Ἔστι καὶ Σικελίας.] Secundo loco memorat Thapſum Siciliæ urbem. Cherſoneſum illius nominis à Syracuſis Siciliæ non longè diſtantem, in qua forſitan erat urbs ejuſdem nominis, celebrat Thucydides lib. 6. Ταῖς τε ναυσὶν ἐς τὸν Θάψον καθορμισάμενοι. Ἔστι δὲ χερσόνησος μὲν ἐν στενῷ ἰσθμῷ, προέχουσα ἐς τὸ πέλαγος, τὸ δὲ Συρακοσίων πόλεως ὅτε καὶ ὅτε οὐκ πολλῷ ἀπέχει. i. e. *Navibuſque Thapſum ſubiere* [ubique ſtationem habuerunt Athenienſes] *Eſt autem peninſula, in anguſto iſthmo in mare prominens, nec multum à Syracuſanorum civitate, ſeu mari, ſeu terra diſtat.* Eam quoque celebrat Virg. Æneid. lib. 3. v. 688.

— *Vivo prætervehor oſtia ſaxo*
Pantagiæ, Megaroſque ſinus Thapſumque jacentem.

17 Ἔστι καὶ χερσόνησος ἐν τῷ στενῷ τοῦ ἰσθμοῦ.] Hæc deſumpta videntur ex Thucydidis lib. 6. cujus verba adduximus nota præcedenti, nec quia Thucydides inquit fuiſſe Cherſoneſum ἐν στενῷ ἰσθμῷ, i. e. *in anguſto Iſthmo*, & noſter ἐν τῷ στενῷ τοῦ ἰσθμοῦ, i. e. *in anguſta parte Iſthmi*, ideo corrigendus eſt. Hoc enim eſſet nimia corrigendi porrigine laborare.

18 Θεαγγελα, πόλις Καρίας.] Theangela, Cariæ urbs. Memoratur Plinio libro quinto capite 29.

19 Θεβιθὰ, φρούριον Μεσοποταμίας.] Thebitha, caſtellum Meſopotamiæ ex Arrhiani lib. 11. Cujus incola, *Thebenus* dicebatur, ut inquit noſter, ſicut ab Ecmatha, Ecmathenus. Ergo prototypos erit Θιβὲ, id nominis ſignificat *domum* Hebraïce; hujus caſtelli altum apud alios eſt ſilentium.

20 Θεῖσοα, πόλις Ἀρκαδίας.] Thiſoa, urbs Arcadiæ ex Pauſaniæ lib. 8. qui eam celebrat libro citato ab Stephano: Ταῖς Νύμφαις ἃ ὀνόμαζον, ὑφ' ὧν τὸν Δία τραφῆναι λέγουσι, πίθειαν Θεισόαν, καὶ Νέδαν, καὶ Ἅγνωνα· καὶ ἀπὸ μὲν Θεισόας πόλις ᾠκεῖτο ἐν τῇ Παρράσιᾳ. Τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ, μοῖραι τῆς Μεγαλοπολιτῶν ἐστιν ἡ Θεισόα κώμη. i. e. *Nymphanum verò nomina, à quibus Jovem educatum fuiſſe dicunt, Thiſoa, & Neda, & Hagno; & à Thiſoa quidem urbs habitata fuerat in Parrhaſia; ætate autem mea partis Megalopolitidis eſt Thiſoa pagus.*

21 Θεμβρίμιον, πόλις Καρίας.] Tembriemus, urbs Cariæ, ſine auctore memoratur ab auctore noſtro, exiſtimo eamdem eſſe, quæ *Thymbria* dicitur Straboni, cujus ex lib. 14. ſunt verba: Ἔνθεν ἐν ταφίοις πέντε σταδίοις κώμη Καρικὴ Θυμβρία· παρ' ᾗ ὄρυον ἐστὶ πανήλιον ἱερὸν, Χαρώνιον λεγόμενον, ὀλεθρίους ἔχον ἀποφοράς. i. e. *Hinc quatuor ſtadiis pagus Caricus Thymbria; juxta quam avibus-invia eſt ſpelunca ſacra*, Charonium *nomine, peſtilentes habens exhalationes.*

22 Ἀπὸ Θεμβρίμου.] A Thembrimo vocatam fuiſſe urbem Cariæ *Thembriemum* inquit, quare vel nomen urbis, vel Thembriemi corrigendum eſt, atque eodem modo oppidani nomen.

23 Θεμισκύρα, πόλις.] Themiſcyra, quæ & Themiſcyria, urbs è regione Thermodontis. Memoratur Straboni lib. 12. Ἐχομένη δὲ τῶν τε ἄλλων χώραν καλὸν, καὶ τὴν Θεμισκυρίαν τὴν τῶν Ἀμαζόνων οἰκητήριον, καὶ τὴν Σιδηνίδα. Ἔστι δὲ ἡ Θεμισκυρία πεδίον, τὴν μὲν κατὰ πελάγους κλυζόμενον, ὅσον ἑξήκοντα σταδίους τὸ πόλεως διέχον· τὴν δὲ κατὰ τὰ ὀρεινὰ, δένδρεσι καὶ ἀμπέλοις πολυμοῖς, αὐτόθεν τοὺς πηγὰς ἔχοντα. Ἐκ μὲν ἐν τούτων πληρούμενον ἀπάντων εἰς ποταμὸς διέξεισι τὸ πεδίον Θερμώδοντα καλούμενον. i. e. *Habet autem cum aliam regionem bonam, tum Themiſcyram Amazonum olim domicilium, & Sidenen. Eſt verò Themiſcyra planities, quæ ab altera parte mari alluitur circiter* LX. *ſtadia ab urbe diſtans. Ab altera verò montoſa, nemoroſa & fluviis pervia, illinc fontes habentibus; Ex quibus omnibus impletus unus amnis planitiem percurrit* Thermodon *nomine.*

24 Ἐ-

ΘΕΜΙΣΣΟ'Σ [24], πόλις Καρίας, ἣν ἔκτισε Δάδας, ἀπὸ Θεμισσοῦ παιδὸς, [25] ὃν λύκοι διεχρήσαντο. Ὁ πολίτης, Θεμισσεύς. A

THEMISSUS, urbs Cariæ, quam condidit Dadas, à Themisso filio, quem lupi dilaniavere. Civis, Themisseus.

ΘΕΜΙΣΩ'ΝΙΟΝ [26], χωρίον Φρυγίας· Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ. [27] Τὸ ἐθνικὸν, Θεμισώνιος. B

THEMISONIUM, oppidum Phrygiæ, Artemidorus in Epitome. Gentile, Themisonius.

ΘΕ'ΝΝΑΙ, πόλις Κρήτης· τινὲς δὲ Ἀρκαδίας. Οἱ δὲ ὄρος. Τὸ ἐθνικὸν Θενναῖος, καὶ Θενναία, καὶ Θεννεῖς.

THENNÆ, urbs Cretæ; aliqui verò, Arcadiæ, alii verò montem esse dicunt. Gentile, Thennæus, & Thennæa, & Thennei.

ΘΕΥΔΟΣΙ'Α [28], Ταυρικὴ πόλις παραλία· Στράβων ζ. Τὸ ἐθνικὸν, Θευδοσιανὸς καὶ Θευδοσιεύς. C

THEUDOSIA, Taurica urbs maritima, Strab. lib. 7. Gentile, Theudosianus, & Theudosieus.

ΘΕΟΥ'ΠΟΛΙΣ [29], ἡ μείζων τοῦ ἕω πόλις, ἥτις ἐξ Ἀντιοχείας μετὰ τὸ σεισμὸν ὠνομάσθη ἀπὸ Ἰουστινιανοῦ. Ὁ πολίτης, ὁμοίως.

THEOPOLIS, maxima orientis urbs, quæ ex Antiochia post terræ motum ab Justiniano sic vocata fuit. Civis, similiter.

ΘΕ'ΡΑΜΝΑΙ [30], πόλις Λακωνικὴ, ἣν τινες Σπάρτην φασίν. [31] Ἔστι καὶ τόπος, ἔχων ναὸν τῶν Διοσκούρων, ἀφ' οὗ τὸ ἐκεῖσε τρέφεσθαι τιμᾶσθαι. Θεραπεύειν γὰρ, τιμᾶν σημαίνει. [32] Σημαίνει καὶ τὴν οἰκίαν. Τὸ ἐθνικὸν Θεραμναῖος, καὶ Θεραμναία, καὶ Θεραμναῖον. D E

THERAMNÆ, urbs Laconica, quam aliqui *Spartam* vocant. Est & locus, qui templum Dioscurorum habet, quod illic colantur. Θεραπεύειν enim *colere* significat. Significat etiam domum. Gentile, Theramnæus, & Theramnæa, & Theramnæum.

ΘΕ'ΡΜΑ [33], χωρίον Σικελίας· Φίλιστος τρί-

THERMA, oppidum Siciliæ, Philistus lib.

24 Θεμισσὸς, πόλις Καρίας.] Themissus, urbs Cariæ, quæ aliis *Thelmissus*, Plinio lib. 5. c. 29. dicitur *Thelmessus*, ut & Ciceroni de Divinat. lib. 1. *Thelmessus in Caria est, qua in urbe excellit haruspicum disciplina.* Strabo lib. 14. Et Scylax Lyciæ tribuit. Caria enim & Lycia erant inter se finitimæ.

25 Ὃν λύκοι διεχρήσαντο.] Existimo legendum ὃν λύκοι διεχειρήσαντο; per me licet retinere priorem lectionem.

26 Θεμισώνιον, χωρίον Φρυγίας.] Themisonium, oppidum Phrygiæ. Memoratur Straboni lib. 12. Pausaniæ lib. 10. Θεμισώνιον ἢ τὸ ὑπὲρ Λαοδικείας Φρύγες μὲν καὶ τοῦτο οἰκοῦσιν. i. e. *Themisonium verò quod supra Laodiceam Phryges quidem & hoc incolunt.*

27 Τὸ ἐθνικὸν, Θεμισώνιος.] Sicut oppidorum, sic Gentilium nomina auctores formant pro libitu, nostrum format nunc gentilitium Themisonii, *Themisonius*; Pausaniæ libro nota præcedenti citato dicitur Θεμισωνεύς. Ὅτε δὲ ὁ Γαλατῶν στρατὸς ἔφερε καὶ ἦλθεν Ἰωνίαν καὶ Ἰωνίας τὰ ὅμορα, οἱ Θεμισωνεῖς φασιν αὐτοῖς Ἡρακλέα βοηθὸν καὶ Ἀπόλλωνα γενέσθαι καὶ Ἑρμῆν. id est, *Quando verò Galatarum* [Gallorum] *exercitus Ioniam, & Ioniæ finitima depopulabatur, Themisonei ajunt ipsis auxiliatorem fuisse Herculem, & Apollinem, & Mercurium.*

28 Θευδοσία, Ταυρικὴ πόλις παραλία.] Theudosia, Taurica urbs maritima ex Strabonis lib. 7. apud quem nunc legitur Θεοδοσία. Ejus sunt verba: Μετὰ δὲ τὸ Συμβόλων λιμένα τοῦτον μέχρι Θεοδοσίας πόλεως ἡ Ταυρικὴ παραλία, χιλίων τῆς τοιᾶδε τὸ μῆκος, τραχεῖα, καὶ ὀρεινή. i. e. *Post Symbolorum portum hunc usque ad Theodosiam urbem Taurica maritima ora* [porrigitur] *circiter stadiorum longitudine, aspera & montosa.* Idem auctor libro citato auctor est habuisse portum vel centum navibus recipiendis aptum: Μετὰ δὲ τὴν ὀρεινὴν ταύτην κεῖται πόλις, πεδίον ἄγαιον ἔχουσα καὶ λιμένα ναυσὶ καὶ ἑκατὸν ἐπιτήδειον. i. e. *Post montosam hanc dictam regionem Theodosia sita est, campum fertilem habens, & portum navibus etiam centum recipiendis aptum.*

29 Θεούπολις, ἡ μείζων τοῦ ἕω πόλις.] Theupolis, ac si diceres *Dei-civitas*, maxima totius orientis urbs, scilicet Antiochia, quam post quemdam terræmotum à Justiniano sic vocatam fuisse tradit, quod etiam testatur Eust. ad Periegetæ v. 920. de qua jam suo loco egimus.

30 Θέραμναι, πόλις Λακωνικὴ, ὡς τινες Σπάρτην φασίν.] Theramnæ, urbs Laconica, quam *Spartam* nonnullos appellasse inquit. Sed id nullius auctoritate firmat. Pausaniæ Θεράπνη dicitur, cui à Therapne Lelegis filia nomen impositum inquit, atque inibi fuisse Menelai templum, & Menelaum, & Helenam sepultos; attende ejus ex lib. 3. verba; Θεράπνη δ' ὄνομα μὲν τῷ χωρίῳ γένοιτο ἀπὸ τῆς Λέλεγος θυγατρός. Μενελάου δέ ἐστιν ἐν αὐτῇ ναὸς, καὶ Μενέλαον, καὶ Ἑλένην ἐνταῦθα ταφῶσαι λέγουσι. i. e. *Therapne verò nomen oppido factum fuit à Lelegis filia. Menelai autem est in ipsa templum, quem & Helenam hîc sepultum fuisse dicunt.*

31 Ἔστι καὶ τόπος, ἔχων ναὸν τῶν Διοσκούρων ἀφ' οὗ τὸ, &c.] Epitomator noster Theramnas urbem Laconicam & locum, in quo erat Castoris & Pollucis templum, diversa existimat fuisse oppida; quod si ita fuisset, non reticeret Pausanias, qui omnium oprimè totius Græciæ oppida descripsit. Sed fuit etiam hujus nominis locus Lacedæmone cujus meminit Harpocratio. Obiter auctor noster deducit loci etymologiam à verbo θεραπεύω, i. e. *colo, servio*, quod illic Dioscuri colerentur, ac ideo etiam locus vocandus erat Θεράπνη, non Θέραμναι, ut ipse habet. Sed nihilominus tamen Pausaniæ sententia vero similior videtur, qui à Therapne Lelegis filia loco nomen impositum tradit libro nota proxime præcedenti citato.

32 Σημαίνει καὶ τὴν οἰκίαν.] Legendum existimo σημαίνει καὶ τὴν οἰκείαν. i. e. *significat etiam familiam*, hoc est, *servitium*, quo modo οἰκέτης dicitur *servus domesticus*. Θεραπεύω enim non solum significat *colo*, sed etiam *servio*, unde θεράπνη *serva*, ad quod videtur alludisse Stephanus; ab eodem verbo & significatione dicebatur apud Lacedæmonios festum quoddam Θεραπναλδία, cujus mentionem fecit Hesychius suo loco. Ergo Stephani mens est Therapnas seu Laconicæ urbem, seu Spartæ locum sic dictam fuisse ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν, à quo etiam θεράπνη dicitur *ancilla*. Sic accipio hunc locum, nec curo Zoilos.

33 Θέρμα, χωρίον Σικελίας.] Therma neut. plurali oppidum Siciliæ ex Philisto. Sed cum hujus opera deperdita fuerint, pro illo substituo Diodorum Siculum, qui de hac urbe sic loquitur lib. 13. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι ἐν μὲν τῇ Λιβύῃ μεγάλας παρεσκευάζοντο δυνάμεις, ἐπιθυμοῦντες ἁπάσας τὰς ἐν τῇ νήσῳ πόλεις καταδουλώσασθαι, πρῶτον δὲ τὴν στρατοπεδεύσαντες περιβάλλειν, καταλέξαντες τῶν πολιτῶν πένητας, καὶ τῶν ἄλλων Λιβύων τοὺς βιαιοτάτους, ἐκπέμψαντες ἐν τῇ Σικελίᾳ πρὸς αὐτοὺς τοῖς θερμοῖς ὕδασι πόλιν, ὀνομάζοντες Θέρμα. i. e. *Carthaginenses enim in Libya*

τρίτῳ. [34] Τὸ ἐθνικὸν, Θερμαῖος. Ἔστι καὶ Βιθυνίας Θέρμα, τὰ μὲν Πύθια, τὰ δὲ ἐν Πρόσῃ βασιλικὰ λεγόμενα, τὰ δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ, τὰ δὲ ἐν Συρίᾳ, τὰ δὲ Δορυλάϊ. Οἱ οἰκοῦντες, Θερμηνοί. A

lib. 3. Gentile, Thermæus. Eſt & Bithyniæ Therma, alia quidem Pythia, alia verò in Pruſia *Baſilica* dicta, alia verò in Cappadocia, alia verò in Syria, alia verò Dorylaï. Habitatores, Thermeni.

ΘΕΡΜΗ [35], πόλις Θράκης. Ἀπολλόδωρος δὲ Μακεδονίας φησὶ, καὶ Θουκυδίδης. Ὁ πολίτης, Θερμαῖος. [36] Ἔστι καὶ Θερμαῖος κόλπος. B

THERME, urbs Thraciæ, Apollodorus verò Macedoniæ inquit, & Thucyd. Civis, Thermæus. Eſt & Thermæus ſinus.

ΘΕΡΜΟΣ [37], πολίχνιον Αἰτωλίας, ὡς Πολύβιος. [38] Τὸ ἐθνικὸν Θέρμιος. [39] Καὶ τὸ κλητικὸν, Θερμικός. C

THERMUS, oppidulum Ætoliæ, ut Polybius. Gentile, Thermius, poſſeſſivum, Thermicus.

ΘΕΡΜΥΔΡΑ, λιμὴν τῶν μιᾶς τῶν ἐν Ῥόδῳ πόλεων. Τὸ ἐθνικὸν, Θερμυδρεύς.

THERMYDRA, portus unius ex Rhodi civitatibus. Gentile, Thermydreus.

ΘΕΡΝΗ. πόλις Θράκης. Τὸ ἐθνικὸν, Θερναῖος. D

THERNE, urbs Thraciæ. Gentile Thernæus.

ΘΕΡΣΙΤΑΙ [40], ἔθνος Ἰβηρικόν· Πολύβιος τρίτῳ.

THERSITÆ, gens Iberica, Polyb. lib. 3.

ΘΕΣΠΕΙΑ [41], πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος,

Θέσπειαν, Γραΐαν τε — E

THESPIA, urbs Bœotiæ, Homerus:

Theſpiam Græamque —

[42] Θεσπιάδα

à The-

bya magnum cogebant exercitum, deſiderantes omnes inſulæ urbes ſubjugare, antequam verò exercitum transvexiſſent, delectu habito ex civibus aliquibus, aliiſque voluntariis Afris, condiderunt in Sicilia ad ipſas calidas aquas urbem, nuncupantes Therma. Ac quia ab aquis calidis, quæ Græce θερμὰ ὕδατα dicuntur nomen habet urbs, ideo ſine dubio ejus nomen ſcribendum eſt Θερμὰ, non Θέρμα, ut habetur apud noſtrum, cui etiam, eadem de cauſa Θερμὰν dicitur in Ἀκραγας acſi ὕδωρ, i. e. *aqua* intelligeretur, ideo etiam Latinè *Thermæ* dicuntur, quia aquæ intelliguntur.

34 Τὸ ἐθνικὸν Θερμαῖος.] Gentile urbis Thermarum Siciliæ dicitur Thermæus. Apud Ciceronem verò lib. 2. in Verrem Orat. 7. Thermitani dicuntur ejus oppidani, apud quos Steſichori poëtæ ſtatuam fuiſſe inquit, ſenilem, incurvam cum libro, ſummo artificio factam.

35 Θέρμη, πόλις Θράκης.] Therme, civitas Thraciæ, memoratur Thucydidi lib. 2. à quo, ut inquit noſter, Macedoniæ adſcribitur: Ξυνεβίβασε ἢ καὶ τὸν Περδίκκαν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ Θέρμην αὐτῷ ἔπεισεν ἀποδοῦναι. i. e. *Conciliavit verò & Perdicam cum Athenienſibus, & [ipſis] perſuaſit, ut ei Thermen redderent.* Namque Athenienſes eam ceperant, Perdiccas verò erat Macedonum rex. Memoratur etiam Scylaci in Μακεδονίᾳ.

36 Ἔστι καὶ Θερμαῖος κόλπος.] Eſt & Thermæus ſinus, qui nomen habet à Therme Macedoniæ urbe. Ejus meminit inter alios plurimos Scylax in Μακεδονίᾳ. In excerptis ex lib. 7. Strabonis hæc leguntur: Ὅπ μὴν τὸν Ἄξιὸν ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶν πόλις, ἡ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο. i. e. *Poſt Axium fluvium Theſſalonice eſt urbs, quæ prius* Therme *vocabatur.* Unde aliqui putant Thermæum ſinum eſſe eum, qui vulgò Italis dicitur *Golfo di Salonichi.* Itali enim Theſſalonicen vocant *Salonichi.* Thraciæ autem urbs Harpocrationi & Suidæ dicitur *Therman.*

37 Θέρμος, πολίχνιον Αἰτωλίας.] Thermus oppidum Ætoliæ ex Polybio, qui ejus meminit lib. 5. ſed neutro genere uſurpat, non maſculino, ut noſter. Sic enim ille: Ἦκε πολλῆς ὥρας ἐπὶ τὸ Θέρμον. i. e. *Cum adhuc diei multum ſupereſſet, Thermum venit.* Ex eodem auctore apparet fuiſſe locum totius Ætoliæ munitiſſimum, ac veluti arcem, ὥστε τὸ συμπᾶσης Αἰτωλίας εἶον ἀκροπόλεως ἔχειν τάξιν. i. e. *Adeo ut totius Ætoliæ, tamquam arcis locum haberet;* inquit ille. Ab Strabone, Pauſania, & aliis vocatur *Thermopylæ*, Amphictyonum conventu celebres.

38 Τὸ ἐθνικὸν Θερμιεύς.] Gentile Thermi, Ætoliæ urbis erat Thermius, Polyb. lib. 5. Καὶ παραγενόμενος εἰς Δύστας, ἀφῆκε τὴν δύναμιν τὰς τε περιοικίδας κώμας πορθεῖν καὶ τὸ τῶν Θερμιέων πεδίον ἐπιλείχειν. i. e. *Et poſitis caſtris* [ad Thermum] *exercitum dimiſit, ut popularetur circumvicinos pagos & Thermitarum agros incurſaret.*

39 Καὶ τὸ κλητικὸν Θερμικός.] Poſſeſſivum ejuſdem Ætoliæ urbis Thermi, dicebatur *Thermicus*, quod uſurpavit Polyb. in Excerptis, ex ejus hiſtoriis, Legationibus c. 9. Εὐθέως ἀπ' ἐκείνης χωρισθέντες, ἦκον ἐπὶ τὴν τῶν Θερμικῶν σύνοδον, καὶ παρελθόντες εἰς τὸ πλῆθος, παρεκάλουν τοὺς Αἰτωλοὺς ἀφεμένους, μένειν ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς αἱρέσεως, καὶ ἀφιλοτίμως τοῖς Ῥωμαίοις εὔνοιαν. i. e. *Extemplo ab eo diſcedentes, venerunt ad Thermicorum ſynodum, & adeuntes multitudinem* h. e. *populum, multis verbis Ætolos exhortabantur, ut in priori ſententia manerent, & cuſtodirent adverſus Romanos benevolentiam.* Ubi audacter nimis interpres Latinus vertit, *Extemplo Cornelius ab eo diſcedens Thermopylas ad Græcorum conventum venit.*

40 Θερσῖται, ἔθνος Ἰβηρικόν.] Therſitæ, gens *Iberica*, id eſt *Hiſpanica* ex Polybii lib. tertio. Πάνυ δὲ ἐμπείρως, καὶ φρονίμως ἐπελογίζοντο, οἱ μὲν Λιβύης εἰς Ἰβηρίαν, οἱ δὲ Ἰβηρίας εἰς Λιβύην διεβίβαζε στρατιώτας, ἐκδεξάμενοι τὴν ἑκατέρων πίστιν εἰς ἀλλήλους ἀφ' ἧς τοιαύτης οἰκονομίας. Ἦσαν δ' οἱ ἀφ' Ἑσπέρας εἰς τὴν Λιβύην Θερσῖται, Μασιανοί, ὑπὲρ τούτους, ὀρεῖται Ἴβηρες, Ὀλκάδες. i. e. *Magna verò experientia & prudentia ratiocinatus ex Libya in Iberiam, ex Iberia verò in Libyam trajecit milites, vinciens utrorumque fidem mutuò hac diſpoſitione: erant autem, qui in Libyam tranſibant Therſitæ, Maſſiani, ac præter hos montani Iberes, Olcades.*

41 Θέσπεια, πόλις Βοιωτίας.] Theſpia, urbs Bootiæ ex Homero, apud quem Il. 2. v. 498. invenitur hemiſtichium illud, cujus integri verſus ſunt:

Οἳ τ' Ἐλίκην ἐνέμοντο, καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν
Σχοῖνόν τε Σκόλον τε πολυκνήμην τ' Ἐτεωνὸν,
Θέσπειαν, Γραΐάν τε, καὶ εὐρύχορον Μυκαλησσόν.

H. e. *Qui Helicen habitabant, & Aulida petroſam Schœnumque, Scolumque jugoſumque Eteonum Theſpiam, Græamque, & amplum Mycaleſſum.*

Ad quem locum Euſtath. Ἡ δὲ Θέσπεια ἡ πρὸς τῷ Ἑλικῶνι ἐκείθι νοτιωτέρα αὐτῆς. i. e. *Theſpia autem, ad Heliconem ſita erat auſtralior ipſo.* Id videtur Euſtath. ex Pauſania tranſcripſiſſe. Sic enim ille lib. 9. Θέσπειαι κάτω τὸ ὄρος τὸ Ἑλικῶνα ᾴκισαν. i. e. *Theſpia infra montem Heliconem condita fuit.* Ex hac urbe fuiſſe Glyceram meretricem, quam alii *Glycerium*, alii *Phrynen* vocant, referunt ſcriptores, ac inter eos Strabo lib. 9. quæ in hac urbe dedicavit Cupidinem illum decantatum, à Praxitele ſculptum, ac ſibi dono datum, cujus

42 Θεσπιάδα κτίσμα, ἢ Τευθρανίδου, ἢ Πανδίονος. Γράφεται καὶ Δρὰς ἢ ι. Καὶ ἐκλείνεται, καὶ συστέλλεται ὥδε· Κορίννης. Καὶ ἐπίγραμμα τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῶν Περσῶν· ἐν ᾗ φιλιάδα Μεγαρέως·

Ἄνδρες θ' οἵ ποτ' ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος,

43 Λημαπίτων αὐχεῖ Θεσπιὰς εὐρύχορος. 44 Πληθυντικῶς ᾗ Θεσπιαὶ ὀξυτόνως. Καὶ ἡσῦχμα, πῶς τὸ ἐνικὸν δρὰς διφθόγγῳ γράφεται. Δευτέρα, Θεσσαλίας. Τρίτη ἐν Σαρδοῖ· ὁ πολίτης Θεσπιεύς, ἢ Θεσπιακός, ἢ Θεσπίς.

ΘΕΣΠΡΩΤΙΑ 45, πόλις ἢ χώρα ἔξω τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου. Τὸ ἐθνικὸν Θεσπρωτός, ἢ Θεσπρωτὶς, ἢ Θεσπρωτιακός.

ΘΕΣΣΑΛΙΑ 46, ἀπὸ Θεσσαλοῦ ἡ πρὸ τοῦ Πελασγία. Ἐν ταύτῃ οὐκ ἔξεστι τοὺς πελάργους κτείνειν· τοὺς γὰρ τῆς χώρας ὄφεις ἀναιροῦσιν.

A Thespiade condita, filio Teuthrantis filii Pandionis, scribitur, & per *i* tantum, & producitur, & corripitur apud Corinnen, & epigramma extat in laudem eorum, qui occisi sunt à Persis, in quo per *i* scribitur. Erat verò Philiadæ Megarensis:

Virique, qui aliquando habitavere sub vertice Heliconis,

Animo quorum gloriatur Thespias ampla.

Pluraliter vero Thespiæ cum accentu acuto, ac mirandum, quomodo singulare per diphthongum scribatur. Secunda, Thessaliæ. Tertia in Sardinia. Civis, Thespieus, & Thespiacus, & Thespis.

THESPROTIA, urbs, & regio extra Ampracicum sinum. Gentile, Thesprotus, & Thesprotis, & Thesprotiacus.

THESSALIA, à Thessalo quæ prius *Pelasgia*. In hac non licet ciconias occidere. Serpentes enim regionis occidunt. Civis, Thes-

jus videndi causa initio proficiscebantur Thespias, cum ibi nihil aliud esset spectatu dignum, ut inquit Strabo libro citato, quod etiam testatur Cicero accusationis in C. Verrem lib. 4. de signis Orat. 9. *Idem opinor artifex ejusdem modi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiæ visuntur. Nam alia visendi causa nulla est.* Quem Cupidinem à Caio Rom. imperatore è sede sua amotum, Thespiensibus remisisse Claudium, ac Neronem iterum Romam reportasse, ubi igne consumptum fuisse prodidit Pausanias in Bœoticis. Fuit autem Phryne Thespiensis adeò dives, ut inquit Herodicus apud Athenæum lib. 13. ut Thebarum mœnia structuram se polliceretur, si adscriberetur: Alexandrum diruisse, Phrynem verò meretricem refecisse; pro qua Hyperides orator cum orationem fecisset, & jam manifestum esset calculis judicum, utpote capitalis criminis ream condemnandam esse, in apertum eam produxit, discissis tuniculis, pectoreque nudato; ac postrema orationis parte, illius conspecta pulchritudine, ita perorávit, ut tamquam ministram sacerdotemque Veneris judices religione capti & misericordia commoti liberam eam dimiserint; plebiscito deinde sancitum fuit, ne qui causas reorum dicerent, commiserationem excitarent, ac ne quis reus coram judicibus sententiam pronunciaturis sisteretur, ut refert Athenæus libro citato.

42 Θεσπιάδα κτίσμα, &c.] Thespiam, Bœotiæ urbem à Thespiade conditam fuisse inquit noster auctor. Sed sine auctore, Pausanias verò lib. 9. vel à Thespia Asopi filia, vel à Thespio Erechthei nomen ei inditum fuisse tradit: Θυγατέρα δὲ εἶναι Θέσπειαν λέγεσιν Ἀσωπὸν, καὶ ἀπὸ ταύτης κληθῆναι τὴν πόλιν. Οἱ δὲ Θέσπιόν φασιν ἐξ Ἀθηνῶν ἐλθόντα τὸ ὄνομα τῇ πόλει δοῦναι. Γεγονέναι δὲ ἀπὸ Ἐρεχθέως αὐτόν. i. e. *Filiam autem Thespiam Asopi dicunt fuisse, & ab hac vocatam esse urbem; alii verò Thespium Athenis venientem nomen urbi dedisse; ipsum autem ab Erechtheo genitum fuisse.*

43 Λημαπίτων.] Lege ex Eustath. ad versum Homericum nota 41. præcedenti citatum λίμναι τῶν. Per incuriam enim vel transcribentis vel typographi conjunctum fuit, quod disjungendum erat, error inter typographos frequentissimus.

44 Πληθυντικῶς δὲ Θεσπιαὶ, &c.] Inquit Thespias numero quoque plurativo dici, & miratur quomodo singulare per ει diphthongum scribatur, magis mirandum est in singulari habere accentum in antepenultima, & in plurali accentu in ultima notari, quod rarissimum est, simile invenitur in Platæa Bœotiæ quoque urbe, quæ Πλάταια & Πλαταιαὶ dicitur.

45 Θεσπρωτία, πόλις καὶ χώρα, &c.] Thesprotia, urbs & regio extra Ambracicum sinum, quem noster nunc *Ampracicum* vocat, sic etiam alii eum nominant, at Thesprotia urbs à nemine, quod sciam, memoratur, Thesprotia verò regio, quam Thesproti incolebant, erat parva quædam post Chaoniam regio vicatim habitata, bonos habens portus, ac celebris fluvio Acheronte, & Acherusia palude, ex qua Acheron amnis fluebat, ibi etiam Cocytus, quæ cum vidisset Homerus in suam poësin transtulisse existimat Pausanias lib. 1. cujus verba attulimus in Ἄχρων; Thesproti verò memorantur inter alios Scylaci in Θεσπρωτοὶ hoc modo: Μετὰ δὲ Χαονίαν Θεσπρωτοί εἰσιν ἔθνος. Οἰκοῦσι δὲ καὶ ἄστυ καὶ κώμας· ἔστι δὲ καὶ αὐτὴ εὐλίμενος. i. e. *Post Chaoniam verò Thesproti sunt gens. Habitant autem & hi per vicos; estque hæc regio bonis prædita portubus.* Alexander Macedo à Lycophrone in Alex. vocatur Θεσπρωτὸς λέων *Thesprotus leo*, quod ejus mater fuerit Epirotis. Chaonia enim & Thesprotia, seu Thesprotis erant Epiri regiones; ut videre est apud Ptolemæum lib. 3. c. 14. Plinius lib. 37. c. 7. meminit gemmæ anthracitidis, quæ in Thesprotia inveniebatur. Thesproti etiam Ægestæi ab Ægesto quodam duce, & Amymnæi ab Amymno vocati fuere, ut refert noster in Αἰγεσταῖοι.

46 Θεσσαλία, ἀπὸ Θεσσαλοῦ.] Thessalia, regio Græciæ celebris à Thessalo, quæ prius *Pelasgia*, unde Homero passim *Pelasgicon Argos* dicitur. Thessaliæ enim nomen apud eum non reperitur, quare, qui de temporibus Trojanis loquuntur, cum *Thessaliæ* nomen usurpant, καθ' ὑστέρησιν id agunt; olim *Pyrrhæa* à Pyrrha Deucalionis uxore, *Æmoniæ* ab Æmone, *Pandora* à Deucalionis matre, *Nesonis* à Nesone Thessali filio, ac tandem *Thessalia* à Thessalo Æmonis filio, ut Strabo lib. 9. vel Jasonis & Medeæ, ut Diodorus lib. 4. dicta fuit. Strabo libro citato eam dividit in quatuor partes *Phthiotidem*, *Estiæotidem*, *Thessaliotidem*, *Pelasgiotidem*, quas omnes Ptolemæus lib. 3. c. 13. Macedoniæ adscribit; celeberrima fuere ejus Tempe, quorum descriptionem habes apud Ovid. lib. 1. Metamorph. v. 568. apud Abr. Ortel. in Theatri orbis terrarum Parergo tabula 47. Nec minus inter fluvios celebris fuit Peneus, inter montes *Olympus*, *Ossa*, & *Pelion*. Ipsa etiam fuit celeberrima Deucalionis diluvio, quod Græci ὑπερβολικῶς ut omnia sua referunt id etiam poetæ tamquam jure suo in majus auxerunt, cujus descriptionem habes apud Ovid. Metamorphoseon libro cit. v. 318. & deinceps. Thessaliæ incolæ olim tamquam veneficia à Medea edocti proscindebantur, unde Plautus in Amphitryone:

Ego pol illam ulciscar hodiè Thessalum veneficum.

Claudianus in Ruf. lib. 1.

——— *Novi quo Thessala cantu*
Eripiat lunare jubar ———

Quare Θεσσαλικὴ γυνὴ, i. e. *Thessalica mulier* sumitur pro venefica, ac vim adagii habet, de quo & aliis videsis Erasmum; de Thessalia verò si plura scire desideras, lege Pausaniam, Plinium, Strabonem, Diodorum, & alios.

ρᾶσιν. Ὁ πολίτης Θεσσαλιώτης, καὶ Θετταλιώτης, καὶ Θετταλός, καὶ Θεττᾰλίς. Ἔστι καὶ Θεττᾰλὶς ὑπόδημά τι ποιόν, ὡς Λύσις ἐν Βάκχαις. Τὸ Θεττάλη δρᾶμα Μενάνδρᾳ, βαρυτόνως παρὰ Ἀττικοῖς, εἰς ἰδιότητα τινέν. Λέγεται καὶ Θετταλίζω, ὡς δωριάζω· ἀφ' οὗ τὸ ἐνθετταλίσμεθα, ὡσανεὶ τῷ Εὐπόλιδι ἐν Μαρικᾷ τετέσι, χλαμύδα Θετταλικὴν φορεῖμι, Θεττᾰλικὸν περόνημα.

Thessaliotes, & Thettaliotes, & Thessalus, & Thessalis. Est etiam Thettalis genus quoddam calceamenti, ut Lysis in Bacchis. Thettale fabula Menandri accentu gravi notatur apud Atticos, ad quid peculiare positum. Dicitur etiam thessalizo, ut dorizo, à quo τὸ ἐνθετταλίσμεθα, hoc est, *chlamydem Thessalicam gestamus*, apud Eupolidem in Marica, quæ erat Thessalica vestis fibula subnexa.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ [47], πόλις Μακεδονίας, [48] ἥτις ἄρα ἐκαλεῖτο Ἅλία, Κασσάνδρου κτίσμα· ἢ ὅτι Φίλιππος ὁ Ἀμύντα ἐκεῖ Θεττᾰλὸς νικήσας, ἔτως ἐκάλεσε. Λέκιλλος δὲ ὁ Ταρραῖος περὶ Θεσσαλονίκης βιβλίον ἔγραψεν, ὅς φησιν, ὅτι Φίλιππος θεασάμενος κόρην εὐπρεπῆ καὶ ἀγλωῆ, Ἰάσωνος γὰρ ἦν ἀδελφιδῆ, ἔγημε, καὶ τεκοῦσα, τῇ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ τῆς λοχείας τέθνηκεν. Ἀναλαβὼν οὖν ὁ Φίλιππος τὸ παιδίον, [49] ἔδωκε Νίκῃ τρέφων καὶ ἐκάλεσε Θεσσαλονίκην· ἡ γὰρ μήτηρ αὐτοῦ παιδὸς Νικασίπολις ἐκέκλητο. [50] Στράβων δέ, Θεσσαλονίκειαν αὐτὴν φησι. [51] Τὸ ἐθνικὸν, Θεσσαλονικεύς.

ΘΕΣΤΩΡΟΣ ὡς Κύτωρος, πόλις Θρᾴκης· Θεόπομπος εἰκοστῇ δευτέρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Θεστώριος.

ΘΕΣΤΙΔΕΙΟΝ [52], πόλις Θεσσαλονίκης. [53] Ἑλλάνικος δέ φησιν, ἀπὸ Θέτιδος. Ἔστι καὶ λίμνη Θρᾴκης, παρ' ἣν Νύσα χωρίον. Τὸ ἐθνικὸν, Θεστιδεύς.

ΘΕΣΤΙΣ, πόλις Ἀράβων. Καὶ ἄλλη Λιβύης.

THESSALONICE, urbs Macedoniæ, quæ prius *Halia* vocabatur, à Cassandro condita, vel quod Philippus Amyntæ filius illic Thessalos vincens, sic vocaverit. Lucillus verò Tarrhæus de Thessalonica librum scripsit, qui inquit, quod Philippus visam puellam decoram, ac nobilem, Iasonis enim erat neptis ex fratre, in uxorem duxerit, ac cum peperisset, vigesima post partum die mortua fuerit. Recipiens igitur infantem Philippus Nicæ tradidit, ut educaret, & *Thessalonicam* vocavit. Mater enim ejus *Nicasipolis* vocata fuerat. Strabo verò *Thessaloniciam* eam vocat. Gentile, Thessalonicensis.

THESTORUS, ut Cytorus, urbs Thraciæ. Theopompus lib. 22. Gentile, Thestorius.

THESTIDION, urbs Thessalonicæ. Hellanicus verò sine *d* scribit, à Thetide. Est & palus Thraciæ, juxta quam oppidum Nysa. Gentile, Thestideus.

THESTIS, urbs Arabum. Et alia

47 Θεσσαλονίκη, πόλις Μακεδονίας.] Thessalonice, urbs Macedoniæ, corrupti adhuc nominis vestigia servans, vulgò enim *Salonichi* vocatur.

48 Ἥτις ἄρα ἐκαλεῖτο Ἅλία, Κασσάνδρου κτίσμα.] In his verbis pro ἄρα suspicor legendum πάλαι, vel πρότερον. Sic enim Stephanus amat loqui; inquit verò Thessalonicen, cum prius *Halia* vocaretur, à Cassandro instauratam fuisse. sic enim intelligendum est hoc in loco τὸ κτίσμα; sed hujus prioris nominis altum est apud alios silentium, Thermen autem prius vocatam fuisse discimus ex excerptis ex Strabonis lib. 7. Hæc enim illic leguntur: Ὅπ μετὰ τὸν Ἄξιον ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶν πόλις, ἣ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο, κτίσμα δ' ἐστὶν Κασσάνδρου, ὃς ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς γαμετῆς γυναικὸς; παιδὸς δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντα, ὠνόμασεν, μετοικισεν δὲ τοὺς περιοίκους πολίχνια εἰς αὐτὴν, οἷον Χαλάστραν, Αἰνείαν, Κισσὸν, καί τινα καὶ ἄλλα. i. e. *Post Axium fluvium est Thessalonice urbs, quæ prius* Therme *vocabatur, opus verò est Cassandri, qui eam de nomine suæ uxoris, filiæ Philippi filii Amyntæ* Thessalonicen *nominavit, finitimorum oppidorum incolis in eam deductis, velut Chalastræ, Æneæ, Cissi, & aliorum quoque quorumdam.* Erat vicina Thermæo sinui, qui à Therme nomen habet, unde creditur esse, qui hodie vulgo Italis dicitur *Golfo di Salonichi*, ut alibi annotavimus. Fuit patria Theodori Gazæ Græcis & Latinis literis eruditissimi, qui libros Aristotelis de historia animalium Latii jure donatos Sixto summo Pontifici dedicavit, ac ei auro & holoserico pulcre ornatos obtulit, quos cum Pontifex vidisset, interrogavit, *quanti constaret ornatus ille?* Gaza quadraginta coronatis constare dixit: quos ei Sixtus reddi jussit, ac præterea nihil; cum vir ille in tanta paupertate vixisset, ut, nisi eum Dux Ferrariensis ad se vocasset, fame ipsi moriendum fuisset: nescio utrum magis mirer, an Sixti summi Pontificis illiberalitatem, an Theodori infelicitatem. Sunt enim plerumque eruditi infelices.

49 Ἔδωκε Νίκῃ τρέφων.] Lege ἔδωκε Νίκη τρέφειν.

50 Στράβων δὲ Θεσσαλονίκειαν αὐτὴν φησι.] Hoc translativum est in hujusmodi nominibus, ut in Ἀγάμεια nota 72 diximus.

51 Τὸ ἐθνικὸν Θεσσαλονικεύς.] Gentile urbis Macedoniæ Thessalonicæ dicitur *Thessaloniceus*; sed Latinis hujusmodi gentilia frequenter formantur in *ensis*, ut alibi annotavimus. Ad Thessalonicenses verò extant epistolæ duæ Pauli.

52 Θεστίδειον, πόλις Θεσσαλονίκης.] Thestidium, urbs Thessalonicæ, quæ Θεττίδιον dicitur sine σ Straboni lib. 9. Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ταύτῃ καὶ τὸ Θεττίδιον ἐστι πλησίον τῆς Φαρσάλων ἀμφοῖν, τῆς τε παλαιᾶς, καὶ τῆς νέας. i. e. *In hac verò regione & Thetidium est prope ambas Pharsalos, veterem & novam.* Latinus interpres existimavit Θεττίδιον apud Strabonem libro citato significare Thetidis fanum, ideo vertit *Thetidis sacellum*; sed falsus est. Alibi enim id significat, illo in loco est oppidi nomen, ut apparet ex nostro auctore, & ex Polybii lib. 17. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ προελθόντες ἐπορθμεύθησαν· Φίλιππος μὲν ἐπὶ τὸ Μελάμβιον προσαγορευόμενον τῆς Σκοτουσαίας· Τίτος δὲ περὶ τὸ Θεττίδιον τῆς Φαρσαλίας. i. e. *Postera die progressi ambo castrametati sunt, Philippus quidem ad Melambium sic cognominatum Scotussææ; Titus verò circa Thetidium Pharsaliæ.*

53 Ἑλλάνικος δέ φησιν ἀπὸ Θέτιδος.] In his verbis pro δέ lege δὲ σ. error typographo imputandus. Nam si à Thetide deducit Hellanicus Thetidium, sine *s* scribendum est, ut videre est apud Strabonem & Polybium, quorum verba nota præcedenti attulimus.

54 Θέσις,

βύης. Ὁ πολίτης ἑκαλέρας, Θεστίης χθημα-
πίζ.

ΘΗΒΗ [54], πόλις Βοιωτίας λάμημ, [55] ἀπὸ Θήβης τ Προμηθέως. Ὁ πολίτης, Θηβαῖος, ἡ Θηβαιεὺς, ἡ Θηβαὶς, ἡ χώρα, ἡ γυνή. [56] Ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Αἰγυπτίᾳ, περὶ ἧς Καλλίμαχός φησιν, ὅτι κατὰ τὰς Αἰγυπτίας Θήβας ἔστι σπήλαιον, ὃ τ μὲν ἄλλαις ἡμέραις πληρᾶται ἀνέμε, ἡ δὲ τὰς τριακάδας ἐ πνεῖ παντελῶς. [57] Τρίτη, Θεσσαλίας τ Φθιώτιδ. [58] Τετάρτη, ἐν Κιλικίᾳ Ὑποπλακίᾳ, [59] πλησίον τ Τροίας· ἧς ὁ πολίτης, Θηβαῖτης. Πέμπτη, Ἰωνίας ἡ Μιλήσιον. Ἕκτη, ἐν τῇ Ἀττικῇ. Ἑβδόμη, τ Καταονίας. [60] Ὀγδόη, Ἰταλίας.

THEBE, urbs Bœotiæ insignis, à Thebe filia Promethei. Civis, Thebæus, & Thebæeus, & Thebaïs, & regio, & mulier. Est & alia in Ægypto, de qua Callimachus inquit, quod juxta Ægyptias Thebas sit spelunca, quæ quidem cæteris diebus adimpletur vento, trigesima verò mensis omnino non spirat. Tertia, Thessaliæ Phthiotidis. Quarta in Cilicia Hypoplacia, prope Troiam, cujus civis, Thebaïtes. Quinta Ioniæ juxta Miletum. Sexta in Attica. Septima, Cataoniæ. Octava, Italiæ.

54 Θήβη, πόλις Βοιωτίας λάμημ.] Thebe, urbs Bœotiæ insignis, ac poetis valdè decantata, cujus muros Amphionem ad lyram erexisse fabulabantur, unde ab Horatio in Arte poëtica dicitur *Thebanæ conditor arcis*, vocata verò fuit *Heptapylos*, quod septem portas haberet, ad quod alludit Juv. Satyra 13.

Rari quippe boni, numero vix sunt totidem, quot
Thebarum portæ & divitis ostia Nili.

Eam nobilitarunt Hercules, & liber pater, teste Plinio lib. 4. c. 7. qua de causâ videtur Dicæarchus dixisse Thebas θεὸς φέρειν, i.e. *Deos ferre*; hujusmodi nomina & sing. & plur. num. dicuntur; ex eadem etiam fuere Epaminondas & Pelopidas duo celeberrimi Thebanorum duces, nec non Pindarus. Cadmum eam condidisse ferunt, nec hinc abludit Plinius, qui lib. 5. c. 19. inquit Sidona urbem Phœniciam fuisse parentem Thebarum Bœotiarum. Cadmus enim, qui primus literas in Græciam adduxisse dicitur, fuit Phœnicius. *Cadmeam* quoque vocatam fuisse testatur Strabo lib. 9. Eam deleviſse Alexandrum, Pindari tantum domo & stirpe servata, auctor est Arrhianus de expeditione Alexandri lib. 1. Vocatæ etiam fuere Thebæ *Dircææ* & *Aſopides*, auct. Strab. lib. 8. unde Horat. Carm. lib. 4. Od. 2. vocat Pindarum *Dircæum cycnum*. Si plura de hac urbe scire desideras, adi Pausaniam in Bœoticis.

55 Ἀπὸ Θήβης τ Προμηθέως.] Nomen Thebæ Bœotiæ urbis à Thebe Promethei filia deducit, sed fallitur. Nam, cum Cadmus Phœnicius eam condiderit, ut nota præcedenti annotavimus, vero propius est, eum urbi à se conditæ nomen impoſuisse à lingua materna, in qua, ut & in Hebræa תבה *thebah* significat *arcam*, seu *ciſtam*, ut videre est ex Geneſeos c. 6. v. 14. & ex Exod. c. 2. v. 3. & sequentibus, nec latuit Hesychium hæc significatio. Sic enim ille: Θήβα, πόλις Βοιωτίας, ἡ κιβώτιον. i. e. *Theba, urbs Bœotiæ, & ciſta.*

56 Ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Αἰγυπτίᾳ.] Nunc memorat *Thebas Ægyptias* in Ægyptia, sic Ægyptum nunc & alibi vocat, forma plurimis regionibus communi. Nolo enim hic suspicari mendum, de quo non contendam. Fuere Ægyptiæ Thebæ Thebaïdis Ægypti regionis metropolis, *Hecatompylos* nuncupata, quod centum portas haberet, unde Juvenalis Sat. 15. inquit:

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

Diod. Siculus lib. 2. auctor est Buſirim Ægypti regem eam condidisse; Cambyſem verò Persarum regem diruisse, & ejus ingentes opes in Asiam transportâsse, inquit Amm. Marcellinus lib. 22. postea sub Romanorum imperio Corn. Gallus ab Augusto Ægypti procurator factus eam quoque exhausit, ut refert idem auctor lib. 17. c. 6. *Longe autem postea Cornelius Gallus, Octaviano res tenente Romanas, Ægypti procurator exhausit civitatem plurimis interceptis: reverſusque cum fictorum arceſſeretur, & depopulatæ provinciæ, metu nobilitatis acriter indignatæ, cui negotium ſpectandum dederat Imperator, ſtrictlo incubuit ferro. Is eſt, ſi recte exiſtimo, Gallus poëta, quem flens quodammodo in poſtrema Bucolicorum parte Virgilius carmine leni decantat. In hac urbe inter labra ingentia, diverſaſque moles figmenta Ægyptiorum Numinum exprimentes, obeliſcos vidimus plures, alioſque jacentes & comminutos; quos antiqui reges bello domitis gentibus, aut proſperitatibus ſummarum rerum elati, montium venis vel apud extremos orbis incolas perſcrutatis exciſos erectoſque, Diis ſuperis in religione dicarunt, &c.* Videſis quæ in Διὸς πόλις annotavimus.

57 Τρίτη, Θεσσαλίας τ Φθιώτιδ.] Tertio loco celebrat Thebam Thessaliæ Phthiotidis, maritimum quondam Thessalis emporium, quæstuosum & frugiferum, cujus meminit Liv. lib. 39. c. 25. *Thebas Phthias unum maritimum emporium fuiſſe quondam Theſſalis quæſtuoſum & frugiferum, ibi navibus onerariis comparatis regem, quæ præter Thebas Demetriadem curſum dirigerent; negociationem maritimam omnem eò avertiſſe.* Noster in Φίλιπποι *Philippos* vocatam quoque fuisse tradit, scilicet à Philippo Annibalis synchrono Macedonum rege, de quibus sic loquitur Polyb. Historiarum lib. 5. Γενόμενος ὁ κύριος τ Θηβῶν, τὰς μὲν ὑπάρχους οἰκήτορας ἐξεῖλε διαπορθήσας. Μακεδόνας δ' εἰσῳκίσας, Φιλίππους τὴν πόλιν ἀπὸ Θηβῶν κατωνόμασεν. i. e. *Cum verò Thebarum dominus factus eſſet, incolas quidem in-ſervitutem redegit, deductaque eo Macedonum colonia Philippi urbem pro Thebis vocavit.* Strabo lib. 9. eas vocat Θήβας τὰς Φθιώτιδας.

58 Τετάρτη, ἐν Κιλικίᾳ Ὑποπλακίᾳ.] Quarto loco numerat Theben in Cilicia Hypoplacia, quam Homerus Il. 1. v. 366. vocat *Theben ſacram* urbem Eetionis, ex qua Chryseidem captam fuisse ferunt, quæ urbs ab Eustathio ad locum citatum vocatur Θήβη Ὑποπλακίη, & Θῆβαι Ὑποπλάκιοι, quare apud Stephanum, si tibi placet legere, Τετάρτη ἐν Κιλικίᾳ Ὑποπλάκιος λεγομένη, i. e. *quarta, in Cilicia*, Hypoplacios *dicta*, per me licet. Idem auctor ad Il. 2. v. 691. explicat hujus nominis significationem hoc modo: Ἐπεὶ ὁ καὶ Ὑποπλάκιοι ἐν τοῖς ἐξῆς πάντως λέγονται Θῆβαι, φησὶν ὁ Πορφύριος. Ὅτι Ὑποπλακία, ἡ ἐν τῷ Θήβης πεδίῳ πόλις. Ὃ σημαίνει ὑπόπεδος καὶ λεία. i. e. *Siquidem & Hypoplacii in ſequentibus hujuſmodi dicuntur Thebæ, inquit Porphyrius; quod Hypoplacia, in Thebes campo urbs dicebatur; quod ſignificat*, campestris & planus.

59 Πλησίον τ Τροίας.] Prope Troiam inquit fuisse Theben Hypoplaciam Ciliciæ cujus meminit Homerus, ut nota præcedenti annotavimus. Cilices enim Homerici tenebant, quod ætate Strabonis Adramytteni, Atarnæi, & Pitanæi, ut ipse refert lib. 13. Μετὰ δὲ τὰς Λέλεγας τὴν ἐξῆς παραλίαν ᾤκησαν Κίλικες καθ' Ὅμηρον, ἣν δὴ νῦν ἔχουσιν Ἀδραμυττηνοί τε καὶ Ἀταρνεῖται, καὶ Πιταναῖοι μέχρι τ Κάικου Διήρηντο δ' εἰς δύο δυναστείας οἱ Κίλικες πεδιάδες εἰπόντι, τήν τε ὑπὸ τῷ Ἠετίωνι, καὶ τὴν ὑπὸ τῷ Μύνητι. i. e. *Poſt Leleges verò oram maritimam incolebant Cilices ſecundum Homerum, quam nunc habent Adramytteni, & Atarnæitæ & Pitanæi uſque ad Caici oſtium. Diviſi autem fuerunt Cilices in duas dynaſtias, ſicut diximus, alteram ſub Eetione, alteram ſub Mynete.*

60 Ὀγδόη, Ἰταλίας.] Octavo loco numerat Theben Italiæ, duo hujus nominis loca memorantur in Italia, alterum *Thebas Lucanas* vocat Plinius lib. 3. c. 11. *Præterea interiſſe Thebas Lucanas Cato auctor eſt.* Alterum in Sabino agro, via Salaria, non longe à Reate memorat Varro lib. 3. R. R.

λίας. [61] Ἐννάτη, Συρίας. Τὸ κλητικὸν, Θηβαϊκὸς, καὶ Θηβαϊκή. Τὰ τοπικὰ, Θήβηθεν, Θήβαζε, Θήβησι. A

ΘΗΓΏΝΙΟΝ, πόλις Θεσσαλίας· Ἑλλάνικος πρώτῃ Δευκαλιωνίας. Τὸ ἐθνικὸν, Θηγώνιος. B

ΘΗΜΑΚΟΙ, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς· ὡς ὁ Φρύνιχος, τῆς Πτολεμαΐδος. Ὁ δημότης, Θημακεύς. Τὸ τοπικὸν, Θημακόθεν, Θημακόνδε, Θημακοῖ.

ΘΉΡΑ [62], νῆσος τῶν Σποράδων, κτίσμα Μεμβλιάρου, ἑνὸς τῶν μετὰ Κάδμου. Ἐν ᾗ τοὺς ἐτῶν ὀκτὼ θνήσκοντας οὐκ ἐθρήνουν, ὁδὲ τοὺς ἑπτά. Ἔστι καὶ Ῥόδου πόλις ταπεινή. Καὶ Καρίας ἄλλη, καὶ τῆς Σογδιανῆς ἄλλη· ὁ οἰκήτωρ, Θεραῖος, καὶ Θηραία, καὶ Θηραϊκός. Τὸ δὲ Θηράσιος, ξένον. Θηρασία γὰρ νησίον, ὡς εἰρήσεται. C D

ΘΗΡΑΣΙΑ [63], νῆσος ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυρηναίας. Τὸ α μακρὸν, [64] μεταξὺ τῆς Θήρας τε καὶ Θηρασίας. Ὁ νησιώτης, Θηράσιος. E

ΘΗΒΑΙΣ [65], τόπος πρὸς τῷ Πόντῳ, ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων ὑφ' Ἡρακλέους ἀναιρεθείσης κληθεῖσα· πεσεῖν γάρ φασι τὰς μάλιστα διαφερούσας, [66] Τρόιμάν τε, καὶ Ἰσοκράτειαν, καὶ Θήβαν, καὶ Πάλλαν, καὶ Κοίαν, καὶ Κοινίαν. Ὁ τοπίτης, Θήβιος, ὡς ἀπὸ τῆς Θήβης Αἰθείας. F

[67] Ἔστι

liæ. Nona, Syriæ, possessiv. Thebaicus, & Thebaica. Localia, ex-Thebe, ad-Theben, in-Thebe.

THEGONIUM, urbs Thessaliæ, Hellanicus Deucalioniæ lib. 1. Gentile, Thegonius.

THEMACI, populus Erechtheidis tribus, ut Phrynichus verò, Ptolemaidis. Popularis, Themaceus. Locale, ex-Themacis, ad-Themacos, in-Themaco.

THERA, insula Sporadum à Membliaro condita, uno ex Cadmi sociis, in qua pueros octo annorum morientes, nec septem *annorum*, non lugent. Est & Rhodi urbs humilis, & Cariæ alia, & Sogdianæ alia. Habitator, Theræus, & Theræa, & Theraicus. Therasius verò, est peregrinum. Therasia enim insula est, ut dicetur.

THERASIA, insula in medio transitu Cretæ, & Cyrenæ. Τὸ α est longum, inter Theram, & Therasiam. Insularis, Therasius.

THEBAIS, locus ad Pontum ab una ex Amazonibus ab Hercule occisa, vocata. Occubuisse enim dicunt, quæ maximè omnium excellebant, scilicet Trayiam, & Isocratiam, & Thebam, & Pallam, & Cœam, & Cœniam. Loci-habitator, Thebius, tamquam à no-

61 Ἐννάτη, Συρίας.] Nono loco memorat Theben Syriæ, cujus altum apud alios silentium, nisi fortè loquatur de *Thebe Syriæ Palæstinæ*. Sic enim *Judæa* vocatur, in qua Abimelec fragmento molæ ictus à fœmina è turri occubuit; cum septuaginta fratres occidisset, cujus fit mentio Judicum c. 9. v. 50. ubi γαὶ *Thebets* vocatur, septuaginta Senes Θηβῆς vocant, Josèph. Antiquit. lib. 5. c. 9. Θήβας appellat.

62 Θήρα, νῆσος τῶν Σποράδων.] Thera, insula Sporadum, de qua sic Strabo lib. 10. Περὶ δὲ τῶν Κρήτην εἰσὶ νήσων, Θήρα μὲν ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἀποικος Λακεδαιμονίων· καὶ πλησίον ταύτης Ἀνάφη, ἣν ἔκτισε Αἰγλήτης Ἀπόλλωνος ἱερόν. i. e. *Circa Cretam sunt insulæ, Thera quidem Cyrenæorum metropolis, Lacedæmoniorum colonia; & prope hanc Anaphe, in qua Ægletæ Apollinis fanum.* Ac paulò post: Ἔστι δὲ μακρὰ ἡ Θήρα διακοσίων καὶ τριῶν σταδίων τὸ περίμετρον τοῦ πλοῦ. Κειμένη δὲ πρὸς Δίαν νῆσον τὴν πρὸς Ἡρακλείῳ τῷ Κνωσσίῳ· διέχει δὲ τῆς Κρήτης εἰς ἑπτακοσίους σταδίους πλησίον δ' αὐτῆς ἥ τε Ἀνάφη, καὶ Θηρασία. i. e. *Longa verò est Thera ambitu stadiorum* CC. *sita juxta Diam insulam, quæ est ad Heracleum Cnossium: distat à Creta ad* LXX. *stadia, prope ipsam verò & Anaphe, & Therasia.* Quia Theræi Cyrenen in Africa condiderunt, ideo Strabo loco supra citato vocat *Theram* Cyrenæorum metropolim; Thera autem quondam *Calliste* vocabatur, natalibus Callimachi poëtæ illustris, teste eodem Strabone, lib. 17. cujus verba brevitatis gratia prætermitto; illud etiam inquit Plinius lib. 4. c. 12. *Thera cum primùm emersit*, Calliste *dicta, ex ea avulsa postea Therasia, atque inter duas enata post* Automate, *eadem* Hiera *& in nostro ævo Thia.* Tempus verò, quo id accidit inquit idem auctor lib. 2. c. 87. *Inter Cycladas Olympiadis* CXXXV. *anno quarto, Thera & Therasia. Inter easdem post annos* CXXX. *Hiera, eademque Automate, & ab duobus stadiis post annos* CX. *in nostro ævo, M. Junio Scyllano, L. Balbo Coss. ad* VIII. *Idus Julias, Thia.*

63 Θηρασία, νῆσος ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυρηναίας.] Therasia, insula media inter Cretam & Cyrenæam, de qua vide, quæ in Θήρᾳ annotavimus, ac tamquam mantissæ loco esto, quæ de ea inquit Seneca Natural. Quæst. lib. 7. c. 21. *Ignem Spiritus concitat: aquæ, si ventum detrahas, inertes sunt. Tunc demum impetum sumunt, cum illas agit flatus: qui potest dissipare magna spatia terrarum, & novos montes subrectos extollere; & insulas non ante visas, in medio mari ponere. Therasiam nostræ ætatis insulam, spectantibus nautis in Ægæo mari enatam, quis dubitat, quin in lucem spiritus vexerit?*

64 Μεταξὺ τῆς Θήρας καὶ Θηρασίας.] Inter Theram & Therasiam. In his verbis procul dubio deficiunt aliquot, ego existimo respexisse nostrum auctorem ad illa Strabonis ex ejus lib. 1. Ἀνὰ μέσον δὲ Θήρας καὶ Θηρασίας ἐκπεσοῦσαι φλόγες ἐκ τῆς πελάγους ἐφ' ἡμέρας τέσσαρες, οὕτω φύσησαν κατ' ὀλίγον ἐξαιρομένην ὡς ἂν ὀργανικῶς, καὶ συνιστᾶσθαι ἐκ μέσου νῆσον, &c. i. e. *Medio enim inter Theram, & Therasiam loco e mari flammæ emicuerunt per dies quatuor sic ut totum ferveret atque arderet mare, eæque paulatim elatam veluti instrumentis quibusdam, ac ex massis compositam insulam ediderunt, ambitu* XII. *stadiorum, postquam illud incendium cessavit primi omnium Rhodii tunc maris imperium tenentes, ausi sunt ad locum istum navibus accedere, & fanum Neptuno Asphalio, id est Tutelari, seu Stabilitori in insula ponere.*

65 Θηβαὶς, τόπος πρὸς τῷ Πόντῳ, ἀπὸ μιᾶς, &c.] Thebaïs, locus prope Pontum nomen invenit ab una Amazonum ab Hercule occisa. Pro Θηβαὶς legendum puto Θιβαὶς ex Eustathio ad Periegetæ v. 828. Sic enim ille: Καὶ πρὸς τῷ Πόντῳ Θίβα τόπος διαφέρων τὴν προσηγόρευσαν, ἀπὸ μιᾶς τῶν ὑφ' Ἡρακλέους ἀναιρεθεισῶν Ἀμαζόνων κεῖσαι τὴν κλῆσιν. *Et juxta Pontum Thiba locus per jota in penultima, ab una ex Amazonibus ab Hercule interfectis, nomen habens.* Quare apud Stephanum & Θίβη & Θίβιος legendum est.

66 Τρόιμάνδε.] Lege ex Eust. ad locum supra citatum Τρόιλαν τε. Apud quem celeberrimæ Amazones sunt Τρόιλα, Ἰσοκράτεια, Θίσα, Τάλλα.

67 Ἔστι

67 Εἰσὶ δ' ἔθνος Βασκανικὸν, καὶ φθοροποιὸν, ὡς Δίδυμος ἐν δευτέρῳ Συμποσιακῶν. Θανατοῖ δὲ τὸ πνεῦμα αὐτῶν, οἷς ἂν προσιάζῃ. Καὶ τὰ σώματα αὐτῶν ῥιφέντα εἰς θάλασσαν, οὐ καταδύεται.

A nominativo Thebe. Sunt verò populi fascinatione præditi, & qui mortem inferunt, ut Didymus Sympoſiacorum ſecundo. Necat verò eorum halitus, quos attigerit, eorum verò corpora in mare projecta non ſubmerguntur.

B

ΘΊΒΡΟΣ[68], πόλις· Λυκόφρων·

Οἱ Θίβρον οἰκήσαντι, Σάτνιον τ' ὄρος.

Τὸ ἐθνικὸν, Θίβριος.

THIBRUS, urbs; Lycophron.

Qui Thibrum habitabunt, Satniumque montem.

Gentile, Thibrius.

ΘΊΓΓΗ[69], πόλις Λιβύης. Ἑκαταῖος περιηγήσει. Τὸ ἐθνικὸν, Θίγγιος.

THINGE, urbs Libyæ, Hecatæ. Periegeſi. Gentile, Thingius.

C

ΘΙΣ[70], πόλις Αἰγυπτία, πλησίον Ἀβύδου. Ὁ πολίτης, Θινίτης· Ἀλέξανδρος Αἰγυπτιακῶν πρώτῳ.

THIS, urbs Ægyptia, prope Abydum. Civis, Thinites, Alexander Ægyptiacorum primo.

ΘΙΣΒΗ[71], πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος·

—— Πολυῤῥήνωνά τε Θίσβην.

THISBE, urbs Bœotiæ, Homerus:

D

—— *Columbis-abundantemque Thisben.*

Ἀπὸ Θίσβης τῆς Ἀσωποῦ. Λέγεται καὶ πληθυντικῶς. Ὁ πολίτης, Θισβαῖος. Καὶ ὁ λιμὴν δὲ τῶν Θισβαίων, ὥς φησιν Ἐπαφρόδιτος· καὶ τὸ πλῆρες, περιστερῶν πλῆρες. Ἰσμηνίας δὲ ὁ αὐλητὴς, Θισβεὺς ἐχρημάτιζε, καὶ ὁ Ἐρετριέων αὐλητής.

Sic dicta à Thisbe Aſopi filia. Dicitur etiam in plur. num. Civis, Thisbæus, & portus Thisbæorum, ut inquit Epaphroditus, & navale columbis plenum eſt. Ismenias verò tibicen Thisbeus fuit, & Eretrienſium tibicen.

E

ΘΜΟΥΙΣ[72], πόλις Αἰγύπτου, ὡς Ξοΐς, Σαΐς. Ὁ πολίτης, Θμουίτης.

THMUIS, urbs Ægypti, ut Xoïs, Saïs. Civis, Thmuites.

ΘΟ-

THO-

67 Εἰσὶ δ' ἔθνος Βασκανικὸν.] Thibios eſſe gentem faſcinatricem inquit, de quibus, & aliis hujuſmodi attende Plinium ſic loquentem lib. 7. c. 2. *In eadem Africa familias quaſdam effaſcinantium Iſigonus, & Nymphodorus tradunt, quarum laudatione intereant probata, areſcant arbores, emoriantur infantes eſſe ejuſdem generis in Triballis & Illyriis adjicit Iſigonus, qui viſu quoque effaſcinent, interimantque, quos diutius intueantur, iratis præcipue oculis, quod eorum malum facilius ſentire puberes, notabilius eſſe, quod pupillas binas in oculis ſingulis habeant. Hujus generis, & fœminas in Scythia, quæ vocantur* Bithyæ, *prodit Apollinides. Philarchus & in Ponto Thibiorum genus, multoſque alios ejuſdem naturæ: quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem. Eoſdem præterea non poſſe mergi, ne veſte quidem degravatos, haud diſſimile iis genus Pharnacum in Æthiopia prodidit Damon, quorum ſudor tabem contractis corporibus afferat, fœminas quidem omnes ubique viſu nocere, quæ duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos auctor eſt. Adeò naturæ, cum ferarum more veſcendi humanis viſceribus in homine rabiem genuiſſet, gignere etiam in toto corpore, & in quorumdam oculis quoque venena placuit: nequid uſquam mali eſſet, quod in homine non eſſet.*

68 Θίβρος, πόλις· Λυκόφρων.] Tibrus, urbs; ex Lycophrone memoratur, apud quem non Θίβρος, ſed Θίγγος dicitur; fuit autem Dorienſium urbs, qui Lacmonem Perrhæbiæ montem incolebant, ut apparet ex Lycophronis ſcholiaſta ad eumdem verſum, quare vel noſter ex Lycophrone, vel Lycophron ex auctore noſtro corrigendus eſt, quod arbitrio lectoris permitto.

69 Θίγγη, πόλις Λιβύης.] Thinge, urbs Libyæ, id eſt, Africæ. Græci enim *Libyen* vocant, quam Latini *Africam*; vulgo dicitur *Tanger*, corrupti adhuc nominis veſtigia ſervans, de qua ita Strabo lib. 17. Πλησίον δὲ καὶ πολίχνιον μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ὅπερ Τίγγα καλοῦσιν οἱ βάρβαροι, Λίγγα δ' Ἀρτεμίδωρος προσηγόρευκε, Ἐρατοσθένης δὲ Λιξοῦν, κεῖται δ' ἀπὸ πεθμὸν τοῖς Γαδείροις, ἐν διακοσίοις σταδίοις ὀλίγῳ πλείοσιν, ὅσον ἑκατέρα διέχει θάτερα πρὸς Στήλας πορθμός. i. e. *Prope verò eſt oppidum parvum ſupra mare, quod* Tinga *vocant barbari, Artemidorus autem* Linga *appellavit, Eratoſthenes verò* Lixum, *jacet contra Gades curſu* 1200. *ſtadiorum, quantum utraque diſtat à freto columnarum.* E noſtris memoratur Melæ lib. 1. c. 5. *Ejus oræ finis, Mulucha: caput atque exordium eſt promontorium, quod Græci* Ampeluſiam, *Afri aliter, ſed idem ſignificante vocabulo, appellant. In eo eſt ſpecus Herculi ſacer: & ultra ſpecum Tinge oppidum pervetus, ab Antæo (ut ferunt) conditum. Extat rei ſignum, parma elephantino tergore exſecta, ingens, & ob magnitudinem nulli nunc habilis; quam locorum accolæ ab illo geſtatam pro vero habent, traduntque, & inde eximiè colunt. Deinde eſt mons præaltus, ei, quem ex adverſo Hiſpania attollit objectus; hunc* Abylam, *illum* Calpen *vocant.* Quod etiam teſtatur Plin. lib. 5. c. 1. atque addit, poſtea à Claudio Cæſare cum coloniam faceret, appellatam fuiſſe *Traductam Juliam*; Ptolemæo lib. 4. c. 13. dicitur Τίγις ἡ καὶ Καισάρεια, *Tingis* quæ & Cæſarea; ab hac urbe *Mauritania Tingitana* nomen accepit, de qua videſis, quæ in Τίγις annotamus; idem eſt oppidum etſi hic Tinge, & urbs Libyæ, illic Tingis & urbs Mauruſiæ dicitur.

70 Θὶς, πόλις Αἰγυπτία, πλησίον Ἀβύδου.] This, urbs Ægypti celebratur ab auctore noſtro prope Abydum, de qua altum apud alios ſilentium; de Abydo verò vide, quæ in Ἄβυδος nota 52. annotavimus

71 Θίσβη, πόλις Βοιωτίας.] Thisbe, urbs Bœotiæ ex Homero, cujus affert hemiſtichium, quod legitur Il. 2. v. 502. memoratur Straboni lib. 9. Ἡ δὲ Θίσβη, Θίσβαι νῦν λέγονται· οἰκεῖται δὲ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ὄρθιον Θεσπιῶν τὸ χωρίον, καὶ τῇ Κορωνιακῇ ὑποπίπτουσι σὺν δὲ καὶ μέρος τῶν Ἑλικῶνι καὶ αὐτό· ἐπίνειον δ' ἔχει πλησίον, Θισβαιέων μὲν, &c. i. e. *Thisbe, nunc* Thisbæ *dicuntur, habitatur verò id oppidum paulùm ſupra mare finitimum Theſpienſibus, & Coroniacæ regioni, ab auſtrali parte ipſum quoque ſubjectum Heliconi, navale habet ſaxoſum, columbis refertum*; &c. Ex hac urbe fuiſſe Θείκτυον illum tibicinem Iſmeniam inquit noſter, quiſnam verò fuerit alter ille αὐλητὴς Eretrienſium etiam Euſtath. tacet, cum prioris fecerit mentionem ad verſum Homericum ſupra citatum.

72 Θμοῦις, πόλις Αἰγύπτου, ὡς Ξοΐς.] Thmuis, urbs Ægypti, quam Coſmographus lib. 4. in Mendeſio Nomo locat; Ammianus Marcellinus lib. 22. c. 40. inter Ægypti maximas urbes numerat: *Ægyptus ipſa, quæ jam inde, ut*

ΘΟΡΑΙ[73], δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Θορεύς. Τὰ τοπικὰ, Θόρηθεν, Θόρηζε, Θόρασι.

THORÆ, populus Antiochidis tribus. Popularis, Thoreus. Localia, ex-Thoris, ad-Thoras, in-Thoris.

ΘΟΡΙΚΟΣ[74], δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. [75] Ἑκαταῖος ἢ τὴν πόλιν αὐτὴν φησιν. Ὁ δημότης Θορίκιος καὶ Θορικεύς. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Θορικοῦ, Θορικόνδε, Θορικοῖ.

THORICUS, populus Acamantidis tribus, Hecatæus verò urbem ipsam vocat. Popularis, Thoricius, & Thoriceus Localia, ex-Thorico, ad-Thoricum, in-Thorico.

ΘΟΡΝΑΞ[76], ὄρος τῆς Λακωνικῆς· Νικόλαος δ'. Τὸ ἐθνικὸν Θορνάκιος, ὡς Νάριξ Ναρίκιος.

THORNAX, mons Laconicæ, Nicolaus quarto. Gentile, Thornacius, ut Narix, Naricius.

ΘΟΥΛΗ[77], νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Ὠκεανῷ ὑπὸ τὰ Ὑπερβόρεια μέρη, ἔνθα τὴν θερινὴν ἡμέραν ὡρῶν ἑπτὰ ἐστιν ὁ ἥλιος ἰσημερινῶν ποιεῖ, τὴν δὲ νύκτα τεσσάρων· τὰς δὲ χειμερινὰς τἀναντίον. Τὸ ἐθνικὸν, Θουλαῖος· ἴσως δὲ καὶ Θουλίτης.

THULE, insula magna in Oceano sub Hyperboreas partes, ubi æstivus dies ex viginti horis æqualibus constat, nox verò ex quatuor, hybernæ verò dies è contrario. Gentile, Thulæus, forsan & Thulites.

ΘΟΥΡΙΟΙ[78], πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σύβαρις, [79] ἀπὸ Θουρίας πηγῆς· [80] ὕστερον δὲ Κω-

THURII, urbs Italiæ, prius *Sybaris*, à fonte Thurio. Postea verò *Copiæ* dicta fuit. Dici-

Romano imperio juncta est, regitur à præfectis, exceptis minoribus multis; Athribi, & Oxyrrycho, & Thmui, & Memphi maximis urbibus nitet. Hinc videre est falli Ortelium in Thesauro suo Geographico verè Thesauro, & Bertium in Ptolemæum libro citato c. 5. qui asserunt Ammianum legere Thmui, cum apud Ammianum Thmui sit ablativus casus à nominativo Thmuis. Sæpe magni viri in minutis dormitant & aliquando etiam in magnis. In hac urbe, & Nomo colebatur hircus, qui in Ægyptiaca lingua *Mendes* dicebatur, à quo Mendesius Nomos, unde apud Græcos parœmia ὁ Θμυιτῶν τράγος, *Thmuitarum hircus*, dici solita de homine mulieroso; ideo hircus ab Ægyptiis colebatur tamquam generationis typus

73 Θορεὺς, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς.] Thoræ, populus Antiochidis tribus nullam ob aliam causam memorandus, nisi quod protulerit Andocidem oratorem genere nobilem, cujus extant aliquot orationes. Ejus rei testis est Plutarchus in Andocide, quamvis ille in dubium revocat, utrum ex Thoris, an ex Cydathenæo fuerit.

74 Θορικὸς, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς.] Thoricus, populus Acamantidis tribus, nobilis smaragdis, & argentariis metallis, auctore Plinio lib. 37 c. 5.

75 Ἑκαταῖος ἢ τὴν πόλιν αὐτὴν φησι.] Thoricum Acamantidis tribus populum Hecatæus urbem dixit esse, quod etiam ex nostris inquit Mela lib. 2. *Thoricos, & Brauron olim urbes, jam tantum nomina.*

76 Θόρναξ, ὄρος τῆς Λακωνικῆς.] Thornax, mons Laconicæ, memoratur Pausaniæ lib. 3. prope Spartam Laconicæ caput: Ἀπὸ δὲ Θόρνακος προελθόντι, ἔστιν ἡ πόλις, Σπάρτη μὲν ὀνομασθεῖσα ἐξ ἀρχῆς, προσλαβεῖσα δὲ ἀνὰ χρόνον καὶ Λακεδαίμων ἡ αὐτὴ καλεισθαι. i. e. *A Thornace progredienti, est urbs, Sparta quidem ab initio nominata, posteris deinde temporibus etiam* Lacedæmon *nuncupata.*

77 Θούλη, νῆσος μεγάλη, &c.] Thule, insula magna in Oceano, ultima terrarum credita olim, unde eruditissimus poëtarum Georgic. lib. 1. v. 30. inquit

——— *Tibi serviat ultima Thule.*

Hinc Seneca tragicus in Medea:

Typhisque novos detegat orbes
Nec sit terris ultima Thule.

Ad Virg. locum ita Serv. *Thule, insula est Oceani inter septentrionalem & occidentalem plagam, ultra Britanniam, juxta Orchadas & Hiberniam: in hac Thule cum Sol in Cancro est, dies continuus sine noctibus esse dicitur. Præterea miracula de hac insula feruntur, sicut apud Græcos Ctesias, & Diogenes, apud Latinos Sammonicus dicit.* Idem asserit Ptolemæus lib. 8. c. 2. Europæ tabula prima. Vicem adagii obtinere videtur, quod inquit Amm. Marcell. lib. 18. c. 11. *Etiam si apud Thulen moraretur*, i. e. *etiamsi in remotissimo loco esset*; ac quamvis fuerit apud veteres nomine celebris, tamen inter recentiores non convenit, quæ nunc sit; sed plerique fuisse ajunt, quæ nunc *Yslandt* dicitur, hoc vocabulum Belgice significat *glaciei-terra*, & hæc fuit Scaligeri sententia, quam Thuanus Hist. lib. 21. improbat, ac eam esse, quæ nunc *Scandinavia* dicitur, veteribus insula credita, cum sit peninsula, inquit; alii hac de re aliter sentiunt, & ego inter tot discrepantes sententias ἀδιάπυστον ἐπίχω.

78 Θούριοι, πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σύβαρις.] Thurii, urbs Italiæ, prius *Sybaris*; idem asserit in Σύβαρις; sed de Italiæ civitatibus major fides adhibenda est Latinis scriptoribus, quam Græcis; Plinius autem lib. 3. c. 11. memorat oppidum Thurium, sic etiam vocatur, inter duos amnes Arathin [lege *Crathin*, & Sybarin, ubi fuit urbs eodem nomine, ut ipse inquit, nempe *Sybaris*, de qua suo loco agemus. Quod etiam apparet ex Strabonis lib. 6. Ἑλόντες δὲ τὴν πόλιν, ἐπήγαγον τὸ ποτάμιον, καὶ κατέκλυσαν· ὕστερον δ' οἱ προσγενόμενοι, σωσελθόντες ἐπώκησαν ὀλίγοι· χρόνῳ δὲ καὶ ἅτοι διεφθάρησαν ὑπὸ Ἀθηναίων, καὶ ἄλλων Ἑλλήνων· οἱ συνοικήσαντες μὲν ἐκείνοις ἀφικνοῦνται καταφρονήσαντες δὲ αὐτῶν, τοὺς μὲν διεχειρώσαντο, τὴν τε πόλιν ἐς ἕτερον τόπον μεταθέντων πλησίον, καὶ Θουρίους προσηγόρευσαν ἀπὸ κρήνης ὁμωνύμου. i. e. *Captam enim urbem* [Sybarin] *immisso flumine aquis obruerunt; postea verò qui cladi superfuerunt, eo convenientes habitarunt pauci; & hi aliquanto post ab Atheniensibus & aliis Græcis deleti sunt; qui una cum ipsis habitatum venerant, sed eos contemnentes interfecerunt, urbemque in alium prope locum translatam* Thurios *appellarunt à fonte ejusdem nominis.*

79 Ἀπὸ Θουρίας πηγῆς.] Thurios oppidum, à fonte *Thurio* nomen habuisse inquit, quod ex Strabone habet, cujus verba nota præcedenti attulimus.

80 Ὕστερον δὲ Κωπίαι.] Idem oppidum Thurios *Copias* fuisse dictum tradit, quod etiam ex Strabone desumpsit. Sic enim ille lib. 6. Θούριοι δ' ὀυτυχήσαντες πολλῷ χρόνῳ, ὑπὸ Λευκανῶν ἀνδραποδίσθησαν. Ταραντίνων δ' ἀφελομένων ἐκείνους, ἐπὶ Ῥωμαίους κατέφυγον· οἱ δὲ πέμψαντες σωτῆρας ὀλιγανδρεῖς, μεταπέμψασθαι Κωπιὰς τὴν πόλιν. i. e. *Thurii verò multo tempore fortuna usi secunda, tandem à Lucanis in servitutem redacti sunt. Tarentinisque eos opprimentibus, ad Romanos confugerunt. Hi autem colonos miserunt ipsis jam attritis, Copiasque urbem mutato priore nomine vocarunt.* Scilicet Romano nomine rem significante, cujus coloniæ meminit quoque Liv. lib. 34. c. 52. *Exitu hujus anni Q. Ælius Tubero trib. pleb. ex Senatusconsulto tulit ad plebem, plebesque scivit, ut Latinæ duæ coloniæ, una in Brutios, altera in Thurinum agrum, deduceretur, his deducendis triumviri creati, quibus in triennium imperium esset: in Brutios Q. Nævius, M. Minutius Rufus, M. Furius Crassipes: in Thurinum agrum A. Manlius, P. Ælius, L. Apustius.*

81 Λίγδαι

ἡ Κωπία. [81] Λέγεται καὶ Θούρια, καὶ Θούριον, ὡς ἐν τῷ Ἡροδότου ἐπιγράμματι·

Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα,
Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορικῆς πρύτανιν,
Δωρικέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο. Τῷ γὰρ ἀπλήστου
Μῶμον ὑποφεύγων Θούριον ἔσχε πάτρην.

Dicitur, & *Thuria*, & *Thurion*, ut in Herodoti epigrammate:

Herodotum Lyxæ condit pulvis iſte defunctum
Ionicæ antiquæ hiſtoriæ rectorem,
Dorica ex patria originem ducentem; ille enim inſatiabilem
Momum fugiens Thurion habuit patriam.

Τὸ ἐθνικὸν, ὁμωνύμως Θούριοι, καὶ Θουριακοί· [82] καὶ Θουρῖνος οἶνος, ὡς Στράβων. Καὶ ὤφειλε μὲν ὠνομάσθαι τὸ Θούριος Θουριανὸς, ὡς Ὀλβιανὸς, ὡς Πάριον Παριανὸς, ἢ ὠνομάσθαι τὴν Θουρίαν. [83] Παυσανίας δὲ Ἄνθειον αὐτὴν φησι. Καὶ τὸ ἐθνικὸν Θουριάτης, καὶ Θουριὰς τὸ θηλυκὸν, καὶ Θούριος. [84] Τινὲς δὲ Θουνίαν, καὶ Θουνιάτης.

Gentile, eodem nomine, Thurii, & Thuriaci, & Thurinum vinum, ut Strabo. Et verò debebat eſſe à Thurius, Thurianus, ut Olbianus, ut Parion, Parianus, vel à Thuria. Pauſanias verò *Arithiam* eam vocat; & gentile, Thuriatæ, & Thurias, *adis*; fœmineum, & Thurieus. Aliqui verò Thuniam & Thuniates dicunt.

ΘΡΑΚΗ [85], ἀπὸ Νύμφης Τιτανίδος, ἀφ' ἧς καὶ Κρόνου, Δόλογκος. [86] Ἔστι δὲ ἡ Θρᾴκη χώρα, ἡ Περ-

THRACE, à Nympha Titanide, à qua & Saturno, Doloncus. Eſt verò Thrace regio,

81 Λέγεται καὶ Θούρια, καὶ Θούριον.] Agit nunc de diverſis Thuriorum oppidi terminationibus, quod *Thurii*, *Thuria*, *Thurium*, dicebatur; Thurios maſcul. gen. vocavit Strabo lib. 6. cujus verba adduximus nota 78. præcedenti; Thuria verò fœmineo genere, ſed numero plurativo dicitur Livio lib. 10. c. 2. *Eodem anno claſſis Græcorum Cleonymo duce Lacedæmonio ad Italiæ litora appulſa, Thurias urbem in Salentinis cepit. Adverſus hunc hoſtem Coſ. Æmilius miſſus, prælio uno fugatum compulit in naves. Thuriæ redditæ veteri cultori.* Thurium verò dicitur non ſolum in epigrammate illo in Herodotum, in quo vocatur patria Herodoti, non quod ejus patria fuerit, fuit enim ex Halicarnaſſo Cariæ ſed quod ſocium ſe præbuerit deducendæ in Thurios coloniæ ac ideo *Thurius* appellatus fuit, ut teſtatur Strabo lib. 14. Ἄνδρες δὲ ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς Ἡρόδοτός τε ὁ συγγραφεὺς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν, ἅμα τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας· καὶ Ἡράκλειτος ὁ ποιητὴς, ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος, καθ' ἡμᾶς Διονύσιος ὁ συγγραφεύς. i. e. *Viri vero* [illuſtres] *fuere ex ea* [Halicarnaſſo] *Herodotus hiſtoriæ ſcriptor, quem deinde* Thurium *vocarunt, quod ſocium ſe deducendæ in Thurios coloniæ præbuiſſet; & Heraclitus poëta, Callimachi ſocius, & noſtra ætate Dionyſius hiſtoriæ ſcriptor.*

82 Καὶ Θουρῖνος οἶνος, ὡς Στράβων.] Thurinum vinum celebrat ex Strabone, qui libro 6. id inter nobilia fuiſſe tradit; Καὶ ὁ Θουρῖνος ἦν, ὃν ὠνόμαζε οἶνον ἐσθλόν. i. e. *Et Thurinum vinum eorum, quæ in nomine, id eſt*, in honore *ſient.* Ejus meminit Plinius lib. 14. c. 6. Thurinus quoque vocatus fuit *Auguſtus*, vel quod ejus proavus fuerit ex pago Thurino, quod ei exprobrabat Antonius, vel quod in regione Thurina recens eo nato, pater Octavius adverſus fugitivos rem proſperè geſſit, utriuſque rei produco teſtem Suetonium in Auguſto: *Marcus Antonius, ei proavum exprobrat reſtionem ex pago Thurino.* Et paulò pòst: *Infanti cognomen* Thurinus *inditum eſt, in memoriam majorum originis; vel, quòd in regione Thurinâ recens eo nato, pater Octavius adverſus fugitivos rem proſperè geſſit.* Quod etiam confirmat nactus puerilem imagunculam ejus æream veterem, hoc nomine inſcriptam, quam dono à ſe datam Principi Adriano inquit, quæ inter cubiculares colebatur, ac tandem addit: *Sed & à M. Antonio in epiſtolis per contumeliam ſæpe* Thurinus *appellatur.*

83 Παυσανίας δὲ Ἄνθειαν αὐτὴν φησι.] Fallitur auctor noſter, cum inquit, Pauſaniam Thurios vocaſſe *Anthiam*; id enim Pauſanias lib. 4. Strabo lib. 6. de Thuria Meſſeniæ tradiderunt, non de Thuriis Italiæ.

84 Τινὲς δὲ Θουνίαν, καὶ Θουνιάτης. In his verbis ſuſpicor ineſſe mendum typographi rationibus inferendum. Itaque exiſtimo legendum, Θουρίαν, καὶ Θουριάτης; quidquid dixerit garrulum illud Sophiſtidion, de quo optime dici poteſt, quod de luſcinia, *tota vox, præterea nihil.* Sed his omiſſis ad Spartam noſtram revertamur, illius urbis nedum ruinæ extant.

85 Θρᾴκη, ἀπὸ Νύμφης Τιτανίδος, &c.] Deducit auctor noſter nomen Thraciæ à Nymphæ Titanidis nomine, quod nihil habet commune cum Thracia, itaque pro ἀπὸ Νύμφης Τιτανίδος, &c. lege ἀπὸ Θρᾴκης Νύμφης Τιτανίδος, ἀφ' ἧς, &c. i. e. *à Thrace Nympha Titanide, à qua*, &c. Euſt. enim ad Periegetæ v. 323. ex Arrhiano memorat Thracen Nympham, à qua nomen Thraciæ inditum eſt: Ὁ δ' αὐτὸς Ἀρριανὸς καὶ Θρᾴκιόν τινα ἱστορεῖ Νύμφιον σοφὸν ἀμφὶ ἐπῳδάς τε καὶ φάρμακα. i. e. *Ipſe verò Arrhianus Thracen quandam memorat Nympham ſapientem circa incantationes & veneficia.* Ac paulò pòst inquit: Καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς Θρᾴκης δοκεῖ ὀνομάσθαι ἡ χώρα, Πέρκη πολὺ καλεμένη. i. e. *Et ab hac Thrace videtur regio nomen habuiſſe*, Perce *aliquando vocata.* Quin etiam noſter in Βιθυνία inquit: Βιθυνία, ἀπὸ τοῦ Πόντου χώρα, ἀπὸ Βιθυνοῦ δ' Διὸς, καὶ Θρᾴκης τῆς Τιτανίδος. &c. i. e. *Bithynia, ad Pontum regio, à Bithyno, Jovis, & Thracæ, Titanidis.* Pro arbitrio tuo interpretare τὸ τῆς Τιτανίδος; ego nunc puto eſſe patronymicum, hujus enim Nymphæ genealogia non eſt adeo nota & clara, ac Davidica.

86 Ἔστι δὲ ἡ Θρᾴκη.] Thracia, regio Europæ celeberrima & latiſſima, quæ viginti duas comprehendebat gentes, ut ex Geographo tradit Euſt. ad Il. 2. v. 844. de cujus etymologia ſic Joſephus Antiquitatum lib. 1. c. 7. Θείρης δὲ Θείρας μὲν ἐκάλεσεν, ὧν ἦρξεν, Ἕλληνες δὲ Θρᾴκας αὐτοὺς μετωνόμασαν. i. e. *Thires verò Thiras quidem vocavit, quorum fuit princeps, Græci autem* Thraces *eos vocarunt.* Joſephum ſequitur A. Montanus πολυγλώττατος ille Hiſpanus in ſuo Phalec. Fuit verò Thires ſextus filius Japhet, cujus fit mentio Geneſis c. 10. v. 2. alii verò ſic vocatam fuiſſe rentur ἀπὸ τῆς τραχύτητος, i. e. *ab aſperitate*, in cujus rei confirmationem certo quodam modo *Thrachia* pro *Thracia* ſcriptum invenitur apud mediæ ætatis auctores. Olim dicta fuit *Doloncia*, *Perce*, *Odryſſe*, *Creſtona*, *Arſa*, *Æmonia*, *Biſtonia*, *Scythonia*, *Aria*, i. e. *Martialis.* Erant enim Thraces πολεμισταί, ac Martem colebant, quare Euripides *Thraciam* vocavit Ἄρεος οἰκητήριον. i. e. *Martis domicilium.* In ſtrategias, ac ſi diceres *ducatus*, quinquaginta dividebatur, auctore Plinio lib. 4. c. 11. ab ea *Thraceſii* vocati fuere omnes Aſiæ minoris incolæ, ut teſtatur Conſtant. Porphyrogen. Them. lib. 1. Them. 3. Eam illuſtrabant fluvii, *Hebrus*, *Strymon*, *Iſter*, *Boſporus Thraſius*, *Propontis*, *Helleſpontus*, qua ſeptem tantum ſtadiis Europa ab Aſia diſterminabatur. Omnibus addit decus Conſtantinopolis βασιλεύουσα τῶν πόλεων, *regina urbium*, hodie Chriſtianorum principum dedecore Turcorum regia; ejus incolæ viri, *Thraces*, fœminæ *Thraſſæ*, & *Threiſſæ* dicuntur, quorum poſteriore poëtæ, ut plerumque utuntur, Virg. Æneid. lib. 11. v. 859.

Dixit, & aurata volucrem Threiſſa ſagittam
Depromſit pharetra.

Fit etiam à Thracia adjectiv. Thracius & Threïcius, quorum poſtremum poëtæ frequenter uſurpant; Virgilius Æneid. lib. 3. v. 51.

In-

ἡ Πέρκη ἐκαλεῖτο, καὶ Ἀρία. Τὸ ἐθνικὸν, Θρᾴξ, καὶ Θρᾷσσα, καὶ Θρᾴττα Ἀττικῶς· καὶ ἡ ἀπὸ Θρᾴκης θῆλυ, καὶ εἰδ. ἰχθύδ. καὶ ὀρνέα. Τὸ θηλυκὸν, Θρᾳκία, ἀπὸ τ. Θρᾴκιος, καὶ Θρᾴκιον. Τὸ δὲ Θρᾴκιος λέγεται καὶ Διὰ μακρᾶς τ ι.

Ἀνέρα δ' Τρωΐη Θρηΐκιον ἔτι φορήσ.

Τὸ ἐθνικὸν φασι καὶ Θρεϊκόν· καὶ θηλυκῶς, Θρεΐσσαν, καὶ Θρᾳκεσὶ τὸ ὑπόρρημα, ὡς ἀπὸ τ Θρᾳκίζω.

ΘΡΆΚΩΝ, κώμη πλησίον Ἀντιοχείας. Τὸ ἐθνικὸν κατ' τέχνην, Θρακοκωμήτης.

ΘΡΆΜΒΟΣ, ἀκρωτήριον Μακηδονίας. Τὸ τοπικὸν, Θραμβέσιος. Ὁ γὰρ Διὰ τ σις τύπος δύο συλλαβῶν, εἰ μήτις βραχεῖα παραγωγὴ γένοιτο, τ πρωτοτύπ. πεπτευή. Σεσημείωται τὸ Περκώσιος, καὶ Κριθώσιος, ἀπὸ τ Περκώπη καὶ Κριθώπη.

ΘΡΙΆ[87], δῆμος τ Οἰνηΐδος φυλῆς. Λέγεται καὶ Θριώ. Ὁ δημότης, Θριάσιος· [88] καὶ Θριάσιον πεδίον. Ἔστι δ' ὡς Τίθρας Τιθρᾶσιος. Τὰ πλεῖστα δ' Διὰ τ ω, Θριῶθεν, Θριῶζε, καὶ Θριᾶσιν. Ἀπὸ δὲ τ Θριαὶ, Θριαῖος. Λέγεται δ' καὶ Θριασικός. [89] Θριαὶ δ' αἱ μαντικαὶ ψῆφοι, ἃς ἔφερεν Ἀθηνᾶ. Ἀχθομένου δὲ τὸ Ἀπόλλωνος. Ἄπιστον ὁ Ζεὺς ἐποίησε τὴν Διὰ τῶν Θριῶν μαντικὴν εὐδοκιμοῦσαν. Διὸ καὶ Ἀπόλλων ἔφη·

Πολλοὶ θριόβοροι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

Ἔστι δ' καὶ δῆμος Θρίων, ἀπὸ Θρίαντος.

ΘΡΙΓΚΗ, πόλις πρὸς ταῖς Στήλας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Θριγκαῖος, ὡς Τρικκαῖος.

ΘΡΙΟΥ̃Σ, πόλις πάλαι τ Ἀχαΐας, νυνὶ δ' τ Ἠλείας, ὅμορος Πάτραις, ἀπὸ Θριοῦντος Ἀθηναίου ὃν Θησεὺς ἔπεμψε μετὰ στρατιᾶς συμμαχήσων Ἡρακλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν Θριούντιος, καὶ Θριούσιος.

ΘΡΌΝΙΟΝ[90], πόλις Λοκρῶν· Ὅμηρος· Τάρ-

regio[8], quæ *Perce* vocabatur, & *Aria*. Gentile, Thrax, & Thrassa, & Thratta Atticè, serva ex Thrace, & genus piscis, & avis. Fœmineum, Thracia, à Thracius, & Thracium. Thracius verò dicitur & per *iota* longum:

Virum verò Troja Threïcium non feret.

Gentile dicunt etiam Threïcum, & fœminino Threissam, & adverbium Thracicè tanquam à thracizo.

THRACON, vicus prope Antiochiam. Gentile, secundum artem, Thracocomites.

THRAMBUS, promontorium Macedoniæ. Locale, Thrambusius. Hæc enim forma per σις, id est, *sius*, duabus syllabis, nisi aliqua brevis deductio fiat, excedit prototypum. Notata sunt Percosius & Crithosius, à Percope, & Crithope.

THRIA, populus OEneïdis tribus, *Thrio* etiam dicitur. Popularis, Thriasius, & Thriasius campus. Est verò, ut Tithras Tithrasius, reliqua per *o* mega, ex Thrione, in-Thrionem, in-Thrione. A Thriæ verò, Thriæus. Dicitur etiam Thriasicus. Thriæ verò sunt divinatorii calculi, quos ferebat Minerva, sed cum Apollo indignaretur, Jupiter fidem ademit divinationi probatæ, quæ per Thrias fiebat, quare Apollo inquit:

Multi Thrias jacentes, pauci verò viri vates.

Est verò & populus Thrion, à Thriante.

THRINCE, urbs circa Columnas; Hecatæus Asia. Gentile, Thrincæus, ut Triccæus.

THRIUS, untis, urbs olim Achaïæ, nunc verò Elidis, vicina Patris, à Thriunte Athenienſi, quem Theseus cum exercitu Herculi auxiliaturum misit. Gentile, Thriuntius, & Thriusius.

THRONIUM, urbs Locrorum, Hom. *Tar-*

Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi, cum jam diffideret armis
Dardaniæ, cingique urbem obsidione videret.

Hodie vulgo vocatur *Turchia*, seu *Romania*, cujus descriptionem reperies apud Ptolemæum lib. 3. c. 11. Melam lib. 2. c. 2. Plin. lib. 4. c. 11. Solin. c. 16.

87 Θρία, δῆμος τ Οἰνηΐδος φυλῆς.] Thria, populus Oeneidis tribus, nullam ob aliam rem memorandus, nisi quod fuerit patria Cratetis philosophi, qui ideo à Diogene Laertio in ejus vita *Thriasius* vocatur; Athenis quoque quædam *portæ* dicebantur *Thriasiæ*, teste Hesychio, quia illac in hunc populum iretur; fuisse prope Eleusin Atticæ apparet ex Strabonis lib. 9.

88 Καὶ Θριάσιον πεδίον.] Thriasius campus, & litus memorantur Straboni libro citato nota præcedenti: Εἶτα τὸ Θριάσιον πεδίον, καὶ ὁμώνυμος αἰγιαλὸς καὶ δῆμος, εἶθ' ἡ ἄκρα ἡ Ἀμφιάλη. i.e. *Deinde Thriasius campus, & ejusdem nominis litus, & populus, deinde promontorium Amphiale.*

89 Θριαὶ δ' αἱ μαντικαὶ ψῆφοι.] Thriæ, divinatorii calculi, quorum meminerunt Etymologus, Hesychius, & Suidas; Philochorus apud Zenodotum auctor est, tres Nymphas Apollinis nutrices Parnassum olim incoluisse, quæ *Thriæ* dicebantur, unde postea receptum fuit, ut calculi, sortesque divinorum *Thriæ* dicerentur, hinc *Thriboli* dicti fuere, qui *thrias*, id est *calculos* illos *divinatorios*, vel sortes in urnam jaciebant, ad quod alludit Apollo in illo versu, quem noster affert, in quo pro θριόβοροι legendum est θριοβόλοι, sic enim apud Suidam in Θρία scribitur; versiculus verò ille adagii habet vim, de quo videsis Erasmum.

90 Θρόνιον, πόλις Λοκρῶν· Ὅμηρος.] Thronium, urbs Locrorum ex Homero; apud quem Il. 2. v. 533. invenitur versus ille, memoratur etiam ab Strabone lib. 9 à Plinio lib. 4. c. 7. à Pausania lib. 5. cujus appono verba: Ἡ δὲ Ἀθαμανὶς καλουμένη χώρα, καὶ πόλισμα ἐν αὐτῇ Θρόνιον, τ Θεσσαλιώτιδος ἐστὶν Ἠπείρου καὶ τὰ ὄρη τὰ Κεραύνια. Σκιδαθησιν δὲ Ἕλλη-

Τάρφην τε, Θρόνιον τε Βοαγρίε ἀμφὶ ῥέεθρα.

Tarphenque, Throniumque, Boagrii circa fluenta.

Τὸ ἐθνικὸν Θρόνι⟨ος⟩, καὶ Θρονίτης, καὶ Θρονιάδης. Τὸ δὲ Θρονίτης, ἀπὸ τοῦ Θρονιώτης.

Gentile, Throniūs, & Thronites, & Thronieus. Thronites, verò fit à Throniotes.

ΘΡΥΑΝΔΑ, πόλις Λυκίας. Ὁ πολίτης, Θρυανδεύς.

THRYANDA, urbs Lyciæ. Civis, Thryandeus.

ΘΡΥΟΝ[91], πόλις τῆς Μεσσηνίας, ὅτι τὸν ἐν αὐτῇ φυομένων θρύων, ὁμωνύμως τῷ φυτῷ λεγομένῃ.[92] Λέγεται δὲ ἀπὸ τοῦ φυτοῦ Θρυόεις, καὶ Θρυόεσσα.[93] Κεῖται δὲ ἡ πόλις πρὸς τῷ Ἀλφειόν. Ὁ πολίτης Θρυόεντιος, καὶ Θρυάντιος. Ἐκ δὲ τοῦ Θρυόεσσης, Θρυοεσσαῖος, ὡς Σκοτουσσαῖος· καὶ Θρυέσσιος, ὡς Πιτυέσιος· καὶ Θρυΐτης, ὡς Λικνίτης.

THRYON, urbs Messeniæ, à juncis, qui in ea nascuntur, eodem nomine, ac planta dicta; & ab eadem planta dicitur Thryois, & Thryoessa. Sita verò est urbs juxta Alpheum. Civis, Thryoentius, & Thryuntius, à Thryoessa verò, Thryoessæus, ut Scotusæus, & Thryessius, ut Pitusius, & Thryites, ut Licnites.

ΘΥΑΜΙΣ, κώμη ὑπὸ Σεμιράμιδος κτισθεῖσα, πρὸς τῷ Ἀραχωσίαν. Τὸ ἐθνικὸν, Θυαμίτης.

THYAMIS, vicus à Semirami conditus, juxta Arachosiam. Gentile, Thyamites.

ΘΥΑΤΕΙΡΑ[94], πόλις Λυδίας, [95] ἡ πρότερον Πελόπεια, καὶ Σεμίραμις, [96] ἀπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος Λυσιμάχῳ πολεμοῦντος, καὶ ἀκούσαντος ὅτι θυγάτηρ αὐτοῦ γέγονε, τὴν πόλιν ἐκάλεσε Θυγάτειρα.[97] Καὶ ἔδοξε ψηλυκῶς· νυνὶ δὲ ἀδελφῶς φασίν.[98] Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Μυσῶν ἐσχάτη. Βλομμίων γὰρ καὶ κλίσαι τὴν Μυσῶν, ἀνεῖλεν ὁ θεὸς, ἕως ἂν ὀρθείη ἔλαφος τιτρωσκομένη, καὶ τροχάζοι, κλίσαι. Εὑρόντες δὲ ὀνομάσαι ἀπὸ τοῦ θεῖν καὶ τροχάζειν τὴν ἔλαφον. Τὸ ἐθνικὸν Θυατειρηνὸς, ὡς Γάγγρα Γαγγρηνός.

THYATIRA, urbs Lydiæ, quæ prius, Pelopea, & Semiramis, à Seleuco Nicanore, bellum adversus Lysimachum gerente cum audiret filiam sibi natam fuisse, urbem vocavit *Thygatira*, & fœm. genere debebat esse, nunc verò neutro dicunt. Vocabatur autem, & *Mysorum ultima*. Volentibus enim Mysis condere urbem, respondit Deus, ubi cerva sagitta percussa ac properans visa fuerit, illic urbem conderent, invenientes verò sic nominasse urbem ἀπὸ τοῦ, &c. i. e. *quod cerva curreret, & citato gressu festinaret*. Gentile, Thyatirenus, ut Gangra, Gangrenus, unde

[99] Ἀφ'

Ἕλληνες ὡς ἐκομίζοντο ἐξ Ἰλίου τὰ νεῶν, Λοκροίτε ὑπ' Θρονίε τ' ἐπὶ Βοαγρίῳ ποταμῷ καὶ Ἀβαντες ἀπὸ Εὐβοίας, νωσὶν ὁπλῶ σταλαμφότεροι πρὸς τὰ ὄρη κατωίκησαν τὰ Κεραυνία. Οἰκήσαντες δὲ ἐνταῦθα, καὶ πόλιν οἰκίσαντες Θρόνιον, καὶ τ' γῆς ἐφ' ὅσον ἐνέμοντο, Ἀβαντίδος ὄνομα ἀπὸ κοινοῦ λόγε θέμενοι. i. e. *Regio quæ vocatur* Abantis, *& in ea oppidum Thronium Thesprotidis Epiri erant juxta montes Ceraunios. Navibus enim Græcorum dispersis cum ex Ilio redirent, Locri ex Thronio ad Boagrium fluvium, & Abantes ex Eubœa, octo utrique navibus ad Ceraunios montes delati sunt; cum autem hic habitassent, & urbem condidissent Thronium, quantum terræ incolebant, communi sermone* Abantidem *nominarunt.*

91 Θρύον, πόλις τῆς Μεσσηνίας.] Thryon, urbs Messeniæ, memoratur Straboni lib. 8. cujus ætate *Epitalium* vocabatur, de qua suo loco egimus; è nostris memoratur Plinio lib. 4. c. 5. inter Messeniæ oppida.

92 Λέγεται δὲ ἀπὸ τοῦ φυτοῦ Θρυόεις, καὶ Θρυόεσσα.] Thrium urbs Messeniæ à planta cognomine quæ apud Latinos significat *juncum*, nomen habet, ac ab eadem planta dicta etiam fuit *Thryois*, & *Thryoessa*; miror Stephanum, cum fuerit philomerus, non citasse Homerum, qui hanc urbem celebrat, & *Thryon* vocat. Il. 2. v. 591.

Οἱ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινὴν,
Καὶ Θρύον Ἀλφειοῖο πόρον.
Quique Pylum incolebant & Arenen amabilem
Et Thryon Alphei transitum.

Thryoessam verò vocavit Il. 11. v. 710.

Ἔστι δέ τις Θρυόεσσα πόλις, αἰπεῖα κολώνη
Τηλοῦ ἐπ' Ἀλφειῷ.
Est verò quædam Thryoessa urbs, altus tumulus,
Longe ad Alpheum.

93 Κεῖται δὲ ἡ πόλις πρὸς τῷ Ἀλφειόν.] Thryum, urbem Messeniæ sitam fuisse ad Alpheum inquit, quod ex Homero; habet, versibus supra allatis, Strabo lib. 8. annotat Ἀλφειὸς πόρον vocari ab Homero, quod illic Alpheus pedibus transiri poterat.

94 Θυάτειρα, πόλις Λυδίας.] Thyatira, urbs Lydiæ, memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 2. à quo *Metropolis* vocatur, necnon Joan. Apocalyps. c. 1.

95 Ἡ πρότερον Πελόπεια, καὶ Σεμίραμις.] Thyatira; urbem Lydiæ *Pelopiam*, & *Semiramin* vocatam fuisse inquit; nescio unde id desumpsit; Plinius lib. 5. c. 29. Pelopiam, & Euippam cognominatam fuisse tradit, ac fluvio Lyco alluit enim ille: *Thyatira alluitur Lyco*, Pelopia *aliquando & Euippa cognominata.*

96 Ἀπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος.] Agit nunc de etymologia Thyatirorum urbis Lydiæ, in qua sibi non constat. Namque primò asserit sic vocatam fuisse à Seleuco Nicatore, cum audiret, ὅτι θυγάτηρ αὐτοῦ γέγονε, i. e. *quod filia ipsi nata fuisset*, ac paulo infra affert fabulam de cerva, ac inquit sic vocatam fuisse ἀπὸ τοῦ θεῖν καὶ τροχάζειν τὴν ἔλαφον. i. e. *quod cerva curreret & citato gressu festinaret.* Nihil magis ridiculum excogitari posse reor.

97 Καὶ ἔδοξε ψηλυκῶς· νυνὶ δὲ ἀδελφῶς φασίν.] Jam sæpe sæpius monuimus hujusmodi nomina & fœmin. singul. & neut. plurali usurpari, quicquid dicat Stephanus.

98 Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Μυσῶν ἐσχάτη.] Thyatira, Mysorum ultimam dictam fuisse inquit, quod desumpsit ex Strabone. Sic enim ille lib. 13. Ἐπὶ δὲ τὸν νότον ὀρεινὴ βάσις ἐστὶν, ἣν ὑπερβᾶσι, καὶ βαδίζουσιν ἐπὶ Σάρδεις, πόλις ἐστὶν οὐ πρόσω Θυάτειρα, κατοικία Μακεδόνων, ἣν Μυσῶν ἐσχάτην τινὲς φασιν. i. e. *Versus austrum autem montosum est dorsum; quo superato in itinere versus Sardes, urbs est ad sinistram Thyatira, Macedonum colonia, quam Mysorum ultimam nonnulli dicunt.*

99 Ἀφ' ἧς Νίκανδρος γραμματικὸς Θυάτειρηνὸς, ἢ Κολοφώνιος. A de Nicander grammaticus Thyatirenus, vel Colophonius.

ΘΥΕΛΛΑ[1], πόλις Οἰνωπείας, ἐν ᾗ μοῖρα Φωκαέων ᾤκησεν, ὡς Ἡρόδοτος α'. Τὸ ἐθνικὸν, Θυελλαῖος.

THYELLA, urbs Oenotriæ, in qua pars Phocensium habitavit, ut Herodot. lib. 1. Gentile, Thyellæus.

ΘΥΕΣΣΟΣ, πόλις Λυδίας, ὀξυτόνως· ἀπὸ Θυέστου καπήλου. Ἔστι καὶ Πισιδίας, ἧς τὸ ἐθνικὸν Θυεσσεύς. B

THYESSUS, urbs Lydiæ, cum accentu acuto, à Thyesto caupone. Est & Pisidiæ, cujus gentile, Thyessæus.

ΘΥΜΑΤΑΔΑΙ[2], δῆμος τῆς Ἱππωθοωντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Θυματάδης. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Θυματάδων· καὶ τὰ ὅμοια. C

THYMATADÆ, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Thymatades. Localia, ex Thymatadarum, & similia.

ΘΥΜΒΡΑ[3], πόλις Τρῳάδος, Δαρδάνου κτίσμα, ἀπὸ Θυμβραίου φίλου αὐτοῦ. 4 Οὗ ποταμὸς Θύμβρις. Ἀφ' οὗ Ἀπόλλωνος Θυμβραίου ἱερόν. Λέγεται καὶ Διὰ τοῦ ζ, Ζυμβραῖος. Λέγεται καὶ Θύμβριος. Ἑλλάνικος D δὲ Δύμβριός φησι, διὰ τοῦ δ, καὶ Δυμβριεύς.

THYMBRA, urbs Troadis, Dardani opus, à Thymbræo ipsius amico; cujus fluvius Thymbrius, à quo Apollinis Thymbræi templum. Dicitur etiam per z Zymbræus, dicitur & Thymbrius, Hellanicus verò Dymbrius inquit per *d*, & Dymbrieus.

ΘΥΜΒΡΑΡΑ[5], πόλις Ἀσίας, τῷ Πακτωλῷ σωνεχὴς, ὡς Ξενοφῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Θυμβραρδὺς ἔδει. Ξενοφῶν δὲ Θυμβραραῖός φησι. E

THYMBRARA, urbs Asiæ, Pactolo vicina, ut Xenophon. Gentile debebat esse Thymbrareus, sed Xenophon inquit, Thymbraræus.

ΘΥΜΒΡΙΣ[6], ποταμὸς Ῥώμης, ὃς καὶ Τίβερις. Τὸ ἐθνικὸν, Θύμβριος, καὶ Θυμβριάς.

THYMBRIS, fluvius Romæ, qui etiam *Tiberis* dicitur. Gentile, Thymbrius, & Thymbrias.

ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΑ[7], πόλις Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν Θυμιατήριος. F

THYMIATERIA, urbs Libyæ. Gentile, Thymiaterius.

ΘΥΝΗ, πόλις Λιβύης, ὡς Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος. Ὁ πολίτης Θυναῖος, ὡς Δωδωναῖος.

THYNE, urbs Libyæ, ut Alexander Polyhistor. Civis, Thynæus, ut Dodonæus.

ΘΥ-

THY-

99 Ἀφ' ἧς Νίκανδρος γραμματικὸς Θυατειρηνὸς, &c.] Gentile urbis Lydiæ Thyatiræ dicitur Thyatirenus, à quo Nicander *Thyatirenus* vocatur, qui de populis scripsit, ut noster, de cujus patria dubitat, quoniam eum *Thyatirenum*, vel *Colophonium* appellat, sed priorem sententiam confirmat Harpocratio, cui in Θυρεωνίδαι *Thyatirenus* dicitur, & ejus librum de populis citat.

1 Θύελλα, πόλις Οἰνωπείας.] Thyella, urbs Oenotriæ ex Herodoti lib. 1. Oenotria verò fuit Italiæ pars quædam, sic dicta à vini præstantia, quod Græci οἶνον vocant; apud Herodotum autem non legitur Θύελλα, sed Ὑέλη; ejus ex libro citato sunt, quæ sequuntur, verba: Οἱ δὲ αὐτῶν ἐς τὸ Ῥήγιον καταφύγοντες, ἐνθεῦτεν ἁρμώσαντο, οἰκήσαντες [lege οἰκίσαντες] πόλιν γῆς τῆς Οἰνωτρίης τοῦτον, ἥτις νῦν Ὑέλη καλέεται. i. e. *Illi autem, qui hinc profecti Rhegium confugerant, civitatem condiderunt in agro* Oenotriæ, *quæ nunc* Hyele *vocatur*. Videsis, quæ in Ἐλέα annotavimus.

2 Θυματάδαι, δῆμος τῆς Ἱππωθοωντίδος φυλῆς.] Thymatadæ, populus Hippothoontidis tribus, qui ab Hesychio Θυμοιτάδαι, ab Harpocratione Θυμοιτάδαι, ab Suida Θυμαιτάδαι dicitur, sed vera lectio ex Harpocratione petenda est. Etenim hoc oppidum ab heroë Thymœte, ut testatur Harpocratio & Suidas nomen habuit, de quo nihil notabile pro nostri instituti ratione inveniebam.

3 Θύμβρα, πόλις Τρῳάδος, &c.] Thymbra, urbs Troadis, à Dardano condita, ut inquit noster auctor, sed sine auctore; Straboni dicitur campus, seu planities per quam fluebat amnis Thymbrius. Sic enim ille lib. 13. Ἔστι τὸ πεδίον ἡ Θύμβρα, καὶ δι' αὐτοῦ ῥέων ποταμὸς Θύμβρις, ἐκβάλλων εἰς τὸν Σκάμανδρον κατὰ τὸ Θυμβραῖον Ἀπόλλωνος ἱερόν. i. e. *Campus est Tymbra, quem Thymbrius amnis interfluit, aquas devolvens in Scamandrum juxta Apollinis Thymbræi fanum.*

4 Οὗ ποταμὸς Θύμβρις, &c.] Memorat fluvium Thymbrium, à quo nomen accepisse inquit templum Thymbræi Apollinis, utrumque celebrat Strabo lib. 13. cujus verba attulimus nota præcedenti; ejus quoque meminit Andinus vates Æneid. lib. 3. v. 85.

Da propriam Thymbræe domum, da mœnia fessis.

Ad quem locum ita Servius: *Thymbræus Apollo dicitur à loco Troiæ, id est, agro vicino, pleno thymbra, quæ* fatureia *dicitur, & bene Deli positus* Thymbræum *appellat, quem in Troia adsueverat colere in agro, in quo ejus & nemus est, & templum: ubi à Paride Achilles occisus est: unde fingitur manu Apollinis vulneratus. Ergo Thymbræus, ut Delius: nam numina à locis frequenter nomen accipiunt: alii Thymbram locum in Delo consecratum Apollini tradunt.*

5 Θύμβραρα, πόλις Ἀσίας.] Thymbrara, urbs Asiæ, Pactolo adhærens ex Xenophonte memoratur; apud quem de Cyri institutione lib. 6. dicitur Θύμβρα. Ejus appono verba: Συλλέγεσθαι δὲ τὸ στράτευμα ἀμφὶ τὸν Πακτωλὸν ποταμὸν, προϊέναι δὲ μέλλειν αὐτοὺς εἰς Θύμβρα, ἔνθα καὶ νῦν ὁ σύλλογος τῶν ὑπὸ βασιλέα βαρβάρων τῶν κάτω Ἀσίας. i. e. *Cogi verò copias circa Pactolum fluvium, progrediendum verò ipsis esse Thybarrha, ubi & nunc congregantur barbari inferioris Asiæ, qui sunt sub regis imperio.*

6 Θύμβρις, ποταμὸς Ῥώμης, ὃς καὶ Τίβερις.] Thymbris, fluvius Romæ celeberrimus celebratur ab auctore nostro, qui, ut inquit Servius ad Æneid. lib. 8. v. 31. & 330. *In sacris Tyberinus, in cœnolexia* [in communi loquendi modo] *Tyberis, in poëmate Tybris vocatur.* De quo vide quæ in Τίβερις annotavimus.

7 Θυμιατήρια, πόλις Λιβύης.] Thymiateria, urbs Libyæ. Memoratur in Καρχηδὼν Scylaci: Μετὰ δὲ Λίξον, Κράβις ποταμὸς καὶ λιμήν, καὶ πόλις Φοινίκων Θυμιατήριαι ὀνομα. i. e. *Post Lixum, Crabis fluvius & portus, & urbs Phœnicum* Thymiaterias *nomine.* Aliqui putant esse quæ vulgo dicitur *Azamor* Lusitanis.

8 Θωΐα,

Θυνία [8], ἡ χώρα τῶν Θύνων. [9] Τὸ ἐθνικὸν Θῦνος, ὁμοφώνως τῷ οἰκιστῇ τῆς Θυνίας, ὡς Θετταλὸς, Ἰταλός. A

Θυνιάς [10], νῆσος πρὸς τῷ στόματι τῆς Πόντου, καὶ ἄκρα. Τὸ ἐθνικὸν Θυνιάδιος, ὡς Ψοφόδιος, καὶ Θυνιαδεύς. [11] Λέγεται καὶ Θύννη, B καὶ Θυνὶς, καὶ Θυνηΐς.

Θυραῖον, πόλις Ἀρκάδων, κλίσμα τοῦ ψευστοῦ παιδὸς Λυκάονος. Τὸ ἐθνικὸν Θυραῖος, ὡς Νυμφαῖος· καὶ Θυραιόθεν τοπικῶς.

Θυρέα [12], πρὸς ἣν Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐπολέμησαν. [13] Ἔστι δὲ καὶ τῆς Καινουργίας γῆς, μεθορία δὲ τῆς Ἀργείας καὶ Λακεδαιμονίας. [14] Λέγεται καὶ πληθυντικῶς κατ' ἀναίρεσιν, Θύρη. Οἱ οἰκοῦντες Θυρεάτης, ὡς Τεγεάτης· καὶ θηλυκῶς, Θυρεᾶτις. [15] Ἔστι καὶ Ἀκαρ- D νανίας Θυρεῖον, ὅθεν ἡ ι. Τὸ ἐθνικὸν Θυρεύς, ὡς Σουνιεύς. Ἀνδροτίων δὲ Θούριός φησι.

Θυσσαγέται [16], ἔθνος πρὸς τῇ Μαιώτιν λίμνην, ὡς Ἡρόδοτος.

Θώκνεια [17], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ E Θώκνης.

THYNIA, regio Thynorum. Gentile, Thynus, ejusdem nominis cum conditore Thyniæ, ut Thessalus, Italus.

THYNIAS, insula juxta ostium Ponti, & promontorium. Gentile, Thyniadius, ut Psophodius, & Thyniadeus. Dicitur & Thyne, & Thynis, & Thyneis.

THYRÆUM, urbs Arcadum, condita ab Hypsunte filio Lycaonis. Gentile, Thyræus, ut Nymphæus, & localiter, ex-Thyræo.

THYREA, de qua Argivi, & Lacedæmonii bello contendere. Est & Cænargiæ terræ, contermina Argivorum, & Lacedæmoniorum. Dicitur etiam in plur. num. per synæresin Thyre. Habitatores, Thyreatæ, ut Tegeatæ, & in gen. fœm. Thyreatis. Est etiam Acarnaniæ Thyrion per *i*. Gentile, Thyrieus, ut Sunieus. Androtio verò, Thurius, inquit.

THYSSAGETÆ, gens circa Mæotin paludem, ut Herodotus.

THOCNIA, urbs Arcadiæ, à Thocno,

8 Θυνία, ἡ χώρα τῶν Θύνων.] Thynia, regio Thynorum, quos memorant Strabo lib. 7. & 12. Herodotus lib. 1. c. 28. Constantinus Porphyrogeneta Them. lib. 1. Them. 5. de quibus sic Plinius lib. 5. c. 32. *Tenent oram omnem Thyni, interiora Bithyni. Is finis Asiæ est, populorumque* CCLXXXII. *qui ad eum locum à fine Lydiæ numerantur.* Bithyni verò & Thyni Asiæ originem trahebant à Bithynis & Thynis Thraciæ, ut apparet ex Strabonis lib. 12. Οἱ μὲν ἂν Βιθυνοὶ διὰ πλεῖστον Μυσοὶ ὄντες, μεταναστάντες ἅτως ἀπὸ τῶν Θρακῶν τῶν ἐπεικησάντων Βιθυνοῖς καὶ Θυνοῖς. i. e. *Enimverò Bithyni cum ante Mysi essent, sic post-vocati-fuere à Thracibus Bithynis atque Thynis, qui eo commigrarunt.* Apud Stephanum pro Θύνων lege Θυνῶν, cujus reddimus rationem nota subsequenti.

9 Τὸ ἐθνικὸν Θῦνος, ὁμοφώνως, &c.] Gentile Thyniæ scribendum est cum accentu in ultima Θυνός. Inquit enim esse, ut Θετταλὸς, Ἰταλὸς, alioquin esset ut Τάυρος, Μῆδος.

10 Θυνιὰς, νῆσος πρὸς τῷ στόματι τῆς Πόντου, καὶ ἄκρα.] Lege Θυνιὰς, id enim suadet & literarum ordo, & gentile Θυνιάδιος. Ergo Thynias, ut inquit, erat insula ad Pontios & promontorium. Θυνιάδα ἀκτὴν vocat Arrhianus in fine Peripli Ponti Euxini, eodem etiam modo Strabo lib. 12. ac eodem libro paulò infra inquit: Πρόκειται δὲ τῆς Φαρμακίας τούτης καὶ ἡ Θυνία νῆσος. i. e. *Facet verò ante hanc oram & Thynia insula.* Erat eadem insula seu *Thynia*, seu *Thynias* dicatur, è nostris memoratur Plinio lib. 6. c. 12. Melæ lib. 2. c. 2. *Recta dehinc ora, nisi quod media ferme in promontorium, quod* Thyniam *vocant, exit, & incurvis contra se litoribus obtenditur, urbesque sustinet Halmydessum & Phileas & Phinopolim.*

11 Λέγεται καὶ Θύννη, καὶ Θωνὶς, καὶ Θωνηΐς.] Sunt diversæ insulæ & promontorii Thyniadis terminationes, quod apud scriptores est translatitium.

12 Θυρέα, πρὸς ἣν Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐπολέμησαν.] Thyrea, de qua Argivi, & Lacedæmonii bellum-gessere. Fuit sita in agro Cynurio Laconicæ & Argolicæ limitaneo, unde nata inter Lacedæmonios & Argivos controversia, in quo prælium Othryadis memorabile, de quo postea.

13 Ἔστι δὲ καὶ τῆς Καινουργίας γῆς, μεθορία δὲ τῆς Ἀργείας καὶ Λακεδαιμονίας.] In his verbis pro τῆς Καινουργίας γῆς lege τῆς Κυνουρίας γῆς, quod confirmo auctoritate Thucydidis, ex quo videtur auctor noster sua desumpsisse. Sic enim ille lib. 4. de hac urbe loquitur: Ἀφικνεῖται ἐπὶ Θυρέαν, ἣ ἐστι μὲν τῆς Κυνουρίας γῆς καλουμένης, μεθορία δὲ τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς. i. e. *Deveniunt Thyream, quæ est quidem terræ Cynuriæ nomine, limitanea verò Argiæ & Laconicæ.*

14 Λέγεται καὶ πληθυντικῶς κατ' ἀναίρεσιν, Θύρη.] Dicitur Tyrea plurativo numero per synæresin Thyre, quo usus est Solinus c. 12. *Antia* [lege Anthane, vel Anthene] *& Cardamyle, ubi quondam fuere Thyre, nunc locus dicitur, in quo anno septimo decimo regni Romuli inter Lacones, & Argivos memorabile fuit bellum.* Alludit Solinus ad victoriam Othryadis Lacedæmonii militis Græcis valdè celebrem, nec Latinis ignotam, qui solus in illa pugna multis vulneribus acceptis superstes, ac plurimis hostium spoliatis moribundus trophæum erexit, ac proprio sanguine inscripsit *Jovi Tropæucho*, quam victoriam Lacedæmonii festo in ejus memoriam consecrato celebrabant, in quo protastæ *coronas* gestabant, ideo *Thyreaticas* dictas, ut refert Athenæus lib. 14. Ex dictis apparet falsum fuisse Salmasium in Solinum fol. 139. qui pro Thyre, seu Thyrea legendum contendit Thuria. Sæpe enim viri etiam doctissimi corrigunt quæ non sunt corrigenda.

15 Ἔστι καὶ Ἀκαρνανίας Θυρεῖον, ὅθεν ἡ ι.] Memorat nunc Acarnaniæ Thyrion, quod Livio lib. 36. c. 11. dicitur Tyrrheum: *Tuenda mediterranea Acarnaniæ esse, & omnibus, qui arma ferrent, exeundum ad Medeonem & Tyrrheum, ne ab Antiocho, aut Ætolis occuparentur.* Ac paulò infra eodem libro ejus oppidanos vocat *Tyrrhenses.*

16 Θυσσαγέται, ἔθνος πρὸς τῇ Μαιώτιν λίμνῃ.] Thyssagetæ, gens circa Mæotim paludem ex Herodoto, qui ejus meminit lib. 4. c. 22. Μετὰ δὲ τὴν ἔρημον ἀποκλίνοντι μᾶλλον πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον, νέμονται Θυσσαγέται, ἔθνος πολλὸν καὶ ἴδιον. Ζώσι δὲ ἀπὸ θήρης. i. e. *Post solitudinem seu desertam terram declinanti magis ad subsolanum ventum, incolunt Thyssagetæ, natio magna, & proprii juris; vivunt autem è venatione.* Aliis *Thyrsagetæ* dicuntur; Mela lib. 1. capite ultimo eos una cum Turcis celebrat: *Juxta Thyrsagetæ Turcæque vastas sylvas occupant, aluntur que venando.* Memorantur & Val. Flac. Argonauticorum lib 6.

Non ego sanguineis gestantem tympana bellis
Thyrsageten, cinctumque vagis post terga filebo
Pellibus.

17 Θώκνεια, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Θώκνης, &c.] Memoratur Thocnia, urbs Arcadiæ, à Thocno nomen adepta ex Pausaniæ lib. 8. cujus sunt verba: Ἐνθένδε ἰοῦσι, τὸν Ἀλφειὸν αὖθις διαβῆναι, καὶ ἐπὶ Θωκνίαν ἀφίξῃ, τὸ ὄνομα ἀπὸ Θώκνης τοῦ Λυκάονος ἔχουσαν, ἐς ἅπαν δὲ ἐφ' ἡμῶν ἔρημον. i. e. *Hinc autem progrediens, Alpheum rursus transibis, & Thocniam pervenies, nomen à Thocno Lycaonis filio habentem, ætate nostra prorsus desertam.*

Θώκνε· Παυσανίας ὀγδόῳ. Ὁ πολίτης, Θωκνεύς. A

Thocno, Pausanias libro octavo. Civis, Thocneus.

Θῶνις[18], πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Θῶνος βασιλέως, ᾧ ξενίσαντι Μενέλαον. Κεῖται ἡ πρὸ τοῦ στόματος τοῦ Κανωβικοῦ. Ὁ πολίτης, Θωνίτης. B

THONIS, urbs Ægypti, à Thone rege, qui Menelaum hospitio excepit. Sita verò est juxta ostium Canobicum. Civis, Thonites.

Θώραξ, πόλις Αἰτωλίας. Ἔστι καὶ Μαγνησίας. Τὸ ἐθνικὸν, Θωρακίτης.

THORAX, urbs Ætoliæ. Est & Magnesiæ. Gentile, Thoracites.

18 Θῶνις, πόλις Αἰγύπτου, &c.] Thonis, urbs Ægypti, homen adepta à rege cognomine, qui hospitio excepit Menelaum. Sunt verba desumpta ex Strabonis lib. 17. Sic enim ille: Τὸ δὲ παλαιὸν καὶ Θῶνί τινα πόλιν ἐνταῦθά φασιν, ἐπώνυμον τοῦ βασιλέως τοῦ δεξαμένου Μενέλαόν τε, καὶ Ἑλένην ξενίσαντος. i.e. *Antiquitus & Thonin quandam urbem hic fuisse dicunt denominatam à nomine regis, qui Menelaum & Helenam hospitio excepit.* Apud Ptolemæum lib. 4. c. 5. memoratur Thisnites, & Nomos Ægypti & metropolis, eamdem fuisse urbem existimo.

I.

Ἰάβις[1], πόλις. Ἰώσηπος. Λέγεται καὶ Ἰάβισος. Ἐθνικὸν τὸ Ἰάβιδος, Ἰαβιδίτης. Τῆς δὲ Ἰαβιστοῦ, Ἰαβιστηνός. A B

IABIS, urbs, Josephus. Dicitur etiam Iabisus. Gentile, Iabidis, Iabidites, Iabisi verò, Iabissenus.

Ἰανξουάτις, πόλις Λιβύων· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ὁ πολίτης, Ἰανξουάτης· Αἰγυπτίων γὰρ καὶ Αἰθιόπων ὁ χαρακτήρ. C

IANXUATIS, urbs Libyum, Hecatæ. Asia. Civis, Ianxuatites. Ægyptiorum enim, & Æthiopum hic character.

Ἰαζυγες, ἔθνος Εὐρωπαῖον, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ.

IAZYGES, gens Europæa, ut Marcianus in Periplo.

Ἰάθριππα, πόλις Ἀραβίας πλησίον τοῦ Ἔγρας. Ὁ οἰκήτωρ, Ἰαθριππηνός· ὑπηχώριος γὰρ ὁ τύπος, ὡς Μηδαβηνός. D

IATHRIPPA, urbs Arabiæ, juxta Egram. Incola, Iathrippenus. Hic enim typus regionis, ut Medabenus.

Ἰαιτία[3], πόλις Σικελίας· Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰαιτῖνος.

IÆTIA, urbs Siciliæ, Philistus rerum Sicularum lib. 2. Gentile, Iætinus.

Ἰάλησσος[4], πόλις ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐν Σκυ- E

IALYSSUS, urbs in Rhodo, & in Scythia,

1 Ἰάβις, πόλις. Ἰώσηπος. Λέγεται καὶ Ἰάβισος.] Iabis, quæ & Iabisus urbs Judææ, cujus gentile, Iabidites, & Iabisenus pro primitivi terminatione. Hebraïce dicitur יבש גלעד *Iabes Gilhad* Judicum capite ultimo v. 8, 9, 10. Josepho Antiquit. libro sexto, capite ultimo Iabisa; eidem Antiquit. lib. 5. c. 2. vocatur *Iabisus.* Fuit celebris & primo Sauli primi Hebræorum regis facinore, cujus fit mentio Sam. lib. 1. c. 11. & ejus sepultura, ut apparet ex eodem libro capite ultimo v. 10,11,12. וישימו את כליו בית עשתרות ואת גויתו תקעו בחומת בית שן׃ וישמעו אליו ישבי יבש גלעד את אשר עשו פלשתים לשאול׃ ויקומו כל איש חיל וילכו כל הלילה ויקחו את גוית שאול ואת גוית בניו מחומת בית שן ויבאו יבשה וישרפו אתם שם׃ ויקחו את עצמותיהם ויקברו תחת האשל ביבשה. i.e. *Et collocaverunt arma ejus in domo Astharoth, & corpus ejus affixerunt muro Bethsan; Et audientes de eo habitatores Iabes Gilhad, quæ fecerant Philisthiim Saulo: Et surrexerunt omnes viri fortes, & perrexerunt tota illa nocte, tuleruntque corpus Sauli, & corpora filiorum ejus de muro Bethsan, & venerunt in Iabes & combusserunt ea illic. Et accipientes ossa eorum & sepelierunt in nemore Iabes.* Hieronymus in libro de locis Hebraïcis tradit hanc urbem sua ætate pergrandem vicum fuisse.

2 Ἰάζυγες, ἔθνος Εὐρωπαῖον.] Iazyges, gens Europæa, ex Marciani Periplo, qui eos vicinos Sarmatiæ Europææ locat & *Metanastas* vocat in Sarmatiæ Europææ periplo; quos Ptolemæus memorat lib. 3. c. 7. sed eodem lib. c. 5. Jazyges collocat juxta Mœotidis paludis latus; ergo juxta eum diversi fuere populi: Strab. lib. 7. Jazyges etiam celebrat.

3 Ἰαιτία, πόλις Σικελίας.] Iætia, urbs Siciliæ; juxta literarum ordinem scribendum est Ἰαυΐα; civitas adeò ignota apud alios, ut ejusdem Siciliæ urbes quæ sequuntur: *Amathe, Argos, Abolla, Atabyron, Aterion, Aphannæ, Eizelos, Elauïa, Hexagyios, Craserion, Cydonia, Cype, Megarsos, Miscera, Nacone, Piacos, Rhybdos, Tarchia, Terbetia, Torone,* & aliæ, quarum nunc non memini.

4 Ἰάλησσος, πόλις ἐν Ῥόδῳ.] Lege Ἰάλυσσος. Sic enim apud reliquos auctores scribitur, quod etiam apparet ex ejus gentili Ἰαλύσιος, quod affert noster. Erat verò urbs insulæ Rhodi ex tribus, quas memorat Homerus Il. 2. v. 656.

Οἱ Ῥόδον ἀμφενέμοντο διαπρύσιοι κορυθαίολοι
Λίνδον, Ἰήλυσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.

Qui

Σκυθία, καὶ ἐν τῷ Ἀδρίᾳ. [5] Ὁ πολίτης, Ἰαλύσιος, καὶ Ἰήλυσιος, καὶ Ἰαλυσιάς. A Scythia, & in Adria. Civis, Ialyſſius, & Ielyſſius, & Ialyſſias.

ΙΑΜΑΙ, ἔθνος Σκυθικὸν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. IAMÆ, gens Scythica, Hecatæ. Aſia.

ΙΑΜΝΙΑ [6], πολίχνιον Φοινίκης. Στράβων δὲ κώμην φησὶν ἀπὸ Ἰάμνης· ἦν δ' ὅτι ἰάμνας ἐκάλουν τοὺς καθύγρους καὶ πιθανοὺς τόπους. Τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Ἰαμνίτης. Ἔστι δὲ καὶ Ἰμνίτης, καθ' ὑφαίρεσιν τοῦ α. Τὰ γὰρ καθ' ὑφαίρεσιν τοῦ α, μετὰ διφθόγγου εἰσὶ, πλὴν τοῦ Ἰαμνίτης, [7] καὶ τοῦ Δανίτης. IAMNIA, oppidum Phœniciæ. Strabo verò vicum vocat à Iamno, vel quod ἰάμνας B vocabant humidos, & floridos locos. Gentile, debebat eſſe Iamnites; eſt verò & Imnites adempto *a*, eâ verò, quibus adimitur *a*, per diphthongum ſcribuntur, excipitur Iamnites, & Danites.

ΙΑΜΟΙ, Σκυθίας ἔθνος, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Εὐξείνου πόντου μυθολογεῖ. C IAMI, Scythiæ gens, ut Alexander in lib. de Euxino Ponto fabulatur.

ΙΑΠΙΣ, χαράδρα Ἀττικὴ εἰς Μέγαρα ἀπάγουσα, ὡς Καλλίμαχος Ἑκάλῃ. IAPIS, vallis Attica, quæ ducit in Megara, ut Callimachus Hecale.

ΙΑΠΟΔΕΣ [8], ἔθνος Κελτικὸν, πρὸς τῇ Ἰλλυρίᾳ· Διονύσιος ἐκκαιδεκάτῳ. D IAPODES, gens Celtica, juxta Illyriam Dionyſius lib. decimo ſexto.

ΙΑΠΥΓΙΑ [9], δύο πόλεις· μία ἐν τῇ Ἰταλίᾳ· καὶ ἑτέρα ἐν τῇ Ἰλλυρίδι ὡς Ἑκαταῖος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰάπυξ, καὶ Ἰαπύγιος, καὶ Ἰαπυγία. IAPYGIA, duæ urbes, una in Italia, altera in Illyride, ut Hecatæus. Gentile, Iapyx, & Iapygius, & Iapygia.

ΙΑΡΔΑΝΟΣ [10], ποταμὸς Λυδίας. Ὅμηρος, E IARDANUS, fluvius Lydiæ. Homerus:

Ἰαρ- *Iar-*

Qui Rhodum habitabant tripartiam diſtincti
Lindum Ielyſſumque, & albicantem Camirum.

Fuere hæ tres urbes, quas celebrat Homerus, Rhodi celeberrimæ, nec puto alias olim habuiſſe, ideo Rhodii fortean ab Homero Διχθαϊκὰ κορυθαίολες vocantur, & ab Scylace etiam ipſa Rhodos νῆσος τριπολις, i. e. *inſula tripolis* hoc eſt, *quæ tres urbes habet*, appellatur; nomen habuit ab Ialyſo quodam Cercaphi, & Cydippæ filio, auctore Strabone lib. 14. qui non fuit adeo celeber, ut ipſius pictura à Protogene facta, quam Rhodi ſe vidiſſe inquit Cicero de Oratore ad M. Brutum, quæ pictura *Ialyſus* etiam dicebatur, propter quem, ne cremaret tabulas *Demetrius* rex *poliorcetes* dictus, cum ab ea parte ſola poſſet Rhodum capere, non incendit, parcentemque picturæ fugit occaſio victoriæ, ut inquit Plin. lib. 35. c. 10. cujus etiam hiſtoriæ meminit Gellius Noct. Attic. lib. 16. c. 31. in quo pingendo ſeptennium conſumpſiſſe Protogenem auctor eſt Ælianus de Varia hiſtoria lib. 12. c. 41. fuit una ex celeberrimis antiquitatis tabulis.

5 Ὁ πολίτης, Ἰαλύσιος, καὶ Ἰήλυσιος.] Oppidanus urbis Ialyſſi dicebatur Ialyſſius, noſter apponit etiam Ἰήλυσιος, quia ab Homero verſu nota præcedenti citato Ἰήλυσος verſo α in η dicitur ex dialecto Ionica.

6 Ἰάμνια, πολίχνιον Φοινίκης, &c.] Jamnia, oppidum Phœniciæ, quod Strabo *vicum* vocat, cujus ex lib. 16. ſunt verba: Καὶ δὴ καὶ ἀνθρώπων ἔτυχε ὁ τόπος, ὥστε ἐκ τῆς πλησίον κώμης Ἰαμνείας, καὶ τῶν κυκλῳ τετράρας μυριάδας ὁπλίζεσθαι. i. e. *Locus hic adeo hominibus abundavit, ut ex Jamnia proximo vico, & circumvicinis habitationibus quadraginta hominum millia armarentur.* Fuit urbs Judææ, auctore Ptolemæo lib. 5. c. 16. etſi noſter Phœniciæ eam adſcribit; memoratur Joſepho de bello Judaico lib. 2. c. 4. Machabæorum lib. 2. c. 12. quam unà cum claſſe, erat enim urbs maritima, incendiſſe Judas Machabæus dicitur, cujus incendii fulgor Hieroſolymam uſque reluceret per ſtadia ducenta quadraginta, ut inibi narratur, eam cepit, & muros diruit Ozias rex Paralipomenon lib. 2. c. 26. v. 6. ubi יבנה *iabneh* dicitur, unde parum corrupto nomine factum eſt Ἰάμνια ſeu Ἰάμνεια, utroque enim modo reperitur, quare ejus etymologia, quam ἀπὸ Ἰάμνης deducit noſter eſt confecta ex Græcorum farina, qui in hujuſmodi rebus deſipiunt. Quærere enim etymologiam urbis Judææ ſeu Phœniciæ à lingua Græca deſipere eſt.

7 Καὶ τοῦ Δανίτης.] Suſpicor legendum eſſe Δανίτης. Facilis enim eſt tranſitus ex υ in ν, quandoquidem noſtro auctori ſuo loco memoratur Δάν, Arabiæ, à qua gentile Δανίτης.

8 Ἰάποδες, ἔθνος Κελτικὸν, &c.] Iapodes, gens Celtica memoratur ex Dionyſii lib. 16. qui non extat, cujus locum ſupplebit Strabo, qui eos memorat juxta Alpes, quæ ad hos populos uſque porrigebantur, ut ipſe inquit lib. 7. Αἱ Διατείνουσι μέχρι τῶν Ἰαπόδων, Κελτικὸν τε ἅμα καὶ Ἰλλυρικὸν ἔθνος. i. e. *Quæ pertingunt ad Iapodes uſque, Celticam ſimul gentem, & Illyricam.* Hos Auguſtum Cæſarem debellaſſe inquit idem auctor eodem libro: Καὶ οἱ Ἰάποδες ἦ τὸ πρὶν ἐπίμικτον Ἰλλυριοῖς, καὶ Κελτοῖς ἔθνος, περὶ τοὺς οἰκείους τοὺς πόρους, καὶ ἡ Ὦκρα πλησίον τούτων ἐστίν. Οἱ μὲν δὴ Ἰάποδες πρότερον καὶ ἀνδρώδεσι, καὶ τοῖς ὅρεσιν ἐφ' ἑκάτερον τὴν οἴκησιν ἔχοντες, καὶ τοῖς λιμνητικοῖς ἐπικρατοῦντες, ὀκτωπολίταις τελέως ὑπὸ Σεβαστῷ Καίσαρι κατεπολεμήθησαν· πόλεις δ' αὐτῶν, Μέτουλον, Ἀρούπινον, Μοινήτιον, Οὐένδρον. i. e. *Iapodes quoque permixta Illyriis & Celtis gens circa hæc loca habitant, & Ocra his vicina eſt. Hi quidem Iapodes cum prius hominibus abundarent, & terminos ad utramque habitationem haberent, latrociniiſque invaleſcerent, tandem ab Auguſto Cæſare debellati confectique ſunt; urbes autem eorum, Metulum, Arupènum, Monettium, Vendrum.*

9 Ἰαπυγία, δύο πόλεις, &c.] Duas hujus nominis urbes memorat, alteram Italiæ, alteram Illyridis, quarum nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio; at Iapygiam, ſeu Iapydiam regionem Italiæ memorant inter alios Strabo lib. 6. de qua videſis Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 4. c. 10. Servium ad Georgic. lib. 3. v. 475. Æneid. lib. 11. v. 247. ubi memorat eorum oppidum Iapidum.

10 Ἰάρδανος, ποταμὸς Λυδίας.] Celebrat Iardanum Lydiæ fluvium ex Homero, cujus affert hemiſtichium, quod bis apud eum legitur, ſcilicet Il. 7. v. 135. cujus integer verſus eſt

Φειὰς παὲ τείχεσσιν, Ἰάρδανος ἀμφὶ ῥέεθρα.
Phea juxta muros, Iardani circa fluenta.

Ubi Euſt. Φειὰ δὲ πόλις πρὸς τὴν Ἦλιν, περὶ ἣν Ἰάρδανος ποταμός. i. e. *Phea vero urbs juxta Elin, circa quam Iardanus fluit amnis.* Noſtro etiam auctori Φειὰ ſuo loco eſt urbs Elidis, altèrum verò Homeri hemiſtichium invenitur Odyſſ. 3. v. 292. cujus integer verſus eſt

Ἦχι Κύδωνες ἔναιον Ἰάρδανος ἀμφὶ ῥέεθρα.
Ubi Cydones habitabant Iardani circa fluenta.

Ad quem locum ſic Euſt. Κύδωνες δὲ, Κρῆτες ἔθνος καὶ Κυδωνία, πόλις αὐτοθι ποταμὸν ἔχουσα Ἰάρδανον. i. e. *Cydones vero, Cretæ gens; & Cydonia, urbs inibi fluvium habens Iardanum.* Ex quibus locis apparet Iardanum fuiſſe fluvium & Elidis, & Cretæ, non Lydiæ, ut inquit noſter.

— Ἰαρδάνε ἀμφὶ ῥέεθρα.
Οἱ οἰκοῦντες, Ἰαρδάνιοι.

ΙΑΣ[11], Ἰλλυρίας μέρος. Οἱ οἰκοῦντες, Ἰάται. Λέγεται καὶ Ἰωνική.

ΙΑΣΣΟΣ[12], πόλις Καρίας, ἐν ὁμωνύμῳ νήσῳ κειμένη ἡ καὶ ὀξυτόνως λεγομένη. Ὁ πολίτης αὐτὸς Ἰασσεύς, [13] ἀφ' οὗ Χοιρίλλος ὁ Ἰασσεύς. [14] Ἴασος ἡ τὸ Ἄργος, καὶ Ἰάσιοι οἱ καὶ οἰκοῦντες.

ΙΑΩΝ, καὶ Ἰήων· [15] καὶ ῥῆμα Ἰαωνίζω· [16] ἀφ' οὗ τὸ Ἰωνιστὶ ἐπίρρημα. [17] Ἐκ δὲ τοῦ Ἰάω, τὸ Ἴαν. Λέγεται καὶ θηλυκῶς Ἰάς, [18] καὶ Ἰαονίς.

— *Iardani circa fluenta.*
Habitantes Iardanii.

IAS, Illyriæ pars. Habitantes, Iatæ. Dicitur etiam Ionice.

IASSUS, urbs Cariæ, in insula ejusdem nominis sita, quæ cum accentu-acuto notatur. Civis idem Iasseus, à quo Chœrillus, qui erat Iasseus: Iasus verò est Argos, & Iassii habitantes.

IAON, onis, vel Ieon, onis, & verbum Iaonizo, à quo Ionicè adverbium, ex Iao verò, fit Ian. Dicitur & fœm. gen. Ias, & Iaonis.

ΙΒΑΙΟΙ, οἱ καὶ Ἰβηνοί, ἔθνη Κελτικῆς. Ἰβηνοὶ δέ εἰσι καὶ Λυδίας, οἱ καὶ Ἰαωνίται λεγόμενοι.

IBÆI, qui & Ibeni, gentes Celticæ. Sunt etiam Ibeni Lydiæ, qui etiam *Iaonitæ* dicuntur.

ΙΒΗΡΙΑΙ[19], δύο· ἡ μὲν πρὸς τοῖς Ἡρακλείοις

IBERIÆ, duæ, una ad columnas Herculeas,

11 Ἰᾶς, Ἰλλυρίας μέρος.] Inquit Iadem; quæ *Ionice* etiam dicebatur, fuisse Illyriæ partem, cujus incolæ vocabantur *Iatæ*, sed hujus rei nullum profert idoneum testem, quamobrem reor esse μνημονικὸν ἀμφίβλημα, Strabo verò lib. 9. inquit antiquitus *Atticam* vocatam fuisse *Iadem* & *Ioniam*: Ἡ δὲ Ἀττικὴ τὸ παλαιὸν Ἰωνία καὶ Ἰὰς ἐκαλεῖτο· καὶ ὁ ποιητὴς ὅταν φῇ

Ἐνθάδε Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες.

Τὰς Ἀθηναίους λέγει. i. e. *Attica enim antiquitus vocabatur Ionia, & Ias; & Poëta, cum ait:*

Illic Bœotique & Iaones.

Athenienses intelligit. Herodot. etiam lib. 8. c. 44. auctor est Athenienses sub duce Ione vocatos fuisse Iones. Quare si tibi placet pro Ἰλλυρίας lege Ἀττικῆς.

12 Ἴασος, πόλις Καρίας.] Iassos, urbs Cariæ, sita in insula cognomine, de qua sic Strabo lib. 14. Εἶτ' Ἴασος ἐπὶ νήσῳ κεῖται πρόσχειμένη τῇ ἠπείρῳ· ἔχει δὲ λιμένα, καὶ τὸ πλεῖστον μέρος βίᾳ τοῖς ὑπαίθροις ἐκ τῆς θαλάττης. Εὐόψει δὲ, χώραν τ' ἔχει παραλυπεῖν. i. e. *Deinde Iassus in insula jacet ante continentem sita; portum verò habet, & plurima victus pars incolis est ex mari. Est enim optimi saporis, regionemque habet sterilem.* Memoratur etiam Ptolemæo lib. 5. c. 2. inter Cariæ urbes juxta Myrtoum pelagus.

13 Ἀφ' οὗ Χοιρίλλος ὁ Ἰασσεύς.] Ex urbe Cariæ Iasso inquit fuisse Chœrillum scilicet poëtam, qui victoriam Athenienſium contra Xerxem cecinit, pro singulis versibus statere aureo accepto, ac decretum est, ut ejus poëma unà cum Homerico publice recitaretur, de quo videsis Suidam suo loco, qui alium quoque Chœrillum tragicum poëtam & Athenienſem memorat.

14 Ἴασος ἡ τὸ Ἄργος.] Iasos verò Argos vocatum est. Id non memini me legere apud alios, sed Ἴασον Ἄργος, de quo vide, quæ in Ἄργος numero 81. annotavimus.

15 Ἰάων, καὶ Ἰήων.] Iaon, seu Ieon, nisi poëtis puto non dici. Nam prosæ scriptoribus Ἴων dicitur. Fuit verò Ion, à quo *Iones* dicti fuerunt tam ipsi Iones, quam Athenienses, Xuthi filius, auctore Herodoto lib. 7. c. 94. & lib. 8. c. 44.

16 Ἀφ' οὗ τὸ Ἰωνιστὶ ἐπίρρημα.] Lege Ἰαωνιστὶ, ab Ἰαωνίζω enim aliter non potest deduci, quod vulgo dicitur Ἰωνίζω, i. e. *Iones imitor.*

17 Ἐκ δὲ τοῦ Ἰάω τὸ Ἴαν.] Lege ἐκ δὲ τοῦ Ἰάων τὸ Ἴαν.

18 Καὶ Ἰαονίς.] Lege Ἰαωνὶς ab Ἰάων enim deducitur, quo nomine significari potest & fœmina Ionica, & regio ipsa Ionia, idem de nomine Ἰὰς intelligendum est. Fuit autem Ionia Asiæ minoris regio, in qua erat Ephesus urbs templo Dianæ clarissima, de qua suo loco egimus, Iones verò tamquam molles & lascivi proscindebantur, unde Venusinus vates Carm. lib. 3. Od. 6. inquit:

Motus docerigaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus
Jam nunc, & incestos amores
De tenero meditatur ungui.

Et hæc de Ionia & Ionibus dicta sufficient; si plura desideras, adi Pausaniam, Strabonem, Plinium & alios.

19 Ἰβηρίαι, δύο, &c.] Duas celebrat Iberias, alteram ad Herculeas columnas nomen adeptam ab Ibero amne, alteram ad Persas; prior postea vulgatiore nomine *Hispania* vocata fuit ab Hispano quodam seu rege, seu heroë, poëtæ verò *Hesperiam* appellant nomine cum Italia communi; jacet autem inter Galliam & Africam, ideo neque, ut Africa violento sole torretur, neque ut Gallia assiduis ventis fatigatur, at in harum vicinia & torrido sole, & violentis ventis laborat, de qua loqui timeo, tum quod de ea silere melius est, quam parum dicere, tum quod si aliqua inexpertis incredibilia referam, Hiberias nænias me sectari existimabunt, tamen aliquid dicendum est. Hispanorum omnium consentiens est opinio, Thubalem Iapheti filium, cujus fit mentio Genesis c. 10. in Hispaniam venisse. Quare Joan. Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 1. c. 1. inquit: *Iapheti filius Thubal mortalium primus in Hispaniam venit.* Id duobus argumentis probare conantur, primum ex Josephi auctoritate Antiquit. lib. 1. c. 7. Καθοικίζει δὲ καὶ Θοβήλας Θόβηλος, οἱ νῦν ἐν τοῖς νεμομένοις Ἴβηρες καλοῦνται. i. e. *Condit verò & Thobelos Thobelus, qui nunc* Iberes *vocantur.* Secundum argumentum desumunt ex nomine oppidi in Lusitania, quod vulgo dicitur *Sethubal*, atque ex oppidis Navarræ *Thafala* & *Thudela*, quæ profecto sunt ficulnea argumenta contra rationem, quæ clamat Thubalem Iapheti filium non relicturum tam amplam regionem habitatoribus adhuc vacuam ex diluvio, quod ætate avi sui præcesserat, ac per terrarum deserta in ultimam Iberiam venturum: non est verosimile id fecisse iter terrestri itinere. Quid enim comederet ipse & ejus familia? Manna enim de cælo tantum in Arabiæ desertis decidit; maritimo dicent, sed qua navi mari se commisit? nunquid arcâ avi? atqui ista in montibus Armeniæ consederat, & adhuc Josephi ætate, ut ipse inquit, ex ejus fragmentis amuleta incolæ illius regionis conficiebant; nisi fortè dicant, Thubalem illa celeritate præditum fuisse, quam poëta Camillæ tribuit Æneid. lib. 7. v. 808. vel alium Angelum, eum sicut Abacuc susperisum crinibus per aërem illuc transvexisse, vel aliam aquilam ut Ganymedem, aut Persei alatum equum. Josephus nomina Patriarcharum ingeniosè ad terrarum regiones aptavit, sicut amant facere Hebræi & Græci, ut videre est apud Thalmud Babylonicum c. 1. tractatus Iomah ad Genesis c. 10. apud Thalmud Hierosolymitanum tractatu Megilah c. 1. apud Bereshith Rabah sectione 37. In quibus toto cœlo aberrat Josephus ille ὑπερβολιμαῖος, qui lib. 1. c. 1. hæc deliria tamquam febri correptus protulit תובל הם היושבים בארץ תושקנא על נהר פישארת i. e. *Thubal, hi sunt habitantes in terra Thoscana, supra fluvium Pisa.* Ejusdem farinæ occurrunt aliquammul-

ta

κλείας στήλας, διὰ Ἴβηρος ποταμόν. 20 Ἡ δὲ ἑτέρα τοῖς Πέρσαις ἐστί. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἴβηρ. Καὶ ἀπὸ τοῦ Ἴβηρος γωνικῶς, Ἴβηρις καὶ Ἴβηρικὸς, καὶ ὁ Ἴβηρος. 21 Φασὶ δὲ αὐτοὺς ὑδροποτεῖν,

culeas; ab Ibero fluvio, altera ad Persas. Gentile, Iber, & à genitivo Iberis, fit Iberis; & Ibericus, & Iberus. Ajunt verò eos aquam potare, ut Athenæus Dipnosophistarum lib. 2. & se-

ta apud epitomatorem nostrum, ac præsertim in Τύρος, Ἰτζα, & Γάδειρος. Quis non videt, quam plumbeus sit gladius, quo densas antiquitatis tenebras jugulare conantur, in quibus nedum Antisthenis lucernâ videre lucem possumus. Nec defuere, qui Hispaniam *Setubaliam* vocatam fuisse dixerunt, Nochumque ipsum ex longo errore tandem in Hispaniam appulsum Noelam in Gallæcia, in Asturia Noegam condidisse, quæ nugamenta maximum incrementum accepere ab illo Berosio hypobolimæo Annii Viterbiensis, quem docti omnes manifesto convictum explodunt. Verosimilius est, autore Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 1. c. 7. Iberos juxta Pontum aliquando in Hispaniam venisse, ac provinciæ nomen Iberiæ indidisse. At Strabo lib. 1. circa libri calcem inquit, *Iberos, occidentales in loca ultra Pontum, & Colchidem commigrasse*, ut & Dionysius v. 697. & Eust. ad ejusdem v. 282. Sed neutrum affirmari potest. Hæ enim res excedunt ingenii humani aciem, nec opus est ad commendandam Hispaniam antiquitatibus, ipsa per se satis commendatur. Nulla est enim in toto terrarum orbe provincia, quæ cum ea comparari possit fructus arborum suavitate, vini generositate, olei bonitate, mellis dulcedine, carnis omnis generis sapore, arietinæ, bovillæ, suillæ, gallinaceæ, perdicum, & aliarum avium, ac denique præstantia omnium, quæ gignit, βασιλεύουσα provinciarum omnium foret sine dubio, nisi pluviarum penuria laboraret; leges & instituta sunt optima sed ad nulla serviunt minus, quam ad ea, quorum gratia sunt instituta; illa trium militarium ordinum sancta inventio, qua regionum reperitur? multo magis utilior, quam Romanorum coronæ civicæ, quorum insigne & annui redditus primitus militibus tantum strenuam operam navantibus in bellis adversus Mauros, qui per multos annos Hispaniam tenuerunt, dabantur: at nunc præmio illo & honore alios, (ad quos non pertinet) ac eorum filios in cunis adhuc vagientes impertiunt reges. Hæc enim est temporum & rerum vicissitudo omnibus mortalium rebus communis. Hanc terrarum optimam, hanc provinciarum reginam, hanc *felicem* Arabiam ejus gubernatores pessimo consilio non solum *petræam*, sed etiam *desertam* fecerunt, atque ad inopiam & paupertatem redegerunt, jam augendo, jam minuendo æreæ monetæ valorem, adhibita etiam maxima cura, ne argenteæ valor excresceat, scilicet ut advenæ eam facilius extrahere possint. Nescio enim quo fato Hispania semper reliquis gentibus argentum & aurum subministravit. Insignis est ad hanc rem locus Aristotelis de Mirabilibus, ubi refert, Phœnices tantam argenti, aurique copiam ex Hispania asportasse, ut cum, onustis navibus, argentum superesset, ex ipso anchoras conflasse. Plinius lib. 33. c. 7. auctor est, adhuc sua ætate puteos ab Annibale inchoatos durare, sua ab inventoribus nomina habentes, ex queis, qui *Bebelo* appellabatur ccc argenti pondo ei indies subministrasse. Ex Livio etiam & aliis constat, Romanos ingentem argenti aurique summam ex Hispania asportasse, jam verò quod ex Novo Orbe asportatur, ex quo ab Hispanis patefactus est, pueri etiam sciunt; quàm gloriarentur in opinione sua de infinitis mundis Democritus & Epicurus, si viverent, audientes Hispanos alterum orbem nostro multo majorem invenisse; ad quem aptari possunt illi versus Senecæ tragici in Medea:

Veniunt annis sæcula seris
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, & ingens pateat tellus
Typhisque novos detegat orbes
Nec sit terris ultima Thule.

Non quod Seneca illud in mente habuerit, sed quod poëtæ furore quodam perciti, velut prophetæ futura quoque nescientes canunt, sed proh dolor, ex his plus damni quam utilitatis Hispaniæ illatum est. Immanitatem verò illam Hispanorum in Indos, quam refert Bartholomæus Casæus episcopus Cherpenensis, certo quodam modo excusat Lucanus lib. 10.

Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur.

Hujus novi orbis aliquam videntur habuisse veteres notitiam, etsi obscuram & Græcorum mendaciis quasi conditam, ut videre est ex Theopompo apud Ælianum de Varia

Historia lib. 3. c. 18. apud Platonem in Timæo, apud Aristotelem de Mirabilibus, quo de orbe inter admiranda referendum est, ejus incolas literarum & pecuniæ usum ignorasse, cum tanta argenti aurique infecti copia ipsis esset; merces mercibus commutabant, in rebus parvis emendis apud Mexicanos *cacaus*, ex quo potus ille suavissimus conficitur, qui vulgo Hispanis *chocolate* vocatur, apud Perusinos *coca*, parvi folii viridis species, quod in ore gerebant, loco pecuniæ erat. Cum idola haberent, quæ Dei loco colebant, tamen in eorum lingua nullum erat nomen, quo Deus significaretur. Quamobrem Hispani cum Deum Indorum lingua nominant, Hispanico Dei nomine, id est, *Dios*, utuntur. Præcipuum idolum inter alia apud Perusinos erat *Viracocha*, apud Mexicanos *Vitzilipuztli*, id sinistram *pennam lucidam*, illud *creatorem* significabat. Plurimæ etiam animantium species apud eos erant, quæ οὐτῇ λαμάκα πέλεκείγω apud Nochum non fuere, nec apud nos sunt. Plurimæ sunt apud nos, quæ apud illos non inveniuntur. Viderint Theologi, quomodo hunc apparentem nodum sine Macedonis gladio scindere possint. Poëtæ sane ruptis omnibus ejus loris unà cum Virgilio canunt:

Continuo has leges, æternaque fœdera certis
Imposuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem
Unde homines nati, durum genus.

Horum verò, quæ de novi orbis Indis retulimus, inter alios testis est locuples Josephus de Acosta Jesuita de Hist. Natur. & Moribus Ind. lib. 4. c. 3. c. 22. lib. 5. c. 9. lib. 6. c. 4. c. 21. Nunc ex novo orbe ad Hispaniam revertamur. Illis quæ de Hispania supra retulimus, additæ sunt ingentes Judæorum & Maurorum expulsiones: hos Philippus III. vano timore, illos Ferdinandus V. sub prætextu religionis ut nomen suum memoriâ expulsionis propagaret, Hispaniâ expulerunt, gentem seu mercaturæ, seu agriculturæ natam quarum defectu res in peius cottidie lapsæ sunt, negociatio enim aliò migravit, terra verò colonis viduata nescit ferre fructum. Agnovit errorem Philippus III. itaque decreto colonos revocavit, sed frustra. Volentibus enim erat horrori fidei ille Areopagus à Ferdinando V. institutus; exactissimus si præposteram judiciorum formam ademeris, qui *Morifcos* (sic Hispani vocabant gentem illam) ejus carceres expertos à reditu in Hispaniam deterruit. Difficillimum enim est servitutem persuadere eis qui libertatem gustarunt, unde provinciarum optima facta est deserta, de quibus in Ἀσιαγ nota 92. egimus; de indigenis etiam aliquid nobis dicendum est. Nulla in toto terrarum orbe gens est in advenas adeo humana & hospitalis, nulla in servanda fide fidelior, nulla magis fidam amicitiam servat. Nihil sanè genitum caret morbis, arbores etiam suis infestantur malis, regnorum morbi sunt veluti apud medicos febris ethica, quæ in principio difficillimè cognoscitur, sed cognita facillime curatur, in fine verò facilè cognoscitur, sed difficillime curari potest; hujusmodi morbo conflictatur Hispania, sed salus non est deplorata, nec deerit remedio locus, si mentis oculos aperuerit. Aliter enim de ea cum Æsopica vulpe dicere possumus: ὦ εἶα κεφαλή, ἀγὴ ἐγκέφαλος οὐκ ἔχει; sed his relictis ad Stephanum revertamur.

20 Ἡ δὲ ἑτέρα τοῖς Πέρσαις ἐστί.] Altera Iberia est juxta Persas, sed fallitur auctor noster, Ptolemæus enim lib. 5. c. 11. & Strabo lib. 11. eam juxta Colchidem & Albaniam locant cujus incolæ nunc *Giorgiani* vulgò dicuntur, quorum linguæ grammaticam conscripsit Franciscus Maria Maggius Panormitanus Romæ impressam anno 1643.

21 Φασὶ δὲ αὐτοὺς ὑδροποτεῖν, ὡς Ἀθηναῖος.] De occidentalibus Iberis sunt intelligenda hæc verba, quæ Athenæus Dipnosophist lib. 2. sub Phylarchi persona in hunc modum profert: Φησὶ γὰρ τοὺς Ἴβηρας πάνυ μὲν ὑδροποτεῖν, καίτοι πλησιοῦντας ἀνθρώποις οἴνῳ μονοτεῖν τε αὐτοὺς ἀεὶ λέγει Δι' ὑπερβολήν, ἐσθίειν δὲ φορεῖν πολυτελεστάτας. i. e. *Inquit verò* [Phylarchus] *& Iberos omnes aquam bibere quamvis hominum ditissimos, & semel cibum capere in die eos semper dicit propter parsimoniam, vestes verò gerere sumptuosissimas.* Eadem refert Eust. ad Periegetæ v. 282. & fortassis hi fuerunt veterum Hispanorum mores, nunc in pejus omnia sunt delapsa.

22 Τοὺς δὲ

τεῖν, ὡς Ἀθηναῖος ἐν δειπνοσοφισταῖς δὶς τὸ- A & semel in die tantum vescuntur præ parsimonia; & vestibus utuntur sumptuosissimis, ut ditissimi.
τέρῳ. Καὶ μονοσιτοῦσι διὰ μικρολογίαν· καὶ ἐσθῆσι κέχρηνται πολυτελεστάτοις, ὡς πλουσιώτατοι.

Ἴ Β Υ Λ Λ Α [22], πόλις Ταρτησίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰβύλλινος· παρ' οἷς μέταλλα χρυσοῦ B IBYLLA, urbs Tartesiæ. Gentile, Ibyllinus, apud quos auri, & argenti metalla.
καὶ ἀργύρου.

Ἴ Γ Ν Η [23], πόλις, πλησίον Πριάπου. IGNE, urbs prope Priapum. Gentile,
Τὸ ἐθνικὸν, Ἰγναῖος, καὶ Ἰγναία, Ἴγνητες. Οἱ καὶ χωρὶς τοῦ ι λέγονται, ὡς εἰρηται ἐν C Ignæus, & Ignæa, & Ignetes, qui etiam sine i dicuntur, ut dictum est in G.
τῷ Γ.

Ἰ Δ Α Ἄ Λ Ι Ο Ν [24], πόλις Κύπρου. [25] IDALION, urbs Cypri. Oraculum
Χρησμὸς γὰρ ἐδόθη, ὅπου ἴδοι τὸ ἥλιον ἀνίσχοντα, πόλιν κτίσαι. Οὗ δὴ Χαλκήνωρ πρεσβεύων, τις D enim datum fuit, ut urbem conderet illic, ubi solem orientem conspexerit. Chalcenori igitur circumeunti, quidam ex ejus sociis dixit: εἶδον, &c. *Vidi, Rex, solem*, ex quo civitas sic nominata fuit. Gentile, Idaleus.
τῶν συν αὐτῷ ἔφη, εἶδον, βασιλεῦ, τὸ ἄλιον. Ἀφ' οὗ ὠνομάσθη τὴν πόλιν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰδαλεύς.

Ἴ Δ Η [26], Τροίας ὄρος. Ὅμηρος, IDE, Troiæ mons, Hom.

— Ἴδης μεδέων. — E — *Idæ imperans* —

Ἀπὸ Ἴδης τινὸς βασιλίσσης, ὡς Χάραξ. Οἱ Ab Ida quadam regina, ut Charax. Habitantes, Idæi, & Ideidæ, ab Ideis nominativo fœmineo.
οἰκοῦντες, Ἰδαῖοι, καὶ Ἰδηίδαι, ἀπὸ τῆς Ἰδηίς εὐθείας θηλυκῆς.

Ἰ Δ Ο Μ Ε Ν Α Ἰ [27], πόλις Μακεδονίας. Ὁ πολίτης Ἰδομήνιος, ὡς Κλαζομένιος. F IDOMENÆ, urbs Macedoniæ. Civis, Idomenius, ut Clazomenius.

Ἰ Δ Ο Υ- IDU-

22 Ἴβυλλα, πόλις Ταρτησίας.] Ibylla, urbs Tartesiæ, nempe in regione Tarteti. Tartesus verò fuit in Bætica, Hispaniæ regione, quæ nunc vulgò dicitur *Andaluzia*, qua in urbe inquit fuisse auri & argenti fodinas; at cum hæc urbs à nemine, quod sciam, memoretur, atque Strabo nos doceat in locis circa Ilipam plurimum argenti fuisse, facile credo auctorem nostrum de eadem loqui, cujus nomen sic apud aliquem auctorem invenerat. Strabo verò loquitur de Ilipa lib. 3. Παραπλήσιοι δὲ πῶς ῥάχεις ὀρῶν ἀπολήγουσι τῷ πολυμέτρῳ, μᾶλλόν τε καὶ ἧττον συναπτόμεναι πρὸς βορρᾶν, μεσόγειαι πλέουσι· πλεῖστον δ' ἔστιν ἄργυρον ἐν τοῖς περὶ Ἰλίπαν τόποις, καὶ τοῖς Σισαπωνε, τόν τε παλαιὸν λεγόμενον καὶ τὸν νέον. i.e. *Dorsa verò quædam montium à se ubique æqualiter distantia, & Boream versus modò magis, modò minus cohærentia juxta fluvium* [Bætim] *protenduntur, metallorum plena; plurimum autem est argenti in locis circa Ilipam & Sisaponem, tam veterem, quam novum.*

23 Ἴγνη, πόλις, πλησίον Πριάπου.] Igne, urbs juxta Priapum memoratur, cujus incolæ aliquando Rhodum insulam incoluerunt, ut inquit noster in Γνῆς, Priapus verò fuit urbs Hellespontiæ, de qua suo loco.

24 Ἰδάλιον, πόλις Κύπρου.] Idalium, urbs Cypri, & insula & urbs sacra Veneri fuit, memoratur Virgilio Æneid. lib. 1. v. 684.

Hunc ego sopitum somno super alta Cythera
Aut super Idalium secreta sede recondam.

Eadem urbs ejusdem Æneid. v. 697. dicitur Idalia:

At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliæ lucos.

Ipsa quoque Venus vel ab urbe, vel à monte cognomine *Idalia* dicitur Æneid. lib. 5. v. 76.

Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

25 Χρησμὸς ἐδόθη.] Deficit persona cui redditum est oraculum, scilicet τῷ Χαλκήνορι de quo statim loquitur, qui nomen imposuit urbi, cujus etymologia deducit ab illis verbis, εἶδον ἄλιον, i.e. *Vidi solem*, scilicet quia Cypriis ἄλιος dicebatur Sol, qui ab aliis dicitur ἥλιος.

26 Ἴδη, Τροίας ὄρος.] Ide, Troiæ mons ex Homero, apud quem ter reperitur hemistichium illud, quod affert noster, nempe Il. 3. v. 276. Il. 7. v. 202. Il. 24. v. 308. ac semper scribitur Ἴδηθεν μεδέων. i.e. *Idæ imperans*, non Ἴδης μεδέων, ut est apud nostrum; fuit verò Ide mons poëtis decantatus judicio Paridis, ex quo quindecim flumina defluebant, ut annotavit Abr. Ortel. in suo Thesauro Geographico, quorum plurima suo tempore exaruisse refert Plinius, quare merito Horatius Idam vocavit *aquosam*, ejus cacumen *Gargarus* dicitur Straboni & Macrobio, nostro verò *Phalacræ*, Hesychius autem Phalacron vocat Idæ promontorium. Ab Ida *Dactyli Idæi* dicti fuere, alio nomine *Corybantes*, ferri inventores dicuntur ex Idæ incendio, ut & argentum inventum fuisse referunt ex Pyrenæorum montium conflagratione, quæ graphicè depingit Lucretius de Rerum natura lib. 5.

Quod superest, æs, atque aurum, ferrumque repertum' st
Et simul argenti pondus, plumbique potestas
Ignis ubi ingentes sylvas ardore cremaret
Montibus in magnis; seu cœli fulmine misso
Sive quod inter se bellum sylvestre gerentes
Hostibus intulerant ignem formidinis ergò
Sive quod inducti terræ bonitate volebant
Pandere agros pingues, & pascua reddere rura.

Negari non potest plurimas artes casu quodam repertas fuisse. Idam montem quatuor habuisse promontoria refert Lycophronis Scholiasta ad ejus v. 1170. ea verò erant Pergamos, Lecton, Gargaron, & Phalacra, at *Phalacræ* dicebantur omnes montes, qui erant calvi, ut inquit noster in Φαλακρεά. Fuit etiam Ida alius mons in Creta.

27 Ἰδομεναί, πόλις Μακεδονίας.] Ne Carneades quidem dubitaverit fuisse eandem urbem, quæ Εἰδομένη, de qua suo loco egimus.

28 Ἴδυ-

Ἰ Δ Ο Υ Μ Α Ι͂ Ο Ι [28], ἔθν. Ἑβραίων, [29] ἀπὸ Ἀδόμ. [30] Ἄδομα γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσιν. [31] Ὅτι ξανθὸν βρῶμα δοὺς τῷ ἀδελφῷ, τὰ πρωτεῖα εἰλήφει. A

IDUMÆI, gens Hebræorum ab Adomo. *Adoma* enim Judæi *rubrum* vocant, quod flavum cibum cum daret fratri, primas cepit.

Ἰ Δ Ρ Ι Α Σ [32], πόλις τῆς Καρίας, ἡ πρότερον Χρυσαορὶς ἀπὸ Ἰδριέως παιδὸς Κάρος. Ὁ οἰκῶν Ἰδριεύς, καὶ Ἰδριὰς τὸ θηλυκόν. B

IDRIAS, urbs Cariæ, quæ prius *Chrysaoris* ab Idrieo Caris filio. Incola, Idrieus, & Idrias fœmineum.

Ἴ Δ Υ Μ Α [33], πόλις Καρίας· ἧς καὶ Ἴδυμος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰδυμεύς, καὶ Ἰδύμιος. Λέγεται καὶ Ἰδύμη πόλις.

IDYMA, urbs Cariæ, cujus & Idymus fluvius. Gentile, Idymeus, & Idymius. Dicitur & *Idyme* urbs.

Ἴ Δ Υ Ρ Ο Σ, πόλις καὶ ποταμὸς Παμφυλίας· Ἑκαταῖος. Ἡ καὶ Ἰδυρὶς ὀξυτόνως. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰδυρίτης, τῷ τύπῳ τῶν εἰς ης. C

IDYRUS, urbs & fluvius Pamphyliæ, Hecatæ. Quæ etiam Idyris cum accentu-acuto. Gentile, Idyrites, forma desinentium in *es*.

Ἱ Ε Ρ Α Κώμη [34], δῆμος Καρίας· Πολύβιος ἐκκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἱεροκωμήτης. D

HIERACONE, populus Cariæ, Polyb. lib. 16. Gentile, Hierocomites.

Ἱ Ε Ρ Α Μ Α Ι, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἱεραμεύς.

HIERAMÆ, urbs Cariæ. Gentile, Hierameus.

Ἱ Ε Ρ Α νῆσος, ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει, ὡς Χάραξ. Ἔστι καὶ Αἰγύπτου Ἱερὰ νῆσος. Ὁ οἰκήτωρ, Ἱερονησίτης, ἡ Ἱερονήσιος. E

HIERANESUS, in Cretico pelago, ut Charax. Est & Ægypti Hieranesus. Incola, Hieronesites, vel Hieronesius.

Ἱ Ε Ρ Α, πόλις [35], μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας, πόλις, [36] θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθουσα, ἀπὸ οὗ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν. Β', Κρήτης. [37] γ', Συρίας, ἡ καὶ Ἱερόπολις, διὰ τοῦ ο. Τετάρτη Καρίας. Τὰ ἐθνικὰ, Ἱεροπολῖται. F

HIERAPOLIS, urbs inter Phrygiam, & Lydiam, urbs multis calidis aquis abundans, sic dicta, quod templa multa haberet. Secunda, Cretæ. Tertia, Syriæ, quæ & *Hieropolis* per *o* micron. Quarta, Cariæ. Gen-

28 Ἰδουμαῖοι, ἔθνος Ἑβραίων.] Idumæi, gens Hebræorum. Idumæi & Edumæi iidem fuere populi, etsi nostri Idumæos *Hebræorum gentem* nunc vocat: Edumæos verò Arabum fuisse populos suo loco inquit; ac nescio cur eos vocet Hebræorum gentem. Sic etiam *Amalecitas* vocavit ἔθνος Ἑβραϊκὸν, cum fuerint Hebræis inimici, nisi forte, quod ab Abrahamo, quemadmodum Hebræi originem trahebant, vel quod aliquando Hebræis subditi fuerint, vel quod magis certum est, quod auctor noster erat in sacra historia hospes, ut ex ejus opere diversis locis apparet. Idumæa verò erat regio Judææ finitima quam David rex subegit Sam. 2. c. 8. v. 14. ac cum defecisset à Jehudah Paralipom. 2. c. 21. v. 8. eam postea Hyrcanus Judæorum etiam rex, iterum subegit, qui Idumæos coëgit circumcisionem & reliquos Judæorum ritus recipere, nisi mallent è propriis sedibus pelli, quod illi patriæ amore admiserunt, auctore Josepho Antiquit. lib. 13. c. 17. Antea enim *Cozæ* quemdam Deum venerabantur, auctore eodem auctore Antiquit. lib. 15. c. 11. qui Antiquit lib. 2. c. 1. præcipuas Idumææ partes vocat *Gobolitin*, & *Amalecitin*, quarum incolæ nostro dicuntur *Gomolitæ*, & *Amalecitæ*, de quibus suo loco egimus. Celebrantur apud scriptores Idumææ palmæ & civitas Idume: Virgilius Georgic. lib. 3. v. 12. canit:

Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

Per excellentiam *Idumæas palmas* vocat, quæ apud Idumen Phœniciæ civitatem nascebantur, inquit Servius ad versum citatum, quod ex auctoritate Lucani ex ejus libro tertio probat

——— *Arbusto palmarum dives Idume.*

29 Ἀπὸ Ἀδόμ.] Idumæi, seu Edumæi nomen habent ab Edomo, qui Græcis dicitur Ἄδωμος, Hebraïce אדום *Edom*, LXX senibus Ἠδώμ, quare etiam apud Stephanum per *o* mega scribendum est.

30 Ἄδομα γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσι.] Sunt verba Josephi desumpta ex ejus Antiquit. lib. 2. c. 1. in quibus continetur nominis Adomi etymologia, cujus quoque fit mentio Geneseos c. 25. v. 30, 31. eadem inest ratio in nomine protoplasti Adami. Sic enim vocatus est, quod מן האדמה *min haadamah*, i. e. *è terra-rubra* factus fuit, ut apparet ex Geneseos c. 2. v. 7. apud Stephanum pro ἄδαμα lege ἄδωμα. Sic enim apud Josephum scribitur, propter rationem, quam reddo nota 29 præcedenti.

31 Ὅτι ξανθὸν βρῶμα δοὺς τῷ ἀδελφῷ, &c.] Hæc cum sint contra historiæ veritatem, juxta historiam legenda sunt ὅτι ξανθὸν βρῶμα δοὺς αὐτὸς ὁ ἀδελφὸς, τὰ πρωτεῖα εἴληφε. i. e. *quod flavum cibum dans ipse* [Adomo] *frater* [Jacob] *primatum accepit*. Cujus fit mentio Geneseos c. 25. v. 33. Josephi Antiquit. lib. 2. c. 1.

32 Ἰδριὰς, πόλις τῆς Καρίας.] Videsis, quæ in Ἐπιδήσια annotavimus.

33 Ἴδυμα, πόλις Καρίας.] Idyma, urbs Cariæ memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 2. inter oppida Cariæ, cui Ἴδυμος dicitur.

34 Ἱερὰ κώμη, δῆμος Καρίας.] Hiera come, oppidum Cariæ memoratur ex Polybii lib. 16. cujus locum, quia est deperditus, supplebit Livius lib. 38. c. 13. *Trangressi Mæandrum, ad Hieran comen pervenerunt, fanum ibi augustum Apollinis, & oraculum: sortes versibus haud inconditis dare vates dicuntur; hinc alteris castris ad Harpasum flumen ventum est, quò legati ab Alabandis venerunt, ut castellum, quod ab ipsis nuper desciisset, aut auctoritate, aut armis cogeret jura antiqua pati.*

35 Ἱερὰ, πόλις, μεταξὺ Φρυγίας, &c.] Hierapolis, inter Phrygiam & Lydiam urbs memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 2. inter Phrygiæ magnæ civitates, cui Ἱερόπολις una dictione dicitur, id nominis sonat *sacram urbem*. Sic enim vocata fuit, ut inquit noster; ἀπὸ τοῦ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν, i. e. *quod templa multa haberet*. Ex hac urbe fuisse philosophum illum Epictetum celeberrimum inquit Suid. in Ἐπίκτητος.

36 Θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθουσα.] De his Hierapolis aquis calidis consule Strabonem lib. 13. inquit enim θαυμαστὴν δεξολογίαν τινὰ habere.

37 γ' Συρίας.] Tertio loco numerat Hierapolin Syriæ, quam inquit quoque *Hieropolin* vocari per *o* micron; memoratur Ptolemæo lib. 5. inter civitates Syriæ mediterraneas Cyrrhisticæ regionis.

Ἀφ' ἧς Νικάνωρ ὁ νέος Ὅμηρος, καὶ Πόπλιος, καὶ Σαραπίων στωϊκοὶ, καὶ ἄλλοι πολεῖται, Ἱεροπολῖται.

Gentilia, Hieropolitæ. Unde Nicanor novus Homerus, & Poplius, & Sarapion Stoici, & alii plurimi Hieropolitæ.

Ἱέραα, χωρίον Λιβύης. Ἡ δὲ σύμπασα γῆ ἐκείνη, ἐλέγετο Κυρηνή.

HIERAEA, regio Libyæ. Illa verò omnis terra dicebatur *Cyrene*.

Ἱέρα πύτνα [38], πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Κύρβα, εἶτα Πύτνα, εἶτα Κάμιρος, εἶθ' ἕτως Ἱερὰ Πύτνα. Τὸ ἐθνικὸν, Ἱερα-πύτνιος.

HIERAPYTNA, urbs Cretæ, quæ prius Cyrba, postea Pytna, deinde Camirus, deinde sic Hierapytna. Gentile, Hierapytnius.

Ἱέραφη, ὡς Ἀνάφη, νῆσος Λιβύης. Ἑκαταῖος περιηγήσει.

HIERAPHE, ut Anaphe, insula Libyæ, Hecatæ. Periegesi.

Ἱεριχοῦς [39], μεταξὺ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰορδάνου ποταμοῦ. Ἡ γωνική, Ἱεριχοῦντος. Λέγεται καὶ θρασυνικῶς καὶ θηλυκῶς. Εὕρηται καὶ δωρικὴ Ἱερίχοις, ἀπὸ τοῦ Ἱερίχω. Τὸ ἐθνικὸν, Ἱεριχούντιος.

HIERICHUS, inter Hierosolyma & Jordanem fluvium. Genitivus, Hierichuntis. Dicitur & masculino, & fœm. genere. Invenitur etiam dativus, Ἱερίχοις, i. e. *in Hiericone, ab* nominat. *Hiericho*. Gentile, Hierichuntius.

Ἱέρνη [40], νῆσος ἐν τῷ πέρατι πρὸς δυσμαῖς. Τὸ ἐθνικὸν, Ἱερναῖος, ὡς Λερναῖος.

IERNE, insula in ultima plaga, ad occidentem. Gentile, Iernæus, ut Lernæus.

Ἱέρος κόλπος, πλησίον Ἀράδου πόλεως. Ὁ οἰκῶν, Ἱεροκολπίτης.

HIEROSCOLPUS, prope Aradum civitatem. Incola, Hierocolpites.

Ἱεροσόλυμα [41], ἡ μητρόπολις τοῦ Ἰου-

HIEROSOLYMA, Metropolis Judææ,

38 Ἱερὰ Πύτνα, πόλις Κρήτης, &c.] Hiera Pytna, urbs Cretæ, quæ prius habuit tria illa nomina, quæ refert noster, ac tandem Hiera Pytna vocata fuit. Memoratur inter alios Dioni lib. 36. qui Ἱερόπυδα una dictione ac neutro plurali usurpat. Ptolemæo lib. 4. c. 17. Ἱερὰ πέτρα *Hiera petra* dicitur.

39 Ἱεριχοῦς, μεταξὺ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰορδάνου ποταμοῦ.] Hierichus, untis, urbs Judææ inter Hierosolymam & Jordanum fluvium, quæ & masculino & fœminino genere usurpatur. Dicitur etiam Hebraïce יריחו *Iericho*, cui adhuc magis accedit nostri auctoris Ἱερίχω, quæ à ריח *reach*, i. e. *odore* videtur nomen habere, fuit una ex decem Judææ toparchiis, teste Plinio lib. 5. c. 14. fonte, palmetis, & balsamo celeberrima. Fons cum antea terræ & arborum fructus, cunctaque pariter corrumperet, postea ab Eliseo propheta saluberrimus, ac feracissimus redditus fuit, ut tradit Josephus de Bello Judaïco lib. 5. c. 4. Palmeta ferebant præstantissimarum palmularum magnam copiam, eodem Josepho auctore Antiquit. lib. 15. c. 5. Quarum etiam meminit Strabo lib. 16. Ideo Deuteronomii ultimo capite v. 3. dicitur עיר התמרים *hir hathamarim*, i. e. *civitas palmarum*; balsamum ejus vallis tantum ferebat, quam plantam reginæ Æthiopiæ, quæ ad visendum Solomonem venit, acceptam referunt, referente Josepho Antiquit. lib. 8. c. 2. ex cujus vectigalibus opes genti crevisse auctor est Justinus lib. 36. c. 3. Præcipua gratia lachrymæ, secunda semini, tertia cortici, quarta ligno dabatur. Hinc apud Græcos ὀποβάλσαμον, *opobalsamum*, i. e. *succi-balsamum*, καρποβάλσαμον, *carpobalsamum*, i. e. *fructus-balsamum*, ξυλοβάλσαμον, *xylobalsamum*, i. e. *ligni-balsamum* celebrantur, de quibus sic Plinius lib. 12. c. 25. *Sed omnibus odoribus præfertur balsamum uni terrarum Judææ concessum, quondam in duobus tantum hortis, utroque regio, altero jugerum* XX *non amplius, altero pauciorum, ostendere arbusculam hanc urbi Imperatores Vespasiani, clarumque dictu à Pompeio Magno in triumpho arbores quoque duximus.* Ac paulo post: *Sæviere in eam Judæi, sicut in vitam quoque suam, contrà defendêre Romani, & dimicatum pro fructice est, feritque nunc eam fiscus, nec unquam fuit numerosior, aut procerior*; quod ni fallor, apud Josephum quoque legitur. Odoratissimum verò omnium unguentorum fuisse opobalsamum innuit Juvenalis Sat. 2. v. 4.

Tertius e cœlo cecidit Cato, sed tamen unde
Hæc emis, hirsuto spirant opobalsama collo,
Quæ tibi?

Nescio qua de causa Rabini balsami nomine non utuntur, cum sit ex Hebræo fonte בעלסמים *baalsamim*, i. e. *dominus unguentorum*, ac si diceres *præcipuum unguentorum*, sed pro eo אפרסמון *aparsamon* dicunt, quod videtur ab illo corruptum. Hierichuntem cepit Josue Moysis successor subversis mœnibus divinitus clamore militum, ac tubarum clangore, quam funditus delevit nemini parcens præter Rachab, & ejus familiæ, quæ exploratores prius hospitio exceperat, ac diris devovit eum, qui vastatam instaurare aggrederetur, Josue c. 6. v. 24. Josephi Antiquit. lib. 5. c. 1. eam Hiel Bethelithes regnante Achab diras illas contemnens instauravit, sed eas expertus est, Sam. 2. c. 16. v. 24. postea Herodes Magnus magnificis exornavit ædificiis, & Vespasianus deinde solo æquavit, ab Adriano postea instauratam memorant; in hujus urbis planicie Sedecias rex Jehudah à Chaldæis captus & ad Nebucadnesar in Ribla abductus est, cujus filii ipso vidente jugulati, ac tandem ei oculi eruti fuere, Reg. 2. c. 25. Ejusdem urbis descriptionem habes apud Josephum libro citato c. 4.

40 Ἱέρνη, νῆσος ἐν τῷ πέρατι πρὸς δυσμαῖς.] Ierne insula celebratur, quæ aliis *Iovernia*, aliis *Ivernia*, communiore nomine *Hibernia* dicitur, insula notissima sita inter tropicum cancri, & circulum arcticum inter Hispaniam & Britanniam; Juvenali Sat. 2. v. 160. vocatur Iuberna:

——— *Arma quidem ultra*
Littora Jubernæ promovimus, & modo captas
Orcadas, ac minima contentos nocte Britannos.

Noster etiam suo loco Iverniam insulam, & Ivernen urbem memorat, ac sic vocatam inquit minorem ex Pretanicis, id est, Britannicis insulis, cujus incolas vocat *Iverniatas*, & *Ivernos*, qua de insula videsis Melam lib. 3. Solin. c. 35. Plin. lib. 4. c. 16. Ptolemæum lib. 2. c. 2. & Marciani Periplum.

41 Ἱεροσόλυμα, ἡ μητρόπολις τοῦ Ἰουδαίας.] Hierosolyma, Judææ metropolis, longe clarissima urbium orientis, non Judææ modo, & fœm. singul. & neut. plur. usurpatur, poëtis ut plerumque *Solyma* neut. plur. dicitur, Martiali Epigram. lib. 11. Epigram. 95.

Illud me cruciat Solymis quod natus in ipsis.

Mascul. gen. usus est Iuvencus lib. 2.

Ad Solymos direxit iter templumque subibat.

In sacris literis dicitur ירושלם *Jerusalaim*, unde corruptum Ierosolyma, ac deinde Hierosolyma factum est, ac si aliquid haberet commune cum nomine Græco ἱερὸς; Iebusæi prius eam possederunt, quibus ademere Judæi Judic. c. 1. v. 8.

Ἰ ὑδαίας, ἡ Σόλυμα ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τ Σολύμων ὀρῶν. Ὁ πολίτης, Ἱεροσολυμίτης.

A Judææ, quæ *Solyma* vocabatur à montibus Solymis. Civis, Jerosolymites.

ΙΕΤΑΙ[42], Φρούριον Σικελίας, ψηλυκῶς· φίλιστος ἔκλη. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰέταιος, καὶ Ἰέταια.

IETÆ, castellum Siciliæ, fœm. gen. Philistus lib. sexto. Gentile, Ietæus, & Ietæa.

B

ΙΘΑΚΗ[43], νῆσος πρὸς τῇ Κεφαλληνίᾳ, ἀπὸ Ἰθάκου, ἀφ' ἧς Ὀδυσσεύς. Ἔστι καὶ Συρίας, ὑπὸ τ Εὐφράτου. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰθακήσιος, καὶ Ἰθακησία· καὶ Ἴθακος Ὀδυσσεύς, ὁμοφώνως τῷ οἰκίστῃ.

ITHACE, insula ad Cephalleniam, ab Ithaco, à qua Ulysses. Est & Syriæ sub Euphrate. Gentile, Ithacesius, & Ithacesia, & Ithacus Ulysses, ejusdem nominis cum conditore.

C

ΙΘΩΜΗ[44], πόλις Θεσσαλίας τ Πελασγιώτιδος. Ὅμηρος.

ITHOME, urbs Thessaliæ Pelasgiotidis, Homerus:

Οἵτ'

Qui-

c. 1. v. 8. de cujus nominibus hoc distichum circumfertur:

Solyma, Luza, Bethel, Hierosolyma, Hebus, Helia,
Urbs sacra Hierusalem dicitur atque Salem

Sed numquam dicta est *Luza*, neque *Bethel*. Error procedit ex Geneseos c. 28. v. 19. ubi Jacob appellat nomen urbis, in qua dormivit *Bethel*, i. e. *domus Dei*, cum prius *Luz* appellaretur, quod per prolepsin factum existimant, postea enim illic Ierosolymam ædificatam fuisse ajunt, nec Helia etiam sed *Ælia* vocata fuit: illud ratione metri factum est, de qua videsis, quæ, in Αἴλια annotavimus. Tandem sub Constantino pristinum nomen ei restitutum, quod adhuc retinet. Ejus conditorem fuisse Melchisedec Chananæorum dynastam, qui eam *Hierosolyma* vocavit, cum prius *Solyma* vocaretur, tradit Josephus de Bello Judaico lib. 7. c. 47. juxta Græcum, juxta Latinam versionem c. 18. Ὁ δὴ πρῶτος κίσας τὴν Χαναναίων ὑπώρης, ὁ τῇ πάλαι γλώσσῃ κληθεὶς, βασιλεὺς δίκαιος. Ἦν γὰρ δὴ τοιοῦτος. Διὰ τοῦτο ἱεράσατό τε τῷ Θεῷ πρῶτος, καὶ τὸ ἱερὸν ἐδειμάρτος, Ἱεροσόλυμα τὴν πόλιν προσηγόρευσε, Σολυμα καλουμένην πρότερον. i. e. *Primus ejus conditor erat Chananæorum dynastæ, patria lingua vocatus, rex justus; erat quippe talis; ideo sacerdotium Deo primus exhibuit, & fanum ædificans, Hierosolyma civitatem appellavit, cum prius* Solyma *vocaretur.* Alludit ad *Melchisedec* nomen, quod lingua sancta significat *rex-justiciæ* Non possum non mirari Josephum, qui Cananææ urbis etymologiam deducit à lingua Græca, quod ipse culpavit in Lysimacho contra Appionem lib. 1. circa calcem, qui hujus celeberrimæ urbis nomen deducebat ἀπὸ τ ἱεροσυλίας, i. e. *à templorum spoliatione*, quid ineptius, quam Cananææ urbis nomen à lingua Græca deducere, cujus etymologia sciri certo non potest. Latet enim in antiquitatis tenebris; ad summum felicitatis fastigium evasisse, atque in extremum miseriæ tandem devenisse, tradit idem Josephus in prologo de Bello Judaico, urbem arduam situ opera molesque firmaverant, queis vel plana satis munirentur. Nam duos colles immensum editos claudebant muri per artem obliqui, aut introrsus sinuati; ut latera oppugnantium ad ictus patescerent: extrema rupis abrupta, & turres ubi mons juvisset, in sexaginta pedes, inter devexa in centenos vicenosque attollebantur, mira specie, ac procul intuentibus pares, alia intus mœnia regiæ circumjecta, conspicuoque fastigio *turris Antonia* in honorem M. Antonii ab Herode appellata, ut inquit Tacitus Histor. lib. 5. Sed nihil contra discordiam & dissidium munitum inter multitudinem, quæ melius vatibus; quam ducibus suis paret. Decus urbi addebat templum ab Herode constructum, quod magnitudine & magnificentia Selomonicum excedebat, & urbem & templum solo æquarunt Romani Vespasiano duce. Selomonicum enim à Chaldæis eversum fuit, cum urbem caperent, in quam lamentabiles threnos lugubri tristitia composuit Jeremias propheta in quibus amissam queritur, eversam flet & tamquam philomela Mantuana

——— *Mœstis late loca questibus implet.*

Sub imperio Romano perseveravit varia fortuna, usque ad Heraclii tempora. Tunc enim Persæ, postea Arabes, deinde Christiani Argonautæ, duce Godefrido Bilioneo Lotharingiæ principe sexcenta peditum millia, equitum centum millia secum ferentes eam ceperunt, ac ejus regem eumdem Godefridum constituerunt, cujus successores eam possederunt per annos LXXXVIII. illud verò factum fuit imperante Germanis Henrico IV. Græcis Alexio Comneno, postea eam cepit Saladinus, deinde Selimus Turcarum imperator sub quorum imperio adhuc nunc gemit.

42 Ἰέται φρούριον Σικελίας.] Ietæ; castellum Siciliæ. Urbs dicitur in Eclogis ex Diodori lib. 23. cujus oppidani Ietini: Ἰέται δ' ἐκβαλόντες τὸν τ Φοινίκων φρουρὸν, τὴν πόλιν Ῥωμαίοις ἔδωκαν. i. e. *Ietini verò expellentes Phœnicum præsidium, urbem Romanis tradiderunt.* Ietenses dicuntur Plinio lib. 3. c. 8. de quo ita Fazellus decad. 1. lib. 10. *Ietum Plinio (cujus populos* Ietenses *vocat) Ietas celsus* Silius, *Iatum hodie dictum oppidum in editissimo & undique præruptomonte situm est, in magna quidem aquarum indigentia munitissimum & ingens, cujusque vix unus & is arduus ac peracclivis est aditus.* Silius Italicus ejus meminit lib. 14.

——— *Arbela ferox, & celsus Ietas.*

Hodie vulgo Italis dicitur *Iato* Cluv. auctore Siciliæ Antiquæ lib. 2. c. 12.

43 Ἰθάκη, νῆσος πρὸς τῇ Κεφαλληνίᾳ.] Ithace, insula prope Cephalleniam in mari Ionio, celeberrima, quod fuerit Ulyssis patria, qui ideo *Ithacensis* & Penelope ejus uxor *Ithaceia conjux* à Poëtis dicitur; insula verò nunc Italis nautis vulgo dicitur *Isola* seu *Val di compare*, celebratur ab Homero diversis locis unà cum monte Nerito, ac præcipue Il. 2. v. 632.

Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε Κεφαλλήνων μεγαθύμους,
Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον.
Sed Ulysses ducebat Cephallenenses magnanimos
Qui Ithacam tenebant & Neritum frondosum

Memoratur etiam vati Andino Æneid. lib. 3. v. 272.

Effugimus Ithacæ scopulos, Laertia regna
Et terram altricem sævi exsecramur Ulyssis.

Erat enim Ithaca in asperrimis scopulis tamquam nidulus affixa, ac tamen Ulysses sapientissimus vir immortalitati anteponebat, ut inquit Arpinas Philosophus lib. 1. de Orat. adeò vehemens est patriæ amor, quæ noverca etiam facta amanda est. Ithaca habuit civitatem cognominem, teste Ptolemæo lib. 3. c. 14. epitomator noster in Κροκύλειον vocat Ithacam τετραμερῆ, id est *in-quatuor-partes-divisam.*

44 Ἰθώμη, πόλις Θεσσαλίας τ Πελασγιώτιδος.] Ithome, urbs Thessaliæ Pelasgiotidis memoratur ex Homero, cujus affertur versiculus, qui apud eum reperitur Il. 2. v. 729. in quo pro κλυμακηέσσαν leges κλωμακωέσσαν. De qua sic Strabo lib. 9. Τὸν δὲ Ἰθώμην ὁμωνύμως τῇ Μεσσηνιακῇ λεγομένῃ, ὃ φασὶ δεῖν ὕστερον ἐπιφέρειν, ἀλλὰ τὸν πρώτιστον συλλαβὴν ἀφαιρεῖν. Οὕτω γὰρ καλεῖσθαι πρότερον· νῦν δ' Ἰθώμη μεταπεποίηκε, χωρίον ἐρυμνὸν καὶ τῇ ὄντι κλωμακῶδες, ἱδρυμένον μεταξὺ τεττάρων ὀρῶν φερείων ὥσπερ ἐν τετραπλεύρῳ κειμένων, Τρίκκης τε καὶ Μητροπόλεως, καὶ Πελινναίου καὶ Γόμφων. i. e. *Ithomen verò, quæ idem cum Messeniaca nomen habet, dicunt non sic debere proferri, sed prima syllaba adempta; sic enim prius vocari, nunc autem* Ithomam *appellari, oppidum munitum & re vera asperum, situm inter quatuor castella veluti in quadrilatera figura posita, Triccam, Metropolin, Pelinnæum, & Gomphos.*

Οἵτ' εἶχον Τρίκκην, καὶ Ἰθώμην κλη- A
μακόεσσαν.

Quique habitabant Triccen, & Ithomen aſperam.

45 Ἔστι καὶ Μεσσήνης, ἀπὸ Ἰθώμα βασιλέως. 46 Καλεῖται δὲ ὁ τόπος τῆς Θετταλικῆς, Θύμαιον. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰθωμαῖος, καὶ Ἰθωμαία, 47 καὶ Ἰθωμήτης διὰ τοῦ η· καὶ Δωρικῷ τρόπῳ, Ἰθωμάτης. Ἀφ' οὗ ὁ πολίτης, Ἰθωμάτας, καὶ Ζεὺς Ἰθωμάτας· καὶ ἑορτὴ Ἰθωμαία, καὶ Ἰθωμαῖς. B

Eſt & Meſſenæ ab Ithamo rege; vocatur verò locus ejus, quæ Theſſalicæ, Thumæon. Gentile, Ithomæus, & Ithomæa, & Ithometes per eta, & Dorico modo, Ithomates, à quo civis, Ithomatas, & Jupiter Ithomatas, & feſtum Ithomæum, & Ithomaïs.

Ἰκαρία 48, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Ἰκαρίου τοῦ πατρὸς Ἠριγόνης. Ὁ δημότης, Ἰκαριεύς. Τὰ τοπικὰ, Ἰκαρίοθεν, Ἰκαριάζει, Ἰκαριεῖ. C

ICARIA, populus Ægeidis tribus ab Icario patre Erigonæ. Popularis, Icarieus. Localia, ex-Icaria, ad-Icariam, in-Icaria.

Ἴκαρος 49, μία νῆσος τῶν Κυκλάδων. Ἐκαλεῖτο δὲ Μάκρις, καὶ Δολιχὴ, καὶ Ἰχθυόεσσα. Δευτέρα, πόλις. 50 Τρίτη, νῆσος πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. 51 Ὁ πολίτης, Ἰκάριος. D

ICARUS, una inſula Cycladum, vocabatur verò *Macris*, & *Doliche*, & *Ichthyoeſſa*. Secunda, urbs. Tertia, inſula ad mare rubrum. Civis, Icarius.

Πόντος Ἰκαρίου. —

Ponti Icarii. —

52 Καὶ θηλυκῶς, Ἰκαρία. E

Et fœm. gen. Icaria.

Ἰκο-

ICO-

45 Ἔστι καὶ Μεσσήνης.] Secundo loco numerat Ithomam Meſſeniæ. Cujus arcem fuiſſe valde munitam tradit Strabo lib. 8. Ἡ δὲ Μεσσηνίων πόλις ἐοικε Κορίνθῳ· ὑπέρκειται γὰρ τῆς πόλεως ἐκείνης ὄρος ὑψηλὸν καὶ ἀπότομον, τείχη κύκλῳ περιειληφὸς, ὥσ' ἀκρόπολιν ἔχειν. Τὸ μὲν καλούμενον Ἰθώμην, τὸ δὲ Ἀκροκόρινθον· ὡς οἰκείως ἀκεῖ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς πρὸς Φίλιππον εἰπεῖν, τὴν Δημητρίου Φαληρεὺς πρὸς Φίλιππον τοῦτον ἔχειν τὴν πόλεων ἀμφοῖν, ἐπιθυμεῖν τε Πελοποννήσου τὸ κεφάλαιον ἀμφοῖν, ἔφη, κρατήσας, κεῖσθαι τὸν βοῦν. Κεφαλὴν μὲν λέγων τὴν Ἰθώμην, καὶ τὴν Ἀκροκόρινθον, βοῦν δὲ τὴν Πελοπόννησον. Καὶ δὴ διὰ τὴν δύναμιν ταύτην, ἀμφοτέροις γεγόνασιν αἱ πόλεις αὐτῶν. Κόρινθον μὲν οὖν κατέσκαψαν Ῥωμαῖοι, καὶ ἀνέστησαν πάλιν· Μεσσήνην μὲν ἀνεῖλον μὲν Λακεδαιμόνιοι, πάλιν δ' ἀνέλαβον Θηβαῖοι, καὶ μετὰ ταῦτα Φίλιππος Ἀμύντα· αἱ δ' ἀκροπόλεις ἀοίκητοι διέμειναν. i. e. *Meſſeniorum verò urbs Corinthi ſimilis eſt, utrique enim harum urbium mons imminet excelſus atque præruptus communi contentus muro adeo ut arcis uſum præſtet, alter nomine* Ithome, *alter* Acrocorinthus, *adeo ut proprie videatur Demetrius Phalereus Philippo Demetrii filio dixiſſe, ſuadens ut utramque urbem haberet, ſi cuperet Peloponneſum, utriuſque enim cornu compos factus, bovem obtinebis, cornua dicens Ithomen, & Acrocorinthum, bovem verò Peloponneſum; certe ob ſitus opportunitatem urbes iſtæ multis præbuerunt cauſam certaminibus; Corinthum quidem diruerunt Romani & rurſus inſtaurarunt. Meſſenen autem everterunt Lacedæmonii, receperunt Thebani, & poſtea Philippus Amyntæ filius, ſed arces inhabitatæ permanſerunt.* Hanc Lacedæmonii poſt decem annorum obſidionem tandem deditam acceperunt, ut rerum monumentis tradidit Thucyd. lib. 1. Οἱ δὲ ἐν Ἰθώμῃ δεκάτῳ ἔτει, ὡς ἐκεῖνοι ἐδούλευσαν οὐκέτι ἀντέσχειν ξυνέβησαν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐφ' ᾧ τε ἐξίασιν ἐκ Πελοποννήσου ἀπὸ στάσεως ἐπὶ μηδεμιᾷ ἐπιβουλῇ αὐτῶν· ἢν δέ τις ἁλίσκηται, δοῦλον εἶναι δόλον. i. e. *Illi verò, qui Ithomæ erant decimo anno, cum non amplius poſſent reſiſtere convenerunt cum Lacedæmoniis, ut ex Peloponneſo excederent ſub-fide-publica, nec unquam amplius in eam reverterentur; quod ſi quis caperetur* [reverſus] *ejus qui eum cepiſſet, eſſet ſervus.*

46 Καλεῖται δὲ ὁ τόπος τῆς Θετταλικῆς, Θύμαιον.] Quia Ithome Theſſalica prius *Thome* vocata fuit, ut nota 44. ex St. Rabone annotavimus, *iota* enim per pleonaſmum additum fuit, ideo nunc inquit locum quemdam Ithomæ Theſſalicæ vocari Θύμαιον, pro quo ſine dubio legendum eſt Θώμαιον.

47 Καὶ Ἰθωμήτης διὰ τοῦ η.] Lege ſidenter διὰ τοῦ η. facinim ex tranſitus ex η in κ, Ἰθωμήτης enim per η dici- & Dorico modo Ἰθωμάτης, ut inquit noſter, pro quo puto legendum Ἰθωμάτας. Dores enim η in α vertunt ut φήμη, φάμα, confirmat etiam noſtram conjecturam quod ſequitur Ζεὺς Ἰθωμάτας, cujus meminit etiam Thucyd. libro primo.

48 Ἰκαρία, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς.] Icaria, oppidum Atticæ Ægeidis Athenienſium tribus, quod Heſychio dicitur Ἰκήριος, Harpocrationi Ἰκαριεύς, in quo primum tragœdiam inventam eſſe inquit Caſaub. in Animadverſ. in Athen. c. 3. ſed neminem ad partes vocat. Icarius etiam Atticæ mons celebratur Plinio lib. 4. c. 7. Solino c. 13.

49 Ἴκαρος, μία νῆσος τῶν Κυκλάδων.] Icarus, inſula prope Samum ſita, erat una Cycladum, olim dicta *Macris*, *Doliche*, *Ichthyoeſſa*; Straboni, & Ptolemæo dicitur *Icaria*; Pauſanias in Bœoticis ſcribit *Pergamum* vocatam fuiſſe, antequam Icarus in eam præcipitatus eſſet, à quo nomen inſulæ, mari Icario ab inſula inditum eſſe prodidit Strabo lib. 14. at poëtæ mare ab Icaro nomen habere poëtantur, Ovid. Triſt. lib. 1.

Icarus Icariis nomina fecit aquis.

Mileſiorum fuiſſe coloniam tradit Strabo libro citato ex Anaximene Lampſaceno, in qua Dianæ templum inſigne nomine Tauropolium celebrat, de qua ſic ille lib. 10. ſub libri calcem: Πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ἡ Πάτμος, καὶ Κορασσία, πρὸς δύσιν κείμεναι τῆς Ἰκαρίας· αὕτη δὲ Σάμου· ἡ μὲν οὖν Ἰκαρία ἐρημός ἐστι, νομὴς δ' ἔχει, καὶ λέγουσίν αὐτῆς Σάμιοι· τυγχάνει δ' οὖσα, δυσέξοδον ὁμως ἐστὶ, καὶ ἀπ' αὐτῆς Ἰκάριον καλεῖται τὸ πρὸς κείμενον πέλαγος. i. e. *Prope eſt Patmos, & Coraſſiæ, ab Icaria verſus occaſum ſitæ: ut & Icaria reſpectu Sami. Ipſa quidem Icaria deſerta eſt, paſcua verò habet, & ipſis utuntur Samii, nihilominus tamen eſt celebris, & ab ea* Icarium *vocatur* pelagus *ante ipſam ſitum.*

50 Τρίτη, νῆσος πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Memorat inſulam Icarum prope mare Rubrum, quam Plin. lib. 6. c. 28. *Icharam* vocat; Arrhianus de expeditione Alexandri lib. 7. inquit ex Ariſtobulo *Icarum* ab Alexandro vocari juſſam de nomine inſulæ Icari in Ægæo mari ſitæ, quam juxta Euphratis oſtia locat, non procul inde ubi Euphrates in mare exit, ſed quomodo antè vocata fuerit, ſilentio præterit.

51 Ὁ πολίτης, Ἰκάριος.] Incola inſulæ Icarii, ſeu Icariæ dicebatur *Icarius*, in cujus confirmationem affert hemiſtichium innominato poëta, quod invenitur apud Hom. Il. 2. v. 145. in quo non de incola Icariæ inſulæ agit poëtarum parens, ſed de ponto, quem *Icarium* vocat.

52 Καὶ θηλυκῶς, Ἰκαρία.] Inquit Icarum inſulam dici etiam fœm. gen. *Icariam*, de quo vide notam 49. præcedentem.

53 Ἰκά-

Ἰ Κ Ο Ν Ι Ο Ν [53], πόλις Λυκαονίας, πρὸς τοῖς ὅροις τῆς Ταύρου. [54] Φασὶ δ' ὅτι ὧ τὸ Ἀνάκου, ὃς ἔζησεν ὑπὲρ τὰ τριακόσια ἔτη, τὸς ἐπερωτῆσαι μαθόντας, ἕως τίνος βιώσεται. Ἐδόθη δὲ χρησμὸς, ὅτι τούτου τελευτήσαντος, πάντες διαφθαρήσονται. Οἱ δὲ Φρύγες ἀκούσαντες, ἐθρήνουν σφοδρῶς. [55] Ἀφ' ἧς παροιμία, τὸ Ἐπὶ Ἀνάκῳ κλαύσειν, ὅτι τὸν λίαν οἰκτιζομένων. Γενομένου δὲ κατακλυσμοῦ ὅτι Δευκαλίωνος, πάντες διεφθάρησαν. Ἀναζηραινθείσης δὲ τῆς γῆς, ὁ Ζεὺς ἐκέλευσε τῷ Προμηθεῖ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ εἰδώλια διαπλάσαι ἐκ πηλοῦ. Καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς ἀνέμους, ἐμφυσῆσαι πᾶσιν ἐκέλευσε, καὶ ζῶντα ἀποτελέσαι. [56] Διὰ δὲ τοῦ τὰς εἰκόνας ἐκεῖ διαγραφῶναι, Ἰκόνιον κληθῆναι. Καὶ ἔδει διὰ διφθόγγου. Ὁ πολίτης, Ἰκονιεύς.

ICONION, urbs Lycaoniæ ad Tauri terminos. Ajunt verò, quod erat Annaci, qui vixit ultra trecentos annos, ac quod circumvicini de eo oraculum sciscitati fuerint; quo usque victurus esset, oraculum verò redditum est, quod illo mortuo, omnibus moriendum foret. Phryges verò, his auditis, vehementer plangebant, unde parœmia *sub Annaco ploraturum* quod dicitur de eis, qui valde commiserantur. Diluvio verò sub Deucalione facto, omnes interiere. Siccata verò terra, Jupiter jussit Prometheo, & Minervæ, ut idola ex luto fingerent, & advocatis ventis inflare omnibus jussit, & ut viventem perficerent. Eo quòd igitur imagines illic delineatæ fuerint, urbs *Iconion* vocata fuit, & debebat per diphthongum scribi. Civis, Iconieus.

Ἰ Κ Ο Σ [57], νῆσος τῆς Κυκλάδων, πρόσχωρος τῇ Εὐβοίᾳ. Ὁ νησιώτης, Ἰκιος. Ἔγραψε δὲ Φανόδημος Ἰκιακός.

ICOS, insula Cycladum, Eubœæ adhærens. Insularis, Icius. Scripsit verò Phanodemus *Iciacus.*

Ἰ Λ Α Ρ Α Υ Γ Α Τ Α Ι [58], οἱ Ἴβηρες· ἔκλιναι Εὐρώπη. Καὶ Ἰλαραυγάτης ποταμός.

ILARAUGATÆ, Iberes, Hecatæ. Europæ. Est & Ilaraugates fluvius.

Ἰ Λ Α Ρ Ι Σ, πόλις Λυκίας· Πολύχαρμος ἐν Λυκιακοῖς. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰλαρεύς.

ILARIS, urbs Lyciæ, Polycharmus in Lyciacis. Gentile, Ilareus.

Ἰ Λ Α Τ Τ Ι Α, πόλις Κρήτης· Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰλάττιος.

ILATTIA, urbs Cretæ, Polyb. lib. 13. Gentile, Ilattius.

Ἰ Λ Ε Ρ Δ Α [59], πόλις πρὸς τῇ Πυρλώνῃ Ἰβηρίας. Ὁ πολίτης, Ἰλερδίτης.

ILERDA, urbs ad Pyrenen Iberiæ. Civis, Ilerdites.

Ἰ Λ Ι Ε Υ Σ, ὁ Ἀπόλλων ἐν Τροίᾳ.

ILIEUS, Apollo in Troia.

Ἴ Λ Ι Ο Ν,

ILIUM,

53 Ἰκόνιον, πόλις Λυκαονίας, πρὸς τοῖς ὅροις τῆς Ταύρου.] Iconium, urbs Lycaoniæ ad Tauri terminos. Memoratur Straboni lib. 12. Ptolemæo lib. 5. c. 6. Plinio lib. 5. c. 32. de qua nihil notabile produnt.

54 Φασὶ δ' ὅτι ὧ τὸ Ἀνάκου.] In his verbis pro τοῦ, lege τῆς. Sequitur enim ὃς, pro Ἀνάκου, scribe Ἀνάκῃ. Sic enim nox scribitur.

55 Ἀφ' ἧς παροιμία, τὸ ἐπὶ Ἀνάκῳ κλαύσειν.] Videsis Erasmum in Chiliadibus adagiorum in *Res Cannacæ*, quem enim noster *Annacum*, alii *Cannacum*, alii *Camacam* vocant.

56 Διὰ δὲ τοῦ τὰς εἰκόνας ἐκεῖ διαγραφῶναι, &c.] Deducit nomen Iconii urbis à nomine εἰκὼν, i. e. *imago* ex fabula illa Promethei & Minervæ, etsi scriptura non conveniunt. Nomen enim urbis scribitur per *jota*, nomen verò imaginis per ει.

57 Ἴκος, νῆσος τῶν Κυκλάδων.] Icos, insula una Cycladum, de quarum numero non convenit inter auctores, memoratur ab auctore nostro prope Eubœam, cujus meminit Scylax in Νῆσοι Κυκλάδες, a quo *dipolis* vocatur, quod duas urbes haberet.

58 Ἰλαραυγάται, οἱ Ἴβηρες.] Ilaraugatæ, Iberes. Sed qui Iberes, orientales, an occidentales nobis divinandum relinquit; Liv. lib. 22. c. 21. Ileraconenses, Ptolemæus lib. 2. c. 6. Ilercaones, Cæsar lib 1. de bello Civili Illurgaonenses Hispaniæ populos memorant. Ilercaones verò fuere Tarraconensis Hispaniæ populi, apud quos Dertosa urbs; Ortelius in suo Thesauro Geographico in *Ilercaones* inquit se habere nummum æreum Tib. Cæs. in cujus parte versa, navis expansis velis sculpta erat, cui subscriptum DERT. in ora autem ILERCAVONIA. Ludovicus Nonius c. XXCIV. eosdem existimat esse Illurgavonenses cum Ptolemæi Ilercaonibus.

59 Ἴλερδα, πόλις πρὸς τῇ Πυρλώνῃ Ἰβηρίας.] Ilerda, urbs *Iberiæ*, i. e. *Hispaniæ Tarraconensis* Hispanis vulgò parum corrupto nomine dicitur *Lérida*. Sita est in colle arduo, objecto ad septentrionem tumulo; orientale latus Sicori fluvio alluitur, auctore Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 3. c. 18. quam sic depingit Lucanus lib. 4.

Colle tumet modico, lenique excrevit in altum
Pingue solum tumulo, super hunc fundata vetusta
Surgit Ilerda manu, placidis prælabitur undis
Hesperios inter, Sicoris non ultimus, amnes,
Saxeus ingenti, quem pons amplectitur arcu
Hybernas passurus aquas ———

Unde urbi nomen, & à quo condita ignoratur, etsi Joan. Gerundensis episcopus lib. 2 ejus originem ad Illyricos ex similitudine nominis referat. Vibius Sequester ab Ilerda fluvio nomen ei inditum tradit, cujus nullibi nisi in diphthera Jovis fit mentio. Juxta hanc urbem Afranius & Petronius Pompeiani duces à Divo Cæsare devicti fuerunt, ut idem narrat de Bello civili lib. 1. necnon Strabo lib. 3. Ab Idatio episcopo in suo Chronico *Ilerdenses urbs* vocatur, quam à Rechiario Rechilæ Suev. regis filio per dolum captam fuisse prodit; postea redeuntibus annis Mauri eam tenuere, quibus ab Hispanis ereptam fuisse anno MCLI. ac Urgelitano comiti datam, Guillelmo Peresio ejus episcopo creato auctor est Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 10. c. 18. Academiam in ea excitatam fuisse anno MCCC. inquit Nonius. Mea ætate a Gallis capta, ab Hispanis deinde fuit recuperata duce Philippo de Sylva Lusitano. Ejus agri luxuriant Baccho, Cerere, & Pomona; olim videtur fuisse emporium salitis piscibus celebre. Horatius enim Epistolarum lib. 1. Epistola 20. inquit ad librum suum:

— Aut tineas pasces taciturnus inertes
Aut fugies Uticam, aut unctius mitteris Ilerdam.

Ἴλιον[60], πόλις Τρῳάδος, ἀπὸ Ἴλου, A
[61] ὃν οἱ Τρῶες Ἄκτιν κάλεον. Καὶ αὐτῆς λόφοι δύο, ἐν τῇ Προποντίδι πρὸς Ῥωδάκῳ ποταμῷ. Τρίτη Μακεδονίας, Ἑλένου κλίσμα. Τετάρτη, Θεσσαλίας. Πέμπτη, Θρᾴκης, πρὸς Βιζύῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰλιεύς· καὶ Ἰλικὸν, Ἰ- B λιὰς, καὶ Ἴλιος, καὶ Ἰλία, καὶ Ἰλιακός·[62] ἀδέτερος δὲ πάσι τὸ Ἴλιον· παρ' Ὁμήρῳ δὲ, Ἰλυκῶς. [63] Τὸ γὰρ Ἴλιον ἄπυ, νοθοῦ Ἀ- ριστάρχου.

Ἰλισσὸς[64], πόλις τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ π- C μῶνται αἱ Μοῦσαι Ἰλισσίδες, ὡς Ἀπολλόδωρος.

Ἰλλυρία[65], χώρα πλησίον Παγγαίου, ἀπὸ Ἰλλυρίου Καδμόνου παιδός. Οἱ οἰκήτορες, Ἰλλυριοὶ, καὶ Ἰλλυρὶς, καὶ Ἰλ- λυριὰς, καὶ Ἰλλυρία, καὶ Ἰλλύριον· καὶ Ἰλλυ- D ρίζω, Ἰλλυρικῶς, Ἰλλυρικός.

Ἰλούρ-

ILIUM, urbs Troadis ab Ilo, quam Trojani *Actien* vocabant, cujus sunt duo colles in Propontide juxta Rhyndacum fluvium. Tertia, Macedoniæ, ab Heleno condita. Quarta Thessaliæ, quinta, Thraciæ juxta Bizyen. Gentile, Ilieus, & fœmineum, Ilias, & Ilius, & Ilia, & Iliacus, Ilium verò in neutro genere apud omnes reperitur, apud Hom. verò in fœm. Illud enim Ἴλιον αἰπὺ h. e. *Ilium altum*, nothum existimat Aristarchus.

ILISSUS, urbs Atticæ, ubi Musæ Ilissides coluntur, teste Apollodoro.

ILLYRIA, regio prope Pangæum ab Illyrio Cadmonis filio. Habitatores, Illyrii, & Illyris, & Illyrias, & Illyria, & Illyrium, & verbum Illyrizo, & adverb. Illyricè, & Illyricus.

ILUR-

60 Ἴλιον, πόλις Τρῳάδος.] Ilium, urbs Troadis, id est, Phrygiæ. Troas enim erat in Phrygia, celeberrima excidio suo; sita erat inter Idam montem, & oram maritimam, à qua distabat stadiis XXV. auctore Scylace in Τρῳάς. Ejus conditorem *Dardanum* vocat Virgilius Æneid. lib. 8. v. 134.

Dardanius Iliacæ primus pater urbis, & auctor.

At Georgic. lib. 3. v. 36. *Cynthium* appellat Troiæ auctorem:

——— *Et Troiæ Cynthius auctor.*

Ad quem locum Servius: *Vel Apollinem dicit propter muros: vel Cynthium regem Troiæ, quem in Troicis suis Nero commemorat.* Euseb Chronic. lib. 1. ab Ilo conditam, à Græcis eversam, ab Hectoris filiis instauratam fuisse refert; poëtæ ab Hercule eversam canunt, ad quod videtur alludere Horatius Ode nona. Fuit Ilium Heroicis casibus clarum adeò, ut ex tota antiquitate Ethnicorum nihil fuerit clarius. Romani ab Ilienses suam deducebant originem per Æneam, de quibus videsis Messalæ Corvini librum, qui urbem prius à Dardano *Dardaniam*, postea à Troo *Troiam*, deinde arcem in urbe ædificatam ab Ilo Troi filio *Ilium* dictam fuisse prodidit, quæ pro urbe ipsa indifferenter usurpatur. T. Claud. Cæsar Ilienses, quasi Romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit: recitata vetere epistola Græca Senatus, populique Romani Seleuco regi amicitiam, & societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes præstitisset. Sunt verba Suetonii Tranquilli in Tib. Claud. Cæs. ad quem Ilienses legatos misisse narrat idem autor in eodem Tiberio c. 52. *Quin & Ilienses legatis paulò serius consolantibus* [de morte filii] *quasi obliterata jam doloris memoria irridens: se quoque respondit, vicem eorum dolere, quod egregium civem Hectorem amisissent.* Tacitus etiam Annal. lib. 12. c. 58. auctor est, Neronem, ut eloquentiæ gloria niteseceret, causa Ilienses suscepta Romanum Troiæ demissum & Juliæ stirpis autorem Æneam, aliaque haud procul fabulis vetera, facundè exsecutum impetrasse, ut Ilienses omni publico munere solverentur. Justinus quoque lib. 31. c. 8. narrat gratulationem Ilienses, ac Romanorum, cum Romani, duce Scipione in Asiam transierunt: *Ilienses Æneam, cæterosque cum eo duces à se profectos, Romanis se ab his procreatos referentibus, tantaque lætitia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes & liberos solet, juvabat Ilienses, nepotes suos, occidente & Africa domita, Asiam ut avitum regnum vindicare, optabilem Troiæ ruinam fuisse dicentes, ut tam feliciter renascerentur, contrà Romanos, avitos Lares, & incunabula majorum, templaque, ac Deorum simulachra, inexplebile desiderium videndi tenebat.* Silla etiam & Divus Cæsar multa beneficia in Ilienses contulerunt, ut refert Strabo lib. 13. Non fuisse antiquam Ilium eodem loco sitam quo tunc erat ævo Strabonis, variis argumentis colligit ipse libro citato.

61 Ὃν οἱ Τρῶες Ἄκτιν κάλεον.] Legendum existimo ὧν οἱ Τρῶες Ἄκτης λόφον κάλεον, i. e. *Quam Troës* Ates collem *vocabant.* Hujus enim collis meminit Eust. ad Il. 19. v. 136. Διὸ καὶ Ἄκτης λόφος ἐκεῖ, ἔ ὁ Λυκόφρων μέμνηται. Τέτο δὲ, ἀσεβείας πεπλασμένῃ διὰ τὰς μεγάλας ἀτας, ἃς ἐκ Διὸς οἱ Τρῶες ἔπαθον. Ὧν ἕνεκα, καὶ Ἰλιὰς κακῶν πανταπασιν. i. e. *Quare & Ates collis illic* [in oppido Ilio] *cujus Lycophro meminit; hoc autem urbane fictum est propter magnas ates*, i. e. noxas, *quas à Jove Troes accepere, quarum causa &* Ilias malorum *juxta paræmiam dictum est.* Lycophro verò memorat hos colles v 29.

62 Οὐδετέρως δὲ πᾶσι τὸ Ἴλιον, &c.] Inquit nomen Ilii ab omnibus usurpari neutro genere; ab Homero verò fœminino; variis locis usurpat Homerus fœm. gene *Ilium*, ex quibus præcipuus est ex Il. 3. v. 305.

Ἦτοι ἐγὼν εἶμι προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν
Equidem ego vado ad Ilium ventosam.

Quod etiam poetæ Latini imitati sunt, Horat. Carm. lib. 4. Od. 9. v. 18.

——— *Non semel Ilios*
Vexata ———

Ovid. Epist. Penelop. ad Ulyssem.

Sed mihi, quid prodest vestris disjecta lacertis
Ilios? & murus, quod fuit ante, solum.

63 Τὸ γὰρ Ἴλιον ἄπυ, νοθοῦ Ἀρίσταρχος.] Ἴλιον αἰπύ, i. e. *Ilium excelsum.* Est hemistichium quod invenitur apud Homerum Il. 15. v. 71. quod dicebat Aristarchus esse spurium, & non Homericum. Nam juxta Aristarchi sententiam Homerus semper usurpavit *Ilium* fœm. genere.

64 Ἴλισσὸς, πόλις τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ πεμῶνται αἱ Μοῦσαι.] In his verbis pro πόλις, urbs, lege ποταμὸς, fluvius. Τὸ πόλις enim irrepsit propter incuriam, vel transcribentis, vel typographi; sequitur enim τὸ ἐν ᾧ, i. e. *in quo*; quod nullo modo potest prædicari de nomine πόλις, sed de nomine fluvii, à quo *Ilissides Musæ* dicebantur. Ilissus enim non fuit urbs, sed fluvius Atticæ, memoratur Apollonio Argonautic. lib. 1. v. 215. Pausaniæ lib. 1. cujus verba adduximus in Ἄγρα nota 98.

65 Ἰλλυρία, χώρα πλησίον Παγγαίου.] Illyria, regio prope Pangæum, quæ aliis dicitur *Illyris*, & *Ilyricum*, variè ejus termini ab autoribus describuntur, à recentioribus dividitur in Liburniam, quæ vulgo *Contado di Zara* vocatur, & in Dalmatiam; utraque à Romanis subjugata fuit, sub quorum imperio stetit, donec Gothi eam occuparunt; post hos Sclavonii à Mæoti palude profecti, qui regioni de suo nomine nomen imposuere; postea Hungari, ac novissime Turcæ, Hungaris oppressis interiora tenent, Venetis oram maritimam sibi vindicantibus, exceptis duabus civitatibus, Scardona, quæ Turcis paret, & Epidaurus, vulgò *Ragusi*, quæ sui juris est, sed stipendium pendit Turcis, de qua consulesis Ptolemæum, Strabonem, Plinium, Melam, Appianum, & Cluv. introduct. Geographiæ lib. 4. c. 5.

66 Ἰλύρ-

Ἰλουργεια[66], πόλις Ἰβηρίας· Πολύβιος ιβ. καὶ ἑνδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικόν. *

ILURGIA, urbs Iberiæ, Polybius lib. 11. Gentile.....

Ἴμβρασσος[67], ἡ Σάμος, ἀπὸ ποταμοῦ. Τὸ ἐθνικὸν Ἰμβράσιος, καὶ Ἰμβρασία.

IMBRASSUS, Samus, à fluvio. Gentile, Imbrasius, & Imbrasia.

Ἴμβρος[68], νῆσος ἱερὰ Καβείρων, καὶ Ἑρμοῦ, ἣν Ἴμβρον λέγουσι μάκαρες. [69] Ἔστι καὶ πόλις· οἱ οἰκοῦντες, Ἰμβριοι.

IMBRUS, insula sacra Cabiris, & Mercurio, quem *Imbrum* dicunt beati. Est & urbs. Incolæ, Imbrii.

Ἱμέρα[70], πόλις Σικελίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἔστι καὶ Λιβύῃ. Ὁ πολίτης, ἱμεραῖος. [71] Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἱμέρας, ὡς Νικάνωρ.

HIMERA, urbs Siciliæ, Hecatæ. Europa. Est & Libyæ. Civis, Himeræus. Est & fluvius, Himeras, ut Nicanor.

Ἴμυρα, πόλις Φοινίκης. Ὁ πολίτης, Ἰμυρώς.

IMYRA, urbs Phœniciæ. Civis, Imyreus.

Ἴμφης, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Περραιβοῖς. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Οἰκέουσιν Ἰμφέες Περραιβοί.

IMPHES, natio adhærens Perrhæbis. Hecatæ. Europa. Habitant Imphees Perrhæbi.

Ἰναχία[72], ἡ Πελοποννήσου,[73] καὶ μόνον τὸ Ἄργος· ἀπὸ Ἰνάχου ποταμοῦ. Τὸ ἐθνικόν,

INACHIA, Peloponnesus, non solum Argos, ab Inacho fluvio. Gentile, Inachius, & per

66 Ἰλάργεια, πόλις Ἰβηρίας.] Ilurgia, urbs Iberiæ memoratur ex Polybii lib. 11. qui non extat; nec urbs etiam extare creditur. Nam eam funditus evertit Scipio, ut apparet ex Appiano in Ibericis: Ὁ δὲ προπέμψας πινὰ πρὸ βαδίζειν ἐπὶ τὴν πολιορκίαν, ἐπῆλθε, καὶ παρόδοιν οὐδεμίαν ἐς Ἰλουργίαν πόλιν, ἣ Ῥωμαίων μὲν ἦν φίλη καὶ τὸ πρότερον Σκιπίωνα, ἀναιρεθέντα δὲ ἐκείνης, κρύφα μελέσθαι, καὶ στρατὸν ὑποδεξαμένην Ῥωμαίων, οἷς ἐπ φίλη, Καρχηδονίοις ἐκδεδώκει ἂν χάριν ὁ Σκιπίων, τὴν ὀργὴν πίεσαντι ὥρας ἐξέλιπε αὐτῷ. i. e. *Ille verò* [Scipio] *præmissis ad obsidionem, aliquot machinis, subsequebatur: sed in itinere Ilyrgim oppugnare statuit, quæ Romanorum erat socia tempore prioris Scipionis, quo perempto, clandestinò cum Carthaginensibus pactis initis, cum excepisset exercitum Romanorum, tamquam adhuc amica, Carthaginensibus prodidit, qua de causa Scipio irritatus quatuor horis eam subvertit.* Eadem fuit urbs, quamvis apud Stephanum Ἰλάργεια, apud Appianum Ἰλούργια scribatur. Lacunam illam in hujus sectionis calce hoc modo supplebis, τὸ ἐθνικὸν Ἰλαργειανός.

67 Ἰμβρασος, ἡ Σάμος ἀπὸ ποταμοῦ.] Imbrasus, Samus insula vocata est ab Imbraso fluvio, qui prius *Parthenius* fuit vocatus, à quo etiam Samus *Parthenia* appellata fuit, ut testatur Strabo lib. 10. Οὐδὲ καλεῖτο τῷ αὐτῷ ὀνόματι πρότερον, ἀλλὰ Μελάμφυλος, εἶτ' Ἀνθεμίς, εἶτα Παρθενία ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Παρθενίου, ὃς Ἴμβρασος μεταονομάσθη. i.e. *Neque sanè priùs* [Samus] *eodem nomine vocabatur, sed* Melamphylos, *deinde* Anthemis, *deinde* Parthenia *ab amne Parthenio, qui* Imbrasus *postmodo appellatus fuit.*

68 Ἴμβρος, νῆσος ἱερὰ Καβείρων.] Imbrus, insula Cabiris & Mercurio sacra, Thraciæ adjacens prope Lemnum, quam memorat Plinius lib. 4. c. 12. necnon Scylax in Thracia, qui in fine Peripli inquit, hanc insulam inter insulas maris interni decimum nonum magnitudine occupare locum.

69 Ἔστι καὶ πόλις· οἱ οἰκοῦντες, Ἴμβριοι.] Imbrus, insula habebat urbem cognominem, cujus incolæ *Imbrii* dicebantur; hinc adagium, *Imbrius*, & *Lemnius* de eis dici solitum, qui conscii judicium subterfugiebant, causantes se in Imbro, seu Lemno insulis abfuisse, quod refert Hesych. in Ἴμβρος.

70 Ἱμέρα, πόλις Σικελίας.] Himera, urbs Siciliæ, ex Hecatæi Europa celebratur, quæ nomen invenit à fluvio cognomine, autore nostro autore in Ἀναξαγόρᾳ. Strabo nos docet ejus conditores. Sic enim ille lib. 6. Τὴν Ἱμέραν μὲν οἱ ἐκ Μύλας ἔκλεον Ζαγκλαῖοι. i. e. *Himeram quidem, Zanclæi, qui Mylis habitabant, condiderunt.* Fuere verò Mylæ Siciliæ etiam urbs, ut inquit epitomator noster in Μυλαί. Illius eversorem fuisse Annibalem prodidit Diodorus Siculus lib. 13. Ὁ δὲ Ἀννίβας τὰ μὲν ἱερὰ συλήσας, καὶ τοὺς καταφυγόντας ἱκέτας ἀποσφάσας ἐνέπρησε, καὶ τὴν πόλιν εἰς ἔδαφος κατέσκαψεν, οἰκιοθεῖσαν ἔτη ΔΔΔΗΗΗΙΙΙΙ πεντακόσια. i. e. *Annibal templa Deûm exspoliat, & abstractis inde supplicibus, qui eo confugerant, incendit, & urbem solo æquavit,* CCXL *annos postquam condita fuerat.* Ejus cives, quibus belli calamitas pepercerat, sese Thermis collocarunt in ejusdem agri finibus, non longè ab antiquo oppido, ut tradit disertissimus Romuli nepotum in Verrem Orat. 11. *Himerâ deletâ, quos civeis belli calamitas reliquos fecerat, ii sese Thermis collocârant, in ejusdem agri finibus, neque longe ab oppido antiquo.* Patriam fuisse Stesichori poëtæ ajunt. In ea enim fuit ejus statua autore Cicerone. Sed si Himera Stesichori patria fuisset, non reticeret Cicero, qui de hac statua sic loquitur Oratione citata: *Erat etiam Stesichori poëtæ statua senilis incurva, cum libro, summo, ut putant, artificio facta: qui fuit Himeræ, sed & est & fuit totâ Græciâ summo propter ingenium honore & nomine.*

71 Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἱμέρας.] Est etiam fluvius, Himeras, scilicet Siciliæ. Duos hujus nominis fluvios memorat Ptolemæus in Sicilia lib. 3. c. 4. alterum in latere insulæ occidentali, alterum in Meridionali. Alii credunt, unum eundemque fuisse fluvium in duas partes divisum; è quibus unus est Vitruvius, cujus ex lib. 8. c. 3. quæ sequuntur, sunt verba: *In Sicilia flumen est Himera, quod, à fonte quum est progressum, dividitur in duas partes; quæ pars profluit contra Ætnam, quòd per terræ dulcem succum percurrit, est infinitâ dulcedine; altera pars, quæ per eam terram currit, unde sal foditur, salsum habet saporem.* Non bene ejus amaritudinis & dulcedinis causam cœlestibus plagis tribuit Solinus c. 11. *Himeram cœlestes mutant plagæ; amarus est dum in Aquilonem fluit; dulcis, ubi ad meridiem flectitur.* Sæpe homines cum rerum naturalium ignoramus causam, ad sympathiam vel antipathiam quandam occultam, vel ad cœlum & astra tamquam ignorantiæ nostræ asylum recurrimus.

72 Ἰναχία, ἡ Πελοποννήσου.] Peloponnesum dictam fuisse inquit *Inachiam* ab Inacho fluvio, quem Ptolemæus, Strabo, Pausanias & alii memorant, hunc verò ab Inacho Argivorum primo rege nomen habere dicunt, à quo Græci *Inachidæ* dicuntur Statio lib. 3. cujus filia Io, ideo *Inachia* quoque dicitur, quam vitiasse Iovem fabulabantur, ac Junonis metu in vaccam mutatam, œstro percitam ab Junone fuisse, sub qua fabula involvunt poëtæ zelotypiam.

73 Οὗ

κὸν, Ἰνάχιος· καὶ διὰ διφθόγγου, [74] ὡς Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ·

Πῶς δ' ἐκλύω τὸ εἰσοδινήτου κόρης
Τῆς Ἰναχείης, ἣ Διὸς θάλπει κέαρ.

Καὶ ἐδέτερον·

Οἵ τ' Ἰνάχιον σπέρμα τοὺς ἐμοὺς λόγους.

Καὶ διὰ τοῦ ι, Ἰνάχιον· καὶ Ἰναχίτης, καὶ Ἰναχεύς.

ΙΝΔΑΡΑ, Σικανῶν πόλις· Θεόπομπος. Τὸ ἐθνικὸν Ἰνδαραῖος, ὡς Ἱμεραῖος.

ΙΝΔΙΚΗ [75], πόλις Ἰβηρίας, πλησίον Πυρλώης. Τινὲς δὲ Βλαβέρεραν αὐτὴν φασι. [76] Τὸ ἐθνικὸν, Ἰνδικῖται.

ΙΝΔΟΣ [77], ποταμὸς· ἀφ' οὗ Ἰνδοί· ἀφ' οὗ Ἰνδικός, καὶ Ἰνδικοί. Καὶ Ἰνδικὸν οἶδμα θαλάσσης. Λέγεται καὶ Ἰνδῶος.

ΙΝΥΣΣΟΣ [78], πόλις Αἰγύπτου, πρόσεχὴς τῷ Κασίῳ ὄρει· Ἡρόδοτος.

ΙΝΣΟΒΑΡΕΣ [79], ἔθνος Κελτικὸν πρὸς τῷ Πάδῳ, οὓς καὶ Ἰνσούβρας φασίν.

A & per diphthongum, ut Æschylus in Prometheo ligato.

Quomodo non celebrem æstro-agitatam puellam Inachiam, quæ Jovis fovet cor.

Invenitur etiam neutrum.

B *Quique Inachium semen sermones meos.*

Et per *i.* Inachium, & Inachites, & Inachieus.

INDARA, Sicanorum urbs, Theopompus. Gentile, Indaræus, ut Himeræus.

C INDICE, urbs Iberiæ, juxta Pyrenen. Aliqui *Blaberuram* eam vocant. Gentile, Indicitæ.

INDUS, fluvius, à quo Indi, à quo, D Indicus, & Indici, & *Indicus maris tumor.* Dicitur etiam Indous.

INYSSUS, urbs Ægypti, vicina Casio monti, Herodotus.

INSOBARES, natio Celtica ad Pa- E dum, quos & *Insobres* dicunt.

ΙΝ-

IN-

73 Οὐ μόνον τὸ Ἄργος.] Peloponnesus non solum *Argos* dicta fuit, sed etiam *Inachia*, ut nota præcedenti dictum est, habuit enim diversa nomina, sub Ap. Phoronei filio, *Apia*; sub Pelasgo, *Pelasgia*; sub Argo, *Argos*; sub Pelopidis, *Peloponnesus*, auctore nostro auctore in Πελοπόννησος. Erat autem Peloponnesus Græciæ peninsula, quæ nunc vulgò *Morea* dicitur, cujus munitissimæ arces fuere *Ithome*, & *Acrocorinthus*, hæc Corinthi, illa Messeniorum urbs erat. Quare lepide Demetrius Phalareus apud Strabonem lib. 8. suadet Demetrio Philippi filio, ut si bovem habere desiderat, utrumque cornu apprehenderet, bovem, Peloponnesum, cornua vocans *Ithomen* & *Acrocorinthum*, de quibus suo loco agimus.

74 Ὡς Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ.] Duos illos versus, quos ex Æschylo in Prometheo ligato affert, sic apud ipsum leguntur:

Πῶς δ' ἐκλύω τὸ εἰσοδινήτου κόρης
Τῆς Ἰναχείης, ἣ Διὸς θάλπει κέαρ
Ἔρωτι.

Quomodo verò non celebrem æstro agitatam puellam Inachiam, quæ Jovis fovet cor Amore.

75 Ἰνδικὴ, πόλις Ἰβηρίας, πλησίον Πυρλώης.] Indice, urbs Iberiæ, id est Hispaniæ prope Pyrenen, id est montes Pyrenæos; existimo eamdem esse, quæ *Deciana* dicitur Ptolemæo lib. 2. c. 6. quam inter urbes Endigetarum, memorat, ab aliquibus *Blaberuram* dictam fuisse inquit auctor noster, sed sine auctore.

76 Τὸ ἐθνικὸν, Ἰνδικῖται.] Lege Ἰνδικήτης, ex Strabonis lib. 3. qui eos sic vocat, ac quadrifariè divisos fuisse inquit; *Endigetæ* dicuntur Ptolemæo libro capiteque citatis, qui eos Hispaniæ citerioris populos fuisse inquit, ac prope Sambrocæ fluvii ostia locat, quorum celebrior urbs Emporiæ, & Aphrodisium, mediterraneæ verò urbes, Deciana, & Iangaria. Plinio lib. 3. c. 3. dicuntur *Indigetes*, eosdem existimo fuisse, obiter monendum Indigetes apud Romanos fuisse Deos tutelares ex hominibus factos, qui propter aliquod beneficium in Deorum numerum relati fuerunt, unde eruditissimus poëtarum Georgic. lib. 1. canit:

Dii patrii Indigetes, & Romule, Vestaque mater.

77 Ἰνδὸς, ποταμὸς· ἀφ' οὗ Ἰνδοί.] Indus, fluvius, à quo Indi & India nomen habent, Orientis secundum Gangem maximus, ex Paropamisso Caucasi seu Tauri parte excelsa oriens, longoque decursu adversus solis ortum effusus, ejus quasi quodam comitatu in occasum versus duobus ostiis, ut Arrhianus de Expeditione Alex. lib. 5. vel septem, ut Ptolemæus lib. 7. c. 1. Oceano infunditur, Arrhiano in Periplo maris Erythræi *Sinthus* dicitur, cui septem quoque ostia tribuit, quæ exilia & lacunosa esse inquit, nec navigabilia præter medium; nunc *Hynd* vocari, à quo omni ferme terræ tractui ad orientem nomen inditum esse inquit Niger Geograph. Comment. 10. Esther c. 1. v. 1. India dicitur, הדו *Hodu*, à quo non multum abludunt Hynd, Indi, & India. Obiter notandum vulgo novum Orbem *Indias* vocari, cujus causam puto esse, quod vulgus remotissimas & ditissimas regiones *Indias* semper vocavit. Ac etiam notatu dignum est nostri orbis maximos fluvios, scilicet, Indiarum orientalium Indum & Gangem, Africæ Nilum, Europæ Danubium, omnes junctos non æquare alterum ex duobus novi orbis celeberrimis fluviis.

78 Ἰνυσσὸς, πόλις Αἰγύπτου.] Inyssus, urbs Ægypti, prope Casium montem ex Herodoto, apud quem *Ienysus Syriorum* scilicet *Palæstinorum* dicitur. Ejus ex lib. 3. c. 5. sunt verba: Ἀπὸ ταύτης τὰ ἐμπόρια τὰ ἐπὶ θαλάσσης μέχρι Ἰηνύσου πόλιος ἐστὶ τῶν Ἀραβίων. Ἀπὸ δὲ Ἰηνύσου, αὕτη Συρίων μέχρι Σεβωνιδος λίμνης, παρ' ἣν δὴ τὸ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν. i. e. *Ab hac urbe* [Cadyti] *emporia secundum mare usque ad Ienysum urbem sunt Arabicæ ditionis; ab Ienyso rursus Syriorum usque ad Serbonidem lacum, juxta quem Casius mons pertingit ad mare.* Ego existimo ex Herodoto corrigendum esse nostrum auctorem. Ter enim Herodotus libro citato memorat hanc urbem, ac semper Ἰήνυσον vocat, quare apud Stephanum pro Ἰνυσσὸς lege Ἰήνυσον.

79 Ἰνσούβαρες, ἔθνος Κελτικὸν πρὸς τῷ Πάδῳ.] Insoberes, & Insobres, gentem Celticam, id est, Gallicam ad Padum fluvium celebrat, atque in proxima dictione *Insobros*, gentem Italicam; ego verò & hos & illos eamdem gentem fuisse existimo, qui Straboni lib. 5. *Insubri*, Polybio lib. 16. *Insobri*, Plinio lib. 3. c. 17. *Insubres* dicuntur; quamobrem noster autor eos dicat esse gentem Celticam & Italicam reperio apud Livium, qui de hac gente Gallica sic loquitur lib. 5. c. 34. *Id Galli fortunæ suæ omen rati adjuvere, ut quem primum in terram egressi occupaverant locum, patentibus silvis communirent, ipsi per Taurinos saltusque Juliæ Alpis transcenderunt: fusisque acie Tuscis, haud procul Ticino flumine, cum, in quo consederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognomine Insubribus pago Heduorum, ibi omen sequentes loci, condidere urbem*, Mediolanum *appellarunt.* Ticinus fluvius est, à quo Ticinum urbs nomen habuit, quæ nunc *Pavia* vulgò dicitur, celeberrima victoria Hispanorum adversus Gallos. Ad illam enim Hispani Franciscum I. Galliarum regem, victum, captumque in Hispaniam abduxerunt. De Insubribus verò adisis Cluv. Ital. Antiquæ lib. 1. c. 24.

80 Ἰν-

Ἴ Ν Σ Ο Β Ρ Ο Ι [80], ἔθνος Ἰταλικόν. Πολύβιος ιϛ.

INSOBRI, populi Italici, Polyb. lib. 16.

Ἴ Ν Υ Κ Τ Ο Ν [81], πόλις Σικελίας. [82] Ἡρόδοτος ὴ Ἰνυκτος αὐτὴν φησιν, ἀπὸ δὲ Ἴνυξ. Ἔοικε δὲ ἐσφάλθαι [83] ἀφ' ἧς Ἰνυκτῖνος οἶνος. Ἴδιος γὰρ ὁ τύπος τῶν Σικελῶν. Ἰνυκτῖνος δὲν δεῖ.

INYCTUM, urbs Siciliæ. Herodotus verò *Inyctos* eam vocat ab Inyx. Videtur verò esse error, à quo *Inyctinum vinum*. Hæc enim forma propria est Siculorum. Inyctinus igitur debebat scribi *Gentile*.

Ἰ Ξ Ι Α Ι [84], πληθυντικῶς, χωρίον τῆς Ῥόδου, ἀπὸ Ἴξιος λιμένος. Καὶ Ἴξιος Ἀπόλλων, ὡς Ἀρτεμίδωρος δεκάτῳ γεωγραφουμένων.

IXIÆ, plurali numero, regio Rhodi, ab Ixo portu. Est & Ixius Apollo, ut Artemidorus lib. 10. Geographiæ.

Ἰ Ξ Ι Α Σ, πόλις Οἰνωτρῶν, ἐν μεσογείᾳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· ἐν ᾗ Ἰξιὰς πόλις, ἐν ᾗ Μενεκίνη πόλις.

IXIAS, urbs Oenotrorum in mediterranea regione. Hecatæ. Europa; *Hinc verò Ixias urbs, hinc autem Menecine urbs.*

Ἰ Ξ Ι Β Α Τ Α Ι [85], ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ, προσεχὲς τῇ Ἰνδικῇ· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

IXIBATÆ, gens ad Pontum vicina Indicæ, Hecatæ. Asia.

Ἰ Ο Π Η [86], πόλις Φοινίκης, πλησίον Ἰαμνίας, ὡς Φίλων. Ὡς δὲ Διονύσιος, Παλαιστίνης. Φοινίκη γὰρ καὶ ἡ Παλαιστίνη. [87] Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἰόπης τῆς Αἰόλου θυγατρὸς, τῆς γυναικὸς Κηφέως, ἧς κλίσαντος, καὶ βασιλεύσαντος,

IOPE, urbs Phœniciæ, prope Iamniam, ut Philo. Ut verò Dionysius, Palæstinæ. Phœnicia enim etiam Palæstina. Sic verò vocata fuit ab Iope Æoli filia, Cephei uxore, qui condidit, & rex confirmatus fuit, cujus uxor est

80 Ἴνσοβροι, ἔθνος Ἰταλικόν.] Insobri, gens Italica ex Polybii lib. 16. qui non extat, memorantur, de quibus vide, quæ nota præcedenti annotavimus.

81 Ἴνυκτον, πόλις Σικελίας.] Inyctum, urbs Siciliæ, quam Pausanias lib. 7. vocat Ἴνυκον, ad quam ex Creta fugisse tradit Dædalum: Ἐκδιδράσκει τε ἐκ Κρήτης, καὶ ἐς Ἴνυκον Σικελῶν πόλιν ἀφικνεῖται ᾧ δὴ Κώκαλοι, καὶ πολέμου παρίσχε τοῖς Σικελοῖς Αἰτίαν ὡς τὸν Κρῆτας, ὅτι ἐξαιτοῦσι Μίνω μὴ παραδοῦναι αὐτὸν ὁ Κώκαλος. i.e. *Fugitque* [Dædalus] *ex Creta & in Siculorum urbem Inycum pervenit ad Cocalum, & belli causam præbuit Siculis contra Cretenses, quoniam repetente eum Minoe Cocalus non traderet.* Noster etiam in Κάμικος ex Charace vocat Ἴνυκον. Hujus urbis nedum vestigia extant.

82 Ἡρόδοτος ὴ Ἰνυκτος αὐτὴν φησιν, ἀπὸ δὲ Ἴνυξ.] In his verbis pro Ἴνυκτος lege, Ἴνυκον. Sic enim reperitur apud Herodotum lib. 6. c. 23. Σκύθων μὲν τὸν μέναρχον τὸν Ζαγκλαίων, ὡς ἀπεσφάλη τὴν πόλιν, ὁ Ἱπποκράτης πέδησας, καὶ τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Πυθογένεα, ἐς Ἴνυκον πόλιν ἀπέπεμψε. i. e. *Scythen quidem Zanclæorum monarchum, tamquam urbis desertorem & fratrem ejus Pythogenem vinculis ligatos in urbem Inycum relegavit.* Ac deinde eodem libro c. 24. tamquam ex nominativo Ἴνυξ inquit: Σκύθης ὴ ὁ τῶν Ζαγκλαίων μέναρχος, ἐκ τοῦ Ἴνυκος ἐκδιδράσκει ἐς Ἱμέρην. i. e. *Scythes verò Zanclæorum monarchus ex Inyce fugit Himeram.*

83 Ἀφ' ἧς Ἰνυκτῖνος οἶνος.] Quia vinum Inyctinum dicitur, ideò innuit gentile esse Ἰνυκτῖνος. Si urbis nomen est Ἴνυκτος, ab hoc bene deducitur Inyctinus, sed si est Ἴνυκος, deducendum est gentile Ἰνυκῖνος, apud Hesych. celebratur vinum Inycinum ex hac urbe. Ἰνυκῖνος [Lege Ἰνυκτῖνος] οἶνος, ἀπὸ Ἴνυκτος τῆς Σικελίας, ἐστὶ δὲ πολίχνιον ἄοινον. i.e. *Inycinum vinum, ab Inyco Siciliæ, est verò oppidulum boni-vini ferax.*

84 Ἴξια, πληθυντικῶς, χωρίον τῆς Ῥόδου.] Ixiæ regio, seu oppidum Rhodi, plurativo numero memoratur ex Artemidoro, cujus sed singulari numero meminit Strabo lib. 14. Μετὰ δὲ Λίνδον Ἴξια χωρίον καὶ Μνασύρειον. i.e. *Post Lindum verò Ixia regio, & Mnasyrium.*

85 Ἰξιβάται, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ, προσεχὲς τῇ Ἰνδικῇ.] Videsis quæ in Γοργίππια annotavimus.

86 Ἴοπη, πόλις Φοινίκης, πλησίον Ἰαμνίας.] Iope, urbs Phœniciæ prope Iamniam ex Philone, vel Palæstinæ ex Dionysio; auctores enim veteres frequenter Phœniciam, Palæstinam; & Judæam confundunt ut pote inter se finitimas; erat verò Iope una ex decem Judææ toparchiis, teste Plinio lib. 5. c. 14. terrarum inundatione antiquior, ut testatur Plinius libro, capiteque citatis, Mela lib. 1. c. 11. Solinus c. 47. ubi servatæ à Perseo Andromedæ clarum vestigium. Nam ibi belluæ marinæ ossa immania ostentabantur, ut referunt auctores citati, quæ M. Scaurus advexit Romam, ut refert Solinus capite citato, cujus subjiciam verba: *Deinde Ioppe oppidum antiquissimum orbe toto, ut pote ante inundationem terrarum conditum, id oppidum saxum ostentat, quod vinculum Andromedæ vestigia adhuc retinet, quam expositam belluæ non irritus rumor circumtulit, quippe ossa monstri illius M. Scaurus inter alia miracula ædilitate sua Romæ publicavit, annalibus nota res est, mensuræ quoque veracibus libris continentur, scilicet, quod costarum longitudo excesserit pedes XL. excelsitas elephantis fuerit Indicis eminentior, porrò verticuli spinæ ipsius latitudinem semipedum sunt supergressi.* Sed non ideo veritas fabulæ Andromedæ statuminari potest, quod M. Scaurus belluæ marinæ immania ossa Romam advexit. Andromedæ enim & Europæ fabula ex navibus, quæ Ceti, & tauri parasema habebant, conficta sunt; etsi Josephus de Bello Judaïco lib. 3. c. 15. dicat adhuc sua ætate illic extare Andromedæ catenarum signa, quæ antiquitatem fabulæ confirmabant. Illa enim omnia ex vulgi credulitate fuere ficta. Erat Iope portus maris mediterranei, ad quem olim ligna ex Libano ad templi Salomonici structuram ratibus regis Hirami jussu deportabantur, ut inde Hierosolymam asportarentur, ut apparet ex Paralipom. 2. c. 2. v. 16. In hac quoque urbe Jonas propheta navem conscendit, ut in *Tarsis* fugeret, ut ipse narrat c. 1. v. 3. A Cestio Romanorum duce primum eversam, deinde à Judæis instauratam, Vespasianus iterum funditùs delevit, teste Josepho libro capiteque citato. Ejus etiam fit mentio Maccabæorum lib. 2. c. 12. de qua videsis Egesippum lib. 3. de Bello Judaïco, Strabonem lib. 16. Plinium lib. 5. c. 14. ejus hodie nil extat, nisi turris & diversorium excipiendis peregrinis qui ex Europa Hierosolymam tendunt, vulgo *Iaffo* & *Zaffo* nominatur.

87 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἰόπης τῆς Αἰόλου θυγατρός.] Iopen urbem vocatam fuisse ab Iope Æoli filia inquit, sunt meræ nugæ. Iope enim est nomen parum deflexum ab Hebræo יפו *Iapho*, sic enim Hebraïce vocatur.

τ῏ο, ᾧ καλαστερμοθέλ῏ο,[88] ἅ ἐστι γυνὴ Κασ- A
σιέπεια. Οἱ Ἕλλ῏ες κακῶς φασιν· [89] Ἀ᾽φ᾽
ἧ Κηφῆνες οἱ Αἰθίοπες. Ἔστι καὶ Θεσσαλίας
ἄλλη. Τὸ ἐθνικὸν τῆ῏ ωο῏λέρας, Ἰοπήτης. Λέγεται
καὶ Ἰοπωία, Διὰ τῆ῏ ι· καὶ ἴσως ὀκ ἦ῏ Αἰθιοπία.
Ἐκ ᾗ῏ ἦ῏ Ἰόπεια Διὰ διφθόγγ῏ ωαρὰ Χάραξι. B

Ἰ᾽ΟΝΙΟΝ[90], πέλαγ῏ο, τὸ ωρὸς τῇ῏ Ἰ᾽ταλίαν· Αἰσχύλ῏ο Προμηθεῖ δεσμώτῃ. Οἱ ᾗ῏ ἀπὸ Ἰονίᾳ Ἰλλυρίᾳ, ἢ ἀπὸ Ἴον῏ Ἰταλᾶ. Ἐκαλεῖτο ᾗ῏ καὶ Ἀδρίας ὁ Ἰόνι῏ κόλπ῏, τὸ ἀπὸ Γάζης C μέχρις Αἰγύπτ῏. Ἰώνη γὰρ καὶ ἡ Γάζα ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἰ῏ός, βοῦν ἔχουσα ωλησίον ἐν τῇ εἰκόνι.

Ἴ᾽ΟΣ[91], νῆσ῏ο τῆ῏ Κυκλάδων, ἀπὸ Ἰ᾽ώνων οἰκησάντ῏ων· [92] Ὅθεν λέγ῏ο Ὁμήρ῏ μήτηρ, ὡς ὁ χρησμός.

Ὄλβε, καὶ δύζδαιμον, ἔφυς γὰρ ἐπ᾽ ἀμφοτέροισι,
Πατρίδα δίζηαι, μῆτρις δέ τοι, οὐ πατρὶς ἔστιν.
Ἔστιν Ἴ῏ο νῆσ῏ο μητρὸς πατρὶς, ἥ σε E
θανόντα
Δέξεται, ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.

[93] Ἐκαλεῖτο ᾗ῏ καὶ Φοινίκη ἡ Ἴ῏ο. Ἔστι καὶ Λυδίας. Ὁ῏ πολίτης, Ἰήτης, καὶ Ἰέτης. F

Ἰ᾽ΟΥΔΑΪΑ[94], Ἀλέξανδρ῏ο ὁ πολυΐστωρ, ἀπὸ τῆ῏ παίδων Σεμιράμιδ῏ος, Ἰ᾽ούδα καὶ Ἰ᾽δουμαία· ὡς ᾗ῏ Κλαύδι῏ Ἰ᾽όλα῏, ἀπὸ Ἰ᾽δαίας ωατρίδ῏ος, ὀκ Θήβης μᾶ῏ Διονύσ῏ ἐστρατευκότ῏ος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰ᾽δαῖ῏ος. Τινὲς G ᾗ῏ Ἰ᾽δαίας φασίν.

est Cassiepea. Græci perperam dicunt, à quo *Cephenes*, dicuntur Æthiopes. Est & alia Thessaliæ. Gentile prioris, Iopetes. Dicitur etiam Ioppia, per *i*; & fortasse ex [forma,] *Æthiopia*, à Iopeia verò per diphthongum, Iopeites, & Iopeus. Est & Iopis fœmin. apud Characem.

IONIUM, pelagus circa Italiam. Æschylus in Prometheo ligato, ab Ionio Illyrio, vel ab Ione Italo. Vocabatur verò & Adrias, Ionius Sinus, à Gaza usque ad Ægyptum. Ione enim etiam *Gaza* vocabatur ab Ius, bovem habens prope in imagine.

IUS, insula Cycladum ab Ionibus, qui eam habitavere, unde erat Homeri mater, teste oraculo:

Felix, & infelix genitus enim es in utrisque,
Patriam quæris, matria verò tibi, non patria est.
Est Ios insula matris patria, quæ te morientem
Excipiet, at juvenum ænigma caveto.

Vocabatur verò & *Phœnice* Ios. Est etiam Lydiæ. Civis, Ietes, & Ietes, per eta, & per epsilon.

JUDÆA, Alexander Polyhistor, ab Semiramidis liberis, Juda, & Idumæa. Ut verò Claudius Iolaus ab Judæo spartone, qui ex Thebe una cum Dionyso in militiam abiit. Gentile, Judæus. Aliqui verò *Judæas* dicunt.

Ἰ᾽ΟΥΕΡ-

IUER-

88 Οὗ ἐστι γυνὴ Καασιέπεια, οἱ Ἕλλ῏ες κακῶς φασιν.] Frequentius Cassiepea dicitur Cassiope, seu Cassiopea, quæ fuit uxor Cephei, & hujus filia Andromeda quæ cum patre & matre in cœlum translata est, fabula est notissima, ac cùm autor noster uxorem Iopem tribuat Cepheo, inquit male Græcos dicere Cassiopeam esse ejus uxorem, sic autoris nostri mentem accipio, & ejus verba interpungo.

89 Ἀφ᾽ ἧ Κηφῆνες οἱ Αἰθίοπες.] Cephenes à Cepheo Æthiopes vocati fuere, unde nonnulli Andromedæ fabulam ad Æthiopiam revocabant, ac illic Cepheum regnasse dicebant, ut apparet ex Strabonis lib. 1. ad cujus verba videtur alludere Stephanus. Ea verò sunt: Εἰσὶ δ᾽ οἳ τὸν Αἰθιοπίαν εἰς τὸν καθ᾽ ἡμᾶς Φοινίκην μεθήγεσι, καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἐν Ἰόππῃ συμβῆναί φασιν. i. e. *Sunt verò, qui Æthiopiam in nostram Phœnicen transferunt, & quæ de Andromeda in urbe Ioppe accidisse ajunt.*

90 Ἰόνιον, πέλαγ῏ο, τὸ ωρὸς τῇ῏ Ἰ᾽ταλίαν.] Ionium, pelagus circa Italiam. Quod Græci dividebant in Siculum, & Creticum ab insulis ejusdem nominis, teste Plinio lib. 4. c. 11. ut plerumque mare ab oris, quas alluit nomina sumit. Sic Hispanicum, Gallicum, Ligusticum, Tyrrhenum, Adriaticum, Siculum, &c.

91 Ἴ῏ος, νῆσ῏ο τῆ῏ Κυκλάδων.] Ios, insula una Cycladum, quam memorat Scylax in Κύκλαδες Homeri sepulchro illustrem, quod etiam testatur Strabo lib. 10. Διέχει ᾗ τῆ῏ Κρήτης εἰς ἑπτακοσίους σταδίους· ωλησίον δ᾽ αὐτῆς ἥτε Ἀνάφη, καὶ Θηρασία, τὴν δ᾽ Ἴσον ἐκφῦσαν ἀπέχει νησίδιον Ἴος, ὃν ᾧ κεκηδεῦσθαί φασί τινες τῆ῏ ποιητῆ῏ Ὁμήρ῏ου. i. e. *Distat verò à Creta ad* 1000 *stadia, prope ipsam verò est Anaphe & Therasia, ab utraque æquali intervallo distat Ios, parva-insula, ubi quidam funeratum ajunt poetam Homerum.* Habebat Ios urbem cognominem, quæ unà cum aliis sex urbibus contendebat Homerum fuisse suum civem, ut apparet ex illo celebri disticho, quod affert Gellius Noct. Attic. lib. 3. c. 11.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου
Σμύρνα, Ῥόδ῏ος, Κολοφών, Σαλαμὶς, Ἴ῏ος, Ἄργ῏ος, Ἀθῆναι.
Septem urbes contendunt de radice Homeri
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ

92 Ὅθεν λέγ῏ο Ὁμήρ῏ μήτηρ.] Ex insula Io fuisse matrem Homeri inquit juxta Oraculi sententiam cujus carmina affert, in quibus pro Ὄλβε lege Ὄλβιε ex Pausania, apud quem lib. 10. illa inveniuntur carmina.

93 Ἐκαλεῖτο ᾗ῏ καὶ Φοινίκη ἡ Ἴ῏ο.] Insula Ios vocata etiam fuit *Phœnice*, ut inquit autor noster, quod Plin. quoque lib. 4. c. 12. testatur hisce verbis: *Ios à Naxo* XXIIII. *mill. pass. Homeri sepulchro veneranda, longitudinis* XXV. *mill. antea* Phœnice *appellata.*

94 Ἰ᾽δαία.] Judæa, fuit regio Asiæ majoris notissima prius ארץ כנען *erets Cenaan*, i. e. *terra Cenaan*, deinde Palæstina, parum deflexo nomine à nomine פלשתים *Pelisthim*, ac sic communi vocabulo vocabatur ab Ethnicis scriptoribus. Judææ enim cognomentum unde ceperit ignorabant, ut testatur Dio Cass. hist. lib. 36. Syriæ *Palæstina* dicitur Ptolemæo lib. 4. c. 16. Judæa verò vocat fuit à Juda Jacobi filio, incolæ *Judæi* dicti fuerunt, cum prius *Hebræi* dicerentur, quorum res adeo olim Ethnici scriptoribus ignotæ fuere, ac nunc omnibus sunt notæ quo

Ἰ'ΟΥΕΡΝΙ'Α[95], ἡ Πρεττανικὴ, τ' δύο ἐλάσσων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰ'ερνιάτης.

Ἰ'ΟΥΕ'ΡΝΗ[96], πόλις ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Πρεττανικῷ.

Ἰ'ΟΥΕΡΝΙ'Α[97], νῆσος. Ἐ'θνικὸν, Ἰ'έρνοι.

IUERNIA, Pretanica, duarum minor. Gentile, Iuerniates.

IUERNE, urbs juxta fluvium Pretanicum.

IUERNIA, insula. Gentile, Iuerni.

Ἰ'ΟΥ-

IU-

quod fuit in causa, ut meras nugas & affanias de eis referrent, ideo Alex. Polyistor, ut inquit autor noster, Judææ nomen à Juda & Idumæa Semiramidis liberis deducebat, idem, ut ait Suidas in Ἀλέξανδρος scripsit Hebræam fœminam nomine *Moso* fuisse, quæ Hebræis leges dedit. Claudius Iolaus, ut affirmat noster, à Judæo Spartone eorum nomen trahebat, qui ex Thebis Ægyptiacis unà cum Dionyso in militiam profectus est. Alii dixerunt à Gymnosophistis originem trahere, autore Laërtio in prologo historiæ philosophicæ; alii ab Ægyptiis prognatos esse, ac *Mosem*, unum ex Ægyptiis sacerdotibus fuisse asserebant, teste Strabone lib. 16. alii ab Ida Cretæ monte aucto in barbarum cognomento *Judæos* vocatos; alii à Solymis, gente Homeri carminibus celebrata conditæ urbi Hierosolymam nomen è suo fecisse; alii ab expulsis ex Ægypto alienigenis, quorum pars ducibus Danao & Cadmo in Græciam, pars autem maxima in Judæam duce Mose pervenerit, originem ducere affirmabant, quorum testes sunt C. Tac. historiarum lib. 5. D. Siculus in Ecloga ex lib. 40. unde proculdubio Arius Lacedæmoniorum rex apud Josephum Antiquit. lib. 12. c. 5. Macchab. lib. 1. c. 12. ubi perperam vocatur *Darius*, mittit legatum ad Oniam Judæorum pontificem cum epistola de amicitia ineunda, in qua inquit Judæos & Lacedæmonios esse ex eodem genere, quam amicitiam postea Ionathas pontifex renovat, autore eodem autore Antiquit. lib. 13. c. 9. Non ignorabant Ethnici quamvis in Hebræorum rebus hospites, eos contemnere Deos gentium, nec eorum ullum colere, sed unum quemdam summo studio ac mente sola venerari, cum profanos putarent eos, qui Deûm imagines mortalibus materiis in species hominum effingerent, summum illud & æternum nec mutabile, nec interiturum; ideo nulla simulachra urbibus suis nedum templo esse. Hinc plurimas calumnias adversus eos confinxerunt, *asinum colere*, quod eis fontem aquarum in deserto monstraverat, *suem venerari*, tamquam sationis & arationis magistram, teste Plutarcho Sympos. lib. 4. c. 5. *Sabathum* in honorem Saturni *sacrum habere*; ac quia vitis aurea, ex qua racemi quoque aurei dependebant, arte & materia miraculum adspicientibus, in templo reperta fuit, Liberum patrem Orientis domitorem colere arbitrabantur; eorum religionem barbaram *superstitionem* vocabant, gentem Superstitioni obnoxiam, religionibus adversam, contumeliâ numinum insignem, ac propter circumcisionem in opprobrium, *apellas*, *curtos*, *recutitos*, *verpos* appellabant, unde Martialis locus, Epigram. lib. 7. Epigram. 81.

Dum luăit media, populo spectante, palæstra
Delapsa est misero fibula, verpus erat.

Vide quam futiles commentitiasque sententias Ethnici protulerint de Hebræorum origine & religione (alias fœtidas prudens omitto; nemini mortalium aversa saltem pars bene, aliquibus os male olet; non Natura, nec Religio, sed paupertas & superstitio reddunt homines imbelles, infelices, ridiculos, squallentes & fœtentes) cui Christiani tantum pretii addiderunt, quantum illi adimere conati sunt. Quin etiam inter Ethnicos ἐθνικώτατος ille Imp. Julianus ὁ ἀποστάτης, cum Ethnicorum religionem restituere conaretur apud Cyrillum Alexandrinum unà cum Regio Psalmista plenis buccis clamat: *Notus in Judæa Deus*. Eorum verò origo clarior est, quam ut indicari egeat: gens ipsa diutina calamitate satis nota, odio & ignominiæ obnoxia; eis enim vitio datur, quod aliis laudi foret. In duodecim tribus divisa erat, quibus nomen à nomine filiorum Jacobi & Josephi; quarum tres trans Iordanem sedes habuerunt, *Ruben*, *Gad*, *Manasse*, cis Jordanem autem *Judah*, *Benjamin*, *Simeon*, *Ephraim*, *Dan*, *Aser*, *Issachar*, *Zabulon*, *Naphthali*. Post defectionem decem tribuum à domo Davidica duo inter eos extiterunt regna, Judah & Israël, hoc sedem regiam habuit Samariam, donec Salmaneser Assyriorum rex civitatem tribus annis obsessam cepit & Israël transtulit in Assyriam, & eos collocavit juxta Chabor & Gozan amnes & in civitatibus Medorum, Regum lib. 4. c. 17. Judah verò captivum duxit in Babyloniam Nebuchadnesar Reg. lib. 4. c. 24. de eorum verò sectis videsis Joseph. Antiquit. l. 13. c. 9. & Scaligerum de trihæresi. Judææ descriptionem reperies apud C. Tac. historiarum lib. 5. c. 6. Ptolemæum lib. 5. c. 16. Strab. lib. 16. & apud alios. Nescio qua autoritate fretus Joseph. Antiquit. lib. 1. c. 7. alios memorat Judæos, Æthiopicam gentem ab alio Juda, filio, nescio, cujus Romi, vero similius est, illos Judæos esse prognatos ex illis decem tribubus. De quibus idem autor Antiquit. lib. 11. c. 5. sic loquitur: *Αἱ δὲκα φυλαὶ, πρέσβεις εἰσὶν Εὐφράτης ἑως δεῦρο μυριάδες ἄπειροι, ἃς ἀριθμῷ γνῶσθαι μὴ δυνάμεθα.* i. e. *Decem autem tribus, ultra Euphratem sunt usque nunc myriades infinitæ, quæ numero cognosci non possunt.* Esse verò Judæos prope Æthiopiam testantur Benjamin Thudelensis in suo Itinerario, Eldad Danius in sua relatione, quam in Latinum sermonem vertit Geneb. ut ipse inquit Chron. lib. 1. anno mundi 3443. Franciscus Alvarez in sua historia Æthiopiæ, qui in hac regione per sexennium commoratus est, Joan. de Barros, cujus verba ex Asiæ decade tertia lib. 4. c. 1. hic subjiciam: *Ás quaes serranias vaõ correndo quasi com as correntes ao rio Nilo, que elles* [Æthiopes] *chamaõ Toauii*, [Abauii] *de que elles tem somente noticia sem uso das suas aguoas, por razaõ das grandes serranias de Damud & Sinaxii (emque tambem ha outras minas) se meterem entre elles & elle. E daqui vem chamarem elles ao rio Abauii; pae dasaguoas, por naõ verem as do Nilo: & estas dizem elles, que bebem dous generos de gente; de que tem noticia, huma he Hebræa, que jaz mais ao Ponente, à qual tem rey muy poderoso, de que elles fabulaõ grandes cousas & chamaõlhe per nome commum Neguz Tederos, que quer dizer, rey dos Judeus.* Quamobrem hac de re fides habenda est Benjamini Thudelensi, quam ipsi derogat Constantinus l'Empereur pag. 112. l. 9. in suis in Benjaminem notis; *fabula* verò illa de *fluvio Sabbathico* decantata procedit ex fluvio Gozan, cujus supra meminimus & ex fluminibus Æthiopiæ, quorum meminit Isaias, quam eruditi omnes merito explodunt, à quorum sententia discedere est mihi religio. Miror equidem doctos, profanum vulgus non odi, sed arceo, qui dubitant, eos ab alio Josue ex hac diuturna per totum terrarum orbem dispersione, vel ab alio Cyro gloriæ ambitione, & ab alio Zorobabel religionis zelo in antiquam patriam posse restitui. Non ideo aliquod Pietati Christianæ periculum subest; nonne quod semel accidit, iterum accidere potest? Ita profecto. Orbis enim terrarum est veluti theatrum quoddam, ubi rerum humanarum fabulæ aguntur, quæ eædem semper, & theatrum idem, personæ tantum mutantur. Optime poëtarum parens genus humanum arborum foliis comparat Il. 6. v. 146.

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.
Quale foliorum genus, tale & virorum.

Sed nos ad Spartam nostram revertamur.

95 Ἰ'ερνία, ἡ Πρεττανικὴ, τ' δύο ἐλάσσων.] Iuernia, insula Pretanica, duarum minor, inquit epitomator noster. Major ergo erat Albion, quæ à nostro suo loco vocatur Ἀλβίων νῆσος Βρεττανικὴ, & in duas dividitur, Angliam & Scotiam, alteram ab altera disterminat mons *Cheviota*, Brettanica & Prettanica idem est, Iuernia verò dicta fuit etiam Ἰ'ερνη, de qua suo loco, dicebantur etiam Βρεττανίδες νῆσοι, de quibus in Βρεττία nota 55 egimus.

96 Ἰ'ερνη, πόλις ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Πρεττανικῷ.] Iuerne, urbs ad fluvium Pretanicum, id est, Brettanicum. Videtur esse, quæ Ptolemæo lib. 1. c. 2. dicitur Ἰ'ερνὶς, quæ nunc *Dunkeran* vocatur, autore Philippo Ferr. Alexandr. in suo Lexico Geographico, sed Pretanicum fluvium in diphthera Iovis memorari tantum existimo.

97 Ἰ'ερνία, νῆσος.] Iam supra egit de hac insula, itaque opinor huc per incuriam irrepsisse.

Ἰ ΟΥΛΕΙΣ [98], οἱ Ῥωμαῖοι, ἀπὸ δὲ βασιλέως, ἀφ' οὗ καὶ ὁ μὴν, [99] ἢ ἀπὸ Ἰουλίδος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰουλῶς, καὶ Ἰουλιάς. Τὸ θηλυκὸν, Ἰουλίς. A

IULEI, Romani ab imperatore, à quo & menſis, vel ab Iulide. Gentile, Iuleus, & Iulias, fœmin. Iulis.

Ἰ ΟΥΛΙΣ [1], πόλις ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ, ἀπὸ Ἰουλίδος κρίσεως· [2] ἀφ' ἧς Σιμωνίδης ἐστὶν ὁ μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης ὁ ἀδελφιδοῦς ἐκείνου, καὶ Ἐρασίστρατος ἰατρὸς· μετ' αὐτῶν, καὶ Ἀρίστων ὁ περιπατητικός. Οὗτοι Ἰουλιῆται. [3] Παρ' οἷς νόμος ἐτέθη, ὡς Μένανδρος, B

IULIS, urbs in Ceo inſula ab Iulide fonte, à qua Simonides Melicus poëta, & Bacchylides ejus ex-fratre-nepos, & Eraſiſtratus medicus, & cum eis etiam Ariſto peripateticus, qui fuere Iulietæ, apud quos lex lata fuit, ut Menander:

Καλῶν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι φανέν,
Ὃ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, μὴ ζῇ κακῶς.

Optimum eſt Ciorum inſtitutum Phanias,
Qui non poteſt vivere bene, ne vivat malè.

Προσέταττε γὰρ τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἀρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὸν τροφέα. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰουλῶς, καὶ Ἰουλιήτης, ὡς Πολεμιήτης. D

Iubebat enim, ut, qui ſexaginta annos excederent, in certamine dimicarent, ut victus reliquis ſufficeret. Gentile, Iulieus, & Iulietes, ut Polemeites.

Ἰ ΠΑΝΑ [4], πόλις περὶ Καρχηδόνα, ὡς Πολύβιος πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰπανὸς, ὡς Τύανα Τυανός. E

IPANA, urbs circa Carthaginem ut Polyb. lib. primo. Gentile, Ipaneus, ut Tyana, Tyaneus.

Ἰ ΠΝΟΣ,

IPNUS,

98 Ἴουλεῖς, οἱ Ῥωμαῖοι, ἀπὸ δὲ βασιλέως, ἀφ' οὗ καὶ ὁ μήν.] Iulei, Romani ab Imperatore, à quo, ſcilicet à Julio Cæſare, & menſis, nempe Julius nomen accepit, qui ante *Quintilis* dicebatur; duo tantum menſes inter duodecim, in quos Romani annum diviſere, nomina à duobus imperatoribus habent à Iulio Cæſare, & ab Auguſto Cæſare. Nero etiam, teſte Suet. in Nerone, & Commodus, teſte Ælio Lampridio in Commodo, æternitatis, perpetuæque famæ cupidine de nomine ſuo nomina menſibus quibuſdam impoſuerunt, ſed id obtinere non potuere. Ipſis enim mortuis antiqua nomina recepere. Romanos verò de nomine Iulii vocatos fuiſſe *Iuleos*, apud hiſtoricos non memini. Lucanus lib. 9. circa libri calcem *Iuleam gentem* vocat:

Gentis Iuleæ veſtris clariſſimus avis
Dat pia thura nepos, & vos in ſede priori
Rite vocat.

Eodem modo Horat. Carm. ſeculari v. 45. *gentem Romulam* vocavit:

Dî probos mores docili juventæ
Dî ſenectuti placidæ quietem
Romulæ genti date remque, prolemque & decus omne.

99 Ἢ ἀπὸ Ἰουλίδος.] Cum prius dixiſſet Romanos vocari *Iuleos* ab Imperatore Julio Cæſare, nunc inquit id cognomenti habere, neſcio a qua Iulide, quam ipſe ſomniat, verum ſic poſſunt etiam dici ab Julo Aſcanio.

1 Ἴουλις, πόλις ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ.] Iulis, urbs in Ceo inſula, quæ inſula cum haberet quatuor urbes, nempe Iulidem, Carthæam, Pœeſſam, Coriſſiam; Coriſſia in Iulidem, Pœeſſa in Carthæam tranſlata fuit, ac ideo inſula facta eſt Dipolis cum antea eſſet tetrapolis; ad partes vocandus eſt Strabo ex ejus lib. 10. Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε· λείπουσι γὰρ δύο ἥ τε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία, εἰς ἃς συνῳκίσθησαν, ἡ μὲν Ποιήεσσα εἰς τὴν Καρθαίαν· ἡ δὲ Κορησσία εἰς τὴν Ἰουλίδα. i. e. *Ceos verò tetrapolis fuit, id eſt, quatuor-urbes-habuit; reſciant autem duæ, Iulis & Carthæa, in quas reliquæ tranſlatæ ſunt, Pœeſſa quidem in Carthæam. Coriſſia verò in Iulidem.*

2 Ἀφ' ἧς Σιμωνίδης ἐστὶν, &c.] Sunt verba deſumpta ex Strabonis lib. 10. quæ apud eum ſic leguntur: Ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος, ὅ, τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης ἀδελφιδοῦς ἐκείνου· καὶ μετὰ τούτου Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρὸς, καὶ τὸ σὺν αὐτῷ περιπάτου φιλοσόφων Ἀρίστων ὁ Βορυσθενίτης Βίωνος ζηλωτής. i. e. *Ex Iulide verò erat Simonides lyricus poëta & Bacchylides ejus ex fratre nepos; & præterea Eraſiſtratus medicus & ex Peripateticis philoſophis Ariſto Boryſthenitæ Bionis æmulator.* Ideo ab Horatio Carm. lib. 4. Od. 9. Ceæ Camenæ pro Simonide uſurpantur, quia Iulis ejus patria erat una ex Ceæ inſulæ urbibus, *Ceam* Latini vocant, quæ Græcis dicitur Κέως.

Non, ſi priores Mæonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricæ latent
Ceæque, & Alcæi minaces
Steſichorique graves Camenæ
Nec, ſi quid olim luſit Anacreon
Delevit ætas.

3 Παρ' οἷς νόμος ἐτέθη, ὡς Μένανδρος.] Sunt etiam verba deſumpta ex eodem lib. 10. Strabonis, ubi ſic leguntur: Παρὰ τούτοις ἦν δοκεῖ τεθῆναί ποτε νόμος, ὃ μέμνηται καὶ Μένανδρος:

Καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι φανὲν
Ὃ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, μὴ ζῇ κακῶς

Προσέταττε γὰρ, ὡς ἔοικεν ὁ νόμος τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας κονιᾶσθαι, καὶ ἀρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὸν τροφέα. i. e. *Apud hos lex poſita aliquando videtur, cujus meminit etiam Menander:*

Optimum Ciorum inſtitutum eſt Phania
Qui non poteſt vivere bene, non vivat malè.

Iubebat enim, ut videtur, lex, eos qui ſexaginta annos exceſſiſſent, cicutam-bibere, ut aliis victus ſufficeret. Quare apud Stephanum in primo Menandri verſu pro καλῶν lege κηκῶν, pro ἀγωνίζεσθαι, id eſt, *in certamine-dimicare*, ſeu *contendere* lege κωνιάζεσθαι, i. e. *cicutam-bibere* tam apud Stephanum, quam apud Strabonem pro κονιάζεσθαι, quod confirmatur ex Æliano de Varia Hiſtoria lib. 3. c. 37. qui de hac barbara conſuetudine loquens inquit: πίνουσι κώνειον. i. e. *cicutam bibunt.*

4 Ἴπανα, πόλις περὶ Καρχηδόνα.] Ipana, urbs circa Carthaginem ex Polybio lib. 1. quem oſcitanter admodum videtur legiſſe; ex Polybii enim libro citato apparet fuiſſe Ippanam urbem Siciliæ ditionis Carthaginienſium, non circa Carthaginem. Ita enim ille: Τὰ δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν στρατόπεδα τῶν Ῥωμαίων τὸ μὲν πρῶτον ἔτος οὐδὲν ἄξιον ἔπραξαν λόγου. Τότε δὲ καθ' ὑπάτους τοὺς ἐπικληθέντας μὲν Ἀρχίλαν, Αὖλον Ἀτίλιον, καὶ Γάϊον Σκιπίκιον, ὡρμησαν ἐπὶ τὴν Πάνορμον, ἅμα τὸ τοὺς Καρχηδονίων δυνάμεις ἐκεῖ συνηθροικέναι. Οἱ δὲ στρατηγοὶ συνεγγίσαντες τῇ πόλει πείσης τὰς δυνάμεως παρετάξαντο. Τῶν δὲ πολεμίων ἐκ ἀπεξενίων, πάλιν ἐπιβάντες ἐπικαίρου τῷ ὁρμῷ, ἐπὶ πόλιν Ἵππανα, καὶ ταύτην μὲν ἐξ ἐφόδου καὶ κραυγῆς ἔλαβον. i. e. *Proximo anno Romanorum exercitus, qui erant in Sicilia nihil memorabile fecerunt; tunc verò exſpectantes creatos conſules, Aulum Atilium, & Cajum Sulpicium proficiſcuntur adverſus Panormum, quia illic Carthaginienſium copiæ hibernabant, duces autem cum appropinquarent urbi univerſum exercitum in aciem inſtruunt; nemine hoſtium adverſus prodeunte, rurſus inde profecti Ippanam petunt, eamque primo impetu per vim ceperunt.*

5 Ἵππων

Ἴ Π Ν Ο Σ [5], ὧ Ἰπνέαν τινές. Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰπνεύς. A

IPNUS, quam *Ipneam* aliqui vocant, Locrorum Ozolorum. Gentile, Ipneus.

Ἴ Π Ν Ο Υ Ν Τ Σ, χωρίον ἐν Σάμῳ, ἐν ᾧ ἱερὸν Ἥρας Ἰπνυνθίδος. Λέγεται ἡ καὶ Ἰπνυσία.

IPNUS, untis, parva regio in Samo, in qua est templum Iunonis Ipnuntidis. Dicitur etiam *Ipnusia*.

Ἵ Π Π Ο Λ Α [6], πόλις ἀρχαία Λακωνικὴ· Παυσανίας τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἱππολαΐτης· καὶ θηλυκὸν, Ἱππολαΐτις. B

HIPPOLA, urbs antiqua Laconica, Pausan. lib. 3. Gentile, Hippolaites, & fœmineum, Hippolaitis.

Ἵ Π Π Ο Ν Η Σ Ο Σ [7], πόλις Καρίας· Ἑκαταίῳ Ἀσίᾳ. Ἔστι καὶ Λιβύης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἑβδόμῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἱπποννήσιος. C

HIPPONESUS, urbs Cariæ, Hecatæ. Asia. Est etiam Libyæ, ut Artemidorus, lib. 7. Gentile, Hipponesius.

Ἵ Π Π Ο Σ [8], νῆσος Ἐρετρίας· Θεόπομπος παραλλαγῇ δευτέρῳ. [9] Ἔστι καὶ πόλις Σικελίας. [10] Ἔστι καὶ Παλαιστίνης. Τὸ ἐθνικὸν, Ἵππιος, καὶ Ἱππῖνος, καὶ Ἱππωϊκός.

HIPPOS, insula Eretriæ, Theopomp. lib. 42. Est etiam urbs Siciliæ. Est & Palæstinæ. Gentile, Hippius, & Hippinus, & Hippenus.

Ἱ Π Π Ο Τ Α Μ Ά Δ Α Ι [11], δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Ἱπποταμάδης. Τὰ πατρικὰ, ἐξ Ἱπποταμάδων, εἰς Ἱπποταμάδας, ἐν Ἱπποταμάδαις. D

HIPPOTAMADÆ, populus Oeneidis tribus. Popularis, Hippotamades. Localia, ex Hippotamadis, ad Hippotomadas, in Hippotamadis.

Ἵ Π Π Ο Υ Ά Κ Ρ Α [12], πόλις Λιβύης. [13] Ὁ πολίτης, Ἱππακρίτης. E

HIPPUACRA, urbs Libyæ. Civis, Hippacrites.

Ἱ Π Π Ο Γ Ρ Ί Σ Κ Ο Σ [14], νῆσος Καρίας. Τὸ

HIPPORISCUS, insula Cariæ. Gentile,

5 Ἴπνος, ὧ Ἰπνέαν τινές. Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων.] Ipnus, urbs Locrorum Ozolorum, quam *Ipneam* aliqui dicunt; sic intelligenda sunt illa verba; hujus urbis oppidanos memorat Thucyd. lib. 3. Καὶ αὐτοὶ προῆσαν δίκης ὁμήρους, καὶ τοὺς ἄλλους ἔπεισαν δοῦναι, φοβούμενοι τὸ ἐπίοντα στράτευμα· πρῶτον μὲν οὖν τοὺς ὁμόρους αὐτοῖς Μυονέας (πρώτη γὰρ δυσπολέμητος ἡ Λοκρὶς) ἔπειθε Ἰπνέας. i. e. *Et ipsi primum dederunt obsides, & alios dare persuaserunt, metuentes advenientem exercitum; primum quidem Myoneenses sibi finitimos (hac enim Locris aditum habet difficillimum) deinde Ipnenses.*

6 Ἵππολα, πόλις ἀρχαία Λακωνικήν.] Hippola, urbs antiqua Laconica ex Pausania lib. 3. qui sua ætate hujus urbis ruinas tantum extare refert, in quibus erat Minervæ Hippolaïtidis sacellum: Ἐνθένδε ἀπέχουσι περὶ ἑπτὰ σταδίους, Θυρεᾶται ἄκρα Ταινάρου, καὶ πόλεως ἐρείπια Ἱππόλας ἐστίν. Ἐν ᾗ αὐτοῖς Ἀθηνᾶς ἱερὸν Ἱππολαΐτιδος, ὀλίγον ὑπὲρ λίμνην Μέσσα πόλις καὶ λιμήν. i. e. *Illinc digresso stadia* XXX, *Thyrides* [Fenestræ] *Tænari promontorium, & urbis ruinæ Hippolæ sunt; inter eas verò Minervæ fanum Hippolaïtidis, paulò autem longius Messa urbs & portus.* Pro Λακωνικὴν lege Λακωνικὴ, pro τρίτῳ lege τρίτου. Sunt errores qui pertinent ad typographum.

7 Ἱππόνησος, πόλις Καρίας.] Duas hujus nominis urbes memorat, alteram Cariæ ex Hecatæi Asia, quam Plinius lib. 5. c. 31. in Ceramico sinu locat, sinus verò Ceramicus ad Cariam pertinebat, teste Scylace in Καρίᾳ, alteram Libyæ ex Artemidoro, cujus apud alios, quod sciam, nulla fit mentio.

8 Ἵππος, νῆσος Ἐρετρίας.] Hippus, insula Eretriæ ex Theopompo memoratur. Vossius in suis eruditis ad Melam observationibus ad lib. 1. c. 17. solicitat hanc lectionem, ac scribendum inquit Ἵππος, νῆσος Ἐρυθραίας, quin suæ correctionis reddat rationem, aut aliquam afferat autoritatem, præter Pythagoricam αὐτὸς ἔφα. Eretria verò fuit urbs Euboicarum maxima, ad quam potuit pertinere Hippos insula. Illud nos docet Strabo lib. 10. cujus verba adduximus in Ἐρετρίᾳ. Quod si lectio Stephani solicitanda est, pace tanti viri legendum putamus Ἵππος, νῆσος Ἐρυθρῶν. Apud eumdem enim Strabonem lib. 13. legimus quatuor fuisse hujus nominis insulas prope Erythras: Αἱ Ἐρυθραὶ, πόλις Ἰωνικὴ, λιμένα ἔχουσα, καὶ νησίδας προκειμένας τέτταρας Ἵππους καλουμένας. i. e. *Erythræ, urbs Ionica, portum habens, & quatuor parvas insulas ante eum jacentes, quæ Hippi* [Equi] *vocantur.*

9 Ἔστι καὶ πόλις Σικελίας.] Inquit Hippum quoque esse Siciliæ urbem, sed cum hujus nominis nulla Siciliæ urbs apud alios inveniatur, existimo epitomatorem nostrum loqui de Ippana seu Hippana de qua suo loco egimus.

10 Ἔστι καὶ Παλαιστίνης.] Memorat etiam Hippum Palæstinæ urbem, cujus oppidanos vocat *Hippenos* Josephus de Bello Judaïco lib. 2. c. 34. juxta Græcum in capitis fine. Eam quoque celebrat Plinius lib. 5. c. 15. Ptolemæus lib. 5. c. 15. Cœlesyriæ adscribit.

11 Ἱπποταμάδαι, δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς.] Hippotamadæ, populus Oeneïdis tribus, à nemine, quod sciam, memoratur. Meurs. de populis Atticæ legendum existimat Ἱπποδαμειάδαι, ficulneo nixus argumento, quòd Hippodamus Milesius Euryboontis filius Athenienses Piræum divisit, & in eo forum exstruxit, quod ab ejus nomine Ἱπποδάμεια ἀγορὰ appellabatur, cujus meminit Harpocratio in Ἱπποδάμεια.

12 Ἱππόακρα, πόλις Λιβύης.] Hippuacra, ac si diceres *Equi-promontorium*, urbs Libyæ, quam Appianus de Bellis Pun. vocat Ἱππάγρετα, corruptè, puto, pro Ἱππακρεῖα, vel Ἱππάκρεια, de qua sic loquitur: Ἀπὸ τούτης ἐς Ἱππάγρετα μεθῆλθεν, ἣ μεγάλη τε ἦν, καὶ τείχεσι καὶ ἀκροπόλει καὶ λιμέσι καὶ νεωρίοις ὑπ' Ἀγαθοκλέους τοῦ Σικελιωτῶν τυράννου κατεσκεύασο κομψῶς. Μέση δ' ἔσται Καρχηδόνος καὶ Ἰτύκης. i. e. *Ab hac verò ad Hippagreta transiit, quæ magna est, & mœnibus, & arce, & portubus, & navalibus ab Agathocle Siculorum tyranno instructa fuerat pulcherrime; media verò est inter Carthaginem & Uticam.* Ptol. lib. 4. c. 3. Ἵππου ἄκρα, duabus dictionibus dicitur, quibus significatur *Equi promontorium.*

13 Ὁ πολίτης, Ἱππακρίτης.] Civis, urbis Libyæ Hippuacræ dicitur Hippacrites, ac sic ejus oppidani vocantur à Polybio Historiarum lib. 1. Διελόντες σφῶν πολιορκεῖν ἐπεχείρησαν, οἱ μὲν Ἰτύκλιοι, οἱ δὲ τοὺς Ἱππακρίτας· ἅμα τὸ τούτους τοὺς πόλεις μὴ βεβαίως μεθορμεῖν αὐτοῖς τῆς ἀποστάσεως. i. e. *Divisis copiis aggrediuntur obsidere, alii quidem Uticam, alii verò Hippacritas; quod hæ duæ urbes noluerint rebellionis participes fieri.*

14 Ἱππωρίσκος, νῆσος Καρίας.] Hippuriscus, insula Cariæ eadem, quæ Melæ lib. 2. c. 7. Plinio lib. 4 c. 12. dicitur Hippuris. Vossius ad Melæ libro capiteque citato solicitat nostri autoris lectionem Ἱππωρίσκος, νῆσος Καρίας, ac inquit; *Manifeste hæc appellatio conflata est ex duabus vocibus, nempe* Ἱππωρὶς & Κῶς. Ergo si sic licet argumentari, Τελποδίσκος etiam erit conflatum eodem modo, & alia hujusmodi, quod mihi certè non arridet.

Τὸ ἐθνικὸν Ἱππωρέισκιος, ὡς Δωρέισκιος, Τριποδίσκιος. A

tile, Hipporiscius, ut Doriscius, Tripodiscius.

Ἵππου κώμη, Λυκίας κώμη, ἀφ' ὃ τὸ ὁδοιπόρων τινῶν ἐκεῖ ἵππον ἀποθανεῖν. Οἱ οἰκοῦντες, Ἱπποκωμῖται.

HIPPOCOME, Lyciæ vicus, sic dictus, quod illic aliquorum viatorum equus mortuus fuerit. Incolæ, Hippocomitæ.

Ἱππών[15], Λιβύης πόλις· Πολύβιος δυοκαιδεκάτῳ. B

HIPPON, onis, Libyæ urbs, Polyb. lib. 12.

Ἱππώνιον[16], πόλις Βρεττίων, ἀπὸ ἥρωος, ἣ μετωνομάσθη ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐίβων καὶ Οὐαλεντία. Τὸ ἐθνικὸν, Ἱππωνιάτης. Τάχα δὲ τὸ ἐθνικὸν, ὡς ἀπὸ τῆς Ἱππωνίας. Ἀπὸ γὰρ τῆς Ἱππώνιον, ἔδει Ἱππώνιος, ἢ Ἱππωνιούς. C

HIPPONIUM, urbs Bruttiorum, ab heroë quodam, quæ à Romanis postea *Vibo*, & *Valentia* vocata fuit. Gentile, Hipponiates, quod tamquam ab Hipponia factum est. Ab Hipponium enim debebat fieri, Hipponius, vel Hipponieus.

Ἱρά[17], ὄρος Μεσσηνίας· Ῥιανὸς ἐν Μεσσηνιακῶν πρώτῳ. Ἔστι καὶ πόλις Μαλιέων. D

HIRA, mons Messeniæ, Rhianus rerum Messeniacarum lib. 1. Est etiam urbs Maliensium.

Ἱράσα[18], τόπος Λιβύης, εἰς ὃν μετήγαγον Βάττον οἱ Λίβυες, ὡς Ἡρόδοτος τετάρτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Ἱρασεύς, ὡς Μύλασα Μυλασεύς. E

HIRASA, locus Libyæ, ad quam Libyes Battum transtulere, ut Herodot. lib. 4. Gentile, Hiraseus, ut Mylassa, Mylasseus.

Ἶρος[19], πόλις Θεσσαλίας. Λυκόφρων. Ἴρουσε, καὶ Τραχῖνα, καὶ Περραιβικιώ. Ὁ πολίτης Ἰρώτης, ὡς Ἠπειρώτης, Μαλλώτης.

IRUS, urbs Thessaliæ, Lycoph. *Irumque, Trachinemque, & Perrhæbicam.* Civis, Irotes, ut Epirotes, Mallotes.

Ἶς[20], πόλις Περσική· Ἡρόδοτος πρώτῃ. F

IS, urbs Persica, Herodot. lib. primo.

Ἔνθα

Ubi

15 Ἱππὼν, Λιβύης πόλις.] Hippon, onis, urbs Libyæ ex Polybii lib. 12. qui non extat, ejus locum supplebit Strab. lib. 17. Ἥ τε δὴ Κίρτα πόλις ἐνταῦθα, καὶ οἱ δύο Ἵπωνες, ὁ μὲν πλησίον Ἰτύκης, ὁ δὲ ἀπόπειρα πρὸς τῇ Τελλῷ μᾶλλον, ἄμφω βασίλεια, ἡ δὲ Ἰτύκη δοῦλέρα μὲν Καρχηδόνα τῷ μεγέθει, καὶ τῷ ἀξιώματι, i. e. *Cirta porro urbs hic sita est, & duo Hippones, alter prope Uticam, alter remotior & Trito propinquior, ambo regiæ, Utica verò est secunda post Carthaginem magnitudine & dignitate.* Plinius etiam duos celebrat Hippones lib. 6. c. 34. Ptolemæo verò lib. 4. c. 3. alter dicitur Ἵππων βασιλικὸς, i. e. *Hippon regius*, alter, Ἵππων ἀμάρυτος, i. e. *Hippon diarrhytos*, i. e. *irriguus.* Silius Italicus lib. 3. ingeniosè utrumque distinguit:

Tum vaga, & antiquis dilectus regibus Hippon.

Cum inquit *vaga* notat τὸν Ἵππωνα ἀμάρυτον, cum *Antiquis dilectus regibus*, intelligit τὸν Ἵππωνα βασιλικὸν, & in eodem versu utitur utroque genere fœm. & mascul. Hipponis Regii episcopum fuisse D. Aurelium Augustinum tradunt, ideo *Hipponensis episcopus* vocatur.

16 Ἱππώνιον, πόλις Βρεττίων, ἀπὸ ἥρωος, ἣ μετωνομάσθη, &c.] Hipponium, urbs Bruttiorum, ab heroë, quæ mutato-nomine à Romanis vocata est *Vibo Valentia.* Id habet ex Strabonis lib. 6. Sic enim ille: Μεθ' ὃ τὴν Κωνσεντίαν Ἱππώνιον Λοκρῶν κλίσμα. Βρεττίοις δὲ κατέχουσιν ἀφειλοντο Ῥωμαῖοι, καὶ μετωνόμασαν Οὐίβωνα Οὐαλεντίαν. i. e. *Post Consentiam verò sequitur Hipponium, à Locris conditum, de Bruttiis ceperunt Romani, & mutato priore nomine nuncuparunt Vibonam Valentiam.* Quare apud Stephanum ex illis verbis Οὐίβων καὶ Οὐαλεντία expungendum est τὸ καὶ; sic etiam dicitur Plinio lib. 3. c. 5. *Hippo; quod nunc Vibonem Valentiam appellamus.* Intelligit Plinius *oppidum.* Nolo enim pro *Hippo* legere *Hipponium*, quia eodem modo vocatur Melæ lib. 2. c. 4. *Hippo, nunc Vibo.* In hanc urbem coloniam deduxisse Romanos tradit Liv. lib. 35. c. 40. *Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta est ex Senatusconsulto plebisque scito, tria millia & septingenti pedites ierunt, trecenti equites; triumviri deduxerunt eos, Q. Nævius, M. Minutius, M. Furius Crassipes; quinadena jugera agri data in singulos pedites sunt: duplex equitibus.* Ab hac urbe Vibone, eam, quæ nunc *Bivona* nomen trahere inquit Leander in sua Lucania.

17 Ἱρά, ὄρος Μεσσηνίας.] Hira, mons Messeniæ ex Rhiani Messeniacorum lib. 1. memoratur; Pausanias verò in Messenicis Messeniæ urbem Hiren fuisse inquit, unam ex illis septem, quas Agamemnon Achilli pollicetur apud Homerum Il. 9. v. 150. quam Strabo quoque memorat libro nono.

18 Ἱράσα, τόπος Λιβύης εἰς ὃν.] Pro εἰς ὃν lege εἰς ὅν, præcedit enim τόπος. Fuit enim Irasa (sine aspiratione legitur apud Herodotum) locus Libyæ, ut ex eodem Herodoto, inquit noster, qui eum memorat lib. 4. c. 158. Ἔστι δὲ χώρῳ τούτῳ ὄνομα Ἱρασα. i. e. *Est verò loco huic nomen Irasa.*

19 Ἶρος, πόλις Θεσσαλίας.] Irus, urbs Thessaliæ, ex Lycophrone, cujus affert versiculum, qui apud eum legitur v. 905. reliquos appono, ut mentem accipias.

Ποθοῦντες, οἱδ' Ἐχῖνον, οἱ δ' Τιτάρου,
Ἴρου τε, καὶ Τραχῖνα, καὶ Περραιβικιὼ
Γόνου, Φαλανάντε, ἢ δ' Ὁλοοσσόνων γύας.
Desiderantes, alii Echinum, alii verò Titarum,
Irumque, & Trachina, & Perrhæbicam
Gonum, Phalanumque, sive Olossonum arva.

20 Ἶς, πόλις Περσική. Ἡρόδοτος πρώτῃ.] Is, urbs Persica, & fluvius ejusdem nominis celebratur, ex Herodoti lib. 1. fluvius aquas in Euphratem devolvebat, ac plurimos asphalti grumos ferebat, bituminis genus, ex quo Babylonis muri loco calcis conglutinati fuere. Civitas octo dierum itinere à Babylone distabat, autore eodem autore libro citato c. 179. Ἔστι δὲ ἄλλη πόλις ἀπέχουσα ὁδὸν ἡμερέων ὀκτὼ ἀπὸ Βαβυλῶνος· Ἶς ὄνομα αὐτῇ. Ἔνθα ἐστὶ πόλεμος ἐκ μέγας· Ἶς καὶ τοῦτον τὸν ποταμὸν ἐσεδάλλε ὃ ἕτερος ἐς τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν τὸ ῥέεθρον. Οὗτος μὲν ὁ Ἶς ποταμὸς, ἅμα τοῦ ὕδατος θρόμβους ἀσφάλτου ἀναδιδοὺς πολλοὺς, ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος ἐς τὸν Βαβυλῶνι τεῖχος ἀνομίσθη. i. e. *Est verò alia urbs, quæ distat octo dierum itinere à Babylone; Is nomen est ipsi; ubi est fluvius haud magnus; Is & fluvio nomen; influit autem hic in Euphratem fluvium. Hic fluvius Is una cum aqua multos reddit asphalti grumos, unde asphaltus in Babylonis murum comportata fuit.*

21 Ἔνθε

Ἔνθα καὶ πολίχνιον Ἴς.[21] Ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος ἐν δὲ A Ubi etiam fluvius Is: unde asphaltus.....
* Τεῖχος ἐκομίσθη. ..... *Murum portatus est.*

Ἰσαυρία[22], μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας, πρὸς τῷ Ταύρῳ. [23] Χάραξ ἡ θηλυκῶς καὶ πόλις, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἴσαυρος, καὶ Ἴσαυρος. B

ISAURIA, inter Lycaoniam, & Ciliciam ad Taurum. Charax verò fœm. gen. & urbs, & gentile, Isaureus, & Isaurus.

Ἴσβος, Ἰσαυρίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Ἰσβώτης, ὡς Μαλλὸς Μαλλώτης.

ISBUS, Isauriæ urbs. Gentile, Isbotes, ut Mallus, Mallotes.

Ἴσειον[24], πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἴσιδος. Οἱ οἰκοῦντες, μεταβολοι· τοιοῦτοι γὰρ ἦσαν. [25] Προπεμπτάτη ἦ, ὡς Ἱρεῖον, καὶ C Νεμεσεῖον, καὶ τ' ὅσα μὴ τ' ὑγιοῦς· τὸ δ' ἐφύλαξαν πληθυντικῶν· τοιοῦτος γὰρ ὁ τύπος. Πολοῦσι δὲ μόνοις τοῖς ἐμπόροις ἀθρόα τὰ φορτία, ὠνοῦνται τ' τεχνιτῶν ἀγοράζοντες αὐτὰ κατ' ὀλίγα, καὶ κατακερματίζουσι τοῖς ἐγχωρίοις. D

ISEUM, urbs Ægypti, ab Iside. Incolæ, *metaboli*, i.e. *mutabiles*: Tales enim erant. Notatur cum accentu circumflexo in penultima, ut Hireum, Nemeseum, & quæcumque nomina lucorum, quæ genitivi *d* non servant. Hujusmodi enim est typus; solis verò mercatoribus coacervatim vendunt merces, eas ab artificibus singulatim ementes ac indigenis particulatim vendunt.

Ἴσηπος, ἔθνος Σκυθικὸν· Ἑκαταῖος Εὐρώπης.

ISEPUS, gens Scythica, Hecatæ. Europa.

Ἴσθμος[26], ἡ Ἁλικαρνασσὸς τ' Καρίας πόλις. [27] Ὁ πολίτης, Ἰσθμεύς. [28] Ἔστι καὶ Κορίνθιος ἰσθμός, ἐν ᾧ Ἰσθμιεὺς ὁ Ποσειδῶν· E καὶ νίκη

ISTHMUS, Halicarnassus Cariæ urbs. Civis, Isthmus. Est & Corinthi Isthmus, in qua Neptunus Isthmius, & victoria Isthmias, & fœ-

21 Ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος ἐν δὲ * τεῖχος ἐκομίσθη.] Sunt verba Herodoti lacunosa quæ ex ipsius lib. 1. c. 179. sic supplebis: ἔνθεν ἡ ασφαλτος ἐς τὸ ἐν Βαβυλῶνι τεῖχος ἐκομίσθη. i.e. *Unde asphaltus in Babylonis murum comportata-fuit.*

22 Ἰσαυρία, μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας, πρὸς τῷ Ταύρῳ.] Isauria, regio minoris Asiæ inter Lycaoniam & Ciliciam ad Taurum montem, quæ memoratur inter alios Constant. Porphyrogenetæ Them. lib. 1. Ptolemæo lib. 5. c. 4. Quam *P. Servilius* in ditionem Romanorum redegit, ideo *Isaurici* cognomentum meruit, autore Strabone lib. 12. unde Claudianus lib. 1. in Eutropium:

Indomitos curru Servilius egit Isauros.

Qui olim piraticam exercuerunt; quo usque Pomp. Magnus prædonum receptacula diruit, & mille trecentas scaphas & amplius combussit, autore eodem Strabone lib. 14. Regioni ab urbe cognomine nomen impositum videtur, quæ Straboni & Ptolemæo libris citatis *Isaura* dicitur; eam postea Claudius imperator, colonia eo deducta, de nomine suo *Claudiopolin* vocavit, autore Ammiano Marcellino lib. 14. Eadem etiam *Isauropolis* vocata fuit, nunc corrupto earum nomine *Saura* vocatur, teste Thev.

23 Χάραξ ἡ θηλυκῶς, καὶ πόλις, καὶ τὸ ἐθνικὸν Ἴσαυρος, καὶ Ἴσαυρος.] Inquit Characem usurpasse fœm. gen. Gentile pro urbis nomine. Sic etiam accepit ex nostris Florus, cujus verba ex ejus lib. 3. c. 6. sunt: *Interim dum populus Romanus per diversa terrarum distractus est, Cilices invaserant maria: sublatisque commerciis, rupto fœdere generis humani, sic maria bello, quasi tempestate, præcluserant. Audaciam herditis, furiosisque latronibus dabat inquieta Mithridatis præliis Asia: dum sub alieni belli tumultu, exterique regis invidia, impune grassantur. Ac primum duce Isidoro, contenti proximo mari, Cretam inter, atque Cyrenas, Piræum & Achaïam, sinumque Maleum, quod à spoliis* Aureum *ipsi vocavere, latrocinabantur, missusque in eos Publius Servilius, quamvis leves, & fugaces myoparonas, gravi & Martia classe turbaret, non incruenta victoria superat. Sed nec mari submovisse contentus, validissimas urbes eorum, & diuina præda abundantes, Phaselin, & Olympon evertit, Isauramque ipsam, arcem Ciliciæ: unde conscius sibi magni laboris, Isaurici cognomen adamavit. Non ideo tamen tot cladibus domiti, terra se continere potuerunt, sed ut quædam animalia, quibus aquam, terramque incolendi gemina natura est, sub ipso hostis recessu impatientes soli, in aquas suas resiluerunt, & aliquanto latius, quam prius. Sic ille quoque ante felix, dignus nunc victoria Pompeius visus est, & Mithridaticæ provinciæ facta accessio. Ille dispersam toto mari pestem semel, & in perpetuum volens extinguere, divino quodam apparatu aggressus est, &c.* De Cilicibus narrat Florus, quod alii de Isauris.

24 Ἴσειον, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἴσιδος.] Iseum, urbs Ægypti ab *Iside*, id est, *Cerere*, Straboni lib. 17. Ἴσιδος ἱερὸν, id est, *Isidis fanum* vocatur, Plinio lib. 5. c. 10. Isidis oppidum.

25 Προπεμπτάτη ἦ, ὡς ἱερεῖον, καὶ Νεμεσεῖον, &c.] Iseon accentu-circumflexo-in-penultima-notatur, ut omnia lucorum seu templorum nomina, quæ genitivi literam *d* non servant, juxta autoris nostri sententiam: ἀπὸ Ἴσιδος enim dicitur Ἰσεῖον, sed *d* literam non servat.

26 Ἴσθμος, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τ' Καρίας.] Inquit Halicarnassum (ut plurimum hujusmodi nomina per duplex *s* scribuntur) *Isthmum* vocatam fuisse, de quo egit in Ἁλικαρνασσός.

27 Ὁ πολίτης, Ἰσθμεύς.] Lege Ἰσθμιεύς, *Isthmius* enim dicebatur Neptunus ab Isthmo Corinthi, ubi colebatur, utriusque verò oppidanus Ἰσθμεύς dicitur.

28 Ἔστι καὶ Κορίνθιος ἰσθμός.] Est & Corinthi Isthmus. Isthmus est terra angusta inter duo maria, cui opponitur πορθμός, i. e. *fretum*. Est enim breve mare inter duas terras, sed Isthmus κατ' ἐξοχὴν dicebatur *Corinthiacus*, qui etiam *Peloponnesiacus*, & *Achaicus*, quod Corinthum comprehenderet Peloponnesus, & utrasque Achaia. Ille autem Ægæum mare ab Ionio dirimebat, in cujus faucibus sita erat Corinthus, quæ ideo ab Horatio Carm. lib. 1. Od. 7. *bimaris* vocatur:

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen
Aut Ephesum, bimarisve Corinthi
Mœnia.

Isthmum perfodere destinaverat Julius Cæsar, necnon Caligula, utriusque testis est Suet. in Cæsare c. 44. in Caligula c. 21. quin etiam Nero id aggressus prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est, tubaque signo dato, primus rastello humum effodit, & corbulæ congestam humeris extulit, eodem autore in Nerone c. 19. Id etiam alii tentarunt, sed omnes irrito successu, unde dimanavit adagium, *Isthmum perfodere*, de eis dici solitum, qui magno conatu, sed irrito eventu aliquid moliuntur. Hoc in Isthmo præcipue colebatur Neptunus, ideo *Isthmius* dictus, atque in ejus honorem singulis quoque annis certamina celebrabantur, quæ *Isthmia* vocabantur, quorum victoria *Isthmias* dicebatur, ut inquit noster; fuere autem ludi Isthmici ex quatuor Græcorum celeberrimis, qui ne excisa quidem Corintho à Mummio intermissi fuere, victori corona dabatur ex pinu, Delphicis è lauro, Olympicis ex oleastro, Nemeis ex apio, teste Pausania lib. 8.

29 Ἴσον

καὶ νίκη Ἰσθμίας· καὶ Ἰσθμιάδες σπονδαί. Λέγονται καὶ Ἰσθμιῶται. A & fœdera Isthmiades. Incolæ etiam dicuntur *Isthmiotæ*.

Ἴσινδος [29], πόλις Ἰωνίας. [30] Ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος ἐνελίτης, λέγεται, καὶ Ἴσινδα. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰσίνδιος· καὶ χωρίον Ἰσινδία, καὶ Ἴσινδα. B

ISINDUS, urbs Ioniæ. Civis, Isindius, Enetitas, dicitur etiam Isindia. Gentile, Isindius. Est & regio Isindia, & Isinda.

Ἰσμαήλα [31], τὸ Ἀραβίας χωρίον. Οἱ οἰκοῦντες, Ἰσμαηλίται.

ISMAELA, Arabiæ regio. Incolæ, Ismaëlitæ.

Ἴσμαρος [32], πόλις Θρᾴκης τῶν Κικόνων· Ὁμηρος. Ὁ πολίτης, Ἴσμάριος, καὶ Ἰσμαρικὸς τὸ κῆτικόν. Ἔστι καὶ Ἰσμαρὶς λίμνη· Ἡρόδοτος. C

ISMARUS, urbs Thraciæ Ciconum, Homerus. Civis, Ismarius, poss. Ismaricus. Est & Ismaris lacus, Herodot. lib. 6.

Ἴσμηνη [33], ἡρωΐς, καὶ κώμη Βοιωτίας. Ὁ κωμήτης, Ἰσμηνίος, καὶ Ἰσμηναῖος, καὶ Ἰσμηνώς, καὶ Ἰσμηνίτης. [34] Ἔστι καὶ Ἴσμηνος ποταμὸς Βοιωτίας, ἀφ' οὗ Ἰσμήνιος Ἀπόλλων. D Καὶ Ἰσμηνία.

ISMENE, heroïna, & vicus Bœotiæ. Qui vicum incolit, Ismenius, & Ismenæus, & Ismeneus, & Ismenites. Est & Ismenus fluvius Bœotiæ, à quo Ismenius Apollo, & Ismenia.

Ἱσπανίαι [35], δύο τῶν Ἰταλίας ἐπαρχίαι· ἡ μὲν μεγάλη, ἡ δὲ μικρά. [36] Ἐκλήθη δὲ καὶ Ἰβηρία, καὶ Παννωνία.

ISPANIÆ, duæ Italiæ præfecturæ, una quidem magna, alia verò parva. Vocata verò fuit, & *Iberia*, & *Pannonia*.

Ἴσσα [37], πόλις ἐν Λέσβῳ, κληθεῖσα E Ἰμέρα. Εἶτα, Πελασγία καὶ Ἴσσα, ἀπὸ τῆς Ἴσσης τοῦ Μάκαρος. [38] Ἔστι καὶ νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα τῇ Δαλματίας, καὶ Ἰλλυρίας. Ἔστι

ISSA, urbs in Lesbo, vocata *Himera*, postea *Pelasgia*, & *Issa* ab Issa Macaris filia. Est & insula juxta Dalmatiam, & Illyriam, quæ urbem ejusdem nominis habet. Est & fœm. genere

29 Ἴσινδος, πόλις Ἰωνίας.] Isindus, urbs Ioniæ, quæ etiam *Isinda* dicebatur. Hujus urbis nulla apud alios, quod sciam, fit mentio, nisi fortè sit, quæ in Excerptis legationibus ex Polybii historiis c. 31. dicitur Ἰσίνδα, ac Cariæ adscribitur, parum interest, quod noster Ioniæ, Polybius Cariæ attribuat. Regiones enim quæ erant in Asia minori, seu ut cum Ptolemæo loquar ἐν τῇ ἰδίως Ἀσίᾳ erant inter se finitimæ, ut videre est ex eodem Ptolemæo lib. 5. c. 2.

30 Ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος, ἐνελίτης.] Τὸ ἐνελίτης est lectionis monstrum, ac si nobis licet Andabatarum more pugnare, sic jugulandum est, ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος καὶ Ἰσίνδιτης, i. e. *civis Isindius & Isindites*. Sic quippe amat loqui Stephanus. Per incuriam enim vel transcriptoris, vel typographi puto illud irrepsisse. Non nego ad hujusmodi loca aliquid aliquando posse conferre manuscriptos codices, sed eos habuisse non tantum adderet pretii observationibus nostris:

Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum, Pariusve lapis circumdatur auro.

31 Ἰσμάηλα, τὸ Ἀραβίας χωρίον.] Ismaëla, Arabiæ oppidum, seu regio, utrumque significat τὸ χωρίον, cujus incolæ, Ismaelitæ, & regio, & incolæ nomen adepti sunt ab Ismaële Abrahami filio ex Agar ancilla, à qua etiam *Agareni* dicuntur; *Saraceni* etiam vocantur, sed non à Sara ejusdem Abrahami uxore, etsi hoc cognomento gloriantur, sed à verbo Saraca, vel à Saraca regione, ut inquit noster in Σάρακα, verbum Saraca Arabice significat *latrocinari*. Erat enim gens latrociniis dedita, Ismaëla verò urbs Persidis memoratur Teixeiræ lib. 2. c. 55.

32 Ἴσμαρος, πόλις Θρᾴκης τῶν Κικόνων.] Ismarus, urbs Thraciæ Ciconum ex Homero, apud quem memoratur Odyss. 9. v. 40. & 198. erat etiam ejusdem Thraciæ mons: qui plurativo num. & neut. gen. *Ismara* dicitur Virg. Georgic. lib. 2.

— *Juvat Ismara Baccho*
Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.

Idem sing. num. usurpavit Ecloga 6.

Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea.

Urbem suæ ætate *Maronæam* dici autor est Hesych. in Ἴσμαρος, inter quam & Strymam lacus erat nomine *Ismaris*, teste Herodot. lib. 7. c. 109.

33 Ἴσμηνη, ἡρωΐς, καὶ κώμη Βοιωτίας.] Ismene, heroïna, & pagus Bœotiæ; heroïna fuit Oedipi filia, ut est in fabulis, pagus memoratur Æliano de Varia historia lib. 12. c. 57. cui *Ismenon* dicitur.

34 Ἔστι καὶ Ἰσμηνὸς ποταμὸς Βοιωτίας ἀφ' οὗ, &c.] Est & Ismenus, fluvius Bœotiæ, à quo *Ismenius* Apollo dicebatur, sed fluvius ab Ismeno Apollinis filio *Ismenus* dictus est, cum prius *Ladon* nuncuparetur, autore Paus. lib. 9. memoratur etiam Plutarcho de fluminibus.

35 Ἱσπανίαι, δύο τῶν Ἰταλίας ἐπαρχίαι.] Ispaniæ duæ Italiæ eparchiæ, id est, præfecturæ, (nomina quæ incipiunt à *jota* aliquammulta eorum apud antiquos scriptores sine aspiratione inveniuntur, quæ apud alios cum aspiratione scribuntur) Stephani mens est, Hispanias à Romanis in duas præfecturas majorem & minorem divisas fuisse. Ideo eas vocat *Italiæ præfecturas*.

36 Ἐκλήθη δὲ καὶ Ἰβηρία, καὶ Παννωνία.] Hispaniam vocatam quoque fuisse *Iberiam* & *Pannoniam* inquit: ultimum cognomen, apud neminem, quod sciam memoratur, pro quo *Pania* legendum esse censeo. Plinius enim lib. 3. c. 1. Plutarchus in Nilo, & ex his Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 1. c. 12. autores sunt, Ispaniam primo vocatam fuisse *Paniam* à Pane, quem Liber pater Ispaniæ præfectum reliquit, ac cum ignaros Stephani transcriptores id lateret pro Πανία, substituerunt Παννωνία, de qua videsis, quæ in Ἰβηρία annotavimus.

37 Ἴσσα, πόλις ἐν Λέσβῳ, &c.] Issa, urbs in Lesbo insula, nomen adepta ab Issa Macaris filia, cujus meminit Strabo lib. 1. Ipsa etiam Lesbus vocata fuit *Issa*, ut idem eodem libro tradit. Quod si à Phœnicibus, huic urbi nomen inditum fuit, qui in omnibus pene interni maris insulis stationes habebant, ac urbibus è lingua sua nomina imponebant quæ erat Hebrææ veluti dialectus quædam, ut videre est ex Plauti Pœnulo, ex Sam. Petit. Miscellaneis lib. 2. c. 1. ex Sam. Bocharti parte 2. lib. 2. c. 6. à Phœnicum lingua hujus urbis etymologia eruenda est. אישׁה *isah* enim Hebraice *virraginem* sonat.

38 Ἔστι καὶ νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα, &c.] Issa, insula urbem cognominem habens, inter Dalmatiam & Illyriam Syracusanorum coloniam, memoratur Marciano Heracleotæ in Periegesi, quam Strabo lib. 7. Ptol. lib. 2. c. 17. celebrat

39 Παρ

Ἔστι καὶ Ἠλυκῶς Ἴασος, ὅθεν τὸ Λέσβιε, [39] ὡς ἐν Παρθενίῳ ἐν Ἡρακλεῖ. A genere Isseus, de Lesbo [*dictum*] apud Parthenium in Hercule.

ΙΣΣΗΔΟΝΕΣ [40], ἔθνος Σκυθικὸν Ἑκαταίῳ Ἀσίας. Ἀλκμὰν δὲ μόνος Ἀσσηδόνας αὐτὰς φησιν. Εὑρίσκεται δὲ ἡ δοκίδα παρ' ἄλλοις διὰ τριῶν συλλάβων. [41] Ἔστι καὶ Ἰασηδὼν πόλις. B

ISSEDONES, populi Scythici, Hecatæ. Asia, Alcman verò Solus *Issedones* eos vocat. Invenitur secunda apud alios per *e*. Dicuntur, etiam *Issidi* per tres syllabas. Est & Issedon urbs.

ΙΣΣΟΣ [42], πόλις μεταξὺ Συρίας καὶ Κιλικίας, ἐν ᾗ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον ἐνίκησεν. Ἡ ἐκληθη διὰ τοῦτο Νικόπολις ἀπ' αὐτῆς. [43] Καὶ ὁ Ἰσσικὸς κόλπος. Ὁ πολίτης Ἰσσαῖος, ὡς Νεῖλος Νειλαῖος. [44] Ἐκεῖ δὲ καὶ ποταμὸς Πιναρὸς ὀνομαζόμενος. C

ISSOS, urbs inter Syriam & Ciliciam, ubi Alexander Darium vicit, quæ propterea *Nicopolis* ab eo vocata fuit. Est & Issicus sinus. Civis, Issæus, ut Nilus, Nilæus; illic verò est etiam fluvius *Pinarus* vocatus.

ΙΣΣΩΡΙΟΝ [45], ὄρος τῆς Λακωνικῆς, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Ἰασωτία. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰασώτιος. D

ISSORIUM, mons Laconicæ, à quo Diana Issoria. Gentile, Issorius.

ΙΣΤΙΑΙΑ [46], πόλις Εὐβοίας. Ὅμηρος,

— Πολυστάφυλόν τ' Ἐστίαιαν.

ἡ δὲ Ἀφροδίτη Ἰ. Ἰωνικὴ γραφή ἐστι. [47] Νῦν δὲ καλεῖται Ὠρωπός. Ὁ πολίτης, Ἱστιαιεύς. Ἔφορος δὲ τὸ ἐθνικὸν Ἑστιαῖος φησι. [48] Καὶ Ἱστιώτης, τῆς Θεσσαλικῆς. Τῆς δὲ Εὐβοίας, Ἀφροδίτη κατὰ τὸν γραφέα, καὶ Ἀφροδίτη Ἰ, καὶ Ἀφροδίτη Ἑ ψιλόν. E

ISTIÆA, urbs Eubœæ, Hom.

— *Multas habentem uvas Hestiæam.*

Scriptura verò per *i* Ionica est: nunc verò vocatur *Oropus*. Civis, Histiæeus. Ephorus verò gentile, Hestiæus inquit, & Histiotes, Thessalicæ. Histiææ verò Eubœæ gentile, differens est scriptura, & per *i*, & per *e* psilon.

ΙΣΤΟΣ [49], νῆσος Λιβύης, Οὐδενόη λεγο- ISTUS, insula Libyæ, *Udenoë* dicta à Liby-

39 Παρὰ Παρθενίῳ, ἐν Ἡρακλεῖ.] Parthenius fuit Poëta, cujus lectione delectabatur Tiberius Nero Cæsar, autore Suet. in vita Tiberii c. 70. de quo videsis commentariolum nostrum autorum, quos ad testimonium vocat Stephanus.

40 Ἰασηδόνες, ἔθνος Σκυθικόν.] Issedones, gens Scythica, quos Ptolemæus lib. 6. c. 16. locat in Serica. Serica autem regio erat finitima Scythiæ extra Imaum montem, autore eodem Ptolemæo libro capiteque citato.

41 Ἔστι καὶ Ἰασηδὼν πόλις.] Innuit Issedonem fuisse urbem Issedonum, quam Ptolemæus locat in Scythia extra Imaum montem lib. 6. c. 15. cum Issedones locet in Serica, ut ex nota præcedenti apparet, sed ipse etiam aliam Issedonem locat in eadem Serica. Ergo juxta Ptolemæum duæ fuere Issedones, scilicet Scythiæ extra Imaum montem, & Sericæ, alteram vocat ille *Scythicam*, alteram *Sericam*.

42 Ἴασος, πόλις μεταξὺ Συρίας καὶ Κιλικίας.] Issus, urbs inter Syriam & Ciliciam, victoria Alexandri adversus Darium celebris, quæ propterea ab ipso *Nicopolis*, ac si diceres *Victoriæ-urbs* vocata fuit, ut inquit noster; sed Strabonis Issus & Nicopolis diversæ sunt urbes. Ita enim ille lib. 14. Μεταξὺ Αἰγαίας Ἴασος, πολίχνιον ὑφορμον ἔχων καὶ ποταμὸς Πίνδος. Ἐνταῦθα ὁ ἀγὼν συνέπεσεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δαρείῳ· καὶ ὁ κόλπος εἰρηται Ἰσσικὸς· ἐν αὐτῷ δὲ πόλις Ἴωσος, καὶ Μυριάνδρος ἑτέρα πόλις, καὶ Ἀλεξάνδρεια, καὶ Νικόπολις, καὶ Μόψου ἕδρα· καὶ Πύλαι λεγόμεναι, ὅρος Κιλικιωτῶν καὶ Σύρων. i. e. *Post Egeas vero Issus est, oppidulum navium-stationi-aptum habens, & fluvius Pindus. Ibi accidit certamen Alexandro & Dario; & sinus dicitur* Issicus; *in eodem autem est urbs Rhossus & Myriandrus alia urbs, & Alexandria, & Nicopolis, &* Mopsii hestia [*i. e.* Mopsii focus *seu* lares] *& quæ* Pylæ [Portæ] *dicuntur, limes Cilicum & Syrorum.* Diversas etiam urbes facit Ptol. Issum & Nicopolim lib. 5. c. 8. Marcus etiam T. Cic. apud Issum *Imperator* appellatus fuit, ut ipse de se refert Epist. ad C. Curionem & alios lib. 2. Epist. 10. & lib. 5. Epist. ad Atticum Epist. 20. gloriatur se habuisse eadem castra, quæ olim Alexander. *Castella munitissima, nocturno Pontini adventu, nostro matutino, cepimus, incendimus.* Imperatores *appellati sumus. Castra paucos aies habuimus, ea ipsa, quæ contra Darium habuerat apud Issum Alexander, imperator haud paulò melior, quam aut tu, aut ego.*

43 Καὶ ὁ Ἰσσικὸς κόλπος.] Ab Isso nomen accepit Issicus sinus, ab aliis *sinus Pamphylius* à regione Pamphylia, quam alluit, dicitur. Memoratur inter alios Straboni lib. 14. Ptolemæo lib. 5. c. 8. Constant. Porphyrogenetæ de Them. lib. 1. Them. 13.

44 Ἐκεῖ δὲ καὶ ποταμὸς Πιναρὸς ὀνομαζόμενος.] Pro ποταμὸς Πιναρὸς existimo legendum ποταμὸς Πινδος. Sic enim vocatur apud Strabonem, cujus verba adduximus nota 39. præcedenti.

45 Ἰασώτιον, ὄρος τῆς Λακωνικῆς, &c.] Issorium, mons Laconicæ, à quo Diana *Issoria*, quæ ibi colebatur; Hesychio Ἰασωτία dicitur non solum *Diana*, sed etiam festum in ejus honorem, & locus in Sparta.

46 Ἱστίαια, πόλις Εὐβοίας.] Histiæa, urbs Eubœæ ex Homero cujus affert hemistichium, quod legitur Il. 2. v. 537. de qua videsis, quæ in Ἑστίαια annotavimus.

47 Νῦν δὲ καλεῖται Ὠρωπός.] Lege Ὠρεός. Ex Strabonis enim lib. 10. & ex Pausaniæ lib. 7. quorum verba adduximus in Ἑστίαια, constat Hestiæam prius vocatam fuisse Ὠρεὸν, ac deinde Ἑστίαιαν.

48 Καὶ Ἱστιώτης, τῆς Θεσσαλικῆς.] Hæc sic puto legenda, καὶ Ἱστιαιώτης, τῆς Θεσσαλικῆς μοίρας, i. e. *& Histiæotes, Thessalicæ portionis.* Ἑστιαιῶτις enim seu Ἱστιαιῶτις erat pars quædam Thessaliæ ex quatuor, in quas dividebatur, ut apparet ex Strabonis lib. 9. de quibus suo loco; nostram conjecturam confirmat Eust. ad Il. 2. v. 537. cujus sunt verba: Ὕστερον δέ, φασιν, ἐκλήθη αὕτη Ὠρεός. Ὁ πολίτης ταύτης Ἱστιαιεύς. Ὁ δὲ Θεσσαλικῆς Ἱστιαίας πολίτης, Ἱστιαιώτης. i. e. *Postea verò, dicunt, vocata fuit ipsa* [Histiæa] Oreus; *Civis hujus Histiæeus; Thessalicæ verò Histiææ civis, Histiæotes.*

49 Ἶστος, νῆσος Λιβύης, Οὐδενόη λεγομένη, &c.] Istus, insula Libyæ, à Libybus Udenoë, à Phœnicibus *Cellararsath* dicta. Udenoë fortean est eadem, quæ Stephano suo loco dicitur Ἐυδένη, Cellararsath verò est corruptum nomen ex Hebræa lingua, in qua קלע *Kela* significat *cortinam, velum*, & ערשת *arsath* sonat *lectum*, forma constructa ex ערשה *arsah*, unde Hamos c. 6. v. 4. dicitur ערשות *arsotham*, i.e. *lectis-eorum*. Sic enim vocata fuit à Phœnicibus hæc insula, ut inquit noster, quod esset *navi*, i.e. *velo navis*, similis; illa autem literarum ar repetitio ex

λεγομένη ἀπὸ Λιβύων, ἀπὸ δὲ Φοινίκων Κελ- A λαρσαρσούθ, ὁ ἑρμηνεύεται Ἰστωνίς· νηὶ γὰρ ἔστι παραπλήσιος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰστιος, τῷ λόγῳ τῶν εἰς ος δισυλλάβων ὀνομάτων νήσων, Ἴμβριος, Ἄνδριος.

Libybus, à Phœnicibus verò *Cellarsarſuth*, quod interpretatur *Iſtonis*, navi enim ſimilis eſt. Gentile, Iſtius, ratione nominum diſyllaborum inſularum in *os*, ut Imbrius, Andrius.

Ἰστρία [10], χώρα κατὰ τὸν Ἰώνιον κόλπον. B Οἱ οἰκήτορες, Ἴστροι καὶ Ἴστριοι.

ISTRIA, regio juxta Ionium ſinum. Incolæ, Iſtri, & Iſtrii.

Ἰστριανὰ [11], πόλις παρὰ τὴν Περσικὴν θάλασσαν, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν Ἰστριανίτης, ἢ Ἰστριανίτης. C

ISTRIANA, urbs circa Perſicum mare, ut Marcianus in Periplo ipſius. Gentile, Iſtrianenus, vel Iſtrianites.

Ἴστροι [12], ἔθνος ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν καὶ κτητικὸν, Ἴστρικὸς, ὡς τὸ Ταῦροι Ταυρικός.

ISTRI, populi in Ionio ſinu Hecatæ. Europa. Gentile & poſſeſſivum, Iſtricus, ut Tauri, Tauricus.

Ἴστρος, πόλις Κρήτης, ἣν Ἀρτεμίδωρος Ἱστρωνάφησι. [13] Δευτέρα πόλις Ἴστρος, ἐν τῷ Πόντῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἴστριος, καὶ Ἰστριώτης. Ἄρριανὸς δὲ Ἰστρίαν, ὡς Ὀλβίαν αὐτὴν φησι. Τὸ ἐθνικὸν, παλαιὸν Ἰστριανὸς, ὡς Ὀλβιανός· καὶ κατὰ τροπὴν Ἰστριώτης λιμήν, καὶ Ἰστριανὴ θηλυκῶς. Τρίτη, νῆσος πόλιν D ὁμώνυμον ἔχουσα, κατὰ Τριόπιον τῆς Κνιδίας. Τετάρτη, πόλις τῆς Ἰαπυγίας, ὡς Ἔφορος ἐν κθ΄ συνάτῳ.

ISTRUS, urbs Cretæ, quam Artemidorus *Iſtronem* vocat, ſecunda urbs Iſtrus, in Ponto. Gentile, Iſtrius, & Iſtrieus. Arrianus verò *Iſtriam* ut Olbiam eam vocat. Gentile, idem, Iſtrianus, ut Olbianus, ac verſo *a* in eta, Iſtrienus portus. Eſt & Iſtrianis fœm. genere. Tertia, inſula urbem ejuſdem nominis habens, juxta Triopium Cnidiæ. Quarta, urbs Iapygiæ, ut Ephorus lib. 29.

Ἴστων [14], ὄρος παρατεῖνον τῇ Κερκύρᾳ· Θουκυδίδης τρίτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰστωναῖος, ὡς Τορωναῖος. F

ISTONE, mons finitimus Corcyræ, Thucyd. lib. 3. Gentile, Iſtonæus, ut Toronæus.

Ἰταλία [15], ἡ χώρα ἀπὸ Ἰτάλου· [16] ἣ πρὶν

ITALIA, regio, ab Italo, quæ prius Au-

nominis ignorantia proculdubio procedit, quin etiam errorem ineſſe puto in nomine Græco Ἱστωνίς, pro quo legendum ἱστὸν νεώς, i. e. *velum navis*; obiter notandum ἱστὸς, id eſt, *velum*, notari ſpiritu aſpero, ac eodem modo ſcribendum nomen hujus inſulæ. Utrumque enim ſic ſcribitur apud Heſych. Ἱστὸς, τὸ ὀρθὸν ξύλον τοῦ νεώς, καὶ τὸ ὑφασλικὸν ἀπὸ ἑστάναι, καὶ νῆσος. i. e. *Hiſtos, rectum lignum navis, & textorium à verbo ſtare, & inſula*. Etymologia hujus inſulæ, quam affert Bochartus parte 2. Geographiæ ſacræ lib. 1. c. 26. & lib. 2. c. 12. ex חבל *chebel*, i. e. *funis*, & ex רפסות *rapſoth*, i. e. *rates*, nullam veriſimilitudinem habet, ut vides.

50 Ἱστρία, χώρα κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον, &c.] Iſtria, regio juxta Ionium ſinum, quæ Italiæ pars judicatur, adhuc nomen retinet, cujus præcipuæ urbes Pola, olim *Pietas Iulia*, Parentium, vulgo *Parenzo*, caput Iſtriæ, vulgo *capo d'Iſtria*, olim Ægida, deinde *Iuſtinopolis*, i. e. *Iuſtini-civitas*, quod ab imperatore Iuſtino inſtaurata fuerit, teſte Bunonio ad Cluverii introduct. in univerſ. Geograph. lib. 3. c. 35. incolæ dicuntur Iſtri & Iſtrii. Id nominis ſcribitur etiam cum aſpiratione, quod plurimis nominibus, quæ incipiunt ab *jota*, frequenter accidit. Cujus deſcriptionem habes apud Ptol. lib. 3. c. 1. apud Plin. lib. 3. c. 19.

51 Ἱστριανὰ, πόλις παρὰ τὴν Περσικὴν θάλασσαν.] Iſtriana, urbs circa mare Perſicum memoratur etiam Ptolemæo lib. 6. c. 7.

52 Ἴστροι, ἔθνος ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ.] Iſtri, ſeu Iſtrii, (utroque enim modo reperiuntur hujuſmodi populorum nomina) ut Bœoti, Bœotii, Syri, Syrii & alia ejuſdem farinæ, ſunt populi circa Ionium ſinum quorum regio Iſtria, de qua & ejus incolis egit in Ἱστρία, quare hæc ſectio videtur ſupervacanea.

53 Δευτέρα πόλις Ἴστρος, ἐν τῷ Πόντῳ.] Cum prius memoraverit Iſtrum urbem Cretæ, cujus altum apud alios ſilentium, nunc celebrat Iſtrum urbem in Ponto, quæ Ptolemæo lib. 3. c. 10. dicitur *Iſtropolis*, de qua ita Plin. lib. 4. c. 11. *Namque Thracia altero latere à Pontico litore incipiens, ubi Iſter amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte urbes habet Iſtriopolim Mileſiorum, Tomos, Calatin, &c.* Amm. Marcellinus lib. 22. c. 19. *Iſtron* vocat ac quondam potentiſſimam fuiſſe civitatem inquit, hodie teſte Nigro eam vulgò *Groſſeam* barbari appellant. Euſeb. Chronic. lib. 1. autor eſt, conditam fuiſſe rege Macedonum Argæo.

54 Ἴστων, ὄρος παρατεῖνον τῇ Κερκύρᾳ.] Iſtone, mons finitimus Corcyræ, ſcilicet urbi cognomini inſulæ ex Thucydidis lib. 3. cujus ſubjiciam verba: Ἀναβάντες ἐς τὸ ὄρος τὸ Ἴστωνα, τεῖχος ἐνοικοδομησάμενοι, ἐφθειρον τὰς ἐν τῇ πόλει, καὶ τὴν γῆν ἐδῄουν. i. e. *Montem Iſtonem conſcenderunt, & muro, id eſt, caſtello illic exſtructo*, eis qui in *urbe erant multa damna inferebant, agrisque potiebantur.*

55 Ἰταλία, ἡ χώρα, ἀπὸ Ἰτάλου.] Italia, regio Europæ notiſſima & antiquitus Romanorum imperio celeberrima; ſic dictam fuiſſe inquit noſter ab *Italo*, quod etiam teſtatur poëtarum eruditiſſimus Æneid. lib. 1. v. 534.

Eſt locus Heſperiam Graii cognomine dicunt
Terra antiqua, potens armis, atque uberе glebæ
Oenotrii coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem.

Hunc Italum, à quo Italiæ nomen factum eſt, Arcadum quemdam regem fuiſſe tradit Thucyd. lib. 6. Εἰσὶ δὲ καὶ τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Σικελοὶ, καὶ ἡ χώρα ἀπὸ Ἰτάλου βασιλέως τινὸς Ἀρκάδων τοὔνομα τοῦτο ἔσχεν, ὅτιος Ἰταλία ἐπωνομάσθη. i. e. *Sunt autem & nunc adhuc in Italia Siculi, & illa regio ab* Italo *rege quodam Arcadum, qui hoc nomen habebat, ſic* Italia *cognominata eſt.*

56 Ἡ πρὶν

56 ἡ πρὶν Αὐσονία, καὶ Αὐσονίς. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰταλὸς, καὶ Ἰταλίς. Ἀπὸ δὲ Ἰταλίας, τὸ Ἰταλιώτης, ὡς Φθιώτης, 57 καὶ Λικιώτης. 58 Τί δὲ διαφέρει τὸ Ἰταλὸς καὶ Ἰταλιώτης, ἐν τῷ περὶ Σικελίας εἰρήσεται. Τὸ θηλυκὸν, Ἰταλιῶτις. Καὶ Ἰταλιδῆς, ὡς καὶ Αὐσονία τὸ Αὐσονιδής. Καὶ Ἰταλιάζειν ῥῆμα. Καὶ Ἰταλικὸς τὸ κτητικὸν, καὶ Ἰταλιωτικός. 59 Ἔστι καὶ Ἰταλικὸν, χωρίον Σικελίας. 60 Ἔστι καὶ Ἰταλικὴ πόλις Ἱσπανίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰταλικήσιος. Καὶ Ἰταλικησία ἐκαλεῖτο ἡ χώρα, 61 καὶ Οἰνωτρία, καὶ Ἑσπερία.

A Ausonia, & Ausonis. Gentile, Italus, & Italis, ab Italia verò fit Italiotes, ut Phthiotes, & Liciotes: in quo verò differat Italus ab Italiotes, quum de Sicilia agemus dicetur. Fœmineum, Italiotis. Dicitur etiam talicus, ut B ab Ausonia, Ausonicus, & *Italizo* verbum, & Italicus possessiv. & Italioticus. Est & Italicum, regio Siciliæ. Est & Italica, urbs Iberiæ. Gentile, Italicesius, regio vocabatur *Italicesia*, & *Oenotria*, & *Hesperia*.

ΙΤΑΝΟΣ 62, πόλις ἐν Κρήτῃ, ἀπὸ Ἰτάνου Φοίνικος, ἢ τῶν Κρητῶν ἐνὸς μιχαδεν. Οἱ πολῖται, Ἰτάνιοι. 63 Ἔστι καὶ ἄκρα.

ITANUS, urbs in Creta, ab Itano Phœnice, vel ab uno Curetum convena. Cives, Itanii. Est & promontorium.

ΙΤΕΑ 64, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. D Ὁ δημότης, Ἰταῖος. Ἀνδροτίων δὲ τρισυλλάβως ἔφη.

ITEA, populus Acamantidis tribus. Popularis, Itæus, Androtio trisyllabos dixit.

ΙΤΥΚΗ 65, πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰτυκαῖος. Ἀφ' οὗ Διονύσιος Ἰτυκαῖος, ῥιζοτομικῶν πρώτῳ. E

ITYCA, urbs Libyæ, Tyriorum colonia. Gentile, Itycæus, unde Dionysius Itycæus Rizotomicorum primo.

ΙΤΩΝ,

ITON,

56 Ἡ πρὶν Αὐσονία, καὶ Αὐσονίς.] Italia, prius vocata fuit *Ausonia*, & *Ausonis*. His adde & hæc, *Hesperia*, *Saturnia*, *Latium*, *Oenotria*, à vini copia, quibus nominibus poetæ utuntur, de cujus laudibus referti sunt tam poetarum, quam historicorum libri. Itaque cum Solino c. 8. possumus dicere: *Sed Italia tanta cura ab omnibus dicta est, præcipue à M. Catone, ut jam inveniri non possit, quod non veterum autorum præsumpserit diligentia, largiter in laudem excellentis terræ materia suppetente, dum scriptores præstantissimi reputant locorum salubritatem, cæli temperiem, ubertatem soli, aprica collium, opaca nemorum, innoxios saltus, vitium, olivarumque proventus, ovilia, pecuaria, tot amnes, lacus tantos, biferia violaria, inter hæc Vesuvium fragrantis animæ spiritu vaporantem, tepentes fontibus Bajas, colonias tam frequentes, tam assiduam novarum urbium gratiam, tam clarum decus veterum oppidorum, quæ primùm Aborigines, Aurunci, Pelasgii, Arcades, Siculi, totius postmodum Græciæ advenæ, & in summa victores Romani condiderunt.* De quibus vide Plinium lib. 3. c. 5. Virgilium Georgic. lib. 2. v. 136. His tot bonis vitium masculæ Veneris objiciunt, Italos enim primos necessitate coactos in diutinis bellorum expeditionibus maribus abusos fuisse refert Nicol. Leonicus de Var. Hist. lib. 3. c. 25. sed id vitii ego potius à Græcis crediderim originem trahere, quandoquidem tradit Herodotus lib. 1. c. 135. Persas puerorum quoque indulgere amori à Græcis edoctos, à quibus id vitii in alias irrepsisse gentes verosimile est, etsi vitia sine magistro etiam discuntur.

57 Καὶ Λικιώτης.] Legendum puto καὶ Λυκιώτης, a Lycia.

58 Τί δὲ διαφέρει τὸ Ἰταλὸς καὶ Ἰταλιώτης ἐν τῷ περὶ Σικελίας εἰρήσεται.] In quo differat *Italus* ab *Italiotes* promittit se dicturum, cum de Sicilia egerit, ego verò nolo illuc remittere lectorem. *Italus* igitur, & *Siculus*, dicitur indigena regionis, *Italiotes* verò & *Siceliotes*, advena, & sic alia hujus formæ nomina.

59 Ἔστι καὶ Ἰταλικὸν χωρίον Σικελίας.] Fallitur epitomator noster. Italicum fuit oppidum Italiæ, non Siciliæ, prius *Corfinium* dictum, autore Strabone lib. 5. Κορφίνιον τὸ τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν κοινὸν ἅπασι τοῖς Ἰταλιώταις ἀποδείξαντες πόλιν, διὰ τὴν Ῥώμης, ἐρημίαν δὲ πολεμικὴν, μετωνόμασαν Ἰτάλικόν. i. e. *Corfinium Pelignorum metropolin communem omnibus Italiotis designantes urbem, pro Roma, arcem belli nominarunt Italicen.* Terminationem oppidorum ne cura. Diversa enim est apud scriptores, ut sæpe sæpius annotavimus.

60 Ἔστι καὶ Ἰταλικὴ, πόλις Ἱσπανίας.] Italica, Iberiæ urbs, cui orbis terrarum tres debet imperatores, Trajanum, Adrianum, Theodosium. Ex ea quoque ajunt fuisse Silium Italicum; etsi hujus urbis gentile, juxta Stephani sententiam id non adjuvat, cui Ἰταλικήσιος dicitur; eam condidisse Scipionem tradit Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 2. c. 23. ex Appiano in Ibericis. Leovegildum Hispaniæ regem instaurasse prodidit Joan. Abbas Biclarensis in suo Chronicò, de cujus situ non convenit inter auctores. L. Non. in sua Hispania c. 17. autor est, sitam fuisse eo in loco, qui nunc vulgò Hispanis dicitur *Sivilla la vieja*; verosimile est ex hujus ruinis crevisse Hispalin, quæ nunc vulgò *Sivilla* vocatur.

61 Καὶ Οἰνωτρία, καὶ Ἑσπερία.] Hæc suspicor esse extra suum locum. Hispania enim, si bene memini, numquam vocata fuit *Oenotria*, sed *Hesperia ultima*; Italia & *Oenotria*, & *Hesperia* appellata fuit, ut nota 56. præcedenti annotavimus.

62 Ἰτάνος, πόλις ἐν Κρήτῃ.] Itanus urbs Cretæ memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 17. Herodoto lib. 4. c. 151.

63 Ἔστι καὶ ἄκρα.] Itanum promontorium memorat Plin. lib. 4. c. 12.

64 Ἰταῖος.] Lege Ἰτεαῖος. Id enim ratio formæ ab Itea exigit, ac quæ sequuntur, sic sunt legenda: *Ἀνδροτίων δὲ τρισυλλάβως ἔφη, Ἰτεαῖος.*

65 Ἰτύκη, πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος.] Ityce Græcis, Utica Latinis fuit urbs Libyæ Tyriorum colonia, ut inquit noster, quod inter alios testantur Justin. lib. 18. c. 4. Velleius Paterculus lib 1. c. 2. Ejus quoque nomen *Tyriam*, i. e. *Phœniciam* originem redolet. עתיק *athik* enim Hebraice est *antiquus* & formâ fœminina עתיקא *athica*, *antiqua*; unde parum corrupto nomine Græcis *Ityce*, Latinis *Utica*, cujus etymologiam expressit Sil. Italicus lib. 3.

Proxima Sidoniis Utica est effusa maniplis
Prisca situ, vetereque ante arces condita Byrsæ.

Fuit urbs maritima, de qua sic Strabo lib. 17. Ἡ δὲ Ἰτύκη δεύτερα μὲν Καρχηδόνα τῷ μεγέθει, καὶ τῷ πεζὰ μὲν καλλιτεύεσθαι ὑπὲρ Καρχηδόνα, οἰκεῖν δὲ ὡς ὧν μητρόπολις τῆς Ῥωμαίων, καὶ ὁρμητήριον πρὸς τὰς ἐν Λιβύῃ πράξεις, &c. i. e. *Utica verò & magnitudine, & dignitate secunda post Carthaginem: & hac exisa illa fuit sicut metropolis Romanis & arx ad res in Africa gerendas.* In eodem sinu sita erat, in quo Carthago, ad alterum ex promontoriis, quæ sinum faciebant, à qua unius diei erat præternavigatio, autore Scylace in Καρχηδόνι. In ea Cato necem sibi consciverit, teste Mela lib. 1. c. 7. *Urbes Utica, & Carthago, ambæ inclytæ, ambæ à Phœnicibus conditæ, illa fato Catonis insignis, hæc suo.* Nonnulli putant esse, quæ *Biserta* hodie vulgò dicitur.

Ἴ Τ Ω Ν [66], πόλις Θεσσαλίας.
— Ἰτωνά τε μητέρα μήλων.
Οἱ ἐγχώριοι ἐξυβρίνως αὐτὴν φασιν Ἰτών. Τινὲς δὲ Σιτῶνα αὐτὴν φασι, διὰ τὸ σιτοφόρον. Λέγεται καὶ ἡ Ἰτων, ἀπὸ Ἰτώνος ἥρωος· ἀφ' οὗ καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ, ἥτις καὶ Ἰτώνη, Ἰτωναῖος, καὶ Ἰτωνὰς καὶ ἡ Ἀθηνᾶ. Ἔστι καὶ πόλις Ἰτώνη ἐν Ἠπείρῳ, καὶ Ἰταλίας, καὶ Βοιωτίας, καὶ Λυδίας. Ὁ πολίτης, Ἰτώνιος· καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ, καὶ Ἰτωνιὰς, καὶ Ἰτωνίς. Καὶ χώρα Ἰτώνη ὑπὸ τὸν Αἷμον, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπης.

ITON, onis, urbs Theſſaliæ.
— *Itonemque matrem ovium.*
Indigenæ cum accentu acuto eam dicunt *Iton*; aliqui verò *Sitona* eam dicunt, quod ſit σιτοφόρος, i. e. *frumenti-ferax*. Dicitur etiam Itonus, ab Itono heroë, à quo & Minerva Itonia, quæ etiam Itone, Itonæus, & Itonæa Minerva. Eſt & urbs Itone in Epiro. Eſt & urbs Italiæ, & Bœotiæ, & Lydiæ. Civis, Itonius, & Itonia Minerva, & Itonias, & Itonis. Eſt & regio Itone ſub Hæmo, ut Hecatæus. Europa.

Ἰ Χ Α Ν Α [67], πολίχνιον τῆς Σικελίας, διὰ τὸ τῇ αὐτῆς ἁλώσει πολλὰ προζλιπαρῆσαι τὰς Συρακουσίας. [68] Ἰχαναῖν δὲ, τὸ ἐπιθυμεῖν. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰχανῖνος.

ICHANA, oppidulum Siciliæ, quod in ejus expugnatione valde aſſidui fuiſſent Syracuſani. Ἰχανᾶν enim eſt *expetere*. Gentile, Ichaninus.

Ἴ Χ Ν Α Ι [69], πόλις Μακεδονίας· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Ἐρατοσθένης δὲ Ἄχνας αὐτὴν φησι. Φιλητᾶς δὲ Ἄχνην φησὶ, διὰ τοῦ α. Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Ἰχναῖος, καὶ Ἰχναία ἡ Θέμις. Διωκομένη γὰρ ὑπὸ τοῦ Διὸς, καλελείφθη ἐν τοῖς τῶν Ἰχναίων τόποις. Καὶ ἀπὸ τοῦ διωχθῆναι κατ' ἴχνος ὠνομάσθη. [70] Καὶ ἕτερα ἐστὶ τῆς ἀναβολικῆς πόλις.

ICHNÆ, urbs Macedoniæ, Herodotus lib. ſeptimo, Eratoſthenes verò *Achnas* eam vocat; Philetas verò *Achnen* inquit per *a*. Gentile, Ichnæus, & Ichnæa Themis, quam perſequens Jupiter, in Ichnæorum locis deprehendit, & ſic vocata fuit, ἀπὸ τοῦ, &c. i. e. *quod per veſtigia eam Jupiter perſequeretur*. Eſt & alia orientalis [*regionis*] urbs.

Ἰ Ψ Ι Κ Ο Υ Ρ Ο Ι [71], ἔθνος Λιγυστικόν· Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ τρίτῳ. Ἦν ἐνέμοντο πρότερον Ἴψικροι, καὶ Ἀρβάζανοι, καὶ Εὔβοιοι, Λίγυες τὸ γένος.

IPSICURI, populi Liguſtici, Theopomp. lib. quadrag. tertio, *quam incolebant prius Ipſicuri, & Arbazani*, & Eubœi Ligures genere.

Ἰ Ω Λ Κ Ο Σ [72], πόλις Θεσσαλίας.
Φοίβῃ, καὶ Γλαφηρᾷ, καὶ εὐκλειδείῃ Ἰωλκῷ.
Ἀπὸ Ἰωλκοῦ τοῦ Ἀμύρου. Ἀφ' οὗ τὸ Ἀμυρικὸν πεδίον Λαρισσαίων. Τὸ ἐθνικὸν Ἰώλκιος, καὶ Ἰωλκία, καὶ Ἰωλκὶς, καὶ Ἰωλκιάς.

IOLCUS, urbs Theſſaliæ,
Phœben, & Glapheras, & bene-conditam Iolcum.
Ab Iolco Amyri filio, à quo Amyricus campus Lariſſæorum. Gentile, Iolcius, & Iolcia, & Iolcis, & Iolcias.

Ἴ Ω Λ Ο Ν [73], ὄρος Περραιβίας. Οἱ οἰκοῦντες, Ἴωλοι. Ὅμηρος,

I O L U M, mons Perrhæbiæ. Incolæ, Iolii. Homerus:

Τῷ

Hunc

66 Ἴτων, πόλις Θεσσαλίας.] Iton, urbs Theſſaliæ, quæ etiam *Itonus*, & *Itone* & *Siton*, à frumenti copia dicta fuit, memoratur Homero Il. 2. v. 696. ubi legitur hemiſtichium illud, quod innominato poeta affert noſter, necnon Straboni lib. 9.

67 Ἰχανα, πολίχνιον τῆς Σικελίας.] Ichana, urbs Siciliæ. Ichananenſes inter Siciliæ populos celebrat Plinius lib. 3. c. 8. Ptolemæo lib. 3. c. 4. *Ina* dicitur, quem ex Stephano corrigendum eſſe exiſtimo, ac pro Ἴνα legendum Ἴχανα.

68 Ἰχανᾶν δὲ, τὸ ἐπιθυμεῖν.] Ἰχανᾶν ſignificat *expetere*, à quo verbo deducit Ichanæ Siciliæ oppidi etymologiam, quod apud alios *ἰχανῶν* dicitur, ac ſic nomen oppidi Ἴχανα ſcribendum erat. Perperam etiam apud Heſych. legitur *ἰχαίων* pro *ἰχανῶν*.

69 Ἴχναι, πόλις Μακεδονίας.] Ichnæ, urbs Macedoniæ ex Herodoti libro 7. qui eam memorat libro citato ab Stephano c. 123. ex noſtris eam celebrat Plinius lib. 4. c. 10.

70 Καὶ ἕτερα ἐστὶ τῆς ἀναβολικῆς πόλις.] Celebrat etiam urbem Ichnas orientis, quam Dio lib. 40. *Ichnias* vocat, & Meſopotamiæ caſtellum eſſe inquit.

71 Ἴψικροι, ἔθνος Λιγυστικόν.] Ipſicuri, gens Ligurum, ex Theopompi lib. 43. cujus apud alios altum eſt ſilentium, Ἴψικροι dicuntur in Ἀρβαζανοί, & hi in hac ſectione Ἀρβάζανοι.

72 Ἰωλκὸς, πόλις Θεσσαλίας.] Iolcus, ſeu Iaolcus, utroque enim modo dicitur, teſte Euſtathio ad Il. 2. v. 712. urbs Theſſaliæ, quam Homerus celebrat Iliade verſuque citato, ubi legitur verſiculus ille, quem noſter affert, innominato poeta, valdè corruptum. Sic enim apud Homerum habetur:

Βοίβῃ, καὶ Γλαφύρῃς, καὶ εὐκλειδείῃ Ἰαωλκῷ.
Bœben, & Glaphyras, & bene-conditam Iaolcum.

Quare apud Stephanum pro Φοίβῃ, Γλαφηρᾶς, Ἰωλκῷ leges, Βοίβῃ, Γλαφύρας, Ἰαωλκῷ.

73 Ἴωλον, ὄρος Περραιβίας.] Iolum, montem Perrhæbiæ, ex Homero memorat, cujus affert verſiculum, qui invenitur Il. 2. v. 749. in quo nulla fit hujus montis mentio.

74 Ἴωνη.

Τῷ δ' Ἐνιλεῦες ἕπονθο, μιμεπόλεμοί τε Περαιβοί. A

Hunc Enienes sequebantur, belloque constantes Perœbi.

Ἰ Ω Ν Η [74], ἔτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀντιόχεια, ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, ὑπὸ Ἀργείων. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰωνίτης, ἢ Ἰωναῖος, ὡς Κλεωναῖος. [75] Κλεωναῖος, ὁ Χάρων. B

IONE, sic vocabatur, Antiochia juxta Daphnen, quam condidere Argivi. Gentile, Ionites, vel Ionæus, ut Cleonæus. Cleonæus, Charonis. [*Leonis.*]

Ἰ Ω Ν Ι Α [76], ἡ Ἀττικὴ πρότερον, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Κρεούσης τῆς Ἐρεχθέως. Οὕτω μὲν οἱ Ἀθηναῖοι· ἐν δὲ Δωριεῦσιν, Αἰτωλοί· ἐν δὲ Αἰολεῦσι, Βοιωτοί· ἐν δὲ τοῖς Ἴωσιν, Ἀθηναῖοι. Οἱ οἰκῶν, Ἴων, καὶ Ἰωνὶς, καὶ Ἰάς· καὶ Ἰωνικὸς, καὶ Ἰωνικίζω ῥῆμα. C

IONIA, Attica prius, ab Ione Apollinis filio ex Creusa Erechthei, sic quidem Athenienses; inter Dores verò, Ætoli; inter Æoles autem, Bœotii; inter Iones autem, Athenienses. Incola, Ion, onis, & Ionis, & Ias, adis, & Ionicus, & *Ionicizo* verbum.

Ἰ Ω Ν Ι Δ Α Ι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Ἰωνίδης. Τὰ πατρικὰ, ἐξ Ἰωνιδῶν, εἰς Ἰωνιδῶν, ἐν Ἰωνιδῶν.

IONIDÆ, populus Atticæ, Ægeidis tribus. Popularis, Ionides. Localia, ex Ionidarum, ad Ionidarum, in Ionidarum.

Ἰ Ω Π Ι Σ [78], ὀξυτόνως, Λακωνικὴ χώρα. Ἡρωδιανὸς πρώτῃ. D

IOPIS, cum accentu acuto, Laconica regio, Herodian. lib. 4.

Ἰ Ω Τ Α Π Α Τ Α [79], πόλις Συρίας. Ἰώσηπος τρίτῳ καὶ ἑβδόμῃ, Ἰωταπάτη. Τὸ ἐθνικὸν, Ἰωταπατηνός.

IOTAPATA; urbs Syriæ, Josephi lib. 3. Fœmin. Iotapate. Gentile, Iotapatenus.

K. KA- C. CA-

74 Ἰώνη, ἔτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀντιόχεια, ἡ ἐπὶ Δάφνῃ.] Ione, sic vocabatur *Antiochia ad Daphnen*, inquit nunc epitomator noster, cum in Ἀντιόχεια id silentio præterierit. Gaza etiam id cognomen habuit, ut ipse dixit in Γάζα, quæ nescio, ex quo desumpserit.

75 Κλεωναῖος ὁ Χάρων.] Lege Κλεωναίης Χάρωνος, i. e. *Cleonæi leonis*, ex Suida in Κλεωναῖ. Est enim principium versiculi, quem afferebat noster in confirmationem gentilis præcedentis; integer locus sic apud Suidam loco citato se habet: Κλεωναῖ, ὄνομα τόπε, ἔνθα διέτριβεν ὁ λέων, ὃν ἀπέκτεινεν ὁ Ἡρακλῆς.

Κλεωναίης Χάρωνος, ἣ χαροπὸς λέοντος.

Id est: *Cleonæ, nomen loci ubi versabatur leo ille, quem Hercules sustulit:*

Cleonæi Charonis, terribilis leonis.

76 Ἰωνία, ἡ Ἀττικὴ πρότερον ἀπὸ Ἴωνος.] Atticam prius Ioniam vocatam fuisse inquit ab Ione, & Athenienses Iones, nec solum Athenienses, sed etiam inter Dores seu Dorienses, Ætoli, & inter Æoles Bœotii, & alii etiam sic vocati sunt, ut videre est ex Hesychio in Ἴωνες, & Strabone lib. 8. at verò Ionia erat regio Asiæ minoris, teste Ptolemæo lib. 5. c. 2. cujus incolæ erant divisi in duodecim civitates (etsi Ptolemæus huic regioni libro capiteque citato tantum duas tribuit, Smyrnam & Clazomenas) eæ verò erant juxta Harpocrationem in Ἰωνία: Ephesus, Androclus, Miletus, Myus, Priene, Colophon, Teos, Lesbus, Erythræ, Phocæa, Clazomenæ, Samus, de quibus videsis Suidam in Ἰωνία, Ælianum de Varia Historia l. 8. c. 5. Hinc *Panionion* dicebatur conventus, ubi congregabantur omnes Iones, scilicet viri ab illis duodecim civitatibus missi de rebus gravibus consulturi, cujus meminit Herodotus lib. 1. c. 143, 148.

77 Καὶ Ἰωνικίζω ῥῆμα.] Ionicizo, id est, *Ionum mores imitor*. Dicitur etiam ἰάζω, ἰωνίζω. Invenitur etiam adverbium ἰαστὶ, unde ἡ Ἰαστὶ ἁρμονία, teste Athenæo lib. 14. quæ aliis dicitur *Iastius*, & *Iastius*, non ab urbe Iasso, ut aliqui existimant.

78 Ἰωπὶς, ὀξυτόνως, Λακωνικὴ χώρα.] Iopis, Laconica regio ex Herodiani lib. 4. Quis fuerit iste Herodianus ingenuè fateor me nescire. Noster enim autor diversos hujus nominis autores ad partes vocat, ut videre est ex nostro commentariolo: Iopis verò apud Pausaniam in Laconicis non est regionis, sed Herois nomen.

79 Ἰωτάπατα, πόλις Συρίας.] Iotapata, urbs Syriæ ex Josepho lib. 3. scilicet de Bello Judaïco: fuit verò urbs Galilææ, non Syriæ, quam Josephus adversus Vespasianum defendebat, ut ipse refert, cujus descriptionem, obsidionem, & expugnationem habes apud eumdem Josephum libro citato c. 12. juxta textum Græcum.

K.

ΚΑΒΑΛΙΣ [1], πόλις πλησίον Κιβύρας, [2] πρὸς νότον Μαιάνδρου. Ἡ ἐθνικὴ, Καβαλίδης. Ὁ πολίτης, Καβαλεύς. Ἐκαλεῖτο Ἀσία. Καὶ ἐθνικῶς, [3] ὡς Στράβων ἐν τῇ ἐρημιδίῃ· Ἀπόγονοι δὲ Λυδῶν οἱ Κιβυρᾶται, τὴν καταοχθίσαν τὴν Καβαλίδα. Ὁ δὲ πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος Καβάλιστάν φησι, τὸ ἐθνικόν. [4] Εἶναι δὲ τὸ γένος αὐτόθι Ὀλβίαν.

ΚΑΒΗΣΣΟΣ [5], πόλις ἐν Καππαδοκίᾳ, πατρὶς Ὀθρυονέως. Ὅμηρος,

— Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα.

Ἐκαλεῖτο δ' ὁ Μιλήσιος, Καβησὸν πόλιν εἶναί φησιν, ὑπερβάλλει τὸ Θρᾴκιον Αἷμον. [6] Καὶ συμφωνεῖ ἡ τῶν γάμων ἐλπὶς τῶν Θρᾳκῶν ἀκολασία. Ἑλλάνικος δὲ, τῆς Λυκίας πόλιν Καβησόν. Ἀπίων δὲ ἀληθέστερόν φησι, κώμην εἶναι Καππαδοκίας, μεταξὺ Ταρσοῦ καὶ Μαζάκων. [7] Μάζακα δὲ ἡ Καππαδοκία ἐκαλεῖτο Καισάρεια. Ἐθνικῶς, δηλοῖ τὸ Ὁμηρικὸν, Καβησόθεν. Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα, ὡς τὸ Καμειρόθεν, τὰ τοπικὰ ἐθνικῶς. Δώσαλος δὲ Καβήσιος, ἡ Καβησίτης.

ΚΑΒΕΙΡΙΑ [8], πόλις τῆς κάτω Ἀσίας, ἧς τὸν

C.

CABALIS, urbs prope Cibyram, ad partem Auſtralem Mæandri. Genitiv. Cabalidis. Civis, Cabaleus, Hecatæ. Aſia: & fœm. gen. ut Strabo in dicto [*libro*,] *Cibyriatæ verò originem trahunt ab Lydis, qui Cabalidem obtinebant.* Alex. verò polyhiſtor *Caballiſſam* vocat; fœmineum; eſſe verò eamdem genere Olbiam [*inquit.*]

CABESSUS, urbs in Cappadocia, patria Othryonei. Homer.

— *Ex-Cabeſſo, qui aderat.*

Hecatæ. verò Mileſius, Cabeſſum urbem eſſe inquit ultra Thracium Hæmum, & convenit nuptiarum ſpes cum Thracum incontinentia; Hellanicus verò Lyciæ urbem eſſe Cabeſſum inquit; Apion verò verius inquit, vicum eſſe Cappadociæ, inter Tarſum, & Mazaca; Mazaca verò Cappadociæ vocabatur *Cæſarea.* Moregentilium, ſufficit illud Homeri cum ex-Cabeſſo. Multa enim hujuſmodi, ut illud ex-Camiro, localia more gentilium. Poteſt verò formari, Cabeſius, vel Cabeſites.

CABIRIA, urbs inferioris Aſiæ, cujus

1 Καβαλὶς, πόλις πλησίον Κιβύρας.] Cabalis, urbs prope Cibyram. Hæc deſumpta ſunt ex Strabone, apud quem Cabalis eſt regio, non urbs. Sic enim ille de ea loquitur lib. 13. Ὑπερβάλλουσι δὲ τὴν μεσογείδα τὴν μεταξὺ Καρῶν τε, καὶ τῆς Νυσαΐδος, ἥ ἐστι χώρα καθ' ἣν Μαιάνδρου πόλεων μέχρι τῆς Κιβυρατῶν, καὶ τῆς Καβαλιδος. i. e. *Progrediuntur ultra mediterraneam regionem inter Cares, & Nyſæidem, quæ eſt regio ultra Mæandrum uſque ad Cibyratidem, & Caballidem.*

2 Πρὸς νότον Μαιάνδρου.] Lege πρὸς νότου Μαιάνδρου. i. e. *ad partem auſtralem Mæandri.*

3 Ὡς Στράβων ἐν τῇ ἐρημιδίῃ.] Citat Strabonem in eodem libro, ac ſi eum in hac ſectione jam citaſſet, cujus apponit verba, quæ apud eum lib. 13. ſub libri calcem ita leguntur: Λέγονται δὲ ἀπόγονοι Λυδῶν οἱ Κιβυρᾶται τὴν καταοχθίσαν τὴν Καβαλίδων. i. e. *Dicuntur verò prognati à Lydis eſſe, Cibyriatæ, qui Caballidarum regionem obtinebant.*

4 Εἶναι δὲ τὸ γένος αὐτόθι Ὀλβίαν.] Mentem Stephani in his puto eſſe, Caballidem urbem fuiſſe coloniam Olbiæ civitatis: Sed cujus (Nam ipſe ſuo loco diverſas hujus nominis refert) omiſit dicere.

5 Καβησὸς, πόλις ἐν Καππαδοκίᾳ.] Cabeſſus, urbs Cappadociæ; patria Othryonei memoratur ex Homero, cujus affert hemiſtichium ex Il. 13. v. 363. Ejus integer verſus eſt:

Πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα.
Occidit enim Othryoneum, qui ex-Cabeſſo ipſa erat.

Non bene vertit interpres Latinus illa, Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα, *ex-Cabeſſo, qui aderat*; pro, *qui ex-Cabeſſo ipſa erat.* Hac de urbe ſcripſiſſe Didymum librum integrum innuit noſter in Ἀγάθυρσοι, de qua promiſit ſe hic dicturum, ſed oblitus eſt.

6 Καὶ συμφωνεῖ ἡ τῶν γάμων ἐλπὶς τῶν Θρᾳκῶν ἀκολασία.] Et convenit nuptiarum ſpes cum Thracum incontinentia. Hæc verba videntur eſſe extra rem, de qua agit, ſed non ſunt. Alludit enim ad hiſtoriam Othryonei, quem ex oppido Cabeſſo inquit Homerus veniſſe ad belli Trojani famam ut peteret Caſſandram indotatam filiarum Priami εἰδομένην ἀρίστην, ac promittebat ſe ex Troia expulſurum Græcos, ut patet ex eadem Iliade verſibus poſt ſequentibus, ac quia noſter ex Hecatæo dixit Cabeſſum eſſe urbem ſupra Thracium Æmum, quaſi confirmans Hecatæi ſententiam, inquit optimè convenire ſpem nuptiarum, nempe quam conceperat Othryoneus cum intemperantia Thracum.

7 Μάζακα δὲ ἡ Καππαδοκία ἐκαλεῖτο Καισάρεια.] Lege Μάζακα δὲ τῆς Καππαδοκίας, &c. i.e. *Mazaca verò Cappadociæ vocabatur*, Cæſaria. Mazaca enim urbs Cappadociæ *Cæſarea* vocata fuit, non *Cappadocia*, ut noſter teſtatur in Μάζακα.

8 Καβειρία, πόλις τῆς κάτω Ἀσίας.] Cabiria, urbs inferioris Aſiæ, cujus incolæ Cabirii. Nec de urbe, nec de incolis aliquid memoria dignum refertur. Fuere etiam Cabirii Bœotiæ populi autore Pauſania. lib. 9. quorum hiſtoriam narrant Strabo lib. 10. Herodotus lib. 2. c. 51. Fuere etiam Cabiri dæmones quidam, qui colebantur apud Ethnicos tam Græcos, quam barbaros, in Lemno præcipue, teſte Heſychio in Κάβειροι, apud Ægyptios Memphi, in quorum templum alteri, quam ſacerdoti inacceſſum Cambyſes ingreſſus eſt, quæ in eo erant ſimulachra deridens concremavit, quæ *Pataïcos Phœnicum* referebant, autore Herodoto lib. 3. c. 37. Pataïcos verò vocabant τοὺς ἐμπεποιημένους illa, quæ in navibus depicta gerebant, quibus adhuc hodie utuntur nautæ, & ab illis ſuis navibus nomina imponunt, Cabirorum verò nomen deducitur ab Hebræo כביר *cabir*, quod ſonat *validum*, ſeu *potens*, quam etymologiam affert inter alios Bochartus, & Seldenus de Dis Syris Syntagmate 2. c. 4.

9 Κα-

ἧς τὴν γῆν Καβείριοι ᾤκουν. Εἰσὶ καὶ Καβείριοι ἔθνος Βοιωτίας, ὡς Παυσανίας ἐννάτῳ. Καὶ Κάβειρος, Καβειρία. Ἀφ' ἧς τὸ Καβειραῖος, καὶ Καβειρεία, καὶ Καβειρίτης, καὶ Καβείριον. Τούτου τὸ ἐθνικὸν Καβείριος, ὡς τὸ Βυζάντιον Βυζάντιος. Καὶ Καβειρία, τὸ θηλυκόν· καὶ Καβειριὰς, ὡσαύτως τὸ Καβείριος. Τὸ κτητικὸν Καβειρικὸς, καὶ Καβειρική· καὶ Καβειριάζειν ῥῆμα.

A jus terram Cabirii incolebant. Sunt etiam Cabirii, populi Bœotiæ, ut Pausanias lib. nono. Est & Cabirus, & Cabiria, unde Cabiræus, & Cabiræa, & Cabirites, & Cabirium. Hujus gentile, Cabirius, ut à Byzantium, Byzantius. Et Cabiria, fœmineum, & Cabirias, B ab Cabirius. Possessiv. Cabiricus, & Cabirica, & *Cabiriazare* verbum.

ΚΑΒΕΛΛΙΩΝ[9], πόλις Μασσαλίας· Ἀρτεμίδωρος ἐν πρώτῃ γεωγραφουμένων. Τὸ ἐθνικὸν, κατὰ τὸ ἐπιχώριον τύπον. Καβελιωνήσιος, ὡς Ταῤῥακωνήσιος· κατὰ δὲ τὸ Ἑλληνικὸν, Καβελιωνίτης, ὡς Ταῤῥακωνίτης.

C CABELLION, onis, urbs Massiliæ, Artemid. lib. 1. Geograph. Gentile juxta regionis typum, Cabellionesius, ut Tarraconesius: juxta verò Græcum typum, Cabellionites, ut Tarrhaconites.

ΚΑΒΥΛΗ[10], πόλις Θρᾴκης, ἀπόρρω τοῦ Ἀστῶν χώρας· Πολύβιος τρισκαιδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Καβυλλινὸς, ὡς Ἀρτακηνός.

D CABYLE, urbs Thraciæ, non longè ab Astorum regione, Polyb. lib. 13. Gentile, Cabylenus, ut Artacenus.

ΚΑΔΜΕΙΑ[11], πόλις, Θηβῶν ἀκρόπολις· ἀφ' ἧς οἱ Θηβαῖοι Καδμεῖοι, καὶ Καδμεῖονες, καὶ Καδμῖοι· καὶ τὸ τεῖχος, Καδμεία.

CADMEA, urbs, Thebarum arx, à qua Thebani Cadmei, & Cadmeones, & Cadmii; & murus, Cadmea.

ΚΑΔΟΙ[12], πόλις Μυσίας. Στράβων β'. καὶ Δορύλαον πόλις, καὶ Κάδοι. Τὸ ἐθνικὸν, Καδιώς.

E CADI, urbs Mysiæ, Strab. lib. 12. *Et Dorylaum urbs, & Cadi.* Gentile, Cadenus.

ΚΑΔΟΥΣΙΟΙ[13], ἔθνος μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάσσης, καὶ τοῦ Πόντου· Στράβων ἑνδεκάτῃ.

F CADUSII, populi inter Caspium mare, & Pontum, Strab. lib. 11.

ΚΑΔΡΕΜΑ, πόλις Λυκίας, ἄποικος Ὀλβίων.[14] Ἑρμηνεύεται δὲ σίτου φύγμος ἡ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Καδρεμεύς.

CADREMA, urbs Lyciæ, Olbiorum colonia: interpretatur verò *frumenti ſuccitas.* Civitas. Gentile, Cadremeus.

ΚΑΘΑΙΝΑ[15], πόλις Ἰνδικὴ. Τιμῶσι δὲ τὰς καλὰς ὑπὲρ πολλοῦ, ὡς τε βασιλέα τὸν κάλλιστον αἱρεῖσθαι. Οἱ πολῖται, Καθαιναῖος.

G CATHÆNA, urbs Indica. Adeò verò pulchros venerantur, ut regem eligant pulcherrimum. Civis, Cathænæus.

ΚΑΙ- ΚΑΙ-

ΚΑΒΕΛΛΙΩΝ[9], πόλις Μασσαλίας· Ἀρτεμίδωρος ἐν πρώτῃ γεωγραφουμένων. Τὸ ἐθνικὸν, κατὰ τὸ ἐπιχώριον τύπον. Καβελιωνήσιος, ὡς Ταῤῥακωνήσιος· κατὰ δὲ τὸ Ἑλληνικὸν, Καβελιωνίτης, ὡς Ταῤῥακωνίτης.

ΚΑΒΥΛΗ[10], πόλις Θρᾴκης, ἀπόρρω τοῦ Ἀστῶν χώρας· Πολύβιος τρισκαιδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Καβυλλινὸς, ὡς Ἀρτακηνός.

ΚΑΔΜΕΙΑ[11], πόλις, Θηβῶν ἀκρόπολις· ἀφ' ἧς οἱ Θηβαῖοι Καδμεῖοι, καὶ Καδμεῖονες, καὶ Καδμῖοι· καὶ τὸ τεῖχος, Καδμεία.

ΚΑΔΟΙ[12], πόλις Μυσίας. Στράβων β'. καὶ Δορύλαον πόλις, καὶ Κάδοι. Τὸ ἐθνικὸν, Καδιώς.

ΚΑΔΟΥΣΙΟΙ[13], ἔθνος μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάσσης, καὶ τοῦ Πόντου· Στράβων ἑνδεκάτῃ.

ΚΑΔΡΕΜΑ, πόλις Λυκίας, ἄποικος Ὀλβίων.[14] Ἑρμηνεύεται δὲ σίτου φύγμος ἡ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Καδρεμεύς.

ΚΑΘΑΙΝΑ[15], πόλις Ἰνδικὴ. Τιμῶσι δὲ τὰς καλὰς ὑπὲρ πολλοῦ, ὡς τε βασιλέα τὸν κάλλιστον αἱρεῖσθαι. Οἱ πολῖται, Καθαιναῖος.

9 Καβελλίων, πόλις Μασσαλίας.] Cabellion, onis, urbs Massiliæ, *Massalia* dicitur Græcis, quæ Latinis *Massilia*, urbs Galliæ, in Narbonensi provincia, notissima ac commercio celebris. Cabellion erat prope Avenionem, Gallis vulgo dicitur *Cavaillon du Contat*, quam aliqui cum Cabillono confundunt, quod oppidum vulgo appellant *Chalon sur Saone*, illam memorat Plinius lib. 3. c. 4. necnon Strabo lib. 4. & alii, hanc Cæsar de bello Gallico lib. 7. & Strabo libro citato, cui Καβυλλῖνον dicitur, illa ad metropolim Avenionem, hæc ad Lugdunum pertinebat, autore Josepho Scaligero in Galliæ Notitia.

10 Καβύλη, πόλις Θρᾴκης.] Cabyle, urbs Thraciæ ex Polybii lib. 13. qui non extat. Memoratur etiam Harpocrationi, Ptolemæo lib. 3. c. 11. ejus oppidani Plin. lib. 4. c. 11. dicuntur *Carbiletæ*, pro Cabyletæ, puto.

11 Καδμεία, πόλις Θηβῶν ἀκρόπολις.] Cadmea, urbs, Thebarum arx, de qua ita Pausanias lib. 2. Κάδμου δὲ τοῦ πολίου τῶν καλουμένων ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Καδμείων ἄκρον. Ἀνεχθείσης δὲ ὕστερον τῆς πόλεως, ὕστερα τῶν Καδμείων ἀκρόπολιν σωθεῖσαν τὴν κάτω γενέσθαι Θηβῶν. i. e. *Cadmus verò civitatem adhuc nostra ætate vocatam* Cadmeam *condidit. Sed aucta postea civitate, sic contigit Cadmeam arcem inferiorum Thebarum esse.* Quod frequens est, ita enim Athenis & Carthagine accidit.

12 Κάδοι, πόλις Μυσίας.] Cadi, urbs Mysiæ ex Strabonis lib. 12. cujus sunt illa verba, quæ subsequuntur, sed trunca, apud quem libro citato sic leguntur: Τῆς δ' Ἐπικλήτου Φρυγίας Ἄζανοί τέ εἰσι, καὶ Μακηλεῖα, καὶ Κοτυαεῖον, καὶ Μιδαεῖον, καὶ Δορυλαεῖον πόλεις, καὶ Κάδοι, τὸν δὲ Κάδυν ἔνιοι τῶν Μυσίας φασιν. i. e. *Epicleti verò Phrygiæ Azani sunt, & Nacolia, & Cotyaeum, & Midaeum, & Dorylaeum urbes, & Cadi, Cadon autem nonnulli Mysiæ esse dicunt.* Quare apud Stephanum pro Δορύλαον, leges Δορυλαεῖον.

13 Καδύσιοι, ἔθνος μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάσσης, &c.] Cadusii, gens inter mare Caspium & Pontum, ex Strabonis lib. 11. cujus sunt verba: Τὸ μέντοι πλεῖον τοῦ πρὸς τῷ ὀρεινῷ τῆς Ἀλβανίας Καδύσιοι νέμονται· σχεδὸν δ' ἔτι ἐπὶ πεντακισχιλίους σταδίους, ὡς φησι Πάτροκλῆς· ὃς καὶ πάσαν ἡγεῖται τὴν πέλαγος τοῦτο, τῷ Πόντῳ. i. e. *Majorem quidem partem oræ montosæ Cadusii incolunt, ferè ad quinque millia stadia, ut inquit Patrocles, qui etiam existimat hoc pelagus æquale Ponto.* Memorantur etiam Ptolemæo lib. 6. c. 2.

14 Ἑρμηνεύεται δὲ σίτου φύγμος ἡ πόλις.] Lege σίτου φρυγμός.

15 Καθαινα, πόλις Ἰνδικὴ, &c.] Memorat urbem Indiæ Cathænam, in qua pulchri tanto in honore habebantur, ut in regem eligerent pulcherrimum. Id noster desumpsit ex Strabonis lib. 15. Strabo ex Oneſicrito, cui urbs *Cathea* dicitur. Sic enim ille libro citato: Ἐν δὲ τῇ Καθέᾳ καινότατόν ἱστορεῖται τὸ περὶ τὸ κάλλος, ὅτι πρωτεῖα Διαφορόντως, ὡς ἵππων καὶ κυνῶν· βασιλέα τε τὸν κάλλιστον αἱρεῖσθαί φησιν Ὀνησίκριτος. i. e. *In Cathea verò mirum maximè est, quod de pulchritudine narrant, quod maximo in precio habetur, ut equorum & canum; regem enim pulcherrimum eligi ait Oneſicritus.*

16 Καί-

ΚΑΙ΄ΚΙΝΟΝ [16], χωρίον Ἰταλικὸν· φίλις δὲ Σικελικῶν. A

CÆCINUM, oppidum Italiæ, Philistus lib. 2. rerum Sicularum.

ΚΑΙΝΙ΄ΝΗ [17], πόλις Σαβίνων, ἡ ὑπὸ Ῥωμύλου ἁλοῦσα. Τὸ ἐθνικὸν, Καινίτης.

CÆNINE, urbs Sabinorum à Romulo capta. Gentile, Cænitæ.

ΚΑΙΝΟΙ΄ [18], ἔθνος Θρᾴκιον· Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν πρώτῳ. B

CÆNI, populi Thraciæ, Apollodorus Chronicorum lib. 4.

ΚΑΙΡΗ΄ [19], πόλις Τυῤῥηνίας. Τὸ ἐθνικὸν, Καιρητανός. Εἴρηται ἐν τῷ περὶ Ἀγύλλης.

CÆRE, urbs Tyrrheniæ. Gentile, Cæretanus, dictum est, cum de Agylle egimus.

ΚΑΙΝΥ΄Σ [20], νῆσος πλησίον Πελωριάδος, ἡ κγ΄ Σικελίαν ἄκρας, πρὸς δύσιν νεύουσα. [21] Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας Καινύσιον. C

CÆNYS, insula juxta Peloriadem, Siciliæ promontorium ad occasum vergens. Est & urbs Italiæ, Cænysium.

ΚΑΙΣΑ΄ΡΕΙΑ [22], μητρόπολις τῆς Καππαδοκίας, ἡ πρὶν Εὐσέβεια, καὶ Μάζα, ὡς Στράβων. [23] Ἔστι καὶ Παλαιστίνης. [24] Καὶ τρίτη, πρὸς τῇ Πανειάδι. Τὸ ἐθνικὸν, Καισαρεύς. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τὸ τοῦτο τῷ ὀνόματι προσαγορευόμεναι. D

CÆSAREA, metropolis Cappadociæ, quæ prius *Eusebea*, & *Maza* ut Strabo. Est & Palæstinæ Cæsarea, tertia ad Paneadem. Gentile, Cæsarensis. Sunt & aliæ urbes hoc nomine cognominatæ.

ΚΑΛΑ-

CALA-

16 Καίκινον, χωρίον Ἰταλικόν.] Cæcinum, oppidum Italicum, ex Philisto lib. 2. rerum Sicularum. Cecina dicitur Melæ lib. 2. c. 4. ubi Olivarius inquit: *Cecina, Cesena hodie.* Cluverius autem It. Antiquæ lib. 4. *Cocintum*, ex Antonini itinerario putat esse.

17 Καινίνη, πόλις Σαβίνων.] Cænine, urbs Sabinorum a Romulo capta. Memoratur Festo Pompeio; *Cenina urbs, quæ fuit vicina Romæ, à Cenite conditore appellata.* Sed non convenit urbis nomen cum conditoris nomine; Liv. lib. 1. c. 10. ejus oppidanos vocat *Cæninenses*, ac inter illos tres populos celebrat, ex quibus Romani virgines in matrimonium rapuere, quos vicit Romulus eorum rege Acrone obtruncato; cujus opima spolia Iovi dedicavit Feretrio, eique templum statuit, quod primum Romæ sacratum fuit, & de Cæninensibus primum triumphum egit, autore Messala Corvino de Augusti progenie, memoratur etiam Ovidio Fest. lib. 2.

Te Tatius, parvique Cures, Cæninaque sensit.

18 Καινοὶ, ἔθνος Θρᾴκιον.] Cæni, gens Thracia, ex Apollodori Chronic. lib. 4. Ptolemæo lib. 3. c. 11. inter *Strategias*, i. e. *præfecturas* Thraciæ, Cænice memoratur; Euseb. Chronic. lib. 1. circa libri calcem castellum quoddam nomine *Cænon* inter Heracleam & Byzantium celebrat, in quo Imperator Aurelianus à militibus occisus fuit, ut ipse refert; Vopisco in Divo Aureliano *Cænophrurium* dicitur: *Sed cum iter faceret, apud Cænophrurium, mansionem, quæ est inter Heracleam & Byzantium, malitia notarii sui, & manu Mucaporis interemptus est.* Livius verò lib. 38. c. 40. Cænos inter Thraciæ populos memorat: *Itaque cum per saltum iret, Thracum decem haud amplius millia ex quatuor populis, Astii & Cæni & Maduateni & Cæletæ ad ipsas angustias viam circunsederunt. Opinio erat, non sine Philippi regis Macedonum fraude id factum, eum scisse, non alia, quam per Thraciam redituros Romanos, & quantam pecuniam secum portarent.*

19 Καίρη, πόλις Τυῤῥηνίας.] Cære, urbs Tyrrheniæ, id est, Etruriæ, de qua vide quæ in Ἀγύλλα nota 12, 13, 14, 15, 16. annotavimus.

20 Καινὺς, νῆσος πλησίον Πελωριάδος, &c.] Cænys, insula prope Pelorum Siciliæ. Sed fallitur. Cænys enim erat promontorium Italiæ è regione Pelori, non insula, quod Itali vulgò vocant *Coda de la volpe*, teste Cluverio Italiæ Antiquæ lib. 4. memoratur inter alios Plinio lib. 3. c. 5. Cæne verò erat Siciliæ insula versus Africam, eodem Plinio autore libro citato c. 8. circa capitis calcem.

21 Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας Καινύσιον.] Celebrat Cænysium Italiæ urbem, quam Philippus Ferr. Alexandrinus in suo Lexico Geographico *Fiumara di Moro* vulgo vocari tradit, ego cum Ortelio eamdem puto esse, ac Canysium, de qua suo loco agemus.

22 Καισάρεια, μητρόπολις τῆς Καππαδοκίας, ἡ πρὶν, &c.] Cæsarea, metropolis Cappadociæ, quæ prius *Eusebia*, & *Mazaca* appellata fuit, ex Strabone, qui eam memorat lib. 12. Ἐν ᾗ τῇ Κιλικίᾳ καλουμένῃ τὰ Μάζακα ἡ μητρόπολις τοῦ ἔθνους καλεῖται δὲ Εὐσέβεια, καὶ αὐτὴ ἐπίκλησιν ἡ πρὸς τῷ Ἀργαίῳ· κεῖται γὰρ ὑπὸ τῷ Ἀργαίῳ ὄρει πάντων ὑψηλοτάτῳ καὶ ἀείχιονι τὴν ἀκρώρειαν ἔχοντι. i. e. *In ea verò* [præfectura] *quæ Cilicia vocatur* Mazaca, *metropolis gentis, vocatur verò & ipsa* Eusebia *cognomento, quæ ad Argæum: jacet enim sub Argæo monte omnium altissimo, cujus vertex numquam nive privatur.* Corrige ex Strabone Stephanum; apud quem perperam legitur Μάζα pro Μάζακα. Eam quoque memorat Solinus c. 56. Josephus Antiquitatum lib. 1. c. 7. Constant. Porphyrogen. Them. lib. 1. Them. 2. Ex hac urbe fuisse Pausaniam Sophistam autor est Philostratus de vitis Sophistarum lib. 2. utrum idem fuerit, qui de Græciæ regionibus scripsit, necne, viderint doctiores.

23 Ἔστι καὶ Παλαιστίνης.] Secundo loco numerat Cæsaream Palæstinæ, quam Benjamin Thudelensis in suo itinerario, sua ætate שזוריא *Sezaria*; & olim *Gad Palæstinorum* vocatam fuisse inquit, ac à Cæsare ædificatam קסריה *Cæsaream* dictam fuisse narrat, sed Thudelensis ut pote ἄμουσος Josephum non legerat, qui Antiquit. lib. 15. c. 13. hujus urbis historiam latè persequitur, prius *Stratonis turrim* dictam, deinde ab Herode magnifice conditam, portubus, ac templis exornatam in honorem Cæsaris, *Cæsaream* ab eo nominatam prodidit, opus decimo anno, postquam cœptum fuerat, absolutum refert Antiquit. lib. 16. c. 9. quod etiam Plinius lib. 5. c. 13. confirmat: *Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita: nunc colonia prima Flavia, à Vespasiano imperatore deducta.* Huic civitati debet natales suos Eusebius Pamphili, cujus plurimi extant libri, quos Criticorum παῖδες diurna nocturnaque manu versant, de quo in nostro autorum commentariolo. Tulit quoque Cæsarea Palæstinæ Acacium Libanii Sophistæ synchronum, cujus vitam habemus apud Eunapium Sardianum. Haud verosimile est fuisse Christianum, ut aliqui prodidere. Eunapius enim nominis Christiani acerrimus hostis eum inter Philosophos & Sophistas non commemorasset, si fuisset Christianus, nec ejus vitam scripsisset. Fuit etiam ex hac urbe Procopius rhetor, & historicus, Belisarii ducis Justiniani Imperatoris amanuensis, & omnium ejus bellorum socius, quorum historiam conscripsit.

24 Καὶ τρίτη πρὸς τῇ Πανειάδι.] Tertio loco numerat Cæsaream ad Paneadem, quæ Josepho Antiquit. lib. 20. c. 8. *Cæsarea Philippi* dicitur, quam Agrippas rex in Neronis honorem *Neroniadem* vocasse tradit, Ptolemæo lib. 5. c. 15. *Cæsarea Paniæ* dicitur.

25 Καλα-

ΚΑΛΑΒΡΙΑ [25], χώρα πλησίον Ἰταλίας. Ὁ οἰκήτωρ, Καλαβρός· καὶ Καλαβρα θηλυκὸν, καὶ Καλαβρίς.

A CALABRIA, regio prope Italiam. Incola, Calaber, & Calabra Fœmineum, & Calabris.

ΚΑΛΑΘΗ [26], πόλις ἀπόῤῥωθεν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν· Εὐκαλαῖος Εὐρώπῃ. Ἔφορος δὲ Καλάθουσαν αὐτὴν φησιν. [27] Ἔστι καὶ ἐν Πόντῳ Καλάθουσα. Ὁ πολίτης τῆς Καλάθης, Καλαθῖνος, ὡς Ἀγαθῖνος· τὸ δὲ Καλαθήσιος, Καλαθήσιος, ὡς Νύσιος.

B CALATHE, urbs non procul ab Herculis columnis, Hecatæ. Europa. Ephorus verò *Calathusam* eam vocat. Est & Ponti Calathusa. Civis Calathæ, Calathinus, ut Agathinus, Calathusæ verò, Calathusius, ut Nysius.

ΚΑΛΑΜΑΙ [28], πόλις Πελοποννήσου· Παυσανίας δ'.

C CALAMÆ, urbs Peloponnesi, Pausanias lib. 4.

ΚΑΛΑΜΕΝΘΗ, ἥτις καὶ Καλαμίνθη, πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος Περιηγήσει. Κρεῖττον δὲν ὡς Ἡρόδοτος, Ἀφ' ἧς ι', πόλις Φοινίκων.

CALAMENTHE, quæ etiam *Calaminthe*, urbs Libyæ, Hecatæus Periegesi. Melius igitur, ut Herodot. per ι, urbs Phœnicum.

ΚΑΛΑΡΝΑ [29], πόλις Μακεδονίας, ὡς Λεύκιλλος ὁ Ταρραῖος. Τὸ ἐθνικὸν, Καλαρναῖος.

D CALARNA, urbs Macedoniæ, ut Lucillus Tarrhæus. Gentile, Calarnæus.

ΚΑΛΑΣΙΡΙΣ [30], μοῖρα Αἰγύπτου· Ἡρόδοτος β'. Οἱ καὶ Καλασίριοι, καὶ Καλασιρίαι.

CALASIRIS, pars Ægypti, Herodot. lib. 2. & Calasirii, & Calasiriæ.

ΚΑΛΑΤΙΑΙ [31], γένος Ἰνδικόν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

E CALATIÆ, genus Indicum, Hecatæ. Asia.

ΚΑΛΑΥΡΕΙΑ [32], νησίδιον πρὸς τῇ Κρήτῃ, ὅσον τριάκοντα σταδίων· ἀπὸ Καλαύρου τοῦ Ποσειδῶνος. [33] Ἐκαλεῖτο καὶ Εἰρήνη. Ὁ πολίτης, Καλαυρείτης.

CALAURIA, insula parva juxta Cretam, stadiorum circiter triginta, à Calauro Neptuni filio, vocabatur, & *Irene*. Civis, F Calaurites.

ΚΑΛ- CAL-

25 Καλαβρία, χώρα πλησίον Ἰταλίας.] Calabria, regio prope Italiam, imo potius Italiæ regio notissima, de qua videsis Leandrum Albertum in Italiæ regione septima; incola dicitur *Calaber*, Ovid. de arte amandi lib. 3.

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus
Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

Fuit enim Ennius poëta, ex cujus stercore Virgilius aurum colligebat, ex civitate Calabriæ, Rhudiis, teste Mela lib. 2. c. 4. Strabone lib. 6. ac in sepulchro Scipionum constitutus fuit, referente Cicerone pro Archia poëta. Ejus opera magno reipublicæ literariæ damno deperdita sunt. Fragmenta ex diversis autoribus collegere Hieronymus Columna & Merula, hic Lugduni Batavorum anno 1595. ille Neapoli anno 1590 typis mandavit.

26 Καλάθη, πόλις ἀπόῤῥωθεν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν.] Calathe, urbs haud longe à columnis Herculeis, cujus nulla apud alios exstat memoria; apud Ptolemæum lib. 4. c. 3. Calathe inter Africæ insulas prope continentem adjacentes memoratur. Forsitan est eadem, quam noster urbem esse inquit. Solet enim Stephanus ex urbibus insulas, ex insulis urbes facere.

27 Ἔστι καὶ ἐν Πόντῳ Καλάθουσα.] Calathusa, insula Ponti, Plinio inter insulas desertas circa Thraciæ Chersonesum locatur.

28 Καλάμαι, πόλις Πελοποννήσου.] Calamæ, urbs Peloponnesi ex Paus. lib. 4. cui libro citato *vicus* dicitur: Ἔστι δὲ ἐν τῇ μεσογαίᾳ κώμη Καλάμαι καὶ Λίμναι χωρίον. i. e. *Est verò in mediterranea parte vicus Calamæ & Limnæ oppidum.* Memoratur etiam Polybio historiarum lib. 5. cui χωρίον vocatur: Λυκοῦργος δ' ἐξορμήσας τὰς μὲν Καλάμας, χωρίον τῆς Μεσσηνίων, παραδόσει κατέσχε. i. e. *Lycurgus verò cum copiis* [Sparta] *profectus Calamas oppidum Messeniorum proditione cepit.*

29 Κάλαρνα, πόλις Μακεδονίας.] Calarna, urbs Macedoniæ, cujus apud alios nullam inveniebam notitiam, Melæ lib. 2. c. 2. Turris Calarnea memoratur inter Thraciæ urbes, eamdem esse credo. Thracia enim erat Macedoniæ vicina.

30 Καλάσιρις, μοῖρα Αἰγύπτου.] Calasiris, pars Ægypti, ex Herodoti lib. 2. apud quem ex septem Ægyptiorum generibus, *Calasiries*, & *Hermotybies* dicebantur, qui rebus bellicis operam navabant; hi verò reliquis erant nobiliores. Semper enim inter miseros mortales nobilius fuit carnificinam exercere, quam artes, agriculturam, & mercaturam. Calasiris etiam apud Ægyptios erat vestimenti linei genus, à quo fortasse hujusmodi genti nomen inditum, cujus meminit etiam Herodotus libro citato c. 81.

31 Καλατίαι, γένος Ἰνδικόν.] Calatiæ, genus Indicum. Si tibi placet pro γένος legere ἔθνος, per me licet. Calatiæ enim fuere gens Indiæ, autore Herodoto lib. 3. c. 38. qui refert Darium Persarum regem, cum vidisset Græcos, qui sub ejus imperio erant, parentes defunctos comburere, eos interrogasse, quantum pecuniarum vellent; hac conditione, ut parentibus defunctis vescerentur. Illis negantibus, *ulla se pecunia id facturos*, coram ipsis Indos Calatias, qui parentibus defunctis vescebantur interrogâsse etiam, quantum pecuniarum vellent, hac conditione, ut parentes defunctos comburerent, eos respondisse, *nulla se pecunia id facturos.* Scilicet singulis gentibus sua consuetudines & leges omnium optimæ videntur. Æsopica etiam simia suos filios ab Iove interrogata, omnium pulcherrimos declaravit: Calatiæ verò apud eumdem Herodotum libro citato c. 97. *Calantiæ* quoque vocantur.

32 Καλαύρεια, νησίδιον πρὸς τῇ Κρήτῃ.] Calauria, parva insula prope Cretam circiter triginta stadia, nobilis morte Demosthenis, ac templo Neptuni, tantæ apud Græcos veneratione, ut Macedones, Græcia in suam potestatem redacta, jus asyli ei illæsum servarint, autore Mela lib. 2. c. ultimo, Strabone lib. 8. ad quod fugisse Demosthenem refert, atque epoto veneno mortuum fuisse.

33 Ἐκαλεῖτο καὶ Εἰρήνη.] Calauria, insula juxta Cretam *Irene* etiam vocabatur, prius *Irenen* vocatam fuisse tradit Harpocratio ex Hecatæo in Καλαύρεια. At Plinius lib. 4. c. 12. Calauriam & Irenen diversas fuisse insulas autor est, apud quem perperam scribitur *Irine*, pro quo ex nostro autore legendum est *Irene*. In fabulis fertur Neptunus cum Latona permutationem fecisse, quæ data Delo, Calauriam habitasse fingebatur, unde adagio locus, *pro Delo Calauria*, in mutui beneficii memoriam dici solitum.

ΚΑ΄ΛΒΙΟΣ [34], κρηνὴ Λυκίας, ἣν καὶ Καλανὸν φασι. Τινὲς δὲ αὐτὴν καὶ Δι᾽ ξ μ φασί. A

ΚΑΛΗ ἀκτὴ [35], πόλις Κρητῶν· Εὔδοξος περιόδῳ γῆς πρώτῃ. Ἔστι δὲ μεγάλη κώμη. Ἐκ τῶν δύο δὲ ἡ μὲν ἐπιχωρὴ Μεγαλοκωμήτης, καὶ Ἀκτίτης, ἡ Καλοακτίτης διὰ ξ ι. Ἐπεὶ καὶ ἐπιχωρίως τὸ Ἀκτὴ, Ἀκτικὸς, καὶ Ἀττικός. [36] Ἀκτικὴ χώρα, ἡ Ἀττικὴ, ἢ Καλοακταῖος, καὶ Καλοακταία θηλυκῶν· ἡ Καλοάκτιος, ὡς Πανάκτιος καὶ Ἐπάκτιος. B C

ΚΑ΄ΛΑΡΟΣ [37], ἔνθεν ἐκαλεῖτο ἡ Ἀλωπεκίαν νῆσος, ἀπὸ Καλάρου βασιλέως. Ἀλωπεκόννησος δὲ, ὅτι ἐκεῖ εἶδον σκύμνους φέροντας, καὶ καταπιθεῖσαν ἀλώπεκα. Τινὲς δέ, ὅτι Κάληρος ἐκαλεῖτο ἡ πόλις. D

ΚΑΛΗΣΙΑ [38], πόλις Αὐσονική. Διονύσιος πεντεκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Καλησιανὸς, ὡς αὐτός.

ΚΑΛΑ΄ΤΙΒΟΣ [39], πόλις Λιβύης· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Καλατίβιος. E

ΚΑ΄ΛΑΤΙΣ [40], πολίχνιον ἐν τῇ Φρυγίᾳ τῇ Πόντῳ. Στραβὼν ἑβδόμῃ, [41] Καλαθὸς ὄρεθη ἐοικυῖα τοῖς Θεσμοφορικοῖς. Οἱ πολῖται Καλατιανὸς, ὡς Τραλλιανὸς, Σαρδιανός· ἀφ᾽ ἧς ἴστρος Καλατιανὸς, περὶ Τραγῳδίας γράψας καλὸν βιβλίον. Ἔοικε δὲ εἶναι ἀπὸ τῆς Καλατία, ὡς Ὀλβιανὸς· εἰ μὴ ἀπὸ τῆς Ἰωνικῆς γενικῆς γέγονε, τῆς Καλάτιος. F

ΚΑΛ-

CALBIUS, fons Lyciæ quam etiam *Calanum* dicunt, aliqui verò etiam per *m* scribunt.

CALE actæ, urbs Cretensium, Eudoxus lib. 4. terræ Periodi. Est verò μεγάλη κώμη, i.e. *vicus magnus*. Gentile verò deducitur ex duobus, Megalocomites, & Actites, vel Caloactites, per *i*. quoniam & ab Actæ, fit Acticus, & Atticus. Actice enim est Attice, vel Caloactæus, & Caloactæa fœmininum, vel Caloactius, ut Panactius, & Epactius.

CALARUS, sic vocabatur *Alopecia* insula, ab Calaro rege. Alopeconesus verò, quod illic viderint catulos ferentem, & deponentem vulpem. Aliqui verò, quod *Calerus* vocabatur urbs.

CALESIA, urbs Ausonica, Dionysius lib. 15. Romanæ antiquitatis. Gentile, Calesianus, ut idem author est.

CALATIBUS, urbs Libyæ, Herodot. lib 7. Gentile, Calatibius.

CALATIS, oppidulum in regione maritima Ponti, Strab. lib. 7. Calathus inventus est Thesmophoriacis similis. Civis, Calatianus, ut Trallianus, Sardianus; unde Ister Calatianus, qui de tragœdia optimum librum scripsit. Videtur verò ab Calatia formari, ut Olbianus, ni ab Ionico genitiv. Καλάτιος formetur.

CAL-

34 Κάλβιος, κρηνὴ Λυκίας.] Calbios, fons Lyciæ, cujus nullam apud alios inveniebam noticiam, at Calbis Cariæ fluvius (Caria erat Lyciæ finitima) memoratur Melæ lib. 1. c. 16. Plinio lib. 5. c. 28. *Indus* postea appellatus ab Indo quodam in eo ab elephanto excusso, ut refert Liv. lib. 38. c. 14. quem Plinius libro capiteque citato tradit LX perennes fluvios recipere, torrentes verò amplius centum, qui cum fonte Lyciæ, pace Vossii ad Melæ librum caputque citatum minime convenit, nisi forte dixeris, epitomatorem nostrum feciisse ex fluvio fontem, quemadmodum alibi ex insulis civitates, ex civitatibus insulas facit.

35 Καλὴ ἀκτὴ, πόλις Κρητῶν.] Calle acte, id est pulchrum litus, urbs Cretensium, Ptolemæo lib. 3. c. 15. Eubœæ, Herodoto lib. 6. c. 23. Siciliæ, quæ Ciceroni Orat. 8. lib. 3. dicitur *Calata*, incolæ Calatini.

36 Ἀκτὴ γὰρ, ἡ Ἀττική.] Lege Ἀκτὴ γὰρ ἡ Ἀττική. Sic enim *Attica* vocabatur, contracte ab Actæa, ut videre est apud Eustathium ad Il. 1. editionis Basileæ fol. 63. 10.

37 Κάλαρος.] Vide, quæ in Ἀλωπεκία annotavimus.

38 Καλησία, πόλις Αὐσονική.] Calesia, urbs Ausonica, quæ *Cales* dicitur Ptolemæo lib. 3. c. 1. & inter Campanorum urbes numeratur, Strabo lib. 5. *Calenorum urbem* vocat. Memoratur etiam disertissimo Romuli nepotum Epist. lib. 7. ad Atticum: *Ad VI Cal. Febr. Capuam Calibus proficiscens, cum fluenter lippirem has literas dedi.* Ejus etiam meminit Livius lib. 8. *Insequens annus L. Papyrio Crasso, Cæsone Duellio Coss. Ausonum magis novo, quam magno bello fuit insignis. Ea gens Cales urbem incolebat, Sidicinis finitimis arma conjunxerat.* Unde poëtarum eruditissimus Æneid. lib. 7. v. 728. Sidicina litora cum Calibus conjunxit:

——— *Sidicinâque juxta*
Littora: quique Cales linquunt, amnisque vadosi
Accola vulturni.

Silius lib. 8.

Nec cedit studio vicinus sanguine miles
Quem genuere Cales.

39 Καλάτιβος, πόλις Λιβύης.] Calatibus, urbs Libyæ memoratur ex Herodoti lib. 7. Insigniter corruptus est locus iste. Calatebus enim, non Calatibus fuit urbs Lydiæ, non Libyæ, ut apparet ex Herodoti lib. 7. c. 31. cujus appono verba: Ὡς δὲ οὐκ ἐδέκατο Φρυγίης ἐσέβαλε ἐς τὴν Λυδίην, σχίζοιδρός τε ὁδὸς, καὶ ἡ μὲν ἐπ᾽ ἀριστερὰ, ἐπὶ Καρίην φέρουσα, τὴν δὲ ἐς δεξιὰ, ἐς Σάρδις, τῇ καὶ περάσοιδψω Μαίανδρον πόωμεν πᾶσι ἀνάγκη γίνεται, καὶ ἐόντα ἐπιχώριον Καλατηβὸν πόλιν. i. e. *Ubi autem e Phrygia in Lydiam venit* [Xerxes] *dividente se via, quæ ad finistram in Cariam ducit, ad dextram Sardis, quâ transeunti necesse prorsus est Mæandrum fluvium transire, & ad urbem Callatebum ire.* Quare apud Stephanum pro Καλάτης, πόλις Λιβύης, fidenter legendum Καλάτηβος, πόλις Λυδίης. i. e. *Callatebus, urbs Lydiæ.*

40 Κάλαθος, πολίχνιον ἐν τῇ Φρυγίᾳ τῇ Πόντῳ.] Calatis, oppidulum in ora Ponti, ex Strabonis lib. 7. cujus sunt verba: Εἶτα πόλις Κάλαθος ἐν διακοσίοις ὀγδοήκοντα. Ἡρακλεωτῶν ἄποικος. i. e. *Deinde urbs Calatis stadia* CCXXC [distans à Sacro ostio] *Heracleotarum colonia.* Memoratur Plin. lib. 4. c. 11.

41 Κάλαθος, &c.] Hæc verba adducit, ac si essent ex Strabonis libro citato, in quibus pro ἐοικυῖα legendum ἐοικὼς. Calathus enim, quo etiam usus est Virgilius, est generis masculini, à quo nomen urbi inditum fuisse inquit, Thesmophoriaci verò Calathi erant, quibus in Thesmophoris id est in sacris Cereris utebantur, sacra verò Cereris erant Ἐλευσίνια, Δημήτρια, Θεσμοφόρια. *Eleusinia* ab oppido ubi colebatur, *Demetria* ab ipsa Cerere, quæ Græce dicitur Δημήτης, *Thesmophoria* dicebantur à legum latione, quia Ceres Θεσμοφόρος appellata fuit, ἀπὸ τοῦ φέρειν τοὺς θεσμοὺς, i. e. *à ferendis legibus.*

42 Καλ-

Καλλίαι [42], πόλις μία τ̃ ἐν Αἰτωλίᾳ Τριπόλεως. [43] Ὁ πολίτης Καλλιεύς, ὡς Σπαρτιάτης. [44] Ἔστι καὶ χωρίον πλησίον Ταλάντης.

A CALLIÆ, urbs una ex Ætoliæ Tripoli. Civis, Callieus, ut Spanias. Est & regio prope Talantum.

Καλλίαρος [45], πόλις Λοκρῶν, ἀπὸ Καλλιάρου τ̃ Ὀδοιδόκου, καὶ Λαονόμης, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Δευκαλιωνείας. [46] Στράβων δ' ἐν ἑνάτῃ τοῦτο τὸ ὄνομα οὐτως εἶναί φησι. Καλλίαρα ἀδελφός. Τὸ ἐθνικὸν, Καλλιαρεῖς, ὡς Μεγαρεῖς.

B CALLIARUS, urbs Locrorum, à Calliaro Odœdoci, & Laonomæ filio, ut Hellan. lib. 1. Deucalioneæ. Strab. verò libro 9. quod aratu facilis esset, sic dictam inquit. *Dicitur etiam* Calliara neutro genere. Gentile, Calliarei, ut Megarei.

Καλλιόπη [47], πόλις Παρθυαίων· Πολύβιος δεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Καλλιοπεύς, ὡς Παρθενόπη Παρθενοπεύς.

C CALLIOPE, urbs Parthorum, Polyb. lib. 10. Gentile, Calliopeus ut Parthenope, Parthenopeus.

Καλλίπολις [48], πολίχνιον Λαμψάκου, [49] ἐν τῇ Περαίᾳ τ̃ Χερρονήσου ἐπ' Ἀκτῆς κειμένη, * ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Βιθυνίας. [50] Δευτέρα, πρὸς τ̃ Ἀνάπλου. [51] γ', πόλις Σικελίας. δ', πόλις Καρίας. Οἱ πολῖται πασῶν, Καλλιπολῖται.

D CALLIPOLIS, oppidulum Lampsaci, in Peræa Chersonesi in littore sita, ut Alexander de Bithynia. Secunda juxta Anaplum. Tertia, urbs Siciliæ. Quarta, urbs Cariæ. Cives omnium harum, Callipolitæ.

Κάλπαι [52], πόλις Βιθυνῶν· Θεόπομπος ὀγδόῳ Ἑλληνικῶν. [53] Ἔστι καὶ λιμὴν Κάλπη. Τὸ ἐθνικὸν Καλπεύς, ὡς Σινωπεύς· καὶ Καλπῖνος, ὡς Πεύκη Πευκῖνος. Τοῦ δὲ λιμένος, Καλπολιμενίτης. [54] Καὶ τὴν πόλιν, Κάλπειαν· [55] Τινὲς τέτας Καρπιανὰς, ὡς Καλεπιανὰς φασι.

E CALPÆ, urbs Bithynorum Theopompus Hellenic. 8. Est & portus Calpe. Gentile, Calpeus, ut Sinopeus; & Calpinus ut Peuce, Peucinus. *Gentile* verò portus, Calpolimenites, & urbem Calpeam; aliqui hos *Carpitanos*, ut Calepianos dicunt.

F

Καλύβη [56], πόλις Θράκης, ἄποικος Μακε-

CALYBE, urbs Thraciæ, colonia Macedo-

42 Καλλίαι, πόλις μία τ̃ ἐν Αἰτωλίᾳ Τριπόλεως.] Calliæ, urbs una Tripoleos in Ætolia. Ni fallor, epitomator noster fallitur. Calliæ enim non fuit urbs Tripoleos in Ætolia, sed urbs Arcadiæ, *Tripolis* dicta, ut patet ex Pausania in Arcadicis: Προσγένοιτο δὲ καὶ Τρίπολις ὀνομαζομένη Καλλία, καὶ Δίπαινα, καὶ Νώνακρις. i. e. *Accessit verò & Tripolis nuncupata Callia, & Dipæna, & Nonacris.* Callion autem urbs inter Ætoliæ urbes ab eodem Pausania recensetur in Phocicis, quam Galli sub Brenno expugnarunt, ac direptam combusserunt, ut idem refert libro proxime citato.

43 Ὁ πολίτης Καλλιεύς ὡς Σπαρτιάτης.] Pausanias in Phocicis oppidanos urbis Ætoliæ *Callios* vocat Καλλιέας, à singulari Καλλιεύς; apud Stephanum pro Σπαρτιάτης legendum existimo Σπανιεύς. Hoc enim gentile affert, in similitudinem τ̃ Καλλιεύς. Nec interest, quod ejus non meminerit in Σπανίοις.

44 Ἔστι καὶ χωρίον πλησίον Ταλάντης.] Hujus regionis, seu oppidi, nullam apud alios inveniebam notitiam, pro πλησίον Ταλάντης legendum puto πλησίον Ταυλαντίου. Talanti enim nullibi fit mentio, at Taulantii noster meminit in Ταυλάντιοι.

45 Καλλίαρος, πόλις Λοκρῶν.] Calliarus, urbs Locrorum ex Hellanico memoratur, cujus meminit Homerus Il. 2. v. 531.

Οἱ Κῦνόν τ' ἐνέμοντ', Ὀπόεντά τε, Καλλίαρόν τε.
Qui Cynumque habitabant, Opoëntaque, Calliarumque.

46 Στράβων δ' ἐν ἑνάτῃ τοῦτο τὸ ὄνομα, &c.] Affert etymologiam urbis Calliari ex Strabonis lib. 9. apud quem nihil tale memini me legere, sed tantum habitari defuisse: Ὧν δ' Ὅμηρος μέμνηται, Καλλίαρος μὲν οὐκέτι οἰκεῖται. i. e. *Quorum vero* [oppidorum] *Homerus meminit, Calliarus non amplius habitatur.*

47 Καλλιόπη, πόλις Παρθυαίων.] Calliope, urbs Parthyæorum memoratur ex Polybii lib. 10. deperdito. Ejus quoque meminit Appianus de Bellis Syr.

48 Καλλίπολις, πολίχνιον Λαμψάκου.] Describit situm Callipolis oppidi Lampsaci ex Alexandro in libro de Bithynia. Memoratur inter alios Plinio lib. 4. c. 11. *Et Hellespontus, septem (ut diximus) stadiis Europam ab Asia dividens, quatuor illic inter se contrarias urbes habet, in Europa* Callipolin & Sestos, *in Asia* Lampsacum & Abydon. Quod etiam confirmatur ex Strabonis lib. 13.

49 Ἐν τῇ Περαίᾳ, &c.] Περαία apud Græcos est terra, seu regio ulterior, quemadmodum στέρεα sumitur pro terra firma. Asterisci ille, innuit aliquid deficere, sed in hac sectione nihil desiderari existimo.

50 Δευτέρα κατὰ τ̃ Ἀνάπλουν.] Secundo loco numerat Callipolim urbem juxta Anaplum. Ubi fuerit iste Anaplus plane fateor me nescire. Non est enim verosimile loqui Stephanum de suburbio Constantinopolitano sic dicto, ἀνάπλουν vocant Græci *renavigationem*, forsitan iste de quo loquitur autor noster per antonomasiam vocabatur Ἀνάπλους.

51 Τρίτη, πόλις Σικελίας.] Tertio loco numerat Callipolin, urbem Siciliæ, quam Naxios condidisse autor est Strabo lib. 6. sed jam sua ætate non habitari inquit.

52 Κάλπαι, πόλις Βιθυνῶν.] Calpæ, urbs Bithynorum memoratur, ex Theopompo, cujus nulla apud alios fit mentio.

53 Ἔστι καὶ λιμὴν Κάλπη.] Portus Calpe, Arrhiano in Periplo Ponti Euxini dicitur Κάλπης λιμήν, i. e. *Calpæ portus*, idem Plinio lib. 6. c. 1. vocatur *portus Calpas.*

54 Καὶ τὴν πόλιν, Κάλπειαν.] Vide, quæ in Καρπήσια annotamus.

55 Τινὲς τέτας Καρπιανὰς, ὡς Καλεπιανὰς φασί.] In his verbis suspicor inesse mendum, ac legendum, τινὲς τέτους Καρπιανούς, ὡς Καλπιανούς φασι. Sic enim apud nostrum autorem legitur gentile illud in Καρπήσια.

56 Καλύβη, πόλις Θράκης, ἄποικος Μακεδόνων.] Calybe, urbs Thraciæ, Macedonum colonia. De qua sic Strabo lib. 7. Ὑπερκείται δὲ τ̃ Βυζαντίου τὸ τ̃ Ἀσιανῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη Φιλίππου τ̃ Ἀμύντα τὰς πονηροτάτας συνοικίσαντος. i. e. *Superjacet Byzantio Asiaticarum gens, in qua est urbs Calybe, ubi Philippus Amyntæ filius pessimos collocavit.* De eadem

Μακεδόνων. Τὸ ἐθνικὸν Καλυβίτης, ἢ Καλυ- A
βεὺς, ὡς ἀπ' Ἀλύβης Ἀλυβεῖς.

ΚΑΛΥΔΝΑ [57], νῆσος καὶ πόλις Θήβης, ἀπὸ Καλύδνης παιδὸς Οὐρανοῦ. Λέγεται καὶ Καλυδνὸς· Ὁ πολίτης Καλυδναῖος· καὶ Καλυδνὶς τὸ θηλυκόν· καὶ Καλυδνεὺς ὁ Ἀπόλλων, B καὶ Καλύδνιος, ὡς Ἀνδρολίων ἔκλη Ἀτθίδος.

ΚΑΛΥΔΩΝ [58], Αἰτωλίας πόλις, ἀπὸ Καλυδῶνος τοῦ Ἐνδυμίωνος, ἢ τοῦ Αἰτωλοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, Καλυδώνιος, καὶ Καλυδωνία.

ΚΑΛΥΜΝΑ [59], νῆσος· ἣν ὁ Σκήψιος C πληθωλικῶς Καλύμνας φησί. Λέγεται καὶ Καλυμνία. Τὸ ἐθνικὸν, Καλυμνιάτης.

ΚΑΛΥΝΔΑ [60], πόλις Καρίας, ὡς Κάρυνδα. Τὸ ἐθνικὸν, Καλυνδεύς. Ἡρόδοτος ὀγδόῃ.

ΚΑΛΥΤΙΣ [61], πόλις Συρίας· Ἡρόδοτος δευτέρᾳ. Ὁ οἰκήτωρ, Καλύτης· καὶ τὸ θηλυκὸν Καλυτις, ἀφ' οὗ τὸ προειλῆφθαι τὰ χαρακτῆρα.

ΚΑΜΑΡΑ [62], πόλις Κρήτης. [63] Καὶ ὁ Ε πολίτης, * ὡς Ξενίων ἐν Κρητικοῖς φησιν, ὅτι Λαῖος ἐλέγετο.

cedonum. Gentile, Calybitæ, vel Calybei, ut ab Alybe, Alybei.

CALYDNA, urbs & insula Thebæ, ab Calydno Cœli filio. Dicitur etiam Calydnus: Civis, Calydnæus; fœmineum Calydnis, & *Calydneus* Apollo, & Calydnius, ut Androtio lib. 6. Atthidis.

CALYDON, onis, Ætoliæ urbs, ab Calydone Endymionis, vel Ætoli filio. Gentile, Calydonius, & Calydonia.

CALYMNA, insula, quam Scepsius in plur. num. *Calymnas* vocat. Dicitur etiam Calymnia. Gentile, Calymniates.

CALYNDA, urbs Cariæ ut Carynda. Gentile, Calyndeus, Herodotus libro D octavo.

CALYTIS, urbs Syriæ, Herodot. lib. 2. Incola, Calytes, & fœmin. Calytis, quod character præoccupetur.

CAMARA, urbs Cretæ, & civis..... ut Xenio in Creticis inquit, quod *Lato* dicebatur.

ΚΑΜΑ-

CAMA-

urbe reor loqui Plinium lib. 4. c. 11. *Oppidum sub Rhodope* Poneropolis [id est improborum-urbs] *antea*, *mox à conditore* Philippopolis, *nunc à situ* Trimontium *dicta*. Hæc urbs confunditur cum Cabyle, etsi autor noster diversas facit. Namque Paulus Diaconus hist. miscel. lib. 6. inquit Lucullum cepisse *Cabylen*, Sextus Rufus verò in suo breviario tradit eumdem cepisse *Calyben*; de Cabyle verò suo loco egimus. Ego suspicor unam eamdemque fuisse urbem. Namque Strabo libro citato Calyben, Ptolemæ. lib. 3. c. 11. Cabylen tantum memorant.

57 Καλυδνα, νῆσος, καὶ πόλις Θήβης.] Calydna, insula, & urbs Thebæ. Nostro autori Κάλυδνα & Κάλυνα diversæ sunt insulæ, at Eustathio ad Il. 2. v. 677. ubi poëta insulas Calydnas celebrat, inquit Calydnas & Calymnas eamdem esse insulam; hemistichium Homeri appono claritatis causâ:

——— Νήσους τε Καλυδνας.
——— *Insulasque Calydnas.*

Ad quem locum ita Eust. Τὸ δὲ νήσους Καλυδνας, ἐ περὶ ἀφορολῶ εἰρῆσθαι χερσαίων Καλυδνῶν. Ἀλλὰ ἀφ' ἑαυτῆνειαν. Ἵνα εἴη δῆλον, ὅτι νῆσοι αἱ Καλυδναί εἰσιν, ἃς ἕτεροι ἀφὸ δ μ χράψασι Καλύμνας. i. e. *Illud insulas Calydnas, non dictum est ad distinctionem terrestrium Calydnarum, sed ad claritatem, ut manifestum esset, quod insulæ Calydnæ essent, quas alii per* m *scribunt Calymnas.* Ac paulo infra earum situm describit: Λέγει δὲ ἡ γεωγραφικὴ ἱστορία, καὶ ὅτι αἱ Καλύδναι, κεῖ τὰ ἐπὶ Λεκτῷ πλεῖν κεῖνται. Ἀκρωτήριον δέ ἐστι τὸ Λεκτῷ, καὶ ὅτι Καλύδναι νῆσοι κεῖσαι πᾶσαι αἱ Σποράδες, ὧν μία Καλύμνα, ἐξ ἧς τὰ λοιπὰ κείμεναι καλοῦνται, οἱ δὲ μίαν νῆσον Καλύδνας φασὶ κληθῶναι πληθωλικῶς, ὡς Ἀθῆναι, καὶ Θῆβαι. i. e. *Dicit verò Geographica historia, & quod Calydnæ juxta navigationem ad Lectum sitæ sint; promontorium verò est Lectum, & quod Calydnæ insulæ juxta quosdam sint Sporades, quarum una est Calymna, à qua reliquæ adjacentes vocantur, alii verò dicunt unam insulam* Calydnas *vocari pluralivo numero, ut Athenas, & Thebas.* Videsis Strabonem sub libri decimi calcem. Hesych. Calydnas insulas prope Rhodum locat: Καλυδναὶ αἱ νῆσοι πλησίον Ῥόδου. Nota quam diverso accentu notentur; apud nostrum in antepenultima, apud Eustathium in penultima, apud Hesychium in ultima, inter has tres quænam sit certa nescio. Harum insularum mel laudatur ab Strabone libro citato in libri fine, à Plinio lib. 11. c. 13. ad quod alludit Ovid. Metamorphos. lib. 8. cum inquit:

Dextra Lebynthos erat, fœcundaque melle Calymna.

58 Καλυδών, Αἰτωλίας πόλις.] Calydon, onis, urbs Ætoliæ memoratur inter alios Straboni lib. 10. Scylaci in Αἰτωλία, ex nostris Plinio lib. 4. c. 2. ab hac urbe vicina *sylva Calydonia* vocata fuit, in qua Meleager miræ magnitudinis aprum interfecit; ideo à poëtis *aper Calydonius* vocatur, cujus corium adhuc ætate Pausaniæ Tegeæ erat, sed putre jam præ vetustate, & setis nudatum. ejus quoque dentes asportasse Cæsarem Augustum victo Antonio, quorum alter in Liberi Patris æde, quæ erat in Cæsaris hortis suspensus visebatur, inquit Pausanias in Arcadicis.

59 Καλυμνα, νῆσος· ἣν ὁ Σκήψιος πληθωλικῶς Καλύμνας φησί.] Nunc memorat Calymnam insulam, ac si esset diversa à Calydna, de qua suo loco egimus, ubi adduximus verba Eustathii, ex quibus apparet unam eamdemque insulam esse Calydnam & Calymnam, quod ipse desumpsit ex Strabonis libri decimi fine, ex quo noster transcripsit, quæ sub persona Scepsii de Calymna inquit. Sic enim Strabo libro citato: Ὁ δὲ Σκήψιος πληθωλικῶς ὀνομάσας τὴν νῆσον Καλύμνας φησὶν, ὡς Ἀθῆναι, καὶ Θῆβας. i. e. *Scepsius verò plurali-numero nominans insulam* Calymnas *inquit, ut Athenas, & Thebas.*

60 Καλυνδα, πόλις Καρίας.] Calynda, urbs Cariæ, ex Herodoti lib. 8. qui libro citato ab Stephano eorum oppidanos vocat *Calyndios*, quibus Artemisiam illam celeberrimam imperasse tradit, ex nostris memoratur Plinio lib. 5. c. 27. apud quem perperam scribitur Calydna.

61 Καλυτις, πόλις Συρίας.] Calytis, urbs Syriæ ex Herodoti l. 2. memoratur, qui eam Κάδυτιν vocat, & celebrat ejusdem libri c. 159. Καὶ Σύροισι περὶ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε. Μετὰ δὲ τὴν μάχην, Κάδυτιν τὴν Συρίης ἐοῦσαν μεγάλην εἶλε. i. e. *Et cum Syris congressus Magdoli terrestri acie Necus* [Ægypti rex] *victoria potitus est, & post prælium Cadytin Syriæ magnam urbem cepit.* Vera lectio est apud Herodotum. Hujus enim urbis nomen corruptum est ab Hebræo קדש *Cades*, cujus fit mentio variis in locis Sacræ Scripturæ, à quo nomine Joseph. Antiquit. lib. 5. c. 1. formavit Cædesam, quæ *Cades* nominatur Macchab. lib. 1. c. 11. v. 63.

62 Καμαρα, πόλις Κρήτης.] Camara, urbs Cretæ memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 17.

63 Καὶ ὁ πολίτης *.] Hanc lacunam supple hoc modo καὶ ὁ πολίτης Καμαρδς. Hæc enim est forma gentilitii nominum in *a*, ut à Candasa, Candasæus, à Candyba, Candybeus.

64 Καμα-

ΚΑΜΑΡΗΝΟΙ[64], νῆσοι Ἀραβίων. Ἑκαταῖος ἐν Περιηγήσει. Οἱ οἰκοῦντες, ὁμοίως τῷ πρωτοτύπῳ Καμαρηνοί.

A CAMARENI, insulæ Arabiæ, Hecatæus. Periegesi. Incolæ, eodem modo cum prototypo Camareni.

ΚΑΜΑΡΙΑ[65], πόλις Ἰταλική, Ἀλβανῶν ἀποίκισις· Διονύσιος Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Οἱ οἰκήτορες, Καμαρῖνοι.

CAMARIA, urbs Italica, ab Albanis condita, Dionys. Roman. Antiquit. Incolæ, Camarini.

B

ΚΑΜΑΡΙΝΑ[66], πόλις Σικελίας, καὶ λίμνη.[67] Ἀφ' ἧς ἡ παροιμία,

Μὴ κίνει Καμαρίναν, ἀκίνητον γὰρ ἄμεινον.

CAMARINA, urbs Siciliæ & palus, à qua parœmia.

Camarinam ne moveto, immota enim melior.

Ὁ πολίτης, Καμαριναῖος.

C Civis, Camarinæus.

ΚΑΜΒΥΣΗΝ[68], καὶ Ξέρξιον, ἢ ἀπὸ Καμβύσου καὶ Ξέρξου,[69] Περσικαὶ χῶραι. Ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

CAMBYSEN, juxta Xerxen, vel à Cambyse, vel à Xerxe, Persidis regiones. Gentile, idem.

ΚΑΜΙΚΟΣ[70], πόλις Σικελίας, ἐν ᾗ Κώκαλος ἦρχεν,[71] ὁ Δαιδάλου. [72] Χάραξ δέ, Ἴνυκον αὐτὸν φησίν. Ὁ πολίτης, Καμίκιος, καὶ ζηλυκῶς.

D CAMICUS, urbs Siciliæ, in qua Cocalus Dædali imperavit. Charax verò Inycum eam *esse* dicit. Civis, Camicius, & fœm. gen.

ΚΑΜΙΡΟΣ[73], πόλις ἐν Ῥόδῳ,[74] ἀπὸ

CAMIRUS, urbs in Rhodo, à filio Cerca-

64 Καμαρῖνοι, νῆσοι Ἀραβίων.] Camareni, insulæ Arabum celebrantur ex Hecatæo. Arrhiano in Periplo maris Erythræi Camara inter Arabiæ Felicis emporia memoratur, quæ Plinio lib. 6. c. 18. Camari, insula maxima inter Arabicas dicitur.

65 Καμαρία, πόλις Ἰταλική, Ἀλβανῶν ἀποίκισις.] Camaria, urbs Italica, Albanorum colonia ex Dionysii Rom. Antiquit. lib. 1. qui multis annis ante Romam conditam fuisse tradit libro citato; Straboni lib. 5. *Camarinum* & *Camerte*, Cæsari Belli Civilis lib. 1. *Camerinum*, Plinio lib. 3. c. 5. *Camerium* dicitur; ejus oppidani *Camarini*, & *Camerini*, & *Camertes* dicebantur, de qua videsis Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 2. c. 6.

66 Καμαρῖνα, πόλις Σικελίας, καὶ λίμνη.] Camarina, urbs Siciliæ, & palus; urbs à Syracusanis condita fuit annis fermè CXXXV. post conditas Syracusas, ac postea ab eisdem ex ea pulsis oppidanis ob defectionem, Hippocrates Gelæ tyrannus eò coloniam deduxit, ut narrat Thucydides lib. 6. Non longè ab hac urbe Romani Æmilio consule CCCLXXXIIII. naves naufragio amiserunt. Ab eadem urbe procul dubio *Camerina poma* Plinio lib. 15. c. 14. memorata nomen accepere, non à Camarenis Arabiæ insulis, ut existimavit Gothofredus in notis ad Anonymum, quem ipse primus vulgavit c. 6. Hujus urbis etymologiam deducit Bochartus de Phœnic. Colon. lib. 1. c. 29. à verbo Hebræo חמר *chamar*, i. e. *lutosus est*, tamquam à Phœnicibus nomine impositio, ac si Phœnices eam condidissent, sed cum ex Thucydidis lib. 1. constet à Syracusanis conditam fuisse, corruit etymologia, ut pote à nominis paronomasia tantum deducta.

67 Ἀφ' ἧς ἡ παροιμία.] Parœmia illa, quam affert noster de palude Camarina, dici solet de eis, qui sibi mala accersunt, ad quam videtur alludere Virgilius Æneid. lib. 3. v. 700.

——— *Et fatis numquam concessa moveri*
Apparet Camerina procul ———

Ubi Serv. *Camerina procul: palus est juxta ejusdem nominis oppidum: de qua quodam tempore cum siccata pestilentiam creasset, consultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberent; respondit*, μὴ κίνει Καμαρίναν, ἀκίνητον γὰρ ἄμεινον. [i. e. ne move Camerinam, immota maneat] *Quo contempto exsiccaverunt paludem, & sedata pestilentia, per eam partem ingressis hostibus pœnas dederunt, sed hoc responsum Æneæ temporibus ignotum fuit, ergo non observavit poëta, sed ad præsens tempus locutus est.* Solent enim poëtæ per prolepsin nominare oppida, quæ nondum erant, sed postea fuere. Palus Camerina hodie vulgo accolis dicitur *Lago di Camarana*, & amnis, qui olim Hipparis medium lacum transit, *Fiume di Camarana*, autore Cluv. Siciliæ Antiquæ lib. 1. c. 14.

68 Καμβύσου, καὶ Ξέρξου, &c.] Locus valdè depravatus, si quis alius, lege Καμβυσιώη, καθὰ Ξερξιώη. i. e. *Cambysene, ut Xerxene.* Stephanum Stephano corrigo. Sic enim apud eum legitur in Ξερξιώη. Sic etiam scribuntur hæ regiones apud Strabonem, cujus adducemus verba nota subsequenti.

69 Περσικαὶ χῶραι.] Cambysenen, & Xerxenem esse Persidis regionis inquit, Strabo eas locat in Armenia, cujus ex lib. 11. sunt verba: Καθάπερ ἡ Καμβυσιώη, καθ' ἣν ἅμα καὶ τοῖς Ἴβηρσι, καὶ τοῖς Ἀλβανοῖς οἱ Ἀρμένιοι συνάπτουσι. i. e. *Quemadmodum Cambysene, juxta quam & Iberes, & Albanos Armenii attingunt.* Atque sub ejusdem libri calcem: Χαλύβων δὲ καὶ Μοσσυνοίκων Παρωρείτου, καὶ Ξερξιώης, ἃ τῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ ἐστὶν ὁμόρους, καὶ μέρη αὐτῆς ἐστί. i. e. *Chalybibus verò & Mosynœcis* [ademisse] *Parenetin & Xerxenen, quæ minori Armeniæ sunt finitimæ, & ejusdem partes.*

70 Κάμικος, πόλις Σικελίας, &c.] Camicus, urbs Siciliæ, in qua Cocalus imperavit, nomen adepta à fluvio cognomine, ut inquit Duris apud autorem nostrum in Ἀκράγαντες, memoratur inter alios Straboni lib. 6. circa quam Minos ille celeberrimus Cretensium rex ac legislator occisus fuit, ut tradit Philosophus Politicorum lib. 11. c. 10. Geographus libro citato, ob cujus necem Cretenses magna classe in Siciliam trajectos, Camicum per quinquennium obsedisse, sed non expugnasse narrat Herodotus lib. 7. Frustra quæritur hodiernum hujus urbis nomen; namque Strabo lib. 6. testatur interiisse.

71 Ὁ Δαιδάλου.] Dædali Cocalus dicitur Stephano, quòd Dædalus occiso sororis filio ad Minoëm confugerat, à quo ad Cocalum fugit, referente Pausania in Achaicis.

72 Χάραξ δέ Ἴνυκον αὐτὸν φησίν.] Charax verò hanc *Inycum* vocat. Hæc verba non sunt intelligenda de urbe Camico, sed de Cocali regia urbe. Nonnulli enim dicebant Cocalum regiam habuisse in urbe Camico, Charax verò in urbe Inyco. Quare cum noster dixisset Camicum esse Siciliæ urbem, in qua imperavit Cocalus, nunc inquit Characem dicere urbem illam, in qua imperavit Cocalus, esse Inycum.

73 Κάμιρος, πόλις ἐν Ῥόδῳ.] Camirus, urbs Rhodi, fuere verò tres Rhodi urbes antiquitus præcipuæ, Lindus, Ialysus, & Camirus, quas Poëtarum parens celebrat illo versiculo citato ab Stephano, qui legitur Il. 2. v. 656. ideo Rhodus ab Scylace dicitur νῆσος τριπολις, id est, *insula tripolis*, scilicet, quod tres urbes haberet, supra memoratas, quas Strabo in unam urbem Rhodum insulæ cognominem coivisse tradit. Ejus ex lib. 14. hic appono verba: Πρότερον μὲν ἐν καθ' αὑτοὺς ἐπολιτεύοντο οἱ Λίνδιοι, καθάπερ καὶ Καμιρεῖς καὶ Ἰαλύσιοι· μετὰ ταῦτα δὲ συνῆλθον ἅπαντες εἰς τὴν Ῥόδον. i. e. *Primum Lindii per se ipsos rempublicam gerebant, sicut & Camirenses & Ialysii; postea autem omnes simul coiverunt in Rhodum.*

74 Ἀπὸ Ϝ παιδὸς Κερκάφα, Ϝ Πολειάδα καὶ Κυδίππης. 75 Ἀπὸ Κερκάφα δὲ αἱ Ῥόδιαι γυναῖκες Κερκαφίδες· ἦσαν δὲ τρεῖς, ὡς Ὅμηρός φησι,

Λίνδον, Ἰήλυσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμιρον.

Ὁ πολίτης, Καμιρεύς. 76 Πείσανδρος ὁ Ἀφαμεύς ποιητὴς, Καμιρεὺς ἦν. Λέγεται καὶ Καμιρίτης, καὶ Καμιραῖος· καὶ ἡλυκῶς.

ΚΑΜΜΑΝΙΑ 77, μοῖρα Θεσπρωτίας· μετωνομάσθη δὲ Κεστρινία. 78 Ἐξ ἧς Κάδμος, ὁ ποταμὸς Κεστρῖνος. 79 Ἔστι κλίσμα Κεστρίνης, Ϝ ἀπὸ Ἑλένης, Ϝ Πριαμίδος. Οἱ οἰκήτορες Καμμανοὶ, ὡς τῆς Καμπανίας Καμπανοί.

ΚΑΜΠΟΣ 80, κλίσμα Καμπάνης, ἀφ' ὧν ἐκλίθησαν. Τὸ ἠλυκὸν, Καμπανὶς καὶ Καμπανή.

ΚΑΝΑΘΑ 81, πόλις πρὸς τῇ Βόστρᾳ Ἀραβίας. Τὸ ἐθνικὸν, Καναθηνός. Ἔν τισι δὲ καὶ διὰ Ϝ καὶ ι γράφεται.

ΚΑ'-

Cercaphi, filii Poliadæ, & Cydippæ. A Cercapho verò Rhodiæ fœminæ *Cercaphides* dicebantur. Erant autem tres, ut Hom. inquit:

Lindum, Ialysumque, & album Camirum.

Civis, Camireus. Pisander celeberrimus poëta Camireus erat. Dicitur etiam, Camirites, & Camiræus, & fœm. genere.

CAMMANIA, pars Thesprotiæ, *Cestrinia* verò postea vocata fuit ex qua Cadmus, fluvius Cestrinus; à Cestrino condita fuit, filio Heleni Priamidæ. Incolæ, Cammani, ut Campaniæ, Campani.

CAMPUS, opus Campani, à quo [*Campani*] conditi fuere. Fœmineum Campanis, & Campana.

CANATHA, urbs ad Bostram Arabiæ. Gentile, Canathenus, in aliquibus autem & per *i* scribitur.

CA-

74 Ἀπὸ Ϝ παιδὸς Κερκάφα.] Inquit Camirum, urbem Rhodi nomen habuisse à filio Cercaphi, nempe Camiro. Tres enim fuere filii Cercaphi, *Lindus*, *Ialysius* & *Camirus*, qui tribus Rhodi urbibus à se conditis *Lindo*, *Ialyso*, & *Camiro* nomina imposuere, ut testatur Strabo lib. 14. etsi alii à Tlepolemo conditas ajunt, & eum ipsis nomina imposuisse à quibusdam Danaï filiabus.

75 Ἀπὸ Κερκάφα δὲ αἱ Ῥόδιαι γυναῖκες Κερκαφίδες.] Cercaphus fuit Rhodi Nymphæ & Solis filius, ac pater Lindi, Ialysi, & Camiri, ut tradit Eustath. ad Il. 2. v. 656. à quo, ut inquit noster Rhodiæ fœminæ *Cercaphides* dictæ fuerunt; quod etiam confirmat Eustathius loco citato: Ἥλιός καὶ Ῥόδου Νύμφης υἱὸς Κέρκαφος, ὃς καὶ Λυσίπαης [lege Κυδίππης] Λίνδου, Ἰήλυσος, καὶ Κάμειρος, οὗ καὶ ὁ Χοιροβοσκὸς καθ' ὁμωνύμου, διὰ διφθόγγου γράφει ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ, ὅτε ὁ ῥηθεὶς Κερκάφα, Κερκαφίδες αἱ Ῥόδιαι γυναῖκες ἐκαλοῦντο. i. e. *Solis & Rhodi Nymphæ, filius Cercaphus, cujus & Cydippe, Lindus, Ielysius, & Cameirus, quem Choeroboscus juxta canonem per diphthongum scribit in orthographia, ex dicto Cercapho* Cercaphides *Rhodiæ fœminæ vocabantur.*

76 Πείσανδρος.] Videsis, quæ suo loco annotamus.

77 Καμμανία, μοῖρα Θεσπρωτίας.] Cammaniam, partem Thesprotiæ Græciæ regionem, quæ postea *Cestrinia* vocata fuit à Cestrino filio Heleni filii Priami, celebrat noster autor, sed sine autore, quæ videtur desumpsisse ex Pausaniæ Corinthiacis, ubi hæc leguntur: Τὰ δὲ ἐς Ἕλενον τὸν Πριάμου δεδήλωκεν ὁ λόγος ἤδη μοι, μετὰ Πύρρου τοῦ Ἀχιλλέως αὐτὸν ἐλθεῖν ἐς Ἤπειρον, καὶ ἐπιτροπεῦσαί τε Πύρρου παιδὸς, σωφρονοῦντα Ἀνδρομάχῃ, καὶ τῷ Κεστρίνῃ καλουμένῳ ἀπὸ Κεστρίνης δὲ Ἑλένῳ λαβεῖν τὸ ὄνομα. i. e. *Quæ verò ad Helenum Priami filium, ea sunt à me jam expositа, unà cum Pyrrho Achillis filio venisse eum in Epirum*; [eoque mortuo] *suscepisse ejus liberûm tutelam, cum Andromachen duceret uxorem, ac Cestrinen* [Epiri partem] *dictam à Cestrino Heleni filio accepisse nomen.* Quæ à nostro *Cestrinia* à Pausania dicitur *Cestrine*, quæ supra fluvium Thyamin jacebat, teste eodem Pausania lib. 1. Ἐγένετο δὲ καὶ Ἕλενος Κεστρῖνος· τοῦτον δὲ Ἀνδρομάχῃ σωφρονήσειν, ἀπεθανόντος ἐν Δελφοῖς Πύρρου. Ἕλενος δὲ, ὡς ἐτελεύτα, Μολοσσῷ τῷ Πύρρου ἀδελφιδοῦ τὴν ἀρχὴν, Κεστρῖνος μὲν σὺν τοῖς ἐθέλουσιν Ἠπειρωτῶν τὴν ὑπὲρ Θύαμιν ποταμὸν χώραν ἔσχε. i. e. *Natus verò fuit Heleno Cestrinus: huic enim Andromache nupsit, Delphis Pyrrho interfecto. Cum autem Helenus moriens Molosso Pyrrhi filio regnum tradidisset, Cestrinus collecta voluntariorum Epirotarum manu, eam, quæ supra Thyamin fluvium est, regionem tenuit.*

78 Ἐξ ἧς Κάδμος, ὁ ποταμὸς Κεστρῖνος.] Cum apud alios nulla Cadmi fluvii fiat mentio, qui à *Cestrinia* regione, ut inquit noster, vel à *Cestrine*, ut eam appellat Pausanias, *Cestrinus* fuerit vocatus, atque Pausanias, cujus verba nota præcedenti attulimus, nos doceat, *Cestrinen* regionem à *Cestrino* dictam esse eam, quæ supra Thyamin fluvium erat, facile adducor, ut credam apud Stephanum pro ἐξ ἧς Κάδμος, &c. legendum esse ἐξ ἧς Θύαμις, &c. Nostram conjecturam confirmamus autoritate Thucydidis, ex ejus lib. 1. Ῥεῖ δὲ καὶ Θύαμις ποταμὸς, οἰκίζων τὴν Θεσπρωτίδα, καὶ Κεστρίνην, ὧν ἐντὸς ἡ ἄκρα ἀνέχει τὸ Χειμέριον. i. e. *Currit verò & Thyamis amnis, disterminans Thesprotidem, Cestrinenque, intra quos Chimerium promontorium pertingit.*

79 Ἔστι κλίσμα Κεστρίνης.] Asserit his verbis Cestrinum Heleni filium condidisse Cestrinen regionem, ut apparet ex nota 77. præcedenti.

80 Κάμπος, κλίσμα Καμπάνης, &c.] Campus, opus Campani, à quo Campani conditi fuere, Campani verò dicebantur incolæ Capuæ. *Campum* vocat noster, *Capuam*, quæ Virgilio Æneid. lib. 10. v. 145. Campana urbs:

Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur urbi.

Campanus verò est idem, qui Virgilio *Capys*, qui & urbi & regioni nomen dedit. Campanum fuisse Nævium poëtam constat ex Gellio Noctium Atticarum lib. 1. c. 24. qui de se subsequens epigramma scripsit superbiæ Campanæ plenum:

Immortales mortales si foret fas flere
Flerent divæ Camenæ Nævium poëtam.
Itaque postquam est orci traditus thesauro,
Obliti sunt Romæ lingua Latina loquier.

Videsis, quæ in Κάπυα annotamus.

81 Κάναθα, πόλις πρὸς τῇ Βόστρᾳ Ἀραβίας.] Canatha, urbs juxta Bostram Arabiæ, quam Ptolemæus lib. 5. c. 15. Cœlesyriæ tribuit, & Josephus Antiquit. lib. 15. c. 6. Plin. lib. 5. c. 18. in Syriæ Decapolitana regione eam locat. In S S. duæ hujus nominis urbes memorantur, altera pertinebat ad tribum Menaseh quam Nobach cepit, ac de suo nomine *Nobach* vocavit. Num. c. 32. v. 42. ubi vocatur קנת *Cenath*, altera ad tribum Ascher, Josue c. 19. v. 28. ubi dicitur קנה *Canah*. Unde Græcis & Latinis factum est Canatha. *Cana Galilææ* dicitur Joan. c. 4. v. 46. ubi Jesus fecit, ut ibi refertur, ὕδωρ οἶνον. Canatha Josepho de Bello Judaico lib. 1. c. 14. juxta versionem Latinam, Galilæa verò pro parte quadam Syriæ habebatur.

82 Κά-

ΚΑ΄ΝΑΙ [82], πολίχνιον Εὐβοϊκὸν, ἢ Λοκρὸν, καὶ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου. Ἔστι καὶ ὄρος Κάνη, καὶ πόλις, καὶ λίμνη. [83] Ἔστι καὶ πόλις τῆς Τρῳάδος. [84] Εἰσὶ καὶ Κάνναι διὰ δύο ν, πλησίον Καρχηδόνος. Τὸ ἐθνικὸν Καναῖος, καὶ Καναία. [85] Ἔστι καὶ πόλις Κάνα ἐπὶ Τίγρητι ποταμῷ· Στεφάνων γ΄. Κιναῖος Ζεύς, ἐμόνον ἀπὸ τοῦ Κιναίου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ Κάνης.

ΚΑ΄ΝΑΣΤΡΟΝ [86], ἄκρον Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Κανασταῖος. Σοφοκλῆς δὲ ὑπομνηματίζων τὰ Ἀργοναυτικὰ, [87] Κανασταῖόν φησιν ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ ἐθνικὰ, εἰ μὴ καὶ τοῦτο σκληρόν ἐστιν, ὁμοίως τῷ Λέχαιον, καὶ Λεχαῖος, [88] καὶ Λύκειον τὸ γυμνάσιον, [89] καὶ Λύκειος Ἀπόλλων· καὶ Νυμφαῖον, καὶ Νυμφαῖος.

ΚΑ΄ΝΔΑΣΑ [90], ὡς Μάλασα, Πήγασα, φρούριον Καρίας· Πολύβιος ἐκκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Κανδασεύς, καὶ Κανδασίς.

ΚΑ΄ΝΔΑΡΑ [91], πόλις Παφλαγονίας, ὡς ἀπὸ χοινίων τριῶν Γαγγρῶν. Καὶ Θάρυβα κώμη. [92] Οἱ οἰκήτορες, Κανδρηνοί· καὶ Ἥρας Κανδρηνῆς ἱερόν.

ΚΑ΄ΝΔΥΒΑ, [93] ἀδέλφεος, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Κανδύβου παιδὸς Δευκαλίωνος. Τὸ ἐθνικὸν, Κανδυβεύς.

ΚΑΝΘΗΛΙΑ΄, πόλις πρὸς Καρχηδόνα· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· Ἡρόδοτος.

CANÆ, parva-civitas Euboïca, vel Locra, juxta extremitates Lesbi. Eſt & mons Cane, & urbs, & palus. Eſt & urbs Troadis. Sunt etiam Cannæ per duplex *n* prope Carthaginem. Gentile, Canæus, & Canæa. Eſt & urbs Canæ Tigris fluvii, Strab. lib. 13. Eſt etiam Jupiter Cinæus, non ſolum ab Cinæo, verum etiam ab Cane.

CANASTRUM, promontorium Thraciæ, & Macedoniæ. Gentile, Canaſtræus, Sophocles verò explicans Argonautica, Canaſtræum vocat promontorium Pallenæ; at gentilia contraria ſunt, ni & hoc excipiamus ſimiliter ac Lechæum, & Lechæus, & Lyceum gymnaſium, & Lyceus Apollo, & Nymphæum, & Nymphæus.

CANDASA, ut Malaſa, Pegaſa, Caſtellum Cariæ; Polybius lib. 16. Gentile, Candaſeus, & Candaſis, *jamin.*

CANDARA, urbs Paphlagoniæ, circiter tres Schœnos à Gangris diſtans. Et Thariba vicus. Incolæ, Candreni. Eſt & Junonis Candrenæ templum.

CANDYBA, neutro-genere, urbs Lyciæ, à Candybo Deucalionis filio. Gentile, Candybeus.

CANTHELIA, urbs circa Carthaginem. Hecatæ. Aſia, Herodotus.

82 Κάναι, πολίχνιον Εὐβοϊκὸν, &c.] Canæ, oppidulum Euboïcum, ſeu Locrorum. Sunt verba deſumpta ex Strabonis lib. 13. Κάναι ἢ πολίχνιον Λοκρῶν τῶν ἐκ Κύνος, καὶ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου τὰ πρὸς τὴν Καναίαν. i. e. *Canæ verò oppidulum eſt Locrorum ex Cyno juxta extremas Lesbi verſus meridiei partes, ſitum in regione Canææ.* Quare apud Stephanum τὸ Εὐβοϊκὸν puto expungendum eſſe: pro Λοκρὸν autem legendum Λοκρῶν, ut eſt apud Strabonem. Gentile enim Locrorum eſt Λόκρος, ut noſter inquit in Λοκροί.

83 Ἔστι καὶ πόλις τῆς Τρῳάδος] Canæ, urbs Troadis celebratur ab Strabone lib. 13. qui etiam lib. 10. Canas Æolidis memorat.

84 Εἰσὶ καὶ Κάνναι διὰ δύο ν, πλησίον Καρχηδόνος.] Cannas per duplex *n*, prope Carthaginem locat, ſed cum nemo, quod ſciam, has Cannas celebret, exiſtimo autorem noſtrum intelligere Cannas Italiæ, nec mirandum eſt, quòd Carthagini tribuat urbem quæ ad Italiam pertinet: in Ipana enim Ipanam, urbem Siciliæ tribuit Carthagini, & alibi quæ ad Siciliam pertinebant, Carthagini aſſignavit. Inter omnes verò hujus nominis urbes Cannæ Italiæ celeberrimæ ſunt clade Romanorum ab Annibale accepta, de quibus ſic Liv. lib. 22. *Quum utriuſque conſulis eadem, quæ ſemper ante, fuiſſet ſententia, cæterum Varroni fere omnes, Paulo nemo præter Servilium, prioris anni Conſulem, aſſentiretur, majoris partis ſententia ad nobilitandas clade Romana Cannas, vergente fato profecti ſunt; prope eum vicum Annibal caſtra poſuerat.* Etſi Livius vocat *vicum*, alii *urbem* fuiſſe dicunt.

85 Ἔστι καὶ πόλις Κάνα ἐπὶ Τίγρητι ποταμῷ.] Canas Tigridis fluvii nemo, quod ſciam præter Stephanum, memorat; exiſtimo eum intelligere Canas Arabiæ, quas Ptolemæus lib. 6. c. 7. vocat *Canen* emporium & promontorium Adramitarum, & Plinius lib. 6. c. 23. Canan thuriferæ regionis; in Adramitarum enim regione erat thurifera regio. Canen etiam Arrhianus in Periplo maris Erythræi celebrat, quæ adhuc, teſte Rhamuſio *Canacaïn* vocatur, niſi fortaſſe ſit, quæ *Cana* neut. plur. dicitur Joſepho Antiquitatum lib. 15. c. 6. quam urbem in Cœleſyria locat, celebrem victoria Herodis regis contra Arabes. Verum Cinæus ille Jupiter juxta literarum ordinem hic non habet locum, niſi fortaſſe vocandus ſit Canæus, à Cana enim aliter deduci non poteſt.

86 Κάνασρον, ἄκρον Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας.] Canaſtrum vocat noſter promontorium Thraciæ & Macedoniæ, quod aliis dicitur *Canaſtræum*, memoratur Ptol. lib. 3. c. 13. Herod. lib. 7. c. 122. qui id vocat Κανασραίην ἄκρην, fœm. gen.

87 Κανασραῖόν φησιν ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης.] Canaſtræum promontorium Pallenes, & Canaſtræum promontorium Thraciæ & Macedoniæ idem erat promontorium, Pallenen alii Macedoniæ aſſignabant alii Thraciæ. Thracia enim & Macedonia erant regiones finitimæ.

88 Καὶ Λύκειον τὸ γυμνάσιον] De Lyceo gymnaſio videſis, quæ in Ἐκδήμεια annotavimus.

89 Καὶ Λύκειος Ἀπόλλων.] Vide, quæ in Λύκεια.

90 Ὡς Μάλασα, Πήγασα.] Cum autor noſter non memoret Malaſam, ſuo loco, ſed Mylaſam, pro Μάλασα, lege, Μύλασα, at Pegaſam ipſe celebrat in Πήδασα, quæ omnes erant Cariæ urbes.

91 Κάνδαρα, πόλις Παφλαγονίας, ὡς ἀπὸ χοινίων, &c.] Candara, urbs Paphlagoniæ, à nemine, memoratur; pro illis verbis ὡς ἀπὸ χοινίων τριῶν Γαγγρῶν, &c. Legeſis, ὡς χοινίκες τρεῖς ἀπὸ Γαγγρῶν καὶ Θάρυβα κώμης. i. e. *Circiter tres Schœnos à Gangris, & à Thariba vico.* Sic legenda & interpungenda illa cenſeo.

92 Οἱ οἰκήτορες, Κανδρηνοί.] Incolæ urbis Candaræ; Κανδρηνοὶ debent vocari, ut & Juno Κανδρηνὴ, niſi uſus aliter obtinebat, quod monendum erat.

93 Κάνδυβα, ἀδέλφεος, πόλις Λυκίας.] Candyba, neut. plur. urbs Lyciæ, quæ *Condyba* dicitur Ptolemæo lib. 5. c. 3. inter celeberrima Lyciæ oppida memoratur Plinio lib. 5. c. 27. *Lycia quondam* LX *oppida habuit, nunc* XXXVI. *habet. Ex his celeberrima præter ſuprà dicta Canas, Candyba, ubi laudatur Oenium nemus.*

94 Καν-

ΚΑΝΘΗ'ΛΗ, πόλις Λιβοφοινίκων· καὶ Ε'καταίῳ ἔτω. A

CANTHELE, urbs Libophœnicum, & Hecatæ. sic.

ΚΑΝΤΑΒΡΙ'Α [94], χώρα. Στράβων τρίτῃ. οἱ οἰκήτορες, Καντάβροί.

CANTABRIA, regio, Strab. lib. 3. Incolæ, Cantabri.

ΚΑ'ΝΤΑΝΟΣ, πόλις Κρήτης, [95] ὡς Ξενίων, ἐν πρώτοις κρητικῆς τόπῳ. Τὸ ἐθνικὸν, B Καντάνιος.

CANTANUS, urbs Cretæ, ut Xenio in loco limitis Cretici. Gentile, Cantanius.

ΚΑΝΤ'ΣΙΟΝ [96], μεγίστη πόλις τῶν Ἰταλιωτίδων· Στράβων ἕκτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Καυσίνος, ἢ Καυσίτης, ὡς Στράβων.

CANUSIUM, maxima urbs Italiotidum, Strabo lib. 6. Gentile, Canusius, vel Canusites, ut Strabo.

ΚΑ'ΝΥΤΙΣ [97], πόλις Συρίων μεγάλη, C ὡς Ε'καταῖος Α'σίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Κανυτίτης.

CANYTIS, urbs Syrorum magna, ut Hecatæ. Asia. Gentile, Canytites.

ΚΑ'ΝΩΠΟΣ, [98], ἔστι γράφεσθαι διὰ τοῦ β'. Στράβων ἑνκαιδεκάτῃ.

CANOPUS, debebat scribi per *b*. Strab. lib. 16.

ΚΑΝΩ'ΒΟΣΑ [99], ἔστι πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Α'λεξανδρείας καὶ πεζῇ D ἰόντι, ἀπὸ Κανώβου κυβερνήτου Μενελάου, ἀποθανόντος αὐτόθι. Καὶ ἱερὸν Ποσειδῶνος Κανώβου, καὶ νῆσος. Τὸ ἐθνικὸν, Κανωβίτης. Καὶ τὸ κτητικὸν, Κανωβικός. Καὶ Κανωβικὴ διώρυξ, καὶ τὸ Κανωβικὸν στόμα. Καὶ E Κανωβὶς θηλυκῶς. Ἔστι καὶ Λιβύης τόπος Κάνωβος.

CANOBOSA, est urbs 120 stadiis distans ab Alexandria, & pedibus eunti, à Canobo Menelai gubernatore, qui illic obiit; & templum Neptuni Canobi, & insula. Gentile, Canobites, & poss. Canobicus, & Canobica fossa, & Canobicum ostium, & Canobis fœm. gen. Est & Libyæ locus Canobus.

ΚΑΟΥ'Σ,

CAUS,

94 Καντάβρια, χώρα.] Cantabria, regio ex Strabonis lib. 3. celebratur. Erat Hispaniæ regio, quæ nunc vulgo *Biscaya* dicitur, ferro totius Europæ optimo celeberrima. Incolas olim *Cantabros*, nunc *Biscaynos* vocant, cujus partem antiquitus à Laconibus occupatam fuisse tradit Strabo libro citato ex Asclepiade Myrleo, qui in Turditania grammaticam docuit; Augustum Cæsarem eos subegisse idem est autor, ad quod videtur alludere Horatius Carm. lib. 3. Od. 8. v. 20.

Servit Hispanæ vetus hostis oræ
Cantaber, sera domitus catena:
Jam Scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis.

95 Ὡς Ξενίων ἐν πρώτοις κρητικῆς τόπῳ.] Hæc verba sic puto legenda, ὡς Ξενίων ἐν τοῖς Κρητικοῖς, i. e. *ut Xenion in Creticis*. Sic enim citatur hic autor ab autore nostro in Ἀρχιδίκαις & in Δραγμῷ. Cantani verò urbis Cretæ nulla fit apud alios mentio.

96 Καυσίνον, μεγίστη πόλις τῶν Ἰταλιωτίδων.] Canysion Græcis, at Latinis *Canusium*, urbs Italicarum maxima ex Strabonis lib. 6. memoratur. Ejus sunt verba: Οὐ πολὺ δὲ τῶν Ἰαπύγων ὑπερκειται δύο πόλεις ἴσχα τὸ πεδίον μέγιστα τῶν Ἰταλιωτίδων γεγονυῖαι πρότερον, ὡς ἐκ τῶν περιόδων δῆλον, τότε Καυσίνιον, καὶ ἡ Ἀργυρίππα, ἀλλὰ νῦν ἐλάττους εἰσίν. i. e. *Etenim non procul à mari in planicie sitæ sunt duæ urbes, quæ, ut ambitus earum ostendunt, quondam Italicarum fuerunt maximæ, Canysium, & Argyrippe, sed nunc sunt minores.* Non bene Leander in Regione Italiæ decima Canusium & Cannas unam, eamdemque civitatem inquit fuisse, cum fuerint diversæ, quod inter alios testatur Procopius Gothic. lib. 3. Καυσίνιον κεῖται ἐν Ἀπύλοις πως μέσοις, τότε Καυσία πόλις εἴκοσι σταδίους ἀπέχουσι Κάννας. i. e. *Canusium in mediis fere situm est Apulis, ab hoc* XXV. *stadia distant Cannæ.* Lanas Canusii laudat Plinius lib. 8. c. 48. unde Martialis Epigram. lib. 9. Epigrammate 23. inquit:

Ut Canusinatus nostro Syrus assere sudet,
Et mea sis culto sella cliente frequens.

Et Epigram. lib. 14. Epigram. 127.

Hæc tibi turbato Canusina simillima mulso
Mitius erit, gaude: non citò fiet anus.

97 Κάνυτις, πόλις Συρίων μεγάλη.] Memorat Canytin Syrorum magnam urbem, ex Hecatæi Asia; cum hujus urbis nulla apud alios fiat mentio, existimo esse Cadytin urbem, quæ nostro autori dicitur perperam quoque Κάλυτις ex Herodoto, apud quem Κάδυτις legitur, ut in Κάλυτις annotavimus. Fortasse incidit autor noster in depravatos Hecatæi codices, apud quos legebatur Κάνυτις pro Κάδυτις.

98 Κάνωπος, ἔστι γράφεσθαι διὰ τοῦ β'. Στράβων ἑνκαιδεκάτῃ.] Canopum debere scribi per *b* inquit. Sic enim scribitur apud Strabonem, quem ex lib. 16. citat, sed falso. Strabo enim de hac urbe loquitur lib. 17. quæ utroque modo dicitur & *Canopus*, & *Canobus*. Fuit verò urbs Ægypti CXX. stadiis ab Alexandria distans, nomen adepta à Canopo seu Canobo Menelai navis gubernatore, ibi sepulto, in cujus memoriam Menelaus fertur eam condidisse; erat luxuria & lascivia tam fœminarum, quam virorum famosa. Quare Juv. Sat. 6. v. 84. inquit:

Prodigia & mores urbis damnante Canopo.

Exaggerat Juv. *mores Urbis*, i. e. *Romæ*, qui adeò detestandi erant, ut Canopus etiam eos damnaret. Virgilio etiam Georgic. lib. 4. Canopus *Pellæus* vocatur, ac si ab Alexandro Magno fuisset conditus;

Nam, quæ Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.

Pellæus juvenis vocatur Alexander à Juvenale Sat. 10. v. 168.

Unus Pellæo juveni non sufficit orbis.

Ex Canopo fuisse ajunt Claudianum Poëtam, qui sub Heracl. & Honor. Imperatoribus floruit, à qua urbe ostium quoddam Nili nomen accepit, & fossa. Erat Canobus metropolis in Nomo, cui nomen *Menelaites*, teste Ptolemæo lib. 4. c. 5.

99 Κανώβουσα, ἔστι πόλις, &c.] Hæc verba corrupta per incuriam disjuncta fuerunt à præcedentibus, quibuscum erant conjungenda. Sunt enim Strabonis, apud quem lib 17. sic leguntur: Κανώβου δ' ἐστὶ πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πεζῇ ἰόντι, ἐπώνυμον Κανώβου τοῦ Μενελάου κυβερνήτου, ἀποθανόντος αὐτόθι, ἔχουσα τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν πολὺ ἀγιείᾳ πρώτιμον. i. e. *Canobus verò est urbs distans* CXX *stadiis ab Alexandria terrestri itinere, cognominis Canobi, qui Menelai gubernator fuit, & ibi obiit, habens Serapidis templum magna puritate cultum.* Quod etiam confirmat Amm. Marcellinus lib. 22. c. 41. *Canopus inde* [ab Alexandria] *duodecimo disjungitur lapide: quem, ut priscæ memoriæ tradunt, Menelai gubernator sepultus ibi cognominavit. Hactenus impendio locus famis & diversoriis latis exstructus, auris & salutari temperamento perflabilis, ita ut extra mundum nostrum morari se quisquam arbitretur in illis tractibus agens, cum sæpe aprico spiritu immurmurantes audierit ventos.*

1 Καῦ-

ΚΑΟΥΣ [1], κώμη τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ Τελ- A φουσίας γῆς. Ὁ πολίτης, Καύσιος. [2] ἐκεῖ γὰρ ἔτως Ἀσκληπιὸς ἐτιμᾶτο Καύσιος, ὡς Παυσανίας ὀγδόῳ.

CAUS, vicus Telphusiæ terræ in Arcadia. Civis, Cauſius. Illic enim ſic Aſclepius colebatur Cauſius, ut Pauſ. lib. 8.

ΚΑΠΑΙ, πόλις Ἑλλησπονλίας. Ἀνδροτίων γ' Ἀτθίδος. Τὸ ἐθνικὸν Καπαῖος, ὡς Ναπαῖος. B

CAPÆ, urbs Helleſpontia, Androtio lib. 2. Atthidis. Gentile, Capæus, ut Napæus.

ΚΑΠΕΤΩΛΙΟΝ [3], ἐν Ῥώμῃ λόφος, Ταρφαῖος πάλαι λεγόμενος. [4] Περὶ ἧς τῆς γραφῆς ἐν τεμένει ὁ Εὐδαίμων, ἀφ' ἧς ἱ φησιν. Εἰρηναῖος παροξυτ., ἀφ' ἧς ι γράφων. Ἡρωδιανὸς ἢ, Καπετωλίειαν, ἐν ἓξ C συλλαβαῖς· καὶ ἐν συναιρέσει, Καπετωλεῖον. Τὸ ἢ Καπετωλεία, ὅτι ἐν ἀγῶνος, περισπᾶται. Ὅσα γὰρ ἔχει παρὰ ὑπάρχον * εἰς ος λήγει καθαρὸν, περισπᾶται ἢ μόνῳ τῷ ι, ἢ περιγράφει αὐτὸ ἐν α, ὥστε εἶναι περὶ D πέλες πλῆαι διφθογγον, περισπᾶται· ἢ ὅσα κηλικά· Ἀσκληπιεῖον, Ἀσκληπιὸς γάρ· Πτολεμαεῖον, Πτολεμαῖος γάρ· Ὀλυμπίεια τὰ Ἀθλήσιν, Ὀλύμπιος γάρ. Τὸ ἢ τέμενος, Καπετώλιον, ἢ Καπετωλῖνος Ζεὺς ἀφ' ἧς ι. E Τὸ ἐθνικὸν, Καπετωλῖνος.

CAPETOLIUM, Romæ *Collis*, *Tarphæus* olim dictus, de ſcriptura verò templi Eudæmon per *i* ſcribit. Irenæus notat cum accentu acuto in antepenultima per *i* ſcribens, Herodianus verò Capetolieam per ſex ſyllabas, & per ſynæreſin, Capetoleum. Capetolia verò de certamine dictum circumflexum accentum habet in penultima. Quæcumque enim habent præcedentem * in *os* deſinunt purum, in penultima habentia vel tantum *i*. vel precedente ipſi *i* τὸ *a*, adeo ut inſit ante finem *a* diphthongus, circumflectuntur in penultima, vel quæcunque poſſeſſiva; Aſclepieum, [*ſit*] enim ab Aſclepius; Ptolemaeum, à Ptolemæus enim [*formatur*;] Olympiea, ludi Athenis, [*accentum habet in antepenultima*] Olympius enim [*dicitur*.] Templum verò, Capetolium, & Capetolius Jupiter per *i*. Gentile, Capetolinus.

ΚΑΠΙΝΝΑ [7], Τυρρηνικὴ πόλις. [8] Λέγεται

CAPINNA, Tyrrhenica civitas. Dicitur

1 Καῦς, κώμη τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ Τελφουσίας γῆς.] Caûs, vicus Telphuſiæ terræ in Arcadia, ex Pauſaniæ lib. 8. apud quem libro citato vicus Καλῆς, vocatur, regio Θελπουσία. Ejus ſunt verba: Ἐν ἢ τῇ γῇ τῇ Θελπουσίᾳ πόλιμός ἐστιν Ἄρσιλα καλούμενος· τοῦτον δὴ Ἀμφότερα, καὶ ὅσον πέντε ἀπ' αὐτοῦ σταδίους ἀφίξῃ καὶ εἰκοσι ἐπὶ ἐρείπια Καλῆς κώμης, ὁ καὶ ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ καλεῖται πεποιημένον ἐν τῇ ὁδῷ. i. e. *In regione verò Thelphuſia, fluvius eſt* Arſen *nomine*; *hunc ubi tranſieris, & circiter viginti quinque ſtadiis ab eo perveniet ad ruinas Calunis vici, quod* fanum *quoque* Æſculapii *vocant, quod in via poſitum eſt.*

2 Ἐκεῖ γὰρ ἔτως Ἀσκληπιὸς ἐτιμᾶτο Καύσιος.] Illic; hoc eſt, Caunte vico Æſculapius colebatur Cauſius, ex Pauſaniæ lib. 8. qui libro citato hujus Æſculapii templum in urbe Thelpuſa inquit fuiſſe non Caunte, nec eum vocat *Cauſium*, ut inquit noſter, qui oſcitanter videtur legiſſe Pauſaniam. Sic enim ille: Ἔστι ἢ ἐν Θελπούσῃ ναὸς Ἀσκληπιοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ ἱερὸν τῶν δώδεκα. i. e. *Eſt verò in urbe Thelpuſa templum Æſculapii, & duodecim deorum fanum.*

3 Καπετώλιον, ἐν Ῥώμῃ λόφος, Ταρφαῖος πάλαι λεγόμενος.] Capetolium Græcis, Capitolium Latinis non erat collis, olim *Tarpheus* dictus, ſed erat templum totius Ethnici orbis celeberrimum Romæ in clivo Tarpeio Iovi ſacratum, qui ideo *Jupiter Capitolinus* dicebatur, quem triumphantes adibant, hinc Virgilius Æneid. lib. 6. v. 836. canit:

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum ——

d ædificaſſe Romulum, ac in eo Palladium ex urbe Alba ranſlatum collocaſſe referunt; alii, ut in re priſca, aliter entiunt, inter quos Euſeb. qui Chronic. lib. 1. inquit, Numam Pompilium Romanorum regem & legiſlatorem id x fundamentis ædificaſſe, ſed præſtat hac de re audire . Tacitum Hiſtor. lib. 3. c. 72. *Voverat Tarquinius Priſcus ex, bello Sabino; jeceratque fundamenta ſpe magis futuræ magnitudinis, quàm quo modicæ adhuc Pop. Rom. res ſufficerent. Mox Servius Tullius, ſociorum ſtudio; deinde Tarquinius Superbus, capta Sueſſâ Pometiâ, hoſtium ſpoliis exſtruxere. Sed gloria operis libertati reſervata. Pulſis regibus, Horatius Pulvillus iterum Conſul dedicavit, eâ magnificentiâ, quam immenſæ poſtea Pop. Rom. opes ornarent potius, quam augerent. Iiſdem rurſus veſtigiis ſitum eſt, poſtquam interjecto* cccxv. *annorum ſpatio L. Scipione, C. Norbano Coſſ. aggraverat. Curam victor Sulla ſuſcepit, neque tamen dedicavit, hoc ſolum felicitati ejus negatum. Lutatii Catuli nomen inter tanta Cæſarum opera; uſque ad Vitellium manſit. Ea tunc ædes cremabatur.*

4 Περὶ ἧς τῆς γραφῆς ἐν τεμένει, &c.] Agit nunc de diverſa ſcriptura Capitolii, quod tribus modis reperitur apud Græcos, ut innuit noſter, nempe Καπετώλιον, Καπετωλίειαν, Καπετωλεῖον. Noſter accipit τὸ τεμένιον, pro τέμενος.

5 Τὸ ἢ Καπετωλεία, ἐπὶ ἐν ἀγῶνος, περισπᾶται] Καπετωλεῖα cum de agone dicitur circumflectitur in penultima; intelligit ludos Capitolinos, quos inſtituit Camillus, autore Livio Decadis primæ lib. 5. c. 50.

6 Τὸ ἐθνικὸν, Καπετωλῖνος.] Gentile Capitolii dicitur Latinis *Capitolinus*. Sic *M. Manlius* vocatus fuit, quòd Capitolium à Gallis defendiſſet; quare Virgilius Æneid. lib. 8. canit:

In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celſa tenebat.

Ac quia, ne Galli id caperent, anſerum clangore eorumque alarum crepitu acciderat, per ſingulos annos eo die, quo hoc factum eſt, canes quod dormientes non ſenſerant, cruci ſuffigebantur; anſeres verò auro & purpura in rei memoriam exornati in lectiſicis geſtabantur. Hic tamen Manlius poſtmodum adductus in ſuſpicionem regni adpetiti, vel inimicorum oppreſſus factione à populo damnatus eſt, cujus rei locuples eſt teſtis Servius ad Æneid. librum verſumque citatum. Si plura de Capitolio ſcire deſideras, vide Alex. Donatum Senenſem de urbe Roma lib. 2. c. 2. & ſequentibus, Juſtum Ryckium de Capitolio.

7 Καπίννα, Τυρρηνικὴ πόλις.] Capinna, Tyrrhenica; id eſt, Etruſca, urbs. Servius ad Æneid. lib. 7. v. 697. Capenam urbem vocat, à qua *porta Capena* Romæ nomen accepit, ut ipſe inquit. Livius lib. 5. c. 8. Capenates ejus oppidanos memorat: *Nec Vejis melius geſta res eſt, quod tum caput omnium curarum publicarum erat. Nam & duces Romani plus inter ſe irarum, quam adverſus hoſtes animi habuerunt, & auctum eſt bellum adventu repentino Capenatium, atque Faliſcorum. Hi duo Etruriæ populi, quia proximi regione erant devictis Vejis, bello quoque Romano ſe proximos fore credebant.*

8 Λέγεται καὶ πληθυντικῶς.] Capena urbs non ſolum dicitur ſingul. num. ſed etiam plur. quod etiam aliis urbium nominibus accidit. Silius lib. 13. celebrat fluvium Capenam:

—— *Itur in agros,*
Dives ubi ante omneis colitur Feronia luco;
Et ſacer humectat fluvialia rura Capenas:

γείαι καὶ πληθυντικῶς. [9] Τὸ ἐθνικὸν Καπιννάτης, ὡς Αἰγινιάτης, καὶ Αἰγινήτης. [10] Τὸ κτητικὸν, Καπινάτιος.

citur etiam in plur. num. Gentile, Capinnates, ut Æginiates, & Æginetes. Poſſ. Capinatius.

ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑ [11], χώρα τῇ Κιλικίᾳ πρόσορος, ὡς φησι Μένιππος, ἀπὸ Σινώπης εἰς Εὔαρχον ποταμὸν, ὃς ὁρίζει Παφλαγονίαν καὶ Καππαδοκίαν. Τὸ ἐθνικὸν Καππάδοξ, καὶ Καππάδοκος, καὶ Καππαδόκης. Ἡρόδοτος δέ φησιν, ὁ κτίσης Καππάδοκος εἴρηται ὑπὸ Μενάνδρου. Λέγεται καὶ Καππαδόκισσα, ὡς Αἰθιόπισσα, καὶ Πανδόκισσα. [12] Διείρηται δ' ἐχ ὡς νυῦ εἰς πρώτην καὶ δευτέραν, ἀλλ' εἰς μείζονα καὶ ἐλάττονα, καὶ μικρὰν καὶ μεγάλην.

CAPPADOCIA, regio ad partem aquilonarem Ciliciæ vergens, ut inquit Menippus, à Sinope in Euarchum fluvium, qui diſterminat Paphlagoniam, & Cappadociam. Gentile, Cappadox, & Cappadocus, & Cappadoces. Herodotus verò inquit: Conditor Cappadocus dicitur à Menandro. Dicitur etiam Cappadociſſa, ut Æthiopiſſa, & Pandociſſa. Diviſa fuit verò non ut nunc in primam & ſecundam, ſed in majorem, & minorem, & in parvam, & magnam.

ΚΑΠΡΙΗΝΗ [13], νῆσος Ἰταλίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπης. Λέγονται καὶ Καπρεῖαι. Τὸ ἐθνικὸν, Καπρεάτης. Ἐνθένδε ἦν Βλαῖσος ὠιδογελοίων ποιητὴς, Καπρεάτης.

CAPRIENE, inſula Italiæ, Hecatæ. Europa. Dicuntur etiam Capriæ. Gentile, Capriates. Hinc erat Blæſus ſeriojocoſorum poëta, Capriates.

ΚΑΠΥΑ, πόλις Ἰταλίας· [14] Ἑκαταῖος Εὐρώ-

CAPUA, urbs Italiæ, Hecatæ. Europa,

9 Τὸ ἐθνικὸν Καπιννάτης, ὡς Αἰγινιάτης καὶ Αἰγινήτης.] Hæc verba ſuſpicor eſſe mutila & corrupta, ita legenda duco: τὸ ἐθνικὸν Καπινάτης, καὶ Καπιννήτης, ὡς Αἰγινάτης καὶ Αἰγινήτης, aliter non conſonat exemplum.

10 Τὸ κτητικὸν, Καπινάτιος.] Poſſeſſivum, Capinatius, quod per duplex *n* ſcribendum eſt. vel Capinna per ſimplex, Latinis dicitur *Capenus*, Virgil. Æneid. lib. 7. v. 697.

Hi Feſcenninas acies æquoſque Faliſcos,
Hi Soractis habent arces Flaviniaque arva
Et Cimini cum monte lacum, lucoſque Capenos.

11 Καππαδοκία, χώρα τῇ Κιλικίᾳ πρόσορος.] Cappadocia, ab occaſu terminatur Galatia, à meridie, Cilicia, ab oriente, Armenia, à ſeptentrionibus, parte Euxini Ponti, autore, Ptolemæo lib. 5. c. 6. ejus incolæ Cappadoces dicebantur, antea *Leucoſyri*, teſte Plinio lib. 6. c. 3. *Syrios* etiam, ſeu *Syros* vocatos fuiſſe prodit Herodot. lib. 1. c. 72. Ante imperii Romani incrementum ſub Perſis fuiſſe, ac deinde ſui juris factos, Ariaratha rege, poſt quem regnaſſe Archelaum Herodis Judæorum regis generum prodit Conſt. Porphyrogen. Them. lib. 1. Them. 2. Paulò aliter rem narrat Strabo lib. 12. videlicet, cum genus defeciſſet regium, Romanos ratione fœderis & amicitiæ cum eis initæ, iis permiſiſſe, ut liberè ſuis viverent legibus, Cappadoces autem, miſſis legatis, libertatem repudiâſſe, dicentes eam ſe ferre non poſſe, regem ſibi dari poſtulantes, Romani verò mirati homines, qui libertatem faſtidirent, eis permiſerunt, ut ex ſe ipſis regem eligerent, quem vellent, ita Ariobarzanem elegiſſe, cujus cum in tertia ſtirpe genus defeciſſet, Archelaus ab Antonio ipſis rex eſt datus, nulla propinquitate Ariobarzanen attingens. Quem Strabo *Ariobarzanen*, Conſt. Porphyrogen. libro, capiteque citato vocat *Ariaratham*. Famoſa olim ob nequitiam & fraudem fuit Cappadocum gens, ut & Cilicum, & Cretenſium, unde adagio factus eſt locus Τρία κάππα κάκιστα, i. e. *Tria Cappa peſſima*: quod detortum fuit in Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, & Cornelium Lentulum, qui olim rempublicam Romanam perturbarunt; in Cappadocum verò malitiam duo exſtant epigrammata apud Conſt. Porphyrogenetam libro capiteque citato, quorum alterum, ut pote magis lepidum libet hîc apponere:

Καππαδόκην ποτ' ἔχιδνα κακὴ δάκεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
Κάθανε γευσαμένη αἵματος ἰοβόλου.

Cappadocem aliquando vipera mala momordit, ſed & ipſa
Mortua eſt guſtato ſanguine virulento.

Nulla eſt regio adeò mala, quæ non proferat aliquos bonos & excellentes viros. Ita Cappadocia protulit inter alios tres inſignes epiſcopos, *Gregorium* cognomine *Thaumaturgum* Neocæſarienſem, *Baſilium Magnum* Cæſarienſem, *Gregorium Nazianzenum*; olim verò produxit Pauſaniam & Strabonem, qui κατ' ἐξοχὴν *Geographus* appellatur.

12 Διείρηται δ' ἐχ ὡς νυῦ, &c.] Agit nunc de diviſione Cappadociæ, de qua videtis Conſtantinum Porphyrogenetam de Them. lib. 1. Them. 2.

13 Καπρεῖαι, νῆσος Ἰταλίας.] Capriene, inſula Italiæ, quæ *Capriæ* etiam dicitur (*Capreas* vocant Latini) jacebat prope *Athæneum* i. e. *Minervæ promontorium*, à quo abruptam credunt ſicut Lesbum ab Ida, Siciliam à Rhegio, ut refert Strabo lib. 1. erat inſula obſcura, & importuoſa, nec aditu facilis, niſi gnaro cuſtode, ut inquit Tacitus Ann. lib. 4. ſed Tiberii Cæſaris ſeceſſu nobilis. Illuſtrant enim & nobilitant principes acceſſu ſuo terras ignobiles, qui hac inſula præcipuè delectabatur, quòd uno parvoque litore adiretur; ſepta undique præruptis immenſæ altitudinis rupibus & profundo maris, ut refert Suetonius in Tiberio c. 40. unde Juvenalis Sat. 10. v. 92. inquit:

——— *Tutor haberi*
Principis Auguſta Caprearum in rupe ſedentis
Cum grege Chaldæo.

Ad Juvenalis locum ita ejus vetus Scholiaſta: *Tiberius Nero ſeceſſum eum elegerat: de qua inſula Auguſtus ἀπρεαζόπολιν dixit, quod ibi eſſet otii locus, ut ait Suetonius.* At pace Scholiaſtæ dixerim, Auguſtus non Capreas, ſed vicinam Capreis inſulam ἀπρεαζόπολιν appellabat, à deſidia ſecedentium illuc è comitatu ſuo, ut videre eſt apud Suetonium in Auguſto c. 98. à Solino c. 9. *Capraria* dicitur. Græci etiam Αἰγίλον dixere à caprarum vel ſimilitudine, vel copia; olim Thelebois habitatam referunt, autore Tacito libro citato, unde Virgilius Æneid. lib. 7. v. 733. canit:

Nec tu carminibus noſtris indictus abibis
Oebale, quem genera ſſe Telon Sebethide Nympha
Fertur, Thelebois Capreas cum regna teneret
Jam ſenior.

Ideo Sil. Ital. lib. 8. dicitur *Telonis* inſula:

Non Prochyte, non ardentem ſortita Typhœa
Inarime, non antiqui ſaxoſa Telonis
Inſula.

Hodie parum corrupto nomine Italis dicitur *Capri*, epiſcopum habet, & coturnicibus abundat, ex quibus epiſcopo redditus haud modicus eſt, autore Philippo Ferr. Alexandrino in ſuo lexico Geographico.

14 Κάπυα, πόλις Ἰταλίας.] Capua, urbs Italiæ, olim celeberrima, ac totius Campaniæ caput, inter maximas tunc urbes numerata, nempe Romam & Carthaginem, autore Floro lib. 1. c. 16. prius *Vulturnum* dicta, deinde *Capua* à Capy Troiano, ut inquit noſter; Homero Mantuano Æneid. lib. 10. v. 145. *Campana urbs* dicitur:

Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi.

Livius lib. 4. c. 37. à campeſtri agro ſic appellatam fuiſſe tradit, ſed prior etymologia confirmatur ex Suetonio in Cæſare c. 81. Narrat enim tabulam æneam in monumento,

in quo

Εὐρώπη. Ἀπὸ Καπύου τοῦ Τρωϊκοῦ. Τὸ ἐθνικὸν Καπυανὸς, ὡς Ἀσιανός.

A pa, à Capy Trojano. Gentile, Capuanus, ut Asianus.

ΚΑΡΑΛΛΙΣ[15], ἡ Καράλλεια, Ἰσαυρικὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Καραλλεώτης. Ἔστι καὶ Καραλία δι' ἑνὸς λ, Λιβυκὴ πόλις. Καὶ ἐθνικὸν αὐτοῦ Καραλιανός.

CARALLIS, Carallea, Isaurica urbs. Gentile, Caralleotes Est etiam Caralia, per unum *l.* Libyca urbs, cujus gentile, Caralianus. B

ΚΑΡΑΜΒΥΚΑΙ[16], ἔθνος Ὑπερβορέων, ἀπὸ ποταμοῦ Καραμβύκα, ὡς Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης.

CARAMBYCÆ, gens Hyperboreorum, à fluvio Carambyca, ut Hecatæus Abderita.

ΚΑΡΑΝΝΑ[17], πόλις Γαλατίας, ὑπὸ Ῥωμαίων συνοικισθεῖσα. Τὸ ἐθνικὸν Καρανίτης, καὶ Καρανῖτις τὸ θηλυκόν.

CARANNA, urbs Galatiæ à Romanis condita. Gentile, Caranites, & Caranitis fœmineum. C

ΚΑΡΒΑΝΙΣ[18], γέγονε καὶ ἀπὸ γενικῆς εὐθεῖα ὁ Κάρβανος. Ἔστι καὶ Κάρβανα πόλις Λυκίας. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Καρβανεύς.

CARBANIS, factus etiam fuit nominativ. Carbanus à genitivo. Est & Carbana urbs Lyciæ. Gentile, Carbaneus.

ΚΑΡΔΑΜΥΛΗ[19], Ὅμηρος·

Καρδαμύλην Ἐνόπην τε. —

Ἡρόδοτος δὲ, Λακωνικὴν αὐτὴν φησιν. Ἔοικε δ' ἑτέρα εἶναι τῆς νήσου Χίου. Τὸ ἐθνικὸν Καρδαμυλίτης, ὡς Σινωπίτης. Παρὰ δὲ τῶν ἐγχωρίων Σκαρδαμυλίτης λέγεται. Ἔστι δὲ καὶ Καρδαμυλησσὸς κώμη.

CARDAMYLE, Homerus:

Cardamylen, Enopenque. —

Herodotus *Laconicam* eam vocat. Videtur verò alia esse prope Chium. Gentile; Cardamylites, ut Sinopites. Ab indigenis verò *Scardamylites* dicitur. Est etiam Cardamylessus vicus. D E

ΚΑΡΔΗΣΟΣ, πόλις Σκυθίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ὁ πολίτης Καρδήσιος, καὶ Καρδησσεύς.

CARDESUS, urbs Scythiæ. Hecatæus Europa. Civis, Cardesius, & Cardesseus.

ΚΑΡ-

CAR-

in quo dicebatur *Capys*, *conditor Capuæ sepultus*, inventam esse, conscriptam literis, verbisque Græcis: at Servius ad Virgilii locum citatum, postquam varias de hujus urbis conditoribus retulisset opiniones, tandem inquit a Tuscis conditam ab falconis augurio, qui Tusca lingua *Capys* dicebatur. Fuit adeo opulenta, arrogans, superba, ut alterum à Romanis consulem postularet, teste Cicerone Orat. 1. cont. Rullum; fuit semper in luxuriem prona affluenti voluptatum copia, & illecebris omnis amœnitatis, tam maritimæ, quam terrestris, verum ejus affluentia & illecebræ valde profuere Romanis, dum Annibalem armis tunc invictum delitiis vicit, unde illud dimanavit, *Capuam Annibali Cannas fuisse*, qui si relicta Capua post victoriam Cannensem, Romam tendisset, eam funditus delevisset; sed fatum urbis imperaturæ id prohibuit, eam postea Romani, (ad Annibalem defciverat) in suam redegere potestatem, ac LXXX principes senatus interfecerunt, CCC fermè nobilibus Campanis in carcerem conditis, civitatis, ac senatus corpore adempto, ut memoriæ prodidit Liv. lib. 26. Hodierna Capua à veteri distat duobus amplius milliaribus, autore Cluverio Ital. Antiquæ lib. 4. A Genserico Vandalorum rege excisam, à Narsete instauratam, rursus à Longobardis eversam, ac deinde à Joanne XIII. Pontifice Maximo metropolim factam, autor est Philippus Ferr. Alexandrinus in suo Lexico Geographico.

15 Καράλλις, ἡ Καράλλεια, Ἰσαυρικὴ πόλις.] Carallis quæ etiam *Carallea*, Isaurica urbs, à nemine, quod sciam, memoratur, at Livius lib. 38. c. 15. celebrat Calaurem amnem & Caralitin paludem: *A Cibyra per agros Sindensium exercitus ductus, transgressusque Calaurem amnem, posuit castra; postero die est præter Caralitin paludem agmen ductum; ad Mindropum manserunt, inde progredientibus ad Lagon proximam urbem, metu incolæ fugerunt.*

16 Καραμβύκαι, ἔθνος Ὑπερβορέων, &c.] Carambycæ, gens Hyperboreorum, nomen adepti ab amne Carambyca, qui Plinio lib. 6. c. 13. *Carambucis* vocatur, eos celebrat noster in Ἑλίξοια.

17 Κάρανα, πόλις Γαλατίας.] Lege Κάρανα: alterum enim *n* per incuriam irrepsit, ut videre est ex gentili Καρανίτης; sic etiam scribitur apud Strabonem, a quo Armeniæ adscribitur, cujus nomen neutro gen. & plur. num. usurpat. Caranitis Armeniæ majoris præfectura memoratur Plinio lib. 5. c. 24. in qua Euphrates oritur.

18 Καρβανὶς, &c.] Cujus regionis fuerit urbs seu locus, divinandum nobis relinquit. Hujus & Carbanæ Lyciæ nulla apud alios fit mentio; at Ptolemæo lib. 5. c. 6. Καρσανὶς inter Polemoniaci Ponti oppida mediterranea in Cappadocia memoratur. Forsitan fuit eadem, quæ nostro Carbanis.

19 Καρδαμύλη, Ὅμηρος.] Cardamyle, memoratur ex Homero; fuit verò una ex septem illis, quas Agamemnon promittit Achilli Il. 9. v. 150. ubi legitur hemistichium illud, cujus integri versus sunt, qui sequuntur:

Ἑπτὰ δέ οἱ δώσω δμῳὰς πολυδίψεας,
Καρδαμύλην, Ἐνόπην τε, καὶ Ἱρὴν ποιήεσσαν,
Φηράς τε ζαθέας, καὶ Ἀνθειαν βαθύλειμον,
Καλήν τ' Αἰπειὴν, καὶ Πήδασον ἀμπελόεσσαν.
Πᾶσαι δ' ἐγγὺς ἁλὸς νεάλαι Πύλιαι ἠμαθόεσσαι.

Septem verò ei dabo bene habitata oppida
Cardamylen, Enopenque & Iren herbosam
Pheraſque divinas, & Antheam pratosam
Pulchramque Æpeam, & Pedasum vitiferam.
Omnes autem prope mare habitantur Pyli arenosi.

20 Ἡρόδοτος ὁ Λακωνικὴν αὐτὴν φησιν.] Herodotus celebrat Cardamylen lib. 8. c. 73. ubi eam *Laconicam* vocat, ut ait noster, at Strabo lib. 8. eam Messeniæ adscribit. Aliquando enim Messeniis, aliquando Laconibus parebat: de qua sic Pausanias in Laconicis: Καρδαμύλη ἧς καὶ Ὅμηρος μνήμην ἐποιήσατο ἐν Ἀγαμέμνονος ὑποσχέσεσι δώρων, Λακεδαιμονίων ἐστὶν ὑπήκοος τὰ ἐς Σπάρτην, βασιλεύοντος Αὐγούστου Μεσσηνίας ἀποστερήσας, ἀπέχει δὲ Καρδαμύλη θαλάσσης μὲν ὀκτὼ σταδίους, Λεύκτρων δὲ ἑξήκοντα i. e *Cardamyle vero, cujus etiam fecit memoriam Homerus in Agamemnonis promissionibus donorum, Lacedæmoniis, qui in Sparta paret, Imperatore Augusto Messeniæ adimente, distat autem Cardamyle à mari quidem octo stadia, à Leuctris verò sexaginta.*

ΚΑΡΔΙΑ[21], πόλις τῆς ἐν Θράκῃ χερρονήσῳ. Ἑρμοχάρους ἢ ἔτι κλιτέως θύοντος, [22] κόραξ κατὰ τὴν καρδίαν ἁρπάσαντα, καὶ ἀναπτάντα εἰς τόνδε τὸν χῶρον, ἀφεῖναι, καὶ διὰ τοῦτο ἔτως ἐκλήθη. Ἢ ὅτι τῇ Σκυθῶν γλώττῃ ἔτω κεκλῆσθαι. [23] Ὁ πολίτης Καρδιανὸς, ὡς Ἀσιανός. A

CARDIA, urbs Chersonesi in Thracia. Sic verò fuit vocata, quod Hermochare ejus conditore sacrificante, corvus cor hostiæ arreptum volans in hunc dimiserit locum; vel quod Scytharum lingua sic vocata fuerit. Civis, Cardianus, ut Asianus. B

ΚΑΡΔΟΥΧΟΙ[24], ἔθνος Μηδίας, ὡς Ξενοφῶν ἐν Ἀναβάσεως γ'. Εἰς Καρδούχους ἀγει· τούτους ἢ πολεμικοὺς εἶναι, καὶ βασιλέως μὴ ἀκούειν. Καὶ Σοφαίνετος ἐν Κύρου ἀναβάσει φησὶ περὶ αὐτῶν. C

CARDUCHI, populi Mediæ, ut Xenophon Anabaseos lib. 3. *in Carduchos ducit. Hos autem bellicosos esse, ac regi non obedire.* Sophænetus quoque in Cyri Anabasi de eis loquitur.

ΚΑΡΔΥΤΟΣ[25], ὡς Βηρυτὸς, πόλις Σύρων μεγάλη, ὡς Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει Ἀσίας. Τὸ ἐθνικὸν Καρδύτιος, ὡς Βηρύτιος. D

CARDYTUS, ut Berytus, urbs Syrorum magna, ut Hecatæus in Periegesi Asiæ. Gentile, Cardytius, ut Berytius.

ΚΑΡΗΝΗ[26], πόλις Μυσίας· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Καρηνεύς, [27] ὡς Καρτερὸς γ'. Περὶ ψηφίσματα γρωϊκά, σπιταναῖοι, καρηναῖοι.

CARENE, urbs Mysiæ, Herodotus lib. 7. Gentile, Carenæus, ut Carterus lib. 3. περὶ ψηφισμάτων, *id est*, de decretis: *Gryni, Spitanei, Carenei.*

ΚΑΡΘΑΙΑ[28], μία τῶν ἐν Κῷ τετραπόλεως, ἀπὸ Καρθέως τελεσθήσαντος· ἐκεῖ οἱ οἰκήτορες, Καρθαεῖς· Πολύβιος ιε'. [29] Ἔστι καὶ Ἰβηρίας Καρθαία, περὶ ἧς Ἀρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ γεωγραφουμένων. E

CARTHÆA, una ex quatuor in Co insula urbibus, à Carthio, qui illic obiit. Incolæ, Carthæi, Polyb. lib. 16. Est & Iberiæ Carthæa, de qua Artemidorus lib. 2. Geographiæ.

ΚΑ- ΚΑ-

21 Καρδία, πόλις τῆς ἐν Θράκῃ Χερρονήσου.] Cardia, urbs Chersonesi in Thracia, memoratur Scylaci in Θράκῃ, Ptolemæo lib. 3. c. 12. quam Καρδιανῶν πόλιν vocat Pausanias lib. 1. pro qua Lysimachiam condidisse Lysimachum tradit: Τῷ δὲ Ἱερωνύμῳ τάχα μὲν πεισθῆναι οὐδὲν ἧσσον ἐς Λυσιμάχειαν ἐγκλήματα, μέγιστον δὲ, ὅτι τὴν Καρδιανῶν πολιν ἀνελων, Λυσιμαχίαν αὐτ' αὐτῆς ᾤκισεν ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ τῆς Θρᾳκίας Χερρονήσου. i. e. *Hieronymus verò* [Cardianus] *& alia habuit forsan in Lysimachum crimina, maximum autem, quod Cardianorum urbem evertens, Lysimachiam pro ea condidit in Isthmo Thraciæ Chersonesi.* Quod etiam ex nostris memoriæ prodit Plin. lib. 4. c. 11. *Illustrant duæ urbes utrinque litora, quæ haud dissimili modo tenuere, Pactie à Propontide, Cardia a Melane sinu: hæc ex facie loci nomine accepto: utræque comprehensæ postea Lysimachi i quinque mil. pas. a Longis muris, Chersonesus à Propontide habuit Tyristasin, &c.*

22 Κόραξ κατὰ τὴν καρδίαν ἁρπάσαντα &c.] Agit nunc de Cardiæ urbis etymologia, miscens Græcorum fabulas: verosimilius est, sic vocatam fuisse, quod *cordis* speciem referret, ad quod alludit Plinius, cujus verba nota proximè præcedenti attulimus, sed clarius adhuc ejus simia id ait c. 15. *Propontidis oram insignit Pactye, Melanem sinum Cardia, quod in cordis faciem sita sit, dicta* Cardia *est. Græci enim* Καρδίαν cor *vocant.*

23 Ὁ πολίτης Καρδιανός.] Civis Cardianus. Sic Hieronymus *Cardianus* historicus dicebatur, quod hujus urbis civis esset, de quo vide Pausaniam lib. 1. ac præcipuè Vossium de Historicis Græcis lib. 1. c. 11.

24 Καρδοῦχοι, ἔθνος Μηδίας.] Carduchi, gens Mediæ, ex Xenophontis Anabasis lib. 3. cujus affert verba; quæ apud eum sub libri calce sic leguntur: Ἡ δὲ διὰ τῶν ὀρέων καὶ πρὸς ἄρκτον τετραμμένη, ὅτι εἰς Καρδούχους ἄγει. Τούτους δ' ἔφασαν οἰκεῖν ὀρεινοὺς τοὺς πολεμικοὺς εἶναι, καὶ βασιλέως μὴ ἀκούειν. i. e. *Quæ* [via] *per montes ad septentrionem versa, ad Carduchos ducit. Hos verò dicebant incolere montes & bellicosos esse, & regi non parere.* Nescio quo fato accidat autori nostro afferre autorum verba sæpe trunca, inversa, & corrupta. Strabo lib. 16. Carduchos Parthis adscribit. Plinius verò Adiabenis. Sic enim ille lib. 6. c. 15. *Adiabenis connectuntur* Carduchi *quondam dicti, nunc* Cordueni. Perperam apud Ptol. lib. 6. c. 2. dicuntur *Carchudi* pro *Carduchi*, qui prope Armeniam habitabant, ut videre est ex Xen. l. 3. & 4.

25 Καρδυτὸς, ὡς Βηρυτὸς, πόλις Σύρων μεγάλη.] Cardytus, urbs Syrorum magna, ex Hecatæi Asia, cujus oppidanos noster *Cardytios* vocat, Plin. lib. 5. c. 23. *Cardytenses*, quos in Cœlesyria locat.

26 Καρὴνη, πολις Μυσίας.] Carene, urbs Mysiæ, ex Herodoti lib. 7. cui libro citato capite 42. *Carine* dicitur: Ἐποιέετο δὲ τὴν ὁδὸν ἐκ τῆς Λυδίης ὁ στρατὸς ἐπί τε τὸν Καΐκον καὶ τὴν γῆν Μυσίην· ἀπὸ δὲ Καΐκου ἐρεμώδεος, Κάνης ὄρος ἔχων ἐν ἀριστερῇ, διὰ δὲ Ἀτάρνεος ἐς Καρήνην πόλιν. i. e. *Exercitus verò faciebat viam ex Lydia ad amnem Caicum & terram Mysiam: à Caico autem profectus Canes montem à læva habens, per Atarnem ad Carinen urbem.*

27 Ὡς Καρτερὸς γ' περὶ ψηφισμάτων γρωϊκά &c.] Hæc verba sunt legenda & interpungenda hoc modo: Ὡς Καρτερὸς γ' περὶ ψηφισμάτων Γρωναῖοι, Σπιτανοῖοι, Καρηναῖοι. i. e. *Ut Carterus tertio de Psephismatis Grynæi, Spitanei, Carenei.* Carterus enim scriplit *Psephismatum*, id est, *Decretorum*, libros, ut patet ex nostro autore in Ληψήμενοι, & in Τυρέδλα.

28 Καρθαία, μία τῶν ἐν Κῷ τετραπόλεως.] Carthæa, una ex quatuor in Co insula urbibus. Hæc habet noster ex Strabone, apud quem lib. 10. Κέως insula, non Κῶς, ut inquit noster, vocatur *tetrapolis*, quod quatuor urbes haberet, scilicet *Iulidem, Carthæam, Pœessam, Coressum*, ex quibus sua ætate duæ tantum restabant, Iulis & Carthæa, quia Pœessa in Carthæam, Coressia in Iulidem translata fuit: Κέως ἡ τετράπολις μὲν ἰσοῤῥέξ· λείπουσαι δὲ δύο ἥ τε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία, εἰς ἃς συνεπολίσθησαν αἱ λοιπαί· ἡ μὲν Ποιήεσσα εἰς τὴν Καρθαίαν· ἡ δὲ Κορησσία εἰς τὴν Ἰουλίδα. i. e. *Ceos verò fuit tetrapolis; restant autem duæ Iulis & Carthæa, in quas reliquæ sunt translatæ: Pœessa quidem in Carthæam; Coressus autem in Iulidem.* Quæ Græcis Κέως, Latinis dicitur *Cea*, autore Plin. lib. 4. c. 12.

29 Ἔστι καὶ Ἰβηρίας Καρθαία.] Memorat etiam Carthæam Iberiæ, quæ Græcis alio nomine dicitur etiam *Tartessus*; Latinis verò *Carteia*, Plinius lib. 3. c. 1. *Carteia*, Tartessus *à Græcis dicta.* A Ptolemæo lib. 2. c. 4. Καρτήια vocatur; vide quæ in Ταρτησσός annotamus.

30 Κα-

ΚΑΡΙΆ[30], ἡ χώρα. [31] Τὸ ἐθνικὸν, Καρ, ὁμωνύμως τῷ οἰκιστῇ. [32] Τὸ ἐθνικὸν κ᾽ τέχνλω, Κάειρα. Ἡ χρῆσις ᾗ πλὴ ει διφθογγον ἔχει. Ἀπολλώνιος δὲ ι φησὶ μακρᾶ, ἐν τῷ ε πρὸ παθῶν, κ᾽ ἐν τῷ πρὸ γλυκῶν. Ἡ δ᾽ ἔκτασις ἀναγκαία, διὰ πλὴ παραλήγεσθαι. Τὰ γὰρ εἰς α βραχὺ λήγοντα, παραχημαλιζόμενα, ἐκτείνει πλὴ παραλήγεσθαι φύσει, ἢ θέσει. Ἡρωδιανὸς δ᾽ ἐν μὲν τῇ ὀρθογραφίᾳ, ἀμφίβολον αὐτὸ φησιν. Ἐν δὲ τῇ καθόλου χρήσει, ἐπὶ μὲν διὰ διφθόγγου φησίν. Ὑπομνηματίζων δὲ τὸ πρὸ γλυκῶν Ἀπολλωνίου, διὰ μακρᾶ. Ἔστι γὰρ ὅτε μὴ πλὴ διαίρεσιν ἔκτασις γίνεται· οἷον μᾶ, οἷον, οἶδα παρ᾽ Αἰολεῦσιν, ἀντὶ δὲ οἶδα. Ἡ χρῆσις δὲ διὰ διφθόγγου, κ᾽ συνεκδρομῇ δὲ σώτειρα, ὀλέτειρα. [33] Λέγεται κ᾽ Κάριος· οὕτω γὰρ ὁ Ζεὺς παρὰ Μυλασεῦσι τιμᾶται. Τὸ θηλυκὸν, Καρία. Ἐκαλεῖτο δὲ κ᾽ ἡ Μεγαλόπολις Καρία, ἀπὸ Κάρητος τοῦ Φορωνέως. Καὶ ὁ οἰκήτωρ, Κάριος. Ἔστι καὶ Καρίνη. Ἔστι καὶ Καριάτης. Ἔστι καὶ Καριᾶτις, καὶ Καρὶς, ἀπὸ τ᾽ Κάρητος γλυκυῆς. Καρὶς δὲ ἐλέγετο ἡ Κῶς, ὡς Ἑλλάνικος. [34] Ἔστι κ᾽ Φρυγίας πόλις Ἀκαρὶς, κ᾽ Καρίδες. Τὸ ἐθνικὸν Καριάδης, ὡς Ἀρκαδάς. Τὸ ἀπὸ τ᾽ τέχνης, Καρίτης. Τῶν Καρῶν τὸ κλητικὸν, Καρικέ. [35] Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ, τὸ Καρικὸν ἔθνος δοκιμώτατόν.

CARIA, regio. Gentile, Car, ejusdem nominis cum conditore. Gentile juxta artem, Caeira. In usu enim est diphthongus ει. Apollonius verò lib. 5. de affectibus & in lib. de generibus per *i* longum scribit. Productio verò necessaria propter penultimam. Nomina enim, quæ in *a* breve desinunt, cum formantur, producunt penultimam natura, vel positione. Herodianus verò in Orthographia anceps id esse inquit, in lib. qui inscribitur καθόλου χρῆσις i. e. *generalis usus* sequutus per diphthongum scribit. Explicans verò librum de generibus Apollonii per *i* longum dicit. Aliquando enim post diæresin productio fit, ut οἴομαι, i. e. *puto*, οἷον, i. e. *quale*, οἶδα, i. e. *scio*, apud Æoles pro οἶδα, i. e. *scio*. Usus verò per diphthongum obtinuit per synecdromen, ut σώτειρα, *servatrix*, ὀλέτειρα, *perditrix*. Dicitur etiam Carius. Sic enim Jupiter apud Mylassenses colitur. Fœmineum, Caria. Vocabatur etiam *Megalopolis* Caria, ab Care Phoronei filio. Incola, Carius. Est & Carine; est & Cariates; est & Cariatis, & Caris à genitivo Καρὸς. Caris verò dicebatur insula Cos, ut Hellanicus. Est & Phrygiæ urbs Acaris, & Carides. Gentile, Carideus, ut Arcadeus. Gentile verò ab arte, Carites: Carum Possessiv. Caricus, Herodot. lib. 1. *Carica gens celeberrima.*

ΚΑ-

CA-

30 Καρία, ἡ χώρα.] Caria, regio Asiæ propriè dictæ, cujus olim celeberrimæ urbes fuere Miletus, dives antiquitus civitas atque mari potens Thaletis Astrologi, Timothei Musici, & Anaximandri Physici patria, lana & stragulis illustris, cujus cives adeò luxu & deliciis affluebant, ut Aristides Philosophus libros de eorum luxuria composuerit; Myndus hodiè *Mentese* sedes præfecti, urbs maritima; Magnesia hodiè *Mangresia*, quam Themistocles exul accessu suo nobilitavit; hic enim domicilium sibi constituit, ibidemque mortuus est. Xerxes enim ei eam in panem donaverat, propter quam Antiochus rex à Scipione victus est, unde *Asiatici* cognomentum sibi adscivit. Priene hodiè *Palatio* Biantis patria. Alabanda adhuc servat antiquum nomen, olim fortunatissima urbs, quam Juvenalis Poëta tanquam barbaricis deliciis perditam proscindit Sat. 3. v. 70. Ex fluviis celeberrimus omnium erat *Mæander*, cujus tortuosos reflexus graphicè depingit Ov. Met. l. 8.

Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in undis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque
Occurrensque sibi venturas respicit undas:
Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum
Incertas exercet aquas.

Unde usus obtinuit ut gyri appellentur *Mæandri*. Sexcentas enim flexiones faciebat, teste Dione Prusæo. Regio verò ipsa ad septentrionem habebat Ioniam, ad ortum Lyciam, ad occasum mare Myrtoum, ad meridiem Rhodium mare, autore Johanne Bunone ad Philippi Cluverii introductionem in universam Geographiam librum 5. c. 7.

31 Τὸ ἐθνικὸν Κάρ.] Incola Cariæ dicebatur *Car*, plurali numero *Cares*, qui quondam in rebus bellicis excelluere, ac mercede, ut nunc Helvetii, militabant, unde præsumia *in Care periculum*, dici solet de rebus, quæ periculo exponuntur, quarum jactura gravis non est. Cares enim, utpote mercede conductos primos in acie collocabant, ut primum hostium impetum suo sustinerent periculo, hinc Cicero pro L. Flacco ait: *Nonne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum.*

32 Τὸ ἐθνικὸν κ᾽ τέχνλω Κάειρα.] Pro τὸ ἐθνικὸν, puto legendum, τὸ θηλυκὸν. Jam enim de gentili egit, nunc agit de fœminino, ac sic infra in eadem sectione, inquit, τὸ θηλυκὸν, Καεία. Nomine verò fœminino Κάειρα usus est Homerus Il. 4. v. 142. ad quem locum vide Eustathium. Herodot. etiam id usurpat lib. 5. c. 88.

33 Λέγεται κ᾽ Κάριος· οὕτω γὰρ ὁ Ζεὺς παρὰ Μυλασεῦσι τιμᾶται.] Id habet noster ex Herodoto qui lib. 1. c. 171. de hoc Jove Cario sic loquitur: Ἀποδεικνῦσι δ᾽ ἐν Μυλασοῖσι Διὸς Καρίου ἱρὸν δεχαῖον, ᾧ Μυσοῖσι κ᾽ Λυδοῖσι μέπεσι, ὡς κασιγνήτοισι ἐοῦσι τοῖσι Καρσί. i. e. *Ostendunt verò apud Mylassos Jovis Carii fanum antiquum, quo communiter utuntur Mysi & Lydi, tanquam qui Caribus sunt Germani-fratres.*

34 Ἔστι κ᾽ Φρυγίας πόλις, Ἀκαρὶς, κ᾽ Καρίδες.] Hujus urbis altum est apud alios silentium. Antecedentia verba & subsequentia clamant legendum esse Καρίς.

35 Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ. Τὸ Καρικὸν ἔθνος δοκιμώτατόν.] Affert verba Herodoti in Carum laudem, sed mutila, quæ apud Herodot. lib. 1. c. 171. sic se habent: Ἀτὰρ ὦ Μίνως πολλὸν πρήγματα γὴν πολλὴν, κ᾽ εὐτυχέοντα τῷ πολέμῳ, τὸ Καρικὸν ἐὼν ἔθνος λογιμώτατόν τε ἐόντων ἀπάντων κ᾽ τετόν ἄμφω τὸν χρόνον, κ᾽ μακρῷ μάλιστα. Καὶ σφι τελευτὰ ἐξεύρηματα ἐγένετο, τοῖσι οἱ Ἕλληνες ἐχρήσαντο. Καὶ γὰρ ἐπὶ τοὺς κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι Κᾶρές εἰσι οἱ πρῶτοι ἐξευρόντες· κ᾽ ἐπὶ τοὺς ἀσπίδας τὰ σημεῖα ποιέεσθαι. Καὶ ὄχανα ἀσπίσι ἔτι εἰσὶ οἱ ποιησάμενοι πρῶτοι· πέσι γὰρ ἄνευ ὀχάνων ἐφόρεον τὰς ἀσπίδας πάλαι οἱ πατέες ἐώθεσαν ἀσπίσι χρέεσθαι. i. e. *Quum verò Minos subegisset multam terram, & feliciter sese in bello gessisset, Carica gens erat celeberrima omnium gentium, in illo tempore & longo post maximè, atque tres res excogitarunt, quibus Græci usi fuerunt; etenim Cares sunt, qui docuerunt cristas galeis imponere, & clypeis insignia addere. Et ansas clypeis, hi sunt, qui fecere primi, usque ad illam diem sine ansis gestabant clypeos omnes, qui clypeis solebant uti.*

ΚΑΡΙΚῸΝ [36], τόπ῟ος ἰδιάζων ἐν Μέμφιδι, ἔνθα Κᾶρες οἰκήσαντες, ἐπιγαμίας πρὸς Μεμφίτας ποιησάμενοι, Καρομεμφῖται ἐκλήθησαν. A

CARICUM, locus peculiaris Memphide, ubi Cares habitantes affinitate cum Memphitis contracta, *Caromemphitæ* vocati fuere.

ΚΑΡΙΚῸΝ ΤΕΊΧΟΣ [37], πόλις Λιβύης ἐν ἀριστερᾷ τ῀ Ἡρακλείων στηλῶν, ὡς Ἔφορος· πέμπτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Καρικοτειχίτης. B

CARICONTICHOS, i. e. *Caricus murus*, urbs Libyæ ad siniſtram Herculis columnarum, ut Ephorus lib. 5. Gentile, Caricotichites.

ΚΑΡΚΙΝΊΤΗΣ [38], πόλις Σκυθικὴ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Οἱ καλοικοῦντες, Καρκινῖται. C

CARCINITES, urbs Scythica, Hecatæus Europa. Incolæ, Carcinitæ.

ΚΑΡΜΑΝΊΑ [39], χώρα τ῀ Ἰνδικῆς, Σταδίων πενταισχιλίων. [40] Τὸ ἐθνικὸν, Καρμάνιοι, καὶ θηλυκῶς καὶ ἐπιτρόπως· καὶ Καρμανοί, καὶ Καρμανίς. [41] Ἔστι καὶ Κάρμανα νῆσος, ἡ ἀπὸ τ῀ Καρμάνων. D

CARMANIA, regio Indiæ, Strabo lib. 15. Gentile, Carmanii, & fœminino & neutro genere, & Carmani, & Carmanis. Eſt & Carmana inſula, quæ ab Carmanis [nomen habet.]

ΚΑ'Ρ-

CAR-

36 Καρικὸν τόπ῟ος ἰδιάζων, &c.] Memorat peculiarem quemdam locum Memphide, quem *Caricum* vocat, quod ibi Cares aliquando habitarent; ex Herodoto verò lib. 2. cap. CLIV. apparet, Pſammitichum Ægypti regem dediſſe Ionibus Caribuſque locaquædam habitanda propemodum ad mare ſupra urbem Bubaſtin, ad oſtium Nili *Peluſium* nomine, unde poſtea Amaſis Memphin eos tranſtulit in ſui cuſtodiam adverſus Ægyptios, quæ loca Στρατόπεδα, id eſt *Caſtra* vocata fuere: unum ex his locis videtur intelexiſſe autor noſter. Verba Herodoti ſunt: Τοῖσι δὲ Ἴωσι καὶ τοῖσι Καρσὶ τοῖσι συγκαταστασι μάχοισι αὐτῷ, ὁ Ψαμμίτιχος δίδωσι χώρας οἰκῆσαι ἀλλήλων ἀπεργούσας. Νείλῳ τὸ μέσον ἐχούσῃ τοῖσι δὲ ἐνόμῳ ἔτεθη Στρατόπεδα. Τούτους τε δὴ σφι τοὺς χώρους δίδωσι, καὶ τἄλλα τὰ ὑποσχόμενος πάντα ἀπέδωκε. Καὶ δὴ καὶ παῖδας παρέβαλε αὐτοῖσι Αἰγυπτίους, τοὺς Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐκδιδάσκεσθαι. Ἀπὸ δὲ τούτων ἐκμαθόντων τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, οἱ νῦν ἑρμηνῆες ἐν Αἰγύπτῳ γεγόνασι· οἱ δὲ Ἴωνές τε καὶ οἱ Κᾶρες τούτους τοὺς χώρους οἰκήσαν χρόνον ἐπὶ πολλόν· εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ χῶροι πρὸς ὀλίγον θαλάσσης ἑνερθε Βουβάστου πόλεως, ἐπὶ τοῦ Πηλουσίου καλεομένου στόματος δὲ Νείλου. τούτους μὲν δὴ χρόνον ὕστερον βασιλεὺς Ἄμασις ἐξαναστήσας, ἐνθεῦτεν κατοίκησε ἐς Μέμφιν, φυλακὴν ἑωυτῷ ποιεύμενος πρὸς τῶν Αἰγυπτίων. i. e. *His Ionibus Caribuſque, quibus fuerat uſus adjutoribus, Pſammitichus dedit ad habitandum poſita altrinſecus loca, Nilo medio dirempta, quibus nomina impoſita fuere*, Caſtra. *Et cum hæc eis loca dedit, tum verò cetera, quæ fuerat pollicitus repræſentavit. Pueros quin etiam Ægyptios commiſit lingua Græca imbuendos, à quibus linguam Græcam edoctis oriundi ſunt, qui nunc in Ægypto interpretes ſunt. Incoluerunt autem Iones & Cares diu hæc loca propemodum ad mare, aliquantulum ſupra urbem Bubaſtin, ad oſtium Nili nomine Peluſium. Unde poſtea Amaſis rex Memphin eos tranſtulit in ſui cuſtodiam contra Ægyptios.*

37 Καρικὸν τεῖχος, πόλις Λιβύης, &c.] Caricus, murus, urbs Libyæ. Habuit conditorem Annonem Carthaginienſium regem, ut ipſe refert in ſuo Periplo: Κατῳκίσαμεν πόλεις πρὸς τῇ θαλάττῃ καλουμένας, Καρικὸν τεῖχος, καὶ Γύττην, καὶ Ἄκραν, καὶ Μελίτταν, καὶ Ἀράμβυν. i. e. *Condidimus civitates ad mare nomine Caricumque murum, Gytten, Acram, Melittam, & Arambyn.*

38 Καρκινῖτης, πόλις Σκυθική.] Lege Καρκινῖλις. Carcinitis enim urbs dicebatur, ſinus verò Carcinites; urbem celebrat Herodotus lib. 4. c. LIV. Ἐξίης δὲ ὑπάρχει ποταμὸς, ὃς ὁρμᾶται μὲν ἐκ λίμνης, ῥέῳ δὲ μέσων τῶν Νομάδων Σκυθέων ῥέων, ἐκδιδοῖ κατὰ Καρκινῖτιν πόλιν, ἐς δεξιὴν ἀπέργων τὴν τε Ὑλαίην καὶ τὸν Ἀχιλλήιον καλεόμενον δρόμον. i. e. *Sextus fluvius verò eſt Hypacaris, qui oritur è palude quidem, per medios verò Nomadas Scythas currens, mari immergitur juxta Carcinitin urbem, ad dexteram coërcens Hylæenque & Achilleium nomine dromon*, i. e. *curſum*. Ad hanc uſque urbem pertingebat vetus Scythia, eodem autore libro citato c. XCIX. Αὕτη μὲν δὴκαίη Σκυθίη ἐστὶ πρὸς μεσαμβρίην τε, καὶ νότον ἀνεμον κεῖται, μέχρι πόλιος καλεομένης Καρκινίτιδος. i. e. *Hæc jam vetus Scythia eſt, meridiem verſus, & auſtrum ſita, uſque ad urbem Carcinitidem.* Carcina dicitur Ptolemæo lib. 3. c. 5. *Carcine* Plinio lib. 4. c. 12. Melæ lib. 2. c. 1. Sinum verò Carciniten memorat Plinius & Mela libris capitibuſque citatis, Melæ verba ſunt: *Quod inter paludem & ſinum eſt*, Taphræ *nominatur. Sinus Carcinites. In eo urbs eſt Carcine: quam duo flumina, Gerrhos, & Hypacaris, uno oſtio effluentia attingunt; verum diverſis fontibus, & aliunde delapſi. Nam Gerrhos inter Baſilidas & Nomadas, Hypacaris per Nomadas evolvitur.*

39 Καρμανία, χώρα τ῀ Ἰνδικῆς.] Carmania, regio Indiæ, ex Strabonis lib. 15. memoratur, cujus ſunt, quæ ſequuntur: Ἡ δὲ Καρμανία τελευταία μὲν ἐστι τ῀ ἀπὸ τ῀ Ἰνδοῦ εὐβολῆς· τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τοῦ ἄκρου ἔκκειται πρὸς νότον εἰς τὴν μεγάλην θαλάτταν· ποιοῦσα δὲ τὸ στόμα τ῀ Περσικὸ κόλπου πρὸς τὴν ἀπὸ τ῀ δύσεως ἄκραν τοῦ Ἀραβίου ἄκρου τὸ ἀπέχει ἔσω, κομπλείαν πρὸς τ῀ Περσικὸν κόλπον, ἕως ἂν στενάψῃ τῇ Περσίδι. i. e. *Carmania verò ultima quidem eſt ab Indi fluvii oſtio, primum ſanè ejus promontorium in mare magnum protenditur ad auſtrum; cum autem fecerit Perſici ſinus oſtium ad promontorium felicis Arabiæ, quod in conſpectu eſt, inflectitur verſus Perſicum ſinum, quouſque Perſidi conjungatur.* Ptolemæus lib. 6. c. 6. duplicem eſſe prodit, alteram *cultam*, alteram *deſertam*. Nomen accepiſſe videtur ab urbe Carmana regionis metropoli, quam celebrat Ptolemæus lib. 6. c. 8. Amm. Marcellinus lib. 23. c. 25.

40 Τὸ ἐθνικὸν, Καρμάνιοι, &c.] Gentile Carmaniæ, Carmanii, ſeu Carmani dicuntur, ut & alia hujus farinæ ſexcenta, de quibus ſic Mela lib. 3. c. 8. *In ipſo* [ſinu Perſico] *Carmani navigantium dextra poſiti, ſine veſte ac fruge, ſine pecore ac ſedibus, piſcium cute ſe velant, carne veſcuntur, præter capita toto corpore hirſuti.* Quæ non credo, quia contrarium apparet ex Strabonis lib. 15. Πολλὴ δὲ καὶ τῇ μεσογαίᾳ ἐστὶ συλλεγομένη μεταξὺ τ῀ Γεδρωσίας καὶ τ῀ Περσίδος, προβαλλούσης πλέον τ῀ Γεδρωσίας, πρὸς ἄρκτον. Δηλοῖ δ' ἡ εὐφορία· καὶ γὰρ παμφορεῖ καὶ μεγαλοδένδρου, πλὴν ἐλαίας, καὶ πολυμύρτου καὶ δάφνης. i. e. *Longè quoque in mediterranea parte extenſa inter Gedroſiam & Perſidem, abſcedens magis à Gedroſia ad aquilonem. Quod oſtendit fertilitas, omnium enim rerum ferax eſt* [Carmania] *& magnas arbores gignit, præter oleam, & fluviis eſt irrigua.* Mercibus etiam abundabat, quandoquidem ad eam pertinebat Harmus celeberrimum adhuc emporium, quod Ptolemæo lib. 6. c. 8. *Harmuza*, Plin. lib. 6. c. 23. Armuzia regio; Arrhiano in Periplo maris Erythræi *Harmozia* dicitur, per tot ſecula nomine uſque ad noſtra tempora ſervato, quæ Ammiano lib. 23. c. 25. vocatur *Hermupolis* quam adhuc anno 1604. poſſidebant Luſitani, ut videre eſt ex itinerario Petri Teixeiræ c. 2. ſed fortaſſe illa Melæ de Carmania deſerta intelligenda ſunt.

41 Ἔστι καὶ Κάρμανα νῆσος.] Carmana inſula inter inſulas adjacentes Carmaniæ memoratur Ptolemæo in Indico mari, cui Κάρμινα, *Carminna* dicitur; ab Arrhiano verò rerum Indicarum libro vocatur Καρίνη, *Carnine*; ego puto eamdem eſſe, quæ infra epitomatori noſtro dicitur Κάρμανα *Carmina.*

42 Κάς

ΚΑΡΜΗΛΟΣ[42], ὄρ(ος) δυσχείμερον. Τὸ ἐθνικὸν Καρμήλι(ος), ὡς Μῆλ(ος) Μήλι(ος). Καὶ κύριον ἐνθένδε. Τὸ ἐθνικὸν, ὡσαύτως πλήσιον.

A CARMELUS, mons hybernis tempestatibus obnoxius. Gentile, Carmelius, ut Melus Melius, & hinc nomen proprium. Gentile, similе.

ΚΑΡΜΙΝΑ[43], νῆσος Ἰνδική. Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Καρμιναῖος· εὕρηνται δὲ Καρμῖνοι.

CARMINA, insula Indica. Gentile debebat esse Carminæus. Invenitur verò Carmini.

ΚΑΡΝΑΝΑ[44], πόλις Μιναίων, ἔθνος πλησίον ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Οἱ πολῖται, Καρναναῖοι. Σύνι(ος) δὲ Καρναναίαν καὶ Καρνανίτης φησί.

B CARNANA, urbs Minæorum, gens juxta mare rubrum. Cives, Carnanatæ. Sunius verò Carnaniam, & Carnanites inquit.

ΚΑΡΝΗ[45], πόλις Φοινίκης, ἀπὸ Κάρνου τοῦ Φοίνικος, ὡς Ἴστρος φησίν. [46] Ὁ πολίτης, Καρνίτης. Λυκόφρων·

C CARNE, urbs Phœniciæ, à Carno Phœnicis filio, ut Ister inquit. Civis, Carnites. Lycoph.

Pereant nautæ, primò Carnitæ canes.

Ὄλοιντο ναῦται πρῶτα Καρνῖται κύνες.

Ἔστι καὶ ἄλλη Αἰολίδος, ἧς τὸ ἐθνικὸν Καρναῖος, τὸ κτητικὸν Κάρνιος τριγλυφές. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἐν τῷ δεκάτῳ βιβλίῳ φησίν· Ἔστι Κάρνος, D καὶ συνεχῶς Πάλτος, εἶτα Γάβαλα πόλις· καὶ ἀναλογεῖ τῷ Καρνίτης.

Est & alia Æolidis, cujus gentile, Carnæus. Possessivum Carnius trium generum. Artemidorus verò lib. 10. inquit: *Est Carnos & continuò Paltos, postea Gabala urbs*; & analogiam sequitur nominis *Carnites*.

ΚΑΡΝΙΑ, πόλις Ἰωνίας· Νικόλαος τετάρτῳ.

CARNIA, urbs Ioniæ, Nicolaus libro quarto.

ΚΑΡΝΟΣ, νῆσος Ἀκαρνανίας· Ἀρτεμίδωρος E β' γεωγραφουμένων. Τὸ ἐθνικὸν, Κάρνειος.

CARNUS, insula Acarnaniæ. Artemidorus lib. 2. Geographiæ. Gentile, Carnius.

ΚΑΡΟΠΟΛΙΣ[47], πόλις Καρίας, Ἀλέξανδρος Καρικῶν πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Καροπολίτης.

CAROPOLIS, urbs Cariæ. Alexander Caricorum libro 1. Gentile, Caropolites.

ΚΑΡΟΣ κῆποι, χωρίον Θρᾴκης· Θεόπομπος ν'. Τὸ ἐθνικὸν Καροκηπίτης, ὡς αὐτός. F

CAROSCEPI, i. e. *Caris horti*, regio parva Thraciæ, Theopompus lib. 50. Gentile, Carocepites, ut idem author est.

ΚΑΡΟΥΕΝΤΟΣ[48], πόλις Λατίνων· Διονύσιος β' Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Ἔνιοι δὲ γράφουσι Καρυεντῖνος, καὶ τὸ ἐθνικὸν G Καρυεντανός.

CARUENTUS, urbs Latinorum, Dionysius Roman. Antiquitatis lib. 2. In aliquibus verò scribitur Caryentus. Gentile, Caryentanus.

ΚΑΡ- CAR-

42 Κάρμηλος, ὄρος δυσχείμερον.] Carmelus, mons hybernis-tempestatibus-obnoxius, cujus regionis fuerit mons silentio præterit. Ptolemæus lib. 5. c. 15. Phœniciæ adscribit; inter Judæam Syriamque locat C. Tacitus Histor. lib. 2. c. 78. *Est Judæam inter, Syriamque* Carmelus, *ita vocant montem, Deumque, nec simulachrum Deo, aut templum (sic tradidere majores) aram tantum & reverentiam. Illic sacrificanti Vespasiano, cùm spes occultas versaret animo, &c.* Ex SS. apparet duos fuisse hujus nominis montes, alter, in quo stultus ille Nabal prudentis ac formosæ Abigailis maritus habitabat, cujus fit mentio Sam. 1. c. 25. erat verò mons iste in Chebronis vicinia; alter erat in confinibus Zabulon tribus, cujus fit mentio Regum lib. 3. c. 18. in quo Elias propheta quadringentos & quinquaginta Baal prophetas trucidavit, ut apparet, ex eodem Regum libro, capiteque citato, à quo monte *Carmelitæ*, monachorum ordo inter Catholicos celeberrimus nomen sibi assumpsit, Hebraïcè dicitur כרמל *Carmel.*

43 Κάρμινα, νῆσος Ἰνδική.] Carmina, insula Indica, memoratur Marciano in Periplo Carmaniæ, cui Κάρμινα, *Carminna* dicitur; mihi videtur eadem esse, quæ supra dicitur Κάρμανα.

44 Κάρνανα, πόλις Μιναίων, ἔθνος πλησίον ἐρυθρᾶς, &c.] Carmana, urbs Minæorum, gens prope rubrum mare, quæ Ptolemæo lib. 6. c. 7. *Carna* vocatur, atque inter felicis Arabiæ oppida locatur, Plinio verò lib. 6. c. 28. *Carnus* dicitur, Minæi autem erant Arabiæ populi, de quibus suo loco agemus.

45 Κάρνη, πόλις Φοινίκης.] Carne, urbs Phœniciæ, quam celebrat Plinius libro 5. c. 20. *Hinc rursus Syria, desinente Phœnice, oppida Carne, Balanea, Paltos, Gabale.*

46 Ὁ πολίτης, Καρνίτης.] Oppidanus civitatis Phœniciæ Carnes dicitur *Carnites*, in cujus confirmationem affert versiculum illum ex Lycophrone, qui apud ejus Alexandram legitur unà cum his:

Ὄλοιντο ναῦται πρῶτα Καρνίται κύνες
Οἱ τὴν βοῶπιν ταυροπαρθένον κόρην
Λέρνης ἀνηρείψαντο φορτηγοὶ λύκοι.
Pereant nautæ primo Carnitæ canes
Qui bovis-oculos-habentem tauro-virginem puellam
A Lerna asportarunt onerarii lupi.

Ad quem locum Lycophronis Scholiasta sic: Κάρνη, πόλις Φοινίκης, Φοίνικες δὲ ἔμποροι ὄντες, ἦλθον εἰς Ἄργος, καὶ ἁρπάσαντες Γὼ τὴν Ἰνάχου θυγατέρα, ἐκόμισαν εἰς Αἴγυπτον τῷ Ὀσίριδι, ὡς ὁ Λυκόφρων ἔτος φησι, καὶ ἕτεροι. i. e. *Carne, urbs Phœniciæ, Phœnices verò cum essent mercatores Argos venerunt, ac raptam Io Inachi filiam in Ægyptum Osiridi asportarunt, ut Lycophro inquit, & alii.*

47 Καρόπολις, πόλις Καρίας.] Memorat Caropolin, urbem Cariæ ex Alexandri Caricorum lib. 1. cujus apud alios altum est silentium.

48 Καρύεντος, πόλις Λατίνων.] Caruentus, seu Caryentus, urbs Latinorum celebratur ex Dionysio Romanæ antiquit. lib. 2. cujus nulla apud alios fit mentio, Livius verò lib. 4. c. 53. memorat arcem Caruentanam ab Æquis captam, quam statim de hostibus cepere Romani, ut eodem libro capiteque citato narratur.

49 Κάρ-

ΚΑΡΠΑΘΟΣ [49], νῆσος πλησίον τῆς Κῶ. Ὁ μήν.

Κάρπαθος αὖ ἔπι τῇσι ποτὶ ζόφον. —

[50] Ὁ οἰκήτωρ, Καρπάθιος, καὶ Καρπαθία, [51] καὶ Κάρπαθον.

ΚΑΡΠΑΣΙΑ [52], πόλις Κύπρου, ἣν Πυγμαλίων ἔκτισεν, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Κυπριακοῖς. Διονύσιος δὲ διὰ διφθόγγου Καρπάσειαν αὐτὴν φησιν, ἐν τελέτῃ Βαζσαρικῶν·

[53] Ἢ δ' ὁπόσοι Κινύρειον, ἴδ' αἰπεινὴν Καρπάσειαν.

[54] Ἔστι καὶ νῆσος Καρπασία κατὰ τὸν Ἄκραν, τὴν Σαρπηδονίαν. Ξεναγόρας δὲ Κάρπαθον αὐτὴν φησι. Δημήτριος δὲ ὁ Σαλαμίνιος Καρβασίαν φησὶν, ὅτι πρὸς τὸ καλούμενον Καρβᾶν ἄνεμον κεῖσθαι δοκεῖ. Ὁ πολίτης Καρπασεώτης, ὡς Μαρεώτης. Καὶ τὸ κτητικὸν, Καρπασεωτικὸς, καὶ Καρπασεωτικὴ ἄκρα. Θεόπομπος ἐν δεκάτῳ, Καρπασεῖς αὐτὸς φησιν· ἴσως ἀπὸ Καρπασσοῦ, ὡς Ἀντίοχος Ἀντιοχεύς. Ἀφ' οὗ Καρπάσεια.

ΚΑΡΠΗΪΑ [55], εἰρηται ἐν τῷ Καλπῃ. Οἵτινες Καρπείαν τὴν πόλιν φασὶ, καὶ Καρπηταvὸς τὸ ἐθνικόν.

ΚΑΡ-

CARPATHUS, insula prope [*insulam*] Co, Hom.

Carpathus rursus in his ad occasum. — Incola, Carpathius, & Carpathia, & Carpathum.

CARPASIA, urbs Cypri, quam Pygmalion condidit, ut Hellanicus in Cypriacis. Dionysius verò *Carpasean* per diphthongum eam vocat lib. 3. Bassaricorum:

Vel quicumque Cinyrion, vel altam Carpasiam.

Est etiam insula Carpasia juxta promontorium Sarpedonium. Xenagoras verò *Carpathum* eam vocat. Demetrius Salaminius autem *Carbasiam*, quod ad ventum Καρβᾶν *Carban* dictum sita videatur. Civis, Carpasiotes, ut Mareotes. Possessiv. Carpaseoticus, & Carpaseoticum promontorium. Theopompus libr. 10. *Carpaseis* eos vocat, forsan à Carpasus, ut ab Antiochus, Antiocheus, unde Carpasia.

CARPEIA, de qua dictum in Calpæ, quod aliqui urbem dicunt *Carpeam*, & Carpetanos gentile.

CAR-

49 Κάρπαθος, νῆσος πλησίον τῆς Κῶ.] Carpathus, insula prope Cō, ex Homero, sub cujus nomine affert hemistichium illud, celebratur, sed pace autoris nostri hemistichium illud non est Homeri, sed Dionysii Periegetæ, apud quem legitur v. 500. hoc modo:

Κάρπαθος αὖθ' ἑτέρωθι ποτὶ ζόφον, ἐγγύθι δ' αὐτῆς
Κρήτη τιμήεσσα Διὸς μεγάλοιο τεθρίπτη.
Carpathus item alia in parte ad occasum, prope verò ipsam
Creta honorata Iovis magni nutrix.

Quare apud Stephanum pro ἔπι τῇσι leges, αὖθ' ἑτέρωθι; Homerus autem celebrat hanc insulam Il. 2. v. 676. quam Κράπαθον, Crapathum per transpositionem ρ vocat:

Οἳ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε, Κάσπν τε.
Qui autem Nisyrumque tenebant, Crapathumque, Casumque.

Eam describit Strabo lib. 10. circa calcem libri sic: Ἡ δὲ Κάρπαθος, ἣν Κράπαθον εἶπεν Ὅμηρος ὑψηλή ἐστι, κύκλον ἔχουσα σταδίων λ. τετράπολις δ' ὑπῆρξε, καὶ ὄνομα εἶχεν ἀξιόλογον· ἀφ' οὗ καὶ τὸ πελάγη τὸνομα ἐγένετο, μία δὲ τῶν πόλεων ὁμωνύμου τῇ τῆς Νισύρου ὁμώνυμος τῇ τῆς Νισύρου νήσῳ, κεῖται δὲ πρὸς Λιβύης καὶ Λώτου ἀκτάς. i. e. *Carpathus autem, quam Homerus* Crapathum *appellat, sublimis est ambitu stadiorum* cc. *quatuor verò urbes habuit, & nomen celebre, à quo pelago nomen, una urbium vocabatur* Nisyrus *ejusdem nominis cum insula Nisyrorum, sita verò est ad Libyæ Lucen aclen.* [Id est litus album] Hodie *Scarpanto* vulgo vocatur, si Sophiano credimus.

50 Ὁ οἰκήτωρ, Καρπάθιος, &c.] Gentile insulæ Carpathi dicitur Carpathius, unde adagium, *Carpathius leporem*, dici solitum de eis, qui sibi perniciem afferunt, quia importati aliunde à Carpathiis in Carpathum lepores in tantam copiam excreverunt, ut exitium frugibus attulerint, autore Eustathio ad locum Homeri nota proxime præcedenti citatum.

51 Καὶ Κάρπαθον.] Lege, καὶ Καρπάθιον, id enim præcedentia verba exigunt, Καρπάσιος enim est σημεῖον, Καρπάσιος, ια, ιον.

52 Καρπασία, πόλις Κύπρου.] Carpasia, urbs Cypri ex Hellanici Cypriacis celebratur, quæ Constant. Porphyrogenet. Them. lib. 1. Them. 11. dicitur Carpasus, Plinio lib. 5. c. 31. Carpasium, de qua nihil notabile referunt.

53 Ἢ δ' ὁπόσοι Κινύρειον, ἴδ' αἰπεινὴν Καρπάσειαν.] Versiculus iste ex Dionysii tertio Bassaricorum sic legendus est:

Ἢ δ' ὁπόσοι Κινύρειον, ἢ δ' αἰπεινὴν Καρπάσειαν.

Aliter enim sensus percipi non potest, nec ideo claudicat versus. Poetæ enim Græci eâdem licentia qua breves syllabas producunt, longas corripiunt. Ex plurimis exemplis unum apponam, ex Homero, qui antepenultimam verbi βάλεσθε natura longam corripit, penultimam brevem producit:

Εἰ δ' ὑμῖν ὅδε μῦθος ἀφαυδάνει, ἀλλὰ βάλεσθε.
Si autem vobis hoc verbum non placet, sed vultis.

Versiculus iste legitur Od. 16. v. 387.

54 Ἔστι καὶ νῆσος Καρπασία, &c.] Cum prius memoraverit Carpasiam, urbem Cypri, nunc memorat Carpasiam insulam juxta promontorium Sarpedonium, sed pace epitomatoris nostri Carpasia erat urbs; Carpasiæ verò num. plur. erant insulæ, & urbs & insulæ juxta promontorium Carpasium, utrunque apparet ex Strabonis lib. 14. Εἶτα Καρπασία πόλις λιμένα ἔχουσα κεῖται καὶ αὐτὴ καὶ ἄκραν τὴν Σαρπηδόνα. Ἐκ δὲ τῆς Καρπασίας ὑπερβάσεις εἰσὶ διακοσίων σταδίων πρὸς τὰς νήσους τὰς Καρπασίας, καὶ τὸ πόρρω πέλαγος· εἶτ' ἄκρα καὶ ὄρος. i. e. *Deinde Carpasia urbs cum portu; jacet autem juxta promontorium Sarpedonem. E Carpasia isthmi transitus est stadiorum* XXX. *ad insulas Carpasias, & austrinum mare; inde promontorium & mons.* Cosmographus etiam lib. 5. c. 14. celebrat Carpasias insulas.

55 Καρπῆϊα.] Carpeia, à nemine memoratur, præter Pausaniam, qui lib. 6. eam Καρπίαν, *Carpiam* vocat, quam aliqui existimabant esse, quæ antiquitus *Tartessus* dicebatur: Εἰσὶ δ' οἳ καὶ Καρπίαν Ἰβήρων πόλιν καλεῖσθαι νομίζουσι τὴν ἀρχαιότερα Ταρτησσόν. i. e. *Sunt verò qui Carpiam Iberorum urbem vocari existimant antiquitus Tartessum.* Appianus de Bellis Hispan. ait, Tartessum maritimum oppidum fuisse, quod sua ætate, *Carpessus* appellabatur, sed cum noster dicat, se in Κάλπῃ dixisse de hac urbe, quam illic Κάλπειαν vocat, puto eamdem fuisse, quæ *Calpe* dicitur Straboni lib. 3. Ἐνταῦθα δὴ ὁ ὑπὲρ τοῦ Ἰβήρων τοῦ καλουμένων Βαστιτανῶν, ὃς καὶ Βαστύλες καλοῦσιν, ἡ Κάλπη· τῇ μὲν ἰσχυρᾷ μὲν ἐστὶ μέγα, τοῦ δ' ὕψους μέγα, καὶ ὄρθιον, ὥστε πόρρωθεν νησιδίῳ φαίνεσθαι. Ἐκπλέουσι δὲ ἐκ τοῦ ἡμιέλεος θαλάττης εἰς τὸ ἔξω δεξιὸν ἐστὶ τοῦτο· καὶ πρὸς αὐτὸ Κάλπη πόλις ἐν πεπαρφηκότι τόπῳ τοῦ Ἰβήρων· ἔνιοι δὲ καὶ Ἡρακλεῖς κίονας λέγουσιν αὐτοὺς, ὧν ἐστι καὶ Τιμοσθένης· ὃς φησι καὶ Ἡρακλείαν ὁμωνυμίαν τὸ παλαιὸν· δείκνυσθαί τε μέγαν πρόβολον, καὶ νεώσοικους. Εἶτα Μεσόγεια, πεδιάδες ἴχνους. i. e. *Ibi ergo mons est Hispanorum Bastetanorum*

ΚΑΡΠΗΣΙΟΙ[56], ἔθνος Ἰβηρικόν, πρὸς ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ.

CARPESII, gens Iberica, intrà Iberum fluvium.

ΚΑΡΡΑΙ[57], πόλις Μεσοποταμίας, ἀπὸ Καρρᾶ ποταμοῦ Συρίας. Τὸ ἐθνικὸν Καρρῖνος, ἢ Καρραῖος. [58] Ἔστι καὶ πόλις πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.

CARRHÆ, urbs Mesopotamiæ, à Carrha Syriæ fluvio. Gentile, Carrhenus, vel Carrhæus. Est & urbs ad mare rubrum.

ΚΑΡΥΑ[59], χωρίον τῆς Λακωνικῆς· Θεόπομπος ε. Ὁ οἰκήτωρ Καρυάτης καὶ Καρυάτις, καὶ Καρυαῖος, καὶ Καροιδύς· καὶ Καροιάπις μέλισσα, ἀντὶ τῆς Λακωνικῆς. Κάροια γάρ, αὐτόθι τόπος.

CARYA, parva regio Laconicæ, Theopompus lib. 55. Incola, Caryates, & Caryatis, & Caryæus, & Carœeus, & Carœatis apis, pro Laconica apis. Carœa enim inibi locus.

ΚΑΡΥΑΝΔΑ[60], πόλις καὶ λίμνη ὁμώνυμος, πλησίον Μύνδου καὶ Κῶ. Ἑκαταῖος Καρύανδαν αὐτὴν φησι. Τὸ ἐθνικὸν Καρυανδεύς, ὡς Ἀλαβανδεύς. Ἐνθεν καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς λογογράφος.

CARYANDA, urbs & palus ejusdem nominis, prope Myndum, & Co; Hecatæus *Caryandam* eam vocat. Gentile, Caryandeus, ut Alabandeus. Hinc erat Scylax antiquus historicus.

ΚΑΡΥΣΤΟΣ[61], πόλις ὑπὸ τῇ Ὄχῃ, πόλει τῆς Εὐβοίας, ἀπὸ Καρύστου τοῦ Χείρωνος. Θεοδωρίδας Χειρωνίαν αὐτὴν φησι. Κεῖται δὲ ἡ πόλις πρὸς τῷ Μυρτῴῳ πελάγει, ὑπὸ τῷ ὄρει

CARYSTUS, urbs sub Ocha, civitate Eubœæ, à Carysto Chironis filio. Theodoridas *Chironiam* eam vocat, jacet verò propè Myrtoum pelagus, sub monte *Ocha*, qui sic voca-

norum nomine, quos Bastulos quoque vocant, Calpe, circuitu quidem non magnus, altitudine verò magnus & erectus adeò ut à longe insulæ speciem reddat: navigantibus verò è nostro mari in externum ad dextram est, & ad eum Calpe urbs circiter XL. *stadia, memorabilis & vetusta, quondam statio navibus Hispanorum: nonnulli ab Hercule conditam dicunt, inter quos est Timosthenes, qui eam antiquitus* Heracleam *appellatam fuisse refert, ostendique adhuc magnum circuitum, & navalia. Deinde Mellaria, ubi salsamenta conduntur.* Pro, ὅπ πιὲς Κάρπειαν lege, ὅπ πινὲς Κάλπειαν, in Κάλπην enim sic eam vocavit. Sed situs Carpiæ Pausaniæ, & Calpæ Strabonis non convenit cum situ Carpeïæ Stephani, qui ejus gentile inquit esse Carpetanos. Carpetani enim longe à Tarteſſo & à Calpe distabant, quorum olim præcipua urbs & metropolis erat Toletum, ubi reges Gothorum & alii, expulsis Mauris sedem habebant regiam, nunc verò reges sedem habent Madriti ejusdem Carpetaniæ regionis oppidum, ubi nos educati sumus ac literis operam impendimus sub diversis magistris ac postremo sub Francisco de Macedo Lusitano, poëta & oratore summo, Philosopho & Theologo eruditissimo penes Jesuitas, gentem erudiendæ adolescentiæ natam.

56 Καρπήσιοι, ἔθνος Ἰβηρικόν.] Carpesii, sunt iidem qui Carpetani, Iberiæ populi, vulgo Hispanis horum regio dicitur *el reino de Toledo*. Nihil interest, quòd noster eos locet inter Iberum fluvium. Polybius Historiarum lib. 3. eos vocat fortissimam gentem: Μεθ' ἃ ταῖς παρ' ἐλπίδας εἰς τὰς μεγίστας ἦλθε κινδύνους ἐπανάγων, συμβεβηκόσιν ἐπ' αὐτῷ τοῖς Καρπησίοις, ὃ ἔθνος ἐστὶν ἰσχυρότατον ἐθνῶν τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους. i. e. *Post hæc verò ex inopinato maxima pericula adiit rediens* [Annibal] *impetum in ipsum Carpesiis facientibus, quæ fere fortissima gens est in illis locis.* Quo in loco interpres Latinus pro Carpesiis habet Carpetanos. Livius etiam lib. 21. c. 5. eamdem Annibalis historiam narrans populos illos *Carpetanos* vocat, qui ultra Iberum fluvium eos locat. Quare apud Stephanum pro τῶν ἐντὸς Ἴβηρος legendum τῶν ἐκτὸς Ἴβηρος, i. e. *extra Iberum*. Gens enim Olcadum, de quibus loquitur Polybius & Livius erant ultra Iberum fluvium, ut apparet ex eodem Livio libro capiteque citato. *In Olcadum fines prius (ultra Iberum ea gens in parte magis, quàm in ditione Carthaginiensium erat) induxit exercitum.*

57 Κάρραι, πόλις Μεσοποταμίας.] Carrhæ, urbs Mesopotamiæ Abrahami olim domicilio, ac Taræ ejus patris obitu insignis, necnon Crassi interitu, & Romani exercitus ærumnis nobilis, quæ urbs Hebraïce dicitur חרן *Charan*, cujus fit mentio Genesis c. 11. Memoratur Ammiano Marcellino lib. 23. c. 4. Straboni lib. 13. Ptol. lib. 5. c. 18. Lucan. lib. 1.

——— *Miserando funere Crassus*
Assyrias Latio maculavit sanguine Carrhas.

Eas inter & Edessam Antoninus Caracallus Imperator in expeditione adversus Persas occisus fuit, ut videre est ex Spartiano in ejus vita; Carrheni ejus oppidani *Lunum* Deum colebant, qui superstione quadam credebant, eos qui hunc Deum fœmineo nomine, ac sexu putabant nuncupandum, mulieribus semper addictos inservire, sed qui marem Deum esse crediderint, eos uxoribus dominari, nec ullas muliebres pati insidias, ut prodit idem Spartianus loco citato. L. Holst. in Annot. ad Geograph. Sacram fol. 191. ait Carrhas vulgo *Orfa* dici, cujus Episcopus subscripsit Basil. Magno epist. 314.

58 Ἔστι καὶ πόλις πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Cum prius Carrhas Mesopotamiæ urbem memoraverit, nunc aliam ejusdem nominis memorat ad mare rubrum; eadem erat urbs, quam alii Mesopotamiæ, alii Arabiæ ad mare rubrum adscribebant.

59 Κάρυα, χωρίον τῆς Λακωνικῆς.] Carya, oppidum Laconicæ fuit sacrum Dianæ & Nymphis, ubi erat Dianæ Caryatidis simulachrum, in cujus honorem Lacedæmoniæ virgines anniversarios choros celebrabant, autore Pausania in Laconicis, cui *Caryæ* plur. num. dicuntur, quod festum Hesych. *Carya* neut. plur. vocat, ex hoc oppido *Caryatides columnæ* celebrantur Plinio & Vitruvio.

60 Καρύανδα, πόλις καὶ λίμνη ὁμώνυμος.] Caryanda, urbs & palus ejusdem nominis prope Myndum & Co, quam in Caria locat Strabo lib. 14. Εἶτ' ἄβυσσός ἐστι Μύνδου, λιμένα ἔχουσα· καὶ μετ' αὐτὴν πόλις· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Καρυανδὰ λίμνη, καὶ νῆσος ὁμώνυμος ταύτῃ, καὶ αὐτὴ πόλις· ἐν δὲ τῇ λίμνῃ Καρυανδεῖς· Ἐντεῦθεν δὲ καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς. i. e. *De hinc statim Myndus cum portu, & post hanc Bargylia & ipsa urbs; interjacet Caryanda palus, & insula ejusdem nominis, quam incolebant Caryandenses. Hinc verò fuit Scylax antiquus scriptor.*

61 Κάρυστος, πόλις ὑπὸ τῇ Ὄχῃ, πόλει τῆς Εὐβοίας.] Carystus, urbs sub Ocha; civitate Eubœæ memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 15. inter Eubœæ oppida, apud quem urbis Ochæ nulla fit mentio; sub monte Ocha eam locat Strabo lib. 10. Κάρυστος δέ ἐστιν ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Ὄχῃ· πλησίον δὲ τὸ Στύρα, καὶ τὸ Μαρμάριον, ἐν ᾧ τὸ λατόμιον τῆς Καρυστίων κιόνων, ἱερὸν ἔχον Ἀπόλλωνος Μαρμαρίνης, ὅθεν διαφέρεται εἰς Ἁλὰς τὰς Ἀραφηνίδας. i. e. *Carystus verò jacet sub monte Ocha; prope autem sunt Styra, & Marmarium, ubi Carystiæ exscinduntur columnæ, fanum habens Apollinis Marmarini; unde trajectus est ad Halas Araphenidas.* Quare cum Ocha non fuerit urbs, sed mons, apud Stephanum pro πόλει τῆς Εὐβοίας, lege fidenter, ὄρει τῆς Εὐβοίας, i. e. *monte Eubœæ*, quod etiam ipse in eadem sectione confirmat.

ὄρος Ὄχης. Ἐκλήθη ἢ τὸ ὄρος, ἀπὸ τῶν θεῶν μίξεως, Διὸς καὶ Ἥρας· ἢ ἀπὸ τοῦ τὰ πρόβατα κυίσκεσθαι, ὀχεύομενα ἐν τῷ τόπῳ. [62] Οἱ γὰρ Ἀχαιοὶ τὴν τροφὴν ὄχλον φασί. Λέγεται καὶ δρεπανικῶς τὸ ὄρος, ὁ Ὄχης. [63] Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει γίνεται λίθος, ἡ ξαινομένη, καὶ ὑφαινομένη, ὥστε τῇ ὑφῇ χειρόμακτρα γίνεσθαι· ῥυπωθέντα δ', εἰς φλόγα βάλλεσθαι, καὶ ἀποκαθαίρεσθαι τὸν πίνον τῇ πολυσήπτῳ συμπλησίως. Ἐκαλεῖτο καὶ Αἰγαία, ἀπὸ Αἴγωνος τοῦ δυναστεύσαντος. Ἀφ' οὗ καὶ τὸ πέλαγος Αἰγαῖον. [64] Ἔστι καὶ Κάρυστος, τόπος τῆς Αἴγωνος πρὸς Ἀρκαδίαν, ἀφ' οὗ Καρύστιον οἶνον Ἀλκμὰν ἔφη, καθὰ Στράβων δεκάτῃ. Τῆς πολίτης τὸ ἐθνικὸν, Καρυστίας, [65] ἐν ᾗ τὸ λεγόμενον τῶν Καρυστίων κιόνων. Καὶ θηλυκὸν, Καρυστία.

vocatus fuit à Deorum concubitu, Iovis, & Iunonis, vel quod oves conciperent initæ in hoc loco. Achæi enim nutrimentum Ὄχλον dicunt. Dicitur etiam mons in masculino genere, *Oches*; in hac urbe nascitur Lapis, qui raditur, & texitur, sic ut linteolum texturâ fiat, quod cum sordidum est, in flammam iniicitur, ac mundatur ab sordibus, ac sifuisset lotum. Vocabatur verò *Ægæa*, ab Ægone dynasta, à quo etiam pelagus Ægæum. Est etiam Carystus, locus Ægyis juxta Arcadiam, à quo *Carystium vinum* Alcman dixit, ut Strabo lib. 10. Prioris gentile, Carystias, in qua lapidicina Carystiarum columnarum, & fœmin. Carystia.

ΚΑΡΧΗΔΩΝ [66], μητρόπολις Λιβύης, ἀξιοσημείωτος πόλις (Χαλκηδὼν ἡ τῆς Βιθυνίας, ἀφ'

CARCHEDON, onis, h. e. *Carthago*, metropolis Libyæ, celeberrima urbs, (Chal-

62 Οἱ γὰρ Ἀχαιοὶ τὴν τροφὴν ὄχλον φασί] Hæc verba sic sunt legenda: ἢ διότι Ἀχαιοὶ τὴν τροφὴν, &c. i. e. *vel quod Achæi nutrimentum dicunt* ὄχλον. Aliter enim non conveniunt cum præcedentibus.

63 Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει γίνεται λίθος, &c.] Sunt verba desumpta ex Strabonis lib. 10. apud quem ita leguntur: Ἐν ᾗ τῇ Καρύστῳ, καὶ ἡ λίθος φύεται ἡ ξαινομένη, καὶ ὑφαινομένη, ὥστε καὶ ὑφάζεσθαι χειρόμακτρα γίνεσθαι, ῥυπαινόμενα δὲ εἰς φλόγα βάλλεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι τῆς πολυσήπτου τὸν πίνον συμπλησίως. i. e. *In oppido verò Carysto lapis nascitur, qui plectitur & texitur, atque ex eo mantilia conficiuntur, quæ ubi sordem contraxerunt, in flammam injecta purgantur, perinde atque lotione linteorum maculæ.* Apud Strabonem pro τὰ ὑφάζεσθαι, lege ex nostro autore τῇ ὑφῇ, Genus istud lini Latini vocant *amiantum*, Græci ἀσβέστου, de quo videsis Cœl. Rhodigin. Antiqu. Lect. libro octavo c. 16. Pancirol. rer. memorab. tit. 4. Leonicum de varia historia lib. 1. c. 93.

64 Ἔστι καὶ Κάρυστος, τόπος τῆς Αἴγωνος, &c.] Sunt verba desumpta ex Strabonis lib 10. quæ apud eum leguntur hoc modo: Κάρυστος δέ ἐστι ἐν τῇ Λακωνικῇ τόπος τῆς Αἴγωνος πρὸς Ἀρκαδίαν, ἀφ' οὗ Καρύστιον οἶνον Ἀλκμὰν εἴρηκε. i. e. *Carystus verò est in Laconica locus Ægyis versus Arcadiam, à quo Carystium vinum Alcman dixit.*

65 Ἐν ᾗ τὸ λεγόμενον τῶν Καρυστίων κιόνων.] Inquit in oppido Eubœæ Carysto fuisse lapidicinam Carystiarum columnarum; Strabo, ex quo noster frequenter sua transcribit, dicit lapidicinam columnarum Carystiarum fuisse in Marmario oppido; ejus verba attulimus nota 61. proxime præcedenti. Celebrantur autem apud scriptores Columnæ Carystiæ, ex quibus in villa Gordianorum Imperatorum erant in uno peristylo quinquaginta inter ducentas, quas habebat, autore Jul. Capitolino in Gordianorum tertio; Tibullus propter columnas & Tænarum & Carystum celebrat lib. 3. Eleg. 3.

Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis:
Tænare sive tuis, sive Caryste tuis.

66 Καρχηδὼν, μητρόπολις Λιβύης, ἀξιοσημείωτος πόλις.] *Carchedon* Græcis dicitur, quæ Latinis *Carthago*, metropolis Libyæ & celeberrima urbs, de qua cum Sallustio merito dicam, *silere melius puto, quam parum dicere.* Tamen ne indicta nobis maneat, aliquid dicemus Stephani vestigiis inhærentes: eo potentiæ pervenit, ut cum Roma de imperio decertaret. Quare Strabo lib. 17. eam vocavit πόλιν ἀντίπολιν τῇ Ῥώμῃ. i. e. *urbem æmulam Romæ.* Mela lib. 1. c. 7. *Utica, & Carthago, ambæ inclytæ, ambæ à Phœnicibus conditæ: illa fato Catonis insignis, hæc suo, nunc populi Romani colonia, olim imperii ejus pertinax æmula, jam quidem iterum opulenta, etiam nunc tamen priorum excidio rerum, quam ope præsentium clarior.* Fuit prima colonia, quæ à Romanis extra Italiam deducta est, ut memoriæ prodidit Vell. Paterculus lib. 1. In tres partes erat divisa, Cothonem, Byrsam, & Magalia, seu Megara, seu Megaria, quæ omnia sunt originis Phœniciæ, sed ad Græcorum dialectum deflexa. *Cothon* enim erat Carthaginis portus, manu factus à verbo קטף *Catah*, quod Rhabinis, Chaldæis, Syris, & Arabibus idem est ac Latinis *incidit*, ad quod videtur alludere eruditissimus poëtarum Æneid. lib. 1. v. 431.

Hic portus alii effodiunt, hic alta theatris
Fundamenta locant alii.

Festo & Servio apud Cerdam in Virgilium ad librum versumque citatum *Cothones*, vel *Cothona* mascul. & neut. genere appellantur portus arte, & manu facti. *Byrsa* quoque originem habet à verbo בצר *bitser*, i. e. *munivit*: Byrsa verò erat Carthaginis arx, בוצרה *botsrah*, Hebraïce dicitur *munitus locus* ab eodem verbo, à *botsrah* verò parum corrupto nomine factum est *Byrsa*, quod cum Græci ignorarent, fabulam illam de corio bovis finxerunt in cujus arcis vertice erat Æsculapii templum, quod Asdrubalis uxor urbe capta unà secum combussit, referente Appiano de Bel. Punic. circa libri calcem. *Magalia* quoque seu *Megara* seu *Megaria* originem deducit à מגור *magur*, quod Hebraïce significat *habitationem* à verbo גור i. e. *peregrinatus est*, seu *habitavit in loco peregrino*, à cujus significatione non multum abludit Servius ad Virgilii Æneid. libro primo v. 425.

Miratur molem Æneas, magalia quondam.

Ad quem locum inquit: *Magalia verò antiphrasticon est; nam debuit* Magaria *dicere: quia* magar, *non* magal, *Pœnorum lingua* villam *significat.* Eam condidisse Didonem Tyriam referunt. Protulit viros insignes non solum armis sed etiam literis. Inter hos fuere Q. Septimius Florens Tertullianus, Cyprianus; & alii; cui etiam suos debet natales Pub. Terentius poëtarum Comicorum princeps, in quem extat pulchrum epigramma ex antiquo codice manuscripto in Bibliotheca Christianissimi regis Galliarum, quod placet apponere:

Natus in excelsis tectis Carthaginis altæ
Romanis ducibus bellica præda fui.
Descripsi mores hominum, juvenumque senumque
Qualiter & servi decipant dominos.
Quid meretrix, quid leno dolis confingat avarus,
Hæc quicumque legit, sic puto, cautus erit.

De Carthagine verò vide Appiani Libycen, seu Carchedonicen, Aldretum lib. 2. c. 2. Bochartum in suo Phalec lib. 1. c. 24. & eruditum commentariolum, quem de hac urbe lingua Hispanica scripsit D. Gaspar Hibañez de Segovia & Peralta, tamquam suæ omnigenæ eruditionis prodromum.

67 Ἀπὸ

Δρέπ. ξ λ, κ.) [67] ἀπὸ Καρχηδόν☉ Φοίνικος. [68] Ἐκαλεῖτο ὖ καινὴ πόλις, [68] καὶ Καδμεία, [69] καὶ Οἴνυσσα, [70] καὶ Καππάβη. Τάτῳ ὖ, καὶ τῇ οἰκείαν αὐτῶν λέξιν, ἵππος κεφαλὴ δηλοῦσι. [71] Ἔστι ὖ καὶ ἄλλη Καρχηδὼν πόλις Ἰβηρίας· ὅκα-

(Chalcedon verò Bithyniæ per *l.* & *c.*) à Carchedone Phœnice. Vocabatur verò *Nova Urbs* & *Cadmea*, & *Oenussa*, & *Caccabe*, quod eorum lingua, *equi caput* significat. Est & alia Carchedon h. e. *Carthago*, urbs Iberiæ, quæ etiam

67 Ἀπὸ Καρχηδόν☉ Φοίνικ☉.] A Carchedone Phœnice nomen habuisse inquit. Græci enim cum nominis etymologiam ignorarent, ducem finxerunt Carchedonem, à quo nomen hujus urbis deducebant, cum ejus nomen sit corruptum ex lingua Syriaca, in qua קרתא חדתא *Cartha Chadatha* sonat *urbem novam*, quod non latuit Solinum. Sic enim ille c. 70. *Cum rex Hiarbas rerum in Libya potiretur, Elissa mulier extruxit* [Carthaginem] *domo Phœnix, & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam.* Noster etiam etsi causam ignoraret, inquit: ὠνομάζετο ὖ καινὴ πόλις. i. e. *vocabatur verò nova urbs.*

68 Καὶ Καδμεία.] Cadmea etiam vocata fuit, quod nomen à קדם *Kedem*, deducitur, quod Hebraice significat inter alia *antiquitatem*, ad quod videtur alludere Virgilius Æneid. lib. 1. v. 16.

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.

69 Καὶ Οἴνυσσα.] Oenussa quoque, id est, *vinosa* dicta fuit. Nam cum תרשׁישׁ *tharsis* in sacris libris pro *Carthagine* accipiatur, id nominis à תירוש *Thiros*, i. e. *mustum* potest deduci, & sic *Tharsis* & Oenussa erunt ἰσοδύναμα.

70 Καὶ Καππάβη. Τάτῳ ὖ, καὶ τῇ οἰκείᾳ, &c.] *Caccabe* etiam dicta fuit, quo nomine, propria Carthaginiensium lingua, *equi caput* significatur. Caccabe corruptum est à קרקף *Carcaph*, i. e. *caput*, neglecto *r*, & *ph* mutato in *b*. Illius exemplum invenitur in Dammesec, Achad, Ace. Legitur enim Darmesec, Archad, Arce; posteriorios verò exempla sunt frequentissima. Pueri enim sciunt literas tenues, medias, aspiratas commutari frequenter; *Carcaph* verò à quo corruptum est *Caccabe* non significat *equi caput* sed *quodcumque caput*. Quemadmodum enim *Capitolium* dictum est, quod inibi hominis caput inventum fuerit, ac tamen in hoc nomine id non exprimitur; sic Carthago *Caccabe* dicta fuit, quod ibi equi caput inventum fuerit, etsi id in hoc nomine non exprimatur, ad quam historiam alludit Virgilius Æneid. lib. 1. v. 447.

Effodere loco signum, quod regia Iuno
Monstrarat, caput acris equi, sic nam fore bello
Egregiam, & facilem victu per sæcula gentem.

Quod Silius lib. 2. imitatur:

Ostentant caput effossa tellure repertum
Bellatoris equi, atque omen clamore salutant.

71 Ἔστι ὖ καὶ ἄλλη Καρχηδὼν πόλις Ἰβηρίας.] Nunc agit de Carthagine Iberiæ, quam etiam *novam urbem* dictam fuisse inquit. Id enim significat *Carthago*, ut nota 67 præcedenti annotavimus, de cujus conditoribus non convenit inter scriptores. Alii ab Annibale, alii ab ipsis Pœnis conditam fuisse referunt. Eam uno cepit die P. Scipio, autore Livio lib. 26. c. 48. cui eodem lib. c. 42. *Nova Carthago* vocatur: *Carthaginem novam interim oppugnare statuit: urbem cum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam (ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniæ obsides erant) sitam præterea cum opportune ad trajiciendum in Africam, tum super portum satis amplum quantævis classi, & nescio an unum in Hispaniæ ora, qua nostro adjacet mari. Nemo omnium quò iretur, sciebat, præter C. Lælium. Is classe circummissus, ita moderari cursum navium jussus erat, ut eodem tempore Scipio ab terra exercitum ostenderet, classis portum intraret.* Quam historiam graphicè, ut & urbis situm depingit Silius Ital. lib. 15.

At pelago vectus servata Lælius hora,
Quam dederat ductor subigendæ ad mœnia classi,
A tergo effusis cingebat tecta carinis
Carthago impenso naturæ adjuta favore
Excelsos tollit pelago circumflua muros
Arctatas ponti fauces modica insula claudit,
Qua Titan ortu terras aspergit Eoo,
At qua prospectat Phœbi juga sera cadentis
Pigram in planiciem stagnantes egerit undas,
Quas auget veniens, refluusque reciprocat æstus,
Sed gelidas à fronte sedet sublimis ad Arctos
Urbs imposita jugo, pronumque excurrit in æquor,
Et tuta æterno defendit mœnia fluctu.

In hac urbe virginem forma egregia captam perductamque ad se, patri inviolatam reddidisse Publium Africanum prodit A. Gellius Noct. Attic. lib. 6. c. 8. *Lepida igitur quæstio agitari potest, utrum videri continentiorem par sit, Publiumne Africanum superiorem, qui Carthagine ampla civitate in Hispania expugnata, virginem tempestivam, forma egregia, nobilis viri Hispani filiam, captam, perductamque ad se, patri inviolatam reddidit, an regem Alexandrum, qui Darii regis uxorem eamdem ejusdemque sororem prætio magno captam, quam esse audiebat exsuperanti forma, videre noluit, perducique ad se prohibuit.* Appianus de Bellis Hispan. putat esse *Saguntum*, quam Annibal evertit, ac postea instauratam Carthaginem *Spartagenam* vocatam fuisse inquit: Τὴν ὖ πόλιν ὁρῶν ἐπιβαλάσσιόν τε καὶ Καρχηδόν☉ ἐμπορικὴν, καὶ χώρας ἀρίστου ἐγγὺς, ὤκιζεν αὖθις, καὶ Καρχηδονίων ἄποικον ἀπέφαινεν· διὸ καὶ νῦν εἶναι Καρχηδόνα παλαιὰν τὴν Σπαρταγενῆ. i. e. *Cum autem videret* [Annibal] *urbem mari propinquam, & non procul Carthagine & agris bonis imperantem, iterum condidit, & Carthaginiensium coloniam declaravit; quam nunc puto Carthaginem vocari Spartagenam.* Sed fallitur. Saguntum enim & Carthago Iberiæ diversa fuere oppida, ut videre est ex Ptolemæo lib. 2. c. 6. & ex aliis ac præcipue ex Strabone qui lib. 3. cum Carthaginis situm describisset, tandem ait: Πάλιν δ' ἐπὶ θάτερα ἐπὶ Σάκρων☉ ἰοῦσι ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν ἐπὶ Ἴβηρ☉, Σάγυντον, κτίσμα Ζακυνθίων· διὸ Ἀννίβας καθεῖλε τὴν πόλιν συγκείμενα πρὸς Ῥωμαίους, τὸ δεύτερον αὖτοὺς ἐξάψας πολέμου πρὸς Καρχηδονίους. i. e. *Rursus à Sucrone in alteram partem euntibus versus ostia Iberi, Saguntum à Zacynthiis conditum, quam urbem cum Annibal evertisset contra pacta cum Romanis conventa, secundum ipsis contra Carthaginienses excitavit bellum.* Strabo ab Asdrubale qui Barcæ Annibalis patri successit, conditam fuisse tradit lib. 3. Μεθ' ἣν πάντων τὰ Ἀσδρυβάλ ἐστιν ἡ Καρχηδὼν ἡ νέα, κτίσμα Ἀσδρύβα, ὃν δεξαμένου Βάρκου τὴν Ἀννίβα πατέρα, κρατύνασα πολὺ τῶν ταύτῃ πόλεων· καὶ γὰρ ἐρυμνοτάτη, καὶ τείχει καλῶς κατεσκευασμένῳ καλῶς, καὶ λιμέσι καὶ λίμνῃ κεκόσμηται, καὶ τοῖς περιῤῥεομένοις μεθ' ὧν εἰρήκαμεν· καὶ ταῦθα ὄντα καὶ ἐν τοῖς πλησίον τόποις πολλὴ ἡ παρουσία· καὶ ἔστι τοῦτο μεῖζον ἐμπορεῖον τῆς μὲν ἐκ θαλάττης τοῖς ἐν τῇ μεσογείᾳ· τῆς δ' ἐκείθεν τοῖς ἔξω πᾶσιν. Ἡ δ' ἐνθένδε μέχρι Ἴβηρ☉ παραλία, καὶ μέσον πως τὸ Ἀφρικηνὸν ἔχει τὸ Σάκρωνα πολεμοῦν, καὶ τὴν ἐκβολὴν αὐτοῦ, καὶ πόλιν ὁμώνυμον. i. e. *Ergo post Abdera est Carthago nova, ab Asdrubale condita, eo qui Barcæ Annibalis patri successit, præstantissima omnium ejus regionis urbium: nam & loci natura est munitissima, & muro præclare exstructo, & ornata est portubus & lacu, & argenteis, quæ dixi, metallis, & cum ibi tum vicinis in locis multum fit salsamentorum: estque hoc magnum emporium, ubi & mediterranei maritimas, & maritimi mediterraneas mercantur merces. Ora hinc usque ad Iberum fluvium, medio fere spacio habet Sucronem fluvium, ejusque ostium, & urbem cognominem.* Quemadmodum Carthago vetus erat caput omnium oppidorum ditionis Carthaginiensium in Libya, ita Carthago nova in Hispania, quod exprimit Silius lib. 15. hisce versibus:

Urbs colitur Teucro quondam fundata vetusto
Nomen Carthago, Tyrius tenet incola muros
Ut Libyæ sua, sic terris memorabile Iberis
Hæc caput est, non ulla opibus certaverit auri
Non portu, celsove situ, non dotibus auri
Uberis, aut agili fabricanda ad tela vigore.

Vulgo Hispanis parum corrupto nomine dicitur *Carthagena*, & est urbs episcopalis inter cujus Episcopos fuit unus D. *Paulus de Santa Maria*, natione Judæus, Burgis natus cum quadragesimum ætatis suæ annum ageret, Christianæ religioni nomen dedit, liberis & uxore relictis, Lutetiam Parisiorum profectus Theologiæ operam impendit. Deinde Avenionem se contulit, ubi tunc erat Sedes Pontificia, ibi cum per conciones innotesceret summo Pontifici; erat enim summus orator & in S S. valde versatus, ab eo creatus fuit Archidiaconus Trevignensis, & Canonicus Hispalensis, postea ab *Henrico* III. Castellæ & Legionis rege factus est Episcopus Carthaginensis, executor testa-

καλεῖτο ᾗ καὶ αὐτὴ καινὴ πόλις. Ἔστι ᾗ καὶ Ἀρμωρίας Καρχηδών, ὡς Εὐτρόπιός φησιν. [72]* Ὁ πολίτης, Καρχηδόνιος, σοφὸς μέγας, καὶ Κλειτόμαχος ὁ Διογνήτου, ὃς ἐκαλεῖτο Ἀσδρούβας, φιλόσοφος ἀκαδημαϊκὸς, διάδοχος Καρνεάδου τῆς Κυρηναίας σχολῆς· ὃς καὶ ἔτη ἐλθὼν Ἀθήναζε, ἄμοιρος ἦν τῶν πρώτων στοιχείων καὶ πρώτων μαθημάτων, [73] ἀκροάσεως Καρνεάδου.

A etiam *nova urbs* vocabatur. Est etiam Armeniæ Carthago, ut Eutropius inquit. Civis, Carchedonius, Sapiens magnus, & Clitomachus Diogneti filius, qui vocabatur *Asdrubal*, philosophus Academicus, successor Carneadæ Cyrenææ Scholæ, qui XXVIII. ætatis anno B veniens Athenas primorum elementorum expers erat, quæ discens Carneadem audivit.

ΚΑΣΙΟΝ [74], ὄρος καὶ πόλις Αἰγύπτου, πρὸς τῷ Πηλουσίῳ. [75] Ἐκλήθη ᾗ ἀπὸ τῆς Κυκλάδος νήσου, ἢ ἀπὸ Κάσου τοῦ Κλεομάχου· C ἀφ' οὗ καὶ Κασίου Διὸς ἱερόν. Ὁ πολίτης, Κασιώτης, ὡς Πηλουσιώτης· καὶ θηλυκὸν, Κασιῶτις. Καὶ τὸ κτητικὸν, Κασιωτικός. Ἀφ' οὗ ἐν τῇ σωνηθείᾳ τὰ Κασιωτικὰ ἱμάτια.

CASIUM, mons, & urbs Ægypti; juxta Pelusium. Sic verò vocata fuit à Cyclade insula, vel à Caso Cleomachi patre, à quo & Casii Iovis templum. Civis, Casiotes, ut Pelusiotes, & fœmineum, Casiotis, & poss. Casioticus, unde in consuetudine, Casioticæ vestes.

ΚΑΣΜΕΝΗ [76], πόλις Σικελίας· D Ἡρόδοτος Ζ'. Ὁ πολίτης Καζμωναῖος, καὶ Καζμωναία.

CASMENE, urbs Siciliæ, Herodotus lib. 7. Civis, Casmenæus, & Casmenæa.

ΚΑ-

CA-

mentarius, ejus filii *Joannis* II. magister, Archicancellarius, ac mortuo rege, regni gubernator, *Benedicti* XIII. Summi Pontificis legatus, ac postremo Episcopus Burgensis; filios reliquit *Gonsalvum* de Carthagena Episcopum Placentinum, *Alfonsum* de Carthagena ex Decano Segobiensi & Compostellano in patris locum subrogatum Episcopum Burgensem, cujus extat de Hispaniæ regibus opus non contemnendum, cui *Anacephalæosi* nomen fecit, utrique concilio Basiliensi affuere, *Petrum* de Carthagena regis *Joannis* II. satellitum magistrum, *Alvarum Garsiam* familiæ propagatorem, qui ex nobilibus Hispaniæ familiis uxorem duxit. Ejus quoque extant commentaria de rebus, *Joanne* II. rege, gestis, non ineleganter conscripta, quorum sunt locupletes testes M. F. Christophorus Sanctitosius Augustinianus Burgensis, qui illius vitam conscripsit, Mariana de rebus Hispaniæ lib. 19. c. 8. cui *Paulus Carthagena*, cognomento *Burgensis* dicitur. Vide ad quot, & quam sublimes dignitatis gradus evectus fuerit vir ille. At nunc, si Petrus & Paulus è mortuis resurgentes in Hispaniam se conferrent, quocunque nebulonum testimonio, eorum qui pecuniam commodato petunt *à pagar nel Purgatorio* (ut lepidè ajunt Hispani) *in tenebrosos illos carceres* detruderentur, ac, si torturam ferre non possent, amissis bonis, vel perpetuis vinculis, vel triremibus damnarentur. Scilicet, omnium optime callent hodierni Hispani artem politicam, cum eis non certet Bodinus, nec πολιτικώτερος ille Ducis Valentini magister. Illi enim sciunt præpostero religionis zelo, ac vano rebellionis timore viduare terram colonis, facere ex civitatibus nemora, reddere ex civibus hostes, agriculturam & mercaturam contemnere. Flocci non faciunt illud sapientissimi Regum: *In multitudine populi gloria Regis.* Arma negligunt:

Nec curam impendunt populis, nec otia Musis.

Non loquor de eis, qui intra privatos parietes delitescunt, seu armis, seu literis condecorati, semper enim in Hispania tales viri quæsiti inventi sunt. sed illos ἡ τῶν καλλίστων ἀμαθία numquam quæsivit, ipsi enim non quærunt viros dignitatibus, sed dignitates hominibus, qui sæpe (ut cum Homero loquar Od. 20. v. 380.) nihil aliud sunt, nisi inutile:

——— Ἄχθος ἀρούρης.

horum autem via ducit in *Mauroduliam*, quam jam per IↃCCLXXVIII. annos experti fuerunt: ego, cum natura fecerit hominem consultandi virtute præditum, ac nihil frustra faciat, ut loquuntur Philosophorum filii (rara est harum regionum libertas, ubi sentire, quæ velis, & quæ sentias, dicere licet) non credo, esse ineluctabile fatum, prædictum non posse evitari, (fatum intelligo catenatum rerum eventum,) sed credo omne imperium esse, sicut genus humanum mortalitate damnatum, & quod semel contigit, iterum contingere posse. Quod si illud contigerit, Ecclesia iterum eos post totidem annos apertis thesauris suis, id est, indulgentiis concessis in bellum contra Mauros euntibus, ab ipsis redimet, si tamen majorum bellicam virtutem reliquosque mores imitati fuerint. Optime enim inquit Sallustius: *Ubi socordiæ tete atque ignaviæ tradideris, nequicquam Deos implores.* Verum nos his relictis ad Athenas nostras revertamur, in harum enim acropoli quietos nulla cura sollicitat.

72 * Ὁ πολίτης, Καρχηδόνιος, σοφὸς μέγας, &c.] Horum verborum sensus est, oppidanum *Charchedonis* urbis, id est *Carthaginis* dici *Carchedonium*, id est *Carthaginiensem*, & ejusdem urbis fuisse civem Carchedonium, philosophum magnum. Asteriscus ille ad latus positus innuit aliquot verba deficere, puta, *ὧν ᾗ καὶ Καρχηδόνιος*, &c. i. e. *erat verò & Carchedonius*, sed sine illis intelligi potest Stephani mens.

73 Ἀκροάσεως.] Lege ἠκροάσατο.

74 Κάσιον, ὄρος, καὶ πόλις Αἰγύπτου πρὸς τῷ Πηλουσίῳ.] Casion, Græcis, Casius Latinis, hi enim montem, illi ὄρος subintelligunt. Fuit mons celeberrimus, & urbs Ægypti, ut inquit noster, sed urbis nulla apud alios, quod sciam, fit mentio, illius nominis duo reperiuntur apud scriptores montes, primus trans Pelusiacum, extremum Nili ostium, in quo erat Iovis Casii templum, & Magni, sed infelicis Pompeii tumulus, autore Plinio lib. 5. c. 13. *A Pelusio Chabriæ Castra, Casius mons, delubrum Iovis Casii, tumulus Magni Pompeii, &c.* Hunc fuisse existimo, quem Sacræ literæ *Sinai* vocant commercio Dei cum Moseh celeberrimum, cujus sæpe in SS. fit mentio. Alter erat in Syria Antiochena, ut refert Plinius libro citato c. 22. ex cujus excelsa altitudine, quarta vigilia oriens per tenebras Sol adspiciebatur, brevi corporis circumactu diem noctemque pariter ostendens, ad quem videndi solis ortus gratia nocte adscendisse Adrianus dicitur, teste Spartiano in ejus vita c. 14. Ejusdem curiositatis causa eumdem quoque adscendisse Julianus Apostates memoratur, ut narrat Ammianus lib. 22. c. 33. Inde enim secundis galliciniis videbatur primus solis exortus, ut idem autor tradit. Inter omnes imperatores nullos invenies magis curiosos, & æternæ memoriæ magis cupidos, quam Adrianum & Julianum.

75 Ἐκλήθη ᾗ ἀπὸ τῆς Κυκλάδος νήσου, &c.] Montem Casium ab insula Cyclade vocatum fuisse inquit, scilicet, quia ab insula Caso, una Cycladum in hunc montem colonia deducta fuit, ut ipse tradit in Κάσος.

76 Καζμωνή, πόλις Σικελίας.] Casmene, urbs Siciliæ memoratur ex Herodoti lib. 7. c. CLV. Οἱ Γέλωνι κομίζοντες τούτους ἐκ Καζμωνης πόλιος ἐς τοὺς Συρηκοσίους, ἔχει καὶ τοῦτο. Ὁ γὰρ δῆμος ὁ τῶν Συρηκοσίων ἐπιτρέπει Γέλωνι παραδιδοὺς τὴν πόλιν καὶ ἑωυτόν. i. e. *Gelon deducens hos ex urbe Casmene ad urbem Syracusas, habuit & has; populus enim Syracusanorum venienti Geloni tradidit urbem, & se ipsum.* Eam quoque memorat Thucydides, cui lib. 6. Καζμῶναι num. plur. dicuntur: Ἄκραι ᾗ καὶ Καζμῶναι ἦσαν Συρακοσίων οἰκιόσεως, Ἄκραι μὲν ἑξδομήκοντα ἔτεσι μᾶλλον Συρακούσας, Καζμῶναι δ', ἐγγὺς εἴκοσι μᾶλλον Ἄκρας .i.e. *Acræ verò, & Casmenæ à Syracusanis conditæ fuerunt, Acræ quidem, septuaginta annis post Syracusas, Casmenæ verò circiter viginti post Acras.* Nunc nullæ sunt Casmenæ. Urbes enim sicut homines moriuntur fato cedentes.

77 Κά-

ΚΑ'ΣΟΣ 77, μία τ̃ Κυκλάδων. A

Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κραπαθόν τε, Κάσονθε.

CASUS, una Cycladum:

Qui autem Niſyrum tenebant, Crapathumque Caſumque.

78 Ἐκαλεῖτο δ' Ἄμφη, καὶ Ἀστράβη. Κέκλη-ται δὲ ἀπὸ Κάσου, τ̃ Κλεομάχου πατρός. Ἀπῴκισαι δὲ τ̃ νήσου καὶ τὸ ἐν Συρίᾳ ὄρος Κάσιον. B Ἔστι καὶ ἑτέρα Περσίδος, καὶ πόλις. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Κάσιος.

Vocabatur verò Amphe, & Aſtrabe. Sic verò vocata fuit à Caſo Cleomachi patre. Ab hac verò inſula colonia deducta fuit in Caſium Syriæ montem. Eſt & alia Perſidis, & urbs. Et gentile, Caſius.

ΚΑΣΠΑ'ΠΥΡΟΣ 79, πόλις Γανδαρικὴ, Σκυθῶν τὸ ἀκτὴ, Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

CASPAPYRUS, urbs Gandarica. Scytharum verò littus, Hecatæus Aſia.

ΚΑ'ΣΠΕΙΡΟΣ 80, πόλις Πάρθων, πρόσχωρος τ̃ Ἰνδικ̃. Ἡρόδοτος γ'. Τὸ ἐθνικὸν, Κάσπειροι, ὡς Διονύσιος ἐν γ' Βασσαρικῶν· C

CASPIRUS, urbs Parthorum, Indiæ finitima, Herodot. lib. 3. Gentile, Caſpiri, ut Dionyſ. Baſſaric. lib. 3.

Ἐν δέ τε Κάσπειροι ποσὶν κλειτοὶ, ἐν δ' Ἀρειανοί. D

Inter alios Caſpiri pedibus celebres, atque Arieni.

Καὶ πάλιν·

Et rurſus:

Κοσσαῖος γενεὴν Κασπειρόθεν, οἵ ῥά τε πάντων

Coſſæus origine ex-Caſpiro, quique omnium

Ἰνδῶν ὅσοι ἔασιν ἀφαρέστερα γένατ' ἔχουσιν. E

Indorum, quotquot ſunt celeriora genua habent.

Ὅσσον γάρ τ' ἐν ὄρεσσιν ἀρίστοισι λέοντες,

Quantum enim in montibus præſtant leones,

Ἢ ὅσσον Δελφῖνες ἔσω ἁλὸς ἠχήεσσης,

Vel quantum Delphines intra mare ſonorum,

Αἰετὸς εἰν ὄρνισι μεταπρέπει ἀγρομένοισιν, F

Aquila inter aves excellit congregatas,

Ἵπποι τε πλακόεντος ἔσω πεδίοιο θέοντες·

Equique intra campum planum currentes:

Τόσσον ἐλαφρότατοι πάντων προφέρουσι πόδεσσι G

Tantum leviſſimi omnium pedibus excedunt

Κάσπειροι μετὰ φῦλα, τά τ' ἄφθιτος ἔλλαχεν ἠώς.

Caſpiri inter gentes, quas æterna aurora ſortita eſt.

Ἔδει ἂν ὡς Στάγειρος Σταγειρίτης, ἕτω Κάσπειρος Κασπειρίτης. Ἀλλ' οἱ βάρβαροι Ἑλληνικὸν ἀναλογίαν οὐ φυλάττουσι. H

Debebat igitur, ut Stagirus, Stagirites, ſic Caſpirus, Caſpirites; ſed barbari Græcam analogiam non ſervant.

ΚΑ-

CA-

77 Κάσος, μία τ̃ Κυκλάδων.] Caſos, una Cycladum memoratur illo verſiculo, innominato poeta, qui legitur apud Homerum Il. 2. v. 676. de qua ſic Strabo lib. 10. Ἡ Κάσος ἡ ταύτης μὲν ἀπέχουσα ἑξήκοντα ἢ ἑβδομήκοντα ἐπὶ σταδίους· ἀπὸ Σαλμωνίδος δ' ἄκρας τ̃ Κρήτης διήκουσιν ὕφαλοι πέντε ἢ ἕξ σταδίων ἀγούσας· ἐπὶ δὲ ταύτῃ ἡ πόλις ὁμώνυμος, καὶ Κασίων νῆσοι καλούμεναι πλείους ἀπὸ αὐτῆς. i.e. *Caſos verò ab hac* [Carpatho] *abeſt* LXX *ſtadiis, à Salmonio verò promontorio Cretæ* CCL *circuitum autem habet* XXC. *eſt in ea urbs ejuſdem nominis, & Caſiorum inſulæ dictæ plures circa eam.* Valde diverſa eſt diſtantia à Carpatho ad Caſum, quam tradit Plinius ab illa Strabonis. Sic enim ille de hac inſula loquitur lib. 4. c. 12. *Inde* [à Carpatho] *Rhodum Africo vento quinquaginta M. paſſ. à Carpatho ad Caſon* VII. *M. à Caſo Samonium Cretæ promontorium* XXX. M. Sed de rebus Geographicis fides habenda eſt Straboni potius, quam Plinio præſertim in rebus, quæ magis ad Græcos, quam ad Latinos pertinent.

78 Ἐκαλεῖτο δ' Ἄμφη, καὶ Ἀστράβη.] Caſos inſula vocabatur etiam *Amphe*, & *Aſtrabe*, pro Ἄμφη legendum puto Ἄχνη, quod duabus conjecturis fulcire conabor: prima, quia ſic appellatur à Plinio lib. 5. c. 3. *Rhodiorum inſulæ, Carpathus, quæ mari nomen dedit; Caſos, Achne olim.* Secunda, quia Caſos inſula olet Phœniciam originem & Hebraïce קש *Cas* exprimit ſtipulam & ἄχνη Græce idem ſignificat, Heſych. Ἄχνη, τὸ ἄχυρον. i. e. *Achne, ſtipula.* Aſtraben etiam dictam Caſon inſulam tradit Plinius lib. 4. c. 12. *Caſus, quæ Aſtrabe, Cimolus, quæ Echinuſſa.*

79 Κασπάπυρος, πόλις Γανδαρικὴ.] Caſpapyrus, urbs Gandaryca, & Scytharum litus ex Hecatæi Aſia memoratur, à nemine, quod ſciam, memorata. Gandarica verò erat Indiæ quædam regio, ut refert noſter in Γάνδαρα. Coſmographus autem lib. 7. c. 1. celebrat Gandaras & Caſpiræos Indiæ populos. Veterum Scythæ erant Indiæ finitimi, ut videre eſt ex eodem autore libro citato.

80 Κάσπειρος, πόλις Πάρθων, πρόσχωρος τ̃ Ἰνδικ̃.] Caſpirus, urbs Parthorum Indiæ adhærens celebratur ex Herodoti lib. 3. apud quem nulla fit mentio hujus urbis, at Caſpapyrus apud eum memoratur libro citato c. 102. lib. 4. c. 44. ex qua Scylax Caryandenſis & alii profecti ſunt, à Dario Perſarum rege miſſi, ut explorarent, ubi Indus fluvius mari immergitur, ut rerum monumentis tradit idem autor libro, capiteque ultimo citato.

ΚΑΣΠΙΑ, θάλασσα[81], οἱ ἐξ αὐτῆς Κάσπιοι, καὶ Κάσπιον ὄρος, καὶ Κάσπιοι ἄνδρες, καὶ Κασπία γῆ, καὶ Κάσπιον. Λέγεται καὶ Ὑρκανία ἡ Κασπία. Τινὲς δὲ ταύτας διακρίνουσι. Φασὶ δὲ τὴν ἔξω θάλασσαν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων, Ὠκεανόν· οἱ δὲ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντες, μεγάλην θάλασσαν· οἱ δὲ Ἕλληνες, Ἀτλαντικὸν πέλαγος. Γίνεται δὲ Κασπιανὸς ἐκ τῆς Κασπίας, ὡς Καρδιανός. A

CASPIUM mare, qui ex eo Caspii, & Caspius mons, & Caspii viri, & Caspia terra, & Caspium. Dicitur etiam Hyrcania *Caspia*. Aliqui has distinguunt. Exterius verò mare multi barbari, oceanum, qui verò Asiam incolunt, magnum mare. Græci autem *Atlantium pelagus* vocant. A Caspia verò fit Caspianus, ut Cardianus. B

ΚΑΣΑΝΔΡΕΙΑ[82], πόλις Μακεδονίας, πρὸς τῇ Θράκῃ, ἥτις ποτὲ Ποτίδαια λεγομένη, ἀπὸ Κασάνδρου τοῦ Ἀντιπάτρου υἱοῦ. Ὁ πολίτης, Κασανδρεύς. Ποσείδιππος δὲ ὁ κωμῳδιοποιὸς, ἐξ οὗ Κυνίσκος Κασανδρέως. C

CASANDRIA, urbs Macedoniæ, juxta Thraciam, aliquando *Potidæa* dicta, à Casandro Antipatri filio. Civis, Casandreus. Posidippus verò comicus poëta, filius erat Cyniſci Casandrei.

ΚΑΣΣΑΝΙΤΑΙ[83], ἔθνος ἐν τῇ θαλάσσῃ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσης· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς· ἐντεῦθεν ἐκδέχεται τὸ Κασσανιτῶν ἔθνος. D

CASSANITÆ, gens in littore maris rubri. Marcianus in ejus Periplo: *Hinc excipit Cassanitarum gens.*

ΚΑΣΣΑΝΟΡΟΣ, πόλις Αἰγυπτία, ἧς μέμνηται Ἔφορος κς'. Τὸ ἐθνικὸν, Κασσανορίτης. E

CASSANORUS, urbs Ægyptia, cujus meminit Ephorus libr. 26. Gentile, Cassanorites.

ΚΑΣΣΙΤΕΡΑ[84], νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ, τῇ Ἰνδικῇ προσεχὴς, ὡς Διονύσιος ἐν Βασσαρικοῖς· ἐξ ἧς ὁ κασσίτερος.

CASSITERA, insula in Oceano, Indiæ adhærens, ut Dionyſ. in Baſſaricis, ex qua κασσίτερος, i. e. *ſtannum*.

ΚΑΣ-

CAS-

81 Κασπία θάλασσα.] Celebrat Caſpium mare, Caſpios populos, Caſpium montem, & Caſpiam regionem, quam *Hyrcaniam* quoque vocatam fuiſſe inquit, etſi aliqui eas diſtinguebant; *Caſpium* verò mare, *Hyrcanum* etiam dicebatur, nec cum alio communicabatur, niſi fortè per ſubterraneos meatus. Erat enim veluti lacus aquæ ſalſæ, circa quod olim Turci ignoti habitabant, quod cum Cimmerio Boſphoro per foſſam manu factam communicare voluit Nicator Seleucus, ut ex Claudio Cæſare refert Plin. lib. 6. c. 11. *Claudius Cæſar à Cimmerio Boſphoro ad Caſpium mare* C L. M. *paſſ. prodidit: eaque perfodere excogitaſſe Nicatorem Seleucum, quo tempore à Ptolemæo Cerauno ſit interfectus.* Caſpii populi, quorum regio *Caſpia* dicebatur, tenebant Mediæ occidentalia juxta Armeniam, teſte Ptolemæo lib. 6. c. 2. Hinc Virgilius Æneid. lib. 6. v. 798. *Caſpia regna* uſurpat pro omnibus Aſiæ regnis:

Hujus in adventum jam nunc & Caſpia regna
Reſponſis horrent Divum.

Caſpius verò mons eſt idem qui *Taurus*, ſeu *Caucaſus*, qui plurimis ſe gentium nominibus hinc & illinc implet, à dextra *Hyrcanus*, *Caſpius*, à læva *Pariedrus*, *Moſchicus*, *Amazonicus*, *Coraxicus*, *Scythicus* appellatus, ut teſtatur Plin. lib. 5. c. 17. Ptolemæus autem libro ſupra citato c. 2. & 9. Caſpiam regionem diſtinguit ab Hyrcania. Celebrantur etiam *Caſpiæ portæ*, quæ alibi *Armeniæ*, alibi *Ciliciæ* vocantur, autore Plinio libro capiteque citato. Erant verò interrupta quædam Caſpii montis loca, per quæ tamquam per portas quaſdam tranſitus patebat in Mediam, Armeniam, & Ciliciam.

82 Κασάνδρεια, πόλις Μακεδονίας.] Caſandria, urbs Macedoniæ prope Thraciam, quæ olim *Potidæa*, (alii per duplex *s* ſcribunt) autor noſter ſui oblitus in Ποτίδαια Thraciæ urbem eſſe inquit. Thracia enim & Macedonia erant vicinæ, memoratur Straboni in Excerptis ex ejus lib. 7. Pauſaniæ lib. 5. Plinio lib. 2. c. 58. in qua coli lapidem inquit, qui de cœlo ceciderat.

83 Κασσανῖται, ἔθνος ἐν τῇ θαλάσσῃ, &c.] Caſſanitæ, populi in ora maritima maris rubri ex Marciani Periplo memorantur Ptolemæo lib. 6. c. 7. inter Arabiæ Felicis populos, quorum præcipua urbs erat Badei regia, Stephano *Badeopolis* dicta.

84 Κασσίτερος, νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ.] Caſſitera, eſt inſula in Oceano, Indiæ vicina, unde ὁ κασσίτερος, id eſt, *ſtannum*, juxta autoris noſtri ſententiam; cujus nulla apud alios fit mentio; at Caſſiterides, quæ ἀπὸ τοῦ κασσίτερος, i. e. *ab ſtanno* quoque nomen habent, à diverſis memorantur, ſed inter eos non convenit de earum numero, & ſitu, etſi Periegeta v. 561. eas locat ſub Hiſpaniæ promontorio Sacro, quas Hiſpanos condidiſſe prodit:

——— Αὐτὰρ ὑπὲρ ἀκρήλιον
Γρὸν, ἰὼ ἐνίπτουσι κάρηνον ἕρδην Εὐρωπείης
Νήσους θ' Ἑσπερίδας, τόθι κασσίτερος ἠμφίβληται,
Ἀφνειοὶ ναίουσιν ἀγαυῶν παῖδες Ἐπήρων.
At ſub promontorio
Sacro, quod perhibent caput eſſe Europæ,
Inſuliſque Heſperidibus [occiduis] *ubi ſtanni origo*
Divites habitant illuſtrium liberi Iberorum.

Ad quem locum Euſtathius ait decem eſſe, quarum unam deſertam eſſe, reliquas habitari, quod ex Strabone deſumpſit. Sic enim iſte de iſtis inſulis loquitur circa lib. 3. calcem: Αἱ δὲ Καττιτερίδες, δέκα ἀλλήλαις εἰσὶ, κεῖνται δ' ἐγγὺς ἀλλήλων, πρὸς ἄρκτον ἀπὸ τοῦ Ἀρτάβρων λιμένος πελαγίαι, μία δ' αὐτῶν ἔρημος ἐστι· τὰς δ' ἄλλας οἰκοῦσιν ἄνθρωποι, &c. i. e. *Caſſiterides inſulæ decem ſunt numero, vicinæ invicem, verſus ſeptentrionem ab Artabrorum portu in alto ſitæ mari; una earum deſerta eſt, reliquas verò incolunt homines, &c.* quas antiquitus ſoli Phœnices noverant, ceteros mortales celabant lucri causâ quod ex ſtanno plumboque illis veniebat, unde cum Romani ſummo ſtudio illarum notitiam indagarent, curſum naucleri cujuſdam obſervantes, nauclerus ille, ne inſulas detegeret, navem in limoſa quædam loca ſponte ſua impegit, ubi & Romani naufragium fecerunt, ipſe autem incolumis evaſit, & ex publico ærario amiſſarum mercium pretium recepit, ut narrat idem autor eodem libro. Quare non eſt mirandum Herodotum dixiſſe, ſe neſcire Caſſiteridas inſulas, unde venit *caſſiteros*, id eſt, *ſtannum*, ut teſtatur Euſtath. ad Dionyſii verſum citatum, quod apud Herodot. lib. 3. c. CXV. reperies, de quibus conſulendis Ludovici Nonii Hiſpaniam c. XCIII.

85 Καστώπη, πόλις ἐν Μολοσσῷ.] Pro ἐν Μολοσσῷ, lege ἐν τῇ Μολοσσίᾳ. Molloſſia enim erat regio Epiri, ut ait noſter in Μολοσσία, in qua Caſſope erat urbs, quæ *Caſſiope portus* dicitur Ptolemæo lib. 3. c. 14. quam in Chaonia Epiri regione locat, aliam verò Caſſiopen celebrat in ejuſd. Epiri regione Caſſiopæorum. 86 Ἡρό-

ΚΑΣΣΩΠΗ [85], πόλις ἐν Μολοσσῷ, ἐπώνυμος τῆ Κασσωπία χώρα. Τὸ ἐθνικὸν, Κασσωπαῖος καὶ Κασσώπιος, καὶ Κασσωπία· ἀπὸ δὲ Κασσώπιος, Κασσωπὰς, ὡς Ἑλικωνιάς. [86] Ἡρόδωρος δὲ Κασσώπους αὐτοὺς φησιν, ἴσως κακῶς πάντες δὲ διὰ δύο σσ· Ἡρωδιανὸς δὲ μόνος δι' ἑνός.

A CASSOPE, urbs in Molosso; denominata à Cassopia regione. Gentile, Cassopæus, & Cassopius, & Cassopia; ab Cassopius, Cassopias, ut Heliconias. Herodorus verò *Cassopos* eos vocat; forsan perperam, omnes per duo *ss* scribunt, Herodianus solus per unum.

ΚΑΣΤΑΒΑΛΑ [87], Κιλικίας καὶ Φοινίκης πόλις· Στεφάνων δυοκαιδεκάτη. Ὁ πολίτης, Καστραβαλεύς· [88] ἡ καὶ Περασία ἐκαλεῖτο.

B C CASTABALA, Ciliciæ & Phœniciæ urbs, Strabo lib. 12. Civis, Castabaleus, quæ etiam *Perasia* vocabatur.

ΚΑΣΤΑΛΙΑ [89], πόλις Κιλικίας· Θεαγένης ἐν Καρικῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Καστελιώτης· ὁ τύπος τῆς Κιλίξι συνήθης.

CASTALIA, urbs Ciliciæ, Theagenes in Caricis. Gentile, Castaliotes, forma Cilicibus consueta.

ΚΑΣΤΑΛΩΝ [90], μεγίστη πόλις Ὠρητανίας, ὡς Ἀρτεμίδωρος τρίτῳ γεωγραφουμένων. Τὸ ἐθνικὸν Καστελωνίτης, ὡς Ἀσκαλωνίτης, Ταρρακωνίτης.

D CASTALON, onis, maxima Oretaniæ urbs, ut Artemidorus tertio Geographumenωn. Gentile, Castalonites, ut Ascalonites, Tarraconites.

ΚΑΣΤΑΝΑΙΑ [91]· Εὔδοξος δὲ διὰ ξ φησί. Λυκόφρων·

Καὶ Καστανάιαν ἀκτέρισον ἐν πέτραις.

Τὸ ἐθνικὸν, Καστανᾶιος. Ἔστι καὶ Καστανία, διὰ ξ ι, πόλις πλησίον Τάραντος. Τὸ ἐθνικὸν, Καστανιάτης.

E CASTANÆA, Eudoxus per *th* scribit. Lycophron:

Et Castaneam insepultam in petris.

Gentile, Castanæus. Est etiam Castania per *i.* urbs prope Tarentum. Gentile, Castaniates.

ΚΑΣΤΑΞ Κάστακος [92], ὡς Νάρυξ Νάρυκος, πόλις Ἰβηρίας. Τὸ ἐθνικὸν Κασυκαῖος, ὡς Νασυκαῖος ὁ Ἀππιανός φησι· Κάστιον ὄρος ἐν Ἀσπένδῳ τῆς Παμφυλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Κά-

F CASTAX, acis, ut Naryx, Narycis, urbs Iberiæ. Gentile, Castacæus, ut Narycæus. Appianus memorat Castnii montis in Aspendo Pamphyliæ. Gentile, Castnius, & Ca-

86 Ἡρόδωρος δὲ Καστώπους αὐτοὺς φησι.] Herodorum dixisse Cassopes, Cassopæ oppidanos, fortasse non bene; inquit noster. Sic etiam eos vocat Scylax in Καστώπιοι, & Strabo lib. 7.

87 Καστάβαλα, Κιλικίας, καὶ Φοινίκης πόλις.] Castabala, Ciliciæ & Phœniciæ urbs ex Strabonis lib. 12. apud quem memorantur non tamquam urbs Ciliciæ, & Phœniciæ, sed tamquam urbs Cappadociæ, ut & Plinio lib. 6. c. 3. at Ptolemæus lib. 5. c. 8. Castabala inter Ciliciæ urbes numerat. Curtius lib. 3. c. 7. *Castabalum* vocat & Ciliciæ adscribit. Castabala Phœniciæ à nemine, quod sciam, memoratur, nisi forsitan sit, quæ Anonymo, quem vulgavit Gothofredus §. 13. dicitur *Castabetia*.

88 Ἡ καὶ Περασία ἐκαλεῖτο.] Inquit Castabala *urbem Perasiam* quoque vocatam fuisse, quod nullius auctoritate confirmat; Strabo verò nos docet Castabalis fuisse Perasiæ Dianæ fanum, sed non inquit *Castabala urbem* Perasiam appellatam fuisse: Οὐ πολὺ δ' ἀπωθεν ταύτης ἐστὶ καὶ τὰ Καστάβαλα, καὶ τὸ Κυβίστρα, ἐπὶ μᾶλλον τῷ ὄρει πλησιάζοντα πολίσματα· ὧν ἐν τοῖς Καστάβαλεις ἐστὶ τὸ τῆς Περασίας Ἀρτέμιδος ἱερόν. i. e. *Haud procul inde Castabala & Cybistra sunt, magis adhuc monti propinqua oppida; quorum Castabalis est Perasiæ Dianæ fanum.*

89 Καστελία, πόλις Κιλικίας.] Castalia, urbs Ciliciæ nemini, quod sciam memoratur: Herodotus lib. 8. c. 39. celebrat Castaliam sub Hyampeo vertice prope Parnassum, à qua *Castaliæ fonti* nomen inter poëtas celeberrimo. Virg. pro omnibus sufficiet. Sic enim ille Georgic. lib. 3. v. 291.

Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: juvat ire jugis, qua nulla priorum
Castaliam molli divertitur orbita clivo.

90 Καστέλων, μεγίστη πόλις Ὠρητανίας.] Quæ Castalon, Græcis, *Castulo* dicitur Latinis, maxima quondam Hispaniæ urbs in Oretania regione, memoratur Straboni, cui Καίτυλον sed perperam pro Καστελὼν lib. 3. dicitur: Τῆς μὲν ἐν Ὠρητανίας, κειμένης δύσεσι ἐστὶ πόλις Καίτυλον, καὶ Ὠρία. i. e. *Oretaniæ primaria urbs est Cætulum, & Oria.* Καστελὼν dicitur Ptolemæo lib. 2. c. 6. ejus oppidanos *Castulonenses* memorat Plin. lib. 3. c. 3. Cæsar quoque de Bello Civili lib. 1. celebrat saltum Castulonensem, de qua urbe sic Mariana Rer. Hispan. lib. 1. c. 12. *Milici nepotes non procul Biatia* [vulgo Baëza] *Castulonem condiderunt in Oretanis, urbem quondam inter primas Hispaniæ nobilem.* Nescio ex quo autore id deprompsit Mariana. Historia enim Hispaniæ illius temporis est valdè incerta, utpote quæ incerta fama, non historicorum fide nitatur.

91 Καστανάια.] Castanæa, nempe urbs celebratur ex Lycophrone, sed nec ex nostro, nec ex Lycophrone constat, cujus regionis fuerit urbs, at hujus Scholiasta ad versum Lycophronis, quem affert noster, inquit fuisse Magnesiæ Thessalicæ urbem, quæ celebratur à Plinio lib. 4. c. 9. sed perperam apud eum scribitur *Castana* pro Castanæa.

92 Κάστακος, πόλις Ἰβηρίας.] Castax, urbs Iberiæ, ex Appiano memoratur, qui ejus fecit mentionem de Bellis Hispan. libro: Ἀφικόμενος δὲ ἐς τὴν Κάστακα ὁ Σκιπίων, τὸ μὲν στρατὸν ἐς τρία διεῖλε, καὶ τὴν πόλιν ἐφρούρει· μοίρας δ' ἐκ ἦρχε, διὰς ἐπὶ τοῖς Καστακαίοις πεφυγόσιν. i. e. *Profectus verò Castacem Scipio, copiis tripartito divisis, urbem obsidebat, pugnam verò* [id est oppugnationem] *non incipiebat, dato Castacæis respiscendi spatio.* Ex Appiani verbis subsequentibus conjicitur fuisse oppidum non longè à Carthagine nova.

93 Καστλὸς, πεδίον Δωριέων.] Hæc sic legenda & interpungenda puto, Καστωλὸς πεδίον, πεδίον Δωριέων, i. e. *Castoli Campus, campus Dorienſium.* Castoli campum verò memorat ex Xenophonte, qui lib. 1. Cyri Anabasis in libri fronte de hoc campo ita loquitur: Κύρου δὲ μεῖς πέμψαντος λόχους τοὺς δορυφόρους, ἧς αὐτὸν σατράπην ἐποίησε, καὶ στρατηγὸν δὲ αὐτὸν ἀπέδειξε πάντων, ὅσοι εἰς Καστωλὸς πεδίον ἀθροίζονται. i. e. *Cyrum verò* [Darius ejus pater] *arcessit à præfectura, cujus eum satrapam fecerat, atque ducem designavit omnium, quicumque ad Castoli campum congregantur.*

94 Ὅπ

Κάσνιος, ἡ Κάσνιον, ἐξ οὗ ἡ Κασνιήτης. Ἔδει δὲ ἦν Κασνιώτης, ὡς Πηλιώτης. A

ΚΑΣΤΟΛΟΙ[93], πεδίον Δωριέων, ὡς Ξενοφῶν. Ἐκλήθη δ',[94] ὅτι Κασώλης τὰς Δωριεῖς οἱ Λυδοί φασιν. Ἦν δὲ πόλις ἐν Λυδίᾳ Κάσωλος. Τὸ ἐθνικὸν Κασώλιος, ὡς Σπαρτώλιος· ἡ τὸ κλητικὸν, Κασωλικός. B

ΚΑΣΣΩΡΙΟΝ[95], τὸ πορνεῖον. Ἀριστοφάνης·

Ἐν Καζσωρίοισι λείχων.

Ὁ οἰκήτωρ, Καζσωρίτης. Καὶ θηλυκῶς Καζσωρίτις, ἡ Καζσωρία. C

ΚΑΤΑΒΑΘΜΟΣ[96], τόπος ἐν Λιβύῃ, μεταξὺ Αἰμμωνος καὶ Παραιτονίου. Ὁ οἰκήτωρ Καταβαθμίτης, ὡς Φέλλος Φελλίτης.

ΚΑΤΑΚΕΚΑΥΜΕΝΗ[97], χώρα τῆς Ἐφεσίας· Στραβὼν τρισκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Καταικεκαυμενίτης·[98] ἄδενδρος ἅπασα, πλὴν τῆς ἀμπέλου, ἧς τὸν Καταικεκαυμενίτην φέρουσιν οἶνον. Εἰκάζουσι δέ τινες,[99] ἐκ κεραυνοβολίας πεπηρῶν συμβῆναι. Ἔστι καὶ νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. D E

ΚΑΤΑΝΗ[1], πόλις Σικελίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· μεθ' ἣν Κατάνη πόλις, ὑπὲρ ἣν ὄρος Αἴτνη. Ἀπὸ δὲ τοῦ Κατάνης Χαρώνδας, ὁ Ζαράσημος

Castnium, ex quo & Castnietes. Debebat verò esse Castniotes, ut Peliotes.

CASTOLI, campus Dorienſium, ut Xenophon. Sic verò vocabatur, quod *Caſtolos* Dorienſes Lydi vocabant. Erat verò Caſtolus urbs in Lydia. Gentile, Caſtolius, ut Spartolius, & poſſeſſiv. Caſtolicus.

CASSORIUM, lupanar. Ariſtophanes:

In Caſſoriis lingens.

Incola, Caſſorites, & fœmin. gen. Caſſoritis, & Caſſoria.

CATABATHMUS, locus in Libya; inter Ammonem, & Parætonium. Incola, Catabathmites, ut Phellus Phellites.

CATACECAUMENE, regio Epheſiæ, Strab. lib. 13. Gentile, Catacecaumenites: tota ſine arboribus, excepta vite, quæ Catacecaumeniten vinum fert. Aliqui verò conjiciunt hoc accidiſſe ex ignea fulminum jaculatione. Eſt etiam inſula in rubro mari.

CATANE, urbs Siciliæ. Hecatæus Europa: *Poſt verò Catane urbs; ſupra autem mons Ætna.* Ex Catane verò erat Charondas

94 Ὅτι Κασώλης τὰς Δωριεῖς, &c.] Dorienſes iſti, quos *Caſtolos* Lydi vocabant, longè diverſi erant à Dorienſibus Doridis inter Ætoliam & Locros Ozolos, & à Dorienſibus Peloponneſi, ingenue fateor me neſcire qui & ubi terrarum fuerint, niſi forſitan ſint incolæ Doridis Cariæ, quam regionem celebrat Ptolemæus lib. 5. c. 2.

95 Κασσώριον, τὸ πορνεῖον.] *Caſſorium*, id eſt, *lupanar*, præter literarum ordinem locum occupat, quo vitio peccat plerumque epitomator noſter, apud Etymologici magni autorem Κασωρὶς, dicitur ἡ πόρνη, i. e. *meretrix*, & κασωρεύσασα ἡ πορνεύσασα, i. e. *quæ meritricatur.*

96 Καταβαθμὸς, τόπος ἐν Λιβύῃ, &c.] Catabathmos, locus in Libya inter Ammonem, & Parætonium, Ptolemæus lib. 4. c. 5. duo hujus nominis loca memorat, ſcilicet *Catabathmum magnum*, & *parvum*, noſter de parvo loquitur, ut videre eſt ex Ptolemæi libro capiteque citato; *Catabathmos* verò Græcè ſonat *deſcenſum* Latine.

97 Καταικεκαυμένη, χώρα τῆς Ἐφεσίας.] Catacecaumene, regio Epheſiæ ex Strabonis lib. 13. memoratur, apud quem non Epheſiæ regioni, ſed Myſiæ, ſeu Meoniæ adſcribitur: Μεθ' ἣν ταῦτ' ἐστὶν ἡ Καταικεκαυμένη λεγομένη χώρα, μέρος μὲν τῆς πεδιαδοσίων καλουμένων, πλάτος δὲ τριακοσίων, εἴτε Μυσίαν χρὴ καλεῖν, εἴτε Μηονίαν· λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως. i. e. *Poſt hæc verò eſt regio, quæ* Catacecaumene *dicitur, longitudine etiam* 10 *ſtadiorum, latitudine* CCCC. *ſive ea* Myſia, *ſive* Meonia *eſt appellanda, utroque enim modo dicitur.*

98 Ἄδενδρος ἅπασα, πλὴν τῆς ἀμπέλου, &c.] Sunt verba Strabonis interrupta, quæ integra apud eum lib. 13. ſic habentur: Ἄπασα ἄδενδρος, πλὴν ἀμπέλου τῆς τὸν Καταικεκαυμενίτην φέροντος οἶνον, κάδους τοὺς ἐλαχίστους ἀργῆ λεπτόμορον. Ἔστι δὲ καὶ ἐπιφάνεια πεφρωδὴς τὸ πεδίον· ἡ δ' ὀρεινὴ καὶ πέτρωδης, μέλαινα, ὡς ἂν ἐξ ἐπικαύσεως. Εἰκάζουσι μὲν οὖν τινες ἐκ κεραυνοβολιῶν, καὶ πεπήρων συμβαίνειν τὸ τοιοῦτον· καὶ ἐκ δυσὶ δὲ τοῖς τοῦ Τυφῶνα ἀνάγουσι μυθολογεῖν. i. e. *Arboribus caret dempta vite, quæ vinum Catacecaumenitem gignit nulli nobilium virtute inferius; Camporum ſuperficies eſt cinericia, montana verò ſaxoſa & nigra, veluti ex aduſtione: conjiciunt itaque aliqui ex fulminibus & preſteribus hoc accidiſſe, nec dubitant id fabulam Typhonis referre.*

99 Ἐκ κεραυνοβολίας πεπήρων συμβῆναι.] Lege ex Strabonis verbis nota proximè præcedenti allatis: ἐκ κεραυνοβολιῶν, καὶ πεπήρων συμβῆναι. Sed eodem Strabonis loco pro ἅπασα ἄδενδρος, leges ex autore noſtro ἄδενδρος ἅπασα.

1 Κατάνη, πόλις Σικελίας.] *Catane* Græcis, *Catana* Latinis, vulgò Italis *Catania*, urbs Siciliæ notiſſima, & nunc & olim ex hujus inſulæ præcipuis, patria Charondæ Philoſophi, ac legiſlatoris celeberrimi, cujus incolæ *Catanæi* Græcè, *Catanenſes* dicuntur Latine: à Naxiis conditam fuiſſe autor eſt Strabo lib. 6. Thucydides verò lib. 6. Chalcidenſes ex Naxo profectos eam condidiſſe refert; ab Hierone Syracuſanorum tyranno deductis eo aliis colonis vocata fuit *Ætna*, ideo à Pindaro Pyth. Od. 1. *Ætnæus* vocatur; ad partes vocandus eſt Strabo ex libro citato: Καὶ ἡ Καζάνη δ' ἐστὶ Ναξίων τῶν αὐτῶν κλίσμα. Ταυρομένιον δὲ τὴν Ὑβλαῖον Ζαγκλαίων· ἀπέβαλε δὲ τοὺς οἰκήτορας τοὺς ἐξαρχῆς ἡ Καζάνη, κληρούχους ἔτεροι Γέρωνος τοῦ Συρακοσίων τυράννου, καὶ προσαγορεύουσι αὐτὴν Αἴτνην ἀντὶ Καζάνης. i. e. *Catana autem eſt Naxiorum colonia, Tauromenium verò Zanclæorum, qui Hyblæ erant. Priſtinos autem incolas Catana amiſit, deductis eo aliis ab Hierone Syracuſanorum tyranno, & appellante eam* Ætnam *pro Catana.* Sed ex eodem Strabonis libro conſtat, Catanenſes poſtliminio reverſos ſub mortem Hieronis incolas illos expuliſſe, ſepulchrumque tyranni diruiſſe: Καὶ δὴ τὸν τελευτῶντα τοῦ Γέρωνος καλεσάντες οἱ Καζαναῖοι, τούς τε ἐνοίκους ἐξέβαλον, καὶ τὸν τάφον αὐτοῦ κατέσκαψαν· οἱ δὲ Αἰτναῖοι προσχωρήσαντες, Ἐνησίαν καλέσαντες, τὴν Αἴτνης ὁρεινὴν ὠκησαν, καὶ προσηγόρευσαν τὸ χωρίον Αἴτνην, διέσχον δὲ Καζάνης σταδίους ὀγδοήκοντα· καὶ τὸν Γέρωνα οἰκιστὴν ἀπέφηναν. i. e. *Sub mortem verò Hieronis Catanenſes poſtliminio reverſi inquilinos expulerunt, ſepulchrumque tyranni diruerunt, at Ætnæi cedentes loco Emeſiam nomine regionem Ætnæ montanam incoluerunt, & appellarunt locum* Ætnam *diſtantem à Catana ſtadiis* XXC. *& Hieronem conditorem declarârunt.* Non longe diſtabat ab Ætna monte, ejus enim favillam Catanam uſque pervenire ſcribit Plin. lib. 3. c. 8. quæ hujus urbis agros fœcundabat, ut apparet ex eodem Strabone libro citato: Ἡ μὲν ἐν σποδὸς λυπήσασα ποτὲ καιρὸν, διεγαττεῖ τὴν χώραν γόνιος ὕστερον· δύσπεπτον γὰρ παρέχεται καὶ χρηστόκαρπον, τὰ ἄλλα οὐκ ὁμοίως ἴσης δύσης. i. e. *Cinis igitur ille cum triſtitia ad tempus afficiat terram, poſtea beneficio eam impertit: reddit enim eam vinetis lætam ac bonæ-frugi-feracem, cum reliqua non ita præſtet vini-bonitate.*

2 Κί-

σημ. τ. ὁ Ἀθήνῃσι νομοθετῶν. [2] Κέκλησαι δ' ἔτως, ἐπειδὴ κατέβη [3] πρὸς τ. Ἀμελιανὸν ποταμὸν ἡ Θεοκλέους τ. Χαλκιδέως ναῦς, ἣν Δωριεῖς χωρὶς τ. υ ναῦν φασιν· ἢ ὅτι τῆς Αἴτνης καταβεβείσης τὰ ἄνω καὶ κάτω, γέγονεν. Ἔστι καὶ ἄλλη κατὰ ναῦλι τῆς Λέσβε, πληθυντικῶς λεγομένη. Τὸ ἐθνικὸν Καταναῖος, καὶ θηλυκῶς καὶ ἀδετέρως.

rondas insignis legislatorum, qui Athenis fuerunt. Sic verò vocata fuit, quoniam ad Amelianum fluvium Theoclis Chalcidensis navis descendit, quam Dores sine *y* ναῦν dicunt, vel quod Ætna dejecto, quæ erant supra, infra fuere. Est & alia è regione Lesbi pluraliter dicta. Gentile, Catanæus, & fœm. & neutro genere.

ΚΑΤΑ'ΝΕΙΡΑ, ἀδετέρως πόλις, ὡς Θεόπομπος λε' Φιλιππικῶν. Ὁ οἰκητὴς Καταναιρεύς, ὡς Μεγαρεύς.

CATANIRA, neutro genere, urbs, ut Theopompus lib. 35. Philippicor. Incola, Catanireus, ut Megareus.

ΚΑΤΑΟΝΙ'Α [4], μοῖρα ἐσχάτη τ. Ταύρε. Στράβων δὲ Καππαδοκίαν ταύτην φησίν. Οἱ οἰκοῦντες Καταόνες, ὡς τ. Λυκαονίας Λυκάονες.

CATAONIA, pars ultima Tauri, Strabo verò *Cappadociam* hanc vocat. Incolæ, Cataones, ut Lycaoniæ, Lycaones.

ΚΑΤΑΝΝΟΙ'. Ἔθνος πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

CATANNI, gens juxta mare Caspium. Hecatæus, Asia.

ΚΑ'ΤΡΗ, πόλις οὐκ Ἰωνικὸν ἔχουσα τρόπον, ὡς Ἡρωδιανὸς φησὶ τ. Ὀλυκρῆς γεγράφων. Τὸ ἐθνικὸν Καῖρος, ὡς Ἀσκραῖος.

CATRE, urbs non Ionicum habens modum, ut Herodianus de Olycre scribens. Gentile, Catræus, ut Ascræus.

ΚΑΤΤΑΒΑΝΙ'Α [6], καὶ οἰκία τ. δυδαίμονος Ἀραβίας· Στράβων ἐκκαιδεκάτῃ. Φέρει δὲ τ. λιβανωτὸν ἡ Κατταβανία, σμύρναν δὲ ἡ Χαλεσμωνίτις. [6] Τὸ ἐθνικὸν, Κατταβανός.

CATTABANIA, habitatio Arabiæ felicis, Strabo lib. 16. *Fert verò thus Cattabania. Myrrhan verò Chatramonites.* Gentile, Cattabaneus.

ΚΑ'ΤΤΟΥΖΑ [7]. Ὅθεν δὴ τὰς γεράνους ὁρμᾶν, τὸ χωρίον Ῥακώλιν προσαγορεύεσθαι. Τ'πὸ δὲ Καρῶν, Τυζούλοι ἐκαλοῦντο.

CATTUZA, unde grues exire, regionem *Rhacolen* appellari, [*dicunt*] à Caribus *Tuffyli* vocabantur.

ΚΛΑΥ'-

CLAU-

2 Κέκλησαι δ' ἔτως.] Duas nominis Catanæ, urbis Siciliæ affert etymologias, utrasque ex Græcorum fermento confectas. Magis ingeniosa est quam affert Bochartus Geographiæ Sacræ part. 2. lib. 1. c. 28. à nomine נטע *Ketana*, i. e. *parva*, si probassèt Catanam à Phœnicibus conditam fuisse; sed, cum contrarium appareat ex Thucydide & Strabone libris nota præcedenti citatis, labat Bocharti etymologia à lingua Phœnicia desumpta.

3 Πρὸς τ. Ἀμελιανὸν ποταμόν.] Lege, πρὸς τ. Ἀμβρανὸν ποταμόν, i. e. *ad Amenanum fluvium.* Amenanus enim dicebatur amnis, qui per Catanam fluebat, ut patet ex Stabonis lib. 5. Καθάπερ καὶ τ. Ἀμβάνιν συμβαίνειν φασὶ, τ. Δι' Κατάνης ῥέοντα· ἐκλείπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη, καὶ πάλιν ῥεῖ. i. e. *Sicut Amenano fluvio evenire perhibent per Catanam fluenti: qui per multos annos deficit, & iterum fluit.* Quod expressit Ovid. Metamorphosis lib. 15.

Necnon Sicanias volvens Amenanus arenas,
Nunc fluit, interdum suppressis fontibus aret.

Qui fluvius nunc vulgo *Judicello* dicitur autore Cluv. Sicil. Antiquæ lib. 1. c. 9.

4 Καταονία, μοῖρα ἐσχάτη τ. Ταύρε, &c.] Cataonia, pars ultima montis Tauri, quam Strabo *Cappadociam* vocat, scilicet lib. 12. ubi ejus descriptionem reperies; erat Cappadociæ pars Commagenæ prætenta, autore Plinio lib. 6. c. 3.

5 Καταβανία, καὶ οἰκία τ. δυδαίμονος Ἀραβίας.] Catabania, habitatio, id est, regio felicis Arabiæ celebratur ex Strabonis lib. 16. cujus affert verba malè sana quæ apud eum sic leguntur: Φέρει δὲ λιβανωτὸν μὲν ἡ Καταβανία, σμύρναν δὲ ἡ Χατραμωνῖτις· καὶ ταύτας δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἀρώματα μεταβάλλονται πρὸς ἐμπόρους. Ἐρχόμενοι δὲ πρὸς αὐτὰς ἐξ Ἑλαναῶν μὲν εἰς Μιναίων ἐπεδρομήκασι ἡμέρας. Ἔστι δ' ἡ Ἕλανα πόλις οὐ πρὸ ἑρῶ κυχῶ τ. Ἀραβίε κόλπε, τῷ κῷ Γάλλῳ τῷ Ἐλανίτῃ καλουμένῳ, καθάπερ εἰρήκαμεν. i. e. *Fert verò thus quidem Catabania, myrrham autem Chatramotitis, & hæc & alia aromata cum mercatoribus permutantur. Veniunt verò ad eos ex Elanis quidem in Minæam in diebus septuaginta. Est autem Elana urbs in altero recessu Arabici sinus, qui apud Gazam est nomine Elaniticus, quemadmodum diximus.* Quare apud Stephanum pro ἡ Κατταβανία leges ἡ Καταβανία, pro ἡ Χαλεσμωνίτης scribes Χαλεσμωνῖτις.

6 Τὸ ἐθνικὸν κατταβανός.] Incolæ Catabaniæ regionis Arabiæ felicis Straboni dicuntur Καταβανεῖς, quos inquit esse ex quatuor maximis gentibus, quæ partem illam Arabiæ incolunt, ejus ex lib. 16. hic subjiciam verba: Καθ' ἑκάς τὸ μέγιστα τέτταρα ἔθνη τῶν ἐσχάτων λιχθείσαν χώραν. Μιναῖοι μὲν οὖν τ. πρὸς τῶν Ἐρυθρῶν μέρη πόλις αὐτῶν ἡ μεγίστη Κάρνα [ἡ Καρανά.] ἐκάλουν δὲ τ. τῶν Σαβαίων· μητρόπολις δ' αὐτῶν Μαρίαβα· τρίτοι δὲ Καταβανεῖς, καθήκοντες πρὸς τὸ στενὸ, καὶ τῶν Δι' Ἀδάσων δ' Ἀραβίε κόλπε· τὸ δὲ βασίλειον αὐτῶν Τάμνα καλεῖται· πρὸς ἕω δὲ μάλιστα Χαλεσμωνῖται· πόλιν δ' ἔχουσι Καβάτειον. i. e. *Habitant vero quatuor maximæ nationes ultimam regionem dictam; Minæi quidem, in parte ad Rubrum* [mare] *civitas eorum maxima Carna*, [sive Carana,] *his finitimi sunt Sabæi, quorum metropolis Mariaba: Tertii verò Catabanenses, pertingentes ad angustias & transitum Arabici sinus, eorum regia vocatur Tamna. Ad orientem autem maxime Chatramotitæ, urbem habent Cabatanum.*

7 Κάττυζα, ὅθεν τὰς γεράνους ὁρμᾶν [φασι,] &c.] Cattuza, cujus regionis fuerit urbs, nobis divinandum relinquit; erat verò urbs Thraciæ, sic à barbaris vocata, cum ante *Gerania* vocaretur, ut narrat Solinus c. 16. quod ex Plinio desumpsit. Sic enim ille lib. 4. c. 11. *Gerania, ubi Pygmæorum gens fuisse proditur, quos* Catizos *barbari vocant, credunt a gruibus fugatos.* At Stephani verba de hac urbe mutila Salmasius ex Stephani codice, quem habebat, in suis Plinianis in Solinum exercitationibus fol. 164. sic restituit: Κάττυζα πόλις Θρᾴκης, ἣν ἡ κληῖσκεν οἱ Πυγμαῖοι, οἱ οἰκήτορες Κατταζοὶ ὅθεν δὴ τὰς γεράνους ὁρμᾶν τὸ χωρίον Ῥακώλιν προσαγορεύεσθαι. i. e. *Cattuza, urbs Thraciæ, in qua habitabant Pygmæi, incolæ Cattuzi, unde grues proficisci, regionem* Rhacolen *appellari* [ajunt.]

ΚΛΑΥΔΙΟΝ [8], ὡς Ῥήγιον, πόλις Ἰταλίας· Διονύσιος ἐκκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν Κλαυδῖνος, ὡς αὐτὸς φησι· ἡ Κλαυδῖνα θηλυκόν.

CLAUDIUM, ut Rhegium, urbs Italiæ. Dionysius lib. 16. Antiquit. Roman. Gentile, Claudinus, ut idem inquit. Fœminin. Claudina.

ΚΑΝΙΝΔΑΝΑ, Ἰσαυρίας κώμη· Καπίτων Ἰσαυρικῶν ἔκλω. Ὁ κωμήτης, Κανινδανεώτης.

CANINDANA, Isauriæ vicus, Capito rerum Isauricarum lib. 6. Vici incola, Canindaneotes.

ΚΑΥΚΑΣΟΣ [9], τὸ ὄρος, ὑρῶν μέγιστον. Τὸ ἐθνικὸν Καυκάσιος, ἡ Καυκασία θηλυκῶς ἀπὸ τῆς χώρας. Ἀφ' οὗ τὸ Καυκασιανὸς, ὡς Καυσιανὸς, καὶ ἑτέρως Καυκάσιον λέγεται καὶ Δρὺς ἡ Καύκασις ἐξ οὗ τὸ Καυκασίτης, [10] ὡς τὸ Οὐασίτης, τῆς Οὐάσιος.

CAUCASUS, mons, montium maximus. Gentile, Caucasius, & Caucasia fœm. gen. de regione. Unde Caucasianus, ut Cassianus, & in neut. gen. Caucasium, dicitur etiam per *i*. Caucasis, à quo Caucasites, ut Uasites à genit. Οὐάσιος.

ΚΑΥΚΩΝΕΙΑ [11], χώρα τῶν Καυκώνων. Γέγονε ἢ ἀπὸ τοῦ Καύκωνος ὠνικῆς, ὡς Μάρων Μάρωνος Μαρώνεια, Χείρων Χειρώνεια, Βυζάντιος Βυζάντια. Τὸ ἐθνικὸν Καυκωνείτης, ὡς Ζελείτης. Ἐκλήθη ἢ ἀπὸ βασιλέως Καύκωνος, ἢ ποταμοῦ. Ὤφειλε ἢ Καυκώνιος, ἀπὸ τοῦ Καύκωνος ὠνικῆς, ὡς Ἀνδρώνιος. Λέγεται καὶ Καυκωνὶς, καὶ Καυκωνιὰς, καὶ Καυκωνίτης.

CAUCONIA, regio Cauconum, à genit. Cauconis, ut Maron, onis, Maronia, Chiron, onis, Chironia, Byzantius, Byzantia. Gentile, Cauconites, ut Zelites. Sic verò vocata fuit à rege Caucone, vel à fluvio. Debebat autem formari Cauconius, à genit. Cauconis, ut Antronius. Dicitur etiam, Cauconis, & Cauconias, & Cauconites.

ΚΑΥΛΙΚΟΙ [12], ἔθνος πρὸς τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Κέκληται δ' ἀπὸ ὄρους. Ἀπολλώνιος μετὰ τοῦ α Καυλιακῶν φησι.

CAULICI, gens juxta Ionium sinum, Hecæ. Europa. Sic verò fuit vocata à monte, Appollonius cum à *Cauliacorum* scribit.

ΚΑΥΛΩΝΙΑ [13], πόλις Ἰταλίας, ἣν Αὐλω-

CAULONIA, urbs Italiæ, quam Auloniam

8 Κλαύδιον, ὡς Ῥήγιον, πόλις Ἰταλίας.] Claudium urbs memoratur ex Dionysii Rom. antiquit. lib. 16. quæ Ptolemæo lib. 3. c. 1. dicitur φόρος Κλαυδίου, i. e. *forum Claudii*, sed idem autor duas hujus nominis Italiæ urbes celebrat, alteram Centronum, alteram Tuscorum, de quibus videsis Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 1. c. 13. apud Stephanum præter literarum ordinem occupat locum.

9 Καύκασος τὸ ὄρος, ὑρῶν μέγιστον.] Caucasus mons, montium maximus vocatur ab Stephano, erat idem, qui *Taurus* & *Caspius*, de quibus nominibus suo loco, sed illo nomine præcipuè à poëtis celebratur, atque pro quibuslibet asperrimis montibus usurpatur. In hoc sensu inquit Dido apud Virg. Æneid. lib. 4. v. 365.

Nec tibi diva parens, generis, nec Dardanus autor
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres.

De quo Plin. lib. 5. c. 17. *Caspius mons est idem, qui Taurus seu Caucasus, qui plurimis se gentium nominibus hinc & illinc implet, à dextra Hyrcanus, Caspius, à læva Pariedrus, Moschius, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatur.* Inter Euxinum & Caspium mare Iberia & Albania ad meridiem divisa describitur ab Strabone lib. 11. à quo *Caucasiæ portæ* dicebantur, ubi erant angustiæ inter eum & mare Caspium. Erat adeò excelsus, ut ejus cacumina ad tertiam noctis partem solaribus radiis illustrari prodat Arist. Meteorologic. lib. 1. c. 13. Ejus summas partes *Colicos montes* vocari tradit noster in Κῶλοι. In hoc monte Prometheum vinctum aquila, seu vulture ejus jecur depascente fabulantur poëtæ, quod paucitatem hominum dolens, ignem è rota solis surripuerit, quo homines ex luto formatos animavit, unde Virg. Ecloga 6. v. 40. canit:

Hinc lapides Pyrrhæ jactos, Saturnia regna
Caucaseasque refert volucres, furtumque Promethei.

10 Ὡς τὸ Οὐασίτης, τὸ Οὐάσιος.] In his suspicor inesse mendum, legendum existimo Ὡς τὸ Αὐασίτης, τὸ Αὐάσιος. Auasis enim & Hyasis, & Oasis, à quibus fit Αὐασίτης, Ὑασίτης, Οὐασίτης reperitur, sed non Οὔασις.

11 Καυκώνεια, χώρα τῶν Καυκώνων.] Cauconia, regio Cauconum circa Pontum & Bithyniam, qui ad Teium & Parthenium usque flumen Henetis finitimi habitabant, ut refert Strabo lib. 12. eos quoque memorat Ptolemæus lib. 5. c. 1.

12 Καυλικοὶ, ἔθνος πρὸς τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ.] Caulici, gens juxta Ionium sinum ex Hecatæi Europa, celebrantur, quos Apollonius *Cauliacos* vocat, ut ait noster; Caulici à nemine, quod sciam, memorantur; quos Apollonius non vocavit *Cauliacos*, sed *scopulum Cauliaci* celebrat Argonautic. lib. 4. v. 324.

Αὐτὰρ ἐπεί τ' Ἄγγυρον ὄρος καὶ ἄπωθεν ἐόντα
Ἄγγυρον ὄρεος σκόπελον ἐπὶ Καυλιακῆϊ
(Ὧι ὅσσα δὴ χίζων Ἴστρος ῥόον ἔνθα καὶ ἔνθα
Βάλλῃ ἀλὸς) πεδίον τε Ταλαύριον ἠμείψαντο.

Verum ubi Angurum montem & procul distantem
Ab Anguro monte scopulum Cauliacum
(Quem circa diffindens Ister huc & illuc
Mittit in mare) campumque Talaurium transierunt.

Ad quem locum in ejus Scholiis hæc leguntur: Ὁ δὲ Καυλιακὸς σκόπελος τῆς Σκυθίας, πλησίον δὲ Ἴστρου, ὃ μνημονεύει Πολέμων ἐν πρώτῳ Ἰταλικῶν καὶ Σικελικῶν. Πολλοὶ γράφουσιν Ἄγγυρον ὄρος, καὶ Ἄγγυρα, καὶ Ἀγγύρα ὄρεος· ἄλλοι δὲ Καυκασίου, Καυλιακῆϊο. i. e. *Cauliacus scopulus Scythiæ, prope Istrum, cujus meminit Polemo in conditu Italicarum, & Sicularum* [urbium:] *multi scribunt Angurum montem, & Angyrum montem, & Angyri montis* [apud Apollonium scilicet] *pro Caucasi verò, Cauliaci.*

13 Καυλωνία, πόλις Ἰταλίας, &c.] Caulonia, urbs Italiæ, quæ jam Strabonis & Plinii ætate erat deserta, prius *Aulonia* dicta fuit ἀπὸ τοῦ αὐλῶνος, i. e. *à convalle*, inquit noster; quod ex Strabonis lib. 6. habet. Sic enim ille de hac urbe loquitur: Μεταξὺ δὲ τοῦ Σάγρου Ἀχαιῶν κτίζεται Καυλωνία, πρότερον δ' Αὐλωνία λεγομένη ἀφ' ὧν προεκείμην αὐλῶνα, ἔστι δ' ἔρημος. Οἱ γὰρ ἔχοντες ἐν Σικελίᾳ τοὺς βαρβάρους ἐξέπεσον, καὶ τὴν οἰκεῖ Καυλωνίαν ἔκτισαν. i. e. *Post Sagram sequitur Caulonia ab Achæis condita, prius* Aulonia *dicta propter*

Αὐλωνίαν Ἑκαταῖος καλεῖ, ἀφ' τὸ μέσην Αὐλῶν εἶναι. [14] Ἀπὸ γὰρ τ Αὐλῶνος, ὕστερον μεταωνομάσθη Καυλωνία· ὡς ἀπὸ Μεταβόυ ἥρωος τὸ Μεταπόντιον, καὶ Ἐπίδαυρος, Ἐπίταυρος, καὶ αἱ Κλαζομεναί. [15] Ἔστι καὶ ἄλλη Σικελίας. [16] Ἔστι καὶ ἄλλη Λοκρῶν. Ὁ πολίτης Καυλωνιάτης, ὡς Ἀπολλωνιάτης· καὶ θηλυκὸν Καυλωνιάτις, καὶ Καυλώνιος.

loniam Hecatæus vocat, quod media inter Aulonen sit. Ab Aulone enim, postea *Caulonia* nominata fuit, ut à Metabo heroë, Metapontium, & Epidaurus, Epitaurus, & Clazomenæ. Est & alia Siciliæ. Est & alia Locrorum. Civis, Caulonias, ut Apolloniates: & fœmininum, Cauloniatis, & Caulonius.

ΚΑΥΝΟΣ [17], πόλις Καρίας, ἀπὸ Καύνου, ἧς Βίβλις ἐρασθεῖσα, φεύγοντος ἐκείνου. Ὅθεν ἡ παροιμία, [18] ὁ Καύνιος ἔρως. Ἔστι ἡ νοσώδης. [19] Ὅθεν καὶ Στρατόνικος ὁ κιθαρῳδὸς ἰδὼν ὀπιμελῶς χλωρὰς τὰς Καυνίας, ἔφη·

CAUNUS, urbs Cariæ, à Cauno, cujus amore Biblis soror capta, illo fugiente, unde parœmia, *Caunius amor*. Est verò morbida, unde Stratonicus citharœdus diligenter inspiciens virides Caunios inquit:

Οἷπερ φύλλων γενεή, τοίη ἡ καὶ ἀνδρῶν. — *Quale est foliorum genus, tale est & virorum.*

[20] Ἔστι καὶ ἄλλη πόλις ἐν Κρήτῃ. [21] Τὸ ἐθνικὸν Καύνιος, καὶ Καυνία, καὶ Καυναῖος.

Est & alia urbs in Creta. Gentile, Caunius, & Caunia, & Caunæus.

ΚΑΥ-

CAY-

propter convallem antejacentem; est autem deserta, qui enim eam tenebant in Sicilia à barbaris expulsi sunt, & illic Caulonium condiderunt. Ejus arces celebrat Virg. Æneid. lib. 3. v. 553. A Campanis eversam fuisse prodit Pausanias lib. 6. Καυλωνία ἡ ἀπωκίσθη μὲν ἐς Ἰταλίαν ὑπὸ Ἀχαιῶν, οἰκισθεὶς ἡ ἐπὶ τῷ αὐτῆς Τύφων Αἰγιεύς. Πύρρῳ δὲ Αἰακίδῃ καὶ Ταραντίνων ἐς τὰ μάλιστα Ῥωμαίοις πολεμοῦσιν, ἀλλαῖς τε αἱ Ἰταλιῶτιδες πόλεις ἐγένοντο αἱ μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων, αἱ δὲ ὑπὸ τῶν Ἠπειρωτῶν ἀνάστατοι· κρείττους δὲ ἐς ἅπαν ἐρημωθῆναι καὶ τὴν Καυλωνίαν ἀλῶναι ὑπὸ Καμπανῶν, οἳ Ῥωμαίοις μεγίστῃ δὴ συμμαχικῇ μοίρᾳ ἦσαν. i. e. *Caulonia verò Colonia deducta est in Italiam ab Achæis, deductor-coloniæ fuit Typhon Ægiensis; bello autem à Pyrrho & Tarentinis contra Romanos suscepto, aliæ Italiæ civitates à Romanis, aliæ ab Epirotis eversæ fuerunt, Caulonia etiam à Campanis capta & deserta facta fuit, qui maxima pars erant sociorum Romanorum.* Vide quæ in Αὐλὼν nota 70. annotavimus.

14 Ἀπὸ γὰρ τ Αὐλῶνος, &c.] Conatur reddere rationem, quamobrem Aulonia civitas, quæ nomen habebat, ἀπὸ τ αὐλῶνος. i. e. *à convalle*, postea vocata fuit *Caulonia*, sed nullam, quæ convincat, reddit, tantum à similitudine argumentatur, ac inquit: Sicut à Metabo heroë, Metapontium dictum est, & Epidaurus urbs dicta est *Epitaurus*, ita &c. quod fortasse accidit ex quadam nominis corruptione. Sed Clazomenæ urbs nullam habet cum illis connexionem, quare eam ex hoc loco expungendam existimo.

15 Ἔστι καὶ ἄλλη Σικελίας.] Caulonia etiam fuit urbs Siciliæ, cujus mémenit Scylax in Σικελία. Strabo lib. 6. cujus nota 13. proximè præcedenti attulimus verba.

16 Ἔστι καὶ ἄλλη Λοκρῶν.] Celebrat etiam Cauloniam Locrorum, cujus nulla apud alios extat memoria. Servius ad Virg. Æneid. lib. 3. v. 553. supra citatum autor est Locros condidisse in Caulone, monte Calabriæ, oppidum, cujus verba apposuimus, cum egimus de Aulone nota 70. Utrum Stephanus intelligat hanc urbem necne, tuum esto judicium.

17 Καῦνος, πόλις Καρίας.] Caunus, urbs Cariæ. De qua sic Strabo lib. 14. Ἐχεῖ δ' ἡ πόλις εὐέρεια, καὶ λιμένα κλειστὸν ὑπέρκειται τ πόλεως ὃν ὑψηφερέστερον, Ἰμβρος. Τῆς δὲ χώρας διδαίμων ἂν ὅσης, ἡ πόλις δ' ἥρως ὁμολογεῖται πᾶσι πάντων εἶναι δυσαέρης, καὶ δ' μεσοπώρᾳ, ἀφ' τε κυνὸς ἐπιτολῆς, καὶ τὴν ἀφροσίαν τ ὠραίων. i. e. *Habet verò* [Caunus] *urbs navalia, ut portum clausum; supra urbem jacet in altitudine castellum; Imbrus, regio etsi est felix, urbs tamen apud omnes in confesso est habere pessimum aërem, & per autumnum ob æstum & abundantiam pomorum & fructuum hujus generis.*

18 Ὁ Καύνιος ἔρως.] *Caunius amor* est adagium dici solitum de eis, qui ea desiderant, quæ nec fas est concupiscere, nec licet assequi, de quo videsis Erasmum.

19 Ὅθεν καὶ Στρατόνικος ὁ κιθαρῳδὸς ἰδὼν, &c.] Hæc verba sunt Strabonis, sed mutila, quæ apud eum lib. 14. sic se habent: Καὶ δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα διηκριβωμένα φησὶ Στρατονικὸς ὁ κιθαρῳδὸς ἰδὼν ἐπιμελῶς χλωρὰς τὰς Καυνίας, τοῦτ' εἶναι ἔφη τὸ δ ποιηθέ.

Οἷπερ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν·

Μεμφομένων δὲ, ὡς σκώπτοιτο αὐτῶν ἡ πόλις ὡς νοσερᾶς· ἐγὼ, ἔφη, μηπότε θαῤῥήσαιμ' ἂν λέγειν νοσερόν, ὅπερ καὶ οἱ νεκροὶ ἐκφέρονται. i. e. *Quin etiam vulgatum est, Stratonicum citharœdum, cum videret Caunios admodum pallidos, hoc esse, dixisse, illud Poëtæ:*

Qualis foliorum generatio, talis & virorum.

Culpantibus verò eum [Cauniis] *quod eorum urbem morbosam subsannaret; ego, dixit, non ausim dicere morbosam* [urbem] *ubi mortui quoque ambulant.* Erat ditionis Rhodiorum, à quibus cum deficeret, Romanorum sententia, iterum ab eis fuit recepta, qua de re extabat Molonis adversus Caunios oratio, ut prodit Strabo libro citato. Qua in urbe lienosos gigni tradit Plin. lib. 11. c. 37.

20 Ἔστι καὶ πόλις ἐν Κρήτῃ.] Esse quoque aliam Caunum urbem in Creta inquit, à qua Caunii Cariæ se oriundos esse affirmabant, ut testatur Herodotus lib. 1. c. 172. Οἱ δὲ Καύνιοι, αὐτόχθονες, δοκέειν ἐμοί, εἶπι. Αὐτοὶ μὲν σφέας ἐκ Κρήτης φασὶ εἶναι. i. e. *Caunii vero, indigenæ, ut mihi videtur, sunt; ipsi quidem ex Creta ajunt esse.* Memoratur verò ab Scylace in Κρήτη, apud quem perperam scribitur Βαῦκος pro Καῦνος, ut ex nostro autore corrigunt Salmasius, & Isaacus Vossius, Crisæus duo fulmina.

21 Τὸ ἐθνικὸν Καύνιος.] Gentile utriusque urbis, videlicet Cariæ & Cretæ dicitur *Caunius*, & *Caunæus*. Cariæ oppidani Caunii memorantur Ciceroni Epistolarum ad C. Memmium lib. 13. Epist. 56. Idem de divinatione lib. 2. caricas, quæ ex Cauno Cariæ urbe asportabantur *Cauneas* vocat, quæ omen fecere M. Crasso adversus Parthos navim conscendenti, cum quidam caricas Cauno advectas vendens, *Cauneas clamitaret*, quod etiam refert Plin. lib. 15. c. 19. Antiqui *Cauneas*, pro *cave ne eas*, dicebant, ut & *auruncare*, pro *averruncare*, ut annotavit Scaliger ad Festum in voce *Aurum*. Caunum Cariæ nobilitavit Protogenes ille celeberrimus pictor, cujus admirandas picturas recenset Plin. lib. 35. c. 10. & inter ea, illas tres celebres lineas diversi coloris in una linea, prima & tertia ab Apelle, secunda à Protogene; *placuitque* (sunt verba Plinii) *sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum præcipue miraculo, consumptam eam constat priore incendio domus Cæsaris in palatio, avide ante à nobis spectatam, spatiosiore amplitudine nihil aliud continentem, quam lineas visum effugientes, inter egregia multorum opera inani similem, & eo ipso allicientem, omnique opere nobiliorem.* Quæ tabula etsi consumpta incendio, tamen adhuc hodie vivit Plinianis verbis.

ΚΑΥ̓ΣΤΡΙΟΝ[22], πεδίον τ̃ Ἐφεσίας, ἀπὸ Καΰστρου ποταμοῦ, ὃς ἀφ' ὃ τὸ ἔχειν[23] τ̀ κεκαυμμένην χώραν πλησίον, ἐκλήθη. Τὸ ἐθνικὸν, Καϋστρῖνος· καὶ Καϋστρίνη τὸ θηλυκόν. Λέγονται καὶ Καΰστριοι.

A CAYSTRIUM, campus Ephesiæ, à Caystro fluvio, qui, eo quod esset propinquus regioni *Cecaumenæ*, sic vocatus est. Gentile, Caystrinus, & Caystrina fœmininum. Dicuntur etiam Caystrii.

ΚΑΦΗΡΕΥ̓Σ[24], ὄρνιον Εὐβοίας, ὅς ποτε Καφηρεὺς ἐκαλεῖτο. Οὗ πρὸς τὰς πλέοντας ἐκεῖ καθῆρον οἱ Εὐβοεῖς. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμωφώνως. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Καφηρὶς· καὶ κλητικὸν, Καφήρι.

B CAPHEREUS, navale Eubœæ, quod *Cathereus* vocabatur, quid illic Eubœenses navigantes expiabant. Gentile, eodem modo. Fœmineum, Capheris. Possessivum, Capherius.

ΚΑΦΥἸΑ[25], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Κάπυος τ̃ πατρὸς Ἀγχίσου, ἢ ἀπὸ Κηφέως. Οἱ πολίτης Καφυεύς, καὶ Καφυάτης. ὡς Καρυάτης.

C CAPHYIA, urbs Arcadiæ, à Capye Anchisæ patre, vel à Cepheo. Civis, Caphyeus, & Caphyates, ut Caryates.

ΚἈΨΑ, πόλις Χαλκιδικῆς χώρας, κεῖ̓ Πελλαίνην, ὁμορεῖσα τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ. Οἱ πολίτης, Καψαῖος.

D CAPSA, urbs Chalcidicæ regionis, juxta Pellenen, finitima Thermæo sinu. Civis, Capsæus.

ΚΕΡΔΑΝΊΤΑΙ, ἔθνος τ̃ Εὐδαίμονος Ἀραβίας· Οὐράνιος Ἀραβικῶν τρίτῳ.

CERDANITÆ, gens Arabiæ felicis, Uranius Arabic. lib. 3.

ΚΕΒΡΗΊΑ[26], χώρα τ̃ Τρῳάδος,[27] ἀπὸ Κεβρίονος τ̃ Πριάμου. Δίδυμος δὲ Κέβρηνα τὴν πόλιν φησίν. Ἡρωδιανὸς δ', ἀπὸ Κεβρήνου ποταμοῦ.[28] Οἱ οἰκήτωρ Κεβρῆνος, καὶ Κεβρηνεύς, καὶ Κεβρήνιος.

E CEBREIA, regio Troadis, à Cebriono Priami filio, Didymus *Cebrina* urbem vocat. Herodianus verò à Cebrine fluvio. Incola, Cebrenus, & Cebreneus, & Cebrenius.

ΚΕΓ-

CEN-

22 Καΰστριον, πεδίον τ̃ Ἐφεσίας.] Caystrium, campus, seu planicies Ephesiæ regionis. Ephesiam regionem vocat noster, quæ continebat Catacecaumenen, ut videre est in Καταικεκαυμένη. Catacecaumenen verò regionem Strabo lib. 13. cujus verba adduximus in Καταικεκαυμένη, dubitat, Mysiane, an Meonia sit vocanda: Caystrum verò Campum à fluvio cognomine nomen habere refert idem Strabo eodem libro. Erat verò hujus nominis Campus, lacus, fluvius, & pratum, ut videre est ex eodem Strabone libro citato. Caystrium verò fluvium celebrat Hom. Il. 2. v. 461.

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.
Asiæ in prato Caystrii circa fluenta.

Quod Virg. Georgic. lib. 1. imitatus est:

——— *Et quæ Asia circum*
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

Vide quæ in Ἀσία nota 38. annotavimus.

23 Τὸ κεκαυμμένον χώρον.] Lege, τὸν καταικεκαυμένον. Sic enim hæc regio vocatur ab Strabone lib. 13. & ab ipso Stephano in Καταικεκαυμένη.

24 Καφηρεύς, ὄρνιον Εὐβοίας, &c.] Caphereus, Latinis plerumque *Caphareus* dicitur, Stephano est Eubœæ navale, aliis promontorium. Eubœa enim duobus promontoriis fuit insignis, Geresto versus Atticam vergente, Caphareo versus Hellespontum, autore Plinio lib. 4. c. 12. nobile clade Græcorum cum Agamemnone è Troia redeuntium, teste Pausania lib. 4. circa libri calcem: Εοίκασι δὲ αἱ ἀνθρώπειαι τύχαι καὶ χωρία τέως ἀγνωστα ἐς δόξαν προενεγκεῖν. Καφηρέως τε γάρ ἐστιν ὄνομα ἐπὶ Εὐβοίᾳ τοῖς σὺν Ἀγαμέμνονι Ἕλλησιν ἐπιφυομένῳ χειμῶνι συνταῦθα, ὡς ἐνομίζοντο ἐξ Ἰλίου. i.e. *Videntur verò hominum casus & fortuna loca ante obscura in famam provehere; namque Caphereum in Eubœa nobilitavit Græcorum ab Ilio cum Agamemnone redeuntium naufragium.* Memoratur etiam Virgilio Æneid. lib. 11. v. 26.

——— *Scit tristè Minervæ*
Sidus, & Euboicæ cautes, ultorque Caphareus.

De hodierno nomine non convenit inter autores, Sophiano *Chimi*, Nigro & Theveto *Figera* dicitur.

25 Καφυία, πόλις Ἀρκαδίας.] Legendum existimo Καφύαι. Sic enim reperitur apud Polybium, diversis locis. Fuere verò Caphyæ, urbs Arcadiæ memorata Polybio Historiarum lib. 4. Ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ τ̃ Ἀρκαδίας, καὶ πολλὰς ἀναδεξάμενος χίονας καὶ πελαισπορίας ἐν ταῖς ὠδὲ τ̃ Λίγυρχον ὑπερβολαῖς, τῇ τρίτῃ τ̃ ἡμερῶν κατῆρε νύκτωρ εἰς Καφύας. i.e. *Faciens verò iter* [Philippus] *per Arcadiam cum multas nives, atque ærumnas in vertice Ligyrgi montis pertulisset, tertio die pervenit noctu Caphyas.*

26 Κεβρῆνα, χώρα τ̃ Τρῳάδος.] Fidenter legendum Κεβρηνία, χώρα τ̃ Τρῳάδος. i.e. *Cebrenia, regio Troadis*, ex codice Aldino, & ex Strabone, cujus de hac regione sunt verba lib. 13. Ταύτην δ' ὁ ποιητὴς ὑπ' Αἰνείᾳ τάττει καὶ τοῖς Ἀντηνορίδαις, καλεῖ δ' Δαρδανίαν· ἀπὸ δὲ ταύτης Κεβρηνίη, πεδιὰς ἡ πλείστη, πυρώδης πως τῇ Δαρδανίᾳ· ἐν δὲ καὶ πόλις πόλις Κεβρηνή. i.e. *Hanc Homerus sub Æneæ ditione locat & sub Antenoris filiis, & Dardaniam vocat: infra hanc verò est Cebrenia, campestris maxima sui parte, & æqualibus ferè spaciis distans à Dardania; fuit autem & urbs quondam Cebrene.*

27 Ἀπὸ Κεβρίονος τ̃ Πριάμου.] In hoc etiam filii Priami nomine suspicor inesse mendum, quia cum regio sit Κεβρηνία, ille à quo denominatur, eadem paronomasia denominandus est, ergò pro Κεβρίονος legendum est Κεβρηνίου.

28 Οἰκήτωρ Κεβρηνὸς, καὶ Κεβρηνεύς, καὶ Κεβρήνιος.] Incola Cebreniæ regionis dicebatur Cebrenus, Cebreneus, Latino ore Cebrenensis, & Cebrenius. Pro Κεβρήνιος enim, quod est impressoris incuria, legendum est Κεβρήνιος. Duobus prioribus usus est Strabo lib. 13. ubi situm Cebreniæ describit: Τὴν δὲ Κεβρηνίαν ἀνέκειν μέχρι τ̃ Σκηψίας· ὅρον δ' εἶναι τ̃ Σκήψεως μέσον αὐτῶν ῥεῦμα· ἔχθραν δ' ἀεὶ καὶ πόλεμον εἶναι τοῖς τε Κεβρηνίοις, καὶ τοῖς Σκηψίοις, ἕως Ἀντίγονος αὐτοὺς συῴκισεν εἰς τὴν τότε μὲν Ἀντιγόνειαν, νῦν δὲ Ἀλεξάνδρειαν· τοὺς μὲν ἐν Κεβρηνίᾳ ξυμμεῖναι τοῖς ἄλλοις ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ. i.e. *Cebreniam verò pertingere usque ad Scepsiam* [regionem] *terminum autem esse Scamandrum, qui per medium earum fluit. Inimicitiam verò semper fuisse Cebrenis & Scepsiis, donec Antigonus eos transtulit in urbem Antigoniam tunc, nunc autem Alexandriam; Cebrenienses verò mansisse cum aliis civibus in ea, quæ etiam nunc dicitur Alexandria.* Nihil interest, quod apud nostrum scribatur Κεβρηνὸς & Κεβρωνὸς, & apud Strabonem Κεβρωνῖς, & Κεβρωνίας ex forma Κεβρωνὸς & Κεβρωνιὸς. Quod plerumque solet accidere, eadem enim sunt gentilia.

29 Κυ-

ΚΕΓΧΡΕΑΙ [29], πόλις Τρωάδος, ἐν ᾗ διέτριψεν Ὅμηρος, μανθάνων τὰ κατὰ τὸν Τρῶας. [30] Δευτέρα, πόλις καὶ ὑπήνειον Κορίνθου. [31] Τρίτη, Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Κεγχρεάτης. ὡς Κερσεάτης. [32] Λέγεται καὶ Κέγχρεος ὁ Ποσειδῶν, ἀπὸ Κεγχρείου ἥρωος. A

CENCHREÆ, urbs Troadis, in qua commoratus est Homerus, ut de rebus Trojanis certior fieret. Secunda, urbs & navale Corinthi. Tertia, Italiæ. Gentile, Cenchreates, ut Cerseates. Dicitur etiam Cenchrius Neptunus à filio herois Cenchrii. B

ΚΕΔΡΕΑΙ, πόλις Καρίας· Ἐθνικὸν Καὶ Κεδρεάτης, καὶ Κεδρεῖος τροπολλάττως, καὶ Κεδρεατικός.

CEDREÆ, urbs Cariæ, Hecatæus Asia. Gentile, Cedreates, & Cedræus trisyll. & Cedreaticus.

ΚΕΔΡΩΣΣΟΙ [33], ἔθνος παλαιὸν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Τὸ ἐθνικὸν, Κεδρωσσεῖς. C

CEDROSSI, gens prope mare rubrum. Gentile, Cedrossei.

ΚΕΙΡΙΑΔΑ [34], δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης Κειριάδης. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Κειριαδῶν, εἰς Κειριαδῶν, ἐν Κειριαδῶν. D

CERIADA, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Ceriades. Localia, ex Ceriadarum, ad Ceriadarum, in Ceriadarum.

ΚΕΚΡΟΠΙΑ [35], χώρα, καὶ Κεκροπὶς φυλὴ, ἀπὸ Κέκροπος. Λέγεται καὶ Κεκρόπιος, καὶ Κεκροπία, καὶ Κεκροπίτης, τὸ ἐθνικὸν, καὶ θηλυκὸν, Κεκροπίτις· καὶ τὸ ἐκ τόπου ἐπίρρημα, Κεκροπιάθεν. Ἔστι καὶ Κεκροπὶς E χώρα Θρᾴκης. Ἔστι καὶ δῆμος Θεσσαλονίκης· οἱ δημόται, Κεκρόπιοι.

CECROPIA, regio, & Cecropis, tribus, à Cecrope. Dicitur etiam Cecropius, & Cecropia, & Cecropites, gentile, fœminino, Cecropitis, & adverbium ex loco; ex Cecropia. Est & Cecropis regio Thraciæ. Est & populus Thessalonicæ. Populares, Cecropii.

ΚΕ- CE-

29 Κεγχρέαι, πόλις Τρωάδος, &c.] Memorat Cenchreas, urbem Troadis πατρικὸν Homeri celebrem, ingenuè fateor, me nescire, unde hæc desumpserit noster autor. Nemo omnium novit hanc Troadis urbem, in qua commoratum fuisse inquit Homerum, ut de rebus Trojanis certior fieret.

30 Δευτέρα πόλις καὶ ὑπήνειον Κορίνθου.] Secundo loco numerat Cenchreas, urbem, & navale Corinthii: sitæ verò erant in via, quæ Tegeâ ducit Argos per montem Parthenium, & Creopolum, autore Strabone lib. 8. Εἰσὶ δὲ καὶ Ὑσιαὶ, τόπος γνώριμος τῆς Ἀργολικῆς· καὶ Κεγχρειαὶ, αἱ κεῖνται ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ ἐκ Τεγέας εἰς Ἄργος, μεταξὺ Παρθενίου ὄρους, καὶ Κρεοπόλου. Ὅμηρος δ' αὐτὰς ἐκ οἶδεν. i. e. *Sunt & Hysiæ, locus notus Argolicæ; & Cenchreæ; quæ sitæ sunt in via, quæ ducit Tegeâ Argos per montem Parthenium & Creopolum. Homerus eas non novit.* De quibus insignis est locus Plinii ex libro 4. c. 4. *Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, angustiarum termini, longo & ancipiti navium ambitu, quas magnitudo plaustris transvehi prohibet, quam ob causam perfodere navigabili alveo angustias tentavere, Demetrius rex, Dictator Cæsar, Domitius Nero, infausto, ut omnium patuit exitu, incepto, medio hoc intervallo, quod* Isthmon *appellavimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus, antea* Ephyra *dicta, sexagenis ab utroque litore stadiis, è summa sua arce, quæ vocatur* Acrocorinthus, *in qua fons Pirene diversa duo maria prospectans.* De quibus videsis Pausaniæ Corinthiaca.

31 Τρίτη, Ἰταλίας.] Cenchreæ Italiæ adeò ignotæ & obscuræ sunt, ut ne lucerna quidem Antisthenis videri, nec à Tiphye detegi possint.

32 Λέγεται καὶ Κέγχρεος ὁ Ποσειδῶν.] Cenchrius iste Neptunus colebatur Cenchreis Corinthi, autore Pausania Corinthiacis: Κορινθίοις δὲ τοῖς ἐπινείοις τὸ ὀνόμασι Λέχης καὶ Κεγχρίαις ἔδοσαν, Ποσειδῶνος εἶναι καὶ Πειρήνης τοῦ Ἀχελῴου λεγόμενοι· πεποίηται δὲ ὑπ' Ὁμήρου καὶ Λαοδάμαν τὸν Ἀλεύα θυγατέρα εἶναι καὶ Πειρήνην. Ἔστι δὲ ἐν Λεχαίῳ μὲν Ποσειδῶνος ἱερὸν καὶ ἄγαλμα χαλκοῦν· τὸν δὲ ἐς Κεγχρείας ἰόντων ἐξ Γοθμοῦ, ναὸς Ἀρτέμιδος καὶ ξόανον ἀρχαῖον. Ἐν δὲ Κεγχρείαις Ἀφροδίτης τε ἔστι ναὸς καὶ ἄγαλμα λίθου. Μετὰ δὲ ἐπὶ τοῦ ὁδοῦ μάλα τοῦ ἀπὸ θαλάσσης, Ποσειδῶνος χαλκοῦν. i. e. *Corinthiorum verò navalibus Leches & Cenchrias nomina dederunt, qui Neptunii esse filii ex Pirene Acheloi filia dicuntur; in Eæis verò magnis fictum est Ocbali filiam esse Pirenen. Est in Lechæo quidem Neptuni templum & simulachrum æneum; in via, quæ ex Isthmo Cenchreas ducit, est Dianæ templum & signum vetus ligneum. In ipsis verò Cenchreis Veneris est delubrum & marmoreum signum, post ipsum ad maris fluxum est Neptuni quoque signum æneum.*

33 Κέδρωσσοι, ἔθνος πλησίον τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης.] Cedrossi, gens prope mare rubrum, cujus nulla apud alios fit mentio, nisi fortè sint iidem populi, quos noster in Γεδρωσίοις vocat *Gedrosios*. Nec interest, quod hos in India locet; namque India apud veteres non longe distabat à mari rubro.

34 Κειριάδαι, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς.] Ceriada, populus Hippothoontidis tribus memoratur Harpocrationi, Hesychio, Meursio, apud quos num. plur. legitur Κειριάδαι, ex quibus corrigendus est autor noster, sed de hoc populo nihil notabile narratur.

35 Κεκροπία, χώρα, &c.] Cecropia, regio, & Cecropis tribus à Cecrope nomen habere dicuntur; quorum verò fuerint, divinandum nobis relinquit autor noster, sed nullo Oedipo nec ullo Tiphye opus est, præsertim illis, qui in literatura Græcorum non sunt hospites. Cecrops enim fuit rex Athenienſium, qui regioni, Athenienſibus & tribui nomen dedit: Apollodorus lib. 3. ubi de Cecrope: Καὶ τὴν γῆν, πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν, ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ὠνόμασε i. e. *Et regionem, prius dictam Actem, à seipso Cecropiam nominavit.* Oppidum quoque vocasse *Cecropiam*, quæ erat arx Athenis prodidit Plin. lib. 7. c. 56. *Oppidum Cecrops à se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.* Herodotus lib. 8. c. 44. Ἀθηναίους δὲ ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλὰδα καλεομένην, ἔσαν Πελασγοί, ὀνομαζόμενοι Κραναοί· ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος ἐπεκλήθοσαν Κεκροπίδαι· ἐπὶ δὲ Ἐρεχθέος τὴν ἀρχὴν, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν. i. e. *Athenienſes autem sub Pelasgis, eam quæ nunc Græcia nuncupatur tenentibus, erant Pelasgi, nominati Cranai: sub rege verò Cecrope cognominati sunt* Cecropidæ; *Erechtheo verò adepto imperium, mutato-nomine-appellati* Athenienſes *sunt.* A poeta etiam nullius artis experte Æneid. lib. 6. v. 20. *Cecropidæ* vocantur:

——— *Tum pendere pœnas*
——— *Cecropidæ jussi.*

Ex quatuor verò tribubus Athenienſium, prima vocata fuit *Cecropis*, ut apparet ex Jul. Pollucis lib. 8. c. 9. sectione 31. Καὶ αἱ φυλαὶ, τίνες μὲν ἐπὶ Κέκροπος, ἦσαν τέσσαρες, Κεκροπὶς, Αὐτόχθων, Ἀκταία, Παραλία, ἐπὶ δὲ Κρανοῦ μεταμφιεσθέντος, Κραναΐς, Ἀτθὶς, Μεσογαία, Διακρία· ἐπὶ δὲ Ἐρεχθέως, Διὰς, Ἀθηναΐς, Ποσειδωνιάς, Ἡφαιστιάς. Ἀπὸ δὲ Ἰωνος

ΚΕΚΡΥΦΑΛΕΙΑ [36], ἄκρα τις, περὶ Αἰγίνην τὴν νῆσον· οἱ δὲ νῆσον αὐτὴν φασι Πελοποννήσου. Τὸ ἐθνικὸν, Κεκρυφάλειος.

CECRYPHALEA, promontorium quoddam circa quod Æginetæ Athenienſes vicere. Aliqui inſulam eandem Peloponneſi dicunt. Gentile, Cecryphaleus.

ΚΕΛΑΔΩΝΗ, πόλις Λοκρίδος, ὡς Διονύσιος Γιγαντιάδος πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Κελαδωναῖος.

CELADONE, urbs Locridis, ut Dionyſius Gigantiadis primo. Gentile, Celadonæus.

ΚΕΛΑΘΟΙ, ἔθνος Θεσπρωτικὸν, παρατεῖνον τῇ Θετταλίᾳ· Ῥιανὸς δ'. Λέγονται καὶ Κελεθεῖς.

CELETHI, gens Theſprotica finitima Theſſaliæ, Rhianus quarto. Dicuntur etiam Celethei.

ΚΕΛΑΙΘΡΑ, πόλις Βοιωτίας, Ἄρνης πλησίον, ἀπὸ Κελαίθρας.

CELÆTHRA, urbs Bœotiæ juxta Arnen, à Celæthro.

Λείπει τὰ λοιπὰ ξ κε, καὶ τὰ κη, κι, κλ, κν, καὶ τὰ πρῶτα τ κο.

Deſiciunt reliqua ξ ce, *&* ce, ci, cl, cn, *&* *prima* τ co *incipientium.*

ΚΟΡΑΚΟΣ πέτρα [37], τόπος ἐν Ἰθάκῃ· Ὅμηρος. [38] Ὁ τὴν πόλιν οἰκῶν, Κορακοπεραῖος.

CORACOS petra, hoc eſt, *corvi petra*, locus in Ithaca, Homerus. Qui hanc incolit, Coracopetræus.

ΚΟΡΑΚΟΝΗΣΟΣ. Ἀλέξανδρος τρίτῳ Λιβυκῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Κορακονησίτης.

CORACONESUS, Alex. Libycor. lib. 3. Gentile, Coraconeſites.

ΚΟΡΑΞ [39], ὄρος μεταξὺ Καλλιπόλεως καὶ Ναυπάκτου· Πολυβίος εἰκοστῷ. Τὸ ἐθνικὸν Κοράκιος, ὡς Ἄτραξ Ἀτράκιος.

CORAX, mons inter Callipolim, & Naupactum, Polyb. 20. Gentile, Coracius, ut Atrax, Atracius.

ΚΟΡΑΞΟΙ [40], ἔθνος Κόλχων, πλησίον Κώ-

CORAXI, gens Colchorum, prope Colos.

Γων παίδων * ἐπὶ Ἐρεχθέως τε * καὶ Αἰολος, Ὀπλίτης, Αἰγικόρεις * Κάδμις. Ἐπὶ δὲ Ἀλκμαίωνος, δέκα ἐγένοντο ὧν πολλῶν ὀνομάτων, &c. i.e. *Et tribus quidem, uſque ad Cecropem, quatuor fuere, Cecrops, Autochthon, Actæa, Paralia, ſub Cranao autem nonnominatæ ſunt, Cranais, Atthis, Meſogæa, Diacris; ſub Erichthonio vero, Dias, Athenais, Poſidonias, id eſt Neptunia, Hephæſtias, id eſt Vulcania; a filius autem Ionis * ſub Erichthoneo * & Leonte, Opliteæ, Ægicoreis, * Cadeis. Sub Alcmæone vero decem factæ ſunt & multis nominibus, &c.* Illa Pollucis quæ cum aſteriſco ſunt notata corriges ex Herodoto. Sic enim ille de eiſdem tribubus loquitur lib. 5. c. 66. Οὗτοι οἱ ἄνδρες ἐσπουδακότες περὶ δυνάμιος· ἐσσάμενοι δὲ ὁ Κλεισθένης τὰ δήμου παρεστεμείξαντο· ἦν δὲ, τέσσερας ἐόντας Ἀθηναίους, δεκαφύλους ἐποίησε, τὰ Ἴωνος παίδων Γελέοντος καὶ Αἰγικόρεος καὶ Ἀργάδεω καὶ Ὁπλήτου, ἀπαλλάξας τὰς ἐπωνυμίας, &c. i.e. *Hi viri de potentatu per-factiones-contendebant; cum autem vinceretur Cliſthenes, populum aſſociat: poſtea verò, cum Athenienſes in quatuor eſſent diviſi tribus, in decem eos diviſit, cognominibus Ionis filiorum, Geleontis & Ægicoris & Argadei & Hopletis in alia commutatis, &c.* Integra Pollucis verba attulimus in Βερενικίδαι nota 87. ubi egimus de Athenienſium tribubus, & earum nominibus.

36 Κεκρυφάλεια, ἄκρα τις, περὶ ἣν, &c.] Cecryphalia, promontorium quoddam circa quod Ægineta vicerunt Athenienſes, quod ex Thucydide videtur deſumpſiſſe, ſed oſcitanter admodum. Contrarium enim narrat Thucydides lib. 1. Καὶ ὕστερον Ἀθηναῖοι διαμαχόμενοι ἐπὶ Κεκρυφαλείᾳ Πελοποννησίων ναυσὶ, καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι, πολέμιοι δὲ καθεστῶσι τοῖς Αἰγινήταις Ἀθηναίοις, μετὰ ταῦτα ναυμαχία γίγνεται ἐπ' Αἰγίνῃ μεγάλη Ἀθηναίων, καὶ Αἰγινητῶν, καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέροις παρῆσαν, καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι. id eſt, *Poſteaque Athenienſes navali pugna ad Cecryphaliam cum Peloponneſiorum claſſe conflixerunt, & Athenienſes vicerunt, poſt hæc autem bello adverſus Æginetas moto prælium navale magnum ad Æginam fit inter Æginetas & Athenienſes, & ſocii utrinque adfuere, & Athenienſes, Æginetas vicerunt.* Ex quibus patet Athenienſes viciſſe Peloponneſios ad Cecryphaliam, & Æginetas ad Æginam, ubi Thucydidis Scholiaſta inquit, *Cecryphaliam eſſe inſulam ad occidentales partes Peloponneſi.*

37 Κόραξ πέτρα, τόπος ἐν Ἰθάκῃ.] *Coracos petra*, i. e. *Corvi petra* celebratur ex Homero. Erat verò locus in Ithaca inſula prope fontem Arethuſam, ut apparet ex Homeri Il. 13. v. 408. quem noſter affert in Ἀρέθουσα.

38 Ὁ τὴν πόλιν οἰκῶν, Κορακοπεραῖος.] Coracos petræ loci habitator, dicitur autori noſtro Κορακοπεραῖος, Euſtathio ad Homericum verſum nota proxime præcedenti citatum Κορακοπελίτης, ubi Coracis & Arethuſiæ fabulam refert. Inter hanc & præcedentem dictionem plurima deficiunt, ut indicat epigraphe illa, ac cum incidiſſem in Car. Stephani Dictionarium a doctiſſimo viro Nicolao Lloydio nuper auctum, ubi in *Argynnis* inquit, Parrhaſium noſtri Stephani integro codice uſum eſſe. Convenit enim inter eruditos hunc, quem habemus non eſſe, niſi epitomen quandam: eum per literas ſuper his conſului, qui mihi reſcripſit, ſe id hauſiſſe ex Joan. Paſſeratii prælectionibus ſolemnibus in Propertii lib. 11. Eleg. v 1. penes quem fides eſto, de qua dubitabat ille, ut in noſtra ad lectorem admonitione diximus.

39 Κόραξ, ὄρος μεταξὺ Καλλιπόλεως καὶ Ναυπάκτου.] Corax, mons inter Callipolin & Naupactum, Achaiæ ſcilicet, qui vulgo Italis *Lepantho* dicitur, memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 15. Straboni lib. 10. qui eum in Ætolia locat, de quo ſic loquitur Livius libr. 36. cap. 30. *Ut ad Coracem eſt ventum, (mons eſt altiſſimus inter Callipolin & Naupactum) ibi & jumenta multa ex agmine præcipitata cum ipſis oneribus ſunt, & homines vexati, & facile apparebat, quam cùm inerti hoſte res eſſet, qui tam impeditum jaltum nullo præſidio, ut clauderet tranſitum, inſediſſet.*

40 Κόραξοι, ἔθνος Κόλχων, πλησίον Κώλων.] Coraxi, gens Colchorum, prope Colos. Coli verò fuit gens prope Caucaſum montem, ut inquit noſter in Κῶλαι, Coraſphi, ſed perperam, ut puto, dicuntur Ptolemæo lib. 6. c. 14. Strabo lib. 1. celebrat Coraxos Hiſpaniæ populos, quorum lana erat optima. Nunc temporis Hiſpania lanæ copia & præſtantia præſtat omnibus totius orbis terrarum regionibus ſine controverſia.

41 Κο-

Κώλων· Ε᾽καλεῖτο Ἀσία. Κορακξικὸν τεῖχος, καὶ Κορακξικὴ χώρα. A Colos. Hecatæus Asia. Coraxicus murus, & Coraxica regio.

ΚΟΡΔΥΛΟΣ, πόλις Παμφυλίας· Ε᾽καλεῖτο Ἀσία. Τὸ ἐθνικὸν, Κορδύλιος. CORDYLUS, urbs Pamphyliæ. Hecatæus Asia. Gentile, Cordylius.

ΚΟΡΙΣΣΟΣ[41], πόλις τῆς Ε᾽φεσίας, ἀφ᾽ ὃ τὸν Λητὼ τεκεῖσαν, καὶ τὴν Ἄρτεμιν κομίζουσαν γλυφομένην ἐπὶ τὸν τόπον, ἔνιοι βωμὸς αὐτῆς. Τῆς δὲ πυθομένης, τίνος ἐστὶν ὁ τόπος, Κορίσσους εἰπεῖν. Τὸ ἐθνικὸν, Κορισσίτης. [42] Καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ Κόρισσος λέγεται καὶ Κορίσσιος. [43] Καὶ Κορισσία πολίχνιον τῆς Κέω, καὶ Ἐπίνειον. CORISSUS, urbs Ephesiæ, sic dicta, quod Latona pariens, & Dianam ferens natam juxta locum, ubi nunc ara est ipsius, ac interrogans, cujus est locus? *Corissus* dixere. Gentile, Corissites, & fortasse à Corisis dicitur etiam Corisseus, & Corissia oppidulum Ceæ insulæ, & navale.

ΚΟΡΙΝΘΟΣ[44], πόλις ἔσω τοῦ ἰσθμοῦ τῶν Πελοποννήσων· Ε᾽καλεῖτο Εὐρώπη. Ἡ αὐτὴ ἐκαλεῖτο Ἔφυρα, ἀπὸ Ἐφύρου τοῦ Μύρμηκος, τοῦ Ἐπιμηθέως γυναικός. Ἐκαλεῖτο δὲ Ἀκροκόρινθος Ἔπωπη, ἀφ᾽ ὃ τὸ Σίσυφον ἐντεῦθεν ὁρμηθὲν τὴν τῆς Αἰγίνης ἁρπαγὴν. Εἶτα Ἡλιόπολις, ἀφ᾽ ὃ τὸ ξηρὰν εἶναι· εἶτα Πάγος, εἶτα Ἔφυρα. Οἱ πολῖται, Κορίνθιοι· καὶ θηλυκῶς, Κορινθιάς. Καὶ σοφιστὴν, Κορινθιουργός, ὡς Ἀττικιουργός· Ἀπολ- CORINTHUS, urbs intra Isthmum Peloponnesi, Hecatæus Europa. Eadem vocabatur *Ephyra*, ab Ephyro filio Myrmecis, uxoris Epimethei. Vocabatur verò Acrocorinthus, *Epope*, quod illinc Sisyphus ab Jove raptam Æginen viderit, deinde, *Heliopolis*, quod arida esset, postea *Pagos*, postea *Ephyra*. Cives, Corinthii, fœmineum, Corinthias, & compositum Κορινθιουργός, hoc est, *Corinthius operator*, ut Atticus operator, Apollo-

41 Κορισσὸς, πόλις τῆς Ἐφεσίας.] Corissus, urbs Ephesiæ regionis, qui ab Herodoto lib. 5. c. 100. dicitur Κόρησσος cum accentu in antepenultima, per η & per simplex *s*. Ἀπικόμενοι δὲ τοῦ στόλου τούτου Ἴωνες ἐς Ἔφεσον, πλοῖα μὲν καταλιπον ἐν Κορήσσῳ τῆς Ἐφεσίης. i. e. *Iones verò hac classe pervenientes Ephesum, naves quidem reliquerunt apud Coresum Ephesiæ.* Eodem modo appellatur à Pausania lib. 5. Ὡς οἱ τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἔχουσιν τὸ ὀνομαζόμενον Κόρησσον. i. e. *Ut ii, qui Ephesiorum urbis habitant nomine Coresum.* Inter hanc urbem & præcedentem juxta literarum ordinem multa quoque videntur deficere.

42 Καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ Κόρισσος λέγεται καὶ Κορίσσιος.] In Aldina editione legitur ἀπὸ τοῦ Κορίσσου.

43 Καὶ Κορισσία, πολίχνιον τῆς Κέω, καὶ ἐπίνειον.] Corissia, oppidulum in Cea insula, & navale. Memoratur Straboni lib. 10. cujus verba attulimus in Γάλις, in quam inquit Corissiam translatam fuisse; ejus quoque meminit Scylax in Νῆσοι Κυκλάδες, cui Κορησία dicitur, aliis *Corissus*, aliis *Coressus*, Κέως verò insula Latinis dicitur *Cea*, Plin. lib. 4. c. 12. *Deinde Ceos, quam nostri quidam dixere Ceam.* Alii legunt *Ciam*, priorem lectionem confirmat Ovid. in Epist. Acontii ad Cydippen:

Insula Corisiis quondam celeberrima Nymphis
Cingitur Ægæo nomine Cæa mari.

Cæa verò vel Cea eadem est insula, quæ *Tetrapolis* prius dicebatur quod quatuor haberet insulas, postea *Dipolis* dicta fuit, quod ex illis quatuor factæ sint duæ, ut testatur Strabo libro citato.

44 Κόρινθος, πόλις ἔσω τοῦ ἰσθμοῦ τῶν Πελοποννήσων.] Bene nobiscum actum est, jam quando sine periculo virtute duce, comite fortuna Corinthum ingressi sumus, quò juxta adagionem non dabatur omnibus adire, sed illas Virgilii illusas auro vestes, Ephyreaque æra, & illas celeberrimas Veneris ἑταίρας, seu ἱεροδούλας, quæ in illius opulentissimo templo amorum Deæ ministrabant & merebant, ut refert Strabo lib. 8. illic non vidimus. Omnia enim tempus edax consumpsit. Erat Corinthus, quam diversissimus Romuli nepotum pro Lege Manilia *lumen totius Græciæ* vocat, urbs Achaiæ, seu Peloponnesi. Peloponnesus enim in Achaia comprehendebatur, sita in Isthmo ab ea nomen adepto. *Isthmos* vocant Græci quascunque terræ angustias, per quas è peninsula ad continentem itur, sed κατ᾽ ἐξοχὴν de Corinthiaco seu Peloponnesiaco dicebatur, in quo ludi Neptuno celebrabantur. Erat verò urbs duobus inclyta portubus, quorum alter dicebatur *Lecheæ*, alter *Cenchreæ*, illo ad Europæas, hoc ad Asiaticas negociationes utebantur, alter Ionio, alter Ægæo mari imminebat, quare Latinis *bimaris* dicebatur, Græcis ἀμφιθαλάσσιος, Horatius Carm. lib. 1. Od. 7.

Laudabunt alii claram Rhodum, aut Mitylenen
Aut Ephesum, bimarisque Corinthi
Mœnia.

Ovidius Fast. lib. 4.

Adriacumque patens late, bimaremque Corinthum.

Ejus arx dicebatur *Acrocorinthus*. Erat autem mons mœnibus ita circundatus, ut arcis usum præberet, autore Strabone libro citato, ubi erat Pirene fons Musis sacer, olim vocata fuit *Ephyra*, *Pagos*, *Heliopolis*, quod Soli esset sacra. De ejus conditore non convenit inter autores, etsi Plutarchus in libro de malignitate Herodoti eam vocat *Glauci urbem*, ac si à Glauco fuerit condita, cujus fit mentio apud Stephanum in Ἔφυρα. Antiquissimam fuisse ne dubita, quandoquidem memoratur à poëtarum parente Il. 2. v. 570. Ei suos debet natales Periander unus ex septem Græciæ sapientibus. Diogenes etiam celeberrimus ille philosophus præsentia & obitu suo eam nobilitavit, utrumque refert Diogenes Laërtius in eorum vita. Romani ejus potentiam veriti solo æquarunt, ut & Carthaginem eadem de causa, illam duce L. Mummio, hanc Scipione, & vix ullum utriusque urbis relictum est vestigium. Utramque postea Jul. Cæsar instauravit, de qua operæ pretium est audire Florum lib. 2. c. 15. *Tandem ab incolis deserta civitas, direpta primum, deinde tuba præcinente deleta est, quid signorum? quid vestium? quodve tabularum raptum, incensum; atque projectum est? quantas opes & abstulerit, & cremaverit. Hinc scias, quod quidquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nam & æris notam præciosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit injuria, quia incendio perustis plurimis statuis, atque simulachris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxerunt.* Æs Corinthiacum jam ante in summo pretio fuisse constat. Nec est verosimile, quod de metallis refert Florus. Virtus enim illa qua æs Corinthiacum commendabatur, sine dubio procedebat ex quadam occulta vi aquæ fontis Pirenes, ut tradit Nicolaus Leonicus de varia historia lib. 1. c. 58. Si plura de hac urbe scire desideras, præter autores citatos vide Constantinum Porphyrogenetam de Them. lib. 2. Them. 6. Thucydidem lib. 1. Pausaniam in Corinthiacis, & alios.

45 Κό-

Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος Κανωπῷ δευτέρῳ, Κορινθιουργός ἐστι κιόνων σχῆμα. Καὶ Κορινθιακὸς κόλπος, τὸ κληικόν. Καὶ κορινθιάζομαι, τὸ ἑταιρεῖν, ἀπὸ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταίρων, ἢ τὸ μαστροπεύειν· Ἀριστοφάνης ἐν Κοκάλῳ. A

CORILLA, urbs Latinorum, Dionysius lib. 4. Romanæ antiquitatis. Gentile, Corillani.

Κορίλλα[45], πόλις Λατίνων· Διονύσιος πεμπτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Κορίλλανοί. B

CORIOLLA, urbs Italiæ, Dionysius. Gentile, Coriollanus, addito *nus*, ut Myrlea, Myrleanus, adempto *i*.

Κορίολλα[46], πόλις τῆς Ἰταλίας· [47] Διονύσιος καὶ τῆς ὁπλομαχίας. Τὸ ἐθνικὸν, Κοριολλανὸς, κατὰ παράθεσιν τοῦ ν, ὡς Μύρλεα Μυρλεανὸς, καθ' ὕφεσιν τοῦ ι. C

CORIUM, locus in Creta, ἀπὸ κόρης τινὸς, i. e. *à puella quadam*. Civis, Coresius, & palus Coresia, & Minervæ Coresiæ templum, quæ omnia ἀπὸ τῆς κόρη, i. e. *puella* seu *virgo*, facta sunt. Ab Corium verò, analogum Corieus.

Κόριον, τόπος ἐν Κρήτῃ, ἀπὸ κόρης τινός. Ὁ πολίτης, Κορήσιος· καὶ λίμνη Κορησία· καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν Κορησίας· παῦπα ἡ ἀπὸ τῆς κόρη γέγονεν. Ἀπὸ ἧς Κόριον, τὸ ἀνάλογον Κοριεύς. D

CORCYRIS, urbs Ægypti, ut Almyris, Argyris. Pfenyris verò Ægyptius vicus, accentu gravi notatur. Civis, Corcyrites.

Κορκυρὶς, πόλις Αἰγύπτου, ὡς Ἀλμυρὶς, Ἀργυρίς. Ἡ ἢ Ψενύρις Αἰγύπτιος κώμη, βαρυτόνως. Ὁ πολίτης, Κορκυρίτης.

CORNICLUS, urbs Latinorum. Dionysius lib. 3. Romanæ Antiquitatis. Gentile, Corniclanus. E

Κορνίκλος[48], πόλις Λατίνων· Διονύσιος τρίτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Κορνικλανός.

KORICONDAME, prope Sinopen, Artemidorus lib. 11. Geograph. Gentile, Coricondamites, & palus Coricondamitis. F

Κορικονδαμίη[49], πλησίον Σινώπης· Ἀρτεμίδωρος ἑνδεκάτῳ γεωγραφουμένων. Τὸ ἐθνικὸν, Κορικονδαμίτης· [50] καὶ λίμνη Κορικονδαμίτις.

KO-

45 Κόριλλα, πόλις Λατίνων.] Corilla, urbs Latinorum ex Dionysio Rom. Hist. lib. 4. apud quem Κορίλλη legitur. Viderint doctiores, fueritne eadem quæ in sequenti dictione dicitur *Coriolla*. Illa enim præter literarum ordinem occupat locum.

46 Κορίολλα, πόλις τῆς Ἰταλίας.] Coriolla, urbs Italiæ ex Dionysio celebratur, qui eam memorat Rom. antiquit. lib. 6. Τῇ δὲ πρώτην ἡμέρᾳ τῶν δυνάμεων ἀναλαβὼν στρατηγῶν ἐπὶ Κορίολλαν πόλιν ἐπιφανῆ σφόδρα, καὶ ὥστε ἂν μητρόπολιν τῶν Οὐόλσκων. i. e. *Sequenti die cum copiis Coriollam petit, urbem valde insignem, & quasi metropolin Volscorum*. Latini plurali numero *Coriolos* vocant, oppidanos *Coriolanos*, unde Marco *Coriolano* nomen, quos Plinius lib. 3. c. 5. inter LIII. populos, qui ex antiquo Latio fine vestigiis interierunt, numerat.

47 Διονύσιος καὶ τῆς ἐπιτομῆς.] Hæc verba mutila, sic concipienda esse existimo Διονύσιος ἕκτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας, καὶ τῆς ἐπιτομῆς. i. e. *Dionysius lib. 6. Rom. antiquitatis & in epitome*. Hujus enim urbis meminit Dionysius libro sexto, cujus verba nota præcedenti attulimus, & idem scripsit librorum suorum epitomen, autore Photio. Quod verò ad *iota* ademptum attinet, id ait, quia Μύρλεια plerumque dicitur, sed aliquammulta gentilium *iota* primitivi abjiciunt, ut in Κορώνεια nota 77. annotavimus.

48 Κόρνικλος, πόλις Λατίνων.] Corniclus, urbs Latinorum ex Dionys. Rom. antiquit. lib. 3. celebratur, quæ Latinis dicitur *Corniculus*. Græci enim nomina Latina in *ulus*, adempto priore *u*, & ultimo in *os* verso proferunt, ut Κόρνικλος, Λέντλος, Τυσκλανὸς, *Corniculus*, *Lentulus*, *Tusculanus*, & alia hujusmodi, tamen Dionysius libro citato, more Latino *Cornicolon* vocat: Μετὰ δὲ τὴν Κολατίας παράδοσιν ἐπὶ τὸ καλούμενον Κορνικολον ὁ βασιλεὺς Ταρκύνιος ἐστράτευσεν, ἦν δὲ κώμην Λατίνων ἔθνης πόλις. i. e. *Post Colatiæ deditionem adversus Cornicolon exercitum-duxit rex Tarquinius, erat verò & illa Latinorum gentis urbs*. Memoratur etiam Livio lib. 1. c. 38. & c. 39. ubi tradit Tarquinium eam cepisse, ac inde Servii Tullii matrem gravidam, viro occiso, captivam abduxisse, quæ ob nobilitatem servitio prohibita puerum in Tarquinii domo peperit, cui Tarquinius postea filiam suam despondit, ac hinc factum, ut serva natus crederetur. Plin. lib. 3. c. 5. eam numerat inter LIII. populos, qui ex antiquo Latio interiere sine vestigiis.

49 Κορικονδάμη, πλησίον Σινώπης.] Coricondame, prope Sinopen. Literarum ordo exigit, ut Corocondame scribatur. Quinam locus fuerit, omisit dicere, Strabo nos docet fuisse pagum quendam, ubi desinebat *Bosporus Cimmericus*: sic angustiæ Mæotidis paludis appellabantur. Illius ex lib. 11. sunt verba: Πλησίον δὲ κώμη Παλαγοὺς, ἀφ' ἧς ἐπὶ κώμην Κορωκονδάμην ἑκατὸν στάδιοι· αὕτη δ' ἐστὶ τοῦ Κιμμερικοῦ καλουμένου Βοσπόρου πέρας· καλεῖται δὲ ὅτως ὁ στενωπὸς, ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος, λαβὲ τὸ κῆ τὸ Ἀχίλλειον, καὶ τὸ Μυρμήκιον στενῶν ἀξιολογίνων μέχρι τοῦ Κορωκονδάμου, καὶ τὸ ἀνίκα εἱρμὸν αὐτῇ κώμιον τῆς Παντικαπαίων γῆς ὁμοῦ Ἄκρα, ἑξακοσίους σταδίους διειργόμενον πορθμοῦ. i. e. *Prope pagus est Patræus: à quo ad pagum Corocondamen* CXXX. *Ipse est finis* Bospori Cimmerici. *Sic verò vocatur angustia in ostro Mæotidis, ab eis quæ juxta Achilleum & Myrmecium sunt, pertingens usque ad Corocondamen, & huic oppositum parvum vicum Panticapæorum terræ, qui* Acra *dicitur, frete stadiorum* LXX *interceptum*.

50 Καὶ λίμνη Κορικονδαμίτις.] Quemadmodum pro Κερκονδάμη legendum est Κορωκονδάμη, quod ordo literarum exigebat, & ex Strabonis loco nota præcedenti citato, confirmavimus. Sic pro Κορικονδαμίτις, legendum ex eodem Strabone Κορωκονδαμῆτις. Fuit verò Corocondametis palus magna supra pagum illum Corocondamen memoratum, à quo nomen accepit; Strabo lib. 11. Ὑπέρκειται δὲ τῆ Κορωκονδάμης διμεχθὴς λίμνη, ἣν καλοῦσι ἀπ' αὐτῆς Κορωκονδαμῆτιν· ἐκδίδωσι δ' ἀπὸ δέκα σταδίων τῆ κώμης εἰς τὴν θάλατταν ἐμβάλλει εἰς τὴν λίμνην ἀποῤῥώξ τις ἧ Ἀνίκειτος πόλεμος, καὶ ποιεῖ νῆσον ἀπέκλυστόν τινα ταύτη τε λίμνη, καὶ τῆ Μαιώτιδι καὶ τῷ πόλεμῳ. i. e. *Supra Corocondamen palus est bene-magna quam vocant ab ipso pago* Corocondametin; *immergitur mari decem stadiis à pago; influit verò in paludem divertigium quoddam Anticitæ fluvii, insulamque efficit quandam clausam & hac palude, & Mæotide, & fluvio*.

51 Κο-

ΚΟΡΩΜΑΝΗ [51], πόλις πρὸς τὸν Περσικὸν κόλπον· [52] Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Κορωμανιὸς, ἀπὸ τοῦ τύπου τῶν Περσῶν. Παραιτακηνοὶ γὰρ, ἀπὸ Παραιτάκης.

A COROMANE, urbs ad sinum Persicum, Marcianus in ejus periplo. Gentile, Corocomanius, propter Persarum formam. Parætaceni enim à Parætace dicitur.

ΚΟΡΩΠΗ [53], πόλις Θεσσαλίας. Ὁ πολίτης, Κορωπαῖος. Νίκανδρος ἐν Θηριακοῖς·

— ἢ ἐν Ἀπόλλων —

Μαντείας Κορωπαῖος ἐθήκατο, καὶ θέμιν ἀνδρῶν.

B COROPE, urbs Theſſaliæ. Civis, Coropæus, Nicander in Theriacis:

— *In qua Apollo* —

Divinationes Coropæus poſuit, & Themin virorum.

Οἱ δὲ ὑπομνηματίσαντες αὐτὸν, Θέων καὶ Πλούταρχος, καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, [54] φασι, Νίκανδρος Ὀροπαῖος, καὶ Ὀροπαῖος Ἀπόλλων. [55] Ἀγνοεῖ δὲ τὸ Ἀμφιαρεῖον. * Ἱερὸν Ἀπόλλωνός ἐστι. [56] Λέγεται δὲ κατ' ἔλλειψιν τοῦ ι, Κοροπαῖος, Κόροπη. Κόροπη δὲ Θεσσαλίας πόλις. Βέλτιον δὲ ὑπονοεῖν ὅτι ἡμάρτηται, [57] καὶ γράφεται Ὀροπαῖος. Ὄροπη γὰρ πόλις Εὐβοίας, ὅπου Ἀπόλλων Ὀροπαῖος ἱερόν.

C Qui verò eum commentati ſunt, Theo, & Plutarchus, & Demetrius ~~Phalereus~~, dicunt, Nicander Oropæus, & Oropæus Apollo. Ignorat verò, quod Amphiarai, templum Apollinis eſt. Dicitur verò per defectum τοῦ ι. Coropæus, Corope. Corope verò Theſſaliæ urbs eſt. Melius verò eſt ſuſpicari, quod error D eſt, & ſcribitur Oropæus. Orope enim urbs Eubœæ eſt, ubi Apollinis celeberrimum templum. *vid. Fabricii Bibl. Gr. l. 2. p. 820.*

ΚΟΡΩΝΤΑ [58], πόλις Ἀκαρνανίας· Θουκυδίδης δευτέρᾳ. [59] Τὸ ἐθνικὸν Κορυκδὺς, ὡς Σαμόσατα Σαμοσατεύς.

CORONTA, urbs Acarnaniæ, Thucyd. lib. 2. Gentile, Coryceus, ut Samoſata, E Samoſateus.

ΚΟΡΩΤΙΩΝ [60], πόλις Αἰκανῶν ἐν Ἰταλίᾳ· Διονύσιος Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν Κορωτίωνιος, ὡς Ἀντρώνιος.

CORUION, Æquanorum urbs in Italia. Dionyſ. Romanæ antiquitatis. Gentile, Coruïonius, ut Antronius.

ΚΟΛ-

COL-

51 Κορομάνη, πόλις πρὸς τὸ Περσικὸν κόλπον.] Coromane, urbs ad Perſicum ſinum, quæ Ptolemæo lib. 6. c. 6. dicitur *Coromanis*.

52 Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν Κορωμάνιος.] In periplo Perſidis Marciani nulla fit mentio urbis Coromanes, nec etiam gentile Κορωμάνιος memoratur, pro quo leges Κορομανιὸς, quod confirmatur exemplo ſequenti Παραιτακηνοί.

53 Κόροπη, πόλις Θεσσαλίας.] Corope, urbs Theſſaliæ celebratur ex Theriacis Nicandri, cujus affert verſiculum, qui apud eum invenitur v. 614. hoc modo:

— ἢ ἐν Ἀπόλλων
Μαντείας Κορυπαῖος ἐθήκατο καὶ θέμιν ἀνδρῶν.
— *In qua Apollo*
Divinationes Corypæus poſuit & Themin virorum.

Sed ex hoc verſiculo non conſtat fuiſſe Coropen Theſſaliæ urbem. Quin etiam autor noſter inquit apud Nicandrum legendum eſſe, Oropæus ab urbe Eubœæ Orope, in qua erat Apollinis templum celeberrimum.

54 Φασὶ, Νίκανδρος, Ὀροπαῖος, καὶ Ὀροπαῖος Ἀπόλλων.] Hæc ſic mihi videntur legenda: φασὶ, Νίκανδρος, Ὠρωπαῖος Ἀπόλλων. i.e. *Dicunt*, [nempe autores præcedentes] *Nicander* [dixit] *Oropæus Apollo*. Alterum igitur ex illis epithetis expungendum, & quod remanet per ω mega in prima & in antepenultima ſcribendum eſt. Ὠρωπὸς enim Eubœæ civitas ſic ſcribitur.

55 Ἀγνοεῖ δὲ τὸ Ἀμφιαρεῖον. ἱερὸν Ἀπόλλωνός ἐστι.] Procul dubio hæc ſunt mutila, quod etiam denotat aſteriſcus ille ad latus poſitus, ſed nec Coi ſenis ope ſanitati reſtitui poſſunt. Forte alludit ad Amphiarai aræ partes, quarum una erat Apollonis, ut videre eſt ex Pauſaniæ lib. 1. Καὶ Ὠρωπίοις ναός τε ἐστιν Ἀμφιαράου, καὶ ἄγαλμα λιθίνου λίθου. Παρίζηται δὲ ὁ βωμὸς μέρη· τὸ μὲν Ἡρακλέους, καὶ Διὸς, καὶ Ἀπόλλωνός ἐστι Παιῶνος. i. e. *Et apud Oropios templum Amphiaro, & eidem e candido lapide ſignum. Habet verò ara partes, quarum una eſt Herculis, & Iovis, & Apollinis Pæonis.*

56 Λέγεται δὲ κατ' ἔλλειψιν τοῦ ι. &c.] Lege, κατ' ἔλλειψιν τοῦ ά. Quia ademto α à Κοροπαῖος remanet Κορόπιος, ſed ademto ι remanet Κορόπαιος, quod in hac forma non habet locum.

57 Καὶ γράφεται Ὀροπαῖος· Ὄροπη γὰρ πόλις Εὐβοίας.] Lege Ὠρωπαῖος· Ὠρώπη γὰρ, &c. Oropus enim civitas Eubœæ, de qua loquitur Ὠρωπὸς dicebatur, ac eodem modo ſcribendum eſt Ὠρώπη.

58 Κόροντα, πόλις Ἀκαρνανίας.] Coronta neut. plur. urbs Acarnaniæ memoratur ex Thucydidis lib. 2. qui ejus meminit libro citato. Καὶ ἀποβάντες ἐς τὴν μεσόγειαν τῆς Ἀκαρνανίας, τετρακοσίοις μὲν ὁπλίταις Ἀθηναίων τῶν ἀπὸ τῶν νεῶν, τετρακοσίοις δὲ Μεσσηνίων, καὶ ἐκ τε Στράτου, καὶ Κορώντων, καὶ ἄλλων χωρίων, ἄνδρας ἃ δοκεῖν βεβαίους εἶναι ἐξήλασαν, καὶ Κυνήτην τὸν Θεολύτου ἐς Κόροντα κομιζομένους, ἀνεχώρησαν· πάλιν ἐπὶ τὰς ναῦς. i. e. *Et egreſſi ex navibus in mediterranea-loca Acarnaniæ, cum quadringentis militibus armatis Athenienſium, ac totidem Meſſeniorum, & ex Strato & Corontis, & aliis oppidis, viros, qui videbantur dubiæ fidei, ejecerunt, & Cynetem Theolyti Coronta deducentes ad naves redierunt.*

59 Τὸ ἐθνικὸν, Κορυκδύς.] Quis non videt legendum eſſe, τὸ ἐθνικὸν, Κορωνδύς, quod etiam confirmat gentile, quod affert in exemplum prioris. A Coronta enim dicitur *Coronteus*, ut à Samoſata, Samoſateus.

60 Κορωτίων, πόλις Αἰκανῶν ἐν Ἰταλίᾳ.] Corüion, urbs Æquorum in Italia celebratur ex Dionyſio, qui eam lib. 10. Rom. antiquit vocat Κορτίωνα. Ejus ſunt quæ ſequuntur: Αἰκανοίτε, οἱ νεωστὶ κατὰ πολεμικὴν ἐλθόντες ἐν τοῖς ὅπλοις αὐθις ἦσαν καὶ οἱ μὲν ἀκμαιότατοι αὐτῶν νυκτὸς ἐλάσαντες ἐπὶ Κορτίωνα πόλιν, ἣν ἐν τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ Ῥωμαίοις παρέδοσαν, τήν τε φρουρὰν τὴν ἐν αὐτῇ κειμένην οὐρίους κατέσφαξαν. i. e. *Æquani etiam, nuper devicti, rursus erant in armis, & valentiſſimi eorum per noctem invadentes Corbionem urbem, quam præterito anno Romanis tradiderant, cum inveniſſent præſidium, quod in ipſa erat ſopitum jugularunt.* Quos Græci *Æcanos* vocant, Latini dicunt *Æquos*, Liv. lib. 3. *Sequuntur Conſules, Q. Minutius, M. Horatius Pulvillus. Cujus initio anni quum foris otium eſſet, domi ſeditiones, iidem tribuni, eadem lex faciebat, ulteriuſque ventum foret, ni, velut dedita operâ, nocturno impetu Æquorum Corbione amiſſum præſidium, nunciatum eſſet. Senatum conſules vocant, jubentur ſubitarium ſcribere exercitum & in Algidum ducere.* Ab Horatio conſule everſam fuiſſe apparet ex ejuſdem Dionyſii libro citato: Ὀράτιος τροψάμενος τοὺς πολεμίους, καὶ πολλὰ τῆς χώρας αὐτῶν κακώσας, τῆς τε Κορτίωνος τὸ τεῖχος καθελὼν πάσας, καὶ τὰς οἰκήσεις σὺν ἥμισυ λίαν ἀνελὼν, ἀπῆγε τὴν δύναμιν ἐπ' οἴκου. i. e. *Horatius, hoſtibus fuſis, magnaque eorum agri parte vaſtata, Corbioniſque mœnibus ſolo æquatis, & ædificiis funditus everſis domum reduxit exercitum.*

ΚΟΛΠΗΔΟΙ[61], Θρᾳκῶν. [62] * τινὲς Ἀ Ἀ ρᾴβων ζ'. Ἡ χώρα ἡ Κολπιλικὴ ἡ γὰρ Αἶνος κεῖται κ τὴν πρὸς ἕω Ἀψυνθίδα. Νῦν ὁ Κολπιλικῶν λεγόμενος.

COLPEDI, Thracum, ... aliqui Arabum, 7. regio Colpedica. Ænus enim jacet juxta priorem Apſynthidem, nunc verò *regio Colpilicorum* dicta.

ΚΟΡΣΕΑΙ[63], νῆσος τῆς Ἰωνίας, ἀνὰ μέσον Σάμου· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἡρωδιανὸς Κορσία, διὰ τοῦ ι. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Κορσεάτης.

CORSEÆ, insula Ioniæ, è regione Sami, Hecatæ. Europa, Herodianus Corsia per i ſcribit. Gentile, Corſeates.

ΚΟΡΣΙΣ[64], νῆσος ἐν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει, ἀπὸ Κόρσης δούλης βουκόλου. Λέγεται καὶ Κορσική. Τὸ ἐθνικὸν, Κορσοί.

CORSIS, insula in Tyrrheno pelago, à Corſe bubulci ſerva. Dicitur etiam Corſica. Gentile, Corſi.

ΚΟΡΥΔΑΛΛΑ[65], πόλις Ῥοδίων. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Κορυδαλεῖς.

CORY-DALLA, urbs Rhodiorum Hecatæ. Aſia. Gentile, Corydalei.

ΚΟΡΥΔΑΛΛΟΣ[66], δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Κορυδαλλεύς. Τὰ τοπικὰ, Κορυδαλλόθεν Κορυδαλλόνδε, Κορυδαλλοῖ.

CORYDALLUS, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Corydalleus. Localia ex-Corydallo, ad-Corydallum, in-Corydallo.

ΚΟΡΥΛΕΙΟΝ[67], κώμη πρόσημος ἐν Παφλαγονίᾳ, ἀπὸ Κορύλλα βασιλεύσαντος. Ὁ οἰκήτωρ, Κορυλιεύς.

CORYLEUM, vicus inſignis in Paphlagonia, à Corylla rege. Incola, Corylieus.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΝ[68], ὄρος ἐπὶ τῷ Ἐπιδαυ-

CORYPHÆUM, mons in Epidaurio, in

61 Κολπηδοὶ, Θρᾳκῶν.] Colpedi, ſupple ἔθνος. i.e. *gens* Thracum, Plinio lib. 4. c. 11. *Corpilli* dicuntur.

62 * Τινὲς Ἀρᾴβων ζ', &c.] Locus eſt inſigniter corruptus, quem Salm. in ſuis Plinianis in Solin. exercitationibus fol. 158. E. ſic corrigit: Κολπίλοι, Θρᾳκῶν ἔθνος, ἡ χώρα Κολπιλικὴ. ἡ γὰρ Αἶνος κεῖται κ τὸν πρότερον Ἀψυνθιάδα, νῦν ὁ Κολπιλικὸς λεγόμενον. i. e. *Colpili*, *Thracum gens*, *regio Colpilica*. *Ænus enim jacet juxta regionem*, *quæ prius* Apſynthias, *nunc verò* Colpilica *dicitur*. Sed ſeries literarum apud Stephanum indicat, Κορπλοὶ ſcribendum.

63 Κόρσεια, νῆσος τῆ Ἰωνίας, ἀνὰ μέσον Σάμου.] Corſeæ, inſula Ioniæ, è regione Sam. ex Hecatæi Europa memoratur, cujus quoque meminit Strabo lib. 14. cui *Corſiæ* dicuntur: Τῆς δὲ Τρωγιλίας προκείται νησίον ὁμώνυμον· οὐδέτερον δὲ τοῦ ἐγγυτέρω διαπλοῦ ἐστιν ἐπὶ Σάνιον σταδίων χιλίων ἑξακοσίων· κατόπιν δὲ Σάμου ἐν δεξιᾷ ἔχον καὶ Ἰκαρίαν, καὶ Κορσίας. i. e. *Ante Trogilium jacet parva-inſula ejuſdem nominis*; *inde proximè ad Sunium trajectus eſt ſtadiorum* CIↃIↃC; *ab initio habens Samum ad dextram*, *& Icariam*, *& Corſias*. Plinius lib. 5. c. 31. vocat *Corſeas*, ut noſter: *Ioniæ ora Ægeas*, *& Corſeas habet*, *& Icaron*, *de qua dictum eſt*.

64 Κορσὶς, νῆσος ἐν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει.] Corſis, inſula in Tyrrhenico pelago, quæ *Corſica* etiam dicebatur, nec non *Cyrnos*, memoratur Dionyſio Periegetæ v. 458.

Σαρδώ τ' εὐρυσθένη, καὶ ἀπείριτον εἰν ἁλὶ Κύρνον
Ἥν ῥά τε Κορσίδα φῶτες ἐπιχθόνιοι καλέουσιν.
Sardiniaque latiſſima, *& immenſa in mari Cyrnos*
Quam quidem Corſida *viri indigenæ appellant*.

Erat una ex illis, ad quas imperatores Romani ſolebant relegare reos alicujus criminis, ad quam Seneca philoſophus ſub Claudio imperatore propter adulterii ſuſpicionem cum Julia Germanici relegatus fuiſſe dicitur, quam ipſe ante librum de Conſolatione ad Helviam matrem graphicè deſcripſit. Ipſi enim tribuuntur epigrammata illa:

Barbara præruptis incluſa eſt Corſica ſaxis
Horrida, *deſertis undique vaſta locis*
Non poma autumnus, *ſegetes non educat æſtas*
Canaque Palladio munere bruma caret.
Umbrarum nullo ver eſt lætabile fœtu
Nullaque infauſto naſcitur herba ſolo:
Non panis, *non hauſtus aquæ*, *non ultimus ignis*
Hic ſola hæc duo ſunt, *exſul & exſilium*.

De eadem ſic Strabo lib. 5. Ἡ δὲ Κύρνος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καλεῖται Κόρσικα· οἰκεῖται δὲ φαύλως τραχεῖά τε οὖσα, καὶ τοῖς πολέμοις μέρεσι δυσβοήθητος· τέλειος, ὥστε τοὺς καθείργοντας τὰ ὄρη, καὶ διὰ λῃστηρίων ζῶντας, ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων· ὁπόταν γὰρ ὁρμήσωσιν οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὶ, καὶ περιπίπτοντες τοῖς ἑρύμασι, πολὺ πλήθος ἕλωσι τῶν ἀνδραπόδων, ὁρᾶν ἔστιν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ θαυμάζειν ὅσον ἐμφαίνεται τὸ θηριῶδες, καὶ τὸ βοζικημοιῶδες ἐν αὐτοῖς· ἢ γὰρ ἐκ τυμωρίαν ζῶσιν, ἢ ζῶντες, ἀπαθείᾳ καὶ ἀναισθησίᾳ τὰς ὠνησαμένας ἐπιλείπουσιν· ὥστε καίπερ τὸ τυχὸν καταβαλλόμενοι ὑπὲρ αὐτῶν, ὅμως μεταμέλλει. Ἔστι δ' ὅμως οἰκήσιμά τινα μέρη, καὶ πολίσματά τε Βλησινὸν τε, καὶ Χάραξ, καὶ Ἐνικηνίαι, καὶ Οὐάπανες· μῆκος δ' αὐτῆς φησὶν ὁ χωρογράφος μέλια ρξ, πλάτος ο. i. e. *Cyrnus verò à Romanis vocatur* Corſica, *habitatur autem male*, *cum aſpera ſit*, *ac plurimis locis plane invia*. *Quo fit*, *ut montana incolentes & latrociniis viventes*, *feris ſint agreſtiores*; *cum igitur duces Romani in eam incurſionem faciunt*, *& munitiones adorti magnam multitudinem mancipiorum capiunt*, *videre eſt Romæ & admirari quantum in ipſis appareat feritatis & indolis belluinæ*. *Namque vel non ſuſtinent vivere*, *aut impatientia & ſtupiditate dominos obtundunt*, *adeo ut etſi quis viliſſimo pretio emerit*, *tamen pœniteat*. *Habent tamen habitabiles quaſdam partes & oppida*, *ut ſint* Bleſino, *Charax*, *Eniconiæ & Uapanes*; *longitudinem verò inſulæ inquit Chorographus eſſe milia* CLX *latitudinem autem* LXX. Vide quæ in Κύρνος annotamus.

65 Κορύδαλλα, πόλις Ῥοδίων.] Corydalla, urbs Rhodiorum celebrantur ex Hecatæi Aſia, quam Plinius lib. 5. c. 27. in Lyciæ montanis locat; Ptolemæo lib. 5. c. 5. *Corydallos* dicitur & inter Lyciæ oppida numeratur.

66 Κορύδαλλος, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς.] Corydallus, populus Hippothoontidis tribus memoratur Heſychio, & Straboni lib. 10. Ὑπὲρ δὲ ταύτης πούτης, ὄρος ἐστὶν ὃ καλεῖται Κορύδαλλος, καὶ ὁ δῆμος, οἱ Κορυδαλλεῖς. i. e. *Supra aſſen hanc mons eſt*, *qui vocatur Corydallus*, *& populus*, *Corydalleis*. Athenæus lib. 9. docet ex Theophraſto, perdices ultra Corydallum verſus Athenas κακηζείζειν, ulterius verò πιπιζίζειν.

67 Κορύλειον, κώμη πρόσημος ἐν Παφλαγονίᾳ.] Corylleum, pagus inſignis in Paphlagonia, à Corylla rege nomen adeptus, qui *Corylas* dicitur Xenophonti Cyriacorum lib. 6. ſtatim in principio, cui ejuſdem hiſtoriæ lib. 5. pagus ille vocatur Κορύλα, ut tradit Ab. Ort. in ſuo theſauro geographico in *Coryleum*, ſed non eſt Κόρυλα Ptolemæi, ut idem ait.

68 Κορυφαῖον, ὄρος ἐπὶ τοῦ Ἐπιδαυρίου, ἐν ᾧ τιμᾶται, &c.] Coryphæum, mons in Epidaurio, in quo colebatur *Dianæ Coryphæa*, memoratur ex Pauſaniæ lib. 2. Fallitur epitomator noſter, quia Pauſanias lib. 2. non inquit in Epidauro eſſe montem nomine *Coryphæum*, in quo colebatur Diana, ſed apud Epidaurios celebrat duos montes, alterum Titthium, alterum Cynortium, in cujus vertice inquit fuiſſe Coryphææ Dianæ templum: Ἐπὶ δὲ τῇ ἄκρᾳ τοῦ ὄρους, Κορυφαίας ἐστὶν ἱερὸν Ἀρτέμιδος, ὃ καὶ Τελέσιλλα ἐποίησεν ἐν ᾄσματι μνήμης. i. e. *In vertice montis*, *Coryphææ eſt templum Dianæ*, *cujus & Teleſilla fecit in Cantico quodam memoriam*. Pro ἐπὶ τοῦ Ἐπιδαυρίου lege ἐπὶ τοῦ Ἐπιδαύρου, vel ἐπὶ τῇ Ἐπιδαύρῳ.

69 Κο-

δαιμόνιον, ἐν ᾧ πομπὴν ἄγουσι Κορυφαίαν Παυσανίας δεύτερῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Κορυφαῖος.

A in quo colitur *Diana Coryphæa*, Pausanias lib. 2. Gentile, Coryphæus.

ΚΟΡΥΦΑΣΙΟΝ [69], χωρίον Λακωνικὸν, πλησίον Πύλης· Θουκυδίδης πέμπτῃ. Τρεῖς δὲ εἰσὶν αἱ Πύλοι ἐν παροιμίᾳ.

CORYPHASIUM, oppidum Laconicum, prope Pylum, Thucyd. lib. quinto. Tres verò sunt Pyli in paroemia:

[70] Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο, Πύλος B
γε μὴν ἔστι καὶ ἄλλος.

Est Pylus ante Pylum, est & Pylus alius.

Τὸ ἐθνικὸν Κορυφασιεὺς, καὶ Κορυφάσιος.

Gentile, Coryphasieus, & Coryphasius.

ΚΟΡΩΝΕΙΑ [71], πόλις Βοιωτίας· Ἑκαταίου Εὐρώπῃ. [72] Ἀπὸ Κορώνης τοῦ Θερσάνδρου. [73] Ἐν ταύτῃ δὲ φασίν εἶναι ἀσπάλακα, πάσης τῆς Βοιωτίας ἐχούσης τὸ ζῶον. Κἂν τις ἔξωθεν ἐνέγκῃ εἰς τὴν Κορωνείαν χώραν, δυσὶν ἀδύνατον ζῆν. [74] Δευτέρα, πόλις Πελοποννήσου μεταξὺ Σικυῶνος καὶ Κορίνθου. [75] Τρίτη, τῆς Φθιωτίδος. Ἔστι καὶ Φρίξελον τῆς Ἀμβρακίας. Τετάρτη, πόλις Κύπρου. Ἔστι καὶ χερρόνησος πρὸς τῇ Ἀττικῇ. [76] Ἑ, πόλις λιμένων Καρήνη. Ὁ πολίτης Κορωναῖος, καὶ Κορωνεύς. [77] Οἱ δὲ φασι παρὰ τὴν Κορωνίαν, Κορωνιεύς· παρὰ δὲ τὴν Κορώνειαν Κορωναεύς.

C

[78] ΚΟΡΩΝΗ, πόλις Μεσσήνης, ὡς Ἀπολλόδωρος ἑβδόμῳ καὶ καταλόγῳ. Ὁ πολίτης Κορωναεὺς καὶ Κορωναιεὺς, καὶ Κορωναῖος.

CORONEA, urbs Bœotiæ, Hecatæi Europa, à Corono Thersandri filio: in hac non apparet talpa, cum tota Bœotia hoc habeat animal, ac quamvis aliunde inferatur in Coroneam regionem, non potest vivere. Secunda, urbs Peloponnesi, inter Sicyonem, & Corinthum. Tertia, Phthiotidis. Est etiam castellum Ambraciæ. Quarta, urbs Cypri. Est etiam Chersonesus juxta Atticam. Quinta, urbs portuum, Carene. Civis, Coronæus, & Coroneus. Alii verò dicunt à Coronia, Coronieus, à Corone, Coronæus.

D

E

CORONE, urbs Messeniæ, ut Apollodorus lib. 7. Catalogi. Civis, Coronaeus, & Coronæus, & Coronæus. Est etiam Coro-

Ἔστι

ne,

69 Κορυφάσιον, χωρίον Λακωνικὸν, πλησίον Πύλης.] Coryphasium, oppidum Laconicum, prope Pylum. Pylus verò erat urbs in Messene, quæ erat Laconicæ vicina, & *Coriphasium* dicebatur, ut noster inquit in Πύλος, ad testimonium vocans Thucydidem, qui hunc locum memorat lib. 5. non lib. 4. Ejus sunt verba: Ὁ Δημοσθένης δέους ἔχειν περιέσεσθαι τὸ χωρίον, ἐπὶ τούτῳ γὰρ ξυνεκπλεῦσαι. Καὶ ἀπέφαινε πολλὴν εὐπορίαν ξύλων καὶ λίθων, καὶ φύσιν καρτερὸν ὄν, καὶ ἐρημίαν αὐτό τε καὶ ἐπιπολὺ τῆς χώρας· ἀπέχει γὰρ σταδίους μάλιστα ἡ Πύλος τῆς Σπάρτης πλείους διακοσίους, καὶ ἔστιν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ πόλις ἔρημος νῦν. Καλέουσι δ' αὐτὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι Κορυφάσιον. i. e. *Demosthenes autem postulabat, ut locus ille confestim muniretur; hac enim de causa se cum illis navigasse* [dicebat;] *demonstrabat autem magnam esse lignorum, lapidumque copiam, & locum natura esse munitum, & cùm ipsum, tum etiam magnum illius regionis tractum esse desertum. Distat enim Pylus ab Sparta stadia circiter quadringenta, & est in Messenia olim terra; eam verò Lacedæmonii* Coryphasium *vocant.*

70 Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο, &c.] Est verficulus, qui vicem adagii gerit. Dici solitum de eis, qui se jactant, tamquam si sint soli, & summi in aliqua re, cum alii quoque sint, qui cum eis decertare possint, de quo videsis D. Erasm. adagia.

71 Κορώνεια, πόλις Βοιωτίας.] Coronea, urbs Bœotiæ celebratur ex Hecatæi Europa, quæ erat sita prope Heliconem montem edito loco autore Strabone lib. 9. Ἡ μὲν δὴ Κορώνεια ἔγγυς τοῦ Ἑλικῶνός ἐστιν ἐφ' ὑψηλοῦ· καὶ ἐλαβέσθη δ' αὐτῆς ἐπαμύνοντες οἱ τὴν Θετταλικὴν Ἄρνην οἱ Βοιωτοὶ μετὰ τὴν Τρωϊκὴν, ὅτε περ καὶ τὸν Ὀρχομενὸν ἔσχον. i. e. *Coronea igitur sita est prope Heliconem in edito loco, eam verò occupaverunt Bœoti post bellum Trojanum redeuntes ex Thessalica Arna, quando etiam Orchomenum obtinuerunt.* Memoratur inter alios Ptolemæo libro 3. c. 15.

72 Ἀπὸ Κορώνης τοῦ Θερσάνδρου.] A Corono Thersandri filio nomen habuisse Coroneam inquit, à quo etiam conditam fuisse prodit Pausanias in Bœoticis.

73 Ἐν ταύτῃ δὲ φασίν εἶναι ἀσπάλακα, &c.] In Bœotica Coronea nullas fuisse talpas inquit, cum tota Bœotia id animal haberet; nescio ex quo autore noster hoc desumpserit, Plinius id de Bœotiæ Lebadia memorat lib. 8. c. 58.

74 Δευτέρα, πόλις Πελοποννήσου, &c.] Secundo loco memorat Coroneam Peloponnesi inter Sicyonem & Corinthum, quam Strabo lib. 9. *Coroneam Messeniacam* vocat, ut à Bœotica differat, hujus oppidanos, Coronios, illius *Coroneis* vocari inquit: Οἱ μὲν ἐν τῇ Κορωνείᾳ Κορώνιοι λέγονται, οἱ δὲ ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ Κορωνεῖς. i. e. *Oppidani igitur Coroneæ* [Bœoticæ] *Coronii dicuntur, Messeniacæ autem, Coroneis.* Quamvis noster Peloponneso, & Strabo Messeniæ assignet; tamen eadem erat civitas, quia autores Peloponnesum Messeniam & Achaiam confundunt. Achaia enim utrasque comprehendebat, utjam alibi annotavimus, à Coronea Peloponnesi *sinus Coronæus* dicebatur, autore Plinio lib. 4. c. 5.

75 Τρίτη, τῆς Φθιώτιδος.] Tertio loco celebrat Coroneam Phthiotidis regionis. Phthiotis erat regio Macedoniæ, & urbem & regionem meminit Ptolemæus lib. 3. c. 13. necnon Strabo lib. 9.

76 Πέμπτη, πόλις λιμένων Καρήνη.] Pro Καρήνη legendum existimo Κορώνη. Id enim literarum ordo exigit, & confirmat gentile Κορωναῖος, quod sequitur.

77 Οἱ δὲ φασι παρὰ τὴν Κορωνίαν, Κορωνεύς.] Pro his legendum existimo οἱ δὲ φασι παρὰ τὴν Κορώνειαν, Κορωνεύς. Quia gentilia urbium quæ ab aliquo duce vel rege nomen habebant, hac forma ut plerumque proferebantur, ut ab Alexandro, Alexandria, gentile Alexandreus, eodem modo a Corono, Coronea, gentile Coroneus. Alia etiam gentilia *jota* primitivi amittebant, ut Εὐδοῦς, Νικαεύς, Ἡρακλεώτης & alia.

78 Κορώνη, πόλις Μεσσήνης.] Corone, urbs Messeniæ. Cum jam memoraverit Coroneam Peloponnesi, de qua nota 74. proximè præcedenti egimus; nunc memorat Coronen Messeniæ urbem tamquam si fuissent diversæ, cum ex Pausaniæ Messenicis appareat Coronem, postea *Coroneam* vocatam fuisse: Καὶ τὸ ὕδωρ αὐτόθεν ἐς Κορώνειαν τὸ πόσιμον κάτεισι. Τὸ μὲν δὴ ὄνομα τὸ ἀρχαῖον εἶχεν Αἰπεία· ἐπεὶ δὲ ὑπὸ Θηβαίων κατήχθησαν ἐς Πελοπόννησον, Ἐπιμηλίδην φασὶν ἀποστεῖλαι οἰκιστὴν καλέσαι Κορώνειαν· εἶναι γὰρ αὐτὸν ἐκ Κορωνείας τῶν Βοιωτῶν. i. e. *Et aqua illa potabilis descendit ad Coronen usque. Nomen prisca quidem habebat Æpea; postquam verò à Thebanis deducti sunt in Peloponnesum* [Messenii,] *ajunt, Epimelidem missum ad condendam urbem vocasse Coroneam; esse enim eum ex Coronea Bœotorum,*

Ἔστι καὶ Κορώνη, μοῖρα τῆς Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ. [79] Καὶ τρίτη· τούτης οἱ οἰκήτορες, Κορωνίται. Ἔστι καὶ πόλις Βιθυνίας. A

ne, pars Salaminis in Cypro. Et tertia. Hujus incolæ, Coronitæ. Est etiam urbs Bithyniæ.

ΚΟΣΙΑΝΑ, φρούριον Παλαιστίνης· Χάραξ δεκάτῳ· ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Συρίας. Τὸ ἐθνικὸν Κοσιανεύς, ὡς Τύανα Τυανεύς. B

COSIANA, castellum Palæstinæ, Charax lib. 10. in littore Syriæ. Gentile, Cosianeus, ut Tyana, Tyaneus.

ΚΟΣΣΑ [80], πόλις Οἰνώτρων, ἐν τῷ μεσογείῳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [81] Οἱ πολῖται, Κοσσανοί.

COSSA, urbs Oenotrorum, in mediterraneis, Hecatæ. Europa. Cives, Cossani.

ΚΟΣΣΕΑ [82], μέρος Περσίδος· Στεφάνων ι έ. Οἱ οἰκοῦντες, Κοσσαῖοι. Ἔστι καὶ Θρᾴκης πολίχνιον. C

COSSEA, pars Persidis, Strab. lib. 15. Incolæ, Cossæi. Est etiam Thraciæ oppidulum.

ΚΟΣΣΟΥΣ. ὄρος Βιθυνίας, ὡς Δημοσθένης Βιθυνιακῶν δεκάτῳ. Οἱ οἰκοῦντες, Κοσσαῖοι.

COSSUS, mons Bithyniæ, ut Demosth. Bithyniacorum decimo. Incolæ, Cossæi.

ΚΟΣΥΡΟΣ [83], νῆσος κατὰ Σελινοῦντα, καὶ Σικελίας ποταμὸς, καὶ πόλις ὁμώνυμος, καὶ Λιβύης νῆσος Κόσυρα. Τὸ ἐθνικὸν τῆς πρώτης, Κόσυρος· καὶ κλητικὸν, Κοσυρακὸς, ἢ Κοσυρῖνος. Τῆς δὲ δευτέρας, Κοσύραιος. D

COSYRUS, insula ad Selinuntem, & Siciliæ fluvius, & urbs ejusdem nominis. Est etiam Libyæ insula Cosyra. Gentile, primæ, Cosyrius, & possess. Cosyriacus, vel Cosyrinus, secundæ verò, Cosyræus.

ΚΟΣΥΤΗ, πόλις Ὀμβρικὴ· Κλησίας περίπλῳ παρηγήσεως. Τὸ ἐθνικὸν, Κοσυλαῖος, ὡς Μοτυαῖος, τῆς Μοτύης, Σικελίας πόλις. E

COSYTE, urbs Umbriæ, Ctesias lib. 3. Perihegeseos. Gentile, Cosytæus, ut Motyæus, Motyæ, Siciliæ urbis.

ΚΟ- CO-

79 Καὶ τρίτη· τούτης οἱ οἰκήτορες, Κορωνίται.] Quis non videt in his deficere regionis nomen, cujus urbs erat Corone ista, quàm tertio loco numerat, quæ sine dubio erat adeò obscura, ac Corone Bithyniæ, quam quarto loco memorat: quandoquidem neutra apud alios celebratur.

80 Κόσσα, πόλις Οἰνώτρων, ἐν τῷ μεσογείῳ.] Cossa, urbs Oenotrorum, in mediterranea parte celebratur ex Hecatæi Europa. Pro Hecatæo erit Strabo, qui in rebus Geographiæ veteris est instar omnium, qui de hac urbe sic loquitur lib. 5. Μετὰ δὲ Ποπλώνιον Κόσσα πόλις μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης· ἔστι δ' ἐν κόλπῳ βενὸς ὑψηλὸς, ἐφ' ᾧ τὸ κάστρον. i. e. *Post Populonium verò urbs Cossæ paulum supra mare; est autem ad sinum collis sublimis, in quo est oppidum situm.* Andinus vates etiam plur. num. usurpavit, ut Strabo. Sic enim ille Æneid. lib. 10.

Sub quo mille manus juvenum, qui mœnia Cluſi
Quique urbem liquere Coſæ ——

Ubi Servius: *Coſæ, civitas Tusciæ, quæ numero dicitur singulari secundum Sallustium.* Sed notabile est, Servium, cum paulò supra dixisset, non debere dici Tusciam, quia nequaquam in idoneis autoribus legitur, sed aut Etruriam, aut Lydiam, aut Tyrrheniam, nunc tamquam sui oblitum vocare *Coſas*, urbem Tusciæ.

81 Κοσσία, μέρος Περσίδος.] Cossea, pars Persidis, ex Strabonis lib. 15. memoratur ab autore nostro, sed fallitur. Strabo enim lib. 16. non lib. 15. ut inquit noster, celebrat Cossæos: Κοσσαῖοι μὲν οὖν εἰσι τοξόται τὸ πλέον, καθάπερ καὶ οἱ συνεχεῖς ὀρεινοὶ περιοικοῦντες ἀεὶ· χώραν γὰρ ἔχουσιν ὀλίγην τε καὶ λυπρὰν, ὥστ' οὐκ ἔστι μὴ ἐπιδεῖσθαι ἀναγκαίων ζῶν· ἀναγκαῖον δὴ καὶ ἰσχυρὸν· ἄπαυστος γὰρ ἐστι μάχιμοι. i. e. *Cossæi quidem sunt sagittarii, sicut & montani finitimi, qui semper prædantur; regionem enim parvam habent & sterilem, adeò ut necessitas sit ex alieno vivere; necessitas verò etiam est prævalere. Omnes enim sunt bellicosi & pugnaces.* Idem autor lib. 11. esse gentem, quæ non solum tributa ab aliis exigit, sed etiam ipsis munera offerantur: Νέαρχος δὲ φησι τεττάρων ὄντων λῃστρικῶν ἐθνῶν, ὧν Μάρδοι μὲν Πέρσαις ἀποτεχεῖς ἦσαν, Οὔξιοι δὲ, καὶ Ἐλυμαῖοι τούτοις τε, καὶ Σουσίοις, Κοσσαίοις δὲ Μήδοις· πάντως μὲν φόρους πράττεσθαι τοὺς βασιλέας· Κοσσαίους δὲ, καὶ δῶρα λαμβάνειν, ὥστε καὶ ὁ βασιλεὺς ἡττήσας ἐν Ἐκβατάνοις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν καταβαίνῃ. i. e. *Nearchus verò ait, cum quatuor sint populi latrociniis viventes, de quibus Mardi Persis contigui erant, Uxii & Elymæi iisdem, & Susiis, Cossæi Medis: omnes eos tributa à regibus exigere; Cossæos etiam munera accipere, cum rex, æstate Ecbatanis transacta, in Babyloniam descendit.*

82 Οἱ πολῖται, Κοσσαῖοι.] Incolæ regionis Cossæorum dicebantur Cossæi, sic dicuntur Straboni locis nota præcedenti citatis. Fallitur eruditissimus vir Ab. Ortelius qui in suo Thesauro Geographico in *Cossea* inquit, à Polybio vocari *Cossis*. Decepit eruditissimum virum scriptura Polybii verborum, qui Cossæos celebrat historiarum lib. 5. Καὶ δι' τινας τόπους αὐλίζωσιν, ὡς ἠθικώτερον Κοσσαῖοι καὶ Κοσσηλαῖοι, καὶ Κάρχοι, καὶ πλείω γένη βαρβάρων ἕτερα. i. e. *In aliquibus verò locis in cavis-vallibus-degunt, quas Cossæi incolunt, & Corbrenæ, & Carchi, pluraque alia Barbarorum genera.* In quibus verbis pro Κοσσαῖοι legendum Κοσσαῖοι.

83 Κόσυρος, νῆσος κατὰ Σελινοῦντα, καὶ Σικελίας ποταμὸς. Καὶ πόλις ὁμώνυμος, καὶ Λιβύης νῆσος Κόσυρα.] Duæ memorantur epitomatori nostro insulæ, Cosyrus, & Cosyra, hæc juxta Libyam, illa ad Selinuntem sita erat, quod ex Strabone videtur desumpsisse. Utrasque enim celebrat lib. 17. sed quæ nostro Κόσυρος, Straboni dicitur Κόσσυρος. Ejus ex libro citato sunt verba: Ἀπὸ δὲ τῆς Ταφίτιδος ἐν τετρακοσίοις σταδίοις νῆσός ἐστι Κόσσυρος κατὰ Σελινοῦντα τῆς Σικελίας ποταμόν, καὶ πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον, ἐκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίων οὖσα τὴν περίμετρον, διέχουσα τῆς Σικελίας ὡσεὶ ἑξακοσίους σταδίους. Ἔστι δὲ καὶ Μελίτη νῆσος ἐν πεντακοσίοις σταδίοις ἀπὸ τῆς Κοσσύρας. i. e. *Ab Taphitide autem stadiis quadringentis insula est Cossura juxta Selinuntem Siciliæ fluvium, & urbem habens ejusdem nominis, ambitum CL. stadiorum, distans à Sicilia circiter IOC stadia. Melite etiam insula stadiis IO. à Cossura.* Quare apud Stephanum, pro Κοσυρος, νῆσος καὶ Σελινοῦντα, καὶ Σικελίας ποταμὸς, legendam ex Strabone κατὰ Σελινοῦντα τῆς Σικελίας ποταμόν. i. e. *juxta Selinuntem Siciliæ fluvium.* Insula verò Libyæ, quæ nostro Κόσυρα, Straboni libro citato dicitur Κόσσυρα, ecce ejus verba: Καθ' μέσον δὲ τὸ στόμα τὸ Καρχηδονίᾳ κόλπος, νῆσός ἐστι Κόσσυρος· ἀνάπλουν μὲν ἐστὶν ἡ Σικελία τοῖς τόποις τούτοις ἡ κατὰ Λιλύβαιον, ὅσον ἐν διακοσίοις χιλίοις καὶ πεντακοσίοις σταδίοις· τοσοῦτον γάρ φησι τὸ ἐκ Λιλυβαίου μέχρι Καρχηδόνος. i. e. *In medio ostro Carthaginensis sinus insula est Corsura; his locis e regione opponitur Sicilia juxta Lilybæum, stadiorum fere CIOIO intervallo. Tantum est enim ex Lilybæo usque ad Carthaginem.* Alteram memorat inter alios Ptolemæus lib. 4. c. 3. necnon Ovid. Fast. lib. 3.

Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ
Insula, quam Libyci verberat unda freti.

84 Κε-

ΚΟΤΥΑΕΙΟΝ [84], πόλις τῆς Ἐπικήτου Φρυγίας· Στράβων ι΄. Τινὲς δέ φασι, Κοσιάειον ὀφείλ. Δοκεῖ δὲ ἀπὸ τῆς Κόσσης κέτσιον, ὡς ἀπὸ Μίδα Μίδαιον· καὶ παραθέσει τοῦ ι, Κοσιαῖον· καὶ τροπῇ, Κοτιαῖον. Τὸ ἐθνικὸν, Κοτιαεύς. [85] Ἔνθα ἦν Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδου, γραμματικὸς πολυμαθέστατος, ὃς περὶ παντοδαπῆς ὕλης πραγματευσάμενος ἔγραψε λόγους.

COTYAEIUM, Epicteti Phrygiæ urbs Strab. lib. 12. Aliqui verò dicunt, quod Cosiaeum debeat scribi. Videtur verò à Cosa formari Cosæum, ut à Mida, Midæum, ac per appositionem τοῦ ι. Cosiæum, & verso [ι in τ] Cotiæum. Gentile, Cotiaeus: unde erat Alexander Asclepiadæ filius, grammaticus eruditissimus, qui de omnigena materia 42. scripsit libros.

ΚΟΤΡΑΔΗΣ, πόλις Ἰσαυρίας· Καπίτων Ἰσαυρικῶν πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Κοτραδεώτης, ἀπὸ τῆς γυναικὸς τῆς Κοτραδέως.

COTRADES, urbs Isauriæ, Capito Isauricor. lib. 1. Gentile, Cotradeotes à genit. Κοτραδέως.

ΚΟΤΥΛΑΙΟΝ, ὄρος Εὐβοίας, ἀνακείμενον Ἀρτέμιδι, ὡς φησιν Ἀντίμαχος ἐν Ἀρτέμιδος ϛ.

COTYLÆUM, mons Eubœæ, Dianæ sacratus, ut inquit Antimachus in Dianæ libro 2.

ΚΟΡΤΥΤΑ [86], χωρίον Λακωνικόν· Θουκυδίδης. Τὸ ἐθνικὸν, Κορτυταῖος.

CORTYTA, regio Laconica, Thucydides. Gentile, Cortytæus.

ΚΟΤΥΩΡΑ [87], κώμη πρὸς τῷ Πόντῳ, ὡς Ἀρριανός. Τὸ ἐθνικὸν, Κοτυωρίτης, ὡς Ἄβδηρα Ἀβδηρίτης.

COTYORA, vicus prope Pontum ut Arrianus. Gentile, Cotyoritæ, ut Abdera, Abderitæ.

ΚΟΥΡΗΣ [88], ὁ Ἀκαρνανίας.

Κούρητές τ' ἐμάχοντο, καὶ Αἰτωλοί. — Ὅμηρος. Καὶ Κουρεὺς ὡροσκόπος καὶ ψηλικὸν Κουρεῖτις. Καὶ Κούρειος, καὶ Κούρεια, καὶ Κούρισσα ψηλικῶς.

CURES, Acarnaniæ.

Curetesque pugnabant, & Ætoli. — Hom. & Cureus derivatum, & fœm. Curitis, & Curëus, & Curea, & Curissa fœmin.

ΚΟΥΡΙΟΙ [89], ἔθνος Σαβίνων, πολεμήσαν

CURII, gens Sabinorum, quæ adversus Ro-

84 Κοτυάειον, πόλις τῆς Ἐπικήτου Φρυγίας.] Cotyaeium, urbs Epicteti, id est, additæ Phrygiæ, (sic vocabatur pars quædam Phrygiæ, quæ Phrygiæ addita fuit) ex Strabo. l. 12. cujus sunt verba: Τῆς δὲ Ἐπικήτου Φρυγίας Ἀζανοί τέ εἰσι, καὶ Νακόλεια, καὶ Κοτυάειον, καὶ Μιδάϊον, καὶ Δορυλάϊον πόλεις, καὶ Κάδοι. i. e. *Epicteti verò Phrygiæ sunt Azani, Nacoleia, Cotyaeium, Midaium, Dorylaium urbes, & Cadi.* Memoratur etiam inter alios Constantino Porphyrogenetæ Them. lib. 1. Them. 4. apud Stephanum pro Μιδάειον, legendum puto ex Strabone Μιδάϊον, & sic de reliquis, quæ hujus formæ affert noster.

85 Ἔνθα ἦν Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδου, &c.] Ex urbe Phrygiæ Cotyaeio fuisse inquit celeberrimum illum Grammaticum Alexandrum Asclepiadæ filium, cui addes celeberrimum fabularum scriptorem Æsopum, qui primus fabularum usum in vitam invexit humanam, autore Constantino Porphyrogeneta libro, capiteque citato & Suida in Αἴσωπος. 86 Κόρτυτα, χωρίον Λακωνικόν.] Cortyta, oppidum Laconicum ex Thucydide, qui ejus meminit libro primo. Μίαν γὰρ ὄχλου τῶν ψιλῶν ἐξεδίωξαν ἐφόβησεν ἐπιδρομή, τῶν δ' ὁπλιτῶν δεξαμένων ὑπεχώρησε πάλιν. i. e. *Unam verò custodiæ, id est præsidiariæ cohors, quæ etiam ad Cortytam, & Aphrodisiam hostes propulsavit, turbam quidem levis armaturæ palatam, impetu in eam facto, terruit; sed cum gravis armaturæ milites eam excepissent, rursus se recepit.* Ex quibus vides Cortytam fœm. gen. usurpare Thucydidem, sed hujus oppidi nomen præter literarum ordinem occupat locum.

87 Κοτυώρα, κώμη πρὸς τῷ Πόντῳ.] Cotyora, pagus, seu vicus ad Pontum ex Arrhiano, qui in Periplo Ponti Euxini id oppidum celebrat, sed Κύτωρον vocat: Ἐνθένδε εἰς Κύτωρον, ὀγδήκοντα. Ὅρμος ναυσὶν οὐ Κυλώρη· καὶ ἀπὸ Κυλώρης εἰς Αἰγιαλὸς, ἑξήκοντα. i. e. *Hinc ad Cytorum, nonaginta; navium statio in* [oppido] *Cytoro; & à Cytoro ad Ægialos, sexaginta.* Eodem etiam modo dicitur Ptolemæo lib. 5. c. 1. at Plinio lib. 6. c. 4. *oppidum Cotyorum* vocatur. Fuisse Sinopensium emporium, & nomen à Cytoro Phryxi filio habuisse tradit Strabo lib. 12. cui etiam Κύτωρον, neut. gen. dicitur.

88 Κούρης, ὁ Ἀκαρνανίας.] Cures, Acarnaniæ, scilicet οἰκήτωρ, id est, *incola*, ex Homero, cujus affert hemistichium, quod apud eum legitur Il. 9. v. 425. Curetes igitur (sic dicuntur plur. num.) celeberrimi fuêre apud Ethnicos, quos Ætoliam prius inhabitasse, ac postea ab Ætolis in Acarnaniam duce Ætolo expulsos fuisse autor est Strabo lib. 10. de quorum nominis etymologia tot varias affert sententias, ut veram eligere nimis sit difficile; scilicet dictos fuisse *Curetes*, quòd cum de Lelanto campo dimicarent, hostes anteriore eos coma apprehenderent, quamobrem illam in occipite alere, in sincipite radere instituisse; eos autem qui trans Acheloum fluvium habitabant, quia caput non tonderent, *Acarnanes* dictos fuisse. Alii utramque gentem ab aliquo heroë nomen habuisse ajebant; alii è Curio montes *Curetas* appellatos, ac Ætolicam gentem esse afferebant; alii dicebant Curetas fuisse quosdam genios, administrosque Deorum: at qui Cretenses & Phrygias res tradidere, *Curetas* vocatos affirmabant, eos qui Jovis in Creta educationis curam habuere, necnon eos qui matris Deûm sacrificiis in Phrygia, ac locis circa Idam Troiæ montem præerant. Alii eosdem cum Curetibus, *Coribantes*, *Cabiros*, *Idæos Dactylos*, *Telchines* fuisse existimabant: alii denique *Ætolicos* Curetas sic dictos putabant, quòd in puellarum morem, quæ Græcis κόραι dicuntur, vestes gererent. Curetes etiam (si bene memini) dicebantur, qui saltationem quamdam armati saltabant, quæ *Pyrrhice* dicebatur.

89 Κούριοι, ἔθνος Σαβίνων.] Curii, gens Sabinorum, quorum urbs Græcis Κύρις, Latinis Cures num. plur. dicebatur, ex qua fuere T. Tatius, & Numa Pompilius Romanorum reges, autore Strabone lib. 5. Κύρις ἡ νῦν μὲν κώμιόν ἐστιν· ἦν δὲ πόλις ἐπίσημος, ἐξ ἧς ὥρμηντο οἱ τὴν Ῥώμης βασιλεύσαντες, Τίτος Τάτιος, καὶ Νομᾶς Πομπίλιος. i. e. *Cures nunc viculus est, quondam urbs insignis, ex qua originem trahunt T. Tatius, & Numa Pompilius Romæ regno potiti.* Eam celebrat Virgilius Æneid. lib. 6. v. 810.

— *Primus, qui legibus urbem*
Fundavit, Curibus parvis, & paupere terrâ.

Numam Pompilium intelligit.

μῆσαν Ῥωμαίοις. Χάραξ ιβ'. οἱ Φυλέται, Κερίται. [90] Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι Κέρεις πρὸς ἐκείνης ἐκλήθησαν. A

Romanos bella gessit, Charax, lib. 12. Tribules, Curitæ, & Romani Curites ab illo vocati fuere.

ΚΟΎΡΙΟΝ [91], πόλις Κύπρου, ἀπὸ Κυρέως τοῦ Κινύρα παιδὸς· Ἡρόδοτος πέμπτῃ. [92] Τὸ ἐθνικὸν, Κερεύς. Καὶ Ἀριστοκλῆς Κυριεύς ἐστιν. Τὸ θηλυκὸν, Κερεὰς, καὶ ἡ χώρα. [93] Ἔστι καὶ πόλις Αἰτωλίας. B

CURIUM, urbs Cypri, à Cureo Cinyri filio, Herodot. lib. 5. Gentile, Curieus, & Aristocles Curieus erat. Fœmineum, Curias, & regio sic etiam dicitur. Est etiam urbs Ætoliæ.

ΚΟΥΡΌΠΟΛΙΣ, πόλις Καρίας· Ἀπολλώνιος Καρικῶν πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Κουροπολίτης. C

CUROPOLIS, urbs Cariæ, Apollonius Caricorum lib. primo. Gentile, Curopolitæ.

ΚΟΧΛΙΟΥΣΑ, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ· Ἀλέξανδρος δευτέρῳ περὶ Λυκίας, ἀφ' ἧς τὰ κοχλιὰς ἐν αὐτῇ εὑρίσκεσθαι. Τὸ ἐθνικὸν, Κοχλιούσιος.

COCHLIUSA, insula prope Lyciam, Alexand. de Lycia secundo, sic dicta, quod cochleæ in ea inveniantur. Gentile, Cochliusius.

ΚΡΑΒΑΣΙΑ [94], πόλις Ἰβήρων· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν Κραβάσιος, καὶ Κραβασεὺς, καὶ Κραβασιάτης, καὶ Κραβασιανὸς, ἀφ' τὴν χώραν. D

CRABASIA, urbs Iberorum Hecatæi Europa. Gentile, Crabasius, & Crabasieus, & Crabasiates, & Crabasianus, propter regionis consuetudinem.

ΚΡΆΓΟΣ [95], ὄρος Λυκίας· Ἀλέξανδρος δευτέρῳ Λυκιακῶν. [96] Ἀπὸ Κράγου τοῦ Τρεμίλης υἱοῦ, μητρὸς δὲ Πραξιδίκης Νύμφης. Ἐνταῦθα δ' εἶναι καὶ τὰ ἐπονομαζόμενα θεῶν Ἀγρίων ἄντρα. Ἀθανάτους γὰρ φασὶ τοὺς περὶ τὸ Κράγον. Τὸ ἐθνικὸν, Κράγιος. [97] Ἔστι καὶ ὄρος Ἀντικράγου ἕτερον. E F

CRAGUS, mons Lyciæ, Alexander Lyciacorum lib. 2. à Crago filio Tremiletis, matris verò Praxidicæ Nymphæ. Hìc esse etiam, quæ cognominantur *Deorum agrestium antra*, immortales enim factos esse ajunt Cragi incolas. Gentile, Cragius. Est etiam alius mons Anticragus.

ΚΡΑ- CRA-

90 Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι Κέρεις πρὸς ἐκείνης ἐκλήθησαν.] In his verbis aliquid deesse suspicor, ad quod referatur τὸ πρὸς ἐκείνης, puta nomen oppidi Curetum, à quo Romanos vocatos fuisse Quirites inquit; nostram conjecturam videtur confirmare Strabo lib. 5. Ἐνθένδε ἤ καὶ Κυρίτας ὀνομάζουσιν οἱ δημηγορεῦντες, τοὺς Ῥωμαίους. i. e. *Hinc verò* [loquitur de Curibus] *& Quirites vocant concionantes-ad populum, Romanos.* Ex nostris idem narrat Livius lib 1. c. 13. *Movet res tum multitudinem, tum duces; silentium & repentina fit quies; inde ad fœdus faciendum duces prodeunt: nec pacem modo, sed & civitatem unam ex duabus faciunt, regnum consociant, imperium omne conferunt Romam. Ita geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati.* Hanc etiam historiam tetigit poetarum eruditissimus Æneid. lib. 7.

——— *Postquam in partem data Roma Sabinis*
Una ingens Amiterna cohors, priscique Quirites.

Ad quem locum ita Servius: *Priscique* Quirites, *id est* Sabini. *Prisci autem ideo, quia post fœdus Titii & Romuli placuit, ut quasi unus de duobus fieret populus. Unde & Romani* Quirites *dicti sunt, quod nomen Sabinorum fuerat à civitate Curibus, & Sabini à Romulo* Romani *dicti sunt.*

91 Κέρειον, πόλις Κύπρου.] Curium, urbs Cypri ex Herodoti libro quinto, cujus sunt verba ex eodem libro c. 113. Μαχομένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων Στησιλάου, τύραννον ἐόντα Κερείης ἀποδιδοῦσι ἔχοντα δύναμιν ἀνδρῶν ἐπὶ ἑωυτὸν ἑπτακισχιλίων. Οἱ δὲ Κυπρίων ἔστι. Λεγόντων εἶναι Ἀργείων ἀποίκους. Προδόντων δὲ τῶν Κερειέων, αὐτίκα καὶ τὰ Σαλαμινίων πολεμιώτερα ἐφάνη τοῦτο τοῖσι Κερειεῦσι ἐποίεε. i. e. *Ceteris autem pugnantibus, Stesenor Curii tyrannus non parvam copiam virorum circa se habens prodidit; Curienses verò hi dicuntur esse Argivorum coloni; post horum proditionem, statim Salaminiorum belli curius idem, ac Curienses fecerunt.*

92 Τὸ ἐθνικὸν Κερεύς.] Gentile urbis Cypri Curii. Dicitur Curieus, quo usus est Herodotus cujus verba attulimus nota proxima præcedenti.

93 Ἔστι καὶ πόλις Αἰτωλίας.] Secundo loco numerat Curium, Ætoliæ urbem, cujus meminit Strabo lib. 10. Κέρειον δὲ τὸ παλαιὸν Πλευρῶνος πλησίον, ἀφ' οὗ τοὺς Πλευρωνίους Κυρήτας ὀνομασθῆναί τινες ὑπέλαβον. i. e. *Curium verò est prope antiquam Pleuronem, unde Pleuronios nominatos fuisse Curetas aliqui existimant.*

94 Κραβασία, πόλις Ἰβήρων.] Crabasia, urbs Iberorum ex Hecatæi Europa, cujus nullam apud alios inveniebam notitiam, Crabasiæ jugi meminit Sex. Avienus in Hispania Tarraconensi.

95 Κράγος, ὄρος Λυκίας.] Cragus, mons Lyciæ ex Alexandri Lyciacorum libro secundo, est idem, qui Taurus, & Caucasus, de quo suo loco egimus. Diversa enim habuit nomina, quæ recenset Plin. lib. 5. c. 27. Vocabatur enim *Imaus, Emodus, Paropamisus, Circius, Chambades, Pharphariades, Choatras, Oreges, Oroandus, Niphates, Taurus, Caucasus, Sarpedon, Coracesius, Cragus, Hyrcanus, Caspius, Pariedrus, Moschicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus*, ac in universum Græcè *Ceraunios*, à fulminibus. Græcè enim *fulmen* dicitur κέραυνος, à cujus promontorio in Lycia est mons Chimæra noctibus flagrans, ex quo monstrum confinxere poëtæ. Erat montium maximus, ut noster inquit in Καύκασος; ab Eois litoribus veniebat, ut refert Plin. libro capiteque citato; alii in Lycia incipere existimabant, autore Strabone lib. 14.

96 Ἀπὸ Κράγου τοῦ Τρεμίλης υἱοῦ, μητρὸς δὲ Πραξιδίκης Νύμφης.] Insigniter corruptus est locus iste, cujus verba sic sunt legenda: ἀπὸ Κράγου τοῦ Τρεμίλου υἱοῦ, καὶ Πραξιδίκης Νύμφης. i. e. *à Cragio Tremili filio, & Praxidicæ Nymphæ.* Quod patet ex Panyasi apud Stephanum in Τρεμίλη, ubi illius poetæ versus apponit, ex quibus apparet, Tremilum duxisse uxorem filiam, Nympham Ogygiam, quam *Praxidicam* vocabant, ex qua habuit filios, Tloum, Xanthum, Pinarum, & Cragum, de quo nunc fabula agitur.

97 Ἔστι καὶ ὄρος Ἀντικράγου ἕτερον.] Cum Cragum montem, omnium maximum notiore nomine *Caucasum* dictum memoraverit, nunc memorat montem Anticragum, ac si diceres è regione Cragi, de quo ita Strabo lib. 14. Εἶθ' ἑξῆς ὁ Ἀντικράγου, ὅθεν ὄρος ἐφ' ᾧ Καρμυλησσὸς χωρίον, ἐν φάραγγι κείμενον, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ Κράγος, ἔχων ἄκρας ὀκτὼ, καὶ πόλιν ὁμώνυμον· ἐνταῦθα μυθεύουσι τὰ ὄρη τὰ περὶ τὸ χιμαίρας, i. e. *Deinde sequitur Anticragus, mons præceps, & in eo Carmylessus oppidum in convalle haud magna situm, & post hunc Cragus, habens octo vertices, & urbem ejusdem nominis; circa hos montes fabula Chimeræ fingitur.*

98 Κράμ-

ΚΡΑ΄ΔΗ, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίας περιηγήσει. Τὸ ἐθνικὸν, Κραδίτης, ὡς Σιδίτης.

CRADE, urbs Cariæ, Hecatæus Asiæ perihegesi. Gentile, Cradites, ut Sidites.

ΚΡΑΜΒΟΥΣΑ[98], νῆσος πρὸς Σελεύκειαν τῆς Ἰσαυρίας· Στράβων παρεκκαιδεκάτῳ. [99] Τὸ ἐθνικὸν, Κραμβούσιος, ἢ *

CRAMBUSA, insula juxta Seleuciam Isauriæ, Strab. lib. 14. Gentile, Crambuses, vel.....

ΚΡΑΜΒΟΥΤΙΣ, πόλις Αἰγύπτου· Ἑκαταῖος περιηγήσει Λιβύης. Ὁ πολίτης, Κραμβουτίτης, ὡς Ναυκρατίτης. Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ ο γράφει, Κράμβολις παροξυτόνως, ὡς Ἄβολις.

CRAMBUTIS, urbs Ægypti, Hecatæus. Libyæ perihegesi. Civis, Crambutites, ut Naucratites, Herodian. per o scribit, Crambotis, cum accentu in antepenultima, ut Abotis.

ΚΡΑΝΑΗ[1], νῆσος Λακωνική. Ὅμηρος· Νήσῳ δ' ἐν Κραναῇ ἐμίγην — [2] Ἥτις πρόκειται Γυθείου. [3] Οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Ἀττική, ἀπὸ Κρανανοῦ. Ἐξειλήφασι γάρ τινες ὕστερον τὸ Ὁμηρικὸν τὸ Κραναῇ, ἀντὶ τοῦ Ἀτθίδι. Ἑλένη καλεῖται νῦν. [4] Ἐμοὶ δοκεῖ Ἀλέξανδρος δηλῶσαι τὸν πλοῦν διὰ τῶν νήσων πλεῖν πεποιημένον τὴν εἰσαγωγήν, ἀλλὰ τὰ ἔξω. Τὴν γὰρ διωχθήσεσθαι, τὴν Κρήτην δι' ὤνυμον λαμβάνει, καὶ τὴν Ἀσίαν παραλεγόμενος εἰς Φοινίκην ἔρχεται. Τὸ ἐθνικὸν, εἰ μὲν τῆς Λακωνικῆς, Κρανάτης, ὡς Καρυάτης· εἰ δὲ τῆς Ἀττικῆς, Κρανατικός, ὡς Ἀθηναῖος.

CRANAE, insula Laconica, Hom.

Insula verò in Cranaë mistus sum.

Quæ ante Gytheum sita est: sic etiam vocabatur Attica, à Cranao. Sic enim accipiunt aliqui Homericum illud *in Cranaë* pro *in Atthide*. Nunc *Helene* vocatur. Mihi videtur Alexander non ostendere navigationem locorum, quæ per insulas fiebat; sed eorum, quæ per exteriorem insularum partem. Cum enim suspicaretur fore, ut eum persequerentur, Cretam ad sinistram capit, & Asiam legens in Phœniciam venit. Gentile, si Laconicæ quidem, Cranaates, ut Caryates, si Atticæ verò, Cranæus, ut Athenæus.

ΚΡΑΝΕΙΑ, χωρίον Ἀμβρακιωτῶν· Θεόπομπος πεντηκοστῷ πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Κρανειάτης, ὡς Μαρειάτης, ὡς φησι Σοφοκλῆς Λαρισσαῖος.

CRANEA, regio Ambraciotarum Theopomp. lib. 51. Gentile, Craneates, ut Mareates, ut inquit Sophocles Lariſsæus.

ΚΡΑΝΙΔΕΣ[5], σποικία πρὸς τῷ Πόντῳ. Παρ-

CRANIDES, cohabitatio prope Pontum,

98 Κράμβουσα, νῆσος πρὸς Σελεύκειαν τῆς Ἰσαυρίας.] Crambusa, insula circa Seleuciam Isauriæ ex Strabonis lib. decimo quarto, cujus sunt verba: Εἶτ' Ἀνεμούριον ἄκρον, ὁμώνυμος τῇ πρόσκειται, καὶ Κράμβουσα νῆσος, καὶ Κώρυκος ἄκρον, ὑπὲρ ἧς ἐν εἴκοσι σταδίοις ἐστὶ τὸ Κωρύκιον ἄντρον, ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται. i. e. *Deinde Anemurium promontorium ejusdem nominis cum priore, & Crambusa insula, & Corycus promontorium, supra quod ad* XX *stadia Corycium est antrum in quo optimus crocus nascitur.* Ejus quoque meminit Ptolemæus lib. 5. c. 5. qui eam circa Pamphyliam locat.

99 Τὸ ἐθνικὸν, Κραμβούσιος, ἢ *] Hæc si tibi placet, sic supplebis: τὸ ἐθνικὸν, Κραμβούσιος, ἢ Κραμβουσιώτης, ἢ Κραμβουσσαῖος. i. e. *Gentile, Crambuses*, vel *Crambusenus*, vel *Crambuseus*. Sic enim hujusmodi formæ nomina formant Gentilia plerumque, ut à Βόσπορος, Βοσπορηνὸς, & Βοσπορσαῖος, etsi aliter etiam solent formare.

1 Κρανὴ, νῆσος Λακωνική.] Cranaë, insula Laconica, ex Homero, cujus affert hemistichium, quod apud eum legitur Il. 3. v. 445. Miror autorem nostrum in etymologia oppidorum & insularum luxuriantem; nunc hujus insulæ etymologiam silentio præterire, quæ *Cranae* dicta fuit, ut in illo versiculo innuit Homerus, quod in ea Paridis concubitus cum Helena acciderit, unde postea *Helena* etiam vocata fuit. Utrumque testatur Strabo lib. 9. Πρόκειται δὲ τῆς Ἀττικῆς ταύτης πρὸς μὲν Θορικὸν καὶ Σούνιον, νῆσος Ἑλένη, τραχεῖα καὶ ἐρημος, ἀσπαμάκης, ὅσον ἑξήκοντα σταδίους τὸ μῆκος· ἧς φασι μεμνῆσθαι τὸ ποιητὴν, ἐν οἷς Ἀλέξανδρος λέγει πρὸς τὴν Ἑλένην.

Οὐ δ' ὅτε σε πρῶτον Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς
Ἔπλεον ἀρπάξας ἐν πολυκωπείοισι νέεσσι
Νήσῳ δ' ἐν Κραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ.

Ταύτην δὲ λέγει Κρανὴν, τὴν νῦν Ἑλένην, ἀπὸ δὲ ἐκεῖ γενέσθαι τὴν μίξιν. Μεῖζον δὲ τὴν Ἑλένην, ἡ Εὔβοια, &c. i. e. *Ante oram hanc & Thoricum & Sunium jacet insula Helena, aspera & deserta, in longum porrecta spacio circiter* LX *stadiorum cujus ajunt meminisse poetam in his, quæ Alexander ait ad Helenam:*

Nec cum te primùm Lacedæmone amabili.
Navigabam rapiens in pontigradis navibus
Insula verò in Cranae mistus sum amore & lecto.

Hanc enim dicit Cranaën, quæ nunc Helene, *quod illic concubitus fuerit; post Helenen verò Eubœa, &c.* Memoratur quoque Paus. in Laconicis; Eust. ad Homeri locum citatum dubitat, nomenne sit insulæ proprium, an epithetum.

2 Ἥτις πρόκειται Γυθείου.] Insulam Cranaën, seu Helenen ante Gytheum sitam fuisse inquit, Gytheum verò fuit oppidum & navale Lacedæmoniorum de quo suo loco egimus. De rebus ad Geographiam pertinentibus fides Straboni potius quam Stephano adhibenda est: qui Cranaen insulam ante Thoricum & Sunium Atticæ locat lib. 9. cujus verba attulimus nota proxime præcedenti.

3 Οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Ἀττική, ἀπὸ Κρανάου.] Cranaën etiam vocatam fuisse Atticam à Cranao inquit. Cranaus verò fuit rex Athenienſium, à quo *Attica* dicta est Cranaë, quemadmodum à Cecrope vocata fuit *Cecropia*, unde inquit noster, nonnulli illud Homericum ἐν Κρανῇ, i. e. *in Cranaë*, pro in Atthide accipiunt.

4 Ἐμοὶ δοκεῖ Ἀλέξανδρος, &c.] Nunc explicat mentem Alexandri, id est, Paridis in sua navigatione, cum abrepta Helena Lacedæmone per mare fugeret.

5 Κρανίδες, σποικία πρὸς τῷ Πόντῳ.] Cranides, oppidum ad Pontum ex Parthenio in Anthipe. Memoratur etiam Arrhiano in Periplo Ponti Euxini, cui Κρωμίδες dicitur: Σανδαράκη, ὅρμος ναυσὶ μικραῖς. Ἐνθένδε εἰς Κρωμίδας, ἑξήκοντα. Καὶ ἀπὸ Κρωμίδων εἰς Ψύλλαν ἐμπόριον, τριάκοντα. i. e. *Sandaraca, portus navibus parvis; hinc ad Crenidas, sexaginta; & à Crenidibus ad Psyllam emporium, triginta.* Ego reor ex nostro autore corrigendum esse Arrhianum.

6 Κρά-

Παρθένιος ἐν Ἀνθήπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Κρανίτης. A tum, Parthenius in Anthipe. Gentile, Cranitæ.

ΚΡΑΝΙΟΝ [6], πόλις ἐν Κεφαλληνίᾳ τῇ νήσῳ· [7] τετράπολις ἦ ἡ νῆσος ἀπὸ τῶν Κεφάλου παίδων, Προνήσου, Σάμης, Πηλέως, Κρανίου. Τὸ ἐθνικὸν, Κρανεῖς.

CRANIUM, urbs in Cephallenia insula, quæ habebat quatuor urbes à Cephali filiis, Pronesо, Samo, Peleo, Cranio. Gentile, Cranæi.

ΚΡΑΝΩΝ [8], πόλις τῆς Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώτιδος, ἐν τοῖς Τέμπεσιν, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [9] Ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Ἀθαμανίας, ἀπὸ Κράνωνος τοῦ Πελασγοῦ. Ἐν ταύτῃ δύο κόρακας εἶναί φασι μόνους, ὡς Καλλίμαχος ἐν τοῖς Θαυμασίοις, καὶ Θεόπομπος. Οἱ δ' ἄλλους ἐκνοσσεύσωσιν, ἕως αὐτὸς καταλιπόντες, ἀπέρχονται. Ὁ πολίτης, Κρανώνιος. Ἡρόδοτος ἐκτῇ· Ἐκ δὲ Θετταλίης ἦλθεν ἐς Σκοπαδέων Διακλωρίδης Κρανώνιος. [10] Ἀπέχει δὲ σταδίους ἑκατὸν τῶν Γυρτώνος ἡ Κράνιον πόλις, ὡς φησι Στράβων. Καὶ Ὅμηρός φησιν Ἐφύρας τὰς Κρανωνίδας· Φλεγύας δὲ, τὰς Γυρτωνίδας. Ἔστι καὶ ἡλυκὸν Κρανωνὶς, ἀπὸ τῆς ἁλυκῆς.

CRANON, urbs Theſſaliæ Pelaſgiotidis in campis, qui *Tempe* vocantur, ut Hecatæ Europa. Eſt & alia urbs Athamaniæ, à Cranone Pelaſgi filio. In hac duos tantum corvos eſſe dicunt, ut Callimachus in Admirabilibus, & Theopompus. Cum verò alios ex nido educunt, pares eos relinquentes diſcedunt. Civis, Cranonius, Herodot. lib. ſexto: *Ex Theſſalia verò Scopadeorum venit Diactorides Cranonius.* Diſtat verò Cranium urbs à Gyrtone ſtadiis centum, ut inquit Strab. *& Hom. vocat Ephyros Cranonios, Phlegyes verò Gyrtonios.* Eſt etiam fœmin. Cranonis à genitivo.

ΚΡΑΣΕΡΙΟΝ, Σικελίας χωρίον· φίλις ὀγδόῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Κρασερῖνος. E

CRASERIUM, Siciliæ regiuncula, Philiſtus lib. 8. Gentile, Craſerinus.

ΚΡΑΣΤΟΣ [11], πόλις Σικελίας τῶν Σικανῶν· φίλις Σικελικῶν τρισκαιδεκάτῳ. Ἐν ταύτης ἦν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς, καὶ Λαΐς ἡ ἑταίρα, ὡς Νεάνθης ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. Ἔχει δὲ ἡ πόλις εὐπρεπεστάτας γυναῖκας, F ὡς

CRASTUS, urbs Siciliæ Sicanorum, Philiſtus rerum Sicul. lib. 13. ex hac erat Epicharmus Comicus, & Laïs meretrix ut Neanthes in lib. de viris illuſtribus. Habet verò urbs pulcherrimas mulieres, ut Philemo, Apio verò

6 Κράνιον, πόλις ἐν Κεφαλληνίᾳ τῇ νήσῳ.] Cranium, urbs in Cephallenia inſula, quæ Κράνιοι dicitur Straboni plur. maſcul. Ejus ex lib. 10. ſunt verba: Τὸν δὲ Κεφαλληνιακὸν τετράπολιν ἔσαν, ἀπ' αὐτοῦ εἰρημένοι τοῦ νεῶ ὀνόματος, ἔστι δὲ πόλεων ἀδόξων, πολὺ μεταξὺ εἴτε Σάμης εἴτε Σάμου· ἡ νῦν μὲν ἀφάνιστος ἐστὶν, ἴχνη δ' αὐτῆς δείκνυται, καὶ μέσον τοῦ τε Ἰθάκης περάσματος· οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς Σαμαῖοι καλοῦνται· αἱ δ' ἄλλαι καὶ νῦν εἰσιν ἔτι μικραὶ πόλεις τινὲς, Πρόννησος, καὶ Κράνιοι. i. e. *Cephalleniam verò, cum quatuor haberet urbes, ne eam quidem ſuo dixit nomine* [Homerus,] *nec ullam urbium, præter Samen ſive Samum; quæ nunc quidem non extat, veſtigia verò ipſius oſtenduntur ad medium verſus Ithacam trajectum, cujus oppidani* Samæi *vocantur; reliquæ autem adhuc nunc ſunt parvæ urbes quædam, Proneſus, & Cranii.*

7 Τετράπολις ἦ ἡ νῆσος ἀπὸ τοῦ Κεφάλου παίδων, &c.] Cephallenia, inſula erat *tetrapolis*, id eſt, quatuor habebat urbes, ipſa à Cephalo, urbes ab hujus quatuor filiis nomen habebant, quorum nomina autor noſter prodit. Urbium verò nomina recenſet Thucydides lib. 2. Κεῖται δὲ ἡ Κεφαλλωνία κατὰ Ἀκαρνανίαν καὶ Λευκάδα· τετράπολις ἐστὶ, Παλλῆς, Κρανίοι, Σαμαῖοι, Πρόνναοι. i. e. *Cephallenia verò jacet juxta Acarnaniam & Leucadem*; Tetrapolis eſt, *id eſt, quatuor urbes habet*; *eæ autem ſunt Pallenſes, Cranii, Samæi, Pronæi.* Apud Thucydidem pro Πρόνναοι legendum puto ex Strabone Πρόννησοι, quoniam à Proneſo habebat nomen, qui erat unus ex quatuor Cephali filiis, qui quatuor Cephalleniæ urbibus nomina dederunt, ut inquit noſter. Euſtathius ad Odyſſeæ primæ v. 103. annotat, Cephalleniam per duplex *l* ſcribi, cum à Cephalo nomen habeat, ἵνα τὸ ἐθνικὸν Κεφαλλῆ, ἔχῃ διαφορὰν πρὸς τὸν ἐν σώματι κεφαλλόν. i. e. *ut gentile Cephallen*, i. e. *Cephallenſis differat πρὸς τὸν ἐν σώματι κεφαλλὸν.* i. e. *à capite corporis.*

8 Κράνων, πόλις τῆς Θεσσαλίας, &c.] Cranon, onis, urbs Theſſaliæ Pelaſgiotidis ex Hecatæi Europa. Memoratur Scylaci in Θεσσαλία, Plinio libro 4. c. 8. Livius libro 42. cap. 64. Crannona per duplex *n* vocat: *Ibi cum ſecuri, & propter caſtrorum longinquitatem, & viæ inopis aquarum difficultatem, quæ inter Scyrium & Crannona eſt, ſtativa haberent, repentè prima luce in imminentibus tumulis equitatus regius cum levi armatura viſus ingentem tumultum fecit.*

9 Ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Ἀθαμανίας, &c.] Secundo loco numerat Cranona urbem Athamaniæ, ex Herodoti lib. 6. cujus affert verba male interpuncta & non bene ſcripta quæ ſic apud eum habentur libro citato c. 127. Ἐκ δὲ Θεσσαλίης ἦλθε ἐς Σκοπαδέων Διακλωρίδης Κρανώνιος. i. e. *E Theſſalia verò venit Scopadeorum Diactorides Cranonius.*

10 Ἀπέχει δὲ σταδίους ἑκατὸν τῶν Γυρτώνος ἡ Κράνιον πόλις.] Quam ſupra in eadem ſectione dixerat Cranona, vocat nunc Cranion, hujus diſtantiam à Gyrtone inquit ex Strabone fuiſſe ſtadiorum centum, cujus verba affert, ut puto, malè ſana, quæ apud ipſum Strabonem non bene, quoque ſe habent. Sic enim apud eum leguntur in excerptis ex ejus lib. 7. fine: Ἀπέχει δὲ ἡ Γυρτὼν τῆς Τυρρηνῶν, πόλεως Κρανῶν καί φασιν ὅταν εἴπῃ ὁ ποιητὴς, Τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης, Ἐφύρας μὲν λέγεσθαι τὰς Κρανωνίδας, Φλέγυας δὲ τὰς Γυρτωνίδας. i. e. *Abeſt verò Gyrton Tyrrhenis, urbis Cranarum*; *& dicunt, quod quando dixit poëta* Τὼ μὲν, &c. i. e. *Hi quidem ex Thracia. Ephyros quidem dici Crannonios, Phlegyas verò Gyrtonios. Si* tibi placet, ex Stephano corriges Strabonem hoc modo: Ἀπέχει δὲ ἡ Γυρτὼν τῆς πόλεως Κράνου σταδίους ἑκατόν. i. e. *Diſtat autem Gyrton ab urbe Cranone ſtadia centum.* Gyrtonios verò prius *Phlegyas* vocatos fuiſſe, & Cranonios, Ephyros teſtatur iterum idem Strabo lib. 9.

11 Κρασὸς, πόλις Σικελίας τῶν Σικανῶν.] Craſtus, urbs Siciliæ, ex Philiſto rerum Sicularum lib. 13. quæ Herodoto lib. 5. c. 45. *Craſtis* dicitur, ex qua fuiſſe Epicharmum comicum poetam, & Laidem meretricem inquit. Celebres enim meretrices urbes etiam, ſi Diis placet, illuſtrant: de qua decertabant quædam civitates haud ſecus ac de Homero. Alii enim è Craſto, alii ex Hyccaro, alii è Corintho fuiſſe contendebant. Duæ autem fuere hujus nominis meretrices inſignes, altera ſenior, altera junior. De juniore eſt apophthegma Demoſthenis celebre, cui cum illa pro concubitu peteret μυρίας δραχμὰς, i. e. *decem mille drachmas*, Demoſthenes fertur dixiſſe, ἐκ οὐδεμιᾶ μυρίων ἐγχωμῶν μεταμέλειαν, i. e. *non emo decem mille drachmis pœnitentiam*, ut refert Gell. Noct. Atticarum lib. 1. c. 8.

12 Κρεμ-

ὡς Φιλήμων. Ἀπίων ᾗ, ὅτι μόνῳ Πολέμων ἔφη τὴν Λαΐδα Κορινθίαν. Ὁ πολίτης Κρασίνῳ, καὶ Κρασίνη τὸ θηλυκόν. A rò inquit, quod solus Polemo dixit Laïdem fuisse Corinthiam. Civis, Crastinus, & Crastina, fœmineum.

ΚΡΕΜΗ, πόλις Πόντου· Φλέγων ἐγδόῳ χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Κρεμήσιος, ὡς Ἰθακήσιος. CREME, urbs Ponti, Phlegon, Chronic. 8. Gentile, Cremesius, ut Ithacesius. B

ΚΡΕΜΜΥΩΝ[12], κώμη Κορίνθου· Εὔδοξος ἔκτῳ γῆς περιόδου. Ὁ πολίτης, Κρεμμυώνιος. Ἐν ᾗ μυθεύουσι τὸν περὶ τὴν Κρεμμυωνίαν σῦν, ἣν μητέρα φασὶ Καλυδωνίου κάπρου φασὶ, καὶ τῶν Θησέως ἄθλων, [13] Φαβωρῖνος δέ φησιν ᾗ, καὶ Ἐρύμανθος, καὶ Καλυδωνίου μήτηρ ἦν. Τὸ κύριον ὄνομα αὐτῆς ἐκαλεῖτο Φαία. Ἔστι καὶ Κρομμύων, πόλις Λιβύης, διὰ τοῦ ο· καὶ Ἑκαταῖος. Τὸ ἐθνικὸν, Κρομμυώνιος, καὶ Κρομμυωνία. CREMMYON, vicus Corinthi, Eudoxus terræ periodi lib. sexto. Civis, Cremmyonius, ubi, quæ de sue Cremmyonia fabulantur, quam apri Calydonii matrem fuisse dicunt, atque de Thesei laboribus. Phavorinus verò inquit, quod Erymanthii & Calydonii apri mater erat, ejus proprium nomen vocabatur *Phæa*. Est & Crommyon urbs Lybiæ per o, Hecatæ. Gentile, Crommyonius, & Crommyonia. C D

ΚΡΕΥΣΙΣ, πόλις Βοιωτίας, κειμένη καταντικρὺ τῆς Μεγαρίδος, ὡς Ἡρωδιανός. Ἡ γυνὴ, Κρούσιος. Τὸ ἐθνικὸν, Κρουσιεύς. CREUSIS, urbs Bœotiæ, sita è regione Megaridis, ut Herodianus. Genitivus, Κρούσιος. Gentile, Creusieus.

ΚΡΗΝΙΔΕΣ[14], πόλις Σικελίας, ἃς Φίλιππος μεταονόμασε Φιλίππους. Τὸ ἐθνικὸν Κρηνίτης. CRENIDES, urbs Siciliæ, quas, Philippus, mutato-nomine-vocavit *Philippos*, Gentile, Crenitæ. E

ΚΡΗΣΣΑ[15], πόλις Παφλαγονίας, ἣν Μηριόνης μετὰ Τροίαν ἔκτισε, Ζελίας δὲ ἔλεν, ὁ Νικομήδους υἱός· Δημοσθένης γράφει. Τὸ ἐθνικὸν, Κρησσαῖος. CRESSA, urbs Paphlagoniæ, quam Meriones post Troiam condidit; Zelias verò Nicomedis filius cepit, atque destruxit. Demosthenes scribit. Gentile, Cressæus. F

ΚΡΗΣΙΟΝ, πόλις Κύπρου· Θεόπομπος Φιλιππικῶν πεντεκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Κρησιεὺς, ὡς Σουνιεύς. CRESIUM, urbs Cypri, Theopomp. Philippico. lib. 15. Gentile, Cresieus, ut Sunieus.

ΚΡΗΣΤΩΝ[16], πόλις Θρᾴκης. Ἔοικε δὲ εἶναι ἡ Κρηστώνη, παρ' Ἡροδότῳ. Λυκόφρων, Ὁρκωμοτήσαι τὸν τε Κρηστώνης θεόν. Ὁ πολίτης Κρηστωναῖος παρὰ Πινδάρῳ. Ῥιανὸς δὲ Κρηστωνίους αὐτοὺς φησιν. Ἑκαταῖος δὲ Κρηστῶνας αὐτοὺς, ἐν Εὐρώπῃ· καὶ Κρηστωνικὸν, κτητικόν. CRESTON, urbs Thraciæ; videtur verò esse Crestone apud Herodotum. Lycophro. *Iurare Crestonæ Deum.* Civis, Crestonæus apud Pindarum, Rhianus verò *Chrestonios* eos vocat, Hecatæus autem in Europa. Crestones, possessivum Crestonicum. G H

ΚΡΗ- CRE-

12 Κρεμμύων, κώμη Κορίνθου.] Cremmyon, onis, vicus seu pagus Corinthi, ex Eudoxi terræ periodo, quæ *Cromyon* dicitur Straboni lib. 8. unde desumpta sunt illa Stephani de Cremmyonia sue, & Thesei laboribus, sed mutila, quæ ex Strabonis libro citato sic restituenda sunt: Ἐν ᾗ μυθεύουσι τὸν περὶ τὴν Κρομυωνίαν σῦν, ἣν μητέρα δὲ Καλυδωνίου κάπρου φασὶ, καὶ τῶν Θησέως ἄθλων ἕνα τοῦτον παραδιδόασι, τὸν τοῦ συὸς τούτου ἐξαίρεσιν. i. e. *In qua fabulantur, quæ de Cromyonia sue, quam Calydonii apri matrem ajunt, ac unum de Thesei laboribus hunc tradunt fuisse hujus apri cædem.*

13 Φαβωρῖνος δὲ καὶ Ἐρύμανθος, καὶ Καλυδωνίου μήτηρ ἦν.] Lege Φαβωρῖνος δέ φησι, καὶ ὅτι καὶ Ἐρυμανθίς, καὶ Καλυδωνίου συὸς μήτηρ ἦν. i. e. *Phavorinus verò ait, quod etiam erat mater Erymanthii, & Calydonii apri.*

14 Κρηνίδες, πόλις Σικελίας, ἃς Φίλιππος, &c.] Crenides, urbs Siciliæ, quas Philippus de suo nomine *Philippos* vocavit; quis unquam audivit, urbem Siciliæ à Philippo nomen accepisse, nescio cui tribuam hunc errorem Stephanone, an typographo, an transcriptori; pro πόλις Σικελίας lege, πόλις Μακεδονίας, i. e *urbs Macedoniæ*, hæc enim urbs, cum antiquitus diceretur *Crenides*, à Philippo vocata fuit *Philippi*. Ut ex Artemidoro tradit noster in Φίλιπποι, quam alii Thraciæ, alii Thessaliæ, noster loco citato Macedoniæ adscribit, illud etiam confirmatur ex excerptis ex lib. 7. Strabonis: Ὅπου ἡ νῦν Φίλιπποι πόλις, Κρηνίδες ἐκαλοῦντο τὸ παλαιόν. i. e. *quod nunc Philippi urbs, Crenides vocabantur antiquitus.*

15 Κρῆσσα, πόλις Παφλαγονίας.] Cressa, urbs quam noster Paphlagoniæ, Scylax Thraciæ adscribit in Θρᾴκη, neutra apud alios memoratur.

16 Κρήστων, πόλις Θρᾴκης· ἔοικε δὲ εἶναι ἡ Κρηστώνη, &c.] Creston, onis, urbs Thraciæ, videtur esse, quæ Herodoto & Lycophroni dicitur *Chrestone*, ut inquit noster, sed apertè fallitur, quia Herodotus lib. 1. c. 57. Crestona urbem supra Tyrrhenos memorat, quæ nullo modo ad Thraciam pertinere potest, ac forsitan pro Crotona; nulla enim apud Tyrrhenos urbs Creston, sed Croton celebratur, apud Lycophronem etiam in illo versiculo, quem affert Crestone non usurpatur pro urbe hujus nominis, sed pro Thracia quam sic vocat Lycophro ab urbe Thraciæ illius nominis, ut prodit ejus Scholiasta ad versum citatum: Κρηστώνη, ἡ Θρᾴκη, ἀπὸ μιᾶς πόλεως ἔτυχε κληθῆναι, θεὸς δὲ τοῖς Θρᾳκικοῖς ὁ Ἄρης, ὅτι πολεμικοὶ τὸ παλαιὸν οἱ Θρᾷκες. i. e. *Crestone, Thracia ab una urbe sic vocata, Deus verò Thracibus Mars, quoniam Thraces olim bellicosi erant.* Quare in illo Lycophronis versiculo Κρηστώνης θεόν. i. e. *Crestonæ deum*; nihil aliud est, nisi Thraciæ deus.

ΚΡΗ΄ΤΗ [17], ἡ μεγίστη νῆσος, ἣν Κρέητα ἔφη Ἀρχίλοχος, καὶ πλεοναζμὸν. Οἱ μὲν Φασιν ἀπὸ Κόρης Κορήτιν, καὶ Κρήτιν καὶ σωκοπήν. Οἱ δὲ, ἀπὸ Κρησὸς δὲ Διὸς καὶ Ἰδαίας νύμφης παιδὸς. Οἱ δὲ ἀπὸ Κρήτης μιᾶς τῶν Ἑσπερίδων. Οἱ δὲ ἀπὸ τινος γηγενοῦς Κρησὸς. Ἄμεινον δὲ ὠνομάσθαι τὸ Κρὴς, Κρητὸς, Κρῆτα, ὡς Θρᾴκη καὶ Χιόνη, καὶ Εὐφρόνη. Λέγεται καὶ ποιητικῶς Κρῆτες. Λέγεται καὶ Κρὴς Κρητὸς, καὶ Κρήσση, καὶ Κρησσαῖος, καὶ γηλυκῶς καὶ σθέλεροως· καὶ Κρησσεὺς, καὶ Κρησσὴς, καὶ Κρησσῆι, καὶ κλησικὸν· καὶ γηλυκὸν, Κρησσίας. Καὶ Κρηταιεὺς, καὶ Κρήσιος, ἀπὸ δὲ Κρὴς· καὶ Κρησιὰς γηλυκὸν, καὶ Κρησία, καὶ Κρήσιον. Καὶ ἀπὸ τοῦ Κρητὸς γλωσσῆς, Κρῆπις· καὶ τροπῇ δὲ τ εἰς σ, Κρήσις. Καὶ τὸ κλησικὸν, Κρησικος. [18] Καλεῖται δὲ ἡ νῆσος καὶ Ἀερία, καὶ Χθονία, καὶ Ἰδαία.

CRETA, maxima insula, quam Creetam Archilochus vocavit, per pleonasmum; alii dicunt à Core fieri Coretam, & per syncopen Cretam. Alii à Crete Iovis, & Idææ Nymphæ filio. Alii à Creta, una Hesperidum, alii à quodam gigante Crete. Melius verò est à Cres, Cretis, Creta, ut Thrace, & Chitone, & Euphrone. Dicitur & poëtice *Creta*, dicitur etiam *Cres*, *Cretis*, & *Crissa*, & *Cretaeus*, & fœm. & neutro genere, & *Creteus*, & *Cretëus*, & *Cretëius* possess. & fœm. *Cretëias*, & *Cretaeus*, & *Cresius*, à Cres, & fœm. Cresias, & Cresia, & Cresium, & à genitivo Κρητὸς, fœm. Cretis, ac verso *t* in *s* Cresis, & possessivum Creticus. Vocatur verò insula etiam *Aëria*, & *Chthonia*, & *Idæa*.

ΚΡΗΤΗΝΙΑ [19], τόπος Ῥόδου, ἐν ᾧ ᾤκησεν οἱ πρὶν Ἀλθημένην, ὃς χρησθεὶς ὅτι τὸν πατέρα ἀποκτενεῖ, ἔφυγε, καὶ νυκτὶ πλοίῳ συναντᾷ τῇ Ῥόδῳ, καὶ ὡς λῃστὰς νομίσας, ἀναιρεῖ τὸν πατέρα· [20] Εἰσὶ δὲ ὑπὲρ αὐτὴν τὰ Ἀταβύρια ὄρη, ἀφ' ὧν Ἀταβύριος.

CRETENIA, locus Rhodi, ubi Althemenes habitabat, qui cum ab oraculo accepisset se patrem occisurum, fugit, ac noctu navigio cuidam prope Rhodum obvius cum fieret, qui in navigio erant, pyratas ratus, patrem occidit. Sunt verò super Creteniam Atabyrii montes, à quibus Atabyrius.

ΚΡΗ-

CRE-

17 Κρήτη, ἡ μεγίστη νῆσος.] Creta, maxima insula, ut inquit noster, quæ nunc vulgo dicitur *Candia*, multis olim famigerata fabulis, adventu Europæ, Pasiphaës & Ariadnæ amoribus, Minotauri feritate fatoque, Dædali operibus & fuga, ac Jovis sepulchro, cui ejus nomen insculptum esse accolæ ostendebant, ut memoriæ prodidit Mela lib. 2. c. 7. ideo Sallustius apud Servium ad illud Virgilii Æneid. lib. 8. v. 349.

Jam tum religio pavidos terrebat agrestes
Dira loci.

Inquit Cretenses primos inveniisse religionem, quod apud eos natus fingebatur Jupiter. *Hecatompolis* verò dicebatur apud scriptores, quod centum haberet urbes, Eustathius ad Od. 19. v. 177. reddit rationem, quare cum Mœonius vates Il. 2. v. 649. eam vocet Hecatompolin, id est, centum-habentem-urbes; Od. 19. v. 174. ἐνενήκοντα πόλεις. i.e. *nonaginta urbes* habere tantum dicat, ubi divinus vates hanc insulam depingit, quæ juxta Ptolemæum lib. 3. c. 17. ab occasu terminabatur mari Adriatico, à septentrionibus pelago Cretensi, à meridie Libyco, ab oriente, Carpathio. Ejus præcipuæ urbes fuere, Gortyna, Phalasarna, Cydonia, Cnossus, Minois regia, sed non Strabonis patria, ut inquit Conrad. Gesnerus in Creta, de qua sic Virgilius Æneid. lib. 3. v. 104.

Creta Iovis magni medio jacet insula ponto
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna
Maximus unde pater, si rite audita recordor
Teucras Rhœteas primum est advectus ad oras.

Troianos enim à Creta insula profectos duce Teucro in Phrygiam venisse, atque Idam Troiæ ab Ida Cretæ monte appellasse pro certo habebatur, quo in monte Varro in libro, quem de litoralibus fecit, adhuc suis temporibus affirmat sepulchrum Iovis ibi visitatum, ut refert Solinus c. 17. in cujus rei testimonium dicebant Teucrum Apollini Sminthio templum consecrasse. *Sminthum* enim Cretenses vocabant *murem*, cujus magna fuit apud Trojanos religio, autore Strabone lib. 13. Celebris fuit Creta præterea labyrintho omnium celeberrimo à Dædalo jussu Minois facto (vesana dementia fuit consumere opes in artificis tantum gloriam cessuras) eam etiam illustrabant Minos & Rhadamanthus, qui propter insignem justitiam judices à poëtis apud inferos fingebantur, quorum Minos Cretensibus leges quoque dedisse fertur. Eam quoque nobilitavit Lycurgus Lacedæmoniorum legislator voluntario exilio. Cretenses etiam fuere Epimenides, & Georg. Trapezuntius insignis philosophus, ille de rerum natura Carmine scripsit, ut apud Latinos Lucretius, Georg. Trapezuntius etsi in Creta natus à Trapezunte Cappadociæ urbe, unde paternum genus trahebat, nomen habere maluit; Aristotelem maximè admirabatur, Platonem valdè contemnebat, plurima è Græco vertit, nec pauca Latinè scripsit. Ferunt in extrema senectute omnium, ac sui quoque nominis oblitum fuisse, de quibus videsis Voss. de historicis Latinis lib. 3. c. 8.

18 Καλεῖται δὲ ἡ νῆσος καὶ Ἀερία, &c.] Nunc agit de Cretæ diversis nominibus, de quibus consulesis Plinium lib. 4. c. 12. Solinum c. 17.

19 Κρητηνία, τόπος Ῥόδου, ἐν ᾧ ᾤκησεν οἱ πρὶν Ἀλθημένην.] Cretenia, locus Rhodi, in quo habitabat, Althemenes, nemini, quod sciam, memoratur: at Althemenis historiam illam narrat Diodorus, qui Camirum Rhodi urbem confugisse inquit non Creteniam, ut inquit noster. Ejus ex lib. 5. sunt verba: Ὕστερον δὲ τούτων Ἀλθαιμένης ὁ Καλχέως ὢν ἐκ Κρητῶν βασιλέως, πρός τινων χρησηριαζομένων, ἔλαβε χρησμὸν ὅτι πεπρωμένον ἐστὶν αὐτὸν ὑπὸ παιδὸς αὐτοχειρὶ γονέα ἀναιρεθῆναι. Βουλόμενος δὲ τὸν τοῦτο τὸ μύσος ἀπαθῆ φυγεῖν, ἐκουσίως ἐφυγάδευσε τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, πολεμίαν ὄψιν. Οὗτος μὲν οὖν κατέπλευσε τὴν Ῥοδίαν εἰς Κάμειρον. Ἐπὶ δὲ ὄρους Ἀπαμύρου Διὸς ἱερὸν ἱδρύσατο ὃ προσαγορεύομεν Ἀπαμυρέως· ὅπερ ἔτι καὶ νῦν πολλοὶ τῶν ἀφορισθέντων, κείμενον ἐπὶ τινος ὑψηλῆς ἄκρας, ἀφ' ἧς ἔστιν ἀφορᾶν τὴν Κρήτην. Ὁ μὲν οὖν Ἀλθαιμένης μετὰ τῶν συναγελασθέντων κατῴκησεν ἐν τῇ Καμείρᾳ, τιμῶντες ὑπὲρ τὸ ἐγχώριον. i. e. *Post illa Althæmenes Catrei Cretensium regis filius oraculum de quibusdam sciscitans, responsum accepit, fato constitutum esse, ut sua manu occidat patrem; hoc nefas ut effugeret, sponte cum aliis quam plurimis, qui ultro se illi adjunxerunt, in exsilium abiit, & in Rhodiæ terræ urbem Camirum trajecit, in Atamyro verò monte Iovis templum fundavit, qui Atamyrii* [Iovis] *dicitur; qui adhuc hodie eximie colitur, situm in excelso cacumine, unde videre est Cretam.* Apud Diodorum pro ὄρους Ἀπαμύρου lege ὄρους Ἀπεύρου, pro Ἀπαμυρέως lege Ἀπευρέως; Atabyron enim mons ille, & *Atabyrios* Jupiter dicebatur. ut apparet ex nostro autore in Ἀπεύρου.

20 Εἰσὶ δὲ ὑπὲρ αὐτὴν τὰ Ἀταβύρια ὄρη.] De Atabyriis montibus, quos nunc memorat, videsis notas nostras in Ἀπεύρου.

21 Κρη-

ΚΡΗΘΩΤΗ[21], πόλις Ἑλλησπόντου, ὀγδοήκοντα σταδίους ἀπέχουσα τῆς Καρδίας. Τὸ ἐθνικὸν Κρηθωσιεύς, ὡς Περκωσιεύς. Ἔστι καὶ ἄκρα Ἀκαρνανίας.

A CRETHOTE, urbs Helleſponti, 80. ſtadia à Cardia diſtans. Gentile, Crethoſius, ut Percoſius. Eſt etiam promont. Acarnaniæ.

ΚΡΙΜΙΣΑ[22], πόλις Ἰταλίας, πλησίον Κρότωνος καὶ Θουρίου. Λυκόφρων· ἀπὸ Κριμίσης νύμφης. Τὸ ἐθνικὸν, Κριμισαῖος· καὶ ἡλυκῶς καὶ ἀδελφερῶς. [23] Καὶ ποταμός.

B CRIMISSA, urbs Italiæ, prope Crotonem, & Thurium, Lycoph. à Crimiſa Nympha. Gentile, Crimiſæus, & fœm. & neut. gen. Eſt etiam fluvius.

ΚΡΙΣΑ[24], πόλις Φωκίδος· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἀπὸ Κίσσου Φωκίδος. Τὸ ἐθνικὸν Κισσαῖος, [25] καὶ Κισσαῖον πεδίον. Εἰσὶ καὶ Κίσσαι ἄλλαι Τρωϊκαί. Ἔστι καὶ Αἰολίδος Κίσσα. [26] Τινὲς δὲ αὐτὴν τῇ Κίρρᾳ φασὶ. Λέγεται τὸ ἐθνικὸν Κισσιάς, ὡς ἀπὸ Γάζης Γαζαῖος.

C CRISA, urbs Phocidis, Hecatæ. Europa, à Criſo Phocio. Gentile, Criſæus, & Criſæus campus. Sunt & aliæ Criſæ Troadis. Eſt etiam Æolidis Criſa. Aliqui eamdem cum Cirrha dicunt. Dicitur gentile, Criſëias, tanquam ab Criſeus.

ΚΡΙΩΑ[27], δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος. Ὁ δημότης, Κριωεύς. Τὰ τοπικὰ Κριώθεν, καὶ Κριώζε, καὶ Κριῶσι.

D CRIOA, populus Antiochidis. Populares Crioeus. Localia, ex-Criois, ad-Crioa, in-Criois.

ΚΡΟΒΥΖΟΙ[28], ἔθνος πρὸς νότου ἀνέμου, τῷ Ἴστρῳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἐξ οὗ Κροβυζικὴ γῆ.

CROBYZI, gens verſus Notum ventum Iſtri. Hecatæ. Europa. Unde Crobyzica terra.

ΚΡΟΚΕΑ[29], πόλις Λακωνικὴ, τῶν ἑκατὸν πόλεων μία. Λέγεται ἐν ἑνικῶς. Οἱ οἰκοῦντες, Κροκεᾶται. Λέγεται δὲ τοπικῶς Κροκέηθεν.

E CROCEA, urbs Laconica, ex centum civitatibus una. Dicitur igitur ſingulariter, incolentes, Croceatæ. Dicitur verò localiter, ex-Crocea.

21 Κρηθωλὴ, πόλις Ἑλλησπόντου, &c.] Crethote, urbs Helleſponti LXXX. ſtadiis à Cardia diſtans, memoratur Straboni lib. 10. unà cum promontorio ejuſdem nominis cui Κρηθωλὴ dicitur: Εἶτα ἄκρα Κρηθωλὴ, καὶ Ἐχινάδες: καὶ πόλις Ἀσταικὸς, ὁμώνυμος τῇ πρὸς Νικομήδειαν καὶ τὸ Ἀσταικηνὸν κόλπον ἐνικῶς προσλεγομένη, καὶ ἡ Κρηθωλὴ δ' ὁμώνυμος πολίχνη τοῦ ἐν τῇ Θρᾴκῃ Χερρονήσου. i.e. *Deinde Crithote promontorium, Echinades, urbs Aſtacus, cognominis ei, quæ apud Nicomediam & ſinum Aſtacenum ſingulari numero dicta, & Crithote cognominis parva-urbs eis, quæ in Thracica Cherſoneſo.*

22 Κρίμισα, πόλις Ἰταλίας, &c.] Crimiſa, urbs Italiæ, inter Crotonem, & Thurium ex Lycophrone, nomen adepta à Crimiſa Nympha, cujus ſunt quæ ſequuntur:

Οἰνωτρίας γῆς κευχρίνῃ βεβρωμένον
Κρίμισα φιτρὸς δέξεται μιαιφόνου.
Oenotriæ terræ ab hydro morſum
Crimiſſa lampadis recipiet occiſorem.

Ad quem locum nihil de hac urbe refert ejus Scholiaſta; at Strabo lib. 6. eam celebrat: Φιλοκτήτου δ' ἐστὶ καὶ ἡ παλαιὰ Κρίμισα πρὸς αὐτοῖς τοῖς τόποις. i.e. *Philoctetæ verò eſt etiam vetus Crimiſa circa eadem loca.*

23 Ἔστι καὶ ποταμός.] Crimiſa fluvius hodie *Fiumica* vulgo Italis dicitur, autore Cluverio Italiæ antiquæ lib. 4. c. 15.

24 Κίσσα, πόλις Φωκίδος.] Criſa, urbs Phocidis ex Hecatæi Europa. Memoratur etiam Straboni lib. 9. Πάλιν δ' ἐφεξῆς ἐστιν ἄλλη πόλις Κίσσα, ὑφ' ἧς ὁ κόλπος Κισσαῖος. i.e. *Rurſus inde alia urbs Criſſa, à qua ſinus Criſſæus* [nomen habet.]

25 Καὶ Κισσαῖον πεδίον.] Criſæus campus celebratur ab Strabone lib. 9. apud quem per duplex *s* ſcribitur, ut & nomen urbis & ſinus: Πρόκειται δὲ τῆς Κίρρας τὸ Κισσαῖον πεδίον εὔδαιμον. i.e. *Ante Cirrham jacet Criſſæus campus felix.*

26 Τινὲς δ' αὐτὴν τῇ Κίρρᾳ φασί.] Inquit nonnullos Criſam Phocidis urbem eamdem cum Cirrha eſſe dicere; at Straboni lib. 9. Criſſa & Cirrha diverſæ ſunt urbes: Ὑποπέπλωκε τῇ Κίρφιδι πόλις ὄρχαια Κίρρα, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἱδρυμένη· ἀφ' ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς, ὀγδοήκοντά πως σταδίων· ἱδρυται δ' ἀπωλικρὺ Σικυωνος· πρόκειται δὲ τῆς Κίρρας τὸ Κισσαϊκὸν πεδίον εὔδαιμον· πάλιν δ' ἐφεξῆς ἐστιν ἄλλη πόλις Κίσσα, ὑφ' ἧς ὁ κόλπος Κισσαϊκός. i.e. *Infra Cirphim jacet urbs antiqua Cirrha ad mare ſita, à qua adſcenſus Delphos ſtadiorum circiter* XXC. *jacet verò è regione Sicyonis, ante Cirrham autem jacet Criſſæus campus felix. Sequitur inde alia urbs Criſſa, à qua ſinus Criſſæus nomen habet.*

27 Κριῶα, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος.] Crioa, populus Antiochidis tribus, Suidæ Κρίος dicitur, Heſychio Κριωΐδες, apud utroſque perperam ſcribitur, quod ex noſtro autore & ex Harpocratione debet corrigi. Huic enim etiam Κριῶα dicitur, de qua nihil notabile narratur.

28 Κρόβυζοι, ἔθνος πρὸς νότου ἀνέμου, τῷ Ἴστρῳ.] Crobyzi, gens verſus notum ventum Iſtri, *i.e.* ab auſtro Iſtri. Quorum meminit Strab. l. 7. Μετὰ δὲ τοὺς Σκορδίσκους χώρα ἐστὶ μία τὸ Ἴστρον, ἣ τοὺς Τριβαλλοὺς καὶ Μυσοὺς ἔσχεν, οὓς ἐμνήσθημεν πρότερον καὶ τὴν ἕλη τὴν μικρὰς παλιμβρίας Σκυθίας, τοὺς αὐτοὺς Ἴστρῳ· καὶ τούτων ἐμνήσθημεν. Ὑπεροικοῦσι δ' ἤτοί τε καὶ Κρόβυζοι, καὶ οἱ Τρωγλοδύται λεγόμενοι, τοῖς πρὸς Καλάτιν καὶ Τομαῖαν καὶ Ἴστρον τόποις. i. e. *Poſt Scordiſcorum verò regionem juxta Iſtrum quidem Triballorum & Myſorum regio eſt, quarum meminimus prius. Sunt etiam paludes parvæ Scythiæ dictæ intra Iſtrum, & harum meminimus. Habitant verò hi &* Crobyzi, *& qui* Troglodytæ *dicuntur loca circa Calatin & Tomæam & Iſtrum.* Hos quoque celebrat Herodotus lib. 4. c. 49. intra Thraciam: Διὰ δὲ Θρηϊκίης καὶ Θρηϊκέων τῶν Κροβύζων ῥέουσι, Ἄθρης, καὶ Νόης, καὶ Ἀτάρνης, ἐκδιδοῦσι ἐς τὸν Ἴστρον. i.e. *Per Thraciam verò & Crobyzos Thraces currentes amnes Athres, & Noës, & Atarnes aquas exonerant in Iſtrum.* Horum etiam meminit Plinius lib. 4. c. 12. Ptolemæus lib. 3. c. 10. eos Myſiæ adſcribit, iidem fuere populi. Myſia enim erat Thraciæ vicina.

29 Κροκέα, πόλις Λακωνική.] Crocea, urbs Laconica ex centum hujus regionis una num. ſing. ut inquit noſter, memoratur Pauſaniæ in Laconicis cui κώμη, i.e. *vicus* ſeu *pagus* & num. plurali dicitur, cujus lapidicinam celebrat: Ἐπὶ θαλάσσαν τε ἐς Γύθιον καταβαίνοντι, ἐστὶ Λακεδαιμονίοις ἡ κώμη καλεομένη Κροκέαι. Ἥξει λιθολομία, μία μὲν πέτρα συνεχὴς, ἐς διῆκουσα. Λίθοι δὲ ὀρύσσονται σφίσιν ὅμοιοι τοῖς ποταμίοις ἐοικότες, ἄλλως μὲν δυσεργεῖς· ὑπὸ δὲ ἐπεργασθῶσιν, ἐπικοσμήσαιεν ἂν καὶ θεῶν ἱερά. i. e. *Ad mare in oppidum Gythion deſcendenti eſt Lacedæmoniis vicus nomine* Crocea; *cujus eſt lapidicina, una petra continua, non interrupta; fodiuntur inde lapides fluvialibus ſimiles, ſculpendo-difficiles, elaborati tamen, eis ornantur Deorum templa.*

ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΩΝ πόλις [30], πόλις ἐν τῇ Μοιριδι τῇ λίμνῃ ἐν Αἰγύπτῳ· Ἡρόδοτος δευτέρᾳ. [31] Ἐκλήθη ἤ ἔτως ὁμαν * ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν διωκόμενος, μεθ' ἵππων φεύγων καταπεσόντος ἤ ἔ ἵππων ἐν τῇ Μοιριδι λίμνῃ, ὑπὸ κροκοδείλων ληφθῆναι, καὶ ἐξενεχθῆναι εἰς τὸ πέραν, κ ἔτως ὀνομασθῆναι, καὶ πόλιν κλίσαι, κ καθιερώσασθαι τοὺς κροκοδείλους. Ἀπεῖπέ τε μηδένα ἀποκτείνειν τὸ ζῶον, ἡγεῖσθαί τε ὡς θεόν. Ὁ πολίτης, Κροκοδειλοπολίτης.

ΚΡΟΚΥΛΕΙΟΝ [32], νῆσος Ἰθάκης· Θουκυδίδης τρίτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Κροκυλεύς· [33] Ἡρακλέων ἤ ὁ Γλαύκου, τετραμερῆ φησι τὴν Ἰθάκην, ἧς τὸ μὲν πρῶτον ὀνομάζει μεσημβρίαν κ θάλατταν, κ τὸ δεύτερον Νήϊον, καὶ τὸ τρίτον Κροκύλειον, τὸ τέταρτον Αἰγιρῆα.

ΚΡΟΜΥΟΥΣΑ, νῆσος Ἰβηρίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Κρομυούσιος.

ΚΡΟΜΜΥΩΝ, πόλις πλησίον Ἀσκάλωνος· Φιλήμων ἐν Ἐφήβῳ. Ὁ πολίτης, Κρομμυώνιος.

ΚΡΟΣΣΑ, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν Κροσσαῖος, ὡς Ἄφυλλα Ἀφυλλαῖος.

ΚΡΟΤΩΝ [34], πόλις Ἰταλίας ὄσημος, πρὸς

CROCODILORUM urbs, urbs in Mœride palude in Ægypto, Herodot. lib. 2. sic verò vocata fuit ..... à propriis canibus eum persequentibus cum equo fugeret, cadente verò equo in Mœride palude à Crocodilo captus fuit, ac in ulteriorem ripam delatus, ac propterea sic vocata fuit, cum urbem condidisset, atque Crocodilos consecravit, prohibuitque neminem occidere hoc animal, ac jussit, ut tanquam Deus existimaretur.

CROCYLEUM, insula Ithacæ, Thucyd. lib. 3. Gentile, Crocyleus: Heracleo verò Glauci filius in quatuor partes Ithacam divisam esse ait, cujus primam partem in meridiem & mare *vergere*, secundam, Neium, tertiam, Crocyleum, quartam, Ægirea *dici*.

CROMYUSA, insula Iberiæ, Hecatæ. Europa. Gentile, Cromyusius.

CROMMYON, onis, urbs prope Ascalonem, Philemo in Ephebo. Civis, Crommyonius.

CROSSA, urbs prope Pontum, Hecatæus Europa. Gentile, Crossæus, ut Aphilla, Aphyllæus.

CROTON, urbs Italiæ insignis, circa Rhe-

30 Κροκοδείλων πόλις, πόλις ἐν τῇ Μοιριδι τῇ λίμνῃ.] Crocodilorum urbs, urbs in Mœride palude, in Ægypto, ex Herodoti lib. 2. qui eam memorat libro citato c. 148. Ἐποίησαν λαβύρινθον, ὀλίγῳ ὑπὲρ τὴν λίμνην τὴν Μοιριν, καὶ κροκοδείλων πολεμούμενοι πόλιν μάλιστά κε κείμενον. Τὸν ἐγὼ ἤδη ἔδον λόγῳ μείζω. i. e. *Fecerunt labyrinthum, paulò supra paludem Mœrin juxta Crocodilorum urbem maximè fere situm; quem ego jam vidi fama majorem.* Ejus quoque meminit Ptolemæus lib. 4. c. 5. Strabo verò lib. 17. autor est, Arsinoën urbem Ægypti olim *crocodilorum urbem* vocatam fuisse, in cujus præfectura, quam Plinius lib. 5. c. 9. Crocodilopolitem *Nomon* vocat, mirum in modum crocodilus colebatur, sacerdotibus *Suchos* dictus.

31 Ἐκλήθη ἤ ἔτως ὁμαν * &c.] Nunc agit de etymologia Crocodilorum urbis, quam petit ab illa historia seu fabula, quam refert, in cujus verbis illa lacuna sine aliorum codicum ope suppleri non potest, pro ὁ verò sine dubio legendum est ὅτι. Sic enim amat loqui Stephanus, ἐκλήθη ἤ ἔτως ὅτι, &c.

32 Κροκύλειον, νῆσος Ἰθάκης.] Crocylium, insula Ithacæ ex Thucydidis lib. 3. apud quem non tamquam insula Ithacæ, sed tamquam Ætoliæ urbs memoratur: Ἅμα τῇ ἕῳ ἀφορμᾶτο ἐς τὴν Αἰτωλίαν, κ αἱρεῖ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ Πολιδανίαν, κ τῇ δευτέρᾳ Κροκύλιον, κ τῇ τρίτῃ Τίχιον. i. e. *Simul cum aurora castris motis profectus est in Ætoliam, & capit primo die Potidaniam, & secundo Crocylium, & tertio, Tichium.* Sed Crocylia neutro plurali tamquam insula Ithacæ celebratur ab Homero Il. 2. v. 633.

Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε Κεφαλλήνων μεγαθύμους
Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον, κ Νήριτον εἰνοσίφυλλον
Καὶ Κροκύλειά τ' ἐνέμοντο, κ Αἰγίλιπα τρηχείαν.
Sed Ulysses ducebat Cephallenenses magnanimos
Qui Ithacam tenebant, & Neritum frondosum
Et Crocylia habitabant, & Ægilipam asperam.

At hîc Homerus juxta Strabonis sententiam annumerat insulis, quæ sunt in continente. Crocylia enim erant in Acarnania. Ejus ex lib. 8. sunt verba: Τά τ' ἐν ἠπείρῳ πᾶσι νέοις συμφράζει.

Οἵ ῥ' Ἰθάκην εἶχον ———
Καὶ Κροκύλειά τ' ἐνέμοντο ———

Τὰ δὴ Κροκύλεια ἐν τοῖς Ἀκαρνᾶσιν. Οὕτω δὲ κ νῦν τὴν Αἰγίλιπα τὴν Μάσητα σωζῆσαι, ὅσα τ' Ἀργολικῆς ἠπείρᾳ. i. e. *Quæ in continente insulis annumerat:*

Qui Ithacam tenebant ———
Et Crocylia habitabant ———

Crocylia enim sunt in Acarnania. Sic & nunc cum Ægina Masetem conjunxit, qui est Argolicæ continentis.

33 Ἡρακλέων ἤ ὁ Γλαύκου, τετραμερῆ φησι τὴν Ἰθάκην.] Qui nunc dicitur *Heracleo Glauci* in Ἀγγλ vocatur *Glauconis filius*, ex quo inquit, in quatuor-partes-divisam esse Ithacam, quarum primam partem non exprimit. Forsitan erat, quæ Homero Od. 1. v. 103. dicitur Δῆμος:

Στῆ δ' Ἰθάκης ἐπὶ Δήμου ἐπὶ προθύροις Ὀδυσῆος.
Stabat autem Ithacæ in Demo ad vestibulum Ulyssis.

Ad quem locum ita Eustathius: Ὅτι δῆμος, τριχῶς παρὰ τοῖς παλαιοῖς, πλῆθός τε ἁπλῶς, κ πολίτευμα συστημα ἐξ οὗ τὸ δημοκρατεῖσθαι εἴρηται, κ τόπος τις ἐν Ἰθάκῃ ἔτι καλούμενος ἔνθα τὰ τοῦ Ὀδυσσέως βασίλεια. i. e. *Quod δῆμος, tripliciter accipitur apud veteres, simpliciter enim est multitudo, & politicum systema, à quo verbum δημοκρατεῖσθαι, i. e. à-populo-regi dicitur, & locus quidam in Ithaca ita vocatus, ubi erant Ulyssis regiæ ædes.* Secundum vocat Νήϊον, cujus meminit Homerus Od. 3. v. 81. apud quem perperam scribitur ὑπονήϊον pro ὑπὸ Νήϊον:

Ἡμεῖς ἐξ Ἰθάκης ὑπὸ Νήϊον εἰλήλουθμεν.
Nos ex Ithaca sub Neium sita venimus.

Tertiam verò appellat Κροκύλειον, cujus meminit noster in Δήμος, Crocylia verò neutro plur. quæ noster neut. singul. celebrat Homerus Il. 2. v. 633. cujus versus apposuimus nota 32. præcedenti; Quartam nominat Αἰγιρῆα cujus apud alios nulla, quod sciam, extat memoria.

34 Κρότων, πόλις Ἰταλίας ὄσημος πρὸς τὸ Ἴγκιον.] Croton seu Croto, utroque enim modo dicitur Latinis, fuit urbs Italiæ insignis prope Rhegium, ubi Sicilia ab Italia per fretum quoddam dividitur, olim inter Italiæ urbes celeberrima, quam Myscellum condidisse eodem tempore, quo Archias condidit Scyracusas, consulto prius oraculo tradit Strabo lib. 6. Ἅμα δὲ Μύσκελόν τέ φασιν εἰς Δίλφους ἐλθεῖν, κ τ' Ἀρχίαν χρησηριαζόμενον, ἐρέσθαι τ' θεὸν, πότερον αἱρεῖσθαι πλοῦτον, ἢ ὑγίειαν· τ' μὲν ἑλέσθαι τ' πλοῦτον, Μύσκελον δὲ τὴν ὑγίειαν· τῷ μὲν δὴ συναχθέσαι δεῦρο κλῆρον, τῷ δὲ

Κρό-

ωδὲι τὸ Ῥήγιον. 35 Βαρυώπῃ δ', ὅτε τὸ ὄρος σημαίνῃ, ὅθεν ὁ Ἄξιος ῥεῖ ποταμός. 36 Τὸ μὲν τοι ὄπι ἕ φθαρῇσι τ' κανῶν, ὀξυώπῃ. 37 Ἔστιν ἑτέρα πόλις Τυρρηνίας μητρόπολις· 38 καὶ τρίτη, Ἰταλίας. 39 Οἱ πολῖται Κροτωνιάται. Καὶ ἡλυκῶς, Κροτωνιᾶτις, καὶ Κροτώνιος, καὶ Κροτωνία, καὶ Κροτωνιάτης, καὶ Κροτωνιάς.

A Rhegium, gravatur verò, quando montem significat, unde Axius amnis fluit, cum verò dicitur de eo vermiculo, qui infestat canes, acuitur. Est & alia urbs Tyrrheniæ metropolis, & tertia, Italiæ. Cives. *Crotoniatas* vocant, & fœm. gen. Crotoniatis, & Crotonius, & Crotonia, & Crotoniates, & Crotonias.

B

ΚΡΟΥ-

CRU-

Κρότωνα· καὶ δὴ συμβαίνειν Κροτωνιάτας μὲν ἅπαντας ὑγιεινῶς οἰκεῖν τὴν πόλιν, ὡς εἰρήκαμεν. Συνεχώσας δ' ἐπὶ τοσοῦτον σκόπελον πόλεσι, ὥστε, &c. i. e. *Ajunt verò simul Delphos venisse Myscellum, & Archiam consulturum oraculum, deum autem respondisse, utrum eligerent, divitias ne, an sanitatem, Archiam igitur elegisse divitias, Myscellum verò sanitatem, igitur alteri concessum condere Syracusas, alteri autem Crotonem; & sane contigisse, Crotoniatas quidem sic incolere salubrem urbem, ut diximus, Syracusas verò eò divitiarum evectas, ut, &c.* Distabat CL. stadiis à Lacinio promontorio & eam illustrabat amnis Æsarus & portus, & alius amnis Neæthus, autore eodem autore libro citato: Πρώτη δ' ἐστὶ Κρότων ὡς ἑκάστῳ κἀ γεωδίοις δόξα· ἔχουσι δ' Λακινίῳ· καὶ ποταμὸς Αἴσαρος καὶ λιμήν, καὶ ἄλλος ποταμὸς Νέαιθος. i. e. *Prima est Croton CL. stadiis à Lacinio; & amnis Æsarus & portus, & alius fluvius Neæthus.* Ejus potentia hinc conjici potest, quippe conscripsit exercitum, CXXX millium Crotoniatarum, de quibus victoriam reportarunt decem tantum millia Locrorum cum Rheginis, quæ pugna adagio fecit locum, dici solitum contra incredulos, ἀληθέστερα τ' ἐπὶ Σάγρᾳ. i. e. *veriora illis, quæ ad Sagram.* Quia ad Sagram fluvium prælium illud accidit incredibile, atque illam cladem ajunt causam fuisse, cur Crotoniatarum res attritæ fuerint, propter multitudinem virorum, qui in illo prælio ceciderunt, quorum locuples est testis Strabo libro citato: adhuc hodie nomen servat. *Crotone* enim vulgo dicitur, autore Cluv. Italiæ antiquæ lib. 4. c. 15. Urbem nobilitabat nobile templum, ipsa urbe nobilius, Laciniæ Junonis, sanctum omnibus circà populis, & lucus unà cum sylva Deæ sacer, autore Livio lib. 24. c. 3. *Urbs Croto murum in circuitu patentem XII. millia passuum habuit ante Pyrrhi in Italiam adventum; post vastitatem eo bello factam vix pars dimidia habitabatur; flumen, quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca præterfluebat muros, procul iis quæ inhabitabantur; sex millia aberat ab urbe nobile templum, ipsa urbe nobilius, Laciniæ Junonis, sanctum omnibus circà populis; lucus ibi frequenti silva, & proceris abietis arboribus septus, læta in medio pascua habuit, ubi omnis generis sacrum deæ pascebatur pecus sine ullo pastore: separatimque egressi cujusque generis greges, nocte remeabant ad stabula, numquam insidiis ferarum, non fraude violati hominum; magni igitur fructus ex eo pecore capti: columnaque inde aurea solida facta, & sacrata est, inclytumque templum divitiis etiam, non tantum sanctitate fuit; ac miracula aliqua affinguntur plerumque tam insignibus locis. Fama est, aram esse in vestibulo templi, cujus cinerem nullus unquam moveat ventus. Et arx Crotonis una parte imminet mari, altera vergente in agrum, situ tantum naturali quondam munita, postea & muro cincta, quà per aversas rupes ab Dionysio Siciliæ tyranno per dolum fuerat capta.* Athleticæ etiam, non tantum rei bellicæ studuit, auxit urbis gloriam Pythagoreorum multitudo, & Milo ille athletarum celeberrimus, idemque discipulus Pythagoræ, teste Strabone libro citato: Δοκεῖ δ' ἡ πόλις πάντε πολέμοις ἀσκῆσαι, καὶ τὰ περὶ τὰς ἀθλήσεις· οὐ μικρῶ γὰρ Ὀλυμπιάδι οἱ τ' ἄλλοι περιγενόμενοι τῷ σταδίῳ ἐπῷ ἄνδρες, ἅπαντες ὑπῆρξαν Κροτωνιᾶται· ὥς γ' εἰκότως εἰρῆσθαι δοκεῖ, διότι Κροτωνιάδης ὁ ἐκεῖνος, περιτος τ' ἄλλων Ἑλλήνων· καὶ τὴν παροιμίαν δ', ὑγιέστερον Κροτωνος, λέγουσιν, ἐπιδέδθαι εἰρῆσθαί φασιν, ὡς ἐ τύπος περὶς ὑγίειαν καὶ εὐεξίαν ἔχοντος τι φορὸν ἀφ' τὸ πλῆθος τ' ἀθλητῶν. Πλείστας δὲν Ὀλυμπιονίκας ἔσχε, καίπερ ἐπολὺ χρόνον οἰκηθεῖσα ἀφ' τ' φθόρον τ' ἐπὶ Σάγρᾳ πεσόντων ἀνδρῶν, τοσούτων τὸ πλῆθος. Προσέβαλε δ' τῇ δόξῃ καὶ τὸ τ' Πυθαγορείων πλῆθος, καὶ Μίλων, ἐπιφανέστατος μὲν τ' ἀθλητῶν μεγεθος, ὁμιλητὴς δ' Πυθαγόρου, ἀλειφόμενος ἐν τῇ πολλῇ πολλὺν χρόνον. i. e. *Videtur autem urbs* [Croto] *& rebus bellicis studuisse, & athleticis; in una enim Olympiade septem viri, qui stadio vicerunt, omnes fuere Crotoniatæ, ut merito dictum videatur, Extremum Crotoniatarum, reliquorum Græcorum esse primum, inde quoque dictam ajunt paræmiam,* Salubrior Crotone, *quod ex athletarum multitudine colligeretur, locum istum ad sanitatem ac bonam corporis-habitudinem habere aliquid conducibile. Habuit enim plurimos, qui Olympia-vincerent, etsi non diu* [urbs ipsa] *habitata fuerit, propter cladem civium, qui ingenti numero ad Sagram ceciderunt. Auxit gloriam etiam Pythagoreorum multitudo, & Milo athletarum celeberrimus, & discipulus Pythagoræ longo tempore ea in urbe versati.*

35 Βαρυώπῃ δ', ὅτε τὸ ὄρος σημαίνῃ, ὅθεν ὁ Ἄξιος ῥεῖ ποταμός.] Inquit noster autor, quod Κρότων, cum significat montem, unde defluit Axius amnis, notatur accentu gravi; à neminę, quod sciam, memoratur mons Croto cognominis urbi, nec puto, alium montem habuisse Crotonem præter Lacinium, montem & promontorium, à quo Junoni *Laciniæ* nomen, unde sine dubio fluebat fluvius *Æsarus*, non *Axios*, ut inquit noster. Sic enim vocabatur amnis ille, ut apparet ex Strabone, cujus verba appositimus nota proxime præcedenti, & ex Dionysio v. 370. qui hanc urbem prope Metapontios locat:

Τὰς δ' μετ' ἐκείνης Μεταπόντιοι. Ἐγγύθι δ' σφῶν
Ἰμερτὸν πτολίεθρον εὐστεφάνοιο Κρότωνος,
Ναιόμενον χαρίεντος ἐπ' Αἰσάρῳ ποταμοῖο,
Ἔνθα κεν αἴπυν ἰδοιο Λακινιάδος δόμον Ἥρης.

Post hos autem deinceps Metapontii, prope ipsos verò,
Optabile oppidum bene-coronatæ Crotonis
Habitatum amœni apud Æsari fluenta
Ubi excelsum videas Laciniæ ædem Junonis.

Ad quem locum Eustathius: Ὅτι Λακίνιον, ἱερὸν ἦν Ἥρας, πλέσιον ὑπάρξαν πόλε· ὄρος δ' Κρότωνος ἦν Λακίνιον· ἐξ ὃ καὶ ἱερὸν Λακίνιον, καὶ Ἥρα Λακινίας. i. e. *Quod Lacinium, templum erat Junonis, dives aliquando; mons verò Crotonis erat Lacinium, ex quo & templum Lacinium, & Juno Lacinia.* Axius verò erat Macedoniæ fluvius, autore Plinio lib. 4. c. 10.

36 Τὸ μὲν τοι ἐπὶ ἕ φθαρῇσι τ' κανῶν, ὀξυώπῃ.] Κρότων significat etiam apud Græcos *vermiculum* illum, qui Latinis dicitur *ricinus*, quo canes infestantur. Itaque in illis verbis pro τ' Κανῶν lege κυνῶν.

37 Ἔστιν ἑτέρα πόλις Τυρρηνίας μητρόπολις.] Nunc celebrat aliam urbem Crotonem *Tyrrheniæ*, i. e. *Etruriæ* metropolin, quæ Latinis dicitur *Cortona*, sed Græcos propter celebritatem nominis Crotonis vocasse *Crotonem* verosimile videtur. Memoratur Livio lib. 9. c. 37. inter Etruriæ populorum capita: *Sed ubicumque pugnatum est, res Romana superior fuit: itaque à Perusia, & Cortona, & Aretio, quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempestate erant, legati pacem fœdusque ab Romanis petentes inducias in triginta annos impetraverunt.* Non longe aberat à lacu Thrasymeno Romanorum clade celeberrimo, ab Annibale accepta, autore eodem autore lib. 22. c. 4. *Annibal, quod agri est inter Cortonam urbem Thrasimenumque lacum, omni clade belli pervastat; quo magis iram hosti ad vindicandas sociorum injurias acuat. Et jam pervenerat ad loca insidiis nata, ubi maximè montes Cortonenses Thrasimenus subit.* Videsis quæ in Κυδωνίᾳ annotamus.

38 Καὶ τρίτη, Ἰταλίας.] In his verbis latere mendum suspicor, quia autor noster primo loco memoravit Crotonem, urbem Italiæ, secundò Tyrrheniæ: nunc alterius regionis urbs memoranda erat, non Italiæ, cujus jam meminerat, at ego cujusnam regionis fuerit urbs, divinare non possum.

39 Οἱ πολῖται, Κροτωνιάται.] Lege, Κροτωνιάται, error typographi rationibus inferendus.

ΚΡΟΥΣΤΟΜΕΡΙΑ[40], πόλις Σαβίνων, ἀντισχεῖσα Ῥωμύλῳ. Διονύσιος δευτέρῳ ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Κρουστομερῖνος.

CRUSTOMERIA, urbs Sabinorum, quæ Romulo obstitit, Dionysius lib. 2. Romanæ antiquitatis. Gentile, Crustomerinus.

ΚΡΟΥΣΙΣ, μοῖρα τῆς Μυγδονίας· Στράβων ἑβδόμῃ, ἡγεμονικῆς Κρουσίδος. Ἀπὸ Κρουσέως, τοῦ Μύγδονος υἱοῦ. Τῷ τοπικῷ ἔθει Κρουσίδεύς, ὡς Χαλκιδεύς. Ἔστι δὲ Κρου * ἔστι δὲ λυκὸν ὁμώνυμον Κρουσὶς γῆ.

CRUSIS, pars Mygdoniæ, Strab. lib. 7. *Prætoria Crusidis*, à Cruseo Mygdonis filio; regionis consuetudine, Crusideus, ut Chalcideus. Est verò Cru..... Est fœmin. homonymon Crusis terra.

ΚΡΥΑ[41], πόλις Λυκίας· Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Κρυεύς. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι νῆσοι Κρυέων, Κάρυσις, καὶ Ἀλίνα.

CRYA, urbs Lyciæ, Artemidorus epitomæ lib. 1. Gentile, Cryeus. Sunt verò & aliæ insulæ Cryeorum, Caryfis, & Alina.

ΚΡΥΑΣΣΟΣ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Κρυάσσου τοῦ Κάρητος. Ὁ πολίτης, Κρυασσεύς.

CRYASSUS, urbs Cariæ, à Cryasso Caretis filio. Civis, Cryasseus.

ΚΡΩΒΙΑΛΟΣ[43], πολίχνιον πρὸς τῇ Ποντικῇ. Ἀπολλώνιος τρίτῳ·

Κρωβίαλον, Κρώμναν τε, καὶ ὑλήεντα Κύθωρον.

Οἱ οἰκοῦντες, Κρωβιαλεῖς.

CROBIALUS, oppidulum juxta Ponticam, Apollonius 3.

Crobialum, Cromnamque & nemorosum Cythorum.

Habitantes, Crobialei.

ΚΡΩΜΝΑ[44], πόλις Παφλαγονίας, ἡ νῦν Ἄμασρις, ὡς εἴρηται. Τινὲς δὲ φασι χωρίον Ἀμάσριδος. Τὸ ἐθνικὸν, Κρωμνίτης, καὶ Κρωμναῖος, καὶ Κρωμναιεύς. Ἔστι καὶ Πελοποννήσου πόλις ἀρσενικῶς. Καὶ γηλυκῶς, καὶ ἐνικῶς καὶ πληθυντικῶς ἀπὸ Κρώμνου τοῦ Λυκάονος.

CROMNA, urbs Paphlagoniæ, quæ nunc *Amastris*, ut dictum est. Aliqui verò dicunt regiunculam Amastridis. Gentile, Cromnites, & Cromnæus, & Cromnæus. Est & Peloponnesi urbs, quæ in mascul. gen. & fœmin. & in singul. & in plur. num. profertur, à Cromno Lycaonis filio.

ΚΡΩΠΙΑ, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Φρυ-

CROPIA, populus Leontidis tribus, Phry-

40 Κρουστομερία, πόλις Σαβίνων, &c.] Crustomeria, urbs Sabinorum, quæ Romulo unà cum aliis bellum intulit, memoratur ex Dionysio Romanæ antiquitatis lib. 2. cui Κρουστομέλιον, non Κρουστομερία, dicitur, sed ejus oppidanos Κρουστομερῖνος vocat, ut inquit noster. Ejus ex libro citato apponam verba: Ὁ δὲ Ῥωμύλος ἀπαξαμένου ἐπὶ Κρουστομερίνους ἐξάγει τὴν στρατιὰν παρεσκευασμένους ἄμεινον τοῦ πρόσθεν· ὡς οὖν προσβολῆς τε καὶ τειχομαχίας προσηνάγκασεν, ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ τὰ ἀγῶνα γενομένους κρείττονα ἐπὶ ἀμαθείᾳ ἡξίωσεν, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ ἐπέτρεψεν ἄποικον τὴν πόλιν, ὥσπερ τοὺς πρόσθεν. Ἣν δὲ Κρουστομέλιον Ἀλβανῶν ἀποίκισις, πολλοῖς πρότερον τῆ Ῥώμης ἀποστᾶσα χρόνοις. i. e. *Romulus verò, his peractis, in Crustomerinos ducit exercitum, qui se melius præparaverant, quam priores, quos acie & murali pugna victos, viros fortes in prælio se gerentes, ideo tamen durius tractare noluit, sed hanc quoque civitatem coloniam fecit, sicut priores; erat autem Crustomerium Albanorum colonia, multis annis ante Romam missa.* Ex nostris eamdem historiam narrat Livius, qui oppidanos *Crustuminos*, urbem *Crustuminium* vocat. Ejus ex lib. 1. c. 11. sunt quæ sequuntur: *Inde contra Crustuminos profectus, bellum inferentes; ibi minus etiam (quod jam alienis cladibus ceciderant animi) certaminis fuit; utroque coloniæ missæ, plures inventi, qui propter ubertatem terræ in Crustuminium nomina darent.* Crustumeri dicuntur poëtarum eruditissimo Æneid. lib. 7.

Quinque adeo magnæ, positis incudibus, urbes
Tela novant, Atina potens, Tiburque superbum
Ardea, Crustumerique & turrigenæ Antemnæ.

Ad quem locum inquit Servius poëtam mutasse nomen oppidi. Nam *Crustumerium* dicitur. Crustumeniam eam vocat Liv. lib. 3. c. 42. *Fusi & ab Sabinis ad Eretum & in Algido ab Æquis exercitus erant. Ab Ereto per silentium noctis profugi propius urbem inter Fidenas Crustumeniamque loco edito castra communierant.* Eidem lib. 2. c. 19. vocatur Crustumeria: *His consulibus Fidenæ obsessæ, Crustumeria capta, Præneste ab Latinis ad Romanos defecit.* Crustumina pyra celebrat Plinius lib. 22. c. 7. quæ *Crustumia* dicuntur Virgilio Georgic. lib. 1.

——— *Nec surculus idem*
Crustumiis, Syriisque pyris, gravibusque volemis.

Ubi Servius ait: *Crustumia pyra sunt ex parte rubentia ab oppido Crustumio nominata.* Ex dictis apparet quam diversis nominibus appellatur hæc urbs ab scriptoribus; viderint doctiores, Crustumium à quo *pyra Crustumia*, seu *Crustumina* dicebantur, fueritne diversum à Crustumerio, necne.

41 Κρύα, πόλις Λυκίας.] Crya, urbs Lyciæ memoratur ex Artemidori epitomæ lib. 1. quam Plinius lib. 5. c. 27. Cariæ adscribit, cui Crya fugitivorum, at Ptolemæo lib. 5. c. 3. Καρύα dicitur, atque inter Lyciæ oppida numeratur.

42 Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι νῆσοι Κρυέων, &c.] Cryeorum insulæ duæ celebrantur Caryfis & Alina, sed sine autore. Plinius lib. 5. c. 31. tres inquit fuisse, at eas non nominat, apud quem non bene scribitur *Cryeon tres* pro Cryeorum tres nisi fortè Plinius ipsissimum nomen reliquit, ut invenit apud aliquem scriptorem Græcum Κρυέων τριῶν.

43 Κρωβίαλον, πολίχνιον πρὸς τῇ Ποντικῇ.] Crobialus, oppidulum ad Ponticam regionem ex Apollonii lib. 3. cujus affert versum, qui apud Apollonium Argonauticorum lib. 2. non lib. 3. ut noster ait, legitur v. 944. ad quem locum apud ejus Scholia hæc leguntur: Κρωβίαλον, πόλις πρὸς Παφλαγονίαν, ἧς μέμνηται Στράβων ἐν γεωγραφικοῖς. i. e. *Crobialum, urbs circa Paphlagoniam, cujus meminit Strabo in Geographicis.* Strabo verò lib. 12. inquit, quosdam apud Hom. Il. 2. v. 855. pro

Κρώμναντ' Αἰγιαλόν τε ———

scribere,

Κρώμναν Κωβιαλόν τε ———
Cromnam Cobialumque ———

Sed ex nostro autore & ex Apollodoro scribendum est Κρωβίαλον.

44 Κρώμνα, πόλις Παφλαγονίας, ἡ νῦν Ἄμασρις, &c.] Videsis, quæ in Ἄμασρις annotavimus.

45 Κτη-

Φρυνίχ☉ δ' Κροπιάδα φησίν· Ἀνδροτίων δ' Κρωπὰς φησι τὸν δῆμον. Ὁ δημότης, Κρωπίδης. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Κρωπιδῶν, καὶ Κρωπιάθεν, Κρωπιάνδε, Κρωπιάσι.

A Phrynichus verò Cropiadem inquit, Androtio autem *Cropas* vocat populum. Popularis, Cropides. Localia, ex-Cropidarum, & ex-Cropia, ad-Cropiam, in-Cropia.

ΚΡΩΣ, πόλις Αἰγύπτου· Ἑκαταῖ☉ τῆς περιηγήσ. Ἀσίας. Ὁ πολίτης, Κρωΐτης· καὶ νόμ☉ Κρωΐτης. Ἔστι καὶ Κρωῒς Ἀράβων πόλις.

B CROS, urbs Ægypti, Hecatæ. Asiæ descriptione. Civis, Croites; & præfectura Croïtes. Est & Croïs Arabum civitas.

ΚΤΗΜΕΝΗ [45], πόλις Θετταλίας, ὑπὸ Πηλέως Φοινικὶ δωρηθεῖσα. [46] Ἧς τὰς πολίτας Ὅμηρ☉ Δολόπας φησίν, ὡς Σίντιας τῆς Λήμνου, καὶ Τρῶας τὴν Ἰλίου, καὶ Ζελείας καὶ Ἐπειοὺς τὴν Ἠλιδ☉ καὶ Φαίακας τὴν Κερκύρας· καὶ Ἄβαντας, τοὺς Εὐβοέας, [47] καὶ Κτημένην Δολοπίδα. Τὸ ἐθνικὸν, ὡς Κλαζομένιος, Κτημενίτ☉ καὶ Κτημεναῖ☉.

C CTEMENE, urbs Thessaliæ, à Peleo Phœnici dono-data, cujus cives Hom. *Dolopes* vocat, ut Sintias Lemni, & Troës Ilii, & Zelias, & Epeos Elidis, & Phæaces Cercyræ, & Abantes, Eubœos, & Ctemenen Delopiadem. Gentile, ut Clazomenius, Ctemenius, & Ctemenæus.

D

ΚΤΗΣΙΦΩΝ [48], πόλις Ἀσυρίας· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Κτησιφώντι☉.

CTESIPHON, ontis, urbs Assyriæ, Marcianus in Periplo. Gentile, Ctesiphontius.

ΚΥΑΛΟΣ [49], πόλις Λυδίας, κτισθεῖσα ὑπὸ Διός. Τὸ ἐθνικὸν Κυάλι☉, ὡς Φάρσαλ☉ Φαρσάλι☉.

E CYALUS, urbs Lydiæ, à Jove condita. Gentile, Cyalius, ut Pharsalus, Pharsalius.

ΚΥΑΡΔΑ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Κυάρδου βασιλέως Καρῶν, υἱοῦ Βαργάσου. Τὸ ἐθνικὸν Κυαρδεύς, ὡς Λαρανδεύς.

CYARDA, urbs Cariæ, à Cyardo Carum rege, Bargasi filio. Gentile, Cyardeus, F ut Larandeus.

ΚΥ- CY-

45 Κτημένη, πόλις Θετταλίας.] Ctemene, urbs Thessaliæ, memoratur Ptolemæo lib. 3. c 13. inter Estiotarum oppida prope Thessalos, quorum regiones Macedonia comprehendebat, ut videre est ex eodem autore libro citato, cui Κτημένας plur. num. dicuntur.

46 Ἧς τὰς πολίτας Ὅμηρ☉ Δόλοπας φησι.] Ctemenes, urbis Thessaliæ cives, inquit noster, ab Homero *Dolopas* vocari, quos memorat Il. 9. v. 480.

Ναΐων δ' ἐχάλκῳ Φθίης, Δολόπεσσιν ἀνάσσων.
Incolebam autem extremam partem Phthiæ Dolopibus imperans.

Sed urbem Thessaliæ Ctemenen seu Ctemenas nullibi memoravit Homerus.

47 Καὶ Κτημένην Δολοπίδα.] Innuit Homerum vocare *Ctemenen* urbem *Dolopiada*, sed fallitur. Homerus enim non celebrat Ctemenen Dolopiada, at Apollonius Argonauticorum lib. 1. v. 68.

— Ἄγχι δ' λίμνης
Ξυνιάδ☉ Κτημένην Δολοπίδα ναιετάοντες
— *Prope verò lacum*
Xyniada Ctimenen Dolopeida incolebant.

Ad quem locum ejus Scholiastæ ajunt: Κτιμένη πόλις τῆ Θεσσαλίας. Δολοπὶς δὲ τῷ Θεσσαλίαν εἰπεῖν. Δόλοπες γὰρ ἔθν☉ Θεσσαλίας. i e. *Ctimene, urbs Thessaliæ; Dolopeida verò Thessaliam dixit; Dolopes enim, gens Thessaliæ.* Apollodorusne & ejus Scholiastæ corrigendi sint ex Stephano, an Stephanus ex Apollodoro, tuo relinquo arbitrio. Apud illos enim scribitur Κτιμένη, apud nostrum verò Κτημένη, hanc lectionem literarum ordo exigit, & confirmat.

48 Κτησιφῶν, πόλις Ἀσυρίας.] Ctesiphon, urbs Assyriæ celebratur ex Marciani periplo. Tres fuere olim Assyriæ urbes celeberrimæ, Babylon Chaldaicarum gentium caput, à qua regio quoque ipsa *Babylonia* dicta fuit, ubi adhuc Plinii ætate Jovis Beli templum sideralis scientiæ inventoris durabat, ut idem Plinius lib. 6. c. 26. prodit. Secunda fuit Seleucia, cujus vicinitate Babylon in solitudinem rediit, ob id à rege Nicatore condita, quæ Babylonia etiam ab aliquibus vocabatur. Tertia fuit Ctesiphon, quam ad Seleuciam exhauriendam juxta tertium ab ea lapidem in Chalonitide regione Parthi condidere; sic altera alterius ruinis crevit, nunc celebratur quæ vulgò dicitur *Bagdad*, hæc quoque cadet, atque redeuntibus annis alia exorietur. Magna enim diu stare nesciunt; de quibus videsis quæ in Βαβυλὼν annotavimus. Ctesiphonte Parthorum reges hiemem, Ecbatanis æstatem agebant, autore Strabone lib. 16. de quibus operæ pretium est audire Ammianum Marcellinum lib. 23. c. 20. *Inomni autem Assyria multæ sunt urbes, inter quas Apamia eminet* Mesene *cognominata, & Teredon, & Apollonia, & Vologesia, hisque similes multæ, splendidissimæ verò & pervulgatæ hæ solæ sunt tres: Babylon, cujus mœnia bitumine Semiramis struxit, arcem enim antiquissimus rex condidit Belus: & Ctesiphon, quam Vardanes priscis temporibus instituit, posteaque rex Pacorus incolarum viribus amplificatam, & mœnibus Græco indito nomine Persidis effecit specimen summum: post hanc Seleucia, ambitiosum opus Nicanoris Seleuci, qua per duces Veri Cæsaris (ut ante retulimus) expulsata, avulsum sedibus simulachrum Chonei Apollinis, perlatumque Romam in æde Apollinis Palatini Deorum antistites collocaverunt.* Ctesiphontem prætermeabat Euphratis quoddam divertigium, quod *Naarmalcha*, i. e. *fluvius regis* dicebatur, eodem Ammiano autore lib. 24. c. 5. Ultra eam progredi arma Romana feliciter numquam potuerunt, cujus rei varia reperiuntur exempla in historia Romana. M. Crassus Consul cum adversus Parthos missus pacem ab eis rogaretur ad Ctesiphontem se responsurum dixit, sed trajecto Euphrate unà cum exercitu est interfectus. Trajanus Imperator eam cepit, sed rediens infeliciter mortuus est. Julianus Apostata ea potitus, cum illinc egrederetur dolo cujusdam transfugæ in deserta perductus occisus fuit. Gordianus quoque & Carus imperatores Ctesiphonte egressi periere; sed nos ex ea egressi incolumes ad Jovis urbem, Deo volente divertamur.

49 Κύαλ☉, πόλις Λυδίας, &c.] Cyalus, urbs Lydiæ à Jove condita. O felix urbs, quæ talem habuit conditorem, sed cum ejus conditor sit tam celebris, ipsa à nemine celebratur. Ethnici non generis modò, sed & civitatum originem ad Deos referebant, ut sic eas augustiores redderent.

ΚΥΒΑΣΣΟΣ, πόλις Καρίας, ὡς Κάβασσος. Τὸ ἐθνικὸν Κυβασσεύς, ὡς Ἁλικαρνασσεύς. A

CYBASSUS, urbs Cariæ, ut Cabassus. Gentile, Cybasseus, ut Halicarnasseus.

ΚΥΒΕΛΕΙΑ[50], πόλις Ἰωνίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἡρωδιανὸς δὲ Κυβέλην φησὶ πόλιν Φοινίκης. [51] Ἔστι καὶ Κύβελλα Φρυγίας· καὶ Κύβελλον ἱερὸν, ἀφ' οὗ Κυβέλη ἡ Ῥέα λέγεται, Κυβεληγενὴς, καὶ Κυβελίς· Πείσανδρος δεκάτῳ. B

CYBELEA, urbs Ioniæ, Hecatæ. Asia. Herodianus *Cybelen* vocat urbem Phœniciæ. Est etiam Cybella Phrygiæ, & Cybellum templum, unde Cybele *Rhea* dicitur, & Κυβεληγενὴς. i. e. *In Cybelis-genita*, & Cybelis, Pisander libro decimo.

ΚΥΒΟΣ, πόλις Ἰώνων ἐν Λιβύῃ Φοινίκων· Ἑκαταῖος περιηγήσει αὐτῆς· Καὶ λιμήν πᾶς, Ἄκρη, καὶ Κυβώ. Ὁ πολίτης Κυβίτης, ὡς Σαβίτης τὸ Σάβης, ἢ Κυβοίτης, ὡς τὸ Βυτὴς Βυτοίτης. C

CYBUS, urbs Ionum in Libya Phœnicum, Hecatæus in ejus descriptione, *Et portus, Acre, & Cybo.* Civis, Cybites, ut Sabites à Sabûs, vel Cybœtes, ut à Butûs Butœtes.

ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΟΝ[52], ὁ δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Κυδαθηναιεύς. Ἐντεῦθεν ἦν Νικοχάρης ὁ κωμικὸς, καὶ Κύων Κυδαθηναιεύς. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Κυδαθηναίων, εἰς Κυδαθηναίων, ἐν Κυδαθηναίων. D

CYDATHENÆUM, populus Pandionidis tribus. Popularis, Cydathenæus. Hinc erat Nicochares Comicus, & Cyon Cydathenæus. Localia, ex-Cydathenæorum, ad-Cydathenæorum, in-Cydathenæorum.

ΚΥΔΑΝΤΙΔΑΙ[53] δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. Ὡς δὲ Φρυνίχος, Πτολεμαΐδος. Ὁ δημότης, Κυδαντίδης. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Κυδαντιδῶν, εἰς Κυδαντιδῶν, ἐν Κυδαντιδῶν. E

CYDANTIDÆ, populus Ægeïdis tribus, ut Phrynichus verò Ptolemaïdis. Popularis, Cydantides. Localia, ex-Cidantidarum, ad-Cydantidarum, in-Cydantidarum.

ΚΥΔΝΑ[54], πόλις Μακεδονίας· Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς. [55] Ἡ καὶ παραφθορὰν Πύδα λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν, Πυδναῖος. [56] Ἔστι καὶ Κύδνος ποταμὸς Βιθυνίας. F

CYDNA, urbs Macedoniæ, Theagenes in Macedonicis, quæ corruptè *Pydna* dicitur. Gentile, Pydnæus. Est & Cydnus fluvius Bithyniæ.

ΚΥ-

CY-

50 Κυβέλεια, πόλις Ἰωνίας.] Cybelia, urbs Ioniæ ex Hecatæi Asia, memoratur Straboni, cui Κυβελία κώμη, Cybellia *pagus* dicitur. Ejus ex lib. 13. sunt verba: Μετὰ δὲ Κώρυκον Ἁλόννησος νησίον· εἶτα τὸ Ἀργῷνον, ἄκρα τ' Ἐρυθραίας, πολυπαίζουσα μᾶλιξα τῶν χώρων Ποσειδῶν πεδίῳ πορθμὸν ἔσον ἐξήκοντα σταδίων. Μεταξὺ δὲ τ' Ἐρυθρῶν καὶ τ' ὑπερκειμένης, Μίμας ἐστὶν ὄρος ὑψηλὸν, δένδρων, πολυδένδρου· εἶτα Κώμη Κυβελία καὶ ἄκρα Μέλαινα καλαμὴν, μύλων ἔχουσα λατόμιον. i. e. *Post Corycum verò Halonnesus parva insula, deinde Argennum, promontorium Erythrææ, accedens maxime ad Chiorum Posidium conficiens fretum* LX *circiter stadiorum. Inter Erythras autem & præcipitem illum locum Mimas est mons excelsus, feris abundans & arboribus; deinde pagus Cybellia, & promontorium Melæna nomine, ubi molares lapides excinduntur.*

51 Ἔστι καὶ Κύβελλα Φρυγίας, &c.] Cybella, urbs Phrygiæ, & fanum Cybellum, à quo Cybele dicitur *Rhea*, celebratur autore nostro, in cujus verbis pro Κύβελλον ἱερὸν. i. e. *Cybellum fanum*, legendum puto Κύβελλον ὄρος, i. e. *Cybellum mons.* A quo monte, non à fano *Rhea* dicebatur Cybele, quemadmodum à Dindymo Dindymene, Strabone autore lib. 12. Ἔστι δ' ὄρος ὑπερκείμενον τ' πόλεως, τὸ Δίνδυμον, ἀφ' οὗ ἡ Δινδυμήνη, καθάπερ ἀπὸ τ' Κυβέλων ἡ Κυβέλη. i. e. *Mons autem imminet urbi Dindymum nomine, à quo Dindymene, sicut à Cybelis Cybele.* Quare apud Stephanum & nomen urbis & montis per simplex *l* scribendum est, quia Deæ nomen eodem modo scribitur, quod nunc moneo. Hæc enim tam minuta plerumque negligere soleo. Cybella autem Phrygiæ urbs à nemine quod sciam memoratur, at Livius celebrat Cuballum Gallogræciæ castellum, quod puto esse Cybellam nostri autoris, Livii verba ex ejus lib. 58. c. 18. sunt: *Ad Cuballum Gallogræciæ castellum castra habentibus Romanis, apparuere cum magno tumultu hostium equites, nec turbarunt tantum stationes Romanas repente invecti, sed quosdam etiam occiderunt.* Sic legendum est nomen illius castelli, perperam enim legitur *Euballum.*

52 Κυδαθηναιῶν, &c.] Cydathenæum, populus Pandionidis tribus celebratur Suidæ, Harpocrationi, Hesychio, & Meursio de populis Atticis, nullam ob aliam rem memorandus, nisi quod ex hoc populo fuerit Nicochares Comicus & Cyo ille quos memorat noster, quibus etiam addendus est Andocides unus ex decem oratoribus, qui fuit populo quoque Cydathenæus, autore Plutarcho in ejus vita.

53 Κυδαντίδαι, &c.] Cydantidæ, populus Ægeidis tribus celebratur Harpocrationi, Suidæ, Hesychio, sed de eo nihil notatu dignum narrant.

54 Κύδνα, πόλις Μακεδονίας.] Cydna, urbs Macedoniæ quæ *Pydna* corrupto nomine dicebatur, memoratur Scylaci in Μακεδονίᾳ, *Citrum* etiam vocata fuit; sitâ autem erat in regione Macedoniæ quæ *Pieria* vocabatur, ut apparet ex Excerptis ex Strabonis libri septimi fine: Ὅτι μετὰ τὸ Δίον πόλιν, ὁ Ἁλιάκμων ποταμὸς ἐστι, ἐκβάλλων εἰς τ' Θερμαϊκὸν κόλπον· καὶ δὴ τότε ἡ μετὰ βορρᾶν τ' κόλπου παραλία, Πιερία καλεῖται· ἕως οὗ Ἄξιος ποταμός· ὑφ' ἣν καὶ πόλις Πύδνα, ἣ νῦν Κίτρον καλεῖται. i. e. *Quod post Dium urbem, Haliacmon fluvius est, exonerans aquas in Thermæum sinum; & ab hoc ora-maritima ad aquilonem sinus*, Pieria *vocatur, ad Axium usque fluvium, in qua urbs Pydna, quæ nunc* Citrum *appellatur.* In hujus campo Romanos Perseum Macedoniæ regem debellasse refertur in eisdem Excerptis: Ἐν μὲν δὴ τῷ πρὸ τ' Πύδνης πεδίῳ, Ῥωμαῖοι Περσέα καταπολεμήσαντες, καθεῖλον τὴν τ' Μακεδόνων βασιλείαν. i. e. *In campo igitur ante Pydnam Romani debellato Perseo, everterunt Macedonum regnum.*

55 Ἡ καὶ παραφθορὰν Πύδα λέγεται.] In his verbis pro Πύδα lege Πύδνα. Sic enim *Cydna* corrupto parum nomine vocata fuit, ut apparet ex nota proxime præcedenti, quod etiam confirmat gentile *Pydnæus*, quod apponit noster.

56 Ἔστι καὶ Κύδνος ποταμὸς Βιθυνίας.] Cydnus fluvius, quem noster Bithyniæ, Plinius lib. 31. c. 1. Ciliciæ adscribit, memoratur inter alios Tibullo lib. 1.

At te, Cydne, canam tacitis, qui leniter undis
Cæruleus placidis per vada serpis aquis.

Ex Tauro monte defluens Tarsum urbem Ciliciæ mediam secabat, in cujus undam se projecit Alexander Magnus, unde

ΚΥΔΡΑΙ[57], πόλις τῆς ὁδῷ * Στρα- A
βωνος β'.

CYDRÆ, urbs ..... Strab. libro secundo.

ΚΥΔΡΑΡΑ[58], πόλις· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Τὸ ἐθνικὸν Κυδραραῖος, ὡς Μεγαραῖος. Ἔστι δὲ πρὸς τοῖς ὄρεσι Φρυγῶν.

CYDRARA, urbs, Herodot. lib. 7. Gentile, Cydraræus, ut Megaræus. Est verò juxta montes Phrygum.

ΚΥΔΡΥΝΗ, πόλις Ἀρμενίας, ἔχ ὥς B τινες Κύδρος. Τὸ ἐθνικὸν, Κυδρυναῖος.

CYDRYNE, urbs Armeniæ, non ut aliqui, Cydrus. Gentile, Cydrynæus.

ΚΥΔΩΝΙΑ[59], πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Ἀπολλωνία. [60] Ἀπὸ Κύδωνος τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀκακαλλίδος τῆς Μίνωος θυγατρός. [61] Δευτέρα, Σικελίας * τῆς Λιβύης. Ὁ C πολίτης. Κυδωνιάτης, καὶ Κύδων, καὶ Κυδώνιος, καὶ Κυδωναῖος, καὶ Κυδωνὶς θηλυκῶς, καὶ Κυδωνικὸς ἀνήρ.

CYDONIA, urbs Cretæ, quæ prius *Apollonia*, à Cydone Apollinis filio ex Acacallide Minois filia. Secunda Siciliæ, * Libyæ. Civis, Cydoniates, & Cydon, & Cydonius, & Cydonæus, & Cydonis fœmineum, & Cydonicus vir.

ΚΥΖΙΚΟΣ[62], πόλις τῆς Προποντίδος, κειμένη

CYZICUS, urbs Propontidis, sita in Cher-

unde morbum contraxit adeò ut de ejus vita reliqui medici præter Philippum desperarent, ut narrat Quint. Curtius lib. 3. c. 5. Arrhianus Anabaseos lib. 2. Justinus lib. 11. Ejusdem fluvii aquæ Friderico Imperatori vitam ademere, ut refert πολλαχοῦ ille Florentinus historiæ suæ Florentinæ lib. 1. cujus libet apponere verba: *Ma arrivato sopra il fiume Cidno allettato dalla chiarezza dell' acque, vi si lavò dentro, per il quale disordine morì. Et così l' acque fecere più favore a i Maumetisti, que le scommiche a i Christiani, perche queste frenarono l' orgoglio suo, è quelle lo spensero.* Podagricis mederi hunc fluvium prodit Plinius libro capiteque citato, quod sine dubio habet ex Vitruvio, & ex Strabone lib. 14. Illius ex libro de architectura octavo, c. 3. placet hic subjicere verba: *Ciliciæ verò civitate Tarso flumen est nomine Cydnos, in quo podagrici crura macerantes levantur dolore.* Ejus cursum sic depingit Quint. Curtius lib. 3. c. 4. *Cydnus non spatio aquarum, sed liquore memorabilis, quippe leni tractu e fontibus labens, puro solo excipitur; nec torrentes incurrunt, qui placidè manantis alveum turbent. Itaque incorruptus, idemque frigidissimus, quippe multa riparum amœnitate inumbratus, ubique fontibus suis similis in mare evadit.*

57 Κύδρα πόλις * τῆς ὁδῷ * Στράβωνος β'.] Hæc sic legenda existimo Κύδρεια πόλις τῆς Βυρσῶν Στράβωνος ἑβδόμῃ. i. e. *Cydriæ, urbs Byrsorum, Strabo lib. 7.* Quia apud Strabonem lib. 7 legitur: Κύδρεια ἢ Βυρσῶν, Αἰγίτιον ἢ Τυμφαίων. i. e. *Cydriæ verò Byrsorum, Ægitium autem Tymphæorum.* Quæ in Epiro locat.

58 Κύδραρα πόλις· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ.] Cydrara celebratur ex Herodoti lib. 7. cui Cydra, non Cydrara, ut inquit noster, dicitur neut. plur. Erat autem inter confinia Phrygum & Lydorum, ubi cippus erat erectus à Crœso indicans literis eos fines, ut libro citato c. 30. tradit Herodotus: Ἐκ δὲ Κολοσσέων ὁρμεώμενος ὁ στρατὸς ἐπὶ τὰς ἄρκας τῶν Φρυγῶν καὶ τὸν Λυδῶν, ἀπίκετο ἐς Κύδραρα πόλιν· ἔνθα στήλη κατεστεπηγυῖα, σημήια ἔχουσα τὰ Κροῖσος κελεύσας ἔγραψε γράμμασι τὰς ἄρκας. i. e. *E Colossis verò motis castris pervenit in urbem Cydra, quæ est in finibus Phrygum & Lydorum: ubi cippus depactus, erectus verò à Crœso indicat per literas fines.*

59 Κυδωνία, πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Ἀπολλωνία.] Cydonia, urbs Cretæ, quæ prius Apollonia; fuit una ex tribus præcipuis Cretæ urbibus, autore Strabone libro decimo. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐν τῇ Κρήτῃ πολλαὶ μὲν, μέγισται δὲ καὶ ἐπιφανέσταται τρεῖς, Κνωσὸς, Γόρτυνα, Κυδωνία. i. e. *Urbes autem in Creta sunt complures, maximæ verò & illustrissimæ tres, Cnossus, Gortyna, Cydonia.* Erat verò civitas maritima, ut patet ex Scylace in Κρήτη & ex ejusdem Strabonis libro citato, cujus sunt verba: Κυδωνία δ' ἐπὶ θαλάττῃ μὲν ἱδρυται, βλέπουσα πρὸς τὸν Λακωνικὸν· διέχει δ' ἐκατέρας τὸ ἴσον τῆς τε Κνωσσοῦ καὶ τῆς Γορτύνης, οἷον ὀκτακοσίους σταδίους, Ἀπτέρας δὲ ὀγδοήκοντα· τὴν δὲ θαλάττης πεντακοσίους. i. e. *Cydonia verò ad mare quidem sita est, respiciens Laconicam; distat autem æqualibus spatiis à Cnosso & Gortyne ad* IↃↃↃ *stadia; ab Aptera autem* XX. *à mari proximo* XL. Eam etiam nobilitabant amnis Jardanus & mons Tityrus, autore eodem autore libro citato. Celebrantur etiam arma & poma Cydonia. Virgilius Bucolic. ecloga 10. v. 57.

Jam mihi per rupes videor, lucosque sonantes
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula.

Ovid. Metamorph. lib. 8.

Armaque, equosque, habituque, Cydoneaque pharetras
Noverat.

De pomis verò Cotoneis sic Plin. 15. c. 11. *His proxima amplitudine mala, quæ vocamus* Cotonea, *& Græci* Cydonea, *ex Creta insula advecta.* Cydonia autem urbs nunc *Canea* vocatur, unde verò prius vocata fuerit *Apollonia*, ut inquit noster, me latet.

60 Ἀπὸ Κύδωνος, καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀκακαλλίδος τῆς Μίνωος θυγατρός.] Cydoniam Cretæ civitatem à Cydone filio Apollinis ex Acacallide filia Minois Cretæ regis nomen habuisse tradit. Pausanias lib. 8. narrat, Tegeatas asserere Cydonem Tegeatæ filium condidisse Cydoniam, at Cretenses non assentire ipsis, dicentes Cydonem fuisse filium Acacallidis filiæ Minois, & Mercurii: Κρῆτες δὲ ἐκ ὁμολογέοντες τοῖς Τεγεατέων λόγοις. Κύδωνα μὲν Ἀκακαλλίδος θυγατρὸς Μίνῳ καὶ Ἑρμῇ, Καλέσια δὲ φασιν εἶναι Μίνῳ, τὸν δὲ Γόρτυνα Ῥαδαμάνθυος. i. e. *Cretenses verò non assentientes Tegeatarum dictis, Cydonem Acacallide Minois filia & Mercurio genitum dicunt, Catreum autem ajunt esse Minois, Gortynem verò Rhadamanthyis.*

61 Δευτέρα, Σικελίας * τῆς Λιβύης.] In his verbis aliquid deficit, ut innuit asteriscus, quod si divinare liceret, sic restituerem: δευτέρα Σικελίας· τρίτη Λιβύης. i. e. *Secunda Siciliæ; tertia Libyæ.* Sic enim amat loqui autor noster, sed earum neutra memoratur apud alios, quod sciam.

62 Κύζικος, πόλις τῆς Προποντίδος, &c.] Cyzicus, urbs Propontidis, id est, in insula prope Propontidem, cujus nomen neutro quoque genere usurpatur apud Latinos, Plinius lib. 5. c. 32. *Ultra insula, quam continenti junxit Alexander, in qua oppidum Milesiorum Cyzicum, antea vocitatum Arconnesus, & Dolionis, & Dindymus, cujus à vertice mons Dindymus.* Apud Plinium pro *Arconnesus* leges ex nostro autore *Artlonnesus*, id est, *ursorum insula*; idem Plinius lib. 36. c. 15. celebrat Cyzici mirandum delubrum, quod sua ætate adhuc durabat, Dindymenæ Deorum matri ab Argonautis dedicatum fuisse tradit Strabo lib. 12. quod postea Christi matri, imperatore Zenone sacratum fuisse constat ex Cedreno. Fuit Cyzicum, nobilissima totius Hellespontiæ civitas, quæ ob magnitudinem, & pulchritudinem, arcem, mœnia, & portum, turresque marmoreas Asiaticæ plagæ litora illustrabat; eam obsedisse Mithridatem CL. peditum millibus, magnoque equitatu, ac CCCC. navibus, sed re infecta, ac peste in ejus exercitu coorta discessisse narrat Strabo libro citato; erat autem in ejusdem nominis insula sita, quam alii Mysiæ, alii Bithyniæ, alii Phrygiæ assignabant, ut tradit idem autor eodem libro: Ἔστι δὲ νῆσος ἐν τῇ Προποντίδι ἡ Κύζικος σταδιοπλοΐᾳ χερρώσῃ δυοῖν ἐπέροιν, ἀρτίᾳ κρωβύλῃ, μίσῳ δὲ ὅσον πεντακοσίων σταδίων τὸν περίμετρον· ἔχει δ' ὁμώνυμον πόλιν ἐπὶ αὐτῇ ταῖς χερρώσαις, καὶ λιμένας δύο κλειστοὺς καὶ νεωσοίκους πολεῖς τῶν Δολιονίων, τὸ μὲν πολεως τὸ μὲν ἔσω ἐν ἐπιπέδῳ, τὸ δὲ πρὸς ὄρει· καλεῖται δ' ἄκρα ἡ ὄρος· ὑπέρκειται δ' ἄλλο Δίνδυμον μητρῷον, ἱερὸν

κειμένη ὑπὸ Χερρονήσῳ. 63 Ἐκαλεῖτο ἡ καὶ Ἄρκτων νῆσος. Τὸ ἐθνικὸν Κυζικηνός, καὶ Κυζικηνὶς ἡ ποίησις. 64 Ὅμηρος δὲ τοὺς καλουμένους Κύζικον, Δολίονας φησίν, ὡς τοὺς περὶ Ἴσμαρον Κικόνας. Λέγεται καὶ κληϊκὸν Κυζικηνικός. Κέκρηνται δὲ καὶ τῷ Κυζικηνὸς ἀπλῶς ἀντὶ τοῦ κληϊκός, ὡς τὸ Τυρσηνοὶ ἀντὶ τοῦ Τυρρηνικοί. Οἱ χαλεποὶ διὰ τὸ ληΐζεσθαι τοὺς Τυρρηνούς.

ΚΥΘΗΡΑ 65, νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα πρὸς τῇ Κρήτῃ, ἀπὸ Κυθήρου τοῦ Φοίνικος. 66 Ἐκαλεῖτο δὲ Πορφύρουσα, διὰ τὸ κάλλος τοῦ πορφύρου, ὡς Ἀριστοτέλης. Οἱ οἰκήτορες Κυθήριοι, καὶ Κυθηρία· καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ νῆσος λέγεται Κυθηρεία.

ΚΥΘΗΡΟΣ 67, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Κυθήριος. Τὰ τοπικὰ, Κυθηρόθεν, Κυθηρόνδε.

ΚΥΘΝΟΣ 68, νῆσος πρὸς τῇ Δρυόπιδι τῆς Κυκλάδων, ἀπὸ Κύθνου κτίσαντος. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ὀφίουσα, καὶ Δρυοπίς. Ὁ νησιώτης, Κύθνιος.

Cherſoneſo. Vocabatur verò Ἄρκτων νῆσος, i. e. *urſorum inſula*. Gentile, Cyzicenus, & Cyzicenis poëſis, Hom. verò habitantes, Cyzicum, *Doliones* vocat, ut & habitantes Iſmarum, *Ciconeſ*. Dicitur etiam poſſ. Cyzicenicus. Utuntur etiam adjectivo Cyzicenus ſimplici, pro poſſ. ut Tyrſeni, pro Tyrrhenici; noxii, quod Tyrrhenos deprædati fuerint.

CYTHERA, inſula urbem ejuſdem nominis habens juxta Cretam, à Cythero Phœnice. Vocabatur verò Porphyruſſa propter pulchritudinem purpurarum, ut Ariſtot. habitatores, Cytherii, & Cytheria, & mulier, & inſula dicitur Cytheræa.

CYTHERUS, populus Pandionidis tribus. Popularis, Cytherius. Localia, ex-Cythero, ad-Cytherum.

CYTHNUS, inſula, juxta Dryopidem Cycladum, à Cydno conditore. Vocabatur verò, & *Ophiuſa*, & *Dryopis*. Inſularis, Cythnius,

ἱερὸν ἔχων τῆς Δινδυμήνης μητρὸς τῶν Θεῶν, ἵδρυμα τῶν Ἀργοναυτῶν. Ἔστι δὲ ὑπόκειται τοῖς πρώτοις τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἡ πόλις, μεγέθει τε καὶ κάλλει, καὶ εὐνομίᾳ πρὸς τε εἰρήνην καὶ πόλεμον· ἔοικέ τε τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις τόποις κατοικεῖσθαι ὡς καὶ ἡ τῶν Ῥοδίων, καὶ Μασσαλιωτῶν, καὶ Καρχηδονίων τῶν πάλαι, &c. i. e. *Inſula in Propontide eſt Cyzicus, duobus pontibus continenti adjuncta, virtute præſtantiſſima, ambitu circiter* 10 *ſtadiorum urbem ejuſdem nominis habet ad ipſos pontes, duoſque portus, qui claudi poſſunt, & navalia plura* CC. *pars urbis in plano eſt, alia monti adjacet; qui* Arcton oros, *id eſt*, urſorum mons *vocatur: ſupra hunc eſt alius, Dindymum nomine, uno-cacumine, qui fanum Dindymenæ matris Deorum habet, Argonautarum opus. Hæc urbs contendere poteſt cum præcipuis Aſiæ urbibus, ob magnitudinem, pulchritudinem, & legum-bonitatem, bello pacique juxta accommodata, videturque eiſdem ornamentis prædita, quibus Rhodiorum, Maſſilienſium, Carthaginenſiumque urbes antiquitus fuerunt decoratæ, &c.*

63 Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἄρκτων νῆσος.] Cyzicum urbem vocatam quoque fuiſſe *Arctonneſos*, i.e. *urſorum inſula*, inquit noſter, ut & Plinius libro nota proxime præcedenti citato; at Strabo non urbem ſed montem, qui urbi imminebat *Arcton oros*, i. e. *urſorum montem* vocitat, cujus verba nota præcedenti adduximus.

64 Ὅμηρος δὲ τοὺς κατοικοῦντας Κύζικον, Δολίονάς φησι.] Homerus incolas Cyzici vocat *Dolionas*, ut & eos, qui Iſmarum incolebat, *Ciconas*, inquit autor noſter; at apud Homerum nullibi fit *Dolionum* mentio, *Ciconum* verò variis locis meminit ac præſertim Il. 2. v. 846.

Εὔφημος δ' ἦρχε Κικόνων μετὰ αἰχμητάων,
Υἱὸς Τροιζηνοῖο διοτρεφέος Κεάδαο.
Euphemus verò princeps Ciconum erat bellicoſorum
Filius Trœzeni nobilis Ceadæ.

Dolionum autem meminit Strabo lib. 12. Δολίονας μὲν ἐν μάλιστα καλεῖσι τοὺς περὶ Κύζικον ἀπὸ Αἰσήπου ἕως Γωνδάκης, καὶ τῆς Δασκυλίτιδος λίμνης. i. e. *Dolionas igitur maxime vocant, qui circa Cyzicum habitant ab Æſepo ad Rhyndacum uſque & Daſcylitidem paludem*

65 Κύθηρα, νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα πρὸς τῇ Κρήτῃ.] Cythera, inſula urbem cognominem habens juxta Cretam. Ptolemæo lib. 3. c. 16. eadem inſula & urbs celebratur inter inſulas adjacentes Peloponneſo, Peloponneſus verò finiebatur Cretico pelago, ut videre eſt ex eodem autore libro capiteque citato, ideo non malè inquit noſter hanc inſulam eſſe juxta Cretam, quam ſic depingit Strabo lib. 8. Πρόκειται δὲ τῇ τότε Κύθρᾳ ὑπὸ τεσσαράκοντα, σταδίους νῆσος ὀλίγιδρος, πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον· ἣν ἔχει Εὐρυκλῆς ὑπ' μέρος κλήσεως ἰδίας, ὁ καθ' ἡμᾶς τῶν Λακεδαιμονίων ἡγεμών. i. e. *Ante* [Tænarum] *ſita eſt inſula Cythera* XL. *ſtadiis bono-portu prædita, urbem habens ejuſdem nominis; quam habet Eurycles privatim, noſtra ætate Lacedæmoniorum princeps.* Erat Veneri ſacra, neut. gen. uſurpatur. Virgil. Æneid. lib. 10. v. 86.

Eſt Paphos, Idaliumque tibi, ſunt alta Cythera.

Ab inſula vel ab urbe Venus quoque ipſa vocata fuit Cytherea eidem poetæ Æneid. lib. 1. v. 261.

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi.

66 Ἐκαλεῖτο δὲ Πορφύρουσα, &c.] Inquit Cythera inſulam ab Ariſtotele vocatam fuiſſe *Porphyruſſam* à purpurarum pulchritudine. Plinio lib. 4. c. 12. *Porphyris* dicitur, nunc vulgo *Cerigo* vocatur, autore Sophiano. Cytheris fuiſſe Veneris Uraniæ templum omnium antiquiſſimum, & inſulæ navale Scandeam teſtatur Pauſanias lib. 3. Κύθηρα δὲ κεῖται μὲν ἀπαντικρὺ Βοιῶν. Ἐς δὲ Πλαταιστίνην (ἐλάχιστον γὰρ τῆς ἠπείρου τοῦτο διέσχηκεν ἡ νῆσος) ἐς τοῦτο τὸ ἄκρον τῆς Πλαταιστίνης ἀπὸ ἄκρας τῆς ἠπείρου, καλουμένης δὲ Ὄνου γνάθου, σταδίων μάλιστα ἑξήκοντά ἐστιν. Ἐν Κυθήροις δὲ ἀπὸ θαλάσσης, Σκάνδεια ἐστιν ἐπίνειον. Κύθηρα δὲ ἡ πόλις ἀναβάντι ἀπὸ Σκανδείας, σταδίων ὡς δέκα. Τὸ δὲ ἱερὸν τῆς Οὐρανίας ἀρχαιότατον, καὶ ἱερῶν ὁπόσα Ἀφροδίτης παρ' Ἕλλησιν ἐστὶν ἀρχαιότατον. Αὕτη δὲ ἡ θεὸς ξόανον ὡπλισμένον. i. e. *Cythera verò ſita ſunt contra Bœas; ad Plataniſtiuntem autem (minimum enim à continenti hac diſtat inſula) ad hoc promontorium Plataniſtuntem à promontorio continentis* Aſini maxilla *nomine, navigatio eſt* XL. *ſtadiorum. Cytheris verò à mari Scandea eſt navale. Cythera autem urbs aſcendenti ab Scandea ſtadia circiter decem. Fanum verò Uraniæ eſt ſanctiſſimum, & omnium quæ Venus apud Græcos habet antiquiſſimum; ipſa autem Dea ſignum armatum eſt.*

67 Κύθηρος.] Cytherus, populus Pandionidis tribus, Κύθηρον neut. gen. dicitur Harpocrationi & Suidæ. At Heſychio maſcul. gen. ut autori noſtro, de quo nihil memorabile legitur.

68 Κύθνος, νῆσος πρὸς τῇ Δρυόπιδι τῶν Κυκλάδων.] Cythnus, inſula, una Cycladum Plinio lib. 4. c. 12. Melæ lib. 2. c. 7. Ptolemæus lib. 3. c. 15. eam locat juxta Atticam ſub Euboea, memoratur etiam Livio lib. 31. c. 15. *Secundum hæc rex Attalus Æginam ad claſſem ſe recepit. Rhodii Ceam ab Ægina, inde per inſulas Rhodum navigarunt, omnibus, præter Andrum, Parumque, & Cythnum, quæ præſidiis Macedonum tenebantur, in ſocietatem acceptis.* Ovid. Met. lib. 5.

——— *Inde cava circundata nave Seriphon*
Deſerit, à dextra Cythno, Gyaroque relictis.

69 Καὶ

Κύθνιος. [69] Καὶ Κύθνιος τυρὸς, καὶ Κύθνιος ὁ ζωγράφος. A

Cythnius, & Cythnius caseus, & Cythnius pictor.

ΚΥΚΝΙΤΙΣ [70], ἧς ὁ Κύκνος ἐβασίλευσε. [71] Σοφοκλῆς ἐν Πηλεῖ,

Καὶ ἐν ποιμέσι βοὴν Κυκνῖτιν.

CYCNITIS, in qua Cycnus regnavit, Sophocles in Peleo.

Et in pastoribus vocem Cycnitin.

ΚΥΛΑΝΔΟΣ, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Κυλανδεύς. B

CYLANDUS, urbs Cariæ, Hecatæo Asia. Gentile, Cylandeus.

ΚΥΛΛΗΝΗ [72], ὄρος Ἀρκαδίας, σταδίων ἑνὸς δέουσα ὀγδοήκοντα, ἀπὸ Κυλλήνης, Ναΐδος νύμφης. [73] Ἐν τούτῳ δὲ φασι τῷ ὄρει τὰς κεφύρους λευκὰς γίγνεσθαι, ἄλλοθι C δὲ μηδαμοῦ. Καὶ φωνὰς ποικίλας ἀφιέναι, θηρεύεσθαι δὲ πρὸς τὴν σελήνην. Τλαὶ δὲ ἡμέραν εἶπε δυσχειρώσαι, σφόδρα δυσθηράτους εἶναι. [74] Ἔστι δὲ καὶ Ἠλείων ἐπίνειον Κυλλήνη. Τὸ ἐθνικὸν, Κυλληνὸς, καὶ Κυλλήνιος. [75] Καὶ Κύλλιος λέγεται Ἑρμῆς, ἀφ' οὗ συγκοπὴν Κυλλήνιος. D

CYLLENE, mons Arcadiæ, novem stadiorum ultra pedes octuaginta, à Cyllene Naide Nympha; in hoc verò monte ajunt merulas candidas nasci, alibi autem nequaquam, ac voces varias emittere, quas venantur ad Lunam, interdiu verò, si quis id tentet, valde difficiles venatu sunt. Est etiam Eleorum navale Cyllene. Gentile, Cylleneus, & Cyllenius, & *Cyllius* dicitur Mercurius, per syncopen & Cyllenius.

ΚΥΜΗ [76], πόλις Αἰολίδος πρὸ τῆς Λέσβου,

CYME, urbs Æolidis ante Lesbum

69 Καὶ Κύθνιος τυρὸς, καὶ Κύθνιος ζωγράφος.] Celebrat caseum & pictorem Cythnium; pictor verò vocabatur *Cydias*. Utrosque memorat Eustathius ad Periegetæ v. 526. Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ τὰς Κυκλάδας πλείους εἶναι τῶν ιβ', ὧν εἰσι, καὶ Κύθνος, ἀφ' ἧς ὁ Κύθνιος λέγεται τυρός· ἐξ ἧς καὶ ζωγράφος ὄνομα ἔχων ὁ Κυδίας. i. e. *Ajunt verò prisci Cyclades esse plures quam* XII. *quarum sunt, Cythnos, à qua* Cythnius *caseus dicitur; ex qua erat etiam pictor, qui nomen habebat, Cydias.* Conrr. Gesnerus in *Cythnos* autor est, sed sine autore Timanthem fuisse Cythnium, qui fuit celeberrimus pictor. Ab hacetiam insula originem habet paræmia Κυθνώδεις συμφοραὶ, i. e. *Cythniæ calamitates*, dici solet de gravissimis calamitatibus, de quibus videsis Suidam & Erasmum.

70 Κυκνῖτις, ἧς ὁ Κύκνος ἐβασίλευσε] Cycnitis regio, seu urbs, ubi Cycnus regnavit ex Sophocle memoratur. Nos cum poëta possumus dicere:

Dic quibus in terris? & eris mihi magnus Apollo.

Nescimus enim ubi terrarum fuerit hæc regio, seu urbs, nec quis fuerit *Cycnus* iste.

71 Σοφοκλῆς ἐν Πηλεῖ, &c.] Hæc sic sunt distingenda.

Σοφοκλῆς ἐν Πηλεῖ καὶ ἐν Ποιμέσι.

——— Βοὴν Κυκνῖτιν.

Sophocles in Peleo & in Pastoribus:

——— *Vocem Cycnitin.*

Peleus enim & *Pastores* erant nomina duarum Sophoclis fabularum.

72 Κυλλήνη, ὄρος Ἀρκαδίας.] Cyllene, mons Arcadiæ, montium hujus regionis altissimus, in cujus vertice *Mercurii Cillenii* erat *templum* ætate Pausaniæ jam collapsum, ut ipse narrat in Arcadicis, & monti & Mercurio nomen inditum à Cyllene Elati filio. Ejus ex libro citato sunt verba, quæ sequuntur: Μετὰ δὲ Αἰπύτου τὸ πάφον, ὄρος τε ὑψηλότατον ὀρῶν τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ Κυλλήνη, καὶ Ἑρμῆ Κυλληνίῳ περίρρυτον ναός ἐστιν ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους. Δῆλα δὲ ἐστιν ἀπὸ Κυλλήνης τοῦ Ἐλάτου τοῦ τε ὄρους τὸ ὄνομα καὶ ἡ ἐπίκλησις γεγενημένη τῷ θεῷ. i. e. *Post Æpyti sepulchrum jacet mons altissimus omnium montium Arcadiæ Cyllene, in cujus vertice est Mercurii Cylleniitemplum collapsum. Certum verò est monti nomen, & Deo cognomen à Cyllene Elati filio factum esse.*

73 Ἐν τούτῳ δὲ φασι τοὺς κεφύρους, &c.] In monte Cellene Arcadiæ merulas albas nasci tradit noster, de quibus sic Pausanias lib. 8. Παρέχεται δὲ καὶ θαῦμα τοιόνδε ἡ Κυλλήνη. Κόσσυφοι μὲν οἱ ἀρειδεῖς ὀλολύζοντες εἰσὶν ἐν αὐτῇ, οἱ δὲ κατὰ κωμῳδῶν καλούμενοι, χιὼν ἄλλο τι ἢ εἰσὶν ὀρείβιον, ἐκ φιδίκων. i. e. *Præbet verò hujusmodi miraculum Cyllene* [mons.] *Merulæ enim aves totæ albæ sunt in ea, quæ verò à Comicis hoc nomine appellantur, genus aliud quoddam sunt avium, haud canorum.*

74 Ἔστι δὲ καὶ Ἠλείων ἐπίνειον Κυλλήνη.] Cum Cyllenen Arcadiæ montium altissimum memoraverit, nunc memorat Cyllenen Eleorum navale, cujus situm describit Pausanias lib. 6. Κυλλήνη δὲ σταδίους μὲν εἴκοσιν Ἠλίδος καὶ ἑκατὸν ἀφέστηκε, κεῖται δὲ τετραμμένη τε πρὸς Σικελίαν, καὶ ὅρμον παρεχομένη ναυσὶν ἐπιτήδειον, ἐπίνειον δὲ ἦσαν Ἠλείων, ἀπὸ ἀνδρὸς Ἀρκάδος τὸ ὄνομα εἰληφός. i. e. *Cyllene autem stadia* CXX. *distat ab Elide, sita verò est versus Siciliam, & opportunam navibus præbens stationem. Est autem Eleorum navale, ab Arcade viro nomen sumpsit.* In hac urbe natum Mercurium arbitrabantur, teste Mela lib. 2. c. 3. *Messenii Pyliique terras colunt: & ipsa pelago Pylos adjacet. Cyllene, Enneapolis, Patræ oram illam tenent: in quam Chelonates & Araxos excurrunt: sed Cyllene, quod Mercurium ibi natum arbitrantur, insignis.*

75 Καὶ Κύλλιος λέγεται Ἑρμῆς, &c.] Gentile, & montis, & urbis dicitur Cylleneus, seu ore Latino Cyllenensis, & Cyllenius, ab hoc ultimo per syncopen dicitur *Cyllius*, Mercurius, Cyllenius verò vocatus fuit vel à Cyllene Elati filio, ut ex Pausania annotavimus prima hujus sectionis nota, vel quod eum in monte Cyllene peperit Maia, ut canit Poëta Æneid. lib. 8. v. 138.

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

Id nominis absolutè positum pro Mercurio accipitur. Ovid. Metamorph. 13.

Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas ——

Lucan. lib. 1.

——— *Motuque celer Cyllenius hæret.*

76 Κύμη, πόλις Αἰολίδος πρὸ τῆς Λέσβου.] Cyme Græcis, *Cuma* Latinis, urbs Æolidis ante Lesbum, nomen invenit à Cuma Amazone, quare *Amazonium* quoque vocitata fuit, quod confirmare videtur Strabo lib. 12. Εἴη γὰρ ἂν λέγων τῶν κατὰ τὴν Αἰολέων, καὶ Ἰώνων οἰκιθεῖσαν ὕστερον, πρότερον δὲ ὑπὸ Ἀμαζόνων· καὶ ἐπωνύμους πόλεις πινὰς εἶναί φασιν καὶ γὰρ Ἔφεσον, καὶ Σμύρνην, καὶ Κύμην, καὶ Μύρλειαν. i. e. *Loqueretur enim de urbe, quæ prius ab Amazonibus condita, deinde ab Æolensibus & Ionibus est instaurata; & ajunt urbes quasdam esse Amazonum cognomines, Ephesum, Smyrnam, Cumam, ac Myrleam.* Fuit Æolicarum urbium maxima & præstantissima cui etiam decus natalibus suis, addiderunt Hesiodus poëta, Ephorus historicus, ut tradit noster, utriusque rei locuples est testis Strabo lib. 13. Μείζην δὲ ἐπὶ τῶν Αἰολικῶν καὶ ἀρίστη Κύμη, καὶ χεδὸν μητρόπολις αὕτη τε καὶ ἡ Λέσβος τῶν ἄλλων πόλεων σχεδὸν τριάκοντά που καὶ ἑπτὰ ἀριθμὸν, ὧν ὀλίγαι λείπουσιν ἐκ ὀλίγου. i. e. *Maxima verò Æolicarum & optima Cyma, & fere metropolis ipsa & Lesbus aliarum urbium, numero circiter* XXX, *quarum non paucæ interierunt.* Ac paulò infra: Ἀνὴρ δ' ἀξιόμνημονεύσεως ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως ἀναδέδεικται ἔστιν Ἔφορος τοῦ Ἰσοκράτους γνωρίμων καὶ ῥήτορος ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τοῦ δύρμάτων· καὶ ἔτι πρότερος τούτου Ἡσίοδος ὁ ποιητής. i. e. *Vir verò memoria dignus ex hac urbe*

Λέσβε, ἀπὸ Κύμης Ἀμαζόνος· ἐκαλεῖτο δὲ Ἀμαζόνιον. Τὸ ἐθνικὸν, Κυμαῖος. Ἐνθένδε ἦν Ἔφορος ὁ ἱστορικὸς, καὶ Ἡσίοδος. 77 Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Φρικωνὶς λεγομένη. 78 Αὕτη δὲ καὶ ἡ Λέσβος, σκώπελαι εἰς ἀναισθησίαν. 79 Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Ἰταλίας. 80 Ταύτης τὸ ἐθνικὸν, Κυμαῖος. Τετάρτη, Ἠλείας. 81 Πέμπτη, τῆς Εὐβοίας, καὶ Παμφυλίας. 82 Ἔστι καὶ νῆσος πλησίον Σικελίας.

à Cyme Amazone. Vocabatur verò Amazonium. Gentile, Cymæus. Hinc erat Ephorus historicus, & Hesiodus. Est etiam alia *Phriconitis* dicta, ipsa verò, & Lesbus ob stoliditatem carpuntur. Est etiam alia Italiæ. Hujus gentile, Cymeus. Quarta, Eleæ. Quinta, Eubœæ, & Pamphyliæ. Est & insula prope Siciliam.

ΚΥΝΑΙΘΑ[83], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Κυ-

CYNÆTHA, urbs Arcadiæ, à Cynætho

fuit sine-controversia Ephorus ex Isocratis oratoris discipulis unus, qui historiam conscripsit & de inventionibus rerum; & adhuc eo prior Hesiodus poeta. Ex hac quoque urbe fuisse ajunt Sibyllam Cumæam, quæ in Italiam profecta plurima de Romanis vaticinata est, ideo à Silio Italico lib.13. v.494. *Cumes anus* vocatur:

At gravida arcanis Cumes anus attigit ore
Postquam sacrificium, delibavitque cruorem.

Terræmotu inter alias XII. Asiæ urbes ætate Herodis II. collapsam fuisse tradit Eusebius Chronic. libro primo.

77 Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Φρικωνὶς λεγομένη.] Aliam Cumam celebrat, *Phriconitida* dictam, quam Strabo *Phriconida* vocat lib. 13. Ἐλλόγιμος δὲ κἀκεῖ τῶν Κυμέων, καὶ τὰς ἀφιγμένους ἀνθρώπους ἐκεῖσε ἀποικίσαι· ἀπὸ δὲ Λοκρικῆς ὄρους τοῦ τε Κύμου Φρικωνίδα καλεῖσι, ἐμφύσει δὲ καὶ τῶν Λαρισαίων· ἐρήμη δ' ἐστὶ νῦν. i. e. *Vementes vero* [Pelasgos] *condidisse Cumam, eóque superfluites homines in colonam deduxisse; à Locrico autem monte Cumamque* Phriconida *vocant, similiter & Larissam; deserta verò est nunc.*

78 Αὕτη δὲ καὶ ἡ Λέσβος, σκώπελαι εἰς ἀναισθησίαν.] Inquit autor noster Cymam Æolicam & Lesbum notatas fuisse stoliditatis, quod de Cuma tantum Æolica prodit Strabo lib.13. Σκώπελαι δ' εἰς ἀναισθησίαν ἡ Κύμη κατηγορεῖται πού, ὡς φασιν ἔνιοι, δόξαν, ὅτι πεντακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον τῆς κτίσεως ἀπέδοντο τὰ τέλη· τὸ δὲ ὕστερον δ' ἐκράτησε τοῦτο τοῦ δόξαντος τούτου ὁ δῆμος· καλέσαν δέ φασιν ὀψὲ ἐνθυμηθέντων, ὅτι ἐπὶ θαλάττῃ πόλιν οἰκοῦεν. i. e. *Notatur autem stoliditatis Cuma, juxta hujusmodi quamdam, ut nonnulli ajunt, opinionem; quod CCC. ab urbe condita demum annis portorium exegerint, nec prius eum reditum populus perceperit; itaque obtinuit opinio ferè eos sensisse, maritimam se urbem habitare.*

79 Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Ἰταλίας.] Tertio loco numerat Cumam Italiæ, quæ Latinis plerumque num. plurali *Cumæ* dicitur, cujus incolæ à Chalcide Euboica originem trahebant, autore Livio lib. 8. c. 22. *Palæopolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est: duabus urbibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi. Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt.* Ab Chalcidensibus simul & Cumanis nempe Æolidis conditas Italiæ Cumas tradit Strabo lib. 5. Ταύτας δ' ἐφεξῆς ἐστι Κύμη, Χαλκιδέων καὶ Κυμαίων παλαιόκτιστον κλέος· πασῶν γάρ ἐστι πρεσβυτάτη τῶν τε Σικελικῶν, καὶ τῶν Ἰταλιωτίδων. Οἱ δὲ τὸν τέλον ἀγόντες, Γρανικλῆς ὁ Κυμαῖος, καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεύς, διωμολογήσαντο πρὸς σφᾶς αὐτοὺς τοὺς μὲν ἀποίκους εἶναι, τοὺς δὲ τῶν ἐπωνυμίων. Ὅθεν καὶ πρωταγωνιστεῖσαι Κύμη· κλέος δ' αὐτῶν Χαλκιδεῖς δοκοῦσι. i.e. *Has subsequuntur Cumæ Chalcidensium & Cumæorum opus antiquissimum; est enim omnium Siculorum & Italicarum vetustissima. Ductores classis Hippocles Cumæus & Megasthenes Chalcidensis inter se convenerant, ut alterius colonia esset, alterius appellatio coloniæ, unde nunc appellatur Cuma.* Condidisse autem eam Chalcidenses videntur. Ideo poetarum eruditissimus Æneid. lib. 6. v. 2. canit:

Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

Ubi Servius inquit: *A colonia Cumas appellavit, nam Eubœa insula est, in qua Chalcis civitas est, de qua venerunt, qui condiderunt civitatem in Campania, quam* Cumas *vocarunt, vel ἀπὸ τῶν κυμάτων, vel à gravidæ mulieris augurio, quæ Græce ἔγκυος dicitur.* Secundam nominis Cumarum etymologiam meminit etiam Strabo libro citato: Ὠνομάσθαι δ' ἔνιοι Κύμην ἀπὸ τῶν κυμάτων φασί. i. e. *Nonnulli ajunt Cymam ἀπὸ τῶν κυμάτων*, i. e. *à fluctibus vocari.* Ejus situm sic describit Agathias Historiar. lib. 1. Πόλισμα δὲ Ἰταλικὸν ἡ Κύμη ἰσχυρώτατον, καὶ οἷον ἐς μάλιστα πολεμίοις ἀλῶναι. Ὑδρύεται μὲν γὰρ ἐπὶ λόφου πιὸ δυσπροσόδου τε καὶ ἀνάντους· ἔστι δὲ οὐ θεωπτὴ δ' πλάγιος τυρσώδης, ἐπὶ γὰρ τῇ ἀκρίᾳ ὁ λόφος ἀνέχει ὡς καὶ αὐτὸν δύπτειν τὸ προσβολὰς ποιεῖν τε καὶ κεκλᾶσθαι τὸ ῥοθιον, ἀνω δὲ ἔρυμα περιελήλυθε, πύργοις τε καὶ ἐπιλήξεσι καρτερωτάτοις ἐξειργασμένον. i. e. *Oppidum vero Italicum est Cuma munitissimum neque expugnatu facile; situm enim est in arduo colle difficilem-aditum habente; estque veluti specula maris Tyrrhenici, imminet quippe litori collis ita, ut ad eius radices fluctus maris illisi frangantur; editiore igitur loco situm, vallo turribusque & propugnaculis validissimæ structuræ cinctum est.*

80 Ταύτης τὸ ἐθνικὸν, Κυμαῖος.] Cumæ Italiæ urbis. Gentile, secundum autoris nostri sententiam dicebatur Κυμαῖος, Cymeus, seu Cymensis, Cumæ verò Æolidis Κυμαῖος, *Cymæus*, Latinis *Cumanus* dicebatur.

81 Πέμπτη, τῆς Εὐβοίας, καὶ Παμφυλίας.] In his verbis suspicor esse mendum. Una enim urbs non potest esse duarum regionum. Itaque pro καὶ Παμφυλίας legendum puto καὶ Παμφυλίας ἑτέρας. i. e. *& Pamphyliæ altera*, seu ἄλλη, i. e. *alia*, sic enim amat loqui autor noster. Sed neutrius fit mentio apud alios, quod sciam.

82 Ἔστι καὶ νῆσος πλησίον Σικελίας.] Nunc celebrat Cumam insulam prope Siciliam, cujus nullibi fit mentio, nisi in antiquis scholiis ad Pindari Pyth. Oda prima, ubi de Typhone agit.

— Τὸν πρὸς
Κιλίκιον σπέος πολυώ-
νυμον αἶπος· νιν γε μὰν
Ταῖθ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι
Σικελία τ' αὐτᾷ πίεζει
Στέρνα λαχνήεντα. —

— *Quem quondam*
Cilicium educavit multi-
nominis antrum; at nunc
Litora supra Cumam mare coërcentia
Siciliaque ejus premit
Pectora hispida —

Ad quæ ita in antiquis illis scholiis: Κύμη, νῆσος πλησίον τῆς Σικελίας. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα, τῶν Αἰολέων. Φαίνεται δὲ καὶ ἡ Κύμη πῦρ ἀναδίδοσα, &c. *Cuma, insula adjacens Siciliæ. Est & alia Æolensium; apparet autem non ipsam Cumam ignem emittere*, &c. Mirum est Strabonem antiquæ geographiæ facilè principem, cum versus illos Pindari lib. 5. & 13. inseruerit, nullam feciſſe hujus insulæ mentionem, quamobrem suspicor nullam fuisse hujusmodi insulam, sed aliquam ex eis, quæ circa illa loca sitæ erant.

83 Κύναθα, πόλις Ἀρκαδίας.] Cynætha, urbs Arcadiæ memoratur Polybio diversis locis, ac præcipue Historiarum lib. 4. Οἱ δὲ περὶ τὸν Δορίμαχον ἀπὸ τῶν Ἀχαικῶν ποιησάμενοι τὴν πορείαν, ἦκον ἄφνω πρὸς τὴν Κύναθαν. Σωσίβιος δὲ τὸν Κυναιθέα τοῦτον Ἀρκάδας ἐκ πολλῶν χρόνων ἐν ἀκαταπαύστοις καὶ μεγάλαις στασιάζειν φησίσι, καὶ πολλὰς μὲν κατ' ἀλλήλων πεποιῆσθαι σφαγὰς καὶ φυγάς. i.e. *Dorimachus per ditionem Achæorum itinere habito venit statim Cynætham, Cynathenses verò genere Arcades à longo tempore continuis magnisque seditionibus agitati, quà cædibus, quà exsilio persæpe invicem sævierant.* Idem autor eodem libro eorum impietatem, & feritatem exagitat, ac inquit ex omnibus Arcadibus cælo soloque uti inclementissimo. Pausanias lib. 8. celebrat fontem distantem ab oppido duobus stadiis, cujus aquæ potus adversus canis rabidi morsum, vel vulnus præsentaneum est remedium, quem ideo ab effectu Ἄλυσσον, *Alyssον* vocant, ac si diceres, *qui curat rabiem.*

84 Τὸ

Κυναιθα ἐνὲς τ̃ Λυκάονος παίδων. [84] Τὸ ἐθνικὸν Κυναιθεὺς, ἢ Κυναιθαιεὺς, ἢ Κυναιθαιεὺς, ἀπὸ δ̃ πεντασυλλάβε δ̃ Κυναίθεια. Ἔστι ἡ Κύναιθα πόλις Θρᾴκης, ὑπὸ τῷ Νηρίσῳ ὄρει.

A nætho uno ex Lycaonis filiis. Gentile, Cynætheus, & Cynæthæus, & Cynæthaeus, à quadrisyllabo Cynæthea. Est etiam Cynætha, urbs Thraciæ, sub monte Nerisо.

ΚΥΝΕΤΕΙΑ, πόλις Ἄργες· Καλλίμαχος δευτέρῳ. Οἱ πολῖται Κυνήτειος, ἢ Κυνητιάτης. Οἱ γὰρ τύποι γὰρ οὐκ ἀήθεις τ̃ Ἀργείων.

B CYNETEA, urbs Argorum, Callimachus secundo. Cives, Cynetei, & Cynetiatæ. Hæ enim formæ haud insuetæ Argivis.

ΚΥΝΗ, πόλις Λυδίας· Ἑκαταίος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Κυνεὺς, ἢ Κύνιος.

CYNÊ, urbs Lydiæ, Hecatæus Asia. Gentile, Cyneus, & Cynius.

ΚΥΝΗΤΙΚΟΝ [85], Ἰβηρίας τόπος, C πλησίον Ὠκεανοῦ· Ἡρόδωρος δεκάτῳ τ̃ περὶ Ἡρακλέα. Οἱ οἰκοῦντες Κύνητες, ἢ Κυνήσιοι.

CYNETICUM, Iberiæ locus, prope Oceanum, Herodorus decimo de rebus Herculis. Habitantes, Cynetes, & Cynesii.

ΚΥΝΘΟΣ [86], παρ' Ἀντιμάχῳ ἐν πρώτῃ Θηβαΐδος ὁ οἰκήτωρ Κύνθιος· ἢ θηλυκῶς ἢ ἀδελφῶς· ἢ Κυνθιώτης, ἢ Κυνθιῶτις θηλυκῶς.

CYNTHUS, apud Antimach. lib. 1. Thebaidis. Habitator, Cynthius, & fœm. & neut. gen. & Cynthiotes, & Cynthiotis fœmineum.

ΚΥΝΝΑ, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας, ἀπὸ μιᾶς τ̃ Ἀμαζόνων, ἢ Κύννε δ̃ ἀδελφοῦ Κοίου. Τὸ ἐθνικὸν, Κυνναῖος.

CYNNA, oppidulum prope Heracleam, ab una Amazonum, vel à Cynno Cœi fratre. Gentile, Cynnæus.

ΚΥΝΟΣ [87], ὄπνειον Ὀπουντίων, ὡς Φίλων ἢ Παυσανίας. Ἑκαταῖος ἣν πόλιν αὐτὴν φησιν. Ὅμηρος.

CYNUS, navale Opuntis, ut Philo, & Pausanias. Hecatæus verò *urbem* eam vocat, Hom.

Οἵ Κῦνον τ' ἐνέμοντ', Ὀπόεντά τε, Καλλίαρόν τε.

Quique Cynum incolebant, Opoëntemque Calliarumque.

Οἱ οἰκοῦντες, Κύνιοι, ἢ Κυναῖοι.

Incolæ, Cynii, & Cynæi.

ΚΥΝΟΣΑΡΓΕΣ [88], γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττικῇ

CYNOSARGES, gymnasium in Attica,

84 Τὸ ἐθνικὸν, &c.] Tria gentilia format ab urbis Cynæthæ nomine, priore usus est Polybius, cujus verba adduximus nota proximè præcedenti; posteriore utitur Pausanias in Arcadicis: Εἰσὶ δέ τινες ἤδη καὶ ἔτι τ̃ Ἀρκάδων, ὄνομα δὲ σφίσι Κυναιθαιεῖς, οἳ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ ἄγαλμα ἀνέθεσαν Διὸς κεραυνὸν ἐν ἑκατέρᾳ ἔχοντα τ̃ χειρί. Οὗτοι οἱ Κυναιθαιεῖς πεπαρόηκέν μοι ἀπιδέσθαι μᾶλλον οἰκέται. i. e. *Sunt verò aliqui generis Arcadum quibus nomen est* Cynæthaeis. *Hi Cynæthaenses in Olympia Iovis signum posuerunt utraque manu fulmen habens. Hi Cynæthaenses* XL. *stadia longius habitant.*

85 Κυνητικὸν, Ἰβηρίας τόπος, πλησίον Ὠκεανοῦ.] Cynetica, Iberiæ locus, prope Oceanum, cujus incolæ dicebantur *Cynetes* & *Cynesii*. Memorantur Herodoto lib. 4. c. 49. Φέρ γὰρ δὴ λέγω πάσης τ̃ Εὐρώπης ὁ Ἴστρος, ῥέων ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν, οἰκέουσι δὲ ὡς πρὸς ἡλίου δυσιάων μετ' Κύνητες οἱ οἰκέοντες τ̃ ἐς τὴν Εὐρώπην· ῥέων δὲ διὰ πάσης τ̃ Εὐρώπης, ἐς τὰ πρόσω τ̃ Σκυθέων ἐσβάλλει. i. e. *Fluit enim Ister per omnem Europam, incipiens ex Celtis, qui omnium in Europa ad Solis occasum sunt extremi post Cynetas; curvens verò per totam Europam, in latus Scythiæ ingreditur.* Eos quoque celebrat Rufus Festus:

Hinc dictum ad amnem solis unius via est
Genti & Cynetum hic terminus.

Justinus libro 44. c. 4. *Saltus verò Tarteſiorum, in quibus Titanas bellum adversus Deos gessisse proditur, incoluere Cynetes.* Vulgo legitur *Curetes* sed male, ut annotavit Vossius ad Melam lib. 3. c. 1. de quibus videsis quæ in Γλῶτες annotavimus.

86 Κύνθος παρ' Ἀντιμάχῳ, &c.] Cynthus, qui locus fuerit, dicere prætermisit. Hujusmodi incuria tralatitia est apud epitomatorem nostrum; erat verò in Delo insula mons, in quo Latona, ut est in fabulis, Apollinem & Dianam dicitur peperisse, unde ille *Cynthius*, illa *Cynthia* frequenter à poëtis appellantur. Montis meminit Virgilius Æneid. lib. 1. v. 502.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros ———

Apollinis Cynthii Ecloga 6.

Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit.

Dianam seu lunam *Cynthiam* vocat Val. 2. Argonauticorum:

Puraque, nec gravido surrexit Cynthia cornu.

87 Κῦνος, ἐπίνειον Ὀπουντίων.] Cynus, navale Opuntis ex Philone & Pausania, qui hoc Opuntiorum navale celebrat in Phocicis statim in principio: Ὑπὲρ δ̃ Ὑάμπολιν καὶ Ἄβας, οἱ πόλιν τε Ὀπουντίων καὶ Ὀπουντίων ἐπίνειον Κύνον. i. e. *Supra Hyampolin verò & Abas, qui urbem Opuntem, & Opuntiorum navale Cynum incolunt.* Strabo lib. 9. de illo sic loquitur: Ἀπέχει δ̃ θαλάττης ταύτῃ πενταισταδίους σταδίους, ἢ δ' ἐπίνειος καὶ ἐξώνυμα. Κῦνος δ' ἐστὶ τὸ ἐπίνειον. i. e. *Distat verò à mari* [Opus urbis] XV. *circiter stadiis, à navali autem* LX. *Navale verò est Cynus.* Ac paulo infra: Ἐν δ̃ τῷ Κύνῳ Δευκαλίωνά φασιν οἰκεῖσθαι. Καὶ τ̃ Πύρρας αὐτόθι δεικνύουσι σῆμα, ἢ δ̃ Δευκαλίωνος Ἀθήνησι. Διέχει δ̃ τ̃ Κνημίδος ὁ Κῦνος ὅσον πενταισταδίους σταδίους. i. e. *In oppido Cynò habitasse ferunt Deucalionem. Et monimentum ibi ostenditur Pyrrhæ, Deucalionis verò Athenis. Distat autem Cynus à Cnemide circiter* L. *stadia.* Versiculus ille Homericus, quem affert noster, invenitur Il. 2. v. 531. ad quem nihil notabile inquit Archiepiscopus Thessalonicæ.

88 Κυνόσαργες, γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττικῇ.] Cynosarges, gymnasium in Attica. Tria fuere apud Athenienses celeberrima gymnasia, Cynosarges, Lyceum, & Academia; in primo docuit Antisthenes sectæ Cynicæ autor, in secundo Aristoteles Dæmonius, in tertio Plato divinus. Qui deinde Antisthenem secuti sunt, Cynici, qui Aristotelem Peripatetici, qui Platonem, Academici philosophi vocati fuere. Cynosarges & Lyceum à Philippo Demetrii filio, Macedonum rege incensa fuisse narrat Liv. lib. 31. cujus verba apponemus postea.

Ἀττικῇ[89], ἡ δῆμος, ἀπὸ Διώμου, [90] ἀφ' οὗ ὁ χορὸς Διώμεια καλεῖται. [91] Δίωμος γὰρ Ἡρακλεῖ. Ὡς Θεῷ θύων, τὰ * ξενώσων ἱερὰ Ἡρακλεῖ ἥρωϊ ἔδειξε, καὶ κύων λευκὸς ἁρπάσας τὰ μηρία, εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἤνεγκεν. Ὁ δημότης, καὶ τὸ ἐκ τόπου, ἐκ Κωσοπάργου· καὶ εἰς τόπον, ἐς Κωσόπαργες· καὶ ἐν τόπῳ, ἐν Κωσοπάργι.

tica, & populus à Diomo, à quo chorus Diomea vocatur. Diomus enim Herculi ut Deo sacrificans, * sacra Herculi heroi ostendit, ac canis albus rapta femora in hunc detulit locum. Popularis, & ex loco, ex-Cynosarge, & in locum, ad-Cynosarges, & in loco, in-Cynosarge.

ΚΥΝΟΣ[92] κεφαλαὶ, λόφος τῆς Θεσσαλίας· Πολύβιος συνεπαιδεκάτῳ. [93] Ἦν δὲ καὶ χωρίον Θηβῶν, ἀφ' οὗ Πίνδαρος Δαιφάντῃ παῖς Βοιώτιος, ἐκ Κυὸς κεφαλῶν, μελῶν ποιητής.

CYNOSCEPHALÆ, collis Thessaliæ, Polyb. lib. 19. Erat etiam regio Thebarum, ex qua Pindarus Daiphanti filius Bœotius, ex Cynos cephalis Melicus poëta.

ΚΥΝΟΣΟΥΡΑ[94], ἄκρα Ἀρκαδίας, ἀπὸ Κωσούρου τοῦ Ἑρμοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, Κωσουρεὺς καὶ Κωσουρὶς καὶ Κωσουρὶς θηλυκόν.

CYNOSURA, promontorium Arcadiæ, à Cynosuro Mercurii filio. Gentile, Cynosureus, & Cynosuris fœmineum.

ΚΥΝΟΣΣΗΜΑ[95], τόπος Λιβύης· Ἑκαταίου προηγησαμένου αὐτῆς. [96] Ἔστι καὶ ἄλλο χωρίον.

CYNOSSEMA, locus Libyæ, Hecatæi. in descriptione ejus. Est & aliud oppidum etiam è nostris rerum monumentis taadidit Liv. lib. 33. c. 4. *Tum forte legati redierunt ab Roma, comiter auditi, dimissique: ut tempus postulabat, incerto adhuc adversus Philippum eventu belli. Cum hæc legati regis in concione Rhodiorum agerent, nuntius venit, debellatum ad Cynoscephalas esse.* Hujus prælii meminit etiam Paus. in Achaicis.

89 Καὶ δῆμος, ἀπὸ Διώμου.] Cynosarges fuisse quoque populum ait, Atticæ scilicet à Diomo, id est, cui *Diomus* nomen imposuit ab illa historia, seu fabula, quam refert. Sic enim intelligendum est illud ἀπὸ Διώμου. Diomus enim *Cynosarges* appellavit vel ab albedine canis, vel à celeritate. Ἀργὸς enim Græcè utrumque significat & *album* & *velox*, Hesych. Κωσόσαργες, τόπος ἱερὸς· ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας, Διόμου, φασὶ, θύοντος Ἡρακλεῖ, κύων ἁρπάσας τὰ μηρία, ἔφυγε διωκόμενος· ἐκλήθη δὲ ὁ τόπος οὕτως, ἀπὸ τοῦ λευκοῦ τοῦ κυνὸς, ἢ διὰ τάχος. i. e. *Cynosarges, locus sacer, appellatus fuit ab hujusmodi causa. Diomo, ajunt, Herculi sacra faciente, canis, coxâ abreptâ, cum ille persequeretur eum, fugit, locus autem ita vocatus fuit, ab albedine canis, vel à celeritate.*

90 Ἀφ' οὗ ὁ χορὸς Διώμεια καλεῖται.] In his verbis pro ὁ χορὸς, chorus, lege χῶρος, locus. Id enim ratio clamat. Sensus enim est, locum illum à Diomo vocatum fuisse *Diomeam.*

91 Δίωμος γὰρ Ἡρακλεῖ ὡς Θεῷ θύων.] Diomus enim Herculi, ut Deo sacra-faciens. Nempe quod in Cynosarge erat ipsi templum, autore Pausania in Atticis: Ἔστι δὲ Ἡρακλέους ἱερὸν καλούμενον Κύνοσαργες· καὶ τὰ μὲν ἐς τὴν κύνα εἰρήνευται τῷ λευκῷ ἐπιλεξαμένοις ἐστὶ τὰ χρηζοντι. i. e. *Est verò Herculis templum, quod* Cynosarges *vocatur; ac quæ de cane alba dicuntur, scire licet eis, qui oraculum legerunt.* Et populus, & templum, & gymnasium erant prope Athenas, quæ cremasse Philippum Demetrii filium, Macedonum regem tradit Livius lib. 31. c. 24. *Philippus signo receptui dato, castra ad Cynosarges, (templum Herculis, gymnasiumque & lucus erat circumjectus) posuit. Sed & Cynosarges, & Lyceum, & quicquid sanctî amœnive circa urbem erat, incensum est: dirutaque non tecta solùm, sed etiam sepulchra: nec divini humanive juris quicquam præ impotenti ira est servatum. Postero die cum primò clausæ fuissent portæ, deinde subitò apertæ: quia præsidium Attali ab Ægina, Romanique ab Piræeo intraverant urbem, castra ab urbe retulit rex tria ferme millia passuum.* Ac quia in Cynosarges nomina eorum, qui relegandi erant in testam scribentes, & nothos projiciebant, autore Joanne Tzetza Chil. 13. c. 489. ubi agit de Atheniensium Ostracismo, ideo factum est adagium εἰς Κωσόσαργες, i. e. *ad Cynosarges*, ac si diceres εἰς κόρακας, i. e. *ad corvos*; de quo videsis Erasmum. Illa lacunosa apud Stephanum alteri divino seni relinquo restituenda. Ego enim non audeo illis manus medicas adhibere.

92 Κυὸς κεφαλαὶ, λόφος τῆς Θεσσαλίας.] Cynos cephalæ, i. e. *Canis capita*, collis Thessaliæ ex Polybii lib. 19. qui in excerptis ex ejus lib. XVII. celebratur: Οἱ δὲ προειρημένοι λόφοι, καλούμενοι μὲν Κυὸς κεφαλαὶ. Τραχεῖς δ' εἰσὶ καὶ προσεκλαζόμενοι, καὶ πρὸς ὕψος ἱκανὸν ἀναλείποντες. i. e. *Colles supra-dicti vocantur* Cynos cephalæ, *id est*, Canis capita, *sunt autem asperi & amfracti, & in altitudinem satis magnam editi.* Quibus in locis victus est Philippus à Romanis, quod etiam è nostris rerum monumentis taadidit Liv. lib. 33. c. 4. *Tum forte legati redierunt ab Roma, comiter auditi, dimissique: ut tempus postulabat, incerto adhuc adversus Philippum eventu belli. Cum hæc legati regis in concione Rhodiorum agerent, nuntius venit, debellatum ad Cynoscephalas esse.* Hujus prælii meminit etiam Paus. in Achaicis.

93 Ἦν δὲ καὶ χωρίον Θηβῶν, ἀφ' οὗ Πίνδαρος.] *Cynos cephalas*, i. e. *Canis capita* esse quoque Thebarum seu regionem seu oppidulum inquit, ex quo erat Pindarus Thebanus, de quo Venusinus vates Carm. lib. 4. Od. 2. canit:

Pindarum quisquis studet æmulari
Iule, ceratis ope Dædalea
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.

Hujus Odas Angelus Politianus profana audacia, Davidis Psalterio præferebat, ipse enim literas Hebraïcas nesciebat, quem ego profana audacia, alii impietate damnant. Namque à quodam interrogatus, *an Biblia legeret*, respondit: *semel perlegi librum istum, & numquam collocavi pejus ullum tempus*, autore Georg. Hornio Historiæ Philosophiæ lib. 6. c. 8. Cynos cephalas verò celebrat Xenophon libro de Agesilao: Καὶ γὰρ ἐπεὶ τὰς σὺν Θήβαις τοῦ Λακεδαιμονίων κατέλιπον οἱ ξυμμαχικοὶ, βοηθῶν αὖ αὐτοῖς στρατιὰν ἐπὶ τὰς Θήβας. Εὑρὼν δὲ διαπεφροντισμένα τὰ ἀπεσταυρωμένα ἀπασῶν ὑπὲρ τῆς Κυὸς Κεφαλῆς ἐδήλωσε τοῖς χώραν μέχρι δὲ ἄστεος. i. e. *Nam cum Thebis Lacedæmonios adversaris necassent, ut eis auxiliaretur, expeditionem contra Thebas suscepit, cumque fossa valloque munita cuncta reperisset, supra Cynos cephalas ad urbem usque vastabat regionem.*

94 Κωσόσουρα, ἄκρα Ἀρκαδίας.] Cynosura, *i. e.* Canis cauda epitomatori nostro promontorium Arcadiæ; Ptolemæus lib. 3. c. 15. Achaiæ adscribit. Memoratur etiam Statio Thebaid. lib. 4.

Dives & Orchomenos pecorum, & Cynosura ferarum.

Est etiam *Cynosura*, i. e. *Canis cauda*, sidus septentrionale ex septem constans stellis, quod alio nomine *ursam minorem* appellant, & *Phœnicen*, quod Phœnices id inter navigandum observare solerent, sicut Græci *Helicen*, ut notavit Ovidius de Tristibus:

Esse duas Arctos, quarum Cynosura putatur
Sidoniis, Helicen Graja carina notet.

Optime M. Manilius lib. 1. eas depingit:

Qua duce per fluctus Grajæ dant vela carinæ
Angusto Cynosura brevis torquetur in orbe,
Tam spatio, quam luce, minor, sed judice vincit
Majorem Tyrio. Pœnis hæc certior auctor
Non apparentem pelago quærentibus orbem.

95 Κωσόσημα, τόπος Λιβύης.] *Cynossema*, i. e. *Canis sepulchrum*, locus Libyæ ex Hecatæi periegesi ipsius; qui Straboni inter Ægypti oppida celebratur lib. 17. apud quem Κυὸς σῆμα scribitur.

96 Ἔστι

χωρίον. Τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τ῀ γυναικῆς, Κυνοσσημαλεύς. A

oppidulum. Gentile à geniti. Cynoſſemateus.

ΚΎΝΟΥΡΑ [97], πόλις Ἄργους, ἀπὸ Κυνούρα παιδὸς Περσέως· Παυσανίας τρίτῳ. [98] Κυνούριος τὸ ἐθνικόν, ἢ Κυνουρὶς ϝηλυκόν, καὶ Κυνούριος, καὶ Κυνουρία· καὶ ἀδέσποτον. B [99] Καὶ κληρικὸν Κυνουρικός.

CYNURA, urbs Argorum, à Cynuro Perſei filio, Pauſanias lib. 3. Gentile, Cynureus, fœmin. Cynuris. Eſt etiam Cynurius, & Cynuria, & neutrum, & poſſeſſi. Cynuricus.

ΚΥΝΩ̃Ν νῆσος [1], Λιβυκὴ νῆσος· Ἀλέξανδρος τρίτῳ Λιβυκῶν. Ὁ νησιώτης, Κυνονησίτης.

CYNONNESUS, Libyca inſula, Alex. Libyc. lib. 3. Inſularis, Cynoneſites.

ΚΥΝΩ̃Ν πόλις [2], Αἰγυπτία πόλις. Ὁ C οἰκῶν, Κυνοπολίτης· [3] Ἐν ᾗ πόλει ὁ Ἄνυβις τιμᾶται.

CYNOPOLIS, Ægyptia urbs, habitans, Cynopolites, in qua urbe Annubis colitur.

ΚΎΟΝ, πόλις Καρίας· Ἀπολλώνιος τετάρτῃ Καρικῶν· ἢ πρότερον Κανήβιον. Τὸ ἐθνικὸν, Κυΐτης. D

CYON, urbs Cariæ, Apollon. Carico. lib. 4. *Canebion* prius dicta. Gentile, Cyites.

ΚΎΠΑΙΘΑ, πόλις Λιβύης. Ὁ πολίτης, Κυπαιθεύς.

CYPÆTHA, urbs Libyæ. Civis, Cypætheus.

ΚΥΠΑΡΙΣΣΑΊΑ [4], πόλις τ῀ Τριφυλίας, ἥτις Ἔρανναι ἐκαλεῖτο. Τὸ ἐθνικὸν, Κυπαρισσεὺς, [5] καὶ Κυπαρίσσεια ἡ Ἀθηνᾶ. E

CYPARISSÆA, urbs Triphyliæ; quæ *Eranna* vocabatur. Gentile, Cyparisſeus, & Cyparisſia Minerva.

ΚΥ- CY-

96 Ἔστι καὶ ἄλλο χωρίον.] Eſſe aliud oppidum Cynoſſema inquit, nempe Troadis regionis, cujus meminit Strabo lib. 13. Ἔστι τοίνυν μετ' Ἄβυδον ἥτε Δαρδανὶς ἄκρα, ἧς μικρῷ ἔμπροσθεν ἐμνήσθημεν, καὶ ἡ πόλις ἡ Δάρδανος, διέχουσα τ῀ Ἀβύδου ἑβδομήκοντα σταδίους, μεταξὺ ἧς ὁ Ῥόδιος ἐκπίπτει ποταμὸς, καθ' ὃν καὶ τῇ Χερρονήσῳ τὸ Κυὸς σῆμά ἐστιν, ὅ φασιν Ἑκάβης εἶναι τάφον. i. e. *Eſt igitur poſt Abydum Dardanis promontorium, cujus paulò ante meminimus, & urbs Dardanus, diſtans ab Abydo* LXX. *ſtadiis; inter has Rhodius effluit amnis, juxta quem in Cherſoneſo eſt Cynos ſema* [Canis ſepulchrum] *quod Hecubæ ſepulchrum eſſe dicunt.* E noſtris celebratur Plinio lib. 4. c. 11.

97 Κύνουρα, πόλις Ἄργους, ἀπὸ Κυνούρα, &c.] Cynura urbs Argolidis, à Cynuro Perſei filio nomen adepta, ex Pauſaniæ lib. 3. cujus ſunt verba: Ἐπὶ δὲ Ἐχεμάτῃ Ἄλιος βασιλεύοντος οὐ Σπάρτῃ Κυνουρίας τὰς οὐ τῇ ἡλικίᾳ Λακεδαιμόνιοι ποιεῖσιν ἀναστάτους, αἰτίαν ἐπενεγκόντες, ὡς τῶν Ἀργολίδα (συγγενῶν δ' ἐστὶν ὅλων Ἀργείων) λῃστάς τε σφῶν τ῀ Κυνουριακῆς κακουργεῖν, καὶ αὐτοὶ καθαδρομὰς οὐκ ἐς φανερὰ ποιεῖσθαι ἐς τὴν γῆν. Λέγονται δὲ οἱ Κυνούριοι Ἀργεῖοι τὸ ἀνέκαθεν εἶναι, καὶ οἰκῆσαι φασὶν αὐτοὺς τ῀ Κύνουρον ϝηλυδαπῆ τ῀ Περσέως. i. e. *Echeſtrato verò Agidis filio regnante Spartæ, Lacedæmonii Cynurenſes omnes, ætatis militaris ſedibus ſuis expulerunt cauſantes, quod prædones ex Cynuriaca regione, Argivorum agros, qui ſibi eſſent conſanguinei vexarent atque popularentur aperte; dicuntur autem Cynurenſes ab Argivis oriundos eſſe, & Coloniæ ductorem fuiſſe ipſum Cynurum Perſei filium.*

98 Κυνουρὸς τὸ ἐθνικὸν, &c.] Noſter autor plerumque amat loqui hoc modo, τὸ ἐθνικὸν Κυνουρὸς. Gentile Cynurenſis, dicebatur etiam Cynurius: priori uſus eſt Pauſanias, cujus verba nota proxime præcedenti adduximus, poſteriori utitur Herodotus lib. 8. c. 73. Οἰκέουσι δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθνεα ἑπτά· τούτων δὲ τὰ μὲν δύο, αὐτόχθονα ἐόντα, καὶ χώρην ἱδρυμένα τήν τε καὶ τὸ πάλαι οἴκεον, Ἀρκάδες, καὶ Κυνούριοι. i. e. *Incolunt autem Peloponneſum gentes ſeptem, quarum duæ indigenæ eamdem, quam habitarunt olim regionem nunc incolunt, Arcades & Cynurii.*

99 Καὶ κληρικὸν Κυνουρικός.] Poſſeſſivum, Cynuricus, hujus forma poſſeſſivi & in *licus* & in *iacus* ſolet definere, utrumque uſurpavit Pauſanias libro tertio: poſterioris habes exemplum nota 97. proxime præcedenti, prioris in his quæ ſequuntur: Ἐποιεῦντο δὲ ἐς αὐτὰς ἐγκλήματα, τόν τε Κυνουρικὸν ἐλοῦσαν αὐτῶν. i. e. *Dabant ipſis crimini, quod Cynuricam regionem cepiſſent.*

1 Κυῶν νῆσος, Λιβυκὴ νῆσος.] Cynon neſos, id eſt, Canum inſula, Libyca inſula, ex Alexandri III. Libycorum; à nemine, quod ſciam, memoratur, vide ne ſit, quæ nunc vulgò dicitur *Canaria*, quæ Hiſpanis paret, unde aſportant aviculas illas canoras quas vulgo Hiſpani vocant *Canarios.*

2 Κύνων πόλις, Αἰγυπτία πόλις.] *Cynon polis* i. e. *Canum urbs*, Ægyptia urbs, memoratur Straboni libro 17. Ptolemæo lib. 4. c. 5. à qua Cynopolites *Nomos*, id eſt, præfectura denominabatur, cujus etiam iidem autores eiſdem locis meminerunt.

3 Ἐν ᾗ πόλει ὁ Ἄνυβις τιμᾶται.] In qua urbe, nempe Cynonpoli Annubis colitur. Colebatur verò canino capite, autore Plutarcho de Iſ. & Oſir. & Euſeb. de Præp. libro ſecundo c. 1. unde eruditiſſimus poëtarum Æneid. lib. 8. v. 698. canit:

Omnigenumque Deûm monſtra, & latrator Anubis.

Ubi Servius: *Quia capite canino pingitur, hunc volunt eſſe Mercurium: ideo quia nihil eſt cane ſagatius.* Virgilium imitatur Ovid. Met. 9.

Cum quâ latrator Anubis
Sanctaque Bubaſtis, variuſque coloribus Apis
Quique premit vocem, digitoque ſilentia ſuadet
Siſtraque erant, numquamque ſatis quæſitus Oſiris.

4 Κυπαρισσαία, πόλις τ῀ Τριφυλίας, &c.] Cyparisſæa; urbs Triphyliæ, quæ *Eranna* vocabatur. At Straboni lib. 8. *Cyparisſia* (ſic eam vocat) & Erana diverſæ ſunt urbes. Sic enim ille: Πλησίον ἡ Κορώνης, καὶ μέσον πως τ῀ κόλπου, ὁ Παμισὸς ποταμὸς ἐκδίδωσι, τούτων μὲν οὐ δεξιὰ ἔχων καὶ τὰς ἑξῆς, ὧν εἰσὶν ἔσχατοι τῆς δύσεως, καὶ Πύλος· καὶ Κυπαρισσία, μέση ἡ τούτων Ἔρανα (ὃν ἔκ δύσεως εἶναι νενομίκασι πρότερον) Θουρία καὶ Φηρὰς, οὐ δεξιᾷ. i. e. *Prope Coronen ad medium ferme ſinum exonerat aquas Pamiſus amnis, hanc quidem ad dextram habens & quæ deinceps, quarum ſunt ultimæ ad occaſum Pylus & Cyparisſia, media verò inter has Erana (quam non recte nonnulli Arenen eſſe exiſtimarunt prius) Thuriam & Pheras ad ſiniſtram.* Cyparisſias num. plur. appellat Pauſ. in Meſſenicis: Ἀφικομένοις ἐς Κυπαρισσίας οὐ Πύλας, σφίσι πηγὴ ἀπὸ τῆς πόλεως πλησίον θαλάσσης ἐστί. Ῥυῶσι δὲ Διονύσῳ τὸ ὕδωρ λέγουσι θύρσῳ πλήξαντα ἐς τὸν γῆν· καὶ ἐπὶ τούτῳ Διονυσιάδα ὀνομάζουσι τὸν πηγήν. i. e. *Pervenientibus verò Cypariſſias è Pylo fons eſt ſub urbe prope mare, ex quo fluxiſſe aquam ferunt Dionyſo thyrſo terram percutienti, eaque de cauſa* Dionyſiada *vocant fontem ipſum.*

5 Καὶ Κυπαρίσσεια, ἡ Ἀθηνᾶ.] Et Cyparisſia, Minerva. Hujus etiam Minervæ meminit Pauſanias libro nota proxime præcedenti citato, cui Κυπαρισσία per *jota*, ut & urbis nomen ſcribitur. Ἔστι δὲ καὶ Ἀπόλλωνος οὐ Κυπαρισσίας ἱερὸν καὶ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Κυπαρισσίας. i. e. *Eſt autem & Apollinis templum Cyparisſiis & Minervæ cognomento Cyparisſiæ.*

6 Κυ-

ΚΥΠΑΡΙΣΣΗΕΙΣ[6], πόλις τῆς Μεσ- A σηνίας. Ὅμηρος,

Καὶ Κυπαρισσήεντα, καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον.

Τὸ ἐθνικὸν, Κυπαρισσήεντιος.

ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΣ[7], πόλις ἐν Παρνασσῷ B πρὸς τοῖς Δελφοῖς, ἡ πρότερον Ἔρανος. Ὅμηρος,

Οἱ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε πετρήεσσαν.

Ἀπὸ Κυπαρίσσου τοῦ Μινυοῦ. Οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ πολήθους τῶν αὐτόθι Κυπαρίσσων, ἣν Κυπαρισσῶν- C τά τινες καὶ Ἀπολλωνιάδα φασί. Τὸ ἐθνικὸν, Κυπαρισσεύς.

ΚΥΠΑΣΙΣ[8], πόλις περὶ Ἑλλήσποντον. Εὐκαλαῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Κυπασίτης.

ΚΥΠΗ, Σικελίας φρούριον· φίλιος D Σικελικῶν ἐννάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Κυπαῖος.

ΚΥΠΡΟΣ[9], νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Παμφυλίῳ

CYPARISSEEIS, urbs Messeniæ, Homer.

Et Cyparisseentem, & Amphigeneam incolebant.

Gentile, Cyparisseentius.

CYPARISSUS, urbs in Parnasso juxta Delphos, prius Eranus dicta, Hom.

Qui Cyparissum habebant, Pythonemque petrosam.

Sic dicta à Cyparisso Minyi filio. Alii verò, à multitudine Cypressorum inibi nascentium, quam nonnulli *Cyparissunta*, & *Apolloniada* vocant. Gentile, Cyparisseus.

CYPASIS, urbs circa Hellespontum, Hecatæ. Europa. Gentile, Cypasites.

CYPE, Siciliæ castellum, Philistus Siculo. lib. 9. Gentile, Cypæus.

CYPRUS, insula magna in sinu Pamphylio,

6 Κυπαρισσήεις, πόλις τῆς Μεσσηνίας.] Cyparisseenses, urbs Messeniæ, ex Homero, cujus affert versiculum, qui apud eum legitur Il. 2. v. 593. ad quem versum sic Strabo libro 8. Οἱ δὲ Κυπαρισσήεις ἐστὶ μὲν περὶ τὸ πρότερον Μακισίαν, λιμένα καὶ πέραν τῆς Νέδας ἐπὶ τῷ Μακισίᾳ· ἀλλ' ἐκ οἰκεῖται· ὡς δὲ τὸ Μάκιστον· ἄλλη δ' ἐστὶν ἡ Μεσσηνιακὴ Κυπαρισσία· ὁμωνύμως μὲν ἔν, ὁμοίως δὲ νῦν κἀκείνη λέγεται Κυπαρισσία, ἐικότως τε καὶ ἠλικῶς, ὁ δὲ ποταμὸς Κυπαρισσήεις i. e. *Cyparisseenses verò est circa priorem Maciſtiam; quando & ultra Nedam adhuc erat Maciſtia, ſed non habitatur, ut neque Maciſtum; alia autem eſt Meſſeniaca Cyparisſia, ſed nunc eodem nomine ſimiliter & illa nunc dicitur* Cyparisſia, *num. ſingul. & fœminino genere; fluvius verò Cyparisseenſes.*

7 Κυπάρισσος, πόλις ἐν Παρνασσῷ πρὸς τοῖς Δελφοῖς, &c.] Cyparissus, urbs in Parnasso prope Delphos, ex Homero Il. 2. v. 519. cujus affert versum, ad quem locum Eustathius ita: Τὸν δὲ ῥηθέσαν Κυπαρισσον, ἀπὸ Κυπαρίσσου φασὶ κεκλεῖσθαι υἱὸν Μινύου ἀδελφὸν Ὀρχομενοῦ. Οἱ δὲ, ἀπὸ πλήθους τῶν οἰκεῖ κυπαρίσσων, ὧν ἐτυμολογία ἔχουσι, ἐ πάνυ παλαιὰ, τὸ κύῃ παρίσσος ἡ κυπάρισσος κλάδος· σκάλλει δὲ αὐτὸν καὶ Κυπαρισσήνην, καὶ Ἀπολλωνιάδα. Πρότερον δὲ πόλις καὶ Ἔρανον ἐν δυσὶ νν, ἐπεὶ Δημοσθένης ἐν Ὀδυσσείᾳ ἐρώνᾳ. i. e. *Dictam autem* Cyparissum, *à Cyparisso vocari ajunt, filio Minyi fratris Orchomeni, alii verò à multitudine Cupressorum illic naſcentium, quorum etymologia ordine literarum procedit, non admodum antiqua, ſcilicet τὸ κύῃ παρίσσος, i. e.* parit æquales *cupressus ramos, eam quoque* Cyparissunta *& Apolloniada vocabant, prius verò* Eranum *per duo* nn, *ad differentiam* Δημοσθένης ἐρώνᾳ, *i. e.* convivii in Odyſ. Pauſanias verò in Phocidis autor eſt *Anticyram* poſtea vocatam, ſed ejus antiquum nomen fuiſſe *Cyparissum*: Τὸ δὲ ἀπὸ Δικλωνείας καλούμενος ὁδὸς ἐς Ἀντίκυραν πᾶσά ἐστι. Τὰ δὲ δεξιαιότερα ὄνομα εἶναι Κυπάρισσον τῇ πόλει φασί. Καὶ Ὅμηρον τὸ Φωκέων καταλόγῳ τὸ ὄνομα θελῆσαι θεὸς γε αὐτὸν, ὅτι ἤδη τινὰ καὶ σκαλεῖται Ἀντίκυραν. i. e. *Via autem à templo* Dictynnæ [Dianæ] *declivis eſt ad Anticyram uſque tota; antiquiſſimum nomen urbi fuiſſe Cyparissum ajunt; & Homerum in Phocenſium Catalogo ipſum nomen voluiſſe ponere, jam enim tunc vocabatur* Anticyra.

8 Κύπασις, πόλις περὶ Ἑλλήσποντον.] Cypaſis, circa Helleſpontum, ex Hecatæi Europa. Memoratur etiam Scylaci inter Thraciæ oppida, apud quem non rectè Κύπαζις, pro Κύπασις ſcribitur.

9 Κύπρος, νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Παμφυλίῳ κόλπῳ.] Cyprus, inſula magna in Pamphylio ſinu, ab occaſu quidem terminabatur Pamphylio pelago, à meridie, Ægyptio & Syriaco, ab oriente, Syriaco, à ſeptentrionibus verò anguſto Ciliciæ freto, juxta Ptolemæum lib. 5. c. 14. quà veroſimilius eſt Naturam eam Ciliciæ avulſiſſe non Syriæ, ut tradit Plinius lib. 2. c. 88. præſtantia nulli cedebat inſulæ. Nam & vino & olei ferax erat, & ſuo utebatur contenta frumento. Antiquitus novem regnorum ſedem fuiſſe autor eſt Plinius libro, capiteque citato, prius ſingulæ urbes ſuis paruerunt tyrannis. Sed ab eo tempore, quo Ptolemæi reges Ægyptum obtinuerunt, Cyprus quoque in eorum venit poteſtatem, adjuvantibus ſæpe etiam Romanis. Cum autem ultimus Rex Ptolemæus, patruus Cleopatræ, quæ Strabonis ætate regnabat, videretur inique agere, neque bonam gratiam referre, eo dejecto Romani inſulam occupaverunt, ac in prætoriam provinciam redegerunt. Perniciei cauſa præcipua fuit P. Claudius Pulcher: is enim cum incidiſſet in Cilices piratas, tum maximè viribus vigentes, & redimendi ſui precium poſceretur: ad regem miſit petitum, ut miſſo redemptionis precio ſe liberaret. Miſit ille, ſed ita exiguum, ut piratas id accipere puderet, ac pretio ad regem remiſſo, Claudium liberum ſine precio dimiſerunt. Ita ſervatus utriſque referendæ gratiæ memor fuit. Factuſque tribunus plebis obtinuit, ut M. Cato mitteretur, qui regi Cyprum poſſidenti adimeret. Atque is quidem adventum Catonis ſe occidens prævertit. Cato ſuperveniens Cyprum occupavit, regis res familiares divendidit, & pecuniam in ærarium populi Romani aſportavit. Exinde inſula hæc fuit provincia prætoria. Paulo interjecto tempore Antonius eam Cleopatræ & ſorori ejus Arſinoæ tradidit, verum Antonio everſo, omnes etiam ejus conſtitutiones ſunt everſæ, quorum locuples eſt teſtis Strabo lib. 14. At Ammianus Marcellinus propter hujus inſulæ invaſionem carpit Romanos. Sic enim ille de ea loquitur lib. 14. c. 27. *Cyprum itidem inſulam procul à continenti diſcretam, & portuoſam inter municipia crebra urbes duæ faciunt claram, Salamis, & Paphus: altera Iovis delubris, altera Veneris templo inſignis. Tanta autem, tamque multiplici fertilitate abundat rerum omnium eadem Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus à fundamento ipſo carinæ ad ſupremos uſque carbaſos ædificet onerariam navem, omnibuſque armamentis inſtructam mari committat, nec piget dicere, avide magis hanc inſulam populum Romanum invaſiſſe, quam juſtè. Ptolemæo enim Rege fœderato nobis & ſocio, ob ærarii noſtri anguſtias juſſo ſine ullâ culpa proſcribi, ideoque hauſto veneno voluntaria morte deleto, & tributaria facta eſt, & velut hoſtiles ejus exuviæ claſſi impoſitæ, in urbem advectæ ſunt per Catonem.* Brevius & elegantius Lucius Annæus lib. 3. c. 9. *Aderat fatum inſularum: igitur & Cypros recepta ſine bello. Inſulam veteribus divitiis abundantem, & ob hoc Veneri ſacram, Ptolemæus regebat. Sed divitiarum tanta erat fama, nec falsò, ut victor gentium populus, & donare regna conſuetus, Publio Clodio Tribuno duce, ſocii vique regis confiſcationem mandaverit. Et ille quidem ad rei famam, veneno fata præcepit. Ceterum Porcius Cato Cyprias opes liburnis per Tiberinum oſtium invexit, quæ res latius ærarium populi Romani, quam ullus triumphus implevit.* Si extarent Philoſtephanus & Androcles, qui de Cypro ſcripſerunt, ac ſæpe ab antiquis ſcriptoribus citantur, plura de hac inſula ſciremus. Eam poſſedere Ægyptii, Romani, Saraceni, Veneti, nunc tenent Turci.

10 Ἀσύ-

Φυλίῳ κόλπῳ, ἀπὸ Κύπρας τῆς Θυμβρίος Κινύρα, ἢ ἀπὸ ἧς Φυσκοῦς ἄνθος Κύπρος. [10] Ἀστυνόμος δέ φησι Κύπριον κεκλῆσθαι, διὰ τὸ κρύπτεσθαι πολλάκις ὑπὸ τῆς θαλάσσης· εἶτα Κύπρος. [11] Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κερασὶς, ἀπὸ ἧς πολλὰ ἄκρα ἔχειν· καὶ Κεραστιὰς, καὶ Ἀμαθησία, καὶ Μηιονὶς, καὶ Σφηκεία, καὶ Ἀκαμαντίς. Τὸ ἐθνικὸν, Κύπριος, καὶ Κυπρία, καὶ Κύπριον, καὶ Κυπριανὸς, καὶ Κυπριοῦς, καὶ Κυπρίτης. Ἔστι καὶ Λιβυκὴ Κύπρος. [12] Τὸ ἐθνικὸν, Κυπρίτης.

ΚΥΡΑΥΝΙΣ [13], νῆσος πρὸς Γύζαντας τὰς ἐν Λιβύῃ· Ἡρόδοτος τετάρτῃ. Ὁ νησιώτης, Κυραυνίτης.

ΚΥΡΒΑΣΑ, ὡς Πόδασα, Μέδμασα, πόλις Καρίας. Ὁ πολίτης, Κυρβασεύς.

ΚΥΡΒΗ, πόλις Παμφυλίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ὁ πολίτης, Κυρβαῖος.

ΚΥΡΗ, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ· Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσεως δευτέρῳ. Ὁ νησιώτης Κυραῖος, ὡς Ἀσκραῖος.

ΚΥΡΗΝΗ [14], πόλις Λιβύης, ἀπὸ Κυρήνης

phylio, à Cypro Cinyræ filia, vel à flore cupri illic nascente. Astynomus verò inquit Κύπριον, i. e. *Cyprion* fuisse vocatam, quod sæpe à mari abscondatur, ac deinde *Cyprus*. Vocabatur etiam *Cerastis*, quod multa haberet promontoria, [quæ singula τὸ κέρας, i. e. *cornu* referebant] & Cerastias, & Amathusia, & Meionis, & Sphecea, & Acamantis. Gentile, Cyprius, & Cypria, & Cyprium, & Cypriacus, & Cyprieus, & Cyprites. Est etiam Libyca Cyprus. Gentile, Cyprites.

CYRAUNIS, insula juxta Gyzantes in Libya, Herodot. lib. 4. Insularis, Cyraunites.

CYRBASA, ut Podasa, Medmasa; urbs Cariæ. Civis, Cyrbaseus.

CYRBE, urbs Pamphyliæ, Hecatæo Asia. Civis, Cyrbæus.

CYRE, insula in sinu Persico, Hecatæo in descriptionis secundo. Insularis, Cyræus; ut Ascræus.

CYRENE, urbs Libyæ, à Cyrene Hypsei

10 Ἀστύνομος δέ φησι κύπριον, &c.] In his verbis pro κύπριον lege κρύπτον. Id enim etymologia ostendit, & Plinius confirmat lib. 5. c. 31. citans Astynomum eumdem autorem, cujus verba nota subsequenti apponemus.

11 Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κερασὶς, &c.] Cum prius egerit de etymologia Cypri, cujus tres affert sententias, nunc agit de ejus diversis nominibus, de quibus ita Plinius lib. 5. c. 31. *Vocatam* [Cyprum] *ante Acamantida, Philonides Cerastin, Xenagoras & Aspeliam, & Amathusiam, & Macariam, Astynomus Crypton, & Colmiam.* Hebræis dicitur כופר *copher*, apud quos omnes insulæ & loca maritima vocabantur כתים *Kethim*, autore Josepho Antiquitatum libro primo capite septimo.

12 Τὸ ἐθνικὸν, Κυπρίτης.] Sine dubio legendum est τὸ θηλυκὸν Κυπρίτης, i. e. *Femininum, Cypritis*. Præcedentibus enim verbis egit περὶ τοῦ ἐθνικοῦ Κυπρίτης. Cyprites verò dicebatur vir incola Cypri, Cypritis autem fœmina; ac mirum est Stephanum cum sit Philomerus, non meminisse *Cyprin*, i. e. *Venerem* quam sæpe celebravit Homerus hoc nomine, ac præcipue Il. 5. v. 330. Καὶ τὴν ἐμὴν quod Cyprus esset ipsi sacra, frequenter enim in opimis regionibus viget Venus; ob divitias ipsi sacram dixit Lucius Annæus, cujus verba adduximus hujus sectionis nota 9. quod diversis locis testatur Horatius Carm. lib. 3.

O quæ beatam Diva tenes Cyprum.

Idem Carm. lib. 1. Od. 3.

Sic te Diva potens Cypri.

Magni Etymologici autor in Κύπρις conatur probare Homerum non vocasse Venerem Cyprin à loco, sed ab affectu scilicet ἀπὸ τοῦ κύω, i. e. *concipio, osculor κυόπρεμα* & per syncopen Κυπρις, quod aliis exemplis probat & illustrat.

13 Κυραυνὶς, νῆσος πρὸς Γύζαντας τὰς ἐν Λιβύῃ.] Cyraunis, insula juxta Gyzantes Libyæ, ex Herodoti lib. 4. cui insula Κύραυνις, gens Ζύγαυλες dicuntur. Ejus ex libri citati cap. CXCIV. sunt quæ sequuntur: Τόπων δὲ Ζυγαύλεες ἔχονται, ἐν τοῖσι μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαι κατεργάζονται, πολλῷ δὲ ἔτι πλέον λέγεται δημιεργοὺς ἄνδρας ποιέειν. Μιλίσσονται δ' ὦν πάντες ὅτοι, καὶ πυθμενοφαλίσιν. Οἱ δὲ σφι ἄφθονοι, ὅσοι ἐν τοῖσι ἄκροισι γινονται. Καθ' τύπτες δὲ λέγουσι Καρχηδόνιοι κέεσθαι νῆσον τῇ κώμῃ εἶναι Κύραυνον· μάκος μὲν, δυηκοσίων σταδίων, πλάτος δὲ στεινὸν, διαβῆναι ἐν τῷ ἠπείρῳ· ἐλαιοφόρος μεστὸς καὶ ἀμπέλων. i. e. *His finitimi sunt Zygantes, inter quos magnam vim mellis apes conficiunt, sed multo plus opifices viri facere dicuntur; omnes autem minio inficiuntur, ac similis vescuntur, quarum est abundantia ipsis, qui in montibus degunt. Juxta hos ajunt Carthaginenses jacere insulam, cui nomen esse* Cyranin, *longitudine ducentorum stadiorum, latitudine arctam, in quam transiri e continente potest, oleis refertam & vitibus.* Quare apud Stephanum pro Κυραυνὶς leges ex Herodoto Κύραυνις, pro Γύζαυλας leges Ζύγαυλες.

14 Κυρήνη, πόλις Λιβύης.] Cyrene, urbs Libyæ celeberrima, cujus situm sic describit Sallustius de bello Jugurthino: *Igitur ad Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa dividit, secundo mari prima Cyrene est, colonia Thereon, ac deinceps duæ syrtes, interque eas Leptis, deinde Philenon aræ: quem locum Ægyptum versus finem imperii habuere Carthaginenses.* Fuit civitas magna & opulenta, autore eodem autore eodem libro: *Qua tempestate Carthaginenses pleræque Africæ imperitabant, Cyrenenses quoque magni, atque opulenti fuere. Ager in medio arenosus, una specie, neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum discerneret, quæ res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit.* Ab illa tota regio Cyrenaica, & à numero urbium *Pentapolitana* dicebatur. Urbes erant *Berenice, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia,* & ipsa *Cyrene*, regio illustris Hammonis oraculo, quod à Cyrene aberat CCCCM. passuum, autore Plinio lib. 5. c. 5. cujus conditorem fuisse *Battum Therænm* aliis *Aristotelem*, aliis *Arisiæum* prius dictum ferunt. Quare Cyrenenses à Sil. Italico lib. 2. *Battiadæ* vocantur:

——— *Et iniquo e sole calentes*
Battiadas, late imperio, sceptrisque regebat.

Thera verò erat insula, una Sporadum, Lacedæmoniorum colonia, teste Strabone lib. 10. & Herodoto lib. 4. a qua Battus Cyrenæ conditor *Theræus* dictus fuit, atque eadem de causa Solino c. 40. dicitur *Lacedæmonius*, à quo Callimachus poeta dicebat, se genus trahere, ut tradit Strabo lib. 17. Λέγεται δὲ ἡ Κυρήνη κτίσμα Βάττου. Πρόγονον δὲ τοῦτον ἐαυτῆς φάσκει Καλλίμαχος· ἠύξησε δὲ διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας· καὶ γὰρ ἱπποβοτός ἐστιν ἀρίστη, καὶ καλλικάρπος, καὶ πολλοὺς ἀνδρας ἀξιολόγους ἔσχε. i. e. *Dicitur autem Cyrene condita à Batto, quem suum progenitorem vocat Callimachus, illa ob regionis præstantiam plurimum aucta est: nam & equorum nutrix est optima, & fructus-pulchros fert, & complures viros claros habuit.* In hujus regione nascebatur *laserpitium* in medicis rebus olim celeberrimum, quod alio nomine *silphium* appellabant. Hinc adagium *Batti silphium*, de raro quodam honore alicui exhibito, dici solitum, quod jam ætate Strabonis propemodum defecerat, quod barbari odio quodam impulsi radices ejus pene omnes eruissent, ut tradit Strabo libro XVII. Nobilitarunt quoque Cyrenas *Aristippus* So-

ρήνης δ' Υ̓ψέως, ἡ Κυρὴς πηγῆς ἐγχωρίας. [15] Ἔστι καὶ Ἰβηρίας, καὶ Μασσαλίας ἄλλη. Τὸ ἐθνικὸν, Κυρηναῖος. [16] Ἐνθένδεν ἦν Ἐρατοσθένης Ἀγακλέους παῖς, ὁ ἱστορικός. Καὶ Κυρηναΐς, ὡς Θηβαΐς, καὶ Κυρηνίτης. A

Hypsei filia, vel à Cyre regionis ejus fonte. Est etiam Iberiæ, & Massaliæ alia. Gentile, Cyrenæus. Hinc erat Eratosthenes historicus Agacleis filius, dicitur fœm. Cyrenaïs, ut Thebaïs, necnon mascul. Cyrenites.

ΚΥ'ΡΗΣ Κύρητος, πόλις, ὡς Φάγρης, Μένδης, Ἀδρύμης. Τὸ ἐθνικὸν, Κυρήσιος. B

CYRES, Cyretis, urbs, ut Phagres, [etis] Mendes, Adrymes. Gentile, Cyresius.

ΚΥΡΙΣ [17], μητρόπολις Σαβίνων. Τὸ ἐθνικὸν Κυρίτης. Τὸ κτητικὸν Κυρήτιος, καὶ Κυρηλία ἡ Ἥρα.

CYRIS, Metropolis Sabinorum. Gentile, Cyrites. Possessiv. Cyretius, & Cyretia Juno.

ΚΥ'ΡΝΟΣ [18], νῆσος πρόσορος Ἰαπυγίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Κύρνιοι, καὶ Κυρναῖοι. [19] Φασὶ δὲ τοὺς Κυρναίους πολυχρονιωτάτους εἶναι. Οἰκοῦσι δὲ ἔστι πρὸς τῷ Σαρδόνα, διὰ τὸ μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι. Πλεῖστον δὲ τοῦτο γίγνεται παρ' αὐτοῖς. C

CYRNUS, insula ad aquilonarem-partem Japygiæ, Hecatæ. Europa. Gentile, Cyrnii, & Cyrnæi. Dicunt verò Cyrnæos diutissime vivere. Hi verò habitant circa Sardonem, propter continuum mellis usum, quod plurimum apud eos fit. D

ΚΥ'ΡΟΥ πόλις [20], ἡ καὶ Κυρέχατα καλεῖται, πόλις πρὸς τοῖς ἐσχάτοις Περσίδος. Ὁ πολίτης καθ' ὑμᾶς Κυροπολίτης, κατὰ δὲ Πέρσας Κυρεχατιῶται, ὡς Ἀραξηνοὶ, καὶ Καμβυσηνοί.

CYRUPOLIS, quæ etiam *Cyrechata* vocatur urbs ad ultimos fines Persidis. Civis, secundum nos Cyropolites, secundum Persas, Cyrechateni, ut Araxeni, & Cambysseni.

ΚΥ'Ρ-

CYR-

craticus Cyrenaicæ sectæ autor, & *Areta* ejus filia, quæ ei in Schola successit, & Aristippus ejus filius *metrodidactos* dictus, quod à matre doctus fuisset, necnon Eratosthenes, qui de Geographia scripsit, Carneades Philosophus academicus, Callimachus poëta, teste Strabone libro citato, & Diogene Laërtio de vitis Philosophorum. Fuit etiam Cyrenensis *Jason* Judæus historicus qui historiam Chasmonæorum seu Macchabæorum quinque libris conscripsit, quos in epitomen redegit autor libri Machabæorum, ut refertur Machabæorum lib. 2. c. 2. v. 24. Ceterum hæc urbs in historia sacra Amos c. 9. v. 7. Regum lib. 4. c. 16. v. 9. קיר *Kir* vocatur. Unde verosimile est, Græcos *Cyrenen* dixisse, quos Latini secuti sunt, & adhuc hodie videtur corrupti nominis vestigia servare, si Villanovano credimus cui *Corene* dicitur, & vulgò barbaris *Cairoan*, ut tradit Ant. Baudrand. Parisinus in Lexicum Philippi Ferrarii Alexandrini. Quare etymologiam hujus nominis, quam noster affert à Cyrene Hypsei filia, vel à Cyre fonte rejiciendam existimo, nec meæ sententiæ opponitur historia Batti, qui hanc urbem dicitur condidisse. Vereres enim, cum eos lateret conditoris nomen, instauratorem vocabant conditorem. Battus igitur potuit eam instaurare.

15 Ἔστι καὶ Ἰβηρίας, καὶ Μασσαλίας ἄλλη.] Harum civitatum nulla apud alios fit mentio. Miror Stephanum non fecisse mentionem Cyrenæ urbis Cypri, ex qua fuit *Ladice*, quæ nupsit Amasi Ægypti regi, cujus historiam narrat Herodotus lib. 2. in libri calce.

16 Ἐνθένδεν ὦν Ἐρατοσθένης Ἀγακλέους παῖς, &c.] Eratosthenes iste, qui nostro dicitur Ἀγακλέους παῖς, Agacleis filius, Suidas Ἀγλαοῦ filium fuisse inquit in Ἐρατοσθένης, cujus varia opera recenset.

17 Κυρὶς, μητρόπολις Σαβίνων.] Curis Græcis, num. singul. Latinis Cures num. plur. erat urbs, metropolis Sabinorum, de qua egimus in Κάρσιοι nota 89.

18 Κύρνος, νῆσος πρόσορος Ἰαπυγίας.] Cyrnus, insula versus-aquilonarem-partem Japygiæ, quæ Latinis dicitur *Corsica*, quam in Ligustico mari locat Plinius lib. 3. c. 6. *In Ligustico mari est Corsica, quam Græci Cyrnon appellavere:* Sed noster epitomatori Cyrnos & Corsis, seu Corsica tamquam diversæ insulæ memorantur, cum una eademque fuerit, de qua vide quæ in Κόρσις annotavimus.

19 Φασὶ δὲ τοὺς Κυρναίους πολυχρονιωτάτους εἶναι, &c.] Hæc verba & quæ sequuntur, desumpta sunt ex Athenæi libro 2. apud quem sic leguntur: Λύκος δὲ ὁ πολυχρονίους φησὶν εἶναι τοὺς Κυρνίους (οἰκοῦσι δέ ἔστι πρὸς Σαρδόνι) διὰ τὸ μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι· πολὺ δὲ τοῦτο γίγνεται παρ' αὐτοῖς. i. e. *Lycus verò longævos inquit esse Cyrnios, (habitant autem hi circa Sardiniam) quod melle semper utantur, quod plurimum apud eos fit.* Fuisse hujus insulæ incolas longævos propter continuum mellis usum testatur etiam Eustathius ad Periegetæ v. 458. Erant autem Corsicana mella amara, ut docet Servius ad Georgic. lib. 4. v. 100.

——— *Hinc cœli tempore certo*
Dulcia mella premes.

Ubi ille: *Dulcia mella, non est superfluum epitheton, nam ideo ait dulcia, quia etiam sunt amara, ut Corsicana, sicut in Bucolicis diximus.* Causam amaritudinis explicat Ovid. Am. lib. 1. Eleg. 12.

Quam puto de longæ collectam flore cicutæ
Melle sub infami Corsica misit apis.

20 Κύρος πόλις, ἡ καὶ Κυρέχατα, &c.] Cyru polis, id est, Cyri urbs, quæ etiam *Cyrechata* vocatur, erat urbs ad ultima Persidis; at Ptolemæo Cyropolis & Cyreschata diversæ sunt urbes. Nam hæc ab eo inter Sogdianorum oppida numeratur lib 6. c. 12. illa eodem libro c. 2. in Media locatur, quæ Straboni lib. 11. *Cyra* plur. num. dicitur: Καὶ τὰ Κύρα ἔσχατον ὂν Κῦρος κλίσμα ἐπὶ τῷ Ἰαξάρτῃ ποταμῷ κείμενον, ὅπερ ὡς ὅριον τῶν Περσῶν ἀρχῆς· καθεκκαίδεκα δὲ τὸ κλίσμα τοῦτο, καίπερ ὂν ἄλλα φιλόκωμον διὰ τὰς πυκνὰς ἀποστάσεις. i. e. *Et Cyra ultimum oppidum, quod Cyrus condidit ad Iaxartem fluvium situm, quod erat terminus Persarum imperii; evertisse verò oppidum hoc, et si erat Cyri-studiosus propter continuas rebelliones.* In quibus verbis latet urbis *Cyreschata* etymologia, ac si diceres Cyri ultima, quare apud Stephanum pro Κυρέχατα fidenter legendum Κυρέσχατα. Sic enim etiam scribitur apud Ptolemæum libro supra citato: ego puto Græcos ex כורשקרתא *Coreſcartha*, id est, *Cyri-urbs* fecisse *Cyrieschata*. Nec enim verosimile est Cyrum urbi à se conditæ nomen è lingua Græca petitum impoliturum. Quemadmodum enim Tigranes urbi à se conditæ nomen imposuit *Tigranocertha*, quod est Parthorum lingua *Tigranopolis*, ut inquit noster in Τιγρανόκερτα, sic Cyrus de nomine suo urbi nomen imposuit *Coriscertha*, seu *Coreſcartha*, quod est *Cyropolis*, Cyrus enim Hebraïce dicitur כורש *Cores*. Nihil certius nostra conjectura si aliquid inter mortales est certum præter mortem. Cyropolim verò cepisse, & diruisse Alexandrum magnum narrat Quint. Curtius lib. 7. c. 6. *Itaque Meleagrum & Perdiccam in obsidionem jungit, Cyropolin, ut ante dictum est, obsidentes. Statuerat autem parcere urbi conditæ à Cyro: quippe non alium gentium illarum magis admiratus est, quam hunc regem, & Semiramim, in quis & magnitudinem animi, & claritatem rerum longe emicuisse credebat. Ceterum pertinacia oppidanorum ejus iram accendit. Itaque captam urbem diripere jussit.*

21 Κῦρ-

ΚΥ῾ΡΡΟΣ [21], πόλις Συρίας, ἡ ἀκρόπολις Σίνδαρος. [22] Ὁ πολίτης, Κυρρέστης, ὡς Πολύβιος πέμπτῳ. [23] Καὶ Κυρρέστις ἡ Ἀθηνᾶ, καὶ ἡ χώρα Κυρρεστική· Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ. [24] Δημήτριος ὁ Ἀνδρόνικος, τὸ Κυρρέστης διὰ τοῦ η φησί. A B

ΚΥΡΤΑΊΑ [25], πόλις ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, εἰς ἣν ὑπερώρισεν Ἀρταξέρξης Μεγαβάζον· Κτησίας τρίτῳ Περσικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, ἐκ τῆς τέχνης Κυρταιανὸς, ἐκ δὲ τῆς χώρας Κυρταινὸς, ὡς Σοφηνὸς καὶ Ἀραξηνός. C

ΚΥ῾ΡΤΟΣ [26], πόλις Αἰγύπτου ἐν τῷ μεσογείῳ. Ἐκ ταύτης Διονύσιος ἦν ἰατρὸς ἀπὸ τῆς πατρίδος, οὐκ ἀπὸ τοῦ σώματος Κυρτὸς ὀνομαζόμενος, ὃν μέμνηται Ἐρρένιος. Φίλων ἐν τῷ περὶ ἰατρικῶν. Ὁ τόνος διὰ μὲν ἐνικῆς ὀξύς, ὁμόφωνος τῷ πάθει. Τῆς δὲ κυρίας τῆς πόλεως, βαρύς, ὡς τὸ Πόντος καὶ Κόντος. D

ΚΥ῾ΡΤΩΝΕΣ [27], πόλις Βοιωτίας· Παυσανίας ἐννάτῳ. Τὸ δὲ ἀρχαῖον πολίσμάτιον, Κυρτώνη. [28] Τὸ ἐθνικὸν, Κυρτώνιος· αἱ δὲ πολίτιδες, Κυρτῶνες. E

ΚΥΡΤΩ῾ΝΙΟΣ [29], πόλις Ἰταλίας· Πολύ-

CYRRHUS, urbs Syriæ, arx Sindarus, Civis, Cyrreſtes, ut Polyb. lib. 5. & Minerva Cyrreſtis, & regio Cyrreſtica, Strab. lib. 16. Demetrius Antigoni filius Cyrreſtes per *eta* ſcribit.

CYRTÆA, urbs in mari rubro in quam Artaxerxes Megabazum relegavit, Cteſias Perſico. lib. 3. Gentile, ex arte, Cyrtæanus, ex regione, Cyrtæenus, ut Sophenus, & Araxenus.

CYRTUS, urbs Ægypti in mediterranea parte. Ex hac erat Dionyſius inſignis medicus à patria, non à corpore *Cyrtus* vocatus, cujus meminit Errenius Philo in lib. de rebus medicis, accentus nominis ſingularis acutus, paſſioni conſonus, proprii verò τῆς urbis, gravis, ut Pontus, & Contus.

CYRTONES, urbs Bœotiæ, Pauſan. lib. 9. *Antiquum verò oppidulum, Cyrtone.* Gentile, Cyrtonius, oppiduli verò gentile, Cyrtones.

CYRTONIUS, urbs Italiæ, Polyb. lib. 3.

21 Κύῤῥος, πόλις Συρίας, ἡ ἀκρόπολις Σίνδαρος.] Cyrrhus, urbs Syriæ, arx Sindarus; urbis meminit Ptol. lib. 5. c. 15. Ejus arcis Strabo lib. 16. cui Gindarus dicitur: Συνάπτῃ δὲ τούτοις ἡ Κυῤῥηστικὴ μέχρι δεῦρο ᾠκοδόμησε· Ἐνταῦθα οὖν ἐστὶ πόλις Γίνδαρος, ἀκρόπολις τῆς Κυῤῥηστικῆς, καὶ λῃστήριον δύφυες. i. e. *Conjungitur verò his Cyrrheſtica, eò uſque pertingens. Hoc in loco eſt Gindarus urbs, Cyrrheſticæ arx, & receptaculum latronibus aptum.* Itaque apud Steph. pro ἡ ἀκρόπολις Σίνδαρος puto legendum, ἧς ἀκρόπολις Γίνδαρος, i. e. *cujus arx Gindarus.* Autor enim noſter ſine dubio reſpexit locum illum Strabonis, quem paulò poſt ad partes vocat, Ptolemæus verò libro capiteque citato in Cyrrhiſtica regione, (ſic hanc regionem appellat, quam Strabo *Cyrrheſticam*) non locat Gindarum, ſed infra inter Seleucidis regionis civitates; Cyrrhus autem memoratur ex noſtris Plinio lib. 5. c. 23. quam nobilitavit Andronicus ideo *Cyrrheſtes* dictus, qui celeberrimam illam turrim marmoream octogonon octo ventorum exemplum Athenis collocavit, & in ſingulis lateribus octogoni, ſingulorum ventorum imagines exſculptas contra ſuos cujuſque flatus deſignavit, ſupraque eam metam marmoream perfecit, & inſuper Tritonem æreum collocavit, dextra manu virgam porrigentem, & ita eſt machinatus, uti vento circumageretur, & ſemper contra flatum conſiſteret, ſupraque imaginem flantis venti indicem virgam teneret; cujus figuram habes apud Vitruvium de Architect. lib. 1. c. 6. ubi hanc eruditam fabricam & hiſtoriam narrat, cujus etiam meminit Varro de R R. lib. 3. c. 5. apud quem perperam *Cypreſtes*, pro *Cyrrheſtes* ſcribitur, quod jam ex noſtro autore correxit Scal. in ſuis ad Varron. notis loco citato.

22 Ὁ πολίτης, Κυῤῥέστης, ὡς Πολύβιος πέμπτῳ.] Civis Cyrrhi urbis Syriæ, *Cyrrheſtes* dicitur, ut Polybius quinto, apud quem libro citato hoc gentile per η in penultima, non per ε pſilon, ut eſt apud noſtrum ſcribitur.

23 Καὶ Κυῤῥέστις ἡ Ἀθηνᾶ, &c.] Cyrrheſtis Minerva & Cyrrheſtica regio celebratur, ex Strabonis lib. 16. apud quem Minerva Κυρρηστὶς, regio Κυρρηστικὴ dicitur libro ab autore noſtro citato: Διέχει δ' ἡ Ἡράκλεια σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τοῦ Ἀθηνᾶς ἱεροῦ τῆς Κυῤῥηστίδος· εἶτα ἡ Κυῤῥηστικὴ μέχρι τοῦ Ἀντιοχίδος. Ἀπὸ δὲ τῶν ἄρκτων ἐστὶ τό τε Ἄμανον παράκειται, καὶ ἡ Κομμαγηνή. i. e. *Diſtat autem Heraclea ſtadia* x x. *à Minervæ Cyrrheſtidis templo; deinde Cyrrheſtica uſque ad Antiochidem regionem. A ſeptentrionibus verò eſt mons Amanus prope, & Commagena.*

24 Δημήτριος, &c.] Cum Cyrrhi urbis Syriæ gentile, Κυῤῥέστης per ε pſilon autori noſtro dicatur, in cujus confirmationem adduxerat Polybium, nunc inquit, à Demetrio Antigoni Κυῤῥήστης per η ſcribi, hujuſmodi enim gentilia diverſa ſcripturâ apud ſcriptores reperiuntur; Frontinus Strateg. lib. 1. c. 1. exemplo ſexto celebrat Pharneum quemdam proditorem Cyrrheſten.

25 Κυρταία, πόλις ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Cyrtæa, urbs in mari rubro, ex Cteſiæ Perſicorum lib. 3. in cujus Perſicis excerptis Cyrtæ num. plur. non Cyrtæa, ut inquit noſter, legitur, de qua nihil memoratu dignum narrat.

26 Κύρτος, πόλις Αἰγύπτου ἐν τῷ μεσογείῳ.] Cyrtus, urbs Ægypti in mediterraneis, à nemine, quod ſciam memoratur, nec celeber ille medicus illius civis, ideo *Cyrtus* dictus non à corpore, ſed ab urbe. Κυρτὸς enim cum accentu in ultima ſignificat *gibboſum*, & hujus urbis civem, Κύρτος verò cum accentu in penultima de urbe tantum dicitur, hanc puto eſſe noſtri autoris mentem in illis verbis.

27 Κύρτωνες, πόλις Βοιωτίας.] Cyrtones, urbs Bœotiæ, ex Pauſaniæ lib. 9. cujus verba tranſcripſit noſter mutila. Apud eum libro citato ſic inveniuntur: Ὑήττῳ δὲ ταδία ὡς εἴκοσι ἀπέχουσι Κύρτωνες, τὸ δὲ ἀρχαῖον [ὄνομα] τῷ πολίσματι φασὶν εἶναι Κυρτώνιον· ὄρκισμα δὲ ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ, καὶ Ἀπόλλωνος ἔστιν ἐνταῦθα ναός τε, καὶ ἄλσος. i. e. *Ab Hyetto ſtadia circiter* xx. *abſunt Cyrtones, oppidulo priſcum fuiſſe* [nomen] *Cyrtonen dicunt; conditum verò eſt in excelſo monte, & Apollinis illic eſt templum, & lucus.*

28 Τὸ ἐθνικὸν Κυρτώνιος· αἱ δὲ πολιτίδες Κυρτῶνες.] Hæc ſic mihi videntur intelligenda, ac ſi diceret τὸ ἐθνικὸν τῶν Κυρτώνων, Κυρτώνιος, τῆς δὲ Κυρτώνης, Κυρτῶνες, i. e. *Gentile Cyrtonum, Cyrtonius, Cyrtonæ verò Cyrtones.*

29 Κυρτώνιος, πόλις Ἰταλίας.] Cyrtonius, urbs Italiæ, ex Polybii lib. 3. cujus ſunt verba: Ὅτε μὲν Ἀννίβας εἰς τὴν μεσόγειαν ὡς πρὸς τὴν Ῥώμην προῆγε διὰ τῆς Τυῤῥηνίας, δύο μὲν πόλεις εἶχον τὴν μεσόγειον Κυρτώνιον, καὶ τὰ ταύτης ὄρη· δεξιὰν δὲ τὴν Θρασυμηνίδα καλουμένην λίμνην. i. e. *Annibal verò ulteritus tamquam verſus Romam progrediebatur per Etruriam, ad lævam habens urbem nomine Cyrtonium, & adjacentes illi montes: ad dextram Thraſymenum lacum.* Locum Polybii videtur reſpexiſſe. Livius lib. 22. c. 4. cujus verba in Κρότων nota 37. appoſuimus. Ex quibus apparet Cyrtonium eſſe idem oppidum, ac Cortonam Latinis.

Πολύβιος τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, [30] τῷ τ χώρας A
ἔθ Κυρηναῖος, ὡς Σαλαμίνιος.

ΚΥΤΑΙΑ [31], πόλις Κολχική, παλαιὰ Μηδείας. [32] Ἔστι καὶ ἄλλη Σκυθίας. [33] Ὁ πολίτης Κυταῖος, ἐξ οὗ καὶ Κυταιάς.

[34] Πύργος εἰσόψεται Κυταιεὺς Αἰήτου. B
[35] Τὸ ἐθνικὸν Κυταιὰς, καὶ Κυτάια. Λυκόφρων,

Οἷς εἰς Κυταίαν τλῶ Λιβυστίνλω μολών.

Οἱ Λιβυστῖνοι γὰρ ἔθνος ὑπερκείμενον Κόλχοις. [36] Λέγεται καὶ Κυταῖς, ἀπὸ οὗ Κυταῖος. [37] Οἱ δὲ, ὅτι δύο εἰσὶ πῶπαι καὶ τ Εὐρώπης. [38] Ἔστι C
καὶ Κύταιον, πόλις Κρήτης.

ΚΥΤΕΡΙΟΝ [39], πόλις Οἰνώτρων ἐν τῇ μεσογείᾳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Κυτερνιώτης. Δύναται καὶ τῷ τ χώρας ἔθ Κυτερῖνος. D

ΚΥΤΙΝΑ, πόλις Θεσσαλίας, ὡς Θέων ἐν ὑπομνήμασι Λυκόφρονος. Ὁ πολίτης, Κυτινιαῖος. [40] Ἔστι καὶ Κυτίνιον, μία τ τριῶν τ Δωρικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Κυτινιάτης.

ΚΥ-

lib. 3. Gentile, regionis consuetudine Cyrtoninus, ut Saturninus.

CYTÆA, urbs Colchica, patria, Medeæ. Est & alia Scythiæ, Civis, Cytæus, ex quo etiam Cyræeus, seu Cytænsis.

Turres inspicietis Cytænsis Æetæ.

Gentile, Cytæias, & Cytæa, Lycoph.

Qui in Cytæam Libystinam veniens.

Libystini enim sunt populi adjacentes Colchis. Dicitur etiam Cytæis ab Cytæus, alii verò dicunt, quod duo sunt hæc, & Europæ. Est etiam Cytæum, urbs Cretæ.

CYTERIUM, urbs Oenotrorum in mediterraneis. Hecatæ. Europa. Gentile, Cyteriotes. Potest esse & regionis consuetudine Cyterinus.

CYTINA, urbs Thessal. ut Theo in comment. Lycophronis. Civis, Cytinæus. Est etiam Cytinium, una ex tribus Doricis. Gentile, Cytiniates.

CY-

30 Τῷ τ χώρας ἔθ.] Lege τῷ τ χώρας ἔθη error typographi rationibus inferendus.

31 Κυταία, πόλις Κολχική, παλαιὰ Μηδείας.] Cytæa, urbs Colchica, patria Medeæ, una ex celeberrimis veneficis, quæ cum Circe decertare posset, ideo à Propertio 2. 4. *Cytæis* dicitur:

Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis.

32 Ἔστι καὶ ἄλλη Σκυθίας.] Cytæam quoque Scythiæ urbem inquit esse, cujus meminit Scylax in Σκυθίᾳ, apud quem perperam scribitur Κύδαια pro Κυταία. Sic enim ex nostro autore legendum est

33 Ὁ πολίτης Κυταῖος, &c.] Civis, utriusque scilicet urbis Colchicæ, & Scythicæ dicitur *Cytæus*, unde Val. Flacc. lib. 6.

Talia certatim Minyæ, sparsique Cytæi
Funera miscebant.

Altero gentilitio utitur Apollonius, ut apparet ex versiculo, qui sequitur.

34 Πύργος, &c.] Versiculus iste, quem innominato poëta affert, invenitur apud Apollonium Rhodium Argonauticorum lib. 2. v. 405.

35 Τὸ ἐθνικὸν, Κυταιὰς, καὶ Κυτάια.] Adducit nunc gentilitium fœm. Cytæis, & Cytæa, pro posteriore affert Lycophronis versum qui apud eum legitur v. 1312.

36 Λέγεται καὶ Κυταϊς.] Hoc nomine utitur Apollonius, sed apud eum Κυταΐς scribitur Argonautic. lib. 2. v. 401.

Ἔνθα δ' ἐπ' ἠπείροιο Κυταϊδος, ἠδ' Ἀμαραντίδων.

Ibi verò per continentem Cytaida, & ab Amarantis.

Ad quem locum ejus Scholia: Κυταΐδος, Κολχικῆς, Κύταια δὲ, πόλις Κολχίδος. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα πόλις τ Εὐρώπης Κύταια, ὁμώνυμος τῇ Σκυθικῇ, ἀφ' ἧς φασι καὶ τλῶ Κολχικλῶ ἐσχηκέναι τλῶ ὄχλω. i. e. *Cytaidis, Colchicæ, Cytæa enim, urbs Colchidis. Est & alia urbs Europæ Cytæa, ejusdem nominis cum Scythica, à qua ajunt & Colchicam habuisse principium.*

37 Οἱ δὲ, ὅτι δύο εἰσὶ πῶπαι, &c.] Duas innuit fuisse illius nominis urbes Europæ præter Scythicam, quod ex Scholiastis Apollonii confirmatur, quorum verba apposuimus nota proxime præcedenti.

38 Ἔστι καὶ Κύταιον, πόλις Κρήτης.] Cytæum, urbs Cretæ memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 17. inter hujus insulæ oppida orientalis lateris, recenti vocabulo nautæ *Candiam* vocant, à qua tota insula *Candia* nunc denominatur, autore Nigro Geographiæ Comment. XI. Sic enim ille: *Inde terra in mare longè extenditur, unde iterum curvatur, ubi Cytæum urbs olim, quam recenti vocabulo* Candiam *nautæ dicunt, Venetorum colonia, à qua tota insula* Candia *nunc denominatur.* Extat adhuc nunc urbs archiep. & metrop. præclara in ora Boreali optimè contra Turcas munita, sub Venetis, autore Philippo Ferr. Alexandrino in suo Lexico Geographico, ad quem locum Michaël Antonius Baudrand inquit ante aliquot annos à Turcis captam, ipsis subesse cum tota regione adjacente.

39 Κυτέριον, πόλις Οἰνώτρων ἐν τῇ μεσογείᾳ.] Cyterium, urbs Oenotrorum in mediterranea parte ex Hecatæi Europa, quæ hodie *Cytisano* G. Barrio autore, fides sit penes eum.

40 Ἔστι καὶ Κυτίνιον, μία τ τριῶν τ Δωρικῶν.] Cytinium, urbs una, ex tribus Doricis; quatuor Doridis civitates celebrat Ptolemæus lib. 3. c. 15. in Achaia, quæ Doridem regionem comprehendebat, ex verò erant, Erineus, Cytinium, Bœo, vel Bion, Lilæa; perperam apud Ptolemæum scribitur Κυτείνιον, Βοιῶ, ἢ Βίον, pro Κυτίνιον, Βοιόν. Quarum meminit Thucydides lib. 1. Καὶ Φωκέων στρατεύσαντων ἐς Δωριᾶς, τλῶ τ Λακεδαιμονίων μητρόπολιν Βοιὸν, καὶ Κυτίνιον, καὶ Ἐρινεὸν, καὶ ἐλόντων ἐν τ πολιζμάτων τούτων, &c. i. e. *Et Phocensibus exercitum ducentibus contra Dorienses, Lacedæmoniorum metropolin, Bœum, & Cytinium, & Erineum, & capientibus unum horum oppidorum, &c.* Ad quem locum ita ejus Schol. Βοιὸν, καὶ Κυτίνιον, καὶ Ἐρινεὸν, αὗται αἱ τρεῖς πόλεις εἰσὶ τ Παρνασσόν εἰσι. i.e. *Bœum, & Cytinium, & Erinium hæ tres urbes circa Parnassum sunt.* Idem Thucydides etiam l. 3. Cytinium vocat *Doricum*, atque id locat ad dextram Parnassi: Καὶ μάλιστα νομίσας ἂν οὐ τ τ Ἀθηναίων δυνάμεως πῆς Ἠπειρώτας ξυμμάχους μὴ τ Αἰτωλῶν δύναται ἂν κῆ γλῶ ἐλθεῖν ἐπὶ Βοιωτοὺς διὰ Λοκρῶν τ Ὀζολῶν ἐς Κυτίνιον τὸ Δωρικὸν, οὗ δεξιᾷ ἔχον τ Παρνασσὸν, ἔως κατέβαινον ἐς Φωκέας. i. e. *Ac præcipue cum existimasset, se sine Athenienſium copiis* [cum solis] *Epiroticis sociis, & Ætolis posse itinere terrestri proficisci contra Bœotos per Locros Ozolas ad Cytinium Doricum, quod ad dextram habet Parnassum, donec descenderet ad Phocenses.* Strabo etiam lib. 10. inquit Dorienses condidisse tres illas urbes, Erineum, Bœum, & Cytinium: Τὰς μὲν οὖν Ἐτεοκρῆτας, καὶ τὰς Κυδωνιάτας αὐτόχθονας ὑπάρξαι εἰκὸς, τὰς δὲ λοιπὰς ἐπηλύδας, ἃς ὁπόταν Θετταλίας ἔλθεῖν φησιν Ἄνδρων τ Δωριᾶ μὲν πρότερον, νυνὶ δὲ τ Ἑκαταίου λεγομένης· ἐξ ἧς ὁρμηθῆναι, ὡς φησιν, οἱ νῦν τ Παρνασσὸν οἰκήσαντες Δωριεῖς· καὶ ἑλεῖν τλῶ τε Ἐρινεὸν, καὶ Βοιὸν, καὶ Κυτίνιον· ἀφ' ἧς καὶ Τεκταίνας ὑπὸ Ὁμήρου λέγεσθαι· ἃ πάνυ δὲ τ Ἄνδρωνος λόγον ἀποδέχονται, τλῶ μὲν πόλιν Δωριᾶδα, τὴν μητρόπολιν ἀποφαίνοντος, τὴν δὲ μητρόπολιν τ Δωριέων ἀπεικόνων τ Θετταλῶν· περιοίκους δὲ δέχονται, ἤτοι ἀπὸ τ περιφυλίας, ἢ ἀπὸ τ περιχώρους εἶναι τοὺς λόφους. i. e. *Eteocretes verò & Cydones indigenas fuisse est verosimile, reliquos autem advenas, quos Andro dicit è Thessalia venisse, quæ olim* Doris, *nunc* Heptiæotis *dicitur: ex qua profecti sunt, ut ait, Dorienses, qui juxta Parnassum habitarunt.*

ΚΥΤΩ'ΝΙΟΝ, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας· Θεόπομπος Ἑλληνικῶν ὀγδόῳ. Τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον τῷ ἡγεμόνι. A

CYTONIUM, urbs inter Myſiam, & Lydiam, Theopomp. Hellenic. libro 8. Gentile, ſimile prototypo.

ΚΥ'ΤΩΡΟΣ[41], πόλις Παφλαγονίας, [42] Ἀπὸ Κυτώρου τοῦ Φρίξου παιδός. Τὸ ἐθνικὸν, Κυτωρεύς. Καὶ θηλυκὸν, Κυτωρεάς. Λέγονται καὶ Κυτωρίται, καὶ Κυτώριος, καὶ Κυτωρία θηλυκόν. B

CYTORUS, urbs Paphlagoniæ, à Cytoro Phryxi filio. Gentile, Cytoreus, & fœmineum, Cytorias. Dicuntur etiam Cytoritæ, & Cytorius, & Cytoria, fœmineum.

ΚΥ̃ΦΟΣ[43], πόλις Περραιβίας,

Γενεοὶ δὲ ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας. C

CYPHUS, urbs Perrhæbiæ,

Geneus verò ex Cypho duxit duas, & viginti naves.

Ἀπὸ Κύφου, τοῦ παιδὸς Περραιβοῦ. Δύο δ' εἰσὶ Κύφοι, ἡ μὲν Περραιβίας, ἡ δὲ Θεσσαλίας. Καὶ ποταμὸς Κῦφος, ὁ πολίτης, Κυφαῖος. Λυκόφρων·

A Cypho Perrhæbi. Duæ verò ſunt Cyphi, altera Perrhæbiæ, altera Theſſaliæ, & fluvius Cyphus. Civis, Cyphæus, Lycophro:

Ἐν ᾗ Κυφαίων δύσμορον στρατηλάτην. D

In qua Cyphæorum infelicem ducem.

ΚΥΧΡΕΙΟΣ[44], πάγος περὶ Σαλαμῖνα, Σοφοκλῆς Τεύκρῳ. Ἀπὸ Κυχρέως τοῦ Σαλαμῖνος

CYCHRIUS, pagus circa Salaminem, Sophocl. Teucro & Cychreo Salaminis, &

tarunt, & condiderunt, Erineum, & Bœum, & Cytinium, unde etiam à poëta Trichaices [quaſi tripartiti] *dicuntur; non admodum autem hanc Andronis rationem recipiunt, Doridem tetrapolin,* [i.e. quatuor urbes habentem] *dicentis tripolin* [i.e. tres urbes habentem] *& metropolin Dorienſium facientis Theſſalorum coloniam; Trichaicas autem intelligunt vel à triplice criſta, vel quod è crinibus criſtas haberent.* Idem autor lib. 9. quatuor Dorienſium urbes hoc ordine numerat: Οὗτοι μὲν οὖν εἰσιν οἱ τὴν τετράπολιν οἰκήσαντες, ὧν φασιν εἶναι μητρόπολιν τὴν ἀπάντων Δωριέων πόλεις δ' ἔχον, Ἐρινεὸν, Βοῖον, Πίνδον, Κυτίνιον· ὑπερκεῖται δ' ὁ Πίνδος ὃν Ἐρινεύς. Διαῤῥεῖ δ' αὐτὴν ὁμώνυμος ποταμὸς, ἐμβάλλων εἰς τὸ Κηφισσὸν ὑπὸ πολὺ τῆς Λιλαίας ἄνωθεν. i.e. *Hi igitur ſunt, qui tetrapolin* [à quatuor urbibus ſic dictam] *incoluerunt, quam ajunt eſſe metropolin omnium Dorienſium: urbes verò habebant, Erineum, Boium, Pindum, Cytinium; Pindus ſupra Erineum ſita eſt, præterfluit verò eam amnis ejuſdem-nominis, qui in Cephiſſum exit non procul à Lilæa.* Apud Strabonem alibi Βόϊον, alibi Βοιὸν reperio.

41 Κύτωρος, πόλις Παφλαγονίας.] Cytorus, urbs Paphlagoniæ, cujus meminit Scylax in Παφλαγονία; ex qua & ex aliis Amaſtris urbs compoſita fuit ut prodit Strabo lib. 12. Ἐκείνη μὲν οὖν ἐκ τεττάρων πολιχνίων συνῴκιστο τὴν πόλιν, ἔκ τε Σησάμου, καὶ Κυτώρου, καὶ Κρώμνης (ὧν καὶ Ὅμηρος μέμνηται ἐν τῷ Παφλαγονικῷ διακόσμῳ) τετάρτης δὲ τῆς Τήϊον. i.e. *Illa quidem ex quatuor pagis compoſuit urbem* [Amaſtrim] *ex Seſamo, Cytoro, Cromna, (quorum etiam in Paphlagonum navium recenſione meminit Homerus) & quarta, Teio.* Homerus Cytorum celebrat Il. 2. v. 853. Miror equidem Stephanum, cum ſit Philomerus, id non admonuiſſe. Circa Cytorum optima buxus naſcebatur, autore eodem Strabone lib. citato. Πλείστη δὲ καὶ ἀρίστη πύξος φύεται περὶ τὸν Ἅλυος ἐλαίνου, καὶ μάλιστα περὶ τὸ Κύτωρον. i.e. *Plurima autem, & optima buxus naſcitur in Amaſtriana-regione, maxime circa Cytorum.* Unde Virgilius Georgic. lib. 2. v. 437. canit:

Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum.

Ad quem locum Servius inquit Cytorum eſſe Macedoniæ montem; ſed puto eſſe μνημονικὸν ἁμάρτημα, Macedoniæ dixit pro Paphlagoniæ. Ideo etiam à Catullo vocatur buxifer:

Amaſtri Pontica, & Cytore buxifer.

Ovid. Met. lib. 4.

Sæpe Cytoriaco diduxit pectine crines.

Cytoriaco pectine, id eſt buxeo. Namque ex buxo optimi fiunt pectines, meliores adhuc, quam ex ebore. Utrique ſunt in uſu communi. Adeò verò buxo abundabat Cytorus, ut in adagium abierit πύξον εἰς Κύτωρον ἤγαγες, i.e. *Buxum in Cytorum attuliſti*, ſimile illi, *noctuas Athenas*, teſte Euſtathio ad Homericum verſum citatum.

42 Ἀπὸ Κυτώρου τοῦ Φρίξου παιδός.] Urbs Paphlagoniæ nomen habere à Cytoro Phrixi filio inquit, id habet ex Strabonis lib. 12. Τὸ δὲ Κύτωρον ἐμπορεῖον ἦν ποτε Σινωπέων· ὠνόμασται δ' ἀπὸ Κυτώρου τοῦ Φρίξου παιδὸς, ὡς Ἔφορός φησι. i.e. *Cytorum emporium aliquando fuit Sinopenſium, ſic verò nominatum eſt à Cytoro Phrixi filio, ut Ephorus ait.* Phrixus iſte adeo celeber eſt ac Jaſon vellere aureo, apud poëtas, qui ſub involucro utriuſque expeditionem ad Colchos proponunt, ac quia ego plerumque ſoleo imitari juris peritos, qui ſine lege loqui erubeſcunt, ad partes nunc voco Strabonem ex ejus lib. 11. Τὸ μὲν δὴ παλαιὸν ὅσον ἐπιφάνειαν ἔσχεν ἡ χώρα αὕτη, δηλοῦσιν οἱ μῦθοι, τὸν Ἰάσονος στρατείαν αἰνιττόμενοι, προελθόντες μέχρι τῆς Μηδίας· ἔτι δὲ πρότερον τὸν Φρίξου. i.e. *Enimverò quantum antiquitus habuerit ſplendorem regio ipſa* [Colchos] *fabulæ oſtendunt, Jaſonis expeditionem ſub involucro proponentes, qui uſque ad Mediam proceſſerit, ac antea etiam Phrixi.* Quæ expeditiones fuere ex antiquiſſimis Græcorum. Et caſum Helles ſororis Phrixi, quæ Helleſponto nomen dedit, & Phrixi arietem aurei velleris celebrat Ovid. in Epiſt. Leandri:

Fluctibus immodicis Athamantidos æquora canent,
Vixque manet portu tuta carina ſuo.
Hoc mare, cum primum de virgine nomina merſa
Quæ tenet, eſt nactum, tale fuiſſe puto.
Eſt ſatis amiſſa locus hic infamis ab Helle:
Utque mihi parcat, nomine crimen habet.
Invideo Phrixo, quem per freta triſtia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.

Brevius Manilius lib. 4. Aſtronomicôn:

——— *Teſtis tibi laniger ipſe*
Cum vitreum findens aurato vellere pontum
Orbatumque ſuâ Phrixum per fata ſorore
Phaſidos ad ripas & Colchida tergore vexit.

Et Phrixi arietem, & Jaſonis navim ſuo quodam jure poëtæ in cœlum retulerunt, non invitis Mathematicis, qui ſuo in cœlo locum multis poëtarum fabulis dederunt, & ipſi quoque illis veluti invidentes Berenices Reginæ comam in cœlum receperunt.

43 Κύφος, πόλις Περραιβίας.] Cyphus, urbs Perrhæbiæ, ex Homero, cujus affert verſum, qui apud eum invenitur Il. 2. v. 748. Ejus quoque fecit mentionem Strabo lib. 9. cui mons dicitur habens pagum cognominem: Τινὲς δ' αὐτῶν ἔμειναν περὶ Κύφον, Περραιβικὸν ὄρος, ὁμώνυμον κωμικίαν ἔχον. i.e. *Nonnulli autem eorum manſerunt apud Cyphum, Perrhæbicum montem, ejuſdem-nominis pagum habentem.*

44 Κυχρεῖος, πάγος περὶ Σαλαμῖνα, &c.] Cychreus, pagus circa Salaminem, ex Sophoclis Teucro celebratur, cujus apud alios nulla fit mentio, at Strabo lib. 9. autor eſt, Salaminem inſulam *Cychream* vocatam fuiſſe à Cychreo heroë.

μῖνος ϗ Ποσειδῶνος, [45] ὃς ὄφις ἐπεκλήθη ἀφ' A
ἧς τραχύτητος τῶν τρόπων· ὃν λιμαινόμενον τὴν νῆ-
σον, ἀπήλασεν Εὐρύλοχος. Ἐδέξατο δ' ἐν Ἐ-
λευσῖνι Δημήτηρ, ϗ ἀμφίπολον ἐποίησεν.[46] Ἀπ'
αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ Σαλαμὶς Κυχρεία ἐκλήθη, ὡς
Στράβων. Τὸ ἐθνικὸν, Κυχρεοπαγίτης. B

ΚΥΨΕΛΑ[47], φρούριον τετειχισμένον ἐν
Ἀρκαδίᾳ ὑπὸ Μαντινέων· Θουκυδίδης πέμπτῃ.
[48] Ἔστι καὶ Κύψελα πόλις Θρᾴκης, πλησίον τοῦ
Ἕβρου ποταμοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, Κυψελῖνος, ἡ
Κυψελινός. C

ΚΩΒΡΥΣ[49], πόλις Θρᾴκης· Θεόπομπος
Φιλιππικῶν ἐνάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Κωβρύτης, ὡς
Αἴγως Αἰγύτης.

ΚΩΘΩΝ[50], νῆσος, ἀπόῤῥω Κυθήρων· Ἀρ-
τεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἑνδεκα. Τὸ ἐθνικὸν D
Κωθώνιος, ὡς Σιδώνιος.

ΚΩΛΙΑΣ[51], ἄκρα, ἥ τι Φαληροῖ ἀκτὴ,
ὅπου ϗ Ἀφροδίτη κωλίας. Ἔστι ὂ ϗ τόπος ἐγ-
κείμενος, ὅμοιος ἀνθρώπου κώλῳ. Τὰ τοπικὰ,
Κωλιάθεν, καὶ Κωλιοῖ, ἐν τόπῳ, ϗ Κωλιάδε. E
Τὸ ἐθνικὸν, Κωλιεύς· ὅθεν ϗ τὸ Κωλιὰς, ϗ Κώ-
λιον ἑκάτερον· καὶ Κώλιοι, ὡς Σούνιοι.

ΚΩΛΟΙ[52], ἔθνος πρὸς τῷ Καυκάσῳ. Ἐ-
καλοῦντο Ἀσίαι. Αἱ δὲ ὑπώρειαι τοῦ Καυκάσου
καλεῖται Κωλικὰ ὄρη. Ἡ χώρα, Κωλική. F

ΚΩΜΗ, ἐν ᾗ μακρᾶς ὁδοῖς μέσαι χωρία
ἔκλισαν, πρὸς τὸ κοιμᾶσθαι νυκτὸς ἐπιγινομέ-
νης·

& Neptuni filio, qui ὄφις, i. e. *serpens* propter morum asperitatem vocatus fuit, quem devastantem insulam expulit Eurylochus. Excepit verò in Eleusine Ceres, ac suum ministrum fecit. Ab eodem verò Salamis *Cychrea* vocata fuit, ut Strabo. Gentile, Cychreopagites.

CYPSELA, castellum muro circumdatum à Mantineis in Arcadia, Thucydides lib. 5. Est etiam Cypsela urbs Thraciæ prope fluvium Ebrum. Gentile, Cypselínus, vel Cypsélinus accentu in penultima, vel in ultima.

COBRYS, urbs Thraciæ, Theopompus Philippicorum lib. 9. Gentile, Cobrytes, ut Ægys, Ægytes.

COTHON, insula haud procul à Cytheris. Artemidorus in epitome τῶν undecim. Gentile, Cothonius, ut Sidonius.

COLIAS, promontorium, vel in Phalero littus, ubi & Venus Colias. Est & locus adjacens similis hominis κώλῳ, id est, *crus*. Localia, ex-Coliade, in-Coliade, in loco & ad Coliadem. Gentile, Colieus, unde Colias, & Colium neutrum, & Colii, ut Sunii.

COLI, gens juxta Caucasum, Hecatæus Asia, *imæ Caucasi partes vocantur Colici montes*. Regio Colica.

COME, vicus seu pagus; in longis itineribus medias condidere regiunculas πρὸς τὸ κοι-

45 Ὃς ὄφις ἐπεκλήθη ἀφ' ἧς τραχύτητος, &c.] Qui serpens vocatus fuit propter asperitatem morum, nempe Cychreus ille, qui pago Salaminis & insulæ nomen dedit, de Cychrei verò fabula, è cujus involucro detegit noster historiam, sic loquitur Strabo lib. 9. Ἀφ' ἧς δὴ καὶ Κυχρεώδης ὄφις, ὃν φησιν Ἡσίοδος τραφέντα ὑπὸ Κυχρέως, ἐξελαθέντα ὑπὸ Εὐρύκλου λυμαινόμενον τὴν νῆσον, ὑποδεξάσθαι τε αὐτὸν τὴν Δήμητραν εἰς Ἐλευσῖνα, καὶ χρήσασθαι ταύτης ἀμφίπολον. i. e. *A quo & Cychriodes serpens, quem Hesiodus alitum à Cychreo, expulsum ab Eurycle cum insulam devastaret, recepisse verò eum Cererem Eleusine, ac suum administrum fecisse inquit.* Quem noster vocat *Eurylochum*, Strabo *Euryclum* appellat.

46 Ἀπ' αὐτοῦ ϗ καὶ ἡ Σαλαμὶς Κυχρεία ἐκλήθη.] A Cychreo, Salamis vocata quoque est *Cychrea*, ut Strabo, quod lib. 9. affirmat, sed apud eum Κυχρία legitur: Ἐκαλεῖτο δ' ἑτέρως ὀνόματι τὸ παλαιὸν· καὶ γὰρ Σκιρὰς, καὶ Κυχρία, ἀπό τινων ἡρώων. i. e. *Vocabatur autem* [Salamis] *aliis nominibus antiquitus; etenim* Sciras, *&* Cychria *à quibusdam heroibus dicebatur.*

47 Κύψελα, φρούριον τετειχισμένον ἐν Ἀρκαδίᾳ.] Cypsela, præsidium id est castellum muro cinctum in Arcadia ex Thucydidis lib. 5. Ἅμα δὲ καὶ τὸ ἐν Κυψέλοις τεῖχος ἀναιρήσοντες, ὃ δυνατὸν ἦν, ἀπετείχισαν Μαντινῆς, καὶ αὐτοὶ ἐφρούρουν ἐν τῇ Παρρασικῇ κείμενον, ἐπὶ τῇ Σκιρίτιδι τῆς Λακωνικῆς. i. e. *Simul etiam eversuri, si possent murum* [id est, castellum] *in Cypselis, quam Mantinei munierant, & ipsi præsidio tenebant situm in Parrhasica regione ad Sciritidem Laconicæ.* Idem paulò infra: Λακεδαιμόνιοι δὲ, τάς τε Παρρασίους αὐτονόμους ποιήσαντες, καὶ τὸ τεῖχος καθελόντες, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. i. e. *Lacedæmonii verò, cum Parrhasios liberos fecissent, & murum illum evertissent, domum redierunt.*

48 Ἔστι καὶ Κύψελα πόλις Θρᾴκης, &c.] Cypsela, urbs Thraciæ prope Ebrum fluvium, memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 11. Plinio lib. 4. c. 11.

49 Κῶβρυς, πόλις Θρᾴκης.] Cobrys, urbs Thraciæ, ex Theopompo, memoratur etiam Scylaci in Θρᾴκῃ; apud quem perperam Κόβρυς scribitur, & *emporium Cardianorum* dicitur esse.

50 Κώθων, νῆσος, ἀπόῤῥω Κυθήρων.] Cothon, onis, insula haud procul a Cytheris; de qua agit noster, erat in sinu Laconico prope Cytheras, insulam quoque in eodem sinu juxta Cretam, quam suo loco *Cytheram* vocat, de quibus Plinius lib. 4. c. 12. *In Asinæo sinu tres Thyrides, in Laconico Teg inusa, Cothon, Cythera cum oppido, antea* Porphyris *appellata.* Miror Stephanum non meminisse Cothonis Carthaginis ad cujus utramque partem in orbem erant navalia Carthaginis, autore Strabone lib. 17. De quo videsis quæ in Καρχηδὼν annotavimus.

51 Κωλιὰς, ἄκρα, ἥτι Φαληροῖ ἀκτὴ ὅπου, &c.] Colias, adis, promontorium seu Phaleri litus, ubi & Venus Colias. Quæ videtur desumpsisse ex Pausania. Sic enim ille lib. 1. Ἀπέχει δὲ καὶ σταδίους εἴκοσιν ἄκρα Κωλιάς. Ἐς ταύτην φθαρέντος τοῦ ναυτικοῦ τοῦ Μήδων, καθήνεγκεν ὁ κλύδων τὰ ναυάγια. Κωλιὰς δέ ἐστιν ἐντεῦθεν Ἀφροδίτης ἄγαλμα, καὶ Γενετυλλίδες ὀνομαζόμεναι θεαί. i. e. *Distat verò & stadia* XX. *promontorium Colias, quo Medorum classe deleta, navium fragmenta æstus detulit; Coliadis autem est inibi signum, & Genetyllides Deæ.* Herodotus *litus Atticæ* vocat lib. 8. c. 96. Τῶν δὲ ναυηγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ὁ ἄνεμος ζέφυρος, ἔφερε τὰ Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν ἠιόνα τὴν καλεομένην Κωλιάδα. i. e. *Porro naufragiorum pleraque ventus zephyrus detulit in litus Atticæ nomine Coliadem.* De eodem Persarum naufragio loquitur quos Pausanias vocat *Medos*; memoratur etiam Colias Harpocrationi, & Hesychio.

52 Κῶλοι, ἔθνος πρὸς τῷ Καυκάσῳ.] Coli, gens prope Caucasum inter Coraxos & Melanchlænos celebrantur Scylaci, quorum regio Κωλικὴ perperam apud eumdem scribitur Κορικὴ, quod ex nostro autore corrigendum est.

43 Ἡσύ-

νης· ὅθεν καὶ ἐπικέκλησθαι, ὡς Φιλόξενος. Ὁ οἰκήτωρ, Ἐγκώμιος. [53] Ἡσίοδος·

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' Ἐγκώμιον ἄλλο γένοιτο.

Καὶ Κωμαῖος, καὶ Κωμίτης δρασυνικῶς, καὶ θηλυκῶς διὰ τοῦ ι. Καὶ ὁ δῆμος, Κώμη. Εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἐν αὐταῖς κοιμᾶσθαί τε, καὶ αὐλίζεσθαι. Λέγεται καὶ Κωμήτωρ.

ΚΩΝΩΠΗ [54], πόλις Ἀκαρνανίας· Πολύβιος πέμπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Κωνωπεύς, καὶ Κωνωπίτης, καὶ Κωνωπαῖος. Ἔστι καὶ Κωνώπιον τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ὅπου φασὶ τοὺς λύκους παρὰ τῶν ἁλιέων λαμβάνοντας τροφὴν, φυλάττειν τὴν θήραν. Ἐὰν δὲ ὑπολάβωσιν ἀδικεῖσθαι, λυμαίνεσθαι καὶ τὰ λίνα, καὶ τοὺς ἰχθύας αὐτῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Κωνώπιος, καὶ Κωνωπεύς.

ΚΩΠΑΙ [55], πόλις Βοιωτιακή· Ὅμηρος·

Κώπας, Εὐτρησίν τε. —

Ἀπὸ Κωπέως τοῦ Ἀπαταλέως, τοῦ Ὀγχηστοῦ, τοῦ Ποσειδῶνος. Ὁ πολίτης, Κωπαΐτης, ὡς Ἐπαφρόδιτος. Ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ Κωπαῖος, ὡς Ἀθηναῖος, Ἀθηναΐτης. Λέγεται δὲ καὶ Κωπαΐα λίμνη, καὶ Κωπαεύς. [56] Καὶ ἡ λίμνη Κωπαὶς, ἡ ἐλέγετο Λευκωνίς.

ΚΩΡΥΚΟΣ [57], πόλις Κιλικίας· Παρθένιος ἐν Προεμπτικῷ. [58] Παρ' ἣν τὸ Κωρύκειον ἄντρον νυμφῶν, ἀξιάγαστον θαῦμα, ᾧ ὁμώνυμον ἐν

καὶ κοιμᾶσθαι, i. e. *ad dormiendum* adveniente nocte, unde & nomen impositum est, ut Philoxenus. Habitator, Encomius, Hesiodus:

Si enim res alia Encomia eveniat.

Et Comæus, & Comites in masculin. gen. & in fœm. gen. per *i*. Et populus, *Come*, dicitur, quod in eis dormiant ac diversentur. Dicitur etiam Cometor.

CONOPE, urbs Acarnaniæ, Polybius lib. 5. Gentile, Conopeus, & Conopites, & Conopæus. Est & Conopium Mæotidis paludis, ubi ajunt lupos à piscatoribus accepto cibo capturam custodire, si quam verò injuriam suspicentur, retia & pisces eorum perdere. Gentile, Conopius, & Conopieus.

COPÆ, urbs Bœotiæ, Homerus:

Copas, Eutresinque. —

A Copeo filio Apatalei, filii Oncheste, filii Neptuni. Civis, Copaïtes, ut Epaphroditus. Fit verò à Copæus, ut Athenæus, Athenaïtes. Dicitur etiam Copæa palus, & Copæeus, & palus Copaïs, quæ *Leuconis* dicebatur.

CORYCUS, urbs Ciliciæ, Parthenius in Propemptico, juxta quam erat Corycium antrum Nympharum, dignum admiratione mira-

53 Ἡσίοδος.] Versus ille Hesiodi, quem affert, invenitur in ejus libro, cui nomen Opera, & Dies, v. 344. ubi vulgo legitur χρῆμ' ἐγχέλιον, pro χρῆμ' ἐγκώμιον, quod ex nostro autore corrigendum. Mens Hesiodi in illo versu sic accipienda est:

Si enim ubi res aliqua rustica eveniat.

Quod optime ex Proclo emendavit Joan. Georgius Grævius amicus noster in suis eruditis lectionibus Hesiodeis.

54 Κωνώπη, πόλις Ἀκαρνανίας.] Conope, urbs Acarnaniæ, ex Polybii lib. 5. cujus sunt verba. Εἰς τὴν ὑστεραίαν καταλαβὼν τὴν Μεθάπαν πεδίον, καὶ παρενέβαλε πρὸς τὴν καλουμένην πόλιν, Ἄκρας. Τῇ δ' ἑξῆς ἅμα πρωΐ ἀφορμήσας, ἐπῆλθε τὴν χώραν· καὶ κατασκεδασθεὶς πρὸς Κωνώπιον ἐπέμεινε τὴν ἐκκειμένην ἡμέραν. i. e. *Postero die, ubi Metapam solo æquasset, ire pergit, & castra metatus est circa urbem nomine Acras; inde postridie profectus depopulabatur agros; & castris positis circa Conopen, ibi proximum quievit diem.* Inter Pleuronem & Arsinoën urbem eam locat Strabo lib. 10. in Acarnania: Μεταξὺ Πλευρῶνος, καὶ Ἀρσινόης πόλεως, ἡ κώμη μόνη ἐστὶ πρὸς τῷ καλουμένῃ Κονώπα, κλῆσμα δ' ὑπῆρξεν Ἀρσινόης τῆς Πτολεμαίου δευτέρας γυναικὸς, ἅμα καὶ ἀδελφῆς, δύφους ἐπικειμένη πως τῇ τοῦ Ἀχελῴου διώρυσσι. i. e. *Inter Pleuronem & Arsinoen urbem pagus est, qui prius vocabatur* Conopa, *conditus ab Arsinoe Ptolemæi secundi uxore eadem & sorore commode admodum impositus trajectui Achelois fluvii.*

55 Κῶπαι, πόλις Βοιωτιακή.] Copæ, urbs Bœotica ex Homero memoratur, cujus affert hemistichium, quod apud eum legitur Il. 2. v. 502. de qua sic Strabo lib. 9. Δηλοῖ δὲ καὶ Κήφισος τοῦτ' μάλιστα, τὴν Κωπαϊδα λίμνην πληρῶν· αὐξομένης αὐτοῦ, ὥστε κινδυνεύειν κατακλύζειν τοὺς Κώπας, ἃς ὁ ποιητὴς ὀνομάζει, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἡ λίμνη τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφε. i. e. *Ostendit vero & hoc maxime Cephissus amnis Copaidem paludem implens, ipsa illius aquis ita aucta, ut de submersione periculum esset* Copis, *quas Poeta nominat, & ab eis* palus *nomen accepit.*

56 Καὶ ἡ λίμνη Κωπαὶς, ἡ ἐλέγετο Λευκωνίς.] Copaïs, palus nomen accepit ab urbe Copis, ut apparet ex Strabonis lib. 9. cujus verba adduximus nota proximè præcedenti, in quam amnes Cephissus, Permessus & Olmeus aquas devolvebant eodem autore, eodem libro: Εἶτα διὰ τῆς Ὀρχομενίας, καὶ τῆς Κορωνιακῆς εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην ἐξήεισι· καὶ ὁ Περμησσὸς δὲ καὶ ὁ Ὀλμειὸς ὁμοῦ ἐξ Ἑλικῶνος συμβάλλοντες ἀλλήλοις εἰς τὴν αὐτὴν ἐμπίπτουσι λίμνην τὴν Κωπαΐδα ἐξ Ἀλιάρτου πλησίον. i. e. *Deinde per Orchomeniam, & Coroniacam in paludem Copaidem exit* [Cephissus amnis] *Permessus quoque & Olmeus ex Helicone confluentes in eamdem Copaidem paludem prope Haliartum incidunt.*

57 Κώρυκος, πόλις Κιλικίας.] Corycus, urbs Ciliciæ memoratur Ptol. lib. 5. c. 8. Straboni lib. 14. Ex hac urbe fuit Oppianus poeta, cujus extant Cynegetic. lib. 4. & Halieut. libri quinque, quos M. Antonino Imperatori dicavit, qui ei in singulos versus aureum staterem donavit, autore Suida in Ὀππιανὸς Κίλιξ; antiquitus etiam Athenienses Chœrilum poetam qui eorum victoriam contra Xerxem scripsit, eodem præmio impertierunt.

58 Παρ' ἣν τὸ Κωρύκειον ἄντρον νυμφῶν ἀξιάγαστον θαῦμα, ᾧ ὁμώνυμον ἐν Παρνασσῷ.] Ego non memini me legere, fuisse antrum Nympharum in Cilicia, sed Corycium antrum Nympharum in Parnasso fuisse *homonymon*, id est, *ejusdem nominis* cum antro Corycio Ciliciæ, quod testatur Strabo lib. 9. Ἱεροπρεπὴς δ' ἐστὶ πᾶς ὁ Παρνασσὸς ἔχων ἄντρα, καὶ ἄλση χαρίεντα, πηγάς τε καὶ ἀκρώρειαν· ὧν ἐστι γνωριμώτατον καὶ κάλλιστον τὸ Κωρύκιον, Νυμφῶν ἄντρον ὁμώνυμον τῷ Κιλικίῳ. i. e. *Sacer vero est totus Parnassus, habens antraque & alia loca, quæ religiose colunter, quorum est notissimum, ac pulcherrimum Corycium, Nympharum antrum ejusdem cum Cilicio nominis.* Hoc antrum erat supra promontorium ejusdem nominis, in quo optimus crocus nascebatur, teste eodem Strabone lib. 14. Καὶ Κράμβουσα νῆσος, καὶ Κωρύκιον ἄντρον, ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται. i. e. *Et Crambusa insula, & Corycium antrum, in quo optimus crocus nascitur.* Commendatur propter odorem Martiali Epigr. lib. 3. Epigr. 65.

Quod spirat tenera malum mordente puella:
Quod de Corycio quæ venit aura croco.

59 Ἔστι

ἐν Παρνασσῷ· τὸ ἐθνικὸν, Κωρύκιος· ἐκεῖ γὰρ τὴν πόλιν Κωρύκειαν φασι. Λέγεται καὶ Κωρυκιώτης· καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ Κωρύκιον, ἢ ἀπὸ τῆς Κωρυκίας. [59] Ἔστι καὶ Κώρυκος ὄρος ἐρασινικῶς λεγόμενον, ὑψηλὸν, [60] πλησίον Τέω τῆς Ἰωνίας, καὶ ἐρυμνὸν, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Καὶ λιμὴν ὁμώνυμος, καὶ νησίον ὁμώνυμον, ἔχει δὲ ἀπέχον λῃστήριόν τι μέγα τῶν Κωρυκαίων, ὅπου κατασκευὴν ἐν τοῖς αὐτόθι λιμέσι τὰς φόρτους καὶ τοὺς πλοῦς τῶν ἐμπόρων, καὶ ἔτους αὐτοῖς ἐπιβουλεύοντων. Ὅθεν ἡ παροιμία, ἐπὶ τῶν περιεργαζομένων τὰ ἀπόρρητα·

Τοῦδ' ἦρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάσατο.

[61] Καὶ ἀκρωτήριον Κρήτης Κωρυκίη, καὶ λιμὴν Αἰθιοπίας.

ΚΩΣ, τὸ ὄρυγμα τὸ ἐν Κορίνθῳ, ἔνθα εἰρήγνυον τοὺς φεύγας, καὶ τοὺς δραπέτας. Λέγεται καὶ Κῶες. Κῶες δὲ, οἱ ἐν ταύτῃ ἀναγραφέντες. [62] Κώες γὰρ τὰ κοιλώματα τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ σπήλαια ἔλεγον.

ΚΩΣ [63], πόλις, καὶ νῆσος. Καὶ Ὅμηρος·

Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο. —

[64] Ἡ

miraculum, cui aliud est homonymon, *i. e.* ejusdem nominis in Parnasso. Gentile, Corycius, illic urbem *Coryciam* vocant. Dicitur etiam Coryciotes, ac forsan à Corycium, vel à Corycia. Est etiam Corycus mons in masculin. gen. dictus, altus prope Teon Ioniæ, & munitus, ut Hecat. Asia. Est & portus ejusdem nominis, & parva insula ejusdem quoque nominis, cujus prope navigationem erat latrocinium Corycæorum magnum, qui in ejus portibus auscultabant, quas merces portarent mercatores, & quo navigarent, ac sic eis insidiabantur, unde parœmia de illis, qui cum diligentia, & cura inquirunt secreta:

Nimirum & hoc Corycæus auscultavit.

Est & promontorium Cretæ Corycia, & portus Æthiopiæ.

COS, fossa Corinthi, in quam fures & fugitivos servos includebant. Dicitur etiam Coos. Coës verò vocabantur, qui in hac alebantur. Κώες enim *terræ cavitates* vocabant & *omnes speluncas.*

COS, urbs & insula, & Hom.

Et Con Eurypyli. —

Quæ

59 Ἔστι καὶ Κώρυκος ὄρος, &c.] Celebrat nunc montem Corycum inter Teium Joniæ, & Erythras, & portum & insulam ejusdem nominis, circa cujus navigationem erat Corycæorum prædonum magnum latrocinium quod ex Strabonis lib. 13. desumpsit, sed non bene transcripsit. Sic enim ille: Καθ' μέσον δὲ πως τὸ διάπλουν ἐν Ἐρυθραῖ, πόλις Ἰωνικὴ, λιμένα ἔχουσα, καὶ νησίδας περικειμένας τέτταρας ἱππους καλουμένας. Πρὸ δ' ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς Ἐρυθρὰς, πρῶτον μὲν Γέραι πολίχνιον· εἶτα Τήϊον, εἶτα Κώρυκος ὄρος ὑψηλὸν, καὶ λιμὴν ὑπ' αὐτῷ Κασύστης, καὶ ἄλλος Ἐρυθραῖος λιμὴν καλούμενος, καὶ ἔφεξῆς πολίεις· Ἑξῆς δὲ φασι τὰ παράπλου Κωρύκου πάντα λῃστήρια ὑπάρξαι τῶν Κωρυκαίων καλουμένων, διερμένων πρότερον καινὸν τὸ ἐπιβουλεύειν τοῖς πλοίζομένοις, &c. i. e. *Fuxta mediam fere navigationem sunt Erythræ, urbs Ionica, portum habens, & quatuor insulas ante eum sitas, quæ* Hippi [*i. e.* equi] *vocantur. Antequam Erythras veniatur, primò quidem sunt Geræ oppidulum, deinde Teium, deinde Corycus mons altus, & portus sub eo Casystes, & alius Erythræ portus nomine, & deinceps complures. Alii verò dicunt totam navigationem* [*i. e.* litus] *Coryci esse prædonibus*, Corycæis *nomine plenam, qui novum insidiandi modum navigantibus invenerunt, &c.* Scilicet quia hi piratæ clanculum auscultabant, quid veherent, & quo navigarent mercatores, unde adagio factus est locus:

Nimirum & hoc Corycæus auscultavit.

Dici solitum de iis, qui curiosi aliena secreta perscrutantur, autore eodem autore libro citato.

60 Πλησίον Τέω τῆς Ἰωνίας, καὶ ἐρυμνόν.] Corycus mons prope Teon Ioniæ, & munitus. Fidenter legendum πλησίον Τηίου τῆς Ἰωνίας καὶ Ἐρυθρῶν, i. e. *prope Teium Joniæ, & Erythras.* Prope Teium enim & Erythras erat Corycus mons, ut apparet ex Strabone, cujus verba apposuimus nota proxime præcedenti.

61 Καὶ ἀκρωτήριον Κρήτης Κωρυκίη.] Corycie promontorium Cretæ dicitur autori nostro, at Ptolemæo lib. 3. c. 17. Κώρυκος est promontorium & urbs Cretæ, quod hodie *Cambrasia*, ut ajunt, appellatur.

62 Κώες γὰρ τὰ κοιλώματα τῆς γῆς, &c.] Coos vocabant Græci cavitates terræ, & omnes specus, teste Hesychio in Κῶς, & Eustathio ad Il. 2. v. 677. Hispani *Calabozos* vocant loca subterranea in carceribus, ubi latrones & facinorosi detinentur.

63 Κῶς, πόλις, καὶ νῆσος.] Cos, urbs, & insula ex Homero, cujus affert hemistichium, quod legitur Il. 2. v. 677. Erat in mari Ægæo circa Cariæ oram, autore Pomp. Mela lib. 2. c. 7. *In Ionia Chios & Samos; in Caria Cos.* Eam nobilitavit *Apelles* ille, omnium pictorum celeberrimus, unde ab Ovidio de arte amandi lib. 3. *Cous* vocatur:

Si Venerem Cous numquam pinxisset Apelles
Illa sub æquoreis mersa lateret aquis.

Addidit nobilitati splendorem divinus ille senex, (sic *Hippocratem* vocant medicorum filii) qui medicinam primus revocavit in lucem, cujus genealogiam recenset Stephanus, in quem extat rarum ob antistrophen distichum, quod ex lib. 1. Florilegii vari. Epigram. c. 39. libet hîc apponere:

Ἱπποκράτης φῶς ὦ μερόπων, καὶ σῶμα λαῶν
Ἔθρεψε, καὶ νεκύων ὦ ταμίης ἐν ἀΐδῃ.

Hippocrates lux erat hominum, & servabat populorum
Gentes, & mortuorum erat raritas in inferis.

Antistrophe verò eisdem verbis sic se habet:

Εἰν' ἀΐδῃ ταμίης ὦ νεκύων, καὶ ἔθνεα λαῶν
Σώιζε, καὶ μερόπων ὦ φῶς ὁ Ἱπποκράτης.

In inferis raritas erat mortuorum, & gentes populorum
Servabat, & hominum erat lux Hippocrates.

Huic divino seni honores eosdem, quos Herculi decrevit Græcia, autore Plinio lib. 7. c. 37. Fuit in hac insula Æsculapii templum celebre, necnon Junonis, de cujus insignibus librum scripsit Theodorus, ut prodit Vitruvius lib. 7. Insulares erant diserti, unde adagium, *Chius Coum loqui non sinit.* Dici solitum de eis, qui multiloquio alios impediunt obstrepentes. Chii enim loquaces habebantur. Celebrantur ex hac insula vestes Coæ tenuissimæ quæ ex bombyce fieri solebant ad fœminarum ornamentum sed non honestum, ut videre est ex Horatio Satyrarum lib. 1. Sat. 2. v. 101.

——— *Cois tibi pene videre est,*
Ut nudam: ne crure malo, ne sit pede turpi.

Harum inventionem Pamphilæ cuidam fœminæ ex eadem insula tribuit Arist. de Hist. animal. lib. VI. Plinius lib. 11 c. 22. non fraudandæ gloriæ excogitatæ rationis, ut denudaret fœminas vestis; ad quod videtur alludere Tibullus:

Illa gerat vestes tenues, quas fœmina Coa
Texuit, auratas dispositusque vias.

Viros etiam usurpasse has vestes levitatem propter æstivam prodit Plinius libro citato capite 23. in hæc verba prorumpens: *Nec puduit has vestes usurpare etiam viros, levitatem propter æstivam. In tantum à lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes.* Nunc Cos insula, *Lango* dicitur. *Distabat ab Halicarnasso* XV. M. *pass. aut. Plin. lib. 5. c. 31.*

64 Ἡ Mi-

64 Ἡ Μέροπ⟨ος⟩ ἐκαλεῖτο, ἀπὸ γενεᾶς Μέροπος. Κῶς ἡ, ἀπὸ Κῶ τῆς Μεροπ⟨ος⟩ θυγατρός. Ἐκαλεῖτο ἡ καὶ Καρία. 65 Λέγεται καὶ Κωος. Διὰ δύο ο· καὶ Κόως. Ἀφ' ἧς τὸ ἐπὶ Κ ὁμηρικὸν πτικόν.

53 Ἔστι καὶ ἄλλη Λυκαονίας, καὶ Μηδίας ἑτέρα.] Celebratiam nostor autor, sed sine autore Laodiceam Lycaoniæ, & Mediæ, illius nemo, hujus meminit Strabo libro 11. Εἰσὶ δὲ καὶ Ἑλληνίδες πόλεις κτίσματα τῶν Μακεδόνων καὶ τῇ Μηδίᾳ, ὧν Λαοδίκειά τε καὶ Ἀπάμεια. i. e. *Sunt & Græcanicæ urbes à Macedonibus conditæ in Media, quarum est Laodicea & Apamea.*

54 Λάος, πόλις Λευκανίας.] Laüs, urbs Lucaniæ, nec solum urbs, sed etiam fluvius & sinus, ut prodit Strabo, qui ejus situm lib. 6. sic describit: Μετὰ δὲ Πυξοῦντα, Λάος πόλις, καὶ ποταμὸς Λάος, καὶ πόλις ἐσχάτη τῆς Λευκανίδος, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, ἄποικος Συβαριτῶν, εἰς ἣν ἀπὸ Ἑλλης σταδίοι υ. i. e. *Post Buxentum est Laüs sinus, & fluvius Laüs, & urbs ultima Lucanicarum, paululum supra mare, Sybaritarum colonia à Velia* cccc. *stadiis distans.* Et amnis & oppidi meminit Plinius lib. 3. c. 5. *Oppidum Buxentum, Græce* Pyxûs, *Laüs amnis: fuit & oppidum eodem nomine.*

55 Λαυντιον, μητρόπολις τῶν Λατίνων.] Launtium, metropolis Latinorum, ex Dionysii Romanæ historiæ lib. 5. apud quem Λαυντιον, non Λαυντιον, ut inquit noster, legitur. Ejus enim ex libro citato sunt, quæ sequuntur: Ταρκύνιος μὲν δὴ Κολλατῖνος τοιαύτῃ τύχῃ περιπεσὼν εἰς Λαυντιον ἦλθε τὴν μητρόπολιν τῶν Λατίνων ἤδη, ἐν ᾗ γηραιὸς ἐτελεύτα. i. e. *Tarquinius ergo Collatinus in hujusmodi fortunam incidens abiit Lavinium Latinæ gentis metropolin, ubi senex fato functus est.* Quare noster autor in aliquem depravatum Dionysii codicem sine dubio incidit. De Lavinio verò videsis quæ in Λαβινιον annotavimus.

56 Λαπέρσα, θηλυκῶς, ὄρος Λακωνικῆς.] Lapersa, fœminino genere, mons Laconicæ à Lapersis Dioscuris nomen adeptus, cujus nullam apud alios inveniebam notitiam; apud Stephanum pro Λακεδαιμόνιος lege Λαπερσῶν. Lapersæ enim *Dioscuri* dicti fuere, quod Lan urbem everterint de quibus egimus in Λα.

57 Λάπηθος, πόλις Κύπρου, &c.] Lapethus, urbs Cypri, quæ portum & navale habebat; memoratur Plinio lib. 5. c. 31. at Ptolemæo lib. 5. c. 14. & Constant. Porphyrogenetæ de Them. lib. 1. Them. 15. Λάπηθος dicitur.

Βήλυ δ' αὖ, Κίτιόν τε, καὶ ἱμερόεσσα Λάπηθον.

Beli rursus, Citiumque, & amabilis Lapethus.

Τὸ ἐθνικὸν Λαπήθιος, καὶ Λαπηθεύς.

Gentile, Lapethius, & Lapetheus.

ΛΑΠΙΘΗ, πόλις Θεσσαλίας, ὡς Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς· ἀπὸ Λαπίθα τοῦ Περίφαντος. [58] Οἱ οἰκήτορες Λαπίθαι, οὐκ ἀπὸ τοῦ πόλεως, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἔθνους, ὡς Πισίδαι, καὶ Ἴωνες, καὶ Θετταλοί. Λαπίθαι γὰρ ἔθνος Θεσσαλίας. [59] Ἔστι καὶ Λαπίθαι ὄνομα ὄρους τῆς Λακωνικῆς.

LAPITHE, urbs Theſſaliæ, ut Epaphroditus in Homericis, à Lapitha Periphantis filio. Incolæ, Lapithæ, non ab urbe, ſed à gente, ut Piſidæ, & Iones, & Theſſali. Lapithæ enim gens Theſſaliæ. Eſt etiam Lapithæ nomen montis Laconicæ.

ΛΑΡΑΝΔΑ [61], πόλις Λυκαονίας. Ὁ πολίτης, Λαραδεύς· Χάραξ τρίτῳ χρονικῶν. Τὸ θηλυκὸν, Λαραδίς.

LARANDA, urbs Lycaoniæ. Civis, Larandeus, Charax Chronico. lib. 3. fœmin. Larandis.

ΛΑΡΙΝΑ [61], πόλις Λαβινίων. [62] Τὸ ἐθνικὸν, Λαρινεῖος, ὡς Τέρινα Τερινεῖος.

LARINA, urbs Labiniorum. Gentile, Larinæus, ut Terina, Terinæus.

ΛΑΡΙΣΣΑ [63], πόλις τρίτη Θεσσαλίας, ἡ πρὸς τῷ Πηνειῷ, ὃν Ἀκρίσιος ἔκτισε. [64] Δευτέρα, ἡ Κρεμαστή· ὑπό τινων δὲ, Πελασγία. [65] Τρίτη, ἐν τῇ Ὄσσῃ χωρίον. [66] Τετάρτη, τῆς Τρωάδος, ὡς φησιν Ὅμηρος,

Τῶν οἱ Λάρισαν ἐριβώλακα. —

LARISSA, urbs tertia Theſſaliæ, prope Peneum, quam Acriſius condidit. Secunda, Cremaſte, ab aliquibus verò Pelaſgia. Tertia, in Oſſa oppidum. Quarta Troadis, quam inquit Hom.

Eorum, qui Lariſſam valde-gleboſam. —

[67] Πέμπτη,

Quinta,

58 Οἱ οἰκήτορες Λαπίθαι.] Habitatores urbis Theſſaliæ Lapithæ, cujus nullam apud alios inveniebam notitiam, ait vocari Lapithas non ab urbe, ſed à gente, Lapitharum ſcilicet. Erant enim Lapithæ, gens Theſſaliæ, ut apparet ex Strabone, lib. 9. quos equorum frena reperiſſe inquit Virgilius Georgic. lib. 3. v. 115.

Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus
Jungere equos: rapidiſque rotis inſiſtere victor
Frena Peletronii Lapithæ, gyroſque dedere
Impoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

59 Ἔστι καὶ Λαπίθαι, ὄνομα ὄρους τῆς Λακωνικῆς.] In his verbis ſuſpicor eſſe mendum. Itaque ſcribendum puto Λαπίθαιον. Syllaba enim hujus nominis ultima coaluit cum prima ſequentis, quod ſæpe ſolet accidere feſtinante vel typographo vel tranſcribente. Namque Lapithæon, non Lapithæ, erat mons Laconicæ, ut apparet ex Pauſaniæ Laconicis: Πεντεκαίδεκα δὲ καὶ Ἐλαιοῦντι σταδίους ἀφίστησι Λαπίθαιον καλούμενον ἀπὸ ἀνδρὸς ἐγχωρίου Λαπίθα. Τοῦτο τε δὴ τὸ Λαπίθαιόν ἐστιν ἐν τῷ Ταϋγέτῳ, καὶ ὃ πόρρω Δέρριον. i. e. *Stadia* XV. *ab Eleuſinio diſtabat Lapithæum, ſic dictum à viro indigena Lapitha. Hoc igitur Lapithæum eſt in Taygeto, nec procul Derrhium.*

60 Λάρανδα, πόλις Λυκαονίας.] Laranda, urbs Lycaoniæ celebratur ab Strabone lib. 12. à Ptolemæo lib. 5. c. 7. at Suidas Lyciæ adſcribit, ex qua inquit fuiſſe Neſtorem poëtam epopæum, Piſandri poëtæ patrem, qui Iliadem ſcripſit ſub Severo imperatore λειπογράμματον, i. e. *literis carentem*, quæ librum denotabant, ſcilicet Liber primus cui epigraphe erat α, nullam habebat literam *a*, & ſic reliqui libri; quem imitatus eſt Tryphodorus ſimili modo Odyſſeam conſcribens.

61 Λάρινα, πόλις Λαβινίων.] Larina, urbs Laviniorum; ſed cum nulla natio fuerit in Italia, Laviniorum. Lavinii enim erant oppidani Lavinii, pro Λαβινίων legendum exiſtimo Δαυνίων. Daunii enim Italiæ gens eſt notiſſima. Meam conjecturam firmat Mela, qui inter Daunorum oppida numerat *Larinum*, ſic enim Latini vocant, quæ noſtro dicitur *Larina*. Illius ex lib. 2. c. 4. ſunt verba: *Dauni autem Tifernum amnem, Cliternam, Larinum, Teanum, oppida.*

62 Τὸ ἐθνικὸν, Λαρινεῖος.] Gentile urbis Larinæ, Larinæus; at Polybio lib. 3. *Larinatæ* dicuntur, ut & Plinio lib. 3. c. 11. Livius etiam diverſis locis agrum Larinatem celebrat, Cicero pro A. Cluentio municipium fuiſſe teſtatur, ex quo erat ipſe A. Cluentius pro quo ſcripſit Cicero optimam illam orationem, cujus oratio eſt optima, quæ longiſſima.

63 Λάρισα, πόλις τρίτη Θεσσαλίας, &c.] Lariſſa, urbs tertia Theſſaliæ, quæ ad Peneum. In his verbis non poſſum concoquere illud τρίτη, i. e. *tertia*. Poſtea enim ſequitur δεύτερα, i. e. *ſecunda*. Itaque puto legendum πρώτη, i. e. *prima*. Autor enim noſter numerat ſuo ordine undecim hujus nominis urbes, ex quibus Lariſſa ad Peneum, & Lariſſa, quam octavo loco numerat ad Theſſaliam videntur pertinere. Pauſanias etiam duas tantum hujus nominis urbes Theſſaliæ celebrat lib. 2. Ἀπὸ ταύτης δὲ καὶ δύο τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ πόλεων ἥ τε ἐπὶ θαλάσσῃ καὶ ἡ πρὸς τῷ Πηνειῷ ὠνομάσθησαν. i. e. *Ab hac verò & duæ in Theſſalia urbes denominatæ fuerunt, altera ad mare, altera ad Peneum.* Prima illa, ut inquit noſter, ſita erat ad Peneum celeberrimum Theſſaliæ fluvium, cujus Pauſanias verbis proxime allatis ex ejus lib. 2. meminit.

64 Δεύτερα, ἡ Κρεμαστή· ὑπό τινων δὲ, Πελασγία.] Secundo loco celebrat Lariſſam nomine *Cremaſten*, quæ ab aliquibus *Pelaſgia* dicebatur, cujus meminit Strabo lib. 9. Εἶθ' ἑξῆς πρόπολις σταδίους ἑκατόν, ὁ Ἔχινος ὑπέρκειται δ' ὀλίγῳ ἑξῆς πρόπολις ἡ μεσογαία ἐστὶν ἡ Κρεμαστὴ Λάρισα εἴκοσι σταδίους αὐτῆς διέχουσα· ἡ δ' αὐτὴ μὲν Πελασγία λεγομένη, καὶ Λάρισα. i. e. *Deinde navigranti ſtadia centum, Echinus imminet; deinde verſus oram-maritimam in mediterranea parte ſita eſt Cremaſte Lariſſa* XX *ſtadia ab Echino diſtans, quæ eadem* Pelaſgia *dicitur & Lariſſa.* Memoratur Liv. lib. 42. c. 56. in Bœotia.

65 Τρίτη ἐν τῇ Ὄσσῃ χωρίον.] Tertio loco celebrat Lariſſam in Oſſa, ſcilicet monte in finibus Theſſaliæ, cujus etiam meminit Strabo libro nota præcedenti citato: Λάρισα δ' ἐστὶ καὶ ἐν Ὄσσῃ χωρίον. i. e. *Lariſſa etiam eſt ad Oſſam oppidum.*

66 Τετάρτη, τῆς Τρωάδος, &c.] Quarto loco memorat Lariſſam Troadis, quam inquit ab Homero celebrari, cujus affert hemiſtichium. Ejus integri verſus ſic leguntur Il. 2. v. 840.

Ἱππόθοος δ' ἄγε φῦλα Πελασγῶν ἐγχεσιμώρων
Τῶν οἱ Λάρισαν ἐριβώλακα ναιετάασκον.
Hippothous autem ducebat gentes Pelaſgorum bellicoſorum
Eorum, qui Lariſſam fertilem habitabant.

At Strabo lib. 13. ad eumdem Homeri locum conjicit Homerum loquutum de Lariſſa, quæ erat circa Cumam patriam ſcilicet Heſiodi, contra quam opinatur autor noſter, ut annotat Euſtathius ad locum citatum, & libro nono meminit Lariſſæ Troadis juxta Hamaxitum.

67 Πέμπτη

67 Πέμπτη, Αἰολίδ◎, περὶ Κύμην τὴν * νίδα. 68 Ἕκτη, Συρίας, ἣν Σύροι Σίζαρα καλοῦσιν. Ἑβδόμη, Λυδίας. Ὀγδόη, Θεσσαλίας, πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ. 69 Ἐννάτη, Κρήτης. 70 Καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐστι Λάρισα. 71 Καὶ ἡ ἀκρόπολις δ' Ἄργος, Λάρισα. Καὶ ὁ πολίτης, Λαρισαῖ◎, 72 ὁ Λαρισεὺς Ζεύς. 73 Στράβων δ' κώμην φησὶν Ἔφεσον. ἐν ᾗ Ἀπόλλων Λαρισηνός.

* A Quinta, Æolidis, circa Cumen * nida. Sexta Syriæ, quam Syri *Sizara* vocant. Septima, Lydiæ. Octava, Theſſaliæ juxta Macedoniam. Nona, Cretæ. Et in Attica eſt Lariſſa, & arx quoque Argivorum Lariſſa. Et civis, Lariſſæus, & Jupiter Lariſſeus. Strab. B verò vicum Epheſi vocari *Lariſſam* inquit, in quo Apollo Lariſſenus colitur.

ΛΗΜΝΟΣ 74, νῆσ◎ πρὸς τῇ Θράκῃ, δύο πόλεις ἔχουσα, Ἡφαιστίαν καὶ Μύρινάν, ὡς Ἑκαταῖ◎ Εὐρώπη· ἀπὸ τ μεγάλης λεγομένης θεᾶς, ἣν Λῆμνόν φησι. Ταύτῃ δ' κ παρθένους ἔθυον. 75 Ὠικίσθη δ' πρῶτον ὑπὸ Θρακῶν, οἱ Σίν-

C LEMNUS, inſula juxta Thraciam, duas habens urbes, Hephæſtiam & Myrinam, ut Hecatæ. Europa, à magna dicta Dea, quam *Lemnum* dicunt. Huic verò & Virgines immolabant. Condita verò fuit primum à Thracibus, qui *Sinties* vocaban-

67 Πέμπτη, Αἰολίδ◎, περὶ Κύμην τὴν * νίδα.] Quinto loco memorat Lariſſam Æolidis circa Cumam Phriconida. Sic enim reſtituendus eſt locus ille mutilus ex Strabone, qui hanc urbem celebrat lib. 13. Καταλαβόντας δ' τοὺς Πελασγοὺς, κεκακωμένους ὑπὸ τ Τρωϊκ πολέμου, κατοικῆσαι μὲν ὅμως ἐπὶ τῆς Λάρισαν, διέχουσαν τ Κύμης ὅσον ἑξήκοντα σταδίους, ἐπιλειπόντων αὐτοῖς τὸ νῦν ἐπ λεγόμενον Νέον τεῖχ◎, ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων τ Λαρίσης· ἐληλύθας δ' κἀκείνους τὴν Κύμην, κ τοὺς συνοικοῦντας ἀνθρώπους ἐκεῖσε ἀνοικίσαι· ἀπὸ δ' Αἰολικ ἥρω τῆς τε Κύμης Φελαινίδα καλοῦσιν ἐνοίας δ' κ τῆς Λάρισαν· ἐρήμη δ' ἐστὶ νῦν. i. e. *Cumque offendiſſent Pelaſgos adflictos quidem bello Trojano, Lariſſam tamen adhuc tenentes, diſtantem à Cuma circiter* LXX. *ſtadia, adverſus eos extruxiſſe eum, qui etiamnum dicitur* Novus murus, *à Lariſſa* XXX. *ſtadiis; venienteſque condidiſſe Cumam, eoque ſuperſtitum hominum coloniam deduxiſſe; à monte verò Locrico, & Cumam Phriconida diſtam, ſimiliter verò & Lariſſam.*

68 Ἕκτη, Συρίας, ἣν Σύροι Σίζαρα καλοῦσι.] Sexto loco numerat Lariſſam Syriæ civitatem, quam à Syris *Sizara* vocari inquit, quod nomen neſcio à quo deſumpſit, at Lariſſam Syriæ memorat Strabo lib. 16. Ptolemæus lib. 5. cap. 15.

69 Ἐννάτη, Κρήτης.] Nono loco numerat Lariſſam Cretæ. Strabo lib. 9. Καὶ ἐν Κρήτῃ πόλις ἡ νῦν εἰς Ἱεραπυδναν συνοικισθεῖσα, ἀφ' ἧς κ τὸ ὑποκείμενον πεδίον νῦν Λαρίσιον καλεῖται. i. e. *Et in Creta urbs, quæ nunc in Hierapydnam congregata eſt, à qua & ſubjacentem campum* Lariſſium *vocant.*

70 Καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐστι Λάρισα.] Decimo loco ponit Lariſſam Atticæ. Strabo libro proxime citato: Καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ δ' ἐστὶ Λάρισα. i. e. *Et in Attica eſt etiam Lariſſa.*

71 Καὶ ἡ ἀκρόπολις δ' Ἄργος, Λάρισα.] Et arx Argorum Lariſſa. Argivorum quoque arcem Lariſſam celebrat Strabo lib. 8. Ἡ μὲν δὴ πόλις τ Ἀργείων ἐν χαλεπαῖς ἐπιπέδοις ἵδρυται τὸ πλέον· ἀκρώρειαν δ' ἔχει τὴν καλουμένην Λάρισαν· λόφον ὑψηλὴ μεθέρους, ἔχοντα ἱερὸν Διὸς ῥεῖ δ' αὐτῆς πλησίον ὁ Ἴναχ◎, χαραδρώδης ποταμός, ἔχων τὰς πηγὰς ὀλίγας δ' κ τὴν Κωκυείαν ὄρ◎ τ Ἀρκαδίας. i. e. *Urbs equidem Argivorum majore ſui parte ſita eſt locis planis; arcem habet Lariſſam, collem mediocriter munitum, in quo eſt Jovis templum. Prope urbem fluit Inachus amnis per multas delapſus convalles, habens fontes ex Lyrcio apud Cynuriam, montem Arcadiæ.* Placuit hîc monere lectorem Latinos plerumque uſurpare nomen urbis Argivorum, quæ Græcis neut. gen. dicitur *Argos*, num. plur. maſcul. atque interpretes cum apud autores Græcos inveniunt τὸ πόλις Ἄργος, vertere vel *urbs Argorum*, vel *Argiæ*, vel *Argolidis*, vel *Argivorum*. Argûs enim apud Latinos eſt genitivus navis illius celeberrimæ Jaſonis, cujus gubernator fuit Tiphys, illius nominativ. eſt Argo. Hæc etſi minuta, non ſunt contemnenda Sæpe enim in hujuſmodi rebus ſeu dormitant, ſeu cæſpitant viri etiam docti.

72 Καὶ Λαρισσὺς Ζεύς.] Jupiter Lariſſeus erat in arce Argorum, ut apparet ex Strabone loco nota præcedenti allato.

73 Στράβων δ' κώμην φησὶν Ἔφεσον, &c.] Memorat etiam ex Strabone Lariſſam, vicum Epheſi ubi erat Apollo Lariſſenus. Videtur reſpexiſſe autor noſter locum Strabonis ex lib. 13. Sic enim ille: Τρίτη δ' Λάρισα, κώμη τ Ἐφεσίας ἐν τῷ Καϋστρίῳ πεδίῳ· ἣν φασι πολὺν ὑπάρξαι χρόνον, ὕστερον δ' ἐλασσωθεῖσαν ὑπὸ τ περὶ τὸν ἱερὸν Ἀπόλλων◎ Λαρισηνοῦ, πλησιάζουσαν τῷ Τμώλῳ κώμην, ἣ τῇ Ἐφέσῳ, τοῦτ' ἔστιν ἐκείνῃ κ ὀγδοήκοντα διέχει σταδίοις, ὥστε ὑπὸ τοῖς Μήοσιν ἂν τις τιθοῖ τοῦτο. Ἐφέσιοι δ' αὐξηθέντες ὕστερον, πολλὴν τ τῶν Μήονων, ὃς νῦν Λύδοι φαμὲν, ἀπέλιπον. i. e. *Tertia Lariſſa eſt pagus regionis Epheſiæ in campo Cayſtrio: quam olim fuiſſe urbem ajunt, & habuiſſe templum Apollinis Lariſſeni, propinquiorem Tmolo, quam Epheſo, ab hac enim diſtat* CLXXX. *ſtadia, adeò ut ſub Meonibus poni poſſit; Epheſii autem poſtmodo aucti, multum regionis Meonibus, quos nunc* Lydos *dicimus, abſtulerunt.* Ex dictis apparet tria uſurpari urbium hujus nominis gentilia, Lariſſæus, Lariſſeus, Lariſſenus; Latini plerumque uſurpant *Lariſſæus*, Virgil. Æneid. lib. 2. v. 197. Achilles *Lariſſæus* dicitur, quod eſſet ex urbe Theſſaliæ Lariſſa,

— *Captique dolis, lachrymiſque coacti*
Quos neque Tydides, nec Lariſſæus *Achilles*
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

74 Λῆμν◎, νῆσ◎ πρὸς τῇ Θράκῃ, &c.] Series literarum oſtendit deficere omnia oppidorum & regionum nomina, quæ per λς incipiunt, nulla enim eorum facta mentione, loquitur de Lemno inſula, quæ jacebat juxta Thraciam in Ægæo mari non longe à monte Atho fabuloſo Vulcani caſu nobilitata, quem à matre Junone ſimul atque natus eſt, ob deformitatem in hanc inſulam præcipitatum decidiſſe fabulabantur, ad quod alludit Periegeta v. 522.

Ἔνθεν κ Λῆμν◎, περιναιόμενον πέδον Ἡφαίστου
Πέπτωλεν.
Unde & Lemnus aſperum ſolum Vulcani
Pateſcit.

Adhuc in hodierno nomine latent cineres antiqui nominis, vulgò enim dicitur *Stalimine*. Duas habuit tantum urbes Hephæſtiam, & Myrinam, autore Ptolemæo lib. 3. c. 13. ideo *dipolis* dicitur M. Etymologici autori in Δίπολις. In Myrinæ forum ſolſtitio Athos mons umbram ejaculabatur, cum ab inſula diſtaret LXXXVII. M. paſſ. ut prodit Plin. lib. 4. c. 12. Ab hac inſula nomen habet *terra Lemnia*, quæ in ea effodiebatur, cujus tres erant ſpecies in uſu, prima fullonibus, ſecunda fabris, quæ alio nomine Græcis μίλτ◎, Latinis *rubrica* à colore dicebatur, eadem quæ *Sinopis* Plinio lib. 35. c. 7. tertia medicis, quæ alio nomine σφραγὶς, i. e. *ſigillum* dicitur, quia obſignabatur, de qua vide Dioſcoridem lib. 5. c. 72. Galenum lib. 9. de facult. ſimpl. medicament. Geſnerum in ſuo onomaſtico. Fuit ex hac inſula Philoſtratus, qui ſub Severo imperatore floruit, & octo libros de vita Apollonii Tyanei conſcripſit, vaniſſimus omnium ſcriptorum.

75 Ὠικίσθη δὴ πρῶτον ὑπὸ Θρᾳκῶν, &c.] Lemnum inſulam à Thracibus, qui *Sinties* vocabantur primum conditam fuiſſe tradit ex Strabone, cujus ex lib. 7. excerptis ſunt verba: Ὅτι Σίντιοι ἔθν◎ Θρᾳκικὸν καλούμενὸ τὴν Λῆμνον νῆσον· ὅθεν Ὅμηρ◎ Σιντίας αὐτοὺς καλεῖ, λέγων, ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες. i. e. *Quod Sinti, gens Thracica habitavit Lemnum inſulam, unde Homerus* Sintias *eos vocat dicens: Ubi me Sinties viri.*

οἱ Σίνλιες ἐκαλέθλο, ὡς Στράβων. [76] Οἱ δ' αὐτοὶ ἔτοι καὶ Σαπαῖοι. Ὁ οἰκήτωρ Λήμνιος, καὶ Λημνικὸς καὶ Λήμνιον. A cabantur teste Strabone, iidem verò hi *Sapæi* etiam dicti sunt. Incola, Lemnius, & Lemnicus possessivum.

ΛΗΝΑΙΟΣ [77], ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ. Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ χρονικῶν, καὶ Ληναϊκὸς, καὶ Ληναϊκός. [78] Ἔστι B καὶ δῆμος.

LENÆUS, Certamen Dionysi in agris ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, *à torculari*, Apollodorus Chronicor. lib. 3. & Lenaicus, & Lenæus quoque dicitur. Est etiam populus.

ΛΗΝΟΣ [79], χώρα τῶν Πισαίων. Ὁ πολίτης, Λεναῖος· φλέγων πεσαραχθῇ ὀγδόῃ ὀλυμπιάδι.

LENUS, regio Pisatarum. Civis, Lenæus, Phleg. Olympiade XLVIII.

ΛΗΤΗ [80], πόλις Μακεδονίας, ἀπὸ ἔχ C πλησίον ἱδρυμένου Λητοῦς ἱεροῦ, ὡς Θεαγένης Μακεδονικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν, Λητεῖος· ἔτω καὶ ἱστορεῖται Νίκαρχος, Λητεῖος, τῶν Ἀλεξάνδρῳ τῷ μεγάλῳ συστρατευσαμένων ὁ ἐλλογιμώτατος.

LETE, urbs Macedoniæ, à Latonæ templo, quod prope constructum erat, ut Theagenes Macedonicis. Gentile, Letæus. Sic enim memoratur Nicarchus, Letæus, eorum, qui unà cum Alexandro magno militiam exercuere, celeberrimus.

ΛΗΤΟΥΣ πόλις [81], πόλις Αἰγύπτου. D Ἔστι δὲ μοῖρα Μεμφιδος, καθ' ἣν αἱ πυραμίδες Λητοῦς ἱερόν· Ἀλέξανδρος τρίτῳ περὶ Αἰγύπτου. Τὸ ἐθνικὸν, Λητοπολίτης· ἔτω καὶ Πολύστρατος, [82] καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ἀρχιφέως λεγόμενος ἀναγράφειαν.

LETUSPOLIS, *i. e.* Latonæ urbs, urbs Ægypti. Est verò pars Memphidis, juxta quam Pyramides Latonæ templum. Alexand. de Ægypto tertio. Gentile, Letopolites. Sic enim Polystratus, & Apollonius, qui *Archiphei* dictus est commemoratur. E

ΛΗΤΩΕΤΣ, δῆμος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὡς Τρύφων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων· ὅτι ἀπὸ τοῦ Λητοῦς κλητικὸν σχηματίζεται.

LETOEUS, populus in Alexandria, ut Trypho in lib. de paronymis, quoniam ἀπὸ τοῦ Λητοῦς, i. e. *à Latona* possess. formatur.

ΛΗΨΗΜΑΝΔΟΣ [83], πολίχνιον Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Λεψημανδεύς. Κράτερος F ἐννάτῳ περὶ ψηφισμάτων.

LEPSEMANDUS, oppidum Cariæ. Gentile, Lepsemandeus, Craterus nono psephismatum.

ΛΙΒΑΝΑΙ [84], πόλις Συρίας, ταῖς Ἄτραις

LIBANÆ, urbs Syriæ, Atris vicina, Arrhian.

76 Οἱ δ' αὐτοὶ ἔτοι καὶ Σαπαῖοι.] Inquit Thraces *Sintiæ* qui primum Lemnum insulam incoluerunt esse eosdem, qui *Sapæi*; quod etiam ex Strabone desumpsit. Sic enim ille lib. 10. Τινὲς δὲ Σάμον καλεῖσθαί φασιν, ἀπὸ Σαίων τῶν οἰκούντων Θράικων πρότερον, οἱ καὶ τὴν ἤπειρον ἔσχον τὴν πρόσχωρον· εἴτε οἱ αὐτοὶ τοῖς Σαπαίοις οὗτος, ἢ τοῖς Σιντοῖς, ἃς Σιντὰς καλεῖ ὁ ποιητὴς, εἴθ' ἕτεροι. i. e. *Quidam Samum vocari dicunt à Saiis Thracibus, qui eam prius habitarunt, & qui finitimam continentem habebant; sive hi iidem cum Sapæis sunt, sive cum Sintis, quos* Sintas *vocat poëta, sive diversi.*

77 Λήναια, ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς.] Diversa fuere apud ethnicos Lenæa festa in honorem Bacchi celebrata, nomen adepta ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, i. e. *à torculari*, ut ait noster, de quibus videsis Aristophanis Scholiastem ad Acharn. pag. 390. editionis Caldorianæ societatis. Quin etiam Bacchus ipse *Lenæus* dicitur poëtarum eruditissimo Georgic. lib. 2.

Huc pater ô Lenæe veni, nudataque musto
Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.

78 Ἔστι καὶ δῆμος.] Fuisse quoque Lenæum, populum, Atticæ scilicet inquit, cujus videtur meminisse Hesychius in Ἐπὶ Ληναίῳ, in quo erat Dionysi templum, ubi Athenienses festa Lenæa celebrare solebant, antequam theatrum ædificaretur, autore eodem Hesychio loco citato.

79 Λητῶος, χώρα τῶν Πισαίων.] Pro χώρα τῶν Πισαίων, puto legendum χώρα τῶν Πισαίων, regio Pisatarum; ex nostro autore in Πίσα, & ex Strabone variis in locis, quorum regio divisa erat in octo urbes, ut apparet ex Strabonis lib. 8. Εἰς γὰρ ὀκτὼ πόλεις μεριζομένης τῆς Πισάτιδος, μία τούτων λέγεται καὶ ἡ Σαλμωνή. i. e. *In octo civitates divisa Pisatide, una harum* Salmone *dicitur.*

80 Λητὼ, πόλις Μακεδονίας.] Lete, urbs Macedoniæ celebris natalibus Nicarchi, qui socius fuit in militia Alexandri magni, ut inquit noster, in cujus historia nullum Nicarchum memini me legere, sed Nearchum, cujus meminit Strabo diversis locis. Q. Curt. lib. 9. c. 10. & lib. 10. c. 1. Arrhian. de expeditione Alexand. l. 5. & l. 7. necnon in libro rerum Indicarum, ex quibus apparet fuisse præfectum classi Alexandri ad Indos, & horum regionis historiam scripsisse. Quare non dubito apud nostrum pro Νίκαρχος legendum Νέαρχος. Lete verò urbs Macedoniæ memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 13. Plinio lib. 4. c. 10. & Harpocrationi ex Marsyæ Junioris lib. 6. rerum Macedonicarum, apud quem ut & apud Suidam perperam scribitur Λήθη per *jota* in prima.

81 Λητοῦς πόλις, πόλις Αἰγύπτου.] *Letûs polis*, i. e. *Latonæ urbs*, urbs Ægypti, à qua Letupolites Nomos, & urbs & Nomos memorantur à Ptolemæo lib. 4. c. 5.

82 Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ἀρχιφέως λεγόμενος ἀναγράφειαν.] In his verbis eodem modo accipio τὸ ἀναγράφειαν, ac in sectione proximè præcedenti τὸ ἱστορεῖται. Mentem enim autoris nostri puto esse Polystratum & Apollonium Archiphei filium inscribi *Letopolitas*, quod fuerint ex Letupoli Ægypti urbe. Ego neutrum eorum novi, nec etiam Archipheum, pro quo vide, an ὁ Ἀρχιέρεως scribendum sit, necne. Ego enim, cum non laborem porrigine corrigendi, nolo Stephanum incrustare, etsi apud Suidam in Ἀπολλώνιος legitur: Ἀπολλώνιος, Ἀφροδισιεύς, Ἀρχιερεὺς καὶ ἱστορικὸς, μέγας Καισαρεύς, &c. Id est. *Apollonius Aphrodisiensis summus-pontifex & historicus, scripsit Carica*, &c.

83 Λεψήμανδος, πολίχνιον Καρίας.] Lepsemandus, oppidulum Cariæ, cujus apud alios altum est silentium; Plinius lib. 5. c. 31. in ora Cariæ celebrat insulam Lampsemandum, de quibus pro arbitrio tuo judicabis.

84 Λιβαναὶ, πόλις Συρίας, ταῖς Ἄτραις γειτνιάζουσα.] Libanæ, arum, urbs Syriæ, Atris vicina; Libanarum summum est apud alios silentium, de Atris verò videsis quæ in Ἄτραι annotavimus.

85 Ἔστι

χειας γειτνιάζεσθαι. Ἀρριανὸς Παρθικῶν ἐννάτῳ. [85] Ἔστι καὶ Λίβανος ὄρος τῆς Συρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Λιβανίτης.

Arrhian. Parthico. lib. 9. Est etiam Libanus mons Syriæ. Gentile, Libanites.

ΛΙΒΥΗ [86], χώρα πολυώνυμος, ὡς Πολύιστωρ· Γῆ Ὀλυμπία, Ὠκεανία, Ἑσπερία, Κορυφὴ, Ἑσπερία, Ὀρτυγία, Ἀμμωνὶς, Αἰθιοπία, Κυρήνη, Ὀφιοῦσα, Λιβύη, Κηφηνία, Ἀερία. [87] Τὸ ἐθνικὸν, Λίβυσσα.

LIBYA, regio polyonymus, ut Polyhistor. Terra Olympia, Oceania, Eschatia, Coryphe, Hesperia, Ortygia, Ammonis, Æthiopia, Cyrene, Ophiusa, Libya, Cephenia, Aëria. Gentile, Libyssa.

ΛΙΒΥΡΝΟΙ [88], ἔθνος παρατεῖνον τῷ ἐνδοτέρῳ μέρει τοῦ Ἀδριατικοῦ κόλπου. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Λιβυρνὶς, καὶ Λιβυρναῖοι. Ὠνομάσθησαν ἀπό τινος Λιβύρνου Ἀττικοῦ. [89] Εὕρηται καὶ Λιβυρνικὰ σκάφη. Καὶ Λιβυρνικὴ μανδύη, εἶδος ἐσθῆτος.

LIBURNI, gens adhærens interiori parti sinus Adriatici. Hecatæus Europæ. Gentile, Liburnis, & Liburnæi. Sic verò vocati fuere à quodam Liburno Attico. Inveniuntur etiam Liburnicæ naves, & Liburnica mandya, species vestis.

ΛΙΒΥΣ κύριον, κλίνεται Λίβυος· ἀφ' οὗ Λιβύη. Τὸ ἐθνικὸν Λίβυς, Λίβυσσα, Λίβυ, Λιβυκὸς, Λιβυκὴ· Καὶ Λιβύστιον, ὡς ἀπὸ τοῦ Λίβυστος τοῦ ἀπὸ τοῦ Λίβυος ἐνὸς τοῦ πλεοναζοντος· Καὶ Λιβυστικὸν, καὶ Λιβυστῖνος, καὶ Λιβυστίνη· Καὶ Λιβυστιὰς, καὶ Λιβυστὶς, καὶ Λιβυσσαία, ἀπὸ τοῦ Λίβυσσα. Καὶ κηλικὸν, Λιβυστικὰς

LIBYS, nomen proprium, declinatur in genit. Libyos, à quo Libya. Gentile, Libys, Libyssa, Liby, Libycus, Libyca, & Libystium, tamquam à Libystus, qui fit à genit. Λίβυος per pleonasmum, & Libysticum, & Libystinus, & Libystina, & Libystias, & Libystis, & Libyssæa à Libyssa, & poss.

85 Ἔστι καὶ Λίβανος ὄρος τῆς Συρίας.] Libanum montem celeberrimum à præstantissimis cedris, ex quibus Sapientissimus regum templum exstruxit, Syriæ tribuit autor noster: C. Tacitus Judææ adscribit Historiarum lib. 5. c. 6. *Præcipuum montium Libanum erigit*, [Judæa] *mirum dictu tantos in ardores opacum, fidumque nivibus. Idem amnem Jordanem alis funditque.* Hebraicè dicitur לבנון *lebanon*, celebratur sæpe in sacris libris; proletariæ eruditionis homines dictum putant à לבונה *lebonah*, i. e. *thus*, cum nullibi thus ipsi attributum reperiatur, melius ab albedine nivium alii ejus nomen deducunt. Erat enim, ut inquit Tacitus, tantos in ardores opacus & fidus nivibus, quas etiam celebrat Jeremias Prophetes c. 18. v. 14. לבן *laban* verò Hebraicè est *albus*, *candidus*, à quo fine dubio monti nomen, cujus fecere mentionem Strabo lib. 16. Ptolemæus lib. 5. c. 15. Plin. lib. 5. c. 20.

86 Λιβύη, χώρα πολυώνυμος.] Libya, regio polyonymos, id est, quæ multa nomina habebat, quæ recenset autor noster, præcipua verò & quæ adhuc obtinet usus, sunt Libya, & Africa, at prius *Libya*, deinde *Africa* vocata fuit; Græci Libyam à fœmina ejusdem nominis Epaphi filia, Aphricam ab Aphra quodam Herculis socio vocatam fuisse ajunt; sed vero propius videtur, Libyam ab Hebræo לובים *Lubim*, Aphricam à nepote Abrahami Ophre, nomina habuisse, illorum fit mentio Paralipom. lib. 2. c. 12. v. 3. ubi LXX. senes & Hieronymus *Libyes* vertunt, alterum testatur Josephus Antiquit. lib. 10. c. 16. Λέγεται γὰρ ὡς ἔστρατευσεν ὁ Ὤφρης, στρατεύσας ἐπὶ τὴν Λιβύην, καθίσχει αὐτὴν, καὶ οἱ ἐγγενεῖς αὐτῆς καθιεκάσαντες ἐν αὐτῇ, τὴν μὲν ἀπὸ τοῦ ἐκείνου ὀνόματος, Ἄφρικην προσηγόρευσαν· μαρτυρεῖ δὲ μοι τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ. i. e. *Dicitur etiam, quod hic Ophres, expeditione facta in Libyam, eam obtinuit, & ejus nepotes; cum eam incoluissent, terram ab illius nomine*, Aphricam *appellavunt, testis est meæ sententiæ & Alexander Polyhistor.* Graphicè eam depingit Periegeta v. 174.

Ἥτοι μὲν Λιβύη τελαυζυμένη, ἐς νότον ἕρπει,
Ἐς δύσιν ἀντολίῃσι τε, τραπέζῃ εἰδομένη,
Ἀρξαμένη πρώτιστα Γαδειρόθεν, ἠιόσσι ἄκρη
Εἰς μυχὸν ἐξιωθεῖσα πλατείῃ Ὠκεανοῖο,
Οὖρον δ' Ἀρκτείης τεκμαίρεται ἄγχι θαλάσσης
Εὐρύτερον· τόθι γαῖα κελαινῶν Αἰθιοπήων
Τῶν ἑτέρων, τῇ ἄγχι πλατείῃ ἔδας Ἐρεμβῶν
Παῤῥαλίη δὲ μιν ἄνδρες ἐπικλείουσιν ὁμοίῃ.

Nempe Libya quidem extenta ad austrum serpit
Ad austrum & ortum, mensulæ forma similis:
Orsa primum à Gadibus, ubi quidem extrema
In secessum acuminata porrigitur Oceani,
Limitem verò Arabiæ terminat prope mare
Latiorem, ubi terra nigrorum Æthiopum
Alterorum, quos juxta porrigitur solum Erembiorum:
Pelli-pantherinæ verò ipsam homines perhibent similem.

Ad quem locum videsis Eustath.

87 Τὸ ἐθνικὸν, Λίβυσσα.] Gentile Libyæ fœmin. est Libyssa, masc. Libys, qui est etiam proprium, de quibus & ejus derivatis agit infra.

88 Λιβυρνοὶ, ἔθνος παρατεῖνον τῷ ἐνδοτέρῳ μέρει τοῦ Ἀδριατικοῦ κόλπου.] Liburni, gens adhærens interiori parti Adriatici sinus inter Histriam & Dalmatiam, memorantur Virgilio Æneid. lib. 1. v. 248.

Antenor potuit mediis elapsus Achivis
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timavi.

Regio *Liburnia* dicebatur, vulgo nunc *Croatia* in ditione Ducum Austriæ, de qua consulesis Strabonem lib. 7. Melam lib. 2. c. 3. Plin. lib. 3. c. 22.

89 Εὕρηται τὰ Λιβυρνικὰ σκάφη.] Liburnica, seu Liburna erant genus navigii levissimi, velocissimique, sic verò dicebantur, quod hujusmodi navigiis Liburni olim piraticam exercebant, unde Venusinus Vates Epodon libro, Epod. 1. ad Mœcenatem:

Ibis Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula:
Paratus omne Cæsaris periculum
Subire, Mœcenas, tuo.

Liburnus etiam est lecticæ genus, quod esset celer, Juv. Sat. 3. v. 240.

——— *Turba cedente vehetur*
Dives, & ingenti curret super ora liburno
Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus,
Namque facit somnum clausa lectica fenestra.

Eidem etiam *Liburnus* usurpatur pro *lecticario* Satyra 6. v. 476.

——— *Tarde venisse Liburnus*
Dicitur, & pœnas alieni pendere somni
Cogitur.

Liburnus etiam dicebatur præco, qui jussu imperatoris vocabat senatores. Id nominis adeptus, quod ex Liburnia ferè orti essent hujusmodi homines. Hinc idem poeta Sat. 4. v. 75.

——— *Primus clamante Liburno*
Currite, jam sedit, rapta properabat abollâ
Pegasus, attonitæ positus modò villicus urbi.

Βυσικὰς πλάκας, Λυκόφρων. Οἵτινες ἢ Λιβ- A ποσσ. *Libyſticas tabulas*, Lycoph. qui verò per *g* ſcribunt, non rectè id faciunt.
ύ γ γράφουσι, κακῶς.

ΛΙΒΥΣΣΑ[90], φρούριον Βιθυνίας ἐπιθαλάσσιον, ὡς πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος. Τὸ ἐθνικὸν, Λιβυσσαῖος.

LIBYSSA, caſtellum Bithyniæ maritimum, ut Alexand. Polyhiſtor. Gentile, Libyſſæus.

ΛΙΒΥΣΤΙΝΟΙ[91], ἔθνος περὶ τὸν Φᾶσιν B ποταμὸν Κόλχοις, ὡς Διόφαντος ἐν πολιτικοῖς· ἔστι δὲ καὶ Λιβυστίνη.

LIBYSTINI, gens adjacens Colchis, ut Diophantus in Politicis cujus fœm. Libyſtina.

ΛΙΓΓΟΣ, φρούριον Καασανδρέων· Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν τρίτῳ, ὃς καὶ τὸ ἐθνικὸν Λιγγαῖος. Ἔστι καὶ Λίγγις, καὶ C Λίγκις κόλπος.

LINGUS, caſtellum, Caſſandreorum, Apollodorus Chronicor. lib. 3. qui etiam gentile, Lingæus ſcribit. Eſt etiam Lingius, & Lincius ſinus per duplex *gg*. vel per *g*.

ΛΙΓΞ[92], ποταμὸς Μαυρουσίας, καὶ πόλις. Τινὲς δὲ Λίξον γράφουσι, καὶ Λίξους τοὺς πολίτας.

LINX, fluvius Mauritaniæ & urbs, aliqui verò Lixum ſcribunt, & cives, Lixos.

ΛΙΓΥΡΟΣ[93], ἔθνος παροικοῦν τοῖς D Τυρρηνοῖς· Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῇ ἑνδεκάτῃ. Ἀπὸ Λιγύρου ποταμοῦ.

L I G Y R U S, gens vicina Tyrrhenis. Artemidor. in epitome undecim [librorum.] A fluvio Ligyro.

ΛΙΓΥΣΤΙΝΗ[94], πόλις Λιγύων, τῆς δυλικῆς Ἰβηρίας ἐγγὺς,[95] καὶ τῆς Ταρσοῦ πλησίον. Οἱ οἰκοῦντες, Λίγυες καλοῦνται. E

LIGYSTINE, urbs Ligurum prope occidentalem Iberiam, & juxta Tarſum. Incolæ, *Ligyes* vocantur, h.e. *Ligures*.

ΛΙΗΒΡΙΣ, πόλις Φοινίκων, ὡς Ἡρωδιανός. Τὸ ἐθνικὸν, Λιηβρίτης· Ἑκαταῖος δὲ Λιγύπυρ.

LIEBRIS, urbs Phœnicum, ut Herodianus. Gentile, Liebrites, Hecatæus in deſcriptione Ægypti.

ΛΙΘΗ-

LITHE-

90 Λίβυσσα, φρούριον Βιθυνίας ἐπιθαλάσσιον.] Libyſſa, caſtellum Bithyniæ ad mare ſitum fuit memorabile tumulo Annibalis Carthaginenſis, teſte Plinio libro quinto, capite ultimo: *Fuit & Libyſſa oppidum, ubi nunc Annibalis tantum tumulus.* Ex Plinio videtur deſumpſiſſe Amm. Marcell. lib. 22. c. 22. *Transgreſſus* [Julianus] *itaque fretum, prætercurſa Chalcedona, & Libyſſa, ubi ſepultus eſt Hannibal Pœnus, inde Nicomediam venit urbem antehac inclytam.* Ammianus confirmat verbis allatis ſententiam noſtri autoris, qui ait *Libyſſam fuiſſe caſtellum ad mare*, etſi Ptolemæus lib. 5. c. 1. id inter mediterraneas Bithyniæ urbes memorat, apud quem non bene ſcribitur Libyſſa per *jota* in penultima. Fuit etiam Libyſſa Bithyniæ fluvius apud Appianum de Bellis Syriacis, à quo Libyſſæ oppido nomen.

91 Λιβυστῖνοι, ἔθνος περὶ τὸν Φᾶσιν Κόλχοις.] Libyſtini, gens adjacens Colchis, quos alii *Ligyſtinos* vocabant. Videſis quæ in Λιγυστίνη annotamus.

92 Λίγξ, ποταμὸς Μαυρουσίας, καὶ πόλις, &c.] Linx, amnis Mauritaniæ, & urbs, quam alii *Lixum* dicunt; ex una urbe, ut mihi videtur, quatuor autori noſtro ſuis locis factæ ſunt, ſcilicet, Λίγξ, Λίξα, Λύγξ, Λύγξος. Fuit autem Phœnicum urbs, id eſt, colonia, teſte Scylace in Καρχηδών. Nunc vulgo *Larache* dicitur, jacet in ora Africæ maritima, non longè à Gadibus poſt montem Atlantem, ut ait noſter in Λύγξ. Quam cepere Hiſpani anno MIↃCX. referente Aldreto de Africa lib. 4. c. 18. de qua operæ pretium eſt audire Plinium loquentem lib. 5. c. 1. *Et ab ea* [Zili] XXXII. M. *paſſ. colonia à Claudio Cæſare facta Lixos, vel fabuloſiſſime ab antiquis narrata. Ibi regia Antæi, certamenque cum Hercule, & Heſperidum horti, affunditur autem huic æſtuarium è mari flexuoſo meatu, in quo dracones cuſtodiæ inſtar fuiſſe nunc interpretantur, ampleƈtitur intra ſe inſulam, quam ſolam è vicino tractu aliquanto excelſiore, non tamen æſtus maris inundat, exſtat in ea ara Herculis, nec præter oleaſtros aliud, ex narrato illo aurifero nemore; minus profectò mirentur portentoſa Græciæ mendacia de iis, & amne Lixo prodita, qui cogitent noſtros nuper paulò minus monſtrifica quædam de iiſdem tradidiſſe, prævalidam hanc urbem, majoremque Carthagine magna: præterea ex adverſo ejus ſitam, & prope immenſo tractu ab Tingi, quæque alia Cornelius Nepos audaciſſime credidit.* Strabo lib. 17. autor eſt, ex Gabinio Romanarum rerum ſcriptore apud Lingem Antæi ſepulturam fuiſſe, & compagem oſſium cadaveris abſumpti cubitorum ſexaginta, eamque à Sertorio detectam, & rurſus humatam, quæ fabulas magis ſapiunt, quam veritatem.

93 Λίγυρος, ἔθνος παροικοῦν τοῖς Τυρρηνοῖς.] Ligurus, gens finitima Tyrrhenis, nomen adepta à fluvio Liguro, ut inquit noſter. Sic Euſtath. ad Dionyſii v. 76. nomen Ligyum (eadem eſt gens) deducit ab amne quodam Ligye, quod eſt tranſlativum apud Græcos; regio *Liguria* dicitur, incolæ plerumque Latinis *Ligures*, quorum præcipua urbs & commercio celeberrima Genua, vulgo *Genova* de qua ſuo loco egimus; antiquitus non bene audierunt, nec hodie bene audiunt. Ideo Virgilius Æneid. lib. 11. v. 715. canit:

Vane Ligur, fruſtraque animis elate ſuperbis
Nequicquam patrias tentaſti lubricus artes.

Obiter notandum apud ſcriptores Ligyes, & Ligures eamdem eſſe gentem.

94 Λιγυστίνη, πόλις Λιγύων, τῆς δυλικῆς Ἰβηρίας.] Ligyſtine, urbs Ligurum prope occidentalem Iberiam & Tarteſſum, cujus incolæ *Ligyes*, id eſt, *Ligures* dicebantur: tres autem celebrantur *Ligyes*, id eſt, *Ligures* apud ſcriptores, primi in Italia, de quibus egimus in præcedenti dictione, à quibus veluti coloni originem deduxerunt reliqui, ſcilicet Ligyes Colchicis vicini, qui noſtro auctori *Libyſtini* ſuo loco, Euſtathio ad Dionyſii v. 76. *Colchici* dicuntur; tertii erant in occidentali Iberia prope Tarteſſum, de quibus loquitur Thucydides in libri ſexti initio, Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 1.

95 Καὶ τῆς Ταρσοῦ πλησίον.] Quis unquam audivit Tarſum fuiſſe in occidentali Iberia; nemo puto; itaque pro καὶ τῆς Ταρσοῦ πλησίον, i. e. *& prope Tarſum*, legendum eſt, καὶ τῆς Ταρτησσοῦ πλησίον, i. e. *& prope Tarteſſum*. Tarteſſus enim fuit urbs & amnis Iberiæ occidentalis, quod lippis & tonſoribus, ut ajunt, eſt notum, amnis ex Ligyſtico lacu profluebat, ut apertè inquit Avienus.

——— *Sed inſulam*
Tarteſſus amnis ex Libyſtico lacu
Per operta lapſus undique ab lapſu ligat.

Libyſticus verò lacus Avieno idem eſt, atque Ligyſticus, vel Ligyſtinus, vel Libytinus, ſicut & Cytæa Libyſtina, vel Ligyſtica, invenitur.

96 Λί-

ΛΙΘΗΣΙΟΣ[96], ὁ Ἀπόλλων, ἐν τῷ Μαλέᾳ * λίθῳ προσιδρυμένος ἐκεῖ· Ῥιανὸς Ἰλιακῶν τρίτῳ. Ὡς γὰρ ἀπὸ Μάραθος Μαραθήσιος, οὕτω καὶ τοῦτο. A

LITHESIUS, Apollo, in Malea, * supra Lapidem collocatus illic. Rhianus Iliacorum tertio. Ut enim à Marathus, Marathesius. Sic & hoc.

ΛΙΛΑΙΑ[97], πόλις Φωκίδος. Λυκόφρων, B

LILÆA, urbs Phocidis, Lycoph.

Πάτραν Λίλαιαν, Καναιμωρείας πέδον.

Patriam, Lilæam, & Anemoreæ solum.

Ὁ πολίτης, Λιλαιεύς.

Civis, Lilæus.

ΛΙΛΥΒΑΙΟΝ[98], ἡ πρὸς δύσιν ἄκρα τῆς Σικελίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [99] Ἔστι καὶ πόλις. Καὶ τὸ ἐθνικὸν Λιλυβαῖος, καὶ Λιλυβαίτης, καὶ Λιλυβηίς. C

LILYBÆUM, Siciliæ promontorium ad occidentem, Hecatæ. Europa. Est & urbs, & gentile, Lilybæus, & Lilybætes, & Lilybeïs.

ΛΙΜΕΝΩΤΙΣ, Χερρόνησος Κελτική.

LIMENOTIS, Chersonesus Celtica.

ΛΙΜΗΝ[1], ὁ ἔφορμος τόπος. Καὶ Λιμφίτης, ὁ ἐν αὐτῷ ἱδρυμένος. D

LIMEN, *h. e.* portus, locus stationi navium commodus, & Limenites, qui in eodem collocatus est.

ΛΙ-

96 Λιθήσιος, &c.] Nihil videtur deficere in hac sectione, etsi appositus asterisçus innuit contrarium, namque sensus optime percipi potest; Apollinem verò illum Maleæ Lithesium vocitatum ἀπὸ τοῦ λίθου supra quem collocatus erat, ego non novi.

97 Λίλαια, πόλις Φωκίδος.] Lilæa, urbs Phocidis, ex Lycophrone, ex cujus Alexandra affert versiculum, ad quem ita illius Scholiasta: Λίλαια, καὶ Ἀνεμώρεια, καὶ Ἄμφισσα, καὶ Ἄβαι, πόλεις εἰσὶ Φωκίδος, Ἀνεμώρεια δὲ ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ ἀνέμους αὐτοῦ ψυχρὰν καὶ ἀνεμώδη. i. e. *Lilæa, & Anemoria, & Amphissa, & Abæ, urbes sunt Phocidis, Anemoria verò vocata fuit, quod esset frigida, & ventis-exposita.* Memoratur etiam poetarum parenti Il. 2. v. 523.

Οἵτε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἐπὶ Κηφισοῖο.

Quique Lilæam habebant fonte super Cephisi.

Non bene interpres Latinus vertit:

Quique Lilæam habitant fontem in Cephisso.

Lilæa enim non erat fons, sed civitas ad Cephissi fontes, prope quam oriebatur Cephissus amnis, autore Strabone lib. 9. Ἔνθ' ὁ Κηφισὸς ἐκ Λιλαίας Φωκικῆς πόλεως τὴν ἀρχὴν λαμβάνει, κἀνταῦθ' ἡ Ὅμηρος φησίν·

Οἵτε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἐπὶ Κηφισοῖο.

Δι' Ἐλατείας δ' ῥυεὶς μεγίστης τῶν Φωκικῶν πόλεων, καὶ διὰ Παραποταμίων, καὶ Φανοτέων ὁμοίως Φωκικῶν πολισμάτων, εἰς Χαιρώνειαν τῆς Βοιωτίας πρόεισιν. i. e. *Quorum unus est Cephissus ex Lilæa Phocica urbe initium sumit, sicut & Homerus ait:*

Quique Lilæam habebant ad fontem Cephissi.

Per Elateam verò fluens maximam Phocicarum urbium, & per Parapotamios & Phanoteos similiter Phocica oppida in Charoneam Bœotiæ pergit. Eustathius ad versum Homeri citatum duas celebrat Lilæas. Memoratur etiam Statio libro 7. Thebaidis:

Coryciumque nemus, propellentemque Lilæam
Cephissi glaciale caput.

98 Λιλύβαιον, ἡ πρὸς δύσιν ἄκρα τῆς Σικελίας.] Lilybæum, promontorium Siciliæ ad occasum. Erat unum è tribus Siciliæ promontoriis, quod ad Africam spectabat, autore inter alios Mela lib. 2. c. 7. *Ipsa* [Sicilia] *ingens, & tribus promontoriis in diversa procurrens Græcæ literæ imaginem, quæ* delta *dicitur, efficit. Pachynum vocatur, quod Græciam spectat: Lilybæum, quod in Africam, Pelorus, quod in Italiam vergens Scyllæ adversum est, causa nominis Pelorus gubernator ab Annibale ibidem conditus, quem idem vir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti videbatur continua esse litora, & non pervium pelagus, proditum se arbitratus occiderat.* Hæc de Peloro Annibalis navis gubernatore Melam audacissimè credidisse reor, cum jam ante illa tempora promontorium istud vocaretur *Pelorus*, ut tradit Servius ad Æneid. lib. 3. v. 411. Tria hæc promontoria graphice depingit Ovid. Met. lib. 13.

——— *Intrant*
Sicaniam, tribus hæc excurrit in æquora linguis
E quibus imbriferos est versa Pachynos ad austros
Mollibus expositum Zephyris Lilybæum: ad arctos
Æquoris expertes spectat Boreamque Pelorus.

Dionysio Periegetæ v. 469. fœm. gen. Lilybe dicitur pro Lilybæon, ut & Peloris pro Peloros.

Ἄκρα δ' οἱ Πάχυνός τε, Πελωρίς τε, Λιλύβη τε.

Promontoria verò ipsi, Pachynosque, Peloriseque, Lilybeque.

Ad quem locum consulesis Eustathium; Lilybæi etymologiam ingeniosè admodum deducit Bochartus, ac si esset à לוב *lelub*, i. e. *ad Libyam*, scilicet quod ad Libyam spectabat, (*Africam* Græci *Libyam* vocabant) & Libyes Hebraice dicuntur לובים *lubim*, ut suo loco annotavimus; Solinus c. 6. tradit Strabonem quemdam solitum ex Lilybitana specula exeuntem à Carthagine classem, numerumque navium manifestissimè denotare. Lynceos habuisse oculos pætum illum oportebat, qui illa videre poterat.

99 Ἔστι καὶ πόλις.] Lilybæum quoque fuisse urbem cognominem promontorio apparet ex diversis scriptoribus ac præcipuè ex Diod. Siculi lib. 22. eclogis, cui oppido Sibyllæ sepulchrum decus erat, ut inquit Solinus c. 11. At Sibyllarum ætas, & hujus urbis κτίσις non conveniunt. Namque hæc urbs condita fuit à Carthaginensibus ævo Dionysii tyranni; Sibyllæ verò sunt longe seniores, hoc in confesso est, illud patet ex Diodori libri citati eclogis: Ὁ μὲν Πύρρος πάσης τῆς Καρχηδονίων ἐπικρατήσεως διωάμεως καὶ κύρους ἐγκύρους, πλὴν τοῦ Λιλυβαίου, αὐτὴ μὲν ἡ πόλις ὑπὸ Καρχηδονίων ἐκτίσθη, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Καρχηδονίων Μοτύης ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου, τοὺς γὰρ ἐκ ταύτης ὑποπεφευγότας ἀθροίσαντες, κατῴκισαν εἰς τὸ Λιλυβαῖον. i. e. *Pyrrhus omnem Carthaginiensium ditionem suæ potestatis & arbitrii fecit; præter Lilybæum; hæc enim urbs à Carthaginiensibus condita fuit, post captam de Carthaginiensibus Motyam à Dionysio tyranno; eos enim qui ex hac supererant congregantes Lilybæum habitatum detulerant.* Ejus situm sic describit Polybius lib. 1. Τὸ τρίτον τῆς νήσου ἀκρωτήριον προσαπορρεῖ Λιλυβαῖον. Ἐπὶ δὲ τούτῳ πόλις ὁμώνυμος κεῖται τῷ τόπῳ πρὸς λίβα τότε σωτέσασα τοὺς Ῥωμαίους σωτηρίᾳ τῷ πολιορκίαν· τείχεσι δὲ διαφερόντως ἠσφαλισμένη, καὶ πρὸς τούτοις βαθείᾳ καὶ πεναγέσιν ὑπὸ θαλάττης, δι' ὧν ἔστιν εἰς τοὺς λιμένας εἰσπλεῦσαι, πολλῆς δεούσης ἐμπειρίας καὶ σωφρείας. Hoc est: *Tertium insulæ promontorium appellatur* Lilybæum, *in hoc urbs ejusdem nominis sita est cum ipso loco; quam tunc contigit Romanos obsidere, muris egregiè munitam, atque circumcirca profunda fossa, & aquis è mari restagnantibus, per quas patet ad portus introitus, multa peritia & consuetudine indigens.* Fuisse olim munitissimam & splendissimam civitatem constat ex Diod. Siculo, & ex Cicerone, hujus ex Verrina V. sunt verba: *Testes publicæ tabulæ; testis splendidissima civitas Lilybætana; testis honestissimus maximusque conventus civium Romanorum.* Illius ex lib. 24. eclogis: Εἰκοσιτέσσαρσι ἔτη πολεμήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι Καρχηδονίοις, Λιλυβαῖον δὲ δεκαετῆ πολιορκήσαντες, πρὸς ἀλλήλους διελύθησαν. i. e. *Cum per* XXIIII. *annos Romani bellum gessissent cum Carthaginiensibus, Lilybæum verò per decennium obsedissent, inter eos de pace convenit.* Hodie in ejus ruinis extructam esse urbem inter primas Siciliæ celebrem, vulgo *Marsalla* dictam testis est Cluverius Siciliæ Antiquæ libro secundo cap. 1.

1 Λιμήν, &c.] Limen Græcis, qui Latinis *portus* dicitur, id nominis ad Lexicographos pertinet.

ΛΙΜΝΑΙ΄Α [2], κώμη Ἄργους. Τὸ ἐθνικὸν, Λιμναῖος. [3] Θουκυδίδης δὲ Λιμνέα φησίν, τὴν διπλασίαν. A

LIMNÆA, vicus Argorum. Gentile, Limnæus. Thucyd. verò per *n.* penultimam [*scribit.*]

ΛΙΜΝΑΙ [4], πόλις Ἑλλησπόντου περὶ Σηστόν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

LIMNÆ, urbs Helleſponti, circa Seſtum, Hecatæ. Europa.

ΛΙΜΥΡΑ [5], πόλις Λυκίας, ἀπὸ Λιμύρου ποταμοῦ. Ὁ πολίτης, Λιμυρεύς. B

LIMYRA, urbs Lyciæ, à Limyro fluvio. Civis, Limyreus.

ΛΙΝΔΟΝΙΟΝ [6], πόλις τῆς Βρεττανίας. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Λινδονῖνος.

LINDONIUM, urbs Brittaniæ, Marcianus in ejus periplo. Gentile, Lindoninus.

ΛΙΝΔΟΣ [7], πόλις ἐν Ῥόδῳ [8], Κερκάφου καὶ Ἡλείας καὶ Κυδίππης, τοῦ Ὀρχίμου θυγατρός. Τὸ ἐθνικὸν, Λίνδιος. C

LINDUS, urbs in Rhodo, opus Cercaphi filii Eleï, & Cydippæ, Orchimi filiæ. Gentile, Lindius.

ΛΙΝΟΝ [9], χωρίον τῆς Ἑλλησποντίας. Σταδίων τριςκαιδεκάτῃ. Μεταξὺ δὲ κεῖται καὶ Παρίου καὶ Πριάπου. Καὶ οἱ οἰκοῦντες, Λινούσιοι. D

LINUM, regio Helleſpontiæ, Strabo lib. 13. *Sita verò eſt inter Parium, & Priapum.* Incolæ, Linuſii.

ΛΙΞΑ

LIXA,

2 Λιμναία, κώμη Ἄργους.] Limnæa, vicus Argiæ celebratur ex Thucydide, qui ejus meminit lib. 2. Τότε τῷ στρατῷ ἐπορεύθη Κνῆμος, ὃ μεθιεμένου τοῦ ἀπὸ Κορίνθου ναυτικοῦ. Καὶ ἀπὸ τῆς Ἀργείας ἰούσης, Λιμναίαν κώμην ἀτείχιστον ἐπόρθησαν i. e. *Cum hoc exercitu Cnemus non expectata Corinthiorum claſſe diſceſſit, & per Argiam euntes, Limnæam vicum mullis cinctum muris diripuerunt.* Fuiſſe oppidulum maritimum apparet ex Polybii hiſtoriarum lib. 5. Διανύσας δὲ καὶ καθορμισθεὶς βραχὺ πρὸ ἡμέρας περὶ τὴν καλουμένην Λιμναίαν, τοῖς μὲν στρατιώταις ἀριστοποιεῖσθαι παρήγγειλε. i. e. *Confecta autem navigatione, portum capiens prius quam illuceſceret ad Limnæam, loci id nomen, mox prandere milites juſſit.*

3 Θουκυδίδης, &c.] Innuit apud Thucydidem nomen vici Limnææ ſcribi per *n.* tantum in penultima. Aliter enim non poſſum illa noſtri autoris verba concoquere; at nunc apud Thucydidem, ut, ex ejus verbis nota præcedenti allatis, apparet, nihil tale invenitur.

4 Λίμναι, πόλις Ἑλλησπόντου περὶ Σηστόν.] Limnæ, urbs Helleſponti circa Seſtum, ex Hecatæi Europa memoratur, cujus etiam meminit Strabo lib. 14. Ἀναξιμένης γοῦν ὁ Λαμψακηνὸς φησὶν, ὅτι καὶ Ἴκαρον τὴν νῆσον καὶ Λέρον Μιλήσιοι συνῴκισαν, καὶ περὶ Ἑλλησπόντου μὲν τῇ χερρονήσῳ Λίμνας, ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ Ἄρισβαν, Ἄβυδον, Ἄρισβαν, Παισόν. i. e. *Anaximenes quidem Lampſacenus ait Icarum inſulam & Lerum Mileſiorum eſſe colonias, & juxta Helleſpontum in Cherrhoneſo Limnas, in Aſia Arisbam, Abydum, Pæſum.*

5 Λίμυρα, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Λιμύρου ποταμοῦ.] Limyra, urbs Lyciæ, à Limyro fluvio nomen habens. Videtur autor noſter reſpexiſſe Strabonem lib. 14. Sic enim ille de hac urbe loquitur: Εἶθ' ἡ ἐκβολὴ τοῦ Λιμύρου ποταμοῦ, καὶ ἀνίονθ πεζῇ σταδίους εἴκοσι τὸ Λίμυρα πολίχνη. Μεταξὺ δ' ἐν τῷ λεχθέντι παράπλῳ νησία πολλὰ, καὶ λιμένες· ὧν καὶ μεγίστη νῆσος καὶ πόλις ὁμώνυμος ἡ Κισθήνη. i. e. *Deinde oſtia Limyri amnis, & pedeſtri itinere eunti Limyra oppidulum. Inter jacent autem in hac circumnavigatione multæ inſulæ & portus; quarum maxima inſula & urbs ejuſdem nominis Ciſthene.* Ejus quoque facit mentionem Ptolemæus lib. 5. c. 5. Scylax in Λυκίᾳ; noſter autor ſuo loco celebrat Lamyram Lyciæ quoque urbem, ac cum ſoleat ex una eademque urbe diverſas facere, facile credam eamdem fuiſſe urbem.

6 Λινδίνιον, πόλις τῆς Βρεττανίας.] Lindonium, urbs Brittaniæ, quæ aliis dicitur *Londinum*, invenitur etiam Londinium, Lundinium, Lundonium, ac poſterioris ſeculi ſcriptoribus *Landonia*, vulgo Anglis *London*, Hiſpanis & Gallis *Londres*, antiquitus vocatam fuiſſe *Auguſtam* teſtatur Amm Marcellinus lib. 28. c. 17. *Theodoſius verò dux nominis melyti, animo vigore collecto, ab Auguſta profectus, quam veteres appellavere* Lundinium, *cum milite, induſtria comparato ſollerti, verſis turbatiſque Britannorum fortunis opem maximam tulit.* Eſt regum Angliæ ſedes & totius regionis caput, commercio celeberrima ac inter Europæ maximas, cujus conditores ignorantur. Neſcio enim quo fato id omnibus maximis civitatibus accidere ſolet. Sita eſt ad fluvium Tameſim, unum è maximis illius inſulæ. Ejus commercii celebritas & antiquitas eluceſcit ex C. Tacito. Sic enim ille de ea loquitur Ann. lib. 14. c. 33. *At Suetonius mira conſtantia medios inter hoſtes Londinium perrexit, cognomento quidem coloniæ non inſigne, ſed copia negotiatorum & commeatu celebre.*

7 Λινδος, πόλις ἐν Ῥόδῳ.] Lindus, urbs in inſula Rhodo, fuit una ex tribus hujus inſulæ civitatibus olim celeberrimis, propter quas *Rhodus* dicebatur *tripolis*, eæ verò fuere Lindus, Ialyſus, & Camirus, quas uno verſu celebravit poëtarum parens Il. 2. v. 656.

Οἱ Ῥόδον, ἀμφενέμοντο διχθαδίοις κατὰ μοίρας,
Λίνδον, Ἰηλυσόν, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.
Qui Rhodum habitabant trifariam diſtincti,
Lindum, Jelyſumque & albicantem Camirum.

Lindum autem deſcribit Strabo lib. 14. hiſce verbis: Ἔστι δὲ πρώτη μὲν Λίνδος ἀπὸ τοῦ πόλεως πλέουσιν ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν νῆσον, πόλις ἐπὶ ὄρους ἱδρυμένη πολὺ πρὸς μεσημβρίαν ἀναβαίνουσα, καὶ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν μάλιστα· ἱερὸν δέ ἐστιν Ἀθηνᾶς Λινδίας αὐτόθι ἐπιφανές, τῶν Δαναΐδων ἵδρυμα· πρότερον μὲν ἴδιον καθ' αὑτὴν ἐπολιτεύοντο οἱ Λίνδιοι, καθάπερ καὶ Καμειρεῖς καὶ Ἰαλύσιοι· μετὰ ταῦτα δὲ συνῆλθον ἅπαντες εἰς τὴν Ῥόδον· ἐβουλεύθη δ' ἐν αὐτῇ εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, Κλεόβουλος. i. e. *Eſt autem prima Lindus, ab urbe navigantibus, inſula ad dextram relicta, urbs monti impoſita multum verſus meridiem vergens, & verſus Alexandriam maxime; templum eſt ibi Minervæ Lindiæ illuſtre à Danaidibus poſitum, prius Lindii per ſe rempublicam geſſerunt, ut & Camirenſes, & Ialyſii; poſtea verò unam in urbem Rhodum convenere; hinc autem fuit Cleobulus unus de* VII. *ſapientibus.*

8 Κερκάφου δὲ Ἡλείας καὶ Κυδίππης, &c.] Innuit Lindum Rhodi urbem conditam fuiſſe à Cercapho Elei & Cydippæ filio, quod videtur deſumpſiſſe ab Strabonis lib. 14. Μετὰ δὲ τὰς Τελχῖνας, οἱ Ἡλιάδαι μυθολογοῦσιν κατασχεῖν τὴν νῆσον, ὧν ἑνὸς Κερκάφου καὶ Κυδίππης γήμαντος παῖδας, τοὺς τὰς πόλεις κτίσαντας ἐπωνύμους αὐτῶν·

Λίνδον, Ἰηλυσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.

Ἔνιοι δὲ τὸ Τληπόλεμον κτίσαι φασὶ, θέντες δὲ τὰ ὀνόματα ὁμώνυμος τοῖς Δαναΐδαις ἐγχωρίοις. i. e. *Poſt Telchinas Eliadæ, ut eſt in fabulis inſulam* [Rhodum] *occupaverunt; quorum unius Cercaphi & Cydippæ filii urbes condiderunt, ac de ſe denominaverunt;* [Homerus]

Lindum, Ielyſumque, & albicantem Camirum.

Nonnulli verò Tlepolemum eas condidiſſe ajunt, & nomina impoſuiſſe à quibuſdam filiabus Danai.

9 Λίνον, χωρίον τῆς Ἑλλησποντίας.] Linum, regio Helleſpontiæ id eſt regionis Helleſponti ex Strabonis lib. 13. cujus affert verba trunca, quæ integra ſic apud eum libro citato leguntur: Πίτυεια δ' ἐστὶν ἡ Πιτυοῦντι τῇ Παριανῇ, ὑπερκείμενον ἔχουσα πιτυώδη ὄρος, μεταξὺ δὲ κεῖται Πεμάπη, καὶ Παρίου, καὶ Λίνου χωρίου ἐπὶ θαλάττῃ, ὅπου οἱ Λινούσιοι κοχλίαι ἄριστοι τῶν πάντων ἁλίσκονται. i. e. *Pityea verò eſt in Pitounte Parianæ, ſuperjacentem habens montem pinuum-feracem, jacet autem inter Priapum & Parium juxta Linum regionem ad mare, ubi cochleæ Linuſiæ omnium optimæ capiuntur.*

10 Λίξα,

ΛΙΞΑ[10], πόλις Λιβύης, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ Λιβυκῶν, ἀπὸ Λίξου ποταμοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, Λίξιοι, Λιξίτης, καὶ Λιξάτης παρά τισι. A

LIXA, urbs Libyæ, ut Alex. Libycor. primo, à fluvio Lixo. Gentile, Lixii, Lixites, & Lixatæ apud aliquos.

ΛΙΠΑΞΟΣ[11], πόλις Θρᾴκης· Ἑκαταῖος. Τὸ ἐθνικὸν, Λιπαξίτης. B

LIPAXUS, urbs Thraciæ, Hecatæ. Gentil. Lipaxius.

ΛΙΠΑΡΑ[12], νῆσος μεγίστη τῶν ἐπὶ τὰ Αἰόλα, ἣ Μελιγουνὶς ἐκαλεῖτο, πλησίον Σικελίας, ἀπὸ Λιπάρου τοῦ Αὐσονος υἱοῦ. Λέγεται καὶ πληθυντικῶς. Τὸ ἐθνικὸν, Λιπαραῖος.

LIPARA, insula maxima ex septem Æoli, quæ *Meligunis* vocabatur, prope Siciliam, à Liparo Ausonis filio. Dicitur etiam plurali numero. Gentile, Liparæus.

C

ΛΙΡΝΥΤΕΙΑ, πόλις Παμφυλίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Λιρνυτεύς.

LIRNYTIA, urbs Pamphyliæ, Hecatæ. Asia. Gentile. Lirnytieus.

ΛΙΣΣΟΣ[13], πόλις Ἰλλυρίας, καὶ ἄκρον Λίσσου. Τὸ ἐθνικὸν Λίσσιος, καὶ Λισσαῖος.

LISSUS, urbs Illyriæ, & promontorium Lissum. Gentile, Lissius, & Lisseus. D

ΛΙΤΑΙΑΙ, πόλις Λακωνική· Ἀπολλόδωρος ἑβδόμῳ. Οἱ πολῖται, Λιταῖος.

LITÆÆ, urbs Laconica, Apollodorus lib. 7. Cives, Litaënses.

ΛΙΧΙΝΔΟΣ, πόλις Σικελική· Φίλιστος Σικελικῶν τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Λιχινδῖνος. E

LICHINDUS, urbs Siciliæ, Philistus Siculo. lib. 3. Gentile, Lichindinus.

ΛΟΓΓΩΝΗ, Σικελίας πόλις. Ὁ πολίτης, Λογγωναῖος· Φίλιστος δεκάτῳ.

LONGONE, Siciliæ urbs. Civis, Longonæus, Philistus lib decimo.

ΛΟΚΟΖΟΣ, πόλις Φρυγίας, ἣν ᾤκεν,

LOCOZUS, urbs Phrygiæ, quam incole-

10 Λίξα, πόλις Λιβύης, &c.] Lixa, urbs Libyæ, de qua vide quæ in Αἴγυξ annotavimus.

11 Λίπαξος, πόλις Θρᾴκης.] Lipaxus, urbs Thraciæ celebratur ex Hecatæo, cujus meminit Herodotus lib. 7. c. 123. Παρὰ πλέων δὲ καὶ τούτου τὸν χῶρον, ἔπλεε ἐς τὸ πρόσω μέσμορ, παραμειβόμενος τρίτην ἐπὶ τὴν Παλλήνην, ὁμορέουσαν τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ· τῆσι ἐνοικέουσι τάδε, Λίπαξος, Κωμόρεια, Λισαὶ, Γίγωνος, Κάμψα, Σμίλα, Αἶνεια. Ἡ δὲ τρίτη χώρη, Κροσσαίη ἐστὶ καὶ ἐς τόδε καλέεται. i. e. *Præternavigata verò & hac regione ad prædictum locum pervenit, sumptis militibus etiam è vicinis Pallenæ civitatibus, ac Thermæo sinui conterminis; quibus hæc sunt nomina, Lipaxus, Combrea, Lissæ, Gigonus, Campsa, Smila, Æneæ; quarum regio adhuc* Crossæa *vocatur.*

12 Λιπάρα, νῆσος μεγίστη τῶν ἐπὶ τὰ Αἰόλα.] Lipara, singulari num. fœm. & plur. insula maxima ex septem, quæ *Æoli* seu *Æoliæ insulæ* dicebantur, quod in eis Æolus antiquitus regnaverat, Græcis *Hephæstiades* dicuntur, à cujus nominis argumento Latinis etiam *Vulcaniæ* seu *Vulcani insulæ* appellabantur, quod earum aliquot ignem evomerent, quæ etiam à Lipara, quippe quæ celebrior erat, *Liparæorum insulæ* dicebantur; nec de earum numero, nec nominibus convenit inter scriptores, at major eorum pars celebrant septem inter quos unus est Plinius, cujus ex lib. 3. c. 9. sunt verba: *Lipara cum civium Roman. oppido, dicta à Liparo rege, qui successit Æolo, antea* Melogonis, *vel* Meligunis *vocitata, abest* XII. M. *pass. ab Italia, ipsa circuitu paulò minori: inter hanc & Siciliam altera, antea* Therasia *appellata, nunc* Hiera: *quia sacra Vulcano est, colle in ea nocturnas evomente flammas. Tertia* Strongyle, *à Lipara* M. *pass. ad exortum solis vergens, in qua regnavit Æolus, quæ à Lipara liquidiore flamma tantum differt: è cujus fumo, quinam flaturi sint venti, in triduum prædicere incolæ traduntur: unde ventos Æolo paruisse existimatum. Quarta* Didyme; *minor quam Lipara. Quinta* Ericusa, *Sexta* Phœnicusa, *pabulo proximarum relicta. Novissima, eademque minima,* Euonymos. Ex omnibus his septem insulis sola Lipara hodie habitatur, apud quam olim Duellius consul primus Romanorum prælio navali Carthaginienses vicit, ut tradit Florus lib. 1. c. 2. Liparæorum urbem non modò ad felicitatem, sed & ad gloriam magna antiquitus feciſſe incrementa, quod pulchris à natura portubus thermisque celeberrimis exornata esset, ad quas multi peculiaribus vexati morbis se conferebant, ac præter opinionem valetudinem pristinam recuperabant, autor est Diodorus Siculus biblioth. historicæ lib. 5. Habuisse etiam hanc insulam famigerata aluminis metalla, unde magnum Liparæis, & Romanis vectigal, frugum verò mediocriter esse feracem, piscium variorum copia, ac arborum fructuum abundâsse, refert idem autor libro citato; de quibus insulis plurima ad nauseam usque congessit Cluv. Siciliæ Antiquæ lib. 2. c. 14.

13 Λίσσος, πόλις Ἰλλυρίας, καὶ ἄκρον Λίσσου.] Lissus, urbs Illyriæ, & promontorium Lissum; promontorium *Acrolissi* dicitur Straboni, qui de eo & de urbe sic loquitur lib. 7. Μεθ' ὃν Ῥιζονικὸν κόλπον, Λίσσος ἐστὶ πόλις καὶ Ἀκρόλισσος καὶ Ἐπίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα, ἡνωμένη Δυρραχίῳ. i. e. *Post verò Rhizonicum sinum, Lissus est urbs & Acrolissus, & Epidamnus, à Corcyræis condita quæ nunc Dyrrhachium.* Memoratur etiam Ptolemæo lib. 2. c. 17. inter Dalmatiæ civitates; Dalmatia verò & Illyris, seu Illyria, quia erant finitimæ, confunduntur apud scriptores, Illyris verò comprehendebat Dalmatiam. Lissum verò urbem à Dionysio Siciliæ tyranno conditam fuisse, ut inde sibi aditum facilem in Epirum aperiret, prodit Diodorus Siculus Bibliothecæ Hist. libro 14. Οὗτος δὲ ἀπιστίαν ἀπεστελκὼς εἰς τὸν Ἀδρίαν ἑπτὰ πόλεις πρότερον ἔτεσιν, ἐπικαιρῶς τῷ τῶν πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Λισσόν. Ἐν ταύτης δὲ ὁρμώμενος Διονύσιος σχολὴν ἄγων πολεμικὰς ναύαρχα Δελφοῖς περιῆρεν, καὶ τείχος περιέβαλε τῇ πόλει, τηλικοῦτο τὸ μέγεθος, ὥστε τὴν πόλιν γενέσθαι τῶν μεγίστων τῶν Ἑλληνίδων πόλεων· κατεσκεύασε δὲ καὶ γυμνάσια μεγάλα καὶ τὸν Ἄναπον ποταμὸν θεῶν τε ναοὺς κατεσκεύασε, καὶ πάλαι τὰ συμβαίνοντα πρὸς αὔξησιν πόλεως καὶ δόξαν. i. e. *Is enim* [Dionysius] *annis non multis ante missa colonia in Adriam, id est ad oram maris Adriatici urbem Lissum ædificaverat; cujus urbis occasione adjutus, dum à cæteris negotiis vacat Dionysius navalia pro* CC. *triremibus exstruxit & tantæ magnitudinis muro urbem circumdedit, ut ambitus urbis maximus esset Græcanicarum urbium: construxit verò & gymnasia magna secundam Anapum amnem, Deorumque templa, & alia quæ ad amplificationem & gloriam urbis conducebant.*

ὤκησν, Θρᾴκες Λοκόζιοι. Καλεκλύσθη ὕ, ὡς Ξάνθος ὁ Λυδὸς, ὃς καὶ Δρὰξ ἔξ χαράφ ἐν τόποις, Λοκοξίτας τέτρας καλῶν. A

colebant Thraces Locozii, diluvio verò obruta fuit, teste Xantho Lydo, qui etiam per *x* scribit in locis, *Locoxitas* hos vocans.

ΛΟΚΡΟΙ Ἐπιζεφύριοι [14], πόλις Ἰταλίας· Ἑκαταίος Εὐρώπῃ. Οἱ πολῖται Λοκροὶ ὁμωνύμως. Τὸ ἐθνικὸν Λόκριος, ὡς Κύπριος. B

LOCRI Epizephyrii, urbs Italiæ, Hecatæus Europa. Cives, Locri ejusdem nominis. Gentile, Locrius, ut Cyprius.

ΛΟΠΑΔΟΥΣΣΑ [15], νῆσος καθ' Θάψον τῆς Λιβύης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἑβδόμῳ γεωγραφουμένων. Τὸ ἐθνικὸν, Λοπαδυσσαῖος. C

LOPADUSSA, insula juxta Thapsum Libyæ, ut Artemidorus, Geograph. lib. 7. Gentile, Lopadussæus.

ΛΟΥΓΔΟΥΝΑ [16], πόλις Κελτογαλατίας· Πτολεμαῖος ἐν πρώτῳ. [17] Καὶ Λουγδουνησία ἐπαρχία.

LUGDUNA, urbs Celtogalatiæ, Ptolomæus in Periplo, & Lugdunensis præfectura.

ΛΟΥΚΑΡΙΑ [18], πόλις Ἰταλίας· Πολύβιος τρίτῳ. [19] Παρὰ δὲ Διονύσῳ Δρὰξ ἔ γράφεται. Οἱ οἰκήτορες, Λουκερῖνοι. D

LUCARIA, urbs Italiæ, Polybius lib. 3. apud Dionys. verò per *e* scribitur. Incolæ, Lucerini.

ΛΟΥ- LU-

14 Λοκροὶ Ἐπιζεφύριοι, πόλις Ἰταλίας.] Locri Epizephyrii, urbs Italiæ, ex Hecatæi Europa, cujus cives, *Locri* eodem modo dicebantur; quatuor verò celebrantur Locri apud scriptores, Epizephyrii, Ozolæ, Epicnemidii, Opuntii, noster autor in Ὀζόλαις tres tantum fuisse ait. Epizephyrios enim & Opuntios eosdem esse tradit. Locri Epizephyrii erant in Italiæ parte, quæ *Magna Græcia* vocabatur, ideo *Locri Italici* etiam dicebantur. Epizephyrii verò vocati sunt, vel à monte Zephyrio, ut Eustathius ad Periegetæ v. 426. vel à vento Zephyro, ut Strabo lib. 6. Reliqui Locri in Græcia Parnassum montem utrinque accolebant, Ozolæ occiduam plagam ad Crissæum usque sinum, medii inter Ætolos, & Phocenses, à gravitate, seu putredine odoris nomen adepti, à situ verò *Hesperii* etiam dicebantur, quorum præcipuæ urbes fuere Euanthis & Amphissa: Epicnemidii à monte Cnemide, Opuntii ab urbe Opunte Patrocli patria nomen habebant, utrique Orientalem Parnassi plagam ad mare usque Euboicum extensi incolebant. Italici originem ducebant ab Opuntiis, quandoquidem eos Poëta *Narycios* vocat Æneid. lib. 3. v. 399.

Heic Narycii posuerunt mœnia Locri.

Ad quem locum Servius: *Namque prius Naryx, Opus postea dicta, eadem & Epicnemidia vocabatur.* Solinus etiam Virgilii sententiam sequitur sui Polyhistoris c. 8. siquidem inter Italiæ oppida à Naryciis Locros memorat. Fuit Locris Proserpinæ fanum celebre, quod cum expilavisset Dionysius, navigabat Syracusas, ac cùm secundissimo vento cursum teneret, ridens fertur dixisse, ut erat impius, *Videtisne, amici, quàm bona à Diis immortalibus navigatio sacrilegis detur?* narrante Cicerone de Natura Deorum libro tertio. Celeberrima est Locrorum pugna ad Sagram fluvium, qui de CXXX. Crotoniatarum millibus victoriam reportârunt, unde ajunt tractam paræmiam contra eos, qui fidem rei non adhibent, *veriora quàm quæ ad Sagram.* Quorum locuples est testis Strabo libro sexto. Celebratur etiam plurimorum præconiis Zaleucus Locrorum legumlator, quem ullum fuisse negabat Timæus, ut Cicero nos docet de Leg. lib. 2. Epist. ad Atticum lib. 6. Epist. 1.

15 Λοπάδουσσα, νῆσος καθ' Θάψον τῆς Λιβύης.] Lopadussa, insula juxta Thapsum Libyæ; utriusque meminit Strabo lib. 17. Εἶτα Θάψος πόλις· καὶ μετ' αὐτὴν νῆσος πελαγία Λοπάδουσα. i. e. *Deinde Thapsus urbs; & post hanc insula est in pelago Lopadusa.* Est naufragio classis Caroli V. imperatoris ac Hispaniarum regis anno CIↃIↃLI. memorabilis, autore Felip. Ferr. Alexandrino in suo lexico Geographico, ad quem locum Michael Antonius Baudrand addit esse inhabitatam insulam in mari Mediterraneo, & LXX. milliaribus distare ab ora Africæ & C. circiter à Melita in occasum versus Adrumetum.

16 Λούγδουνα, πόλις Κελτογαλατίας.] Lugduna, urbs Celtogalatiæ; quis non videt legendum esse, πόλις Κελτογαλατίας, i. e. *urbs Celtogalatiæ.* Celtogalatia enim, non Celtogalalia scribitur, ac sic etiam legitur apud Ptolemæum lib. 2. c. 7. quem noster ad partes vocat. Lugduna autem dicitur Stephano, quæ reliquis Lugdunum. Est autem urbs Galliæ Archiepiscopalis, ac emporium celeberrimum, vulgo *Lyon*, à quo pars Galliæ vocatur Lugdunensis; *dunum* lingua antiqua Celtica significabat eminentem locum, ut docet Menagè scriptor Gallicus de Originibus linguæ Gallicæ, *lugon* verò corvum; utrumque etiam affirmat autor libelli de fluviis, qui Plutarcho adscribitur, in *Arar.* Conditum fuisse Lugdunum ἐν τῷ συμβολῷ Araris & Rhodani, ubi postea templum sumptuosum Cæsari Augusto consecratum, in quo erat ara memorabilis cum inscriptione gentium LX. numero, ac earum singularum imagine, quarum impensa id exstructum fuerat, narrat Strabo lib. 14. A Munacio Planco Ciceronis discipulo, cum Galliam Comatam regeret, conditum fuisse, autor est Euseb. Pamphili Chronic. libro posteriore. Ex Suetonio in vita Caligulæ c. 20. patet, hunc Imperatorem Lugduni instituisse ludos miscellos, & certamen Græcæ Latinæque facundiæ, quo victoribus præmia victi conferebant, eorumdem & laudes coacti componebant. Ad quod videtur alludere Juv. Sat. 1. v. 44.

——— *& sic*
Palleat, ut nudis pressit, qui calcibus anguem
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

Seneca, nescio qua epistola prodit, una nocte sub Nerone centesimo anno, à quo fuerat conditum conflagrâsse. In hac civitate duos Imperatores Romanos natos legimus, T. Claud. Cæsarem, & Aurel. Antoninum Caracallam, ut tradunt Suetonius in Claud. Cæsare, Sextus Aur. Victor in Caracalla. Gratianum Imperatorem Maximi tyranni dolo apud hanc urbem occisum refert Marcellinus Illyricianus in suo Chronico indictione 11.

17 Καὶ Λουγδουνησία ἐπαρχία.] Lege, ἡ Λουγδουνησία ἐπαρχία, ex Ptolemæi lib. 2. c. 7.

18 Λουκερία, πόλις Ἰταλίας.] Lucaria, urbs Italiæ ex Polybii lib. 3. quæ *Luceria* apud Dionysium scribitur; in aliquem depravatum Polybii codicem incidisse videtur autor noster. Namque apud Polybium libro citato *Luceria*, non *Lucaria*, ut inquit, scribitur, ex quo apparet fuisse in Daunia regione, Romanorum coloniam: Εἰς πρῶτον ἐπέβαλε τὴν Δαυνίαν. Ἀξιόλογος ἦ τοῦτο, ὅτι Λουκερίας ἄσης ἀποικίας Ῥωμαίων, ἐπορθῆ τὴν χώραν. i. e. *Primam invasit Dauniam, orsusque in hac à Luceria Romanorum colonia, vastabat regionem.* Quatuor verò hujus nominis celebrantur urbes, Luceria Daniæ, Campaniæ, Umbriæ, & Galliæ Cispadanæ, de quibus consulesis Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 4. c. 12.

19 Παρὰ δὲ Διονύσῳ.] Lege ὡδὲ ἦ Διονυσίῳ. Dionysius enim de Deo, Dionysius verò de viro dicitur.

20 Λε-

ΛΟΥΣΙΑ[20], τῆ Ὑακίνθε θυγατέρων μία. Ἀφ' ἧς ὁ δημότης Οἰνηίδος φυλῆς Λουσεύς.

A LUSIA, erat una, ex Hyacinthi filiabus à qua popularis Oeneïdis tribus, Lusieus.

ΛΟΥΣΙΤΑΝΙΑ[21], μέρος τῆς Βαιτικῆς· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Λουσιτανοί.

LUSITANIA, pars Bæticæ, Marcianus in ejus Periplo. Gentile, Lusitani.

ΛΟΥΣΣΟΙ[22], πόλις Ἀρκαδίας, ὅπου Μελάμπους ἔλουσε τὰς Προίτου θυγατέρας, καὶ ἔπαυσε τὴν μανίας. Ὁ πολίτης Λούσιος, καὶ Λουσεύς, καὶ Λουσιάτης.

B LUSSI, urbs Arcadiæ, ubi Melampus lavit Prœti filias, & ab insania liberavit. Civis, Lusius, & Lusieus, & Lusiates.

ΛΥΓΚΟΣ[23], πόλις Ἠπείρου· Στράβων

C LYNCUS, urbs Epiri, Strabo lib. 7. Sic

20 Λουσία, τῆ Ὑακίνθε θυγατέρων μία, &c.] Cum autor noster agat de populis, non de fœminis, nec viris, suspicor hunc locum sic esse legendum: Λουσία, δῆμος Οἰνηίδος φυλῆς, ἀπὸ μιᾶς τῶν Ὑακίνθε θυγατέρων· Ὁ δημότης, Λουσεύς. i. e. *Lusia, populus Oeneidis tribus, ab una filiarum Hyacinthi. Popularis, Lusieus.* Sic enim solet loqui Stephanus. Quo de populo nihil memorabile referunt Harpocratio, & Suidas, qui ejus quoque meminere.

21 Λουσιτανία, μέρος τῆς Βαιτικῆς.] Lusitaniam, partem esse Bæticæ inquit autor noster ex Marciani Periplo, sed fallitur. Marcianus enim in Lusitaniæ Periplo non ait, Lusitaniam esse partem Bæticæ, sed terminari Bæticam à meridie. Ejus enim loco citato sunt verba: Ἡ Λουσιτανία τῶν Ἑσπερίων ἀποτελεῖται ἀπὸ μὲν ἀρκτῶν τῇ Ταρρακωνησίᾳ παρήκουσα· ἀπὸ δὲ νότου τῇ αὐτῇ Ταρρακωνησίᾳ, ἀπὸ δὲ δύσεως τῷ Ἀτλαντικῷ Ὠκεανῷ, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῇ παρειημένῃ Βαιτικῇ, καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάσσῃ. i. e. *Lusitania Hispaniarum terminatur à septentrionibus quidem Tarrhaconesia Hispania ad occidentalem partem Dorii fluminis, ab oriente verò eadem Tarrhaconesia, ab occasu autem occidentali Oceano, à meridie prædicta Bætica & mari nostro.* Prætermisit Martianus dicere Ana etiam fluvio, qui vulgo Hispanis *Guadiana* dicitur, à meridie dirimi. De hac numquam satis laudata regione, cui nostros debemus natales, parum dicere oportet, ne in adulationem progredi videamur; regio est suis contenta bonis, nec alienis egens propter morum synceritatem, nec indiga ullius præconii amplius: tanta claritas superfluit, de cujus nominis etymologia audi Plinium lib. 3. c. 2. *In universam Hispaniam M. Varro pervenisse Iberos & Persas & Phœnicas, Celtasque & Pœnos tradit. Lusum enim Liberi Patris, aut Lysam cum eo bacchantem nomen dedisse Lusitaniæ, & Pana præfectum ejus universæ. At quæ de Hercule ac Pyrene, vel Saturno traduntur, fabulosa in primis arbitror.* Verosimilis videtur hæc Varronis de Lusitaniæ & Hispaniæ etymologia sententia, etsi Sam. Bochartus in suo Phaleg fol. 698. contrariam sequatur. Veritas enim ex fabulis, quibus antiquitas historiam involvere solet, eruenda est. Atque ratio clamat & suadet, Bacchum seu Dionysum fuisse quemdam potentissimum regem, qui antiquitus plurimas gentes subegerit, à quo & ejus ducibus & præfectis nomina aliquibus impolita fuisse verosimile est. Nunc Lusitania vulgò dicitur *Portugal* parum corrupto nomine à *portu Caliz* circa Durii fluvii ostia, autore Andrea Resendo, etsi alii aliter sentiant; præcipua urbs ac totius Hispaniæ celeberrima, non modo Lusitaniæ est Olyssipo, equarum è Favonio vento conceptu nobilis, ut inquit Plinius. Hanc fabulam alibi explodimus. Id enim confictum fuit propter equorum equarumque in cursu celeritatem, & adhuc hodie hujusmodi phrasiologia vulgò Hispani utuntur, *es hijo del viento*, cum equi celeritatem laudant. Totius regionis celeberrimi fluvii sunt Munda, Minius, Durius, Tagus, duo posteriores extra Lusitaniam fontes habentes eam perfluunt, Tagus prope Olyssiponem, Durius prope Portum, alteram ejusdem regionis celebrem commercio urbem, in Oceanum aquas exonerant. Incolæ semper fuere πολεμικώτατοι, avorum nostrorum ætate audaci felicitate seu felici audacia Atlanticum Oceanum, ac Africæ ignota antea litora, superato bonæ spei promontorio primi navigarunt, ac ultra Garamantas & Indos, imperium protulerunt, profligatis potentissimis Indiarum Regibus, quod Lusitanus olor graphicè expressit Lusiadum cantu primo: & verè cantu, cujus suavitate & dulcedine nemini poëtarum cedit, imo omnes superat, quamvis contra artem opus illud numquam interiturum inceperit, & ei præter gravitatem poëmatis epici versiculum Italum Francisci Petarchæ inseruerit Lusiad. nono, octav. LXXVIII. sed hæc ipsi naturalem illam suavitatem & dulcedinem adimere non valent. Sic enim canit:

As armas, & os varoens assinalados
Que da Occidental praya Lusitana
Por mares nunca d'antes navegados
Passaraõ ainda alem da Taprobana
Em perigos & guerras esforçados
Mais do que promettia à força humana
E entre gente remota edificaraõ
Novo Reyno, que tanto sublimaraõ

E tambem as memorias gloriosas
Da quelles Reys, que foraõ dilatando
A Fe, o Imperio & as terras viciosas
D' Africa & d' Asia andaraõ devastando
E aquelles, que por obras valerosas
Se vaõ da ley da Morte Libertando,
Cantando espalharei por toda à parte
Se à tanto me ajudar o engenho, & arte.

Cessen do Sabio Grego, e do Troyano
As navegaçoens grandes, que fizeraõ:
Calleſe de Alexandro, & de Trajano
A fama das vitorias, que tiveraõ:
Que eu canto o peito illustre Lusitano
A quem Neptuno & Marte obedeceraõ
Ceſſe tudo o que à Musa antigua canta
Que outro valor mais alto se alevanta:

Nostra etiam ætate Hispanorum jugo excusso pristinam recuperarunt libertatem; & hæc de Lusitania sufficiant; de cujus laudibus videsis Athenæum lib. 8. statim in principio libri, ejus descriptionem apud Strabonem lib. 3. Ptolem. lib. 2. c. 7. Melam lib. 3. c. 1. Plinium lib. 4. c. 21. Cluv. Introd. Geograph. lib. 2. c. 3.

22 Λοῦσοι, πόλις Ἀρκαδίας, ὅπου Μελάμπους, &c.] Lussi, Arcadiæ urbs, ubi Melampus, &c. Quæ desumpsit noster ex Pausania, qui libro octavo narrat illam Melampodis & Prœti filiarum seu historiam seu potius fabulam, Lusorum verò urbis nedum ruinas sua ætate exstare inquit: Ὑπὲρ δὲ τὸν Νώνακριν ὄρος ἐστὶν ὑψηλὸν καλούμενον Ἀροάνια καὶ παλαιόν ἐστιν ὂν αὐτοῖς. Ἐς τοῦτο ἀναφυγεῖν τὰ παρθένια τὰς θυγατέρας δὲ Προίτου μανείσας λέγουσιν, ὡς Μελάμπους θυσίαις τε ἀποτρόπαις καὶ καθαρμοῖς καθήκαντο ἐς χωρίον καλούμενον Λοῦσοι· Τὰ μὲν δὴ ὄρος δὲ Ἀροανίων Φενεάτας τε πολλὰ ἐνέμοντο. Οἱ δὲ ὄρους τῆδε Κλειτωρίων εἰσὶν οἱ Λουσοί· πόλιν μὲν δὴ πόλει εἶναι λέγουσι τοὺς Λουσεῖς. i.e. *Supra Nonacrin verò montesque appellatos* Aroania *& spelunca est in ipsis, ad quam confugisse Prœti filias furore correptas dicunt, quas Melampus quibusdam arcanis expiationibus deduxit in locum nomine Lusos; montis verò Aroaniorum partem maximam Pheneatæ incolunt. In finibus enim Clitoriorum sunt Lusi. Urbem aliquando fuisse dicunt Lusos.* Idem paulo infra inquit: Τὰς δὲ θυγατέρας δὲ Προίτου καθήκαντο ὁ Μελάμπους ἐς τοὺς Λουσοὺς, καὶ ἡσυχῇ τε μανίας ἐν Ἀλεισίῳ ἱερῷ. i. e. *Nostra autem ætate ne ruinæ quidem Lusorum extant, filias verò Prœti Melampus deduxit Lusos, & curavit ab insania in Dianæ fano.*

23 Λύγκος, πόλις Ἠπείρου.] Lyncus, urbs Epiri, ex Strabonis lib. 7. apud quem non Lyncus, ut inquit noster, sed Lyncistus dicitur: Καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ Λυγκιστὴν, καὶ Πελαγονίαν, καὶ Ὀρεστιάδα, καὶ Ἐλυμίαν, τὴν ἄνω Μακεδονίαν ἐκάλεν. i. e. *Quin etiam & quæ circa Lyncistum, & Pelagoniam, &*

Ϛων ἑβδόμη. [24] Ἐκλήθη ἀπὸ Λυγκέως. [25] Τὸ ἐθνικὸν, Λυγκιςεύς. Τὸ θηλυκὸν, Λυγκιςίς. Λέγεται καὶ Λύγκιος, ὡς Λύτιος. Λέγεται καὶ Λυγκεύς.

A Sic vocata fuit à Lynceo. Gentile, Lynciſtæ, fœm. Lynciſtis. Dicitur etiam Lyncius, ut Lyttius. Dicitur etiam Lynceus.

ΛΥΓΞ [26], πόλις Λιβύης, πρὸς τοῖς Γαδείροις μετὰ τὴν Ἀτλαντίδα. Καὶ νῆσος Ἀτλαντίς, καὶ πόλις Λυγξός. Ἀρτεμίδωρος. Τὸ ἐθνικὸν Λυγξίτης, καὶ Λύγγιος.

B LYNX, urbs Libyæ, juxta Gades poſt Atlantem. Eſt & inſula Atlantis, & urbs Lynxo, Artemidorus. Gentile, Lynxites, & Lyngius.

ΛΥΔΙΑ [27], ἡ χώρα· Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Λυδὸς, καὶ Λυδαῖος.

LYDIA, regio, Xanthus in pri. Lydiacorum. Gentile, Lydus, & Lydæus.

ΛΥΞΕΙΑ, πόλις Ἀκαρνανίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ, ἀπὸ Λύξεός τινος. [28] Τὸ ἐθνικὸν Λυξεύς, καὶ Λύξα.

C LYXIA, urbs Acarnaniæ, Hecatæ. Europa, à quodam Lyxeo. Gentile, Lyxeus, & Lyxa.

ΛΥΚΑΙΑ [29], πόλις Ἀρκαδίας· Θεόπομπος πεντηκοστῷ ἕκτῳ. Παρὰ δὲ Μενελάῳ Λύκαιον, μεθ' ὃ θ. Οἰκήτωρ, Λυκαῖος. Καὶ Λύκειον τὸ γυμνάσιον, καὶ Λύκειος ὁ Ἀπόλλων.

D LYCÆA, urbs Arcadiæ, Theopomp. lib. 56. apud Menelaum verò invenitur Lycætha cum *th.* Incola, Lycæus, & Lyceum gymnaſium, & Lyceus Apollo.

ΛΥΚΑΟΝΙΑ [30], χώρα Λυκίας τε καὶ Ἰσαυρίας.

LYCAONIA, regio Lyciæ, & Iſauriæ.

Oreſtiada; *& Elymiam* Macedoniam ſuperiorem *vocabant*. At Thucydidi libro quarto dicitur Λύγκος, apud quem & pro regione & pro oppido accipi poteſt. Sic enim ille: Βρασίδας ἢ καὶ Περδίκκας αὐτὼ τούτω ξυμβάσπ ἅμα ἐπὶ Ἀρριβαίους τὸ δεύτερον ἐς Λύγκον. i. e. *Braſidas verò & Perdiccas interea copiis conjunctis bellum Arrhibæo ſecundò intulerunt ad Lyncum.*

24 Ἐκλήθη ἀπὸ Λυγκέως.] Lege ἀπὸ Λυγκέως. Lynceus enim celebratur apud Pauſaniam diverſis locis.

25 Τὸ ἐθνικὸν, Λυγκιςεύς.] Gentile urbis Lyncifti, dicitur *Lynciſtæ*, quod etiam confirmat veram eſſe lectionem apud Strabonem, quia à Lyncos non deducitur *Lynciſtæ*, ſed à *Lynciſtos*, quo gentili etiam uſus eſt Strabo libro citato, iidem apud Thucydidem libro quarto dicuntur Lynceſtæ, ſæpe enim τὸ ι & τὸ η apud ſcriptores confunduntur.

26 Λύγξ, πόλις Λιβύης, πρὸς τοῖς Γαδείροις, &c.] Lynx, urbs Libyæ prope Gades poſt Atlantem montem & inſula. De inſula altum eſt apud alios ſilentium, de urbe verò vide quæ in Λιγξ annotavimus.

27 Λυδία, ἡ χώρα.] Lydia, regio, ſcilicet Aſiæ minoris, quam ſic deſcribit Plinius lib 5. c. 29. *Lydia perfuſa flexuoſis amnis Mæandri recurſibus ſuper Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu ſolis vicina, ad ſeptentrionem Myſiæ, meridiana parte Cariam amplectens*, Mæonia *antea appellata.* Hujus regionis urbes celeberrimæ fuere Sardis, Crœſi regia ad latus Tmoli montis, & Thyatira, fluvii, Pactolus & Hermus hiſtoricis & poëtis decantatus; montium celeberrimus fuit Tmolus vitibus conſitus, ex quo Pactolus auri ramenta deferebat. Celebriores reges fuerunt Atys, Alyattis, Crœſi pater, & ipſe Crœſus calamitate ſua clarior, quam alii; Atys duos perhibetur habuiſſe filios, Lydum & Tyrſenum, ſeu Tyrrhenum, ille *Lydiæ* nomen dedit, cum antea *Mæonia* diceretur; hic in Etruriam coloniam deduxit, à quo hæc regio dicta eſt *Tyrſena*, & *Tyrrhenia*, à qua *mare Tyrrhenum* nomen habet, ac quia Tuſci Etruriæ incolæ à Lydiis originem ducebant, ideo Tibris *Lydius* vocatur à Virgilio Æneid. lib. 2. v. 781.

Ad terram Heſperiam venies, ubi Lydius arva
Inter opima virûm, leni fluit agmine Tibris.

Alyattis regis ſepulchrum Crœſi patris mirandum Herodoti adhuc ætate conſpiciebatur, quod ipſe lib. 1. c. 93. cum Ægyptiorum, ac Babyloniorum operibus comparat; Crœſus celebratur divitiis & Solonis familiaritate. Lydi verò utebantur legibus Græcorum pene ſimilibus, niſi quod filias proſtituebant. Primi numum aureum & argenteum percuſſerunt, ſpectacula inveniſſe gloriabantur, à quibus Romani *ludos* vocarunt, ut inquit Heſychius in Λυδοί. Eos ſubegerunt Perſæ, ac quia Iones Athenienſium auxilio Sardis regiam expugnarunt, Perſarumque præſidiarios milites occiderunt, ideo Darius primum, ac deinde Xerxes paternam cladem ad Marathonem acceptam vindicaturus Græciæ bellum intulerunt, de quibus videſis Herodotum libro citato: olim à Comicis carpebantur, quod molles, intemperantes, & laſcivi eſſent, unde exorta adagia, *Lydus in meridie ludit*, *Lydium melos*, *Lydorum caryca*, de quibus vide Eraſmum. Inde etiam verbum *Lydiazo*, i. e. *Lydorum-mores-imitor.* Mantiſſæ loco eſto *Lydius lapis*, quo aurum & argentum probatur.

28 Τὸ ἐθνικὸν Λυξεύς, καὶ Λύξα.] Cum Lyxeam, Acarnaniæ urbem quæ præter literarum ſeriem locum occupat memoraverit, cujus nullam apud alios inveniebam notitiam, nunc inquit illius gentile eſſe Lyxeus & Lyxates. Pro Λύξα enim legendum puto Λυξάτης, vel Λυξαεύς. Id enim ratio clamat.

29 Λύκαια, πόλις Ἀρκαδίας.] Lycæa, urbs Arcadiæ, & Lycæum gymnaſium, & Lycæus Apollo memorantur in hac ſectione ab autore noſtro, urbis nemo omnium, quod ſciam, fecit mentionem, at Lycæi montis Arcadiæ meminit Virgilius Ecloga 10.

Mænalus, & gelidi fleverunt ſaxa Lycæi.

Ad quem locum inquit Servius, Mænalum & Lycæum eſſe montes Arcadiæ; olim etiam ab incolis Olympus & ἱερὸς τῆς Ἀρκάδων κορυφή. i. e. *ſacer Arcadum vertex*, dicebatur, quod Iovem in eo, non in Creta Arcades educatum fuiſſe contenderent, in quo lucus quoque erat Apollini cognomento *Parrhaſio* ſacer, ut refert Pauſanias in Arcadicis; erat etiam Lycæus mons non ſolum Jovi, ſed & Pani paſtorum Deo ſacer, quandoquidem eruditiſſimus poëtarum Georgic. lib. 1. v. 16. canit:

Ipſe nemus linquens patrium, ſaltuſque Lycæi
Pan ovium cuſtos.

Ab hac etiam urbe deducit noſter Lycii Apollinis nomen, cujus Lyciæ ſortes celebrantur eidem Virgilio Æneid. lib. 4.

Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo
Italiam Lyciæ juſſêre capeſſere ſortes.

Ad quem locum Servius & Cerda tot afferunt hujus nominis etymologias, ut veram dignoſcere non facile poſſis. Ego veroſimiliorem exiſtimo, quam noſter affert, vel quam alii à Lycia regione. Lyceum autem, gymnaſium fuit, in quo Ariſtoteles Athenis Philoſophiam docuit, de quo in Κυνόσαργες egimus. Celebrantur etiam Pauſaniæ libro citato certamina Lycæa in Lycæi Jovis honorem inſtituta.

30 Λυκαονία, χώρα Λυκίας τε, καὶ Ἰσαυρίας.] Lycaonia, regio Lyciæ, & Iſauriæ memoratur inter alios Straboni libro 10. Ptolemæo lib. 5. c. 6. Conſtantino Porphyrogenetæ de Them. lib. 1. Them. 1. cui Phrygiæ ſalutaris pars Iſauriæ finitima verſus Taurum dicitur; Strabo lib. 12. Cappadociæ conterminam facit, cujus præcipuæ urbes fuerunt Iconium, & Adopiſſus; ejus incolæ, *Lycaones* dicebantur, qui ſimul cum Phrygibus, Iſauris, Pamphyliis, & Piſidis Anatolicum incolebant thema, autore eodem Conſtantino libro thematеque citato.

31 Λύ-

Ἰσαυρίας. Τὸ ἐθνικὸν Λυκαόνιος, καὶ Λυκάων, ὁμοφώνως τῷ οἰκιστῇ· καὶ Λυκᾶν, ὡς Μεγιστᾶν. A

riæ. Gentile, Lycaonius, & Lycaon, ejusdem vocis, ac conditor, & Lycan, ut Megistan.

ΛΥΚΑΣΤΟΣ[31], πόλις Κρήτης. Ὅμηρος.

LYCASTUS, urbs Cretæ, Homerus.

Λύκτον, Μίλητόν τε, καὶ ἀργινόεντα Λύκαστον. B

Lyctum, Miletumque & album Lycastum.

Ἀπὸ Λυκάστου ἀνὴρ Λύκαστος. Ὁ πολίτης, Λυκάστιος.

à Lycasto indigena. Civis, Lycastius.

ΛΥΚΑΨΟΣ, κώμη πλησίον Λυδίας· Εὐφορίων Διονύσῳ· Τὸ ἐθνικὸν Λυκάψιος, C ὡς Δαγήψιος, Γαλήψιος.

LYCAPSUS, vicus prope Lydiam, Euphorio Dionyso. Gentile, Lycapsius, ut Dagepsius, Galepsius.

ΛΥΚΕΙΟΝ[32], τὸ γυμνάσιον· καὶ Λύκειος ὁ Ἀπόλλων. Λέγεται καὶ Λυκήϊον.

LYCEUM, gymnasium & Lyceus Apollo. Dicitur etiam Lyceïum.

ΛΥΚΙΑ[33], ἡ χώρα, ἀπὸ Λύκου τοῦ Πανδίονος. [34] Ἔστι καὶ Λυκία ἡ πρὸς Κιλικίαν, ἧς ἦρξε Σαρπηδών. Οἱ οἰκήτορες, Λύκιοι, ὡς Φρύγιοι. D

LYCIA, regio, à Lyco Pandionis filio. Est & Lycia ad Ciliciam, cui imperavit Sarpedon. Incolæ, Lycii, ut Phrygii.

ΛΥΚΟΑ[35], πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῃ. Τὸ ἐθνικὸν Λυκοάτης· καὶ θηλυκῶς, διὰ τοῦ ι.

LYCOA, urbs Arcadiæ, Pausanias lib. 8. Gentile, Lycoates, & in genere fœminino per *i*.

ΛΥΚΟΖΕΙΑ, πόλις Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Λυκόζειοι, ὡς Πείσανδρος πεντεσκαιδεκάτῃ. E

LYCOZEA, urbs Thraciæ. Gentile, Lycozeï, ut Pisander lib. 14.

ΛΥΚΟΡΜΑΣ[36], ποταμὸς, ὃν τινες Εὔηνόν φασι. Τὸ ἐθνικόν, Λυκορμαῖος. F

LYCORMAS, fluvius, quem aliqui *Euenum* dicunt. Gentile, Lycormæus.

ΛΥΚΟΣΘΕΝΗ, πόλις Λυδίας· Ξάνθος πρώτῃ Λυδιακῶν φησὶ καὶ Λυκοσθένειαν Νικό-

LYCOSTHENE, urbs Lydiæ, Xanthus Lydiacorum primo, quam etiam *Lycosthenean*

31 Λύκαστος, πόλις Κρήτης.] Lycastus, urbs Cretæ, ex Homero, cujus apponit versum ex Il. 2. v. 647. quam Strabo lib. 10. sua ætate jam obiisse testatur.

32 Λύκειον, τὸ γυμνάσιον, &c.] De Lyceo gymnasio & Lyceo sive Lycio Apolline videsis quæ in Λύκαια annotavimus.

33 Λυκία, ἡ χώρα, &c.] Lycia, regio erat duplex, prima inter Cariam & Pamphyliam sita, nomen adepta à Lyco rege Pandionis filio, ut inquit noster, quod etiam testatur Mela lib. 1. c. 15. Chimera famigerata monstro, quæ Crago hujus regionis celeberrimo monti affingebatur, qui crebrò ignem eructabat, ut Ætna Siciliæ; quod monstrum graphicè depingit Poëtarum parens Il. 6. v. 181.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα.
Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra.

Sic imitatus est Lucretius & vertit felicius, quàm Ovidius:

Quoque Chimæra jugo mediis in partibus hircum
Pectus & ora leo, caudam serpentis habebat.

Mons ille occasionem fingendi hoc monstrum præbuit Poëtis, in cujus vertice leones, in medio capræ, in radicibus dracones habitabant, cujus fabulam ad amorem deflectebant, qui sicut leo invadit, nec discedit, nisi patrata libidine, quam capra libidinosum animal significat, in fine autem pœnitentiæ morsum draconis instar relinquit; quod monstrum occidisse Bellerophontem fabulabantur, cujus descriptionem videsis apud Strab. lib. 14. & apud Ptol. l. 5. c. 3 altera autem Lycia erat Troica, de qua nota subsequenti.

34 Ἔστι καὶ Λυκία ἡ πρὸς Κιλικίαν, ἧς ἦρξε, &c.] Nunc celebrat alteram Lyciam ad Ciliciam, in qua regnavit Sarpedon, ut inquit noster autor, sed sine autore; at Strabo lib. 12. cum duplices memoret Lycios, neutros ad Ciliciam locat. Alteros enim vocat *Troicos*, alteros ad Cariam: Οἱ δὲ διπλοῖ Λύκιοι δοκοῦσιν αὐτοῖς γένος ὑπόνοιαν παρέχειν, ἥ τε Τρωϊκῶν, ἥ τε πρὸς Καρίαν τὰς ἑτέρας ἀποικισάντων. i. e. *Duplices porrò Lycii suspicionem præbent eamdem gentem, vel Troicorum, vel eorum, qui ad Cariam, alteros in coloniam deduxisse.* Eadem Eustathius refert ad Periegetæ v. 857. Ἱστέον ὅτι διπλοί εἰσιν οἱ Λύκιοι, ὡς καὶ Ὁμήρῳ δοκεῖ· Οἱ μὲν Τρωϊκοὶ, καθὰ καὶ ὁ γεωγράφος φησίν· οἱ δὲ πρὸς τῇ Καρίᾳ. Ἄδηλον δὲ πότεροι τὰς ἑτέρας ἀπῴκισαν. i. e. *Sciendum verò est, duplices esse Lycios, ut & Homero videtur: alteri quidem Troïci, quemadmodum etiam Geographus ait, alteri verò ad Cariam; incertum autem est qui duorum alteros in-coloniam-abduxerint.* Verosimile est de Troïca Lycia loqui Virgilium, cum Æneid. lib. 4. v. 143. ait:

Qualis ubi hybernam Lyciam Xanthique fluenta
Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.

At Servius non novit Lyciam Troïcam, nec Ciliciæ, & illud interpretatur de Lycia absolute dicta Lycia, ut & Cerda. Memorantur etiam apud Poëtas *Lyciæ sagittæ*, & *Lyciæ pharetræ*, de quibus videsis eosdem autores ad Virgilii Æneid. lib. 7. v. 814.

——— *Ut Regius ostro*
Velet honos læves humeros, ut fibula crinem
Auro internectat: Lyciam ut gerat ipsa pharetram.

35 Λύκοα, πόλις Ἀρκαδίας.] Lycoa, urbs Arcadiæ, ex Pausaniæ lib. 8. cujus ætate tantum ruinæ exstabant: Τῶν δὲ ὀρῶν ὑπὸ τοῖς κορυφαῖς, πόλεως σημεῖα Λυκόας καὶ Ἀγέμιδος ἱερὸν, καὶ ἄγαλμά ἐστι χαλκοῦν Λυκοάτιδος. i. e. *ad imas montis* [Mænalii] *partes, urbis sunt signa Lycoæ, & Dianæ fanum & signum est æreum Lycoatidis.*

36 Λυκόρμας, ποταμὸς, ὄνλινες Εὔηνόν φασι.] Lycormas, amnis, quem nonnulli Euenum ajunt; sine dubio id desumpsit noster ex Strabonis lib. 10. Ἐκαλεῖτο δὲ Λυκόρμας πρότερον· καὶ ὁ Νέσσος ὑπονοῶν λέγεται παρ' αὐτὸν διαβεβηκέναι, ὑφ' Ἡρακλέους διωκόμενος, ἐπειδὴ παρὰ μοῦραν τὴν Δηϊάνειραν ἐπιχειρεῖ βιάσασθαι. i. e. *Vocabatur autem* [Euenus] *Lycormas prius; & Nessus hic portitor constitutus, ab Hercule occisus fuisse dicitur, quoniam transvehens Deïaniram conatus est violare.*

κόλαος φησιν. Ὁ πολίτης Λυκοσθενεύς, ὡς Βερενικεύς. Παρὰ δὲ Λυδοῖς Λυκοσθενίτης, ὡς Δικαιαρχίτης.

sthenean Nicolaus vocat. Civis, Lycosthenus, ut Bereniceus. Apud Lydos verò Lycosthenites, ut Dicæarchites.

ΛΥΚΟΣΟΥΡΑ[37], πόλις Ἀρκαδίας, ὑπὸ τῷ Λυκαίῳ ὄρει. Ὁ πολίτης, Λυκοσουρεύς.

LYCOSURA, urbs Arcadiæ in Lycæo monte. Civis, Lycosureus.

ΛΥΚΤΟΣ[38], πόλις Κρήτης, ἀπὸ Λύκτου τοῦ Λυκάονος. Ἔνιοι Λύττον φασὶν αὐτὴν, ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι ἐν μετεώρῳ τόπῳ. Τὸ μὲν ἄνω καὶ ὑψηλὸν, Λύττον φασί. Τὸ ἐθνικὸν, Λύκτιος καὶ θηλυκὸν, Λυκτίς.

LYCTUS, urbs Cretæ, à Lycto Lycaonis filio, aliqui *Lytton*, eam dicunt, quod in edito loco sita sit. Quod enim supra & altum, *Lytton* vocant. Gentile, Lyctius, & fœmin. Lycteïs.

ΛΥΚΩΝ[39], πόλεις δύο· ἡ μὲν ἐν τῷ Λυκοπολίτῃ νόμῳ τῆς Αἰγύπτου. [40] ἡ δὲ ἑτέρα. Τοῦ Συβεννύτου νόμου παράλιος. Τὸ ἐθνικὸν, Λυκωπολίτης.

LYCON, duæ urbes, una in Lycopolite Nomo Ægypti; alia verò Sybennytæ Nomi maritima. Gentile, Lycopolitæ.

ΛΥΚΩΝΗ πόλις Θρᾴκης· Εὐφορίων Ἱππομέδοντι. Τὸ ἐθνικὸν Λυκωναῖος, ὡς Κιώνη Κιωναῖος. Διώλαι καὶ Λυκωνεῖς, ὡς Σινωπεύς.

LYCONE, urbs Thraciæ, Euphorion Hippomedonte. Gentile, Lyconæus, ut Cione, Cionæus. Potest etiam esse Lyconeus, ut Sinopeus.

ΛΥΚΩΡΕΙΑ[41], κώμη ἐν Δελφοῖς· Καλλίμαχος τρίτῳ. Ἀπὸ Λυκωρέως τοῦ βασιλέως. Ὁ πολίτης Λυκωρεύς, καὶ Λύκωρος, καὶ Λυκωρείτης. Ἔστι καὶ Λυκωραῖος Ζεύς, καὶ Λυκώρειον, διὰ διφθόγγου.

LYCOREA, vicus in Delphis, Callimachus lib. 3. à Lycoreo rege. Civis, Lycoreus, & Lycorus, & Lycorites. Est & Lycoræus Jupiter, & Lycoreum per diphthongum.

ΛΥΛΗ[42], πόλις Ἀρκαδίας· Ἀλέξανδρος δευτέρῳ περὶ Λυκωρείας. Τὸ ἐθνικὸν, Λυλαῖος.

LYLE, urbs Arcadiæ, Alexander 2. de Lycorea. Gentile, Lylæus.

ΛΥΡΚΕΙΟΝ[43], ὄρος Ἄργους· Καλλίμα-

LYRCEUM, mons Argorum, Callima-

37 Λυκόσουρα, πόλις Ἀρκαδίας.] Lycosura, urbs Arcadiæ in Lycæo monte, quam Lycaon Pelasgi filius condidit, autore Pausania lib. 8. statim in principio: Λυκάων ὁ Πελάσγου τοσάδε οὗρεν ἢ ὁ πατὴρ εἰ σοφώτερος. Λυκοσούραν τε δὴ πόλιν ᾤκισεν ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ, καὶ Διὰ ὠνόμασε Λυκαῖον, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε Λύκαια. i. e. *Lycaon verò Pelasgi filius nonnulla invenit vel sapientius quam pater suus. Lycosuram enim urbem condidit in monte Lycæo, & Jovem vocavit Lycæum, certaminaque in ejus honorem Lycæa instituit.* Antiquissimam urbium quotquot vel continens vel insulæ sustinent, & quam sol vidit primam (sunt Græcorum nugamenta) fuisse tradit idem Paus. libro citato: Ἀνωτέρω δὲ ὀλίγον τείχους τοῦ ἐσωτέρου ἱδρυνται οἱ Δελφοὶ ὑπὲρ τὸ ἱερὸν· νεὼ δὲ ἐπ' αὐτῷ οἰκεῖον ἐποίησαν τῷ κρηνίδι τῇ Κασταλίᾳ. i. e. *Supra eam verò sita est Lycorea, quo in loco antea siti erant Delphi supra templum; nunc autem ad ipsum habitant templum circa fontem Castalium.* Memoratur etiam Pausaniæ lib. 10.

38 Λύκτος, πόλις Κρήτης, &c.] Lyctus, urbs Cretæ memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 17. Plinio lib. 4. c. 12. Pausaniæ lib. 4. Fuit Idomenei patria, qui ideo Virgilio Æneid. lib. 3. v. 401. *Lyctius* appellatur:

Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus.

Hujus urbis etymologia, quam affert noster, quatenus ad significationem affirmat Hesychius, apud quem legimus: Λυτοὶ, εἰ ὑψηλοὶ τόποι. i. e. *lytti, loca edita.*

39 Λύκων, πόλεις δύο.] Sine dubio scribendum est Λυκώνπολις, πόλεις δύο, i. e. *Lycon polis*, [luporum-urbs] *urbes duæ*; Λύκων enim absolutè sine πόλις non dicitur, sed potest dici Λυκὼ, ut Ἥρω apud nostrum suo loco, Λυκὼ verò dicitur Eunapio in Plotino: Πλωτῖνος ὧν ἐξ Αἰγύπτου φιλόσοφος· τὴν ἐξ Αἰγύπτου νῦν γράφων, καὶ τὴν παλαιὰν προσθήσω, Λυκὼ τοῦτον ὀνομάζεσθαι. i. e. *Plotinus fuit ex Ægypto Philosophus, ex Ægypto nunc scribens & patriam adjiciam, Lyco hanc vocabant.* Straboni verò Λύκα πόλις, i. e. *lupi urbs* dicitur lib. 17. ut Ἑρμοῦ πόλις, i. e. *Mercurii urbs.* Potest etiam dici *Lycopolis*, ut & *Hermopolis*, quia hujusmodi urbium forma utroque modo dicitur. Invenitur etiam apud eumdem Strabonem libro citato Λύκων πόλις, & hoc modo potest etiam scribi apud nostrum autorem. Λύκων enim per se nullo modo potest esse. Duas hujus nominis civitates celebrat Stephanus, alteram in Lycopolite Nomo, alteram in Sebennyte, Ptolemæus verò lib. 4. c. 5. alteram tantum, nempe quæ erat in Lycopolite Nomo, cui etiam dicitur Λύκων πόλις.

40 Ἡ δὲ ἑτέρα, τοῦ Συβεννύτου νόμου.] Pro Συβεννύτου lege Σεβεννύτου. Sebennytes Nomos enim dicitur, non Sybennytes, ut apparet ex Ptolemæi & Strabonis libris citatis.

41 Λυκώρεια, κώμη ἐν Δελφοῖς.] Lycorea, vicus in civitate Delphis, cujus meminit Strabo lib. 9. Ὑπέρκειται δὲ αὐτῆς ἡ Λυκώρεια, ἐφ' ᾗ πύπτει πρόσθεν ἱδρυνται οἱ Δελφοὶ ὑπὲρ τὸ ἱερὸν· νεὼ δ' ἐπ' αὐτῷ οἰκεῖον πρὸς τῇ κρηνίδι τῇ Κασταλίᾳ. i. e. *Supra eam verò sita est Lycorea, quo in loco antea siti erant Delphi supra templum; nunc autem ad ipsum habitant templum circa fontem Castalium.* Memoratur etiam Pausaniæ lib. 10.

42 Λύλη, πόλις Ἀρκαδίας.] Lyle, urbs Arcadiæ, sine dubio erat eadem, quæ Ptolemæo libro 3. c. 16. dicitur Λείλαια, Lilæa, & inter Arcadiæ civitates numeratur. Forsitan scripsit noster Λυλαῖ, à quo factum est Λυλαία. Sæpe enim urbium nomina in αι fiunt singularia addito α, ut Αἴγαι, Αἰγαία, Ἀμφάναι, Ἀμφαναία.

43 Λύρκειον, ὄρος Ἄργους.] Lyrceum, montem Argolidis celebrat Callimachus; Pausanias verò in eadem regione civitatem, Lyrceam, quæ ante Troïanum bellum jam erat deserta, ejus ex lib. 2. sunt verba: Ἐς μὲν δὴ τούτων ἐστὶν ἐξ Ἄργους, ἐξήκοντα μάλιστά πη στάδια, ἐκ δὲ Λυρκείας, ἑτέρα τοσαῦτα ἐς Ὀρνεάς. Λυρκείας μὲν δὴ πόλεως, ἅτε ἠρημωμένης ἤδη καὶ τῶν Ἑλλήνων στρατιὰν ἐπὶ Ἴλιον, ἐκ ἐποιήσατο Ὅμηρος ἐν καταλόγῳ μνήμην. i. e. *Argis quidem ad hanc sunt stadia circiter* LX. *à Lyrcea verò totidem Orneas; Lyrceæ porrò civitatis, utpote quæ jam erat deserta tempore expeditionis Græcorum in Troiam, nullam fecit Homerus in Catalogo mentionem.*

44 Λυ-

μαχ(ος) Ἑκάλη. Τὸ τοπικὸν, Λύρκειον ὕδωρ, καὶ Λυρκήιον. Τὸ ἀρσενικὸν Λύρκει(ος), ὡς Ῥοίτει(ος). A

machus Hecale. Locale, Lyrcea aqua, & Lyrceïum. Masculin. Lyrceus, ut Rhœteus.

ΛΥΡΝΑΤΙΑ, χερρόνησ(ος), καὶ χωρίον Λυκίας· Ἀλέξανδρ(ος) δευτέρῳ φησὶ Λυκίας. Τὸ ἐθνικὸν Λυρναῖδης, ὡς Οἰχαλία Οἰχαλιεύς. Ἀρκάδι(ος) δὲ διὰ τοῦ ει διφθόγγου. B

LYRNATIA, Chersonesus, & regio Lyciæ, Alexander de Lycia secundo. Gentile, Lyrnatieus, ut OEchalia, OEchalieus; Arcadius verò per ei diphthongum scribit.

ΛΥΡΝΗΣΣΟΣ [44], πόλις Τρωϊκὴ, [45] μία τῶν ἑνδεκα τῶν ἐν τῇ Τρωάδι. [46] Τὸ ἐθνικὸν, Λυρνήσι(ος)· Αἰσχύλ(ος) δὲ Πέρσαις, ὡς ἀπὸ τῆς Λύρνα, ἡ Λύρνη, Λυρναῖ(ος). C

LYRNESSUS, urbs Trojana, una ex undecim, quæ in Troade erant. Gentile, Lyrnessius. Æschylus verò Persis, tanquam à Lyrna, vel Lyrne, Lyrnæus.

ΛΥΣΙΜΑΧΕΙΑ [47], πόλις τῆς ἐν Θρᾴκῃ χερρονήσου, ἡ πρότερον Καρδία. Ὁ πολίτης, Λυσιμαχεύς. [48] Ἔστι καὶ πόλις Αἰτωλίας. D

LYSIMACHIA, urbs in Thracia Chersonesi, quæ prius Cardia. Civis, Lysimacheus. Est etiam urbs Ætoliæ.

ΛΥΤΑΙ, χωρίον Θεσσαλίας, ἀπὸ τοῦ λύσαι τὰ Τέμπη Ποσειδῶνα, καὶ σχεδάσαι τὸ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ὕδωρ.

LYTÆ, regio Thessaliæ, sic dicta ἀπὸ τοῦ λῦσαι, i. e. *quod solverit* Tempe Neptunus, ac dispersérit à diluvio aquas.

ΛΥΧΝΙΔΟΣ [49], πόλις Ἰλλυρίας ἀρσενικῶς λεγομένη, καὶ λίμνη θηλυκῶς. Ἡρωδιανὸς Λυχνιτὸν αὐτὸν φησι. Τὸ ἐθνικὸν Λυχνίδι(ος) E

LYCHNIDUS, urbs Illyriæ, masculino genere, & palus fœminino genere. Herodian. *Lychnitum* eum vocat. Gentile Lychnidius,

44 Λυρνησσὸς, πόλις Τρωϊκή.] Lyrnessus, urbs Troïca. Briseidis patria, quam Achilles eversa urbe secum abduxit, ut narrat Homerus Il. 2. v. 690. quare Ovidio Tristium lib. 4. Eleg. 1. v. 15. *Lyrnessis* vocatur:

Fertur, & abducta Lyrnesside tristis Achilles
Hæmonia curas attenuasse lyra.

Strabo lib. 13. inquit Lyrnessum oppidum Troiadis munitum olim, jam sua ætate desertum fuisse. Lyrnessus verò Ciliciæ quem celebrat Quint. Curtius lib. 3. c. 4. diversus erat à Lyrnesso Troadis, ut apparet ex Strabonis lib. 14. Τῶν δὲ ἐν Τροίᾳ Κιλίκων, ὧν Ὅμηρ(ος) μέμνηται, πολυδιεστῶντων ἀπὸ τῶν ἔξω Ταύρου Κιλίκων, οἱ μὲν ἀποφαίνουσιν ἀρχηγέτας τοὺς ἐν τῇ Τροίᾳ τούτων, καὶ δεικνύουσί τινας τόπους καὶ ἔθνη, ὥσπερ ἐν τῇ Παμφυλίᾳ Θήβην, καὶ Λυρνησσόν. i. e. *Cum autem Troiani Cilices, quorum Homerus meminit, longè distent à Cilicibus extra Taurum sitis; quidam his autores generis illos fuisse tradunt, & quædam loca hic etiam monstrant, sicuti in Pamphylia Theben & Lyrnessum.* Lyrnessum, quem Strabo in Pamphylia locat, Curtius in Cilicia ponit, hæ enim regiones erant finitimæ.

45 Μία τῶν ἑνδεκα τῶν ἐν Τρωάδι.] Lyrnessum, urbem Troadis fuisse unam ex undecim, scilicet quas Achilles cepit, ait noster, eæ autem fuere, referente Eustathio ad Homericum versum nota præcedenti citatum, Λυρνησσὸς, Πήδασ(ος), Θήβη, Ζέλεια, Ἀδράστεια, Πίτυα, Περκώτη, Ἄρισβη, Ἄβυδ(ος), Χρύσ(η), καὶ..... i. e. *Lyrnessus, Pedasus, Thebe, Zelea, Adrastea, Pitya, Percote, Arisbe, Abydos, Chrysè.....* Forsitan quæ deficit in textu Eustathii erat Κιλλα, quæ Thebæ erat vicina, autore Strabone lib. 13.

46 Τὸ ἐθνικὸν, Λυρνήσι(ος).] Gentile, Lyrnessius, quod apud Virgilium Æneid. lib. 10. pro Phryx accipitur, ut testatur Servius ad ejusdem Æneid. librum citatum v. 128.

Fert ingens toto connixus corpore saxum
Haud partem exiguam montis, Lyrnessius Agmon.

Idem Servius ad Æneid. lib. 12. v. 547. ubi Lyrnessus celebratur à poëta, inquit fuisse civitatem Phrygiæ, unde fuit Briseis; non est mirandum Servium Phrygiæ assignasse urbem, quam noster Troadi adscribit. Phrygia enim comprehendebat Troadem.

47 Λυσιμάχεια, πόλις τῆς ἐν Θρᾴκῃ χερρονήσου, &c.] Lysimachia, urbs in Thracia Chersonesi, quæ prius *Cardia* vocata fuit, inquit autor noster, sed fallitur secundum Pausaniam, qui hac de urbe sic loquitur lib. 1. Τῷ δὲ Γερωνύμῳ πέμπτῳ μήνι καὶ ἄλλα ἐς Λυσιμάχειαν ἐγκλήματα, μέγιστον δὲ, ὅτι τὴν Καρδιανῶν πόλιν αἰτίαν, Λυσιμάχειαν αὐτ' αὐτῆς ὠνόμασεν ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τῆς Θρᾳκίας χερρονήσου. i. e. *Hieronymo verò* [Cardiano] *& aliæ forsan simultatis causæ contra Lysimachum erant, & maxima, quod Cardianorum urbem evertens pro ea Lysimachiam in Isthmo Thraciæ Chersonesi condidit.* Quin etiam in Excerptis ex Strabonis lib. 7. Cardia, & Lysimachia diversæ sunt urbes: Ὅτι ἐν τῷ Γοθικῷ τῆς χερρονήσου τρεῖς πόλεις κεῖνται· πρὸς μὲν τῷ Μέλανι κόλπῳ, Καρδία· πρὸς δὲ τῇ Προποντίδι, Πακτύη· πρὸς δὲ τῇ μεσογείᾳ Λυσιμαχία. i. e. *Quod in Isthmo Chersonesi tres urbes jacent, ad Melanem sinum, Cardia; ad Propontidem, Pactye; ad mediterraneas partes, Lysimachia.* Ptolem. etiam lib. 3. c. 11. & c. 12. Cardia & Lysimachia, sunt diversæ urbes.

48 Ἔστι καὶ πόλις Αἰτωλίας.] Lysimachia, urbs Ætoliæ memoratur Plinio lib. 5. c. 30. inter Ætoliæ oppida, quæ interciderunt.

49 Λυχνίδ(ος), πόλις Ἰλλυρίας, &c.] Lychnidus, urbs Illyriæ, celebratur à Livio lib. 44. c. 21. *Additus est his tertius L. Anicius Pr. cujus inter peregrinos jurisdictio erat. Eum in provinciam Illyricum circa Lychnidum Ap. Claudio succedere placuit.* Ptolemæus lib. 3. c. 13. eam locat in Macedoniæ regione Dassaretiorum, quos etiam memorat Livius lib. 27. c. 34. *Nuncius ex Macedonia venit, Eropum quemdam corrupto arcis præfectio præfecto, Lychnidum cepisse, tenere & Dassaretiorum quosdam vicos, & Dardanos etiam concire.* Polybius in Excerptis ex ejus lib. IX. legationibus eam vocat *Lychnida*: Ἔδωκαν δὲ καὶ Πλευρᾶτον Λυχνίδα καὶ Πάρθον, ἅσας μὲν Ἰλλυρίδας, ὑπὸ Φιλίππου δὲ τετομένας. i. e. *Dederunt verò & Pleurato Lychnida & Parthum, utrasque civitates Illyrides, quæ fuerant sub Philippi ditione.* Strabo lib. 7. *Lychnidium* appellat: Ἡ μὲν ἐν πᾶσι Ἰγνατία καλεῖται, ἡ δὲ πρώτη ἐπὶ Καυδανίαν λέγουσα ὅρους Ἰλλυρικοὺς ἀπὸ Λυχνιδέως πόλεως καὶ Πυλῶνος, τόπου ὀρίζοντος τὴν τε Ἰλλυρίδα καὶ τὴν Μακεδονίαν. i. e. *Tota hæc Ignatia via vocatur, prima verò ad Candaviam dicitur montem Illyricum per Lychnidium urbem & Pylonem, locum disterminantem in via Illyrida & Macedoniam.* Idem Strabo libro citato eamdem urbem *Lychnidunta* vocat: Διὰ δὲ τούτων ἐστὶ τὸ ἐθνῶν ἡ Ἰγνατία ὁδὸς, ἐξ Ἐπιδάμνου καὶ Ἀπολλωνίας, πρὸς ἣν τῶν ἐπὶ Καυδανίας ὁδὸν, αἵτε λίμνην εἰσὶ αἱ πρὸς Λυχνιδοῦντα, παρεχόμεναι ἰχθύων αὐτάρκειαν ἔχουσαι. i. e. *Per has gentes est via Ignatia ex Epidamno & Apollonia, circa viam autem quæ ducit ad Candaviam sunt lacus circa Lychnidunta, ad piscium sufficientia abundanter suppeditantes.* Ex quibus apparet quam liberi sint scriptores in formando oppidorum terminationes.

50 Καὶ

χνίδιος, [50] καὶ Λυχνία λίμνη, καὶ Λυχνίτης. [51] Ἔστι καὶ Ἀρμενίας Λυχνίτης χωρίον. A

nidius, & Lychnia palus, & Lychnites. Est etiam Armeniæ Lychnites, oppidum seu locus.

ΛΩΜΕΝΤΟΣ [52], πόλις Ἰταλίας, ἐξυπόνως· καὶ ὅσαι εἰς τον, τὴν ὀν συλλαβὴν περιαλήγει. Ἦν καὶ Λαυρεντὸν φασι, μὴ διὰ ρ. B

LOMENTUS, urbs Italiæ, cum tono acuto, & quotquot in τον desinunt, ac in penultima *en* syllabam habent. Quam etiam Lorentum dicunt cum *r*.

ΛΩΡΥΜΑ [53], πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. [54] Ἔστι καὶ λιμὴν Ῥόδου, ὃς Λώρυμα λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν, Λωρυμαῖος.

LORYMA, urbs Cariæ, Hecat. Asia. Est etiam portus Rhodi, qui *Loryma* dicitur. Gentile, Lorymæus.

ΛΩΣ, νῆσος πρὸς Θετταλίαν, ὡς Κῶς· Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῇ ἑνδεκα. Λῷος, ὁ νησιώτης. C

LOS, insula circa Thessaliam, ut Cos, Artemidorus in epitome undecim. Insularis, Lous.

ΛΩΤΟΦΟΡΟΣ [55] χώρα, καὶ Λωτοφαγῖτις γυνή.

LOTOPHORUS, regio, & Lotophagitis mulier.

M. MA- M. MA-

50 Καὶ Λυχνία λίμνη, &c.] Et Lychnia; palus, & Lychnites. In his verbis suspicor inesse mendum. Lacus enim iste nomen videtur desumpsisse ab urbe Illyridis Lychnido, circa quam erant lacus, ut videre est ex Strabonis lib. 7. cujus verba nota proximè præcedenti apposuimus; itaque appellanda erat *Lychnidia*, & incola circa illa loca Lychnidites. Meam conjecturam firmat Polybius, qui lacum istum vocat *Lychnidiam* lib. 5. Καὶ λαβόντες τὴν μὲν Δασσαρήτιδα, Κρεώνιον καὶ Γερόντιον· τὴν δὲ περὶ τὴν Λυχνιδίαν λίμνην, Ἐγχελάνας, Κέραυνα, Σαλίωνα, Βοιές. i. e. *Occupavit etiam* [Philippus] *Dassaretidis*, *Creonium & Gerunta*; *circa Lacum Lychnidiam*, *Enchelanas*, *Ceraca*, *Salionam*, *Bœos*.

51 Ἔστι καὶ Ἀρμενίας Λυχνίτης χωρίον.] Est etiam Armeniæ Lychnites oppidum seu locus. Lychnitidis lacus Armeniæ meminit Ptol. lib. 5. c. 13. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεραι λίμναι, ἥ τε καλουμένη Λυχνίτις, ἧς τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας ϟη μγ δ. i. e. *Sunt & aliæ paludes*, *& quæ vocatur Lychnitis*, *cujus medium gradus habet* 78 43 4. At Lychnitem Armeniæ seu oppidum seu locum nemo celebrat.

52 Λωμβος, πόλις Ἰταλίας.] Lomentus, urbs Italiæ, quæ etiam *Lorentum* dicebatur, ut inquit noster autor, at prioris nominis nulla fit apud alios mentio, *Lorentum* verò Latinis dicitur *Laurentum*. Ego existimo habuisse Stephanum in mente Nomentum, cujus ipse meminit in Νωμβος, quam non longe à Roma locat. Laurentum verò erat prope Ostiam, quæ non longè aberat à Roma, Plinius lib. 3. c. 5. *In principio est Ostia colonia*, *à Romano rege deducta*, *oppidum Laurentum*. Laurens etiam vocitata fuit ab arbusto noto, quorum erat copia in ejus agris, autore Sex. Aur. Vict. de origine gentis Romanæ. Quod etiam apparet ex Herodiano lib. 1. Τότε ὁ Κόμμοδος συμβιβάσαντων αὐτῷ πόνων ἰατρῶν, εἰς τὴν Λαυρεντὸν ἀνεχώρησεν· δύσψυχρότερον γὰρ τὸ χωρίον, καὶ μεγίστοις καθ' ὑπερβολὴν δενδροφορεῖς ἄλσεσιν (ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ χωρίου) σωτήριον εἶναι ἐδόκει, καὶ πρὸς τὴν ἔξω ἀέρος φθορὰν ἀνίσχειν ἐλέγετο, δρόσοις τε τῶν δένδρων ἡδείας σκιάς. i. e. *Tunc Commodus*, *suadentibus quibusdam medicis*, *Laurentum secessit*, *frigidius enim est oppidum*, *& maximis nemoribus Lauriferis opacum* (*unde & nomen oppido*) *conservandæ valetudini idoneum videbatur*, *& aeris corruptioni resistere*, *suavitate odoris arborum & jucunda umbra*. Aliqui confundunt Laurentum cum Lavinio, sed diversæ fuere urbes, ut prodit Strabo lib. 5. Ἀνὰ μέσον δὲ τούτων τῶν πόλεών, ἐστὶ τὸ Λαβίνιον, ἔχον ἡρῷον τῆς Λαβίνων ἱερὸν Ἀφροδίτης· ἐπιμελεῖσθαι δ' αὐτῶν φασι πρεσβύτερον Ἀρδεατῶν. Εἶτα Λαύρεντον. Ὑπέρκειται δὲ τούτων ἡ Ἄρδεα. i. e. *In medio harum urbium est Lavinium*, *quod habet omnibus Latinis commune fanum Veneris*, *quorum curam gerunt à majoribus Ardeatæ*; *deinde Laurentum*; *& supra jacet Ardea*.

53 Λώρυμα, πόλις Καρίας.] Loryma, urbs Cariæ, memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 2. *Larymna* dicitur Melæ lib. 1. c. 16. etsi Plinio lib. 5. c. 28. Loryma & Larymna sunt diversa loca.

54 Ἔστι καὶ λιμὴν Ῥόδου.] Cum præcedenti sectione memoraverit Loryma, Cariæ urbem, nunc memorat Loryma Rhodi portum, cujus mentionem fecit Livius lib. 45. c. 10. *Cum præterveherentur Asiam legati*, *& Loryma venissent*, *qui portus viginti paulò amplius millia ab Rhodo abest*, *ex adverso urbi ipsi positus*: *principes Rhodiorum occurrunt*.

55 Λωτοφόρος χώρα, &c.] *Lotophoros* regio, id est, *lotifera*, cujus incolas Græci vocabant *Lotophagos*, quod loti arboris fructu victitare credebantur, qui adeo erat dulcis & suavis, ut advenis patriæ oblivionem incuteret, unde adagium, *lotum gustavit*. Quod desumptum est ex Odyss. 9. ubi narrat Homerus Ulyssis socios cum ad Lotophagos delati essent, loto gustato vix inde abduci potuisse, de cujus situ non convenit inter autores. Artemidorus apud Strabonem lib. 3. celebrat Æthiopes Lotophagos supra Mauritanos versus occasum extensos, usque ad loca, quæ supra Cyrenen. Apud eumdem autorem libro citato celebrantur etiam alii Lotophagi, qui Meningem insulam incolebant ante parvam syrtin. Scylax Lotophagos Libyes incolere inquit loca, quæ sunt intra Syrtin usque ad os alterius Syrtidis. Alii in ipsa Sicilia Lotophagos Homeri locant, cum ex ipso Homero constet Ulyssem altero die à Lotophagis ad Cyclopas perveniisse, quod fieri nullo modo poterat, si illi Lotophagi essent in Libya. Alii aliter sentiunt, quorum sententias afferre nimis longum foret. Gindanes etiam Libyæ populos solo loto victitâsse narrat Herodotus lib. 4. c. 176. de quibus suo loco egimus. Thuanus hist. lib. 26. autor est, Meningem insulam esse, quæ nunc *Gerbis* dicitur, quam Hispani parum corrupto vocabulo *Jelves* vocant.

1 Μάγας-

M. M.

ΜΑΓΑΡΣΟΣ [1], μέγιστος ὄχθος ἐν Κιλικίᾳ, πρὸς τῇ Μαλλῷ. Τὸ τοπικὸν Μαγάρσιος, καὶ Μαγαρσία Ἀθηνᾶ ἐκεῖ ἵδρυται· ὡς Λυρνησσὸς, Λυρνήσιος. A

MAGARSUS, maximus collis in Cilicia juxta Mallum. Locale, Magarsius, & Magarsia Minerva illic est collocata, ut Lyrnessus, Lyrnessius.

ΜΑΓΔΩΛΟΣ [2], πόλις Αἰγύπτου· Ἑκαταῖος περιηγήσει. Τὸ ἐθνικὸν Μαγδωλίτης, διὰ τὸ Αἰγύπτιον τύπον, Κανωβίτης, Διολιβίτης, Πενταςχοινίτης. C

MAGDOLUS, urbs Ægypti, Hecatæus Periegesi. Gentile, Magdolites, propter Ægyptiam formam, ut Canobites, Diolibites, Pentaschœnites.

ΜΑΓΙΑ [3], πόλις Ἰλλυρίας. Τὸ ἐθνικὸν, δυϊκῶς καὶ Μαγιάτης, καὶ Μαγιανός. [4] Εἰσὶ καὶ Μάγοι ἔθνος περὶ Μηδίαν. D

MAGIA, urbs Illyriæ. Gentile, potest esse & Magiates, & Magianus. Sunt etiam Magi gens circa Mediam.

ΜΑΓΙΣΤΡΙΚΗ [5], χώρα τῶν Ταυρίσκων, ἡ πρὸς τὰ Ἄλπεια ὄρη. Οἱ οἰκήτορες Μαγίστρικες, οἱ τοῖς Γερμανοῖς ὁμορόσι.

MAGISTRICE, regio Taurisorum, qui ad Alpes montes. Incolæ, Magistrices, qui Germanis finitimi-sunt.

ΜΑΓΝΑ [6], νῆσος Λιβυκή· Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν. [7] Ἡ καὶ τῶν Λιβύων φωνῇ Σαμαθὼ, ὅ ἐστι μεγάλη. Τὸ ἐθνικὸν Μαγνίτης, διὰ τὸν Λιβυκὸν τύπον, καὶ τὸν Αἰγύπτιον. E

MAGNA, insula Libyca, Alexand. Libycorum lib. tertio, quæ juxta Libycam linguam *Samatho* vocatur, quod est *magna*. Gentile, Magnites, propter Libycam formam & Ægyptiam.

ΜΑΓΝΗΣΙΑ [8], πόλις πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ,

MAGNESIA, urbs juxta Mæandrum, & regio,

1 Μάγαρσος, μέγιστος ὄχθος ἐν Κιλικίᾳ, &c.] Magarsus, seu Megarsus, utroque enim modo reperitur, erat collis maximus in Cilicia prope Mallum urbem, quæ erat ad fluvium Pyramum, Plinius lib. 5. c. 27. inter Ciliciæ oppida numerat.

2 Μαγδωλὸς, πόλις Αἰγύπτου.] Magdolus, urbs Ægypti, cujus nomen est corruptum ex Hebræo מגדול *Migdol*, apud Hebræos significat *turrim*, cujus fit mentio Exod. c. 14. v. 2. Jerem. c. 46. v. 14. Celebratur etiam ab Herodoto lib. 2. c. 159. apud quam Necos celebris Ægypti rex Syros vicit, autore eodem autore libro citato, hujus etiam regis fit mentio Regum lib. 4. c. 23. v. 29. ubi *Nechoh* vocatur, à quo rex Iosias occisus fuit. In voce illa Διολιβίτης, mendam suspicor, legesis Διολκίτης, vel Διοσπολίτης.

3 Μαγία, πόλις Ἰλλυρίας.] Magiæ, Illyriæ urbis altum est apud alios silentium, nisi forte sit, quæ Ptolemæo lib. 2. c. 15. dicitur *Magniana*, quam inter Pannoniæ oppida recenset, Pannonia verò & Illyria erant confines inter se.

4 Εἰσὶ καὶ Μάγοι ἔθνος περὶ Μηδίαν.] Magi, gens Mediæ fuit, quorum meminit Herodotus lib. 1. c. 101. Plinius lib. 6. c. 26. at nunc usurpatur hoc nominis pro iis, qui Magicis artibus student. Duplex est enim hujus nominis significatio, prior à gente est desumpta, posterior ab studio, sicut & Chaldæorum nomen, qui fuere Babyloniæ populi astrologiæ dediti, unde factum est, ut omnes huic arti dediti vocarentur olim *Chaldæi*, ut apparet ex Cicerone Tuscul. Quæst. lib. 1. *Nam nunc quidem cogitationibus molestissimis effœminamur, ut, si antè mors adventet, quam Chaldæorum promissa consecuti sumus, spoliati magnis quibusdam bonis, illusi, destitutique videamur.* In hoc etiam sensu accipitur apud Juv. Sat. 10.

——— *Tutor habent*
Principis Augustæ Caprearum in rupe sedentis
Cum grege Chaldæo.

Apud Persas verò *Magus* & in malam, & in bonam partem accipiebatur, ut patet ex Hesychio in Μάγον. Sic enim Persæ dicebant, inquit ille, τὸν ἀπατεῶνα, φαρμακοτρίβην, τὸν θεοστυγῆ, καὶ θεολόγον, καὶ ἱερέα, h. e. *Deceptorem, veneficum, pium, & theologum, & sacerdotem.*

5 Μαγιστρικὴ, χώρα τῶν Ταυρίσκων, &c.] Magistrice regio Taurisorum, hodie *Madran* teste Lazio, oppidum Norici in Carinthia, apud Taurum montem inter Villacum & Salisburgum ferè medium.

6 Μάγνα, νῆσος Λιβυκή.] Magnæ insulæ Libycæ nulla apud alios fit mentio; Libyce dicebatur Samatho, de cujus etymologia subsequenti scholio.

7 Ἡ καὶ τῶν Λιβύων φωνῇ Σαμαθώ.] Nomen *Samatho*, quod autor noster interpretatur *magnam*, originis seu Phœniciæ seu Hebrææ videtur esse, cujus diversas affert etymologias Bochartus Geographiæ sacræ parte 2. lib. 2 c. 12. verosimile est deductum esse à שמימה *samaimah* verso *h* in *th*, ut solet fieri, id est *in cælum*, ac si diceres in excelso loco sitam fuisse; *samah* apud Arabes significat *eminere*, *excellere*, unde deducitur שמים *samaim*, quod in lingua sancta significat *cælum*, ut annotavit Mathias Wasmuth in paræneſi sua de linguæ Arabicæ utilitate.

8 Μαγνησία, πόλις πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ, &c.] Magnesia, urbs ad Mæandrum, & regio; Mæander verò fuit Phrygiæ amnis celeberrimus, qui diversas regiones perfluebat, Magnesia autem ejusdem Phrygiæ regio. Fuere etiam diversæ illius nominis urbes, sed duas, ad Mæandrum utrasque celebrat Strabo, alteram Cariæ, alteram Æolidis. Ejus ex lib. 14. sunt verba: Ἔστιν ἐν σταδίοις τέτταρσι κώμη Καρικὴ Θυμβρία· παρ' ἣν ἐστὶν ἄντρον ἱερὸν, Χαρώνιον λεγόμενον, ὀλεθρίους ἔχον ἀποφοράς· Ὑπέκειται δὲ Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, Μαγήτων ἀποικία τῶν Θετταλίας, καὶ Κρητῶν. i. e. *Quatuor inde stadiis* [à Myunte] *pagus est Cariæ Thymbria; apud quam sacra est spelunca* Charonium *nomine, quæ pestilentibus*

ὄρῳ, ᾗ χώρα, ἀπὸ Μάγνητος. Ὁ πολίτης, Μάγνης, ὁμωνύμως τῷ οἰκιστῇ. Τὸ ἐθνικὸν, Μάγνησα ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, καὶ Μάγνησις ὡς παρὰ Παρθενίῳ, ᾗ Μαγνῆτις, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ. A & regio, à Magnete. Civis, Magnes, ejusdem nominis cum conditore. Gentile, Magnessa apud Callimachum, & Magnesis apud Parthenium, & Magnetis apud Sophoclem.

ΜΑΔΡΗΝΟΙ[9], ᾗ Μανδιανῖται, ἔθνος Ἀραβίας. Εἴπαμεν ὅτι οἱ Ἄραβες τοῖς δυσὶ τύποις χρῶνται. B MADRENI, & Mandianitæ, gens Arabiæ. Diximus verò, quod Arabes duabus utantur formis.

ΜΑΔΥΤΟΣ[10], πόλις Ἑλλησπόντου· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ, καὶ ἄλλοι. Τὸ ἐθνικὸν Μαδύτης, ὡς Βηρύτιος, Σηστιος· καὶ ἀπὸ τῆς Μάδυτα, Μαδυτεύς. C MADYTUS, urbs Helleſpontia, Hecatæ. Europa, & alii. Gentile, Madytius, ut Berytius, Seſtius, & à Madyta, Madyteus.

ΜΑΖΑΚΑ[11], πόλις Καππαδοκίας, ἡ νῦν Καισάρεια. Τὸ ἐθνικὸν Μαζακηνός· Λέγεται καὶ Μαζακεὺς, ὡς Τύανα Τυανεύς. Λέγεται καὶ ἀπὸ Μαζάκων. D MAZACA, urbs Cappadociæ, nunc *Cæſarea*. Gentile, Mazacenus. Dicitur etiam Mazaceus, ut Tyana, Tyaneus. Dicitur etiam à Mazacis.

ΜΑΖΑΡΗ[12], φρούριον Σελινουντίων. Τὸ ἐθνικὸν Μαζαρεῖος, ὡς Ἐννεῖος, Ἱμεραῖος. MAZARE, caſtellum Selinuntiorum. Gentile, Mazaræus, ut Ennæus, Himeræus.

ΜΑΖΥΕΣ[13], οἱ Λιβύης νομάδες· Ἑκαταῖος MAZYES, Libyæ Nomades, Hecatæ. Pe-

lentibus exhalationibus, avibus eſt invia. Supra-ſita eſt Magneſia, quæ ad Mæandrum, colonia Magnetum qui in Theſſalia & Cretenſium. Hanc in panem datam fuiſſe Themiſtocli a Xerxe, tradit idem autor libro citato, ubi paulò infra celebrat Magneſiam Æolidis ad Mæandrum hiſce verbis: Ἔστι δὲ καὶ τὰ χωρία ταῦτα Λυδῶν καὶ Καρῶν ἐπίμικτα καὶ τῶν Ἑλλήνων. Πρώτη δέ ἐστιν ἐξ Ἐφέσου Μαγνησία πόλις Αἰολὶς, λειμῶνι ὑπὸ Μαιάνδρῳ· πλησίον δὲ αὐτῆς ἱδρυται. i. e. *Sunt verò & hæc oppida Lydis, & Caribus & Græcis communia. Prima autem ab Epheſo eſt Magneſia, urbs Æolica, cognomento* ad Mæandrum; *prope eum enim ſita eſt.* Duas item memorat Ptolemæus lib. 5. c. 2. quarum alteram locat in Lydia, & *Magneſiam ad Sipylum* vocat, alteram verò in Caria, & *Magneſiam ad Mæandrum* appellat. Utraſque quoque celebrat Liv. lib. 37. c. 44. *Legati ab Thyatira & à Magneſia ad Sypilum ad dedendas urbes venerunt. Antiochus cum paucis fugiens, in ipſo itinere pluribus congregantibus ſe, modica manu armatorum medii ferme nocte Sardeis conceſſit: inde cum audiſſet Seleucum filium & quoſdam amicorum Apameam prægreſſos, & ipſe quarta vigilia cum conjuge ac filia petit Apameam, Zenoni tradita cuſtodia urbis, Timone Lydiæ præpoſito, quibus ſpretis conſenſu oppidanorum & militum, qui in arce erant, legati ad conſulem miſſi ſunt. Sub idem fere tempus & ab Trallibus & à Magneſia, quæ ſuper Mæandrum eſt, & ab Epheſo legati ad dedendas urbes venerunt.* Omnium hujus nominis civitatum gentilitium eſt Magnes; lapis verò magnetis, quare id nominis adeptus ſit, dubitant criticorum παῖδες. Alii enim inter quos Nicander apud Plinium lib. 36. c. 16. ab inventore, qui eum in Ida monte reperit, ſic appellatum fuiſſe contendunt; alii verò, quod in Magnetum regione oriatur, inter quos Lucretius lib. 6.

Quod ſupereſt, agere incipiam, quo fœdere fiat
Naturæ, lapis hic ut ferrum ducere poſſit
Quem magneta *vocant patrio de nomine Graii*
Magnetum quia ſit patriis in finibus ortus.

Variis inſignitur nominibus, non ſolum enim magnetis, ſed etiam ſideritis ab effectu, quod ferrum trahat, & *Heracleotis*, ſeu *Heraclius lapis* non ab Hercule, ut aliqui putant, ſed ab Heraclea Thraciæ urbe, cujus admirabili virtute patuere nobis maria nullius ante trita ſolo, ut Lucretii verbis utar. Eius uſum veteribus ignotum fuiſſe cenſeo. *Verſoria* enim Plauti in Mercatore nihil cum pyxide nautica habet commune. Apud illum enim *verſoria* nihil aliud eſt, niſi funis, quo navis velum vertitur, de quibus videſis Turnebum adverſ. lib. 10. c. 4. Magneſiæ ad Mæandrum ajunt Themiſtoclem ultimum obiiſſe diem circa quam poſtea volventibus annis Antiochus rex ab Scipione victus fuit; unde Scipio *Aſiatici* nomen meruit. Aberat ab Epheſo XV. M. paſſuum, antea *Theſſaloce*, & *Androlitia* nominata, autore Plinio lib. 5. c. 29. Strabo lib. 12. tradit, ſua ætate terræmotu corruiſſe.

9 Μαδρηνοὶ, ᾗ Μανδιανῖται, ἔθνος Ἀραβίας.] Madreni, & Mandianitæ, gens Arabiæ. In utroque nomine mendum ineſſe exiſtimo, ac legendum Μαδιανοὶ ᾗ Μαδιανῖται. i. e. *Madieni & Madianitæ.* Namque hæc nomina nemo negabit deduci ab Hebræo מדין *Madian*, regio in ſacris libris ſatis nota, ac ſeceſſu Moſis à facie Pharaonis celebris Exod. c. 2. v. 15.

10 Μαδυτὸς, πόλις Ἑλλησπόντου.] Madytus, urbs Cherſonneſi in Helleſponto, cujus meminit Herodotus lib. 7. c. 33. Ἔστι δὲ τοῦ χερσονήσου τοῦ ἐν Ἑλλησπόντῳ, Σηστοῦ πόλεως μεταξύτατα καὶ Μάδυτος, ἀκτὴ παυχὰ ἐς θάλασσαν κεκλίκυσα, Ἀβύδῳ καταντίον. i. e. *Eſt autem Cherſoneſi in Helleſponto, Seſtum inter urbem & Madytum, ora ſalebroſa, quæ in mare pertingit, e regione Abydi.* Ejus quoque meminit Livius lib. 31. c. 16. *Inde progreſſus ad Cherſoneſum, Elæunta & Allopeconneſum, tradentibus ipſis, recipit. Callipolis quoque & Madytos dedita, & caſtella quædam ignobilia.*

11 Μάζακα, πόλις Καππαδοκίας, ἡ νῦν Καισάρεια.] Mazaca, orum, urbs Cappadociæ, nunc *Cæſarea*, de qua vide quæ in Καισάρεια annotavimus.

12 Μαζάρη, φρούριον Σελινουντίων.] Mazare, caſtellum Selinuntiorum, quod aliis *Mazarum* neutro ſingul. & plurali dicitur; Selinuntii verò, quorum urbs Selinus fuere in Sicilia, illius ſit mentio in eclogis ex Diodori Siculi lib. 23. fuit etiam amnis nomen in eadem Sicilia, autore Ptolemæo lib. 3. c. 4. à quo forſitan caſtello nomen. Nam ut inquit Duris apud noſtrum in Ἀκραγαντῖνοι, plurimæ Siciliæ civitates à fluviis denominabantur.

13 Μάζυες, οἱ Λιβύης Νομάδες.] Tres diverſas gentes Libyæ celebrat autor noſter, Mazyes, Maxyes, & Machmes, paulò infra quoque Macryes, ſeu Macries; apud Herodotum verò duas tantum reperio hujus nominis gentes, Machlyes & Maxyes, de altera ſic loquitur lib. 4. c. 178. Λωτοφάγων ᾗ τὸ ὄρος θάλασσαν ἔχοντα Μάχλυες, λωτῷ μὲν καὶ οὗτοι χρεώμενοι, οὐκὺ ἧσσον τοῦ πρότερον λεχθέντων. Καλήκεται δὲ ἐπὶ πλεῖστον μέγαν, τῷ οὔνομα Τρίτων ἐστί. i. e *Lotophagis juxta mare vicini ſunt Machlyes, loto & hi utentes, ſed minus quàm dicti ante; pertingunt autem uſque ad amnem magnum, cui nomen eſt* Triton. De altera verò libro citato c. 191. ita: Τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρην καὶ Τρίτωνα ποταμὸν, Αὐσέων ἔχοντα ὀλίγην ἤδη Λίβυες, καὶ οἰκίας νομίζοντες ὁπλῆσι, τοῖσι οὔνομα κεῖται Μάξυες. i. e. *Ab occidentali verò parte Tritonis fluvii Auſes contingunt aratores jam Libyes & qui domos habere conſueſcunt, quibus nomen eſt* Maxyes. Amm. Marcellinus lib. 29. c. 27. Mazices celebrat, Suetonius in Nerone c. 31. Mazaces, viderint doctiores, & de eis judicent. His adde etiam Machryes Ptolemæi lib. 4. c. 3.

14 Μαιαν-

τοῦος περιηγητ. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Μάξυες, καὶ ἕτεροι Μάχμες.

A Periheg. sunt & alii Mazyes, & alii Machmes.

ΜΑΖΑΙΝΑ, πόλις Παλαιστίνης, ἀπὸ Μαζαίνα. Οἱ πολῖται Μαζαινῶται.

MAZÆNA, urbs Palæstinæ, à Mazæno. Cives, Mazæneni.

ΜΑΪΑ, πόλις Ἑλλησποντία. Τὸ ἐθνικὸν Μαιάτης, καὶ πρόσθεσιν τ.

MÆA, urbs Hellespontia. Gentile, Mæates addito *tes*.

B

ΜΑΙΑΝΔΡΟΥΠΟΛΙΣ[14], Μαγνησίας πόλις, [15] ὡς Φλέγων ἐν Ὀλύμπῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μαιανδροπολίτης. Εἰ δέ ἐστι Μαίανδρος ἡ πόλις, τὸ ἐθνικὸν Μαιάνδριος.

MÆANDROPOLIS, Magnesiæ urbs, ut Phlegon in Olympo. Gentile, Mæandropolites. Quod si est Mæandrus urbs, gentile, Mæandrius erit.

ΜΑΙΔΟΙ[16], ἔθνος Θρᾴκης, πλησίον Μακεδονίας. Ἐκ τούτων μεταβάντες τινὲς εἰς Μακεδόνας, Μαιδοβίθυοι ἐκλήθησαν. Τὸ ἐθνικὸν Μαιδικὸς, καὶ Μαιδική.

C

MÆDI, gens Thraciæ, prope Macedoniam, ex his profecti aliqui in Macedones, *Mædobithyni* vocati fuere. Gentile, Mædicus, & Mædica.

ΜΑΙΝΑΛΟΣ[17], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Μαινάλου καὶ Λυκάονος. Τὸ ἐθνικὸν, Μαινάλιος· καὶ θηλυκὸν, Μαιναλία, καὶ Μαιναλίτης, ὡς Ἴναχος Ἰναχίτης· [18] Καὶ Μαιναλεὺς, ὡς Σηνιεὺς, ἀφ' ὃ ὄρος τὸ Μαίναλον. Ἔστι καὶ Μαιναλία, πόλις Γαλατίας.

D

MÆNALUS, urbs Arcadiæ, à Mænalo Lycaonis filio. Gentile, Mænalius, & fœm. Mænalia, & Mænalites ut Inachus Inachites, & Mænaleus, ut Sunieus à monte Mænalo. Est etiam Mænalia, urbs Galatiæ.

ΜΑΙΝΟΒΩΡΑ[19], πόλις Μασιηνῶν· Ἑκαταίου Εὐρώπη. Τὸ ἐθνικὸν, Μαινοβωρεῖος.

E

MÆNOBORA, urbs Mastienorum, Hecatæ. Europa. Gentile, Mænoboræus.

ΜΑΙΟΝΙΑ[20], ἡ Λυδία, ἀπὸ Μαίονος ποταμοῦ, ὃς πρὸς τῇ Ἀχαΐδα γῇ ῥεόντος. Τὸ

MÆONIA, Lydia, à Mæone fluvio, qui circa Achaidem terram fluit. Gentile, Mæo-

14 Μαιανδρόπολις, Μαγνησίας πόλις.] Mæandropolis, Magnesiæ urbs. Magnesia autem erat quædam Phrygiæ regio, illius meminit Plinius lib. 5. c. 29. inter Cariæ oppida.

15 Ὡς Φλέγων ἐν Ὀλύμπῳ.] Pro ἐν Ὀλύμπῳ lege fidenter ἐν Ὀλυμπιάσι, i. e. *in Olympiadibus*, Phlegon enim scripsit Olympiadum diversos libros.

16 Μαιδοὶ, ἔθνος Θρᾴκης, πλησίον Μακεδονίας.] Mædi, gens Thraciæ prope Macedoniam, memotantur Plinio lib. 4. c. 1. Ptolemæus quoque lib 3. c. 11. in Thracia versus Macedoniam celebrat præfecturam Mædicam, Aristoteles autem de hist. animalium lib. 9. c. 45. Mædicam regionem, quam à Pæonica disterminabat mons Messapus; Strabo etiam lib. 7. Mædorum Thraciæ gentis meminit, apud quem, non rectè sine diphthongo scribitur eorum nomen, de Medis verò Asiæ populis & eorum regione videsis, quæ in Μηδία annotamus.

17 Μαίναλος, πόλις Ἀρκαδίας.] Mænalus, urbs Arcadiæ, cujus meminit Strabo lib. 8. inter Arcadiæ civitates, quæ sua ætate jam non extabat; Plinio lib. 4. c. 6. dicitur *Mænalea*, ejus gentile dicitur *Mænalius*, quod pro *Arcadicus* usurpatur ab Virgilio, ut interpretatur Servius ad illius Eclogam 8. v. 21.

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

Arcades enim erant μισηνόπεδοι omnium, ut in Ἀρκὰς annotavimus. Invenitur etiam gentilitium Μαιναλίτης. Sic enim legendum est, non Μαιαλίτης, ut est apud Stephanum.

18 Καὶ Μαιναλεὺς, &c.] A monte Mænalo gentile dicitur Mænaleus. Mænalus verò mons erat inter Arcadicos montes insignis, teste Strabone lib. 8. cui Μαίναλος dicitur. Erat autem Pani pastorum deo sacratus, autore Pausania in Arcadicis. Τὸ δ' ὄρος τὸ Μαινάλιον, ἱερὸν μάλιστα εἶναι Πανὸς νομίζουσιν· ὥστε οἱ πρὸ αὐτοῦ καὶ ἐπακροᾶσθαι συρίζοντος Πανὸς λέγουσι. i. e. *Mons verò Mænalus sacrum præcipue esse Panos existimant; adeò ut qui circa eum habitant, fistulacanentem Pana audire dicant.* Id etiam apparet ex poëtarum eruditissimo Ecloga 8.

Mænalus argutumque nemus, pinosque loquentes
Semper habet: semper pastorum ille audit amores
Panaque ——

Idem Georgicorum lib. 1. v. 17. neut. plur. usurpat;

Pan ovium custos, tua si tibi Mænala curæ
Adsis, ô Tegeæ favens.

Eodem etiam modo utitur Ovid. Met. lib. 1.

—— *Latebris horrenda ferarum*
Mænala ——

19 Μαινόβωρα, πόλις Μασιηνῶν.] Mænobora, urbs Mastienorum. Mastieni verò seu Mastiani fuere populi Hispaniarum ad Herculeas columnas, ut ait noster in Μασιανοί, *Mænobora* verò urbs πρὸς τῷ ἐμπῷ est eadem, quæ Melæ lib. 2. c. 6. *Mænoba*, Ptolemæo lib. 2. c. 4. *Manoba*, Straboni, cujus ex lib. 3. appono verba, Mænoba: Τούτων δ' ἐστὶν ἥττ Ἄσταπα, καὶ Νέβρισσα, καὶ Ὄνοβα, καὶ Σόνοβα, καὶ Μαίνοβα, καὶ ἄλλαι πλείους. i. e. *Harum verò sunt Asta, Nebrissa, Onoba, Sonoba, Mænoba, & aliæ plures.* Ejus hodie nedum ruinæ exstant.

20 Μαιονία, ἡ Λυδία.] Mæoniam regionem, vocatam fuisse *Lydiam* à Lydo scilicet Atyis filio inquit; quod desumpsit vel ex Strabonis lib. 13. vel ex Herodoti lib. 7. c. 74. cujus sunt verba: Οἱ δὲ Λυδοὶ, Μήονες ἐκαλέοντο πάλαι· ἐπὶ δὲ Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος ἔχον τὸ ὄνομα, μεταβαλόντες τὸ οὔνομα. i. e. *Lydi verò antiquitus vocabantur* Meones, *sub Lydo autem Atyis filio mutarunt nomen.* Ex nostris etiam id inquit Plinius lib. 5. c. 29. Quare Virgilio Æneid. lib. 11. *Lydii* vocantur *Mæonidæ*.

—— *Ducis exemplum eventumque secuti*
Mæonidæ.

A fluvio Mæonio Mæoniam regionem nomen accepisse tradit, in quo sibi non constat, cujus regionem Catacecaumenen, quæ optimum ferebat vinum, celebrat Strabo lib. citato, quare *Bacchus* dicitur *Mæonius* Virgilio Georgicorum lib. 4. v. 380.

—— *Cape Mæonii carchesia Bacchi.*

De quo videsis Cæl. Rhodig. Lect. Antiq. lib. 7. c. 14. At *Mæonius vates*, & Mæonides, dicitur *Homerus*, & Mæonia carmina vocantur *Homerica*, quia *Mæon* creditur fuisse Homeri pater, ideo Martialis Epigram. lib. 5. Epigram. 10. inquit:

Ennius est lectus salvo tibi, Roma, Marone
Et sua riserunt sæcula Mæonidem.

Idem Epigram. lib. 14. Epigram. 183.

Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.

Τὸ ἐθνικὸν Μαιόνι⊙, καὶ Μαιονία θηλυκόν· καὶ Μαίων, ὁμωνύμως τῷ οἰκιστῇ, ἀφ' οὗ ἡ χώρα. A

Mæonius, & Mæonia fœm. & Mæon, onis, ejusdem nominis ac conditor, à quo regio.

ΜΑΙΩΤΑΙ[21], ἔθν⊙ Σκυθικὸν, μέγιστον καὶ πολυάνθρωπον. Καὶ τὸ θηλυκὸν, ὡς Μαιῶτις λίμνη, [22] ἣν φασι κληθῆναι B ἀπὸ Εὐξείνου πόντου. [23] Εἴσι καὶ Μαιῶτις ἰχθύς τις. Λέγεται καὶ κληθικὸν Μαιωτικός.

MÆOTÆ, gens Scythica maxima, & populosa, & fœmineum, ut Mæotis palus, quam ajunt ab Euxino Ponto vocatam fuisse. Est etiam Mæotis, piscis quidam. Dicitur etiam possess. Mæoticus.

ΜΑΚΗ[24], Κελτικὴ πόλις· εὕρηται καὶ Μανάκη Κελτικὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Μανακηνός. C

MACE, Celtica urbs. Invenitur etiam Mænace, Celtica urbs. Gentile, Mænacenus.

ΜΑΚΑΙ[25], ἔθν⊙ μεταξὺ Καρμανίας καὶ Ἀραβίας.

MACÆ, gens inter Carmaniam, & Arabiam.

ΜΑΚΕΛΛΑ[26], πόλις Ἰταλίας, κέκληται ἀπὸ Μαλακιθήνης ἐν αὐτῇ Φιλοκτήτου. Τὸ ἐθνικὸν Μακελλαῖ⊙, ὡς Γογγυλαῖος. D

MACELLA, urbs Italiæ, sic vocata fuit ἀπὸ τῆ⊙, &c. h. e. *Quod in ea Philoctetes agrotaverit.* Gentile, Macellæus, ut Gongylæus.

ΜΑΚΑΡΕΑΙ[27], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Μακαρέως τοῦ Λυκάονο⊙. Τὸ ἐθνικὸν Μακαρεὺς, καὶ Μακαρεάτης, καὶ Μακαρία. Κατὰ δὲ Ῥωμαίους, Βέατα. Τὸ ἐθνικὸν, Μακαρευς. E

MACAREÆ, urbs Arcadiæ, à Macareo Lycaonis filio. Gentile, Macareus, & Macareates, & *Macaria*, secundum Romanos, *Beata*. Gentile, Macarieus.

MA-

21 Μαιῶται, ἔθν⊙ Σκυθικὸν, μέγιστον, &c.] Mæotæ, arum, populi Scythici, qui juxta Mæotin paludem habitabant, totius orbis celeberrimam, à quibus nomen accepit, ut inquit Plinius lib. 4. c. 12. cui etiam *palus Mæotica* dicitur lib. 2. c. 57. Scythæ eam vocabant *Temerinda*, quod nominis significabat *matrem maris*, ut ipse refert lib 6. c. 7. *Matrem Ponti* vocatam fuisse testatur Herodot. lib. 4. c. 87. Periegetes v. 165. & Eustath. ad versum citatum, cujus hic subjiciam verba: Ἔθν⊙ ὃ καὶ οἱ Μαιῶται Σκυθικοὶ, πολυανθρωποτάτου τε, καὶ ἀλκιμωτ, ἀνδρες γεωργοὶ, καὶ πολεμικοί. i. e. *Gens vero & Mæotæ Scythica, & populosa, & valida, viri agricolæ, & bellatores.* Reliqua Eustathii verba subsequenti nota appono. Quos *Tartaros* nunc vocari ait Niger Geograph. Comment. 9. Regio, *Mæotica tellus* dicitur Virg. Æn. lib. 6.

22 Ἣν φασι κληθῆναι ἀπὸ Εὐξείνου πόντου.] Mæotin paludem vocatam fuisse ab Euxino ponto inquit; quis non videt in his verbis aliqua deficere, quæ sic restituo *ἣν φασι κληθῆναι ἀπὸ Μαίαν εἶναι Εὐξείνου πόντου.* i. e. *Quam ajunt sic vocatam fuisse, quod* Mæa *id est* nutrix *esset Euxini ponti.* Hanc veram esse hujus loci lectionem nos docet Eustathius ad Dionysii v. 165. Τὴν τοιαύτην Μαιῶτιν μητέρα τοῦ πόντου καλοῦσιν. Οὕτω καὶ τότε τινὲς φασι λαχεῖν αὐτὴν τοῦ ὀνόματο⊙. Μαῖα γὰρ ἡ τροφός. i. e. *Hujusmodi autem Mæotin* matrem ponti *vocant; unde & nomen hoc nonnulli sortitam esse dicunt;* Mæa *enim est nutrix.* Hæc celeberrima palus *Zabacca* hodie vocatur, ut inter alios prodit Paul. Jovius libro 14.

23 Εἴσι καὶ μαιῶτις ἰχθύς τις.] Pro μαιῶτις lege μαιώτης. Athenæus enim mœoten piscem celebrat lib. 7.

24 Μάκη, Κελτικὴ πόλις.] Mace, seu Mænace Celtica urbs. Oppidum est Norici in Austriæ Carinthiæque confinio, nunc pagus ab incolis *Matnicz* dictus, teste Lazio, qui putat esse Antonini *Gabrumagum.*

25 Μάκαι, ἔθν⊙ μεταξὺ Καρμανίας, &c.] Macæ, gens inter Carmaniam & Arabiam. Duas hujus nominis gentes celebrant scriptores, alteram, de qua agit noster auctor, cujus fecere mentionem Strabo lib. 16. Ptolemæus lib. 6. c. 7. ex nostris Pomp. Mela lib. 3. c. 8. cujus ecce verba: *Alterum latus ambit plaga, quæ inter utrumque pelagus excurrit, Arabia dicitur cognomine Eudæmon, angusta, verum cinnamomi & thuris aliorumque odorum maxime ferax: majorem Sabæi tenent partem; ostio proximam & Carmanis contrariam Macæ.* Horum promontorium, quod incolæ appellabant *Maces*, oppositum erat promontorio Carmaniæ, quod vocabatur *Harmozon*, ut narrat Amm. Marcellinus lib. 23. c. 18. *Hæ regiones in amplitudines diffusæ longas & latas, ex omni latere insulosum & celebre Persicum ambiunt mare: cujus ostia adeò esse perhibentur angusta, ut ex Harmozonte Carmaniæ promontorio contra oppositum aliud promontorium, quod appellant incolæ* Maces, *sine impedimento cernatur.* Eadem penè refert Eratosthenes apud Strabonem libro citato. Hormozon promontorium ajunt esse, quod nunc vulgò dicitur *Ormus* seu *Hormus* corrupti nominis adhuc hodie vestigia servans. Nescio qua autoritate fretus Hottingerus Hist. Orient. lib. 1. c. 5. inquit Macas esse Muhammedis patriam, quæ vulgo dicitur *Mecca*, cum Macæ sit nomen gentis, non urbis. Alteram ejusdem nominis gentem inter Africæ Cyrenaicæ populos celebrat Plinius lib. 5. c. 5. quæ juxta Cinyphum amnem habitabant, quoniam Sil. Italicus lib. 3. canit:

Tum primum castris Phœnicum tendere ritu
Cinyphi didicere Macæ, squallentia barba
Ora viris.

Ptolemæo lib. 4. c. 3. Macæi *Syrtitæ* dicuntur, scilicet quia juxta Syrtin majorem habitabant.

26 Μάκελλα, πόλις Ἰταλίας.] Macella, urbs Italiæ, quæ Macalla neut. plur. dicitur Lycophroni v. 927. ad quem locum ita Isacius Tzetzes: Μάκελλα, πόλις Ἰταλίας, ὅπου τάφο⊙, καὶ ἱερὸν Φιλοκτήτου. i. e. *Macella, urbs Italiæ; ubi sepulchrum, & fanum Philoctetæ.* In nonnullis Lycophronis codicibus legitur Μακέλλοις per ε, ut & apud Stephanum, sed Isacius illius Scholiasta Μάκαλλα per α scribit. Hujus nominis etymologiam, quam affert noster, concoquere non possum. Nescio enim quid habeant simile *Μάκελλα* & *μαλακιθήνη*. Alteram verò Siciliæ Macellam celebrat Polybius lib. 1. Τότε μὲν οὖν προθύμως τῇ Σικελίᾳ τὴν τε Αἰγεστέων ἔλυσαν πολιορκίαν, ἐκ πάντως αὐτῶν ἤδη διακειμένων· καθ' ὃν τε τὸν τοῦ Αἰγέστης ἀναχώρησιν, Μάκελλαν πολιν καὶ κράτο⊙ εἷλον. i. e. *Tunc igitur in Siciliam appellentes, Ægestanos ad ultima jam redactos obsidione liberarunt: mox inde profecti Macellam urbem vi expugnarunt.*

27 Μακαρέαι, πόλις Ἀρκαδίας.] Macareæ, urbs Arcadiæ, nomen adepta à Macareo Lycaonis filio. Id desumpsit ex Pausaniæ Arcadicis, cui *Macaria* dicitur: Ὡσαύτως καὶ Μακαρία τε, καὶ Τραπεζοῦς, ἀπὸ δὲ Λυκάονο⊙ ὀνομάσθησαν καὶ αὗται παίδων. i. e. *Eodem modo & Macaria & Dasea; & Trapezûs à Lycaonis filiis & hæ vocatæ fuerunt.* Eodem libro Macareorum & Daseorum rudera memorat: Μετὰ δὲ δύο ἀπὸ σταδίους ἀπὸ Ἀλφειοῦ σταδίους, Μακαρέων ἐστὶν ἐρείπια. Αὐτόθεν δὲ εἰς ἐρείπια ἄλλα τὰ Δασέων ἑπτὰ εἴσι σταδίοι. i. e. *Post duo ab Alpheo stadia Macareorum sunt ruinæ. Inde septem circiter stadia sunt alia Daseorum rudera.* Hinc finxit noster Macareas, cum potius dicendum esset Μακαρέων πόλις, πόλις Ἀρκαδίας, i. e. *Macareorum urbs, urbs Arcadiæ.*

28 Μα-

ΜΑΚΕΔΝΟ'Ν [28], χωρίον ἐν Πίνδῳ, ὡς Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως.

MACEDNUM, regio in Pindo, ut Herodotus lib. 1. Gentile, similiter.

ΜΑΚΕΔΟΝΙ'Α [29], ἡ χώρα, [30] ἀπὸ Μακεδονίας τῆς Διὸς, καὶ Θυίας τῆς Δευκαλίωνος. Τὸ ἐθνικὸν Μακεδὼν, ὁμοφώνως τῇ κλίσει, κοινὸν τῷ γένει· Καὶ Μακεδονὶς θηλυκῶς· Καὶ Μακεδών, ἀντὶ τοῦ Μακεδονικός. Λέγεται καὶ Μακεδόνις, καὶ Μακεδονικὴ ἡ χώρα. Λέγεται καὶ Μακέτης ἀρσενικόν, [31] ἡ Μακέτις γυνὴ, καὶ Μάκεσσα ἐπιθετικῶς, ὡς Ἡρακλείδης· καὶ Μάκετλα, διὰ δύο τ, καὶ διὰ ενός.

MACEDONIA, regio à Macedonia Jovis, & Thyiæ Deucalionis filiæ. Gentile, Macedo, ejusdem-vocis, ac conditor, genere commune, & fœm. Macedonis, & Macedo, pro Macedonicus. Dicitur etiam Macedonius, & Macedonica regio. Dicitur & Macetes masculinum, & Macetis mulier & Macessa adjectivo modo, ut Heraclides. Et Macetta per duplex TT. & per unum.

ΜΑ'ΚΙΣΤΟΣ [32], πόλις τῆς Τριφυλίας, ἣν ᾤκησαν Καύκωνες, ἀπὸ Μακίστου τοῦ ἀδελφοῦ Φρίξου, ἀφ' οὗ καὶ ἡ Φρίξα πόλις, ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ καμφθὲν πρὸς ἕω τῆς Λεπρεϊκῆς. Ὁ πολίτης, Μακιστεύς. Τὸ ἐθνικὸν Μακίστιος. Καὶ Μακιστία. Εὕρηται καὶ Μακέστιος, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ.

MACISTUS, urbs Triphyliæ, quam incoluere Caucones, à Macisto Phrixi fratre, à quo etiam Phrixa urbs sita in alto monte ad orientem Lepriticæ. Civis, Macisteus. Gentile, Macistius, & Macistia. Invenitur etiam Macestius per *e* psilon.

ΜΑ'ΚΚΑΡΑΙ, χώρα ὑπὲρ Φαρσάλου· Θεόπομπος πέμπτῳ Φιλιππικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Μακκαραῖος.

MACCARÆ, regio supra Pharsalum. Theopompus Philippicor. libro 5. Gentile, Maccaræus.

ΜΑ'ΚΑΡΑ, νῆσος Λυκίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν περίπλῳ αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Μακαρονησίτης, καὶ Μακαρεῖος, καὶ Μακαρήσιος.

MACARA, insula Lyciæ ut Alexand. in ejus periplo. Gentile, Macaronesites, & Macaræus & Macaresius.

ΜΑ-

ΜΑ-

28 Μακεδνὸν, χωρίον ἐν Πίνδῳ.] Macednum, regio seu oppidum in Pindo monte, ex Herodoti lib. 1. qui ejus meminit libro citato c. LVI. Ἐκ δὲ τῆς Ἰωλκηΐδος ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων, οἴκεον ἐν Πίνδῳ Μακεδνὸν καλεόμενον. i. e. *Ex Histiæotide ut ejecta est à Cadmeis*, [gens Dorica] *habitavit in Pindo* Macednum *nomine*. Pindus verò erat mons Macedoniæ, quem celebrat Lucanus lib. 1.

— *Qualis vertice Pindi*
Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo,
Talis & attonitam rapitur matrona per urbem.

29 Μακεδονία, ἡ χώρα.] Macedonia regio Græciæ notissima, nomen adepta à Macedone Jovis-filio ex Thyia Deucalionis, olim inter alia nomina *Macetia* dicta fuit, ut ex Clidimo prodit Constant. Porphyrogeneta de Them. lib. 2. Them. 2. unde incola quoque Macetes, & fœmina Macetis. *Emathia* quoque vocata fuit. Luc. lib. 1.

Bella per Emathios plusquam civilia campos
Jusque datum sceleri canimus.

Oppidorum Macedoniæ celeberrima fuere Thessalonice magnitudine, Ægeregum sepulchris, Pella Alexandri natalibus; fluviorum celeberrimus erat Strymon, montium Athos, qui quoniam inter Macedoniam & Thraciam situs erat à nonnullis Thraciæ adscribitur, de quo suo loco egimus. Macedoniæ reges ab Hercule originem trahere gloriabantur. Quare pro corona & purpura regia, leonini capitis exuvio redimiti apparebant, quo ornatu magis delectabantur, quam omnibus pretiosis lapillis. Regnum incepit florere à Carano rege, auctum est à Philippo Alexandri patre, ac in tantam magnitudinem sub Alexandro excrevit, ut Asiam, Armeniam, Iberiam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Judæam, Phœniciam, Mediam, & Persidem, ac denique totum orientem & Indiam subegerit. Tandem decidit sub Perseo Philippi filio, qui regiam dignitatem unà cum regno victus à Paulo Æmilio amisit; tantam differentiam sortis præstitere duo homines, uterque Philippi filius, ille omnes illas gentes instar fulminis subegit, hic regnum ipsum amisit, ac captus cum conjuge & liberis ab Æmilio Romam adductus fuit, ex quo Macedonia ad præfecturæ formam redacta est, ut refert Plinius lib. 9. c. 10. Constant. Porphyrog. libro capiteque citato, ejus descriptionem videsis apud Ptolemæum lib. 3. c. 13. apud Æthicum, apud Thucyd. lib. 2. & apud alios.

30 Ἀπὸ Μακεδονίας τῆς Διός.] A Macedonia Jovis, lege ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Διός, i. e. *à Macedone Jovis*. Sic emendo hunc locum ex Constantino Porphyrogeneta de Them. lib. 2. Them. 2. Μακεδονία, inquit, ἡ χώρα ὠνομάσθη ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Διὸς καὶ Θυίας τῆς Δευκαλίωνος, ὡς φησιν Ἡσίοδος ὁ ποιητής. i. e. *Macedonia, regio nominata est à Macedone, Jovis filio ex Thyia Deucalionis, ut ait Hesiodus poëta.* In hujus rei confirmationem affert tres Hesiodi versus innominato libro, qui apud eum in operibus editis non habentur.

31 Ἡ Μακέτις γυνή.] Lege, καὶ Μακέτις θηλυκῶν, i. e. *& Macetis femininum.* Præcedit enim τὸ ἀρσενικὸν, i. e. *masculinum.* Etsi τὸ γυνὴ potest supplere vicem τοῦ θηλυκῶν, at τὸ ἡ vice τοῦ καὶ fungi non potest. Ipsa quoque Macedonia dicebatur *Macetia*, teste Eustathio ad Dionysii Periegetæ v. 427. Ἦν δέ τις μοῖρα Μακεδονίας Μακέτις λεγομένη, ἐξ ἧς καὶ ἡ Μακεδονία, Μακέτλα ἐλέγετο. i. e. *Erat autem quædam portio Macedoniæ* Maceta *nomine, ex qua & Macedonia dicebatur* Macetia. Nostri etiam hoc nomine utebantur. Apud Gellium enim lib. 9. N. Attic. c. 3. hæc leguntur: *Philippus Amyntæ, terræ Macetiæ Rex, cujus virtute industriaque Macetæ locupletissimo imperio aucti, gentium nationumque multarum potiri cæperant.*

32 Μάκιστος, πόλις τῆς Τριφυλίας.] Macistus, urbs Triphyliæ, quam Caucones incoluisse inquit; fuit autem Triphylia Elidis regio, Caucones verò Arcadica gens, qui Macistum, quem nonnulli *Plataniſtuntem* vocabant, tenuere, ut testatur Strabo lib. 8. Ἀμφω δὲ τὰ χωρία ταῦτα Καύκωνες κατεῖχον· καὶ τὴν Μάκιστον δέ, ὃν τινες Πλατανιστοῦντα καλοῦσι. i. e. *Ambas has regiones Caucones tenuerunt; & Macistum, quem* Platanistunta *vocant.* Ac paululum infra: Πλείους δ' εἰσὶ λόγοι περὶ τῶν Καυκώνων· καὶ γὰρ Ἀρκαδικὸν ἔθνος φασὶ κατὰ τὸ Πελασγικὸν, καὶ πλανητικὸν ἄλλως, ὥσπερ ἐκεῖνον. i. e. *Varii autem sunt sermones de Cauconibus, etenim Arcadicam gentem esse perhibent, ut & Pelasgicam, & similiter vagam.*

ΜΑ'ΚΡΙΣ[33], ἡ Εὔβοια. Οἱ οἰκοῦντες, Μάκρωνες. Ὁ οἰκήτωρ Μακρεύς, καὶ Μακρηΐς.

MACRIS, Eubœa. Habitantes, Macrones. Habitator Macrieus, & Macreïs.

ΜΑΚΡΟΚΕ'ΦΑΛΟΙ[34], πρὸς τοῖς Κόλχοις· Ὡς γὰρ Ἡμίκυνες, καὶ Μακροκέφαλοι, καὶ Πυγμαῖοι.

MACROCEPHALI, juxta Colchos. Ut enim Semicanes, & Macrocephali, & Pygmæi.

ΜΑ'ΚΡΥΕΣ[35], ἔθνος Λιβύης. Ῥιανὸς δὲ Μάκρεας, διὰ τοῦ ι τάττει φησί.

MACRYES, gens Libyæ. Rhianus verò *Macrias* per *i* hos vocat.

ΜΑ'ΚΡΩΝΕΣ[36], οἱ νῦν Σάννοι· Στράβων ἐνδεκάτῃ, καὶ Ἑκαταίῳ Ἀσίᾳ, καὶ Ἀπολλωνίῳ δευτέρῳ.

MACRONES, qui nunc *Sanni*, Strabo lib. undecimo & Hecatæ. Asia, & Apollonius secundo.

ΜΑΚΤΩ'ΡΙΟΝ[37], πόλις Σικελίας· Φίλιστος πρώτῳ, ὡς ἔκλισε μόνον. Τὸ ἐθνικὸν, Μακτωρῖνος.

MACTORIUM, urbs Siciliæ. Philistus lib. primo, *quam condidit solam.* Gentile, Mactorinus.

ΜΑΚΡΥ'ΝΕΙΑ[38], πόλις Αἰτωλίας· Στράβων δεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Μακρυνεύς, τῷ κοινῷ τύπῳ.

MACRYNEA, urbs Ætoliæ. Strab. libro 10. Gentile, Macryneus, communi forma.

ΜΑΛΑ'ΚΗ[39], πόλις Ἰβηρίας· Μαρκιανὸς ἐν β' τῶν Ἐπιτομῶν Ἀρτεμιδώρου. Τὸ ἐθνικὸν Μαλακιτανός.

MALACA, urbs Iberiæ, Marcianus, secundo epitomarum Artemidori. Gentile, Malacitanus.

ΜΑ-

ΜΑ-

33 Μάκρις, ἡ Εὔβοια.] Vide quæ in Εὔβοια annotavimus.

34 Μακροκέφαλοι, πρὸς τοῖς Κόλχοις.] Macrocephali, populi prope Colchos à capitis longitudine nomen adepti memorantur Scylaci in Μακροκέφαλοι, de quibus sic loquitur: Μετὰ δὲ Βέχειρας Μακροκέφαλοι ἔθνος, καὶ Ψωρῶν λιμὴν, Τραπεζοῦς πόλις Ἑλλὰς. i. e. *Post Bechiras Macrocephali gens est, & Psorûn portus, Trapezûs urbs Græca.* Eorum quoque meminit Mela lib. 1. c. 19. *Deinde minus feri (verum & hi inconditis moribus) Macrocephali, Bechiri, Buzeri. Raræ urbes: Cerasûs & Trapezûs maxime illustres. Inde is locus est, ubi finem ductus à Bosporo tractus accipit, atque inde se in sinu adversi litoris flexus attollens angustissimum Ponti facit angulum. Hic sunt Colchi.*

35 Μάκρυες, ἔθνος Λιβύης.] Macryes, gens Libyæ, qui Ptolemæo lib. 4. c. 3. Machryes, Herodoto lib. 4. c. 178. *Machlyes* dicuntur. Videsis quæ in Μάζυες annotavimus.

36 Μάκρωνες, οἱ νῦν Σάννοι.] Macrones, nunc *Sanni*, ex Strabonis libro undecimo, qui eos celebrat libro duodecimo, non, ut inquit noster, undecimo. Ejus appono verba: Τῆς δὲ Τραπεζοῦντος ὑπερκεῖται, καὶ τῶν Φαρναικίας, Τιβαρηνοί τε καὶ Χαλδαῖοι, καὶ Σάννοι, οὓς πρότερον ὠνόμαζον Μάκρωνας. i. e. *Supra Trapezuntem verò & Pharnaciam jacent Tibareni, & Chaldæi, & Sanni, quos antea vocabant* Macrones. Eorum quoque meminit Periegeta v. 766.

Μάκρωνες, Φίλυρές τε, καὶ οἱ μόσσυνας ἔχουσι
Δυσχείρεες. Τῶν δ' ἄγχι πολύρρωες Τιβαρηνοί.
Macrones, Philyresque, & qui turres habent
Ligneas; hos verò prope pecore-abundantes Tibareni.

Ad quem locum ita Eustathius: Ὅτι καὶ οἱ Μάκρωνες ἔθνος Ποντικὸν, Βιχείροις νοτιώτεροι. Τοῦτο νῦν Σάννας φασὶ, ἰδιωτικώτερον δὲ Τζάνους. i. e. *Quod Macrones sunt gens Pontica, Bechiris australior; hos nunc* Sannos *dicimus, magis proprie verò* Tzanos.

37 Μακτώριον, πόλις Σικελίας.] Mactorium, urbs Siciliæ ex Philisti rerum Sicularum primo, cujus videntur esse mutila illa verba quæ sequuntur, in quibus videtur sepultus hujus urbis conditor, quam Herodotus supra Gelam locat. Ejus ex lib. 7. c. 153. sunt, quæ sequuntur: Ἐς Μακτώριον πόλιν τὴν ὑπὲρ Γέλης οἰκημένην, ἔφυγον ἄνδρες Γελῴων, ἐσωθέντες στάσι. i. e. *In Mactorium urbem quæ supra Gelam sita est, profugerunt quidam Gelensium, per seditiones expulsi.* Aretius in Siciliæ descriptione ait esse illud oppidum, quod hodie vulgo dicitur *Mazarino*, quod Fazellus negat decad. 1. lib. 10. nec ipse tamen ostendit, ubi fuerit, nedum Tiphyn puto ostensurum.

38 Μακρύνεια, πόλις Αἰτωλίας.] Macrynia, urbs Ætoliæ ex Strabonis lib. 10. cujus urbis nomen cum præter literarum seriem occupet locum, atque apud Strabonem Μακυνία scribatur. ex eo emendandus est autor noster, contra Casauboni sententiam, qui Strabonem ex auctore nostro emendat ad hujus librum citatum, qui de hac urbe sic loquitur eodem libro: Ὑπὲρ δὲ τῶν Μολυκρείας Ταφίασσον καὶ Χαλκίδια, ὄρη ἰκανῶς ὑψηλὰ, ἐφ' οἷς πολίχνια ἵδρυται Μακυνία τε καὶ Χαλκὶς ὁμωνύμως τῷ ὄρει. i. e. *Supra Molycriæ Taphiassum & Chalcida, montes satis altos, quibus impositæ sunt oppidula,* Macynia *&* Chalcis *monti cognominis.*

39 Μαλάκη, πόλις Ἰβηρίας.] Malaca, urbs Iberiæ maritima, Hispanis parum corrupto nomine dicitur *Malaga*, commercio celeberrima, cujus vina generositate superant reliqua omnium regionum, quam sic describit Mariana lib. 25. c. 10. *Nostrorum castra ad Malacam promota sunt ipsis Maii mensis Idibus. Est ea civitas in plano sita, nisi qua parte collis assurgit gemina arce munitus (inferiori Alcasabe, superiori Gebalpharo nomen est) modica spatiis, elegans tamen in paucis, & pro amplitudine frequens, portu atque navali nobilis, qua parte alluitur mari. A tergo montes erigit vineis, hortis domiciliisque nitentes. Utramque arcem geminus murus conjungit munitione perpetua, ager conspicuus: læta cœli facies: latè in vicinum mare prospectus: commercio Africæ, atque Orientis ea tempestate nobilissima copiosaque.* Plinio lib. 3. c. 1. *Malacha* vocatur, & hanc veram scripturam esse puto, etsi priorem obtinuit usus. Namque ex Strabonis lib. 3. cujus infra verba apponemus apparet, urbis structuram ad Phœniciam formam accedere & salsamenta magna habuisse, quibus persuasi, Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 1. c. 15. Aldretus de Hispania lib. 2. c. 8. à Phœnicibus conditam fuisse dixerunt, ad quod ejus nomen alludere videtur. מלח *malach* enim Hebraice est, *salivit.* Aldretus verò libro citato ejus nomen deducit à verba מלך *malac*, quod Hebraice est, *regnavit*, sed prius etymon propius vero est. Aldretus enim certo quodam modo lenocinatur patriæ suæ, ac si nomen adepta esset, tamquam urbium regina. *Menacen* prius vocatam fuisse, sunt qui dicant, inter quos Avienus, sed falluntur, ut patet ex Strabonis libro citato: Καὶ παρειλκύσας ὁ ἐγκόλπους μεγάλας. Ταύτῃ πῃ τῇ Μανάκῃ τὴν αὐτὴν νομίζουσιν, ὡς ὑστάτην τῶν Φοινικικῶν πόλεων πρὸς δύσιν κειμένην παρειλήφαμεν· ἐκ ἔστι δὲ· ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἀπωλίπετο τὸ Κάλπης ἐστὶ, κατεσκαμμένη, τὸ δ' ἰσχὺν σώζουσα Ἑλληνικῆς πόλεως· ἡ δὲ Μάλακα, καὶ πλησίον μᾶλλον Φοινίκης τοῦ σχήματος. i. e. *Multumque ibi conficitur salsamenti; nonnulli hanc eandem putant cum Menace, quam ultimam Phocaicarum urbium versus occasum sitam accepimus; non est verò; sed illa longius à Calpe est, eversa, vestigia autem servans Græcanicæ urbis; Malaca verò magis ad Phœniciæ figuram accedit.* Cum per multos annos fuisset sub Maurorum ditione, tandem

ΜΑΛΑ΄ΝΙΟΣ [40], πόλις μεσογείας τῆς Οἰνώτρων, τῆ ὑπὸ Ἑκαταίου καταλεχθεισῶν ἐν Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν Μελάνιος, καὶ Μελανιεύς.

A MALANIUS, urbs regionis mediterraneæ Oenotrorum, qui ab Hecatæo in Europa recensentur. Gentile, Melanius, & Melanieus.

ΜΑΛΕΑ΄ [41], ἄκρα πρὸς Πελοποννήσῳ, καὶ Μάλεια διὰ διφθόγγου· Καὶ Μαλιείτης, ὡς Ἀσιήτης· Καὶ Μαλεᾶτις. Καὶ ἀπὸ τοῦ Μάλεια, Μαλειαῖος Ζεύς. Καὶ θηλυκὸν, Μαλειαῖα ἄκρα.

B MALEA, promontorium juxta Peloponnesum. Scribitur etiam Maleia per diphthongum. Dicitur etiam Malietes, ut Asietes, & Maleatis, & à Maleia, Maliæus Jupiter, & fœmi. Μαλειαῖα ἄκρα. i. e. *Maliæum promontorium.*

ΜΑΛΙΕΥ΄Σ [42], πόλις ἐπώνυμος τῶν Μαλιέων, ἀπὸ Μάλου τοῦ Ἀμφικτύονος υἱοῦ, ἢ Ἀμύρου τοῦ Βοιωτοῦ. Οἱ πολῖται, Μαλιεύς. Ἔστι καὶ Μαλιακὸς κόλπος. Λέγεται καὶ Μαλεάτης· Ἀνδροτίων πέμπτῳ.

C MALIEUS, urbs, à qua Maliei denominantur, à Malo Amphictyonis filio, vel Amyri Bœoti. Civis, Malieus. Est etiam Maliacus sinus. Dicitur etiam Maleates, Androtion quinto.

ΜΑΛΑΔΑ΄ [43], πόλις Περσική· Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ τοῦ Περσικοῦ κόλπου. Τὸ ἐθνικὸν, Μαλλαδηνός.

D MALLADA, urbs Persica, Marcianus in Periplo Persici sinus. Gentile, Malladenus.

ΜΑΛΛΟ΄Σ [44], πόλις Κιλικίας· Καλλίμαχος αἰτιᾶται πρώτῳ. Ἀπὸ Μάλλου, κτίσαντος

MALLUS, urbs Ciliciæ, Callimachus causarum primo, à Mallo, qui eam con-

dem anno CIↃCCCCLXXXVII. ad quintum decimum Calendas Septembris à Ferdinando hujus nominis V. Castellæ rege capta fuit, ac Pontificum venia sedes Episcopi restituta Gotthorum exemplo, sub quorum imperio Episcopum habuit, autore eodem Mariana libro capiteque supra citatis. Nostro autori dicitur Μαλάκη, Straboni Μάλακα. Nostri in his non cedunt Græcis, quippe qui illorum nomina in η & in ας pro libitu per *e* & per *a* proferunt, ut ἐπιτομὴ, *epitome*, vel *epitoma*, Ἀβδηρίτης, *Abderites*, vel *Abderita*. Sic Plinio *Malacha*, Avieno *Malachæ*:

Hos propter autem mox jugum Barberium est
Malache flumen urbe cum cognomine
Mænace *prior*, *quæ vocata est sæculo.*

Fluviolus verò ille præterlabitur muros civitatis, per æstatem siccatur, sed cum pluviæ sunt solito vehementiores, intumescens minatur ruinam suburbio, urbi & incolis, quam aliquando ipsis inferre solet. Adhuc hodie, amisso antiquo nomine servat nomen à Mauris impositum, vocatur enim *Guadalmedina*, quod Maurorum sermone significat *fluvium civitatis*. Sic Bætis hodie dicitur *Guadalquivir*, i. e. *fluvius magnus*, Anas, *Guadiana*; nescio à quo acceperit Nicol. Ant. Baudrand. vocari nunc *Guadalquivirejo*.

40 Μαλάνιος, πόλις μεσογείας τῆς Οἰνώτρων.] Malanius, urbs regionis mediterraneæ Oenotrorum *Maida*, hodie, teste Barrio, oppidum Brutiorum in Calabria ulteriore, amplum ad Metaurum fluvium, cujus gentile dicitur Melanius & Melanieus autori nostro. Quare oppidum quoque nominandum erat *Melanius*, cujus apud alios nulla fit mentio.

41 Μαλέα, ἄκρα πρὸς Πελοποννήσῳ, &c.] Malea, promontorium prope Peloponnesum, quod Μάλεια etiam dicitur. Quare apud Poëtas penultima vel corripitur, vel producitur. Ejus meminit Scylax in Λακεδαίμονα hisce verbis: Καθ' ἣν παύτην ἐστὶ Κρήτη νῆσος. Μεθ' ἣν παύτην ἡ περιρρεμφὴς ἄκρα Μαλέα. i. e. *Prope hanc verò est Creta insula. Post quam est supra-dictum promontorium Malea.* Illius quoque fecit mentionem Poëtarum parens Odyss. 9. v. 80. cui Μάλεια dicitur:

Ἀλλά με κῦμα ῥόος τε περιγναμπτοῦα Μάλειαν
Καὶ βορέης ἀπέωσε, παρέπλαγξεν δὲ Κυθήρων.
Sed me unda fluxusque circumflectentem Maleian
Et Boreas abjecit, abduxit verò Cytheris.

Necnon eruditissimus Poëtarum Æneid. lib. 5.

— *Nunc illas promite vires,*
Nunc animos, quibus in Getulis syrtibus usi
Ionioque mari, Maleæque sequacibus undis.

Ad quem locum Servius inquit, Maleam esse promontorium Laconicæ provinciæ. Periculosam fuisse ejus præternavigationem tradit Strabo lib. 8. unde & proverbio locus:

Μαλέαν δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.
Maleam flectens, obliviscere res domesticas.

Quod dici solet de eis, qui periculis sese objiciunt obliti domesticos. Ad quod videtur alludere Catul. ad Manlium:

Quam tantum arderem, quantum Trinacria rupes,
Lymphaque in Oetæis Malia Thermopylis.

Ideo Ovidio Am. lib. 2. Eleg. 11. inter periculosa maris loca memoratur:

— *Cætera cæca via est:*
Et vobis alii ventorum prælia narrent;
Quas Scylla infestet, quasve Charybdis aquas:
Et quibus emineant violenta Ceraunia saxis:
Quo lateant Syrtes, quove Malea sinu.

Nunc promontorium hoc vulgo dicitur *Capo Malio de S. Angelo*, teste Brietio.

42 Μαλιεύς, πόλις ἐπώνυμος τῶν Μαλιέων.] Malieus, urbs, à qua *Malienses* denominantur, quorum meminit Pausanias lib. 1. Οὐ μὴν οὐδὲ Μαλιεῦσι παρέμεινε μελέτη τῶν τόξων. i. e. *Sed neque Maliei sagittarum curam retinuerunt.* Herodotus lib. 7. c. 196. Μηλιέας vocat: Ξέρξης δὲ καὶ ὁ πεζὸς παρεῖχε διὰ Θεσσαλίης καὶ Ἀχαιΐης, ἐσβεβλημένος ἐς τοὺς τετραφυλαίους ἐς Μηλιέας. i. e. *Xerxes & pedestres copiæ per Thessaliam & Achaiam iter faciens, triduo evasit in Melieos.* Itaque putabam eamdem fuisse gentem, sed Scylax me docuit diversam fuisse etsi finitimam. Nam in Μηλιεῦσι inquit: Μετὰ δὲ Φωκεῦς εἰσι Μηλιεῖς, καὶ ὁ κόλπος ὁ Μηλιεύς. i. e. *Post Phocenses sunt Meliei, & sinus Melieus.* Ac deinde post hos locat Μαλιέας, dicens: Μετὰ δὲ, Μαλιεῦς ἔθνος. i. e. *Deinde verò, Malieigens.* Forsitan Maliacus sinus utrosque comprehendebat, ideo Μαλιεὺς & Μηλιεὺς dicitur, ut videre est ex Thucydidis lib. 8. & ex Strabonis lib. 9. illorum verò regio *Melis* dicitur Herodoto lib. 7. c. 198. quam inibi describit. Hodiè *Golfo di Ziton* vocari inquit Sophianus, non *del volo*, ut Thevetus scribit, cui cum aliis sentire ferè religio est.

43 Μαλλάδα, πόλις Περσική.] Mallada, urbs Persica ex Marciani Periplo, sine dubio est, quæ Ptolemæo lib. 6 c. 7. dicitur Μαλλάθα & inter Leanitarum urbes memoratur, à Marciano potuit vocari *Persica*, quod esset sub Persarum ditione.

44 Μάλλος, πόλις Κιλικίας.] Mallus, urbs Ciliciæ memoratur Ptolemæo lib. 5. Straboni lib. 12. Scylacì in Κιλικία. Incolæ dicebantur *Malli*, quos fuisse Argivorum colonos narrat Arrhianus de expedit. Alexandri lib. 2. quibus Alexander tributa, quæ Dario solvebant, remisit, quod ipse ab Argis Heraclidarum originem trahere gloriabatur, ut inibi refert idem autor. Ex hac urbe fuit Crates grammaticus, magister Panætii Philosophi Stoici, cujus frequens est mentio apud Ciceronem de Divinat. lib. 1. & alibi, necnon apud Strabonem lib. 14.

45 Μα-

σωλ(ον) αὐτοῦ. Ὁ πολίτης, Μαλλώτης· καὶ θη- A λυκὸν, Μαλλῶτις.

condidit. Civis, Mallotes, & fœm. Mallotis.

ΜΑΛΟΊΕΙΣ[45], Ἀπόλλων ἐν Λέσβῳ· Καὶ ὁ τόπος δὲ ἱερὸς Μαλόεις, ἀπὸ δὲ Μήλα τῆς Μαντοῦς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν Λεσβικῶν πρώτῳ.

MALOIS, entis, Apollo in Lesbo; nec non locus templi, à Melo Mantûs filio, ut Hellanicus in primo Lesbicorum.

B

ΜΑΛΟΙ[46], ἔθνος Ἰνδικὸν, τῶν ἀνθεστηκότων τῷ Διονύσῳ μετὰ Δηριάδα, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν α.

MALI, gens Indica, eorum qui cum Deriade Dionyso restiterunt, ut Dionysius Bassaricorum primo.

ΜΑΛΣΑΝΗ, πόλις τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Τὸ ἐθνικὸν, Μαλσανίτης· ὅπερ C χώρας γὰρ ὁ τύπος.

MALSANE, urbs Arabiæ felicis. Gentile, Malsanites: hæc enim forma regionis.

ΜΑΜΆΡΚΙΝΑ[47], πόλις Ἰταλική. Τὸ ἐθνικὸν Μαμαρκιναῖος, ὡς Τερμιναῖος, καὶ τὰ ὅμοια.

MAMARCINA, urbs Ausoniæ. Gentile, Mamarcinæus, ut Terinæus, & similia.

ΜΑΜΕΡΤΙΟΝ[48], πόλις Ἰταλίας. [49] Τὸ ἐθνικὸν Μαμερτῖνος, ὡς Μεταποντῖνος, D καὶ Ῥηγῖνος.

MAMERTIUM, urbs Italiæ. Gentile, Mamertinus, ut Metapontinus, & Rheginus.

ΜΑΝΔΑΡΑΙ[50], μέρος τῆς Μακεδονικῆς Κύρης. Οἱ οἰκήτορες, Μανδάραι.

MANDARÆ, pars Macedonicæ Cyri. Habitatores, Mandaræ.

ΜΑΝΔΡΟΠΟΛΙΣ[51], Φρυγίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Μανδροπολίτης. E

MANDROPOLIS, Phrygiæ urbs. Gentile, Mandropolites.

MAN- MAN-

45 Μαλόεις Ἀπόλλων ἐν Λέσβῳ, &c.] Maloïs, Apollo in Lesbo, & locus, in quo erat ipsius fanum, cujus meminit Thucyd. lib. 3. Ἐσυγγέλθη γὰρ αὐτοῖς ὡς εἴη Ἀπόλλωνος Μαλόεντος ἔξω τῆς πόλεως ἑορτὴ, ἐν ᾗ πανδημεὶ Μιτυληναίοις ἑορτάζεσθαι, καὶ ἐλπίδα εἶναι ἐπειχθέντας ἐπιπεσεῖν ἄφνω. i. e. *Nunciatum enim ipsis fuerat, diem festum in Apollinis Maloentis honorem extra urbem celebrari, ad quem celebrandum Mitylenæi frequentes erant conventuri, & spem esse, si properarent, ex improviso ipsos impressionem in illos esse facturos* [& urbem in suam potestatem redacturos.] Mitylenæi erant oppidani Mitylenes Lesbi oppidi, quorum nullam suo loco facit nostrer mentionem. In multis enim locis est mancus. Maloïs verò Apollo celebratur quoque ab Hesychio, apud quem per duplex *l* scribitur.

46 Μαλοὶ, ἔθνος Ἰνδικόν.] Mali, gens Indica, memorantur Straboni lib. 15. apud quos inquit Alexandrum Magnum in expugnatione oppidi cujusdam vulneratum mortis periculum adiisse: Κάτω δ' ἐξῆς εἰσὶν οἵτε Σίβαι λεγόμενοι, ὧνπερ ὠὴν καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν, καὶ Μαλοὶ, καὶ Ὀξυδράκαι, μεγάλα ἔθνη. Καὶ Μαλοὶ μὲν παρ' οἷς ἀπῆντεν ἐκινδύνευσεν Ἀλέξανδρος, τρωθεὶς ἐν ἁλώσει πολίχνης τινός. i. e. *Inferius deinde sunt, qui dicuntur* Sibæ, *de quibus ante meminimus, & Mali, & Oxydracæ, magnæ gentes. Et Mali quidem apud quos parum abfuit, quin moreretur Alexander, vulneratus in expugnatione cujusdam oppidi.* De quo Alexandri casu incredibilia narrat Arrhianus de ejus expeditione lib. 6. (mihi certè magis Poëtica videntur, quàm historica,) ac tandem inquit: Ἐν Ὀξυδράκαις τὸ πάθημα τοῦτο γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ, ὁ πᾶς λόγος κατέχει· τὸ δὲ ἐν Μαλοῖς ἔθνει αὐτονόμῳ Ἰνδικῷ ξυμβῆναι. Καὶ ἡ τε πόλις Μαλλῶν ἐστὶ, καὶ οἱ βαλόντες Ἀλέξανδρον, Μαλοί. i. e. *Casus hic in Oxydracis Alexandro obtigisse communis opinio est; quod tamen apud Mallos, Indicam gentem suis legibus-viventem accidit; & urbs Mallorum erat, & qui percusserunt Alexandrum, Malli.* Apud Arrhianum ut vides hujus gentis nomen scribitur per duplex *l*, apud Strabonem, & apud nostrum per unum tantum.

47 Μαμέρκινα, πόλις ἰταλική.] Cæcus etiam videbit legendum esse πόλις Αὐσονική, *urbs Ausonica*. Atque cum hujus urbis nullam inveniam apud alios notitiam, fidenter credo pro Μαμέρκινα quoque legendum esse Μάρκινα. Nec obstare potest literarum series, quam autor noster parum curat. Hujus enim urbis meminit Strabo lib. 5. in libri calce: Μεταξὺ δὲ Σειρηνουσῶν καὶ τοῦ Ποσειδωνίας, Μάρκινα Τυρρηνῶν κτίσμα, οἰκούμενον ὑπὸ Σαυνιτῶν. i. e. *Inter Sirenusas & Posidoniam Marcina est à Tyrrhenis condita, à Samnitibus habitata.* Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 4. c. 6. putat esse oppidum quod nunc vulgò Italis dicitur *Veteri*.

48 Μαμέρκιον, πόλις Ἰταλίας.] Mamertium, urbs Italiæ memoratur Straboni lib. 6. Τῶν ὑπὲρ τῶν πόλεων τόπων μεσόγαιαν, Βρέττιοι κατέχουσι· καὶ πόλις ἐνταῦθα Μαμέρκιον, καὶ ὁ δρυμὸς ὁ φέρων τὸν ὀρείσιλλον πίτυν, ὃν Βρέττιοι καλοῦσι δόδυνδρον καὶ δένδρον, μῆκος ἐπέχοντα σταδίων. i. e. *Mediterraneam verò regionem supra has urbeis Brutii tenent; & urbs ibi Mamertium, & saltus picem ferens optimam, quam* Brutiam *vocant, arborum & aquarum copiâ præditus, longitudine* 1200 *stadiorum.*

49 Τὸ ἐθνικὸν Μαμερτῖνος.] Gentile, urbis Italiæ Mamertii dicitur *Mamertinus*, quo usus est Strabo lib sexto. Ἐπήκουσε δὲ ὕστερον Μαμερτῖνοι Καμπανῶν τι φῦλον. i.e. *Postea temporis Mamertini, Campanorum quædam gens coloniam miserunt* [in Messanam.] At absolutè dictum hoc gentilitium accipitur pro oppidanis Messanæ Siciliæ, autore eodem Strabone libro laudato: Τοσοῦτον δ' ἐπεκράτησαν οἱ Μαμερτῖνοι τοῦτ' ἐν τοῖς Μεσσηνίοις, ὥστε ἐπ' ἐκείνοις κατῆρξεν ἡ πόλις· καλοῦσι δὲ Μαμερτίνους μᾶλλον ἅπαντες αὐτοὺς, ἢ Μεσσηνίους. i. e. *Tantum autem invaluerunt Mamertini apud Messanenses, ut sub suam potestatem redegerint urbem; omnes verò eos vocant Mamertinos potius, quam* Messanenses.

50 Μανδάραι, μέρος τῆς Μακεδονικῆς Κύρης.] Quænam sit hæc Macedonicæ Cyri pars, ingenue fateor me nescire. Namque Ptolemæus, cum omnes Macedoniæ partes memoret lib. 3. c. 13. hanc indictam prætermittit. Quare Antisthenis lucerna quærenda est, sic enim facilius inveniam; sed, ut verum fatear, multùm me torsit literula illa adempta ab imprudenti typographo de nomine Cyri; nihil mirum, erat canina, me mordebat, ego ungues; donec tandem deperditam inveni apud Thucydidem; itaque pro τῆς Μακεδονικῆς Κύρης, lege τῆς Μακεδονικῆς Κυρρήστης, i.e. *Macedonicæ Cyrrhi.* Cyrrhus enim est urbs Macedonica Thucydidi lib. 2. Ἔπειτα δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Μακεδονίαν προχωρήσαντες ἐν ἀριστερᾷ Πέλλης καὶ Κύρρου. i. e. *Deinde verò & in reliquam Macedoniam processit, quæ ad Pellæ Cyrrhique sinistram jacet.*

51 Μανδρόπολις, &c.] Mandropolis, Phrygiæ urbs; quam Livius lib. 38. vocat Mandropum: *A Cibyra per agros Sindensium exercitus ductus, transgressusque Calaurem amnem, posuit castra; postero die est prætor Caralitin paludem agmen ductum; ad Mandropum manserunt, inde progredentibus ad Lagon proximam urbem, metu incolæ fugerunt, vacuum hominibus, & refertum rerum omnium copia oppidum diripuerunt.*

52 Μαν-

ΜΑΝΔΎΡΙΟΝ [52], πόλις Ἰαπυγίας. Ὁ πολίτης Μανδυρῖνος, ὡς Λεοντῖνος.

MANDYRIUM, urbs Iapygiæ. Civis, Mandyrinus, ut Leontinus.

ΜΑΝΉΣΙΟΝ, πόλις Φρυγίας· Ἀλέξανδρος· [53] Ἀπὸ Μανῆς, σφόδρα εὐπόρου κλιτός.

MANESIUM, urbs Phrygiæ, Alexand. à Mane ditissimo conditore.

ΜΑΝΘΥΡΈΑ [54], κώμη Ἀρκαδίας. Τὸ ἐθνικὸν, Μανθυρεύς, διὰ τὸ ἐπάλληλον τῶν δύο εε.

MANTHYREA, vicus Arcadiæ. Gentile, Manthyreus, propter duplex *e e.* aliud post aliud.

ΜΑΝΝΆΚΑΡΤΑ [55], πόλις Ἀραβίας. Ὁ οἰκήτωρ Μαννακαρτηνὸς, ὡς Μηδαβηνός.

MANNACARTA, urbs Arabiæ. Habitator, Mannacartenus, ut Medabenus.

ΜΆΝΝΕΩΣ, χώρα μέση τῶν ποταμῶν, ἐν ᾗ οἰκοῦσιν Ἄραβες Μαννεῶται, ὡς Οὐρανίος φησι.

MANNEOS, regio media inter fluvios, in qua habitant Arabes Manneotæ, ut Uranius inquit.

ΜΆΝΤΑΛΟΣ, πόλις Φρυγίας, ὡς ὁ πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος, ἀπὸ Μανταλοῦ κλιτοῦ αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Μανταληνός.

MANTALUS, urbs Phrygiæ, ut Alex. Polyhistor, à Mantalo ejus conditore. Gentile, Mantalenus.

ΜΑΝΤΊΝΕΙΑ [56], πόλις Ἀρκαδίας. Ὅμηρος,

Οἳ Τεγέην εἶχον, ἠδὲ Μαντινέα ἐρατεινήν.

Τὸ ἐθνικὸν, Μαντινεύς, ἢ Μαντινίς. Τὸ κτητικὸν, Μαντινικός.

MANTINEA, urbs Arcadiæ, Homerus:

Qui Tegeamque habebant, & Mantineam incolebant.

Gentile, Mantineus, & Mantinis. Possessiv. Mantinicus.

ΜΆΝΤΥΑ [57], πόλις Ῥωμαίων. Τὸ ἐθνικὸν,

MANTYA, urbs Romanorum. Gentile,

52 Μανδύριον, πόλις Ἰαπυγίας.] Mandyrion, urbs Iapygiæ, *i. e.* Apuliæ, erat oppidum in Salentinis, quod Latini *Manduriam* vocant: Liv. lib. 27. c. 17. *Q. Fabius consul oppidum in Salentinis Manduriam vi cepit, ibi ad quatuor millia hominum capta, & cæteræ prædæ aliquantum. Inde Tarentum profectus, in ipsis faucibus portus posuit castra.* Plin. lib. 2. c. 103. consonat cum Livio: *In Salentino agro, juxta oppidum Manduriam, lacus ad margines plenus, nec exhaustis aquis minuitur, neque infusis augetur.* Ille Plinii anonymos lacus hodie dicitur *Andoria*, teste Cluverio It. Antiq. lib. 3. c. 13. & visitur ad oppidum, cui vulgare nomen est *Mandula*, quo in nomine videntur inesse aliquot corrupti nominis vestigia, de quo pro arbitrio tuo judicabis, Niger Geographiæ comment. 7. Mandulam inquit esse, quæ olim Manduria.

53 Ἀπὸ Μανῆς, σφόδρα εὐπόρου κλιτός.] Puto legendum. Ἀπὸ Μάνε, à Mane. Manes enim erat nomen apud Phryges usitatissimum, unde apud Atticos servus ex Phrygia vocabatur *Manes*, quod id nominis esset in hac regione frequens, autore Strabone lib. 7. Ἐξ ὧν δὴ ὑπομιζόμεθα, ἢ τοῖς ἔθνεσιν ὑπεινοῦς ὁμωνύμους καλοῦσι τοὺς οἰκέτας, ὡς Λυδὸν καὶ Σύρον, ἢ τοῖς ἐπιπολάζουσιν ὑπὲρ ὀνόματα τεθραμμένοις, ὡς Μάνην, ἢ Μίδαν, ἢ Φρύγα. i. e. *Servos enim* [Attici] *vocabant, aut ex gentibus, unde attulerant, ut Lydum & Syrum, aut nominibus illic frequentibus, ut* Manen, *vel* Midam, *Phrygem.* Cœl. Rhodig. Lect. Antiq. lib. 23. c. 5. autor est, sed sine autore, Phryges nuncupare illustria admirandaque *Manica* ob Manin ipsorum regem vetustissimum bonitate ac potentia perinsignem. Manen Lydiæ regem celebrat Herodot. lib. 1. c. 94. Ex quibus apparet id nominis apud Phryges & Lydos fuisse frequens.

54 Μανθυρέα, κώμη Ἀρκαδίας.] Manthyrea, vicus Arcadiæ, qui Pausaniæ in Arcadicis dicitur Μανθυρεῖς, ex quo noster fecit Μανθυρέα, quemadmodum ex Μακρυνεῖς fecit Μακρύνεια, ab illo Pausanias libro citato celebrat πεδίον Μανθυρικὸν, i. e. *Campum Manthuricum*, de quibus nihil notabile refert.

55 Μαννάκαρτα, πόλις Ἀραβίας.] Mannacarta, urbs Arabiæ, cujus apud alios est altum silentium, in hujusmodi oppidorum nominibus τὸ κάρτα est idem, ac urbs, ut alibi annotavimus, quod inter Syros, Phœnices, Chaldæos & Arabes frequens est.

56 Μαντίνεια, πόλις Ἀρκαδίας.] Mantinea, urbs Arcadiæ ex Homero, apud quem Il. 2. v. 607. sic legitur versus ille, quem affert noster:

Καὶ Τεγέην εἶχον, ἠδὲ Μαντινέα ἐρατεινήν.
Et Tegeam habebant, & Mantineam amabilem.

Ἐρατεινὴν vocari à Mœonio vate hanc urbem inquit Eust. ad versum citatum quod πεδιὰς ἦν πολυάμπελος esset; à Mantineo Lycaonis filio conditam fuisse, autor est Pausanias in Arcadicis. Strabo lib. 8. tradit Argivos eam composuisse ex quinque pagis, ac in gratiam Antigoni, dum Philippi ejus, qui Persei pater fuit, tutelam gereret, mutato nomine *Antigoniam* vocatam, at postea Adrianus imp. illud adventitium cognomen sustulit, eamque suo pristino nomine vocari jussit, autore eodem Pausania libro laudato. Quam nobilitavit Epaminondas celeberrimus Thebanorum dux prælio ad eam contra Lacedæmonios commisso, in quo, victis Lacedæmoniis, ipse occubuit. Hoc prælium fuit ex Græcorum famigeratis. In eadem civitate ajebant, Penelopen ab Ulysse adulterii damnatam curriculum vitæ peregisse, eodem autore, qui etiam priscæ Mantineæ rudera ibi commemorat.

57 Μάντυα, πόλις Ῥωμαίων.] Mantua, urbs Romanorum, ex Polybii lib. 16. cujus libri excerpta tantum extant, fuit & nunc est urbs Italiæ notissima, atque vetustissima, sita in medio paludum, quas Mincius amnis creat, autore Leandro in regione Italiæ decima sexta, cujus conditores ignorantur, etsi Mantuanus vates ejus alumnus Æneid. lib. 10. canit:

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicæ Mantûs, & Tusci filius amnis.
Qui muros, matrisque dedit tibi, Mantua, nomen.

Nunc est ducatus Mantuani caput, ac ducis sedes, sed magis Virgilio suo sibi cive gloriatur, qui natus fuit Andibus illius pago, unde *Andinus cantus* pro Virgiliano usurpatur à Silio Italico lib. 8.

Mantua Musarum domus, atque ad sidera cantu
Evecta Andino, & Smyrnæis æmula plectris.

Ipse quoque Virgilius eam vocat *patriam* Georgicorum lib. 3.

Primus ego in patriam mecum (modò vita supersit)
Aonio rediens deducam vertice Musas:
Primus Idumæas referam tibi, Mantua, palmas
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.

ἐθνικὸν, Μαντυανός· Πολύβιος δεκαπέμπτῳ. Γράφεται καὶ Μάντια, τῷ τ Ῥωμαίων ἔθει. Ἐξ αὐτῆς ὁ Βιργίλιος ὁ ποιητὴς Μαντίτης χρηματίζων. Ἔστι καὶ κατὰ συγκοπὴν, ὡς τὸ Ζελείτης. A

tile, Mantyanus, Polybius lib. 16. scribitur etiam Mantua, Romano more, ex eadem erat Virgilius poëta Mantutes, & est per syncopen ut Zelites.

ΜΑΡΑΘΗΣΙΟΝ[58], πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Μαραθήσιοι, ὡς Βυζάντιοι. [59] Ἔστι καὶ πόλις Ἐφησίων. B

MARATHESIUM, urbs Cariæ. Gentile, Marathesii, ut Byzantii. Est verò urbs Ephesiorum.

ΜΑΡΑΘΟΣ[60], πόλις Ἀκαρνανίας. Ὁ πολίτης, Μαραθώσιος. Τὸ ἐθνικὸν Μαραθήσιος, ὡς Κάδος Καδήσιος. C

MARATHUS, urbs Acarnaniæ. Civis, Marathenus. Gentile, Marathusius, ut Cadus, Caduſius.

ΜΑΡΑΘΟΥΣΣΑ[61], νῆσος πρὸς Κλαζομεναῖς. Ὁ πολίτης, Μαραθήσιος.

MARATHUSA, insula juxta Clazomenas. Civis, Marathusius.

ΜΑΡΑΘΩΝ[62], δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς· καὶ Μαραθώνιος, καὶ Μαραθωνία, καὶ Μαραθώνιον. Τοπικὸν, Μαραθωνόθεν· Καὶ κλητικὸν, Μαραθωνιακός. D

MARATHON, populus Leontidis tribus. Dicitur etiam Marathonius, & Marathonia, & Marathonium. Locale, ex-Marathone, & possessiv. Marathoniacus.

ΜΑΡΑΘΩΝΙΑ, πόλις Θρᾴκης, ὀλίγον ἄπωθεν Ἀβδήρων. Τὸ ἐθνικὸν, Μαραθωνιάτης. E

MARATHONIA, urbs Thraciæ, haud longe ab Abderis. Gentile Marathoniates.

ΜΑΡΑΧΗ, πόλις Ἰνδική. Τὸ ἐθνικὸν Μαράχιος, τῷ κοινῷ τύπῳ,

MARACHE, urbs Indica. Gentile, Marachius, communi typo.

ΜΑΡ- MAR-

Protulit etiam *Possevinum* Jesuitam, cujus varia extant opera, necnon *Petrum Pomponatium* Pauli Jovii præceptorem, acutum & ingeniosum, sed parum pium, cujus libros recenset Gesnerus in sua bibliotheca, adversus cujus impias opiniones extat decretum Leonis Pontificis Maximi, quod affert Georgius Horn. Historiæ Philosophicæ lib. 6. c. 8. sed tamen ipse Leo X. & P. Bembus, qui fuit à secretis ipsius Leonis de pietate non benè audiunt apud scriptores. Protulit etiam Mantua *Baptistam Hispaniolum* insignem suæ ætatis Poëtam, qui de Roma Satyrice admodum scripsit ac inter cætera hujusmodi versus:

——— *Venalia nobis*
Templa, sacerdotes, altaria, sacra, coronæ
Ignis, thura, preces, cælum est venale, Deusque.

Sit mantissæ loco (ego amo potius historiam, quam fabulas) Mantuæ diem obiisse *Carolum Calvum* Galliarum regem, & imperatorem, Caroli Magni filium, ut me historia Gallica docuit. Si plura hac de urbe scire desideras, vide Leandrum loco citato, Cluverium Italiæ Antiquæ lib. 1. c. 26.

58 Μαραθήσιον, πόλις Καρίας.] Marathesium nostro autori est urbs Cariæ, Scylaci Lydiæ, ejus quoque fecit mentionem Plinius lib. 5. c. 29.

59 Ἔστι καὶ πόλις Ἐφεσίων.] Marathesium, Cariæ urbem fuisse urbem Ephesiorum inquit, non quod in Ephesiorum terra sed quod sub eorum ditione esset. Sic alibi *Persicas urbes* vocat, non quod essent in Persida sed quod Persis parebant. Nostram conjecturam confirmat Strabo lib. 14. Εἶτα Νεάπολις, ἣ πρότερον μὲν ὑπὸ Ἐφεσίων, νυνὶ δὲ Σαμίων, διαλλαξαμένων πρὸς τὸ Μαραθήσιον τὸ ἐγγύτερον πρὸς τὸ ἀπώτερον. i. e. *Deinde Neapolis, quæ ante quidem erat Ephesiorum, nunc verò Samiorum, qui Marathesium pro ea in permutatione dederunt quod erat Ephesiis magis propinquum, quam ipsis.*

60 Μάραθος, πόλις Ἀκαρνανίας.] Marathos, urbs Acarnaniæ, mihi eadem videtur, quæ Pausaniæ *Maratha* neut. plur. dicitur in Arcadicis & inter Arcadicas urbes numeratur. Aliam hujus nominis Phœniciæ urbem memorat Strabo libro decimo. Arrhianus de exped. Alex. libro secundo. Urbs non obscura dicitur Melæ lib. 1. c. 12.

61 Μαραθοῦσα, νῆσος πρὸς Κλαζομεναῖς.] Marathusa, fuit insula in mari Ægæo prope Clazomenas Anaxagoræ patriam. Tres verò fuerunt insulæ parvæ quæ Clazomenis adjacebant, Marathusa, Pela, Drimyssa, autore Thucydide lib. 8. Ἀπέπλευσεν αὐτὸς μὲν μεγάλῃ αὐτῷ ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην, αἱ δὲ ἄλλαι νῆες καθῆραν ἐς τὰς ἐπικειμένας τῇσι Κλαζομεναῖς νήσους, Μαραθοῦσαν, καὶ Πήλην, καὶ Δεῖμυσσαν. i. e. *Magno vento delatus petiit ipse quidem Phocæam & Cumam, cæteræ verò naves appulerunt ad insulas Clazomenis adjacentes, Marathusam, & Pelen, & Drimyssam.* Quarum quoque meminit Plin. lib. 5. c. 31.

62 Μαραθών, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.] Marathon, onis, populus Leontidis tribus, Atticæ scilicet, memoratur Herodoto, Thucydidi, Straboni, Ptolemæo, Pausaniæ; ex nostris Melæ, Plinio, Solino, fuit opus Xuthi Erechthei generi, qui Atticæ tetrapolin condidit, autore Strabone lib. 8. Ξάθος δὲ τὸν Ἐρεχθέως γυναικὸς γήμας, ὤκισε τὴν τετράπολιν τὴν Ἀττικήν. Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προσάλινθον καὶ Τρικόρυθον. i. e. *Xuthus verò ducta uxore Erechthei filia, condidit tetrapolin Atticæ; Oenoen, Marathonem, Probalinthum, & Tricorythum.* Æque distabat ab Athenis atque à Caryſto Eubœæ oppido, nomen à Marathone quodam heroë invenit, Persarum maxima clade pernotus, magnarum, multarumque Athenienſium virtutum testis, duce Miltiade, quæ victoria fuit una ex Græcorum celeberrimis, ac ne quid admirationi deesset, ut erant Græci his in rebus eximii artifices, genus in gloriam suam effusissimum, ad miracula confugerunt, quæ prudens prætermitto. Miltiades verò ipse postea à populo Athenienſi damnatus est, quod non bene ad Paron se gessisset, quorum locupletes testes sunt Pausanias lib. 1. Justin. lib. 2. c. 9. Aul. Gellius lib. 17. c. 21. & alii. Ex hoc populo celebrat Hesych. in Μαραθῶν Poëtam Marathonium, & Poetæ *Marathonium taurum*, quem Theseum occidisse fabulabantur, Ovid. Met. lib. 7. v. 433.

——— *Necnon & carmina vino*
Ingenium faciente, canunt; te maxime Theseu
Mirata est Marathon Cretæi sanguine tauri
Quodque Suis securus arat Cromyona colonus;
Munusque opusque tuum est.

Ubi pro Cromyona scribendum est Cremmyona. Cremmyone enim accidit, quæ de hac sue fabulantur, ut apparet ex nostro aut. in Κρεμμύων. Cætero Marathon nunc est vicus, qui dicitur *Marasona*, teste Nigro Geographiæ comment. XI. Fallitur eruditissimus vir Nic. Lloydius ad C. Steph. lexic. qui putat Marathonem nostri autoris diversum fuisse.

63 Μαρ-

ΜΑΡΓΑΪΑΙ [63], πόλις Ἠλείας, ὡς Ἡραῖα. Καὶ τὸ ἐθνικὸν Μαργαιεὺς, ὡς Ἡραιεύς.

MARGÆÆ, urbs Elidis, ut Heræa. Et gentile, Margæeus, ut Heræeus.

ΜΆΡΓΑΝΑ [64], πόλις τῆς Ἰνδικῆς· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. Ἔστι καὶ Μαργάναι πληθυντικῶς. Τὸ ἐθνικὸν, Μαργανεῖς.

MARGANA, urbs Indiæ Marcianus in Periplo. Est etiam Marganæ in num. plur. Gentile, Marganei.

ΜΆΡΔΟΙ [65], ἔθνος Τρκανῶν· Ἀπολλόδωρος περὶ γῆς δευτέρᾳ. [66] Λῃστὰ δέ ἐστι, καὶ τοξόται.

MARDI, gens Hyrcanorum Apollod. de terra secundo. Latrones verò hi, & sagittarii.

ΜΑΡΔΌΝΕΣ, Ἠπειρωτικὸν ἔθνος. Εὐπόλις πόλεσι.

MARDONES, Epirotici populi, Eupolis urbibus.

Καὶ Χαόνων, καὶ Παιόνων, καὶ Μαρδόνων.

Et Chaonum, & Paonum, & Mardonum.

ΜΆΡΕΙΑ [67], πόλις καὶ λίμνη, τῇ Ἀλεξανδρείᾳ προσκειμένη, ἡ καὶ Μαρεωτὶς λέγεται· Ἀφ' ἧς καὶ Μαρεώτης οἶνος.

MAREA, urbs, & palus sita juxta Alexandriam, quæ etiam *Mareotis* dicitur, à qua etiam Mareotes vinum.

ΜΆΡΕΣ [68], ἔθνος προσεχὲς τοῖς Μοσσυνοίκοις· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

MARES, gens vicina Mossynœcis, Hecatæ. Asia.

ΜΑΡΙΑΒΑ [69], μητρόπολις Σαβαίων, ὡσὺς

MARIABA, Metropolis, Sabæorum,

63 Μαργαῖαι, πόλις Ἠλείας.] Margææ, urbs Eleæ, quam Strabo lib. 8. celebrat & Μαργάλαι vocat, sed ex nostro autore corrigendum esse censet Casaubonus, à cujus sententia nunc discedere est mihi religio.

64 Μάργανα, πόλις τῆς Ἰνδικῆς.] Margana, urbs Indiæ ex Marciani Periplo, cujus meminit Ptolemæus lib. 7. c. 4. sed inter Taprobanæ insulæ oppida numerat. Margiana autem erat regio Hyrcaniæ vicina, autore eodem Ptolemæo lib. 6. c. 10. cujus quoque inter alios mentionem fecit Strabo lib. 2.

65 Μάρδοι, ἔθνος Τρκανῶν.] Mardi, gens Hyrcanorum, quos inter Persidis gentes numerat Herodotus lib. 1. c. 125. Eos quoque celebrat Periegeta v. 732.

——— Οἱ θ' ὑπὲρ αἶαν
Τραχεῖαν ναίουσι Καδούσιοι, ἄγχι δὲ Μάρδοι,
Τρκάνιοι.

——— *Quique supra terram*
Asperam habitant Cadusii, prope vero Mardi,
Hyrcanii.

Ante Alexandrum nemo regionem eorum hostiliter invaserat, teste Arrhiano de expedit. Alex. lib. 3. quorum inter alios etiam meminere Ptolemæus libro 6. c. 2. Strabo libro 11.

66 Λῃστὰ δέ ἐστι, καὶ τοξόται.] Mardos Hyrcanorum gentem fuisse latrociniis dediram inquit, quod videtur desumpsisse ex Strabonis libro proxime citato: Νέαρχος δὲ φησι πεντάρουν ὅλην λῃστρικῶν ἐθνῶν, ὧν Μάρδοι μὲν Πέρσαις προσεχεῖς ἦσαν, Οὐξίοι δὲ, καὶ Ἐλυμαῖοι τούτοις τε, καὶ Σουσίοις, Κοσσαῖοι δὲ Μήδοις· πᾶσιν μὲν φόρους πράττειν τοὺς βασιλέας. i. e. *Nearchus verò ait, cum quatuor sint gentes latrociniis deditæ, de quibus Mardi Persis contigui erant, Uxii & Elymæi his & Susiis, Cossæi Medis; omnes tributa exigere à regibus.* Hos alii aliter locant, sed autoritas Strabonis & Periegetæ in rebus Geographicis omnium autoritati præferri debet.

67 Μάρεια, πόλις καὶ λίμνη, &c.] Marea, urbs & lacus, Alexandriæ Ægypti adjacens, lacus notiore nomine *Mareotis* quoque dicebatur; urbis meminit Herodotus lib. 2. c. 18. Thucydides lib. 1. cujus sunt verba: Ἰνάρως δὲ ὁ Ψαμμητίχου, Λίβυς, βασιλεὺς Λιβύων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ, ἐρεμώσας τὸν Μαρείας τοῦ ὑπὲρ Φάρου πόλεως, ἁπάσης σχεδὸν Αἰγύπτου τοῦ πρὸς θαλάσσης βασιλέως Ἀρταξέρξῃ, καὶ αὐτὸς ἄρχων ἠνόμβρου, Ἀθηναίους ἐπηγάγετο, οἱ ἔτυχον μὲν ἐς Κύπρον στρατεύσαντες ἐπ' Αἰγύπτου, ἀποστάντες αὐτῶν τε, καὶ τῶν ξυμμάχων) ἦλθον, ἀποπλέοντες τοῦ Κύπρου. i. e. *Inarus autem Psammetichi Libys, rex Libyum Ægypto finitimorum, profectus ex urbe Marea, quæ supra Pharum est, majorem Ægypti partem ad defectionem à rege Artaxerxe impulit, & ipse dux creatus Athenienses accivit, illi verò (inferebant enim bellum Cypro cum CC. navibus suis & sociorum) venerunt* [ipsi in auxilium] *Cyprum relinquentes.* Mareotidis verò paludis inter alios meminerunt Arrhian. de expeditione Alexandri lib. 3. Strabo lib. 17. quam sic describit: Ἡ δὲ Μαρεία λίμνη προσβλύσασα μέχρι τῆς θαλάσσης, πλοίων μὲν ἔχει πλοιαρίων, ἢ πενήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίων, μῆκος δὲ ἑλαττόνων ἢ τριακοσίων. Ἔχει δὲ νήσους, καὶ τὰ κύκλῳ πάντα οἰκούμενα κακῶς· διώρυξί τισὶ δὲ τὰς πόρους, ὥστε καὶ ἀμπελεῖός ἐστι τοὺς παλαιοὺς τὸν Μαρεωτῶν οἶνον. i. e. *Marea verò palus huc usque protensa, latitudinem habet stadiorum, plus quam* CL. *longitudinem verò minus quam* CCC. *Habet insulas octo, & loca circum sita omnia bene habitata; in his locis magna vini copia est, ut etiam diffundatur & in longum tempus Mareotis vinum.* Apud Strabonem pro Μαρεωτῶν οἶνον puto legendum ex nostro autore Μαρεώτιδα οἶνον. i. e. *Mareoten vinum.* Mareotis enim dicebatur palus ipsa, ut tradit noster, quod ex Strabonis lib. 17. desumpsit. Sic enim ille: Ἀμφίκλυστον τε γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πλαγίοις, τὸ μὲν ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς τῆς Αἰγυπτίας λεγομένης, τὸ δὲ ἀπὸ μεσημβρίας τῆς τε λίμνης τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεωτὶς λέγεται· πληροῖ δὲ ταύτην πολλαχῆς διώρυξιν ὁ Νεῖλος, ἀνωθεν καὶ κατὰ πλαγίων, δι' ὧν καὶ τὰ εἰσκομιζόμενα πολλῷ πλείω τὰ ἀπὸ θαλάττης ἐστίν· ὥσθ' ὁ λιμὴν ὁ λιμναῖος ὑπερέχει πλησιαίτερος δὲ θαλάττης. i. e. *Locum* [Alexandriam] *duo maria undique alluunt, alterum à septentrione, quod Ægyptium dicitur, alterum à meridie, quod Mareæ paludis, quæ & Mareotis dicitur; implet hanc multis fossis Nilus è superioribus partibus & è lateribus, per quas multò plura importantur, quam è mari, adeò ut portus, qui ad paludem est, ditior sit marino.* Est etiam Mareotis, species quædam vitis, teste Hesychio in Μαρεῶτις, unde Virgil. Georgic. lib. 1. canit:

Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.

Et *Mareotica* cortex pro *Ægyptia* papyro accipitur apud Martialem Epigram. lib. 14. Epigram. 209.

Levis ab æquorea cortex Mareotica concha
Fiat: inoffensa curret arundo via.

68 Μάρες, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Μοσσυνοίκοις.] Mares, gens adhærens Mossynœcis ex Hecatæi Asia, numerantur Herodoto lib. 7. c. 79. inter gentes, ex quibus Xerxis exercitus adversus Græciam constabat.

69 Μαριάβα, μητρόπολις Σαβαίων.] Mariaba, metropolis Sabæorum ad mare Rubrum, invenitur etiam apud alios scriptum *Meriaba*, quæ *Sabbatha* dicitur Arrhiano in Periplo Maris Erythræi, videtur eadem esse, quæ epitomatori nostro, suo loco dicitur Σαβᾶ, nam utrasque prope Mare Rubrum locat. Trés verò metropoleis Mariabæ nomine apud Arabes memorat Plinius lib. 6. c. 28. primam Sabæorum, quorum oppida recensens inquit: *Regia tamen omnium est Mariaba.* Secundam Minæorum de qua ita: *Minæi à Rege Cretæ Minoë (ut existimant) originem trahentes, quorum Charmæi, oppidum* XIIII. *mill. pass. Mariaba Baramalacum, & ipsum non spernendum.* Ubi Baramalacum nihil aliud est, quam regia, seu palatium regum. Est enim nomen corruptum à בירה *birah*, i. e. *palatium*, (à quo etiam apud Græcos factum est βαρὶς) & à מלך *malac*, i. e. *regnavit*, à quò מלך *melec*, apud Hebræos & apud Chaldæos מלכא *malca*, significat *regem.* Tertiam Calingio-

πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. 70 Στεφάνων πεν- A τεκαιδεκάτῃ.

rum, ad mare rubrum, Strabo libro decimo quinto.

ΜΑΡΙΑΜΜΙΑ 71, πόλις Φοινίκων. 72 Οἱ πολῖται Μαριαμῖται, ὡς Παυσανίας ἔκλω.

MARIAMMIA, urbs Phœnicum. Cives, Mariamitæ, ut Pauſ. lib. 6.

ΜΑΡΙΑΝΔΥΝΙΑ 73, χώρα. 74 Εὔπολις.

MARIANDYNIA, regio, Eupolis. B

Χρυσῷ ἅρμᾳ ὁρῶ, θέων νεῦ τὴν Μαριανδυνίαν.

Aureo genere video, curro nunc per Mariandyniam.

Ἀπὸ Μαριάνδυνός τινος Αἰολέως. Τὸ ἐθνικὸν· Μαριάνδυνος βαρυτόνως, καὶ Μαριανδυνὶς, καὶ Μαριανδύνη θηλυκόν. Τὸ Μαριάνδυνος κῆτος, καὶ Μαριάνδυνον.

Sic dicta à quodam Mariandyno Æolico. Gentile, Mariandynus, cum accentu gravi in antepenultima, & Mariandynis, & Mariandyna fœmineum. A Mariandynus poſſeſſiv. Mariandyn.

ΜΑΡΙΟΝ 75, πόλις Κύπρου, ἡ μετονομασθεῖσα Ἀρσινόη, ἀπὸ Μαρίεως. Ὁ πολίτης, Μαριεύς. 77 Ὅθεν καὶ τὸ κύριον, ὁ Κινύρου Μαριεύς.

MARIUM, urbs Cypri, quæ poſtea nominata fuit *Arſinoë*, à Marieo. Civis, Marieus, unde & nomen proprium, Cinuræ Marieus.

ΜΑΡΚΑΙΟΝ 78, ὄρος τῆς Τρῳάδος, πρὸς

MARCÆUM, mons Troadis,

rum hoc modo: *Quorum Mariaba ſignificat dominos omnium.* Scilicet à רב *rab*, quod apud Arabes ſignificat *dominum*. Litera enim *m* in verborum abſtractis frequenter ſolet addi. Mariabam autem & Sabam, unam eamdemque urbem fuiſſe teſtatur Geographiæ Nubienſis autor ſexta parte climatis primi: *Item ex urbibus Hadhramut eſt Mareb, quæ tamen modo eſt diruta; eratque hæc Saba, e qua erat oriunda Belcquis uxor Salomonis filii David.*

70 Στεφάνων πενταικαιδεκάτῃ.] Lege Στεφάνων ἑκκαιδεκάτῃ. i. e. *Strabo lib.* 16. Strabo enim hoc libro, non lib. 15. ut inquit noſter, celebrat Mariabam Sabæorum urbem, cui Μαριάβα dicitur: Ἡ δὲ πόλις τῶν Σαβαίων, ἡ Μαριάβα, κεῖται μὲν ἐπ' ὄρους εὐδένδρου· βασιλεία δ' ἦν κύριον τῶν κρίσεων καὶ τῶν ἄλλων. i. e. *Urbs verò Sabæorum Meriaba, ſita quidem eſt in monte arboribus pleno: habet autem regem judiciorum ac cæterarum rerum dominum.*

71 Μαριαμμία, πόλις Φοινίκων.] Mariammia, urbs Phœnicum, ex Pauſaniæ libro 6. Inter Pauſaniæ opera, quæ nunc extant, nulla ſit hujus urbis mentio, at ejus fecit mentionem Arrhianus de expeditione Alexandri lib. 2. Qui eam Μαριάμμην appellat: Στρατὸν δὲ Ἀλέξανδρον συντυχόντα, στέφανόν τε χρυσοῦν περιθεῖναι αὐτῷ, καὶ τὴν τε Ἄραδον αὐτῷ τὴν νῆσον, καὶ τὴν Μαραθῶνα τὴν καταντικρὺ τῆς Ἀραδίας ἐν τῇ ἠπείρῳ οἰκουμένην, πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, καὶ Μαριάμμην πόλιν, καὶ τἆλλα ὅσα τῆς φανερᾶς ἐπικρατείας, ἐνδεῖξαι. i. e. *Strato verò cum Alexandro occurriſſet, coronat eum aurea corona, & Aradum inſulam, & Marathum ex adverſo Aradi in continente ſitam, urbem magnam & opulentam, & Mariammen, cæteraque omnia, quæ ad ipſorum ditionem pertinebant, ei tradit.* Ptolemæo lib. 5. c. 15. Μαριάμη per unum *m* tantum dicitur.

72 Οἱ πολῖται, Μαριαμῖται.] Oppidani urbis Mariammiæ dicebantur Mariamitæ, quod per duplex *m* ſcribendum eſt, *Mariammitanoi* vocat eos Plin. lib. 5. c. 23. quos in Cœleſyria locat.

73 Μαριανδυνία, χώρα.] Mariandynia, regio erat Ponti inter Paphlagones & Bithynos, ut apparet ex Periegeta v. 787. & ſequentibus; memorantur Mariandyni inter alios Conſtant. Porphyrogenetæ de Them. lib. 1. Them. 6. qui cognominatos eſſe *Galatas* inquit, apud quem perperam Μαρυανδυνοι ſcribitur pro Μαριανδυνοι. Sic enim ſcribendum eſt, ut apparet ex Euſtathio ad Periegetæ verſum citatum. Οἱ δὲ Μαριανδυνοὶ οὗτοι καλοῦνται ἀπό τινος Αἰολέως Μαριανδύνου καλουμένου. Καὶ τὸ ἐθνικὸν δὲ Μαριάνδυνος μὲν λέγεται παραξύγως, καὶ τὰς Αἰολεῖς, ὡς φησιν ὁ γράψας τὰ ἐθνικά· ἡ δὲ κοινὴ χρῆσις ὀξύνει αὐτό, καὶ τὸ τύπτον τὰ εἰς νος ἐθνικά. Οὐ μὴν ἀθροίζεται δὲ τὸ η, ὡς τὰ ὁμοια ἐθνικά, ἀλλὰ τὸ ἀκόλουθον τῇ γραφῇ δι' ἀμωνύμου Αἰολικῆς κυρίας ἀνόμασται. i. e. *Mariandyni verò ita vocantur à quodam Æoleuſi* Mariandyno *nomine. Gentile autem* Mariandynus *dicitur cum accentu in antepenultima juxta Æoleuſes, ut inquit ethnicorum ſcriptor. Uſus autem communis id acuit, ſecundum formam gentilium in nos; non deſinit verò in* eta, *ſicut ſimilia gentilia, ut ſequatur ſcripturam nominis proprii Æolici cognominis.* In Euſtathii verſibus τὸ περιπαροξύτονος, καὶ τὰς Αἰολεῖς puto eſſe explicationem verborum autoris noſtri, quem ſæpe vocat ethnicorum ſcriptorem. Namque illa apud Stephanum non inveniuntur, nec ideo evincitur, ſaltem ex hoc loco, Euſtathium uſum fuiſſe autoris noſtri integro codice. Mariandyni igitur Ponti Euxini oram ad Heracleam uſque incoluere, teſte Mela l. 1. c. 19. quorum metropolis erat *Claudiopolis*, autore Porphyrogeneta, libro capiteque citato, regio verò ipſa fuit celebris Acheruſia ſpecu, per quam Hercules Cerberum inferorum tricipitem canem, ut eſt in fabulis ad ſuperos traxiſſe dicebatur, ex cujus virulenta ſpuma aconitum natum fuiſſe fabulabantur. Celebrantur etiam Μαριανδυνοι κάλαμοι, i. e. *Mariandynæ tibiæ*, quibus in næniis uti ſolebant, unde adagium Μαριανδυνὸς θρηνήτης, i. e. *Mariandynus tibicen*, dici ſolitum de eis, qui lugubria canunt, autore eodem Euſtathio ad Dionyſii verſum citatum.

74 Εὔπολις.] Hunc Eupolis verſiculum ſuſpicabar eſſe male ſanum, quem Joan. Owlpherus Norimbergenſis in lingua Hebræa, & Græca apprimè eruditus, magnæ ſpei adoleſcens, ac mei ſtudioſus, ſic monuit interpungendum & legendum:

Χρυσῷ ἅρμᾳ. Ὁρῶ θέων νεῦ τὴν Μαριανδυνίαν.
Aureo genere. Video currens nunc Mariandyniam.

75 Καὶ Μαριάνδυνος.] Legendum puto, Μαριανδυνικός. Hæc enim eſt poſſeſſivorum forma.

76 Μάριον, πόλις Κύπρου, &c.] Marium, urbem Cypri mutato nomine vocatam fuiſſe Arſinoën, inquit autor noſter, ſed ſine autore; Plinio lib. 5. c. 31. Arſinoë & Marium ſunt diverſæ Cypri urbes; Marium verò fuiſſe urbem Græcam prodit Scylax in Κύπρῳ. Hodie *Marin* vocari inquit Bochartus Geographiæ Sacræ lib. 1. c. 3. cujus inibi affert etymon à lingua Phœnicum, quod veroſimile erat, ſi probaſſet à Phœnicibus conditam fuiſſe, at cum id non conſtet, quod noſter affert eſt propius vero.

77 Ὅθεν καὶ τὸ κύριον, ὁ Κινύρου Μαριεύς.] Lege, ὁ Κινύρας Μαριεύς, i. e. *Cinyræ Marieus.* Sic enim legitur in Κύπρου. Sicut enim à Marieo dicta fuit urbs Marium, & à Cureo, Curium; ita à Cinyra illorum patre eſt Cinyria denominata, Cypri quoque urbs quarum meminerunt Scylax & Plinius locis citatis, at apud Scylacem pro Κερύνεια, & apud Ptolemæum lib. 5. c. 14 in Cypri deſcriptione pro Κερυνία legendum cenſeo Κινύρεια.

78 Μάρκαιον, ὄρος τῆς Τρῳάδος πρὸς τῇ Γέργιθι.] Marcæum, montem Troadis Gergithi ejuſdem regionis urbi vicinum celebrat, cujus apud alios altum eſt ſilentium; Macriades ſcopulos, quorum meminit Apollonius Rhod. Argonautic. lib. 1. v. 1112. ad hunc Troadis montis pertinere putat Lucas Holſtenius in ſuis ad hunc Poetam brevibus obſervationibus contra Scholiaſtæ mentem; de urbe verò Gergethe in Γέργις egimus, quorum oppidanos Gergethios, eorum urbe everſa, tranſtulit Attalus in Gergetham pagum prope fontes Caici fluvii, teſte Strabone lib. 13.

πρὸς τῇ Γέργιθι.[79] Οἱ οἰκήτορες, Μαρκαιόσιοι. A dis, juxta Gergithin. Habitatores, Marcæitæ.

ΜΑΡΜΑΚΕΣ, ἔθνος Αἰθιοπικόν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

MARMACES, gens Æthiopica, Hecatæus, Asia.

ΜΑΡΜΑΡΙΟΝ[80], πόλις Εὐβοίας. Ὁ πολίτης Μαρμαρεύς, ὡς Βυζάντιος.

MARMARIUM, urbs Eubœæ. Civis, Marmarius, ut Byzantius.

ΜΑΡΜΗ[81], πόλις Φοινίκης. Τὸ ἐθνικὸν Μαρμαῖος, ὡς Βαρκαῖος. B

MARME, urbs Phœniciæ. Gentile, Marmæus, ut Barcæus.

ΜΑΡΠΗΣΣΑ[82], ὄρος Πάρῳ, ἀφ' οὗ οἱ λίθοι ἐξαίρονται. Ὁ οἰκήτωρ, Μαρπήσιος.

MARPESSA, mons Pari, à quo lapides extrahuntur. Incola, Marpessius.

ΜΑΡΣΙΠΠΟΣ, πόλις Φοινίκης. Τὸ ἐθνικὸν, Μαρσίππιος. C

MARSIPPUS, urbs Phœniciæ. Gentile, Marsippius.

ΜΑΡΣΟΙ[83], ἔθνος Ἰταλικόν. Τὸ ἐθνικὸν, Μαρσικός.

MARSI, populi Italiæ. Gentile, Marsici.

ΜΑΡΣΥΑ[84], πόλις Φοινίκης, ὡς Ἀλέξανδρος καὶ Φίλων, ἀπὸ Μαρσύου. Τὸ ἐθνικὸν Μαρσυηνὸς, τῷ τῆς Ἀσίας τύπῳ. D

MARSYA, urbs Phœniciæ, ut Alexander & Philo, à Marsyo. Gentile Marsyenus, Asiæ typo.

ΜΑΡΩΝΕΙΑ[85], πόλις Κικονίας, κατὰ τὴν ἐν Θράκῃ χερρόνησον. [86] Ἐν ᾗ, λίμνη Μά-

MARONEA, urbs Ciconiæ, juxta Thraciæ Chersonesum. *Hinc palus Maris; hinc*

79 Οἱ οἰκήτορες Μαρκαιόσιοι.] In his sine dubio ineſt mendum. Incolæ enim montis Marcæi nullo modo poſſunt vocari *Marcæiſii*, ſed *Marcæonii*. Itaque pro Μαρκαιόσιοι legendum cenſeo Μαρκαιώνιοι.

80 Μαρμάριον, πόλις Εὐβοίας.] Marmarium, urbs Eubœæ, ubi erat Apollinis Marmarii templum, & lapidicinæ, ex quibus exſcindebantur Caryſtiæ columnæ apud veteres in honore, autore Strabone, lib. 10. Κάρυστος δέ ἐστι κατὰ τὸν ὑπὸ τῇ Ὄχῃ πλησίον τῇ τε Στύρᾳ, καὶ τὸ Μαρμάριον, ἐν ᾧ τὸ λατόμιον τῶν Καρυστίων κιόνων, ἱερὸν ἔχον Ἀπόλλωνος Μαρμαρίνου, ὅθεν ὁ πλοῦς εἰς Αὐλὰς τὰς Ἀραφηνίδας. i. e. *Caryſtus vero eſt ſita ſub monte Ocha; prope autem Styra & Marmarium, in quo latomiæ Caryſtiarum columnarum, famam habens Apollinis Marmarini; unde navigatio ad Halas Araphenidas.*

81 Μάρμη, πόλις Φοινίκης.] Marme, urbs Phœniciæ; puto eſſe, quæ Plinio lib. 6. c. 28. dicitur *Marma*, etſi eam in Rubro litore locat.

82 Μάρπησα, ὄρος Πάρου, &c.] Marpeſſa, mons Pari, ex quo marmor candidum exſcindebatur, quod Mantuano Homero Æneid. lib. 6. dicitur Marpeſia cautes:

Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat
Nec magis incæpto vultum ſermone movetur
Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

Ad quem locum Servius: *Cautem Marpeſiam, Parium lapidem dixit. Marpeſos enim mons eſt Pariæ inſulæ.* Hujus montis nominis etymon deducit Bochartus Geographiæ ſacræ lib. 1. c. 14. ab Hebræis nominibus מער בצע *maar betſa*, i. e. *caverna exciſionis*, quod etymon, pace tanti viri dixerim, ex ejuſdem montis latomiis videtur exciſum.

83 Μάρσοι, ἔθνος Ἰταλικόν.] Marſi, gens Italica. Inter fortiſſimas Italiæ gentes memorantur Plinio lib. 3. c. 2. Virgilius etiam fortitudinem ipſis videtur tribuere, cum Georgic. lib. 2. canit:

Hæc genus acre virum, Marſos, pubemque Sabellam
Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos
Extulit.

Eos etiam memorat Polyb. lib. 2. inter Marrucinos & Ferentanos & Veſtinos Italiæ quoque populos. A Circes filio ortos fuiſſe fabulabantur, & ideo ineſſe iis vim quamdam naturalem adverſus ſerpentum morſus, ſicut Africæ Pſyllis, quæ adhuc ætate Plinii in ipſis durabat, ut ipſe teſtatur lib. 25. c. 2. & lib. 7. c. 2. quod etiam affirmat Aul. Gellius Noct. Atticarum lib. 16. c. 11. *Gens in Italia Marſorum, orta fertur eſſe à Circes filio Marſo. Propterea Marſis hominibus, quorum duntaxat familiæ cum externis cognationibus nondum etiam permiſtæ, corruptæque ſunt, vi quadam genitali datum, ut ſerpentium virulentorum domitores ſint, & incantationibus, herbarumque ſuccis faciant medelarum miracula.* Unde eruditiſſimus Poetarum Æneid. lib. 7. v. 756. quæ ſequuntur carmina modulatur:

Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum
Evaluit: neque eum juvêre in vulnera cantus
Somniferi, & Marſis quæſitæ in montibus herbæ.

84 Μαρσύα, πόλις Φοινίκης.] Marſya, urbs Phœniciæ, quam maſcul. gen. uſurpat Strabo lib. 16. Μετὰ δὲ τὴν Μάκραν ἐστὶν ὁ Μαρσύας, ἔχων πινὰ ὀρεινὰ, ἐν οἷς ἡ Χαλκὶς, ὥσπερ ἀκρόπολις ἡ Μαρσύα. Ἀρχὴ δ' αὕτη Λαοδίκεια ἡ πρὸς Λιβάνῳ· τὰ μὲν οὖν ὀρεινὰ ἔχουσι πάντα Ἴτουραῖοί τε καὶ Ἄραβες, κακοῦργοι πάντες. i. e. *Poſt Macram eſt Marſyas, habens montana quædam, in quibus eſt Chalcis, tamquam Marſyæ arx. Ejus initium eſt Laodicea, quæ ad Libanum. Montanam regionem habent omnem Ituræi & Arabes malefici omnes.* Polybius Hiſtoriarum lib. 5. *convallem* vocat; & hiſce verbis deſcribit ejus ſitum: Ἀφ' ἧς ποιησάμενος τὴν ὁρμὴν ὁ βασιλεὺς μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως, καὶ διελθὼν τὴν ἔρκυμνον, κατέβαλεν εἰς τὴν αὐλῶνα, τὴν προσαγορευόμενον Μαρσύαν· ὃς κεῖται μὲν μεταξὺ τοῦ τε Λιβάνου καὶ τῆς Ἀντιλιβανίου παρωρείας, συνάπτων δὲ εἰς τενὸν κατὰ τὰ προειρημένων ὀρῶν· συμβαίνει δὲ καὶ τὸν αὐτὸν τοῦτον τόπον, ἢ τενότατος ἐστι, διειργάσθαι πεπύρωσι καὶ λίμνας, ἐξ ὧν ὁ μυρεψικὸς κάλαμος. Ἐπίκειται δὲ τοῖς τενοῖς ὁ μὲν ἕτερος μέρος, Βρόχοι προσαγορευόμενόν τι χωρίον· ὁ δὲ ἕτερος Γέρρα, τενὸν ἀπολείπων παρόδου. i. e. *A qua* [Laodicea] *profectus cum univerſo exercitu Rex, & deſertum emenſus, in convallem pervenit, nomine* Marſyam; *quæ jacet inter Libani & Antilibani radices, coarctatur vero in anguſtias ſub ipſis montibus, qua parte autem maximæ ſunt anguſtiæ, cohibetur paludibus & lacubus, ex quibus calamus odoratus tondetur. Faucibus illis ex altera parte imminet caſtellum quoddam nomine* Brochi; *ex altera vero* Gerrha *anguſto relicto introitu.*

85 Μαρώνεια, πόλις Κικονίας, &c.] Maronea, urbs Ciconiæ juxta Cherſoneſum Thraciæ, cujus meminit Scylax in Θράκη, Mela lib. 2. c. 2. quæ prius *Ortagurea* dicta fuit, autore Plinio lib. 4. c. 11. inter Macedoniæ civitates numeratur Conſtant. Porphyrogenetæ de Them. lib. 2. Them. 2. Macedonia enim erat Thraciæ finitima, ejus vinum laudat Tibullus lib. 4. in Panegyrico Meſſalæ:

Ceſſit, & Ætnææ Neptunis incola rupis
Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho.

86 Ἐν δὲ λίμνη Μάρις, &c.] Hæc ſine dubio ſunt verba alicujus autoris, quem ſilentio præterit, in quibus ſuſpicor ineſſe mendum, ac pro Μάρις ſcribendum exiſtimo Ἴσμαρις, quoniam palus Maris à nemine memoratur; at Iſmaris palus interjacebat inter Maroneam & Strymam. Firmat meam conjecturam Herodotus qui Maroneam urbem & paludem Iſmarida celebrat lib. 7. c. 109: Διαβάς δὲ Λίσκου ποταμὸν τὸ ῥέεθρον ἀπέχοντα μεσηγὺ πόλιος Ἐνναγόντων τῆς δὲ ὑστεραίης, Μαρώνειαν, Δικαίαν, Ἄβδηρα. Ταύτας τε δὴ παρεξῆλθε, καὶ τὰς ταύτας, λίμνας ὀνομαστὰς ταύτας· Μαρωνείης μὲν μεταξὺ καὶ Στρύμης κειμένην Ἴσμαρίδα· καὶ δὲ Δικαίων, Βισαντίδα. i. e. *Tranſmiſſo profluente Liſſi arefacto, civitates Græcas has prætergreſſus eſt, Maroneam, Dicæam, Abdera; has quidem præteriit, & juxta has, paludes celeberrimas has. Maroneam inter & Strymam jacentem Iſmaridem, juxta Dicæam autem, Biſſonidem.*

Μάρις· ἐν ᾗ, Μαρώνεια πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Μαρωνείτης· καὶ ἡλυκῶς διὰ τοῦ ι, καὶ Μαρωνὶς, ἀπὸ τοῦ Μάρωνος· καὶ Μαρωναῖος, ὡς ἀπὸ τοῦ Μαρώνη. A

ΜΑΣΑΙΣΥΛΙΑ [87], χώρα Λιβύης, παρατεχὴς τῇ τῶν Μαυρουσίων. Τὸ ἐθνικὸν Μασαισύλιοι, καὶ Μασαισυλεῖς, καὶ Μασαισυλίται. B

ΜΑΣΑΝΩΡΑΔΑ [88], πόλις Καρίας, ἀπὸ Μασανωράδου τοῦ Κινδάψου παιδὸς. Τὸ ἐθνικὸν, Μασανωραδεύς. C

ΜΑΣΗΣ [89], πόλις Ἀργείων· Παυσανίας δευτέρῳ. Ὁδός ἐστιν ὀπὶ Μάσῃ. [90] Ὅμηρος·

Οἳ τ' ἔχον Αἴγιναν, Μάσητά τε, κῆροι Ἀχαιῶν. D

Λέγεται καὶ ἡ πόλις Μάσης. Οἱ πολῖται, Μασήτιοι. Ἔστι καὶ λίμνη καὶ κώμη Μασῆτις, καὶ νῆσος.

ΜΑΣΙΟΝ [91] ὄρος, ὑπὲρ τῆς Νισίβεως· Στεφάνων ἑνδεκάτῃ. Οἱ οἰκοῦντες, Μασιλυοί. Ἢ, ὡς Πάριον Παριανός. E

ΜΑΣΚΩΤΟΣ, πόλις Λιβύης· Ἑκαταίῳ πρώτῃ. Ἔστι δὲ καὶ νησίον τῶν Ἑσπερίδων. Τὸ ἐθνικὸν, Μασκωτίτης, Λιβυκῷ καὶ Αἰγυπτίῳ τύπῳ. F

ΜΑΣΠΙΟΙ [92], ἔθνος Περσικὸν, ὡς εἴρηται ἐν τῷ περὶ Μαραφῖ * ῥητῶν, καὶ Παρσαργάδων.

hinc verò Maronea urbs. Gentile, Maronites. Et genere fœm. per *i*, [Maronitis], & Maronis, à Μάρων genitivo, & Maronæus, tanquam à Marone.

MASÆSYLIA, regio Libyæ, vicina Mauruſiorum regioni. Gentile, Maſæſylii, & Maſæſylei, & Maſeſylitæ.

MASANORADA, urbs Cariæ, à Maſanorado Cindapſi filio. Gentile, Maſanoradeus.

MASES, urbs Argivorum, Pauſanias 2. *Via eſt prope Maſen.* Homerus:

Qui habebant Æginam, Maſetemque, filii Achivorum.

Dicitur etiam urbs Maſetus. Cives, Maſetii. Eſt etiam palus, & vicus Maſetis, & inſula.

MASIUS, mons, ſupra Niſibin. Strabo lib. 11. Incolæ, Maſieni; vel ut Parium, Parianus.

MASCOTUS, urbs Libyæ. Hecatæus periegeſi. Eſt verò prope Heſperides. Gentile, Maſcotites, Libyca & Ægyptia forma.

MASPII, gens Perſica, ut dictum eſt in de maraphi * rhetais, & Paſargadis.

MAΣ- MAS-

87 Μασαισυλία, χώρα Λιβύης, &c.] Maſæſylia, regio Libyæ juxta *Mauruſios*, i. e. *Mauritanos* ſeu *Mauros* cujus incolæ, ut inquit noſter, dicebantur, *Maſæſylii*, *Maſæſylei*, & *Maſeſylitæ*, memoratur Straboni lib. 17. Μεθ' ὃν τῶν Μαυρουσίων γίνῃ ἡ τῶν Μασαισυλίων ἐπὶ, ἀπὸ τοῦ Μολοχαθ ποταμοῦ τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα, τελευτῶσα δὲ ἐπὶ τὴν ἄκραν, ἣ καλεῖται [Τρίτων] ὅρος τε Μασαισύλων, καὶ τῶν Μασυλιέων γῆς. i. e. *Poſt Mauruſiorum terram eſt Maſſæſyliorum regio, à fluvio Molochath initium ſumens, finiens verò in promontorium, quod vocatur* [Triton] *& terminus eſt Maſſæſylorum & Maſſiliborum terræ.* Apud Strabonem pro Μασυλίων, *Maſyliborum*, ſine dubio legendum eſt, Μασυλίων, *Maſyliorum*, ex Polybii lib. 3. qui Maſſyliorum & Maſſæliorum meminit. Periegetæ, v. 187. Μασαισύλιοι & Μασυλῆες dicuntur.

Ἔνθα Μασαισύλιοί τε καὶ ἀγρόνομοι Μασυλῆες
Βόσκοντες σὺν παισὶν ἀν' ἤπειρόν τε καὶ ὕλην
Μαιόμενοι βιότοιο κακὴν καὶ ἀεικέα θήρην.
Ubi Maſæſyliique, & in-agris-degentes Maſylæi
Paſcuntur cum liberis per continentem & ſylvam
Quærentes victus miſeram & fœdam venationem.

Diverſi ergo fuere Libyæ populi, ut apparet ex autoribus citatis, Maſæſylii & Maſylii, poſtremi autori noſtro, dicuntur Μασύλοι, de quibus ſuo loco agemus. Maſæſylios verò Plinius vocat *Maſſæſulos*, quos lib. 5. c. 2. continuis bellis exſtinctos fuiſſe refert.

88 Μασανώδαρα, πόλις Καρίας.] Maſanodara, urbs Cariæ, cujus apud alios altum eſt ſilentium, ſed ejus memoriam in Titi Imp. nummo extare inquit Abr. Ortel. in ſuo Theſauro Geographico, verè Theſauro.

89 Μάσης, πόλις Ἀργείων.] Maſes, etis, urbs Argivorum, ex Pauſaniæ lib. 2. cujus affert verba mutila & corrupta, quæ apud eum libro citato ſic leguntur: Παρὰ δὲ αὐτὸν ὁδός ἐστιν ἐπὶ Μάσητος τοῦ ὀλιγαρκέσιον ἐπὶ τὸ δυθείας. i. e. *Juxta verò ipſum* [Apollinis fanum] *via eſt in Maſetem digreſſis à via recta.* Quare apud Stephanum pro ἐπὶ Μάσῃ, leges ἐπὶ Μάσητος. Ejus quoque meminit Strabo lib 8. ætate Pauſaniæ jam non erat urbs ſed Hermionenſium navale. Sic enim ille eodem libro: Μάσης δ' ἦν πόλις τῶν Ἀργείων καθ' ὁμολογουμένως, ἐπινείου καθ' ἡμᾶς ἐχούσης Ἑρμιονέας. i. e. *Maſete, cum olim eſſet urbs, quemadmodum Homerus in Argivorum catalogo fecit, pro navali noſtra ætate utuntur Hermionenſes.*

90 Ὅμηρος.] Verſus ille Homericus legitur Il. 2. v. 562. ubi memorat Poëtarum parens Maſetem Argolicæ continentis urbem, de qua nota proximè præcedenti egimus ad quem locum nihil aliud affert Euſtathius præter id quod autor noſter.

91 Μάσιον ὄρος, ὑπὲρ τῆς Νισίβεως.] Maſius mons, ſupra Niſibin, ex Strabonis lib. 11. cujus ſunt verba: Μάσιος μὲν ἐστι τὸ ὑπερκείμενον ὄρος τῆς κατὰ τὴν Μεσοποταμίαν Μυγδόνων τῶν νότιος, ἐν οἷς ἡ Νισίβις ἐστὶν· ἐπὶ δὲ τὰ ἀφοσιερκίλιον μέρη ἡ Σωφηνὴ κεῖται· μεταξὺ δὲ τούτοιν Μασίος, καὶ ὁ Ἀντιτάυρος. i. e. *Maſius quidem eſt mons, qui imminet Mygdonibus Meſopotamiæ verſus auſtrum ſitis, in quibus eſt Niſibis; ſeptentrionem verſus Sophena jacet, inter Maſium & Antitaurum.* Memoratur inter alios Ptolemæo lib. 5. c. 18.

92 Μάσπιοι, ἔθνος Περσικὸν, ὡς εἴρηται ἐν τῷ περὶ Μαραφῖ * ῥητῶν καὶ Πασαργάδων.] Cum apud alios nulla fiat Maſpiorum, Perſarum gentis mentio, pro Μάσπιοι puto legendum Μάσιοι. Hos enim memorat Herodotus inter Perſarum genera lib. 1. c. 11. Ἔστι δὲ ταῦτα ἔθνεα ἐξ ὧν ἄλλοι πάντες, Ἀρτεάται, Πέρσαι, Πασαργάδαι, Μεραφῖοι, Μάσιοι. i. e. *Sunt verò hæc ex quibus alii omnes, Arteatæ, Perſæ, Paſargadæ, Meraphii, Maſii.* Ex quibus Herodoti verbis ſic reſtituenda ſunt illa mutila Stephani ἐν τῷ περὶ Μεραφίων, Ἀρτεατῶν. &c. i. e. *in de Meraphiis, Arteatis, &c.* Etſi nihil de iis, ut inquit, dixit ſuis locis, nedum Meraphiorum meminit.

93 Μασσα-

ΜΑΣΣΑΓΕΤΑΙ [93], ἔθνος Σκυθῶν, [94] ἔνθα Κῦρος ἐτελεύτησε. Τὸ ἐθνικὸν λέγεται Μασσαγήτης, καὶ ἴσως διὰ τὸ μέτρον.

MASSAGETÆ, gens Scytharum, ubi Cyrus obiit. Gentile, dicitur Massagetis, & forte propter metrum.

ΜΑΣΣΑΛΙΑ [95], πόλις τῆς Λιγυστικῆς, καὶ τῶν Κελτικῶν, ἄποικος Φωκαέων· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τίμαιος δέ φησιν, [96] ὅτι περιπλέων ὁ κυβερνήτης, καὶ ἰδὼν ἁλιέα, [97] κελεύσαι μάσαι τὸ ὀπήγειον χοινίον. Μάσαι γάρ, τὸ δῆσαι φασὶν Αἰολεῖς. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἁλιέως καὶ τοῦ μάσαι ὠνόμασται. Τὸ ἐθνικὸν Μασσαλιώτης, καὶ Μασσαλιῶς, καὶ Μασσαλία, καὶ Μασσαλιῶτις γυνή.

MASSALIA, urbs Ligusticæ, juxtà Celticam, Phocensium colonia, Hecatæus Europa. Timæus verò inquit, quod adnavigans gubernator, ac viso piscatore, jusserit μάσαι, id est, *ligare* nauticum funem. Μάσαι enim *ligare* dicunt Æoles. Ab ἁλιέως, i. e. à *piscatore* igitur & ἀπὸ τοῦ μάσαι, id est, *ligare*, *Massalia* nominata est. Gentile, Massaliotes, & Massalieus, & Massalia, & Massaliotis mulier.

ΜΑΣΣΑΚΑ [98], πόλις Ἰνδῶν· Ἀρριανὸς ἐν Ἰνδικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν Μασσακηνὸς, ὡς Μάζακα Μαζακηνός.

MASSACA, urbs Indorum, Arrhianus in Indicis. Gentile, Massacenus, ut Mazaca, Mazacenus.

ΜΑΣΣΙΑ [99], χώρα ἀποκειμένη τοῖς Ταρτησίοις. Τὸ ἐθνικὸν, Μασσιανός· Θεόπομπος παραγραφῷ τετάρτῳ.

MASSIA, regio attributa Tartessiis. Gentile, Massianus. Theopompus libro quadragesimo tertio.

ΜΑΣΤΑΥΡΑ [1], πόλις Λυδίας, ἀπὸ Μᾶ. Μᾶ δὲ τὴν Ῥέαν εἶπεν, ἣ παρέδωκε Διὶ τὸν Διόνυσον τρέφειν. Καὶ ἡ Μᾶ πυθομένη τὴν Ἥραν, ἐρωτηθεῖσα, τίνος εἴη τὸ βρέφος, Ἄρεος, ἔφη. Καὶ ὠνομάσθη Καρσὶν ὁ Διόνυσος Μάσαρις, ἔνθεν κληθῆναι. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἡ Ῥέα Μᾶ, καὶ ταῦρος αὐτῇ ἐθύετο παρὰ Λυδοῖς, ἀφ' ἧς ἡ πόλις. Ποταμὸς δὲ διὰ μέσης πόλεως ῥεῖ Χρυσόαρας

MASTAURA, urbs Lydiæ, à Ma, quæ Rheam sequebatur, cui Jupiter Bacchum nutriendum tradidit. Ma verò à Junone interrogata, cujus esset infans, Ἄρεος, i. e. *Martis*, dixit. Atque hinc apud Cares Bacchus *Masaris* vocatus fuit. Rhea etiam vocabatur *Ma*, & ipsi apud Lydos taurus sacrificabatur, à qua urbs [*Mastaura* dicta est.] Fluvius verò per mediam labitur urbem *Chrysaoras*

93 Μασσαγέται, ἔθνος Σκυθῶν, &c.] Massagetæ, gens Scytharum, quorum regionem describit Periegeta v. 739. & sequentibus, mores Strabo lib. 11. è nostris memorantur Melæ lib. 1. c. 2. Plinio lib. 6. c. 17. Solino capite (mihi) LII.

94 Ἔνθα Κῦρος ἐτελεύτησε.] Inquit apud Massagetas Cyrum obiisse, cujus prælium, cladem, & necem apud Massagetas narrat Herodotus lib. 1. c. 204. & sequentibus, Justinus lib. 1. c. 8.

95 Μασσαλία, πόλις τῆς Λιγυστικῆς, &c.] Massalia, urbs Ligusticæ juxta Celticam; melius dixisset, Massalia, urbs Celticæ juxta Liguriam. Celticam enim vocabant illam Galliæ Narbonensis partem, *Massalia* verò Græcis, *Massilia* Latinis, unde Gallis dicitur *Marseille*, Hispanis *Marsella*, est urbs Galliæ Narbonensis portu & emporio celeberrima, colonia Phocæensium, quos Scriptores plerumque cum Phocensibus confundunt; illi ab urbe Joniæ Phocæa, hi à Phocide regione, cujus metropolis erat Delphi, denominantur, ut videre est ex autore nostro in Φώκαια, & in Φωκίς. Phocæenses igitur Massiliam condiderunt, à quibus Galli & usum cultioris vitæ, exuta barbaria, & agrorum cultus, & urbes mœnibus cingere didicerunt, non Græciam in Galliam emigrasse, sed Galliam in Græciam translatam esse diceres. Adeo studia ingenuarum literarum ibi floruerunt, ut Romani pro Athenensi peregrinatione Massiliensem amplecterentur, ac tantum Græcarum literarum studium apud Gallos excitarunt Massilienses, ut contractuum quoque formulas Græce conscriberent, ut narrat Strabo libro quarto. Hinc diphthongos, quibus adhuc hodie utuntur Galli, originem trahere pro certo habeo.

96 Ὅτι περιπλέων.] Ratio clamat legendum esse ὅτι περιπλέων, quod etiam confirmat Eustathius ad Dionysii v. 75. qui hunc autoris nostri locum respexit. Sic enim apud eum legitur.

97 Κελεῦσαι.] Lege ἐκέλευσε, præcedit enim ἰδών. Sic etiam habetur apud eumdem Eustathium ad Dionysii versum proximè citatum, qui ibi eamdem Massiliæ nominis etymologiam affert, apud quem perperam scribitur Φωκίων κυβερνήτης, pro Φωκαίων κυβερνήτης. Phocæenses enim seu Phocaenses, non Phocenses condiderunt Massiliam, autore Strab. lib. 4. Κεῖται δ' ἐπὶ Φωκαίων ἡ Μασσαλία, κεῖται δ' ἐπὶ χωρίκ πέρῳδες. i. e. *Massilia à Phocæensibus est condita, jacet verò loco saxoso.*

98 Μάσσακα, πόλις Ἰνδῶν.] Massaca, urbs Indorum, ex Arrhiani Indicis, cui libro citato Assacenorum urbs magna dicitur: Ἐν Ἀσσακανοῖσι δὲ Μάσσακα, πόλις μεγάλη, ἵνα περ καὶ τὸ κράτος τῆς γῆς ἐστὶ τῶν Ἀσσακίης. Καὶ ἄλλη πόλις Πευκέλαα, ἐπὶ μεγάλῃ καὶ αὐτὴ, ἐ μακρὰν δὲ Ἰνδοῦ. i. e. *Apud Assacenos est Massaca, civitas magna, ubi potentia Assacenorum regionis est; & alia civitas Peucela, magna etiam & ipsa, non procul ab Indo fluvio.* Eidem autori de Expeditione Alex. lib. 4. dicitur Μάσσαγα pro Μάσσακα, ut ego existimo: Καὶ Ἀλέξανδρος πρῶτα μὲν ἐπὶ Μάσσαγα ἦγε τὸν μεγίστην τῶν τοίτη πόλεων. i. e. *Et Alexander primum quidem Massaga cum exercitu petit, civitatum illius regionis maximam.* Perperam etiam apud Strabonem lib. XV. Μασίγα dicitur: Εἶθ' ἡ Ἀσσακανὲ, ὅπερ Μασίγα πόλις τὸ βασίλειον τῆς χώρας· Ἤδη δὲ πρὸς τῷ Ἰνδῷ πάλιν ἄλλη πόλις Πόκηλαῖτις. i. e. *Deinde Assacani regio, ubi Masoga urbs, regia regionis. Jam verò ad Indum amnem rursus alia civitas Peucolaitis.* Assacanus, Masoga, Peucolaitis Straboni sunt Assaceni, Massaca, Peucela Arrhiani. Urbs verò quæ *Massaca* nostro & Arrhiano dicitur, Curtius *Mazagas* vocat lib. 8. c. 10. *Ipse ad Mazagas venit.*

99 Μασσία, χώρα ἀποκειμένη τοῖς Ταρτησσοῖς.] Massia, regio attributa Tartessiis; Tartessii fuere Hispaniæ populi. Massia autem Plinio lib. 35. c. 14. est Hispaniæ civitas, in qua fiebant lateres, qui siccati non mergebantur in aqua. Erant enim è terra pumicosa, ut ipse refert libro capiteque citato.

1 Μάσταυρα, πόλις Λυδίας, &c.] Mastaura, urbs Lydiæ cujus incolæ Mastaurenses memorantur Plinio lib. 5. c. 29. ex fabula, quam noster affert discès & nominis urbis etymon, & quare Dionysus apud Cares *Masaris* vocatus fuerit. Sunt enim Græci in fabulis felices, in historia audaces.

2 Ma-

σώρας λεγόμενον. Τὸ ἐθνικὸν Μαστωρεύς, ὡς Πεγασεύς. Εἴρηται καὶ Μαστωρείτης. A

ras dictus. Gentile, Mastaureus, ut Pegaseus. Dicitur & Mastaurites.

ΜΑΣΤΙΑΝΟΙ[2], ἔθνος πρὸς τῇ Ἡρακλείαις στήλαις· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Εἴρηται ἢ ἀπὸ Μασίας πόλεως.

MASTIANI, populi prope Herculeas columnas, Hecatæus Europa, dicti ab urbe Mastia.

ΜΑΣΤΡΑΜΕΛΗ[3], πόλις καὶ λίμνη τῆς Κελτικῆς. Ἀρτεμίδωρος ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν ἑνδεκα. B

MASTRAMELLE, urbs, & palus Celticæ, Artemidorus in epitome undecim.

ΜΑΣΣΥΛΟΙ[4], Λιβυκὸν ἔθνος· Ἀπολλόδωρος. Πολύβιος ἐν ἑβδόμῳ, Μασυλεῖς αὐτὰς φησι. C

MASSYLI, Libyci populi, Apollodorus, Polybius lib. 7. *Massyleos* ipsos vocat.

ΜΑΣΧΑΝΗ, πόλις πρὸς τῶν Σκηνιτῶν Ἀράβων. Κτάδραλος ὀγδόῳ Παρθικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Μασχανεύς.

MASCHANE, urbs juxta Scenitas Arabes, Quadratus Parthicorum 8. Gentile, Maschaneus.

ΜΑΤΑΥΡΟΣ[5], πόλις Σικελίας, Λοκρῶν κτίσμα. Τὸ ἐθνικὸν, Ματαυρῖνος. Στησίχορος Εὐφήμου παῖς Ματαυρῖνος ἦν, ὁ τῶν μελῶν ποιητής. D

MATAURUS, urbs Siciliæ, à Locris condita. Gentile, Mataurinus. Stesichorus Euphemi filius genere Mataurinus, Melicus poëta.

ΜΑΤΙΑΝΗ[6], μοῖρα τῆς Μηδίας· Στεφάνων δυοκαιδεκάτῃ. Τῆτο ἢ γίνεται καὶ τῆς Μηδίας ἐν τῇ Ματιανῇ. E

MATIANE, pars Mediæ, Strab. libro duodecimo. *Hoc verò fit & in Matiane Media.*

ΜΑΤΥΚΕΤΑΙ, ἔθνος Σκυθικόν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

MATYCETÆ, gens Scythica, Hecatæus Europa.

ΜΑΥΡΙΤΑΝΙΑΙ[7], δύο· ἡ μὲν Τιγγιτάνη,

MAURITANIÆ, duæ, una Tingitana,

2 Μασιανοὶ, ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις.] Mastiani, gens ad Herculeas columnas, nomen adepti à Mastia urbe, ut inquit noster, cujus meminit Polybius libro 3. quæ urbs adjacebat Καλῷ ἀκρωτηρίῳ, i.e. *Pulchro promontorio*, eodem autore libro citato.

3 Μασραμέλη, πόλις καὶ λίμνη τῆς Κελτικῆς.] Mastramelle, urbs & lacus Celticæ; autor noster sæpe Galliam vocat *Celticam*, Mastramella verò corrupte *Astromella* dicitur Plinio lib. 3. c. 4. cujus sunt verba: *Ultra fossa ex Rhodano C. Marii opere & nomine insigne stagnum: Astromella oppidum maritima Auaticorum.* Hunc Plinii locum insigniter corruptum sic corrigit Pintianus in suis in Plinium eruditis observationibus: *Insigne stagnum Mastramella. Oppidum Maritima Auaticorum.* Maritima enim est nomen proprium urbis Galliæ Narbonensis, ut apparet ex Ptolemæi libro 2. cap. quinto.

4 Μασύλοι, Λιβυκὸν ἔθνος.] Massyli, Libyca gens, diversi à Masæsyliis, de quibus in Μασαιλία egimus, *Massylii* dicuntur Polybio lib. 3. Νομάδων ἢ Μασυλίων, καὶ Μασαιλίων, καὶ Μαξίων, καὶ Μαυρουσίων, τῶν πρὸς τὸ Ὠκεανὸν, χιλίας ὀκτακοσίας. i. e. *Nomadum verò Massyliorum, & Massæliorum, & Maciorum, & Maurusiorum, qui ad Oceanum* CIↃIↃCCC. Ubi interpres Latinus non percepit Polybii mentem. Putat enim hoc in loco τὸ Νομάδων esse diversæ gentis nomen, cum ipsi Massylii fuerint Nomades, ut apparet ex Dionysii versu CLXXXVII. venatione victum quærebant, aratri usum ignorabant, ut apparet ex eodem Dionysio, versu citato & sequentibus. Memorantur etiam Poëtarum eruditissimo Æneid. lib. 6. v. 60.

——— *Magnas obeuntia terras*
Tot maria intravi duce te: penitusque repostas
Massylûm gentes, prætentaque syrtibus arva.

Adeo equitandi arte erant periti, & experti, ut nec fœnis, nec ephippiis uterentur, sola virga equos regebant, unde Luc. lib. 4.

Et gens, quæ nudo residens Massylia dorso
Ora levi flectit frænorum nescia virga.

Adhuc hodie Mauros id agere ab amico quodam accepi, quod ipse affirmabat se vidisse.

5 Μάταυρος, πόλις Σικελίας, Λοκρῶν κτίσμα.] Mataurus, urbs Siciliæ, à Locris condita. Aut ego unà cum Mela, Plinio & Solino fallor, qui Metaurum inter Italiæ oppida numerant, aut autor noster, qui Siciliæ urbem inquit esse. A Zanclensibus locatum tradit Solinus capite (mihi) octavo; Olivarius ad Melæ lib. 2. c. 4. inquit esse, quæ nunc *Teriana* dicitur, alii, quæ *Giola*, Mela & Solinus neut. gen. singul. *Metaurum* dixerunt, quod est frequens apud Scriptores. Sic Lampsacus Ciceroni, cujus verba attulimus cum de Lampsaco egimus, *Lampsacum* dicitur. Fuit & hujus nominis Italiæ fluvius, qui adhuc nunc *Metaro* dicitur penultima correpta clade Asdrubalis Annibalis fratre celeberrimus, accepta à Claud. Nerone, & à Livio Salinatore consulibus, ubi tantum hostium interfectum fuit (ad LVI. millia, unà cum Asdrubale numerant) ut reddita æqua Canensi clades videretur & ducis & exercitus interitu, autore Livio lib. 27. c. 51. unde Venusinus vates Carm. lib. 4. Od. 4.

Quid debeas, ô Roma, Neronibus
Testis Metaurum flumen, & Asdrubal
Devictus.

6 Ματιανὴ, μοῖρα τῆς Μηδίας.] Matiana, Mediæ pars, ex Strabonis lib. 12. cujus affert verba, quæ apud Strabonem libro undecimo (non duodecimo, ut inquit noster) sic inveniuntur: Τῆτο ἢ γίνεται, καὶ τῆς Μηδίας ἐν τῇ Ματιανῇ, καὶ τῆς Ἀρμενίας ἐν τῇ Σακασηνῇ, καὶ τῇ Ἀραξηνῇ. i.e. *Hoc verò fit & in Matiana Mediæ, & in Armeniæ Sacasena, & Araxena.* Erat verò Matiena fertilis adeò, ut vitis vini metretam, ficus medimnos LX. ferret, frumentum ex semine, quod ex spicis decidebat, renascebatur, apes in arboribus sua examina ponebant, & mel à foliis defluebat, ut idem Strabo refert lib. 2. sed haud alius fidei pronior lapsus, quam ubi falsæ rei gravis autor existit. Incolæ Matiani & Matieni dicuntur eidem.

7 Μαυρεταναίαι, δύο, &c.] Duas Mauritanias celebrat autor noster ex Marciani Periplo, Tingitanam, & Cæsariensem, easdem etiam Ptolemæus lib. 4. c. 1. & 2. quarum incolæ dicebantur *Mauritanii*, & *Maurusii* & *Mauri*, duos posteriores memorat noster in subsequente dictione; consuetudo verò obtinuit, ut populos Africæ Mahometanæ religioni deditos *Mauri* dicantur; Mauritania autem Hebraice dicitur פוט *Phut*, autore Aria Montano in Apparatu Biblico, quod nominis invenitur Ezech. c. 27. v. 10. & c. 38. v. 5. Quinetiam Plinius lib. 5. c. 1. celebrat Fut Mauritaniæ fluvium, significat verò vocabulum illud *dispersos*, ac si dice-

γιτάνη, ἡ ὑ Καισάρεια, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ.

tana; alia, Cæsarea, ut Marcianus in periplo.

ΜΑΥΡΟΎΣΙΟΙ[8] καὶ Μαῦροι, ἔθνος μέγα Λιβύης, ὡς Κοάδρατος ἐν πρώτῳ Παρθικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Μαυρούσιος.

MAURUSII, & Mauri, gens magna Libyæ, ut Quadratus Parthicor. lib. 1. Gentile, Mauruſis.

ΜΑΥΣΌΣ, κώμη Κορίνθου· Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μαυσεύς.

MAUSUS, vicus Corinthi, Theopomp. lib. 32. Gentile, Mauſei.

ΜΑΥΣΩΛΟΙ[9], οἱ Κᾶρες, ἀπὸ Μαυσώλου· Δημοσθένης δεκάτῳ Βιθυνιακῶν[10]· Δαίδαλος Μαυσωλῶν.

MAUSOLI, Cares à Mauſolo, Demoſthenes Bithyniacorum 10. *Dædalus Mauſolorum.*

ΜΑΧΑΙΡΟΎΣ[11], φρούριον τῆς Ἰουδαίας, ὡς Ἰώσηπος. Τὸ ἐθνικὸν, ὤφειλεν ὡς Ἱεροχούντιος. Αὐτὸς δὲ Μαχαιρίτας αὐτὸς φησι.

MACHÆRUS, caſtellum Judææ, ut Joſephus. Gentile debebat eſſe ut Hieruchuntius. Ipſe verò *Macharitas* eos vocat.

ΜΕΓΆΛΗ[12], πόλις Ἀρκαδίας, ἣν σωφρόνισαν ἄνδρες Ἀρκάδες μετὰ τὰ Λεῦκτρα. Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ ἥμισυ μέρος Ὀρεστία, ἀπὸ τῆς Ὀρεστῶν παρουσίας. Οἱ δὲ πολῖται Ὀρέστιοι, καὶ Μεγαλοπολῖται.[13] Ἀφ' ἧς Κερκίδας ἄριστος νομο-

MEGALE, urbs Arcadiæ, quam viri Arcades poſt Leutrica condidere. Vocabatur verò dimidia ſui parte *Oreſtia*, ab Oreſtis adventu. Cives autem Oreſtii, & Megalopolitæ. Ex qua Cercidas optimus

ſi diceres פוּט *Phuts*, ט *t* enim & ת *ts.* frequenter in illa lingua permutantur, ut annotat etiam Bochartus Geograph. Sacræ lib. 4. c. 33. Mauritaniæ verò incolæ erant Nomades, quod certo quodam modo nominis ſignificationem exprimit. Romanis maximè innotuerunt in bello contra Jugurtham regem. Hujus regionis mons Atlas valde celebratur, quem ſua lingua *Dyrin* vocabant, Virg. Æneid. lib. 6. v. 795.

— *Jacet extra ſidera tellus*
Extra anni ſolisque vias, ubi cælifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Ab hoc monte *Atlanticus Oceanus* dicitur, quem antea ignotum veterum navibus primi Luſitani navigarunt. Inter Mauritaniæ reges celebratur Juba ſtudiorum claritate memorabilior, quàm regno, cujus libri ſæpe à Plinio & ab aliis laudantur; Jubæ ſucceſſit Ptolemæus filius ex Selena M. Antonii filia, quem accerſitum è regno, & honorifice exceptum occidi juſſit C. Cæſar Caligula, ut narrat Suet. in Caligula, quo interempto Mauritania in duas provincias diviſa fuit ab ipſo C. Cæſare, ut memoriæ prodit Plin. lib. 5. c. 1. cujus diviſionem Ptolemæus & alii quoque ſequuti ſunt.

8 Μαυρούσιοι καὶ Μαῦροι.] De Mauruſiis & Mauris, vide quæ nota præcedente annotavimus.

9 Μαυσωλοὶ, οἱ Κᾶρες, ἀπὸ Μαυσώλου.] Mauſolos dictos fuiſſe Cares a Mauſolo inquit, ex Demoſthene Bithyniacorum decimo. Mauſolus verò fuit Cariæ Rex, Artemiſiæ maritus, quem tanto amore proſequuta eſt ut ejus cineres vino permiſtos tradatur bibiſſe, cui etiam in amoris ſignum conſtruxit tumulum tanta operis magnificentia, ut inter ſeptem orbis miracula numeretur. Hinc omnia ſepulchra magnifica appellantur *Mauſolea*; Martialis de Domitiani Amphitheatro Epigram. 1.

Aere nec vacuo pendentia Mauſolea
Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant.

10 Δαίδαλος Μαυσωλῶν.] Puto legendum Δαίδαλα Μαυσωλῶν. i. e. *Dædala Mauſolorum.* Dædala enim erat ſeu locus, ſeu oppidum Cariæ, ut patet ex Liv. lib. 37. c. 22. ex Plin. lib. 5. c. 27.

11 Μαχαιροῦς, φρούριον τῆς Ἰουδαίας.] Machærûs, untis, caſtellum Judææ, ex Joſepho, qui variis ſui operis locis ejus meminit. Erat caſtellum quoddam Judææ natura & arte muniti ſſimum, quod conſtruxit Alexander Judæorum rex, ac poſtea Herodes Aſcalonites locum muro & turribus amplexus civitatem illic ædificavit, unde in arcem ipſam ferebat aſcenſus, ac circa verticem alium murum conſtruxit, & turres in angulis ſexagenorum cubitorum erexit, in medio verò regiam, magnitudine habitationum & pulchritudine locupletem, & multas ciſternas recipiendis ac ſuppeditandis aquis idoneas, ac ſi cum natura loci certaret, ut quòd illa ſitu inexpugnabile fecerat, ipſe arte ſuperaret, ut prodit Joſephus de bello Judaïco lib. 7. c. 25. juxta verſionem Latinam; in hoc caſtellum Herodes illius Magni Herodis Aſcalonitæ, ut puto, filius vinctum miſit Joannem Baptiſtam, ac illic eum occidi juſſit, timens ne ejus conſilio, populus (magnam enim in eum autoritatem ſuis concionibus habebat) aliquam moliretur defectionem, autore eodem Joſepho Antiquit. Judaïc. lib. 18. c. 7. Euangeliſtæ aliam referunt cauſam, Matth. c. 14. Marc. c. 6. Luc. c. 3. ſcilicet quod Herodi exprobraret Herodiadis uxoris fratris ſui matrimonium; utrumque potuit eſſe. Juxta Machæruntem in confragoſa quadam valle, cui nomen *Baaras* naſci quamdam ejuſdem nominis radicem, virtute ejiciendi dæmonia pollentem, inquit idem Joſephus libro capiteque citato. de qua mira, & omnem excedentia fidem narrat.

12 Μεγάλη, πόλις Ἀρκαδίας.] Hæc verba ſic mihi videntur legenda, Μεγάλη πόλις, πόλις Ἀρκαδίας, vel Μεγαλόπολις, πόλις Ἀρκαδίας. Ita enim amat loqui autor noſter, in oppidorum ſimilibus nominibus, ut Γωνιόπολις, πόλις Φοινίκων, Ἑλλωόπολις, πόλις Βιθυνίας, & alia hujuſmodi ſexcenta. Megalopolis verò fuit urbs Arcadiæ, nomen ſonat *magnam urbem.* Quapropter non infaceto lepore dixit comicus quidam apud Strabonem, cum jam eſſet everſa.

Ἐρημία Μεγάλη ἐστὶν ἡ Μεγαλόπολις.
Solitudo magna eſt Megalopolis.

Lepor conſiſtit in nominibus Græcis, quem in Latinis amittit. Optimè adimplevit olim nominis ſui etymologiam, quia ex Strabonis lib. 8. apparet, fuiſſe Arcadiæ civitatum maximam: Καὶ Μεγαλόπολις ἡ μεγίστη τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ προσετέθη τοῖς Ἀχαιοῖς. i. e. *Et Megalopolis Maxima Arcadiæ urbium addita fuit Achæis.* Memoratur diverſis locis civi ſuo Polybio Megalopolitæ, qui avarus egit in patria ſuæ laudibus, cui Μεγάλη πόλις quoque dicitur, ut & Pauſaniæ lib. 9. ubi idem inquit ab Epaminonda conditam fuiſſe: Τὰ δὲ πολίσματα τὰ Ἀρκάδων ὁπόσα εἶχεν ἀσθενῶς κωλῦσαι πείσας τοὺς Ἀρκάδας, πολλὰ ἐν κοινῷ σφίσιν ὠκίσατο, ἡ Μεγάλη τε ἐς ἡμᾶς ἔτι καλεῖται πόλις. i. e. *Oppidula Arcadum, quotquot munita non erant, ut delerent perſuaſis Arcadibus, patriam communem ipſis condidit, quæ Megale polis* [Magna urbs] *ad noſtra uſque tempora vocatur.* Loquitur Pauſanias de Epaminonda.

13 Ἀφ' ἧς Κερκίδας, &c.] Hujus Poëtæ mimiambici meminerunt Cæl. Rhodiginus Lectionum Antiquarum lib. 4. c. 8. L. Greg. Gyraldus de Poëtarum hiſtoria dialogo v 11. cujus afferunt ſcazontem verſum, neſcio ex quo autore.

νομοθέτης, καὶ Μιμιάμβων ποιητής. [14] καὶ Αἰ- A
νησίας περιπατητικὸς, ὁ Θεοφράστου μαθητὴς.
καὶ Ἀκεσόδωρος, περὶ πόλεων συγγεγραφώς.
καὶ Πολύβιος, παραγέγονται βιβλία γράψας.
Οὗτοι Μεγαλοπολίται. Τὸ κτητικὸν, Μεγα-
λοπολιτικός. [15] Δωρίεα, πόλις Καρίας, B
ἡ νῦν Ἀφροδισιὰς, ἡ πρότερον Λελέγων πό-
λις. Ὠνομάσθη καὶ Νινόη, ἀπὸ Νίνου. Ὁ πολί-
της, Νινοήτης. [16] Ἔστι καὶ Ἰβηρίας Μεγάλη
πόλις, ὡς Φίλων. Ἔστι καὶ μεγάλη νῆσος, ἡ
νῦν Λυκιάς. C

ΜΕΓΑΡΑ [17], πόλις περὶ τὸ ἰσθμὸν, μέ-
σῃ Πελοποννήσου καὶ Ἀττικῆς, καὶ Βοιωτίας· Ἧς
ἐπίνειον ἡ Νισαία. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Μεγαρέως
τοῦ Ἀπόλλωνος, ἢ τοῦ Αἰγέως, τοῦ Πανδίονος,
τοῦ Ἐρεχθέως, τοῦ Ἡφαίστου. [18] Ἢ διὰ τὸ τρα- D
χὺ τῆς χώρας. Ὁ πολίτης, Μεγαρεύς. Ἀφ'
ἧς Θέογνις, ὁ τὰς παραινέσεις γράψας. Ἦν
δὲ σχολὴ Φιλοσόφων Μεγαρικῶν λεγομένη,
διαδεξαμένη Εὐκλείδην Μεγαρέα Σωκρατι-
κὸν, ὡς Στράβων ἱστορεῖ. Τὸ θηλυκὸν ἐπὶ τῆς E
χώρας, Μεγαρὶς, καὶ Μεγαρηΐς. Καὶ κτητι-
κὸν, Μεγαρικός. Οὕτω δὲ καὶ τὰς Μεγαρικὰς
κεραμίδας διὰ τοῦ ε χρὴ λέγειν, ἀλλὰ διὰ τοῦ α, ὡς
οἱ ἔμποροι τὴν ἀρχαίαν διαφθείροντες. Τὰ
τοπικὰ, Μεγαρόθεν, ἐκ τόπου· Ἐν τόπῳ Με- F
γαροῖ, ὡς Πυθοῖ. Ἔστι καὶ Μέγαρα ἐν Θετ-
τολίᾳ. Τρίτη, ἐν Πόντῳ. Τετάρτη, ἐν Ἰλλυ-
ρίδι.

mus legislator, & Mimiamborum Poëta. Et Æneſias peripateticus, Theophraſti diſcipulus. Et Aceſodorus, qui de urbibus ſcripſit. Et Polybius, qui 40. libros ſcripſit. Hi omnes Megalopolitæ fuere. Poſſeſſiv. Megalopoliticus. Secunda, urbs Cariæ, quæ nunc *Aphrodiſias*, ac prius Lelegum urbs. *Ninoë* quoque vocata fuit à Nino. Civis, Ninoëtes. Eſt & Iberiæ Megalepolis, i. e. *magna urbs* teſte Philone. Eſt etiam *Megaleneſus*, i. e. *magna inſula*, quæ nunc *Lycias*.

MEGARA urbs circa Iſthmum media inter Peloponneſum, & Atticam, & Bœotiam. Cujus navale, Niſæa. Sic verò vocata fuit à Megareo Apollinis filio, vel Ægei filii Pandionis, filii Erechthei, filii Vulcani. Vel propter regionis aſperitatem. Civis, Megareus, ex qua fuit Theognis, qui paræneſeis ſcripſit. Erat verò inibi Schola Philoſophorum Megarenſium dicta, quæ recepit Euclidem Megarenſem Socraticum, ut Strabo libro 9. fœm. dictum de regione, Megaris, & Megareis. Poſſeſſiv. Megaricus. Sic verò, & fictilia vaſa Mega ica per *e* oportet dicere, non per *a*, ut mercatores, qui primam ſyllabam corrumpunt. Localia, ex Megaris, ex loco. In loco, in Megaris, ut in Pytho. Eſt etiam urbs Megara in Theſſalia. Tertia, in Ponto. Quarta

14 Καὶ Αἰνησίας, &c.] Hunc Æneſiam peripateticum Philoſophum, Theophraſti diſcipulum, non potui reperire, inter Theophraſti diſcipulos Nec mirandum, cum Theophraſtus ad duo millia diſcipulorum habuerit, autore Diogene Laërtio in ejus vita, de Aceſodoro verò & Polybio ſuo loco agemus.

15 Δωρίεα, πόλις Καρίας.] Hæc Cariæ civitas à nemine, quod ſciam, memoratur præter Suidam in Νινόη, cujus noſter iterum meminit in Νινόη.

16 Ἔστι καὶ Ἰβηρίας Μεγάλη πόλις.] Megale polis Iberiæ, neſcio quâ Iberiæ regione reperiatur. Africæ Megalen polin celebrat Diodorus Siculus bibliothecæ hiſtoricæ lib. xx. Quare vide, an pro Ἰβηρίας ſcribendum ſit Λιβύης, ego enim ἐπέχω de his.

17 Μέγαρα, πόλις περὶ τὸ ἰσθμὸν, &c.] Megara, neut. plur. urbs circa Iſthmum Corinthiacum ſcilicet, media inter Peloponneſum, Atticam & Bœotiam; memoratur Scylaci in Μέγαρα, Thucydidi lib. 1. Straboni lib. 9. Ptolemæo lib. 3. c. 15. Pauſaniæ lib. primo, è noſtris T. Livio diverſis locis, qui hujus urbis nomen in gen. fœm. uſurpat, eam illuſtrabat duplex arx, alteri Niſææ, alteri, ab Alcathoo nomen erat; necnon navale *Niſæa* quoque nomine, ut apparet ex Pauſaniæ lib. 1. cujus adhuc ætate nomen ſervabat, ut ipſe refert libro citato: Ἐς δὲ τὸ ἐπίνειον, καλέσθαι δὲ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι Νισαίαν, ἐς τοῦτο κατελθόντα, ἱερὸν Διὶ μειλιχίῳ ἐστὶ Μαλοφόρος. i. e. *Ad navale verò mea quoque ætate vocatum Niſæam deſcendentibus, Cereris Malophori* [Oviferæ] *fanum eſt.* Ad quod navale uſque Athenienſes cum Megarenſes à Lacedæmoniis defeciſſent ac ſeſe ipſis adjunxiſſent, longos muros ædificarunt, autore Thucydide lib. 1. Καὶ τὰ μακρὰ τείχη ᾠκοδόμησαν Μεγαρεῦσι τὰ δι' τοῦ πόλεως ἐς Νισαίαν· καὶ ἐφύλασσον αὐτοί. i. e. *Et longos muros ædificarunt* [Athenienſes] *Megarenſibus ab urbe ad Niſæam uſque; & ipſi cuſtodiebant.* Sed multò magis illuſtrarunt hanc urbem Euclides Philoſophus Socraticus & Theognis Poëta, & Schola Philoſophorum, qui ab ea *Megarici* dicebantur, ut inquit noſter ex Strabonis lib. 9. cujus ſunt verba: Πολλαῖς δὲ κέχρηται μεταβολαῖς ἡ τῶν Μεγαρέων πόλις· συμμένει δ' ὅμως μέχρι νῦν. Ἔσχε δὲ πόλεις καὶ φιλοσόφων διαδεχομένων τοῦ συγγραφέως Μεγαρικῶν, Εὐκλείδου διαδεξαμένων Σωκρατικὸν ἄνδρα Μεγαρέα τὸ γένος. i. e. *Multas verò habuit mutationes Megarenſium urbs; tamen etiamnum durat. Habuit aliquando & Philoſophorum ſcholam, qui Megarici dicebantur, ſucceſſores Euclidis Socratici, patria Megarenſis.* Poſtea cum Megarenſes ab Athenienſibus defeciſſent, illis interdictum fuit portubus in ditione Athenienſium ſitis, autore Thucydide lib. 1. Quapropter Euclides muliebri veſtitu ad Socratem ſe conferebat, autore Gellio Noct. Attic. lib. 5. c. 10. Extat facetum Diogenis apophthegma adverſus Megarenſes apud Laërtium in Diogene, qui cum vidiſſet eos magis curare oves propter lanam, quam filios, hos enim nudos, illas pellibus tectas intuitus fertur dixiſſe, Λυσιτελέστερόν ἐστι Μεγαρέως εἶναι κριὸν, ἢ υἱόν. id eſt, *Præſtat Megarenſis arietem eſſe, quam filium.*

18 Ἢ διὰ τὸ τραχὺ τῆς χώρας.] Mirifici artifices ſunt Græci in deducendis nominum oppidorum etymologiis, in quibus ſæpe ſibi non conſtant, ut nunc accidit autori noſtro, qui urbis Megarorum etymologiam deducit, vel à Megareo Apollinis filio, quod ex Pauſaniæ libro primo habet, vel à regionis aſperitate, ac ſi apud Græcos veteres τὰ μέγαρα ſignificaret τὸ τραχὺ, cujus ſignificationis altum eſt ſilentium apud Heſychium lexicographorum eruditiſſimum hac in re. Quapropter puto autorem noſtrum reſpexiſſe Strabonem ſic de Megarenſium regione loquentem lib. 9. Ἔστι δ' ἡ χώρα τῶν Μεγαρέων παραλυπρος, κοιλάσιν καὶ ἀτλικὴ, καὶ τὸ πλέον αὐτῆς ἐπέχει τὰ καλούμενα Ὄνεια ὄρη. i. e. *Eſt autem regio Megarenſium ſubgracilis ſicut & Attica, & majorem ejus partem occupant montes Oneii* [Aſinini] *nomine.* Megara verò apud Phœnicios ſignificabat habitationem. De quo vide quæ in Καρχηδὼν annotavimus.

19 Ἐκλη

ρίδι. Πέμπτη, ἐν Μολοσσίδι. [19] Ἕκτη, ἐν Σικελίᾳ, ἡ πρότερον Ὕβλη, ἀπὸ Ὑβλωνος βασιλέως· καὶ Ὑβλαῖοι, οἱ πλῆται. A

ΜΕΓΑΡΙΚΟΝ [20] πολίχνιον, ὁ συγκαταλέγεται τοῖς Βιθυνῶν πόλεσιν· Ἀρριανὸς πέμπτῳ, Ἀστακός τε καὶ Ἡραία, καὶ τὸ Μεγαρικὸν ἔθνος. B

ΜΕΓΑΣΑ, ὡς Γέρασα, πόλις Λιβύης· Ἑκαταῖος περιηγήσει Ἀσίας. Ἐξ αὐτῆς σιτοφάγοι, καὶ ἀροτῆρες.

ΜΕΓΙΣΤΗ [21], πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυκίας, ὡς Πολυΐστωρ, ἀπὸ Μεγίστεως τινός. C Τὸ ἐθνικὸν, Μεγιστεύς.

ΜΕΔΕΩΝ [22], Βοιωτικὴ πόλις, καὶ Φωκικὴ ἑτέρα. Στράβων συνάπτει. Ἐκλήθη ἢ ἀπὸ Μεδεῶνος, ἢ Πυλάδου καὶ Ἠλέκτρας. Τὸ ἐθνικὸν, Μεδεώνιος. [23] Ἔστι καὶ τῆς Ἠπείρου D πόλις, καὶ κώμη.

ΜΕΔΙΟΛΑΝΟΝ [24], πόλις Ἀκυϊτανίας. Οἱ οἰκῆται, Μεδιολάνιοι.

ΜΕΔΙΩΝ, πόλις πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ· Πολύβιος ἐκκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μεδιώνιος. E

ΜΕΔΜΑΣΟΣ [25], πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μεδμασεὺς τῷ τύπῳ τῆς χώρας, ὡς Πηγασεύς.

ΜΕΔΜΗ, πόλις [26] Ἰταλίας. Καὶ κρήνη ὁμώ-

Quarta in Illyride. Quinta, in Molosside. Sexta, in Sicilia, quæ prius Hyble, ab Hyblone rege. Et cives, Hyblæi.

MEGARICUM, oppidulum, quod inter Bithynorum urbes numeratur. Arrhianus lib. 5. *Astacusque, & Heraa, & Megarica gens.*

MEGASA, ut Gerasa, urbs Libyæ. Hecatæus in descriptione Asiæ. *Ex eadem Sitophagi, & Aroteres.*

MEGISTE, urbs & insula Lyciæ, ut Polyhistor, à Megisteo quodam. Gentile, Megisteus.

MEDEON, Bœotica urbs & alia Phocica. Strab. lib. 9. Vocata verò fuit à Medeone filio Pyladæ, & Electræ. Gentile, Medeonius. Est etiam Epiri urbs, & vicus.

MEDIOLANUM, urbs Aquitaniæ. Habitantes, Mediolanii.

MEDION, urbs juxta Ætoliam. Polybius libro 18. Gentile, Medionius.

MEDMASUS, urbs Cariæ, Hecatæ. Asia. Gentile, Medmasæus regionis forma, ut Pegasæus.

MEDME, urbs Italiæ, & fons ejusdem nomi-

19 Ἕκτη, ἐν Σικελίᾳ, &c.] Sexto loco numerat Megara Siciliæ, quæ antea *Hyble* dicta fuit quod videtur desumpsisse ex Strabonis lib. 6. Sic enim ille de hac urbe loquitur: Τὰς μὲν ἐν Χαλκιδέως κτίσμα Νάξον, τὰς δὲ Δωριέας Μέγαρα, τὴν Ὕβλαν πρότερον καλουμένην. Αἱ μὲν οὖν πόλεις ἠφάνισται· τὸ δὲ τῆς Ὕβλης ὄνομα συμμένει· ἀφ' οὗ καὶ τὸ μέλι. i. e. *Chalcidenses igitur Naxum, Dorienses verò Megara, Hyblam antea vocatam condidisse. Urbes quidem hæ non exstant. Hyblæ verò nomen durat propter Hyblæi mellis præstantiam.* Quam à Marcello in Syracusanorum terrorem dirutam fuisse rerum monumentis tradit Livius lib. 24. c. 35. *Interim Marcellus cum tertia fere parte exercitus ad recipiendas urbes profectus, quæ in motu rerum ad Carthaginienses defecerant, Pelorum atque Herbesum dedentibus ipsis recepit. Megaram vi captam diruit atque diripuit, ad reliquorum, ac maxime Syracusanorum terrorem.* Ab hac urbe vocavit Virg. Æneid. lib. 3. Megaros sinus, autore Servio, qui ad eumdem locum inquit: *Megara, oppidum est juxta Syracusas.*

20 Μεγαρικὸν, &c.] Megaricum, oppidulum Bithyniæ, celebratur Plinio lib. 5. c. 32. cui *Megarice* dicitur.

21 Μεγίστη, πόλις καὶ νῆσος τῆς Λυκίας.] Megiste, urbs & insula Lyciæ. Memoratur Scylaci in Λυκίᾳ, Ptolemæo lib. 5. c. 4. Plinio lib. 5. c. 31. Livius lib. 37. c. 22. Megisten portum celebrat: *Profectus cùm quantum accelerare poterat, maturasset: ad portum, quem Megisten vocant, prægressos consequitur.*

22 Μεδεὼν, Βοιωτικὴ πόλις, &c.] Medeon, onis, Bœotica urbs, & Phocica altera, ex Strabonis lib. 9. celebrantur, cujus sunt verba; Μεδεὼν δέ ἐστι ὁ μὲν Φωκικὸς ὑπὸ τοῦ Κηφισοῦ κόλπῳ, δέκα Βοιωτίας σταδίους ἐκπλέοντι ἐξ Κηφισσοῦ· ὁ δὲ Βοιωτικὸς ἀπὸ σκέλους κατοικίδιον· πλησίον δέ ἐστιν Ὀγχηστὸς ὑπὸ τῷ Φοινικίῳ ὄρει· ἀφ' οὗ καὶ μελανόμφακα Φοινικίς. i. e. *Medeon verò, Phocicus quidem in Crisæo sinu distat à Bœotia stadia* CLX. *Bœoticus autem* [Medeon] *ab illo vocatus fuit. Prope Onchestum verò est sub Phœnicio monte; à quo & Phœnicis appellatur.* Bœotici Medeonis meminit primus doctrinarum & antiquitatis Græcorum parens in navium Catalogo v. 501. Phocici verò Medeonis rudera memorat Pausanias lib. 10.

23 Ἔστι καὶ τῆς Ἠπείρου πόλις.] Megara quoque fuisse Epiri & urbem & pagum inquit, cujus meminit Eustathius ad Hom. Il. 2. v. 501. & Aristot. in de Mirabilibus.

24 Μεδιόλανον, πόλις Ἀκυϊτανίας.] Mediolanum, urbs Aquitaniæ, & olim & nunc pernota, Galliæ Cisalpinæ metropolis, Archiepiscopi sedes, & Ducatus Mediolanensis caput, arce firmissima, inter Europæas celeberrima, sub Hispanorum imperio, quam ipsi *Milan* parum corrupto nomine vocant; eam Gallos condidisse duce Belovesо narrat Livius lib. 5. c. 34. *Ipsi per Taurinos saltusque Iuliæ Alpis transcenderunt: fusisque acie, Tuscis, haud procul Ticino flumine, cum, in quo consederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognomine Insubribus pago Heduorum: ibi omen sequentes loci, condidere, Mediolanum appellarunt.* De ejus nominis etymologia non convenit inter autores. Plurimos protulit in jurisprudentia viros insignes inter alios, Jasonem Mainum, & Alciatum. D. Ambrosius etiam ejus episcopus ei suos debet natales, necnon Cardanus, insignis medicus, Philosophus & mathematicus. Inter ejus Archiepiscopos fuit celeberrimus Federicus Borrhomæus Cardinalis, qui eam sua præsentia & bibliotheca non contemnenda illustravit. De qua, si plura desideras, vide Leandrum Albertum in Lombardia transpadana, Cluverium Ital. Antiquæ lib. 1. Volaterranum Geographiæ lib. 4. & alios.

25 Μέδμασσος, πόλις Καρίας.] Medmasus urbs Cariæ memoratur Plinio lib. 5. c. 29. cui *Medmasa* dicitur.

26 Μέδμη, πόλις Ἰταλίας, &c.] Medme, urbs Italiæ, & fons ejusdem nominis, qui urbi nomen dedit; urbis & fontis meminit Strabo, apud quem Μέδαμα legitur, cujus ex lib. 6. appono verba: Ἐν ᾗ τῷ παραπλῷ τούτῳ Μέδαμα πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν, καὶ ὁμώνυμος κρήνη μεγάλη, πλησίον ἔχουσα ἐπίνειον καλούμενον Ἐμπόριον. i. e. *In hac ora-maritima est Medama urbs Locrorum eorundem & ejusdem-nominis fons magnus, prope habens navale, nomine Emporium.* Apud Plinium etiam lib. 3. c. 5. *Medua* perperam vocatur, & apud Scylacem in Λοκρικῇ Μέσῃ, nostro quoque paulo infra dicitur Μέζμα, Marcianus Heracleota etiam in sua Periegesi eam appellat Μέδναν pro Μέδμαν, quam Locros condidisse inquit;

——— Ἂς εἰ πλησίον
Ἵππωνιν καὶ Μέδνην ᾤκισαν Λοκροί.
——— *Quas prope*
Hipponium & Mednam condidere Locri.

Eamdem puto fuisse urbem, quæ Melæ lib. 2. c. 4. dicitur Medama, cujus nedum vestigia supersunt.

ὁμώνυμος· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· ἀπὸ Μέδμης ἡρωίνης τινός. Ὁ πολίτης, Μεδμαῖος· [27] Ὅθεν ὁ φιλιππικὸς ὁ ἀξιόλογος ἀνὴρ, ὁ περὶ ἀνέμων γεγραφώς. Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις τῆς Λιγυστικῆς.

nominis, Hecatæus. Europa, à Medme fonte quodam. Civis, Medmæus, unde erat Philippus mentione-dignus vir, qui de ventis scripsit. Est etiam alia Ligusticæ urbs.

ΜΕΔΥΛΛΙΑ [28], πόλις, Ἀλβανῶν κτίσις, Ῥωμαίων ἀποικία· Διονυσίῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Μεδυλλῖνος.

MEDYLLIA, urbs, ab Albanis condita, Romanorum colonia. Dionysius Romanæ Antiquitatis. Gentile, Medyllinus.

ΜΕΘΟΥΡΙΑ [29], νῆσος μεταξὺ Αἰγίνης καὶ Ἀττικῆς, πλησίον Τροιζῆνος· Ἀνδροτίων πέμπτῳ Ἀτθίδος. Τὸ ἐθνικὸν, Μεθουριεύς.

METHURIA, insula inter Æginam, & Atticam, prope Trœzenem. Androtio Atthidis lib. quinto. Gentile, Methurieus.

ΜΕΘΥΔΡΙΟΝ [30], πόλις Ἀρκαδίας. Ὁ πολίτης, Μεθυδριεύς. Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις Θεσσαλίας, ὡς Φιλόξενος.

METHYDRIUM, urbs Arcadiæ. Civis, Methydrieus. Est & alia urbs Thessaliæ, ut Philoxenus.

ΜΕΘΩΝΗ [31], πόλις Θρᾴκης. Ὄμηρος διὰ ἦτα·

Οἱ δ' ἄρα Μηθώνην, καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο.

METHONE, urbs Thraciæ, Homer. per *eta* scribit:

Qui verò Methonen, & Thaumaciam habitabant.

Ὁ πολί-

Civis,

27 Ὅθεν ὁ Φίλιππος, &c.] Memorat Stephanus Philippum Medmæum, qui de ventis scripsit & patriæ suæ fortunam sequutus est, quandoquidem nedum ejus memoria apud alios exstat.

28 Μεδυλλία, πόλις, Ἀλβανῶν κτίσις, &c.] Medyllia, urbs ab Albanis condita, & Romanorum colonia memoratur ex Dionysio Antiquitatis Romanæ, quæ Latinis dicitur *Medullia*. Ejus meminit Dionysius Roman. Antiquitatis lib. 3. Πόλις Μεδυλλία, ἣν Ἀλβανοὶ μὲν ἔκτισαν, Ῥωμύλος δὲ καὶ συνῴκισε τοῖς ἀπὸ Ἀλβης Ῥωμαίων ἐποίησεν ἄποικον. i. e. *Civitas Medullia, quam Albani quidem condiderunt, Romulus verò per deditionem acceptam Romanorum fecit coloniam.* Idem autor libro citato refert ex hac urbe fuisse genus Tullo Hostilio Roman. regi, qui Numæ successit. E nostris celebratur Livio lib. 1. c. 33. *Postremo omni bello Latino Medulliam compulso, aliquandiu ibi Marte incerto, varia victoria pugnatum est: nam & urbs tuta munitionibus, præsidioque firmata valido erat.* Plinius quoque lib. 3. c. 5. ejus fecit mentionem.

29 Μεθουρία, νῆσος μεταξὺ Αἰγίνης, &c.] Methuria, insula inter Æginam, & Atticam, à nemine, quod sciam celebratur: at Plinius lib. 4. c. 12. in sinu Megarico celebrat Methurides quatuor, quarum nomina silentio prætermisit. Sinum Megaricum intelligo ab urbe Megaris, de qua suo loco egimus, nomen habere apud Plinium.

30 Μεθύδριον, πόλις Ἀρκαδίας.] Methydrium, urbs Arcadiæ memoratur Thucydidi lib. 5. Polybio lib. 4. Ab Orchomeno conditam fuisse prodit Pausanias in Arcadicis: Ὀρχομενὸς ἐκτίσθη οἰκιστὴς Μεθυδρίου τε καὶ Ὀρχομενίων, καὶ οὗτοι τοῖς ἔπεσι πολυμήλους ὠνόμασεν Ὅμηρος. i. e. *Orchomenus verò fuit conditor Methydrii* [urbis sic] *vocatæ, & Orchomeniorum; quos in versibus polymelos* [ovium-divites] *vocavit Homerus.* Idem libro citato testatur jam sua ætate pagum Megalopolitarum ditionis, non urbem fuisse: Ἐς Μεθύδριον δὲ πόλιν μὲν οὐκ ἔτι, κώμην δὲ ἐς τὸ Μεγαλοπολιτικὸν συντελοῦσαν, ἐς τοῦτο ἔτι τὸ Μεθύδριον ὀνομάζεται ὁδός. i. e. *In Methydrium verò urbem quidem nec amplius, pagum autem Megalopoliticæ ditionis, in hoc* [inquam] *Methydrium ex Mantinea via est.* Situm autem erat inter Malœtan & Mylaontem fluvios medium, autore eodem autore lib. 8. Ὑπερμάσθη μὲν δὴ Μεθύδριον, ὅπη κολωνός ἐστιν ὑψηλὸς, Μαλεάτην τε ποταμὸν καὶ Μυλάοντος μέσον, ἐφ' ὃ τὴν πόλιν ὁ Ὀρχομενὸς ὠκίζε. Πρὶν δὲ ἢ συμπελεῖν ἐς τὸ Μεγαλοπολιτικὸν, γενέσθαι καὶ Μεθυδριεῦσιν ἀνδράσιν Ὀλυμπιονίκαις. i. e. *Vocitatum porro est Methydrium, quod collis esset excelsus, Malœtan inter amnem & Mylaontem medius; in quo urbem Orchomenus condidit; antequam verò esset Megalopoliticæ ditionis, fuere & Methydrienses viri Olympionicæ* [Olympicorum-ludorum-victores.] Ejus quoque fecit mentionem Plinius inter Arcadiæ oppida lib. 4. c. 6. at Methydrii, Thessaliæ urbis, quam noster ex Philoxeno celebrat, altum est apud alios silentium.

31 Μεθώνη, πόλις Θρᾴκης, &c.] Methone, quæ Homero ratione metri Μηθώνη dicitur, est Stephano urbs Thraciæ: Homerus verò, cujus noster affert versum, Methonæ meminit Il. 2. v. 716. Ego non puto Homerum loqui de Thraciæ Methone. Namque in illo versu memorat etiam Thaumaciam, quam noster in Θαυμακίᾳ ait esse Magnesiæ urbem, ubi quoque affert eumdem Homeri versum, ergo Methone quoque fuit urbs Magnesiæ. Meam conjecturam videtur confirmare Plinius, qui lib. 4. c. 9. & Methonem & Thaumachias (sic enim ipse vocat Thaumaciam) inter Magnesiæ oppida numerat. Magnesia verò, de qua nunc est sermo, erat Thessaliæ annexa, teste Plinio libro, capiteque citato. In hac Magnesiæ urbe jactu sagittæ altero oculo damnatus est Philippus, pater Alexandri, autore Solino c. 14. cujus libet apponere verba: *In regione Magnesia, Methone oppidum* [situm] *est, quod cùm obsideret Philippus Alexandri Macedonis Magni pater, damnatus est oculo jactu sagittæ, quam jecerat Æster oppidanus, inscriptam suo nomine, locoque vulneris, quem petebat. Populum istum callere artem sagittariam credere possumus, vel de Philoctete, quoniam Melibœa in hoc pede computatur.* Sine dubio respexit Solinus versus Homericos inter quos est unus, quem noster apposuit; integri verò sunt:

Οἱ δ' ἄρα Μηθώνην, καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο,
Καὶ Μελίβοιαν ἔχον, καὶ Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν,
Τῶν ἦρχε Φιλοκτήτης τόξων εὖ εἰδὼς,
Ἑπτὰ νεῶν.

Qui verò Methonem & Thaumaciam habitabant,
Et Melibœam tenebant, & Olizonem asperam,
His Philoctetes præerat, sagittandi peritus
Septem navibus.

Strabo etiam lib. 9. distinguit Methonem Magnesiæ, quæ Philoctetæ parebat à Methone Thraciæ, quam Philippus evertit, in qua verosimilius est oculo damnatum fuisse Philippum. Verba Strabonis ex libro citato sunt: Ἐξῆς δ' ἀπὸ Φιλοκτήτης πόλεως καλλίχωλον. Ἡ μὲν Μηθώνη ἑτέρα ἐστὶ τῆς Θρᾳκίας Μηθώνης, ἣν καθέλοντα Φίλιππον ἐμπόδισμά φασί τινες τῷ πατέρι τῷ Ἀλεξάνδρου μὲν γενέσθαι τὸν Πελοποννήσου· πρόκειται γὰρ τῆς Μαγνήτων νήσου συχνοῖς. i. e. *Deinceps recensentur* [ab Homero] *urbes, quæ Philoctetæ parebant. Methone igitur alia est à Thracica, quam Philippus evertit; antea verò Peloponnesiacæ meminimus. Jacent autem ante Magnetas complures insulæ.* Quin etiam Eustathius ad Homeri versus citatos inquit, Philippum altero oculo captum fuisse ad Thraciæ Methonem, ex cujus oculo extracta sagitta & citra deformitatem oris curata orbitate luminis magnam famam fuisse Critobulo medico inquit Plinius lib. 7. c. 37. Ergo opinio fefellit Stephanum, qui putavit Thraciæ fuisse urbem, Methonem illam, de qua Homerus loquutus est, cum Magnesiæ fuerit, ut apparet ex Strabonis verbis allatis.

32 Ἔστι

Ὁ πολίτης, Μεθωναῖος. [32] Ἔστι καὶ Μακεδονίας. Ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ μέθυ· πολύοινος γάρ ἐστι. [33] Καὶ τὸ Λακωνικῆς, ἧς τὸ ἐθνικὸν Μεθωναῖος, ὡς Κιρωναῖος. Τετάρτη, ἐν Περσίδι. Πέμπτη, Εὐβοίας.

A Civis, Methonæus. Est etiam Macedoniæ, sic verò vocata fuit ἀπὸ τοῦ μέθυ, h. e. *à vino*. Abundat enim vino. Est & Laconicæ, cujus gentile, Methonæus, ut Cironæus. Quarta in Persidе. Quinta, Eubœæ.

ΜΕΛΑΓΧΛΑΙΝΟΙ [34], ἔθνος Σκυθικόν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [35] Κέκληνται ἀφ' ὧν φοροῦσιν· ὡς Ἱπποπομολγοί, ἀπὸ τοῦ τοὺς ἵππους ἀμέλγειν· καὶ Μοσσύνοικοι, ἀπὸ τῆς οἰκήσεως.

B MELANCHLÆNI, populi Scythici. Hecatæ. Europa. Vocati fuere, ex eis, quæ gerunt, ut *Hippomolgi* ἀπὸ τοῦ, &c. h. e. *à mulgendo equos* & *Mossynœci*, ab habitationibus [*ligneis*.]

ΜΕΛΑΙΝΑΙ [36], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Μελαινέως τοῦ Λυκάονος, ὡς Παυσανίας. Ὁ πολίτης Μελαινεύς, ὡς τῆς Ἡραίας Ἡραιεύς. [37] Ῥιανὸς ἐν Ἰλιακῶν πρώτῳ.

C MELÆNÆ, urbs Arcadiæ, à Melæneo Lycaonis filio, ut Pausanias. Civis, Melæneus, ut ab Heræa, Heræus. Rhianus in Iliacorum primo.

Γορτυναν, Ἡραίας τε, πολυδρόμους τε Μελαίνας.

Gortynam, Heræamque spatiosasque Melænas.

D

Εἰσὶ καὶ Λυκίας Μελαιναὶ πόλις, ὡς Ἀλέξανδρος Λυκιακοῖς. Διώσπερ τὸ ἐθνικὸν Μελαινίτης, ὡς Κελαινίτης.

Sunt etiam Melænæ Lyciæ urbs, ut Alexand. Lyciacis. Gentile potest esse Melænites, ut Celænites.

ΜΕΛΑΙΝΕΙΣ, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Καλλίμαχος δέ, Μελαινὰς φησὶ τὸν E δῆμον κεκλῆσθαι. Ὁ δημότης, ὁμοίως Μελαινεύς. Τὸ ἐθνικόν, Μελαινηΐς. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Μελαινῶν, εἰς Μελαινῶν, ἐν Μελαινῶν.

MELENEI, populus Antiochidis tribus. Callimachus verò inquit populum Melænas vocatum fuisse. Popularis, similiter Meleneus. Gentile, Melæneïs. Localia ex Melænarum, ad Melænarum, in Melænarum.

ΜΕΛΑΜΠΕΙΑ, πόλις Λυδίας, ἀπὸ Μελάμπου, ὡς Ξάνθος ἐν Λυκιακοῖς. Τὸ ἐθνικὸν Μελαμπεύς, ὡς Σελεύκεως, Ἀλεξανδρεύς.

F MELAMPEA, urbs Lydiæ, à Melampo, ut Xanthus in Lyciacis. Gentile, Melampeus, ut Seleuceus, Alexandreus.

ΜΕ-

[32] Ἔστι καὶ Μακεδονίας.] Secundo loco numerat Methonem Macedoniæ, cujus fecit mentionem Scylax in *Macedonia*.

[33] Καὶ τὸ Λακωνικῆς.] Tertio loco memorat Methonem Laconicæ, quæ Μεθώνη dicitur Scylaci in Λακεδαίμων, & Pausaniæ lib. 4. quam in Peloponnesi Messenia locat Ptolemæus. Ab Homero *Pedasum* vocatam, & unam fuisse de septem urbibus, ab Agamemnone Achilli promissis, ubi Agrippa bello Actiaco interfecit Bogum Mauruſiorum regem, qui Antonii partes sequebatur, testatur Strabo lib. 8. Ἐξῆς δ' ἐστὶ Μεθώνη· ταύτῃ δ' εἶναί φασι τὴν ὑπὸ Ἕκτορι ποιηθεῖσαν Πήδασον ἃς ἀπεσχεδιάσθη, μίαν τῶν ἑπτὰ ἃς ὑπέσχετο τῷ Ἀχιλλεῖ Ἀγαμέμνων· ἐνταῦθα Ἀγρίππας τὸν τῶν Μαυρουσίων βασιλέα τὸν Ἀντωνίῳ τάσεως ὄντα Βόγον, καὶ τὸν πόλεμον τὸν Ἀκτιακὸν διέφθειρε, λαβὼν ἐξ ἐπιπλου τὸ χωρίον. i. e. *Deinceps est Methone; hanc ajunt à Poëta* Pedasum *dictam, unam de septem urbibus, quas Achilli promisit Agamemnon. Ibi Agrippa in bello Actiaco, urbe primo navium appulsu potitus Bogum Mauruſiorum regem, qui Antonii partes sequebatur, interfecit.* Ac quia Laconica, & Messenia erant Peloponnesi regiones, ideo hanc urbem alii Messeniæ, alii Laconicæ, alii Peloponnesо adscribunt Noster autor quinque hujus nominis urbes memorat, ego tres tantum inveniebam apud autores, reliquas duas nempe Persidis, & Eubœæ curiosi vel Antisthenis lucerna, vel Tiphye ductore quærent.

[34] Μελάγχλαινοι, ἔθνος Σκυθικόν.] Melanchlenos, gentem Scythicam celebrat, ex Hecatæi Europa, quorum situm describit Periegeta v. 309.

Τῶν δ' ὑπὲρ εἰλίζοιλα πολυίππων φῦλον Ἀλανῶν.
Ἔνθα Μελάγχλαινοί τε, καὶ ἀνέρες ἱππημολγοί,
Νεῦροί θ' Ἱπποπόδες τε, Γελωνοί τ' ἠδὲ Ἀγαθυρσοι.
Ἦχι Βορυσθένος πολυμερὲς τέλαυζοιμον ὕδωρ
Μίσγεται Εὐξείνῳ, κελάδοντι παρήϊον ἠιόνεσσι,
Οἷόν τε ἐπὶ γραμμῇ, κεκλευσμένα Κυανέῃσιν.

Hos verò super porrecta est equis-abundantium gens Alanorum:
Ubi Melanchlænique, & viri, qui-equos-mulgent,
Neurique Hippopodesque, Gelonique, atque Agathyrsi;
Ubi Borysthenis fluvii extensa aqua
Miscetur Euxino, arietis ante frontem,
Rectà ad lineam, è regione Cyanearum.

Herodotus negat esse Scythicam gentem. Ejus ex lib. 4. c. 20. appono verba: Τὰ δὲ ὑπερθε τῆς βορέω ἀνέμου τῆς βασιληΐης Σκυθέων οἰκέουσι Μελάγχλαινοι, ἄλλο ἔθνος, καὶ οὐκ Σκυθικόν. Μελαγχλαίνων δὲ τὰ ὑπερθε, λίμναι, καὶ ἔρημος ἐστι ἀνθρώπων, οὐδενῶν ἡμεῖς ἴδμεν. i. e. *Quæ verò supra regios Scythas ad boream ventum sunt, habitant Melanchlæni, alia gens, non Scythica; super Melanchlænos autem, paludes sunt & deserta hominibus regio, quantum nos scimus.*

[35] Κέκληνται ἀφ' ὧν φοροῦσιν.] Melanchlænos vocatos fuisse à vestibus, quas gestabant inquit, quod testatur Herodotus lib. 4. c. 107. Μελάγχλαινοι δὲ εἰμένοι μὲν μέλαινα φορέουσι πάντες, ἀπ' ὧν τὰς ἐπωνυμίας ἔσχον· ἀνθρωφαγέουσι δὲ μένει τῶν· νόμοισι δὲ Σκυθηΐοισι χρέωνται. i. e. *Melanchlæni verò indumenta nigra gerunt omnes, à quibus nomen habent; qui soli ex his humana-carne-vescuntur; legibus Scythicis utuntur.* Idem testatur è nostris Mela lib. 2. c. 1. *Melanchlænis atra vestis, & ex ea nomen.*

[36] Μέλαιναι, πόλις Ἀρκαδίας, &c.] Melænæ, arum, urbs Arcadiæ à Melæneo Lycaonis filio condita memoratur ex Pausania, cui Μελαινεὺς dicitur; ejus ex lib. 8. sunt verba: Καθὼ δὲ τὸν ἐξ Ἡραίας ὀγκοῦσιν ἐς μεγάλην πόλιν εἶσι Μελαινεύς. Τούτους ὤκισε μὲν Μελαινεὺς ὁ Λυκάονος, ἔρημος δὲ ἦν ἐφ' ἡμῶν, ὕδωρ δὲ ἐπάγεται. Μελαινέων δὲ τεσσαρακοντάσταδιόν ἐστιν ἀνώϊκρον τοῖς Βυφάγοις, καὶ ὁ ποταμὸς οὗτος ἐκ πηγῆς ὁ Βυφαγος καλεῖται ἐς τὸν Ἀλφειόν. i. e. *Circa viam, quæ ex Heræa ducit Megalopolin sunt Melæneæ; has condidit quidem Melæneus Lycaonis filius, desertus verò erat* [locus] *nostra ætate, aqua autem irrigatur; Supra Melæneas* XL. *stadiis est Buphagium, & amnis hîc habet fontes Buphagus in Alpheum influens.* Ejus quoque meminit Plinius, cui *Melanæa* dicitur lib. 4. c. 6. pro Melænæa, ut puto.

[37] Ῥιανὸς.] In illo Rhiani versu pro πολυδρόμους lege fis πολυῤῥύτους, i. e. *multifluas*. Exprimit enim qualitatem situs urbis Melænarum, qui aqua irrigabatur, ut videre est ex Pausaniæ verbis sectione præcedenti allatis.

ΜΕΛΑΝΔΙΑ, χώρα Σικυωνίας· Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ τρίτῳ Φιλιππικῶν. Τὰ ἐθνικὰ, Μελάνδιος καὶ Μελανδία. A

MELANDIA, regio Sicyoniæ, Theopomp. Philippicor. 33. Gentilia, Melandius, & Melandia.

ΜΕΛΑΝΙΠΠΙΟΝ, ποταμὸς Παμφυλίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τινὲς δὲ Λυκίας φασί. Τὸ ἐθνικὸν Μελανιππεὺς, καὶ Μελανίππιος. B

MELANIPPIUM, fluvius Pamphyliæ, Hecatæ. Asia, aliqui verò Lyciæ ajunt. Gentile, Melanippeus, & Melanippius.

ΜΕΛΗΤΟΥ[38] κόλπος, ὃς Σμυρναῖος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Μελήτου ποταμοῦ, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Αἰολικοῖς.

MELETI sinus, qui *Smyrnæus* vocabatur, à Meleto fluvio, ut Hecatæ. in Æolicis.

ΜΕΛΙΑ, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος γενεαλογιῶν πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Μελιεὺς, ὡς Τυριεύς. C

MELIA, urbs Cariæ. Hecatæ. Genealogiarum primo. Gentile, Melieus, ut Hyrieus.

ΜΕΛΙΒΟΙΑ[39], πόλις Θεσσαλίας· Στράβων ἐννάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Μελιβοεὺς, ὡς Θεόπομπος. D

MELIBOEA, urbs Thessaliæ. Strab. lib. 9. Gentile, Melibœus, ut Theopompus.

ΜΕΛΙΓΟΥΝΙΣ[40], μία τῶν Αἰόλου νήσων· Καλλίμαχος ἐν τῷ Ἀρτέμιδος ὕμνῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μελιγουνεύς.

MELIGUNIS, una ex Æoli insulis. Callimach. in Dianæ hymno. Gentile, Meliguneus.

ΜΕΛΙΝΑ[41], πόλις Ἄργους, ἀφ' ἧς Ἀφροδίτη Μελιναία παρώνυμος. Λυκόφρων· E

Τὴν Καστνίαν ἢ καὶ Μελιναίαν θεόν.

MELINA, urbs Argolidis, à qua Venus Melinæa colitur. Lycoph.

Castniam verò, & Melinæam Deam.

ΜΕΛΙΝΟΦΑΓΟΙ[42], ἔθνος Θρᾴκης· Ξενοφῶν ἐν ἀναβάσεως ἑβδόμῳ, καὶ Θεόπομπος ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ ἐννάτῳ.

MELINOPHAGI, populi Thraciæ. Xenoph. Anabaseos septimo, & Theopomp. 49.

ΜΕ-

ΜΕ-

38 Μελήτου κόλπος, ὃς Σμυρναῖος ἐκαλεῖτο.] Meleti sinus, qui *Smyrnæus* vocabatur. Ego nullum novi sinum priore nomine, unum posteriore memini me legere apud Strabonem lib. 13. Εἶθ' ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ θερμὰ ὕδατα· καὶ ὁ Σμυρναίων κόλπος, καὶ ἡ πόλις. Ἑξῆς ἄλλος κόλπος, ἐν ᾧ ἡ παλαιὰ Σμύρνα, ἀπὸ εἴκοσι σταδίων τὸ πλῶ. i. e. *Deinceps fanum Apollinis, & aquæ calidæ; & Smyrnæorum sinus, & urbs. Sequitur inde alius sinus, in quo vetus Smyrna, xx. stadiis à nova.* In quibus verbis duo sinus continentur, alter Smyrnæorum, alter anonymus; Mela etiam lib. 1. c. 17. duos memorat, alterum *Smyrnæum* nomine, alterum sine nomine: *Et Colophon, quam Mopsus ejusdem Mantûs filius statuit ad promontorium, quo sinus clauditur, quod altera parte alium, quem* Smyrnæum *vocant, efficit, angustisque cervicibus reliqua extendit.* Nec etiam novi Meletum, vel Meletam, sed Meleta fluvium, qui Smyrnam præterfluebat, autore Strabone libro citato, cujus pulcherrimam aquam laudat Pausanias lib. 7. à quo Poëtarum parens antequam vocaretur Homerus, *Melesigenes* vocatus est, quod nomen ipsi indidit Critheïs ejus mater, quod juxta Meletem eum peperisset, ut narrat Herodotus in vita Homeri. Itaque viderint doctiores, an ab hoc fluvio nomen acceperit sinus ille, qui Μελήτου sinus dicitur autori nostro, ad cujus fontes antrum esse ajunt, ubi Homerum sua carmina fecisse asserebant Smyrnæi, qui Homerum suum civem fuisse contendebant.

39 Μελίβοια, πόλις Θεσσαλίας.] Melibœa, urbs Thessaliæ, ex Strabonis lib. 9. qui eam ad sinum quemdam anonymum locat. Ejus sunt verba: Μεθ' ὃν ὁ κόλπος πλείων, ἢ διακοσίων σταδίων, ἐν ᾧ Μελίβοια. i. e. *Interjacet sinus c c. stadiorum atque amplius, in quo Melibœa.* Herodotus lib. 7. c. 188, & Scylax in Μαγνῆτις Magnesiæ adscribunt. Erat enim Magnesia Thessaliæ pars, ut apparet ex Strabonis libro citato, & ex Plinii lib. 4. c. 9. qui Melibœam quoque inter Magnesiæ civitates recenset, ejus etiam meminit Poëtarum parens, cujus versus adduximus in Μεθώνη. Unde apparet Philoctetem in ea & in reliquis Magnesiæ urbibus, quas ibi Smyrnæus vates celebrat, imperasse, quam ob seditionem reliquit fugiens in Lucaniam, ubi Petiliam Lucanorum metropolin condidit, autore Strabone libro 6. Gloriabatur ipso Philocteta alumno, qui eam natalibus suis illuminavit, teste Mela lib. 2. c. 3. Hunc sagittis suis Herculem donasse, cum hominem exueret, fabulabantur. Melibœæ purpuram celebrant Poëtæ. Virg. Æneid. l. 5. v. 253.

Ipsis præcipuos ductoribus addit honores
Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Lucretius lib. 2

Jam tibi barbaricæ vestes, Melibœaque fulgens
Purpura, Thessalico concharum tincta colore.

Quam omnes civitatem fuisse dixerunt, atque Magnesiæ, Thessaliæ, Macedoniæ pro cujusque captu assignabant, hæ enim regiones erant inter se finitimæ; Festus *insulam* vocavit. Sic enim ille: *Melibœa purpura à nomine insulæ, in qua tingitur, est dicta.*

40 Μελιγουνὶς, μία τῶν Αἰόλου νήσων.] Meligunis, una ex Æoli insulis dicta fuit, nempe Lipara, autore Strabone, cujus ex libro 6. sunt, quæ sequuntur: Εἰσὶ δὲ ἑπτὰ ἀριθμὸν, μεγίστη δὲ καὶ πλησίον ἀποικος, ἐγγυτάτω τῆς Σικελίας κειμένη, μεθόριά πως τῶν Θέρμων· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελιγουνίς. i. e. *Sunt verò septem numero* [Æoli insulæ,] *maxima verò est Lipara Cnidiorum colonia, proximè Siciliam sita, post Thermisam; vocabatur verò antea Meligunis.* De quibus videsis, quæ suo loco annotavimus.

41 Μέλινα, πόλις Ἄργους, ἀφ' ἧς, &c.] Melina, urbs Argorum, nemini præter Stephanum, quod sciam, memoratur, à qua Venerem *Melinæam* dictam, & inibi cultam inquit, in cujus confirmationem affert Lycophronis versum, ex quo non apparet, Venerem ab hac urbe nomen accepisse, nedum in ea cultam fuisse, imo potius Lycophronis Scholiasta ait *Melænam* Venerem à Lycophrone vocatam esse, ἀφ' τὸ ἡδὺ τῆς συνουσίας, i. e. *à coitus suavitate.*

42 Μελινοφάγοι, ἔθνος Θρᾴκης.] *Melinophagi*, à victus genere sic dicti, ac si diceres *panico vescentes*, fuere populi Thraciæ, quos ex Xenophontis Anabaseos lib. 7. celebrat. Ejus sunt hæc: Καὶ ἐπεὶ πάντες ἐπείσθησαν, συνεσκευάζοντο, καὶ ἀφικνοῦνται, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸν πόντον, διὰ τῶν Μελινοφάγων Θρᾳκῶν, εἰς Σαλμυδησσόν. i. e. *Ac postquam omnes persuasi sunt, una-cum-exercitu-profecti fuerunt, & perveniunt Salmydessum ad dexteram habentes pontum, per Melinophagos Thraces.*

43 Mi-

ΜΕΛΙΣΣΑ [43], πόλις Λιβύων· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ὁ οἰκήτωρ, Μελισσαῖος. Ἡ χώρα, Μελισσαία. [44] Ἔστι καὶ ἐν Κυρηναίῳ κώμη Μέλισσα. Τὸ ἐθνικὸν Μελισσίως, ὡς Κυρηνίως

A MELISSA, urbs Libyum. Hecatæo Asia. Habitator, Melissæus. Regio Melissæa. Est etiam in Cyriaco vicus Melissa. Gentile, Melissenus, ut Cyrenius.

ΜΕΛΙΤΤΑΙΑ [45], πόλις Θετταλίας· B Ἀλέξανδρος Ἀσίᾳ. Θεόπομπος δὲ Μελίτειαν αὐτὴν φησιν. [46] Ὁ πολίτης, Μελιταιεύς. Ἔφορος λ΄· οἱ δὲ τύραννοι τῶν Φερῶν, καὶ Μελιταιεῖς, φίλοι πρότερον ὑπάρχοντες.

MELITTÆA, urbs Thessaliæ. Alexand. Asia. Theopomp. verò *Meliteam* eam vocat. Civis, Melitæus. Ephorus lib. 30. *Tyranni verò Pherarum & Melittæenses cum prius amici essent.*

ΜΕΛΙΤΕΙΑ [47], φίλων ἔτω γεάφει, τὰ C αὐτὰ πράγματα τῇ εἰρημένῃ προσάπτων. Τὸ ἐθνικὸν, Μελιτεύς.

MELITEA Philo sic scribit, easdem res prædictæ annectens. Gentile, Meliteus.

ΜΕΛΙΤΗ [48], νῆσος μεταξὺ Ἠπείρου καὶ Ἰταλίας, ὅθεν τὰ κυνίδια μελιταῖα φασιν. Ὁ οἰκήτωρ, Μελιταῖος. [49] Ἔστι καὶ πόλις ἄποικος D Καρχηδονίων, [50] καὶ δῆμος Οἰνηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Μελιτεύς. Τὰ τοπικὰ, εἰς Μελίτειον, καὶ Μελίτης, καὶ ἐν Μελίτῃ,

MELITE, insula inter Epirum, & Italiam, unde *catulos Melitæos* vocant. Incola, Melitæus. Est etiam urbs, colonia Carthaginensium, & populus Oeneidis tribus. Popularis, Melitensis. Localia ad Melitam, ex Melita, & in Melita.

ΜΕ-

ΜΕ-

43 Μέλισσα, πόλις Λιβύων.] Melissa, urbs Libyum ex Hecatæi Asia. Scylax in Κρήτη celebrat Melissam inter hujus insulæ oppida, & cum ex Creta ad notum pateat in Libyam navigatio, ut apparet ex eodem autore loco citato, fortasse hæc urbs erat Libyum ditionis, ideo autor noster eam vocat *urbem Libyum*, ut alibi etiam quædam Siciliæ oppida, quod essent Carthaginensium ditionis, Africæ adscripsit, & vice versa: nisi forte sit illa urbs, quam Hanno Carthaginensis in Periplo Μέλιτταν vocat, & juxta mare Atlanticum inter alias eam condidisse tradit.

44 Ἔστι καὶ ἐν Κυρηναίῳ κώμη Μέλισσα.] Melissa vicus in Cyriaco campo à nemine, quod sciam, memoratur, Cyri verò campum inter alios campos celebrat Strabo lib. 13. ex eodem fonte existimo esse gentile illud Κυρηνίως, mihi enim Κυρηναῖον perinde est, ac Κύρης πεδίον. Et eodem modo dici potest Κυρηνίων, ac Καμβυσιών, & Ξερξίων, quæ sunt regiones ab his regibus nomen adeptæ.

45 Μελίτεια, πόλις Θετταλίας.] Melitæa, urbs Thessaliæ, ex Alexandri Asia. Memoratur Polybio Historiarum lib. 5. Straboni lib. 9. qui prius *Pyrrham* vocatam fuisse prodit cujus verba nota subsequenti apponemus; apud utrosque scribitur Μελίταια cum accentu in antepenult.

46 Ὁ πολίτης, Μελιταιεύς.] Civis urbis Melitææ dicitur *Melitæeus*: quo usi sunt Polybius & Strabo, uterque libro nono. Posterioris verba sunt: Μελιταιεῖς δὲ ἀπῴκησαν ἑαυτῶν ὅσον δέκα σταδίους ἀπὸ τῆς Ἐλάτρας πόλεως πρὸς Ἤπειρον, ἣν ποτὲ αὐτῶν πόλις Πύρρα ὠνομάζετο. i. e. *Melitæenses verò longe ab eorum urbe circiter decem stadia fuisse Helladem urbem trans Epirum* [ajunt] *quando ipsorum urbs*, Pyrrha *nominabatur.*

47 Μελίτεια, Φίλων ἔτω γεάφει.] Militea est eadem urbs, quæ Melitæa. Jam in præcedenti sectione nos admonuit à Theopompo vocari *Meliteam*, nunc inquit à Philone quoque ita scribi, etsi aliud apponit gentile, quod in hac oppidorum terminatione frequens est.

48 Μελίτη, νῆσος μεταξὺ Ἠπείρου καὶ Ἰταλίας, &c.] Melite, insula inter Epirum, & Italiam, unde *Melitæi catuli* in delitiis olim habiti. Duæ memorantur hujus nominis insulæ, altera Dalmatiæ, altera Africæ assignatur, nec convenit inter autores, à qua *Melitæi catuli* denominabantur Prioris meminit Plinius lib. 3. c. 27. unde catulos Melitæos appellari inquit ex Callimacho, de qua loquitur autor noster quam inter Corcyram Melænam & Illyricum locat libro capiteque citato: Scylax verò in Νησαίοις prope Corcyram Melænam. Alteram locant inter Siciliam & Africam, & ab hac *Melitæos catellos* vocitari tradit Strabo libro sexto. Πρόκειται δὲ Παχύνου Μελίτη, ὅθεν τὰ κυνίδια, ἃ καλοῦσι Μελιταῖα. i. e. *Ante Pachynum* [promontorium Siciliæ] *jacet Melite, unde catelli, quos vocant Melitæos.* Catelli autem Melitæi in proverbium abiere, dici solitum de iis, quæ ad solam voluptatem comparantur, at nulli rei seriæ conducunt. Hæc verò insula multo magis illustris est, quam altera, vulgo corrupto parum nomine vocatur *Malta*, in qua sedem habent equites D. Johannis, quam ipsis dono dedit Carolus V. Hispaniarum Rex, postquam Rhodo, ubi antea sedem habebant, à Solymano Turcarum imperatore expulsi fuerunt. Ex Diodori Siculi bibliothecæ historicæ lib. IV. apparet, fuisse Phœnicum coloniam. Quapropter ingeniose admodum Bochartus lib. 1. de coloniis Phœnicum c. 26. ejus etymologiam deducit à verbo Hebræo מלט *malat*, à quo מליטה *melitah*, i. e. *evasio*, *effugium*; erat enim tamquam effugium mercatoribus Phœnicum, ut testatur idem Diodorus libro citato. Ἔστι δὲ νῆσος αὕτη Φοινίκων ἄποικος, οἳ ταῖς ἐμπορίαις διαβεβηκότες μέχρι τοῦ κατὰ τὸν Ὠκεανὸν, κατέφυγον εἰκότως, διὰ λιμένων ὄντων, καὶ κειμένων πλαγίων. i. e. *Est verò insula ipsa* [Melite] *Phœnicum colonia, qui cum negociationes ad Oceanum usque occidentalem extenderent, refugium habebant hanc insulam, quod opportuno portu prædita, & quod in medio pelago sita esset.* Memoratur præter autores citatos Scylaci, Ptolemæo; è nostris Melæ lib. 2. c. 7. Plinio lib. 3. c. 8.

49 Ἔστι καὶ πόλις ἄποικος Καρχηδονίων.] Memorat Melitam urbem, Carthaginensium coloniam; ego nullam novi hujusmodi urbem, nisi fortè fuerit urbs cognominis *Melitæ* insulæ, sitæ ante Pachynum Siciliæ promontorium, versus Africam. Namque hæc insula habebat urbem cognominem, ut apparet ex Ptolemæi lib. 4. c. 3. Constat verò ex Diod. Siculi biblioth. historicæ lib. 5. cujus verba sectione proxime præcedenti apposuimus, fuisse Phœnicum coloniam; Phœnices verò & Carthaginenses confunduntur apud Scriptores. Hi enim ab illis originem ducebant; itaque cum apud aliquem autorem lego, quandam civitatem fuisse Phœnicum coloniam, & apud alium fuisse Carthaginensium, mihi perinde est.

50 Καὶ δῆμος Οἰνηίδος φυλῆς.] Meliten fuisse quoque oppidum Oeneidis tribus, inquit autor noster, cujus oppidanus dicebatur Meliteus; Harpocration verò Cecropidi adscribit; hunc populum illustrabat *Phocionis domus*, quæ adhuc ætate Plutarchi illic ostendebatur, ut ipse tradit in vita Phocionis. Addebat etiam splendorem domus tragœdorum πομπεῖον, in qua sese exercebant, autore Hesychio in Μελετῶν οἶκος. Quin etiam ab hoc populo Athenarum portæ quædam dicebantur *Melitides*, à quibus haud procul sepulchrum erat Thucydidis Olori filii, antiquissimi juxta, ac nobilissimi historiæ scriptoris, teste Pausania lib. 1. cujus hîc verba subjiciam: Οἰνοπίᾳ δὲ ἔχραν ἐσὶν εἰς Θουκυδίδου τοῦ Ὀλόρου χρηστήριον. Ψήφισμα γὰρ ἐνίκησεν Οἰνόπῃ κατελθεῖν ἐς Ἀθήνας Θουκυδίδου καὶ οἱ δολοφονηθέντι, ὡς πεθηκὼς, μνῆμά ἐσι ἐπὶ πύλῃ τοῦ λῶν Μελιτίδων. i. e. *Oenobius verò bene gessit erga Thucydidem Olori filium, plebiscitum enim fecit, ut in Athenas restitueretur Thucydides; cui dolo post reditum occiso sepulchrum est haud procul à portis Meletidibus.*

51 Μελί-

ΜΕΛΙΤΗΝΗ[51], πόλις Καππαδοκίας. Στράβων ἐνδεκάτῃ· τὸ δ' Ἄμανον ὄρος μέχρι τοῦ Εὐφράτου καὶ τῆς Μελιτηνῆς φέρεται, καθ' ὃ ἡ Κομμαγηνὴ Καππαδοκίαν ἀφόρισται. Οἱ πολῖται Μελιτηνοί, ὡς Κομμαγηνοί. A

MELITENE, urbs Cappadociæ. Strabo lib. undecimo. *Mons verò Amanus usque ad Euphratem, & Melitenen progreditur, juxta quem Commagena Cappadociæ adjacet.* Cives, Meliteni, ut Commageni.

ΜΕΛΙΤΟΥΣΣΑ, πόλις Ἰλλυρίας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Μελιτουσσαῖος, ὡς Σκοτουσσαῖος· καὶ Μελιτούσιος ὡς Σκοτούσιος. B

MELITUSSA, urbs Illyriæ. Polyb. lib. 13. Gentile, Melitusæus, ut Scotusæus, & Melitusius, ut Scotusius.

ΜΕΜΒΛΙΑΡΟΣ[52], νῆσος πλησίον Θήρας καὶ Ἀνάφης, [53] ἀπὸ Μεμβλιάρου τοῦ Θήραν οἰκήσαντος Φοίνικος, τῶν μετὰ Κάδμου ἑνός. Λέγεται καὶ κατ' ἀφαίρεσιν Βλίαρος. Τὸ ἐθνικὸν, Μεμβλιάριος. C

MEMBLIARUS, insula prope Theram, & Anaphen, à Membliaro Phœnice uno ex Cadmi sociis, qui Theram incoluit. Dicitur & per aphæresin Bliarus. Gentile, Membliarius.

ΜΕΜΦΙΣ[54], ἡ Ἁφροδιτοπόλεως Αἰγύπτου μητρόπολις. Καὶ κλίνεται Μέμφιδος, καὶ Μέμφεως, ὁ πολίτης, Μεμφίτης· καὶ Μεμφιτικὸς, κληθικόν. D

MEMPHIS, celeberrima Ægypti metropolis. Declinaturque Memphis, phidis, & phis. Civis, Memphites. Et Memphiticus possessivum.

ΜΕΜΝΟΝΕΣ[55], ἔθνος Αἰθιοπικὸν, ὃ ἑρμηνεύεται, ὡς ὁ Πολυΐστωρ φησὶν, ἀγρίους τινὰς, ἢ μαχίμους, καὶ χαλεπούς. E

MEMNONES, gens Æthiopica, quod interpretatur, ut inquit Polyhistor, *feros & agrestes* quosdam, vel *pugnaces*, & *molestos*.

ΜΕΝΔΑΙ[56], πόλις Σικελίας, ἐγγὺς Πα- F

MENDÆ, urbs Siciliæ, prope Palicos, Apol-

51 Μελιτηνὴ, πόλις Καππαδοκίας.] Melitene, urbs Cappadociæ, ex Strabonis lib. 11. cujus affert verba non syncera. Sic enim apud eum leguntur: Τὸ δ' Ἄμανόν ὄρος μέχρι τοῦ Εὐφράτου, καὶ τῆς Μελιτηνῆς φέρεται· καθ' ὃ ἡ Κομμαγηνὴ τῆς Καππαδοκίας παροίκεται. i. e. *Amanus verò mons usque ad Euphratem, & Melitenen progreditur; juxta quam Commagene Cappadociæ adjacet.* Tamen ex Strabonis verbis non apparet, Melitenem fuisse urbem Cappadociæ, ut inquit autor noster, in quem errorem secum deduxit Abr. Ortelium, & hic alios, imò potius innuit esse regionem, non urbem, quod expressis verbis testatur lib. 12. Πόλιν δ' ὅτε τὸ τῶν Καταόνων ἔχει πεδίον, οὐθ' ἡ Μελιτηνὴ· φρούρια δ' ἐρυμνὰ ἐπὶ τῶν ὀρῶν, &c. i. e. *Urbem verò, nec Cataonum habet planities, nec Melitene; sed castella in montibus munita.* Quare apud Stephanum pro πόλις Καππαδοκίας, legendum est, χώρα Καππαδοκίας, i. e. *regio Cappadociæ.* Et κατ' ὃ pro κατὰ, & Καππαδοκία pro Καππαδοκία. Fuit ergo Melitene Cappadociæ regio, seu præfectura, una ex decem, in quas Cappadocia dividebatur, autore eodem autore libro XII. statim in principio.

52 Μεμβλιάριος, νῆσος πλησίον Θήρας καὶ Ἀνάφης.] Membliarus, insula prope Theram & Anaphen. Tamquam sui oblitus loquitur nunc autor noster, siquidem in Ἀνάφη dixit, Anaphen insulam dictam quoque fuisse *Membliarum* à Membliaro, at nunc diversam ab illa facit, quia juxta Theram & Anaphen locat. Quod si legeris hunc locum hoc modo: Μεμβλιάριος, νῆσος πλησίον Θήρας, ἡ καὶ Ἀνάφη. i. e. *Membliarus, insula prope Theram, quæ & Anaphe*; Tunc autor noster vacabit culpa, typographi rationibus inferenda; sed ipse sæpe hujusmodi incuria laborat.

53 Ἀπὸ Μεμβλιάρου τοῦ Θήραν οἰκήσαντος.] Videtur respexisse Herodotum, qui de Membliaro Cadmi consanguineo sic loquitur lib. 4. c. 147. Καταλείπει ὦν τῇ νήσῳ ταύτῃ ἄλλους τε τῶν Φοινίκων, καὶ δὴ καὶ τῶν ἑωυτοῦ συγγενέων Μεμβλίαρον. Οὗτοι ἐνέμοντο τὴν Καλλίστην κεκλεομένην ἐπὶ ἔτεα, πρὶν ἢ Θήραν ἐλθεῖν ἐκ Λακεδαίμονος, ὀκτὼ ἀνδρῶν. i. e. *Relinquit in hac insula cum alios quosdam Phœnices, tum ex ipsius consanguineis Membliarum; hi incoluerunt* [Theram] *Callisten dictam, ætatibus virorum octo, antequam Theras Lacedæmone veniisset.*

54 Μέμφις, ἡ Ἁφροδιτοπόλεως Αἰγύπτου μητρόπολις.] Memphis illustrissima Ægypti metropolis. Ejus incola dicitur Memphites more Græco, vel Memphita more Latino, ut & reliqua omnia hujus farinæ. Hebraïce dicitur נף *noph*, Ezech. c. 30. v. 13. necnon מף *moph* Hosee c. 9. v. 6. ubi D. Hieronymus & LXX senes *Memphim* vertunt. De ejus conditoribus non convenit inter autores; fatum est hoc antiquissimis urbibus commune. Josephus Antiquitatum lib. 8. c. 6. juxta versionem Latinam à Minæo Ægypti Rege, qui multis annis Abrahamum præcessit, conditam tradit. Non abludit Herodotus, qui inquit à Mene, primo Ægypti Rege conditam fuisse. Ejus sunt ex libro secundo c. XCIX. quæ sequuntur: Ὡς δὲ τὸν Μῆνα τοῦτον τὸν πρῶτον βασιλέα χέρσον γεγενέσθαι τὸ ἀπεργμένον, τοῦτο μὲν, οὐ αὐτοῦ πόλιν κλῆσαι ταύτην, ἥτις νῦν Μέμφις καλέεται. Ἔστι γὰρ ἡ Μέμφις καὶ τοῦ ξεινοῦ τοῦ Αἰγύπτου· ἔξοθεν δὲ αὐτῆς πρόσουρος λίμνη ἐκ τοῦ ποταμοῦ πρὸς βορέην τε καὶ ἑσπέρην. Τὸ δὲ πρὸς τῷ νότῳ αὐτῆς ὁ Νεῖλος ἀπέργει. i. e. *Ubi verò Meni huic, qui primus fuit Rex, ea pars, à qua fluvium arcuerat terrestris facta fuit, in eadem condidit hanc urbem, quæ nunc* Memphis *vocatur. Est enim Memphis in angustiis Ægypti sita, ab exteriore verò ipsius parte effossus est lacus ex fluvio versus boream & occasum; partem enim versus auroram ipse Nilus coërcet.* Nec Arcesilas ille nihil affirmantis Academiæ clarissimus antistes dubitaverit, Menem Herodoti esse Minæum Josephi. Condita Memphi omnes fere Ægypti Reges posthabitis Thebis in ea aulam & habitationem regiam fecerunt, à quo tempore Thebæ decrescere, Memphis contra accrescere usque ad Alexandrum Magnum, qui cum de nomine suo urbem ad mare condidisset, omnes inde Reges Ægypti in ejus incrementum adeò incubuerunt, ut tunc temporis prima, aut secunda inter orbis terrarum urbes censeretur, ut prodit Diodorus Sicul. lib. 1. qui Uchoreum Ægypti Regem ejus conditorem facit. Ab hac urbe Memphites *Nomos* nomen accepit, in quo erant duæ insignes pyramides regum pecuniæ otiosa, ac stulta ostentatio, autore Plinio lib. 36. c. 12. Unde Martialis de Domitiani amphitheatro inquit:

Barbara pyramidum sileat miracula Memphis
Assiduus jactet nec Babylona labor.

55 Μέμνονες, ἔθνος Αἰθιοπικὸν.] Memnones, gens Æthiopica. Memorantur Ptolemæo lib. 4. c. 8. è nostris Plinio lib. 6. c. 30.

56 Μενδαὶ, πόλις Σικελίας, &c.] Mendæ, urbs Siciliæ juxta Palicos. Cum à nemine hujus Siciliæ urbs sic vocetur, pro Μενδαὶ, puto legendum Μεναὶ. Sic enim scribitur apud Ptolemæum lib. 3. c. 4. inter Siciliæ urbes, cujus oppidani à Cicerone in Verrina tertia dicuntur *Menenii*, & à Plinio lib. 3. c. 8. *Menanini*, quos ejusdem urbis oppidanos fuisse suspicor, quam conjecturam etiam confirmat *Menais* fons, cujus meminit Vibius, in Catalogo fontium per quem cives ejus

Παλίκων· Ἀπολλόδωρος ἐν β' χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Μενδαῖος, ὡς Λύκαι Λυκαῖος.

A Apollodorus Chronic. 2. Gentile, Mendæus, ut Lycæ, Lycæus.

ΜΕΝΔΗ[57], πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Μένδης γυναικός. Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτὴν φησι. Τὸ ἐθνικὸν,[58] Μενδαῖος οἶνος.

MENDE, urbs Thraciæ, à Mende muliere, Apollodorus *Mendin* eam vocat. Gentile, Mendæum vinum.

ΜΕΝΔΗΣ[59], πόλις Αἰγύπτου, πρὸς τῇ Λύκων πόλιν. Στράβων ιζ'. Καὶ Λύκων πόλις, καὶ Μένδης, ὅπου τὰ Πᾶνα τιμῶσι, καὶ τὸ τράγον.[60] Ὁ πολίτης Μενδήσιος, καὶ Μενδησία θηλυκόν. Λέγεται καὶ Μενδίτης.

B MENDES, urbs Ægypti, juxta Lycopolim. Strab. lib. 17. *Et Lycopolis, & Mendes, ubi Pana & hircum colunt.* Civis Mendesius, & Mendesia fœm. Dicitur etiam Mendites.

ΜΕΝΕΔΗΜΙΟΝ[61], πόλις Λυκίας· Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Μενεδήμιος, ἢ Μενεδημιεύς.

C MENEDEMIUM, urbs Lyciæ: Capito in tertio Isauricorum. Gentile, Menedemius, vel Menedemieus.

ΜΕΝΕΚΙΝΗ, πόλις Οἰνώτρων, ἐν μεσογείᾳ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν Μενεκιναῖος, καὶ Μενεκινὶς ἀπὸ τῆς χώρας.

MENECINE, urbs Oenotrorum in mediterraneis. Hecatæ. Europa. Gentile, Menecinæus. Et Menecenus propter regionem.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ[62], πόλις Αἰγύπτου· D Στράβων πεσαρεςκαιδεκάτῃ.[63] Καὶ ἡ χώρα Μενελαΐτης.[64] Ἔστι καὶ χωρίον Σπάρτης Μενελάϊον. Τὸ ἐθνικὸν Μενελαεὺς, ὡς Κολιάειον Κολιαεύς. Καὶ κτητικὸν, Μενελαϊκός· Τῆς δ' Αἰγυπτίας, Μενελαΐτης.

MENELAUS, urbs Ægypti. Strabo lib. 14. & regio Menelaïtes. Est etiam oppidum Spartæ Menelaïum. Gentile, Menelaeus, ut Cotiaeum, Cotiaeus. Et possessiv. Menelaïcus. Ægyptiæ verò [*gentile*,] Menelaïtes.

E

ΜΕΝΟΤΘΙΣ[65], Αἰγυπτία κώμη πρὸς τῷ

MENUTHIS, Ægyptius vicus prope Cano-

---

gus loci jurare timebant, ut inibi tradit, qui fons sine dubio est, quem autor noster celebrat in Παλικῇ. Ergo si hæc urbs, ut inquit, erat juxta Palicos, circa quos erat fons ille, verosimile est, vel urbem à fonte, vel fontem ab urbe nomen accepisse. Itaque nullo modo potuit *Mendæ* vocari, sed Menæ.

57 Μένδη, πόλις Θρᾴκης, &c.] Mende, urbs Thraciæ, quam Apollodorus *Mendin* dixit; incolæ, Mendæi, quibus genus Græcum ab Ionia, incolebant verò supra regionem ad Ænum, Thraciæ quoque urbem, teste Pausania lib. 5. Μενδαίοις ἢ αὐτοῖς γένος τὸ Ἑκαταίου, καὶ ἀπὸ Ἰωνίας ἐστίν. Οἰκεῖσι ἢ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω τῆς πρὸς Αἶνον πόλεως. i. e. *Mendæis verò ipsis genus est Græcum, & ab Ionia; habitant autem à mari supra regionem, quæ ad Ænum urbem.* Memoratur etiam Herodoto lib. 7. c. 123. è nostris Melæ lib. 2. c. 2. qui eam in Pallene Thraciæ regione locat, & ab Eretriis conditam tradit: *Pallene soli tam patentis, ut quinque urbium sedes sit atque ager: tota in altum abit, angusta satis, unde incipit. Ibi est Potidæa. At ubi laxius patet, Mende Scioneque referendæ: Illa ab Eretriis, hæc ab Achivis capto Ilio reneantibus posita.* Plinio verò lib. 4. c. 10. *Mendæ* plur. num. dicitur, & inter Macedoniæ oppida numeratur; error inter scriptores frequens in regionum confiniis. Thracia enim erat Macedoniæ confinis. Liv. lib. 31. c. 45. vicum maritimum civitatis Casandreæ vocat.

58 Μενδαῖος οἶνος.] Mendæum vinum celebratur apud Athenæum Dipnosophistarum lib. 1. ex Cratino & Hermippo, Poëtis antiquis, & ex Phania Eresio.

59 Μένδης, πόλις Αἰγύπτου, &c.] Mendes, etis, urbs Ægypti circa Lycopolin, ex Strabonis lib. 17. cujus affert verba mutila, quæ apud eum sic leguntur: Ἔστι ἢ καὶ Ἑρμοῦ πόλις καὶ Λύκου πόλις, καὶ Μένδης, ὅπου τὰ Πᾶνα τιμῶσι, καὶ τὰ ζῶων τράγον· ὡς ἢ Πίνδαρός φησιν, εἰ τράγοι σὺν θήλειαις γυναιξὶ μιγνυῖται. i. e *Est verò & Hermopolis, & Lycopolis, & Mendes, ubi Pana colunt, & animalium hircum; & ut Pindarus ait, hoc in loco hirci cum mulieribus miscentur.* Pan verò & hircus Ægyptiacè dicebatur *Mendes*, autore Herodoto lib. 2. c. 46. Καλέεται ἢ ὁ, τε τράγος καὶ ὁ Πὰν Αἰγυπτίοισι, Μένδης. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ Νομῷ τούτῳ ἐπ' ἐμεῦ τοῦτο τὸ τέρας· γυναιξὶ τράγος ἐμίσγετο ἀναφανδόν. i.e. *Vocatur verò hircus & Pan Ægyptiace, Mendes. Contigit autem in hoc Nomo mea ætate hoc portentum; cum mulieribus hircus miscebatur propalam.* Ac quia hircum pro Deo colebant, ideo capras, & hircos non mactabant, autore eodem Herodoto libro, capiteque citato, unde Juvenalis Sat. XV.

——— *Nefas illic fœtum jugulare capellæ,*
Carnibus humanis vesci licet.

60 Ὁ πολίτης, &c.] Oppidanus Mendetis, urbis Ægypti dicebatur Mendesius, & Nomos Mendesius, & ostium Nili Mendesium, quæ memorantur Herodoto, Ptolemæo, & Straboni, cujus ex lib. 17. sunt verba. Ὑπὲρ ἢ τὸ Μενδήσιον στόμα, καὶ τὸ Τανιτικὸν, λίμνη μεγάλη, καὶ ὁ Μενδήσιός ἐστι νομός. i. e. *Supra Mendesium verò & Taniticum ostium est lacus grandis & Mendesius Nomos.* Alterum verò gentile, quod affert noster, nemo, quod sciam, usurpat.

61 Μενεδήμιον, πόλις Λυκίας.] Menedemium, urbs Lyciæ Ptol. l. 5. c. 5. inter Pamphyliæ oppida in regione Carbalia.

62 Μενέλαος, πόλις Αἰγύπτου.] Menelaus, urbs Ægypti, ex Strabonis lib. 14. at cum Strabo lib. 17. non lib. 14. describat Ægyptum, pro πεσαρεςκαιδεκάτῃ, legendum puto, ἑπτακαιδεκάτῃ. Ex quo libro hæc desumpsi: Πλησίον ἢ καὶ ἐντεῦθα πόλις Μενέλαος· ὑπερίστρας ἢ ἐν τῷ Δέλτᾳ ἐπὶ μιᾷ τῶν πλαγιῶν Ναύκρατις. i. e. *Prope verò & hoc in loco est urbs Menelaus; ad sinistram autem in Delta ad fluvium quidem Naucratis.* Eidem Straboni libro citato Menelaus portus celebratur in Cyrenaïca, eumdem esse existimo, qui Herodoto lib. 4. c. 169. dicitur Μενελάου λιμήν, *Menelaïus* portus, & Μενέλαος Ptolemæo lib. 4. c. 5. etsi Ptolemæus eum locat inter Marmaricæ oppida mediterranea.

63 Καὶ ἡ χώρα Μενελαΐτης.] Mendam suspicor his inesse, vel legendum est, καὶ ἡ χώρα Μενελαΐτης, vel quod propius vero est, καὶ ὁ Νομὸς Μενελαΐτης. Namque, cum egerit de Menelao, urbe Ægypti, verosimile est memoraturum nomum Menelaitem, cujus meminit Ptolemæus lib. 4. c. 5. Sic etiam dicitur Menelæi urbis Ægypti civis.

64 Ἔστι καὶ χωρίον Σπάρτης Μενελάϊον.] Est & oppidum, seu castellum Spartæ Menelaïum, cujus meminit Polybius lib. 5. Συμβαίνει τὰς βάσεις ἐφ' ὧν τὸ Μενελάϊόν ἐστι, πέραν μὲν εἶναι τοῦ ποταμοῦ, κείσθαι ἢ τῆς πόλεως καὶ χαμαιρεπεῖς ἀναθολὰς, ὄντας τραχεῖς καὶ δυσβάτους καὶ λίαν φερούσας ὑψηλάς. i. e. *Illi autem tumuli, in quibus Menelaïum est, ultra fluvium* [Eurotam] *sunt, jacent qua vergit urbs ad hibernum solis ortum, sunt asperi & accessu difficiles, & eximie excelsi.*

65 Μένουθις, Αἰγυπτία κώμη, &c.] Menuthis Ægypti vicus, prope Canobum. Memoratur D. Epiphanio in vita D. Cyri Abbatis, cujus vicanus dicitur *Menuthites.*

τῷ Καινώβῳ,[66] καὶ νῆσος Αἰθιοπίας Μενουθιάς. Τὸ A
ἐθνικὸν Μενουθίτης, παρὰ Μένουθις, ἀφ' ἧς ἡ χώρας
χαρακτῆρος. Παρ' ὃ Μενουθιὰς, Μενουθιεύς.

ΜΕΝΤΟΡΕΣ[67], ἔθνος πρὸς τοῖς Λιβύρνοις. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ΜΕΝΤΥΡΝΑ[68], πόλις ἐν Ἰταλίᾳ B
Σαυνιτῶν. Διονύσιος ἐκκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μεντυρναῖος.

ΜΕΡΜΗΣΣΟΣ[69], πόλις Τρωϊκὴ, ἀφ' ἧς ἡ Ἐρυθραία Σιβύλλα. Ἦν γὰρ καὶ ἡ πόλις αὐτὴ ἐρυθρὰ τῷ χρώματι. Τὸ ἐθνικὸν Μερ- C
μήσιος, καὶ Μερμησεύς.

ΜΕΡΟΗ[70], πόλις Αἰθιόπων. Ἡρόδο-
τος

Canobum. Est etiam insula Æthiopiæ, Menuthias. Gentile, Menuthites à *Menuthis* propter regionis characterem. A *Menuthias* verò gentile, Menuthieus.

MENTORES, gens prope Liburnos, Hecatæ. Europa.

MENTYRNA, urbs in Italia Samnitum. Dionys. lib. 16. Gentile, Mentyrnæus.

MERMESSUS, urbs Troïana, ex qua erat Erythræa Sibylla. Erat enim ipsa urbs ἐρυθρὰ, i. e. *rubra* colore. Gentile, Mermessius, & Mermesseus.

MEROE, urbs Æthiopum. Herodot. lib. 2.

66 Καὶ νῆσος Αἰθιοπίας Μενουθιάς.] Et insula Æthiopiæ Menuthias. Ejus meminit Ptolemæus lib. 4. c. 9. *Menuthias* dicitur Marciano Heracleotæ in Periplo Arabici sinus, & maris Rubri, & Indici pelagi; apud Arrhianum in Periplo maris Erythræi monstrosissimo nomine vocatur Εἰτενδιωμμυθησίας, i. e. *Eitenediommenuthesias*; quod lectionis monstrum alteri Herculi relinquo debellandum. Aliqui putant esse, quæ nunc ab incolis appellatur *Magadascar*: hæc eadem Hispanis dicitur *La isla de San Lorenço*. Vossius ad Melæ lib. 3. c. 9. existimat esse, quæ nunc *Zanzibar*. Alii aliter sentiunt, nec meam sententiam exspectes. Egò enim in hujusmodi rebus sequor Arcesilam nihil affirmantem. Quis enim inter tot discrepantes sententias veritatem latentem inveniet?

67 Μέντορες, ἔθνος πρὸς τοῖς Λιβύρνοις.] Mentores, gens juxta Liburnos, ex Hecatæi Europa. Horum regio *Mentorice* dicitur Aristoteli de Mirabilibus, de quibus sic Plinius lib. 3. c. 21. *Arsiæ gens Liburnorum jungitur usque ad flumen Titium. Pars ejus fuere Menti, Hymanores, Encheleæ, Dudini, & quos Callimachus* Peucetias *appellat: nunc totum uno nomine* Illyricum *vocatur generatim, populorum pauca effatu digna.*

68 Μέντυρνα, πόλις ἐν Ἰταλίᾳ Σαυνιτῶν.] Mentyrna, urbs in Italia Samnitium, ex Dionysii lib. 16. historiæ Romanæ scilicet; qui liber non exstat, ut & urbs. Dicitur etiam & Græcis & Latinis *Minturnæ* plur. num. quas Liris fluvius alluebat, autore eodem Dionysio Romanæ antiquitatis lib. 1. quod etiam elucet è Livii lib. 10. c. 21. Sic enim ille: *Itaque placuit, ut duæ coloniæ circa Vestinum & Falernum agrum deducerentur, una ad ostium Liris fluvii, quæ* Minturnæ *appellata, altera in saltu Vestino Falernum contingente agrum.* Idem Liv. lib. 27. c. 39 hac in urbe celebrat ædem Jovis & lucum Maricæ: *Sub unius prodigii (ut fit) mentionem alia quoque nunciata. Minturnis ædem Iovis, & lucum Maricæ, item Atellæ murum, & portam de cælo tactam.* Fuisse antiquitus urbem munitam, conjici potest ex eodem autore, quia lib. 8. c. 10. inquit *Latinos ex fuga Minturnas se contulisse.* Ejus quoque paludes celebrantur Juv. Sat. 10. v. 276.

Exsilium, & carcer, Minturnarumque paludes.

Ideo Horatius Epist. l. 1. Epist. 5. *palustres Minturnas* appellat:

Supremo te sole domi; Torquate, manebo
Vina bibes iterum Tauro diffusa, palustres
Inter Minturnas.

In his paludibus delituisse Marium, posteris tradidit Plutarchus in Mario, ad quod alludit Juvenalis versu supra laudato; Minturnarum verò descriptionem legimus apud Strabonem lib. 5. Ἐνθένδε δ' ἐπὶ τὰς Φορμίας πεπλατυκώνθα· ταύτης δ' αὖθ μέσον εἰσὶ καὶ Σινόεσσης αἱ Μινθέρναι, σταδίους σχεδὸν ἑβδομήκοντα ἀπὸ π. Διαῤῥεῖ δ' Λεῖρις ποταμὸς, Κλάνις δ' ὀνομάζεται πρότερον. Φέρεται δ' ἄνωθεν ὁπὸ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν, καὶ τὴν Οὐηστίνης πρόσθεν Φρεγέλλας κώμην (πρότερον δ' ἦν πόλις ἐνδοξος) ὑπερβὰς δ' εἰς ἄλσος ἱερὸν τιμώμενον περιττῶς ὑπὸ τῶν Μινθέρνας, ὑπερκείμενον τῆς πόλεως. i. e. *Hinc* [à Caieta] *distant Formiæ stadia* XL. *Inter hanc & Sinuessam sunt Minturnæ, ab utraque dissitæ stadia circiter* XXC. *Perfluit Liris fluvius, Clanis antea vocabatur. Delabitur ex Apennini montis parte superiore Vestinæ propter Phregellas vicum (antea erat urbs illustris) exit in lucum sacrum eximie cultum ab oppidanis Minturnarum.*

69 Μερμησσὸς, πόλις Τρωϊκὴ ἀφ' ἧς, &c.] Mermessus, urbs Troïca, &c. Nisi me fallit opinio est eadem, quæ aliis dicitur *Marpessus*; mea verò opinio capit fidem, quia epitomator noster ex Mermesso ait fuisse Sibyllam Erythræam, quam in agro Troïano natam, vicò Marpesso circa oppidum Gorgithium tradit Lactantius, cujus verba attuli in de Γέρυς, ac quia insuper inquit terram circa Mermessum esse rubram. Sic enim intelligendum est illud, ἦν γὰρ καὶ ἡ πόλις αὐτὴ ἐρυθρὰ τῷ χρώματι. i. e. *Erat enim & urbs ipsa rubra colore.* Quod videtur hausisse ex Pausania, in Phocicis, ubi agit de hac urbe & Sibylla, ac tandem ait: Ταῦτα μὲν δὴ μανουμένη τε καὶ θεοῦ κράτος πεπονήκει. Ἑτέρωθι δ' εἶπε τὰ χρησμῶν, ὡς μείζους μὲν αἰθανάτης εἴη μιᾶς τῶν ἐν Νυμφῶν, παλαιὰς δ' ἀνθρώπου· καὶ ὅτου λέγει τὰ ἔπη·

Εἰμὶ δ' ἐγὼ μεγαῦρα μέσον θνητῶν τε θεῶν τε
Νύμφης δ' ἀθανάτης, παλαιὸς δ' αὖ κηθφάσιος,
Μητρόθεν Ἰδαίης, παλαιὰς δὲ μοι ἔσκε ἐρυθρὴ
Μάρπησσα, μητρὸς ἱερὴ, πολυμοῦς δ' Ἀίδωνεύς.

Ἦν δ' ἔτι καὶ νῦν τῇ Ἰδῃ τῇ Τρωϊκῇ πόλεως Μαρπήσσης τὰ ἐρείπια, καὶ ἐν αὐτοῖς οἰκήτορες ὡς ἐξήκοντα ἄνθρωποι· ὑπέρυθρος δὲ πᾶσα τοῦ τὸ Μάρπησσον γῆ, καὶ δεινῶς ἐστιν αὐχμώδης. i. e. *Hæc quidem furens & Deo plena fecit. Alibi verò oraculorum dixit, se natam esse immortali matre, una Nympharum, quæ in Ida, patre homine; & ita sua carmina modulatur:*

Inter utrumque sequor medium divasque hominesque,
Nympha immortali sata, Cetophago genitore.
Ida meæ matri patria est, mihi patria rubra
Marpessus, matri quæ sacra, amnisque Aidoneus.

Extant adhuc in Ida Troica urbis Marpessi rudera, & in eis habitatores circiter LX. *homines. Subrufa verò est, tota circa Marpessum terra, & vehementer arida.* Aberat autem Marpessus ab Alexandria Troadis CCXL. stadia, autore eodem Pausania paulò infra: Ἀπέχει δ' Ἀλεξανδρείας τῆς ἐν τῇ Τρωάδι τεσσαράκοντα καὶ Μάρπησσος καὶ διακόσια στάδια. i. e. *Distat verò ab Alexandria Troadis Marpessus* CCXL. *stadia.* Igitur ex dictis apparet Mermessum esse, quam Pausanias & alii vocant *Marpessum*, de quibus dubitandum non censeo; at de patria Sibyllæ Erythrææ ἐπίκλησις, quia Strabo autor est, sic vocatam ab Erythris Ioniæ urbe, haud longe à Clazomenis sita. Auget dubitationem meam Tacitus Annal. lib. 6. c. 12. *Simul commonefecit, quia multa vana sub nomine celebri vulgabantur, sanxisse Augustum, quem intra diem ad Prætorem deferrentur, neque habere privatim liceret, quod à majoribus quoque decretum erat, post exustum sociali bello Capitolium, quæsitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam & Italicas colonias carminibus Sibyllæ.* Cætero hanc Mermessum existimo esse eandem, quæ autori nostro suo loco dicitur Μυρμιδὼν. Amat enim noster ex una eademque urbe duas facere.

70 Μερόη, πόλις Αἰθιόπων.] Meroë, urbs Æthiopum, à Meroë Cambysæ, scilicet matre, ex Herodoti lib. 2. cujus sunt verba: Καὶ ἔπειτα ἥξεαι ἐς πόλιν μεγάλην, τῇ οὔνομα ἐστὶ Μερόη. Λέγεται δ' αὕτη ἡ πόλις εἶναι μητρόπολις τῶν ἄλλων Αἰθιόπων. Οἱ δ' ἐν τούτῃ Διὶ Θεῷ, καὶ Διονύσῳ μούνοισι σέβουσι, τούτους τε μεγάλως τιμῶσι. i. e. *Et deinde venies in urbem magnam, cui nomen est Meroe. Dicitur hæc urbs esse metropolis reliquorum Æthiopum. Qui in ea Jovem Deorum & Dionysum solos venerantur.* Hanc urbem condidisse Cambysem Persarum Regem, nomine de nomine matris impositio, autor est Diodorus Siculus Bibliothecæ Historicæ lib. 1. cujus verba sequenti nota.

71 Ἐς

τῶ ὀδσίερα, ἀπὸ Μερόης. 71 Ἔστι καὶ νῆσος. Ὁ πολίτης Μεροίτης, ὡς τὸ Ἀρσινόης Ἀρσινοίτης. Ἔστι καὶ Μερόη ἡ ἀναλογὸς τῶ ἐν Δάφνῃ Ἀντιοχείας. Τὸ ἐθνικὸν Μεροαῖος, ἡ Μερόη, καὶ τὸ τῆ ἑορτῆς ὄνομα. Καὶ τὸ κληϊκὸν Μεροιακός. Ἔστι καὶ Μερόη πόλις Λυκίας.

A lib. 2. à Meroë. Eſt etiam inſula. Civis, Meroites, ut ab Arſinoë, Arſinoites. Eſt etiam Meroë ad orientem Antiochiæ circa Daphnen. Gentile, Meroæus, vel Meroſius, juxta feſti nomen. Et poſſeſſiv. Meruſiacus. Eſt & Meroë urbs Lyciæ.

B

ΜΕΡΟΥΣΙΟΝ, χωρίον, ὡς Θεόπομπος φιλιππικῶν τριακοστῷ ἑνάτῳ. Οἱ οἰκήτορες ὁμοίως Μερούσιοι, καὶ Μερόεσσα ἡ Ἄρτεμις. 72 Ἀπέχει δὲ ὁ τόπος Συρακουσίων σταδίους ἑβδομήκοντα.

MERUSIUM, regio, ut Theopomp. Philippico. 39. Incolæ, eodem modo Meruſii, & Meroëſſa Diana. Diſtat verò locus à Syracuſanis ſtadiis 70. Aliqui verò à Meroë Æthiopiæ.

C

73 Τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Μερόης, τῆς Αἰθιοπίας.

ΜΕΡΟΨ 74, Τριόπα παῖς, ἀφ' ἧς Μέροπες οἱ Κῶοι, καὶ νῆσος Μεροπίς.

MEROPS, Triopæ filius, à quo Meropes, Coï, & inſula Meropis.

ΜΕΣΑΝΙΤΗΣ 75, κόλπος· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ τῆς Περσικῆς θαλάσσης.

MESANITES, ſinus. Marcianus in Periplo Perſici maris.

D

ΜΕΣΗΜΒΡΙΑ 76, πόλις Ποντικὴ· Νικόλαος πέμπτῳ. Ἐκλήθη ἀπὸ Μέλσου. Βρίαν γὰρ τὴν πόλιν φασὶ Θρᾷκες. Ὡς ἂν Σηλυμβρία ἡ τοῦ Σήλυος πόλις, Πολτυμβρία ἡ Πόλτυος, ἕτω Μελσημβρία ἡ Μέλσου πόλις· καὶ διὰ τὸ εὐφωνότερον λέγεσθαι Μεσημβρία. Ὁ ἐθνικὸς, Μεσημβριανός. 77 Ἔστι καὶ Θρᾴκης Μεσημβρία, πρὸς τῷ πόντῳ τῷ Χερρονήσῳ, ὡς Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως.

MESEMBRIA, urbs Pontica. Nicolaus lib. 5. Sic vocata fuit à Melſo. Bria enim urbem vocant Thraces. Ut igitur Selymbria, Selys urbs, Poltymbria, Poltys urbs, ſic Melſembria Melſi urbs. Et propter euphoniam dicitur Meſembria. Civis, Meſembrianus. Eſt etiam Thraciæ Meſembria ad finem Cherſoneſi, ut Herodot. lib. 7. Gentile, ſimiliter.

ME- ME-

71 Ἔστι καὶ νῆσος.] Meroën eſſe etiam inſulam tradit, de qua Diodorus inter alios lib. 1. ita: Περιείληφε δ' ὁ πόλεμος καὶ νήσους ἐν αὐτῷ, καὶ μάλ' τὴν Αἰθιοπίαν ἅπασάν τε πόλεις καὶ μίαν, ἣν ἔφη δ' ὁμωνύμως τῇ νήσῳ, κτίσαι αὐτὴν Καμβύσην, καὶ θεῖναι τὴν ἐπωνυμίαν ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μερόης. Ταύτην δὲ τοῦ μὲν σχήματος φασὶ ὑπάρχειν θυρεῷ παραπλησίαν, τοῦ δὲ μεγέθους [πολὺ] ὑπερέχειν τὰ ἄλλων νήσων τὸν τόπον. Τὸ μὲν οὖν μῆκος αὐτῆς εἶναι λέγουσι σταδίων τετρακοσίων, τὸ δὲ πλάτος χιλίων. Ἔχειν δ' αὐτὴν καὶ πόλεις ἐκ ὀλίγας, ὧν ἐπιφανεστάτην ὑπάρχειν τὴν Μερόην. i.e. *Comprehendit verò fluvius* [Nilus] *& inſulas in ſeipſo, juxta Æthiopiam quidem & alias plures & unam, ut diximus ſatis-magnam, nomine* Meroën; *in qua eſt urbs memorabilis ejuſdem nominis; quam condidit Cambyſes, & matris ſuæ nomine indigitavit. Hanc verò dicunt figura eſſe clypeo ſimilem, magnitudine autem multùm excedere alias in his locis inſulas; longitudinem enim ejus eſſe ajunt ſtadiorum* 111. M. *latitudinem autem* M. *habere verò & urbes non paucas, quarum illuſtriſſimam eſſe Meroën.* His conſonat Strabo lib. 17. Ἔστι τὸ μέγιστον αὐτῆς βασίλειον, ἡ Μερόης πόλις ὁμώνυμος τῇ νήσῳ· τὴν δὲ νῆσον ὑπερκεῖσθαι φασὶ τὸ Σύηνε· τὸ δὲ μῆκος αὐτῆς πρὸς ἀπηρτισμένον εἰρῆσθαι, μῆκος μὲν ὄσον τετρακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ χιλίων. i.e. *Eſt verò maxima ipſius regia. Meroës urbs ejuſdem nominis cum inſula; inſulam autem clypei figuram habere dicunt; magnitudo fortaſſe hyperbolice dicta eſt, longitudo quidem circiter* 111. M. *ſtadiorum, latitudo* M. Nigros ejus colonos eſſe & ebenum in ea naſci canit Lucanus:

——— *Nigris fœcunda colonis*
Læta comis ebeni.

Quapropter ab eodem *ebenus Mareotica* vocatur lib. 10.

——— *Ebenus Mareotica vaſtos*
Non operit poſtes, ſed ſtat pro robore vili.

Hujus inſulæ fœminas habuiſſe maximas mamillas adeo, ut infante craſſo majores eſſent, teſtatur Juv. Sat. 13.

Quis ſumidum guttur miratur in Alpibus? aut quis
In Meroë craſſo majorem infante mamillam?
Cærula quis ſtupuit Germani lumina.

De hodierno nomine non convenit inter autores, ut videre eſt apud Abr. Ortelium in Theſauro ſuo Geographico in *Meroë*.

72 Ἀπέχει δὲ ὁ τόπος Συρακουσίων.] In principio hujus ſectionis celebrat ex Theopompo, autore deperdito Meruſium locum, quem nunc inquit diſtare à Syracuſanis ſtadiis LXX. ut plerumque dicuntur oppida diſtare ab oppidis, non ab oppidanis. Quare ſi tibi placet pro Συρακουσίων lege Συρακουσῶν, i. e. *à Syracuſis*; hujus verò loci altum eſt apud alios ſilentium.

73 Τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Μερόης, &c.] Aliqui à Meroë, quæ in Æthiopia nomen ei adaptatum eſſe dixerunt, quod de Diana Meroëſſa, non de urbe Meruſio intelligendum exiſtimo.

74 Μέροψ, &c.] A Merope Triopæ filio dicti ſunt Coï Meropes, & ipſa inſula Cos vocata *Meropis*; ſic enim intelligenda ſunt illa, de quibus videſis quæ in Κῶς nota 63 & ſequentibus annotavimus.

75 Μεσανίτης, κόλπος.] Meſanites ſinus Perſici maris ex Marciani Periplo. Coſmographo lib. 6. c. 7. dicitur Madiſanites corruptè, ut exiſtimo, pro Meſanites.

76 Μεσημβρία, πόλις Ποντική.] Meſembria, urbs Pontica ex Nicolai, Damaſceni ſcilicet, lib. 5. Eſt autor deperditus, cujus locum ſupplebit Strabo hac de urbe ita loquens lib. 7. Εἶτα Μεσημβρία Μεγαρέων ἄποικος, ἐμπόριον δὲ Μεσημβρία, οἷον Μενέπολις· ἔχει γὰρ ἐπώνυμον Μένη καλούμενόν, τὸ δὲ πόλεως βρία καλούμενον Θρᾳκικόν. Ὡς καὶ ἡ Σήλυος πόλις, Σηλυβρία προσαγορεύεται ἡ ἀπὸ Πολυβρία ποτὲ ὀνομαζόμενη. i.e. *Deinceps Meſembria Megarenſium colonia, ante* Menebria, *ſicut* Menepolis, *quod conditori* Mene *eſſet nomen*; Bria *verò Thracum lingua* urbem *ſignificat*; *ſicut & Selyos urbs*, Selybria *appellatur*, *Æatus aliquando* Poltiobria *nominabatur*. Byzantios & Chalcedonios eam incoluiſſe rerum monumentis tradidit Herodotus lib. 6. c. 33. Βυζάντιοι μὲν νυν καὶ οἱ ὑπερθεν Χαλκηδόνιοι, ὡς δὲ ὑπεμείνεσαν ἐπιπλέουσας τὰς Φοινίκας, ἀλλ' οἴχοντο φεύγοντες ἀποπλέοντες τὴν πόντον, ἵστα ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον· καὶ οἰκήσαντες πόλιν Μεσαμβρίην οἴκησαν. i. e. *Byzantii quidem & qui ulteriore in litore ſunt Chalcedonii non expectaverunt adventum Phœniciæ claſſis, ſed abierunt fugientes, relinquentes urbem, in interiora Euxini ponti; ibique urbem Meſambriam incoluerunt.* In quibus verbis interpres Latinus pro οἴκησαν, i. e. *incoluerunt*, videtur legiſſe, οἴκισαν, i. e. *condiderunt*.

77 Ἔστι καὶ Θρᾴκης Μεσημβρία, &c.] Eſt etiam Thraciæ Meſembria, ex Herodoti lib. 7. qui eam celebrat libro citato capite CXCIX. & lib. 4. c. 93. ejus quoque fecit mentionem Plin. lib. 4. c. 11.

ΜΕ΄ΣΗ τῶν ποταμῶν,[78] χώρα μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος. [79] Καὶ Ἀδιαβηνὴ ἐκαλεῖτο, ὡς ἱστορεῖ Κοάδρατος. [80] Τὸ ἐθνικὸν, Μεσοποταμίτης.

ΜΕ΄ΣΜΑ[81], πόλις Ἰταλίας· Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ Χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Μεσμανὸς, [82] ὡς τῆς Νώλης Νωλανός.

ΜΕΣΟΛΑ[83], πόλις Μεσσηνίας, μία τῶν πέντε· Νικόλαος πέμπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Μεσολάτης, ὡς τῆς Μεσόας Μεσοάτης.

ΜΕΣΟΠΟ΄ΝΤΙΟΣ Ποσειδῶν, ὁ Ἐρέσιος· Οὕτω γὰρ ἐν Ἐρέσῳ πιμᾶται, πόλει τῆς Λέσβου· Καλλίμαχος αἰτιῶν πρώτῳ.

ΜΕ΄ΣΣΑΒΑ, πόλις Καρῶν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Μεσσαβεύς, τῷ τύπῳ τῶν Καρικῶν πόλεων.

ΜΕΣΣΑΠΕ΄ΑΙ[84], χωρίον Λακωνικόν. Τὸ ἐθνικὸν, Μεσσαπεύς· Οὕτω γὰρ ὁ Ζεὺς ἐκεῖ τιμᾶται· Θεόπομπος πεντηκοστῷ ἑβδόμῳ.

ΜΕΣΑΠΙ΄Α[85], χώρα Ἰαπυγίας, ὑποπεπτωκυῖα Ταράντῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μεσάπιος· Παυσανίας δεκάτῳ.

MESE fluviorum, regio inter Euphratem, & Tigrin. Et *Adiabene* vocabatur, ut refert Quadratus. Gentile, Mesopotamites.

MESMA, urbs Italiæ; Apollodor. Chronicor. tertio. Gentile, Mesmanus, ut Nolæ, Nolanus.

MESOLA, urbs Messeniæ, una ex quinque. Nicolaus lib. 4. Gentile, Mesolates, ut Mesoæ, Mesoates.

MESOPONTIUS, Neptunus, qui Eresſius. Sic enim in Eresſo colebatur, urbe Lesbi. Callimachus cauſſarum primo.

MESSABA, urbs Carum. Hecatæus Aſia. Gentile, Meſſabeus, forma Caricarum urbium.

MESSAPEÆ, regio Laconica. Gentile, Meſſapeeus. Sic enim Jupiter illic colitur. Theopomp. lib. 57.

MESAPIA, regio Japygiæ, Tarento contermina. Gentile, Meſapius. Pauſanias lib. 10.

ΜΕΣΑ΄-

MESA-

78 Μέση τῶν ποταμῶν, &c.] Media fluviorum, erat regio media inter Euphratem & Tigrin, quæ uno nomine dicitur *Meſopotamia*. Sic verò vocata fuit, quod media inter duos fluvios ſita eſſet, ſervato linguæ Hebrææ etymo, in qua ארם נהרים *Aram naharaïm*, i. e. *Syria duorum fluviorum* appellatur; hujuſmodi regionem vocant Latini *interamnem*; Græci Μεσόλιμνον. Erat regio celebris in Sacris libris, cujus deſcriptionem videſis apud Ptolemæum Geographiæ lib. 5. c. 18. apud Strabonem lib. 17. De hodierno nomine non convenit inter autores, ut videre eſt ex Ab. Ortel. in Theſauro Geographico in Meſopotamia.]

79 Καὶ Ἀδιαβηνὴ ἐκαλεῖτο.] Meſopotamiam vocatam quoque fuiſſe *Adiabenen* tradit ex Quadrato, de qua videſis, quæ ſuo loco annotavimus.

80 Τὸ ἐθνικὸν Μεσοποταμίτης.] Hinc evidenter eluceſcit autorem noſtrum pro Μέση τῶν ποταμῶν, i. e. *Media fluviorum*, (ſic etiam dicitur Arrh. de expeditione Alex. lib. 3.) intelligere *Meſopotamiam*, quia illius gentile inquit eſſe τὸ Meſopotamites; Vopiſcus in Aurelio *Meſopotamios* vocat ejus incolas.

81 Μέσμα, πόλις Ἰταλίας.] Meſma, urbs Italiæ. Eamdem puto eſſe, quæ paulo ſupra dicitur Μέδμη.

82 Ὡς τῆς Νώλης.] Lege ὡς τῆς Νώλης. Νῶλα enim dicitur, non Νῶλος, urbs Auſonum non ignobilis, de qua ſuo loco.

83 Μεσόλα, πόλις Μεσσηνίας, μία τῶν πέντε.] Meſola, urbs Meſſeniæ, una ex quinque. Neſcio quænam ſint hæ quinque Meſſeniæ urbes, namque ſeptem celebrantur, quas Agamemnon Achilli promiſit apud Homerum, & *Meſolam* eſſe, unam ex illis ab Homero *Hiram* dictam, ſunt qui dicunt apud Strabonem lib. 8. Τὸν δὲ Ἱρὸν καὶ τὸ ὄρος δεικνύουσι πρὸς τῇ Μεγαλοπόλει τῆς Ἀρκαδίας ὡς ἐπὶ Ἀνδανίαν ἰόντι, ὃν ἔφαμεν Οἰχαλίαν εἶναι δὲ ποιηταῖς εἰρῆσθαι· οἱ δὲ τὴν νῦν Μεσόλαν οὕτω καλεῖσθαί φασι, καθήκουσαν εἰς τὸ μεταξὺ κόλπου τοῦ Ταϋγέτου καὶ Μεσσηνίας. i. e. *Hiram oſtendunt ad montem, qui jacet juxta Megalopolin Arcadiæ tamquam ad Andaniam euntí, quam diximus* Oechaliam *à Poeta dici: alii eam quæ nunc* Meſola, *ſic vocatam dicunt, pertingentem ad ſinum inter Taygetum & Meſſeniam medium.* Quare apud Stephanum pro μία τῶν πέντε, i. e. *una ex quinque*, legendum eſt μία τῶν ἑπτά. i. e. *una ex ſeptem.* Nec obſtat quod apud eundem Strabonem libro citato Creſphontes Meſſenia potitus eam diviſerit in quinque urbes, cum enim abſolute loquimur de aliquâ re, accipiendum eſt de celeberrima; at ſeptem illæ Meſſeniæ urbes quas Agamemnon Achilli promiſit apud Homerum Il. 9. v. 150. ſunt inter Scriptores celeberrimæ, quas in hac ſectione autorem noſtrum ſubintelligere reor.

84 Μεσσαπίαι, χωρίον Λακωνικόν.] Meſſapearum, regionis Laconicæ, in qua Jupiter Meſſapeus colebatur, altum eſt apud alios ſilentium, at Jovis illius meminit Pauſanias in Laconicis, cui nomen non de regione, ſed de ſacrificuli nomine inditum inquit: Ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς Φελλίας ἐς δεξιὰν ἡ πρὸς τὸ ὄρος τὸ Ταϋγέτιον ἰοῦσιν ὁδός. Ἔστι δὲ οὐ πρόσω Διὸς Μεσσαπίου τέμενος. Τοῦτον δὲ οἱ τὴν ἱερωσύνην λαχόντες ἀνδρὸς λέγουσιν ἱερωσαμένου τοῦ Διός. i. e. *Abeunti verò à Phellia ad dexteram via eſt, quæ ducit ad montem Taygetum. Eſt autem in illa planicie Jovis Meſſapei fanum; id ei cognomen factum à viro ipſius ſacerdote.*

85 Μεσσαπία, χώρα Ἰαπυγίας, &c.] Meſſapia regio Japygiæ Tarento vicina, ex Pauſaniæ lib. 10. cujus hîc ſubjiciam verba: Ταραντίνων δὲ οἱ ἵπποι οἱ χαλκοῖ καὶ αἰχμάλωτοι γυναῖκες ἀπὸ Μεσσαπίων εἰσὶν ὁμόρων τῇ Ταραντίνων βαρβάρων, i. e. *Tarentinorum verò equi æquei & captivæ fœminæ ſunt* [dona] *de Meſſapiis* [devictis] *barbara gente, Tarentinorum terræ vicina.* Nomen adepta eſt à Meſſapo, duce Græco, qui in Japygiam venit, teſtibus Strabone lib. 9. Solino c. 8. cujus ſunt, quæ ſequuntur: *Liciniano placet à Meſſapo Græco Meſſapiæ datam originem, verſam poſtmodum in nomen Calabriæ; quam in exordio Oenotri frater Peucetius* Peucetiam *nominarat.* Meſſapum celebrat Andinus vates diverſis locis, ac præſertim Æneid. lib. 7. v. 691.

At Meſſapus equûm domitor, Neptunia proles
Quem neque fas igni cuiquam, nec ſternere ferro.

Ad quem locum Serv. ita: *Hic per mare ad Italiam venit; unde Neptuni dictus eſt filius, quem invulnerabilem ideo dicit, quia nuſquam periit, nec in bello, ignem autem nocere non poſſe propter Neptunum dicit, quia aquarum Deus eſt, ab hoc Ennius dicit, ſe originem ducere: unde nunc & cantantes inducit ejus ſocios & eos comparat cycnis.* Hinc ab aliquibus Ennius dicitur *Meſſapius.* Ex dictis patet Japygiam, Peucetiam, Meſſapiam, & Calabriam fuiſſe eamdem regionem, Meſſapiam verò & per unum σ & per duo ſcribitur.

86 Μεσα-

ΜΕΣΑΠΙΟΝ[86], ὄρος Εὐβοίας. Καὶ Μεσαπικός, [87] ἀπὸ Μεσαπίου. Ἐ μεταοικήσαντος εἰς Ἰταλίαν.

MESAPIUS, mons Euboeæ. Et Mesapicus, à Mesapio, qui in Italiam habitaturus migravit.

ΜΕΣΣΗΝΗ[88], ἡ χώρα, καὶ πόλις· Στράβων ἐγγύθεν. [89] Χώρα δὲ ἡ Μεσσηνία, ἡ Μέση καὶ σωκοπιστὶ, ἡ Μέση καὶ Μεσήνη, ὥς τινες. Τὸ ἐθνικὸν, καὶ ὁ πολίτης, Μεσσήνιος. Καὶ θηλυκὸν, Μεσσηνίς. [90] Ἔστι καὶ ἄλλη Μεσήνη ἐν Σικελίᾳ. [91] Καὶ χώρα Μεσήνη, δι' ἧς ὁ, ὑπὸ τῶν δύο ποταμῶν αὐτὴ μεσαζομένη, ὡς Ἀσίνιος Κουάδρατος φησι.

MESSENE, & regio, & urbs. Strab. lib. 8. Regio verò Messenia, & Mese per syncopen, vel Mese, & Mesene, ut aliqui. Gentile, & civis, Messenius, fœm. Messenis. Est & alia Mesene Siciliæ, & regio Mesene, per unum s. *Sic dicta, quod* à duobus fluviis media illic intersecatur, ut Asinius, Quadratus inquit.

ΜΕΣΣΟΑ[92], τόπος Λακωνικῆς· Στρά-

MESSOA, locus Laconicæ. Strab. lib. 7. Est

86 Μεσάπιον, ὄρος Εὐβοίας.] Mesapius, mons Euboeæ celebratur ab Strabone lib. 9. Ἐν ᾗ τῇ Ἀνθηδονίᾳ Μεσάπιον ὄρος ἐστὶν, ἀπὸ Μεσαπίου, ὃς εἰς τὴν Ἰαπυγίαν ἐλθὼν Μεσαπίαν τὴν χώραν ὠνόμασεν. i. e. *In Anthedonia* [regione] *Messapius mons est, à Messapo, qui in Japygiam venit.* Pausanias lib. 9. Μεσσεῖον pro Μεσσαπιον, (ut puto) appellat: Τῆς δὲ Βοιωτίας τὰ ἐς ἀριστερὰ ἔ Εὐβοίᾳ Μεσσεῖον ὄρος καλέμενον, ἐν ὑπ' αὐτῷ Βοιωτῶν ἐπὶ θαλάσσης πόλις ἐστὶν Ἀνθηδών. i. e. *In ea Bœotiæ parte, quæ ad lævam Euripi Mesabius mons se attollit, & infra eum est Bœotorum urbs Anthedon ad mare.*

87 Ἀπὸ Μεσαπίου.] Lege, ἀπὸ Μεσσάπου. A Messapo, de quo egimus in Μεσαπία. Messapius enim est gentile.

88 Μεσσήνη, ἡ χώρα, καὶ πόλις.] Messene, & regio, & urbs, ex Strabonis lib. 8. ex cujus libro citato patet fuisse partem Laconicæ, quæ Troicis temporibus Menelao paruit, sed tunc temporis Messenen urbem nondum fuisse tradit: Αὕτη δ' ἐπὶ μὲν τῶν Τρωϊκῶν ὑπὸ Μενέλαον ἐτέτακτο, μέρος ὄσα τῆς Λακωνικῆς, ἐκαλεῖτο δ' ἡ χώρα Μεσσήνη· τὴν δὲ νῦν ὀνομαζομένην πόλιν Μεσσήνην, ἧς ἀκρόπολις ἡ Ἰθώμη ὑπῆρξεν, ἔτι σωίζουσιν ἐκλοιπός. i. e. *Hæc verò Troicis temporibus Menelao parebat, cum esset pars Laconicæ, vocabatur verò* regio Messene; *quæ verò nunc dicitur urbs Messene, cujus arx est Ithome, nondum fuerat condita.* His consonat Pausanias in Messenicis ubi agit de Messene regione, quam de nomine Messenes uxoris Polycaonis sic nominatam prodit; civitatem verò non solum Græci sed etiam Latini celebrant, & inter hos Livius lib. 36. c. 31. *Eodem tempore & Messene in Peloponneso ab Achæis, quod concilii eorum recusaret esse, oppugnari cœpta est. Etenim duæ civitates Messene & Elis extra concilium Achaicum erant, cum Ætolis sentiebant.* Eam evertisse Lacedæmonios posteris tradidit Strabo libro citato: Μεσσήνην δ' ἀνέλων Λακεδαιμόνιοι, πάλιν δ' ἀνέλαβον Θηβαῖοι, καὶ μετὰ ταῦτα Φίλιππος, Ἀμύντα. i. e. *Messenen verò everterunt Lacedæmonii, renovarunt Thebani, & postea Philippus Amyntæ.* Cujus oppidani cum sæpe à Lacedæmoniis defecissent, tandem in servitutem redacti sunt, unde proverbium δουλότερος Μεσσήνης, i. e. *Servilior Messene.*

89 Χώρα δὲ ἡ Μεσσηνία, ἡ Μέση καὶ σωκοπιστί.] Videtur autor noster respexisse Strabonis verba ex lib. 8. Ἔνιοι δὲ καὶ συγκοπιστὶ λέγουσι τὴν Μεσσήνην, εἰρήκασι γὰρ ὅτι καὶ αὐτὴ μέρος ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς. i. e. *Nonnulli verò per apocopen accipiunt Messenen, dictum enim est, ipsam quoque fuisse partem Laconicæ.* Quod autor noster syncopen, Strabo appellat apocopen, quia à Messene dicitur Messe, vel per duo σσ vel per unum.

90 Ἔστι καὶ ἄλλη Μεσήνη ἐν Σικελίᾳ.] Mesene Siciliæ urbs, Latinis dicitur *Messana*, cujus situm, conditores, & nomina expressit Strabo lib. 6. hisce verbis: Ἡ μὲν Μεσσήνη ἐν Πελωριάδι κεῖται κοιλοτέρᾳ ἐπιπολὺ πρὸς ἕω, καὶ μαλακὴν τινὰ ποιοῦσι· ἀπέχει δὲ μικρὰ Ῥηγίου διάπλουν ἐξηκοντασταδίου, τὸ δὲ στενὸν πολὺ ἔλαττον· κλίμα δ' ἐστὶ Μεσσηνίων τὸ ἐν Πελοποννήσῳ, παρ' ὧν τὸνομα μεθήρμοκε, Ζάγκλη πρότερον καλεμένη, διὰ τὴν σκολιότητα τοῦ τόπου (Ζάγκλιον γὰρ ἐκάλεῖτο τὸ σκολιὸν) Νάξιοι δὲ ὕστερον κτίσμα τῶν πρὸς Καλάνῃ· ἐπῴκισαν δ' ὕστερον Μαμερτῖνοι Καμπανῶν τι φῦλον· ἐχρήσαντο δ' ὁρμητηρίῳ Ῥωμαῖοι πρὸς τὸ Σικελικὸν πόλεμον τὸ πρὸς Καρχηδονίους. i. e. *Messana quidem sita est in sinu Pelori inflexi magnopere versus auroram, & maxillam quandam facientis. Abest à Rhegio trajectu* LX. *stadiorum, à columella verò multo minus. Condita est à Messeniis Peloponnesiacis, à quibus nomen mutuata est, cum ob locorum obliquitatem* Zancle *prius diceretur (Zanclium enim vocabatur obliquum) antea condita fuit à Naxiis, qui apud Catanam incolebant. Postea temporis Mamertini, gens Campana condiderunt. Usi sunt pro receptaculo Romani in bello Siculo contra Carthaginenses.* Paulò ante Messanam demonstrabatur in freto Charybdis illa Poetis & solutæ orationis scriptoribus famigerata, autore eodem Strabone libro citato paulò infra. E nostris illius fecere mentionem Mela lib. 2. c. 7. Plin. lib. 3. c. 8. Solinus c. 11. è Poetis verò S. Italicus lib. 14.

Incumbens Messana freto, minimumque revulsa
Discreta Italia, atque Osco memorabilis ortu.

Oscam originem tribuit Messanæ Sil. Ital. quia ejus incolæ dicti sunt *Mamertini*. F. Pomp. *Mamers Mamertis facit, id est lingua Osca Mars Martis. Unde &* Mamertini *in Sicilia dicti, qui Messanæ habitant.* Consulesis Collectanea nostra in Ζάγκλη.

91 Καὶ χώρα Μεσήνη, δι' ἧς ὁ, ὑπὸ τῶν, &c.] Cum egerit de Mesopotamia, quam Μέσην τῶν ποταμῶν vocavit, de Messene Peloponnesi, & de Mesene Siciliæ, nunc agit de Mesene, regione quæ à duobus fluviis media illic intersecatur, sed ubi locorum fuerit, nobis divinandum relinquit, id nos docet Plinius lib. 6. c. 27. *Tigris autem ex Armenia acceptis fluminibus claris Parthenia ac Nicephorione, Arabas Aroëos Adiabenosque disterminans, & quam diximus Mesopotamiam faciens, lustratis montibus Gordyeorum circa Apamiam Mesenes oppidum, citra Seleuciam Babyloniam* CXXV. *M. pass. divisus in alveos duos, altero Meridiem ac Seleuciam petit, Mesenen perfundens: altero ad septentrionem flexus, ejusdem gentis tergo campos Cauchas secat.* Quare immerito culpat Salmasius ὁ πάνυ noſtrum autorem, & eum corrigit suis Plinianis exercitationibus in Solinum fol. 698. E. hisce verbis: *Stephanus τὴν Μεσήνην cum Mesopotamia confundit. Sic enim apud eum ex libris legendum est, in voce* Μεσήνη. Ἔστι καὶ ἄλλη Μεσήνη τῆς Σικελίας, καὶ χώρα Περσικὴ δι' ἧς ὁ, ὑπὸ τῶν δύο ποταμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγριδος μεσοζομένη. Salvo tanti viri honore hic est mirificus corrigendi modus, ut autorem possis pro libitu culpare, cum ejus verba nulla correctione opus habeant. Illam Tigridis amnis Plinianam divisionem confirmat noster & exprimit in Ἀπάμεια.

92 Μέσσοα, τόπος Λακωνικῆς.] Messoa, locus Laconicæ, ex Strabonis lib. 7. Est μνημονικὸν ἀμφίλημμα, Strabo enim lib. 8. non lib. 7. ut inquit noster, celebrat hunc Laconicæ locum: Τῶν δ' ὑφ' Ὁμήρου καταλεγομένων, τὴν μὲν Μέσσην οὐδαμοῦ δείκνυσθαί φασι. Μεσσόα δ' ἐστὶ τῆς χώρας εἶναι μέρος τῆς Σπάρτης, καθάπερ καὶ τὸ Λιμναῖον. i. e. *De urbibus quas Homerus recenset Messen nullibi monstrari dicunt. Mesoam verò non regionis esse partem Spartæ sicut & Limnæum.* Casaubonum solicitat hic Strabonis locus, ac si ejus mens sit, Mesoam non esse partem Laconicæ regionis, sed Spartæ urbis; at corrigi non eget, ut ego existimo. Alludit Strabo ad Il. 2. v. 583. ubi Homerus inter Laconicæ urbes celebrat Messen, quam aliqui putabant esse Messoam, non Messenen per apocopen dictam *Messen*; Hæc enim non potuit esse de qua loquitur Homerus, quia ut inquit Strabo, cujus verba in de Μεσσήνην attuli, tunc temporis nondum erat. Igitur verosimile est fuisse Messoam, ex qua erat Alcman Poëta Lyricus, teste Suida in Ἀλκμάν, ubi alterum ejusdem nominis Poëtam quoque Lyricum, quem Messene tulit, memorat. Haud ex edicto tamen id acceptum volo. Namque Pausanias Messam, quam Strabo inquit nullibi monstrari, commemorat lib. 3. Ὀλίγον δ' ἀπωτέρω Μέσσα πόλις καὶ λιμήν. i. e. *Paulo longius Messa urbs & portus.* Eodem etiam libro celebrat Messoam. Sed juxta Strabonis sententiam argumentum illud valet.

Στεράβων ἐθδόμη. Ἔστι καὶ φυλὴ Λακωνική. Τὸ ἐθνικὸν, Μεσσοάτης. A Est etiam tribus Laconica. Gentile, Messoates.

ΜΕΣΣΩΓΙΣ 93, ὄρος Λυδίας. Τὸ τοπικὸν, Μεσσωγίτης· Στεράβων πεντεκαιδεκάτῃ. 94 Ὅθεν ἄριστος Μεσσωγίτης οἶνος, ὁ Ἀρωμάτης. B

MESSOGIS, mons Lydiæ. Locale, Messogites. Strab. lib. 14. *Unde optimum vinum Messogites, Aromense.*

ΜΕΤΑΓΩΝΙΟΝ 95, πόλις Λιβύης· 96 Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. 97 Θηλυκῶς δὲ τοῦτο φασί. Τὸ ἐθνικὸν, Μεταγωνίτης.

METAGONIUM, urbs Libyæ. Hecatæ. Asia. In gen. fœm. hanc dicunt. Gentile, Metagonites.

ΜΕΤΑΟΝ, πόλις Λέσβου, C 98 ἣν Μέτας Τυρρηνὸς ᾤκησεν, ὡς Ἑλλάνικος.

METAUM, urbs Lesbi, quam Metas Tyrrhenus condidit, ut Hellanicus.

ΜΕΤΑΠΑ 99, πόλις Ἀκαρνανίας· Πολύβιος πέμπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μεταπαῖος, ἢ Μεταπεὺς, ἀπὸ τοῦ σχήματος. D

METAPA, urbs Acarnaniæ. Polyb. lib. 5. Gentile, Metapæus, vel Metapatus, propter regionis formam consuetam.

ΜΕΤΑΠΟΝΤΙΟΝ 1, πόλις Ἰταλίας, 2 ἣ πρό-

METAPONTIUM, urbs Italiæ, quæ

93 Μέσσωγις, ὄρος Λυδίας.] Messogis, mons Lydiæ ex Strabonis lib. 14. apud quem Μεσσωγὶς cum accentu in ultima, non in antepenultima scribitur. Ejus ex libro citato sunt verba: Μετὰ δὲ Μαγνησίαν ἡ ἐπὶ Τραλλεις ἐστὶν ὁδὸς· ἐν ἀριστερᾷ μὲν τὸν Μεσσωγίδα ἔχουσιν, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὁδῷ, καὶ ἐν δεξιᾷ τὸ Μαιάνδρου πεδίον, Λυδῶν ἅμα καὶ Καρῶν ἡμιμιξθέντων, καὶ Ἰώνων, Μελησίων τε, καὶ Μυσίων, ἐπὶ δὲ Αἰολέων τὸν ἐν Μαγνησίᾳ. i. e. *Post Magnesiam verò via ad Tralleis est, ad lævam Messogida habent, ad dextram in ipsa via Mæandri planitiem, quam incolunt simul Lydi, & Cares, & Iones, Milesiique & Myusi, & Æolenses, qui in Magnesia.*

94 Ὅθεν, &c.] Sunt verba ex Strabonis lib. 14. in quibus laudat vinum Messogiten, ut & Plinius lib. 14. c. 7.

95 Μεταγώνιον, πόλις Λιβύης.] Metagonium, urbs Libyæ, ex Hecatæi Asia. Quam noster vocat urbem, reliqui appellant promontorium; erat verò novæ Carthagini in adversa ora vicinum, autore Strabone lib. 17. Ἔστι δὲ τὸ Μεταγώνιον καὶ νέαν πρὸς καρχηδόνα ἐν τῇ περαίᾳ. i. e. *Est verò Metagonium ferme juxta novam Carthaginem in ulteriori regione.* Ab hoc promontorio *Metagonitis* terra dicebatur Græcis eadem quæ *Numidia*, referente Plinio lib. 5. c. 3. *Ab Ampsaga Numidia est, Masiniſſæ clara nomine, Metagonitis terra à Græcis appellata: Numidæ verò Nomades à permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est, domus plaustris circumferentes.* Quare miror Isaacum Vossium ad Melæ lib. 1. c. 7. audacter admodum dicentem, multos è veteribus in eo erraſſe, quod *Nomadas*, pro *Numidas* acceperint, & ipse nullum profert suæ hæresis idoneum testem. E nostris promontorium Metagonium celebratur inter alios à Mela libro capiteque citato.

96 Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.] Suspicor legendum, Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει Λιβύης. i. e. *Hecatæus in periegesi Libyæ.* Quia cum Hecatæus scripserit quoque Libyæ periegesin, hoc in libro, non in *Asia* verosimile est Metagonium commemorâsse, quandoquidem ad Libyam, non ad Asiam attinebat.

97 Θηλυκῶς δὲ τοῦτο φασί.] Metagonium dici quoque fœm. gen. inquit, ita dicitur Ptolemæo libro quarto c. 1. Μεταγωνίτης ἄκρον. i. e. *Metagonitis promontorium.* Inibi etiam celebrat Metagonitas gentem, & Metagonitin regionem.

98 Ἣν Μέτας Τυρρηνὸς ᾤκησεν.] Procul dubio legendum ᾠκισεν, *condidit*, non ᾤκησεν *habitavit*; cæterum nec urbem, nec conditorem novi.

99 Μεταπα, πόλις Ἀκαρνανίας.] Metapa, urbs Acarnaniæ, ex Polybii lib. 5. ex cujus verbis non apparet fuisse Acarnaniæ urbem, at Ætoliæ. Sic enim ille: Ἀφικνούμενος δὲ πρὸς πόλιν τὴν καλουμένην Μεταπαν, ἣ κεῖται μὲν ἐπ' αὐτῆς τῆς Τριχωνίδος λίμνης, καὶ τὴν θύραν τοῦτον ἔχει πρὸς αὐτὴν· ἀπέχει δὲ σχεδὸν ἑξήκοντα σταδίους τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης· τοῦτον μὲν ἐκλιπόντων τὴν Αἰτωλῶν, εἰσπεσόντες τροφὴν τοὺς καθεῖρξε. i. e. *Perveniens verò ad urbem, quam* Metapam *vocant, quæ jacet ad Trichonidem lacum & ad ejus fauces; distat autem ab eo loco, quem* Thermum *appellant stadia ferme sexaginta, hanc ab Ætolis desertam quingentorum militum præsidio introducto tenuit.* Quare apud Stephanum pro πόλις Ἀκαρνανίας, lege πόλις Αἰτωλίας. i. e. *urbs Ætoliæ.* Thermus enim & Trichonium à quibus non multum distabat Metapa, erant urbes Ætoliæ, autore nostro autore in Θέρμος & in Τελχώνιον. Pro Μεταπεὺς lege Μεταπαιός. Ut à Βοσπορος, Βοσπορανός. Hæc enim est horum gentilium forma.

1 Μεταπόντιον, πόλις Ἰταλίας.] Metapontium, urbs Italiæ, Latinis, ut plerumque dicitur *Metapontum*, fuit antiquitus celebris urbs, de qua sic Strabo lib. 6. Ἐξῆς δ' ἐστὶ Μεταπόντιον, εἰς ὃν ἀπὸ τῆς ἑπταέτιος τῆς Ἡρακλείας εἴσπλοι σταδίοις μικρὸν πλείοσιν ἑκατόν. Πυλίων δὲ λέγεται κτίσμα τὸ ἐξ Ἰλίου πλουσιωτάτων μετὰ Νέστορος· ὃς ἅπαξ δυτυχήσας ἀπὸ γεωργίας φασὶν, ὥστε θησαυροὺς ἐν Δελφοῖς ἀναθεῖναι. Σημεῖον δὲ ποιεῖται τῆς εὐκαιρίας, τὸ τὰς Νηλείδων ἐκπεσεῖν. Ἡφαιστίων δ' ἐν τοῖς Σαυνίταις. Ἀντίοχος δὲ φησιν, ἐκλειφθέντα τὸν τόπον, ἐποικῆσαι τοὺς Ἀχαιῶν τινας. i. e. *Deinceps Metapontium à navali Heracleæ distitam stadiis* CXL. *Conditum dicitur à Pylio, qui cum Nestore ab Ilio navigarunt; hos adeò felici fortuna agriculturam exercuisse dicunt ut aureum messem Delphis dedicaverint. Argumentum conditæ urbis à Pylio faciunt, ab exequiis Neleidum. Eversa fuit à Samnitibus. Antiochus verò ait derelictum locum Achæorum quosdam incoluisse.* In eadem hæresi, ac Antiochus est Livius lib. 25. c. 15. *Et erat satis validum præsidium, traductis ad arcem Tarenti tuendam, qui Metaponti erant, militibus. Itaque Metapontini extemplò metu, quo tenebantur liberati ad Annibalem defecère. Hoc idem eadem ora maris & Thurini fecerunt: movit eos non Tarentinorum magis defectio, Metapontinorumque, quibus indidem ex Achaia oriundi etiam cognatione junctli erant, quàm ira in Romanos, propter obsides nuper interfectos. Eorum amici, cognatique literas ac nuncios ad Hannonem Magonemque qui in propinquo in Brutiis erant, miserunt, si exercitum ad mœnia admovissent, se in potestatem eorum, urbem tradituros esse.* Memoratur etiam Melæ lib. 2. c. 4. Plinio lib. 3. c. 11. Solino c. 8. Ætate Pausaniæ reliquiæ ejus tantum extabant, sicut ipse facit testimonium lib. 6. Prope hanc urbem fuisse Minervæ Helleniæ templum, ubi Epei instrumenta, quibus ad Durium equum fabricandum usus fuerat, reposita erant, posteris tradidit Aristoteles de Mirabilibus: Περὶ τῆς Ἰταλίας τὸν καλούμενον Καλαθρείαν, ἐφ' οὗ Μεταπόντιόν Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἶναί φασιν Ἑλληνίας, ἔνθα τὰ τοῦ Ἐπειοῦ λέγεσιν ὄργανα ἀνακεῖσθαι, ἃ εἰς τὸν Δούριον ἵππον ἐποίησεν, ὁλκεῖα τῷ ἱππονομείῳ ἐπιθεῖναι. i. e. *Circa Italiæ regionem* Calabriam *nomine, juxta Metapontum, Minervæ Helleniæ templum esse dicunt, ubi Epei instrumenta reposita esse ferunt, quæ ad Durium equum fecit, illo nomen imponente.* Quæ ultima verba si ad urbem referenda sunt, Epeus fuit qui Metaponto nomen fecit, ac forsitan condidit, quam difficultatem enodaret V. Paterculus, si injuria temporum integrum ejus librum primum nobis reservasset. Sic enim ille: .... *tempestate distractus à duce suo Nestore, Metapontum condidit.*

2 Ἣ πρό-

[2] ἡ πρότερον Σῖρις, [3] ἀπὸ Μεταβου τοῦ Σισύφου, καὶ Αἰόλου. Τὸν γὰρ Μεταπόντιον οἱ βάρβαροι Μέταβον ἔλεγον. Ὁ πολίτης, Μεταποντῖνος. Ἀφ' οὗ Φίλων ὁ αὐλητὴς, καὶ ποιητής. Λέγεται καὶ Μεταπόντιος, ὡς Βυζάντιος, καὶ Μεταποντίνη. A quæ prius Siris, à Metabo filio Sisyphi, filii Æoli. Metapontum enim barbari *Metabum* dicebant. Civis, Metapontinus. A quo Philo tibicen, & Poëta. Dicitur etiam Metapontius, ut Byzantius, & Metapontina.

ΜΕΤΑΧΟΙΟΝ, φρούριον Βοιωτίας, μεταξὺ Ὀρχομενοῦ καὶ Κορωνείας. Ἔφορος τριακοστῷ. Τὸ ἐθνικὸν, ἐκ Μεταχοίου· Ὡς ἐξ Οἴου, τὸ ἐξ Οἴου. Οἶον ἡ δῆμος Ἀττικῆς, ὡς λέλεκται, ἡ Μεταχοιάτης· Καὶ γὰρ Οἶος πολίχνιον, [4] ἧς τὸ ἐθνικὸν Οἰάτης· Ἀνδροτίων δὲ τῷ ζ'. Μεταχοίρων αὐτῆς φησι, [5] κἂν ἴσως παιφερασικῶς. B METACHOEUM, castellum Bœotiæ, inter Orchomenum, & Coroneam. Ephorus lib. 30. Gentile, ex Metachœo, ut Oei, ex Oeo. Oeum verò populus Atticæ, ut dictum est, vel Metachœates. Etenim Oeus oppidulum, cujus gentile, Oeates. Androtio 7. *Metachœrum* eam vocat, & fortasse per periphrasin. C

ΜΕΤΗΛΙΣ [6], πόλις Αἰγυπτία, πλησίον Ἀλεξανδρείας, ἡ νῦν Βῆχις λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν, Μετηλίτης νομός. D METELIS, urbs Ægyptia, prope Alexandriam, quæ nunc *Bechis* dicitur. Gentile, Metelites Nomos.

ΜΗΔΑΒΑ [7], πόλις τῆς Ναβαταίων. Ὁ πολίτης Μηδαβηνὸς, ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. MEDABA, urbs Nabatæorum. Civis, Medabenus, ut Uranius Arabicorum secundo.

ΜΗΔΙΑ [8], χώρα ταῖς Κασπίαις πυλαις ὑποκειμένη πύλαις· Ἐπαλαιὸς Ἀσία. [9] Ἀπὸ Μήδου, ἧς Μηδείας. [10] Τὸ ἐθνικὸν Μήδος, ὁμοίως. E MEDIA, regio Caspiis adjacens portis Hecatæ. Asia. A Medo Medeæ filio. Gentile, Medus ejusdem vocis, ac prototypus. Et fœm.

2 Ἡ πρότερον Σῖρις.] Metapontum antea *Sirin* dictam fuisse tradit; autoris nostri sententiam sequitur καὶ πόλις Eustathius ad Dionysii v. 368. at uterque fallitur. Siris enim diversa fuit à Metaponto, ut videre est apud Strabonem lib. 6. Πεισθέντων τὰς ἀφιγμένας ὑπὸ Συβαριτῶν, τὸ Μεταπόντιον κατασχεῖν. Τοῦτο μὲν γὰρ ἔχοντας, ἕξειν καὶ τὴν Σῖριν. i. e. *Persuasum, eis qui advenerunt, à Sybaritis, Metapontum uti occuparent; hoc enim habentes, habituros & Sirin.* Heraclea, non Metapontum, est quæ fuit *Siris* vocitata, teste Plinio lib. 3. c. 11. *Similiter est inter Sirin & Acirin Heraclea, aliquando* Siris *vocitata. Flumina Acalandrum, Masventum, oppidum Metapontum; quo tertia Italiæ regio finitur.*

3 Ἀπὸ Μέταβου τοῦ Σισύφου, &c.] Metapontum urbem à Metaponto Sisyphi filio, quem barbari *Metabum* vocitabant nomen habuisse inquit. Metabus etiam dicitur Virgilio Æneid. lib. 11. v. 540.

Pulsus ob invidiam regno, viresque superbas
Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe.

Ad quem locum ita Servius: *Metabus, nomen sumptum de historia. Metabus enim fuit dux Græci agminis, qui juxta Adriaticum mare urbem Metapontum condidit.*

4 Ἧς τὸ ἐθνικὸν Οἰάτης· Ἀνδροτίων δὲ τῷ ζ'· Μεταχοίρων αὐτῆς φησι.] Insigniter corruptus est locus iste, vel librarii, vel typographi negligentia. Ego puto autorem nostrum sic scripsisse: ἧς τὸ ἐθνικὸν Οἰάτης· Ἀνδροτίων δὲ τῇ ζ'· Μεταχοίρων αὐτὴν φησι. i. e. *cujus gentile Oeates. Androtio verò lib. 7.* Metachœrum *eam vocat.* Quia etsi præcessit τὸ πολίχνιον ipse respicit ad significationem, non ad terminationem, aliter enim pro ἧς & αὐτῆς scribendum erat ᾗ & αὐτὸ. Androtio verò scripsit libros Atticæ historiæ, cujus octavum citat autor noster in Ἀχιλλεῖ.

5 Καὶ ἴσως παιφερασικῶς.] Inquit Androtionem Metachœum castellum Bœotiæ per periphrasin vocâsse Metachœrum. Verosimilius est per jocum, qui consistit in nominum allusione Μεταχοίων & Μεταχοίρων, hoc posterius significat *porcellum.*

6 Μέτηλις, πόλις Αἰγυπτία, &c.] Metelis, urbs Ægyptia, prope Alexandriam, quæ ætate autoris nostri *Bechis* dicebatur. Memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. & ab ea Nomos Metelites. *Metilis* dicitur Melæ lib. 1. c. 9. *Deinde semel; iterumque divisus* [Nilus] *ad Delta, & ad Metilim it per omnem Ægyptum vagus, atque dispersus.* Non possum non mirari Isaacum Vossium eruditissimum virum ad Melæ librum caputque citatum, qui hanc Melæ lectionem, quam Olivarius & Vadianus secuti sunt, improbavit, ac pro ea substituit: *Deinde iterum iterumque divisus ad Deltæ acumen it per omnem Ægyptum vagus, atque dispersus.* Sed nescio quo fato aliquando viri eruditissimi loca autorum sana corrumpant, malos medicos imitati, qui non curandos curant, ac plerumque impune occidunt.

7 Μήδαβα, πόλις τῆς Ναβαταίων.] Medaba, urbs Nabatæorum. Eodem modo dicitur Hebraice מידבא *Medaba*, cujus fit mentio Paralipomen. lib. 1. c. 19. Isai. c. 15. v. 2. Machabæor. lib. 1. c. 9. fuit celebris victoria Joabi, quam ab Ammonitis obtinuit apud eam, ut claret ex Paralipom. libro capiteque citato, necnon nece Joannis Judæ Machabæi fratris, autore Josepho Antiquitatum lib. 13. c. 1. Ptolemæo lib. 5. c. 17. dicitur Μήδαβα & lib. 8. Asiæ tabula 4. Μίδαβα, posterius factum fuit per incuriam.

8 Μηδία, χώρα ταῖς Κασπίαις πυλαις ὑποκειμένη πύλαις.] Media, regio Caspiis portis adjacens. Hujus thesin habes apud Ptolemæum lib. 6. c. 2. apud Strabonem lib. 11. è nostris apud Plinium lib. 6. c. 26. Ejus pars, quæ erat juxta Caspias portas Κάδαίμων, & πάμφορος appellatur ab Strabone lib. 11. unde ab eruditissimo Poëtarum dicitur *ditissima terra* Georgic. lib. 2. v. 136.

Sed neque Medorum sylvæ, ditissima terra
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent.

De portis Caspiis verò consulesis collectanea nostra in Κασπίαι.

9 Ἀπὸ Μήδου, ἧς Μηδείας.] Media nomen sibi adoptavit à Medo Medeæ filio, quod testatur Herodotus lib. 7. c. 62. Diod. Siculus Bibliothecæ historicæ lib. 4. sunt meræ nugæ Græcorum: & Media, & *Medi* dicti fuerunt à מדי *Madai*, tertio Japheti filio cujus fit mentio Geneseos c. x. necnon Josephi Antiquitatum lib. 1. c. VII.

10 Τὸ ἐθνικὸν Μήδος.] Gentile, Medus. Mediæ incolæ dicuntur Medi, & Medii, ut Parthi, Syri, Bœoti, & alia hujus formæ, prius *Arios*, quam *Medos* vocatos fuisse prodit Herodot. libro 7. c. 62. Olim Syrorum imperio eversо toti imperasse Asiæ, memoriæ prodit Strabo lib. citato. Apud scriptores veteres, sæpe pro Persis usurpantur; ut alibi annotavimus, unde Amm. Marcellinus lib. 22. c. 11. ait: *Athos in Macedonia mons ille præcelsus navibus quondam Medicis pervius.* Juv. Satyra 10. v. 177.

——— *Credimus altos*
Defecisse amnes, epotaque flumina Medo.

11 Ὁ Μη-

ὁμοφώνως τῷ πρωτοτύπῳ· Καὶ Ἡλυκὸν, Μη- A
δίς· Καὶ Μηδικὸς, καὶ Μήδιοι λέγονται. Ὁ Μη-
δικὸς ὁπὸς, ἡ Μηδικὴ βοτάνη· Στράβων, Φέ-
ρει δὲ σίλφιον ἡ χώρα, ἀφ' ἧς ὁ Μηδικὸς καλού-
μενος ὁπὸς, ἐπὶ πολὺ λειπόμενος δὲ Κυρηναϊ-
κοῦ. Καὶ πάλιν· Καὶ τῷ βοτανῷ τῷ μάλιστα B
τρέφουσι τοὺς ἵππους, τῷ Μηδικῷ καλου-
μένῳ.

ΜΗΘΥΜΝΑ[12], πόλις ἐν Λέσβῳ τῇ νήσῳ, ἀπὸ Μηθύμνης τῆς Μάκαρος θυγατρὸς, καὶ γυναικὸς Λεπύδου. Ὁ πολίτης, Μηθυμναῖος· C Οὕτω γὰρ ἀναγράφει Ἐχεκρατίδης περιπατητικὸς, Ἀριστοτέλους συνήθης, καὶ Μυρσῖνος συγγραφεὺς, καὶ Ἀρίων, καὶ ἄλλοι πολλοὶ Μηθυμναῖοι. Καὶ Ἡλυκὸν, Μηθυμναία χώρα, καὶ γυνή.

D

ΜΗΚΙΣΤΟΝ[13], πόλις Τριφυλίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἔστι καὶ ἄλλη τῆς Ἤλιδος. Τὸ ἐθνικὸν, Μηκίστιος.

ΜΗΚΥΒΕΡΝΑ[14], πόλις Παλλήνης, τῆς ἐν Θράκῃ χερρονήσου· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. E Ὁ πολίτης, Μηκυβερναῖος· Οὕτω γὰρ ἀναγράφει Ἡγήσιππος, ὁ τὰ Παλληνιακὰ συντάξας· καὶ Φιλωνίδης, καὶ οἱ ἄλλοι.

ΜΗΛΟΣ[15], νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ὁμώνυμον ἔχουσα πόλιν. [16] Φοίνικες δὲν οἰκίσαι F πρότερον· Ὅθεν καὶ Βύβλος ἐκλήθη, ἀπὸ τῆς Βυ-

fœm. Medis. Et Medicus, & Medii dicuntur. Medicus liquor, Medica herba. Strabo, *Fert verò Silphium regio, à quo vocatur Medicus liquor, non multum inferior Cyrenaico.* Ac rursus: *Et herbam quæ maximè nutrit equos, quam Medicam vocamus.*

METHYMNA, urbs in Lesbo insula, à Methymne Macaris filia & Lepydni uxore. Civis, Methymnæus. Sic enim indigitatur Echecratides peripateticus, Aristotelis familiaris, & Myrsinus historicus, & Arion, & alii multi Methymnæi. Fœmineum, Methymnæa regio, & mulier.

MECISTUM, urbs Triphyliæ, Hecatæ. Europa. Est & alia Elidis. Gentile, Mecistius.

MECYBERNA, urbs Pallenæ, chersonesi in Thracia. Hecatæ. Europa. Civis, Mecybernæus. Sic enim indigitatur *Hegesippus*, qui Palleniaca composuit & Philonides, & alii.

MELUS, insula una Cycladum, quæ urbem ejusdem nominis habebat. Phœnices fuere conditores, antea. Unde etiam *Byblus* vocata

11 Ὁ Μηδικὸς ὁπὸς, ἡ Μηδικὴ βοτάνη.] Celebrat Medicum liquorem, & Medicam herbam, ex Strabone, cujus affert verba præpostero ordine, & aliter, atque apud eum leguntur. Sic enim ille de his loquitur lib. 11. Καὶ τῷ βοτάνῃ δὲ, τῷ μάλιστα τρέφουσι τοὺς ἵππους, ἀπὸ πλεονάζειν ἐνταῦθα ἰδίως Μηδικῷ καλουμένῳ. Φέρει δὲ καὶ σίλφιον ἡ χώρα, ἀφ' ἧς ὁ Μηδικὸς καλούμενος ὁπὸς πολὺ λειπόμενος δὲ Κυρηναϊκοῦ. i.e. *Et herbam, quæ maximè equos alit, ex eo quod ibi abundat peculiariter*, Medicam *vocamus. Fert verò & silphium regio, à quo Medicus nomine liquor multo inferior Cyrenaico.* Regio verò illa, in qua nascebatur Medica herba vocabatur à Græcis *Hippobotos*, ubi quinquaginta equarum millia alebantur, autore eodem Strabone libro citato. Medica etiam arbor inclaruit carminibus Mantuanis, de qua sunt valde discrepantes autorum sententiæ, etsi Andinis plectris graphice depingitur Georgic. lib. 2. v. 131.

Ipsa ingens arbos, faciemque simillima lauro;
Et, si non alium late jactaret odorem,
Laurus erat: folia haud ullis labentia ventis
Flos apprima tenax: animas & olentia Medi,
Ora fovent illo, & senibus medicantur anhelis.

Malus Assyria dicitur Plinio lib. 12. c. 3. *Malus Assyria, quam alii vocant Medicam, venenis medetur.* Cerda ad Virgilii locum citatum diversas affert de hac arbore autorum sententias, ac inquit esse citrum, quæ mala citria profert, in cujus sententiam pedibus eo. Celebrantur etiam *Melicæ Gallinæ*, & *Melicæ grues*, hæ à Gellio lib. 7. c. 16. ex M. Varrone, illæ à Festo Pompeio: *Melicæ gallinæ, quod in Meaia id genus avium corporis amplissimi fiat*, l *littera pro* d *substituta.*

12 Μήθυμνα, πόλις ἐν Λέσβῳ τῇ νήσῳ.] Methymna, urbs in Lesbo insula, Arionis musici patria, autore Strabone lib. 13. quem Herodotus lib. 1. c. 23. & sequentibus fabulatur delphino vectum in Tænarum evasisse salvum, cum se præcipitem in mare dedisset, ne à nautis occideretur. Fuit Methymna vino celebris, unde Virgil. Georgic. lib. 2. v. 90. canit:

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.

De vino Lesbio vide Plinium lib. 14. c. 7.

13 Μήκιστον, πόλις Τριφυλίας, &c.] Duas hujus nominis memorat urbes, alteram Triphyliæ, alteram Elidis, utrasque Strabo, hanc lib. 8. illam lib. 10. cui Μάκιστον dicitur; eamdem esse puto quæ autori nostro suo loco dicitur Μάκιστος.

14 Μηκύβερνα, πόλις Παλλήνης, &c.] Mecyberna, urbs Pallenæ chersonesi in Thracia. Inter Macedoniæ oppida memoratur Scylaci, in Μακεδονίᾳ, Melæ lib. 2. c. 3. Plinio lib. 4. c. 10.

15 Μῆλος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, &c.] Melos, insula una Cycladum cum urbe ejusdem nominis. In Cretico mari eam locat Strabo lib. 10. Ἔστι δ' ἐγγυτέρω καὶ τῆς Κιμώλου καὶ τῆς Κρήτης ἡ Μῆλος ἀξιολογωτέρα τούτων, διέχουσα δὲ Ἐρμιονικοῦ ἀκρωτηρίου δὲ Σκυλλαίου σταδίους ἑπτακοσίους· τοσούτους δ' ἀπέδοσαν καὶ Δικαίαρχος. Ἀθηναῖοι δὲ ποτε πεμψάντες στρατιὰν, ἠφάνισαν καὶ ἐξέφλεξαν τὰς πόλεις. Αὕτη μὲν οὖν ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει. i.e. *Adhuc vicinior & Cimolo & Cretæ jacet Melos, insula memorabilior his, distans ab Hermionico promontorio Scylleo stadia* 1000. *totidem fere à Dictynnæo. Athenienses aliquando misso exercitu puberes omnes trucidarunt. Hæ sunt igitur in Cretico pelago.*

16 Φοίνικες ἔν οἰκίσαι πρότερον.] Phœnices fuisse Meli insulæ conditores tradit. A Melo quodam Phœnice ei nomen inditum autor est Festus Pompeius: *Melos insula dicta est à Melo, qui ex Phœnice ad eamdem fuerat profectus.* Idem affirmat Eust. ad Dionysii v. 530. מלא *melo* Hebraice dicitur *plenitudo* & ממלא *memale*, *plenus*, unde verosimile est hanc insulam sibi adoptasse nomen, quandoquidem antiquitus *Mimalis* quoque vocata fuit, ut ex Callimacho tradit Plinius lib. 4. c. 12. *Melos cum oppido, quam Aristides* Byblida *appellat, Aristoteles* Zephyriam, *Callimachus* Mimalida, *Heraclides* Siphnum, *&* Acyton. *Hæc insularum rotundissima est.*

17 Ὁπο-

Βυβλίων Φοινίκων· Ἀλλὰ καὶ Σεφυρία. [17] Ὁ πολίτης, Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Σωκράτης, καὶ Ἀριστοφάνης. [18] Οἱ δὲ ἐν Θετταλίᾳ, Μηλιεῖς. Ἔστι καὶ κώμη τῆς Ἀκαρνανίας, ἧς τὸ ἐθνικὸν Μηλιεύς. Καὶ Μηλεὺς ὁ, Δωρικῶς. Γίνεται καὶ ἀπὸ τοῦ Μήλιος Μηλιεὺς, καὶ Μηλιακὸς, καὶ Μηλὶς ἡ χώρα.

ΜΗΛΟΥΣΣΑ, νῆσος τῆς Ἴβηρος· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Μηλουσσαῖος.

ΜΗΝΙΓΞ [19]; νῆσος περὶ τὰς Σύρτεις, καὶ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Μηνίγγιος.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ [20], Φρυγίας, ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν οἰκισθεῖσα, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Φρυγίας. Ἔστι καὶ ἄλλη Φρυγίας ὁμώνυμος. [21] Τρίτη, Λυδίας. [22] Τετάρτη, Θεσσαλίας. Πέμπτη, Ἀκαρνανίας· [23] Τὸ ἐθνικὸν, Μητροπολίτης. Ἕκτη, Δωριέων. Ἑβδόμη, ἐν τῷ Πόντῳ Μοσσυνοίκων. Ὀγδόη, Σκυθίας. Ἐνάτη, Εὐβοίας. Δεκάτη, τῆς ἄνω Θετταλίας.

ΜΙΑ-

vocata fuit à Bybliis Phœnicibus. Necnon Zephyria. Civis, Diagoras Melius, & Socrates, & Aristophanes. Alii verò in Thessalia, Melienses. Est etiam vicus Acarnaniæ, cujus gentile, Melieus. Et per *a* Dorice. Fit etiam à Melius Melieus, & Meliacus, & Melis, regio.

MELUSSA, insula juxta Iberos, Hecatæ. Europa. Gentile, Melussæus.

MENINX, insula circa Syrtes, & urbs. Gentile, Meningius.

METROPOLIS, urbs Phrygiæ à matre Deorum condita ut Alexand. in libro de Phrygia. Est & alia Phrygiæ ejusdem nominis. Tertia, Lydiæ. Quarta, Thessaliæ. Quinta, Acarnaniæ. Gentile, Metropolites. Sexta Dorienſium. Septima in Ponto Mossynœcorum. Octava, Scythiæ. Nona, Eubœæ. Decima, superioris Thessaliæ.

MIA-

17 Ὁ πολίτης Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Σωκράτης, καὶ Ἀριστοφάνης.] Civis, Diagoras Melius, & Socrates, & Aristophanes. Hæc cum sint contra historiæ veritatem, quia Socrates & Aristophanes non fuere Melii, sic fidenter corrigenda sunt: ὁ πολίτης Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Σωκράτης, ὡς Ἀριστοφάνης. i. e. *Civis, Diagoras Melius, & Socrates, ut Aristophanes.* Scilicet Socrates per jocum & irrisionem vocatus est *Melius* ab Aristophane, quia Melii propter Diagoram & Aristagoram Socratis magistrum carpebantur ob impietatem. Verba Aristophanis sunt quæ sequuntur ex Nebulis, actu 3. scena 1.

Φει. Τίς φησι ταῦτα; Στρ. Σωκράτης ὁ Μήλιος.
Phi. Quis inquit hæc? Str. Socrates Melius.

Non possum non culpare oscitantiam interpretis Latini, qui pro Σωκράτης ὁ Μήλιος, *Socrates Melius*, vertit, *noster Socrates*; præsertim cum in Aristophanis scholiis hæc legantur: Ὁ Μήλιος, παρ' ἰσοτιμίαν, Ἀθηναῖος ἦν ὁ Σωκράτης. Ἀλλ' ἐπεὶ Διαγόρας Μήλιος ὢν διεβάλλετο ὡς ἀθεότης, καὶ τὸν Σωκράτην ὡς ἄθεον ἐλοιδόρει. Διὰ τοῦτο Μήλιον αὐτὸν ἔφη. i. e. *Melius, contra historiam, Athenienſis enim Socrates. Sed quoniam Diagoras cum esset Melius criminabatur ut Deioppugnator, ideo Socratem ut* atheum *calumniatur, propterea* Melium *eum vocat.* Eadem pene refert Suidas in Σωκράτης. Sed quando in Diagoræ mentionem incidimus, qui Deos negabat, non ab re fore judicavimus Philosophorum ethnicorum de Diis opiniones perstringere. Alii Deos esse, & res humanas curare asserebant, & hæc erat communis illorum temporum opinio; alii Deos quidem esse, sed res humanas non curare affirmabant, in qua hæresi fuere Gargettius ille senex & Stagirita Philosophus. Tres tantum memini me legere, qui Deos negabant, dicentes totam de Diis opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus reipublicæ causa, ut quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret de quibus consulesis Harpinatem Philosophum de Natura Deorum lib. 1. Tres illi impii Philosophi fuere Diagoras, Theodorus, Protagoras, quorum postremus Athenienſium jussu, urbe atque agro est exterminatus, ejusque libri in concione combusti sunt, à singulis, qui illos habebant, investigati, autore Diogene Laërtio in Protagora, Cicerone de Nat. Deorum libro citato.

18 Οἱ δὲ ἐν Θετταλίᾳ Μηλιεῖς.] *Melii* & Μηλιεῖς sunt diversi, hi erant post Phocenses, à quibus *sinus Melieus* nomen accepit, autore Scylace in Μηλιεῖς, illi erant incolæ Meli insulæ & urbis cognominis, de quibus nota præcedenti egimus.

19 Μήνιγξ, νῆσος περὶ τὰς Σύρτεις, καὶ πόλις.] Meninx, ingis, insula & urbs juxta Syrteis. Duæ verò celebrantur Africæ Syrtes, major & minor, de quibus consulesis Strabonem lib. 2. Utrasque Syrteis & Meningem celebrat Periegetes v. 477. & sequentibus:

Πρὸς ἦ νότον Λίβυκός τε πόρος, καὶ Σύρτιδος ὀρχὴ
Τῆς ἑτέρης· ἑτέρωθι δ' ἂν ἰδοις περήσας,
Εὖ περίβλεπτ' ἀφόβῳ δώματα νήσιδες ἔασι,
Μηνιγξ καὶ Κέρκινναι, Λιβυστικὸν ὅρμον ἔχουσαι.
Ad austrum verò Libycusque meatus, & Syrtidis initium
Alterius: alteram autem videas ulterius ubi trajeceris
Occidentalem: quam ante duæ parvæ insulæ sunt,
Meninx & Cercinna Libysticum portum habentes.

De Meninge verò insula & urbe sic loquitur Strabo lib. 17. Τὴν δὲ Μηνιγγα νομίζουσιν εἶναι τὴν τῶν Λωτοφάγων γλυκεῖαν, τὴν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένην· καὶ δείκνυσί τινα σύμβολα, καὶ βωμὸς Ὀδυσσέως, καὶ αὐτὸς ὁ καρπός· πολὺ γὰρ ἐστὶ τὸ διάφορον ἐν αὐτῇ τὸ καλούμενον λωτὸν, ἔχον ἡδίστην καρπήν· πολλαὶ δ' εἰσὶν ἐν αὐτῇ πολίχναι· μία δ' ὁμώνυμος τῇ νήσῳ· καὶ ἐν αὐτῇ δὴ τῇ Σύρτει πολίχναι τινές εἰσι. i. e. *Meningem Lotophagorum terram putant, cujus Homerus meminit, & signa quædam extant, & Ulyssis ara & fructus ipse. Nam Lotos arbor crebra in ea est fructu suavissimo, plura etiam in ea sunt oppidula, sed unum eodem nomine, quo insula. Et in ipsa Syrti oppidula quædam sunt.* E nostris memoratur Melæ lib. 2. c. 7. Plinio lib. 5. c. 7. Quam olim Servil. Gemi Consul vastavit, referente Livio lib. 22. c. 31. Ejus purpuram celebrat Plinius lib. 9. c. 36. Eamdem esse ajunt, quæ vulgo Hispanis dicitur *Felves.*

20 Μητρόπολις, Φρυγίας.] Lege Μητρόπολις, πόλις Φρυγίας. i. e. *Metropolis, urbs Phrygiæ.* Sic enim amant loqui de similibus oppidorum nominibus, ut alibi annotavimus. Metropolis verò generatim & Græcis & Latinis dicitur cujuscumque regionis primaria civitas, ac si diceres *matrem urbium*, peculiariter autem hoc sibi nomen vindicarunt decem urbes, quas suo ordine numerat, è quibus duas Phrygiæ adscribit, priorem à Deorum matre conditam fuisse tradit, sed non ideo inclaruit, eam memorat Ptolemæus lib. 5. c. 2. alterius nemo, quod sciam, meminit.

21 Τρίτη Λυδίας.] Tertio loco celebrat Metropolin, urbem Lydiæ, cujus fecit mentionem Ptolemæus lib. 5. c. 2.

22 Τετάρτη, Θεσσαλίας.] Quarto loco recenset Metropolim, urbem Thessaliæ memoratam Livio lib. 36. c. 10. Dioni lib. XLI. quam Constantinus Porphyrogeneta de Them. lib. 2. Them. 2. sua ætate vocari Νέας Πάτρας. i. e. *Novas Patras* inquit.

23 Τὸ ἐθνικὸν Μητροπολίτης.] Hæc præter rationem occupant hunc locum, quia prius de omnibus hujus nominis urbibus agendum erat, ac deinde de earum gentilitio. Harum enim omnium gentile est Metropolites. Sed nos formicas imitantes quæ vacua horrea non ingrediuntur, reliquis hujus nominis urbibus relictis ad alias divertamur, ubi aliquod melius spicum inveniamus. Namque ut inquit Varro de lege Mœnia: *Neque in bona segete nullum est spicum nequam: neque in mala non aliquod bonum.*

ΜΙΑ΄ΚΩΡΟΣ[24], πόλις Χαλκιδική· Α Θεόπομπος κέ Φιλιππικῶν. Ὁ πολίτης, Μιακώρειος.

MIACORUS, urbs Chalcidica. Theopompus XXV. Philippicorum. Civis, Miacorius.

ΜΙΔΑ΄ΕΙΟΝ[25], πόλις Φρυγίας· Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνείας. Καὶ Μιδαὶ λέγονται. Τὸ ἐθνικὸν Μιδαεύς, καὶ Μιδαιεύς Β καὶ Μιδήϊον.

MIDAEUM, urbs Phrygiæ. Hellanicus Deucalioniæ secundo. Dicuntur etiam Midæ. Gentile, Midaeeus, & Midæeus & Mideïum.

ΜΙ΄ΔΕΙΑ[26], πόλις ἐν Ἄργει, ἡ νῦν κώμη, ἡ πρότερον Περσέως πόλις, ἀπὸ Μιδείας τῆς Ἀλωέως θυγατρός. Λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ ι, Μίδεα. Ὁ πολίτης, Μιδεάτης· Καὶ θηλυκὸν, C Μιδεᾶτις, καὶ Μιδιαῖος. [27] Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος,

MIDEIA, urbs in Argolide, quæ nunc vicus, antea *Persepolis*, *i. e.* Persei-urbs, à Midea Aloei filia. Dicitur & sine *i* Midea. Civis, Mideates. Et fœm. Mideatis, & Midiæus. Est etiam alia urbs Bœotiæ. Homerus:

Οἵ τε πολυσταφύλου Ἄρνην εἶχον, οἵ τε Μίδειαν.

Quique vitiferam Arnen habebant, quique Mideam.

Ἔστι καὶ Λυκίας ἄλλη. D

Est & Lyciæ alia.

ΜΙ΄ΕΖΑ,[28] πόλις Μακεδονίας, ἣ Στρυμόνιον ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Μιέζης θυγατρὸς Βέρητος, τοῦ Μακεδόνος, ὡς Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς. Βέρης γὰρ τρεῖς ἐγέννησε, Μίεζαν, Βέρροιαν, Ὄλγανον· Ἀφ' οὗ ποταμὸς ὁμώνυ- E μος, καὶ πόλις Βεροία, καὶ τόπος Στρυμόνος. Τὸ ἐθνικὸν, Μιεζεύς, καὶ Μιεζαῖος· οὕτω γὰρ χρηματίζει Νικάνωρ, καθὰ Λέσβος.

MIEZA, urbs Macedoniæ, quæ *Strymonium* vocabatur, à Mieza Beretis Macedonis filia, ut Theagenes in Macedonicis. Beres enim tres genuit, Miezam, Berrhœam, Olganum: A quo fluvius ejusdem nominis, & urbs Beroë, & locus Strymonis. Gentile, Miezeus, & Miezæus. Sic enim vocatur *Nicanor*, sicut Lusius.

ΜΙΛΗΤΟΣ[29], πόλις ἐπιφανὴς ἐν Καρίᾳ

MILETUS, urbs celebris in Caria Ionum,

24 Μιάκωρος, πόλις Χαλκιδική.] Miacorus, urbs Chalcidica, ex Theopompi Philippic. lib. XXV. quæ paulo infra dicitur Milcorus ex ejusdem autoris libro citato; neutrius apud alios, fit mentio, ego una cum Abr. Ortelio subdubito eandem fuisse urbem. Est enim A cum A figurâ non admodum dissimilis.

25 Μιδάειον, πόλις Φρυγίας.] Midaëum, urbs Phrygiæ memoratur Straboni lib. 12. cui Μιδάϊον dicitur, Ptolemæo verò lib. 5. c. 2. Μιδάειον; è nostris Plinius ejus fecit mentionem lib. 5. c. 31. à quo *Midaion* vocatur.

26 Μίδεια, πόλις ἐν Ἄργει, &c.] Midia, seu Midea, utroque enim modo hujusmodi nomina proferuntur apud Latinos, ut sæpe in his collectaneis monuimus, erat urbs Argiæ, ætate autoris nostri pagus tantum, antea Περσέως πόλις. i. e. *Persei urbs* dicta, in qua regnasse Electryonem Alcmenæ patrem referebant, autore Pausania lib. 2. unde ipsa Alcmene vocatur *Mideatis* apud Eust. ad Il. 2. v. 507. Ex hujus & aliarum ruina, ut assolet fieri, Argos crevisse tradit Pausanias libro octavo, cujus ætate sola area restabat, ut ipse narrat lib. 2. Βασιλεῦσαι δὲ φασιν Ἠλεκτρύωνα ἐν τῇ Μιδείᾳ τὸ παλαιὸν Ἀλκμήνης ἐπ' ἐμοῦ δὲ Μιδείας πλὴν τὸ ἔδαφος, ἄλλο δὲν ἐλείπετο. i. e. *Regnasse verò ajunt Electryonem Mideæ, patrem Alcmenæ: ætate autem mea Mideæ præter pavimentum, nihil aliud restabat.*

27 Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα πόλις Βοιωτίας.] Secunda hujus nominis erat urbs Bœotiæ, inclaruit Smyrnæis plectris Il. 2. v. 507. ubi legitur versus ille, quem affert autor noster, *Lebadeam* postea dictam fuisse testatur Pausan. in Bœoticis: Ἐν δὲ τῷ πεδίῳ Λεβάδεια ἐστὶν αὐτοῖς ὁμορος· αὕτη τὸ μὲν ἐξαρχῆς ᾠκεῖτο ἐπὶ μετεώρου, καὶ ὠνομάζετο Μιδεια ἀπὸ τῆς Ἀσωπηδινος μητρός. i. e. *In planicie Lebadea est ipsis confinis. Hæc ab initio habitabatur in edito loco, & vocabatur* Midea *ab Asopidonis matre.* Ab Copaide lacu absorptam fuisse posteris tradidit Strabo lib. 1.

28 Μίεζα, πόλις Μακεδονίας, &c.] Mieza, urbs Macedoniæ, quæ *Strymonium* vocabatur, cujus meminerunt Plinius lib. 4. c. 10. Ptolemæus lib. 3. c. 13. apud quem perperam Μύζα pro Μίεζα legitur, de qua ita Philosophus Chæronensis in Alexandro: Τὴν δὲ Σταγειρίτων πόλιν ἐξ ἧς ἦν Ἀριστέλης, ὑπασκαφὴν ὑπ' αὐτῷ γεγενημένην σωφίστ πάλιν, καὶ τοὺς ἀφ' ὑγόνους, ἢ δεκαδουχίας τῆς πολιτῶν ἀπεκατέστησεν· σχολὴν μὲν ἐν αὐτοῖς, καὶ περίπατον ἐδείξεν, ὅπερ μέχρι νῦν Ἀριστοτέλους ἔδας τε λιθίνας, καὶ ὑποζώστρας ἐπιδείκνυσιν. i. e. *Stagiritarum urbem, ex qua erat Aristoteles ab ipso excisam, iterum frequentavit incolis, civesque, qui in exilio, aut in servitute erant, domum reduxit, scholamque circa Miezam Nymphæum assignavit, ubi & adhuc nunc* [incolæ] *sedes Aristotelis lapideas & ambulationes umbrosas ostendunt.* Ex hac urbe fuit Peucestas, unus ex Alexandri ducibus, qui eum ad Indos sequutus est. Quapropter Arrhiano rerum Indicarum libro vocatur *Miezeus.*

29 Μίλητος, πόλις ἐπιφανὴς ἐν Καρίᾳ τῆς Ἰώνων.] Miletus urbs illustris in Caria Ionum, quæ prius *Lelegeis*, seu *Lelegis*, deinde *Pityussa*, ac postea *Anactoria*, quorum rationem reddit, vocabatur, quod etiam confirmat Eust. ad Dionysii v. 825. Fuit totius Ioniæ belli pacisque artibus princeps ac civium inclytis ingeniis merito inclyta. Milesii enim fuerunt Hecatæus historicus sæpe ab autore nostro & ab aliis plurimis laudatus; Thales unus ex septem sapientibus Græciæ, qui primus inter Græcos de natura disseruit, primus astrologiæ secreta rimatus est, primus *animos mortalium immortales esse* dixit, autore Laërtio in ejus vita; Milesii etiam fuere Anaximander Thaletis discipulus, qui Sphæram primus invenit, teste Plinio lib. 7. c. 56. & primus edidit γεωγραφικὸν πίνακα, i. e. *Geographicam chartam*, ut prodidit Strabo lib. 1. Alii etiam extitere viri illustres Milesii præter eos quos autor noster celebrat. Oppidani verò ingens nomen adepti sunt & oraculo Apollinis Didymæi Branchidis, quòd Xerxes combussit, ut & alia omnia, præter Ephesium, & quòd post incensum à Xerxe templum, omnium maximum construxerunt, quod ob magnitudinem sine culmine mansit, nam ambitus ejus æquabat pagi magnitudinem, eratque intus & extra lucus pretiosus, autore Strabone lib. 14. Eam quoque nobilitavit pretiosissima lana, ex qua fiebant stragula, quæ in proverbium ob insignem mollitiem abierunt, de quibus consulesis Scholia Aristophanis in Ranis actu 2. Scena 2. in fine chori, & Eust. ad Dionys. versum citatum; unde Poëtarum eruditissimus Georgic. lib. 3. v. 306. canit:

Quam-

ρία τῆ Ἰώνων· Ἑκαταῖος Ἀσία. Δίδυμος δὲ ἐν συμποσιακῷ φησιν, [30] ὅτι πρῶτον Λελεγηΐς ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῶν ἐνοικούντων. Εἶτα Πιτυοῦσα, ἀπὸ τῶν ἐκεῖ πιτύων, ἢ ὅτι ἐκεῖ πρῶτον πίτυς ἔφυ. [31] Οἱ γὰρ * ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις πίτυος κλάδον ὑπὸ τὴν ἡμίβαδα· Καὶ ἔτι τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν κλῶνον πίτυος ἐτίθεσαν, διὰ τὸ ἀρχαῖον τῆς ἡμέρας. Μετὰ ταῦτα ἀπὸ Ἀνάκτορος τοῦ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ ὠνομάσθη Ἀνακτορία. Ὁ πολίτης, Μιλήσιος. Οὕτω καὶ Θαλῆς Ἐξαμίτου πατρὸς Μιλήσιος ἐγεγένητο, καὶ Φωκυλίδης, [32] καὶ Τιμόθεος κιθαρῳδός, ὃς ἐποίησε νόμων κιθαρῳδικῶν βίβλους ὀκτωκαίδεκα, εἰς ἐπῶν ὀκτακισχιλίων τὸν ἀριθμόν, [33] καὶ φωνόμια ἄλλων χίλια· θνήσκει δ' ἐν Μακεδονίᾳ. Ἐπιγέγραπται δ' αὐτῷ τόδε,

Πάτρα Μίλητος τὸν μέσαισι ποθεινὸν
Τιμόθεον, κιθάρας δεξιὸν ἡνίοχον.

ΜΙΛΗΤΟΥΠΟΛΙΣ [34], πόλις μεταξὺ Κυζίκου, καὶ * Βιθυνίας, πρὸς τῷ Ῥυνδάκῳ. Ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Περσίδι. Ὁ πολίτης, Μιλητοπολίτης· [35] Καὶ τὸ θηλυκὸν, ἡ Μιλητοπολίτις· Στεφάνων δυοκαιδεκάτῃ.

ΜΙΛΚΩΡΟΣ [36], Χαλκιδικὴ πόλις ἐν Θράκῃ. Ὁ πολίτης, Μιλκώριος· Θεόπομπος εἰκοστῷ πέμπτῳ Φιλιππικῶν.

num, Hecatæus. Asia. Didymus verò in Symposiaco inquit, quod primum *Lelegeis* vocabatur, ab eis, qui eam incolebant. Postea *Pityussa* ἀπὸ, &c. i. e. *à pinis*, quæ illic nascuntur, & quoniam illic pinus primum nata fuerit. Etenim..... in Thesmophoriis *pini ramum sub culcitram. Et supra Cereris templa pini ramum ponebant propter generationis antiquitatem.* Post hæc verò *Anactoria* vocata fuit ab Anactore Terræ, & Cœli filio. Civis, Milesius. Sic etiam Thales Examii filius Milesius fuit, & Phocylides, & Timotheus musicus, qui composuit Nomorum citharœdicorum libros 18. circiter octo millia carminum numero, & tibiarum pronomia mille. Moritur verò in Macedonia. Inscriptum autem in ejus laudem hoc distichum fuit:

Patria Miletus parit Musis desiderabilem
Timotheum, citharæ dextrum aurigam.

MILETOPOLIS, urbs inter Cyzicum & ..... Bythyniam, circa Rhyndacum. Est etiam alia in Perside. Civis, Miletopolites. Et fœm. Miletopolitis. Strab. lib. 12.

MILCORUS, Chalcidica urbs in Thracia. Civis, Milcorius. Theopomp. Philippicor. 25.

MI-

Quamvis Milesia magno
Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.

Idem Georgic. lib. 4. v. 234.

Eam circum Milesia vellera Nymphæ
Carpebant hyali saturo fucata colore.

De ejus conditoribus discrepantes sunt autorum sententiæ, at ipsa fuit coloniis à se conditis valdè fœcunda, siquidem octoginta & amplius urbium per omnia maria metropolis extitit, autore Plinio lib. 5. c. 29. *Miletus Ioniæ caput, Lelegeis ante & Pityussa & Anactoria nominata, super octoginta urbium per cuncta maria genitrix: nec fraudanda cive Cadmo, qui primus prosam orationem condere instituit.* Memoratur etiam Solino cap. XLIII. & utrisque priori Melæ lib. 1. cap. XVII. ex cujus fontibus nostros hortulos rigavimus. De ejus nominis etymologia adisis Scholia Apollonii ad ejus versum CLXXXVI. quæ cum sit è fabularum fermento confecta, hujusmodi rebus immorari non est voluptæ, & *trahit sua quemque voluptas*, ut inquit Poëtarum ingeniosissimus. Fuisse olim Milesios strenuos in bello nos docent historiæ, sed postea delitiis addicti bellicam virtutem, opes & nomen amiserunt, unde adagio factus est locus:

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.
Fuere quondam strenui Milesii.

Inde etiam *Milesius sermo* pro *lascivo* & *voluptario* accipitur apud Apuleium in Asino aureo: *At ego tibi sermone isto Milesio varias fabellas conferam, aureosque tuas benevolas lepido susurro permulceam.*

30 Ὅτι πρῶτον Λελεγηΐς ἐκαλεῖτο.] De Mileti diversis nominibus agit nunc epitomator noster de quibus vide Eust. ad Dionysii v. 825. Scholia Apollonii Rhodii ad v. 186. è nostris Plinium, cujus verba adduximus nota proximè præcedenti; cæterum Λελεγηΐς & Λελεγὶς invenitur, quemadmodum Μεσσηνὶς & Μεσσὰς & alia hujusmodi.

31 Οἱ γὰρ *.] Locus iste mutilus non patitur manus medicas sine alterius codicis ope, in quo integer inveniatur, de quo dubito. Eustathius enim ad Dionysii versum proximè citatum, cum hunc nostri autoris locum transcripserit & epigramma illud in Timotheum, trunca illa verba resarcire ausus non est.

32 Καὶ Τιμόθεος κιθαρῳδὸς, ὃς ἐποίησε, &c.] De Timotheo musico diffusè admodum agimus in nostro commentariolo autorum, quos ad testimonium vocat Stephanus; Nomi illi, quos composuisse Timotheum inquit, erant cantica quædam carmine in Deorum laudes compositа, quæ ad tibiam vel citharam canebantur, Nomi verò Timothei & Philoxeni fuere celeberrimi apud Græcos veteres quibus præcipue addicti fuere Arcades, ut videre est apud Polybium Historiarum lib. 4. Cum aliquando Nero præter imperii majestatem, musicæ deditus hujusmodi nomon coram populo cantaret, ne concusso quidem repente motu terræ theatro ante cantare destitit, quam inchoatum absolveret nomon, teste Suetonio in Nerone.

33 Καὶ φωνόμια ἄλλων χίλια.] Hæc sic putavi legenda, καὶ φωνόμια αὐλῶν χίλια. i. e. *Et pronomia tibiarum mille.* Pronomia enim hoc in loco sunt illa, quæ ante Nomos illos musicos cantabantur ad tibiam & ad citharam.

34 Μιλητόπολις, πόλις μεταξὺ Κυζίκου, καὶ * Βιθυνίας.] In hjs verbis nemo suspicaretur aliquid deficere, si non adesset asteriscus. Nam sensus optime percipitur. Inquit enim, Meletopolin esse urbem inter Cyzicum & Bithyniam, circa Rhyndacum fluvium, ubi eam locat Strabo lib. 12. Plinius lib. 5. c. 32.

35 Καὶ τὸ θηλυκὸν, ἡ Μιλητοπολίτις.] Fœm. Miletopolitis memoratur ex Strabonis lib. 12. apud quem palus sic vocatur, quæ erat juxta Miletopolin urbem: Ὑπέκειται δὲ τὴν Δασκυλίτιδα λίμνας δύο λίμναι μεγάλαι, ἥτε Ἀπολλωνιάτις ἥτε Μιλητοπολίτις· πρὸς μὲν ἓν τῇ Δασκυλίτιδι Δασκύλειον πόλις· πρὸς δὲ τῇ Μιλητοπολίτιδι, Μιλητόπολις. i. e. *Supra Dascylitidem aliæ duæ jacent paludes magnæ, Apolloniatis & Miletopolitis ad Dascylitidem urbs Dascyleum; ad Miletopolitidem, Miletopolis.*

36 Μίλκωρος.] Vide quæ in Μιλκωρος.

ΜΙΛΥ'ΑΙ[37], αἱ πρότερον Σόλυμοι, ὡς Τιμαγένης πρώτῳ βασιλέων· Καὶ ἡ χώρα Μιλυὰς, ὡς Μινυάς. Λέγονται καὶ Μίλυες, ἀπὸ Μιλύης τῆς γυναικὸς Σολύμου, καὶ ἀδελφῆς, ὑστέρου δὲ Κράγου γυναικός. Τὸ ἐθνικὸν Μιλυεύς, καὶ Μιλυίτης.

MILYÆ, qui prius *Solymi*, ut Timagenes primo Regum. Et regio, Milyas, ut Minyas. Dicuntur etiam Milyes, à Milye uxore, & sorore Solymi, postea verò Cragi uxore. Gentile, Milyeus, & Milyites.

ΜΙΛΩΝΙΑ[38], πόλις Σαυνιτῶν ἐπιφανεστάτη· Διονύσιος ἑπτακαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μιλωνιάτης.

MILONIA, urbs Samnitum celeberrima. Dionysius lib. 17. Gentile, Miloniates.

ΜΙΜΑΛΚΕΣ[39], ἔθνος Λιβυκόν· φίλιος Σικελικῶν ὀγδόῳ.

MIMALCES, gens Libyca. Philistus Siculorum octavo.

ΜΙΜΝΗΔΟΣ, πόλις Λυδῶν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Μιμνήδιος, ὡς τὸ Λυχνίδος Λυχνίδιος.

MIMNEDUS, urbs Lydorum. Hecatæ. Asia. Gentile, Mimnedius, ut Lychnidus, Lychnidius.

ΜΙΝΝΑΙΟΙ[40], ἔθνος ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς.

MINNÆI, gens in littore maris rubri. Marcianus in ejus Periplo.

MI-

37 Μιλύαι, αἱ πρότερον Σόλυμοι.] Lege οἱ πρότερον Σόλυμοι, Error imperiti librarii, qui putavit τὸ Μυλύαι esse fœm. Myliæ verò fuere Lyciæ populi, qui prius *Termilæ*, deinde *Solymi*, ac tandem *Milyæ* dicti sunt. A Caribus verò fuere conditi, autore Strabone lib. 12. Καὶ τὰς Τερμιλας κληθῆναι ὑπ' αὐτῶν τούτους δ' ἀγαγεῖν ἀποίκους ὑπὸ Κρήτης Σαρπηδόνα, Μίνω καὶ Ῥαδαμάνθυος ἀδελφὸν ὄντα, καὶ ὀνομάσαι Τερμίλας, τὰς νῦν Μιλύας, ὡς φησιν Ἡρόδοτος, ἐπὶ τῶν πρότερον Σολύμους. i. e. *Et Termilas condiderunt* [Cares] *in ea, quæ nunc Lycia; hos verò duxisse colonos ex Creta Sarpedonem Minois & Rhadamanthyos fratrem, ac* Termilas *nominasse* [ajunt] *quos nunc* Mylias, *ut ait Herodotus, & antea* Solymos [vocabant.]. Ac ne desideres Herodoti locum, quem respexit Strabo, ecce eum ex ejus lib. 1. cap. CLXXIII. Διενεχθέντων δὲ ὧν Κρήτης πρὸς τῆς βασιλικῆς τῶν Εὐρώπης παίδων, Σαρπηδόνος τε καὶ Μίνω, ὡς ἐπικράτησε τῇ στάσει Μίνως, ἐξήλασε αὐτόν τε Σαρπηδόνα καὶ τοὺς στασιώτας αὐτοῦ, οἱ δὲ ἀποσταθέντες ἀπέκοντο τῆς Ἀσίας ἐς γῆν τὴν Μιλυάδα. Τὴν δὴ νῦν Λύκιοι νέμονται, αὐτὴ τὸ παλαιὸν ὑπὸ Μιλυάδι. Οἱ δὲ Μιλύαι τότε Σόλυμοι ἐκαλέοντο. Τέως μὲν δὴ αὐτῶν Σαρπηδὼν ἦρχε. Οἱ δὲ ἐκαλέοντο τότε τε ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ὄνομα, καὶ νῦν ἔτι καλέονται ὑπὸ τῶν ἀστοίκων οἱ Λύκιοι, Τερμίλαι. i. e. *Cum contenderent de imperio Europæ filii Sarpedon & Minos, ubi Minos obtinuit imperium, expulit Sarpedonem & ejus factionis socios; hi verò expulsi pervenerunt in Asiæ regionem Milyadem. Quam enim nunc Lycii incolunt, hæc antiquitus erat Milyas;* Milyæ *autem tunc* Solymi *appellabantur; dum ipsis igitur imperitaret Sarpedon, eo quod attulerant nomine vocabantur, & nunc adhuc vocantur* Termilæ *à circumvicinis.* Eust. ad Il. 2. folio (mihi) 493 inquit Solymos quoque vocari *Minyas* à Minoë Sarpedonis & Rhadamanthyis fratre. Φασὶ καὶ ὅτι Σόλυμοι ἔτι, Μινύαι ἀπὸ Μίνω ἐκλήθη, ὄντες ἀδελφοὶ Σαρπηδόνι, καὶ Ῥαδαμάνθυι. i. c. *Ajunt & hos Solymos vocari* Minyas *à Minoe, cujus fratres Sarpedon, & Rhadamanthys.* Miniæ verò sunt celebres in Argonautarum historia. De quibus paulò infra agemus.

38 Μιλωνία, πόλις Σαυνιτῶν ἐπιφανεστάτη.] Milonia urbs Samnitium illustrissima ex Dionysii Rom. hist. lib. 17. Et urbi & Dionysii libro idem obvenit fatum, non extant enim; *Milonia* verò Livio lib. 10. c. 3. dicitur Milionia: *Prefectus dictator cum exercitu, prælio uno Marsos fundit; compulsis deinde in urbes munitas, Milioniam, Plestinam, Fresilliam intra dies paucos cepit.* Ex quibus videtur urbs Marsorum esse, ac eodem libro c. 34. Samnitium. Sic enim loquitur de ea: *Ita ad exercitum profectus ab Sora in Samnium ad castra collegæ perrexit. Inde postquam Samnites diffisi duobus exercitibus refisti posse recesserunt: diversi Cos. ad vastandos agros urbesque oppugnandas discedunt. Postumus Milioniam oppugnare adortus vi primò atque impetu: deinde postquam ea parum procedebant, opere ac vineis demum injunctis muro cepit.* Quæ Livii loca, etsi contraria videntur, facili tamen negocio conciliari possunt, quia non obstat hanc urbem in Samnio sitam, quare *Samnitium urbs* dicitur Stephano, *Marsorum urbem* quoque vocari, scilicet quòd à Marsis teneretur, id inter scriptores frequens est, ac sæpe sæpius apud autorem nostrum annotavimus. Hoc modo componitur lis inter eruditissimos viros Henr. Glareanum & Carolum Sigonium, qui de hac urbe acerrime digladiantur ad illa Livii loca. Sic enim Henr. Glareanus inquit: *Quidam codices* Milioniam *habent; ac fere vetustiores, cæterum postea anno* CCCCLVIII. Samnitium *oppidum dicitur; Plistia etiam superiore libro anno* CCCCXL. *heic, si diis placet,* Marsorum. *Neque verò perpetuo audiri oportere puto, diversorum oppidorum esse nomina, sed credibilius est, in his vel errare codices, vel memoria lapsum Livium, utrumque sane non multum abest à vero.* Carolus Sigonus verò ait Miloniam & Plistiam esse Samnitium oppida, Milioniam verò & Plestinam Marsorum, quod ex veterum librorum & Stephani nostri autoritate probaturum promittit, sed non adimplevit. Ego verò puto nec erasse codices, nec memoria lapsum Livium, ut inquit Henr. Glareanus, sed meam conjecturam esse veram ob id quod supra retuli. Namque si erat in Samnio, verè *Samnitium urbs* dicebatur, at cum à Marsis teneretur *Marsorum urbs* jure meritoque poterat vocari, non absimili modo, ac si quis Antverpiam dixerit esse *Hispanorum urbem*, quod sit eorum ditionis.

39 Μίμαλκες, ἔθνος Λιβυκόν.] Mimalces, gens Libyca, *Mimaces* dicuntur Ptolemæo lib. 4. c. 3. Quare vel noster ex Ptolemæo, vel Ptolemæus ex nostro autore corrigendus est.

40 Μιναῖοι, ἔθνος ἐν τῇ &c.] Minnæi, seu Minæi in litore maris rubri, erant Arabiæ populi celeberrimi palmetis, arbustisque, thure ac myrrha, ideo *Minæa* dicta, autore Plinio lib. 12. c. 16. qui primi commercium thuris fecere. Eodem autore libri citati c. 14. quod ab eisdem etiam *thus Minæum* dicebatur, ut patet ex eodem Plinii loco, eorum urbs maxima erat Carna seu Carana, ipsi verò erant ex quatuor Arabiæ maximis nationibus, atque ad mare rubrum habitabant, teste Strabone lib. 16. Κατοικεῖ δὲ τὰ μέγιστα τέτταρα ἔθνη τὴν ἐσχάτην λεχθεῖσαν χώραν. Μιναῖοι μὲν οὖν τοῦ πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν μέρους, πόλις αὐτῶν ἡ μεγίστη Κάρνα (ἢ Καρανὰ) ἐχόμενοι δὲ τούτων Σαβαῖοι. i. e. *Habitant verò maximæ quatuor gentes* ultimam *dictam* regionem; *Minæi quidem in parte ad Erythræum mare, quorum maxima urbs Carna,* [*vel Carana*] *his verò finitimi sunt Sabæi.* Originem ducere existimabantur à Minoë Cretæ rege, ut asserit Plin. lib. 6. c. 28. quod erat Græcorum jocularis error, qui peregrinorum nominum etyma ab suis ducibus, regibus & lingua temerè deducebant, Minæi corruptum est nomen ex lingua Hebræa in qua מעונים *Menhunim* hi Arabiæ populi vocantur, quorum sit mentio Paralipomenon lib. 2 cap. 26. v. 7. ubi LXX. senes *Minæos* vertunt. Sic verò vocatos fuisse verisimile est, quod in tentoriis habitarent, quæ Hebraice dicuntur מעונים *Manhonim*. At si à Minoë Cretæ rege fuerunt subacti, ab eo potuere quoque *Minæi* vocari. Sic enim Paron in sulam *Minoiam* loquebantur, quia à Minoë subacta fuit, autore Solino c. 17.

MI-

41 Mi-

ΜΙΝΥ'Α[41], πόλις Θεσσαλίας, ἡ πρότερον Ἀλμωνία, ἀφ' ἧς ἡ Μινύα, ἀπὸ Μινυᾶ κληθεῖσα· Καὶ Μινύειον, καὶ Μινυήϊς, καὶ Μινυήϊος. [42] Ἔστι καὶ ἑτέρα Φρυγίας, ἐν τοῖς ἐρίοις Λυδίας. [43] Τὸ ἐθνικὸν, Μινύας.

A MINYA, urbs Theſſaliæ, quæ prius *Almonia*, à qua Minya, à Minya vocata. Minyeum, & Minyeis & Minyeius. Eſt & alia Phrygiæ in finibus Lydiæ. Gentile, Minyæ.

ΜΙΝΩ'Α, ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ, μία τῶν Κυκλάδων. [44] Δευτέρα, πόλις Σικελίας. Τρίτη, ἐν Σίφνῳ, μία τῶν Κυκλάδων. [45] Ἔχει δὲ Μι * κρωΐλω. [46] Ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Γάζα Μινώα. [47] Ἔστι καὶ Ἀραβίας, ἧς οἱ πολῖται Μινωΐται, ἀπὸ Μίνω. [48] Ἔστι καὶ ἄλλη νῆσος, ἀπὸ πόρρω Μεγάρων. [49] Καὶ ἡ Πάρος Μινώα. Οἱ πολῖται, Μινῶαι.

B MINOA, in Amorgo inſula, una Cycladum. Secunda, urbs Siciliæ. Tertia, in Siphno, una Cycladum. Habet verò Mi .... fontem. Vocabatur verò Gaza Minoa. Eſt & Arabiæ, cujus cives, Minoïtæ à Minoë. Eſt & alia inſula haud longè à Megaris. Et Paros Minoa. Cives, Minoæ.

ΜΙΣΓΗΤΕΣ[50], ἔθνος Ἰβήρων· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

MISGETES, gens Iberiæ. Hecatæus Europa.

ΜΙΣΓΟΜΕΝΑΙ, πόλις Θεσσαλίας· Ἑλλάνικος πρώτῳ Δευκαλιωνείας. Τὸ ἐθνικὸν Μισγομενίος, ὡς Κλαζομενίος.

MISGOMENÆ, urbs Theſſaliæ. Hellanicus Deucalioniæ primo. Gentile, Miſgomenius, ut Clazomenius.

ΜΙΣΗΤΟΣ, πόλις Μακεδονίας· Θεαγένης Μακεδονικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν Μισήτιος, ὡς Βηρύτιος.

MISETUS, urbs Macedoniæ, Theagenes Macedonicis. Gentile, Miſetius, ut Berytius.

ΜΙΣΚΕΡΑ, πόλις Σικανίας· Θεόπομπος παραγκωνῷ ἐνάτῳ Φιλιππικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Μισκερεύς, ὡς Μεγαρεύς.

MISCERA, urbs Sicaniæ. Theopomp. Philippicor. 49. Gentile, Miſcereus, ut Megareus.

ΜΙΣΠΙΛΑ[51], πόλις Μήδων. Ξενοφῶν τρίτῳ ἀναβάσεως. Τὸ ἐθνικὸν, Μισπιλάτης.

MISPILA, urbs Medorum. Xenoph. Anabaſeως tertio. Gentile, Miſpilates.

ΜΟΚΑΡΣΟΣ, Θρᾴκης χωρίον· Θεόπομπος πρώτῳ Φιλιππικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Μοκαρσός.

MOCARSUS, Thraciæ regio. Theopomp. Philippicor. primo. Gentile, Mocarſus.

ΜΟΚΑΤΑ, Βιθυνίας πόλις, ὡς Δομίτιος

MOCATA, Bithyniæ urbs, ut Domi-

41 Μινύα πόλις Θεσσαλίας, ἡ πρότερον &c.] Hæc ſic mihi videntur accipienda, Minya, urbs Theſſaliæ, quæ antea *Almonia* ab Almo, & *Minya* à Minya rege vocata fuit. Ex Pauſaniæ enim lib. 9. apparet, Chryſen ex Chryſogenea Almi filia habuiſſe Minyam, à quo ii, quibus imperavit populus, adhuc ætate Pauſaniæ *Minyæ* dicebantur, juxta quam hiſtoriam illa Stephani, ſic erant legenda: Ἡ πρότερον Ἀλμωνία ἀφ' Ἄλμου, Μινύα ἀπὸ Μινύου κληθεῖσα. i. e. *Antea* Almonia *ab Almo*, Minya *à Minya vocata*. Memoratur Plinio inter Theſſaliæ oppida, cui *Almon* dicitur lib. 4. c. 8. *In Theſſalia autem Orchomenus* Minyeus *antea dictus: & oppidum Almon, ab aliis Elmon.*

42 Ἔστι καὶ ἑτέρα Φρυγίας.] Hujus Minyæ Phrygiæ fit mentio apud Lucianum in Pſeudomante.

43 Τὸ ἐθνικὸν, Μινύας. Gentile Minyæ. Argonautæ etiam poëtis decantati *Minyæ* vocati ſunt, quod à Minyæ filiabus originem ducerent, ut inquit Apollonius Argonautic. lib. 1. v. 229. Memorantur Val. Flacco Argonautic. lib. 1. v. 184.

At ducis imperiis Minyæ, monituque frequentes
Puppem humeris ſubeunt.

Ovidius Metamorphoſeon lib. 7. v 1.

— *Famque fretum Minyæ Pagaſæa puppe ſecabant*
Perpetuaque trahens inopem ſub nocte ſenectam
Phineus viſus erat.

44 Δευτέρα, πόλις Σικελίας.] Secundo loco memorat Minoam, urbem Siciliæ, quæ *Heraclea Minoa* dicebatur, de qua conſule ſis collectanea noſtra in Ἡράκλεια nota 36.

45 Ἔχει δὲ μι * κρωΐλω] Lege Ἔχει δὲ Μινώα κρωΐλω, i. e. *habet verò Minoa fontem*. De Minoa enim loquitur.

26 Ἐκαλεῖτο καὶ Γάζα Μινώα.] Hoc jam nos docuit in Γάζα ſed ſine idoneo teſte.

47 Ἔστι καὶ Ἀραβίας &c.] Celebrat etiam Minoam Arabiæ cujus cives Minoïtæ à Minoë dicti ſunt. Hunc errorem paulò ſupra in Μινναῖοι refutavimus.

48 Ἔστι καὶ ἄλλη νῆσος, ἀπὸ πόρρω Μεγάρων.] Inſulam Minoam, non longe à Megaris, ſcilicet Atticæ memorat Thucyd. lib. 3. Ἐν ᾧ τῷ αὐτῷ θέρει, μετὰ τὴν Λέσβιαν ἅλωσιν, Ἀθηναῖοι, Νικίᾳ τῷ Νικηράτου στρατηγοῦντι, ἐστράτευσαν ἐπὶ Μίνωαν τὴν νῆσον, ἣ κεῖται πρὸς Μεγάροις. i. e. *Eadem æſtate, poſt captam Lesbum, Athenienſes, duce Nicia Nicerati filio, cum claſſe adverſus Minoam inſulam, quæ jacet ante Megara, iverunt.*

49 Καὶ ἡ Πάρος Μινώα.] Parum inſulam, *Minoam* quoque dictam fuiſſe inquit. *Minoida* vocatam fuiſſe prodidit Plinius lib. 4. c. 12. *Paros cum oppido, ab Delo* XXXVIII. *M. marmore nobilis, quam primo* Pactiam, *poſtea* Minoida *vocarunt*, ſcilicet quod à Minoë Cretæ rege ſubacta fuerit, ut jam in Μινναῖοι annotavimus. De qua vide quæ ſuo loco annotamus.

50 Μίσγηλες, ἔθνος Ἰβήρων.] Misgetes gens Iberorum, ex Hecatæi Europa, quorum apud alios altum eſt ſilentium, nec facile Græcis credendum eſt de Iberis loquentibus præter Strabonem, quandoquidem Ephorus exactiſſimus Græcorum hiſtoricus unam civitatem eſſe Iberos exiſtimavit, ut poſteris tradidit Abrahami nepotum eruditiſſimus lib. 1. contra Apionem.

51 Μίσπιλα, πόλις Μήδων.] Mispila, urbs Medorum, ex Xenophontis lib. 3. Cyri Anabaſeως, apud quem Μίσπιλα nunc legitur. Inter hanc & ſequentem ſectionem deficiunt aliquammulta oppidorum nomina.

πόλ. Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείας πολίτου. Τὸ ἐθνικὸν, Μοκατινός. A

ΜΟΚΚΑΗ, κώμη Φρυγίας. Οἱ οἰκήτορες, Μοκκλινοί.

ΜΟΛΟΡΚΙΑ[52], πόλις Νεμέας, ἀπὸ Μολόρκου ξένου Ἡρακλέα, ἀπόντα ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. Τὸ ἐθνικὸν, Μολορκίτης. B

ΜΟΛΟΣΣΙΑ[53], ἡ χώρα τῆς Ἠπείρου. Ὁ οἰκήτωρ Μολοσσός. Καὶ θηλυκὸν, Μολοσσὶς, καὶ Μόλοσσα ἀδελφῶς, καὶ Μολοσσοὶ δι' ἑνὸς τ. Μολοσὸς, ὁ τόπος. Τὸ κτητικὸν, Μολοσσικός. C

ΜΟΛΥΒΔΑΝΑ, πόλις Μασσιλιωτῶν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

ΜΟΛΥΚΡΙΑ[54], πόλις Αἰτωλίας· Στράβων δεκάτῃ. [55] Θουκυδίδης Μολύκρειον αὐτὴν καλεῖ. Εὔφορος δὲ, Μολυκρίαν αὐτὴν φησι. Τὸ ἐθνικὸν Μολυκρεύς, καὶ θηλυκῶς καὶ ἀδελφῶς· Καὶ Μολυκρίτης, Μολυκριάς. Λέγεται καὶ Μολυκριεύς. Ἀρκάδιος δὲ Μολυκραίους φησί. D E

ΜΟΛΥΝΔΕΙΑ, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Μολυνδαίου· Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Λυκίας πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μολυνδεύς.

ΜΟΝΑΒΑΙ, πόλις Ἰσαυρίας· Καπίτων ἐν Ἰσαυρικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν, Μοναβάτης. F

ΜΟΝΟΓΙΣΣΑ, Ἄρτεμις Μονογισσηνὴ, ἵδρυμα Δαιδάλου. Μεγίσσα γὰρ τῇ Κα-

mitius Calliſtratus de Heraclea lib. 4. Gentile, Mocatenus.

MOCCLE, vicus Phrygiæ. Incolæ, Moccleni.

MOLORCIA, urbs Nemeæ, à Molorco, qui hoſpitio-excepit Herculem euntem ad certamen. Gentile, Molorcites.

MOLOSSIA, regio Epiri. Incola, Moloſſus. Fœm. Moloſſis, & Moloſſa neutrum, & Moloti per ſimplex *t*. Molotus, locus. Poſſeſſiv. Moloticus.

MOLYBDANA, urbs Maſtienorum. Hecatæ. Europ.

MOLYCRIA, urbs Ætoliæ. Strabo lib. 10. Thucyd. *Molycreum* eam vocat. Euphor. verò *Molycriam*. Gentile, Molycrius, & fœm. & neut. gen. Et Molycritæ, & Molycrias. Dicitur etiam Molycrieus. Arcadius verò *Molycraos* vocat.

MOLYNDEA, urbs Lyciæ, à Molyndæo. Alexander de Lycia lib. primo. Gentile, Molyndeus.

MONABÆ, urbs Iſauriæ. Capito in Iſauricis. Gentile, Monabates.

MONOGISSA, Diana Monogiſſena à Dædalo collocata. *Megiſſa* enim Carum lingua,

52 Μολορκία, πόλις Νεμέας.] Ex præcedentibus oppidis taciti diſceſſimus, quippe cum fuerint obſcura, nihil in eis memorabile invenire potuimus, quod pretium operæ eſſet, & annotationes noſtras auctiores ex alieno fœnore redderet; nunc Molocriam accedimus civitatem, ut inquit noſter, Nemeæ, quæ nomen à Molorco ſibi adoptavit. Nemea verò fuit regio Achaiæ, ſeu Peloponneſi, inter Cleonas & Phliuntem, ubi erat nemus, in quo Nemea certamina celebrabantur, teſte Euſtathio ad Il. 2. v. 570. Plinius verò lib. 4. c. 6. Nemeam regionem Arcadiæ dedit, verum Arcadia Achaiæ mediterranea maxime tenebat, autore eodem autore libro capiteque citato. Ab hac regione *leo Nemeus* quem Herculem occidiſſe fabulabantur, inter Poëtas decantatus nomen accepit. Ideo Poëtarum facetiſſimus non inficetè inquit Epigram. 27. in Amphitheatrum Domitiani:

Non Marathon taurum, Nemee frondoſa leonem
Arcas Mænalium non timuiſſet aprum.

Cœlo etiam hunc leonem intulerunt Poëtæ aſtrologis concedentibus. Ideo M. Manlius lib. 4. inquit:

——— *Phrygia Nemeee potiris*
Idææ matris famulus, regnique ferocis
Cappadocum.

Luſitanus etiam Cygnus ſolita ſuavitate canit Luſiad. cantu v. oct. 2.

Entrava neſte tempo o eterno Lume
No animal Nemeo truculento
E o mundo, que co tempo ſe conſume,
Na ſexta idade andava enfermo & lento.

Molorchum verò ſeu Molorcum, (utroque modo ſcribitur) qui urbi nomen dedit, celebrat Virgilius Geqrgic. lib. 3. v. 19.

Cuncta mihi, Alpheum linquens, lucosque Molorchi
Curſibus, & crudo decernet Græcia cæſtu.

Ad quem locum ita Servius: *Lucos Molorchi, id eſt, ſylvam Nemeam, in qua celebratur agon in honorem Archemori. Molorchus autem paſtor fuit, qui Herculem venientem ad occidendum Nemeum leonem, ſuſcepit hoſpitio.* Ab eodem paſtore idem leo apud Poëtas dicitur etiam *Molorcheus*, ac quia Nemea regio erat inter Cleonas & Phliuntem, quæ *Bembina* etiam vocitabatur, ipſe quoque Leo *Cleonæus*, & *Bembinetes* vocitatus eſt, quorum exempla legentibus Poëtas occurrunt.

53 Μολοσσία, ἡ χώρα τῆς Ἠπείρου. Moloſſia, regio Epiri, cujus præcipuum oppidum fuit Dodone, ubi Jovis Dodonæi templum, & oraculum illuſtre, autore Plinio in Prologo lib. 4. Celebrantur hujus regionis canes, qui ideo *Moloſſi* dicebantur. Virg. Georgic. lib. 3.

Nec tibi cura canum fuerit poſtrema: ſed una
Veloces Spartæ catulos, acremque Moloſſum
Paſce ſero pingui.

Ubi Servius: *Veloces Spartæ catulos, pro Spartanos, una, hoc eſt, cum pecore: In Laconicis velocitas, in Moloſſis fortitudo laudatur. Sparta autem Laconiæ eſt civitas, Moloſſia civitas Epiri.*

54 Μολυκρία, πόλις Αἰτωλίας.] Molycria, urbs Ætoliæ, ex Strabonis lib. 10. cujus ſunt verba: Εἶτα Μακυνία πόλις, εἶτα Μολύκρεια, ἢ πλησίον τὸ Ἀντίρριον, τὸ δ' Αἰτωλίας ὅριον, ἢ Λοκρίδος. i. e. *Inde Macynia urbs: poſt Molycria, ac prope Antirrhion, Ætoliæ & Locridis limes.*

55 Θουκυδίδης Μολύκρειον αὐτὴν καλεῖ.] Thucydides *Molycriam* Aetoliæ urbem vocat *Molycreum*, nempe lib. 3. apud quem hæc leguntur: Ἐδῄωσαν τὴν γῆν, ἣ τὸ περάσειον ἀπέκλεισον ὂν εἶλον ἐπῖτε Μολύκρειον ἐλθόντες τὴν Κορινθίων μὲν ἀποικίαν, Αἰτωλικὸν δ' ὑπήκοον, ᾠκοῦσι. i. e. *Agros vaſtarunt & ſuburbia nullis-cincta-muris ceperunt Molycreumque profecti, Corinthiorum coloniam, Athenienſium verò ditionis, capiunt*: Memoratur è noſtris Plinio lib. 4. c. 2.

56 Νῶν

Καρῶν φωνῇ, λίθῳ ἐρμιωδέϛατα. [56] Νῦν τὰς πλακώδεις καὶ μαλακώδεις λίθους γίσσα λέγομεν.

gua, *lapis* interpretatur. Nunc verò Crustaceos, & molles lapides, *gissa* dicimus.

ΜΟΝΟΙΚΟΣ [57], πόλις Λιγυστική. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [58] Τὸ ἐθνικὸν, Μονοίκιος.

MONOECUS, urbs Ligustica. Hecatæ. Europa. Gentile, Monœcius.

ΜΟΡΓΕΝΤΙΟΝ [59], πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Μοργήτων. Λέγεται καὶ Μοργωλία. Τὸ ἐθνικὸν Μοργωλῖνος, καὶ Μοργήτης λέγεται.

MORGENTIUM, urbs Italiæ, à Morgetibus. Dicitur etiam Morgentia. Gentile, Morgentinus, dicitur etiam Morgetes.

ΜΟΡΓΥΝΑ [60], πόλις Σικελῶν· φίλιστος δὲ δεύτερος. Τὸ ἐθνικὸν, Μοργυναῖος.

MORGYNA, urbs Siculorum. Philistus, lib. 2. Gentile, Morgynæus.

ΜΟΣΤΝΟΙΚΟΙ [61], ἔθνος, περὶ ὃ Εὔδοξος ἐν πρώτῳ γῆς περιόδου. Τὸ κτητικὸν, Μοσυνοικικός.

MOSYNOECI, gens de qua Eudoxus in primo terræ periodi. Possessiv. Mosyncecicus.

ΜΟΣΥΛΟΝ [62], ἀκρωτήριον καὶ ἐμπόριον Αἰθιοπίας· Μαρκιανὸς ἐν πρώτῳ περιόδου.

MOSYLUM, promontorium, & emporium Æthiopiæ. Marcianus in primo periodi.

ΜΟΣΧΟΙ [63], Κόλχων ἔθνος, πρόσχες τοῖς Μαλιωτοῖς· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

MOSCHI, Colchorum populi Matienis vicini. Hecatæ. Asia.

MO-

56 Νῦν τὰς &c.] Hanc τὰ γίσσα scripturam & novam significationem lexicographi nesciunt, at γεῖσα vocant Græci, quæ Latini *suggrundia*, ac præterea quidquid prominet, ut in ostiis, muris & galea.

57 Μόνοικος, πόλις Λιγυστική.] Monœcus, urbs Ligustica, quæ vulgo Italis dicitur *Monaco*, corrupti nominis origine servatâ, portu & arce firmissimâ prædita, cujus Princeps & dominus neminem superiorem agnoscit. De qua Strabo lib. 4. Ὁ δὲ Μονοίκου λιμὴν ὁρμος ἐστὶν, ἐ μεγάλας ἀλλὰ πολλοῖς ἀρκοῦσιν, ἔχων ἱερὸν Ἡρακλέους Μονοίκου καλούμενον, ἔοικε δ' ἀπὸ τούτου καὶ ὁ μῦθος ἔχειν δεῦρο διατείνειν ὁ Μασσαλιωτικὸς παράπλους ἀπὸ τῆς Ἀντιπόλεως μικρῷ πλείους, ἢ διακοσίους σταδίους. i. e. *Portus verò Monœci est statio non magnis nec multis navibus, habens fanum Herculis* Monœci *nomine; videtur verò ex nomine eo usque pertingere Massilienſis navigatio; distat autem ab Antipoli paulò minus* CC *stadiis.* Memoratur Smyrnæi vatis æmulo Æneid. lib. 6.

Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint, quantas acies, stragemque ciebunt!
Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci
Descendens gener adversis instructus Eois.

Ubi Servius ita: *Arce Monœci, de Liguria, ubi est portus Monœci Herculis. Dictus autem* Μόνοικος, *vel quod pulsis omnibus illic solus habitavit, vel quod in ejus templo nunquam alıquis Deorum simul colitur: sicut in Jovis, Minerva, & Juno: in Veneris, Cupido.* Graphicè portum hunc depingit Lucanus lib. 1.

Quaque sub Herculeo sacratus nomine portus
Urget rupe cava pelagus, non Corus in illum
Jus habet, aut Zephyrus: solus sua littora turbat
Circius, & tuta prohibet statione Monœci.

Plinius quoque ejus meminit lib. 3. c. 5.

58 Τὸ ἐθνικὸν, Μονοίκιος.] Lege Μονοίκιος, genus erroris translatitium apud typographos.

59 Μοργήτιον, πόλις Ἰταλίας.] Morgentium, urbs Italiæ, *Morgentia* quoque dicta celebratur ab autore nostro, sed sine autore; eam locat in Samnio Livius lib. 10. c. 17. cui *Murgantia* dicitur: *Approbantibus cunctis, ad Murgantiam validam urbem oppugnandam ducit: tantusque ardor militum fuit, & caritate ducis, & spe majoris quàm ex agrestibus populationibus prædæ, ut uno die vi atque armis urbem caperent, ibi duo millia Samnitium & centum pugnantes circumventi, captique: & alia præda ingens capta est.*

60 Μόργυνα, πόλις Σικελῶν.] Morgyna, urbs Siculorum celebratur ab autore nostro ex Philisto, autore deperdito, sed cum hujus nominis urbem nemo omnium meminerit, nullus dubito esse eamdem, quæ Diodoro Siculo diversis locis dicitur *Morgantina*, Straboni vero lib. 6. cujus mox reddam verba, *Morgantium.* Livio lib. 24. c. 27. *Murgantia* ut & Italiæ urbs, de qua præcedenti nota. Sic enim de ea loquitur lib. capiteque citato: *Ad Murgantiam tum classem navium centum Romanus habebat, quo evaderent motus ex cædibus tyrannorum orti Syracusis, quove eos ageret nova atque insolita libertas, opperiens.* Inclaruit etiam carminibus Sil. Italici lib. 14. cui *Morgentia* dicitur:

——— *nec frondosis Morgentia campis*
Abstinuit Marte infido.

Jam ætate Strabonis cessérat ævo, ut ipse posteris tradidit libro supra citato: Καὶ τὴν Μοργάντιον ὃ εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων οἰκίζεσθαι πόλιν σφ' ἔτι οὖσαν, νῦν σφ' οὐκ ἔστιν. i. e. *Ac probabile est Morgantium ab Morgetibus conditam fuisse; urbs verò erat hæc, nunc autem non est.*

61 Μοσύνοικοι, ἔθνος περὶ ὃ &c.] Mosynœci fuere populi circa Pontum Euxinum, hoc vocamen adepti, quod μόσσωνας, id est *turres* scilicet *ligneas* habitarent. Memorantur Periegetæ v. 766.

Μάκρωνες, φίλυρές τε, καὶ οἱ μόσσωνας ἔχουσι
Δερκτέης.
Macrones, Philyresque, & qui turres habent
Ligneas.

Eorum etiam meminit Apollonius Argonautic. lib. 2. v. 1018. nec non Valerius Flaccus lib. 1. v. 150.

Vos quoque non notæ mirati vela carinæ
Mossynici: vos & stabulis Macrones ab altis
Byzeresque vagi.

Eos quoque celebrat Mela lib. 1. c. 19. cui *Mossyni* dicuntur: *Ultra Mossyni turres ligneas subeunt.* Eodem modo dicuntur Plinio lib. 6. c. 4. Ex locis & autoribus citatis discernitur varietas scripturæ hujus nominis.

62 Μόσυλον, ἀκρωτήριον καὶ ἐμπόριον Αἰθιοπίας.] Mosylon promontorium & emporium Æthiopiæ, ex Marciani Periplo; Ptolemæus lib. 4. c. 7. id locat inter oppida Æthiopiæ, quæ sub Ægypto est. Plinio *promontorium* & *portus Mossylites* dicitur. *Ultra sinus Abalites, insula Diodori & aliæ desertæ, per continentem quoque deserta, oppidum Gaza, promontorium & portus Mossylites, quo cinnamomum devehitur.* Cinnamomi Mosylitici meminit Theophrastus lib. 9. cap. 5. Dioscorid. lib. 1. c. 13. non quod Æthiopia cinnamomum daret, sed quod illuc devehteretur, unde in alias regiones asportabatur. Mosylon verò nunc regionem *Decano* & *Dangali* vocitari autor est Belleforestus in sua Cosmographia.

63 Μόσχοι, Κόλχων ἔθνος.] Moschi, Colchorum gens, Matienis contermina. Matieni verò, seu Matiani, cujus regio dicebatur Matiana, erat portio quædam Mediæ, autore Strabone lib. 11. Creduntur esse qui nunc *Moscovitæ.* Memorantur inter alios Melæ lib. 1. c. 2. Plinio lib 6. c. 10. Arias Montanus nominis similitudine persuasus in suo Apparatu biblico putat esse eosdem, qui in Sacris literis à Mesech filio Japheti Genes. c. 10. memorato originem ducunt, quos Joseph. Antiquit. lib. 1. c. 7. *Meschinos* dicit.

64 Mo-

ΜΟΤΙΗΝΟΙ[64], χωρίον Ἰβηρίας, ἄποικον Ῥωμαίων. Πολύβιος τρίτῳ. Φλέγων δὲ Μοτιλωνὸν αὐτὸ φησι. Τὸ ἐθνικὸν, Μοτιλωός.

A MOTIENI, oppidulum Iberiæ, Roman. colonia. Polyb. lib. 3. Phlegon verò *Mutienum* id vocat. Gentile, Motienus.

ΜΟΤΎΗ[65], πόλις Σικελίας, ἀπὸ Μοτύης γυναικὸς, μισυσάσης Ἡρακλεῖ τὰς ἐλάσεις τὰς αὐτοῦ βοῦς. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Φίλιστος δὲ, φρούριον αὐτὸ φησι Σικελίας ὠκοδομημένον.[66] Τὸ ἐθνικὸν, Μοτυαῖος.

B MOTYA, urbs Siciliæ à Motya fœmina, quæ indicavit Herculi eos qui ipsius boves abegerant. Hecatæ. Europa. Philistus verò Siciliæ castellum maritimum ait esse. Gentile, Motysæus.

ΜΟΤΎΛΑΙ, Σικελίας φρούριον,[67] πρὸς τῷ Μοτύλῃ. Φίλιστος Σικελῶν πέμπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μοτυλαῖος.

C MOTYLÆ, Siciliæ castellum circa Motylen. Philistus Siculorum quinto. Gentile, Motylæus.

ΜΟΎΚΙΣΣΟΣ, πόλις Καππαδοκίας β'. Κάπιτων Ἰσαυρικῶν ἕκτῳ.

MUCISSUS, urbs Cappadociæ secundæ. Capito Isauricor. sexto.

ΜΟΎΜΑΣΤΙΣ, ὡς Βάβαστις, πόλις Καρίας· Ἀλέξανδρος δευτέρῳ Καρικῶν. Ὁ πολίτης, Μυμαστίτης.

D MUMASTIS, ut Bubastis, urbs Cariæ. Alexander Caricorum lib. 2. Civis, Mumastites.

ΜΟΥΝΥΧΙΑ[68], λιμὴν Ἀττικῆς, ἀπὸ Μουνύχου. Καὶ ἱερὸν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος. Ὁ οἰκήτωρ Μουνύχιος, καὶ Μουνυχίας. Τὰ τοπικὰ, Μουνυχίαθεν καὶ Μουνυχίαζε, καὶ Μουνυχάσι.

E MUNYCHIA, portus Atticæ, à Munycho. Et templum Dianæ Munychiæ. Habitator, Munychius, & Munychias. Localia ex-Munychia, ad-Munychiam, in-Munychia.

ΜΟΎΡΣΑ[69], πόλις Ἰωνίας, κλίσμα Ἀδριανοῦ. Τὸ ἐθνικὸν Μυρσαῖος, ὡς Παρθένιος Φωκαεύς. Λέγεται καὶ Μέρσιον.

MURSA, urbs Ioniæ, ab Adriano condita. Gentile, Mursæus, ut Parthenius Phocæus. Dicitur etiam Mursium.

ΜΟΎ-

MU-

64 Μοτιλωὸι, χωρίον Ἰβηρίας &c.] Motienii, oppidum Iberiæ, colonia Romanorum ex Polybii lib. 3. Ofcitanter admodum autor noster videtur legisse Polybii librum tertium, siquidem ex eo tradit, Motienos esse Iberiæ oppidum, Romanorum coloniam, cum Polybius id non longe à Pado fluvio circa Placentiam & Cremonam locaverit, quarum agros à Romanis divisos inter illarum colonos vastarunt Insubres, ac fugientes cum se recepissent Motinam Romanorum coloniam, ibi obsident: Παρακαλέσαντες δὲ τοὺς Ἴνσομβρας, καὶ συμφρονήσαντες καὶ τῷ προγεγενημένῳ, ὀργὴν, κατέσυρον τῷ καπνεκληρεχημένῳ χώραν τῶν Ῥωμαίων, καὶ τοὺς φεύγοντας συνδιώξαντες εἰς Μοτίνην ἀποικίαν ἐπάρχουσαν Ῥωμαίων, ἐπολιόρκουν. i. e. *Cum advocassent Insubres conspirantes ob veteres iras agros à Romanis divisos depopulati sunt; ac fugientes Motinen Romanorum coloniam persecuti, obsidebant.* Straboni lib. 5. dicitur Mutine: Πόλεις δ' εἰσὶν ἐντὸς μὲν Πάδου, καὶ ἄχρι τῶν Πάδου ἐπιφανεῖς, Πλακεντία μὲν, καὶ Κρεμώνη τελεσπάτιαι καὶ μέσως πως τῷ χώρᾳ μεταξὺ δὲ τούτων τε, καὶ Ἀρμίνης Πάρμα, καὶ Μουτίνη, καὶ Βονωνία πόλισμα ἤδη Γαλατῶν. i. e. *Urbes verò intra Padum & circa Padum illustres; Placentia & Cremona, proximæ media fere regione, inter has verò & Ariminum Parma, Mutina & Bononia jam prope Ravennam.* Ptolomæus in illa Italiæ parte locat, quam Galliæ Togatæ dedit. Memoratur etiam inter alios Melæ lib. 2. c. 4. Lucano lib. 1.

His Cæsar Perusina fames Mutinæque labores
Accedant fatis.

Adhuc hodie extat & corrupti nominis vestigia retinet. Vulgo enim dicitur *Modena.* Est urbs episcopalis & gaudet Ducatus titulo, quam maxime illustrem efficiunt ejus docti alumni, inter alios Jacobus Sadoletus orator, Philosophus & Theologus, Rom. Ecclesiæ Cardinalis, & Carolus Sigonius, cujus varia exstant opera.

65 Μοτύη, πόλις Σικελίας.] Motye, urbs Siciliæ, quæ non extat, fuit Carthaginiensium colonia, autore Diodoro Siculo lib. 14. Οὐ μακρὰν δὲ λόφῳ τούτῳ Μοτύη πόλις ἦν ἄποικος Καρχηδονίων, ἣ μάλιστα ἐχρῶντο καὶ τῷ Σικελικῷ ὁρμητηρίῳ. i. e. *Non longe ab hoc colle sita erat urbs Motye Carthaginiensium colonia, qua maxime utebantur belli sede adversus Siciliam.* Jacebat in quadam insula, quæ sex stadiis à Sicilia distabat, & habebat viam quandam manu factam & angustam, quæ ducebat in Siciliæ litus, autore eodem autore libro citato: Αὕτη δ' ἡ πόλις ἦν ἐπί τινος νήσου κειμένη, τῆς Σικελίας ἀπέχουσα σταδίους ἕξ. i. e. *Ipsa verò urbs erat in quadam insula sita, quæ ab Sicilia distabat stadia sex.* Ac paulo infra: Εἶχε δὲ καὶ ὁδὸν στενὴν χειροποίητον, φέρουσαν ἐπὶ τὴν τῆς Σικελίας ἀιγιαλόν. i. e. *Habebat verò viam angustam manu factam, quæ ferebat in Siciliæ litus.* Mute dicitur Silio Italico lib. 14.

Nec major Megara Mute concordibus ausis
Iuere.

Autor noster à fœmina quadam cognomine quæ Herculi indicavit ejus boum raptores fabulatur nomen habuisse, at cum fuerit Carthaginiensium colonia, verosimile est ab ipsis & nomen inditum fuisse, de qua vide sis Bochartum de Phœnic. colon. lib. 1. c. 27. Cluv. Siciliæ Antiquæ lib. 2. c. 1.

66 Τὸ ἐθνικὸν, Μοτυαῖος.] Quis non videt legendum esse Μοτυαῖος.

67 Πρὸς τῇ Μοτύλῃ.] Lege πρὸς τῇ Μοτύλῃ, quia Motylæ castellum cujus apud alios altum est silentium, non poterat esse circa se ipsum. Μοτύη verò erat urbs Siciliæ, de qua suo loco egimus.

68 Μουνυχία, λιμὴν Ἀττικῆς.] Munychia, portus Atticæ, scribitur etiam Μουνιχία, mœnibus Piræum complectebatur, autore Strabone lib. 9. ubi erat Dianæ Munychiæ fanum, ut tradit Pausanias in Atticis, in cujus honorem Athenienses celebrabant *Munychia Sacra*, à quibus nomen accepit *Munychion* mensis apud eosdem, qui nostro Martio respondebat, juxta Samuel. Petit. Eclog. Chronologic. lib. 4. c. 1. Erat hoc in portu armamentarium insigne, quod Sylla urbe capta incendit, ut narrat Plutarch. in ejus vita, de quo adisis Meurs. de populis Atticis.

69 Μέρσα, πόλις Ἰωνίας.] Mursa, urbs Ioniæ ab Adriano condita, cujus nulla apud alios fit mentio, quæ *Mursium* quoque, ut inquit, dicebatur. Ego suspicor legendum, Μέρσα, πόλις Παιονίας, i. e. *Mursa, urbs Pæoniæ*, id est Pannoniæ, quam Ptolemæus lib. 2. c. 16. Pannoniæ inferiori dedit, cujus quoque meminit Sex. Aur. Victor de Cæsaribus: *Sub idem tempus Licinius Gallienus, cum à Gallia Germanos strenue arceret, in Illyricum properans descendit, ibi Ingebum, quem curantem Pannonios, comperta Valeriani clade, imperandi cupido incesserat, Mursiæ devicit.*

70 Μέ-

ΜΟΥ΄ΣΕΙΟΝ 70, τόπος περὶ τὸ Ὄλυμπον τὸ ἐν Μακεδονίᾳ· Πολύβιος τεσσαρακοστῷ ἑβδόμῳ. Τὸ τοπικὸν ἀναλόγως Μουσεῖος, ὡς Σιγειεύς.

A MUSEUM, locus circa Olympum in Macedonia. Polybius lib. 37. Locale juxta analogiam Musicus, ut Sigieus.

ΜΟ΄ΨΙΟΝ 71, πόλις τῆς Πελασγιώτιδος χώρας Θεσσαλίας· Στράβων ἐνάτῃ. Ἄλλος δέ ἐστι Μόψος, ἀφ' οὗ οἱ Ἀττικοὶ Μοψοπία. Τὸ ἐθνικὸν, Μόψιος.

B MOPSIUM, urbs Pelasgiotidis regionis Thessaliæ. Strabo libro 9. Alius verò est Mopsus, à quo Attici Mopsopiæ. Gentile, Mopsius.

ΜΟΨΟΠΙΑ 72, ἡ Ἀττική, ἀπὸ Μόψοπος. 73 Καλλίμαχος, ἄῤῥηθος ἡ Μόψοψ. Ὁ πολίτης, Μοψόπειος, διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι. Καὶ Μοψοπιεύς. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν πρώτῳ, Μοψοπίτης φησὶ, καὶ ἔδει Μοψοπιώτης. Ἴσως δὲ καθ' ὑφαίρεσιν τοῦ ω, τὸ θηλυκὸν Μοψοπὶς.

C MOPSOPIA, Attica, à Mopsope. Callimachus, non est in usu nominativus Mopsops. Civis, Mopsopeius per diphthongum & per *i*. Mopsopieus. Heraclides Ponticus lib. 1. Mopsopites scribit, & debebat scribere Mopsopiotes. Fortasse adempto *o* mega, fœm. Mopsopis.

ΜΟ΄ΨΟΥ ἑστία 74, Κιλικίας, ὑπὸ τῷ Πυράμῳ ποταμῷ, ἀπὸ Μόψου μάντεως. Ὁ πολίτης, Μοψεάτης, καὶ διὰ παραγωγῆς μιᾶς τῶν λέξεων· ἀφ' οὗ ὁ γραμματικὸς Ἡρακλείδης, ὁ Μοψεάτης.

D MOPSIHESTIA, oppidum Ciliciæ, juxta Pyramum fluvium, à Mopso vate. Civis, Mopseates per paragogen unius dictionum. A quo Heraclides grammaticus, Mopseates.

ΜΥΓΔΟΝΙΑ 75, μοῖρα Μακεδονίας· 76 καὶ ἑτέρα Φρυγίας τῆς μεγάλης, ἀπὸ Μύγδονος.

E MYGDONIA, pars Macedoniæ. Et alia Phrygiæ magnæ, à Mygdone. Aliqui Mar-

70 Μόυσειον, τόπος περὶ τὸ Ὄλυμπον &c.] Musæum, locus circa Olympum Macedoniæ montem ex Polybii lib. 37. memoratur; cujus altum apud alios est silentium. Apud eruditos est locus *Musis*, id est *literis* consecratus, tam publicus, quam privatus; nos etiam è nostro museo per varios autorum hortos tanquam apes circunvolitantes ex eorum floribus hosce fasciculos concinnavimus, ac etsi nobis vitio vertitur quod aliis laudi foret, ea est aliquorum invidia; nihilominus ulterius progredimur, id non curantes. Est enim summa infelicitas à nemine invideri: nec sumus adeò infelices. Jam quando in Musarum mentionem incidimus, antequam digrediamur ab ipsis, in ea quæ minus trita sunt animum intendere haud absurdum videtur. Poëtæ novem finxerunt Musas (eas fabulas in quarum involucro latet aliquid eruditum seu philosophicum non damnamus) quibus Apollo præsidebat, ideo Μουσηγέτης dictus; ac quia Musæ, hóc est *literæ* sunt nobiles atque ad eas perdiscendas memoria opus est, *Jovis* & *Mnemosynes*, id est *nobilitatis* & *memoriæ filias* esse dixerunt, quas graphicè depinxit Callimachus & Virgilius. Utriusque carmina reperies apud Natalem Comitem lib. 7. c. 15. Virgilium æmulatus est in suo Musarum choro *Michael de Barrios* familiaris noster, optimus Poëta Hispanus è Bœtica, quæ nescio quo fato egregios profert Poetas, tamquam suæ fertilitatis testes; jam olim protulit Columellam, Senecam tragicum, Lucanum, Sil. Italicum (de hoc sunt discrepantes autorum sententiæ) & mea ætate L. Gongoram, hic Hispana lingua, illi Latina, admotis Pegaso calcaribus in Parnasso curriculum peregerunt; Hispania verò non modò Poëtis, inter quos est etiam Martialis, sed & imperatoribus Trajano, & Adriano illuminavit Romam, & *Novam Romam*, hoc est *Constantinopolim* Theodosio.

71 Μόψιον, πόλις τῆς Πελασγιώτιδος, &c.] Mopsium, urbs Pelasgiotidis regionis Thessaliæ, ex Strabonis lib. 9. cujus affert verba mutila, & quæ ad Mopsium non pertinent, & malesana. Ea integra sunt: Μόψειον δ' ὠνόμασται ἀπὸ Μόψου τοῦ μαντέως, τοῦ Τειρεσίου, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Λαπίθου τοῦ συμπλεύσαντος τοῖς Ἀργοναύταις· ἄλλος δ' ἐστὶ Μόψος ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία. id est: *Mopsium verò nominatum fuit, non à Mopso vate, Tiresiæ filio, sed à Mopso Lapitha, qui unà cum Argonautis navigavit; alius verò est Mopsus, à quo Attica Mopsopia.* Quare apud Stephanum pro ἀφ' οὗ οἱ Ἀττικοὶ Μοψοπίαι. i. e. *à quo Attici Mopsopiæ*, lege ex Strabone, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία. i. e. *à quo Attica Mopsopia.*

72 Μοψοπία, ἡ Ἀττικὴ ἀπὸ Μόψοπος.] *Mopsopia*, Attica dicta est à Mopsope, ab Atthide filia Cranai, Atthis, ab ipso verò Cranao, *Cranaë*, à Ione, Xuthi filio, *Ionia*, de quibus adisis Eustathium ad Dionysii v. 423. & collectanea nostra in Κεκροπία num. 35.

73 Καλλίμαχος, ἄῤῥηθος ἡ Μόψοψ.] Hæc sic existimo legenda, Καλλίμαχος. Ἄῤῥηθος ἡ Μόψοψ. i. e. *Callimachus. Non est in usu nominativus Mopsops.* Supplendum τὸ εὐθεῖα, i. e. *nominativus*, εὐθεῖα ἄῤῥηθος enim autori nostro dicitur nominativus, qui non est in usu, ut videre est in Περίοδος. Itaque cum dixerit *Atticam* dictam fuisse *Mopsopiam* à Mopsope, cujus rei testem adducit Callimachum, addit illius nominativum, qui debebat esse Μόψοψ, non esse in usu.

74 Μόψου ἑστία, Κιλικίας, &c.] Mopsu hestia, urbs Ciliciæ, deficit τὸ πόλις apud Stephanum, quod supplendum est, id nomen significat *Mopsi focum*; memoratur ab Strabone lib. 14. inter Ciliciæ urbes: Καὶ ὁ κόλπος εἰσπλεύσαντι ἔστι μὲν αὐτοῦ ἡ πόλις Ῥῶσος, εἶτα Μυριάνδρου ἑτέρα πόλις, εἶτα Ἀλεξάνδρεια, εἶτα Νικόπολις, εἶτα Μόψου ἑστία. i. e. *Et sinus dicitur Issicus: in quo est urbs Rhosus, & Myriandrus alia urbs, & Alexandria, & Nicopolis, & Mopsu hestia.* Inclaruit epistolis Ciceronis ad Appium Pulchrum lib. 3. epist. 8. *De nostris rebus quod scire vis: Tarso, nonis Octobr. Amanum versus profecti sumus. Hæc scripsi postridie ejus diei, cum castra haberem in agro Mopsuhestiæ.* Plinio lib. 5. c. 27. Mopsus dicitur, de qua sic Ammianus Marcellinus lib. 14. c. 25. *Et Mopsuestia, vatis illius domicilium Mopsi, quem à commilitio Argonautarum cum aureo vellere direpto reducem, & errore abstractum, delatumque ad Africæ litus mors repentina consumpsit: & ex eo cespite Punico tecti manes ejus heroici, dolorum varietati medentur plerumque salutares.* O credula fides viro erudito indigna! Huic urbi suos debet natales Heraclides Grammaticus, in qua mortuum fuisse imperatorem Constantium ajunt.

75 Μυγδονία, μοῖρα Μακεδονίας.] Mygdonia, pars Macedoniæ, inter Macedoniæ regiones numeratur Ptolemæo lib. 3. c. 13. ejus incolas Mygdones inter Macedoniæ gentes celebrat Plinius lib. 4. c. 10.

76 Καὶ ἑτέρα Φρυγίας τῆς μεγάλης.] Hujus Mygdoniæ Phrygiæ meminit Plinius lib. 5. c. 32. ejus incolas *Mygdones* memorat Strabo lib. 12.

δον. Τινὲς δὲ Μάρδας αὐτὰς φασι. Τὸ κλητικὸν Μυγδονικὸς, καὶ θηλυκῶς καὶ ἀδελέρως. Λέγεται καὶ Μυγδόνιος, καὶ Μυγδονία. Ἐλέγετο καὶ Μυχθονία. A

Mardos eos vocant. Possessiv. Mygdonicus, & fœm. & neutrum. Dicitur etiam Mygdonius, & Mygdonia. Dicebatur etiam Mychthonia.

ΜΥΓΙΣΟΙ, πόλις Καρίας. Ἑκαταῖος περιόδῳ γενεαλογιῶν. Τὸ ἐθνικὸν Μυγίσιος, καὶ Μυγισία Ἀθηνᾶ, καὶ Μυγισαίς. B

MYGISI, urbs Cariæ Hecatæ. Genealogiarum quarto. Gentile, Mygisius, & *Mygisia Minerva*, & Mygisaïs.

ΜΥΗΣ Μυήτος, ὡς Φρὰξ Φρᾰγητος, πόλις Ἰωνική. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Μυήσιος, ὡς Φρᾰγήσιος.

MYES, myetis, ut Phrages, etis, urbs Ionica. Hecatæ. Asia. Gentile, Myesius, ut Phragesius.

ΜΥΚΑΛΗ[77], πόλις Καρίας. Ἡρόδοτος ἕκτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Μυκαλήσιος, ὡς Ἰθακήσιος. Τρύφων δὲ Μυκαλοῦς φησιν, ἐν παρωνύμοις. Λέγεται καὶ θηλυκῶς Μυκαλησὶς, ὡς Σώστρατος ὁ Φαναγορίτης. [78] Δίδυμος δὲ ὄρος τῆς Μυκάλης φησίν. Ἐκλήθη δὲ, ἐπεὶ αἱ λοιπαὶ Γοργόνες [79] ἐπὶ τόκῳ Μυκώμεναι, τὴν κεφαλὴν Μεδούσης ἀνεκαλέσαντο. Οἱ δὲ, Μυχάλην αὐτὴν φασιν, ἐπεὶ ἐν μυχῷ κεῖται τῆς Καρικῆς ἁλός. Ἔστιν ὂν ἡ Μυκάλη καὶ πόλις, καὶ ὄρος. C D E

MYCALE, urbs Cariæ. Herodot. libro 6. Gentile, Mycalesius, ut Ithacesius. Trypho, Mycaleus inquit in Paronymis. Dicitur etiam in fœm. gen. Mycalesis, ut Sostratus Phanagorites. Didymus verò Mycalen ait esse montem. Sic verò vocata fuit, quoniam reliquæ Gorgones in partu μυκώμεναι, i.e. *boantes* Medusæ caput revocaverint. Alii *Mychalen* eam vocant, quoniam ἐν μυχῷ, i.e. *in recessu* Carici maris jaceat. Est igitur Mycale, & urbs, & mons.

ΜΥΚΑΛΗΣΣΟΣ[80], πόλις μεσογεία Βοιωτίας. Θουκυδίδης ἑβδόμῃ. Ἐκλήθη δὲ, ὅτι ἡ βοῦς ἐνταῦθα ἐμυκήσατο, ἣ τὸν Κάδμον καὶ τὸν σὺν αὐτῷ στρατὸν ἀγαγοῦσα εἰς Θήβας. [81] Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας, ὡς Ἔφορος τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν

MICALESSUS, urbs mediterranea Bœotiæ. Thucyd. lib. 7. Sic verò fuit vocata, quod vacca, quæ Cadmum, ac cum eo exercitum in Thebas duxit, illic mugitum ediderit. Est & alia Cariæ, ut Ephorus libro 3. Gen-

77 Μυκάλη, πόλις Καρίας.] Mycale, urbs Cariæ ex Herodoti lib. 1. cui non urbs Cariæ, ut inquit noster, dicitur, sed promontorium, quod Samo insulæ objacebat, ubi erat locus Neptuno Heliconio sacer, ad quem universi Iones conveniebant, eapropter *Panionium* dictus, in quo festa etiam celebrabant *Panionia*. Ejus ex libro citato c. 148. sunt verba: Τὸ δὲ Πανιώνιόν ἐστι τῆς Μυκάλης χώρου ἱρὸς, πρὸς ἄρκτου τέτραμμένου, κοινῇ ἐξαιρεμένου τοῦ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ· ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τῆς ἠπείρου ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ. Ἐς τοῦτο συλλεγόμενοι δὴ τῶν πολίων Ἴωνες, ἄγαλμα ὁρτῶσι, τῇ ἑορτὴ ὄνομα Πανιώνια. i. e. *Panionium verò est Mycalæ locus sacer, ad septentrionem vergens, communiter ab universis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Mycale autem promontorium est continentis versus Zephyrum ventum, quod ad Samum pertinet. Ad quod collecti de omnibus urbibus Iones festum celebrant, cui nomen posuere Panionia.* Sed Scylaci *Mycale* urbs dicitur, quam in Lydia locat ante Samum insulam. Quapropter nullus dubito fuisse & promontorium & urbem cognominem, ac eamdem fuisse urbem, etsi eam noster Cariæ, Scylax Lydiæ dedit, error non jocularis, sed translativus inter autores, ut sæpe sæpius diximus, in regionibus conterminis.

78 Δίδυμος δὲ ὄρος τῆς Μυκάλης φησί.] Inquit ex Didymo, scilicet Homeri commentatore Mycalem esse montem, quem celebrat Homerus Il. 2. v. 869.

Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων,
Οἳ Μίλητον ἔχον, Φθειρῶν τ' ὄρος ἀκριόεντος
Μαιάνδρου τε ῥοαὶ, Μυκάλης τ' αἰπεινὰ κάρηνα.

Nastes rursus Caribus præerat barbare-loquentibus:
Qui Miletum incolebant, Phthirorumque montem frondosum
Mæandrique fluenta, Mycalæ alta cacumina.

Straboni lib. 14. dicitur ὄρος ὕδατος, καὶ ὑδρηρὸν. i. e. *mons ferus, & arboribus abundans.* In quo Alphei fluvii celeberrimi fontes fuisse tradit Pausanias lib. 5.

79 Ἐπὶ τόκῳ μυκώμεναι.] Si tibi placet pro ἐπὶ τόκῳ, legere ἐπὶ τόκῳ per me licet. Hanc enim lectionem videtur confirmare Eustathius ad Il. 2. v. 498. cujus verba Scholio sequenti apponam.

80 Μυκαλησσὸς, πόλις μεσογεία Βοιωτίας.] Mycalessus, urbs mediterranea Bœotiæ, ex Thucydidis lib. 7. Καὶ ὁ ἐκ Χαλκίδος τῆς Εὐβοίας ἀφ' ἑσπέρας διέπλευσε τὸν Εὔριπον. Καὶ διαβιβάσας ἐς τὴν Βοιωτίαν, ἦλθε αὐτοὺς ἐπὶ Μυκαλησσόν. i. e. *Et sub vesperum ex Chalcide Eubœæ trajecit Euripum, eosque in Bœotiam expositos adversus Mycalessum duxit.* Inclaruit etiam Smyrnæis plectris Il. 2. v. 498.

Οἵθ' Ὑρίην ἐνέμοντο, καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν,
Σχοινόν τε, Σκῶλόν τε, πολυκνήμην τ' Ἐτεωνὸν,
Θίσβην, Γραῖάντε, καὶ οὐρήεσσαν Μυκαλησσόν.

Quique Hyrien habitabant, & Aulida petrosam,
Schœnumque, Scolumque, jugosamque Eteonam,
Thespiam, Græamque, & latum Mycalessum.

Ubi Eustathius ita: Μυκαλησσὸς ἡ, μεσόγεια πόλις Βοιωτίας, κειμένη καὶ ὑπὸ Θουκυδίδη. Καλεῖται δ' ὅτως, ἢ ἀπὸ βοὸς ἐκεῖ γενομένης τῆς Γοργόνας μυκήσεως, ἢ ἀπὸ τῆς βοὸς ἥτις τὸν Σύριον Κάδμον, καὶ τὰς σὺν αὐτῷ παθηγήσατο εἰς Θήβας, ἐνταῦθα ἐμυκήσατο. i. e. *Mycalessus verò, est civitas mediterranea Bœotiæ, cujus meminit Thucydides; sic autem vocatur, vel quod illic Gorgones natæ mugierint, vel quod vacca quæ Syrium Cadmum & ejus socios duxit Thebas, illic mugierit.* Ejus quoque mentionem fecit Strabo lib. 9. Καὶ ὁ Μυκαλησσὸς δὲ κώμη τῆς Τανανρικῆς· κεῖται δὲ παρ' ὁδὸν Θηβαίων εἰς Χαλκίδα· κατέβη δὲ Βοιωτικῶς Μυκαλητίων. i. e. *Et Mycalessus pagus Tanagricæ; jacet verò juxta viam Thebanorum in urbem Chalcidem; vocant autem Bœotice Mycalettum.* Acerbissima clade in bello Peloponnesiaco penè extincta fuit. Thraces enim, ut posteris tradidit Thucydides libro supra citato ab Athenienſibus domum remissi, matutinis horis inopinato incursu captam diripuerunt, ac promiscuis cædibus exhauserunt, pueris etiam inaudita sævitia in ludo literario trucidatis; ex hoc tempore inquit Pausanias lib. 1. eversam semper permansisse.

81 Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας.] Secundo loco numerat Mycalessum, urbem Cariæ, ex Ephoro. Vide ne sit eadem quæ Μυκάλη, de qua suo loco egit. Autores enim, ut sæpissime monui in formandis oppidorum nominibus sunt valde liberi.

κὴν Μυκαλήσι@, ᾗ Μυκαλησία. [82] Ἔστι ᾗ ὄρ@ Μυκαλησσὸς, ἐναντίον Σάμε· Καὶ Μυκαλησσὶς, τὸ θηλυκόν. A

Gentile, Mycalesius, & Mycalesia. Est & mons Mycalessus è regione Sami. Et Mycalessis fœmineum.

ΜΥΚΗΝΑΙ [83], πόλις Πελοποννήσε. Ὅμηρ@,

Οἱ δ' Μυκλῆας εἶχον. —

B

MYCENÆ, urbs Peloponnesi, Homerus.

Qui verò Mycenas habitabant. —

Ἀπὸ Μυκλέως ᾗ Σπάρτων@, ᾗ Φορωνέως ἀδελφῆ· Ἢ ἀπὸ μύκητ@ ᾗ ξίφους, ὃ ἐφόρει Περσεύς, ἢ πεσόντ@ κῆ κέλσασιν Ἑρμῆ, τὴν πόλιν ἔκλισεν· Ἢ ἀπὸ ᾗ Μυκήσσης τὴν Ἰὼ, βοῦν ἐκεῖ γλωμύλλ@. Ὁ πολίτης Μυκηναῖ@, ᾗ θηλυκὸν Μκλὶς, ᾗ Μυκλικός.

A Mycenæo Spartonis filio, Phoronei fratre. Vel ἀπὸ μύκητ@, &c. i. e. *à capulo gladii*, quem Perseus gestabat, quo labente jussu Mercurii urbem condidit. Vel ἀπὸ, &c. h. e. *quod Io illic bos facta mugitum ediderit.* Civis, Mycenæus, & fœmin. Mycenis, & Myceneus. C

ΜΥΚΟΙ [85], ἔθν@· Περὶ ᾧ Ἑκαταῖ@ ἐν Ἀσίᾳ. Ἐκ Μυκῶν εἰς Ἀραξινόν πο|ε.

MYCI, populi, de quibus Hecatæ. In Asia. *Ex Mycis in Araxinum aliquando.*

ΜΥΚΟΝΟΣ [86], μία τ Κυκλάδων, ἀπὸ Μυκόνε ᾗ Αἰνείε, ᾗ Καρήσσ ᾗ Ῥυοῦς τ Ζάρηκ@· Θουκυδίδης τρίτῃ, καὶ Στράβων τρίτῃ. Μύκην@ δ' ἐστὶν ἐφ' ᾗ μυθεύουσι κεῖσθαι τ γιγάντων τὰς ὑγιεινοτάτας, ὑφ' Ἡρακλέους καταλυθέντας. Ἀφ' ὧν ἡ παροιμία, Πάντα ἐπὶ μίαν Μύκηνον· ἀπὶ τ ἐπὶ μίαν γραφὴν ἀγαγόντων τὰ διηρημένα τῇ φύσει. Καὶ τὰς φαλακρὰς δέ τινες Μυκηνίας καλοῦσιν, ἀπὸ ᾗ τὸ πάθ@ τοῦτο ἐπιχωριάζειν τῇ νήσῳ. Ὁ νησιώτης, Μυκήνι@. D E

MYCONUS, una Cycladum à Myconо filio Aeneæ, filii Caristi, & Rhyûs filiæ Zarecis, Thucydides libro tertio. Et Strabo lib. 3. *Myconus verò est, in qua jacere fabulantur Gigantum robustissimos ab Hercule interfectos: à quibus paræmia*, Πάντα, *&c.* h. e. *omnia sub unam Myconum, de eis, qui res natura divisas, sub unam picturam ducunt*, Calvos *etiam aliqui* Myconios *vocant, quod morbus hic peculiaris in hac insula sit.* Insularis, Myconius.

ΜΥΛΑΙ [87], πόλις Σικελίας· Ἑκαταῖος Εὐρώ- F

MYLÆ, urbs Siciliæ. Hecatæ. Europa. Civis,

82 Ἔστι ᾗ ὄρ@, &c.] Inquit etiam Mycalessum esse montem è regione Sami, ac cum in Μυκάλῃ dixerit, Mycalem esse montem, qui jacet eodem loco, nullus dubito eundem fuisse.

83 Μυκῆναι, πόλις Πελοποννήσε.] Hujusmodi oppidorum nomina utroque numero inveniuntur, ut Thebæ, arum, vel Thebe, es, sic Mycenæ, & Mycene, fuere verò Mycenæ Peloponnesi urbs celeberrima, patria Agamemnonis, quare Virgilius eas vocat *Agamemnonias* Æneid. lib. 6. v. 838.

Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas.

Memorantur etiam Poëtarum parenti Il. 2. v. 569. ubi legitur hemistichium illud, cujus integer versus est:

Οἱ δ' Μυκήνας εἶχον εὐκτίμενον πτολίεθρον.

Qui verò Mycenas habebant bene-habitatam urbem.

Eas condidisse Perseum referunt Strabo lib. 8. Pausanias libro 2. quarum equos celebrat Andinus vates Georgic. libro 3. v. 121.

Et patriam Epirum referat, fortesque Mycenas
Neptunique ipsa deducat origine gentem.

Loquitur Virgilius de equis, qui in pretio habebantur, ac inter Græcos præcipui Argis & Mycenis educabantur. Horatius Carminum lib. 1. Od. 7.

Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenas.

84 Ἢ ἀπὸ μύκητ@ ᾗ ξίφους, &c.] Agit de diversis etymologiis urbis Mycenarum, inter quas una est, sic dictam fuisse ἀπὸ μύκητ@ ᾗ ξίφους, &c. i. e. *à capulo ensis, quem gerebat Perseus.* Pausanias libro secundo sic dictam ait ἀπὸ ᾗ μύκητ@ significante *boletum.* Utrumque enim id nominis significat & *capulum ensis* & *boletum.* Non inficetè Nero, (varietas legentium fastidio medetur) autore Dione lib. LX, & Suet. in Nerone *boletos* Deorum *cibum* esse dicebat, quoniam Claudius imperator *boleti esu* Deus esset factus. Agrippina enim Neronis mater Claudii uxor medicatum boletum ipsi Claudio avidissimo ciborum talium obtulit, ex quo mortuus fuit. Unde Martialis more suo Epigram. libro 1. Epigram 21. ait:

Quid dignum tanto tibi ventre gulaque precabor?
Boletum, qualem Claudius edit, edes.

Strabo lib. 8. autor est, sua ætate Mycenas jam non superesse.

85 Μυκῆ, ἔθν@.] Myci, gens ex Hecatæi Asia memorantur, quorum etiam meminit Herodotus lib. 7. c. 68. inter eos, qui Xerxem in expeditione adversus Græciam sequebantur: Τελέων ᾗ ἦρχον οἵδε· Οὐπίων μὲν κῆ Μύκων, Ἀρσαμένης ὁ Δαρείε, Παεικανίων δὲ Σιρομίτρης ὁ Οἰόβαζος. i. e. *His verò præerant hi: Utiis quidem & Mycis Arsamenes Darii filius, Paricaniis autem Siromitres.*

86 Μύκην@, μία τ Κυκλάδων.] Myconus, una Cycladum ex Thucydidis & Strabonis lib. 3. Apud Strabonem verò lib. 10. non lib. 3. ut inquit noster, leguntur illa verba, at pro μυθεύουσι, ὑγιεινοτάτας, διηρημένα, quæ habet noster, apud Strabonem legitur, μυθεύεσι, ὑγιαινούσας, διηρτημένα. De Myconiorum verò calvitio legendus Plinius lib. 11. c. 37. Hæc insula erat adeò ignobilis atque Gyaros, & Seriphos. Quare Statius Achill. 1. dixit:

——— *Placet ire per altas*
Cycladas, hinc spretæ Myconos, humilisque Seriphos.

Eruditissimus Poëtarum Æneid. lib. 3. v. 76. eam vocat *celsam*:

Quam prius Arcitenens oras & littora circum
Errantem, Mycone celsa, Gyaroque revinxit.

Ego reor eam vocasse *celsam* propter montem Dimastum, quem in hac insula celebrat Plinius lib. 4. c. 12. Incolarum pauperiem loquuntur adagia *Myconius conviva, Myconiorum more.* Tamquam pauperes enim alienæ cœnæ inhiabant.

87 Μυλαὶ, πόλις Σικελίας.] Mylæ, arum, urbs Siciliæ, quæ etiam Myle singulari num. dicitur, fuit urbs maritima, adhuc hodie corrupti nominis cineres servat. Vulgo enim dicitur *Milazzo*, sita in peninsula quadam cognomine, quæ vulgò *Capo di Milazzo* vocatur, autore Cluverio Sicil. Antiquæ lib. 2. c. 5. A Zanclæis condita creditur, teste Strabone lib. 7. Urbi & peninsulæ de fluvii Mylæ nomine nomen inditum fuisse propius est vero; portum non satis navibus fidum habuisse inquit Sil. Italicus lib. 14.

Et justi quondam portus, nunc littore solo
Subsidium infidum fugientibus æquora, Myle.

Sex. Pompeius ea usus est in bello adversus Augustum, cujus victoriâ hæc civitas magis inclaruit. Inter Mylas enim & Naulochum accidisse memoriæ prodidit Suetonius in vi-

Εὐρώπη. Ὁ πολίτης Μυλαΐτης, ὡς τὸ Θηβῶν Θηβαΐτης, Ἀθλῶν Ἀθλωαΐτης. Εἰσὶ γὰρ οἱ ἔτω λέγουσι· [88] Καὶ τὸ θηλυκὸν Μυλαΐτης. [89] Εἰσὶ δὲ Μυλαὶ ἡ Θετταλίας, [90] ἧς τὸ ἐθνικὸν Μυλαῖος. A Civis, Mylaïtes, ut Thebarum, Thebaïtes; Athenarum, Athenaïtes. Sunt enim, qui sic dicunt. Et fœm. Mylaïtis. Sunt etiam Mylæ, Theſſaliæ, cujus gentile, Mylæus.

ΜΥΛΑΚΕΣ [91], ἔθνος Ἠπειρωτικόν. B

Λυκόφρων,

Κραθὶς δ' γείτων, ἠδὲ Μυλάκων ὄροι.

MYLACES, gens Epirotica, Lycophro.

Crathis verò vicinus, & Mylacum limitibus.

ΜΥΛΑΝΤΙΑ [92], ἄκρα ἐν Καμίρῳ τῆς Ῥόδου. Μυλάντιοι θεοί. [93] Ἀπὸ Μύλαντος ἀμφότερα, δ' ἡ * πρώτως εὑρόντος ἐν τῷ βίῳ τὴν μύλην χρῆσιν. C

MYLANTIA, promontorium in Camiro Rhodi. Unde Mylantii Dii. A Mylante utrumque ..... *qui primus invenit molæ usum.*

ΜΥΛΑΣΑ [94], πόλις Καρίας ἀπὸ Μυλάσσου τοῦ Χρυσάορος, τοῦ Γλαύκου, τοῦ Σισύφου, τοῦ Αἰόλου. Λέγεται καὶ Μύλας, ὡς Αἰσχύλος ἐν Καρσίν, ἢ Εὐρώπῃ. [95] Τὸ ἐθνικόν, Μυλασσεύς. Οὕτω γὰρ ἀναγράφουσι πολλοί, ὡς Μένανδρος καὶ Ψευδομύρων. D

MYLASSA, urbs Cariæ, à Mylasso filio Chrysaoris, filii Glauci, filii Sisyphi, filii Aeoli. Dicitur etiam Mylas, ut Æschylus in Caribus, vel Europa. Gentile, Mylasæus. Sic enim scribunt multi, ut Menander contra mendaces.

ΜΥΛΙΣΙΝ, ἔθνος Φρυγίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

MYLISIN, gens Phrygiæ, Hecatæ. Asia.

ΜΥΛΩΝ [96], πόλις Αἰγύπτου. Ἑκαταῖος. Ὁ πολίτης, Μυλοπολίτης. E

MYLON, urbs Ægypti. Hecatæ. Civis, Mylopolites.

ΜΥΝ-

ta Augusti: *Pompeium inter Mylas & Naulochum superavit: sub horam pugnæ, tam arctò repente somno devinctus, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur.* Circa ejus litora fimo quiddam simile mare proferebat, non sine calore fœdo, unde illic stabulari solis boves fabulabantur, ut posteris tradiderunt Seneca Natural. Quæstionum lib. 3. c. 26. Plinius lib. 2. c. 98. hujus sunt verba: *Omnia plenilunio maria purgantur, quædam & stato tempore, circa Messanam & Mylas fimo similia exspuuntur in litus purgamenta: unde fabulâ solis boves ibi stabulari.* Idem Plinius lib. 31. c. 4. inquit, circa Messanam & Mylas hyeme in totum inarescere fontes: æstate exundare amnemque facere; ubi adhuc ætate Fazelli puteus ejusdem naturæ erat, ut ipse refert Decad. 1. libro 8. c. 8.

88 Καὶ τὸ θηλυκὸν Μυλαΐτης.] Lege Μυλαΐτης. Error seu librarii, seu typographi rationibus referendus.

89 Εἰσὶ δὲ Μυλαὶ ἡ Θετταλίας.] Mylæ, oppidum Theſſaliæ fuit munitissimum, ut apparet ex Liv. lib. 42. c. 54. *Mylæ proximum oppidum, ita munitum, ut inexsuperabilis munimenti spes incolas ferociores faceret: non portas claudere regi satis habuerunt, sed probris quoque in ipsum Macedonasque procacibus jaculati sunt. Quæ res cum infestiorem hostem ad oppugnandum fecisset, ipsos desperatione veniæ ad tuendos sese acrius accendit. Itaque per triduum ingentibus utrimque animis & oppugnatæ sunt & defensæ.* Paululum infra captam ac direptam fuisse urbem inquit libera quoque corpora, quæ cædibus superfuerunt, venundata, diruto magna ex parte & incenso oppido.

90 Ἧς τὸ ἐθνικὸν Μυλαῖος.] Gentile Mylarum urbis Theſſaliæ inquit esse Μυλαῖος. Et Mylarum Siciliæ Μυλαίτης. Sed pace Stephani dixerim, id non observari, utrumque gentile de utraque potest dici. Ita Diodorus Siculus Mylarum Siciliæ oppidanos lib. 12. *Mylæos* vocat.

91 Μύλακες, ἔθνος Ἠπειρωτικόν.] Mylaces, gens Epirotica, ex Lycophrone cujus affert versiculum, ex quo non apparet Mylaces fuisse gentem Epiroticam. Lycophronis Scholiasta ad versum citatum inquit fuisse gentem Illyricam. Ac quia mens Lycophronis accipi non potest illo versiculo; alterum etiam apponam, quo sensus est completus, ac etiam quia aliter legitur & scribitur apud Lycophronem.

Κραθὶς δ' γείτων, ἠδὲ Μυλάκων ὄροις
Χῶρος συοσίκης δέξεται Κόλχων Πόλας,
Crathis verò vicinus & Mylacum finibus
Ager accolas excipiet Colchorum Polis.

92 Μυλαντία, ἄκρα ἐν Καμίρῳ τῆς Ῥόδου.] Pro ἐν Καμίρῳ lege ἐν Καμείρῳ. Camirus enim erat mons Rhodi, cujus meminit Strabo lib. 14. at Mylantia, promontorium à nemine, quod sciam, memoratur, neque illi Mylantii Dii qui inibi colebantur.

93 Ἀπὸ Μύλαντος ἀμφότερα, δ' ἡ * πρώτως ἐν τῷ βίῳ, &c. Si his verbis non appositus fuisset asteriscus ille, nemo omnium suspicaretur aliquid deficere. Namque sensus optime & sine interruptione capitur, cæterum, noster vocat *Mylantem*, Pausanias libro tertio *Myletem*, quem omnium primum invenisse molam, & fruges molere docuisse refert, cum id reliqui autores Cereri tribuant, eapropter Deæ judicatæ. Pro omnibus unus sufficit Plinius, cujus ex lib. 7. c. 56. sunt quæ sequuntur: *Ceres frumenta* [invenit] *cum antea glande vescerentur, eadem molere, & panem conficere in Attica, Italia, & Sicilia: ob id Deæ judicata.*

94 Μύλασα, πόλις Καρίας.] Mylasa, urbs Cariæ, apud Strabonem per duplex *s* scribitur, & neut. plur. usurpatur: Τὰ δὲ Μύλασα εἰδυλία ἐν πεδίῳ σφόδρα εὐδαίμονι. Τὸ περιείλημμα δὲ κορυφοῦται ὄρος αὐτοῦ λευκοῦ λίθου κάλλιστον ἔχον. Τοῦτο μὲν οὖν ὄφελός ἐστιν ἐμικρὸν τοῖς λιθίοις πρὸς τὰς οἰκοδομίας ἄφθονον, καὶ ἐγγύθεν ἔχον, καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς τῶν ἱερῶν, καὶ τἄλλων τῶν δημοσίων ἔργων κατασκευάς. Καὶ γάρ τοι σοαῖς τε, καὶ ναοῖς εἴπερ ἄλλη κεκόσμηται παγκάλως. i. e. *Mylasa in planicie jacent admodum opulenta, ejus verò vertici imminet mons, unde albus lapis optimus abunde exscinditur; neque exiguum est hoc emolumentum, lapidum suppeditare copiam amplam, idque de propinquo, ad ædificia & substructiones, maxime templorum aliorumque publicorum operum; namque ut ulla alia, hæc urbs porticibus & templis est pulcherrimè ornata.* Memoratur etiam Herodoto lib. 5. c. 121. Ptolemæo lib. 1. c. 2. è nostris Plinio libro 5. c. 29.

95 Τὸ ἐθνικὸν, Μυλασσεύς.] Gentile Mylasorum, urbis Cariæ dicitur Mylasæus, cujus oppidani inclaruerunt Epistolis Ciceronis ad familiares lib. 13. epistola 56. *Mylasei & Alabandeis pecuniam Cluvio debent. Dixerat mihi Euthidemus, cum Ephesi essem, se curaturum, ut ecdici Mylasii Romam mitterentur, id factum non est: legatos audio missos esse, sed malo ecdicos, ut aliquid confici possit.* Formâ in ensis utitur Liv. lib. 44. c. 25. *Missa igitur juventute propere ad Caunios, quamquam Cybiratarum adsciverant auxilia, coëgerunt imperio parere: & Mylassenses Alabandenosque qui Euromensium provincia adempta, ad ipsos conjuncto exercitu venerunt, circa Orthosium acie vicerunt.*

96 Μύλων, πόλις Αἰγύπτου.] Mylon, onis, urbs Ægypti ex Hecatæi Asia, cujus etiam fit mentio apud Athenæum lib. 8. in quibusdam carminibus Machonis comici Poëtæ.

97 Μύ-

ΜΥ΄ΝΔΟΣ[97], πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. [98] Ἔστι καὶ πόλις Καρίας ἄλλη παλαιὰ Μύνδος, ἧς τὸ ἐθνικὸν Μύνδιος, καὶ Μυνδία. Ἀπολλώνιος καὶ Ζηνόδοτος, Μύνδιοι γραμματικοί. A

MYNDUS, urbs Cariæ. Hecatæus. Asia. Est etiam urbs alia antiqua Cariæ Myndus, cujus gentile, Myndius, & Myndia. Apollonius, & Zeno, Myndii grammatici.

ΜΥ΄ΝΔΟΝΕΣ, ἔθνος Λιβύης. Ἔφορος εἰκοστῷ ὀγδόῳ· Μύνδονες ὑπερδυγνωμόπαλοι, δοκοῦσιν εἶναι πολυσιώπαλοι τὸν βίον. B

MYNDONES, gens Libyæ. Ephorus lib. 28. *Myndones æquissimi: videntur esse ditissimi omnium victu.*

ΜΥΟΝΙ΄Α[99], πόλις Φωκίδος· Παυσανίας ἐν. [1] Οἱ πολῖται, Μύονες. Θουκυδίδης Μυονέας αὐτοὺς φησι. C

MYONIA, urbs Phocidis. Pausanias lib. 10. Cives, Myones. Thucydides *Myoneas* eos vocat.

ΜΥΟ΄ΝΗΣΟΣ[2], πόλις μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἀρτεμίδωρος δὲ χωρίον αὐτὴν φησιν. [3] Ὁ νησιώτης, Μυονήσιος. D

MYONESUS, urbs inter Teon, & Lebedum. Hecatæus. Asia. Artemid. verò *regionem* eam vocat. Insularis, Myonesius.

ΜΥΟΥ΄Σ[4], πόλις Ἰωνίας ὡς Φίλων καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν. Στράβων ιϐ΄, ἡ πρὸς Μαγνησίαν καὶ Μυάνδα. Τὸ ἐθνικὸν, Μυάσιος.

MYUS, urbs Ioniæ, ut Philo, & Apollodor. Chronico. primo. Strabo lib. 12. *Quæ prope Magnesiam, & Myuntem.* Gentile, Myusius.

ΜΥ΄-

MY-

97 Μύνδος, πόλις Καρίας, &c.] Myndus, urbs Cariæ celebratur ex Hecatæo, autore deperdito, cujus locum supplebit Strabo, qui de hac urbe lib. 14. ita loquitur: Ἐν τῇ παραλίᾳ τὴν ἠπειρον τὴν τῶν Μυνδίων, Ἀσπάλαια ἐστιν ἄκρα, καὶ Ζεφύριον· εἶτ' ἐξῆς ἡ Μύνδος λιμένα ἔχουσα· καὶ μετὰ ταύτην Βαργυλία, καὶ αὕτη πόλις. i. e. *In ora continentis juxta Myndiam regionem, Aspalæa est promontorium, & Zephyrium; deindè ipsa Myndus cum portu; ac mox Bargylia, hæc quoque urbs.* Fuisse Trœzenis coloniam posteris tradidit Pausanias lib. 2. Πολλοῖς δὲ ἕπεσιν ὕστερον, ἐς ἀποικίαν ὑπὸ Τροιζηνίων στελλῆναι, Ἁλικαρνασσὸν ἐν τῇ Καρίᾳ, καὶ Μύνδον ἀπῳκισαι οἱ γενόμενοι ἀπ' Αἴθρας θυγατρὸς Ἄτλαντος. i. e. *Multis verò post annis, qui ab Æthræ filio originem ducebant Trœzene in coloniam missi Halicarnassum in Caria, & Myndum condidèrunt.* Memoratur quoque Scylaci Caryandensi in Καρίᾳ. Sine dubio erat parva urbs, quandoquidem Diogenes Cynicus cum ad eam accederet, ac vidisset magnas portas, ac urbem parvam fertur dixisse, referente Diogene Laertio in ejus vita: Ἄνδρες Μύνδιοι κλείσατε τὰς πύλας, μὴ ἡ πόλις ὑμῶν ἐξέλθῃ. i. e. *Viri Myndii claudite portas, ne urbs vestra egrediatur.*

98 Ἔστι καὶ πόλις Καρίας ἄλλη παλαιὰ Μύνδος.] Cum prius memoraverit Myndum, urbem Cariæ, nunc memorat veterem ejusdem Cariæ Myndum, quæ Παλαιὰ Μύνδος, i. e. *Vetus Myndus* dicebatur; utrasque celebrat Plinius lib 5. c. 29. *Inde Myndus & ubi fuit Palæmyndus, Nariandus, Neapolis, Cariandæ, Termera libera, Bargyla, & à quo sinus Iasius, oppidum Iasus.*

99 Μυονία, πόλις Φωκίδος.] Myonia, urbs Phocidis ex Pausaniæ lib. 10. cujus sunt verba: Τῶν δὲ Λοκρῶν τοσαῖδε ἄλλαι πόλεις εἰσὶν ὑπὲρ μὲν τὴν Ἀμφισσαν πρὸς ἤπειρον, Μυονία, σταδίους ἀπὸ μάλιστα τριάκοντα Ἀμφίσσης· Οὗτοι καὶ τῷ Διὶ τῷ Ὀλυμπίῳ οἱ ἀκρόθινες εἰσὶ Μυονεῖς τῶν ἀσπίδων, κεῖται δὲ πόλισμα ἐπὶ ὑψηλῷ, καὶ σφίσιν ἄλσος καὶ βωμὸς Θεῶν Μειλιχίων ἐστί. i. e. *Horum Locrorum aliæ sunt urbes, superiore quam Amphissa loco, ad Epirum est Myonia, abest ab Amphissa stadia XXX. Hi Myoneis clypeum Jovi in* [civitate] *Olympia dedicarunt, jacet autem oppidum præcelso loco, apud quos lucus & ara est Deorum Milichiorum.* Hæc eadem urbs, autori nostro dicitur paulo infra Μύων, cujus oppidanos inquit ex Thucydidis lib. 3. vocari Μυονέας, ut & Myoniæ, & utrobique advocat eundem Thucydidem, eapropter nullus dubito eandem esse urbem.

1 Οἱ πολῖται, Μύονες. Θουκυδίδης Μυονέας.] Et Thucydides & Pausanias oppidanos Myoniæ vocant Μυονέας. Pausaniæ testimonium appositi nota proximè præcedenti. Thucydidis est quod sequitur, ex ejus lib. 3. Ξυνέπραξαν δὲ μάλιστα αὐτῷ τῶν Λοκρῶν Ἀμφισσεῖς. Διὸ τοῖς Φωκέων ἔχθιστοι δηλότατοι. Καὶ αὐτοὶ παρῆσαν δέκα ἡμέρας, καὶ τὰς ἄλλας ἔπεισαν δῆωσαι, φοβούμενοι τὸ ἐπίοντα στράτῳ· παρῆσαν μὲν οὖν τὰς ὁμόρους αὐτοῖς Μυονέας (ταύτην γὰρ δυστοδολώτατοι ἡ Λοκρίς) ἔπειθε Γραίας, καὶ Μεσσαπίους, &c. i. e. *Amphissenses autem omnium Locrorum maxime eum adjuvabant, ob Phocensium odium timentes, & ipsi primùm dederunt obsides & alios, ut darent, induxerunt, qui hostilis exercitus adventum metuebant, primum igitur finitimos sibi Myonenses (hac enim Locris aditum habet difficilimum) deinde Ipnenses & Messapios, &c.*

2 Μυόνησος, πόλις μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου.] Myonesus, urbs inter Teon & Lebedum. Sunt verba desumpta ex Strabonis lib. 14. Ἐν Τέῳ δ' ἄκρον πρότερον τῆς ἐφεξῆς πόλεως τῶν Ἰώνων· ἐμπεσούσης δ' στάσεως, εἰς Ἔφεσον κατέφυγον. Ἀτταλος δὲ εἰς Μυόννησον αὐτοὺς κατῳκισκὼς μεταξὺ Τέω καὶ Λέσβου, πρεσβευσαμένων Τηΐων, διώμοσαν Ῥωμαίων μὴ προσιδεῖν ἐπιχειροῦντα σφίσι τὴν Μυόννησον. i. e. *In urbe verò Teo habitabant antea, proxima deinceps Ionum; sed cum incidisset seditio, Ephesum confugerunt; cumque Attalus eos Myonnesum traduxisset inter Teon & Lesbum* [Lebedum,] *missis legatis Teii à Romanis petiverunt, ne contra se paterentur muro circumdari Myonnesum.* Ac paulo infra: Καὶ ἡ Μυόννησος ἐφ' ὑψηλοῦ χερρονησαίου κατοικίσθη. καὶ ἡ Τέως ἐπὶ χερρονήσου ἰδρυμένη. i. e. *Et Myonnesus in excelso loco peninsulam referente habitatur. Et Teos quoque sita est in peninsula.*

3 Ὁ νησιώτης, Μυονήσιος.] Procul dubio aliquid his deest, quoniam loquitur de insulari, quin de insula loquutus fuerit, ratio clamat addendum esse: Ἔστι καὶ νῆσος, &c. i. e. *Est & insula, cujus insularis, Myonesius.* Namque Myonesus fuit etiam insula parva prope Thessaliam, autore Strabone lib. 9. Εἶτα Μυόννησος νησίδιον. i. e. *Deinceps Myonnesus insula parva.* Quare si in verbis Artemidori præcedentibus apud Stephanum pro χωρίον legeris νησίδιον, salva res erit, nihil opus est addi.

4 Μυοῦς, πόλις Ἰωνίας.] Myûs, untis, urbs Ioniæ, una ex duodecim Ionum, quam in opsonium Xerxes Themistocli dedit, autore Strabone lib 14. Ἀναπλεύσαντι δ' ἐπὶ τὴν ἠπειρωτικὴν σκάφεσι περίπλους σταδίους, πόλις Μυοῦς, μετὰ τὴν Γαῖδων τὴν δωδεκάτην, ἣ νῦν δὲ ὀλιγανδρίαν Μιλησίοις συμπεπόλισται· ταύτην ὄψον λέγειν Θεμιστοκλέα δόναι Ξέρξῃ, ἄρτον δὲ Μαγνησίαν, οἶνον δὲ Λάμψακον. i. e. *Navigranti adversò fluvio, scaphis ad ministeria paratis, triginta stadia occurrit urbs Myûs, una de duodecim Ionicis urbibus, quæ nunc ob defectum virorum Mileto est adjuncta, hanc pro opsonio Xerxes Themistocli fertur dedisse, pro pane Magnesiam, pro vino Lampsacum.* Idem autor lib. citato prodidit ejus conditorem fuisse Cydrelum Codri filium spurium: Κυδρήλου δὲ τοῦ νόθου υἱὸς Κόδρου Μυοῦντα κλίσαι. i. e. *Cydrelus verò nothus filius Codri Myuntem condit.* Ex Strabone corrigendus est Pausanias apud quem lib. 7. hæc leguntur: Οἰκίσαι δὲ Μυοῦντα μὲν Κυάρητα ἐγχωρίου Κόδρου. i. e. *Conditores verò Myuntis quidem Cyaretus fuit Codri filius* pro οἰκίσαι & Κυάρητα lege οἰκίσης & Κυδρήλου. Apud Stephanum etiam pro Στράβων ιϐ΄. lege Στράβων ιδ΄. Libro enim decimo quarto, non duodecimo meminit Strabo Myuntis urbis.

ΜΥ΄ΡΩΝ [5], πόλις Λυκίας, ἀπὸ Μύρα, ἢ ἀπὸ Μύρωνος, ἢ ἀπὸ Μύρος ποταμοῦ παραρρέοντος. Ἄμεινον ἡ τὸ πρῶτον. Λέγεται καὶ ῥηλυκὸν καὶ ἀδέτερον. Τὸ ἐθνικὸν, Μυρεύς. A

MYRON, urbs Lyciæ, à Myra, vel à Myrone, vel à Myro fluvio juxta fluente. Melius verò est primum. Dicitur etiam in fœm. & neut. genere. Gentile, Myreus.

ΜΥΡΓΕΤΑΙ, ἔθνος Σκυθικόν. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἐν ποσὶ τῶν Ἡρωδιανοῦ γράφεται κακῶς. B

MYRGETÆ, gens Scythica. Hecatæus Europa. In aliquibus Herodiani locis perperam scribitur.

ΜΥΡΙΚΗ [6], νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς.

MYRICE, insula in mari rubro. Marcianus in ejus Periplo.

ΜΥΡΙΑΝΔΡΟΣ [7], πόλις Συρίας, πρὸς τῇ Φοινίκῃ. Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ ἀναβάσεως. Τὸ κῆπικὸν, Μυριανδρικὸς κόλπος. C

MYRIANDRUS, urbs Syriæ propè Phœniciam. Xenoph. primo Anabaseos. Possessiv. Myriandricus sinus.

ΜΥΡΙΚΟΥΣ, πόλις καταντικρὺ Τενέδου καὶ Λέσβου, τῆς Τροίας. [8] Ἑκαταῖος, Εἰς Μυρικόεντα τῆς Τρωϊκῆς. Οἱ πολῖται, Μυρικόσιοι.

MYRICUS, urbs è regione Tenedi, & Lesbi, Troiæ. Hecatæus. *Ad Myricuntem Troicæ.* Cives, Myricusii.

ΜΥ΄ΡΙΝΑ [9], πόλις ἐν Λήμνῳ. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [10] Ἔστι καὶ τῆς Αἰολίδος ἄλλη. [11] Ἀπὸ Μυρίνης ἀμφότεραι, ἢ ἀπὸ Μυρίνου. Τὸ ἐθνικὸν, Μυρινατῖος. Μυρινάτις ἡ, ὅτι τῆς χώρας. Καὶ ἀδελφερῶς, Μυρινάτιον. D

MYRINA, urbs in Lemno. Hecatæus. Europa. Est etiam Æolidis alia, utraque à Myrina, vel à Myrino. Gentile, Myrinæus. Myrinæa verò dicitur de regione. Dicitur etiam neutrum, Myrinæum.

ΜΥ΄ΡΚΙΝΝΟΣ [12], τόπος καὶ πόλις κληθεῖσα ἀπὸ τοῦ Στρύμονι ποταμῷ. Τὸ ἐθνικὸν Μυρκίννιος, καὶ Μυρκιννία. Παρθένιος ἡ Μυρκιννίαν αὐτὴν φησι. E

MYRCINNUS, locus, & urbs juxta Strymonem fluvium condita. Gentile, Myrcinnius, & Myrcinnia. Parthenius verò *Myrcinniam* eam vocat.

ΜΥ΄ΡΛΕΙΑ [13], πόλις Βιθυνίας, ἣν νῦν λεγομένη Ἀπάμεια, ἀπὸ Μύρλα τοῦ Κολοφωνίων ἡγεμόνος. [14] Νικομήδης ὁ Ἐπιφανὴς, Προύσιος ὁ υἱὸς, ἀπὸ τῆς μητρὸς Ἀπάμας Ἀπάμειαν ὠνόμασεν. Οἱ ὁ, ἀπὸ Μυρλείας Ἀμαζόνος. F

MYRLEA, urbs Bithyniæ, quæ nunc *Apamia* dicitur, à Myrlo Colophoniorum duce. Nicomedes verò Epiphanes Prusiæ regis filius à matre Apama *Apamiam* nominavit, alii autem ab Amazone *Myrlea*. Civis, Myrleanus,

5 Μύρων, πόλις Λυκίας.] Myron, onis, urbs Lyciæ. Ptolemæo lib. 5. c. 3. Μύρα dicitur, eodem modo Actuum Apostol. c. 27. v. 6. ubi neutro plur. usurpatur.

6 Μυρίκη, νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Myrice, insula in mari rubro ex Marciani Periplo, at in Marciani Periplo, quem beneficio Davidis Hœschelii habet Respublica literaria, nihil tale extat. Ptolemæo lib. 4. c. 8. numeratur inter insulas juxta Æthiopiam, quæ sub Ægypto, in Arabico sinu.

7 Μυριανδρος, πόλις Συρίας, &c.] Myriandrus, urbs Syriæ prope Phœniciam, ex Xenophontis Anabaseos libro primo, apud quem hæc leguntur: Ἐνταῦθεν ἐξελαύνει διὰ Συρίας σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας πέντε, εἰς Μυριανδρον πόλιν οἰκουμένην ὑπὸ Φοινίκων ἐν τῇ θαλάττῃ, ἐμπόριον δ' ἦν τὸ χωρίον, καὶ ὥρμουν αὐτόθι ὁλκάδες πολλαί. i. e. *Inde per Syriam unius diei itinere, quinque parasangas confecit Myriandrum usque, urbem à Phœnicibus habitatam ad maris oras, emporium autem erat, & inibi multæ holcades stationem habebant.* At ex Xenophontis verbis non evincitur fuisse urbem Syriæ, ut inquit noster, sed ex Ptolemæo lib. 5. c. 15. Strabo eam dat Ciliciæ in Issico sinu. Sic enim ille lib. 14. Καὶ ὁ κόλπος εἰρηται Ἰσσικὸς· ἐν αὐτῷ δ' ἡ πόλις Γωσὸς, καὶ Μυριάνδρος ἑτέρα πόλις, &c. *Hinc sinui Issico nomen; in quo est urbs Rhosus, & Myriandrus alia urbs, &c.* Id frequenter assolet fieri in regionum confiniis. Memoratur è nostris Melæ lib. 1. c. 12. Plinio lib. 3. c. 108.

8 Ἑκαταῖος, Εἰς Μυρικόεντα, &c.] Lege Εἰς Μυρικοῦντα. A Myricûs enim aliter non potest dici, de qua urbe, nihil inveniebam effatu dignum. Cæterum Troia & Troice accipiuntur hoc in loco pro regione, quæ Latinis dicitur *Troas.*

9 Μύρινα, πόλις ἐν Λήμνῳ.] Myrina, urbs in Lemno. Lemnus insula duas tantum habebat civitates, alteram *Hephæstiam* nomine, alteram *Myrinam*, in hujus forum

solstitio Athos mons ejaculabatur umbram, teste Plinio lib. 4. c. 12. Memoratur inter alios Ptolemæo lib. 3. c. 13.

11 Ἔστι καὶ Αἰολίδος, &c.] Secundo loco celebrat Myrinam urbem Æolidis, cujus meminit Herodot. lib. 1. c. 149. Ptolemæus lib. 5. c. 2. quæ *Sebastopolim* sè vocabat, autore Plinio lib. 5. c. 30.

11 Ἀπὸ Μυρίνης ἀμφότεραι, &c.] Utrasque has urbes nempe Myrinam Lemni, & Myrinam Æolidis nomen sibi adoptasse inquit, vel à Myrina, vel à Myrino. Strabo lib. 13. à Myrina Amazonum una nomen Myrinæ impositum fuisse.

12 Μύρκινος, τόπος καὶ πόλις κληθεῖσα.] Myrcinus, locus & urbs condita ad Strymonem fluvium. Strymon verò erat amnis Thraciæ celebris, urbem autem memorat Herodotus lib. 5. c. 124. qui eam appellat *Myrcinum Hedonorum*, Thucydidi etiam lib. 4. dicitur *Myrcinus Hedonica.* Hedoni fuere populi ejusdem Thraciæ, de quibus in Ἡδωνοί.

13 Μύρλεια, πόλις Βιθυνίας, &c.] Myrlea, urbs Bithyniæ, sic dicta à Myrlo Colophoniorum duce, ideo *Myrlea Colophoniorum* vocabatur, referente Plinio lib. 5. c. 32. quam cum instaurasset Prusias Bithyniæ rex, de uxoris suæ nomine *Apameam* vocavit, autore Strabone lib. 12. Ἀναλαβὼν δ' ἐκεῖνος οὐκ ἴδιον οὐδὲν, ἐπωνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν Προυσιάδα πόλιν τὴν Κίον, τὴν δὲ Μύρλειαν Ἀπάμειαν ἀπὸ τῆς γυναικός· Οὕτως δ' ἐστὶν ὁ Προυσίας ὁ καὶ Λιτίσεων διξάμενος ἀναχωρήσαντα δοῦρο μὲν τὴν Λυδίαν ἡττῶν. i. e. *Ille verò e ruderibus instaurans has urbes à se Prusiada urbem Cium; Myrleam autem ab uxore* Apameam *denominavit. Hic verò est Prusias ille, qui Annibalem illuc fugientem post Antiochi cladem, recepit.*

14 Νικομήδης ὁ Ἐπιφανὴς, &c.] Noster tribuit Nicomedi Prusiæ filio, quod Strabo cujus verba apposuimus nota proximè præcedenti, Prusiæ Nicomedis patri.

15 Ὁπο-

ζόν. [15] Ὁ πολίτης, Μυρλεανὸς, ὡς Ἀσκληπιάδης Μυρλεανὸς ἀναγράφει. Στράβων δὲ Μυρλεάτην καλεῖ τὴν χώραν. Ἴσως ἀπὸ τούτου Μυρλεάτης ἐστὶ, καὶ Μυρλεανὸς κόλπος.

nus, ut Asclepiades Myrleanus scribitur. Strab. *Myrleatin* vocat regionem, fortasse ab hoc dicitur Myrleates, & Myrleanus sinus.

ΜΥΡΜΗΚΙΟΝ [16], πολίχνιον τῆς Ταυρικῆς· Στραβων ἑνδεκάτῃ. Ἡρωδιανὸς διὰ διφθόγγου γράφει, καὶ περισπᾷ. Τὸ ἐθνικὸν, ἐὰν μὲν διφθόγγου, Μυρμηκιεύς· εἰ δὲ διὰ τοῦ ι, Μυρμήκιος. Ἀρτεμίδωρος δὲ Μυρμηκίαν αὐτὸν φησι.

MYRMECIUM, oppidulum Tauricæ. Strab. lib. 11. Herodianus per diphthongum scribit, & cum accentu circumflexo in penultima. Gentile, si per diphthongum, Myrmecieus; si per *jota*, Myrmecius. Artemidor. verò *Myrmeciam* eam vocat.

ΜΥΡΜΙΔΟΝΙΑ [17], χώρα τῶν Μυρμιδόνων· οὕτω καὶ ἡ Αἴγινα ἐκλήθη.

MYRMIDONIA, regio Myrmidonum. Sic enim *Ægina* vocata fuit.

ΜΥΡΜΙΣΣΟΣ [18], πόλις περὶ Λάμψακον, ὡς Πολέμων. Τὸ ἐθνικὸν, Μυρμίσσιος.

MYRMISSUS, urbs circa Lampsacum, ut Polemo. Gentile, Myrmissius.

ΜΥΡΡΙΝΟΥΣ [19], δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Μυρρινούσιος. Τὰ τοπικὰ, Μυρρινοῦθεν, Μυρρινοῦδε, Μυρρινοῦσι. Διονύσιος δὲ ὁ Τρύφωνος Μυρρινοῦντα φησιν. Ὁ δημότης, ὁ Μυρρινούσιος, διὰ δύο ρ.

MYRRHINUS, populus Pandionidis tribus. Popularis, Myrinusius. Localia, ex-Myrinunte, in-Myrinuntem, in-Myrinunte. Dionysius Tryphonis Myrinunta inquit. Popularis, ex Myrinutte, per duplex *t t*.

ΜΥΡΣΙΝΟΣ [20], πόλις Ἠλιδος.

— Καὶ Μύρσινος ἐχαλέσσατο.

MYRSINUS, urbs Elidis.

— *Et Myrsinus extrema.*

[21] Ὕστερον δὲ Μυρτούντιον ἐκλήθη. Τὸ ἐθνικὸν, Μυρτούσιος.

Postea verò Myrtuntium vocata fuit. Gentile, invenitur Myrtusius.

ΜΥΡΤΟΥΣΣΑ [22], ὄρος Λιβύης. Οἱ οἰκήτωρ Μυρτόσσαιος, καὶ Μυρτόσσιος.

MYRTUSSA, mons Libyæ. Incola, Myrtusæus, & Myrtussius.

ΜΥΡΩΝΟΣ [23], νῆσος τῆς Ἀραβικῆς κόλπου. Τὸ ἐθνικὸν Μυρωνονησίτης, ἢ Μυρωνονησαῖος.

MYRONIS, insula Arabici sinus. Gentile, Myrononesites, vel Myrononesæus.

MY-

15 Ὁ πολίτης, Μυρλεανός.] Oppidanus Myrleæ, urbis Bithyniæ dicitur *Myrleanus*, ac sic cognominatus est *Asclepiades*, ut inquit autor noster, quem in Turditania Hispaniæ regione docuisse grammaticam autor est Strabo lib. 3. Alium Asclepiadem memorat noster in Νικαια, de quibus in nostro commentariolo suo loco agemus.

16 Μυρμήκιον, πολίχνιον τῆς Ταυρικῆς.] Myrmecium, oppidulum Tauricæ ex Strabonis lib. 11. cujus sunt verba: Ἐν ταύτῃ δ' ἐστὶν ὁ στενώτατος πορθμὸς ἑπτὰ μὲν καὶ εἴκοσι σταδίων, ὅσον εἴκοσι σταδίων, ἢ καὶ πλείονων, ἔχων ἐν τῇ πρώιρᾳ τὸ Μυρμήκιον κώμιον. i. e. *Hic verò est angustissimus trajectus oris Mæotidis*, XX. *circiter, aut amplius stadiorum, habens in ulteriore parte Myrmecium vicum.* Idem autor Myrmecium quod hîc κώμιον, i. e. *vicum*, lib. 7. vocat πολίχνιον, i. e. *oppidulum*, idem inter Geographos significante vocabulo, quod ad XX. stadia distabat a Panticapæo: Ἐν ἀριστερᾷ δ' εἰσπλέοντι τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον, πολίχνιόν ἐστι Μυρμήκιον ἐν εἴκοσι σταδίοις ἀπὸ τοῦ Παντικαπαίου. i. e. *Navigranti in Cimmericum Bosporum ad sinistram est Myrmecium oppidulum, ad* XX. *stadia a Panticapæo.* Promontorium dicitur Ptolemæo lib. 3. c. 6. Memoratur etiam Plinio lib. 4. c. 12. pro διὰ διφθόγγου, lege διὰ διφθόγγου.

17 Μυρμιδονία, χώρα τῶν Μυρμιδόνων.] Myrmidonia, regio Myrmidonum, id est, Ægina insula. Myrmidones verò vocati fuerunt *Æginetæ*, non, ut fabulis traditur, quod grassante peste, formicæ in homines ad Æaci preces conversæ fuerint, sed quod formicarum instar terram fodientes in saxa seminarent, ut agriculturam exercere possent, quorum memoriam posteris tradidit Strabo lib. 8. *Myrmidones* etiam vocati fuere *Phthiotæ*, Thessaliæ populi, quod originem ab Æginetis deducerent, de quibus consulendus est Eust. ad Il. 1. v. 180. Atque de his videtur loqui Poëtarum eruditissimus Æneid. lib. 2. v. 7.

——— *Quis talia fando*
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyssei
Temperet à lacrymis?

Sic enim vocabantur omnes, qui sub Achille & Patroclo erant, ut memoriæ prodidit Strabo lib. 9. unde etiam Æneid. lib. 11. v. 403. *Achilles* & *Patroclus* vocantur *Myrmidonum proceres*, ut annotat Servius.

18 Μυρμισσὸς, πόλις περὶ Λάμψακον.] Myrmissus, urbs circa Lampsacum, de qua vide quæ in Μερμησσός.

19 Μυρρινοῦς, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. Myrrhinûs, untis, populus Pandionidis tribus, sic dictus à myrtis illic nascentibus, ubi erat fanum & signum Dianæ cognomento *Colænidis*, quæ hoc nominis accepit à Colæno, qui ei fanum ædificavit, ut tradit Suidas in Κολαινίς. Colænus verò fuit rex quidam, qui prius quam Cecrops regnavit in Attica, ut dicebant Myrrhinusii, autore Pausania lib. 1. Memoratur Straboni lib. 9. Pausaniæ libro citato, & Meursio de Populis Atticis. Pro Μυρινούντης lege Μυρινάντης. Reliqua per duplex *r* puto legenda.

20 Μύρσινος, πόλις Ἠλιδος.] Myrsinus, urbs Elidis, ex Homero, cujus apponit hemistichium quod apud eum legitur Il. 2. v. 617. Ejus integri versus sunt:

Οἱ δ' ἄρα Βουπράσιόν τε, καὶ Ἠλίδα δῖαν ἔναιον
Ὅσσον ἐφ' Ὑρμίνῃ, καὶ Μύρσινος ἐσχατόωσα.
Qui autem Buprasiumque, & Elida divinam habitabant
Quantum Hyrmine, & Myrsinus extrema.

Ad quem locum nihil notatu dignum affert Eustathius.

21 Ὕστερον δὲ Μυρτούντιον ἐκλήθη.] Myrtinum, urbem Elidis *Myrtuntium* postea vocatam fuisse inquit, quod ex Strabonis lib. 8. hausisse videtur. Sic enim ille: Μύρσινος δὲ τὸ νῦν Μυρτούντιον, ἐπὶ θαλάττῃ καθήκουσα, καὶ τὴν ὁδὸν τὴν διὰ Δύμης εἰς Ἦλιν ὁδὸν κατοικίαι, σταδίων τῶν Ἠλείων πόλεως διήκουσι τεσσαράκοντα. i. e. *Myrsinus autem nunc* Myrtuntium *dicitur, habitatio ad mare pertingens in via, quæ Dimâ Elin ducit, stadia* LXX. *distans ab Eleorum urbe.* Pro Μυρτοῦσιος lege Μυρτέσιος. Error typographi tralatitius.

22 Μύρτουσσα, ὄρος Λιβύης.] Myrtussa, mons Libyæ, memoratur Apollonio Argonautic. lib. 2. v. 507. cui Μυρτέσιον dicitur, cujus Scholiasta inquit esse locum, vel promontorium circa Cyrenen.

23 Μύρωνος νῆσος, &c.] Lege Μύρωνος νησος, νῆσος τῆς Ἀραβικῆς κόλπου. i. e. *Myronis nesos, insula Arabici sinus.* Sic enim de hujusmodi nominibus amat loqui autor noster, ut videre est in Ἀρχὴ νῆσος. Quod etiam confirmatur gentili Μυρωνονησίτης. Memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 8. inter insulas juxta Æthiopiam, quæ sub Ægypto in Arabico sinu.

24 Mu-

ΜΥΣΙΑ[24], χώρα καὶ πόλις. [25] Λυδοὶ δὲ τὸ ὄξυλον μυσλὸν φασι. Λέγονται καὶ Μυσοὶ, καὶ Μύσιοι, καὶ Μυσάδιοι καὶ Αἰολυκῶς.

MYSIA, regio, & urbs. Lydi verò ὄξύλον, i. e. *fagum*, myſen vocant. Dicuntur etiam Myſi, & Myſii, & Myſadius Æolicè.

ΜΥΣΤΙΑ[26], πόλις Σαυνιτῶν. Φίλιστος ἐνδεκάτῳ. Οἱ οἰκήτορες Μυστιανοὶ, ὡς τὴν Ὠστίας Ὠστιανοί.

MYSTIA, urbs Samnitum, Philiſtus lib. 11. Incolæ, Myſtiani, ut Oſtiæ, Oſtiani.

ΜΥΤΙΛΗΝΗ[27], πόλις ἐν Λέσβῳ μεγίστη. Ἐκαλεῖτο Εὐρώπη. Ἀπὸ Μυτιλήνης τῆς Μακαρέως καὶ Πυρρᾶς, ἢ Πέλοπος. Οἱ δὲ, ὅτι Μυτίλης ἐκτισε ὁ οἰκιστής. Οἱ δὲ, ἀπὸ Μύτωνος καὶ Ποσειδῶνος, καὶ Μυτιλήνης. Ὅθεν Μυτανίδα καλεῖ τὴν Λέσβον Καλλίμαχος, ἐν τῷ πέμπτῳ. Παρθένιος δὲ Μυτωνίδας τὰς Λεσβικὰς φησι. Λέγονται καὶ Μύτωνες, καὶ Μυτωναῖοι, καὶ Μυτιληναῖοι.

MYTILENE, urbs in Lesbo maxima. Hecatæ. Europa, à Mytilene Macaris filia, vel Pelopis. Alii, quod Mytiles fuit, qui eam condidit. Alii, à Mytone filio Neptuni, & Mytilenæ. Unde *Lesbum* Callimachus *Mytanida* vocat, in quarto. Parthenius verò Mytanidas *Lesbicas* vocat. Dicuntur etiam Mytones, & Mytonæi, & Mytilenæi.

ΜΥΤΙΣΕΡΑΤΑ[28], φρούριον Σικελίας. Φίλιστος δεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Μυτισεραῖνος, ὡς αὐτός.

MYTISERATA, caſtellum Siciliæ. Philiſtus lib. 10. Gentile, Mytiſeratinus, eodem teſte.

ΜΥΤΙΣΤΡΑΤΟΝ[29], πολίχνιον πρὸς Καρχηδόνα. Πολύβιος πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Μυ-

MYTISTRATUM, oppidulum circa Carthaginem. Polyb. lib. 1. Gentile, Mytiſtra-

24 Μυσία, χώρα καὶ πόλις.] Myſia, regio & urbs. Nemo, quod equidem ſciverim, dixit Myſiam eſſe urbem, ſed regionem, cujus deſcriptio invenitur apud Ptolemæum lib. 3. c. 9. qui eam dividit in ſuperiorem & inferiorem, & apud Cluv. Introduct. Geographiæ lib. 5. c. 4. & apud alios; ejus incolæ dicebantur Myſi & Myſii, ut & alia hujus formæ; memorantur Periegetæ v. 322.

Παννόνιοι, Μυσοῖτε βορειότεροι Θρῄκων,
Αὐτοῖτε Θρῆικες, ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες.
Pannonii, Myſique magis boreales Thracibus
Ipſique Thraces immenſam terram habentes.

Ad quem locum conſulefis Euſt. qui Myſos Europæos & Aſiaticos celebrat. Fuere verò Myſi abjectiſſimæ conditionis homines, ita ut locum proverbio fecerint. Quoties enim hominem nullius pretii denotare volebant, *Myſorum ultimum* vocabant; ac quia, qui deſpicatui ducitur, injuriæ & rapinæ aliorum exponitur, ideo ab hac gente aliud dimanavit adagium, Μυσῶν λεῖα, i. e. *Myſorum præda*. Hoc uſus eſt Ariſtot. Rhetoric. libro 1. illo Cic. in Orat. pro L. Flacco. *Namque, ut opinor, Aſia veſtra conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, & Lydia; utrum igitur noſtrum eſt, an veſtrum, hoc proverbium:* Phrygem plagis ſolere fieri meliorem? *quid de tota Caria? nonne hoc veſtra voce vulgatum eſt? ſi quid cum periculo experiri velis, in Care id potiſſimum eſſe faciendum? quid porro in Græco ſermone tam tritum atque celebratum, quam ſiquis deſpicatui ducitur, ut* Myſorum ultimus *eſſe dicatur.*

25 Λυδοὶ δὲ τὸ ὄξυλον μυσλὸν φασι.] Pro τὸ ὄξυλον lege τὸ ὄξυλον, i. e. *fagum*. Agit enim de Myſiæ etymologia, quam ſic dictam fuiſſe tradit, quod Lydorum lingua, qua etiam, ſi bene memini, utebantur Myſi, *fagum* vocabant μυσλὸν, id hauſiſſe videtur ex Strabonis lib. 12. Ita enim ille: Ἐτυμολογοῦντες, καὶ τὸ ὄνομα τὸ τῶν Μυσῶν· ὅτι τὸ ὄξυλον ὕτως ὀνομάζουσι οἱ Λυδοί. Πολλὴ δ' ἡ ὀξύη περὶ τὸν Ὄλυμπον. i. e. *Rationem etiam nominis Myſorum reddentes, quod arborem fagum ſic vocant Lydi; quæ juxta Olympum copioſa naſcitur.* Pro Αἰολυκῶς, lege Αἰολικῶς. Cæterum Plinius lib. 4. c. 26. *Myſos* vocat *Maſos*.

26 Μυσία, πόλις Σαυνιτῶν.] Myſtia, urbs Samnitium memoratur Melæ lib. 2. c. 4. inter promontoria, Lacinium & Zephyrium, Plinio lib. 3. c. 10. cujus nedum veſtigia apparent.

27 Μυτιλήνη, πόλις ἐν Λέσβῳ μεγίστη.] Mytilene, fuit urbs in Lesbo maxima. Et natura, & ſitu, & deſcriptione ædificiorum, & pulchritudine, in primis nobilis: agri jucundi & fertiles, autore Cicerone in Orat. de lege Agraria cont. Rullum. Duplici portu prædita, teſte Strabone libr. 13. fœcunda ingeniorum genitrix, non fraudanda gloriâ, quam inde ſibi comparavit. Viri enim in quacumque arte inſignes maxime illuſtrem patriam efficiunt. Ea verò genuit (religio eſt prætérire eorum nomina) Pittacum de ſeptem Græciæ ſapientibus unum, Alcæum Poëtam, à quo *carmini Alcaico* nomen, Sappho Poëtriam *decimam Muſam* dictam, à qua *carmen Sapphicum* vocamen habet, Theophanem hiſtoricum, quem civitate Romana donavit Pomp. Magnus, quod rerum ſuarum hiſtoriam ſcripſerat, ut rerum monumentis tradidit diſertiſſimus Romuli nepotum in Orat. pro Archia Poëta circa calcem. Protulit etiam Alpheum Poëtam, cujus exſtat tetraſtichon, digniſſimum ut collectaneis noſtris inſeratur:

Οὐ στέργω βαθυλήϊος ἀρούρας
Οὐκ ὄλβον πολύχρυσον· οἷα Γύγης.
Αὐτάρκεας ἔρασμαι βίος Μακρῖνε
Τὸ μηδὲν ἄγαν ἄγαν μοι τέρπει.
Non amo feraces agros
Non auro-affluentem beatitudinem, ut Gyges.
Vitam, quæ ſibi ſatis ſit, amo Macrine.
Nihil enim nimis nimis me delectat.

Denique Mytilene fuit adeo clara, ut ab ea tota inſula, cum prius *Lesbos* diceretur, *Mytilene* vocata fuerit, autore Euſtathio ad Dionyſii v. 537. Eam laudat Venuſinus vates Carm. lib. 1. Od. 7.

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mytilenen
Aut Epheſum, bimariſve Corinthi
Mœnia.

Martialis lib. x. Epigram. LXVIII.

Cum tibi non Epheſos, nec ſit Rhodos, aut Mytilene
Sed domus in vico Lælia patricio.

Sed manum de tabula. Alphei verſiculus nos quoque admonet, non modo delectat, ut Mytilenæ portibus relictis ad alia oppida vela obvertamus.

28 Μυτισέρατα, φρούριον Σικελίας.] Mytiſerata, caſtellum Siciliæ ex Philiſto, de quo vide quæ in Ἀμησεραῖος annotavimus.

29 Μυτίστρατον, πολίχνιον πρὸς Καρχηδόνα.] Mytiſtratum, oppidulum circa Carthaginem ex Polybii lib. 1. Eſt error Stephani translatitius, qui Mytiſtratum Siciliæ oppidum circa Carthaginem locat, ſed ipſe tamquam ad numeros hujuſmodi errores referens, Tyneta Africæ oppidum non procul à Carthagine, Siciliæ adſcripſit; ſuo ipſius gladio jugulemus hunc errorem. Ex eodem enim Polybii libro ab ipſo laudato apparet fuiſſe Mytiſtratum Siciliæ oppidum. Ejus ſunt verba: Ὥρμησαν ἐπὶ τὸ Πάνορμον διὰ τὸ τοὺς Καρχηδονίων δυνάμεις ἐκεῖ συνηθροικέναι. Οἱ δὲ στρατηγοὶ συνηγγικότες τῇ πόλει μὲν πόσης τὸ δυνάμεως παρεβάλοντο. Τῶν δὲ πολεμίων οὐκ αὐλιζομένων, πάλιν συνῆλθον ἐπισπασάμενοι τὴν ὁρμὴν ἐπὶ πόλιν Ἐτταίνειν. Καὶ ταύτην μὲν ἐξ ἐφόδου καὶ προσβολῆς ἔλαβον. Εἶλον δὲ καὶ τὸ Μυτίστρατον πολλὰς χρόνους τοῦτο μεμψιμοιρήσας τὴν παραχειμασίαν, διὰ τὴν ὀχυρότητα καὶ τόπου. i. e. *Duxerunt exercitum Panormum, quod illic Carthaginienſium copiæ hibernabant,*

Μυλιστράτος, [30] ὡς Στρατὸς Στράτον, ἡ Ἀ- A
καρνανικὴ πόλις.

ΜΥΩΝ [31], πόλις Λοκρῶν ἐν τῇ Ἠπείρῳ. Οἱ πολῖται Μύωνες, ὡς Θουκυδίδης τρίτῃ. Λέγονται καὶ Μυωνεῖς.

ΜΩΒΑ [32], μοῖρα τῆς Ἀραβίας· Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Οἱ οἰκοῦντες, Μωβηνοί· Καὶ ἐθνικῶς, Μωβηνή. [33] Ἔοικε δ' ἐνδεῖν τὸ πρῶτον· Ἦν γὰρ Μώαβα. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Μωαβίτης· Τὸ θηλυκὸν, Μωαβίτις. C

ΜΩΘΩ [34], κώμη Ἀραβίας, ἐν ᾗ ἔθανεν Ἀντίγονος, ὁ Μακεδών, ὑπὸ Ῥαβίλα ἐξ Βαπλέως τῶν Ἀράβων, ὡς Οὐράνιος ἐν πέμπτῳ· [35] Ὅ ἐστι τῇ Ἀράβων φωνῇ, τόπος θανάτου. Οἱ κωμῆται, Μωθηνοὶ καὶ τὸ ἐγχώριον τύπον. D

ΜΩΛΙΣ [36], Λίβυσσα πόλις· Ἑκαταῖος πρώτῃ Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν, Μωλύτης τῷ τύπῳ τῶν Λιβυσσῶν πόλεων, καὶ Μωλυάτης.

ΜΩΜΕΜΦΙΣ [37], πόλις Αἰγύπτου· Ἡρόδοτος δευτέρᾳ. Κλίνεται Μωμέμφεως, ὡς E
Ἀρίσταρχος· [38] Καὶ Μωμεμφίτης νομός.

ΜΩΝΥΧΙΑ, [39], λιμὴν τῆς Ἀττικῆς, ὃν πρῶτον εἰς τόπον φησὶ Θουκυδίδης, ὁ τῶν Μουνιχίασι πεζαγμένος ἄρχων.

ΜΩΡΙΕΙΣ, ἔθνος Ἰνδικὸν, ἐν ξυλίνοις F
οἰκοῦντες οἴκοις, ὡς Εὐφορίων.

N. ΝΑΑΡ-

tistratius, ut Stratus, Stratium, Acarnanica urbs.

MYON, urbs Locrorum in Epiro. Cives Myones, ut Thucyd. lib. tertio. Dicuntur etiam Myonei.

B

MOBA, pars Arabiæ. Uranius Arabicor. lib. 2. Habitantes, Mobeni. Et fœmin. gen. Mobene. Videtur verò deesse primum. Erat enim Moaba. Gentile, Moabites. Fœm. Moabitis.

MOTHO, vicus Arabiæ; in quo Antigonus Macedo à Rhabilo Arabum rege occisus est, ut Uranius in quinto. Quod est Arabum lingua, locus mortis. Vicani, Motheni secundum regionis formam.

MOLYS, Libyæ urbs. Hecatæ. in descriptione Libyæ. Gentile, Molytes, forma Libyæ urbium, & Molyates.

MOMEMPHIS, urbs Ægypti. Herodotus lib. 2. Declinatur Momemphews in genitiv. ut Aristarchus. Dicitur & Momemphites Nomos.

MONYCHIA, portus Atticæ, cujus situm describit Thucyd. qui in-Munychia factus est Archon.

MORIEIS, populi Indici, qui ligneis habitant domibus, teste Euphorione.

N. NAAR-

bant, duces verò, ut ventum est prope urbem, universum exercitum in aciem instruunt, nemine autem hostium adversus prodeunte. Inde iterum profecti urbem Hippanam petunt, eamque per vim primo impetu capiunt, cepere & Mytistratum diu obsidionem justinens, quod natura loci munitum esset. Dequo videsis quæ in Ἀμάσεια.

30 Ὡς Στρατὸς Στράτον.] Lege ὡς Στρατὸς Στράπων ex eodem Stephano in Στρατός.

31 Μύων, πόλις Λοκρῶν, &c.] Myon, onis, urbs Locrorum in Epiro, de qua vide quæ in Μυονία.

32 Μώβα, μοῖρα τῆς Ἀραβίας.] Moba, pars Arabiæ ex Uranio Arabic. lib. 2. contracte, ut videtur, pro Μωαβία, regio Judææ collimitata, scriptoribus Ecclesiasticis adeò nota, ac Ethnicis ignota; Hebraice dicitur מואב *Moab*, ac si diceres מאב *meab*. i. e. *ex patre*. Filia enim Loti, cum ex patre peperisset, adhuc in filii nomine, (sunt aliquæ fœminæ bene & naviter impudentes) impudicitiam ostentabat. Inclaruit diversis sacræ Scripturæ locis, ac præcipue Genes. c. 19. v. 37. Ruth illa vidua celebris ex qua David originem trahebat fuit Moabitis, ut elucet ex ejus libro.

33 Ἔοικε δ' ἐνδεῖν τὸ πρῶτον.] Lege τὸ πρῶτον α. Quia si ex Μώαβα fit Μώβα, primum α deficit.

34 Μωθὼ, κώμη Ἀραβίας, ἐν ᾗ, &c.] Celebrat autor noster ex Uranio Arabic. lib. 5. Motho *vicum*, id est oppidulum Arabiæ, (scriptoribus Græcis κώμη, i. e. *vicus*, & πολίχνιον, i. e. *oppidulum* est idem) in quo interfectus est Antigonus Macedo, à Rabilo Arabum rege. Aliter narratur hæc historia Josepho Antiquit. lib. 13. c. 8. Namque qui Stephano *Antigonus* Macedo, Josepho dicitur *Alexander*; qui Stephano *Rhabilus*, Josepho *Zabelus* vocatur; Machabæorum etiam lib. 1. c. 11. v. 17. ejusdem historiæ fit mentio, ubi *Zabdiel* appellatur, qui Josepho *Zabelus*. Cæterum neque apud Josephum, neque apud Machabæorum libri autorem oppidulum Motho memoratur.

35 Ὅ ἐστι τῇ Ἀράβων φωνῇ, τόπος θανάτου.] Inquit Motho Arabicè idem esse, ac locus mortis. Non multum distat à vero, מותו *motho* enim Hebraice est, *mors-ejus*.

36 Μῶλις, Λίβυσσα πόλις.] Lege Μῶλυς, quod ex gentilitio conjicitur, sed hujus Libyæ urbis altum est apud alios silentium.

37 Μώμεμφις, πόλις Αἰγύπτου.] Momemphis, urbs Ægypti ex Herodoti lib. 2. apud quem libro citato, nisi me deceperunt oculi, nulla fit hujus urbis mentio, at apud Diodorum Bibliothecæ Historicæ lib. 1. & apud Strabonem lib. 17. cujus incolæ *Momemphitæ* dicebantur, qui Venerem & vaccam colebant, quemadmodum Memphitæ *Apim*, Heliopolitæ *Mnevim*, autore eodem Strabone libro citato, cujus verba sunt: Ἐφεξῆς ἡ Μώμεμφις, καὶ Μωμεμφίτης Νομός· μεταξὺ δ' διώρυγας πλείους εἰς τὴν Μαρεῶτιν. Οἱ δὲ Μωμεμφίται τὴν Ἀφροδίτην τιμῶσι, καὶ τρέφουσι θηλεῖαν βοῦν ἱερὰν κεκοσμημένην· ἐν Μέμφει δ' ὁ Ἄπις, ἐν Ἡλίῳ δὲ πόλει ὁ Μνεύις· ἅπερ μὲν οὖν θεοὶ νομίζονται, &c.] i. e. *Deinde Momemphis, & Momemphites Nomos; interea verò sunt fossæ plures in Mareotim; Momemphitæ autem Venerem colunt, & alitur sacra vacca, quemadmodum Memphi Apis, Heliopoli verò Mneuis; hi siquidem Dii apud eos existimantur.*

38 Καὶ Μωμεμφίτης Νομός.] Momemphites Nomos memoratur Straboni, cujus verba apposuimus nota proximè præcedenti. Ægyptus verò dividebatur in præfecturas oppidorum, quas *Nomos* vocabant, autore Plinio lib. 5. c. 9. de quorum numero discrepant autores; nemo omnium plures recensèt quam Ptolemæus lib. 4. c. 5. Diod. Siculus lib. 1. in XXXV totam Ægyptum fuisse divisam inquit cæterum νόμος apud Græcos inter alia significat legem & canticum carmine in Deorum laudes quod ad citharam solebat cani, ac tunc penacuitur; cum verò significat pascuum, & regionem acuitur, si de his fides habenda sit libello anonymo vocum, quæ pro diversa significatione accentum diversum accipiunt. Namque id non admodum exactè video observari. Alii putant Νομὸς esse nomen Ægyptium, de quo consulendus Bochartus in suo Phaleg libro 4. c. 24.

39 Μουνυχία, λιμὴν τῆς Ἀττικῆς.] Monychia, portus Atticæ memoratur ex Thucydide, qui ejus meminit lib. 1. apud quem Μουνυχία, non Μουνιχία, ut inquit noster, legitur: de quo videsis quæ in Μουνυχία.

N. N.

Ναάρδα [1], πόλις Συρίας, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, ὡς Ῥιανὸς Παρθικῶν ἑνδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Νααρδανὸς τῷ ἐγχωρίῳ τύπῳ. A

NAARDA, urbs Syriæ, juxta Euphratem, ut Rhianus Parthicor. undecimo. Gentile, Naardanus, regionis forma usitata.

Ναβαταῖοι [2], ἔθνος τῶν Δαιμόνων Ἀράβων, ἀπὸ Ναβάτου τινός. Ναβάτης δέ ἐστιν ὁ ἐκ μοιχείας γνόμενος. Ἀπὸ οὖν τοῦ Ναβάτης Ναβαταῖος, καὶ Ναβατηνὴ ἡ χώρα, καὶ Ναβατηνὸς ὄνομα κύριον. B C

NABATÆI, gens felicium Arabum, à Nabate quodam. Nabates verò est, qui ex adulterio genitus fuit. A Nabates igitur fit Nabatæus, & Nabatina regio, & Nabatenus nomen proprium.

Ναγίδος [3], πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. [4] Μετὰ δὲ Νάγις πόλις, ἀπὸ τοῦ Νάγιδος κυβερνήτου· καὶ D νῆσος Ναγιδοῦσα. Νάγιδος δὲ ἐκλήθη, διὰ τὸ Νάγιν αὐτὴν κλῖναι. Ὁ πολίτης, Ναγιδεύς.

NAGIDUS, urbs inter Ciliciam, & Pamphyliam. Hecatæ. Asia. *Post verò Nagis urbs à Nagide gubernatore.* Est etiam insula Nagidusa. Nagidus verò vocata fuit, quod eam Nagis condiderit. Civis, Nagideus.

Ναΐσσος [5], πόλις Θράκης, κτίσμα καὶ παλαιὸς Κωνσταντίνου τοῦ Βασιλέως. Τὸ ἐθνικὸν, Ναϊσιτανός. Καὶ ἔοικεν ἀπὸ τοῦ Ναΐσσος E Ναϊσίτης, καὶ κατὰ ἀναγωγὴν Ἀττικωτέρως Ναϊσιτανός.

NAISSUS, urbs Thraciæ, opus, & patria Constantini Imperatoris. Gentile, Naïsitanus. Ac videtur à Naïsus fieri Naïsites, & per parogogen regionis forma, Naisitanus.

NAR-

1 Νάαρδα, πόλις Συρίας, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.] Naarda, urbs Syriæ ad Euphratem sita, cujus situm describit Josephus Antiquit. lib. 18. c. 12. cui Νεαρδὰ dicitur: Νεαρδὰ τῆς Βαβυλωνίας ἐστὶ πόλις, ἄκρως πολυανθρωπος, καὶ χώραν ἀγαθὴν καὶ πολλὴν ἔχουσα, καὶ σὺν ἄλλοις ἀγαθοῖς, καὶ ἀνδράσιν ἀνάντλεως. Ἐστι δὲ καὶ πολεμίοις ὁπλομάχοις, περιοδῶ τε τοῦ Εὐφράτου πάσαν οὗτος αὐτὴν ἀπολαμβάνοντος, καὶ περιβόλοις τείχων. i. e. *Nearda est Babyloniæ urbs, frequens populo, & regionem bonam, & amplam habens, & unà cum aliis bonis, & hominibus plena; nec patet hostium assultibus, cincta fluentis Euphratis, & firmissimis mœnibus.* Eidem paulò infra dicitur etiam Νεαρδά. Cujus etiam meminit Benjamin Thudelensis in suo Itinerario. Hebraice vocatur נהרדעה *Nahardehah*, i. e. *fluvius scientiæ*, scilicet quod esset juxta Euphratem, qui κατ' ἐξοχὴν Hebraice appellatur נהר *nahar*, i. e. *fluvius*, דעה *dehah* verò significat *scientiam*. Erat enim ibi Hebræorum Academia. Tres autem habuere Hebræi academias in Babylonia, id est, in Assyria, quæ de nomine urbium, ubi erant, nomen sibi arrogarunt. Eæ verò fuere *Sorana*, vel *Soriana*, *Pombeditana*, *Naharditana*, in quibus studia Hebraica maxime floruere, de quibus consulendus Buxtorfius c. 6. Comment. Masorethici, & in suo lexico Chaldaico in סורה *sorah*, necnon R. David Ganz in libro, cui titulus צמח דוד *Tsemach David*, id est. *Germen Davidis* ex editione Lugdun. Batavorum anno M. IↃCXLIV. fol. CXIII. Cæterum Naarda Ptolemæo libro quinto c. 18. inter Mesopotamiæ civitates memoratur.

2 Ναβαταῖοι, ἔθνος τῶν Δαιμόνων Ἀράβων.] Nabatæi, gens felicium Arabum, id est, *Arabiæ Felicis*, nomen adepta, à quodam Nabate. Nabates verò, ut inquit noster, significat ex adulterio genitum; sunt meræ nugæ Græcorum. Nabatæi enim originem ducunt à Nabæothe Ismaëlis filio, cujus fit mentio Genes. c. 25. v. 13. à quo regio *Nabatina* dicebatur. Hujus rei testimonium facit Josephus Antiquit. lib. 1. c. 13. Ἐξ ἧς παῖδες Ἰσμαήλου γενέσθαι δώδεκα παῖδες, Ναβαιώθης, Κήδαρος, &c. i. e. *Ex qua filii Ismaelo nascuntur duodecim omnes, Nabæothes, Cedarus, &c.* Ac paululum infra: Οὗτοι παῖδων τῶν ἀπ' Εὐφράτου καὶ κατοικοῦσι πρὸς τῶν ἐρυθρὰν θάλασσαν καλούμενον, Ναβαλήνων τὴν χώραν οἰκομιάσαντες. Εἰσὶ δ' ἔτοι οἱ Ἀράβων ἔθνος, καὶ πᾶς φυλὰς ἀπ' αὐτῶν καλοῦσι, διὰ τε τὴν ἀρετὴν αὐτῶν, καὶ διὰ τὸ Ἀβραάμου ἀξίωμα. i. e. *Hi omnem regionem Euphratem inter & mare rubrum habitant, Nabatinam regionem vocantes. Sunt autem hi Arabum gens, & tribus ab ipsis denominant, tum propter ipsorum virtutem, tum propter Abrahami autoritatem.* Quin etiam Isai. c. 60. v. 7. נביות *Nebaioth* appellatur eas pars Arabiæ petrææ ab Euphrate usque ad mare rubrum, cujus metropolis dicebatur *Petra*, à qua nomen accepit regio. Hebraice verò dicitur סלע *selah*, Petra autem & selah sunt ἰσοδύναμα, de qua suo loco agemus, de Nabatæis verò consulesis Strabonem lib. 16. Eust. ad Dionys. v. 955. Plinium lib. 6. c. 28.

3 Ναγίδος, πόλις μεταξὺ Κιλικίας, &c.] Nagidos, urbs inter Ciliciam & Pamphyliam, ex Hecatæi Asia. Memoratur Straboni lib. 14. apud quem perperam legitur Ἀγίδος, pro Νάγιδος, Litera enim N. quæ est prima nominis, antecedenti verbo adjuncta fuit, ut annotarunt Casaubonus & Ortelius. Scribitur enim ἔστι ἀγίδος, cum deberet scribi ἔστι Ναγίδος. Melæ lib. 1. c. 13. Samiorum colonia fuisse dicitur.

4 Μετὰ δὲ Νάγις πόλις.] Legendum puto μετὰ δὲ Ναγίδος πόλις. i. e. *Post verò Nagidos urbs.* Namque hæc verba sunt Hecatæi, quæ affert ut probet Hecatæum commemorasse Nagidum urbem. Insula verò Nagidusa & Nagis vir ille à quo nomen accepit, me latent.

5 Ναΐσσος, πόλις Θράκης, κτίσμα καὶ παλαιὸς, &c.] Naissus, urbs Thraciæ, condita ab imperatore Constantino & ejus patria. Ναισσὸς scribitur apud Constantinum Porphyrogen. de Them. lib. 2. Them. 9. & patria appellatur Constantini Magni. Quod ex autoris nostri pænu, ut mihi videtur, deprompsit. De Magni verò Constantini patria alii aliter sentiunt, at si ei suos debet natales, condere qui potuit eam? κτίζειν apud Græcos, & *condere* apud Latinos, ut jam alibi annotavimus, non solum de conditore, verum etiam de instauratore dicitur. Igitur Constant. Magnus instauravit. Cæterum Naissum, puto esse eamdem, quæ paulo infra dicitur Νάισσος & Νεισός.

6 Νάγ-

ΝΑ΄ΡΚΑΣΟΣ[6], δῆμος καὶ πόλις Καρίας· Ἀπολλόδωρος δεκάτῳ Καρικῶν. Ὁ δημότης καὶ ὁ πολίτης, Ναρκασεύς. A

NARCASUS, populus & urbs Cariæ. Apollodor. Caricor. 10. Popularis, & civis, Narcaseus.

ΝΑΚΟΛΙΑ[7], πόλις Φρυγίας· Στεφάνων δυοκαιδεκάτῃ. [8] Καὶ ἔστιν ἐθνικὸν δεύτερον· Ἀπὸ Νακόλης νύμφης. Καὶ ὥσπερ ἀπὸ τῆς νύμφης νύμφαι, καὶ Ἥρας Ἥραι, οὕτω Νακόλας Νακόλαι. Τὸ ἐθνικὸν, Νακολεύς. Εἰ δ' ἔστι Νακόλεια διὰ διφθόγγου, ὡς ἀπὸ τοῦ Νάκολου τοῦ Δασκύλου παῖδα. Τὸ ἐθνικὸν, Νακολεύς, ὡς τὸ Σέλευκος Σελευκεύς. B C

NACOLIA, urbs Phrygiæ, Strab. lib. 12. Et est neutrum. A Nympha Nacolide. Et quemadmodum à Nympha, Nymphæ, & ab Hera, Heræ, sic à Nacola, Nacolæ. Gentile, Nacoleus, si verò est Nacoleia per diphthongum, à Nacolo Dascyli filio vocata fuit. Gentile, Nacoleus, ut Seleucus, Seleuceus.

ΝΑΚΟ΄ΝΗ[9], ὡς Ἀλκόνη, πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, Νακωναῖος· φίλιος ἐκ τῶν Σικελικῶν.

NACONE, ut Alcone, urbs Siciliæ. Gentile, Naconæus. Philistus Siculorum lib. 6.

ΝΑΞΙΑ[10], πόλις Καρίας· [11] Ἐν πρώτῳ περὶ Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ναξιεὺς τῷ τύπῳ τῆς χώρας, καὶ Ναξιάτης. D

NAXIA, urbs Cariæ. In primo de Caria. Gentile, Naxieus regionis formâ, & Naxiates.

ΝΑ΄ΞΟΣ[12], νῆσος τῶν Κυκλάδων, ἡ Δία σημος, ἀπὸ Νάξου τοῦ Καρῶν ἡγεμόνος. Ἄλλοι δὲ ἀπὸ Νάξου τοῦ Ἐνδυμίωνος· [13] Εὐφορίων. Παρὰ τὸ Νάξαι, ὅ φασι θῦσαί τινες. [14] Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ, τὰς Ναξίνας γυναῖκας μόνας ὀκτάμηνα τίκτειν. Ἢ διὰ τὸ τὴν Ἥραν φίλην γενέσθαι τῷ Διονύσῳ, ταῖς Ναξίαις τοῦτο δῶρον δεδωκέναι, ἢ ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Διο- E

NAXUS, insula una Cycladum celebris, à Naxo Carum duce. Alii verò à Naxo Endymionis filio. Euphorio. Παρὰ τὸ νάξαι. h. e. *quod aliqui sacrificare* dicunt. Asclepiades refert mulieres Naxinas solas octavo mense parere. Vel quod Juno, facta amicitia cum Baccho, fœminis Naxiis hoc donum præbuerit, vel quod ipse Bacchus octavo mense natus fuerit. Et

6 Νάρκασος, δῆμος καὶ πόλις Καρίας.] Narcasus, populus & urbs Cariæ, cujus altum apud alios est silentium; apud Stephanum verò præter literarum seriem locum occupavit. Abr. Ortelio in Thesauro Geographico per incuriam quandam dicitur esse *gens* & *urbs Cariæ* ex nostro autore, cum nihil tale norit Stephanus.

7 Νακόλια, πόλις Φρυγίας.] Nacolia, urbs Phrygiæ, ex Strabonis lib. 12. apud quem Νακόλεια per ει in penultima & cum accentu in antepenultima scribitur, atque inter Epicteti Phrygiæ urbes recensetur: Τῆς δ' Ἐπικτήτου Φρυγίας Ἄζανοι τε εἰσι, καὶ Νακόλεια, καὶ Κότυαεῖον, &c. i. e. *Epicteti Phrygiæ sunt Azanique, & Nacolia, & Cotyaeium, &c.* Epictetos Phrygia Ptolemæo dicitur *Magna Phrygia* inter cujus oppida *Nacolia* numeratur ejus lib. 5. c. 2. Ad quem locum Bertius annotat, nescio ex quo autore, Turcorum fuisse regiam, antequam Constantinopolim caperent. Valens imperator apud eam collatis signis vicit Procopium tyrannum, qui regium sibi diadema assumpserat, ut memoriæ prodidit Amm. Marcellinus lib. 26. c. 27. *Qua successus alacritate Valens castra promovit ad Phrygiam: & prope Nacoliam, collatis manibus, partium dux in ancipiti Agilonem excursu proiecit repentino: eumque secuti complures, jam pila quatientes, & gladios ad imperatorem transeunt cum vexillis sceuta perversa gestantes, quod defectionis signum est apertissimum.* Eamdem historiam narrat Paul. Diaconus Hist. Miscel. lib. 12. statim in principio libri. Fuisse verò civitatem Episcopalem patet ex eodem autore libro 21. capite septimo decimo.

8 Καὶ ἔστιν ἐθνικὸν δεύτερον.] Inquit nomen *Nacolia* esse neutrum, scilicet plurale, ut Hierosolyma. Sæpe sæpius annotavimus hujusmodi oppidorum nomina & fœmin. singul. & neut. plurali usurpari, sed in hujusmodi observationibus non possumus evitare tautologiam.

9 Νακόνη, &c.] Hujus Siciliæ civitatis nulla extat memoria; nisi apud Suidam, qui eam ex autore nostro commemorat. Quare optimè cum Ausonio possumus dicere:

Mors etiam saxis, marmoribusque venit.

10 Ναξία, πόλις Καρίας.] Naxia, urbs Cariæ à nemine præter Suidam memoratur, & Suidas è nostro hausit, eum enim citat, at nihil de ea tradit.

11 Ἐν πρώτῳ περὶ Καρίας.] Deest nomen autoris, qui scripsit de Caria. Tres verò, si bene memini, commemorat autor noster, qui Carica scripsere: ii verò fuere, *Alexander*, *Apollodorus*, *Apollonius*, de quibus suo loco agimus.

12 Νάξος, νῆσος τῶν Κυκλάδων.] Naxus, insula Cycladum celebris, in mari Ægæo, quæ magnitudine decimum quartum locum inter mediterranei maris insulas obtinebat, referente Scylace in sui Peripli calce; prius dictam fuisse *Strongylen* à rotunditate, deinde *Diam*, i. e. *divinam*, quod Baccho esset sacra, mox *Dionysiada* à vinearum fertilitate, necnon *Siciliam minorem* propter rerum, quas proferebat, fertilitatem, atque *Callipolin*, fortasse, quod pulchram haberet urbem. Id enim hoc nomen sonat, quorum autor est Plin. lib. 4. c. 12. Eam celebrat Smyrnæi vatis æmulus Æneid. lib. 3. v. 125.

Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus
Bacchatamque jugis Naxon, viridemque Donysam.

Ubi Servius: *Bacchatam, &c. aut vitibus consitam, aut celebratam Bacchis: aut ubi Bacchus ex Indis, velut quidam volunt post devictos Gigantes egit triumphum. Nam ut supra diximus, ipsi consecrata est, quæ & Dia dicitur.*

13 Εὐφορίων, διὰ τὸ νάξαι, ὅ φασι θῦσαί τινες.] Cum egerit de Naxi insulæ denominatione, tandem ex Euphorione inquit, sic dictam fuisse, διὰ τὸ νάξαι, quod ut quidam ajunt significat θύσαι, i. e. *sacrificare*, quod etiam affert Suidas in Νάξος, ex nostro autore; ego verò existimo apud Stephanum pro θῦσαι scribendum esse βύσσαι, i. e. *farcire*, seu *stipare*; ad quod me movet Grammaticorum eruditissimus, apud quem legitur Νάξαι, σάξαι, βύσσαι, i. e. Νάξαι, *farcire*, *stipare*. Apud neminem verò legitur Νάξαι significare *sacrificare*.

14 Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ, τὰς Ναξίνας, &c.] Narrat autor noster ex Asclepiade, Naxinas fœminas solas octavo mense parere, vel Junonis munere in Dionysii gratiam, vel quod Dionysus, cui insula Naxus erat consecrata, octavo mense in lucem editus ferebatur; quæ sunt meræ Græcorum nugæ. Medicorum enim filii jam per multos annos observarunt octimestres partus non esse vitales.

ὁ Διόνυσος ἔτως ἐτέχθη. [15] Καὶ ὅπ ἔσιν ἐκεῖ κρήνη, ἐξ ἧς οἶνος ῥεῖ μάλα ἡδύς. [16] Ἔστι καὶ πόλις Σικελίας, καὶ ἄλλοι τόποι Νάξοι. Τὰ ἐθνικὰ, Νάξιοι· [17] Ἀφ' ἧ καὶ Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. Λέγεται καὶ γλυκὺν Ναξίας, ἀπὸ τῆς Νάξιος. [18] Ἡ δὲ κρητικὴ ἀκόνη, ἐὰν Δ ἀφ' ἑ χράφεται, ἡ Δηκελίνεσι καὶ Φανερῶσι σημαίνει.

A Et quod fons illic sit, ex quo vinum valde suave fluit. Est etiam urbs Siciliæ, & alia loca, *Naxi* dicta. Gentilia, Naxii. Unde etiam Naxius lapis, cos Cretica. Dicitur etiam fœm. Naxias, à Naxius. *Cretica* verò cos, si per *i* scribatur, h. e. *Critica*, significat, *quæ discernit*, & *manifestat*.

ΝΑΠΑΤΑΙ [19], πόλις Λιβύης, πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Ναπαλίτης. Ἔστι δὲ Ναπαῖος, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ C Αἰγυπτιακῶν.

NAPATÆ, urbs Libyæ, prope Æthiopiam. Gentile, debebat esse Napatites. Est verò Napatæus, ut Alexander in primo Ægyptiacorum.

ΝΑΠΗ [20], πόλις Λέσβου· Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Λεσβιακῶν. Ὁ πολίτης, Ναπαῖος· Καὶ Ἀπόλλων Ναπαῖος. Εἰσὶ καὶ Ναπαῖοι Ἠπείρου. [21] Ἔστι καὶ μέρος ὄρους Νάπη, καὶ D Ναπαῖος τὸ σκότος.

NAPE, urbs Lesbi. Hellanicus in secundo Lesbiacorum. Civis, Napæus. Et Apollo Napæus. Sunt etiam Napæi Epiri. Est etiam pars montis Nape, & Napæus, quod ex hoc monte est.

ΝΑΠΙΣ, κώμη Σκυθίας. Ὁ οἰκήτωρ Ναπάτης, [22] ἡ Ναπίτης τῆς κώμης, καὶ Ναπίτης ἐθνικόν.

NAPIS, vicus Scythiæ. Incola, Napates, vel Napites, & Napitæ gentile.

ΝΑΡΒΩΝ [23], ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτικὴ. E

NARBON, emporium, & urbs Celtica.

15 Καὶ ὅπ ἔσιν ἐκεῖ κρήνη, &c.] Hujusmodi nugamenta translatitia sunt inter Græcos.

16 Ἔστι καὶ πόλις Σικελίας.] Est & urbs Siciliæ, memoratur Straboni lib. 6. Πόλεις δ' εἰσὶ κατὰ μὲν τὸ πλάγιον τὸ πρὸς τὴν πορθμὸν, Μεσσήνη πρῶτον, ἔπειτα Ταυρομένιον, καὶ Καλόη, καὶ Συράκουσαι. Αἱ δὲ μεταξὺ Καλόης καὶ Συρακουσῶν ἐκλελοίπασι, Νάξος καὶ Μέγαρα. i. e. *Urbes verò sunt juxta latus, quod conficit fretum Messana primum, deinde Tauromenium, & Catana, & Syracusæ. Quæ autem inter Catanam & Syracusas* [fuere urbes] *perierunt, Naxus & Megara.* Idem autor paululum infra Naxi conditores Chalcidenses fuisse tradit: Τὰς μὲν γὰρ Χαλκιδέας κτίσαι Νάξον, τὰς δὲ Δωριέας Μέγαρα, τὴν Ὕβλαν πρότερον καλουμένην. i. e. *Chalcidenses quidem Naxum, Dorienses autem Megara, Hyblam antea vocatam condidisse.* Eam evertisse Dionysium Siciliæ tyrannum claret ex Diodori Siculi Bibliothecæ Historicæ lib. 14. Μετὰ δὲ ταῦτα Πρόκλης ὁ τῶν Ναξίων ἀφηγούμενος, ἐπαγγελίαν μεγάλην ποιησάμενος, παρέδωκε τὴν πατρίδα τῷ Διονύσῳ· ὃς τὰς δωρεὰς ἀπλοῦς τῷ προδόντι, καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτῷ χαρισάμενος, τὴν πόλιν ἐξωνδραποδίσατο. Καὶ τοὺς μὲν πλησίον ἐφῆκε τῶν στρατιώτας ἁρπάσαι, τὸ δὲ τεῖχος καὶ τὰς οἰκίας κατέσκαψε. i. e. *Postea verò Procles Naxiorum dux, magnitudine promissorum persuasus, patriam Dionyso prodidit. Qui præmiis proditori exsolutis, & cognatis insuper concessis, civitatem servituti addixit, & domos diripiendas militibus permisit, murosque & ædificia funditus evertit.*

17 Ἀφ' ἧ καὶ Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη.] Celebrat etiam autor noster Naxium lapidem, i. e. *cotem Creticam.* At cos Cretica nihil habet cum Naxo insula commune, sed Suidas in Νάξος nodum solvit. Sic enim inquit: Νάξος, πόλις, καὶ Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκονή, Νάξος γὰρ πόλις Κρήτης. i. e. *Naxus, urbs, & Naxius lapis, Cretica cos, Naxos enim urbs Cretæ.* Ergo Naxius lapis non denominatur ab insula, neque ab urbe Siciliæ, sed ab urbe Cretæ Naxo, quam noster tacitus præterit. Id videtur quodammodo confirmare Hesychius, apud quem legimus: Ναξιάλιθος [lege ex nostro autore Ναξία λίθος] ἡ ἀκόνη ἀπὸ Νάξου πόλεως. i. e. *Naxius lapis, cos à Naxo urbe.*

18 Ἡ δὲ κρητικὴ ἀκόνη, ἐὰν Δια τοῦ χράφεται, &c.] Hæc verba videntur extra suum locum esse, quia debebant poni post illa, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη, ac sic erant legenda: ἐὰν δὲ Δια τοῦ ι κρητικὴ χράφεται, &c. i. e. *quod si per* jota *critica* [cos] *scribatur.* Meam conjecturam firmat Suidas in Νάξος apud quem hæc leguntur: Λέγει καὶ ὅτι πόλις Σικελίας Νάξος. Καὶ Κρητικὴ δέ, ἀφ' ἧς ἡ Ναξία λίθος. Ηνεῖται Δια τοῦ ι χράφεις, κρητικὴ εἰλῆφθαι λέγει, αὐτὴ δὲ Δηκελίνεσι καὶ Φανερῶσι. i. e. *Dicit etiam* [intelligitur Stephanus autor noster] *Naxum esse Siciliæ urbem. Est & Cretica urbs, à qua Naxius lapis; quem si per* i *scribas, criticum usurpari inquit, pro qui discernendi & demonstrandi vim habet.* Scilicet quia Naxius lapis discernit & demonstrat quodnam sit probum, seu adulterinum metallum.

19 Ναπάται, πόλις Λιβύης, πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ.] Napatæ, fœm. plur. urbs Libyæ ad Æthiopiam, Geographo lib. 17. atque Cosmographo lib. 4. c. 7. *Æthiopiæ civitas* dicitur, & *Napata*, neutro plurali, cujus etiam meminit Plinius lib. 6. c. 29. Perperam apud Dionem Hist. Romanæ lib. 54. legitur *Tanape*, quam cepit & diruit Petronius Ægypti præfectus ab Augusto Cæsare, ejus regina Candace ad pacis conditiones accipiendas coacta, ut memoriæ prodidit idem Dio, necnon Strabo libris citatis. Erat verò regia Candaces reginæ, quæ, etsi altero oculo damnata, fuit adeò celebris, ut ab ejus nomine deinceps Æthiopiæ reginæ *Candaces* appellarentur. Ejus eunuchus, Philippo Euangelista docente, Christi fidem recepit, Act. Apost. c. 8.

20 Νάπη, πόλις Λέσβου.] Nape, urbs Lesbi, ex Hellanici Lesbiacor. 2. quam imprudenter Hellanicum vocasse *Lapan* autor est Strabo lib. 9. qui eam in Methymnæ campo locat. Fuit verò Methymna ejusdem Lesbi civitas, patria Arionis Musici, quem Herodotus Delphino vectum Tænarum evasisse fabulatur, autore eodem Strabone libro laudato.

21 Ἔστι καὶ μέρος ὄρους Νάπη.] Νάπη, & νάπος Græcè significat *saltum*, *nemus*, *sylvam*, unde *Napææ* sylvarum Deæ, seu Nymphæ, quas celebrat Poëtarum Phœnix Georgic. lib. 4. v. 535.

——— *Tu munera supplex*
Tende, petens pacem, & faciles venerare Napæas.

Ad quem locum Servius: *Sane sciendum easdem esse Napæas, quæ & Dryades. Nam supra ait, At chorus æqualis Dryadum.* Nihilominus tamen frequenter Napææ sylvarum, Dryades, seu Hamadryades arborum, Naides fontium, Nereides maris, Oreades montium Nymphæ dicuntur.

22 Ἡ Ναπίτης τῆς κώμης.] Τὸ τῆ κώμης delendum puto, de hoc verò Scythiæ pago nihil habeo dicere.

23 Ναρβών, ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτική.] Narbo, emporium & urbs *Celtica*, i. e. *Gallica*, ex Strabonis libro 4. cujus sunt verba: Ἡ μὲν γὰρ Ναρβὼν ὑπερκειται τοῦ Ἄπικος κόλπου, καὶ τὴν λίμνην τὴν Ναρβωνιτιδος, μέγιστον ἐμπορεῖον τουτί. i. e. *Narbo supra Atacis fluvii ostia & lacum Narbonitida sita est, maximum emporium, quæ ibi locorum sunt.* Memoratur disertissimo Romuli nepotum Orat. pro M. Fonteio, cui *Narbo Martius* dicitur: *Est in eadem provincia Narbo Martius, colonia nostrorum civium, specula populi Romani,*

ac

κή. Στράβων πλησίον. Μαρκιανὸς δὲ Νάρβονησίαν αὐτὴν φησι. Τὸ ἐθνικὸν Ναρβωνίτης, ὡς Ἀσκαλωνίτης. [24] Ἔστι καὶ λίμνη Ναρβωνίτης, ὡς Ἀσκαλωνίτης· [25] καὶ ποταμὸς Αἰακός. Ἑκαταῖος δὲ Ναρβαίους αὐτοὺς φησι.

ca. Strabo lib. 4. Marcianus verò *Narbonesiam* eam vocat. Gentile, Narbonites, ut Ascalonites. Est etiam palus Narbonitis, ut Ascalonitis. Et fluvius Æacus. Hecatæus verò *Narbæos* eos vocat.

ΝΑΡΒΙΣ [26], Ἰλλυρίας πόλις.

NARBIS, Illyriæ urbs.

ΝΑΡΘΗΚΙΣ [27], νησίδιον ἐγγὺς Σάμου, ἐν δεξιᾷ τοῖς πλέουσι πρὸς τὴν πόλιν. [28] Τὸ ἐθνικὸν, Νάρθη.

NARTHECIS, insula parva prope Samum ad dexteram navigantibus in urbem. Gentile, Narthe.....

ΝΑΡΜΑΛΙΣ, πόλις Πισιδίας, ὡς Καβαλίς. Οἱ πολῖται Ναρμαλεῖς, ὡς Καβαλεῖς, ὡς Ἔφορός φησι.

NARMALIS, urbs Pisidiæ, ut Cabalis. Cives, Narmalei, ut Cabalei, ut Ephorus inquit.

ΝΑΡΝΙΑ [29], πόλις Σαυνιτῶν, ἀπὸ ῥοῦ Ναρήνου, ὡς Διονύσιος ὁ Ἁλι-

NARNIA, urbs Samnitum à fluvio Narno juxta-fluente, ut Dionys. lib. 18. Rom. antiqui-

ac propugnaculum istis nationibus oppositum, & objectum. Narbonensi Galliæ provinciæ nomen dedit & decus fuit, autore Mela lib. 2. c. 5. *Sed antestat omnes Atacinorum Decumanorumque colonia, unde olim iis terris auxilium, nunc & nomen & decus est; Martius Narbo.* Injuriam facerem Ausonio, utpote Poetæ Gallo, si eum ad testimonium non vocarem. Inter claras enim urbes recensèt Narbonem:

Nec te Martia Narbo silebere: nomine cujus
Fusa per immensum quondam provincia regnum
Obtinuit.

24 Ἔστι καὶ λίμνη Ναρβωνίτης.] Lacus Narbonitis memoratur Straboni, cujus verba nota proxime præcedenti apposuimus, Plinius lib. 3. c. 4. *Narbonensem* vocat. Sic enim legendum est, non *Rubrensem*, ut legitur, quem flumen Atax permeabat, ut idem inibi refert.

25 Καὶ ποταμὸς Αἰακός.] Et fluvius Aeacos, lege καὶ ποταμὸς Ἄτας. i. e. *& fluvius Atax.* Vel Ἀτακός. Potuit enim Stephanus ex genitiv. fingere nominativum. Narbo enim sita erat ad Aracis fluminis ostia, ut videre est ex Strabonis loco supra citato, quem etiam celebrat Plinius libro tertio cap. quarto.

26 Ναρδὶς, Ἰλλυρίας πόλις.] Narbis, Illyriæ civitas, quæ Ptolemæo lib. 2. c. 17. dicitur Ναρδονὰ Κολώνια, & inter Dalmatiæ civitates numeratur. Dalmatia enim erat pars Illyriæ.

27 Νάρθηκις, νησίδιον ἐγγὺς Σάμου.] Narthecis insula parva prope Samum, ejus meminit Strabo lib. 14. cujus innominati verba mutila affert, quæ apud eum libro citato integra sic leguntur: Ἐν δεξίᾳ μὲν οὖν πλέουσι πρὸς τὴν πόλιν ἐστὶ τὸ Ποσειδίον ἄκρον ἡ ποιοῦσα πρὸς τὴν Μυκάλην τὸ ἐπιπλατύδιον περιφυές· ἔχει δ' ἱερὸν Ποσειδῶνος· πρόκειται δ' αὐτοῦ νησίδιον ἡ Ναρθηκίς. i. e. *Ad dextram igitur, quà intro navigatur ad urbem, est Posidium promontorium, quod ad Mycalen fretum* VII. *stadiorum conficit; fanum vero habet Neptuni; ante id sita est parva insula Narthecis.* Diverso accentu notatur apud Strabonem atque apud Stephanum, quod frequenter accidere solet.

28 Τὸ ἐθνικὸν, Νάρθη.] Quis non videt legendum esse, τὸ ἐθνικὸν, Ναρθηκεῖς, quod gentilitium tamquam gladio Hispanicnsi detruncatum est ab incuria typographi.

29 Ναρνία, πόλις Σαυνιτῶν, ἀπὸ ῥοῦ, &c.] Narnia, civitas Samnitium, à præterfluente fluvio (qui autori nostro *Narnos*, aliis *Nar* dicitur) nomen adepta. Et urbis & fluvii meminit Strabo lib. 5. Πόλεις δ' εἰσὶν αἱ ἐντὸς τῶν Ἀπεννίνων ἱερῶν ἀξιαι λόγου κατ' αὐτὴν μὲν Φλαμινίαν ὁδὸν, εἵτε Ὀκρίκλοι πρὸς τῷ Τίβερι, καὶ Λάρολον, καὶ Ναρνία, δι' ἧς ῥεῖ ὁ Νάρ ποταμὸς, συμβάλλων τῷ Τίβερι μικρὸν ὑπὲρ Ὀκρίκλων, πλωτὸς δ' ὑ μεγάλοις σκάφεσι. i. e. *Urbes verò sunt, intra Apeninos montes, memorabiles, in ipsa Flamminia via Ocriculi, ad Tiberim, & Larolum, & Narnia, per quam fluit Nar fluvius, qui miscetur Tiberi paulum supra Ocriculos, navigabilis autem est non magnis lembis.* A fluvio *Narniam* appellatam fuisse prodit Livius lib. 10. c. 10. *Ita Nequinum in ditionem populi Romani venit, Colonia eò adversus Umbros missa, à flumine* Narnia *appellata.* In hujus urbis loco fuisse prius Nequinum, ait idem Livius eodem lib. c. 9. *Alter Consul Apuleius in Umbria Nequinum oppidum circumsedit. Locus erat arduus, atque in parte una præceps ubi nunc Narnia sita est.* Et urbem & amnem depinxit Claud. de Sexto Consulatu Honor.

Celsa dehinc, patulum prospectans, Narnia campum
Regali calcatur equo, variique coloris
Non procul amnis abest urbi, qui nominis autor
Ilice sub densâ sylvis arefactus opacis
Inter utrumque jugum tortis anfractibus albet.

Inclaruit etiam Martialis carmine Epigram. libro 7. Epigram. 92.

Narnia sulfureo, quam gurgite candidus amnis
Circuit ancipiti vix adeunda jugo.

Ac ejusdem epigrammatis ultimo districho.

Sed jam parce mihi, nec abutere Narnia Quinctlo
Perpetuo liceat, sic tibi ponte frui.

Pontem, quem celebrat Martialis, construxit Augustus Cæsar, cujus fornix, seu arcus omnes, quos Procopius viderat, superabat altitudine, ut ipse narrat Gothic. libro 1. Hujus ingentis operis ruinæ adhuc ætate Leandri supererant, quas se vidisse refert in sua Umbria. Nar autem amnis per scopulos tanto fragore præcipitatur, quem repercussæ rupes augent, ut insuetis haud parùm sit molestus. Vulgò *Nigra* vocatur per antiphrasin, ut ait Leander Albertus libro citato. Albet enim, ut cecinit Claudianus, ac cum sit pernotus, magis adhuc innotuit Andinis plectris Æneid. lib. 7. v. 517.

Audiit & Triviæ longe lacus: audiit amnis
Sulfurea Nar albus aqua, fonteſque Velini
Et trepidæ matres pressère ad pectora natos.

Ejus nominis etymologiam edisserit Servius ad Virgilii Carmina citata: *In via Flaminea est civitas Narnia in montibus posita, quibus subest Nar fluvius, qui Tyberino conjungitur. Ideo dicit*, Sulfurea Nar albus aqua, *quia dum currit est sulfurei coloris, dum hauritur albi, & Sabini lingua sua* Nar *dicunt sulfur. Ergo hunc fluvium ideo dicunt esse* Nar *appellatum, quod odore sulfureo nares contingat, sive quod in modum narium geminos habeat exitus.* In Narniensi agro, siccitate, lutum fieri, imbre pulverem prodidit Plinius lib. 31. c. 4. ex Ciceronis Admirandis, libro deperdito, magno reipublicæ literariæ damno. Gloriatur Narnia alumnis, Nerva imperatore, & Joanne Pontifice Maximo, quorum nomina hoc versiculo servant ejus incolæ.

Imperio genui Nervam, mitræque Joannem.

Protulit etiam alios plures viros doctos, quos memorat Leander libro supra laudato, inter quos etiam Galeotum Martium, oratorem & Philosophum egregium, quem Xystus Pontifex, antequam Pontifex esset, audivit docentem, ac gratiam ei rependit. Namque cum Galeotus damnaretur accusatus, quod diceret, omnibus gentibus integrè & purè ex justa naturæ lege degentibus æternos cœlestis auræ fructus paratos esse, periculo mortis eum exemit Xystus, sed non sine gravi infamiæ nota, quoniam in foro Veneto ad Geminas columnas coram populo opinionem illam, ut hæreticam & falsam abjurare coactus est, ut tradit Jovius in Elog. doctorum virorum. Sanè infruniti sunt, qui receptas fidei opiniones audent oppugnare; infelices qui falsò accusati damnantur. Digrediamur amnem & urbem Narniæ, prius monito lectore, nunc vulgo Italis *Narni* dici, antiqui nominis origine servata, ac esse urbem Episcopalem

ἐπὶ ωκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν Ναρνιάτης, ὡς Καυλωνιάτης.

antiquitatis. Gentile, Narniates; ut Caulo-niates.

ΝΑΡΥΞ[30], πόλις Λοκρίδος, ϑηλυκῶς λεγομένη. Τινὲς δὲ Νάρυκιον τὴν πόλιν φασὶν, ἐξ ἧς Αἴας. Ὁ πολίτης Ναρύκιος, καὶ Ναρυκία ἡ ἀδελφέρως. Λέγεται καὶ Νάρυκη, καὶ Ναρυκαῖος ϑηλυκῶς, καὶ ἀδελφέρως.

NARYX, urbs Locridis, fœm. gen. Aliqui verò *Narycium* urbem vocant, ex qua erat Aïax. Civis, Narycius, & Narycia neutro-gen. Dicitur etiam Naryce, & Narycæus, fœm. & neut. gen.

ΝΑΣΑΜΩΝΕΣ[31], ἔθνος ἐν Λιβύῃ, ὡς Καλλίμαχος· Καὶ Νασαμονὶς, [32] ἀπὸ Νασαμόνος τινός.

NASAMONES, gens in Libya, ut Callimach. Et Nasamonis, à Nasamone quodam.

ΝΑΣΤΟΣ[33], πόλις Θρᾴκης. Γράφεται καὶ Νεστός· Ἀπολλόδωρος δευτέρᾳ ϖειηγήσ.

NASTUS, urbs Thraciæ. Scribitur etiam Neſtus. Apollod. ſecundo deſcriptionis.

ΝΑΥΚΡΑΤΙΣ[34], πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ

NAUCRATIS, urbs Ægypti, à Mileſiis,

30 Νάρυξ, πόλις Λοκρίδος.] Naryx, urbs Locridis, quæ & Ναρύκιον neut. ſingul. & neut. plur. Memoratur Plinio lib. 4. c. 7. cui *Narycion* quoque dicitur. Pelignus vates Met. lib. 15. *Naryciam* vocavit:

Dextrâ prærupta Ceraunia parte
Romechiumque legit, Caulonaque, Naryciamque
Evincitque fretum, Siculique anguſta Pelori.

Ex hac urbe fuiſſe Aiacem, ſcilicet Oileum, non Telamonium, tradit autor noſter, uterque apud Poëtas eſt ſatis notus. Oppidani dicebantur Narycii, & Narycæi, à quibus Italiæ Locri originem trahebant, autore Solino c. 8. Quare à Poëtarum Principe *Narycii Locri* appellantur Æneid. lib. 3. v. 399.

Hîc & Narycii poſuerunt mœnia Locri.

Idem Georgic. lib. 2. v. 438. laudat Naryciam picem.

Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum
Naryciæque picis lucos.

Quam picem ex eodem eruditionis fonte celebrat Plinius lib. 13. c. 20.

31 Νασαμῶνες, ἔθνος ἐν Λιβύῃ.] Naſamones, gens Libyæ. Recenſentur inter Libycas gentes Ptolemæo lib. 4. c. 5. Fuiſſe nationem magnam inquit Herodotus lib. 4. c. 172. quam juxta alteram Libyæ ſyrtin locat Strabo libro 17. Τὸν δ' ὑπερκειμένον ἐν βάθει χώραν τῆς Σύρτεως καὶ τῆς Κυρηναίας κατέχουσιν οἱ Λίβυες πρῶτον μὲν οἱ Νασαμῶνες, ἔπειτα Ψύλλοι καὶ τινες Γαιτοῦλοι, ἔπειτα Γαραμάντες. i. e. *Supernè incumbentem regionem Syrtis & Cyrenaicæ tenent Libyes ſterilem & aridam; primùm Naſamones, deinde Pſylli & quidam Gætuli, deinde Garamantes.* Eos celebrat Quint. Curtius lib. 4. c. 7. *A Septentrione Naſamones ſunt, gens Syrtica, navigiorum ſpoliis quæſtuoſa; quippe obſident littora, & æſtu deſtituta navigia notis ſibi vadis occupant.* Ideo Lucanus lib. 9. v. 438. de eis canit:

Hoc tam ſegne ſolum raras tamen exerit herbas
Quas Naſamon gens dura legit, qui proxima ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit, nam littoreis populator arenis
Imminet, & nulla portus tangente carina
Novit opes, ſic cum toto commercia mundo
Naufragiis Naſamones habent.

Eorum etiam meminit Periegeta v. 209.

— Νασαμώνων
Οὓς Διὸς οὐκ ἀλέγοντας ἀπώλεσεν Αὐσονὶς αἰχμή.
— *Naſamonum*
Quos Jovem non curantes perdidit Auſonia haſta.

Ex his Dionyſii verbis exiſtimat Pintianus ad Melæ lib. 1. c. 8. Naſamonas à Romanis deletos fuiſſe, quod Jovem non colerent, ac ſi Romani religionis cauſa aliquibus gentibus bellum intulerint, aut curaverint, quos Deos, gentes ſibi ſubditæ colerent. De his ſoli laborant Hiſpani, quippe qui piâ quadam crudelitate, ut animas Chriſto lucrentur (hoc nomine prætexunt inhumanitatem, gens alioquin humaniſſima) adimunt miſeris illis, ſæpe innocentibus & bona & vitam, & honorem: efficiunt illorum liberos orphanos & pauperes, uxores viduas & miſeras adeò, ut oſtiatim ſtipem erogare magnâ cum deſperatione cogantur.

— *Quis talia fando*
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyſſei
Temperet à lachrymis?

Illa viâ viam affectant cœlis, ô credula nimium homi-

num mens! ac cum ſit contra Chriſti ſcholam, ac contra eccleſiæ Catholicæ dogmata, tamen Catholica Chriſtianitate, ſi Dis placet, gloriantur. Sed nos ad noſtras Athenas revertamur. Euſtathius ad Dionyſii verſum citatum duplicem prodit cauſam, quare Romani Naſamones deleverint vel quod dolo ducem quemdam Romanorum occidiſſent, vel quod bello civili pro Catone adverſus Cæſarem arma ſumſerint; Per Naſamones enim ivit Cato cum exercitu adverſus Cæſarem. Quò videtur reſpexiſſe Lucanus libro citato v. 443.

— *Sic cum toto commercia mundo*
Naufragiis Naſamones habent: hac ire Catonem
Dura jubet virtus.

Ex Zonaræ hiſtoria apparet Flaccum Numidiæ præfectum fuiſſe ducem illum, de quo loquitur Euſtathius. Sic enim ille: Τές τε τῶ χρημάτων πράκτορας ἔφθειραν, καὶ τὴν Νεμιδίας ἀρχοντα Φλάκκον ἐπιλήσμονα σοφισὶν ἥπησαν ὅτως ὡς πορθήσοντα καὶ τὸ στράτευμα. i. e. *Et pecuniarum exactores occiderunt, & Numidiæ præfectum Flaccum eos cum exercitu invadentem vicerunt ſic, ut & exercitum deleverint.* Referamus pedem ab aliis Naſamonum rebus, quas fatu dignas non judicavimus, & ad eorum nominis etymologiam eamus.

32 Ἀπὸ Νασαμόνος τινός.] A quodam Naſamone nomen habere inquit, quem Amphithemidis ex Nympha Tritonide filium fuiſſe dicit Apollonius Argonautic. lib. 4. v. 1495. Ingeniosè admodum Bernardus Aldretus Malacitanus de Africa lib. 4. c. 13. ex Naſamonum per ſomnia divinationibus, quas refert Herodotus libro capiteque ſupra citato elicit eorum nominis etymon, נחשאמין *nachaſamin*, ac ſi diceres, *augur fidelis*; ac etiam id firmat ex lingua Maurorum, apud quos *noax* ſignificare *inſomnium*, & *amin*, *fidum* inquit, ex quo parùm deflexo nomine potuit fingi Naſamonum nomen, multo brevius id finxit Bochartus in ſuo Phaleg lib. 4. c. 30. נש אמון, *naſe-amon*, i. e. *homines amon*, at vero propius videtur illud Aldreti ex lingua Maurorum deſumptum, quorum lingua erat ex Arabica veteri corrupta, quam Hiſpani vocabant *Algaravia*. Gentium verò & oppidorum etymologia ex earum vel conditorum lingua eſt eruenda, non in aliis quærenda.

33 Νάσος, πόλις Θρᾴκης.] Vide quæ in Ναῖστός. Et pro ϖειηγήσ, lege ϖειηγήσεως, ſic enim citatur, ahbi Apollodorus.

34 Ναύκρατις, πόλις Αἰγύπτου.] Naucratis, urbs Ægypti à Mileſiis condita, ex Straboniis lib. 17. celebratur, cujus ſunt verba: Πλεύσαντες δὲ ἐπὶ Ψαμμιτίχου τριάκοντα ναυσὶ Μιλήσιοι καὶ Κυαξάρου (οὗτος ἦν τῶν Μήδων) καλέσαντος εἰς τὸ στόμα τὸ Βολβιτινον. Εἶτ' ἐκβάντες ἐτείχισαν τὸ λεχθὲν κλῖμα· χρόνῳ δ' ἀναπλεύσαντες εἰς τὴν Σαϊτικὴν Νομὸν, πολεμήσαντες ἐναυμαχήσαντες ἔναυσαν, πόλιν ἔκτισαν Ναύκρατιν ὑπὲρ τὸ πολὺ τῆς Σχεδίας ὑπερθεν. i. e. *Navigantes enim triginta navibus, rege Ægypti Pſammitticho, Mileſii, ætate Cyaxaris (hic Medorum rex fuit) in Bolbitinum oſtium appulerunt; deinde egreſſi dictum oppidum munierunt; poſtea in Saiticum Nomon navigantes, Inaro navali prælio victo, Naucratim urbem non multo ſupra Schediam condiderunt.* De qua pretium operæ eſt audire Herodotum loquentem lib. 2. c. 179. Ἦν δὲ τὸ παλαιὸν μέγα τὸ Ναύκρατις ἐμπόριον, καὶ ἄλλο οὐδὲν Αἰγύπτιον. Εἰ δέ τις ἐς τῶν πλωτῶν τῶν Νείλου ἀπικοίατο, χρῶ ὁμόσας, μὴ ἐν ἐκείνῃ ἐλθεῖν. Ἀπομόσαντα δὲ, τὴν νῆ αὐτὴν πλεῖν ἐς τὸ Καναβικόν. Ἢ εἰ μέγα οὐκ τε

ἀπὸ Μιλησίων τότε θαλασσοκρατούντων · Καὶ Στράβων ἐπτακαιδεκάτῃ. Ὁ πολίτης Ναυκρατίτης, καὶ θηλυκῶς · Καὶ Ναυκρατιώτης, ὡς Πηλουσιώτης · Ἴσως ἀπὸ τοῦ Ναυκράτιον · Ἡ Ναυκρατία, ὡς Ἰταλία Ἰταλιώτης.

A lesiis, qui tunc mari potiebantur. Et Strab. lib. 17. Civis, Naucratites, & fœm. gen. [Naucratitis.] Et Naucratiotes, ut Peluſiotes, fortaſſe à Naucratium. Vel Naucratia, ut Italia, Italiotes.

ΝΑΥΠΑΚΤΟΣ[35], πόλις Αἰτωλίας, ἀπὸ Ναυπηγίας τῶν Ἡρακλειδῶν, ὡς Ἔφορος καὶ Στράβων. Ὁ πολίτης Ναυπάκτιος, καὶ Ναυπακτία.

B NAUPACTUS, urbs Ætoliæ ſic dicta ἀπὸ, &c. i. e. *à navium-fabricatione* Heraclidarum, ut Ephorus, & Strabo. Civis, Naupactius, & Naupactia.

ΝΑΥΠΛΙΑ[36], πόλις Ἄργους · Στράβων ὀγδόῃ. Ἀπὸ τοῦ ναυσὶ πλεῖσθαι. Οἱ οἰκοῦντες Ναυπλιεῖς, ὡς Στράβων · Καὶ Ναυπλία.

C NAUPLIA, urbs Argorum Strabo lib. 8. ſic dicta, quod illuc navibus adnavigent. Incolæ, Nauplienſes, ut Strabo. Et Nauplia fœmineum.

ΝΕΑΙ[37], νῆσος πλησίον Λήμνου, ἣν φησὶ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ προσνήξασθαι Ἡρακλέα. Τὸ ἐθνικὸν, Νεαῖος. Ἔστι καὶ Νέα κώμη, καὶ φρούριον Μυσίας. Τὸ ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

D NEÆ, inſula prope Lemnum, in qua Philoctetes ab hydro morſus eſt ſecundum nonnullos. Sic verò vocata fuit ἀπὸ τοῦ, &c. *h. e.* quod Hercules ad eam adnataverit. Gentile, Neæus. Eſt etiam Nea vicus, & caſtellum Myſiæ. Gentile, idem.

ΝΕΑΝΔΡΕΙΑ[38], πόλις Τρωάδος ἐν Ἑλλησπόντῳ, ὡς Χάραξ. [39] Ἔν τισι δὲ Λέανδρος γράφεται διὰ τοῦ λ, κακῶς. Λέγεται καὶ Νεάνδριον οὐδετέρως, ὡς Θεόπομπος. Ὁ πολίτης Νεανδρεύς, ὡς Στράβων.

E NEANDRIA, urbs Troadis in Helleſponto, ut Charax. In aliquibus verò Leandrus ſcribitur per *l* perperam. Dicitur etiam Neandrion neutro genere, ut Theopomp. Civis, Neandreus, ut Strabo.

ΝΕΑ-

πι εἰ μὴ ὡς ἀνίμους αὐλῶνας πλεῖν, τὰ φορτία ἔδει διαλαγεῖν ἐν βαρέσι πρὸ τοῦ Δέλτα, μέχρι οὗ ἀπικοῖτο εἰς Ναύκρατιν. Οὕτω μὲν δὴ Ναύκρατις ἐπεφύκει. i. e. *Erat enim antiquitus emporium ſola Naucratis, præter hoc in Ægypto aliud nullum. Quod ſiquis in aliud aliquod Nili oſtium perveniſſet, oportebat jurare ſe veniſſe invitum, datoque jurejurando eadem navi ad Canobicum navigare, ac ſi id minus per contrarios ventos poſſet, onera fluvialibus navigiis circumagere luſtrando Delta debebat, donec pervenerit Naucratim. Ita Naucratis in honore erat.* Ab hac urbe oſtium Nili *Naucraticum* dicebatur, quod alii *Heracleoticum* vocitabant, ac Canopico, cui appropinquabat, præferebant, teſte Plinio lib. 5. c. 10. idem *Ceramicum oſtium* dicebant, quod Naucrati plurimi eſſent κεραμεῖς. i. e. *figuli*, autore Athenæo lib. 11. Circa hanc urbem & circa Memphim habuiſſe Ægyptios nitrarias tradit Plin. lib. 31. c. 10. Celebrem per ſe urbem celebriorem natalibus ſuis fecere Athenæus Dipnoſophiſtarum librorum autor, ut claret ex ejuſdem libro citato, & Julius Pollux, cujus exſtat Onomaſticon ad Commodum imperatorem, & juxta aliquorum ſententiam Philiſtus hiſtoriarum ſcriptor, cujus libros recenſet Suidas in Φίλιστος. Si antiquitas nobis non invidiſſet Apollonii Rhodi librum, cui titulum fecit κτίσις Ναυκράτεως, plura de hac urbe ſcire potuiſſemus.

35 Ναύπακτος, πόλις Αἰτωλίας.] Naupactus, urbs Ætoliæ à navium fabricatione appellata, ex Ephoro & Strabone. Id hauſit noſter ex Strabonis fonte. Sic enim ille lib. 9. Πόλεις δ' ἦσαν, Ἀμφισσὰ καὶ Ναύπακτον · ὧν ἡ Ναύπακτος συμμορὰ δὲ Ἀνδρίοις πλησίον, ὠνόμασται δ' ἀπὸ τῆς ναυπηγίας τῆς ἐκεῖ γενομένης · εἴτε τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκεῖ ναυπηγησαμένων τὸ πρῶτον, εἴτ' (ὡς φησιν Ἔφορος) Λοκρῶν ἔτι πρότερον παρασκευασάντων · ἔστι δὲ νῦν Αἰτωλῶν Φιλίππου προσκεκλημένου. i. e. *Urbes autem habebant* [Locri] *Amphiſſam & Naupactum, de quibus Naupactus reſtat Antirrhio vicina, ſic verò vocata fuit à navium-fabricatione illic facta; ſive illic claſſem Heraclidæ fabricati fuerunt, ſive* (ut ait Ephorus) *Locri id priores fecerunt; nunc Ætolorum eſt à Philippo ipſis adjudicata.* De qua conſuleſis Pauſaniæ lib. 10 Nunc vulgo dicitur *Lepanto* celebris Chriſtianorum adverſus Turcos victoria, duce Joanne Auſtriaco Caroli V. hujus nominis imperatoris, & Hiſpaniarum regis filio notho, autore Mariana in Summario ad hiſtoriam Hiſpaniæ anno 1571.

36 Ναυπλία, πόλις Ἄργους.] Nauplia, urbs Argorum, ex Strabonis lib. 8. cujus affert verba detruncata. Integra ſunt: Μεθ' ἣν τὸ Τημένιον καὶ Ναυπλία τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον, τὸ δ' ἕτυμον ἀπὸ τοῦ ναυσὶ πλεῖσθαι. i. e. *Poſt Temenium ſequitur Nauplia Argivorum navale, ſic dictum, quod navibus adnavigent illuc.* Pauſanias verò lib. 2. inquit Nauplium Neptuni filium ejus conditorem fuiſſe, (ab illo igitur nomen ſibi induit) cujus ætate murorum tantum rudera exſtabant: Τημενίου δὲ ἀπέχει Ναυπλία, πενθήκοντα (ἐμοὶ δοκεῖν) σταδίους, τὰ μὲν ἐφ' ἡμῶν ἔρημος · οἰκισθῆναι δὲ ἐχρῆσεν αὐτῆς Ναύπλιος Ποσειδῶνος λεχθείς, καὶ Ἀμυμώνης εἶναι. Λείπεται δὲ καὶ τειχῶν ἔτι ἐρείπια, καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν, καὶ λιμένες εἰσὶν ἐν Ναυπλίᾳ, καὶ πηγὴ Κάναθος καλουμένη. i. e. *Diſtat à Temenio Nauplia, quinquaginta* (*ut mihi videtur*) *ſtadia deſertus mea ætate* [locus.] *Ejus conditor fuit Nauplius, quem Neptuni & Amymonæ filium fuiſſe crediderunt, exſtant adhuc & murorum rudera, & Neptuni templum, & portus ſunt Naupliæ, & fons Canathus nomine.* Nunc vulgo *Napoli di Romania* dicitur, ſita in Argia, Peloponneſi regione ad Argolicum ſinum, regionis illius caput, ac præfecti Turcorum ſedes, olim *Epiſcopalis* ſub Archiepiſcopo Corinthio, autore Philippo Ferr. Alexandrino in ſuo lexico Geographico.

37 Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου.] Neæ, num. plur. fœm. inſula propè Lemnum. Memoratur Plinio num. ſingul. fœm. lib. 2. c. 87. inter inſulas, quæ enatæ fuerunt: *Claræ jam pridem inſulæ, Delos & Rhodos memoriæ produntur enatæ, poſtea minores ultra Melon Anaphe, inter Lemnum & Helleſpontum, Nea.*

38 Νεάνδρεια, πόλις Τρωάδος, &c.] Neandria, urbs Troadis in Helleſponto, ex Charace, autore deperdito, cujus vices ſupplebit Strabo ex lib. 13. Νῦν δ' ἡ Ἀλεξάνδρεια σωζεται ἐπὶ τοῦ Ἀχαιοῦ · τὰ δὲ πολίσματα ἐκεῖνα σωρηδὸν τυγχάνει, καθάπερ καὶ ἄλλα πολέων τῶν φερομένων εἰς τὸν Ἀλεξάνδρειαν · ὧν καὶ Κεβρῆνα, καὶ Νεάνδρεια ἦσαν. i. e. *Alexandria* [Troadis] *nunc attingit Achæum; oppiula autem, quæ circum erant, aliaque plura caſtella, eorum cives Alexandriam tranſlati ſunt, quarum eſt Cebrena & Neandria.* Scylax in Αἰολὶς Æolidi adſcribit, Æolis verò & Troas ſibi invicem proximabant. Ejus quoque meminit Plinius lib. 5. c. 30.

39 Ἔν τισι δὲ Λέανδρος γράφεται, &c.] Lege γράφεται, vel ut eſt apud Suidam in Νεάνδρεια: ὧν τινες διὰ τοῦ λ Λεάνδρειαν γράφουσι κακῶς, i. e. *quam aliqui per l Leandriam ſcribunt male.*

40 Νέα-

ΝΕΑ΄ΠΟΛΙΣ[40], πόλις Ἰταλίας Καμπανίας, ἐν ᾗ Παρθενόπη ἤρηται, μία τῶν Σειρήνων. Ὁ πολίτης, Νεαπολίτης. [42] Ἔστι καὶ ἄλλη Λιβύης, καὶ ἄλλαι. A

NEAPOLIS, urbs Italiæ insignis, in qua Parthenope collocata est, una Sirenum. Civis, Neapolites. Est etiam alia Libyæ, & aliæ.

ΝΕΓΛΑ[43], πολίχνιον Ἀραβίας Γλαυκῶ δευτέρῳ Ἀραβικῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν Νεγλίων, ἢ Νεγλίτης, τῷ ἔθει τῆς χώρας. B

NEGLA, oppidum Arabiæ. Glaucus lib. 2. Arabicæ antiquitatis. Gentile, Neglius, vel Neglites, regionis consuetudine.

ΝΕΔΗ[44], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Νύμφης Νέδης. Εὐφορίων δὲ Νεδέαν καὶ αὐτὴς φησι. Τὸ κτητικὸν, Νεδεήσιος. C

NEDE, urbs Arcadiæ, à Nympha Nede. Euphorio verò *Nedeam* ipsam vocat. Possessiv. Nedeesius.

ΝΕ- NE-

40 Νεάπολις, πόλις Ἰταλίας Καμπανίας.] Neapolis urbs Italiæ & olim & nunc celeberrima, vulgo Italis parum corrupto nomine *Napoli* dicitur, de qua ex amœnissimis eruditionis fontibus hæc quæ sequuntur hausimus. Tria habuit nomina, *Phaleron* à Phalero Agrigentinorum tyranno, *Parthenope* à Sirene ejusdem nominis, quæ juxta eam æstu maris ejecta ferebatur, vel quod ibi sepulta fuerit, ac tandem *Neapolis*. Quis non mirabitur Solinum, qui sui Polyhistoris c. 8. inquit ab Augusto *Neapolim* vocatam, cum multo ante ejus tempora *Neapolis* nomen apud scriptores inveniatur. Pro omnibus sufficit Livius qui lib. 8. c. 22. *Neapolim* vocat: *Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc* Neapolis *sita est: duabus urbibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi: Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt.* De ejus conditoribus discrepant autores, alii à Phalero Agrigentinorum tyranno, alii à Rhodiis, alii à Chalcidensibus, alii à Cumanis conditam fuisse dixerunt, cujus rei idonei sunt testes Vell. Paterculus lib. 1. Plinius lib. 3. c. 5. Strabo lib. 5. Isacius ad Lycophr. v. 716. & alii. Hujus nobilissimæ urbis descriptionem habes apud Strabonem libro citato, ubi inquit Romanos, aut studiorum causâ, aut ætate confecta, quietis & otii gratiâ in eam secedere solitos. Ideo Poëtarum eruditissimus Georgic. libro 4. v. 563. canit:

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studiis florentem ignobilis oti.

Ex fonte Virgiliano reliqui Poëtæ Latini bibunt. Sil. Italicus lib. 12.

Nam mollis urbi ritus, atque hospita Musis
Otia, & exemptum curis gravioribus ævum.

Ovid. Met. lib. 15. v. 713.

Herculeamque urbem, Stabiasque, & in otia natam
Parthenopen, & ab hac Cumææ templa Sibyllæ.

Martiali dicitur *docta* Epigram. lib. 5. Epigram. 79.

Marcentes tibi porrigentur uvæ,
Et nomen pira quæ ferunt Syrorum,
Et quas docta Neapolis creavit.

Genuit insignes viros inter quos duos summos Pontifices, *Bonifacium* VIII. qui ætatis anno tricesimo, (quod paucis contigit) hanc summam dignitatem adeptus est, & *Joannem* XXIII. Huic urbi etiam suos debet natales *Alexander ab Alexandro* 1. c. qui genialium dierum sex libros in lucem edidit, quos Tiraquellus multijuga eruditione illustravit, nec non Simon Portius Philosophus P. Pomponatii Mantuani discipulus. Olim etiam prorulit *Statium Papinium* eruditum Poëtam in Sylvis, sublimem in Thebaide, blandum in Achilleide, & proximo sæculo *Sannazarium*, optimum etiam Poëtam. Urbs anno MCCCXXIX. à Saracenis capta fuit, de quibus cepit eam post annum ferè tricesimum *Joannes* X. Pontifex Maximus. Postea suos habuit reges, nunc Hispanis paret, quibus dicitur *Napoles*, & est Proregis sedes regni Neapolitani caput ac metropolis, totius Italiæ civitatum populosissima, portu satis fido prædita, ac commercio celebris, quatuor arcibus munita, quibus nomen est Castro novo, Castro ovi, Castro S. Elmi, Turri Carmelitarum, quæ vulgo Neapolitanis dicuntur *Castello nuovo, Castello dell' ovo, Castello S. Elmo, il Torrione del Carmine.* De qua si plura scire desideras, consule Leandrum Albertum in sua Campania, Cluv. Ital. Antiquæ lib. 4. c. 3. & alios.

41 Ἐν ᾗ Παρθενόπη ἤρηται.] Lege ἱδρῦται. Sic enim legit Suid. Νεάπολις, πόλις Ἰταλικὴ Καμπανίας· ἐν ᾗ Παρθενόπης ἱδρῦται Σειρῆνος ἄγαλμα. i. e. *Neapolis, urbs Italica insignis; in qua Parthenopes Sirenis signum collocatum est.* Non solum Sirenis statua, sed etiam sepulchrum Neapoli fuisse tradit Strabo lib. 5. Ὅπου δείκνυται μνῆμα τῆς Σειρήνων μιᾶς Παρθενόπης. i. e. *Ubi ostenditur monimentum Sirenum unius Parthenopes.*

42 Ἔστι καὶ ἄλλη Λιβύης.] Est & alia Neapolis Libyæ. Duæ fuere hujus nominis urbes in Libya, utraque commemorat Ptolemæus, alteram lib. 4. c. 3. quam *coloniam* vocat, alteram eodem libro c. 4. Prior ab incolis vocatur *Nabel* corrupto Neapolis nomine, teste Marmolio, sita inter Curubim & Clupeam, olim urbs Episcopalis sub Archiepiscopo Carthaginensi, autore Philippo Ferr. Alexandrino in suo Lexico Geographico. Posterior sita erat prope Syrtim parvam & ostia Cinyphi fluvii quæ nunc *Napoli di Barbaria* & aliis *Tripoli di Barbaria* dicitur, autore eodem autore, eandem *Leptin* quoque vocitatam fuisse prodidit Strabo libro 17. Καὶ μετὰ ταύτην Ἀβρότονον πόλις, καὶ ἄλλαι τινές. Συνεχὴς δὲ Νεάπολις, ἣν καὶ Λεπτὶν καλοῦσι.] i. e. *Et post hanc* [paludem] *Abrotonum urbs, & aliæ quædam. Continuo sequitur Neapolis, quam etiam Leptim vocant.* Alias etiam hujus nominis fuisse civitates inquit, quas intactas præterit, neque nos hac in re volumus esse magis curiosi, quam autor noster. Lectores consulent Abr. Ortelium & Philippum Ferr. Alexandr. hunc in suo Lexico Geographico, illum in suo Thesauro.

43 Νέγλα, πολίχνιον Ἀραβίας.] Negla, oppidulum Arabiæ ex Glauco, autore deperdito. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 17. Straboni lib. 16. illi Νέκλα, huic Νίγλα dicitur, cujus ex libro citato sunt verba: Εἶτα δι' ἐρήμης ὀλίγα ὑδρεῖα ἐχούσης ὁδὸς, μέχρι Νεφοῦς κώμης· ἔστι δὲ τῆς Οὐάδου. Κεῖται δ' ἐπὶ θαλάττῃ. i. e. *Deinde per iter desertum non multum aquæ habens, usque ad Neram vicum. Est verò sub Oboda. Jacet autem ad mare.* Ego existimo & Ptolemæum & Strabonem ex autore nostro corrigendos esse.

44 Νέδη, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Νύμφης Νέδης.] Inquit Nedem esse Arcadiæ urbem, quæ à Nympha Nede sibi nomen adaptavit, at cum sæpe Nedæ Arcadiæ fluvii meminerit Pausanias & Nymphæ Nedæ, quæ fluvio nomen dedit, nec unquam memoraverit Neden urbem, nullus dubito apud Stephanum pro πόλις Ἀρκαδίας, scribendum πεταμὸς Ἀρκαδίας. Pausaniæ verba ex ejus Arcadicis sunt: Ταῖς Νύμφαις ἣ ὀνόμασε, ὑφ' ὧν τὸν Δία τεαφῶσαι λέγουσι, πόλεις Θεισόαν, καὶ Νέδαν, καὶ Ἄγνω. Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς Θεισόας πόλεως ἀκεῖτο οὐ τῇ παῤῥασίᾳ. Τὸ δὲ ἐπ' ἐμοῦ, μοίρας τῆς Μεγαλοπολιτίδος ἐστὶν ἡ Θεισόα κώμη. Τῆς Νέδας δὲ ὁ ποταμὸς τὸ ὄνομα ἔσχηκεν. Τῆς δὲ Ἄγνως ἡ ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ πηγὴ, &c.] i. e. *Nymphas etiam nominant* [Arcades] *quæ Jovem nutrierint, Thisoam, & Nedam & Hagno. Et à Thisoa quidem urbs habitabatur in Parrhasiorum regione. Ætate verò mea Thisoa est vicus Megalopolitidis. Neda autem fluvio nomen dedit. Hagno verò fonti, qui in Lycæo monte, &c.* Si exstitisset unquam urbs Neda, quæ à Nympha cognomine nomen accepisset, ut fluvius, sine dubio Pausanias, qui omnium accuratissime Græciæ regiones descripsit, eam commemorasset. Nec obstat, quod Suid. ejus meminerit. Id enim, ut & alia ex Steph. hausit.

45 Νί-

ΝΕΔΩΝ[45], πόλις καὶ τόπος τῆς Λακωνικῆς. Τὸ τοπικὸν Νεδέσιος, καὶ Νεδεσία ἡ Ἀθηνᾶ. Κλίνεται δὲ Νέδοντος.

A NEDON, urbs, & locus Laconicæ. Locale, Nedusius, & Nedusia Minerva. Declinatur verò Nedontis in genitivo.

ΝΕΙΛΟΣ[46], πόλις Αἰγύπτου. Ἐκαλεῖτο πρότερον Ἀειγήσου αὐτῆς. Καὶ ἱερὸν Νείλου πλησίον. Τὸ ἐθνικὸν τῆς πόλεως, Νειλοπολίτης. Εἰ δὲ ἡ πόλις μόνη κέκληται, ὀφείλει ἕπεσθαι τῷ κλητικῷ τοῦ ποταμοῦ Νειλαῖος, ὡς Ἀπολλώνιος φησιν. Ὅσα γὰρ τῶν κλητικῶν * ι, ἢ τὸν γενικὴν ποιεῖ

B NILUS, urbs Ægypti. Hecatæ. In descriptione ipsius. Et templum Nili fluvii. Gentile, urbis, Nilopolites. Quod si urbs sola vocata fuerit, debet sequi possessivum fluvii Nilæus, ut Apollonius inquit. Quæcumque enim possessiva..... ι, vel genitiv. prototypi,

45 Νέδων, πόλις καὶ τόπος τῆς Λακωνικῆς.] Ego existimo hunc locum eodem morbo laborare, ac præcedentem, quia Strabo fluvium & locum Laconicæ Nedontem celebrat, non urbem, ejus ex lib. 8. sunt, quæ sequuntur: Παρὰ δὲ Φεραῖς Νέδων ἐκδίδωσι, ῥέων ἀφὸ τῆς Λακωνικῆς, ἕτερον δὲ τοῦτον Νέδας ἐχθὲς δ' ἱερὸν ἐπίσημον Ἀθηνᾶς Νεδεσίας· καὶ ἐν Ποιήεσσῃ δ' ἐστὶν Ἀθηνᾶς Νεδεσίας ἱερὸν, ἐπώνυμον τόπου τινὸς Νεδοντίου. i.e. *Apud Pheras Nedon fluvius effluit lapsus per Laconicam, diversus à Neda; habet autem fanum insigne Minervæ Nedusiæ, & Paeessæ est Minervæ Nedusiæ fanum, nomen habens à loco quodam Nedonte.* Apud Suidam etiam legimus: Νέδων, ποταμὸς καὶ τόπος Λακωνικῆς. i.e. *Nedon, fluvius & locus Laconicus.* Quare apud Stephanum pro πόλις καὶ τόπος scribendum est ποταμὸς καὶ τόπος. i.e. *fluvius & locus Laconicæ.*

46 Νεῖλος, πόλις Αἰγύπτου.] Hic locus laborat contrario morbo, ac duo præcedentes, quod per incuriam sive librarii sive typographi puto contigisse. Itaque legendum censeo Νεῖλος, ποταμὸς καὶ πόλις Αἰγύπτου. i.e. *Nilus, fluvius & urbs Ægypti.* Urbs Nilus memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. cui *Nilopolis* dicitur atque in Heracleote Nomo locatur. De Nilo verò longe clarissimo totius terrarum orbis fluviorum non Africæ modo, nonnulla ex eis quæ pollentissimis ingeniis edisserta sunt, quamvis ea inferius exsequamur, tibi parcius depasta propinabimus. Ejus templum celebrat autor noster. Ethnici enim fluvios tamquam Deos venerabantur, unde Parmeno Byzantius Poëta apud Athenæum Dipnosophist. lib. 5. vocat eum *Jovem Ægyptium*, scilicet quod aliæ regiones Iove pluvio irrigentur, Ægyptus autem Nilo; reliquorum verò fluminum simulachra è candido marmore, Nili autem è nigro fieri consuetudine receptum erat, utpote qui per Æthiopes aquas devolvebat, autore Pausania lib. 8. Plutarchus etiam in libro de Iside & Osiride autor est, nihil apud Ægyptios in majore fuisse honore, ac Nilum; ac quia fluvios Deorum loco numerabant, ideo per eos quoque jurabant. Quare Virgilius Æneid. lib. 5. v. 803. canit:

Nec minor in terris (Xanthum Simoëntaque testor)
Æneæ mihi cura tui.

Nec mirandum est Ægyptios coluisse Nilum pro Deo, qui eis tantæ fertilitatis causa erat, ut Iove non indigerent. Sic cecinit Lucanus lib. 8. v. 446.

——— *At inde*
Gurgite septeno rapidus mare summovet amnis:
Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut Iovis: in solo tanta est fiducia Nilo.

Præsertim, cum apud Ethnicos, ut patet ex Ciceronis de Natura Deorum lib. 1. Dii habiti fuerint, à quibus magna utilitas ad vitæ cultum esset inventa, ipsæque res utiles & salutares Deorum vocabulis nuncupatæ fuerint. Fuit verò Nilus polyonymos, sed hoc nomine fero innotuit Græcis, scilicet post Homeri tempora, cui Odyss. 4. v. 477. & v. 581. vocatur Αἰγυπτοδιοπετὴς ποταμὸς, i.e. *Ægyptus à Iove-cadens fluvius.* Ad pluvias scilicet, referens ejus inundationes, Nili verò nomen apud eum frustra quæres. Grammaticorum etiam eruditissimus inquit: Αἴγυπτος ὁ Νεῖλος ὁ ποταμὸς, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα κατὰ τὸ νεώτερον Αἴγυπτος ἐκλήθη. i.e. *Ægyptus Nilus fluvius, à quo & regio à recentioribus Ægyptus vocata fuit.* Nilus verò corruptum esse videtur ab Hebræo נחל *naal* ut jam in Αἴγυπτος annotavimus quod Hebraice significat *torrentem.* Oceanus etiam & *Melo*, necnon *Sirus* vocatus fuit; Melo, autore Sexto Pomp. tamquam à nomine μέλας, i.e. *niger.* *Melas* autem Græce, *niger* Latine, *Sichor* Hebraice sunt nomina ἰσοδύναμα. Sic autem ab Æthiopibus vocabatur, teste Eustathio ad Dionysii v. 223. *Sichor* appellatur Esai. c. 23. v. 3. Jerem. c. 2. v. 18. quod nomen à verbo שחר *sachar*, i.e. *niger fuit*, deducitur; à quo Siris deflexum est. Oceanus nuncupatus fuit, quia ut ait Seneca Natur. Quæst. lib. 4. c. 2. in faciem lati ac turbidi maris stagnat. Quare etiam à Nazianz. Orat. 24. dicitur ποταμὸς πελαγίζων, i.e. *amnis, qui-pelagum imitatur.* Diodorus Siculus etiam lib. 1. inquit, ejus antiquissimum nomen fuisse *Oceanem*, qui Græce est Oceanus. *Glebis infundere animas* non modo Mela libro capiteque citato, sed & Plinius & alii dixere, quod graphice depinxit Ovid. Met. lib. 1.

Cætera diversis tellus animalia formis
Sponte sua peperit; postquam vetus humor ab igne
Percaluit solis; cænumque, udæque paludes
Intumuere æstu; fœcundaque semina rerum
Vivaci nutrita solo, ceu matris in alvo
Creverunt, faciemque aliquam cepere morando,
Sic ubi deseruit madidos septemfluus agros
Nilus & antiquo sua flumina reddidit alveo
Æthereoque recens exarsit sidere limus
Plurima cultores versis animalia glebis
Inveniunt, & in his quædam modo cœpta sub ipsum
Nascendi spacium: quædam imperfecta suisque
Trunca vident numeris: & eodem in corpore sæpe
Altera pars vivit, rudis est pars altera tellus.

Vadianus ad Melæ librum caputque citatum ait, se, quod ad effigiem humanam attinet, numquam credidisse, nisi ex Annalibus Matthæi Palmerii, qui apud Euseb. in Chronicis Hieronymi & Prosperi historiis subjuncti exstant, certior factus esset. Septem ejus ostia celebrant tam historici, quam Poëtæ, quæ variis nominibus insigniuntur quorum reliqua, præter Canobicum, manu facta fuisse opinatur Aristoteles Meteorolog. lib. 1. c. 14. de quibus tanta cura egit D. Josephus Pellicerus D. Jacobi ordinis eques, amicus noster ad Ludovici Gongoræ Polyphemum oct. l v. ut jam inveniri non possit; quod illius non præsumpserit diligentia. Hujus celeberrimi fluvii fontes adeo nunc manent incerti ac olim erant, quidquid dicant Mela libro capiteque citato, Plin. lib. 5. c. 9. Solinus c. 37. Joan. Baptista Portus in libro, cui titulum fecit de aëris transmutatione, Franciscus Alvarez Lusitanus in sua historia Æthiopiæ, Anastasius Kirk. Oedipi Ægyptiaci tom. 1. syntagm. 1. c. 7. Vossius de Nilo & alii. Non illepede canit Lucanus lib. 10. v. 294.

Et te terrarum nescit cui debeat orbis,
Arcanum natura caput non prodidit ulli,
Nec licuit populis parvum te, Nile, videre,
Amovitque sinus, & gentes maluit ortus
Mirari, quam nosse tuos.

Prior Ovid. Met. lib. 2. v. 254. cecinerat:

Nilus in extremum fugit perterritus orbem
Occuluitque caput, quod adhuc latet.

Non minor est controversia de ejus incrementi causa. Veterum sententias ex Wendelino de Admir. Nili collegit eruditissimus Nicolaus Lludius ad Diction. Historicum C. Stephani: ego verissimam puto esse, illam, quæ ejus incrementi causam tribuit pluviis, quæ in Æthiopia statis anni temporibus è cœlo decidunt. Quam sententiam videtur confirmare Poëtarum pater Odyss. versibusque supra citatis, quoniam eum vocat *fluvium ab Iove cadentem*, cujus incrementum pene omnes referunt ad diem XXVI. & XXVII. Junii: de duratione temporis discrepant, Eust. ad Dionysii v. 221. ait, *quadraginta diebus augeri, ac totidem decrescere.* Herodotus verò lib. 2. c. 19: *per centum aies augeri, & per totidem retrocedere* tradit. Et hæc de Nilo sufficiant, nunc ad oppidorum commemorationem stylus dirigendus est.

ποιεῖ δὲ πρωτότυπα, ἢ τὰ διθέσεων, τοῦτο μόνον διὰ τοῦ ι ἀναφέρουσι, Ποσειδώνιος, Ἑλικώνιος, Ῥόδιος, Σάβιος. Τὰ δὲ φύσει διὰ διφθόγγου παραληγόμενα, ἀδέπτως τὸ προκείμενον σχῆμα ἀποτελεῖ. Οὔτε γὰρ τὸ Κηπαῖος, ἢ Νηλαῖος ἐθνικὸν αὐτὸ ὁμολόγως παραλαμβάνει. A totypi, vel nominativum faciunt, hæc tantum per *i* proferuntur, Posidonius, Heliconius, Rhodius, Sabius. Quæ verò naturâ per diphthongum desinunt, nequaquam propositam formam conficiunt. Nec enim Cepæus, vel Nelæus gentile idem ratione eadem recipiunt. B

ΝΕΜΑΥΣΟΣ [47], πόλις Γαλλίας, ἀπὸ Νεμαύσου Ἡρακλείδου, ὡς Παρθένιος. Τὸ ἐθνικὸν, Νεμαύσιος, ἢ Νεμαυσῖνος, διὰ τὴν χώραν. C

NEMAUSUS, urbs Galliæ, à Nemauso Heraclide, ut Parthenius. Gentile, Nemausius, vel Nemausinus, propter regionis consuetudinem.

ΝΕΜΕΑ [48], χώρα τῆς Ἤλιδος· Ἐν ταύτῃ Δρύοπες ᾤκουν· Τὸ ἐθνικὸν, Νέμειος, καὶ Νεμεαῖος· Στράβων ὀγδόῃ, [49] καὶ Νεμέα λέγεται. [50] Καὶ Νεμείτης Ζεύς, καὶ Νεμεῆται. [51] Οἱ πολῖται τῆς Λοκρίδος πόλεως, Νέμειοι, καὶ Νεμεῆθεν ἐπίῤῥημα. D

NEMEA, regio Elidis, in hac Dryopes habitabant. Gentile, Nemeus, & Nemeæus. Strabo lib. 8. Dicuntur etiam *Nemea*. Est etiam Nemeetes Jupiter, & Nemeetæ. Cives Locridis urbis Nemii, & adverbium ex-Nemea.

ΝΕΟΚΑΙΣΑΡΕΙΑ [52], Ποντικὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Νεοκαισαρεύς, ὡς Φλέγων πεντεκαιδεκάτῳ Ὀλυμπάδων. Οἱ αὐτοὶ καὶ Ἀδριανοπολῖται. Ἔστι καὶ Βιθυνίας.

NEOCÆSAREA, urbs Pontica. Gentile, Neocæsariensis, ut Phlegon Olympiadis lib. 15. Iidem *Adrianopolitæ* etiam vocantur. Est etiam alia Bithyniæ.

ΝΕΟΝ τεῖχος [53], τῆς Αἰολίδος, ὡς Χωλὸν E

NEONTICHUS, i. e. *novus murus*, urbs

47 Νέμαυσος, πόλις Γαλλίας.] Nemausus, urbs Galliæ, olim celebris, *Nemausum Arecomicorum* dicitur Plinio lib. 3. c. 4. hæc enim oppidorum forma & in us & in um proferri potest. Ptolemæo lib. 2. c. 5. Νέμαυσος κολωνία. Creditur esse, quæ nunc vulgò Gallis vocatur *Nisines*, de qua pretium operæ est scire, quod rerum monumentis tradidit Strabo lib. 4. Μητρόπολις τῆς Ἀρεκομισκῶν ἐστι Νέμαυσος, καὶ μᾶλλον τὸ ἀλόητιον ὄχλον καὶ τὸ ἐμπορικὸν, πολὺ Ναρβώνος λειποῦσα καὶ ἢν τις πολιτικὴν ὑπηρεσίαν ὑπηκόους μὲν ἔχει κώμας πάππους καὶ εἴκοσι τὸ ὁμοεθνῶν, δύο δὲ ἀφορισθείσας εἰς αὐτὴν, ἐκτὸς καὶ τὸ καλούμενον Λαῖτον· ὥστε τὰς ἀξιωθείσας ἀνδρειοτάτας καὶ παμείας ἐν Νεμαύσῳ Ῥωμαίοις ὑπάρχειν· διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὅλως ὑπὸ τοῖς πράγμασι τῶν καὶ τῆς Ῥώμης ἐραληγῶν ἐστι τὸ ἔθνος τοῦτο. Ἰδρύσαι δέ φασι πόλιν καὶ τὴν διὰ τοῦ ὄν τῆς Ἰσηλίας εἰς τὴν Ἰταλίαν, ἥτις μὲν δύσαιθον ἔσαν, χειμῶνος δὲ καὶ ἔαρος, πηλώδη καὶ ποταμόκλυστον, &c. i.e. *Metropolis verò Arecomicorum est Nemausus, longe inferior Narbone, si peregrinam & negotiantium turbam consideres, sin rempublicam spectes, multò præstantior. Nam* XXIV. *habet pagos popularium præstantes viris, qui ei subsunt, & jus quoque Latii habent: ita ut Nemausi invenias Romanos, qui ædilitatis & quæsturæ honorem sint consecuti; eamque ob causam gens ea cum præfectis Româ missis nihil habet negotii. Sita est urbs in via, quæ ex Iberia in Italiam ducit, per æstatem commoda, hyeme autem & vere lutosa ac fluviorum eluvie molesta, &c.* Ex hac civitate paternum genus fuisse Antonino Pio, inquit Jul. Capitolin. in ejus vita. Æl. Spartianus in Adriano tradit, *Adrianum apud Nemausum in honorem Plotinæ basilicam opere mirabili exstruxisse.* Suetonius in Tiberio c. 13. dicit, *Nemausenses evertisse Tiberii imagines & statuas, antequam ad imperii fastigium evectus fuisset.*

48 Νεμέα, χώρα τῆς Ἤλιδος.] Nemea, regio Elidis, inter Cleonas & Phliuntem, ubi ab Hercule Leonem Nemeum occisum fuisse fabulabantur, teste Strabone lib. 8. Ἐν ταύτῃδε ἢ καὶ ἡ Νεμέα μεταξὺ Κλεωνῶν καὶ Φλιοῦντος, καὶ τὸ ἄλσος, ἐν ᾧ καὶ τὰ Νέμεα συντελεῖν ἔθος τοῖς Ἀργείοις καὶ τὰ περὶ τὸ Νεμαῖον λέοντος μυθολογούμενα, καὶ ἡ Βεμβίνα κώμη. i. e. *Ibi & Nemea est inter Cleonas & Phliuntem, & nemus, in quo Nemea Argivi pro more celebrabant, & quæ de Nemæo leone fabulabantur, & ibi Bembina vicus.* De leone verò Nemeo, consulesis notas nostras in Μολοχία.

49 Καὶ Νεμέα λέγεται.] Legendum, Νέμεα. Νεμέα enim cum accentu in penultima est regio Elidis, de qua jam egit; Νέμεα verò cum accentu in antepenultima de quibus nunc agit, sunt festa neut. plur. in honorem vel Herculis vel Archemori pueri, de quibus vide, quæ in Μολοχία annotavimus.

50 Καὶ Νεμείτης Ζεύς.] Qui autori nostro Nemeetes Jupiter, Pausaniæ lib. 2. dicitur *Nemeus*, cui erat templum in ipsa Nemea: Ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι τὸ ἀσηλαιὸν ἔστι δεικνύμενον λέοντος, καὶ ἡ Νεμέα τὸ χωρίον ἀπέχει σταδίους πέντε καὶ δέκα. Ἐν δὲ αὐτῇ Νεμέᾳ δὲ Διὸς ναός ἐστι θέας ἄξιος. i. e. *In his montibus spelunca, adhuc ostenditur leonis* [Nemei] *& Nemea oppidulum distat circiter* XV. *stadia. Ibi est Nemei Iovis templum visu dignum.*

51 Οἱ πολῖται τῆς Λοκρίδος πόλεως, Νέμειοι.] Agit nunc de civibus urbis, Locridis regionis quin egerit de civitate, sine dubio respexit Locrense Nemeium, circa quem locum Plutarchus in septem sapientum convivio tradit Hesiodum trucidatum fuisse: Ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδίσκης ἀδελφοὶ περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον ἐνεδρεύσαντες. i. e. *Trucidaverunt enim eum* [Hesiodum] *puellæ fratres circa Locrense Nemeium ex insidiis.* Igitur apud Stephanum prius debebant præcedere hæc verba: Ἔστι καὶ Νέμειον, πόλις Λοκρίδος. i. e. *Est & Nemeium, urbs Locridis.*

52 Νεοκαισάρεια, Ποντικὴ πόλις.] Neocæsarea, Pontica urbs. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 6. inter urbes Cappadociæ mediterraneas Ponti Polemoniaci, quam Ammianus Marcellinus lib. 27. c. 27. vocat *urbem Polemoniaci Ponti notissimam.* Celebratur etiam Plin. lib. 6. c. 3. Solino c. 47. Terræmotu eversam fuisse constat ex Paulo Diacono Hist. Miscellæ lib. 11. c. 18. *Tunc etiam terræmotus maximus in oriente factus est, & præcipue in Antiochia, quæ anno jugiter est commota, & Neocæsarea, civitas Ponti cecidit.* Eam Lycus amnis alluebat, atque à minori Armenia disterminabat, autore Mario Nigro Geographiæ Asiæ Comment. 1. Idem etiam est autor terræmotu eversam ac mox à barbaris instauratam *Thocatum* vocitatam fuisse. Hodie Græcis vocabulo non ita detorto, ut non, prisci nominis vestigia appareant, Νιξάρια vocatur, testibus Leunclavio, & Scaligero ad Euseb. N. MMCCCLX. Esse Turcorum præfecti sedem inquit Philipp Ferr. Alexandrinus in suo Lexico Geographico. Ejus oppidanos *Adrianopolitas* vocatos fuisse addit autor noster, quod nescio unde hauserit.

53 Νέον τεῖχος, τῆς Αἰολίδος.] Neon tychos, id est, *novus murus* fuit Æolidis oppidum, quod Poëtarum parens habitatione sua nobilitavit, ut apparet ex Herodoto in libello, quem de vita Homeri scripsit, apud quem libro citato sæpe hujus oppidi fit mentio, in quo *Melesigenes*, sic

Ho-

Χωλὸν τεῖχος. Τὸ ἐθνικὸν Νεοτειχίτης. ὡς Χωλοτειχίτης· ὡς Ἡρόδοτος ἐν Ὁμήρῳ βίῳ.

urbs Æolidis, ut *Cholon tichos*, i.e. *claudus murus*. Gentile, Neotichites, ut Cholotichites. Ut Herodot. in vita Homeri.

ΝΕΣΠΕΤΟΣ 54, πόλις Ἰταλίας· Διονύσιος τρισκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. 55 Τὸ ἐθνικὸν, Νεσπεσῖνος. Ἡ τροπὴ τῆς ἔ τεὶς σ, ἰδιάζουσα, καὶ σεσημείωται.

NESPETUS, urbs Italiæ, Dionysius lib. 13. Romanæ antiquitatis. Gentile, Nespesinus. Versio verò ἔ t in s peculiaris est, ac propterea notata est.

ΝΕΣΣΩΝ 56, πόλις Θεσσαλίας. Διονύσιος τρίτῳ Γιγαντιάδος. Τὸ ἐθνικὸν, Νεσσωνίτης τῷ κοινῷ τύπῳ.

NESSON, urbs Thessaliæ. Dionysius Gigantidis lib. 3. Gentile, Nessonites communi forma.

ΝΕΣΤΟΣ 57, πόλις καὶ ποταμὸς Ἰλλυρίας. Τὸ ἐθνικὸν Νέστιος, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ γεωγραφουμένων· Καὶ Νεστὶς, ἡ χώρα.

NESTUS, urbs, & fluvius Illyriæ. Gentile, Nestius, ut Artemidorus Geograph. lib. 2. Et Nestis, regio.

ΝΕΥΡΟΙ 58, ἔθνος τῆς Σαρματίας· Διονύσιος ἐν περιηγήσει. Καὶ Νευρὶς ἡ χώρα. Λέγονται καὶ Νευρῖται.

NEURI, populi Sarmatiæ. Dionysius in descriptione. Et Neuris regio. Dicuntur etiam *Neuritæ*.

ΝΕΦΕ-

Homerus prius vocabatur, è Poëti victus subsidia quærebat, & adhuc Herodoti ætate, ut ipse refert Neotichenses locum, in quo ille sedens carmina sua exhibebat, ostendebant, atque valde venerabantur: Τέως μὲν ἔτι κοῖλον ἐῶν ὁ Μελησιγενὴς τὸν Νέον τεῖχος, ἀπὸ τῆς ποιητοῦ μὲν καὶ βίου τοῦ μηκέτι ὄντος. Ἐδείκνυον δὲ οἱ Νεοτειχεῖς μέχρις ἐπ' ἐμοῦ τὸ χῶρον, ἐν ᾧ καθεζόμενος τὰ ἐπέων τῶν ἐπιδειξίν ἐποιεῖτο. Καὶ κάρτα ἐσέβοντο τὸν τόπον. i. e. *Atque jam tunc apud Novum murum agens Melesigenes e Poëti victus subsidia habebat. Ostendebant verò Neotichenses ad mea usque tempora locum, in quo sedens carmina sua exhibebat. Et valde venerabantur locum.*

54 Νέσπη, πόλις Ἰταλίας.] Nespetos, urbs Italiæ ex Dionysii Rom. Antiquit. lib. 13. sed deperdito celebratur. Sine dubio scribendum est Νέπη, quod à Latino *Nepete* detortum est, quam lectionem Suidas etiam confirmat: Sic enim apud eum legitur ex eodem Dionysio: Νέπη, πόλις Ἰταλίας, ὡς φησι Διονύσιος ἐν Ῥωμαϊκῆς. Τὸ ἐθνικὸν σεσημείωται. Νεπεσῖνος δὲ τροπῇ τῆς τεὶς σ. i.e. *Nepetos, urbs Italiæ, apud Dionysium in* [Antiquitatibus] *Romanis. Gentile notatum est. Nepesinus enim dicitur verso* t *in* s. Nepita dicitur Straboni lib. 5. *Nepeta* Ptolem. lib. 3. c. 1. quam inter Tuscorum civitates mediterraneas recenset. Ejus è nostris inter alios meminit Livius lib. 6. *Legati ab Nepete ac Sutrio, auxilium adversus Etruscos petentes, veniunt.* Coloniam fuisse Romanorum tradit idem Livius libro citato ac Velleius, hujus ex libro primo apponam verba: *Post* VII. *annos, quam Galli urbem ceperunt, Sutrium deducta colonia est; & post annum Setia; novemque interjectis annis Nepete.* Hodie *Nepe* vocari inquit Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 2. c. 3.

55 Τὸ ἐθνικὸν, Νεπεσῖνος.] Lege Νεπεσῖνος, ut est apud Suidam, cujus verba adduximus nota proxime præcedenti. Eodem etiam modo usurpant Latini. Liv. lib. 6. *Sutrio recepto, restitutoque sociis, Nepete exercitus ductus: quod per deditionem acceptum jam totum Etrusci habebant. Videbatur plus in eâ urbe recipienda laboris fore; non in eo solum, quod tota hostium erat, sed etiam, quod, parte Nepesinorum prodente civitatem, facta erat deditio.*

56 Νέσσων, πόλις Θεσσαλίας.] Nesson, onis, urbs Thessaliæ. Hujus urbis altum est apud alios silentium; at Strabo lib. 9. celebrat Nesonem Thessali filium, à quo Thessalia vocata fuit *Nesonis*, & palus quædam Thessaliæ. Ἀπὸ δὲ Θετταλοῦ δέ ἐαυτῶν μεταγόντα τὴν χώραν ὀνομάσαι. Καὶ Νεσωνὶς δὲ ὠνομάσθη ποτὲ ἀπὸ Νέσωνος τοῦ Θετταλοῦ, καθάπερ καὶ ἡ λίμνη. i. e. *A Thessalo verò sui generis autore regioni nomen imposuisse. Quin etiam* Nesonis *aliquando vocata fuit* [Thessalia] *à Nesone Thessali filio, quemadmodum etiam palus.*

57 Νέστος, πόλις καὶ ποταμὸς Ἰλλυρίας.] Nestus, urbs Illyriæ & fluvius, quorum nemo è veteribus meminit, è recentioribus Abr. Ortelius in suo Thesauro Geographico, in Nestus inquit, hodie urbem & fluvium *Nissava* vocari. At Nestus Thraciæ fluvius fuit longe celeberrimus, cujus mentionem fecerunt Mela lib. 2. c. 2. Plin. lib. 4. c. 11. Solin. c. 16. Notatu dignum est quod memoriæ prodidit Plin. lib. 8. c. 16. scilicet, in Europa inter Acheloum Nestumque amnes tantum leones esse, ac viribus longe præstantiores iis, quos Africa & Syria gignit, fides sit penes autorem. Hunc amnem fabulabantur salutavisse Pythagoram illac transeuntem, teste Diogene in vita Pythagoræ, & Iamblicho in ejusdem vita c. 28. Solet vulgus fabulas ad magnorum virorum seu natales, seu admirationem fictas facile credere, & plurimi scriptores eas non dedignantur referre, ut historiam veram.

58 Νεῦροι, ἔθνος τῆς Σαρματίας.] Neuri, gens Sarmatiæ ex Dionysio de situ orbis, qui eos celebrat v. 310.

Νευρούς Ἱππαπόδας τε, Γελωνούς τ' ἠδὲ Ἀγαθύρσους
Ἣχι Βορυσθένεος ποταμοῦ πλωτὸν ῥέεθρον ὕδωρ
Μίσγεται Εὐξείνῳ, κελεὸς θοὸς ἠπείροιο μιλύσας.

Neurique Hippopodesque, Gelonique, atque Agathyrsi
Ubi Boryslhenis fluvii extensa aqua
Miscetur Euxino, arietis ante frontem.

Ubi Eustathius inquit, Neuros aliquando coactos fuisse suam regionem relinquere propter serpentes, ac unà cum Budinis habitasse, & alia quæ ex Herodoti lib. 4. c. 105. hausit. Quos ad aliquot dies effici lupos, & rursus in pristinum habitum redire referunt. Herodotus libro capiteque citato, Mela lib. 2. c. 1. Et sunt qui credunt hujusmodi fabulas inter eruditos; ego verò sequor in his Plinium, qui lib. 8. c. 22. sic loquitur: *Homines in lupos verti, rursusque restitui sibi, falsum esse confidenter existimare debemus, aut credere omnia, quæ fabulosa tot seculis comperimus.* Sed parum interest, utrum ex homine se convertat quis in lupum, vel in leonem, an in hominis figura rapacitatem lupi, & immanitatem leonis gerat: Sanè hujusmodi aliquam multos bipedum vidi, qui omnem prorsus humanitatem exuerant. Alterius farinæ sunt illi, quos Galli vocant *Loups garoux*, de quibus operæ pretium est audire Franciscum de la Mothe, eruditissimum virum, in libello, cui nomen fecit *De l'instruction de Monseigneur le Dauphin*, in tractatu de Magia cujus sunt verba: *Les Neures, dont parle Herodote, qui devenoient loups tous les ans pendant quelques jours, ne patissoient sans doute qu'en la partie imaginitive, & tout ce, qui se conte de nos loups-garoux, & de beaucoup de choses semblables, qui ont cours parmi le peuple, n'a point ordinairement d'autre fondement, si tant est qu'on y trouve par fois quelque chose de plus, que l'imposture toute pure.* Non est mirandum, quo procedat vulgi inter omnes gentes credulitas, præsertim cum autoritate plus moveatur, quàm ratione, ac nullum sit mendacium quod autore careat & oculato teste. Ut plerumque in fabulis aliquid ineat vel eruditionis vel veri, hanc de conversione hominum in lupos fabellam procedere existimo ex morbo illo, quem Græci *Lycanthropiam* vocant. Est enim *lycanthropia* melancholica quædam affectio, seu insaniæ genus, quo qui afficiuntur *lycanthropi* dicuntur, quoniam lupos imitari videntur, noctu inter sepulchra ululantes adeò ut audientibus metum incutiant, de quibus consulesis Cœlium Rhodigin. Lection. Antiqu. lib. 27. c. 12. Sane dolendum, quòd hujusmodi insaniâ affecti à judicibus capitis damnentur, ac si morbus crimen esset capitale.

NEPHE-

ΝΕΦΕΛΟΚΟΚΚΥΓΙΑ [59], πόλις κωμικῶς ὑπονοηθεῖσα ὡς ἀπὸ Ἀριστοφάνους, καὶ ἐνικῶς, καὶ πληθυντικῶς λεγομένη. Τὸ ἐθνικόν, Νεφελοκοκκυγιεύς. A

NEPHELOCOCCYGIA, urbs Comice imaginaria seu ficta apud Aristophanem, & num. singul. & plur. dicta. Gentile, Nephelococcygieus.

ΝΕΦΘΑΛΙΤΑΙ [60], ἔθνος κρατῆσαν τῆς Ἀσίας, ὡς Ἰώσηπος. Καὶ θηλυκῶς, Νεφθαλίτις. B

NEPHTHALITÆ, gens quæ orientis imperium tenuit, ut Josephus. Et fœm. Nephthalitis.

ΝΕΩΝ [61], πόλις Φωκίδος· Ἡ ῥόδος ὀγδόη. Τὸ ἐθνικὸν Νεώνιος, ὡς Ἐλεὼν Ἐλεώνιος· Καὶ Νεωνία, καὶ Νεωναῖος.

NEON, urbs Phocidis. Herodot. lib. 8. Gentile, Neonius, ut Eleon, Eleonius. Et Neonia, Neonæus.

C

ΝΗΙΟΝ [62], ὄρος Ἰθάκης, ἀφ' οὗ κατὰ Κράτητα αἱ Νηϊάδες. Οἱ δὲ, τὰς Ἀμαλθείας ὑπὸ τὰ νάματα. [63] Τὸ δὲ Ὑπερνήϊον, σύνθετον, ὥσπερ τὸ Ἐπικνημίδιον. [64] Αἱ δὲ Νηϊάδες, ἀπὸ τοῦ Νηΐου, ἢ ἀπὸ τοῦ Νηϊέως. D

NEION, mons Ithacæ, à quo juxta Cratetem dicuntur *Neïades*. Alii verò sic vocant *Nymphas*, quæ versantur in fluentis. Hyperneïon verò compositum, ut Epicnemidion. Neïades verò dicuntur à Neïos, vel à Neïeus.

ΝΗΚΟΥΙΑ [65], πόλις Ὀμβρίκων· Διονύσιος ἐπὶ Καισαρείας Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Νηκυϊάτης.

NECUIA, urbs Umbrorum. Dionysius lib. 17. Roman. Antiquitatis. Gentile, Necuiates.

ΝΗΡΑΒΟΣ, πόλις Συρίας· Νικόλαος τετάρτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Νηραβίτης, ὡς ἀπὸ Τόρρηβος Τορρήβιος. E

NERABUS, urbs Syriæ, Nicolaus lib. 4. Gentile, Nerabius, ut Torrhebus, Torrhebius.

ΝΗ-

ΝΕ-

59 Νεφελοκκυγία, πόλις κωμικῶς, &c.] Nephelococcygia, est fictæ urbis nomen fictum ab Aristophane in Avibus v. 511. & 514. cujus etiam fictus civis per jocum in eadem fabula dicitur Nephelococcygieus.

60 Νεφθαλίται, ἔθνος κρατῆσαν τῆς Ἀσίας.] Nephthalitæ, gens quæ Orientis imperium tenuit, ex Josepho. Vigilans somniat autor noster, cum inquit Nephthalitas Orientis imperium tenuisse. Suidas etiam eodem insomnio tenetur. Quod ex Stephani fonte hausit. Nephthalitæ enim fuere ex duodecim tribubus Jacob, quibus in divisione Judææ obtigit sors, quæ ad orientem spectabat, nec unquam Orientis imperium habuerunt. Sine dubio respexit Stephanus locum Josephi, ex ejus Antiquit. lib. 5. c. 1. cujus verbis deceptus fuit. Sic enim ille de Nephthalitis loquitur: Τὰ δὲ πρὸς τὰς ἀνατολὰς τετραμμένα μέχρι Δαμασκοῦ πόλεως, καὶ τῆς Γαλιλαίας τὰ κατύπερθεν, Νεφθαλίταις παρέλαβεν ἕως τοῦ Λιβάνου ὄρους, καὶ τῶν τοῦ Ἰορδάνου πηγῶν, αἱ τῶν ὁρμωμένων ἐκ τοῦ ὄρους ἔχουσιν ἐκ τοῦ κατηκόντων τοῖς ὅροις τῆς βορείας πόλεως ἄρκης παροικούσης. i. e. *Quæ verò ad Orientem spectant usque ad urbem Damascum, & superiora Galilææ Nephthalitis obtigit usque ad Libanum montem & Jordanis fontes, qui ex hoc monte oriuntur, qua fines sunt Arces urbis versus septentrionalia sitæ.*

61 Νέων, πόλις Φωκίδος.] Neon, onis, urbs Phocidis ex Herodoti lib. 8. qui eam commemorat libro ab Stephano citato c. 33. & à Persis unà cum aliis incensam fuisse narrat, ac ita, cùm antea esset ignobilis sua calamitate notior facta fuit, autore Pausania in Phocicis: Τὰς δὲ αὐτῶν ἡ στρατιὰ καταπρήσασα ἠμῦ Ξέρξῃ, γνωρίμους ἐς τὰ Ἑλλήνων ἐποίησεν, Ἐροχὸν, καὶ Χαραδραν, καὶ Ἀμφίκλειαν, καὶ Νέωνα, καὶ Τιθρώνιον, καὶ Δρυμαίαν. i. e. *Has verò Persarum exercitus, qui cum Xerxe cum concremasset notiores inter Græcos fecit, Erochum, Charadram, Amphicleam, Neonem, Tithronium, & Drymæam.*

62 Νήϊον, ὄρος Ἰθάκης.] Neïon, mons Ithacæ celebratur Poëtarum parenti Odyss. prima versu 186.

Νηὸς δέ μοι ἥδ' ἔστηκεν ἐπ' ἀγρῷ τόσφι πόληος
Ἐν λιμένι Ῥείθρῳ κατὰ Νήϊον ὑληέντα.

Navis verò mihi stat ad agrum seorsim ab urbe
In portu Rhethro, sub Neïo sylvoso.

Ad quem locum Eustathius: Τὸ δὲ Νήϊον, ὄρος Ἰθάκης νηῶν δεκτικὸν, ὅθεν καὶ τῷ Ἰθακήσιον ὑπονήϊον ἐρεῖ ὁ τοῖς ἑξῆς. i. e. *Neïon verò est mons Ithacæ navium capax, unde & Ithacen subneïon vocat deinde.* Subintelligit versum ex Odyss. 3. v. 81. quem hîc subjiciam:

Ἡμεῖς δὲ Ἰθάκης ὑπονήϊς εἰλήλουθμεν
Nos ex Ithaca subneio, i. e. sub Neïo sita venimus.

Ad quem versum Strabo lib. 10. ita: Ἄδηλον εἴτε τὸ αὐτὸ τῷ Νηρίτῳ λέγει τὸ Νήϊον, εἴτε ἕτερον, ἢ ὄρος, ἢ χωρίον. i. e. *Incertum est an dicat eumdem esse montem Neïon cum Nerito, an alium vel montem vel locum.* Eustathius ad versum Odyss. 1. supra citatum ex aliorum sententia inquit, Neïon montem subjacere Nerito monti ejusdem Ithacæ, esseque hujus partem.

63 Τὸ δὲ ὑπερνήϊον, σύνθετον, &c.] Legendum τὸ δὲ ὑπονήϊον, &c. i. e. *Hyponeïum verò est compositum: quemadmodum Epicnemidium.* Alludit enim ad epithetum ὑπονήϊον, quod Homerus Ithacæ dedit, ut videre est ex versiculo nota præcedenti aliato. Noster autor laborat probare illud esse compositum ut Epicnemidium, quia hac de re diversæ erant autorum sententiæ, at Eustathius contrariam sequitur, pro quo ratio stat. Sic enim ille argumentatur ad locum Odyss. primæ supra citatum: Τὸ δὲ κατὰ νήϊον, οἱ μὲν, ὑφ' ἓν ἀναγινώσκουσι, λέγοντες ὑπονήϊον τὸ λιμένα. Οἱ δὲ, εἰς δύο μέρη· κατὰ τὸ νήϊον ὄρος τοῦ ὑληέντος, ἤγουν τοῦ δασέος. Ὅπερ καὶ κρεῖττον. Εἰ μὲν γὰρ ἐν μέρος λόγου τὸ ὑπονήϊον ὡς ἐπίθετον τοῦ λιμένος, εἶη ἂν καὶ τὸ ὑληέντος, ἐπίθετον τοῦ λιμένος. Ὅπερ ἐστὶ φορτικόν, ἐδεῖς γὰρ ἂν ὑληέντα εἴποι λιμένα. Ἐὰν δὲ δύο μέρη λόγου εἶεν τὸ, κατὰ νήϊον, πολλῷ ἀκριβέστερα ἡ γραφή, &c. i. e. *Illud κατὰ νήϊον, alii quidem conjunctim legunt, dicentes hyponeïon portum; alii verò divisim, sub neïo monte sylvoso, id est denso, quod est melius, quia si una pars orationis sit τὸ ὑπονήϊον, ut epithetum portus, esset etiam τὸ ὑληέντα, i. e. sylvoso, epithetum portus; quod est durum, nemo enim sylvosum vocaverit portum; quòd si duæ partes orationis essent τὸ κατὰ νήϊον longè præstantior est scriptura.* Ego verò mediam viam sequor. Itaque in Odyss. 1. v. 186. sine dubio legendum est, ut ait Eustathius. Ratio enim, quam ipse reddit, urget, at in v. 81. ex Odyss. 3. legendum est, ut ait autor noster conjunctim, ut Ithacæ epithetum.

64 Αἱ δὲ Νηϊάδες, &c.] Vide quæ in Νάπη annotavimus.

65 Νηκυΐα, πόλις Ὀμβρίκων.] Necuïa, urbs Umbrorum. Latinis dicitur *Nequinum*, postea *Narnia* vocitarum fuit, unde Plin. lib. 3. c. 14. ait: *Narnienses, quod oppidum Nequinum antea vocatum est.* De quo vide, quæ in Ναρνία annotavimus; Umbri verò fuere Italiæ populi, de quibus in Ὀμβρικοί.

66 Νή-

ΝΗ'ΡΙΚΟΣ [66], πόλις Ἀκαρνανίας, ἣν Ὅμηρος ἀκτὴν φησιν Ἠπείροιο, ἥτις ἐστὶν Ἀκαρνανία. [67] Λύπερκος δὲ πώτην Νήριτον φησιν. Ἡ Νήριος, ὡς τὸ ὄρος. [68] Ὁ πολίτης, Νηρίκιος, καὶ Νηρικίαι. Καὶ τὸ κτητικὸν ἐθνικὸν ὄρος. Νηρίτιος.

A

NERICUS, urbs Acarnaniæ, quam Hom. ἀκτὴν Ἠπείροιο i. e. *litus Epiri* vocat, quæ est Acarnania. Lupercus verò hanc *Neritos* vocat vel *Neriton*, ut mons. Civis, Nericius, & Nericiæ. Et possessiv. montis, Neritius.

B

ΝΗΡΙ'Σ [69], πόλις Μεσσήνης. Νικόλαος τρίτῳ.

NERIS, urbs Messeniæ. Nicolaus quarto.

ΝΗΣΑΙΟΝ, πεδίον· [70] Ἀφ' οὗ καὶ Μήδοις οἱ Νησαῖοι ἵπποι.

NESÆUM, campus. A quo apud Medos Nesæi equi.

C

ΝΗ̃ΣΟΣ [71], ἡ ἐν θαλάσσῃ πόλις. Ὁ πώτην οἰκῶν Νησίτης, ὡς Κανωβος Κανωβίτης. Τὸ δὲ Νησίον νησιώτης, καὶ Νησιῶτις θηλυκῶς. Καὶ Νησαῖος, ὡς Χερσαῖος. Τὸ κτητικὸν, Νησιωτικός. Ἔστι καὶ Νῆσος πόλις Ἰβηρική.

NESOS, *i. e.* insula, in mari urbs. Qui hanc incolit, Insularis, ut Canobus, Canobites. A Nesion verò *h. e.* parva-insula fit Nesiotes. Et Nesiotis fœmineum, & Nesæus, ut Chersæus. Possessiv. Nesioticus. Est etiam Nesos urbs Iberica.

D

ΝΙΣΩ'ΠΗ [72], νῆσος Λέσβου, ἡ τὸ Σίγριν λιμένα ποιοῦσα. Τὸ ἐθνικὸν, Νισωπαῖος.

NISOPE, insula Lesbi, quæ Sigrin portum efficit. Gentile, Nisopæus.

ΝΙ'ΒΙΣ [73], πόλις Αἰγύπτου· [74] Φλέγων ἑκα-

NIBIS, urbs Ægypti. Phlego centesimo

66 Νήρικος, πόλις Ἀκαρνανίας, &c.] Nericus, urbs Acarnaniæ, quam Hom. *litus Epiri*, vocat. Scilicet Odyss. 24. v. 377.

Οἷος Νήρικον εἶλον δύκλιμον πτολίεθρον
Ἀκτὴν Ἠπείροιο, Κεφαλλήτεσιν ἀνάσσων.

Qualis Nericum cepi bene ædificatam urbem
Litus Epiri Cephallensibus imperans.

Leucas etiam dicta fuit, autore Plinio lib. 4. c. 1. Eust. ad Dionysii v. 495.

67 Λύπερκος δὲ πώτην Νήριτον φησιν. Ἡ Νήριος.] Lege Νήριτος φησιν. Ἡ Νήριτος, id enim ratio suadet, alioquin erat tautologia; at Luperci sententiam & scripturam damnat Strabo lib. 10. Sic enim inquit: Ὁ μέντοι ἀνὴρ Νηρίτου γράφων Νήρικον, ἢ ἀνάπαλιν, σφάλλεται τελέως· τὸ μὲν γὰρ, εἰκοσίφυλλον καλεῖ ὁ ποιητὴς· τὸ δὲ δύκλιμον πτολίεθρον· καὶ τὸ μὲν, ἐν Ἰθάκῃ· τὸ δὲ ἀκτὴν Ἠπείροιο. i. e. *Qui verò pro Nerito Nericum, aut contrà scribit, is omnino errat: cùm Neriton frondosum vocet Homerus, Nericon oppidum bene-conditum; & alterum in Ithaca, alterum alibi, id est litus Epiri faciat.*

68 Ὁ πολίτης, Νηρίκιος.] Civis, urbis Nerici dicitur *Nericius*, quin etiam ipsa Ithaca Dionysio de situ orbis v. 495. vocatur *Nericia*:

Τῇ δ' ἔπι, Νηρικίης Ἰθάκης εὐδμητος ἐρήτη.

Post hanc autem, Nericiæ Ithacæ sedes fixa est.

Quare apud Ovid. Met. lib. 13. pro Neritias domos legendum puto Nericias.

Neritiasque domos, regnumque fallacis Ulyssis.

Namque Eustath. ad Dionysii versum citatum illius epitheti hanc reddit rationem: Ἡ καὶ Νηρικίλου λέγει, ἀφ' οὗ Νήρικον ἔκτισαν ὄρος, καθά τινες (ἐκεῖνο γὰρ ὁ ποιητὴς Νήριτον λέγει διὰ δ̃ τ) ἀλλ' ὡς Ἡσιοδικόν. Τῆς Ἠπείρου δὲ πόλις καὶ τὸ Νήρικον, ἡ λεγομένη Δόυκας, ὡς ἐν τῷ τ̃ Ὀδυσσείας ὡς εἰρηται. i. e. *Quam* [Ithacam] *& Nericiam dicit, non tamquam Nericum habentem montem juxta nonnullos* (*montem enim Poeta* Neriton *dicit per* t) *sed tamquam Epiroticam. Epiri enim urbs est Nericum, dicta* Leucas, *ut in Odyssea 24. dictum est.*

69 Νηρὶς, πόλις Μεσσηνίας.] Neris, urbs Messeniæ; κώμη, i. e. *vicus*, seu oppidulum dicitur Pausaniæ in Corinthiacis.

70 Νησαῖον, πεδίον, &c.] Nesæus, campus. A quo apud Medos Nesæi equi. Nesæum campum & *Nesæos equos*, alii *Nisæum* & *Nisæos* appellant; Nesæus verò campus Straboni dicitur λειμὼν Ἱππόβοτος, i. e. *pratum Hippobotum*, de cujus equis sic loquitur lib. 11. Ἱππόβοτος δὲ καὶ αὕτη ἐστὶ Δημοφῶντος, καὶ ἡ Ἀρμενία· καλεῖται δέ τις καὶ λειμὼν Ἱππόβοτος, ὃν καὶ διεξίασιν οἱ ἐκ τ̃ Περσίδος, καὶ Βαβυλωνος εἰς Κασπίας πύλας ὁδεύοντες, ἐν ᾧ πέντε μυριάδας ἵππων θηλείων νέμεσθαί φασιν ἐπὶ τ̃ Περσῶν· εἶναι δὲ τὰς ἀγέλας ταύτας βασιλικάς. Τὰς δὲ Νισαίους ἵππους εἰς ἐμὲ μὲν οὐδεὶς ἀξίους ἔδοξε καὶ μνείσεως, οἱ μὲν οὐθένδε λέγουσι τὸ γένος, οἱ δ' ἐξ Ἀρμενίας· Ἰδιόμορφοι δὲ εἰσιν, ὥσπερ καὶ οἱ Παρθικοὶ λεγόμενοι νῦν ἵπποι τὰς Ἑλλαδικὰς, καὶ τὰς ἄλλας τὰς παρ' ἡμῖν· καὶ τὴν βοτάνην δὲ, τὴν μάλιστα τρέφουσι τὰς ἵππους λέγεται δ' ὑπό τινων ἰδίως Μηδικὴν καλεῖσθαι. i. e. *Hæc regio, ut & Armenia equis alendis excellit: & inde quoddam pratum* Hippobotum *dicitur, per quod transeunt qui à Perside & Babylonia ad Caspias portas proficiscuntur: in eo ali ajunt L. millia equarum è Persis, esseque armenta ea regia. Nisæos equos, quibus reges utuntur, optimis & maximis, quidam hinc peti ajunt, alii ex Armenia. Formâ sunt peculiari, ut & qui nunc* Parthici *dicuntur, à Græcanicis aliisque nostratibus diversa. Sed & herbam, quæ maxime equos alit, quod ibi abundat peculiariter* Medicam *appellamus.* Et Campi & equorum meminit quoque Herodotus lib. 7. c. 46. Νισαῖοι δὲ καλέονται ἵπποι ἐπὶ τάδε· ἦσι πεδίον μέγα τ̃ Μηδικῆς, τῷ οὔνομά ἐστι Νισαῖον. Τὰς δὴ ἵππους τὰς μεγάλας φέρῃ τὸ πεδίον τοῦτο. i. e. *Nisæi verò vocantur equi hac de causa; est campus magnus Medicæ regionis, cui nomen est* Nisæo; *qui grandes fert equos.* Amm. Nisæi quoque equi commemorantur, quos se vidisse inquit lib. 23. c. 32. *Sunt apud eos prata viventia, fetus equorum nobilium, quibus (ut scriptores antiqui docent, nosque vidimus) ineuntes prælia viri summa vi vehi exsultantes solent, quos* Nisæos *appellant.* Quare apud Stephanum pro Νησαῖον πεδίον, & Νησαῖοι ἵπποι, puto legendum Νισαῖον πεδίον & Νισαῖοι ἵπποι, quæ post Νισαία dictionem locum debebant occupare.

71 Νῆσος, ἡ ἐν θαλάσσῃ πόλις.] Insulam inquit esse urbem in mari, scilicet, ut ego puto, quòd eodem modo se habet urbs in continenti, ac insula in mari. Totius Europæ celeberrimæ insulæ sunt, in Oceano Britannia, in mari mediterraneo Sicilia, de quibus suo loco.

72 Νισώπη, νῆσος Λέσβου.] Literarum series suadet legendum esse Νησώπη, vel Νησιώπη, ut est apud Suidam. Erat autem insula Lesbi, hoc est quæ ad Lesbum insulam pertinebat, cujus portum noster Σίγριν, Suid. Σίγριον appellat, ejus apud alios summum est silentium.

73 Νίβις, πόλις Αἰγύπτου.] Nibis, urbs Ægypti, ex Phlegonte. Memoratur Suidæ, de qua nihil notabile, quod nostris collectaneis inservire posset, inveniebam.

74 Φλέγων ἑκατοστῷ πεντηκοστῷ Ὀλυμπιάδι.] Lege, ἑκατοστῇ πεντηκοστῇ ὀλυμπιάδι. i. e. *Centesima quadragesima olympiade.* Phlegon enim non scripsit nisi sexdecim Olympiadum libros, ut suo loco annotamus.

ἑκαλος ὧ πεσαρακοστῶ ὀλυμπιάδι. Τὸ ἐθνικὸν Νιβίτης, ὡς Μεμφίτης.

mo quadrageſimo Olympiadis. Gentile, Nibites, ut Memphites.

ΝΙΓΡΗΤΕΣ [75], ἔθνος Λιβύης, ἀπὸ ποταμοῦ Νίγρητος. Διονύσιος.

— Καὶ ἀγχέμαχοι Νίγρητες.

NIGRETES, gens Libyæ, ſic dicta à fluvio Nigrete. Dionyſius.

— *Et cominus pugnantes Nigretes.*

ΝΙΚΑΙΑ [76], πόλις Βιθυνίας, Βοττιαίων ἄποικος. Ἐκαλεῖτο ἡ πρότερον Ἀγκώρη, εἶτα Ἀντιγόνεια· τέταρτον ἡ ἀπὸ τῆς Λυσιμάχου γυναικὸς Νίκαια ἐκλήθη. [77] Δευτέρα, τῶν Ἐπικνημιδίων Λοκρῶν. Τρίτη, ἐν Ἰλλυρίδι. [78] Τετάρτη, ἐν Ἰνδοῖς. [79] Πέμπτη, ἐν Κύρνῳ τῇ νήσῳ. Ἕκτη, ἐν Λεύκτροις τῆς Βοιωτίας. [80] Ἑβδόμη, Κελτικῆς, Μασσαλιωτῶν ἄποικος. Ὀγδόη, Θρᾳκικῆς. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι, αἱ πρὸς Θερμοπύλαις, καὶ Θρᾴκαις. Λέγεται δὲ προπαροξυτόνως. Εἰ δέ ἐστι Νικαῖος, τὸ θηλυκὸν Νικαία· ὁ πολίτης, Νικαιεὺς καὶ Νικαεύς, διχῶς. [81] Ἐξ αὐτῆς, Ἀρηγόνος, καὶ Ἀσκληπιάδης, καὶ Παρθένιος, καὶ Ἀπολλόδωρος,

NICÆA, urbs Bithyniæ, Bottiæorum colonia. Vocabatur verò prius *Ancore*, poſtea *Antigonia*. Deinde à Nicæa Lyſimachi uxore, *Nicæa* vocata fuit. Secunda Locrorum Epicnemediorum. Tertia Illyridis. Quarta Indiæ. Quinta Corſicæ inſulæ. Sexta in Leuctris Bœotiæ. Septima Celticæ, Maſſaliotarum colonia. Octava Thraciæ. Sunt verò & aliæ, quæ circa Thermopylas, & Thraces. Dicitur verò accentu in antepenultima. Quod ſi Nicæus, fœm. Nicæa *cum accentu in penultima*. Civis, Nicæeus, & Nicaeus dupliciter. Hinc fuere Aregonus, & Aſclepiades, & Parthenius, & Apollodorus, & Epitherſes grammaticus, qui ſcripſit

75 Νίγρητες, ἔθνος Λιβύης, &c.] Nigretes, gens Libyæ à fluvio Nigrete nomen adepta, ex Dionyſio de ſitu orbis, cujus affert hemiſtichium. Ejus integri verſus ſunt:

Ἄγχι δὲ Μαρμαρίδαι πεφυκότες Αἰγύπτοιο
Γαίτυλοί τ' ἐφύπερθε, καὶ ἀγχίμοι Νίγρητες.

Juxta autem Marmaridæ vergentes ad Ægyptum
Gætulique deſuper & vicini Nigretes.

Quare apud Stephanum pro καὶ ἀγχέμαχοι Νίγρητες, lege καὶ ἀγχίμοι Νίγρητες. Miror nihil de his dixiſſe Euſtathium ad locum Dionyſii prædictum. Plinius lib. 5. c. 8. ait, *Nigritas eſſe Æthiopum gentem.*

76 Νίκαια, πόλις Βιθυνίας, &c.] Nicæa, urbs Bithyniæ, Bottiæorum colonia. Bottiæi fuere Thraciæ populi, autore Plinio lib. 4. c. 11. Nicæam verò Bithyniæ urbem prius vocitatam fuiſſe *Ancoren* inquit, deinde *Antigoniam*, deinde ab uxore Lyſimachi *Nicæam*. Duo poſtrema nomina ex Strabonis lib. 12. videtur habere. Sic enim ille de hac urbe: Καὶ Νίκαια ἡ μητρόπολις τῆς Βιθυνίας, ἐπὶ τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ· πρόκειται δὲ κύκλῳ πεδίον μέγα, καὶ σφόδρα εὐδαίμον, ἐν πάνυ γε ὑγιεινῷ καὶ ἥρᾳ· κλῖμα Ἀνιόχοις μὲν προσῆπτο καὶ Φιλίππῳ, ὃς αὐτὴν Ἀντιγόνειαν προσεῖπε· εἶτα Λυσιμάχῳ, ὃς αὐτὴν ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὠνόμασε Νίκαιαν· ἔστι δ' αὕτη θυγάτηρ Ἀντιπάτρου· ἔστι δὲ τῆς πόλεως ἐκκαιδεκασταδίου ὁ περίβολος· ἡ δὲ πόλις τετράγωνος σχήματι, &c. i. e. *Et Nicæa Metropolis Bithyniæ ad Aſcaniam paludem: quæ urbs ambitur campo magno, & admodum felici, ſed per æſtatem non admodum ſano. Hanc Antigonus primum condidit, Philippi filius, & Antigoniam nominavit, deinde Lyſimachus, qui eam ab uxore Nicæam appellavit: ea Antipatri filia fuit. Urbs ipſa quadrata eſt, ambitu ſtadiorum* XVI. *&c.* Quam *concilium Nicenum* ab ea dictum nobilitavit, quod hac in urbe anno Chriſti CCCXXVIII. juſſu Conſtantini imperatoris celebratum fuit adverſus Arium divinitatem Chriſto negantem. Fuere ex hac urbe præter eos, quos commemorat autor noſter, Philiſtion Comicus, qui nimio riſu mortuus fuit, teſte Suida, necnon Dio Caſſius hiſtoricus, quem Xiphilinus in epitomen redegit; ex qua verò Nicæa fuerit Hipparchus ille inſignis mathematicus numquam ſatis laudatus, qui ſupra mortalium naturam, ſiderum lege deprehenſa, cunctis in hæreditatem cœlum reliquit, ut inquit Plin. lib. 2. c. 26. incertum eſt.

77 Δευτέρα, τῶν Ἐπικνημιδίων Λοκρῶν.] Secundo loco numerat Nicæam Locrorum Epicnemediorum, cujus meminit Strabo libro 9. Liv. lib. 32. c. 32. *Aptum autem fore colloquium credebat, ut ſibi liberum eſſet, vel ad bellum manenti, vel ad pacem decedenti rem inclinare. In ſinu Maliaco prope Nicæam litus elegere; eo rex ab Demetriade cum quinque lembis & una nave roſtrata venit.*

78 Τετάρτη ἐν Ἰνδοῖς.] Quarto loco recenſet Nicæam Indiæ, quam condidiſſe Alexandrum trans Hydaſpem fluvium, nomine à victoria, quam adverſus Porum Indorum regem obtinuit impoſito, narrat Arrhianus de expedit. Alex. lib. 5. Ἵνα δὲ ἡ μάχη ξυνέβη, καὶ ἔνθεν ὁρμηθεὶς ἐπέρασε τὸν Ὑδάσπην ποταμόν, πόλεις ἔκτισεν Ἀλέξανδρος. Καὶ τὴν μὲν, Νίκαιαν, τῆς νίκης τῆς ἐπὶ Ἰνδοῖς ἐπώνυμον ὠνόμασε· τὴν δὲ Βουκεφάλαν, ἐς ἵππου τοῦ Βουκεφάλου τὴν μνήμην, ὃς ἀπέθανεν αὐτῷ, οὐ βληθεὶς πρὸς οὐδενός, ἀλλ' ὑπὸ κοπώσεώς τε καὶ ἡλικίας. i. e. *Ubi verò prælium accidit, & unde moverat ad trajiciendum Hydaſpen fluvium, urbes condidit Alexander; & alteram, à victoria adverſus Indos partâ* Nicæam *appellavit; alteram,* Bucephalam *in equi ſui Bucephali memoriam, qui ibi obiit, non vulneratus ab aliquo, ſed æſtu pariter atque ætate fractus.* Eadem fere refert Diodorus Biblioth. Hiſtoricæ lib. XVII. ex quibus Arrhianus videtur ſua deſumpſiſſe, ut è noſtris etiam Juſtinus lib. 12. c. 8. Q. Curtius lib. 9. c. 4. Hujus libet apponere verba: *Oppida quoque duo condidit, quorum alterum* Nicæam *adpellavit, alterum* Bucephalon, *equi, quem amiſerat, memoriæ ac nomini dedicans urbem.*

79 Πέμπτη, ἐν Κύρνῳ τῇ νήσῳ.] Quinto loco commemorat Nicæam, urbem in Corſica inſula, quam Hetruſcos condidiſſe, quum maris imperium obtinebant, prodidit Diodorus Siculus Bibliothecæ Hiſtoricæ lib. 5. Μεθ' ἣν τὴν Αἰθαλίαν νῆσός ἐστιν ἀπέχουσα μὲν τοσούτους ὡς τ' σταδίους, ὀνομαζομένη δὲ ὑπὸ μὲν τῶν Ἑλλήνων Κύρνος, ὑπὸ δὲ Ῥωμαίων καὶ τῶν ἐγχωρίων Κόρσικα. Αὕτη δὲ ἡ νῆσος εὐλιμενωτάτους ἔχει λιμένας τῶν ὀνομαζομένων Συρακουσίων· ὑπῆρχον δ' ἐν αὐτῇ καὶ πόλεις ἀξιόλογοι δύο, καὶ τέτταρα μὲν Κάλαρις, ἡ δὲ Νίκαια προσαγορευομένη. Τέτταρα δὲ τὰ μὲν Κάλαριν Φωκεῖς ἔκτισαν, καὶ χρόνου τινὰ κατοικήσαντες, ὑπὸ Τυρρηνῶν ἐξεβλήθησαν ἐκ τῆς νήσου· τὰ δὲ Νίκαιαν ἔκτισαν Τυρρηνοὶ παλαιοτερον ἐξελθόντες. i. e. *Poſt Æthaliam verò inſula eſt* CCC. *ſtadiis ab hac remota, quam Græci* Cyrnon, *Romani & indigenæ* Corſicam *vocitant. Hæc autem inſula aditu perquam facilis portum longe pulcherrimum, nomine* Syracuſium *habet. Duæ etiam urbes inſunt memorabiles,* Calaris *&* Nicæa. *Calarim Phocenſes condidere: cumque ad tempus quoddam inſulam habitaſſent, à Tyrrhenis fuerunt ejecti. Nicæam fundârunt Hetruſci, quando mari dominabantur.*

80 Ἑβδόμη, Κελτικῆς, Μασσαλιωτῶν ἄποικος.] Septimo loco celebrat Nicæam Celticæ, id Galliæ, Maſſilienſium coloniam, cujus meminit Plinius lib. 3. c. 5. *Igitur ab amne Varo Nicæa oppidum à Maſſilienſibus conditum, fluvius Padus.* Ejus quoque fecit mentionem Ptolemæus lib. 3. c. 1. Nunc *Niza di Provenza* vulgo dicitur, ac duci Sabaudiæ paret, quam acceſſu ſuo illuſtravit *Paulus* III. Summus Pontifex, illuc veniens gratiâ conciliandæ pacis inter *Carolum* V. Imperatorem & *Franciſcum* I. Galliarum regem, ut refert Leander Albertus in ſua Liguria.

81 Ἐξ αὐτῆς.] Lege ἐξ αὐτῆς. Refertur enim πρὸς τὴν πόλιν.

82 Νίκα-

ρ, καὶ Ἐπιχάρης γραμματικὸς, γράψας περὶ λέξεων Ἀττικῶν καὶ κωμικῶν καὶ τραγικῶν. A

scripsit de dictionibus Atticorum, & Comicorum, & Tragicorum.

ΝΙΚΑΣΙΑ, νησίδιον μικρὸν πλησίον Νάξου. Τὸ ἐθνικὸν Νικάσιος, ὡς Θηράσιος. Καὶ θηλυκῶς καὶ ἀδελφῶς. Ἔστι καὶ ὄνομα κύριον Νικάσιος. B

NICASIA, insula parva prope Naxum. Gentile, Nicasius, ut Therasius. Et fœm. & neut. gen. Est etiam nomen proprium, Nicasius.

ΝΙΚΑΤΟΡΙΣ [82], πόλις Συρίας πρὸς τῇ Εὐρώπῃ, κλίσμα Σελεύκου τοῦ Νικάτορος. Τὸ ἐθνικὸν, Νικατορίτης.

NICATORIS, urbs Syriæ juxta Europam à Seleuco Nicatore condita. Gentile, Nicatorites.

ΝΙΚΗΦΟΡΙΟΝ [83], ἤτοι ἡ Κωνσταντίνα, ἡ πρὸς Ἔδεσσαν πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Νικηφόριος, ὡς Βυζάντιος. C

NICEPHORIUM, sic Constantina circa Edessam urbs. Gentile, Nicephorius, ut Byzantius.

ΝΙΚΙΟΥ ΚΩΜΗ [84], Αἰγύπτου. Ἀπεσταλκέναι Αἰγυπτιακῶν δευτέρῳ. Ὁ οἰκήτωρ Νικιώτης, ὡς φησιν Ὧρος ἐθνικῶν πρώτῳ.

NICIÆ COMÆ, h. e. *Niciæ vicus*, [oppidum] Ægypti. Aristagoras Ægyptiacorum secundo. Habitator, Niciotes; ut inquit Orus gentilium primo.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ [85], πόλις Βιθυνίας, ἀπὸ Νικομήδους τοῦ Ζήλα παιδὸς, ἐπισημοτάτου βασιλέως· [86] Ἡ καὶ Ὀλβία ἐκλήθη. Ὁ πολίτης, Νικομηδεύς· Καὶ τὸ κτητικὸν, Νικομήδειος· Καὶ θηλυκῶς καὶ ἀδελφῶς, ὡς Ἀρριανός. D E

NICOMEDIA, urbs Bithyniæ à Nicomede Zelæ filio celeberrimo rege. Quæ etiam *Olbia* vocata fuit. Civis, Nicomedeus. Et poss. Nicomedius. Et fœm. & neut. gen. ut Arrhianus.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΟΝ, ἐμπόριον Βιθυνίας· Ἀρριανὸς πέμπτῳ Βιθυνιακῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Νικομηδεύς. Δύναται καὶ Νικομηδειεύς.

NICOMEDIUM, emporium Bithyniæ. Arrhian. Bithyniacor. quinto. Gentile, Nicomedeus. Potest etiam esse Nicomedieus.

ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ [87], πόλις Ἠπείρου, ὡς Μαρ-

NICOPOLIS, urbs Epiri, ut Marcianus,

82 Νικάτορις, πόλις Συρίας.] Nicatoris, urbs Syriæ prope Europam à Seleuco Nicatore condita, cujus oppidani dicebantur *Nicatoritæ*, quorum meminit Vespasiani nummus in Goltzii Thesauro. Strabo verò lib. 16. celebrat montem *Nicatorium* circa Arbela, ubi Alexander vicit Darium, quem Alexander sic vocavit à parta victoria: Μεθ' ἣν δὲ Ἄρβηλα, καὶ τὸ Νικητήριον ὄρος (ὃ προσωνόμασεν Ἀλέξανδρος νικήσας τὴν περὶ Ἄρβηλα μάχην) ὁ Κάπρος ἐστὶ ποταμὸς, σὺν ἴσῳ διαστήματι, ὅσῳ καὶ ὁ Λύκος. i. e. *Post Arbela verò, & Nicatorium montem (quem sic vocavit Alexander à parta apud Arbela pugna) fluvius est Caprus, tanto intervallo, quanto Lycus.*

83 Νικηφόριον, ἤτοι ἡ Κωνσταντίνα, &c.] Nicephorium, fuit urbs Mesopotamiæ circa Edessam, Alexandri jussu condita, autore Plinio lib. 6. c. 26. *In vicinia Euphratis Nicephorium, ut diximus, quod Alexander jussit condi propter loci opportunitatem.* Memoratur etiam Straboni lib. 16. Ptolemæo lib. 5. c. 18. In ea fuisse templum Nicephori Jovis, ex quo oraculum Adriano futuri imperii redditum fuisse refert Apollonius Syrus apud Spartianum in vita Adriani. *Constantinam* quoque vocitatam fuisse inquit noster autor, sed sine autore. Suidas idem ait, at ex nostro autore, ut & alia desumpsit.

84 Νικίου κώμη, Αἰγύπτου.] Sic puto legendum, Νικίου κώμη, κώμη Αἰγύπτου, i. e. *Niciæ vicus, vicus Ægypti.* Sic enim de hujusmodi oppidis amat loqui. Memoratur Straboni lib. 17. Ptolemæo lib. 4. c. 5. cui μητρόπολις Νικίου, i. e. *metropolis Niciæ* dicitur, atque in Nomo Prosopite locatur. Hodie *Fuoa* dicitur, teste Leone Africano.

85 Νικομήδεια, πόλις Βιθυνίας.] Nicomedia, urbs Bithyniæ, nomen adepta à Nicomede ejusdem Bithyniæ rege, memoratur inter alios Straboni lib. 12. ubi edisserit, Astacum urbem à Lysimacho fuisse deletam, atque ejus oppidanos Nicomediam transvectos; ejus verba, ubi de Astaco agimus, invenies; alii inter quos Pausanias lib. 5. Trebel. Pol. in Gallienis, Euseb. Chronic. Cano. asserunt Nicomediam prius *Astacum* fuisse dictam; ego Strabonem sequor. Namque Constantinus Porphyrogeneta de Them. lib. 1. c. 5. Astacum & Nicomediam tamquam diversas Bithyniæ urbes commemorat: in hujus urbis villa quadam, item suum obiisse Magnum Constantinum, cum Hierosolymam peteret, ut in Jordane fluvio baptizaretur, sunt qui dicunt. Eam suis natalibus condecoravit *Arrhianus* Historicus & Philosophus, *novus Xenophon* dictus propter eruditionis dexteritatem, de quo suo loco. Terræmotu quodam horrendo eversam penè fuisse memoriæ prodidit Amm. Marcellinus lib. 17. c. 13. *Iisdem diebus terræmotus horrendi per Macedoniam, Asiamque, & Pontum adsiduis pulsibus oppida multa concusserunt & montes. Inter monumenta tamen multiformium ærumnarum eminuere Nicomediæ clades, Bithyniæ urbium matris, cujus ruinarum eventum verè breviterque absolvam.*

86 Ἡ καὶ Ὀλβία ἐκλήθη.] Inquit Nicomediam dictam quoque fuisse *Olbiam.* Miror non dixisse à Nympha Olbia, quoniam si *Astacus* nomen sibi induit ab Astaco, Neptuni ex Nympha Olbia, filio, ut ipse inquit in Ἄστακος, quare ab Olbia Astaci matre Nicomedia non diceretur *Olbia*, unde puto Astacum, Olbiam, & Nicomediam confundi. Quin etiam sinus Astacenus ab aliquibus *Olbianus* dicitur.

87 Νικόπολις, πόλις Ἠπείρου.] Nicopolis, urbs Epiri, condita fuit ab Augusto Cæsare ad sinum Ambracium contra Actium promontorium in memoriam victoriæ, quam contra Antonium obtinuit, in quo sine dubio voluit imitari Alexandrum Magnum, qui in memoriam victoriæ adversus Porum Indiarum regem Nicæam condidit; de qua Constantinus Porphyrogeneta de Them. lib. 2. Them. 8. sic loquitur: Ναυσὶ γὰρ ἐν στόλῳ ἐπὶ ναυσὶ χίλιαι καὶ διακόσιαι συνέβαλον μετὰ Καίσαρος τοῦ πολέμου, τοῦ αὐτοῦ τοῦ ἀκροθινίου τοῦ καλουμένου Ἄκτιον. Καὶ νικήσας ὁ Καῖσαρ τὸν Ἀντώνιον καὶ τὴν Κλεοπάτραν, ἔκτισε πόλιν καλέσας αὐτὴν Νικόπολιν διὰ τὸ ἐκεῖσε πεπροθυμῆσθαι τὸν Ἀντώνιον. i. e. *Itaque navali prælio, cum navibus* MCC. *cum Cæsare congressus est in aciê; in ipso promontorio, quod* Actium *nuncupatur, ac cum Cæsar Antonium & Cleopatram vicisset, urbem condidit, quam* Nicopolim, [*i. e.* victoriæ-urbem] *nominavit, quod eo loco victus fuisset Antonius.* Elegantius Suetonius in vita Augusti eadem refert: *Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in posterum esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit, ludosque illic Quinquennales constituit, & ampliato vetere Apollinis templo, locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum navalibus spoliis, Neptuno ac Marti consecravit.* Ludos, quos instituit Augustus fuisse ad Actiacorum imitationem nemo

omnium

Μαρκιανός. Ἔστι καὶ Βιθυνίας. [88] Ἔστι καὶ ἄλλη τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας. [89] Ὁ πολίτης Νικοπολίτης, ὡς Παυσανίας δεκάτῳ. A

ΝΙΚΩΝΙΑ [90], πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἴστρου· Στράβων ἑβδόμῃ. Τὸ ἐθνικὸν Νικωνιάτης, ὡς Ῥιθυμνιάτης. B

ΝΙΝΑΙΑ, πόλις Οἰνώτρων, ἐν τῇ μεσογαίᾳ. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν Νιναῖος, ἢ Νιναιεύς.

ΝΙΝΟΗ [91], ἡ ἐν Καρίᾳ Ἀφροδισιάς, κληθεῖσα ὑπὸ τῶν Πελασγῶν Λελέγων· Καὶ C ἐκλήθη Λελέγων πόλις. Εἶτα ἐκλήθη Μεγαλόπολις. Εἶτα ἀπὸ Νίνου, Νινόη. Τὸ ἐθνικὸν Νινοήτης, ὡς τὸ Πύλη Πυλήτης, ὅθεν Πυλάτιδες ἀγοραί· Καὶ Λίμνη, Λιμνήτης.

ΝΙΝΟΣ [92], πόλις Ἀσυρίων, ἣν ἔκτισε D Νῖνος Σεμιράμιδος ἀνήρ, ἐν τῇ Ἀτυρίᾳ. Οἱ πολῖται, Νίνιοι· Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ.

ΝΙΣΑΙΑ [93], ὄπινειον Μεγαρίδος, καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρίς, ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος· Ἑλλάνικος ἐν ἱερείων πρώτῳ. Καὶ ἐν τῷ δευ- E τέρῳ· Καὶ Νισαίαν εἶλε, καὶ Νίσον τὸν Πανδίονος, καὶ Μεγαρέα τὸν Ὀγχήστιον.

ΝΙΣΙΒΙΣ [94], πόλις ἐν τῇ Περαίᾳ, τῇ πρὸς

cianus. Est etiam Bithyniæ. Est etiam alia minoris Armeniæ. Civis, Nicopolites ut Pausanias libro decimo.

NICONIA, urbs in Ponto ad ostia Istri. Strab. lib. 7. Gentile, Niconiates, ut Rhithymniates.

NINÆA, urbs Oenotrorum in mediterraneis. Hecatæ. Europa. Gentile, Ninæus, vel Ninæeus.

NINOE, Aphrodisias in Caria, quam Pelasgi Leleges condidere, & *Lelegum urbs* fuit vocata. Deinde Megalopolis. Postea à Nino, Ninoë. Gentile, Ninoëtes, ut Pyle, Pyletes, unde Pylatides agoræ h. e. *cœtus & congregationes, quæ Pylæ fiebant.* Et ut Limne, Limnetes.

NINUS, urbs Assyriorum, quam condidit Ninus, Semiramidis vir, in Aturia. Cives, Ninii, Strab. lib. 15.

NISÆA, navale Megaridis, & ipsa Megaris, à Niso Pandionis filio. Hellanicus de sacrificiis primo. Et in secundo. *Et Nisæam cepit. & Nisum Pandionis filium, & Megareum Onchestium.*

NISIBIS, urbs in Peræa, quæ juxta Tigrin

omnium dubitaverit, at hi Δῶρ τριετηρικὸν celebrabantur, autore nostro autore in Ἄκλια, illi verò per quinquennium, ut claret ex Suetonio, loco prædicto. Paus. lib. 5. autor est, Augustum Ambraciotas & Anactorios Corinthiorum colonos Nicopolim deduxisse.

88 Ἔστι καὶ ἄλλη τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας.] Nicopolis minoris Armeniæ memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 7.

89 Ὁ πολίτης Νικοπολίτης.] Oppidanus *Nicopolis* dicebatur *Nicopolites* ex Pausaniæ lib. 10. Hæc Pausaniæ verba respexit: Βασιλεὺς ὁ Αὔγουστος μελέτην καὶ Νικοπολίταις τοῖς πρὸς τῷ Ἀκτίῳ σωτηρίας ἕνεκα Ἀμφικτυόνων ἠθέλησε. i. e. *Imperator Augustus Nicopolitis, qui ad Actium sunt, locum esse in Amphictyonum concilio voluit.*

90 Νικωνία, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, &c.] Niconia, urbs in Ponto ad Istri ostia, ex Strabonis lib. 7. cujus sunt quæ sequuntur: Ἐπὶ ᾧ τῷ στόματι τοῦ Τύρα, πύργος ἐστὶν Νεοπτολέμου καλούμενος, καὶ κώμη Ἑρμωνακτίου λεγομένη. Ἀναπλεύσαντι δ' ἐκατὸν τεσσαράκοντα σταδίους, ἐφ' ἑκάτερα, πόλεις, ἡ μὲν Νικωνία, ἡ δὲ ἀριστερᾷ Ὄφιοῦσα. i. e. *In ostio Tyræ fluvii turris est, quam* Neoptolemi turrim *dicunt, & vicus qui* Hermonactis *appellatur. Inde naviganti* CXL. *stadia, utrinque, urbes, ad dextram Niconia, ad sinistram Ophiusa.*

91 Νινόη, &c.] Ninoë, Cariæ urbs, quam triplici nomine insignitam fuisse inquit. Vocata enim fuit Aphrodisias, Lelegum urbs, *Megalopolis.* Ipsissima pene inquit Suidas, quæ ex nostro autore procul dubio habet, ac præter hunc nemini, quod sciam, memoratur.

92 Νῖνος, πόλις Ἀσυρίων, &c.] Ninus, urbs Assyriorum, quam condidit Ninus Semiramidis maritus in Aturia, id est, in Assyria, ex Strabonis lib. 15. cujus hæc sunt: Ὧν ὁ μὲν Νῖνος ὁ τὴν Νίνον ἐν τῇ Ἀτυρίᾳ κτίσας. i. e. *Quorum Ninus Ninum* [urbem] *in Aturia condidit.* Ejusdem testimonium facit Diodorus Siculus Bibliothecæ Historicæ lib. 2. At Geneseos cap. 10. v. 11. Assur dicitur eam ædificasse; sita fuit ad Tigrim fluvium, autore Arrhiano de rebus Indicis, quod etiam elucet ex Plinio, lib. 6. c. 13. & ex Benjam. Thudelensi occulato teste in suo Itinerario, etsi Diodorus Siculus libro citato inquit ad Euphratem fluvium à Nino fuisse conditam. Quod facile conciliari potest. Namque Adiabena, ubi hæc urbs erat, inter utrumque fluvium sita erat. In Adiabena regione eam locat Ammianus Marcellinus, cujus ex lib. 23. c. 20. huc verba referre placuit: *In hac Adiabena Ninus est civitas, quæ olim Persidis regna possederat, nomen Nini potentissimi regis quondam, Semiramidis mariti declarans, & Ecbatana, & Arbela, & Gaugamela, ubi Darium Alexander post discrimina varia prælierum incitato Marte prostravit.* In Sacris literis *Ninive* dicitur. Porrò maxima fuit, quoniam ex Jonæ c. 3. v. 3. legimus, fuisse urbem trium dierum itinere. Jonæ verba confirmant, quæ de ejus magnitudine posteris tradidit Diodorus Siculus lib. 2. Deletam celebrat Strabo lib. 16. Ἡ μὲν οὖν Νῖνος πόλις, ἠφανισθη παντελῶς μετὰ τὴν τῶν Σύρων κατάλυσιν· πολὺ δὲ μείζων ἦν ἡ Βαβυλών, ἐν πεδίῳ κειμένη τῆς Ἀτυρίας. i. e. *Ninus autem post eversos Syros, extemplo deleta est. Ea multo major erat Babylone, in Aturiæ campo sita.*

93 Νισαία, ἐπίνειον Μεγαρίδος.] Nisæa, navale Megaridis, & ipsa Megaris, scilicet sic dicta fuit, à *Niso* Pandionis filio, ex Hellanico, quem nobis invidit temporum calamitas. Ejus vice fungetur Strabo lib. 9. Ἡ δὲ Νισαία ἐστὶν ἐπίνειον τῶν Μεγαρέων, δέκα καὶ ὀκτὼ σταδίους τῶν πόλεως διέχον σκέλεσιν ἐκατέρωθεν συναπτομένοις πρὸς αὐτήν· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τοῦτο Μινῴα. i. e. *Nisæa autem est Megarensium navale, distans ab urbe stadiis* XVIII. *& longo utrinque muro ei connexum; vocabatur verò & hoc* Minoa. Ac paulò infra: Ὁ Νίσος τὴν Μεγαρίδα λάχοι, καὶ κλῆσιν τὴν Νισαίαν. i. e. *Nisus (ajunt quod) Megaridem sorte obtinuerit, & Nisæam condiderit.* Apud Ptolemæum etiam lib. 3. c. 15. legimus: Νισαία ἡ καὶ Μεγαρα καλουμένη. i. e. *Nissæa*, Megara *vocata.* De qua videsis quæ in Μεγαρα annotavimus.

94 Νισῖς, πόλις ἐν τῇ Περαίᾳ, &c.] Nisibis, vel Nesibis, vel Nasibis, ut inquit noster, fuit urbs in ulteriore Mesopotamiæ parte ad Tigrim fluvium munitissima, ac veluti Romani imperii propugnaculum ad cohibendos Persas & Parthos imperii Romani tunc temporis æmulos. Aliqui putant esse, quæ in sacris literis Genes. c. 10. v. 10. dicitur כלנה *Calneh*; alii, ut in re antiqua aliter sentiunt. Josephus Antiquit. lib. 18. c. 12. eam locat ad Euphratem fluvium: Ἔστι δὲ καὶ Νισῖς πόλις κεῖται τὸν αὐτὸν τοῦτον ποταμὸν ῥέοντα. i. e. *Est etiam Nisibis urbs sita ad eumdem fluvii* [Euphratis] *fluentem.* Nec obstat, quod noster eam locet ad Tigrim fluvium, & Josephus ad Euphratem, quoniam oppida quæ erant in Mesopotamia, quippe quæ jacebat inter hos duos amnes, alii ad Euphratem, alii ad Tigrim locabant, sed quando Josephus eam ad Euphratem locat, forsitan magis proxi

πρὸς τῷ Τίγρητι ποταμῷ. Φίλων ἐν Φοινικικοῖς, Νάσιβις διὰ τοῦ α· Οὐρανίου δὲ διὰ τοῦ ε, Νέσιβις. 95 Σημαίνει δέ, ὡς φησι Φίλων, Νάσιβις τὰς στήλας. Ὡς δὲ Οὐρανίου, Νέσιβις, φησὶ σημαίνειν τῇ Φοινίκων φωνῇ λίθοι συγκείμενοι, συμφορηθέντες. 96 Στράβων δὲ ἐκκαιδεκάτῃ, διὰ τοῦ ι. Τὸ ἐθνικὸν, Νισιβηνός. Καὶ ἔδει Νισιβίτης, ἀλλ' ὁ τύπος Αἰγύπτιος καὶ Λιβύης. Οὗ δὲ διὰ τοῦ η ἐστὶν, ὡς διὰ τοῦ ευ Σοφαινέτου, καὶ τοῦ εω, ὡς Σωφλωὸς, 97 Ταξηνὸς, Καμβυσηνός.

A Tigrin fluvium. Philo in Phœnicicis, Nasibis per *a* scribit. Uranius verò per *e*, Nesibis. Significat verò, ut inquit Philo, Nasibis columnas. Ut autem Uranius, Nesibis significat Phœnicum lingua *lapides congestos simul-jacentes*. Strab. lib. 16. per *i* scribit. Gentile, Nisibenus, & debebat esse Nisibites, sed est forma Ægyptiorum, & Libyum, forma verò per *enus* inter incolentes ad Euphratem & orientem consueta est, ut Sophenus, Taxenus, Cambysenus.

B

C

ΝΙ'ΣΤΡΟΣ 98, μία τῶν Κυκλάδων.

Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον. —

99 Πολυβώτης γὰρ εἷς τῶν γιγάντων, ὑπὸ Διὸς βληθεὶς, ὠθείχετο. Ποσειδὼν δὲ ἐπ' αὐτὸν ἀφεὶς τὴν τρίαιναν, διὰ μὲν ἥμαρτε· 1 Γέγονε γὰρ νῆσος τὸ βληθὲν Νίσυρος. 2 Ἐκαλεῖτο καὶ Πορφυρὶς, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρῶν. Οἱ οἰκήτωρ Νισύριος, καὶ Νισυριακός.

NISYRUS, una Cycladum.

Qui verò Nisyrum habebant. —

Polybotes enim unus Gigantum à Jove percussus natabat. Neptunus verò in eum immisso tridente, ab eo quidem aberravit, facta verò fuit insula Nisyrus, quod percussum fuit. Vocabatur etiam *Porphyris* à purpuris. Habitator, Nisyrius, & Nisyriacus.

D

ΝΙ-

NI-

proximabat Euphrati, quàm Tigri. Memoratur inter alios Ptolemæo lib. 5. c. 18. Vocatam aliquando fuisse Antiochiam prodidit Plinius lib. 6. c. 13. Benjam. Thudelensis in suo itinerario eam vocat *civitatem magnam*. Magno imperii Romani dedecore Jovianum imperatorem tradidisse eam Sapori Persarum regi narrat Amm. Marcellinus lib. 25. c. 31. *Tu hoc loco, Fortuna orbis Romani meritò incusaris, quæ difflantibus procellis rempublicam, excussa regimenta perito rei gerendæ ductori, consummando juveni porrexisti; quem nullus ante actæ vitæ insignibus in hujusmodi negotiis cognitum, nec vituperari est æquum, nec laudari. Illud tamen ad medullas usque bonorum pervenit: quod dum extimescit æmulum potestatis, dumque in animo Gallias & Illyricum versat, quosdam sæpe sublimora cœptasse, famam adventus sui prævenire festinans, indignum imperio facinus, amictu perjurii fugiendi commisit, Nisibi perdita; quæ jam à Mithridatici regni temporibus, ne oriens à Persis occuparetur, viribus restitit maximis. Numquam enim ab urbis ortu inveniri potest annalibus replicatis, ut arbitror, terrarum partes ullas nostrarum ab imperatore, vel consule hosti concessas.*

95 Σημαίνει δέ, ὡς φησι Φίλων, Νάσιβις, &c.] Agit de etymo Nisibis, cujus nomen, autore Philone, columnas, autore Uranio, lapides collectos significabat, quæ significationes non abludunt à nativa origine. נצ׳יב *Netsib* enim Hebraice, significat *statuam*, & militum-stationem, & acervum, teste Kimchio ad Genes. c. 19. v. 26.

96 Στράβων δὲ, &c.] Straboni lib. 16. dicitur Nisibis per *i*. Ejus ex libro citato sunt verba: Καὶ τὰ περὶ τὴν Νῖνον πεδία, Δολομηνή τε, καὶ Καλαχηνὴ καὶ Χαζηνὴ καὶ Ἀδιαβηνὴ, καὶ τὰ τῆς Μεσοποταμίας ἔθνη, τὰ περὶ Γορδυαίους, καὶ τοὺς περὶ Νίσιβιν Μυγδόνας. i. e. *Et campi circa Ninum, Dolomene, Calachene, Chazene, Adiabene, & Mesopotamiæ gentes, quæ circa Gordyæos, & Migdones, qui circa Nisibin.*

97 Ταξηνὸς.] Legendum puto Ξεξηνὸς, quia sequitur Καμβυσηνὸς, ac quia Ταξηνὸς non est gentile, ullius urbis, vel regionis.

98 Νίσυρος, μία τῶν Κυκλάδων.] Nisyrus, insula una Cycladum, ex Homero, cujus affert hemistichium, ejus integer versus legitur Il. 2. v. 676.

Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν' εἶχον, Κράπαθόν τε, Κάσπλε
Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν.
Qui autem Nisyrum tenebant, Crapathumque, Casumque
Et Coum Euripyli urbem.

Strabo eam locat inter insulas Sporades, cujus ex lib. 10. huc conferam verba: Νίσυρος δὲ πρὸς ἀρκτον μὲν ἐστι Τήλω, διέχουσα αὐτῆς, ὅσον ἐξήκοντα σταδίους, ὅσους καὶ Κῶ διέχει· στρογγύλη δὲ, καὶ ὑψηλὴ, καὶ πετρώδης δὲ μυλίαις λίθοις εὐπετρέστος· τοῖς γὰρ ἀσυγκίστοις ἐγχωρεῖ ἐστὶ καὶ τὰ μύλων εὐπορία· ἔχει δὲ καὶ πόλιν ὁμώνυμον, καὶ λιμένα, καὶ ἄστυ, καὶ Ποσειδῶνος ἱερόν· πρὸς μὲν ἄρκτον ἡ αὐτῆς ἀγδοήκοντα στάδιοι. i. e. *Nisyrus verò versus septentriones est Teli, distans ab ea circiter stadia* LX. *totidemque à Coa. Rotunda autem est & excelsa, & saxosa, molaris lapidis copiâ abundans, quam vicinis affatim suppeditat. Habet urbem ejusdem nominis, & portum, & thermas, & Neptuni templum. Ejus ambitus est stadiorum* XXC.

99 Πολυβώτης, &c.] Agit de Nisyri insulæ etymologia, quam de fabula Polybotæ Gigantis à Neptuno triente percusso affert, apud quem pro ὠθείχετο, i. e. *sustinebat*, lege ὠθείχθη, i. e. *natabat*, ex Eustathio ad Dionysii de situ orbis v. 525. Ἡ Νίσυρος, ἧς μέμνηται Ὅμηρος μέμνηται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ νέω καὶ τοῦ σύρω, διότι ἀποκοπεῖσα τῆς νήσου τῆς Κῶ τῇ τοῦ Ποσειδῶνος τριαίνῃ, ἐπισύρη τῷ γιγάντι Πολυβώτῃ νεανίᾳ, ὃ ἐστι οἰχομένῳ. i. e. *Nisyrus, cujus Homerus meminit, sic vocata fuit à verbo νέω, i. e.* nato, *& à verbo σύρω, i. e.* traho, *quod à Coa insulâ Neptuni tridente abscissa attraxit secum gigantem Polybotem natantem, id est abeuntem.*

1 Γέγονε γὰρ νῆσος τὸ βληθὲν Νίσυρος.] Hæc verba ex Strabonis lib. 10. sic sunt legenda: Καὶ ἠφάνισε νῆσον τὸ βληθὲν ἡ Νίσυρος, ac quia hanc fabulam de Nisyro insula à Neptuno tridente avulsa ab insula Co transcripsisse videtur autor noster ex Strabonis libro citato. Ejus integra verba libet apponere: Φασὶ δὲ τὴν Νίσυρον ἀποθραυσμα εἶναι τῆς Κῶ· προσθέντες καὶ μῦθον, ὅτι Ποσειδῶν διώκων ἕνα τῶν γιγάντων Πολυβώτην, λιθοβολήσας τῇ τριαίνῃ πρὸς τῇ Κῶ ἐπ' αὐτὸν βάλοι, καὶ γένοιτο νῆσος τὸ βληθὲν ἡ Νίσυρος. i. e. *Ajunt autem Nisyrum fragmentum esse ab insula Coa avulsum, addentes fabulam; Neptunum, cum quemdam de gigantibus Polyboten persequerétur, fustum insulæ Coæ tridente defractum in eum conjecisse, idque insulam Nisyrum esse factum.* Fabula illa sine dubio significatur Nisyrum insulam terræ motu quodam, ut assolet fieri, fuisse ab insula Coa avulsum; at illud etymon ex Græcorum farina confectum esse reor. Nisyros enim olet Phœniciam originem, נסר *naser* in lingua Chaldaica significat *incidere*, *secare*, quo usus est Jonoth. Exod. 14. 25. à quo in lingua sancta משור *masor*, i. e. *serra*. Apud Plinium etiam lib. 5. c. 31. cujus verba subsequenti nota reddam, *Prion* mons in insula Co, quæ aliis dicitur *Coa* memoratur, quod nomen Græce significat *serram*. Illa etymologia propior vero videtur, quia Phœnices cum maris Ægæi insulas tam Cyclades, quam Sporades commercii gratiâ frequentarent, earum nonnullis nomina imposuisse, non dubitandum est.

2 Ἐκαλεῖτο καὶ Πορφυρὶς, ἀπὸ τῶν, &c.] Insula Nisyros vocabatur etiam *Porphyris*, à purpuris, id est à muricibus, quæ in ea gignebantur. Id confirmatur autoritate Plinii ex ejus lib. 5. c. 31. *Mons ibi Prion*, [loquitur de Co insula] *& Nisyron abruptam illi putant, quæ* Porphyris *antea dicta est.*

ΝΙΤΡΑΙΑΙ [3], τόπος Αἰγύπτου. Στράβων ἐπτακαιδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Νιτρήτης, καὶ Νιτριώτης. Ἔστι καὶ νομὸς Νιτριώτης. A

NITRÆÆ, locus Ægypti. Strabo libro 17. Gentile, Nitretes, & Nitriotes. Est etiam *Nomos*, h. e. *præfectura* Nitriotes.

ΝΙΦΑΤΗΣ [4], ὄρος Ἀρμενίας· ἔστω γὰρ Ἀρκάδιος. Ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ νείφειν, [5] ἀλλ' ὀνομαλικῶς ἀφὲ ἕ, ἡ χρᾶσις· καὶ Πείσανδρος ἑβδόμῳ. B

NIPHATES, mons Armeniæ. Sic enim Arcadius. Videtur verò παρὰ τὸ, &c. h. e. *à ningendo*, sed nominativo modo per *i* scribitur. Et Pisander septimo.

Tauri radicem, altumque Niphaten.

ΝΙΨΑ [6], πόλις Θρᾴκης. Ὁ πολίτης Νιψαῖος. Ἡρωδιανὸς παραλήγει.

NIPSA, urbs Thraciæ. Civis, Nipsæus, Herodian. lib. 4.

ΝΟΑΙ [7], τὸ ἐθνικὸν Νοαῖος· ὁ τόπος C γὰρ οὐκ οἶδεν αὐτοῖς. Ἔστι δὲ πόλις Σικελίας· Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ χρονικῶν.

NOÆ, gentile, Noæus. Hæc enim forma haud insueta ipsis. Est verò urbs Siciliæ, Apollodorus Chronicor. secundo.

ΝΟΜΑΝΤΙΑ [8], πόλις Ἰβηρίας· Ἰόβας ἐν δευτέρῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν Νομαντῖνος λέγεται, ἀφὲ τοῦ ᾱ. D

NOMANTIA, urbs Iberiæ. Jobas Romanæ antiquitatis lib. 2. Gentile Numantinus dicitur per *u*.

ΝΟΜΒΑ [9], πόλις τῆς Ἰουδαίας· Ἰώσηπος ἕκτῳ

NOMBA, urbs Judææ. Joseph. Judaicæ

3 Νιτραιαι, τόπος Αἰγύπτου.] Nitræ, locus Ægypti, ex Strabonis lib. 17. apud quem Νιτρίαι, non Νίτραιαι scribitur, nec locus sed nitri-fodinæ Ægypti supra Momemphim sunt. Sic enim ille: Ὑπὲρ δὲ Μωμεμφεώς εἰσι δύο νιτρίαι, πολίσματα νίτρου ἔχουσαι, καὶ νομὸς Νιτριώτης. Τιμῶσι δὲ σὺν πᾶσιν ὁ Σάραπις, καὶ θύουσι μόνοις τούτοις θύειν ἐν Αἰγύπτῳ πρόβατον. i. e. *Ultra Momemphim sunt nitriæ* [id nitri fodinæ] *duæ, quæ nitri plurimum habent, est & Nomos Nitriotis. Hic Serapis colitur & apud hos solos sacrificatur in Ægypto ovis.* Apud Strabonem pro Νομὸς Νιτριώτης, lege Νομὸς Νιτριώτης. Nomos enim masculino, non fœminino genere usurpatur; memoratur etiam Plinio lib. 5. c. 9. cui *Nitrites* dicitur.

4 Νιφάτης, ὄρος Ἀρμενίας.] Niphates, mons Armeniæ, ex Arcadio nomen adeptus ἀπὸ τοῦ νείφειν, i. e. *à ningendo*, scilicet, quod nive obsitus esset; erat pars quædam Tauri, autore Plinio lib. 5. c. 27. memoratur inter alios Straboni lib. 11. Inclaruit etiam Andinis plectris Georgic. lib. 3. v. 30.

Addam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphatem.

Ad quem locum Servius: *Niphates & fluvius est & mons, ut Et Cimini cum monte Lacum. Per Niphatem autem, populos juxta habitantes accipimus. Nam, nec fluvius, nec mons umquam potest pelli.* Ejus quoque meminit Horatius carm. lib. 2. Od. 9.

——— *Potius nova*
Cantemus Augusti tropæa
Cæsaris, & rigidum Niphatem
Medumque flumen gentibus additum
Victis minores volvere vortices.

Niphates etiam fluvius celebratur Straboni libro citato, necnon Lucano lib. 3. v. 245.

——— *Venere feroces*
Cappadoces, duri populus nunc cultor Amani
Armeniusque tenens volventem saxa Niphatem.

5 Ἀλλ' ὀνομαλικῶς.] Lege ἀλλ' ὀνομασικῶς.

6 Νιψα, πόλις Θρᾴκης.] Nipsa, urbs Thraciæ, ex Herodiani lib. 4. de quibus subdubitat Ortelius in suo Thesauro Geographico in Nipsa ac putat hinc *Mypsæos* dici, Thraciæ populos, quorum meminit Herodotus lib. 4. c. 93. Itaque pro Herodianus legendum esse Herodotus. Mihi verò nimis violenta videtur hæc correctio, nisi sic dixeris, qui autori nostro *Nipsæi*, Herodoto dicuntur *Mypsæi*.

7 Νόα, τὸ ἐθνικὸν Νοαῖος.] Noæ, urbs Siciliæ, cujus oppidani dicebantur Νοαῖοι, videntur esse, qui Plinio lib. 3. c. 8. vocantur *Noæni*. Cluv. Siciliæ Antiquæ lib. 2. c. 12. existimat esse oppidum, quod nunc dicitur *Noara*, de quo nihil notabile refert.

8 Νομαντία, πόλις Ἰβηρίας.] Nomantia, quæ Latinis *Numantia* fuit urbs Hispaniæ Tarraconensis provinciæ, excidio suo ac eversore Scipione Africano notissima, cujus cineres edax tempus potuit consumere, sed nomen & gloriam numquam poterit delere ex annalibus, & ex Hispanorum memoria; de ejus situ non convenit inter autores; nos Joannis Marianæ sententiam sequimur, qui de ea sic loquitur suæ historiæ lib. 3. c. 1. *Numantia formido ac terror populi Romani, gloria decusque Hispaniæ in extremo Celtiberiæ ad septentrionem angulo sita in Arevacis, quatuor amplius millibus supra Soriam ad Garai pontem, non procul abortu Durii fluminis, ejus urbis vestigia monstrantur, naturâ loci, quam arte munitior fuit, in clivo posita, molli quidem ascensu, aditu tamen difficili, quæ tribus ex partibus, montibus ambiatur, uno tantum latere in planiciem desinit, proventu fertilem, & secundum Teram amnem, duodecim millia, quo usque in Durium influit protensam.* Ac ne putes Hispanum historicum in Hispaniæ urbis laudibus nimium longum fuisse, audi Romanum Florum, lib. 2. c. 18. *Numantia, quantum Carthaginis, Capuæ, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine & honore par omnibus, summumque, si viros æstimes, Hispaniæ decus, quippe quæ sine muro, sine turribus, modice edito in tumulo apud fluvium Durium sita, quatuor millibus Celtiberorum, XL. millium exercitum per annos quatuordecim sola sustinuit, nec sustinuit modo, sed sæpius aliquanto perculit, pudendisque fœderibus affecit: novissime cùm invictam esse constaret, opus quoque eo fuit, qui Carthaginem everterat, non temere, si fateri licet, ullius caussa belli injustior.* Scipionem Africanum subintelligit, qui eam intra annum ac tres menses, quàm eò venerat, circumdatam, excisamque solo æquavit, ut rerum monumentis tradidit Vell. Paterculus lib. 2. Horatius Carm. lib. 2. Od. 12. eam vocat *feram*.

Nolis longa feræ bella Numantiæ
Nec dirum Annibalem, nec Siculum mare
Pœno purpureum sanguine, mollibus
Aptari citharæ modis.

Scilicet propter *crudelitatem* in se ipsam. Nemo enim vivus ex hac urbe superfuit, qui in catenis duceretur, ut narrat idem Florus libro capiteque citato. De qua præter Strabonem, Appianum, Melam, Plinium, vide Nonium in sua Hispania c. 78. Bernardum Aldretum in libro, cui titulum fecit *Varias Antiguedades de España* lib. 1. c. 4, 5, 6. 7, 8, 9.

9 Νόμβα, πόλις τῆς Ἰουδαίας.] Nomba, urbs Judææ, ex Josephi Antiquit. Judaicæ lib. 6. cui Noba, non Nomba, ut ait noster, dicitur. Ejus ex libro citato cap. 14. sunt verba: Δαβίδης ὁ φυγὼν τὸν βασιλέα καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ πόλεμον, εἰς Νωβᾶν παραγίνεται πόλιν πρὸς Ἀχιμέλεχον τὸν ἱερέα. i. e. *David autem fugiens infestum regem, in urbem Nobam ad Achimelechum sacerdotem pervenit.* Nomen parùm deflexum ab Hebræo נב *Nob* ac cum ה paragogico נבה *Nobeh*, videtur; sic nuncupatur Reg. lib. 1. c. 21, 22. Vulgo vocari *Betnable* corrupto vocabulo à Bethnopolis autor est Justus Hebræus in sua Charta Terræ Sanctæ; olim jussu Saul Regis eversa fuit, ac sacerdotes interfecti, quod Achimelech sacerdos, qui ibi habitabat Davidem fugientem imprudens hospitio exceperat, ac Goliathæ gladio donaverat, ut collucet ex Reg. libro capiteque citato. In hac urbe tunc temporis erat tabernaculum, ac reliquæ omnes res sacræ.

10 Νό-

ἐκ]ῳ τ῀ Ἰ῾υδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Νομβαῖος.

A cæ antiquitatis lib. sexto. Gentile, Nombæus.

ΝΟ῎ΣΟΡΑ[10], νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ· Οὐεφάνιος Ἀραβικῶν. Ὁ νησιώτης Νοσορηνὸς, ἐγχωριος ὁ τύπος.

NOSORA, insula in mari rubro. Uranius Arabico. lib. Insularis, Nosorenus, hæc enim regionis forma.

ΝΟΣΤΙΑ[11], κώμη Ἀρκαδίας· Θεόπομπος τριακοστῷ δευτέρῳ Φιλιππικῶν. Ἔφορος.[12] Τὸ ἐθνικὸν, Ἐστνικὸς ἔφη, ὥστε κατ᾽ αὐτὸν Ἐστιανίαν λέγειν· Ἡ αὐτὴ γὰρ τῇ πρώτερα, ὡς δῆλον ἐξ ἄλλων.

B NOSTIA, vicus Arcadiæ. Theopomp. Philippicor. lib. 32. Ephorus gentile, Estanicus dixit, sicut ipse sentit *Estianiam* debemus dicere. Eadem enim est ac prior, ut ex aliis patet.

ΝΟ῎ΤΙΟΝ[13], πόλις Ἰωνίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Νοτιεύς.

C NOTIUM, urbs Ioniæ, Hecatæ. Asia. Gentile, Notieus.

ΝΟΥ῀ΒΑΙ[14], ἔθνος Λιβύης πρὸς Νείλῳ. Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ γῆς. Λέγονται καὶ Νουβαῖοι,[15] ὡς Δαβαῖοι, καὶ Νόμιδες οἱ αὐτοί.

NUBÆ, gens Libyæ juxta Nilum. Apollodorus de terra secundo. Dicuntur quoque Nubæi, ut Dabæi, & Numides iidem.

ΝΟΥΚΕΡΙ῎ΝΟΙ[16], ἔθνος Ἰταλίας· Πολύβιος τρίτῳ. Τὸ πρωτότυπον αὐτῶν, Νουκερία.

D NUCERINI, populi Italiæ. Polyb. lib. 3. Eorum prototypum Nuceria.

ΝΟΥΚΡΙ῎Α, πόλις Τυρρηνίας· Φίλιστος ιε, ια. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Νουκρῖνος. Εὕρηται καὶ Νακρία, Δίδυμος α.

NUCRIA, urbs Tyrseniæ. Philistus lib. 15. & 11. Gentile, Nucrinus. Invenitur E quoque Nacria per *a*.

ΝΥΜΦΑΙ῎Α[17], θηλυκὸν, ἡ νῆσος Καλυψώ,

NYMPHÆA, fœmineum, insula Calypsus,

10 Νόσορα, νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Nosora, insula in mari rubro, sine dubio est quæ Arrhiano Rerum Indicarum lib. dicitur *Nosola*, quam habitatoribus vacuam fuisse inquit ex Nearcho, ac Soli sacram.

11 Νοστία, κώμη Ἀρκαδίας.] Nostia, vicus Arcadiæ, Ephoro *Estana*, Pausaniæ in Arcadicis *Nestane* dicitur, cujus ruinæ tantum ætate Pausaniæ exstabant, ut ipse tradit libro citato.

12 Τὸ ἐθνικὸν, Ἐστνικὸς, &c.] Pro Ἐστνικὸς lege Ἐστιανὸς. Hæc enim est hujusmodi gentilium forma frequentior; in ικος verò est possessivorum; pro Ἐστιανίαν scribendum Ἐστιανὸν, unde deducitur Ἐστιανός.

13 Νότιον, πόλις Ἰωνίας.] Notium, urbs Ioniæ, ex Hecatæi Asia, Scylax Lydiæ, Herodotus Æolidi, Strabo Chio insulæ è regione Ioniæ dedit, de qua nihil memorabile referunt.

14 Νοῦβαι, ἔθνος Λιβύης πρὸς Νείλῳ.] Nubæ, qui & Nubæi, gens Libyæ juxta Nilum, cujus meminit Strabo lib. 17. Ἐξ ἀρίστερῶν τοῦ ῥύσεως ὁ Νεῖλος, Νοῦβαι καλοῦνται ἐν τῇ Λιβύῃ μεγάλοι τε καὶ πολλοὶ μέχρι τῆς ἀγκώνων, οὐκ ὀλιγωθρωποι τοῖς Αἰθίοψιν, ἀλλ᾽ ἰδίαν καὶ πολεῖς βασιλείας διειληφότες. i. e. *A sinistra verò cursus Nili habitant Nubæ, magna Libyæ gens, à Meroè incipiens usque ad flexus* [Nili] *non parentes Æthiopibus, sed particulatim in multa regna divisi.* Latinis profæ scriptoribus sæpe dicuntur *Nubienses*, Poetæ suo jure semper utuntur. Nubiensem fuisse autorem illum anonymum Geographiæ, quem ex Arabico in Latinum sermonem transtulit Gabriel Sionita, inquit idem Sionita in præfatione operis ad lectorem.

15 Ὡς Δαβαῖοι, καὶ Νόμιδες οἱ αὐτοί.] Nubas, seu Nubæos vocitatos quoque fuisse Numides inquit. Nomen mihi suspectum, pro quo puto legendum Νομάδες. Meam conjecturam confirmat Strabo, qui de eisdem loquens eos *Nomades* appellat lib. 17. Λοιπὰ δὲ τὰ πρὸς νότον Τρωγλοδύται· Βλέμμυες, καὶ Νοῦβαι, καὶ Μεγάβαροι οἱ ὑπὲρ Συήνης Αἰθίοπες, εἰσὶ δ᾽ ὅτι Νομάδες. i. e. *Reliqua ad austrum incolunt Troglodytæ, Blemmyes, & Nubæ, & Megabari, qui supra Syenen Æthiopes; sunt autem hi Nomades.* Præcedens etiam Dabæorum nomen mihi ignotum est, ejus loco ponesis Νασαμῶνες.

16 Νουκερῖνοι, ἔθνος Ἰταλίας.] Nucerini, gens Italiæ, ex Polybii lib. 3. cujus sunt, quæ sequuntur: Τῶν μὲν δὴ πολιτῶν αὐτῶν Σανησσανοὶ, καὶ Κυμαῖοι, καὶ Δικαιαρχῖται νέμονται, ὡσὺν δὲ τούτοις Νεαπολῖται. Τελευταῖον δὲ τὸ τῶν Νουκερινῶν ἔθνος. i. e. *Oram enim maritimam eorum* [Campanorum] *Sanuessani, & Cumani, & Dicæarchitæ* [i. e. Puteolani] *incolunt, ac præterea Neapolitani; ultima verò Nucerinorum gens.* Nuceria dicebatur *Nucerinorum urbs* quam ab Annibale captam, direptam atque incensam celebrat Liv. lib. 23. c. 15. *Cæterum posteaquam Neapolim à præfecto Ro. teneri accepit (M. Iunius Syllanus erat, ab ipsis Neapolitanis accitus) Neapolim quoque sicut Nolam, non admissus, petit Nuceriam. Eam cùm aliquandiu circumsedisset sæpe vi, sæpe solicitandis nequicquam nunc plebe, nunc principibus, fame demum in deditionem accepit: pactus ut inermes cum singulis abirent vestimentis: deinde, ut qui à principio mitis omnibus Italicis, præter Romanos, videri vellet; præmia atque honores iis qui remansissent, ac militare vellent secum, proposuit. Nec ea spes quemquam tenuit. Dilapsi omnes quocumque hospitia, aut fortuitus animi impetus tulit, per Campaniæ urbes, maxime Nolam Neapolimque. Cùm ferme triginta senatores, ac forte primus quisque Capuam petissent; exclusi inde, quod portas Annibali clausissent, Cumas se contulerunt. Nuceriæ præda militi data est, urbs direpta atque incensa.* Enotuit etiam carminibus Poëtarum. Lucan. lib. 2.

Tu quoque commissæ nudatam deseris arcem
Scipio Nuceriæ.

Sil. Italicus lib. 8.

Illic Nuceria, & Gaurus navalibus aptus
Prole Dicarchæa; multo cum milite Graio.
Illic Parthenope, & Pæno non pervia Nola.

Adhuc nunc exstat Ducatus titulo insignita, ac vulgo parùm corrupto veteri vocabulo dicitur *Nocera*. Quatuor hujus nominis urbes commemorat Leander in sua Umbria, nobis satis esto illuminasse Campaniæ Nuceriam, de qua noster autor egit. De Nucria verò Etruriæ urbe, quam sequenti sectione celebrat, summum est apud alios silentium.

17 Νυμφαία, θηλυκὸν, ἡ νῆσος Καλυψώ, &c.] Nymphæa, fœm. gen. insula Nymphæ Calypsûs juxta *Adriam*, i. e. *Adriaticum mare*, hoc nomine affecta, quod in ea habitasset Calypso Nympha, quæ Ulyssem naufragum hospitio excepit, atque in sex annos retinuit conjugio ei suo, & immortalitate oblatis, quæ ille patriæ & Penelopes suæ amori posthabuit, ut canit Poëtarum parens Od. 5. Sub cujus fabulæ involucro latet vehemens patriæ & fidæ uxoris amor. Hæc eadem insula Melæ lib. 2. c. 7. *Ææ* vocatur: *Circa Siciliam in Siculo freto est Ææ, quam Calypso habitasse dicitur.* Ideo Calypso à Propertio Eleg. lib. 3. ad Posthumum *puella Ææa* appellatur:

Et thalamum Æææ flentis fugisse puellæ
Totque hiemis noctes, totque natasse dies.

λυψῶς, ὃ δηλοῖ τῷ Ἀδρίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Νυμφαῖος, ὡς τὸ Αἰαίας Αἰαῖος. A

ΝΥΜΦΑΙΟΝ[18], πόλις Ταυρικὴ, μεταξὺ Παντικαπαίου μητροπόλεως καὶ Θεοδοσίας, ὡς φησι Στράβων. Τὸ ἐθνικὸν δύνασθαι ὡς Ἡραιεύς, Νυμφαιεύς. Τὸ δὴ Νυμφαῖος κλητικὸν, ἀπὸ τῶν Νυμφῶν. Λέγεται καὶ Νυμφαίτης. B

ΝΥΜΦΑΣ[19], Ἀρκαδίας· Παυσανίας ἐγγράφῳ. Τὸ ἐθνικὸν Νυμφάσιος,[20] καὶ Νυμφασία πηγή. C

ΝΥΡΑΞ, πόλις Κελτικὴ· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν Νυράκιος, ὡς ἀπὸ τοῦ Νάρυκα Ναρύκιος.

ΝΥΣΑΙ[21], πόλεις πολλαί. Πρώτη, ἐν Ἑλικῶνι. Δευτέρα, ἐν Θρᾴκῃ. [22] Τρίτη, ἐν Καρίᾳ. [23] Τετάρτη, ἐν Ἀραβίᾳ. [24] Πέμπτη, ἐν Αἰγύπτῳ. Ἕκτη, ἐν Νάξῳ. [25] Ἑβδόμη, ἐν Ἰνδοῖς. Ὀγδόη, ὄρος τι Καυκάσου. Ἐνάτη, ἐν Λιβύῃ. [26] Δεκάτη, ἐν Εὐβοίᾳ, ἔνθα λέγουσι μιᾶς ἡμέρας τὸν ἄμπελον φασὶν ἀνθεῖν, καὶ τὸν βότρυν πεπαίνεσθαι. Τὸ ἐθνικὸν Νυσαῖος, καὶ Νυσιεὺς θηλυκόν· ἀφ' οὗ κλητικὸν, Νυσιεῦ. Λέγεται καὶ Νυσαῖος· Ἐξ αὐτοῦ Νυσαιεὺς τρισύλλαβα, καὶ Νυσαεὺς ἄνευ τοῦ ι. D E F

lypsus juxta Adriaticum mare. Gentile, Nymphæus, ut ab Ææa, Ææus.

NYMPHÆUM, urbs Taurica, inter Panticapæum metropolim & Theodosiam, ut inquit Strabo. Gentile potest esse ut Heræus, Nymphæus. Possessiv. verò Nymphæus, à Nymphis formatur. Dicitur etiam Nymphaites.

NYMPHAS, Arcadias. Pausanias libro. 8. Gentile, Nymphasius, & Nymphasius fons.

NYRAX, urbs Celtica. Hecatæ. Europa. Gentile, Nyracius ut à Narice, Narycius.

NYSÆ, [*hujus nominis*] multæ urbes. Prima Helicone. Secunda in Thracia. Tertia in Caria. Quarta in Arabia. Quinta in Ægypto. Sexta in Naxo. Septima in Indis. Octava in monte Caucaso. Nona in Libya. Decima in Eubœa, ubi uno die vitem florere ajunt, ac racemum matureſcere. Gentile, Nyseus, fœmineum Nysaïs. Unde possessiv. Nyseïus. Dicitur etiam Nysæus. Ex eodem Nysæeus trisyllaba, & Nysaëus sine *i*.

ΝΩ-

NO-

18 Νύμφαιον, πόλις Ταυρικὴ, μεταξὺ Παντικαπαίου, &c.] Nymphæum, *urbs Taurica*, i.e. *Chersonesi Tauricæ*, ex Strabone, cujus ex lib. 7. placitum huc conferre verba: Ἔστι δὲ τὸ μεταξὺ τοῦ Θεοδοσίας, καὶ Παντικαπαίου στάδιοι περὶ πεντακοσίους, καὶ τετράκοντα· χώρα πᾶσα σιτοφόρος κώμας ἔχουσα, καὶ πόλιν εὐλίμενον, τὸ Νυμφαῖον καλούμενον. i.e. *Inter Theodosiam & Panticapæum est distantia circiter* IↃXXX. *stadiorum, regio tota frumenti-ferax est habetque vicos & urbem bono-portu-præditam*, Nymphæum *nomine*. Eadem civitas Scylaci in Σκυθίᾳ dicitur Νύμφαια.

19 Νυμφὰς, Ἀρκαδίας.] Nymphas, Arcadiæ ex Pausaniæ lib. 8. Non docet, utrum sit vicus, an urbs Arcadiæ, nec debemus culpare autorem nostrum, sed Pausaniam, qui id tacitus præterit. Sic enim ille de Nymphade Arcadiæ loquitur libro citato: Ἐκ δὲ Κρώμων εἰκοσι σταδίοις ἐστὶ ἐπὶ Νυμφάδα. Καταῤῥεῖται δὲ ὕδατι, καὶ δένδρων ἀνάπλεώς ἐστιν ἡ Νυμφάς. i. e. *A Cromone ad Nymphada viginti stadia sunt. Irrigatur verò aqua & arboribus plena est Nymphas.*

20 Καὶ Νυμφασία πηγή.] Nymphasius fons Arcadiæ memoratur etiam Pausaniæ in Arcadicis: Μεθυδρίου δὲ ὡς τριακοντα ἀπέχει σταδίους Νυμφασία πηγή. Τοσοῦτοι δὲ ἀπὸ Νυμφασίας ἕτεροι τοσοῦτοι τῶν Μεγαλοπολιτῶν εἰσι καὶ Ὀρχομενίων τε τοινυν καὶ Καφυατῶν ὅροι. i. e. *A Methydrio stadia circiter triginta distat Nymphasius fons: totidem intersunt à Nymphasio fonte ad communes Megalopolitanorum, Orchomeniorum, & Caphyatarum fines.*

21 Νύσαι, πόλεις πολλαί.] Decem hujus nominis urbes celebrat autor noster, non pauciores montes Hesychius, nos earum aliquot ingrediemur ab aliis pedem referentes, fuere enim ignobiles.

22 Τρίτη ἐν Καρίᾳ.] Tertio loco numerat Nysam Cariæ, cujus meminit Ptolemæus lib. 5. c. 2. Strabo lib. 14. longe latéque edisserit ejus situm & viros insignes, inter quos etiam commemorat Aristodemum suum præceptorem, quem Nysæ adolescens audivit, cujus consobrinus *Aristodemus* etiam nomine docuit Pompeium Magnum. Hæc eadem urbs autori nostro dicitur Πυθόπολις, de qua videsis, quæ suo loco annotamus.

23 Τετάρτη, ἐν Ἀραβίᾳ. Quarto loco recensetur Nysas Arabiæ, quæ sita fuit in illa Arabiæ parte, quæ Ægypto erat contermina, apud quam *Osiris*, qui dicitur *Dionysus*, seu *Liber pater* educatus fuisse traditur, autore Diodoro Siculo lib. 1. Γενέσθαι δὲ καὶ φιλοκωρεῖν τὸν Ὄσιριν, καὶ τεθραμμένον ὑπὸ τῶν Εὐδαίμονος Ἀραβίας ἐν Νύσῃ πλησίον Αἰγύπτου, Διὸς ὄντα παῖδα, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχειν ἀπὸ τῆς Ἕλληνος λαβόντα δὲ παρὸς καὶ τὸν τόπον Διόνυσον μετονομασθέντα. i.e. *Fuisse etiam Osirim agriculturæ studiosum in Arabiæ Felicis oppido Nysa, juxta Ægyptum educatum, Iovis filium, & nomen habere apud Græcos à patre & à loco* Dionysum *nominatum.*

24 Πέμπτη, ἐν Αἰγύπτῳ.] Quinto loco memorat Nysam Ægypti, cujus summum apud alios est silentium; ego suspicor eamdem fuisse urbem, quam ipse Arabiæ dedit. Namque illa Arabiæ Nysa collimitata erat Ægypto, ut apparet ex Diodori Siculi lib. 1. cujus verba nota proxime præcedenti appositimus.

25 Ἑβδόμη, ἐν Ἰνδοῖς.] Septimo loco ponit Nysam Indorum, quam Osiris condidit, autore Diodoro Siculo, lib. 1. Κτίσαι δὲ καὶ πόλεις τε ἄλλας ἐν Ἰνδοῖς, ἐν αἷς καὶ Νύσαν ὀνομάσαι, βελόμενον μνημεῖον ἀπολιπεῖν ἐκείνης· ἣν θ' ὧν ἐπεφήνατ' Αἰγυπτίων. i. e. *Nec paucas apud Indos urbes condidisse, è quibus unam* Nysam *vocasse, volentem monimentum relinquere illius, quæ juxta Ægyptum, apud quam educatus fuerat.* Ejus quoque mentionem fecit Arrhianus de Expedit. Alex. lib. 5. Et prius Mela lib. 3. c. 7. *Urbium, quas incolunt (sunt autem plurimæ) Nysa est clarissima & maxima: montium Meros, Iovi sacer. Famam hinc præcipuam habent, quod in illa genitum, in hujus specu Liberum patrem arbitrantur esse nutritum: unde Græcis autoribus, ut femori Iovis insutum dicerent, aut materia ingessit, aut error.* Scilicet *Meros* Græce significat *femur*, unde fabula emanavit.

26 Δεκάτη, ἐν Εὐβοίᾳ, ἔνθα, &c.] Decimo loco celebrat Nysam Eubœæ mirificissimæ fertilitatis, ac quia nec Strabo, nec Pausanias ejus meminere, (ignoscat mihi Stephanus) subdubito, an somniaverit hanc urbem. Sane ejus fertilitatem eum somniasse nullus dubito, aut si illam credimus, omnia fabulosa sunt credenda.

27 Νῶ-

ΝΩ̃ΛΑ [27], πόλις Αὐσόνων· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. [28] Νωλὴν δ' αὐτὴν Πολύβιός φησι. [29] Τὸ ἐθνικὸν, Νώλιος. Πολύβιος δ', Νωλανεῖς αὐτούς φησι. A

NOLA, urbs Ausonum. Hecatæ. Europa. *Nolen* eam vocat Polybius. Gentile, Nolius. Polybius verò *Nolaneis* eos vocat.

ΝὨΝΑΚΡΙΣ [30], πόλις Ἀρκαδίας· Ῥιανὸς ἐν Ἠλιακῶν πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Νωνακρίτης· Καὶ κατ' ἐπλεονασμὸν τοῦ α, Νωνακριάτης, ὁ Ἑρμῆς. Λυκόφρων· B

, NONACRIS, urbs Arcadiæ. Rhianus Eliacorum primo. Gentile, Nonacrites. Et per pleonasmum τοῦ *a*, Nonacriates Mercurius. Lycophro:

Νωνακριάτης τριπέφαλος φαιδρὸς θεός.

Nonacriates triceps illustris & alacer Deus.

C

Καὶ θηλυκὸν Νωνακριάτις, καὶ Νωνακρεὺς λέγεται παρὰ Ἀριστοφάνει.

Et fœmineum Nonacriates, & Nonacrieus dicitur apud Aristophanem.

ΝὨΝΥΜΝΑ, πόλις Σικελίας. Ὁ πολίτης Νωνυμναῖος, ὡς Φίλιστος.

NONYMNA, urbs Siciliæ. Civis, Nonymnæus, ut Philistus.

ΝΩΜΕΝΤῸΣ [31], πόλις ἐγγὺς Ῥώμης. Τὸ ἐθνικὸν, Νωμεντῖνος. Διονύσιος ἐν δευτέρῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. D

NOMENTUS, urbs haud procul à Roma. Gentile, Nomentinus. Dionysius Romanæ antiquitatis lib. 2.

ΝΩ̃ΡΑ,

NORA,

27 Νῶλα, πόλις Αὐσόνων.] Nola, urbs Ausonum, ex Hecatæi Europa, quæ inter Italiæ antiquissimas memoratur, de cujus conditoribus discrepant autores: Justinus lib. 20. c. 1. à Chalcidensibus conditam fuisse narrat, quam sententiam sequitur Sil. Italicus lib. 12. v. 161.

Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam.
Campo Nola sedet crebris circumdata in orbem
Turribus, & celso facilem tutatur adiri
Planiciem vallo.

Velleius Paterculus lib. 1. c. 7. à Thuscis, Solinus c. 8. à Tyriis, alii à Thuriis ædificatam fuisse contendunt. Ejus antiquam magnificentiam ostendunt veterum ædificiorum vestigia, plurimaque antiquitatis monumenta, quæ fodiendo solent reperiri, ut memoriæ prodidit Leand. Albert. in sua Campania; habuit bina amphitheatra, alterum marmoreum, alterum latericium, necnon templa Jovis, Mercurii, & Augusti, quem ibi in eodem cubiculo, quo ejus pater, obiisse refert Suetonius in Augusto c. 98. Non solum morte & templo Augusti condecorata fuit, sed etiam Annibalis clade à M. Marcello accepta. Tunc enim primum ostensum fuit, Annibalem posse vinci, ut rerum monumentis tradidit Livius lib. 23. Aulus Gellius Noct. Attic. libro 7. c. 20. ait, se scriptum in quodam commentario reperisse, Virgilium, cum Georgic. lib. 2. v. 224. sic scripsisset.

Talem dives arat Capua, & vicina Vesevo
Nola jugo.

Postea petiisse à Nolanis aquam, uti duceret in propinquum rus, Nolanos beneficium petitum non fecisse: Poëtam offensum nomen urbis eorum quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse, *Oraque* pro *Nola* mutasse, atque ita reliquisse,

——— *Et vicina Vesevo*
Ora jugo.

Nescio qua autoritate fretus Guido Pancirollus Rerum Memorabilium lib. 2. Tit. 1x. inquit, campanas repertas fuisse circa ann. Christi cccc. à Paulino Episcopo Nolano D. Hieronymi synchrono. Adhuc nomen servat, de qua consulesis Ambrosium Leonem ejus alumnum in libro, quem de ea scripsit.

28 Νῶλην δ' αὐτὴν Πολύβιός φησι.] Polybius *Nolam* vocavit *Nolen* scilicet lib. 2. sic etiam Καπύαν appellavit Καπύην.

29 Τὸ ἐθνικὸν, Νώλιος.] Huic Nolæ gentili suspicor inesse mendum. Itaque pro Νώλιος legendum existimo Νωλανὸς. Hæc enim est hujusmodi gentilium forma translatitia, & paulò infra in Νῶξος in exemplum affert gentile Νωλανός.

30 Νώνακρις, πόλις Ἀρκαδίας.] Nonacris, urbs Arcadiæ, apud quam colebatur Mercurius, ut asserit Tzetzes ad Lycophronis carmen ab Stephano citatum, cui Νωνακρὶς dicitur; ætate Pausaniæ hujus urbis ruinæ tantum exstabant, ut ipse memoriæ prodidit in Arcadicis; (Latina tantum appono, ne in majorem magnitudinem excrescat liber) *Fuit olim Nonacris Arcadum oppidulum, cui nomen Lycaonis uxor dederat; ætate nostra ruinæ tantum exstant, & eæ quidem magna ex parte obrutæ, à quibus non longe crepido est altissima, non aliam in tantam altitudinem exsurgentem vidi; ex ea aqua stillatim defluit, quam* Stygis aquam *Græci nuncupant, ac* Stygem *quidem Hesiodus in eo libro, qui Theogonia inscribitur (sunt enim, qui Hesiodi carmina Theogoniam esse existimant) Oceani filiam, & Pallantis uxorem fuisse tradidit, ab his nihil ferè discrepantia suis etiam versibus Linum cecinisse dicunt; mihi quidem utriusque Poëtæ carmina accurate legenti adulterina videntur esse; Epimenides Cretensis, & ipse* Stygem *filiam Oceano genitam dixit, non tamen Pallanti, sed Piranti nuptam (quicumque ille Pirans fuerit) omnium maxime* Stygis *nomen in Poëmata sua induxit Homerus*: ex hac Poëtæ fabulati sunt, Stygem paludem esse apud Inferos, à superis tanta in veneratione habitam, ut nefas ducerent, quidquid per eam jurassent, violare, quod inter Poëticos Deos erat sacratissimum juramentum. Illius aqua propter nimiam frigiditatem exitiosa omnibus animantibus erat; cujus qualitatem longè latéque persequitur paulò infra idem autor, quâ Alexandrum enectum fuisse ajunt, ungulâ equi portatâ, reliqua enim vasa cujuscumque materiæ solvebat, eodem autore libro citato.

31 Νωμῶς, πόλις ἐγγὺς Ῥώμης.] Nomentos, urbs Italiæ, haud procul Româ, ex Dionysio Rom. Antiquit. lib. 2. cujus sunt verba: Ἡν δὲ καὶ Φιδῆνα Ἀλβανῶν ἀποικίας, καὶ τὴν αὐτὸν οἰκισθεῖσαν Νωμῶντα τε, καὶ Κρουστομερίαν χρόνον. i. e. *Fidenam Albani condiderunt, eodem quo Nomentum & Crustomeriam tempore.* Latinis hujusmodi oppidorum nomina sæpius neutro genere usurpantur; Liv. lib. 1. c. 38. *Ficulnea vetus, Cameria, Crustumerium, Ameriola, Medullia, Nomentum, hæc de priscis Latinis, aut quæ ad Latinos defecerant, capta oppida.* Idem autor lib. 4. c. 22. celebrat eamdem urbem: *Nec procul Numento signis collatis fudit Etruscas legiones, compulit inde in urbem Fidenas, valloque circumdedit.* Innotuit etiam Mantuano carmine, Æneid. lib. 7. v. 712.

Qui Nomentum urbem, qui rosea rura Velini
Qui Tetricæ horrentes rupes montemque severum
Casperiamque colunt.

Ad quem locum nihil notabile affert Servius. Ejus vinum laudatur Martiali, (ibi enim videtur habuisse prædium) Epigram. lib. 13. Epigram. 119.

Nomentana meum tibi dat vindemia Bacchum
Si te Quintius amat, commodiora bibes.

Idem Epigram. lib. 9. Epigram. 61.

Pulchrior ut nostro videare corona Sabino
De Nomentano te putet esse meo.

Ab hac urbe dicebatur Romæ *via Nomentana*, quæ Româ Nomentum ferebat.

ΝΩ̃ΡΑ [32], πόλις ἐν Σαρδοῖ τῇ νήσῳ. Τὸ ἐθνικὸν Νωρανός, ὡς Νωλανός. A

NORA, urbs Sardiniæ insulæ. Gentile, Noranus, ut Nolanus.

ΝΩΡΑ΄ΚΟΣ [33], πόλις Παιονίας. Ὁ πολίτης Νωρᾴκιος, ὡς Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς φησιν· Ὅτι γίνεται ἐν Παιονίᾳ σίδηρος, ὃς ἀκονηθεὶς λαμπρότατός ἐστιν. B [34] Ἀφ' ἧς καὶ τὸ,

— Νώροπι χαλκόν.

Καὶ θηλυκὸν, Νωρακία· καὶ δέτερον, Νωράκιον.

NORACUS, urbs Pæoniæ. Civis, Noracius, ut Epaphroditus in Homericis inquit. Quod nascatur in Pæonia ferrum, quod si acuatur maxime splendescit, à quo & illud:

— *Splendidum as.*

Fœmineum, Noracia, neutrum, Noracium.

32 Νῶρα, πόλις ἐν Σαρδοῖ τῇ νήσῳ.] Nora, in Sardinia insula memoratur inter alios Ptolemæo lib. 3. c. 3. Pausaniæ lib. 10. cujus verba hîc reddam: Μετὰ δὲ Ἀγειδαίους, Ἴβηρες ἐς τὴν Σαρδὼ διαβάντες ὑπὸ ἡγεμόνι Νώρακι, καὶ ὠικίσθη Νώρα πόλις ἀπὸ αὐτῶν, πασῶν τῶν ἐφ' ἑσπέρᾳ πόλιν μνημονεύουσιν ἐν τῇ νήσῳ, παῖδα δὲ Ἑρυθείας τε καὶ Γηρυόνου καὶ Ἐμοῦ λέγεται εἶναι τὸν Νῶρακα. i. e. *Post Aristæum verò Iberi in Sardiniam transmiserunt, duce Norace, à quibus condita fuit Nora urbs, quam primam omnium urbium, quæ in ea insula fuerunt memorant. Noracem autem fuisse filium Mercurii ex Erythea Geryoni filiâ.*

33 Νωράκιος, πόλις Παιονίας.] Noracus, urbs Pæoniæ, ex Epaphroditi Homericis; Suidas in Νώρῳ Pannoniæ urbem vocat. Græci enim sæpe Pæoniam & Pannoniam confundunt, Pannonii verò habitabant ad Mysiam Europæam Dalmatis vicini. Sic verò vocati sunt, quod tunicas manicatas è vestimentis in pannos, patrio indigenarum more, scindebant & consuebant & hac de causa, sive obaliam quamcumque *Pannonii* vocabantur. Id Græcorum quidam ignorantes vocant eos *Pæonas*, quod quidem nomen non est istius populi, sed ejus, qui ad montem Rhodopen & ad ipsam Macedoniam habitabat, autore Dione, qui Pannoniæ superiori præpositus fuit lib. XLIX.

34 Ἀφ' ἧς καὶ τὸ.] Inquit ex Epaphroditi sententia Homerum vocâsse æs splendidum νώροπα tamquam ab urbe Noraco, ac apponit Homericum hemistichium, quod legitur Il. 2. v. 578. cujus interpretamentum præter Poëtæ mentem esse existimo, de quo videsis Suidam in Νώροψ & Eustathium ad Locum Homeri citatum.

Ξ.

Ξ

ΞΑ΄ΝΘΟΙ [1], ἔθνος Θρᾴκιον· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. A

ΞΑ΄ΝΘΟΣ [2], πόλις Λυκίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. [3] B Παρ' ἧς Ξάνθος ἐξίησι ποταμός. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ξάνθου

1 Ξάνθοι, ἔθνος Θρᾴκιον.] Xanthi, gens Thraciæ, memoratur Straboni lib. 13. apud quem Ξάνθιοι, *Xanthii* dicuntur, quare vel Strabo ex Stephano, vel Stephanus ex Strabone, quod mihi propius vero videtur, corrigendus est. Etsi hæc forma plerumque utroque modo dicitur.

2 Ξάνθος, πόλις Λυκίας.] Xanthus urbs Lyciæ, una ex sex Lyciæ urbibus maximis, teste Artemidoro apud Strabonem lib. 14. Cum ego has meas in Stephanum notas non solum aliis, sed etiam mihi fecerim, ideo aliquando eis infero aliquas παρεκβάσεις, quæ me delectant. Nunc subit in mentem mirari eos, qui putant modum, quo regitur fœderatum Belgium esse novum & antiquis inauditum, sed ut cum sapientissimo regum loquar, *Nihil novum sub sole*, ipsissimus pene regiminis modus fuit olim in Lycia, de quo sic loquitur Strabo, ut de fœderato Belgio loqui putes. Ejus ex libro citato verba placet huc conferre: Λύκιοι δ' οὕτω πολιτικῶς καὶ σωφρόνως ζῶντες διετέλεσαν, ὥστε ἐκείνων ἀμὲ τοὺς δυτυχίας θαλασσοκρατησάντων μέχρι τῆς Ἰταλίας· ὅμως ὑπ' ἐδενὸς ἐξήχθησαν αἰσχρὸν κέρδος· ἀλλ' ἐμειναν ἐν τῇ παλαιᾷ διοικήσει ἔτι Λυκιακὸν συνέδριον· εἰσὶ δὲ τρεῖς καὶ εἴκοσι πόλεις αἱ τὸ ψῆφον μετέχουσαι· συνέρχονται δὲ ἐξ ἑκάστης πόλεως εἰς κοινὸν συνέδριον, ἐν ᾧ ἂν δοκιμάσωσι πόλιν ἐλόμενοι· τῶν δὲ πόλεων αἱ μέγιστα μὲν τρεῖς ἔχουσι ψῆφον ἐκάστη κυρίαν, αἱ δὲ μέσαι δύο· αἱ δ' ἄλλαι μιᾶς· ἀναλόγως δὲ καὶ τὰς εἰσφορὰς εἰσφέρουσι, καὶ τὰς ἄλλας λειτουργίας· ἐξ ὧν τοὺς μεγίστας ἔφη ὁ Ἀρτεμίδωρος, Ξάνθον, Πάταρα, Πίναρα, Ὄλυμπον, Μύρα, Τλῶν, καὶ τὴν ἵδρυσιν τὴν εἰς Κίβυρα κειμένην· Ἐν δὲ τῷ συνεδρίῳ πρῶτον μὲν Λυκιάρχης αἱρεῖται, εἶτ' ἄλλαι ἀρχαὶ αἱ δ' συνήκουσι· δικαστηρίατε δοκιμάζονται κοινῇ· καὶ πρὸς πολέμους καὶ συμμαχίας ἐκκλίνουσι πρότερον· νοῦν δ' ἔχουσι· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς Ῥωμαίοις ταῦτ' ἀναγκαῖα, πλὴν εἰ ἐπιφερεψάλλων, ἢ ὑπὲρ αὐτῶν εἴη χρήσιμον. i. e. *Lycii verò ita civiliter ac modestè vitam, idque constanter, transegerunt, ut illis ob secundos successus mare ad Italiam usque obtinentibus, ipsi nulla turpis lucri cupiditate impelli se passi fuerint, sed in patria administratione Lyciaci conventus permanserint. Tres & viginti sunt urbes, quæ in eo concilio jus habent suffragii, ad id coëunt è singulis urbibus in eam, quæ ipsis commoda videtur. Maximæ urbium jus habent trium suffragiorum, mediocres duorum, reliquæ unius, eadem proportione & tributa pendunt, & reliqua obeunt munia. Artemidorus sex maximas recenset, Xanthum, Patara, Pinara, Olympum, Myra, Tlôn, sitam in transitu montis versus Cibyram. In concilio primum creatur* Lyciarcha, *i. e.* Lyciæ princeps, *deinde reliqui ejus corporis magistratus. Publica etiam judicia designantur. Et de bello & pace antea consultabant. Nunc non licet, nisi Romanorum permissu, qui ad se eam transtulerunt potestatem, aut si in eorum commodum fiat.* Nihil in tota antiquitate similius fœderati Belgii regimini inveniri potest, quam Lyciacum; simile etiam periculum ei subest non ab Hispanis, ea est temporum vicissitudo, sed à Gallis, quos præstat habere amicos, quam vicinos & dominos. Ab illo scientissimi fœderati Belgii gubernatores curâ & prudentiâ regimen suum sartum & tectum, ut ajunt, conservant. Ex urbe Lyciæ Xantho, (quæ etiam *Arna* vocata fuit, ut inquit noster in Ἄρνα) egressi ad ejus fluvium Xanthum eundum nobis est.

3 Παρ' ἧς Ξάνθος ἐξίησι ποταμός.] Puto legendum παρ' ἣν, &c. i. e. *juxta quam Xanthus exit fluvius*, ad quod me movet Strabo, qui de fluvio & urbe Xantho sic loquitur libro 14. Εἶθ' ὁ Ξάνθος ποταμὸς, ὃν Σίρβιν καλοῦσιν οἱ πρότερον ἀνα-

X.

X

ΑNTHI, populi Thraciæ, Hecatæ. Europa.

XANTHUS, urbs Lyciæ. Hecatæ. Asia. Ex qua Xanthus fluvius exit. Sic verò vocata fuit à Xantho Ægyptio, vel Creten-

Θρᾳ Αἴγυπιὸς, ἡ Κρῆτες, οἰκισταί. [4] Ἔστι καὶ Ξάνθος πόλις ἐν Λέσβῳ. Ὁ πολίτης Ξάνθιος, ὡς Εὐριπίδης· Καὶ ὃς ποταμὸς τὸ κλητικὸν ὁμοίως.

A Cretenſi, qui eam condidit. Eſt etiam Xanthus urbs in Lesbo. Civis, Xanthius, ut Euripius, poſſeſſiv. fluvii eodem modo.

ΞΑΥΡΟΣ, τόπος Μακεδονίας, ἀπὸ Ξαύρου τινός. Οἱ οἰκοῦντες, Ξαύριοι.

B XAURUS, locus Macedoniæ à Xauro quodam. Habitantes, Xaurii.

ΞΕΝΕΦΥΡΙΣ, κώμη Λιβύης, πλησίον Ἀλεξανδρείας. Τὸ ἐθνικὸν Ξενεφυρίτης, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

XENEPHYRIS, vicus Libyæ, prope Alexandriam. Gentile Xenephyrites forma regionis.

ΞΕΡΞΗΝΗ[5], ἀπὸ Ξέρξου, ὡς Καμβυσήνη ἀπὸ Καμβύσου, τῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ ὅμορος.

C XERXENE, à Xerxe, ut Cambyſene à Cambyſe, minori Armeniæ contermina.

ΞΗΡΑ[6], πόλις πρὸς τοῖς Ἡρακλείοις στήλαις· Θεόπομπος πεντεκαιδεκάτῳ τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ξηραῖος, ὡς Θήρα Θηραῖος.

D XERA, urbs circa Herculeas columnas. Theopomp. libro 43. Gentile, Xeræus, ut Thera, Theræus.

ΞΙΛΙΑ[7], πόλις Λιβύης· Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν. Τὸ ἐθνικὸν Ξιλιάτης ὡς Ἰάμνια Ἰαμνιάτης.

XILIA, urbs Libyæ, Alexander Libycor. tertio. Gentile, Xiliates, ut Jamnia, Jamniates.

ΞΙΦΗΝΗ[8], χώρα Παλαιστίνης· Ἰώσηπος ἕκτῳ ἰουδαϊκῆς ἱστορίας. [9] Τὸ ἐθνικὸν, Ξιφηναῖος φησι.

E XIPHENE, regio Palæſtinæ. Joſeph. ſexto Judaïcæ hiſtoriæ. Gentile, Xiphenæus, ut idem inquit.

ΞΙΦΩΝΙΑ[10], πόλις Σικελίας· Θεόπομπος

XIPHONIA, urbs Siciliæ. Theopomp. Phi-

ὑπὸ δὲ ταύτην ὑποπίπτοις δέκα σταδίοις, Λητῴου ἐστὶν· ὑπὲρ ᾧ ἱερὸν ἀπαντᾷ ἐξιόντι, ἡ πόλις ἡ Ξανθίων ἐστὶ, μεγίστη τῶν ἐν Λυκίᾳ. i. e. *Deinde Xanthus fluvius, quem* Sirben *vocabant priores; naviganti adverſo amne lembis ad decem ſtadia Latonæ occurrit templum, & ſupra templum progredienti* LX. *ſtadiis, urbs Xanthiorum eſt, urbium Lyciæ maxima.* Splenduit etiam Andinis plectris Æneid. lib. 4. v. 143.

Qualis ubi Hybernam Lyciam, Xanthique fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inviſit Apollo.

Fuit alius hujus nominis fluvius Troiæ, quem etiam Virgilius, ejus facta mentione Æneid. lib. 1. honoravit:

Ardenteſque avertit equos in caſtra, prius quam
Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthumque bibiſſent.

4 Ἔστι καὶ Ξάνθος πόλις ἐν Λέσβῳ.] Secundo loco celebrat Xanthum, urbem in Lesbo inſula, cujus meminere Strabo lib. 14. Ptolem. lib. 5. c. 3. Mela lib. 1. c. 15. Plin. libro 5. c. 27. Sed de ea nihil notatu dignum referunt.

5 Ξερξιὼν, ἀπὸ Ξέρξου, &c.] Xerxene, regio à Xerxe nomen adepta, minori Armeniæ collimitata, quæ ex Strabonis fonte hauſit. Sic enim ille lib. 11. Χαλυβῶν καὶ Μοσσυνοίκων Παρωρείτης, καὶ Ξερξιὼν, ἃ τῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ ἐστὶν ὅμορα, καὶ μέρη αὐτῆς ἐστι. i. e. *Chalybibus & Moſynœcis* [ademit] *Parenetem & Xerxenen, quæ ſunt parvæ Armeniæ confines, ejuſque partes ſunt.*

6 Ξηρὰ, πόλις πρὸς τοῖς Ἡρακλείοις στήλαις.] Xera, urbs Iberiæ circa columnas Herculeas, ſcilicet Abylam & Calpen, ex Theopompo memoratur, quam Ludovicus Nonius in ſua Hiſpania cap. 13. putat eſſe, quæ hodie vulgo Hiſpanis vocatur *Xeres de la frontera*, & *Aſta Regia* dicitur Plinio lib. 3. c. 1. urbs murorum ambitu conſpicua, cujus ager vineis, arboribus frugiferis, olivetis, & arvis jucundum oculis præbet ſpectaculum, equos pernicitate celebres alit, quos Hiſpani *Jinetes* appellant, à qua non procul Morales, aliique hiſtorici Hiſpani accidiſſe tradunt prælium illud illacrymabile inter Arabes & ultimum Gothorum in Hiſpania regem Rodericum, cujus victoria Arabes potiti Hiſpaniam in ſuam poteſtatem redegerunt, quouſque *Ferdinandus* hujus nominis V. cognomine *Catholicus*, everſo eorum regno eos ſubegit, ac tandem *Philippus* III. jam factos Chriſtianos vano timore, quem augebat perverſus relegionis zelus, Hiſpania expulit, ex quo Arabia illa fœlix expulſis illis Arabibus, (Hiſpani *Moriſcos* vocabant) qui regionem aſſidue colentes fatigabant, ac quodammodo fructum ferre cogebant, meritò Arabia deſerta facta eſt. Cognovere Hiſpani errorem ſuum, ſed ſerò ſapiunt Phryges.

7 Ξιλία, πόλις Λιβύης.] Xilia, urbs Libyæ, ex Alex. Libyc. lib. 3. quæ *Zilia* Ptolemæo lib. 4. c. 13. *Zelis* Straboni lib. 3. Plinio lib. 5. c. 1. *Zilis* dicitur. Hujus appono verba: *Abeo* [Belone oppido] XXV. M. *paſſ. in ora Oceani colonia Auguſti Julia Conſtantia, Zilis regum ditioni exempta, & jura in Bæticam petere juſſa.* A Romanis in ulteriorem regionem translatam & *Juliam Iozam* vocatam fuiſſe dicit Strabo libro citato: Ἣν δὲ καὶ Ζῆλις τῆς Τίγγος ἀσυγείτων, ἀλλὰ μεθῳκίσαν τοῦτ' ἐς τὴν περαίαν Ῥωμαῖοι, καὶ οὐκ ἐς Τίγγος ἀπέβαλον Γαδείρες τινὰς ἔπεμψαν ἢ καὶ παρ' ἑαυτῶν ἐποίκους, καὶ ὠνόμασαν Ἰουλίαν Ἰόζαν τὴν πόλιν. i. e. *Fuit & Zelis Tingi vicina; ſed eam Romani in ulteriorem regionem tranſtulerunt, additiſque à Tingi nonnullis, alios ipſi colonos ex Italia miſerunt, & urbem* Juliam Iozam *nominarunt.* Hodie *Arzila* vocatur, ut ajunt, in quo nomine nominis antiqui cineres cuſtodit.

8 Ξιφήνη, χώρα Παλαιστίνης.] Xiphene, regio Palæſtinæ, ex Joſephi Antiquit. lib. 6. Ecce ejus verba: Δαβίδης ἢ ἐκεῖθεν ἄρας, εἰς τινα τόπον Κεϊλὰ καλούμενον τῆς Ζιφαίας παραγίνεται. i. e. *David verò illinc cum ſuis profectus in quemdam locum* Cœnen *nomine Ziphenæ regionis pervenit.* Ubi, ut vides, Ζιφαίας, non Ξιφαίας, ut ait noſter, ſcribitur. Hebraice dicitur מדבר זיף *midbar Ziph.* i. e. *deſertum Ziph.* Quo David confugiſſe dicitur Reg. lib. 1. c. 23. v. 14. ne à Saul rege caperetur. Ejus incolæ Hebraice vocantur זיפים *Ziphim* Fuit etiam hujus nominis urbs, quæ Joſue cap. 15. v. 24. inter urbes Jehudah recenſetur.

9 Τὸ ἐθνικὸν Ξιφωναῖος φησι.] Inquit Joſephum uſurpaſſe gentile regionis Xiphenæ Ξιφωναῖος. Sed contrarium apparet ex Joſephi libro citato, quare in aliquem Joſephi depravatum codicem videtur incidiſſe autor noſter. Joſephi enim verba ſunt: Οἱ δὲ Ζιφαῖοι χαριζόμενοι τῷ Σαοὺλ, μηνύουσιν αὐτῷ παρ' αὐτοῖς Δαβίδην τὸν Δαβίδου· καὶ παραδώσειν ἔφασαν ἐπ' αὐτῶν ἐλθόντα. i. e. *Zipheni verò gratiam regis Sauli captantes, indicant ipſi, Davidem in agro ſuo morari, ac dicebant, ſeſe ipſi tradituros, ſi ad ſe veniret.*

10 Ξιφωνία, πόλις Σικελίας.] Xiphonia, urbs Siciliæ, ex Theopompo, cujus apud alios ſummum eſt ſilentium: at ejus promontorium memorat Strabo lib. 6. Scylax Xiphonium portum, de quibus conſulendis Cluv. Sic. Antiquæ lib. 1. c. 11.

πμπ῀ Φιλιππικῶν τριακοσ῟ῳ ἐνάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ξιφωνιάτης, ὡς Καυλωνιάτης. A Philippicor. 39. Gentile, Xiphoniates, ut Cauloniates.

Ξόης [11], πόλις καὶ νῆσος Αἰγυπτία, ἐν τῷ μεσογειώτῃ, ἀπὸ δὲ Σεβεννυτικοῦ καὶ Φατνιτικοῦ στόμα῟ος. Ὁ πολίτης Ξοΐτης, ὡς Σαΐτης. B XOES, urbs, & insula Ægyptia in mediterraneis, à Sebennitico, & Phatnitico ostio. Civis, Xoïtes, ut Saïtes.

Ξουθία [12], πόλις Σικελίας· φίλιστος τρίτῳ Σικελικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ξουθάτης. XUTHIA, urbs Siciliæ. Philistus tertio Siculorum. Gentile, Xuthiates.

Ξούχης [13], πόλις Λιβύης· Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τ῀ ἑνδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ξεχίτης. C XUCHES, urbs Libyæ, Artemidorus in epitome undecim. Gentile, Xuchites.

Ξύλος [14], πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Ξύλιος, ἢ Ξυλεύς, ἀφ᾽ τὸ ἰδίωμα τ῀ τόπου· χαίρουσι γὰρ τοῖς εἰς ευς. D XYLUS, urbs Cariæ. Hecatæus. Asia. Gentile, Xylius, vel Xyleus, propter idioma loci. Gaudent enim finitis in eus.

Ξυνία [15], Θεσσαλίας πόλις· Πολύβιος ἐνάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ξυνιεύς, ὡς Ἠλιεύς· [16] καὶ Ξυνιὰς λίμνη, ἣν Βοιβαΐδα φασί. XYNIA, urbs Thessaliæ. Polybius lib. 9. Gentile, Xynieus, ut Elieus. Est etiam Xynias palus, quam *Bœbaidem* vocant.

Ξυπέτη [17], δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς· Ὁ δημότης Ξυπετεών, ὡς Μακεδών. Τὸ τοπικὸν, ἐκ Ξυπετεώνων, εἰς Ξυπετεώνων, καὶ ἐν Ξυπετεώνων. Φιλόχορος δὲ Ξυπετεώνιον, τὸν δῆμόν φησι, διὰ τ῀ ω καὶ τ῀ ο μικροῦ ἐν πτώσ. E XYPETE, populus Cecropidis tribus. Popularis, Xypeteo, ut Macedo. Locale, ex Xypeteonum, ad Xypeteonum, in Xypeteonum. Philochorus verò Xypeteonum, vocat populum per *o* mega & *o* micron in fine. F

Ξύστις [18], ὡς Σάρδις, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ξυστιανός. XYSTIS, ut Sardis, urbs Cariæ. Gentile, Xystianus.

11 Ξόης, πόλις καὶ νῆσος Αἰγυπτία.] Xoës, urbs & insula Ægypti, quæ Cosmographo lib. 4. c. 5. nuncupatur *Zois*, quia hujusmodi nomina peregrina alii per *x*, alii per *z* scribunt, ut Xiphene, vel Ziphene, sic Xois, vel Zois. Ejus facit mentionem Geographus lib. 17. cui etiam Ξόις dicitur, ex quo noster sua desumpsit, sed non rectè. Sic enim apud eum libro citato leguntur: Ἐν ᾗ τῇ μεσογαίᾳ ὑπὲρ δὲ Σεβεννυτικοῦ, καὶ Φατνιτικοῦ στόμα῟ος Ζόϊς ἐστι καὶ νῆσος, καὶ πόλις ἐν τῷ Σεβεννυτικῷ Νομῷ. i. e. *In mediterranea-parte supra Sebennyticum & Phatnicum ostium Xois est insula & urbs in Sebennytico Nomo.* Quare apud Stephanum pro Ξόης legendum Ξόϊς, pro ὃν τῷ μεσογειώτῃ ἀπὸ δὲ, &c. leges ὃν τῇ μεσογαίᾳ τῇ ὑπὲρ δὲ Σεβεννυτικοῦ, &c. ac totum sic reddes: Xois, *urbs & insula Ægyptia in mediterranea-parte supra Sebennyticum & Phatnicum ostium, &c.*

12 Ξυθία, πόλις Σικελίας.] Xuthia, urbs Siciliæ ex Philisto, cujus opera injuria temporum nobis ademit, ac simul hujus urbis memoriam delevit. Diodorus Siculus celebrat regionem quamdam Siciliæ circa Leontinos, quæ à Xutho quodam Siciliæ rege *Xuthia* vocitata fuit. Ejus ex lib. 5. sunt verba: Ἐβασίλευσε δὲ καὶ Ξοῦθος τ῀ κατὰ τὰς Λεοντίνους χώρας, ἥτις ἀπ᾽ ἐκείνου μέχρι τ῀ νῦν χρόνου Ξυθία κατονομάζεται. i. e. *Regnavit & Xuthus in regione circa Leontinos, quæ ab eo ad hoc usque tempus* Xuthia *nuncupatur.*

13 Ξούχης, πόλις Λιβύης.] Xuches, urbs Libyæ, ex Artemidoro. Eamdem existimo esse quæ Ζεχις, de qua vide quæ suo loco annotavimus. Similis error est in Ξόης, quæ aliis Ζόϊς dicitur.

14 Ξύλος, πόλις Καρίας.] Xylus, urbs Cariæ, ex Hecataei Asia. Puto esse eamdem, quam Livius appellat *Xylinen comen*, i. e. *vicum Xylinum*, ejus ex lib. 38. c. 15. sunt quæ sequuntur. *Ex Pamphylia rediens ad flumen Taurum primo die, postero ad* Xylinen (*quam vocant*) *comen posuit castra.* Non obstat, quod Livius Pamphyliæ assignaverit, & noster Cariæ. Hæ enim erant regiones conterminæ.

15 Ξυνία, Θεσσαλίας πόλις.] Xynia, Thessaliæ urbs ex Polybii lib. 9. Apud alios nullam inveniebam hujus urbis Thessaliæ notitiam; apud Hesychium legitur Ξῆνοι, Θεσσαλοί. id est. *Xini*, *Thessali.* Apud Apoll. Rhod. Scholiast. Ξυνιὰς est nomen paludis & urbis Thessaliæ, hujus verba nota subsequenti apponam.

16 Καὶ Ξυνιὰς λίμνη, &c.] Est & Xynias palus, quam *Bœbaida* dicunt. De hac sic loquuntur Apoll. Rhodii Scholia ad ejus lib. 1. v. 68. Ξυνιὰς λίμνη τ῀ Θεσσαλίας· πλὴν ἡ πόλιν παρωκειμένην τῇ Βοιβηΐδι λίμνῃ· ἀπὸ ἧς τ῀ πόλεως εἴρηκε Ξυνιάδα, ἐπειδὴ πλησίον αὐτῆς ἐστιν ἡ πόλις. Οἱ δὲ φασι Ξυνιάδα εἰρῆσθαι διὰ τὸ ξυνὸν εἶναι τὸ κοινόν· τοιοῦτον ἡ κοινὴ εἶναι Θεσσαλίας καὶ Βοιωτίας. i. e. *Xynias, palus Thessaliæ, aliqui urbem esse dicunt adjacentem Bœbeïdi paludi, ab urbe verò dixit* Xyniada; *quia prope eam erat urbs; alii autem dicunt,* Xyniada *dici, quod* ξυνὸν sit τὸ κοινὸν, *i. e.* commune, *hanc verò esse Thessaliæ & Bœotiæ communem.* De Bœbeïde palude vide quæ in Βοϊδ῀ annotavimus.

17 Ξυπέτη, δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς.] Xypete, populus Cecropidis tribus Athenienſium; diversæ hujus nominis terminationes reperiuntur apud autores, Straboni appellatur Ξυπεταιών, lib. 13. Ἄλλοι δ᾽ ὅτι τ῀ Ἀττικῆς ἀφῖχθαί τινα Τευκρῶν φασιν ὑπὸ δήμῳ Τρώων, ὃς νυνὶ ὁ Ξυπεταιὼν λεγόμενος. id est. *Alii verò ex Attica perveniſſe quemdam Teucrum ajunt, ex populo Troum, qui nunc* Xypeteon *dicitur.* De quo consulendus Joann. Meurs. de Populis Atticis.

18 Ξύστις, ὡς Σάρδις, πόλις Καρίας.] Xystis, ut Sardis, urbs Cariæ. Hujus oppidani dicebantur *Xystiani*, quorum meminit Plin. lib. 5. c. 29.

O. O.

Ὄα [1], δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. Διονύσιος δὲ ὁ τὸν Τρύφωνος φησι, τὸ πληθυντικὸν Οἷες λέγεσθαι [2] αὐτὰς, ὡς καὶ ἄλλα πολλά. Ὁ μέντοι δημότης, Ὀαθεν λέγεται· Δάμων Δαμωνίδης Ὀαθεν καὶ ἐκ τόπου, τὸ αὐτό. Τὰ δὲ ἄλλα, Ὀαζε, Ὀασε. Λέγεται καὶ Οἦ. Ἔστι δὲ Οἦ τῆς Οἰνηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Οἦθεν.

Oa, populus Atticæ, Pandionidis tribus. Dionysius verò Triphonis filius inquit, quod in num. plurali Oei dicitur, ut & alia multa. Popularis dicitur ex Oa. Ut Damon Damonidæ ex-Oa erat, & adverb. ex loco, idem. Reliqua verò in-Oam. Dicitur etiam Oë, est verò Oë Oeneïdis tribus. Popularis, ex-Oë.

ΟΑΝΟΣ, πόλις Λυδίας· Διονύσιος ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν.

OANUS, urbs Lydiæ. Dionysius Bassaricorum tertio.

ΟΑΞΟΣ [3], πόλις Κρήτης, Ἐλευθέρας ἀπόῤῥωθεν Ξενίων, ἀπὸ Ὀάξου τοῦ Ἀκακαλλίδος θυγατρὸς τοῦ Μίνω. Τινὲς δὲ διὰ τὸ κατὰ γῆν εἶναι τὸν τόπον, καὶ κρημνώδη ὑπάρχειν. Καλοῦσι γὰρ τοὺς τοιούτους τόπους, ἄξους, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ἀγμούς. Ὁ πολίτης Ὀάξιος.

OAXUS, urbs Cretæ, haud procul ab Eleuthera, prout Xeno, ab Oaxo filio Acacallidis filiæ Minois. Aliqui sic vocatam putant, quod locus sit pro natura terræ præruptus. Hujusmodi enim loca ἄξους, i. e. *crepidines*, quemadmodum nos ἀγμούς, i. e. *prærupta loca* vocant. Civis, Oaxius.

ΟΒΟΔΑ [4], χωρίον Ναβαταίων· οὐρανίου Ἀραβικῶν τετάρτου· ὅπου Ὀβόδης ὁ βασιλεὺς, ὃν θεοποιοῦσι, τέθαπται. Τὸ ἐθνικὸν Ὀβοδηνὸς, ὡς Δαχαρηνός.

OBODA, oppidum Nabatæorum. Uranius Arabicorum quarto. Ubi Obodes rex, quem Deum-faciunt, sepultus est. Gentile, Obodenus, ut Dacharenus.

ΟΒΟΛΚΩΝ [5], Ὀβόλκωνος, πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀβολκωνίτης.

OBOLCON, onis, urbs. Gentile, Obolconites.

ΟΓΚΑΙΑΙ [6], πύλαι Θηβῶν· Εὐφορίων Θρᾳκί. Ὄγκα γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ, κατὰ Φοίνικας.

ONCÆÆ, portæ Thebar. Euphor. in Thrace. Onca enim Minerva secundum Phœnices.

ΟΓΚΕΙΟΝ [7], χωρίον Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ὄγκου

ONCIUM, regio Arcadiæ, ab Onco qui

[1] Ὄα, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Πανδιονίδος φυλῆς.] In hac sectione celebrat autor noster duos Atticæ populos, alter dicebatur Oa, & gentile Ὀάθεν, i. e. *ex-Oa*, pertinebat ad Pandionidis tribum, alter verò vocabatur Oe, gentile Οἦθεν, i. e. *ex-Oe*, & erat Oeneidis tribus, de quibus nihil memoratu dignum inveniebam.

[2] Λέγεσθαι, ὡς, &c.] Aut pro αὐτὰς legendum αὐτὰς, aut delendum; nihil enim adimit de sensu.

[3] Ὄαξος, πόλις Κρήτης.] Oaxus, urbs Cretæ. Memoratur Herodoto lib. 4. c. 154. in qua regnasse Etearchum patrem Phronimæ, matris Batti, qui Cyrenen in Libya condidit, refert. Apud Scylacem in Κρήτη perperam scribitur Παξος pro Ὄαξος inter Cretæ oppida, quod jam Vossius annotavit. Acacallidis verò filiæ Minois meminit Paus. lib. 8.

[4] Ὄβοδα, χωρίον Ναβαταίων.] Oboda, oppidum, seu regio Nabatæorum (utrumque significat τὸ χωρίον) ex Uranii Arabicis. Cui nomen dedit Obodes rex, quem Strabo lib. 16. celebrat, Oboda verò est nomen parum deflexum ad Græcum sermonem ex Hebræo עובדיה *Obadiah*, id est *Servus-Dei*, quod nominis sæpe occurrit in historia sacra.

[5] Ὀβόλκων, Ὀβόλκωνος, πόλις.] Obolcon, onis, urbs. Cujus regionis fuerit urbs divinandum nobis relinquit. Pro-uldubio fuit Hispaniæ civitas; quæ *Obulcon* dicitur Ptolemæo lib. 2. c. 4. Plinio lib. 3. c. 2. *Obulco* appellatur; alii dicunt esse, quæ nunc *Porcuna*, alii inter quos Carus Antiquit. Hisp. lib. 3. c. 4. quæ nunc *Monclova*, sed nullo certo argumento.

[6] Ὄγκαιαι, πύλαι Θηβῶν, &c.] Oncææ, portæ quædam Thebarum sic dictæ ab *Onca*, quæ Phœnicum lingua est *Minerva*, quæ templum Thebis habebat, ut tradit recentior Pindari Scholiasta ad Olymp. 2. Ἔστιν οὖν Θήβαις ἱερὸν Ἀθηνᾶς Ὄγκας καλουμένης Φοινίκων γλώττῃ. i. e. *Est Thebis fanum Minervæ, quæ* Onca *Phœnicum lingua appellatur*. Hesychio Ὄγκα dicitur. De qua videsis Seldenum de Dîs Syris, Syntagm. 2. c. 4. Bochartum Geograph. Sacræ parte secunda lib. 2. c. 12.

[7] Ὀγκεῖον, χωρίον Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ὄγκου, &c.] Oncium, regio Arcadiæ, ex Pausaniæ lib. 8. Μεταξὺ δὲ Θέλπουσαν ἐπὶ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος ὁ Λάδων κάτεισι τὸ οὔνομα. Ὀγκίῳ. id est: *Post Thelpusam verò ad Cereris fanum, quod est in Oncio, Ladon defluit*. Pausanias non inquit, Oncium nomen accepisse ab *Onco* Dynasta, ut ait noster, at innuit Apollinem in Oncio regnasse. Sic enim ille: Ὁ μὲν δὴ οἶκος Ἀπόλλωνός ἐστι κατὰ τὸν φήμην, καὶ ἐν τῇ Θελπουσίᾳ πρὸς τῷ χωρίῳ ἐδειμάσθη τὸ Ὀγκιον. i. e. *Domus hæc* [id est fanum] *est Apollinis juxta famam, & in regione Thelpusia ad Oncium principatum obtinuit*. Apud nostrum Ὀγκεῖον, apud Pausaniam Ὀγκιον scribitur.

Ὄγκας δωρασθώσιν, ὡς Παυσανίας ἐγδόᾳ. Ὁ οἰκήτωρ, Ὀγκεύς. Καὶ θηλυκῶς, Ὀγκεία. A qui illic dominatus est, ut Pausanias lib. 8. Habitator, Oncius, & fœmineum, Oncia.

ΟΓΧΗΣΤΟΣ [8], Ὅμηρος,

Ὄγχηστόν θ' ἱερὸν Ποσειδήϊον ἄγλαον ἄλσος. B

ONCHESTUS, Homerus:

Onchestumque sacrum Neptuni illustre nemus.

Κεῖται δὲ ἐν τῇ τῶν Ἁλιαρτίων χώρᾳ. Ἱδρυθῆναι δ' ὑπὸ Ὀγχηστοῦ Βοιωτοῦ, ὡς φησιν Ἡσίοδος. [9] Ἔστι καὶ πόλις Βοιωτίας, ὡς Παυσανίας συνάτῳ. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος πόλιν μεγάλην φησὶ τὸν Ὄγχηστὸν, μεταξὺ Ἁλιαρτίων καὶ Ἀκραιφίων. [10] Ἔστι καὶ ποταμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ. Ὁ πολίτης, Ὀγχήστιος. Παυσανίας συνάτῳ. C

Jacet verò in Haliartiorum regione. Ajunt autem collocatum fuisse ab Onchesto Bœotio, ut inquit Hesiodus. Est etiam urbs Bœotiæ, ut Pausanias lib. 9. Apollonius verò Rhodius Onchestum inquit esse magnam urbem inter Haliartios, & Acræphios. Est etiam fluvius in Thessalia. Civis, Onchestius, Pausanias libro nono.

ΟΓΧΟΗ, πόλις Φωκίδος. Τὸ ἐθνικὸν Ὀγχαῖος, ὡς τὸ Οἰνόης Οἰνοαῖος, ἢ Ὀγχεύς. D

ONCHOE, urbs Phocidis. Gentile, Onchæus, ut Oenoes, Oenoæus, vel Oncheus.

ΟΔΗΣΣΟΣ [11], πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, πρὸς τῷ Σαλμυδησσῷ. Ἀπολλόδωρος δὲ ὄρος μέγα τὴν Ὀδησσὸν φησιν. Ὁ πολίτης Ὀδησσίτης καὶ Ὀδησσεύς. Ἐχρημάτιζον δὲ Ἡρακλείδης ἱστορικὸς, καὶ Δημήτριος ὁ περὶ τῆς Πελίδος γράψας. E

ODESSUS, urbs in Ponto juxta Salmydessum. Apollodorus verò montem magnum ait esse Odessum. Civis, Odessites, & Odesseus. Ex hac urbe fuere Heraclides historicus, & Demetrius, qui de patria scripsit.

ΟΔΙΟΥΠΟΛΙΣ, χωρίον Ἡρακλείας, τῆς πρὸς τῷ Πόντῳ. Δομίτιος Καλλίστρατος ἕκτῳ τῶν περὶ Ἡρακλείας. Ὁ πολίτης, Ὀδιοπολίτης. F

ODIOPOLIS, regio Heracliæ juxta Pontum. Domitius Callistratus lib. 6. De rebus Heracliæ. Civis, Odiopolites.

ΟΔΟΣ, πρᾶξις τὸ ἔδος, ἡ περιπλωμένη τρίβος. Τὸ πρόσγωγον Ὁδιός, καὶ Ἐνόδιος. Καὶ Ὁδίτης Ἑρμῆς.

HODOS, via πρᾶξις τὸ ἔδος, i. e. *à pavimento*, semita trita. Derivativ. Hodios, & Enodios, ut Mercurius *Hodios*, i. e. *qui est in via.*

ΟΔΟΜΑΝΤΟΙ [12], ἔθνος Θρᾴκης· Θυνιάδης δευτέρᾳ. Καὶ Ὀδομαντὶς, Ὀδομαντικὴ, ἐκ τοῦ Ὀδομαντικός. G

HODOMANTI, gens Thraciæ. Thucyd. libro 2. Dicitur etiam Hodomantis fœm. & Hodomantica, ab Hodomanticus.

ΟΥΔΡΥ-

ODRY-

8 Ὄγχηστός· Ὅμηρος.] Onchestus. Homerus. In his verbis videtur aliquid desiderari. Sic legenda censeo, Ὀγχηστὸς, ἄλσος Βοιωτίας, &c. i. e. *Onchestus, lucus Bœotiæ*, ex Homero. Cujus affert versiculum, ex Il. 2. v. 506. Idem lucus celebratur etiam ab Apollonio Argonautic. lib. 3. v. 1241. Ejus meminerunt Strabo lib. 9. Pausanias in Bœoticis, quorum verba nota subsequenti apponam.

9 Ἔστι καὶ πόλις Βοιωτίας.] Onchestus est etiam urbs Bœotiæ, ex Pausaniæ lib. 9. cujus ætate rudera tantum exstabant. Sic enim ille libro citato: Ἀπὸ δὲ ὁρμᾶς τούτου πεντε καὶ δέκα σταδίους πόλεως ἐρείπια Ὀγχηστοῦ. Φασὶ δὲ ἐντεῦθεν οἰκῆσαι Ποσειδῶνος παῖδα Ὀγχηστόν. Ἐστι ἐμοὶ δὲ καὶ ἄγαλμα Ποσειδῶνος ἐλείπετο Ὀγχηστίᾳ, καὶ τὸ ἄλσος, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐπήνεσε. i. e. *Ab hoc monte* XV. *absunt stadia Onchesti urbis rudera; ubi ajunt habitasse Onchestum Neptuni filium; ætate mea delubrum & signum Neptuni Onchestii erat, & lucus, quem Homerus laudavit.* Adhuc Strabonis ævo exstabat urbs. In ea enim Amphictyonum cœtus fiebant, ut ipse tradit lib. 9. Ὀγχηστὸς δέ ἐστιν ὅπου τὸ Ἀμφικτυονικὸν συναγείρεται σύνοδον τῇ Ἁλιαρτίᾳ πρὸς τῇ Κωπαΐδι λίμνῃ, καὶ τοῦ Ποσειδῶνος πεδίον, ἐν ὑψηλῷ κείμενον ψιλὸς, ἔχων Ποσειδῶνος ἱερὸν, καὶ αὐτὸ ψιλόν· Οἱ δὲ ποιηταὶ καλοῦσιν ἄλσος καλεῖσθαι τὸ ἱερὸν πάντα καὶ ἡ ψιλή. i. e. *Onchestus est, ubi Amphictyonum cœtus solet convenire, in Haliartia regione ad Copaidem paludem & Tenericum campum, in sublimi situs* [arboribus] *nudatus, habens Neptuni templum ipsum quoque* [arboribus] *nudatum. Poëtæ autem ornandi gratiâ, omnia templa* lucos *appellant, etiam* [arboribus] *nudata.*

10 Ἔστι καὶ ποταμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ.] Onchestus est & amnis in Thessalia. Ejus fecit mentionem Polybius Historiarum lib. 17. Ὁ δὲ Φίλιππος ἐπὶ τὸν Ὀγχηστὸν ποταμὸν, αὐτοῦ κατεζεύξαν, ἀγνοοῦντες ἀμφότεροι τὰς ἀλλήλων παρεμβολάς. i. e. *Philippus verò ad amnem Onchestum, illic castra posuerunt, neque alter alterius de castris quicquam resciverant.*

11 Ὀδησσὸς, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, &c.] Odessus, urbs in Ponto, prope Salmydessum. Fuit Miletiorum colonia, autore Plinio lib. 4. c. 11. qui eam Thraciæ dedit. Namque Thracia altero latere à Pontico litore incipiebat, ubi Ister amnis immergebatur, ut idem tradit libro capiteque citato. Eam quoque celebrant Strabo lib. 7. Ptolemæus lib. 3. c. 10. apud quem Ὀδυσσὸς perperam scribitur. *Odessopolis* dicitur Scylaci in Thracia. Ejus etiam meminit Arrhianus in Periplo Ponti Euxini. & Ovid. Trist. lib. 1. Eleg. 9. v. 37.

Inde Mesembriacos portus, & Odessos, & arces
Prætereat dictas nomine, Bacche, tuo.

12 Ὀδόμαντοι, ἔθνος Θρᾴκης.] Hodomanti, gens Thraciæ, ex Thucydidis lib. 2. Ἐφοβήθησαν δὲ καὶ οἱ πέραν Στρυμόνος πρὸς βορέαν Θρᾷκες, ὅσοι πεδίᾳ εἶχον, Παναῖοι, καὶ Ὀδόμαντοι, καὶ Δρῶοι, καὶ Δερσαῖοι· αὐτόνομοι δ' εἰσὶ πάντες. i. e. *Territi etiam sunt Thraces, qui trans Strymonem, Boream versus, loca campestria incolebant, Panæi, & Odomanti, & Droï, & Dersæi. Hi verò omnes suis legibus utuntur.* Idem autor lib. 5. celebrat Pollen Odomantorum regem. Eos quoque commemorat Plinius lib. 4. c. 11. cui *Odomantes* dicuntur.

13 Οὔδρο-

Ὀ Ἄ ΡΤΣΑΙ[13], ἔθνος Θρᾴκης· Σταδίων ἑπτακαιδεκάτῃ. [14] Λέγεται Ὀδρύσιος, καὶ Ὀδρυσία, καὶ Ὀδρυσίδαι· Καὶ Ὀδρυσιάδες θηλυκῶς, καὶ Ὀδρυσῖς. Ἔστι καὶ Ὄδρυσα πόλις αὐτῶν. Καὶ Ὀδρυσία λέγεται. Καὶ Ὀδρύσης λέγεται, καὶ Ὀδρυσίτης. A B

ODRYSÆ, gens Thraciæ. Strabo libro 17. Dicitur etiam Odrysius, & Odrysia, & Odrysidæ. Et Odrysiades fœm. gen. & Odrysis. Est etiam Odrysa eorum urbs. Dicitur etiam Odrysia, & Odryses, & Odrysites.

Ὀ ΔΥΣΣΕΪΣ[15], πόλις Ἰβηρίας θρσενικῶς. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον. Ἀρσενικὸν δὲ, ὡς Ἀταρνεὺς καὶ Διπαιεύς.

ODYSSEIS, urbs Iberiæ, in gen. mascul. Gentile, idem. Masculinum verò, ut Atarneis, & Dipæeis.

Ὀ ΖΟΛΑΙ[16], Λοκρῶν μοῖραι τρεῖς εἰσιν. Ἐπικνημίδιοι. Ἐπιζεφύριοι, οἱ καὶ Ὀπάντιοι, ὧν C

OZOLÆ, Locrorum tres partes sunt. Epicnemidii, Epizephyrii, qui etiam Opuntii,

13 Ὀδρυσαι, ἔθνος Θρᾴκης.] Odrysæ, gens Thraciæ. Fuere olim Odrysæ Thraciæ populi potentissimi, quorum imperium circumscribit Thucydides lib. 2. Ἐγένετο δὲ καὶ ἡ τῶν Ὀδρυσῶν, μεγίστη, ἐπὶ μὲν θαλάσσαν καθήκουσα, ἀπὸ Ἀβδήρων πόλεως ἐς τὸν Εὔξεινον Πόντον, τὰ μέχρι Ἴστρου πολλαπλῆ, &c. i. e. *Fuit autem Odrysarum imperium magnitudine, ad mare quidem pertingens, ab urbe Abderis ad Pontum Euxinum, ad eam usque partem, quâ Ister amnis ipsi infunditur, &c.* E nostris memorantur Livio, quos media in Thracia locat lib. 39. c. 53. *Avertendos etiam animos à suspicione talium consiliorum ratus, mediam in Thraciam, exercitum in Odrysas & Dentheletas & Bessos duxit.*

14 Λέγεται Ὀδρύσιος, καὶ Ὀδρυσία, &c.] Odrysios equos celebrat Claud. in Gigantomachia:

Primus terrificum Mavors non segnis in hostem
Odrysios impellit equos.

Statius Achilleidos lib. 1.

Sic cum palantes Phlegræa in castra coirent
Cœlicolæ, jamque Odrysiam Gradivus in hastam
Surgeret.

15 Ὀδυσεύς, πόλις Ἰβηρίας θρσενικῶς.] Odysseis, urbs Iberiæ. mascul. gen. Triplici modo hujusmodi nominum forma solet reddi ab interpretibus Latinis, *Odyssēis, Odyssēi, Odyssenses*, quorum exempla sparsim reperiuntur in his collectaneis, in quibus sæpe sæpius monuimus lectorem libertatem autorum in fingendis oppidorum nominibus. Sic urbs, quæ nostro Ὀδυσεύς, Straboni lib. 3. dicitur Ὀδύσεια, Ptolemæo lib. 2. c. 5. Ὀλισίπων, à quo Latinis *Olisippo*, municipium civium Romanorum, *Felicitas Julia* cognominatum, autore Plinio lib. 4. c. 22. Lusitanis verò *Lisboa*. Aliqui nominis allusione persuasi inter quos est Solinus unus sui Polyhistoris cap. 36. ab Ulysse conditam fuisse crediderunt. Quam opinionem sequitur Lusitanorum Poëtarum Phœnix Cantu VIII. octava V.

Ulysses he oque faz a santa casa
Aa Deosa, que lhe da lingoa facunda
Que se la na Asia Troya insigne abrasa
Ca na Europa Lisboa ingente funda.

Alludit ingeniosissimus Poëta ad Minervæ templum, Olysipone, cujus meminit Strabo libro citato, ac fingit ab Ulysse constructum fuisse; liber enim Poëtarum spiritus per mysteria ambagesque Deorum præcipitandus est, (quod nonnulli ἄμυσοι culpant in Poëtis Christianis) aliter Poësis & Poëma friget. Est Olysipo, etsi monstrari non eget, cum sit notissima, Lusitaniæ urbs princeps cum primis Europæ comparanda, commercio celebris, Ὀλίσιππος, i. e. *bono portu* prædita, prope quam Tagus fluviorum totius Hispaniæ celeberrimus aquas devolvit in Oceanum. Sanè fabulosum existimo ab Ulysse conditam fuisse. Apud nullum enim veterum scriptorum legimus Ulyssem in Lusitaniam venisse, ut annotat Servius ad Æneid. lib. 6. v. 107. Nec etiam apud Homerum Odyss. 23. v. 320. ubi Ulysses suas peregrinationes Penelopi narrat, hujus in Lusitaniam adventus fit mentio; sed id sine dubio conjiciunt, (ficulneo, ut mihi videtur argumento) ex eo quod Asclepiades Myrleanus, qui in Turditania grammaticam docuit, apud Strabonem libro prædicto tradit, monumenta errorum Ulyssis in templo Minervæ, quod erat Olysipone affixa fuisse, aspides & summa navium rostra. Commune hoc est fatum magnis civitatibus, plerumque eorum conditores profunda caligine teguntur. Æque fabulosum est equas circa hanc urbem Favonio vento flante obversas animalem concipere spiritum, idque partum fieri, quod graphicè expressit Poëtarum eruditissimus Georgic. lib. 3. v. 273.

Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis
Exceptantque leves auras: & sæpe sine ullis
Conjugiis vento gravidæ (mirabile dictu)
Saxa per, & scopulos, & depressas convalles
Diffugiunt.

Quam sententiam sequuntur Solinus capite citato, Columella lib. 6. c. 26. Varro de R. R. lib. 2. Plinius lib. 4. c. 22. lib. 8. c. 42. Miror equidem tot viros absolutè doctos fabulâ ad significandam equorum pernicitatem excogitatâ deceptos fuisse, quam confirmabant ovis gallinarum & perdicum subventaneis, quæ Græci vocant ὑπωΐσματα, ex quibus pulli non possunt excludi, quippe quæ sine mare concreta sunt, quam fabulam explodit epitomator Trogi Pompeii lib. 44. c. 3. hisce verbis: *In Lusitanis juxta fluvium Tagum vento equas fœtus concipere multi auctores prodidere, quæ fabulæ ex equarum fœcunditate & gregum multitudine natæ sunt: qui tanti in Gallæcia, & Lusitania, ac tam pernices visuntur, ut non immerito vento ipso concepti videantur.* Arguit urbis antiquam magnitudinem suorum oppidanorum legatio ad Tiberium principem, quam commemorat Plinius lib. 9. c. 5. Hæc nobilissima urbs, cum sub Mauris fuisset per annos CCCCXVI. anno Christi MCXLVII. capta fuit ab Alfonso Lusitaniæ rege, ut memoriæ prodidit Joan. Mariana de Rebus Hispaniæ lib. X. c. XIX. Non longe ab Olysipone Emanuel Lusitaniæ rex inclytus anno CIↃIↃ construxit monasterium Bethlem vulgo *de Belem*, Hieronymiani ordinis monachis in regium Mausoleum, quod Scurialense à Philippo II. Hispaniarum rege ædificatum ejusdem Philippi II. judicio superabat, atque in eo loco castellum quoque insigne & inexpugnabile exstruxit, quod vulgò vocatur *O castello de S. Vicente*, ex quo illustris ille Jason *Vascus Gama* anno CIↃCCCCXCVII. ejusdem regis auspiciis profectus est ad patefaciendam Oceani loca nullius ante trita solo, ut cum Lucretio loquar, quod dulcedine quadam ac pari gravitate cantat Lusitanus olor Cant. v. octav. 2.

Entrava neste tempo o eterno lume
No animal Nemeo truculento
E, o mundo, que có tempo se consume
Na sexta idade andava enfermo, e lento
Nella ve, como tinha por custume
Cursos do sol quatorze vezes cento
Com mais noventa e sete enque corria
Quando no mar a armada se estendia.

Cæterum Olysipo magis gloriatur ac se jactat alumno *D. Antonio de Padua*, quem maxima devotione colunt Lusitani, necnon *Joane* hujus nominis XXI. Pontifice maximo, qui anno CIↃCCLXXVI. sedem obtinuit Pontificalem, sed infeliciter conclavis ruina Viterbii oppressus ultimum obiit diem, post octo menses & dies octo sui Pontificatus; ejus aliquot exstant libri *Petri Hispani* titulo, quod ei nomen in privata fortuna fuerat. Si plura de Olysipone scire desideras, consule Ludovicum Nonium in sua Hispania c. 35. Damianum à Goes in sua Olysiponis descriptione, Rodericum Mendez Sylva in libro, cui titulum fecit *Poblation general de España*, virum in Hispaniæ rebus doctum, sed qui Latinas, Græcas, & Hebræas literas numquam salutaverat.

16 Ὀζολαι, Λοκρῶν μοῖραι τρεῖς εἰσιν.] Vide quæ in Λοκροὶ annotavimus.

ὧν ἦν Αἴας· οἱ δὲ, Ὀζόλαι. Λέγεται καὶ Ὀζόλις ἡ χώρα. A tii, ex quibus erat Aiax. Hi vero Ozolæ. Dicitur etiam Ozolis regio.

Ὀθρωνος [17], πόλις. Οἱ δὲ νῆσον, πρὸς νότον Σικελίας. [18] Ἄλλοι δὲ Μελιτηνῆς. Ὁ οἰκῶν, Ὀθρώνιος. B OTHRONUS, urbs. Alii verò insulam esse dicunt ad meridiem Siciliæ. Alii autem Melitenæ. Incola, Othronius.

Οἰάνθη [19], πόλις Λοκρῶν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἑλλάνικος δὲ Οἰάνθειαν αὐτὴν φησιν. Οἰανθεὺς δ' ἔστι, καὶ Οἰάνθειον, καὶ Οἰανθὶς ἐξ αὐτοῦ, Οἰάνθιος. C OEANTHE, urbs Locrorum. Hecatæ. Asia. Hellanicus verò *Oeanthiam* eam vocat. [Gentile] Oeantheus, & Oeantheum, neut. & Oeanthis fœmineum. Ex eodem Oeanthius.

Οἰδάντιον, πόλις Ἰλλυριῶν· Θεόπομπος Φιλιππικῶν τριακοστῷ ὀγδόῳ. Τὸ ἐθνικὸν Οἰδάντιος, ὡς φησιν Ἑκαταῖος· Καὶ Οἰδαντικὴ γῆ. OEDANTIUM, urbs Illyriorum. Theopomp. Philippicor. lib. 38. Gentile, Oedantes, ut inquit Hecatæ. Et Oedantica terra.

Οἶκος [20], Ἡρωδιανὸς μὲν παρὰ τὸ εἴκω, ἐν ᾧ εἴκομεν. Δύναται δὲ εἶναι τὸ ἴδιον ἐνδιαίτημα, παρὰ τὸ οἰῶ, τὸ μόνον ἐῶ, καθ' πλεονασμὸν τοῦ κ· Ὡς ὅρος ὅρκος. Ὁ οἰκήτης, οἰκεῖος, ὡς ἀστὸς ἀστεῖος, καὶ οἰκεὺς παρὰ τὸ οἶκος, οἰκία, [21] καὶ οἰκιάτης καθ' πλεονασμὸν τοῦ κ, ἀπὸ τοῦ οἰκίτης. D OECOS, *h. e.* domus παρὰ τὸ εἴκω, i.e. *à verbo cedo, secedo*, in quam nos recipimus. Potest verò esse peculiaris seu propria habitatio παρὰ τὸ οἰῶ, i.e. *solus sum* per pleonasmum τοῦ κ. Ut ὅρος, ὅρκος, i.e. *meta, jusjurandum*, à quo οἰκήτης, i.e. *habitator, incola*, & οἰκεῖος, i.e. *domesticus, privatus, propinquus, familiaris*, ut ἀστὸς, i.e. *civis*, & ἀστεῖος, i.e. *urbanus, lepidus*, est etiam οἰκεὺς, i.e. *famulus, domesticus* παρὰ τὸ οἶκος, i. e. *domus*, & οἰκία, i. e. *domus, familia*, & οἰκιάτης, i. e. *famulus domesticus*, per pleonasmum τοῦ κ, ἀπὸ τοῦ οἰκίτης, i. e. *qui ædificat domum*.

Οἶκους, Καρίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Οἰκέσιος, καὶ Οἰκησία, καὶ Οἰκέσιον ἄστυ. OECUS, Cariæ urbs. Gentile, Oecusius, & Oecusia, & Oecusium, urbs.

Οἶνα [22], πόλις Τυρρηνίας ἐχυρὰ λίαν· Μέσον δὲ αὐτῆς λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς τριακοντάσταδίων, ἔχων ἄνω ὕδατα καὶ ὕλην παντοδαπὴν, ὡς Ἀριστοτέλης περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Τὸ ἐθνικὸν, Οἰνάτης· οὐκ ἀλλότριος γὰρ ὁ τύπος. F OENA, urbs Tyrrheniæ, munita valde. In cujus medio est collis altus triginta stadiorum, habens suprà aquas & omnigenam sylvam, ut Aristo. de mirabilibus auscultationibus. Gentile, Oenates. Non enim aliena est hæc forma incolis.

Οἰ- OE-

17 Ὀθρωνος, πόλις. Οἱ δὲ νῆσον, &c.] Othronos, aliis urbs, aliis insula, ut inquit autor noster. Ego & urbem & insulam reor fuisse. Plerumque enim insulæ & earum principes urbes eodem afficiuntur nomine. De ejus etiam situ dissentiebant, quippe alii ad Siciliam, alii ad Melitam locabant. Ego puto fuisse eamdem, quæ Plinio lib. 4. c. 12. nuncupatur *Thoronus* insula ad Italiam vergens, de qua nihil fatu dignum inveniebam.

18 Ἄλλοι δὲ Μελιτηνῆς.] Legendum censeo ἄλλοι δὲ Μελίτης. i. e. *alii verò ad austrum Melitæ*. Antecedit enim τὸ πρὸς νότον Σικελίας. i. e. *ad austrum, id est, meridiem Siciliæ*. Hæc est Stephani mens, scilicet alii locabant Othronum insulam ad Siciliam, alii ad Meliten, insulam notissimam. Melitene verò erat civitas Cappadociæ, quæ hoc in loco locum non habet.

19 Οἰάνθη, πόλις Λοκρῶν.] Oeanthe, urbs Locrorum, Hellanico dicitur *Oeanthea*. Hujusmodi enim forma & in η & in εια proferri solet, non modò in oppidorum, sed etiam in fœminarum nominibus, ut Ζέλη, Ζέλεια, Θεσσαλονίκη, Θεσσαλονίκεια, Ἀγάμη, Ἀγάμεια, Πηνελόπη, Πηνελόπεια. Memoratur Pausaniæ, cui Οἰάνθεια quoque dicitur & prope mare Naupacto vicina locatur. Ejus ex lib. 10. sunt quæ sequuntur: Ἐπὶ θαλάσσης δὲ Οἰάνθεια, καὶ ταύτῃ ὁμορόσαι ἐστὶ Ναύπακτος. Πλὴν δὲ Ἀμφίσσης, ὑπ' Ἀχαιῶν οἱ ἄλλοι Παλαιέων ἄρχουσιν, βασιλέως σφίσι δόντος Αὐγούστου, ἐν Οἰανθείᾳ δὲ Ἀφροδίτης τε ἱερὸν, καὶ ὀλίγον ὑπὲρ τὴν πόλιν κυπαρίσσου τὸ ἄκαμπες, καὶ τὸ πίτυος ἐστὶν ἄλσος· καὶ νεώς τε Ἀρτέμιδος, καὶ ἄγαλμα ἐν τῷ ἄλσει. i.e. *Mari proxima est* OEantheа, *cui finitima est Naupactus. Præter Amphissam sub Achæorum ditione sunt ceteri Patrensium, hoc concedente ipsis Augusto imperatore.* OEantheæ *est Veneris fanum, & paulum suprà oppidum lucus mistim cupresso & pino condensus. Et Dianæ templum, & signum in ipso luco.*

20 Οἶκος.] Oecos, sic Græcis vocatur domus à verbo εἴκω, i. e. *cedo*. Magni Etymologici autor in οἶκος ejus etymologiam deducit παρὰ τὸ εἴκω, τὸ ὑποχωρῶ, ὑφ' ἑαυτὸν ἁμάρτημα. Sed quis non videt esse hanc etymologiam valde violentam, cùm possimus eam deducere παρὰ τὸ οἰκεῖν, i. e. *ab habitando*. Græci verò in eruendis etymologiis sæpe seu deliranr, seu luxuriant.

21 Καὶ οἰκιάτης καὶ πλεονασμὸν τοῦ κ, ἀπὸ τοῦ οἰκίτης.] Ne Carneades quidem dubitaverit, legendum esse, καὶ οἰκιήτης καὶ πλεονασμὸν τοῦ η, ὡς ἀπὸ τοῦ οἰκίτης. Namque οἰκιάτης non invenitur: οἰκιήτης significat *servum domesticum*; κ autem pro η per incuriam apposuit librarius, seu typographus; jam alibi similem errorem annotavimus.

22 Οἶνα, πόλις Τυρρηνίας, &c.] Oena, urbs Tyrrheniæ, id est, Etruriæ memoratur, ex Aristotele de Mirabilibus Auscultationibus, apud quem Οἰναρία, non Οἶνα, ut inquit noster, legitur: Ἔστι δέ τις ἐν Τυρρηνίᾳ πόλις Οἰναρία καλουμένη, ἣν καθ' ὑπερβολὴν φασιν ὀχυρὰν εἶναι. Ἐν μὲν μέσῃ αὐτῇ λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς τριάκοντα σταδίους ἀνέχων ἄνω, καὶ καπνὸν ὕλην παντοδαπὴν καὶ ὕδατα. Φοσυμένους ἐν τοῖς ἐνοικοῦσι λέγεσι, μή τις τύραννος ἐφίληται, ἀφαιρεθῆναι αὐτῶν τοὺς οἰκέτας ἠλευθερωμένους· καὶ ἔτι ἄρχουσιν αὐτῶν, κατ' ἐνιαυτὸν δὲ ἄλλους ἀνακαθίστασθαι τοιούτους. i. e. *Est verò in Tyrrhenia urbs nomine* Oenarea, *quam suprà modum munitam esse ajunt, cujus medium collis occupat ad triginta stadiorum altitudinem surgens, & omnigena materia & aquis abundans, metuentes sibi à tyrannide oppidanos, servos manumissos summæ rerum in annum præfecisse, quo evoluto alios ejusdem sortis subrogare dicunt.*

23 Οἰ-

Οἰνειάδαι [23], πόλις Ἀκαρνανίας πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ [24], ἡ καὶ Ἐρυσίχη καλουμένη. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυσιχαῖος. Λέγεται καὶ Οἰνειὰς ἡ χώρα. [25] Ἔστι καὶ ἑτέρα τῆς Οἰταίας πόλις, Οἰνειάδαι. A

OENEADÆ, urbs Acarnaniæ juxta Acheloum, quæ etiam *Erysiche* vocabatur. Gentile, Erysichæus. Dicitur quoque Oeneas regio. Est & alia Oetææ urbs Oeneadæ.

Οἰνίων [26], Λοκρίδος λιμήν. Θουκυδίδης τρίτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Οἰνωνεύς. B

OENION, Locridis portus. Thucyd. lib. 3. Gentile, Oenoneus.

Οἴνη [27], πόλις Ἄργους. Ἑκαταῖος ἱστορίων πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Οἰναῖος, Οἰναία, Οἰναῖον. Ὧρος δὲ Οἰνώλου αὐτὴν φησιν, ἧς τὸ ἐθνικὸν Οἰνωάτης· καὶ θηλυκὸν, Οἰνωάτις Ἄρτεμις, ἡ ἐν Οἰνόῃ τῆς Ἀργείας ἱδρυμένη ὑπὸ Προίτου. C

OENE, urbs Argorum. Hecatæ. Historiarum primo. Gentile, Oenæus, Oenæa, Oenæum. Orus verò *Oenoën* eam vocat, cujus gentile, Oenoates. Et fœmineum, Oenoatis Diana, quæ in Oenoë Argidis à Prœto collocata fuit.

Οἰνόανδα [28], πόλις Λυκίας· Ἀλέξανδρος πρώτῳ Λυκιακῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Οἰνοανδεύς. D

OENOANDA, urbs Lyciæ. Alexander Lyciacor. primo. Gentile, Oenoandeus.

Οἰνόη [29], μία τῶν ἐν Ἰκαρίᾳ δύο πόλεων. Τὸ ἐθνικὸν, Οἰνοαῖος.

OENOE, una ex duabus Icariæ urbibus. Gentile, Oenoæus.

Οἶνος [30], πολίχνιον Λακωνικῆς, ὡς Ἀνδροτίων καὶ Δίδυμος. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Οἰνάντιος, καὶ Οἰνάντιας. E

OENUS, oppidulum Laconicæ, ut Androtio, & Didymus. Gentile, Oenuntius, & Oenuntias.

Οἶνοῦσαι [31], νῆσος τῇ Χίῳ πρόσεχὴς· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Οἰνουσαῖος, καὶ Οἰνούσιος.

OENUSÆ, insula Chio vicina. Hecatæ. Europa. Gentile, Oenusæus, & Oenusius.

Οἰνώνη [32], νῆσος μία τῶν Αἰακιδῶν. Οἱ οἰκήτορες Οἰνωναῖοι, ὡς Παρθένιος Ἡρακλεῖ. F

OENONE, insula, una Æacidarum. Incolæ, Oenonæi, ut Parthenius Hercule.

Οἰνω-

Οενο-

23 Οἰνειάδαι, πόλις Ἀκαρνανίας πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ.] Oeniadæ, urbs Acarnaniæ, ad Achelöum amnem. Memoratur Straboni lib. 10. Εἶτ' Οἰνιάδαι, καὶ ὁ Ἀχελῷος· εἶτα λιμὴν τῶν Οἰνιαδῶν Μελίτη καλουμένη, &c. i. e. *Deinde Oeniadæ, & Achelous; deinde lacus Oeniadarum, Melite nomine, &c.* E noſtris eam celebrat Livius lib. 38. c. 11. *Oeniadæ cum urbe agriſque Acarnanum ſunto.* Scholiaſta Thucydidis ad ejus lib. 2. inquit, ſua ætate vocitatam fuiſſe *Dragameſten*, cui Οἰνιὰς dicitur: Οἰνιὰς, πόλις ἐπὶ τῷ ῥεύματι τοῦ Ἀχελῴου, ἡ καὶ νῦν Δραγαμέστη λεγομένη. i. e. *Oenias, urbs eſt ad oſtium Acheloi, quæ nunc* Dragameſte *dicitur.* Amnis autem Acheloüs ex Pindo monte defluebat; juxta hanc urbem commiſſum fuit prælium inter Philippum Caſſandri fratrem, & Æacidem Pyrrhi patrem, ubi Æacides vulnus accepit lethale, ex quo obiit, ut narrat Pauſanias lib. 1.

24 Ἡ καὶ Ἐρυσίχη.] Lege ἡ καὶ Ἐρυσίκη. Et Ἐρυσικαῖος. Sic enim ſcribitur ſuo loco juxta literarum ſeriem, & urbs & gentile, de qua vide quæ illic annotavimus

25 Ἔστι καὶ ἑτέρα Οἰταίας, πόλις.] Secundo loco celebrat Oeniadas Oetææ urbem, quod ex Strabonis fonte hauſit. Sic enim ille lib. 9. Τῆς δ' Οἰταίας, καὶ ὁ Ἀκύφας ἐστὶ, καὶ Παρασωπιὰς, καὶ Οἰνειάδαι, καὶ Ἀντικίρρα ὁμώνυμος τῇ ἐν Λοκρίδι τῇ Ἑσπερίᾳ. i. e. *Regionis verò Oetææ, & Acyphas eſt, & Paraſopias, & Oeniadæ, & Anticirrha, idem habens cum ea nomen, quæ eſt in Locris Heſperiis.* Oetæa autem erat Theſſaliæ regio, ut apparet ex ejuſdem autoris libro citato.

26 Οἰνιὼν, Λοκρίδος λιμήν.] Oenion, onis, Locridis portus ex Thucydidis lib. 3. cui Οἰνιὼν, non Οἰνιὸν, ut inquit noſter, dicitur, ejus ex libro citato ſunt verba: Ὡρμήθη δὲ ἐξ Οἰνιῶνος τοῦ Λοκρίδος. Οἱ δὲ Ὀζόλαι ἔτυχον Λοκροὶ σύμμαχοι ὄντες, καὶ ἔδει αὐτοὺς πᾶσιν ὁμοίοις ἀπαντῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις τοῖς τῶν μετοίκων. i. e. *Profectus verò eſt ex Oeneone Locridis; iſti autem Ozolæ Locri erant ſocii, & oportebat eos cum omnibus ſuis copiis occurrere Athenienſibus in loca mediterranea.* Gentile debet eſſe Οἰνωνεύς, non Οἰνωνδεύς.

27 Οἰνὴ, πόλις Ἄργους.] Oene, urbs Argorum, in qua colebatur Diana Oenoatis. Et urbs & Dea commemoratur Pauſaniæ lib. 2. Ὑπὲρ δὲ Οἰνόης ὄρος ἐστὶν Ἀφείμαντον, καὶ ἱερὸν Ἀφειμάντου ἐπὶ κορυφῇ δὲ ὄρους. i. e. *Supra Oenoën Artemiſium*, [id eſt, Dianium] *eſt mons, & in montis vertice fanum Dianæ.*

28 Οἰνόανδα, πόλις Λυκίας.] Oenoanda, urbs Lyciæ. Straboni lib. 13. Oenoandros, Ptolemæo lib. 5. c. 5. *Oeneanda* vocatur, qui eam locat in Cabalia Lyciæ regione, ut & Plinius lib. 5. c. 27.

29 Οἰνόη, μία τῶν ἐν Ἰκαρίᾳ δύο πόλεων.] Oenoë, una ex duabus Icariæ urbibus. Harum Icariæ civitatum altera *Dracanum*, altera *Oenoë* dicebatur, utraſque celebrat Strabo lib. 14. ſed *oppidula*, non *urbes* appellat.

30 Οἶνος, πολίχνιον Λακωνικῆς.] Oenûs, untis, oppidulum Laconicæ. Sic verò fuit vocatum ἀπὸ τοῦ οἴνου, i. e. *à vino*, quod illic conficiebatur, cujus meminit Athenæus Dipnoſophiſt. lib. 1. *Oenoë* dicitur Ptolemæo lib. 3. c. 16. atque inter Laconicæ mediterraneas urbes locatur.

31 Οἶνοῦσαι, νῆσος τῇ Χίῳ πρόσεχής.] Oenuſæ, plur. num. inſula Chio inſulæ adhærens. At Thucydides inſulas ante Chium, non inſulam, ut inquit noſter, tradit fuiſſe. Ejus ex lib. 8. ſunt verba: Καὶ Λεὼν καὶ Διομήδων ἔχοντες τὰς ἐν Λέσβῳ Ἀθηναίων ναῦς ἔπλουν Οἰνουσσῶν τῶν πρὸς Χίῳ νήσων, &c. i. e. *Leon autem & Diomedon habentes ex Lesbo Athenienſium naves, atque ex Oenuſſis ante Chium inſulis, &c.* Memorantur etiam Plinio lib. 4. c. 12. Pauſaniæ lib. 4. & aliis.

32 Οἰνώνη, νῆσος μία τῶν Αἰακιδῶν.] Oenone, inſula una Æacidarum. Æginam antè *Oenonem* vocitatam fuiſſe teſtatur Plinius lib. 4. c. 12. *Ab hac Ægina liberæ conditionis* XVII. *mill. paſſ. cujus* XX. *mill. paſſ. præternavigatio eſt. Eadem à Piræo Athenienſium portu* XII. M. *paſſ. abeſt; antè* Oenone *vocitata.* Noſter autor *Æacidarum inſulam* vocat, ut puto, quod in ea regnaverit Æacus, qui de genitricis nomine *Æginam* vocavit, cum antea *Oenone*, vel *Oenopia* vocaretur, ut canit Ovid. Met. lib. 7. v. 472.

Latere unde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit Æacideia regna
Oenopiam veteres appellavere, ſed ipſe
Æacus Æginam genitricis nomine dixit.

ΟΙ᾽ΝΩΤΡΙΑ[33], χώρα τ῀ Ἰταλίας. Τινὲς δὲ καὶ αὐτὴν τὴν Ἰταλίαν ἔτω φασὶ κεκλῆσθαι, [34] ἀπὸ Οἰνώτρου Ἀρκάδος, ὡς Παυσανίας ἐγράφω. [35] Πείσανδρος τρισκαιδεκάτῳ, ἀπὸ τ῀ οἴνου χρήσεως κεκλῆσθαι αὐτὴν φησι. Τὸ ἐθνικὸν Οἰνωτρὸς, ὡς Θεσσαλὸς, καὶ Ἴων, καὶ Κίλιξ. [36] Λέγεται καὶ Οἰνώτριος, ἀφ᾽ οὗ τὸ Οἰνωτρίας γῆ. Ὀξύνεται δὲ τὸ Οἰνωτρός.

OENOTRIA, regio Italiæ. Aliqui verò & ipsam Italiam sic vocatam fuisse ajunt, ab Oenotro Arcade, ut Pausanias lib. 8. Pisander lib. 13. ἀπὸ τ῀, &c. i. e. *à vini usu* vocatam fuisse asserit. Gentile, Oenotrus, ut Thessalus, Ion, Cilix. Dicitur etiam Oenotria, unde Oenotrias terra. Acuitur verò Oenotrus.

ΟΙ᾽ΟΝ[37], δῆμος τ῀ Λεοντίδος φυλῆς. [38] Ἐξ Οἴου, [39] Ἀλεξις Ἀλεξιδος· Ἐξ Οἴου Λεοντὶς. Ἐν Οἴῳ, Οἴονδε, εἰς Οἶον.

OEUM, populus Leontidis tribus. [Gentile] ex Oeo, Alexis. Ex Oeo Leontis, [*Localia*] in Oeo, ad Oeum, in Oeum.

ΟΙ᾽ΟΣ, πολίχνιον Τεγέας· Αἰσχύλος Μυσοῖς. Οἱ πολῖται, Οἰάται. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως.

OEOS, oppidulum Tegeæ. Æschylus Mysis. Cives, Oeatæ. Gentile, eodem modo.

ΟΙ᾽ΣΥ᾽ΜΗ[40], πόλις Μακεδονίας· Θουκυδίδης

OESYME, urbs Macedoniæ. Thucyd. lib. 4.

33 Οἰωτρία, χώρα τ῀ Ἰταλίας, &c.] Ad Oenotriam Italiæ regionem absitemius perveni, non invitâ, ut mihi videtur, Minervâ, ac ne mihi Oenotri dicant, *aut bibat, aut abeat*, eorum vinum summis saltem labris gustabo. Fuere Oenotri ex antiquis Italiæ cultoribus, qui ἀπὸ τ῀ οἴνου, i. e. *à vino* nomen sibi inditum toti Italiæ quondam dederunt. De qua sic loquitur Strabo lib. 6. Φησὶ δ᾽ Ἀντίοχος ἐν τῷ περὶ τ῀ Ἰταλίας συγγράμματι, τοιοῦτον Ἰταλίαν καλεῖσθαι, καὶ περὶ ταύτης συγγεγράφθαι, πρότερον δ᾽ Οἰνωτρίαν προσαγορεύεσθαι· ὅρον δ᾽ αὐτῆς λαμβάνει πρὸς μὲν τὸν Τυρρηνικὸν πέλαγος, τὸ αὐτὸ ὅσῳ καὶ τ῀ Βρεττίας ἔφαπτε, τ῀ Λαὸν ποταμόν· πρὸς δὲ τὸν Σικελικὸν, τὸ Μεταπόντιον· τὸν δὲ Ταραντῖνον ἡ συνεχὴς τῷ Μεταποντίῳ ἐστὶν, ἐκτὸς τ῀ Ἰταλίας ὀνομάζει, Ἰάπυγας καλῶν· ἔπ δ᾽ ἀνώτερον, Οἰνωτρούς τε καὶ Ἰταλοὺς μόνους ἔφη καλεῖσθαι, τοὺς ἐντὸς τ῀ ἰσθμοῦ πρὸς τ῀ Σικελικὴν κεκλιμένους πορθμόν. i. e. *Antiochus in opere, quod de Italia conscripsit, hanc regionem ait* Italiam *appellatam fuisse, ac de ea se scribere; prius autem dictam fuisse* Oenotriam. *Terminum autem ei constituit, ad mare quidem Tyrrhenum, quem & nos Bruttiis assignavimus, Laum flumen: ad Siculum autem mare, Metapontium. Sed Tarentinam regionem, quæ continuò agrum Metapontinum subsequitur, extra Italiam sub* Iapygiæ *nomine censet. Apud vetustiores autem ait eos tantùm Oenotros ac Italos fuisse vocatos, qui intra Isthmum siti versus fretum Siculum vergerent.* Ab his non abludit Poëtarum eruditissimus Æneid. lib. 1. v. 536.

Est locus Hesperiam *Graii cognomine dicunt*
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ,
Oenotri coluere viri: nunc fama minores
Italiam *dixisse, ducis de nomine gentem.*

Ubi Servius: *Oenotria autem dicta est, vel à vino optimo, quod in Italia nascitur: vel, ut Varro dicit, ab Oenotro, rege Sabinorum.* Nunc locus me admonet, ut palinodiam canam, in Ἀνδρος enim pro τ῀ Οἰνοτρόπου legendum putabam Οἰωλεῶν. Tunc enim non occurrebat Anius ille Virgilianus:

——— *Rex idem hominum, Phœbique sacerdos.*

Cui, ut fabulis traditur, tres, vel ut alii, quatuor fuere filiæ *Oenotropi* dictæ. Harum inter alios meminerunt Hesychius in Οἰνοτρόπου, Cœl. Rhodiginus Lect. Antiquarum lib. 7. c. 15. cui *Cænotropæ* dicuntur, quarum fabulam refert Ovid. Met. lib. 13. v. 650. pro quibus ego longè præstantiores ei dedi filios *Oenotros*, nunc quas ademi filias Oenotropos ei reddo, monito prius lectore, pro τ῀ Ἀνιος, eodem loco legendum esse Ἀνίς, quem errorem *philanthropias* admodum, ac pariter erudite me monuit *Gisbertus Cuperus*, ingenii sui dotibus satis notus, nec fraudandus laude sibi debita. Ego ex æquo amo omnes homines cujuscunque nationis & religionis, vitia odi, & indignor quotiescunque video nonnullos, qui omni prorsus exuta humanitate, τῇ ἀνανδρίᾳ asinos, libidine hircos, rapacitate lupos, feritate leones, crudelitate Hyrcanas tigres æmulantur; hujusmodi homines dulce hominum nomen non merentur, in hominum figura illarum quadrupedum personam gerunt; viros verò optimos & eruditos non solum amo, sed etiam diligo. Ne ultra crepidam, ad sutrinam nostram revertamur, ubi nos exspectat Stephanus, qui eam accessu suo illustrat.

34 Ἀπὸ Οἰνώτρου Ἀρκάδος.] Oenotriam regionem de Oenotri Arcadis nomine nomen sibi induisse dicit. Hoc enim erat discrimen inter autores de hujus regionis nomine, alii ἀπὸ τ῀ οἴνου, i.e. *à vino*, alii ab Oenotro Arcade Lycaonis filio sic vocatam fuisse contendebant, veram sententiam discernere difficile est, pro Oenotro Arcade stat Pausanias, quem ad partes vocat autor noster; ex ejus lib. 8. sunt, quæ sequuntur: Οἰωλεὺς ὁ τ῀ παίδων νεώτατος Λυκάονος τ῀ δεύτερον, Νύκτιμον τ῀ ἀδελφὸν χρήματα καὶ ἄνδρας αὐτῆς ἐπιφανῆ ναυσὶν ἐς Ἰταλίαν, καὶ ἡ Οἰνωτρία χώρα τὸ ὄνομα ἔσχεν ἀπὸ Οἰνώτρου βασιλεύσαντος. Οὗτος οὖν τ῀ Ἑλλάδος ἐς ἀποικίαν στόλος ἐξήλθε· πλεῖστα μὲν οὖν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐστιν, ἀδὲ οὖν τ῀ βαρβάρων ἄνδρες πρότερον ἢ Οἰνωτρὸς ἀφίκοντο ἐς τὴν ἀλλοδαπήν. i. e. *Oenotrus verò natu minimus filiorum Lycaonis, pecunia & viris à fratre Nyctimo acceptis navibus in Italiam transivit, & Oenotria regio nomen accepit ab Oenotro rege. Atque hæc fuit prima classis, quæ ex Græcia in coloniam missa est. Nemo Barbarorum, etsi tempora exactissimè computentur, antequam Oenotrus ad exteras regiones commigrasse reperietur.*

35 Πείσανδρος, &c.] Nunc ex Pisandro inquit Oenotriam regionem ἀπὸ τ῀ οἴνου χρήσεως, i.e. *à vini usu* vocitatam fuisse, quam sententiam è nostris sequitur Servius ad Virgilii locum citatum in hac sectione nota 33. ad quam inclinat animus. Namque Græci de more habent conficere è sua farina reges & duces in gloriam suam, de quorum nomine nomina indunt aliis regionibus & civitatibus.

36 Λέγεται καὶ Οἰνώτριος.] Oenotriæ gentile est Oenotrus, ut jam dixit, sed dicitur etiam Oenotrius; hujusmodi gentilium forma frequentissime utroque modo usurpatur, ut sæpe sæpius annotavimus.

37 Οἶον, δῆμος τ῀ Λεοντίδος φυλῆς.] Oeum, populus Leontidis tribus. Duos fuisse in Attica hujus nominis populos tradit Harpocratio in Οἶον: alter Leontidis, alter Hippothoontidis tribus erat; priorem vocabant *Ceramicum Oeum*, posteriorem, *Decalicum*, ut apparet ex eodem autore, de quibus consulesis Meursium de Populis Atticis.

38 Ἐξ Οἴου.] Gentile utriusque populi, tam Leontidis, quàm Hippothoontidis dicebatur ex-Oeo, teste Harpocratione loco proxime citato.

39 Ἀλεξις, Ἀλεξιδος.] Per me licet expungere τὸ Ἀλέξιδος. Nihil enim addit nec adimit autoris menti.

40 Οἰσύμη, πόλις Μακεδονίας.] Oesyme, urbs Macedoniæ, ex Thucydidis lib. 4. pro *Macedoniæ* legendum est Θρᾴκης, i.e. *Thraciæ*, quia ex contextu historiæ Thucydidis libri citati apparet esse urbem Thraciæ, quam commemorat unà cum Galepsò ejusdem regionis civitate. Ejus sunt verba: Καὶ Γάλψηλος [lege ex nostro autore Γαληψὸς] ὀλίγῳ ὕστερον, καὶ Οἰσύμη· εἰσὶ δὲ αὗται Θασίων ἀποικίαι. i.e. *Et Galepsus non multò post, & Oesyme* [defecerunt ad Brasidam] *sunt autem istæ civitates Thasiorum coloniæ.* Firmat conjecturam nostram Eustathius ad Il. 8. v. 304. (ejus verba apponemus nota subsequenti) qui ex nostro autore inquit esse Thracicam urbem; Harpocratio quoque ex Ephoro eam dedit Thraciæ, ut & Scylax in Θρᾴκη, apud quem perperam scribitur Σισύμη pro Οἰσύμη.

41 Ταύ-

κυδίδης τε Αἴσυμη. Ἡ νῦν Ἡμάθεια. Τὸ ἐθνικὸν, Οἰσυμαῖος. [41] Ταύτην Αἰσύμην Ὅμηρος ἔφη.

ΟΙΤΗΣ [42], ὄρος περὶ Τραχῖνα. Ἔστι καὶ πόλις Μηλιέων. Οἱ οἰκοῦντες, Οἰταῖοι. Σοφοκλῆς·

Ἐγὼ μὲν ἔφυν Οἰταίας πατρός.

Καὶ θηλυκὸν Οἰταία, καὶ Οἰτηΐς, ἴσως ἀπὸ τοῦ Οἰτεύς, Οἰταιῆτις, Οἰτηΐς. Ἔστι δὲ ὡς παρὰ τὸ Κρηταῖος Κρηταιεύς· καὶ δεύτερον, Οἰταῖον.

ΟΙΤΥΛΟΣ [43], πόλις Λακωνικῆς. Οἱ δὲ Οἴτυλον, ὡς δάκτυλον, ἀπὸ τοῦ Οἰτύλου ἥρωος. [44] Τινὲς δὲ τὸ οἱ ἄρθρον φασί. Τινὲς τὸ ἐθνικὸν Οἰτύλιος.

ΟΙΧΑΛΙΑ [45], πόλις, ὡς Ὅμηρος ἐν τῷ Πελασγικῷ Ἄργει φάσκ, λέγων,

Οἵτ' ἔχον Οἰχαλίην πόλιν Εὐρύτου. — Οἱ δὲ νεώτεροι, τεθείκασιν αὐτὴν ἐν Εὐβοίᾳ. Ἔστι καὶ Μεσσηνιακὴ Οἰχαλία, καὶ ἑτέρα ἐν Τραχῖνι, καὶ ἐν Θετταλίᾳ, καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ. Ὁ πολίτης, Οἰχαλιεύς. Καὶ ὡς τὸ Αἰμονία Αἰμονιεὺς καὶ Αἰμονὶς, ἕτω καὶ Οἰχαλὶς καὶ Οἰχαλιώτης, ὡς Ἀμβρακιώτης καὶ Σικελιώτης. Λίνος γὰρ ὁ ἱστορικὸς Οἰχαλιώτης ἦν. Λέγεται καὶ Οἰχάλιος, καὶ Οἰχαλιήθεν ἐπίρρ.

lib. 4. Quæ nunc Emathia. Gentile, Oesymæus. Hanc *Æsymen* Hom. vocavit.

OETES, mons circa Trachinem. Est etiam urbs Melienſium. Incolæ, Oetæi. Sophocles:

Ego quidem progenies Oetæi patris.

Et fœmineum, Oetæa, & Oeteïs, fortaſſe ab Oetieus, Oetæetæ, Oeteïs. Eſt verò, ut à Cretæus, Cretæeus. Et neut. Oetæum.

OETYLUS, urbs Laconicæ. Alii Oetylum, ut dactylum, ab Oetylo heroë. Aliqui verò τὸ οἱ, articulum eſſe dicunt. Aliqui gentile, Oetylius.

OECHALIA, urbs, quam Homerus ad Pelaſgicum Argos ponit, dicens:

Quique habebant Oechaliam urbem Euryti. — Juniores verò eam poſuere in Eubœa. Eſt etiam Oechalia Meſſeniæ, & alia in Trachine, & in Theſſalia, & in Arcadia. Civis, Oechalieus. Ac ut Hæmonia, Hæmonieus, & Hæmonis, ſic Oechalis, & Oechaliotes, ut Ambraciotes, & Siceliotes. Linus enim hiſtoricus Oechaliotes erat. Dicitur etiam Oechalius, & [*adverbium*] ex loco, ex-Oechalia.

ΟΚΡΙ-

OCRI-

41 Ταύτην Αἰσύμην Ὅμηρος ἔφη.] Oeſymen Homerus vocavit *Æſymen*. Nempe Il. 8. v. 304.

Τὸν δ' ἐξ Αἰσύμηθεν ὀπυιομένη τέκε μήτηρ
Καλὴ Καπάνειρα, δέμας εἰκυῖα θεῇσι.
Quem ab Æſyma compreſſa peperit mater
Pulchra Capaneira, corpore ſimilis Deabus.

Ad quem locum ſic Euſtathius: Τὸ δὲ ἐξ Αἰσύμηθεν, ἀντὶ τοῦ ἐξ Αἰσύμης πόλεως Θρᾳκικῆς, ὡς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας δηλοῖ. Περισσεύει δὲ κεῖται ἡ ἐξ ἀφαιρέσεως καὶ ἐν τῷ ἐξ Αἰσύμηθεν, ὡς καὶ ἐν τῷ ἐξ ἀγρανόθεν, i. e. *Illud verò* ἐξ Αἰσύμηθεν pro ἐξ Αἰσύμης, i. e. *ex Æſyme, urbe Thraciæ, ut qui ethnica ſcripſit, oſtendit. Superfluit verò* ἐξ *præpoſitio, ut & in illo* ἐξ ἀγρανόθεν, i. e. *ex-cœlo, & in aliis.*

42 Οἴτης, ὄρος περὶ Τραχῖνα.] Oetes, mons circa Trachinem, Trachis verò urbs Theſſaliæ, ergo Oetes erat Theſſaliæ mons, quem deſcribit Strabo lib. 9. In hoc monte fabulabantur Herculem ſacrificantem exuſtum fuiſſe, teſte Servio ad illud Virgilii Eccl. 8. v. 30.

——— *Tibi deſerit Heſperus Oetam.*

Ideo *Oetæus* dictus eſt, unde nomen factum tragœdiæ Senecæ, quæ *Hercules Oetæus* inſcribitur; eadem de cauſa *Herculeam Oeten* dixit Lucanus lib. 3. v. 178.

——— *Tunc Mænala liquit*
Arcas, & Herculeam miles Trachynius Oeten.

Seneca in Hercule Furente *ſummum Oetam* vocavit, quia erat altiſſimus:

Jam cæruleis evectus equis
Titan ſummum proſpicit Oetan.

Eodem modo Sil. lib. 6.

Vix dum clara dies ſummâ luſtrabat in Oetâ
Herculei monumenta rogi.

43 Οἰτυλος, πόλις Λακωνικῆς.] Oetylus, urbs Laconicæ, ab Oetylo heroe nomen adepta, quod ex Pauſaniæ fonte videtur hauſiſſe. Sic enim ille de hac urbe loquitur lib. 3. Ἀπὸ τούτου σταδίοι μάλιστά πως ἑξήκοντα ἐπὶ θάλασσαν ἐπὶ Οἴτυλον. Ὁ δὲ ἥρως ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ ὄνομα ἔσχεν Ἄργου τοῦ Ἀπιδανέως, Ἀμφιάνακτος δὲ αὐτὸς ὢν ἦν Ἀπιδάνου. Θέας δὲ ἄξια ἐν Οἴτυλῳ Σαραπιεῖόν ἐστιν ἱερὸν, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ Καρνεάτου ξόανον Ἀπόλλωνος. i. e. *Ab hoc portu ad Oetylum ſtadia interſunt circ.* L. *Heros verò, à quo urbi nomen, ortu Argivus fuit, Amphianactis Antimachi filio genitus. Sunt in Oetylo, quæ ſpectentur digna, Seraphidis templum, & in foro Carnei Apollinis ſimulachrum.*

44 Τινὲς δὲ τὸ οἱ ἄρθρον φασί.] Inquit nonnullos dicere, τὸ οἱ nominis Οἴτυλος eſſe articulum, ac ideo Τύλος dicendum eſſe, quod deſumpſit ex Strabonis libro 8. apud quem hæc leguntur: Μεταξὺ δὲ ἀπὸ τοῦ Θυρείδων ἀρξαμένοις, ὁ Τύλος ἐστί· καλεῖται δὲ ὑπό τινων Οἴτυλος. i. e. *Medio-loco, à Thyridibus incipientibus Tylus eſt, vocatur verò à nonnullis Oetylus.* Quod procedit ex diverſa ſcriptura apud Homerum Il. 2. v. 586. apud quem alii legunt:

——— Ἡ δ' Οἴτυλον ἀμφενέμοντο.
——— *Et Oetylum incolebant.*

Alii verò:

——— Ἡ δ' οἱ τύλον ἀμφενέμοντο.
——— *Et qui tylum incolebant.*

Sic annotat Euſtathius ad verſum citatum ex noſtro autore.

45 Οἰχαλία.] Oechalia. Quinque hujus nominis urbes commemorat. Celeberrima omnium fuit ea, quam Homerus vocavit Οἰχαλίην πόλιν Εὐρύτου. i. e. *Oechaliam urbem Euryti.* Il. 2. v. 730. ubi legitur hemiſtichium illud, quod autor noſter affert, quippe quæ ab Hercule everſa Mantuano carmine inclaruit, Æneid. lib. 3. v. 291.

——— *Ut prima novercæ*
Monſtra manu; geminoſque premens eliſerit angues
Ut bello egregias idem diſjecerit urbes
Troiamque, Oechaliamque.

Sed non convenit inter autores de qua Oechalia loquitur Homerus, ut videre eſt ex Strabonis lib. 9. & ex Euſtathio ad Il. 2. v. 594. Illius ex libro citato ſunt verba, quæ ſequuntur: Τὴν δὲ Οἰχαλίαν πόλιν Εὐρύτου λεγομένην, ἔνθα τοῖς τόποις τούτοις ἱστοροῦσι, καὶ ἐν Εὐβοίᾳ, καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ, καὶ μεθορμίζουσιν ἄλλοι, ὁ εἰρηκὼς ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς. Περὶ δὲ τούτων ζητοῦσι, καὶ μάλιστά πως ἡ ὑπὸ Ἡρακλέους ἁλοῦσα, καὶ ᾧ τινι συνέγραψεν ὁ ποιήσας τὴν Οἰχαλίας ἅλωσιν. i. e. *Oechaliam verò*, urbem Euryti *dictam cum his in locis ponunt, tum in Eubœa, & in Arcadia, aliterque denominant: quod dictam eſt in Peloponneſiacis. De his verò quærunt, ac maxime quænam ſit, quam cepit Hercules, & de qua ſcripſerit, qui fecit Oechaliæ exſcidium.* Idem autor lib. 14. Poematis de Oechaliæ exſcidio autorem facit Homerum. Videſis Pauſaniam lib. 4. ubi de Oechalia loquitur. At Herculem everſiſſe Oechaliam Euryti teſtatur Servius ad Virgilii verſum citatum, quam ipſe in Eubœa locat.

46 Οἰκεῖ-

Ο'ΚΡΙ'ΚΟΛΑ [46], πόλις Τυρρηνίων. Διονύσιος ἐκ]ωκαιδεκάτῳ Ῥ'ωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν Ο'κρικολανὸς, ὡς αὐτός φησιν.

OCRICOLA, urbs Tyrrhenorum. Dionyſius lib. 18. Romanæ antiquitatis. Gentile, Ocricolanus, ut idem inquit.

Ο'ΚΩΛΟΝ, χωρίον Ἐρετριέων. Θεόπομπος φιλιππικῶν εἰκοστῷ τετάρτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ο'κωλίος.

OCOLUM, regio Eretrienſium. Theopomp. Philippicorum lib. 24. Gentile, Ocolius.

Ο'ΛΒΗΛΟΣ, πόλις Μακεδονίας. Βάλαγρος Μακεδονικῆ. Τὸ ἐθνικὸν, Ο'λβήλιος.

OLBELUS, urbs Macedoniæ, Balager in Macedonica. Gentile, Olbelius.

Ο'ΛΒΙ'Α [47], πόλις Λιγυστική. Ὁ πολίτης, Ο'λβιοπολίτης. Καὶ Ο'λβιανοὶ, ὡς Ἀσιανοί. Ἔστι ἡ καὶ νησίον αὐτῆς ὄρος Ο'λβιανόν. [48] Δευτέρα, πόλις ἐν Πόντῳ. [49] Τρίτη, Βιθυνίας, ἀπὸ Ο'λβίας νύμφης. [50] Τετάρτη, Παμφυλίας, ὡς Φιλόξενος. Οὐκέτι ἡ Παμφυλίας, ἀλλὰ τῶν Σολύμων γῆς· καὶ οὐδὲ Ο'λβία, ἀλλὰ Ο'λβα καλεῖται. Καὶ οἱ πολῖται Ο'λβαῖοι, καὶ Ο'λβιος, καὶ Ο'λβία. Πέμπτη, Ἰβηρίας. Ἕκτη, Σαρδόος. Ἑβδόμη, Ἰλλυρίδος. Ὀγδόη, Ἑλλησπόντου. [51] Ἐνάτη, Κιλικίας. Λέγεται καὶ Ο'λβιωὸς, καὶ Ο'λβιακὸς. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Ο'λβιακή.

OLBIA, urbs Liguriæ. Civis, Olbiopolites. Et Olbiani, ut Aſiani. Eſt verò prope eam mons Olbianus. Secunda, urbs in Ponto. Tertia, Bithyniæ, ab Olbia Nympha. Quarta, Pamphyliæ, ut Philoxenus. Non eſt Pamphyliæ, ſed Solymorum terræ. Neque *Olbia*, ſed *Olba* vocatur. Cives, Olbæi, & Olbius, & Olbia. Quinta, Iberiæ. Sexta, Sardiniæ. Septima, Illyridis. Octava, Helleſponti. Nona, Ciliciæ. Dicitur etiam Olbenus, & Olbiacus, & fœm. Olbiaca.

Ο'ΛΒΙ'ΣΙΟΙ, ἔθνος ὑπὲρ Ἡρακλείων στηλῶν. [52] Καὶ Ο'λβισίνιοι ἄλλο.

OLBISII, populi juxta Herculeas columnas. Et Olbiſinii alii.

Ο'ΛΙΖΩ'Ν [53], πόλις Θεσσαλίας. Ἑκαταῖος

OLIZON, onis, urbs Theſſaliæ. Hecatæus.

46 Ο'κρίκολα, πόλις Τυρρηνίων.] Ocricola, urbs Tyrrhenorum, ex Dionyſii Romanæ Antiquitatis libro deperdito, pro Τυρρηνίων lege Τυρρήνων. Τυρρηνοὶ enim dicebantur. Etſi hæc forma ſæpe utroque modo uſurpatur. Tyrrhenos Latini vocabant Etruſcos. Ptolemæo lib. 3. c. 1. Ο'κρίκολον dicitur, perperam, ut puto, pro Ο'κρίκλον. Straboni Ο'κρίκλοι plurali maſcul. & inter Umbriæ oppida numeratur. Ejus ex lib. 5. appono verba: Πόλεις δ' εἰσὶν ἔτι Ο'μβρικαὶ αἱ μὲν ὑπὸ τῶν Ἀπεννίναν ὀρῶν ἄξιαι λόγου, κατ' αὐτὸν μὲν Φλαμινίαν ὁδὸν, εἴτε Ο'κρίκλοι, πρὸς τῷ Τίβερι, καὶ Λάρολοι, καὶ Νάρνια, δι' ἧς ῥεῖ ὁ Νὰρ ποταμός· εἶτα Κάρσουλοι καὶ Μευανία. i. e. *Urbes Umbriæ intra Apenninos montes memoratu dignæ ſunt, in ipsâ viâ Flaminiâ, Ocriculi, apud Tiberim, & Larulum & Narnia, per quam fluit Nar amnis. Deinde Carſuli, & Meuania.* Noſtris vocatur *Ocriculum*; Liv. libro XXII. *Q. Fabius Maximus, viâ Flaminiâ profectus obviam conſuli exercituique, quum ad Tiberim circa Ocriculum proſpexiſſet agmen, conſulemque cum equitibus ad ſe progredientem, viatorem miſit, qui conſuli nunciaret, ut ſine lictoribus ad dictatorem veniret.* Non procul Tiberi aberat, autore Plinio lib. 3. c. 5. *Tiberis longis meatibus fertur per* C L. *millia paſſuum; non procul Tiferno Peruſiâque & Ocriculo Etruriam ab Umbris ac Sabinis dirimens.* Vulgò nunc incolis vocari *Otricoli* inquit Cluv. Ital. Antiquæ lib. 2. c. 7.

47 Ο'λβία, πόλις Λιγυστική.] Olbia, urbs Liguſtica. Memoratur inter alios Ptolemæo lib. 2. c. 5. Straboni lib. 4. Ad Maſſilienſes Galliæ populos pertinebat, etſi eam noſter *Ligyſticam urbem* vocat, quoniam erat prope Ligures. Sic enim Strabo libro citato: Ἡ δὲ ἐπὶ τὸ Οὔαρον ποταμὸν, καὶ τὰς ταύτῃ Λιγυας, πρός τε τῶν Μασσαλιωτῶν ἔχει πόλεις, Ταυροέντιον, καὶ Ο'λβίαν, καὶ Ἀντίπολιν, καὶ Νίκαιαν, καὶ τὸ ναυσταθμὸν τὸ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, ὃ καλεῖται Φόρον Ἰούλιον. i. e. *Quæ autem* [ora maritima] *hinc ad Varum uſque fluvium & Ligures ibi degentes porrigitur, ea urbes Maſſilienſium habet. Taurentium, Olbiam, Antipolim, Nicæam, & navale Cæſaris Auguſti, quod* Forum Julium *appellatur.* E noſtris ejus facit mentionem Mela lib. 2. c. 5. *Deinde Forum Julii, Octavanorum colonia. Tunc poſt Athenopolis, & Olbia, & Tauroïs, & Citharistes, & Lacydon, Maſſilienſium portus, & in eo ipſa Maſſilia.*

48 Δευτέρα, πόλις ἐν Πόντῳ.] Secundo loco numerat *Olbiam Ponticam*, cujus meminit Ptolemæus lib. 5. c. 1.

49 Τρίτη, Βιθυνίας.] Tertio loco ponit Olbiam Bithyniæ, ego puto fuiſſe eamdem cum Olbia Ponti, quia Ptolemæus lib. 5. c. 1. Pontum & Bithyniam ſimul deſcribit, & unam Olbiam celebrat.

50 Τετάρτη, Παμφυλίας.] Quarto loco celebrat Olbiam Pamphyliæ, ex Philoxeno, cujus ſententiam oppugnat. Inquit enim non eſſe Pamphyliæ urbem, ſed Solymorum Lyciæ ſcilicet, nec *Olbiam* ſed *Olbam* vocari, at pro Philoxeno ſtat Ptolemæus, qui Olbiam inter Pamphyliæ litorales urbes memorat lib. 5. c. 5. Necnon Strabo cujus ex lib. 14. ſunt verba: Μετὰ Φασηλίδα δ' ἐστὶν ἡ Ο'λβία τῆς Παμφυλίας ἀρχὴ, μέχρι ἔρυμνα. i. e. *Poſt Phaſelidem verò Olbia eſt Pamphyliæ initium, magna munitio.* Olba verò erat Ciliciæ urbs prope Solos, ut affirmat idem autor libro citato: Ὑπερδὰς τούτων τὰ, καὶ τὴν Σόλων, ὀρεινή ἐστιν, ἐν ᾗ Ο'λβη πόλις, Διὸς ἱερὸν ἔχουσα, Αἰανέως ἵδρυμα τοῦ Τεύκρου. i. e. *Supra hæc & Solos montana regio eſt, in qua Olbe urbs, Jovis habens templum, ab Aiace Teucri filio dedicatum.* Forſitan ex hoc Strabonis loco deceptus fuit autor noſter in illa adverſus Philoxenum reprehenſione.

51 Ἐνάτη, Κιλικίας.] Nono loco recenſet Olbiam Ciliciæ, de qua vide quæ Scholio præcedenti annotavimus.

52 Καὶ Ο'λβισίνιοι ἄλλο.] Lege καὶ Ο'λβισίνιοι ἄλλοι. Inquit enim Olbiſinios populos diverſos fuiſſe ab Olbiſiis, circa Herculeas columnas, utroſque nox atra tegit.

53 Ο'λιζών, πόλις Θεσσαλίας.] Olizon, onis, urbs Theſſaliæ, ex Hecatæi Europa, cujus nomen obſervat in obliquis *o* mega, in cujus confirmationem videtur adducere verſiculum illum Homericum, apud quem Il. 2. v. 717. ſic legitur:

Καὶ Μελίβοιαν εἶχον, καὶ Ο'λιζῶνα τρηχεῖαν.
Et Melibœam habebant, & Olizonem aſperam.

Quapropter apud Stephanum pro Πιλύσιον lege Μελίβοιον. Scylaci in Μαγνῆτις inter Magnetum oppida celebratur, Magnetes enim erant Theſſalis vicini, itaque eadem erat urbs, è noſtris etiam Plinius lib. 4. c. 5. eam memorat in Magneſia.

54 Λαοὶ

ται Εὐρώπη. Κλίνεται δὲ διὰ τοῦ ω, καὶ ἐξύνεται.

tæ. Europa. Declinatur verò per ω mega, & acuitur.

Καὶ Πιτύειαν ἔχον, καὶ Ὀλιζῶνα τραχεῖαν. Ὀξύνεται ἡ πρὸς ἀνθιεράσολιν;

Et Pityeam habebant, & Olizonem asperam. Acuitur verò, ut differat ab illo.

— 54 Λαοὶ δ' ὑπολιζόνες ἦσαν.

— *Populi verò hypolizones erant.*

55 Ὠνομάσθη ἀπὸ μικρᾶ εἶναι. Θεσσαλοὶ γάρ, ὡς ἱστορεῖ Δημοσθένης, ἐν κλίσεσι τὸ μικρὸν Ὄλιζον καλοῦσι. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλιζώνιος.

Sic verò vocata fuit, quòd parva esset. Thessali enim, ut refert Demosth. in κλίσεσι, parvum, *Olizon* vocant. Gentile, Olizonius.

ΟΛΚΑΔΕΣ 56, ὡς Ἀρκάδες, ἔθνος Ἰβήρων, τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ. Πολύβιος ἐν τρίτῳ.

OLCADES, ut Arcades, gens Iberorum, intra Iberum fluvium. Polyb. in tertio.

ΟΛΚΙΟΝ, πόλις Τυρρηνίας. Πολύβιος ἕκτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ὀλκιήτης, καὶ Ὀλκιεῖς.

OLCIUM, urbs Tyrrheniæ, Polyb. sexto. Gentile, Olcietæ, & Olciei.

ΟΛΜΙΟΝ 57, πόλις Βοιωτίας, ὡς Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλμιεύς.

OLMIUM, urbs Bœotiæ, ut Epaphroditus in Homericis. Gentile, Olmieus.

ΟΛΜΟΙ 58, πόλις τραχείας Κιλικίας, ὅπερ πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς. Τὸ ἐθνικὸν Ὀλμεῖς, ὡς Ταρσεῖς.

OLMI, urbs Ciliciæ asperæ ubi prius habitabant, qui nunc *Seleuceis*. Gentile Olmeis, ut Tarseis.

ΟΛΜΩΝΕΣ 59, κώμη Βοιωτίας, ἀπὸ Ὄλμου τοῦ Σισύφου. Παυσανίας ἐν ἑνάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλμωνεῖς.

OLMONES, vicus Bœotiæ, ab Olmo, Sisyphi filio. Pausan. lib. 9. Gentile, Olmoneis.

ΟΛΟΒΑΓΡΑ, πόλις Μακεδονίας. Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλόβαγρος.

OLOBAGRA, urbs Macedoniæ; Theagenes in Macedonicis. Gentile Olobagrus.

ΟΛΟΟΣΣΩΝ 60, πόλις Μαγνησίας. Ὅμηρος,

OLOOSSON, urbs Magnesiæ; Homerus:

Πόλιν

Urbem-

54 Λαοὶ δ' ὑπολιζόνες ἦσαν.] Est hemistichium Homericum, quod legitur Il. 18. v. 519. ubi Eustathius docet τὸ ὄλιζον significare *parvum* & esse Æolicum nomen, itaque τὸ λαοὶ δ' ὑπολιζόνες ἦσαν, vertendum est: *populi verò erant pauci*; non humiliores ut vertit interpres Latinus.

55 Ὠνομάσθη ἀπὸ μικρᾶ εἶναι, &c.] Agit nunc de etymo urbis Olizonis, quam sic vocitatam fuisse inquit, quod esset parva. Thessali enim *parvum* vocabant ὄλιζον, quod propius vero est, quam quod inquit Eustathius, ad Il. Not. præcedent. citatam, scilicet, esse τὸ ὄλιζον nomen Æolicum, quandoquidem Olizon de cujus etymo agitur, erat urbs Thessaliæ, cujus etymi significationem affert noster ex Demosthenis libro, cui titulus κλίσεις, i. e. *de conditu urbium*, quare pro ἐν κλίσεσι legendum ἐν κλίσεσι.

56 Ὀλκάδες, ὡς Ἀρκάδες, ἔθνος Ἰβήρων.] Olcades, gens Iberorum, intra Iberum fluvium, ex Polyb. lib. 3. Ecce ejus verba: *Ἀννίβας δὲ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, εὐθέως ὥρμησεν, ὡς καταστρεψόμενος τὸ τῶν Ὀλκάδων ἔθνος, ἀφικόμενος δὲ πρὸς Ἀλθαίαν, τὴν βαρυτάτην αὐτῶν πόλιν καὶ προσηκόντως ἔχουσαν*, &c. i. e. *Annibal verò, accepto imperio, statim movit exercitum subjugaturus Olcadum gentem, perveniens autem ad Althæam, gravissimam eorum urbem castrametatus est.* De hujus gentis situ discrepant autores; Joan. Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 2. c. 9. eam locat, ubi nunc Ocania est, vulgo Hispanis *Ocaña*, Toletanæ ditionis oppidum, ac illius caput Carteiam fuisse tradit, in quibus sequitur Livium, qui hac de gente lib. 21. c. 5. sic loquitur: *Cæterum ex quo die dux est declaratus* [Annibal] *velut Italia ei provincia decreta, bellumque Romanum mandatum esset, nihil prolatandum ratus, ne se quoque, ut patrem Amilcarem, deinde Asdrubalem, cunctantem casus aliquis opprimeret, Saguntinis inferre bellum statuit, quibus oppugnandis, quia haud dubie Romana arma movebantur, in Olcadum fines prius (ultra Iberum ea gens, in parte magis, quam in ditione Carthaginiensium erat) induxit exercitum, ut non petisse Saguntinos, sed rerum serie, finitimis domitis gentibus, jungendoque tractus ad id bellum videri posset. Carteiam urbem opulentam, caput gentis ejus expugnat, diripitque quo metu percussæ minores civitates, stipendio imposito, imperium accepere, victor exercitus opulentusque præda Carthaginem novam in hyberna deductus est.* Noster autor in Ἀλθαία prope Carthaginem novam hanc gentem locat, at de his major fides habenda est Livio; ego puto Althæam Polybii esse Carteiam Livii, etsi autori nostro diversæ sunt Hispaniæ civitates.

57 Ὄλμιος, πόλις Βοιωτίας.] Olmium, urbem Bœotiæ memorat ex Epaphroditi Homericis, cujus apud alios magnum est silentium, at Strabo lib. 9. celebrat Olmeium, fluvium Bœotiæ, qui ex Heliconè monte defluebat.

58 Ὄλμοι, πόλις τραχείας Κιλικίας, &c.] Olmi, urbs asperæ Ciliciæ, ubi antea habitabant, qui nunc *Seleuceis*. Sunt verba transcripta ex Strabone, cui Holmos singul. num. & spiritu aspero dicitur libro 14. Εἶθ' Ὄλμος ὅπερ πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς· κλισθείσης δ' ἐπὶ τῷ Καλυκαδνῷ τὴν Σελευκείας, ὀκεῖ μᾶλλον ἦσαν. i. e. *Deinde Holmos, ubi antea habitabant, qui nunc* Seleucenses, *condita verò ad Calycadnum Seleucia, eò migrarunt.* Huc videtur respexisse Plinius, cum lib. 5. c. 27. ait: *Seleucia supra amnem Calycadnum, Trachiotis cognomine, à mari relata, ubi* Hormia *vocabatur.* Apud quem pro Hormia existimo legendum *Holmia*, vel *Holme*, vel *Holmos.* Sic enim repèritur hujus urbis nomen.

59 Ὄλμωνες, κώμη Βοιωτίας, &c.] Olmones, vicus Bœotiæ, ex Pausaniæ lib. 9. cujus sunt verba: Κατωτέρω δὲ ἐν ἀριστερᾷ στάδιοι προελθόντι ὡς δώδεκα, εἰσὶν Ὄλμωνες. i. e. *Copis ad lævam progresso stadia prope* XII. *sunt Olmones.* Ubi inquit nihil fuisse θέας ἄξιον, i. e. *visu dignum.*

60 Ὀλοοσσών, πόλις Μαγνησίας.] Oloosson, onis, urbs Magnesiæ, ex Homero, cujus apponit hemistichium, ex Il. 2. v. 739. Integri versus sunt:

Οἳ δ' Ἄργισσαν εἶχον, καὶ Γυρτώνην ἐνέμοντο
Ὄρθην, Ἠλώνην τε, πόλιν τ' Ὀλοοσσόνα λευκήν.

Quique Argissam tenebant, & Gyrtonen incolebant
Orthen, Elonenque, urbemque Oloossona albam

Ubi Eustathius: Ἡ δὲ Ὀλοοσσὼν, ἡ καὶ λευκὴ προσαγορευθεῖσα, ὡς παρ' ὀλίγα εἰρῆσθαι. Διὰ τὸ λευκόγειον καὶ τὴν γραφὴν εἶναι, πέρσασα δικήν φησι, καὶ αὐτὴ ὡς καὶ ἡ γῆν, ἧς καὶ

— Πόλιν τ' Ὀλοοσσόνα λᾰυκλώ. A

Οἱ πολῖται Ὀλοοσσόνιοι, καὶ Ὀλοοσσονίηθεν ἐπίῤῥημα.

— *Urbemque Oloossonem albam.*

Cives, Oloossonii, & adverb. ex-Oloossone.

ΟΛΟΥΡΟΣ[61], πολίχνιον τῆς Ἀχαΐας, ἐπόῤῥω Πελλήνης, ὡς Ξενοφῶν ἐκκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλέριος. B

OLURUS, oppidulum Achaiæ non procul à Pellene, ut Xenoph. lib. 16. Gentile, Olurius.

ΟΛΟΥΣ[62], πόλις Κρήτης· Ξενίων ἐν τοῖς Κρητικοῖς. Ὁ πολίτης Ὀλούντιος, ὡς Σελινούντιος.

OLUS, urbs Cretæ, Xenio in Creticis. Civis, Oluntius, ut Selinuntius.

ΟΛΟΦΥΞΟΣ[63], πόλις ἐν Θράκῃ περὶ τὸν Ἄθω. Ὁ πολίτης, Ὀλοφύξιος. C [64] Ἡρόδοτος, ἐν Νυμφῶν καὶ Θεῶν γράψας.

OLOPHYXUS, urbs in Thracia circa montem Atho. Civis, Olophyxius. Herodotus de Nymphis & Diis scribens.

ΟΛΠΑΙ[65], φρούριον Ἀκαρνάνων, καὶ Ἀμφιλόχιον δικαιήριον· Θουκυδίδης τρίτῃ. Ὁ οἰκήτωρ, Ὀλπαῖος· Καὶ ἡλυκῶς, ᾗ ὁ δελέρως. D

OLPÆ, castellum Acarnanum & prætorium Amphilochium. Thucyd. lib. 3. Incola, Olpæus & fœm. & neut. gen.

ΟΛΥΚΑ, πόλις Μακεδονίας· Θεόπομπος πέμπτῳ Φιλιππικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλυκαῖος.

OLYCA, urbs Macedoniæ. Theopompus Philippicor. lib. 5. Gentile, Olycæus.

ΟΛΥΚΡΑΙ, πόλις περὶ Ναύπακτον· Ἑκαταῖος περιηγήσει Εὐρώπης. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλυκραῖος. E

OLYCRÆ, urbs circa Naupactum. Hecatæ. in Europæ expositione. Gentile, Olycræus.

ΟΛΥΜΠΗ, πόλις Ἰλλυρίας, ὡς Δομέτιος Καλλίστρατος ἑβδόμῳ περὶ Ἡρακλείας· Τὸ ἐθνικὸν Ὀλυμπαῖος, ἢ Ὀλυμπεύς. F

OLYMPE, urbs Illyriæ, ut Domitius Callistratus de Heraclea septimo. Gentile, Olympæus, vel Olympeus.

ΟΛΥΜΠΙΑ[66], ἡ πρότερον Πίσα λεγομένη, ἔνθα Ὀλύμπιος Ζεὺς τιμᾶται· [67] Ἀφ' ἧς τὰ Ὀλύμπια, ὁ ἀγών. Μετὰ συλλαβῆς τὰ τοπ-

OLYMPIA, quæ prius *Pisa* dicta fuit, ubi Olympius Jupiter colitur. A quo Olympia, certamen. Localia addita syllaba, ex-Olym-

Λυκόφρων μέμνηται, πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ κειμένη, ὡς καὶ ἡ προῤῥηθεῖσα Ἦλωνη, ὁ δὲ τοῖς ἐθνικοῖς ἐνδιαλείψας, Μαγνησίας πόλιν λέγει αὐτὴν, δοκεῖ φυλάσσειν καὶ τοῦ τὴν κλῆσιν ἀδιαφθειρομένην βαρβαρικῶς, ἴσως δὲ αὐτή ἐστιν, ἡ ἀρχὴ λεγομένη Ἐλαιοῦς. i. e. *Oloosson verò, alba cognominata, ut paulò antea dictum est ob albedinem argillæ juxta Geographum, Perrhebica, inquit & ipsa est urbs, ut Gonnos, cujus etiam Lycophro meminit, ad Olympum jacet, ut & prædicta Elone, Stephanus autem Magnesiæ urbem ait esse, videtur servare etiamnum vocamen corrupta barbaricè, fortassis enim eadem est, quæ nunc* Elassona *vocatur.* Eustathius respexit hunc locum Strabonis ex lib. 9. (quem plerumque per antonomasiam Geographum vocat) Καὶ Ὀλοοσσὼν ἡ λόφη καὶ προσαγορευθεῖσα λόφος Ὀλοσσών ἐστιν, καὶ ἡ Ἦλωνη Περραιβικὴ πόλεις, καὶ Γόννος. i. e. *Et Oloosson, alba cognominata, quod albam argillam habeat, & Elone Perrhæbicæ urbes, & Gonnos.*

61 Ὀλυρος, πολίχνιον τῆς Ἀχαΐας.] Oluros, oppidulum Achaiæ. Memoratur Melæ lib. 2. c. 3. Noster non procul Pellenâ id locat, Plinio lib 4. c. 5. *Pellenæorum castellum* vocatur. Sæpe autores Latini Græcam terminationem in *os* usurpant.

62 Ὄλους, πόλις Κρήτης.] Olûs, untis, urbs Cretæ. Ejus meminerunt Scylax in Κρήτῃ, qui portum fuisse inquit, Pausanias lib. 9 Strabo. lib. 10. *Olyssen* vocat.

63 Ὀλόφυξος, πόλις ἐν Θράκῃ, &c.] Olophyxus, urbs in Thracia circa montem Atho, ex Herodoto. Cujus sunt ex libro septimo. capite 22. verba: Ἐν ᾧ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ ἐς ὃν τελευτᾷ ὁ Ἄθως Σάνη πόλις Ἑλλὰς οἴκηται. Αἱ δὲ ἐντὸς Σάνιος, ἔνθα δὴ Ἄθω οἰκημένοι τὸν τότε ὁ Πέρσης νησιώτιδας μᾶλλον ἢ πειρωτίδων ὧρμηντο ποιέειν, εἰσὶ αἵδε, Δῖον, Ὀλόφυξος, Ἀκρόθοον, Θύσσος, Κλεωναί. Πόλιες μὲν αὗται τοῦ Ἄθωνος νέμονται. i. e. *In hoc verò isthmo, in quem finitur Athos, habitatur* Sana *Græca civitas. Quæ verò extra Sana, & intra Athon habitantur, eas tunc Persa ex continentibus insulanas facere aggressus est, quæ sunt, Dion, Olophyxus, Acrothoon, Thyssus, Cleonæ. Istæ quidem sunt urbes, quæ Atho incolant.*

64 Ἡρόδοτος, &c.] Hæc Herodoti librorum epigraphe mihi ignota est. Forsitan est alius ab Halicarnassensi, de hoc suo loco agimus.

65 Ὄλπαι, φρούριον Ἀκαρνάνων, &c.] Olpæ, castellum Acarnanum & prætorium Amphilochium, ex Thucyd. lib. 3. Ejus sunt quæ sequuntur: Καὶ ἐσβαλόντες ἐς τὴν Ἀργείαν κατέλαμβάνοντο Ὄλπας τεῖχος ἐπὶ λόφῳ ἰσχυρῷ πρὸς τῇ θαλάσσῃ· ὁ πολὺς Ἀκαρνάνες τειχισάμενοι, κοινῷ δικαστηρίῳ ἐχρῶντο. Ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῶν Ἀργείων πόλεως ἐπίπλους ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα σταδίους μάλιστα. i. e. *Et irruptione in agrum Argivum facta, Olpas occupant, castellum in colle munitum, ad mare situm, quod Acarnanes quondam condiderant eoque munito communi prætorio utebantur. Distat verò ab Argivorum urbe maritima stadia* XXV. *maximè.*

66 Ὀλυμπία, ἡ πρότερον Πίσα λεγομένη, &c.] Olympia, fuit civitas Elidis, ubi Jupiter Olympius colebatur, in cujus honorem celebrabantur ludi Olympici, quibus hæc urbs fuit maximè nobilis. Inclaruit etiam Ciceronis calamo. Eam enim commemorat de Oratore lib. 3. capite (mihi) XXXII. *Ex quibus Eleus Hippias, cum Olympiam venisset, maximâ illâ quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est, cuncta pæne audiente Græcia,* Nihil esse *ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret.* Noster autor inquit antea vocitatam fuisse *Pisam*, at nullum profert idoneum testem. Strabo verò nos docet fuisse Pissatidis regionis partem. Sic enim ille lib. 8. Ἦν δὲ ταῦτα πότε Πισσάτις ᾗς ἡ Ὀλυμπία μέρος. i. e. *Hæc verò erant regio Pissatis, cujus Olympia pars est.*

67 Ἀφ' ἧς τὰ Ὀλύμπια, ὁ ἀγών.] De Certaminibus Olympicis vide quæ in Ἦλις annotavimus.

68 Αἴγεια

τοπικὰ, Ὀλυμπίαθεν, Ὀλυμπίαζε. [68] Λέγεται καὶ Ἀρπίνα, ὡς Νικάνωρ, ἀπὸ τῆς Οἰνομάου μητρός.

A Olympia ad Olympiam. Dicitur etiam *Arpina*, ut Nicanor, ab Oenomai matre.

ΟΛΥΜΠΙΕΙΟΝ, [69] τόπος ἐν Δήλῳ, ὃν κτίσαντες Ἀθηναῖοι χρήμασιν Ἀδριανοῦ, Νέας Ἀθήνας Ἀδριανὰς ἐκάλεσαν, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πενταικαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ὀλυμπιεύς, ἢ Ὀλύμπιος, ὡς Βυζάντιος.

OLYMPIEUM, locus in Delo, quem conditum Adriani pecuniis vocavere Athenienses *Novas Athenas Adrianas*, ut Phlegon Olympiadum decimo quinto. Gentile, Olympieus, vel Olympius, ut Byzantius.

ΟΛΥΜΠΟΣ [70], ὄρος Μυσίας· Ἀδριανὸς Βιθυνιακῶν πρώτῳ. Οἱ οἰκοῦντες, Ὀλυμπηνοί. [71] Ἔστι καὶ πόλις Παμφυλίας· Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον.

OLYMPUS, mons Mysiæ. Arrhianus Bithyniacor. 1. Incolæ, Olympeni. Est etiam urbs Pamphyliæ: Strab. lib. 14. Gentile, simile.

ΟΛΥΝΘΟΣ [72], πόλις Θρᾴκης, πρὸς τῇ Σιθωνίᾳ τῆς Μακεδονίας, ἀπὸ Ὀλύνθου τοῦ Ἡρακλέους. Ὁ πολίτης, Ὀλύνθιος, καὶ Ὀλωθία.

OLYNTHUS, urbs Thraciæ, prope Sithoniam Macedoniæ, ab Olyntho Herculis filio. Civis, Olynthius, & Olynthia.

ΟΛΒΟΙ, πόλις Αἰγύπτου πρὸς τῇ Λιβύῃ· Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ Αἰγυπτιακῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλβίτης.

OLBI, urbs Ægypti, prope Libyam. Alexander Ægyptiacor. primo. Gentile, Olbitæ.

E

ΟΜΑΝΑ [73], πόλις τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας· Γλαῦκος δευτέρῳ Ἀραβικῶν ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν Ὀμανεύς, ὡς Τυανεύς, Κομανεύς.

OMANA, urbs Arabiæ felicis. Glaucus Arabicæ antiquitatis lib. 2. Gentile, Omaneus, ut Tyaneus, Comaneus.

ΟΜΑΡΙΟΝ [74], πόλις Θεσσαλίας· Θεόπομπος

OMARIUM, urbs Thessaliæ. Theopompus

68 Λέγεται καὶ Ἀρπίνα.] Ex Nicanore dicit Olympiam dictam quoque fuisse *Arpinam* ab Oenomai matre. Pausanias in Eliacorum posteriore tradit civitatem Harpinnam Oenomaûm condidisse, ac de matris nomine nomen ipsi imposuisse, cujus ætate rudera tantum exstabant: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα Ἁρπινάτης καλούμενα πλάσματα, καὶ ἐπὶ πολὺ ἀπὸ τοῦ πλάσματος, πόλεως Ἁρπίννης ἄλλα τε ἐρείπια καὶ μάλιστα οἱ βωμοὶ· οἰκίσαι δὲ Οἰνόμαον τὴν πόλιν, καὶ θέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητρὸς λέγουσιν Ἁρπίννης. i. e. *Est & alius fluvius* Harpinnates *nomine, & non longe à fluvio, urbis Harpinnæ cùm alia rudera tum in primis aræ. Condidisse vero Oenomaum urbem, & ei posuisse nomen à matre Harpinna dicunt.* At Pausaniæ Olympia & Harpinna sunt diversæ urbes. Idem enim Eliacorum priore memorat Olympiam Pisææ finitimam, quin dicat *Harpinnam* quoque vocitatam fuisse: Πέλοψ δὲ ἀποθανόντι Οἰνομάῳ τήν τε Πισαίαν ἔσχε, καὶ Ὀλυμπίαν ἀπεμέρωσε τοῦ Ἐπειοῦ χώρας ὁμορον ὅσαν τῇ Πισαίᾳ. i. e. *Pelops vero occiso Oenomao & Pisæam obtinuit & Olympiam huic finitimam abscidens ab Epei regione.*

69 Ὀλυμπίειον, τόπος ἐν Δήλῳ, &c.] Olympieum, locus in Delo insula, quem Athenienses cùm Adriani pecunia instaurassent, Νέας Ἀθήνας Ἀδριανὰς, i. e. *Novas Athenas, Adrianas* vocarunt, cujus rei, nulla apud alios, quod sciam, extat memoria; at Adrianus fuit gloriæ, & æternitatis adeò ambitiosus, ut multa oppida & instauraverit, & condiderit, à se nomine indito, ut sic nomen suum extenderet, eadem de causâ ædificiis à se, seu factis, seu instauratis nomen quoque suum inscribebat, quare non inficete ab aliquibus *herba parietaria* appellabatur. Inter alia magnificentiæ suæ opera instauravit Athenas, ideo in hujus urbis arce hi versiculi legebantur:

Αἱ δ' εἰσὶ Ἀθῆναι Θήσεως πρόσθεν πόλις
Αἱ δ' Ἀδριανοῦ, κοὐ Θήσεως πόλις.
Hæ sunt Athenæ Thesei primùm urbs
Hæ Adriani, ac non Thesei urbs.

Quid igitur mirum, si ejus expensâ Athenienses Olympieum in Delo instaurarunt.

70 Ὄλυμπος, ὄρος Μυσίας.] Olympus, mons Mysiæ, ex Arrhiani Bithyniacorum lib. 1. Fuit Olympus Mysiæ celeber apris & morte filii Crœsi Lydorum regis, quem Adrastus Midæ filius, ac Gordii nepos occidit, cum ad occidendum aprum, qui Mysorum opera vastabat à Crœso unà cum ipsius filio missus fuisset, Adrastus verò frustrato ictu non aprum, sed Crœsi filium adeptus fuit, ut refert Herodotus lib. 1. c. 36. Apud Poetas autem Olympus pro cœlo usurpatur. Duodecim hujus nominis montes recensêt Ortelius in suo Thesauro Geographico.

71 Ἔστι καὶ πόλις Παμφυλίας.] Mysus fuit etiam urbs Pamphyliæ, ex Strabonis lib. 14. Ejus sunt verba: Ἐν τούτοις δ' ἐστὶν ἥ τε Κράμβουσα, καὶ Ὀλυμπος πόλις μεγάλη, καὶ ὄρος ὁμώνυμον, ὃ καὶ Φοινικοῦς καλεῖται. i. e. *Interjacent Crambusia, & Olympus urbs magna, cum ejusdem nominis monte, qui etiam* Phœnicûs *vocatur.*

72 Ὀλυνθος, πόλις Θρᾴκης πρὸς τῇ Σιθωνίᾳ, &c.] Olynthos, urbs Thraciæ prope Sithoniam Macedoniæ regionem. Id videtur desumpsisse ex Herodoti lib. 7. c. 122 Sic enim ille: Καμπύλων δ' Ἄμπελον τὴν Τορωναίην ἄκρην, παραμείβεσθαι Ἐκλωνίδας τὰς δὴ πόλιος, (σὺν τῇ νέᾳ τε, καὶ τῇ παρὰ λάκκους) Τορώνην, Γαληψὸν, Σερμύλην, Μηκύβερνάν, Ὀλυνθον. Ἡ μὲν νῦν χώρη αὕτη, Σιθωνὶη καλεῖται. i. e. *Circumvectus verò Ampelum promontorium Toronæum, præternavigavit has Græcas urbes, (unde & naves & commilitium sumpsit) Toronen, Galepsum, Sermylen, Mecybernam, Olynthum. Quæ regio nunc* Sithonia *vocatur.* Scylax eam Macedoniæ dedit, è nostris memoratur Melæ lib. 2. c. 2. Plinio lib. 4. c. 11. uterque in Thracia locat.

73 Ὄμανα, πόλις τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας.] Omana, urbs felicis Arabiæ, ex Uranii Antiquit. Arabic. lib. 2. Memoratur Arrhiano in Periplo maris rubri. Quod oppidum priores celebrem portum Carmaniæ fecisse tradit Plinius lib. 6. c. 28.

74 Ὁμάριον, πόλις Θεσσαλίας.] Omarium, urbs Thessaliæ, ex Theopompi Philippic. lib. 22. Hujus vice, (est autor deperditus) fungetur Polybius, qui Historiarum lib. 5. eam celebrat: Ἐφ' οἷς δὲ ἔλαβεν ἡ πρὸς ἀλλήλους διαφορὰς, γράψαντες εἰς στήλην ἔθεντο παρὰ τὸ Ἐσίας ἀνάθημα βωμὸν ἐν Ὁμαρίῳ. i. e. *Conditiones autem, quibus mutua differentia desiit, inscriptas columnæ ad Vestæ aram Omarii posuerunt.*

πομπῶ Φιλιππικῶν εἰκοστῷ δευτέρῳ. Ἐν ταύτῃ τιμᾶται Ζεύς, καὶ Ἀθηνᾶ. Τὸ ἐθνικὸν Ὠμάριοι, Ὠμαρεύς. A pompus Philippicor. 22. In hac colitur Jupiter, & Minerva. Gentile, Omarii, Omareus.

Ὄμβρικοι[75], ἔθνος Ἰταλικὸν περὶ τὸν Ἀδριανὸν κόλπον, μέσον δὲ Πάδου καὶ Πικεντικοῦ. [76] Λέγονται καὶ Ὄμβροι. [77] Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἰταλίας Ὄμβρος. Λέγονται Ὄμβροι παρὰ τοῖς Ἰταλικοῖς συγγραφεῦσι. [78] Παρὰ τούτοις ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, ὅτι τρεῖς δὲ ἐνιαυτοῦ τίκτουσι τὰ βοσκήματα, καὶ τὰς καρπὰς πολλαπλασίους τῇ γῇ ἀνιέναι τῶν καταβαλλομένων, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν πολυόνους. Σπανίως γὰρ ἓν τίκτουσι· τὰς δὲ πλείστας, δύο, ἢ τρία. B Ombrici, populi Italici; circa Adriaticum sinum, medii inter Padum, & Picenticum. Dicuntur quoque *Ombri*. Est etiam fluvius Italiæ, Ombrus. Dicuntur Umbri ab historicis Italis, apud hos refert Aristot. de Mirabilibus Auscultationibus quod ter in anno pariant pecora, ac terra fructus reddat magno cum fœnore, necnon mulieres valde fœcundas esse affirmat. Raro enim singulos: Pleræque geminos, vel trigeminos pariunt. C

Ὁμηρῖται[79], ἔθνος Αἰθιόπων· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. HOMERITÆ, populi Æthiopum. Marcianus in Periplo pri.

Ὁμόλη[80], ὄρος Θεσσαλίας· Παυσανίας ἐννάτῳ. Λέγεται καὶ Ὄμολος. Οἱ οἰκοῦντες, Ὁμολοεῖς· [81] Καὶ Θηβῶν αἱ πρὸς τῷ ὄρει Ὁμολοΐδες· Καὶ Ζεὺς Ὁμολῷος τιμᾶται ἐν Βοιωτίᾳ. D HOMOLE, mons Thessaliæ. Pausanias lib. 9. Dicitur quoque Homolus. Incolæ, Homolei. Et Thebarum juxta montem Homoloides. Et Jupiter Homoloius colitur in Bœotia.

Ὁμόλιον[82], πόλις Μακεδονίας καὶ Μαγνησίας· Στράβων ἑβδόμῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ὁμολιεύς. [83] Τὸ δὲ Ὁμολῴῳ, πτῶσίς ἐστι, καὶ πλεονασμὸν ὦ. E HOMOLIUM, urbs Macedoniæ, & Magnesiæ. Strab. lib. 7. Gentile Homolieus. Homoloius verò, ad lucum pertinet per pleonasmum *o* mega scribitur in antepenultima.

Ὀμφα- OMPHA-

75 Ὄμβρικοι, ἔθνος Ἰταλικὸν περὶ τὸν Ἀδριανὸν κόλπον, &c.] Ombrici, gens Italica circa Adriaticum sinum, media inter Padum & Picenticum, (sic vocat autor noster Picenorum regionem) Latinis dicuntur *Umbri*, quos commemorat Plin. lib. 3. c. 10. de quibus consulendi sunt Leand. Albertus in sua Umbria, Cluverius Ital. Antiquæ lib. 2. c. 4

76 Λέγονται καὶ Ὄμβροι.] Dicuntur etiam *Ombri*. Ex hoc autoris nostri loco corrigendus est Plinius apud quem perperam legitur *Ombrios* pro *Ombros*. Ejus ex lib. 3. c. 14. sunt verba: *Umbrorum gens antiquissima Italiæ existimatur, ut quos* Ombrios *à Græcis putent dictos, quod inundatione terrarum imbribus superfuissent.* CCC. *eorum oppida Thusci de bellasse reperiuntur.*

77 Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἰταλίας Ὄμβρος.] Celebrat etiam Ombrum Italiæ fluvium, qui Plinio dicitur *Umbro*, ejus ex lib. 3. c. 5. placet apponere verba: *Hinc amnes Prille, mox Umbro navigiorum capax, & ab eo tractus Umbriæ, portusque Telamon*

78 Παρὰ τούτοις ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ, &c.] Illa quæ ex Aristotele de Admirabilibus affert noster, sic apud eum leguntur: Παρὰ τοῖς Ὀμβρικοῖς φασι τὰ βοσκήματα τρὶς τίκτειν δὲ ἐνιαυτοῦ, καὶ τὰς καρπὰς αὐτοὺς τῇ γῇ πολλαπλασίας ἀνίεσθαι τῶν καταβαλλομένων, εἶναι δὲ καὶ τὰς γυναῖκας πολυόνους, καὶ σπανίως ἓν τίκτειν, τὰς δὲ πλείστας δύο καὶ τρία. i. e. *Apud Umbros ajunt pecora annis singulis ter parere, terramque multiplicem ferentibus frugem reddere, esse verò mulieres fœcundas valdè, & rarò unum, plurimas autem duos & tres parere.* Nescio quid in mentem venerit interpreti Latino qui illud τοῖς Ὀμβρικοῖς, i. e. *apud Ombricos*, scilicet *apud Umbros*, vertit, *in Ombricis insulis*. Contra Aristotelis mentem & interpretis officium.

79 Ὁμηρῖται, ἔθνος Αἰθιόπων.] Homeritæ, gens Æthiopum ex Marciani Periplo. Memorantur Ptolemæo lib. 6. c. 7. qui eos locat inter maris Erythræi angustias & inter Adramitarum regionem; eorum etiam meminit Arrhianus in Periplo maris Erythræi, Plinius lib. 6. c. 28. D. M. Niger Geographiæ Asiæ Comm. 7. sic vocatos fuisse putat, tamquam cæcutientes, quod nisi quæ ante oculos haberent, viderent, scilicet à Græco nomine ὄμηρος, i. e. *cæcus*. Nescio unde somniaverit id etymi Niger. Arrhianus in Periplo maris Erythræi dicit, quosdam esse populos juxta Persicum mare, qui interdiu parùm videbant; Stukius in suis in Arrhianum Scholiis ait *Homeritas* vocatos fuisse à nomine Hebræo כמרים *Kemarim* ac si diceres *recluses*. Ecquis non mirabitur viros doctos in hujus gentis etymologia tam pueriliter *nugantes*, ne dicam *insanientes*. Caliistus lib. 17. c. 32. prodit, Judaicam olim religionem coluisse, at ab Auxumitis victos Christianam amplexos fuisse. Eorum regio, si Belleforesto credimus, est maxima pars illius, quæ nunc *Aden* dicitur, abundatque dactylis, palmis, atque pecoribus.

80 Ὁμόλη, ὄρος Θεσσαλίας.] Homole, mons Thessaliæ, ex Pausaniæ lib. 9. Τραπόμενοι ἐς Θεσσαλιαν καταλαμβάνουσιν Ὁμόλιον, ὀρῶν τῶν Θεσσαλικῶν καὶ δένδρεσι μάλιστα, καὶ ὕδασιν ἐπιῤῥεουμένων. i. e. *Conversi autem in Thessalos, Homolen occupant, Thessalicorum montium fertilissimum, & aquis irriguum.* Eum honoravit Poëtarum Phœnix Æneid. lib. 7. v. 674.

Ceu duo nubigenæ, cum vertice montis ab alto,
Descendunt centauri, Homolen, Othrynque nivalem
Linquentes cursu rapido: dat euntibus ingens
Sylva locum, & magno cedunt virgulta fragore.

81 Καὶ Θηβῶν αἱ πρὸς τῷ ὄρει Ὁμολοΐδες.] Hæc procul dubio sunt malesana, sic legenda censeo: Καὶ Θηβῶν αἱ πύλαι ἀπὸ δ' ὄρους Ὁμόλης Ὁμολοΐδες. i. e. *Et Thebarum portæ ab Homole monte Homoloides.* Id luce clarius apparet ex Pausaniæ lib. 9. ex quo noster illa desumpsit. Sic enim ille: Θερσάνδρῳ δὲ τῷ Πολυνείκους ἀναχαλεσαμένῳ σφᾶς ἐπὶ τὰ οἰκεῖα, τὰς πύλας ἀφ' ὧν τὴν κάθοδον ἐποιοῦντο ἀπὸ τοῦ Ὁμόλης, ὀνομάζουσιν Ὁμολοΐδες. i. e. *Thersandro verò Polynicis filio postliminio revocante eos, portas per quas ingressi sunt ab Homole*, Homoloides *vocant.*

82 Ὁμόλιον, πόλις Μακεδονίας καὶ Μαγνησίας.] Homolium, urbs Macedoniæ, & Magnesiæ, ex Strabonis lib. 7. in illis verbis pro καὶ puto legendum ἢ, ad quod me movet Strabo qui lib. 9. subdubitat ad quos pertinet hæc urbs, liber verò septimus ejusdem autoris quem citat noster, non est integer. Memoratur Livio lib. 42. c. 38. Plinius lib. 4. c. 9. Magnesiæ adscribit.

83 Τὸ δὲ Ὁμολῴῳ, πτῶσίς ἐστι, &c.] In his verbis pro πτῶσις puto legendum κλῆσις, i. e. *possessivum.* Id enim ratio clamare videtur.

84 Ὀμφά-

Ὀμφάκη[84], πόλις Σικελίας· φίλιστος δὲ Σικελικῶν περίεργος. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀμφακαῖος· Ἐδεῖ δὲ Ὀμφακηνὸς, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

A OMPHACE, urbs Siciliæ. Philistus Siculorum lib. 4. Gentile, Omphacæus Debebat verò esse Omphacenus regionis forma.

Ὀμφάλιον[85], τόπος Κρήτης, πλησίον Θεννῶν καὶ Κνωσσοῦ. Ἔστι καὶ Θεσσαλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀμφαλίτης.

B OMPHALIUM, locus Cretæ, prope Thennas, & Cnossum. Est & Thessaliæ. Gentile, Omphalites.

Ὀνειάβατης, πόλις Αἰγύπτου· Ἑκαταίου περιηγήσει Λιβύης. Ὁ πολίτης, Ὀνειαβάτης τῇ τῆς χώρας ἔθει.

ONEABATES, urbs Ægypti. Hecatæ Periegesi Libyæ. Civis, Oneabates, regionis consuetudine.

Ὀνθύριον, πόλις Θεσσαλικὴ πρὸς τῷ Ἄρνῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀνθυρεύς· Ῥιανὸς ὀγδόῳ.

C ONTHYRIUM, urbs Thessalica juxta Arnen. Gentile, Onthyrieus Rhianus lib. 8.

Ὄννη[86], ἐμπόριον τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ὀννεῖος. Ὡς Ἐννεῖος.

ONNE, emporium Arabiæ felicis. Marcianus in Periplo. Gentile, Onnæus. Ut Ennæus.

D

Ὄνουφις[87], πόλις Αἰγύπτου, οὐκ ἀγνώς. Ὁ πολίτης, Ὀνουφίτης.

ONUPHIS, urbs Ægypti, haud ignobilis. Civis, Onuphites.

Ὀνύχιον, τόπος Κρήτης, ἀπὸ ὄνυχος ἀγκύρας, ἐνσχεθείσης ἐν αὐτῷ, τῶν Ἀμυκλαίων ἀποικησάντων.

ONYCHIUM, locus Cretæ, sic dictus ab *ungue* anchoræ infixæ in eo, cum Amyclæi illuc coloniam misissent.

E

Ὀξύβιοι[88], μοῖρα Λιγύων· Κυάδρατος ἐν πεντεκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς χιλιαρχίας.

OXYBII, pars Ligurum. Quadratus lib. 14. Romanæ Chiliarchiæ.

Ὀξυδρακαῖ[89], ἔθνος Ἰνδικὸν, [90] ὑφ' ὧν σώσας Ἀλέξανδρον Πτολεμαῖος, σωτὴρ ἐκλήθη.[91] Οἱ δὲ, ψεῦδος τὸ περὶ τοὺς Ὀξυδρακῶν.

F OXYDRACÆ, gens Indica, à quibus cum Alexandrum incolumem servasset Ptolomæus, *Soter*, i. e. *servator* vocatus fuit. Alii mendacium esse dicunt illud de Oxydracis.

Ὀξύρυγχος[92], πόλις Αἰγύπτου, πρὸς

OXYRYNCHUS, urbs Ægypti, quæ colit

84 Ὀμφάκη, πόλις Σικελίας.] Omphace, urbs Siciliæ, ex Philisti Siculor. lib. 4. cujus vice, quia est autor deperditus, fungetur Pausanias, in Arcadicis: Καὶ ἕπεσιν ὕστερον Πτολεμαίοις Δωριέων ἐς Σικελίαν ἐσοικισμένων, Ἀντίφημος ὁ Γέλας οἰκιστὴς, πόλισμα Σικανῶν Ὀμφάκην ποιήσας, μετοικήσαντες ἐς Γέλαν ἄγαλμα ἐκ Δαιδάλου πεποιημένον. i. e. *Multisque post annis, cum Dorienses in Siciliam transmigrarent, Antiphemus, is qui Gelam coloniam deduxit, Omphace Sicanorum oppido direpto, signum à Dædalo factum Gelam deportavit.*

85 Ὀμφάλιον, τόπος Κρήτης, &c.] Omphalium, locus Cretæ prope Thennas & Cnossum, ejusdem insulæ civitates, memoratur Diodoro Siculo Bibliothecæ Hist. lib. 5. apud quem Ὀμφάλειον scribitur, & πεδίον, i. e. *campus* dicitur fuisse.

86 Ὄννη, ἐμπόριον τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας.] Onne, emporium felicis Arabiæ memoratur Ptolemæo lib. 6. c. 7.

87 Ὀνουφις, πόλις Αἰγύπτου.] Onuphis, urbs Ægypti, haud ignobilis, à qua denominabatur Onuphites Nomos, autore Ptolemæo lib. 4. c. 5. cujus præfecturæ meminit Herodotus lib. 2. c. 166. Plin. lib. 5. c. 9.

88 Ὀξύβιοι, μοῖρα Λιγύων.] Oxybii, pars quædam Ligurum, ex Quadrato, autore deperdito. Polybius in Eclogis de legationibus c. 134. celebrat hanc gentem & bellum, quod adversus eam gessere Romani, duce Q. Opimio, eo quod Massiliensibus Romanorum sociis bellum intulissent. Eorum quoque meminit ex eodem Polybio Geographus lib. 4. & portus cujusdam in Narbonensi ora, qui ab eorum nomine *Oxybius portus* dicebatur.

89 Ὀξυδρακαί, ἔθνος Ἰνδικόν.] Oxydracæ fuere validissimæ Indorum gentes, Mallis vicinæ, has bellare inter se solitas, Alexandro adversus utrasque exercitum ducente, periculi societas junxerat, ad Oxydracas Alexander mortis periculum adiit in obsidione cujusdam urbis lethaliter vulneratus, quod in temeritatem potius, quam in gloriam ei cessit, autore Q. Curtio lib. 9. c. 4. & c. 5. Id Strabo lib. 15. apud Mallos accidisse tradit, de quo vide quæ in Μαλοὶ annotavimus.

90 Ὑφ' ὧν σώσας Ἀλέξανδρον Πτολεμαῖος, σωτὴρ ἐκλήθη.] Inquit Ptolemæum vocatum fuisse *Soterem*, cum apud Oxydracas servasset Alexandrum à mortis periculo. Apud Q. Curtium lib. 9. c. 5. autor est Clitarchus, & Timagenes, Ptolemæum, qui postea regnavit, huic pugnæ adfuisse. Sed ipse Ptolemæus abfuisse se tradit.

91 Οἱ δὲ, ψεῦδος τὸ περὶ τοὺς Ὀξυδρακῶν.] Alii mendacium esse dicunt illud Oxydracarum, scilicet, quod Alexander servatus fuit apud Oxydracas à Ptolemæo, ut apparet ex Q. Curtio libro capiteque proxime citato. Sic enim de his loquitur: *Ptolemæum, qui postea regnavit, huic pugnæ adfuisse, auctor est Clitarchus, & Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriæ suæ non refragatus, abfuisse se, missum in expeditionem memoriæ tradidit. Tanta componentium vetusta rerum monumenta, vel securitas, vel par huic vitium, credulitas.*

92 Ὀξύρυγχος, πόλις Αἰγύπτου, &c.] Oxyrynchos, urbs Ægypti, cujus oppidani colebant ejusdem nominis piscem. Id ex Strabonis fonte hausisse videtur. Ita enim ille lib. 17. Ἐν τῇ περαίᾳ Ὀξύρυγχος πόλις, ἣν νομὸς ὁμώνυμος· πρὸς τῇ τοῦ ὀξυρύγχου, ἣν ἔστιν αὐτοῖς ἱερὸν Ὀξυρύγχου· καίτοι καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων ἡσυχῇ πιμώντων τὸν Ὀξύρυγχον. Τινὰ μὲν γὰρ τῶν ζώων ἅπαντες ἡσυχῇ πιμῶσιν Αἰγύπτιοι, καθάπερ τὸν πτίζοντα μὲν τρία, βοῦν, κύνα, αἴλουρον· τὸν δὲ πτηνῶν δύο ἱέρακα, καὶ ἶβιν, τὸν δὲ ἐνύδρων δύο, λεπιδωτὸν ἰχθὺν, καὶ Ὀξύρυγχον. i. e. *In ulteriore regione est Oxyrynchus civitas, & præfectura ejusdem nominis. Colunt verò Oxyrynchum, & est ipsis templum Oxyrynchi, quamvis & cæteri Ægyptii omnes Oxyrynchum colant; quædam enim animalia Ægyptii communiter omnes colunt, ut de terrestribus tria, bovem, canem, felem. E volatilibus accipitrem, & ibim. Ex aquatilibus duo, lepidotum* [id est squamatum] *piscem, & Oxyrynchum.* Oxyrynchus civitas mediterranea Ægypti, & metropolis ejusdem nominis præfecturæ, unà cum præfectura, Oxyrynchite memoratur etiam Ptolemæo lib. 4. c. 5.

μῶσι τ' Ὀμώνυμον ἰχθῦν. Ὁ πολίτης, Ὀξυρυγχίτης.

colit piscem ejusdem nominis. Civis, Oxyrynchites.

Ὀ ΠΙΚΟΙ[93], ἔθνος Ἰταλίας. Εὔδοξος ἕκτῳ γῆς περιόδου, γλώσσας συνέμιξαν. Οἱ δὲ, ὅτι Ὀφικοὶ, ἀπὸ τῶν ὄφεων.

OPICI, populi Italiæ. Eudoxus sexto terræ periodi, *linguas commiscuere*. Alii sic vocatos esse existimant tamquam Ophici ἀπὸ τῶν ὄφεων. i. e. *à serpentibus*.

Ὀ ΠΟΕΙΣ[94], πόλις Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, ἀπὸ Ὀποέντος. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀποεῖος, Ὀποιεύς, Ὀποιεία. Λέγεται καὶ Ὀπῆς Ὀπῆντος, καὶ Ὀπέντιος. [95] Ἔστι καὶ Ὀπῆς πόλις Ἀχαΐας, καὶ τῆς Ἠλείας ἄλλη. Οἱ πολῖται, Ὀπήντιοι.

OPOIS, urbs Locrorum Epicnemidiorum, ab Opoente. Gentile, Opoïsius, Opoïsia. Dicitur etiam Opûs, Opuntis per crasin. Est etiam Opûs urbs Achaiæ, & Elidis alia. Cives, Opuntii.

Ὀ ΡΒΙΤΑΙ[96], ἔθνος Ἰνδικὸν, ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ Ἀλεξανδρείας.

ORBITÆ, gens Indica, ut Apollodorus lib. 2. de Alexandria.

Ὀ ΡΑΘΑ, πόλις τῆς ἐν Τιγρηΐ Μεσήνης. Ἀρριανὸς Παρθικῶν ἑκκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀραθηνός.

ORATHA, urbs Mesenæ, quæ juxta Tigrim. Arrhianus Parthicorum lib. 16. Gentile, Orathenus.

Ὀ ΡΓΑΛΗΜΑ, πόλις ὑπὲρ τῷ Ἴστρῳ. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Εἰσὶ καὶ Ὀργομεναὶ πόλις Ἰλλυρίας. [97] Τὸ ἐθνικὸν, Ὀργομεναῖος. Καὶ τὸ δεύτερος, Ὀργομένιος.

ORGALEMA, urbs in Istro. Hecatæus Europa. Sunt etiam Orgomenæ, urbs Illyriæ. Gentile, Orgomenæus. Et secundæ, Orgomenius.

Ὀ ΡΓΩΝ[98], νῆσος πλησίον Τυρρηνίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀργώνιος, ὡς Ἀντρώνιος.

ORGON, insula, juxta Tyrrheniam. Gentile, Orgonius, ut Antronius.

Ὀ Ρ-

OR-

93 Ὀπικοὶ, ἔθνος Ἰταλίας.] Opici, gens Italiæ, ex Eudoxo. Hos Campaniam habitasse & *Ausones* quoque vocitatos fuisse memoriæ prodidit Strabo ex Antiocho. Illius ex lib. 5. sunt quæ sequuntur: Ὑπὲρ δὲ τούτων τῶν τόπων κεῖται Καμπανία πᾶσα ἰδρυμένη, πεδίον εὐδαιμονέστατον τῶν ἁπάντων· προσκείμενα δ' αὐτῷ γεωλοφίαι τε ὀλίγαι, καὶ ὄρη πάνυ τῶν Σαυνιτῶν καὶ τὰ τῶν Ὀσκῶν. Ἀντίοχος μὲν οὖν φησι τὴν χώραν ταύτην Ὀπικὴν οἰκῆσαι, τοὺς δὲ καὶ Αὔσονας καλεῖσθαι. Πολύβιος δ' ἐμφανῆ, δύο ἔθνη νομίζων ταῦτα. Ὀπικοὺς γάρ φησι καὶ Αὔσονας οἰκεῖν τὴν χώραν ταύτην πρὸς τῷ Κρατῆρι. i. e. *Super hæc litora Campania omnis sita est, planicies felicissima omnium. Circa eam jacent cum tumuli terræ fertiles, cùm Samnitum Oscorumque montes. Antiochus dicit, hanc regionem ab Opicis habitatam fuisse, hos & Ausones vocari. At Polybius significat se putare fuisse duas gentes. Opicos enim inquit & Ausones incoluisse terram, quæ est circa Craterem.* Antiochi antiquissimi historici sententiam firmat Aristotelès Politic. lib. 7. c. 10. Οἰκεῖν δὲ τὸ μὲν πρὸς τὴν Τυρρηνίαν Ὀπικοὶ, καὶ πρότερον καὶ νῦν καλούμενοι τὴν ἐπωνυμίαν Αὔσονες. i. e. *Habitabant autem in ea quidem parte, quæ ad Tyrrheniam* [Etruriam] *Opici, qui & antea & nunc cognomento* Ausones. Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 3. c. 9. inquit, hoc nomen corruptum fuisse à Romanis in duas syllabas, Opsi, sive Obsci, ac tandem factum fuisse Osci. Optimum foret, si hujus rei produceret aliquem idoneum testem, at hujusmodi res sine teste, sunt insomnia. Noster autor ἀπὸ τῶν ὄφεων, i. e. *à serpentibus* Opicorum nomen deducit, & serpentes me terrent, ne dicam esse Græcorum nugamentum.

94 Ὀπόεις, πόλις Λοκρῶν, &c.] Opoïs, entis, seu per crasim Opûs, untis, urbs Locrorum Epicnemidiorum, nomen adepta ab Opoënte, patria Patrocli cognati & socii Achillis, qui unà cum eo ad Troiam profectus fuit, memoratur Poëtarum parenti Il. 2. v. 532 Ejus navale erat Cynos, teste Eustathio ad versum citarum: Ἡ δὲ Κύνος ἄκρα τις περιορίζουσα τὸν Ὀπόεντα κόλπον. Ἐπαινεῖ Ὀπόεντα πόλεως Λοκρῶν Ἐπικνημιδίων τῶν πέραν Εὐβοίας καὶ τὸ ποιητοῦ. Ἀφ' ἧς νῦν καὶ ὁ Ἀχιλλέως συγχρώς τε, καὶ ἑταῖρος Πάτροκλος, κληθείσης ἔστιν ἀπὸ Ὀπόεντος ἀρξαντος ἐν αὐτῇ. Ἐθνικὸν δὲ Ὀπόεις, Ὀποείσιος, ὡς Σιμόεις, Σιμοείσιος. Ὥσπερ δὲ Πλακόεις, καὶ ὁ σωσιπάτρα Πλακεῖς, καὶ Σιμόεις, Σιμεῖς, ἔστι καὶ Ὀπόεις, Ὀπῆς, καὶ κλινέται Ὀπῆντος, καὶ τὸ ἐθνικὸν ἐξ αὐτοῦ Ὀπήντιος. i. e. *Cynos verò est promontorium quo idem terminans Opuntium sinum; navale Opoëntis, urbis Locrorum Epicnemidiorum ultra Eubœam secundum Poëtam; à qua erat Patroclus cognatus & socius Achillis, sic vocata ab Opoente, qui in ea imperavit; gentile δὲ Opoïs, Opoïsius, ut Simoïs, Simoïsius. Quemadmodum verò Placoïs, & per synæresim Placîs, & Simoïs, Simûs, sic etiam Opoïs, Opûs, & declinatur* [Opûs] *Opuntis, & gentile ex eodem Opuntius.* Et Cynum navale Opuntiorum & urbem celebrat Liv. lib. 28. c. 8. *Ne frustra tempus tereret, celeriter abstitit incepto, classemque inde ad Cynum Locridis (emporium id est Opuntiorum urbis mille passuum à mari sitæ) trajecit.* De Cyno verò vide quæ suo loco annotavimus.

95 Ἔστι καὶ Ὀπῆς πόλις Ἀχαΐας, καὶ τῆς Ἠλείας ἄλλη.] Nunc commemorat Opuntem Achaiæ, & aliam Eliæ, prioris nullam inveniebam noritiam, posterioris meminit Strabo lib. 9. Λέγουσι δέ τινες Ὀπουντίους καὶ τοὺς ἐν τῇ Ἠλείᾳ φασὶν, οὓς οὐκ ἄξιον μεμνῆσθαι, πλὴν ὅτι συγγένειαν αὐτῶν ἐξανευρίσκουσι τοῖς Ὀπουντίοις τοῖς ἀρχαίοις. i. e. *Dici quoque quosdam Opuntios in Elea ajunt, quorum non est dignum meminisse, nisi quod cognationem quamdam ipsis esse cum Opuntiis ferunt.*

96 Ὀρεῖται, ἔθνος Ἰνδικόν.] Orbitæ, gens Indica, ex Apollodoro. Cum nullam apud alios autores hujus Indicæ gentis invenirem memoriam, adducor, ut credam fuisse eosdem, qui Arrhiano de Expedit. Alex. lib. 6. vocantur Ὠρεῖται, sed perperam pro Ὠρείτῃ. Sic enim scribendum est. Ὠρεῖται enim sunt oppidani ab Oreo Eubœæ urbe, autore nostro autore in Ὠρεὸς & Eustathio ad Periegetæ v. 1096 qui Indiæ populos vocat Ὠρείτας, non Ὠρείτας. Perperam etiam scribitur apud Strabonem, cui Oritæ Indiæ populi prope Arbies memorantur.

97 Τὸ ἐθνικὸν Ὀργομεναῖος, καὶ τὸ δεύτερος Ὀργομένιος.] In hac sectione autor noster celebrat duas urbes, alteram Orgalemam ad Istrum, alteram Orgomenas Illyriæ, quarum diversa gentilia ponit, ac cum dicat secundæ scilicet urbis, id est, Orgomenarum, gentile esse Ὀργομένιος, non potest esse eadem urbs Orgomenæ cum Orgalema, ut putat Ortelius in suo Thesauro Geographico in *Orgomenæ*; harum urbium nullam apud alios inveniebam memoriam; ab Orgalema verò gentile non potest deduci Ὀργαλεμαῖος, pro quo legendum censeo Ὀργαλημαῖος.

98 Ὀργὼν, νῆσος πλησίον Τυρρηνίας.] Orgon, onis, insula prope *Tyrrheniam*, i. e. *Etruriam*. Memoratur Plinio lib. 3. c. 6. Melæ lib. 2. c. 7. *Urgo* dicitur, vulgo Italis dicitur *la Gorgona*, & est sub Genuensium ditione, teste Philipp Ferr. Alexandrino in suo lexico Geographico. Sic etiam vocatur Rutilio in Itinerario:

Adsurgit ponti medio circumflua Gorgon
Inter Pisanum, Cyrnaicumque latus.

99 Ὀρε-

Ὀ ΡΔΑΙΑ, πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνι- A
κὸν, Ὄρδοι. Λέγονται καὶ Ὀρδαῖοι, ὡς Νίκαν-
δρος.

ORDÆA, urbs Macedoniæ. Gentile, Ordi. Dicuntur etiam Ordæi, ut Nicander.

Ὀ ΡΕΣΘΑΣΙΟΝ[99], πόλις Ἀρκαδι-
κὴ, ἀπὸ Ὀρεσθέως τοῦ Λυκάονος. Παυσανίας
γοῦν. Ὁ πολίτης, Ὀρεσθάσιος.

ORESTHASIUM, urbs Arcadica, ab Oresthei Lycaonis filio. Pausan. libro 8. B Civis, Oresthasius.

Ὀ ΡΕΣΤΑΙ[1], Μολοσσικὸν ἔθνος. Ἑλ-
λαδικὸν Εὐρώπης. Θεαγένης ἐν Μακεδονικῶν
φησιν, ὅτι ἐπεὶ ἀφείθη τῆς μανίας Ὀρέστης,
φεύγων διὰ τὴν αἰδῶ μητρὸς Ἑρμιόνης, εἰς
ταύτην ἦλθε τὴν γῆν, καὶ παῖδα ἔσχεν Ὀρέστην·
οὗ ἄρξαντος, ἐκλήθησαν Ὀρέσται. Αὐτὸς δὲ
ὑπὸ ἐχίδνης δηχθεὶς, θνήσκει εἰς χωρίον τῆς
Ἀρκαδίας, [3] τὸ λεγόμενον Ὀρέστιον. Λέγεται
καὶ θηλυκὸν Ὀρεστὶς καὶ Ὀρεστιάς· Ὡσαύτως Θεα-
γένης. Διονύσιος δὲ δευτέρῳ Γιγαντιάδος.

ORESTÆ, Molossica gens. Hecatæ. Europa. Theagenes in Macedonicorum [*libris*] inquit, quod Oreſtes, poſtquam ab inſania liberatus fuit, præ pudore fugiens cum Hermione, in hanc venerit terram, ac filium habuerit Oreſtem. Quo imperante, *Oreſtæ* vocati fuere. Ipſe verò à vipera morſus moritur in regiuncula Arcadiæ, quæ dicebatur *Oreſtium*. Dicitur etiam fœm. Oreſtis, & Oreſtias. Eodem modo refert Theagenes. Dionyſius ſecundo Gigantiadis.

Ὀ ΡΕΣΤΗ[4], πόλις· Ἑλλαδικὴ Εὐρώ-
της ἐθνικὸν, Ὀρέστης ὁμοίως.

ORESTE, urbs. Hecatæ. Europæ explicatione. Gentile, Oreſtæ ſimiliter.

Ὀ ΡΕΣΤΙΑ[5], πόλις ἐν Ὀρεσταῖς, ἐν
ᾗ ὑπερκειμένῳ τῆς Μακεδονικῆς γῆς, [6] ἐν ᾗ
Πτολεμαῖος ὁ Λαγοῦ πρῶτος βασιλεύσας E
Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Ὀρεστιανός. [7] Ἔστι καὶ
ἄλλη ἐν Ἀρκαδίᾳ Ὀρεσία, ἣν Εὐδαίμων καὶ
Ἥρων διὰ τοῦ ει διφθόγγου γράφουσι, τὸν Ὀ-
ρέστειον.

ORESTIA, urbs in Oreſtis, in monte, qui eminet Macedoniæ, in qua Ptolomæus Lagi filius primus Ægypti rex [*natus fuit.*] Civis, Oreſtiæus. Eſt etiam alia in Arcadia Oreſtia, quam Eudæmo & Orus per ει diphthongum ſcribunt, Oreſteium.

99 Ὀρεσθάσιον, πόλις Ἀρκαδικὴ ἀπὸ Ὀρεσθέως, &c.] Oreſthaſium, urbs Arcadica, ſic dicta ab Oreſtheo Lycaonis filio, ex Pauſaniæ lib. 8. qui eam commemorat libro citato, ac præterea inquit *Oreſtheum* poſtea dictam fuiſſe ab Oreſthe Agamemnonis filio: Ὀρεσθεὺς δὲ Ὀρεσθάσιον, Φιγαλίαν δὲ εἰκίζει Φίγαλος. i. e. *Oreſtheus verò Oreſthaſium, Phigaliam autem condit Phigalus.* Ac paululum poſt: Φιγαλία δὲ καὶ Ὀρεσθασία ἐν χρόνῳ μεταβάλλουσι τὰ ὀνόματα· Ὀρεστείους δὲ ἀπὸ Ὀρέστου κληθέντας τοῦ Ἀγαμέμνονος, καὶ Φιγαλίαν ἀπὸ Βουκολίωνος παιδὸς Φιγάλου. i. e. *Phigaliæ verò & Oreſthaſiæ tempore immutant nomina, Oreſtheumque ab Oreſthe Agamemnonis filio vocata fuit, & Phigalia à Phigalo Bucolionis filio.* Quam ſupra vocaverat *Oreſthaſium* neut. gen. nunc vocat *Oreſthaſiam* fœm. quod frequenter accidit apud ſcriptores. Pauſaniæ ætate rudera tantum hujus urbis extabant, ut ipſe refert libro citato: Ὀρεσθασίων καὶ ἄλλα ὑπολείπεται μνήματα καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν κίονες ἕπτα. i. e. *Oreſthaſii & aliæ extant reliquiæ in memoriam, & Dianæ templi columnæ ſeptem nunc.*

1 Ὀρέσται, Μολοσσικὸν ἔθνος.] Oreſtæ, Moloſſica gens, ex Hecatæ Europæ, nomen adepta ab Oreſthe Oreſthæ filio, Moloſſia verò erat regio Epiri. Memorantur Straboni lib. 7. Ἠπειρῶται δέ εἰσι καὶ Ἀμφίλοχοι, καὶ οἱ ὑπερκείμενοι καὶ παραπλήσιοι τοῖς Ἰλλυρικοῖς ὄρεσι, τραχεῖαν οἰκοῦντες χώραν, Μολοσσοὶ τε, καὶ Αθαμᾶνες, καὶ Αἰθικες, καὶ Τυμφαῖοι, καὶ Ὀρέσται, Παραβοῖοί τε καὶ Ἀτιντᾶνες, οἱ μὲν πλησιάζοντες τοῖς Μακεδόσι μᾶλλον, οἱ δὲ τῷ ἰονικῷ κόλπῳ. i.e. *Epirotæ verò ſunt & Amphilochi, & qui ſupra eos ſiti Illyricos attingunt montes, aſperam incolentes regionem, Moloſſi, Athamanes, Æthices, Tymphæi, Oreſthæ, Paroræi, atque Atintanes, alii propinquantes Macedonibus magis, alii Ionico ſinui.*

2 Φεύγων διὰ τὴν, &c.] Inquit noſter autor ex Theagenis Macedonicis etymologiam nominis Oreſtharum, quam ſic retulit Strabo lib. 7. Λέγεται δὲ τὴν Ὀρεστικὴν καλουμένην πόλιν Ὀρέστης, φεύγων τὸ μητρὸς φόνου, καὶ καταλιπεῖν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν χώραν· κτίσας δὲ πόλιν, καλέσαι δοκεῖ αὐτὴν Ἄργος Ὀρεστικόν. i.e. *Dicitur verò Oreſtes tenuiſſe aliquando Oreſtiadem, cum ob matris cædem fugeret, & reliquiſſe de nomine ſuo nomen regioni; condidiſſe verò urbem, ac vocaſſe eam Argos Oreſticum.*

3 Τὸ λεγόμενον Ὀρέστιον.] Oreſtium, oppidum Arcadiæ, de quo nota 99. proximè præcedenti egimus, à Pauſania dicitur Ὀρέστειον, ab Stephano paulò infra Ὀρεσία.

4 Ὀρέστη, πόλις.] Oreſte, urbs. Cujus regionis fuerit urbs, obliviſcitur dicere; Heſychius verò nos docet fuiſſe ſeu oppidum, ſeu regionem Eubœæ.

5 Ὀρεσία πόλις ἐν Ὀρέσταις.] Oreſtia, urbs in Oreſtis, de quibus paulò ſupra egit. Oreſtia verò nullam ob aliam rem eſt memorabilis, niſi quod fuerit patria Ptolemæi Lagi filii, qui primus poſt Alexandrum in Ægypto regnavit.

6 Ἐν ᾗ Πτολεμαῖος.] Legendum videtur ἐξ ἧς. Sic enim noſter amat loqui frequenter.

7 Ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Ἀρκαδίᾳ Ὀρεσία.] Oreſtia, urbs Arcadiæ fuit urbs obſcura, cujus ætate Pauſaniæ reliquiæ tantum exſtabant, de qua vide, quæ in Ὀρεσθάσιον; in hac ſectione Ὀρεσία, & Ὀρέστειον, alibi Ὀρέστιον ſcribitur. Apud Stephanum multa deficiunt oppidorum nomina, quoniam hinc tranſit ad Palicen.

Π. P.

ΠΑΛΙΚΗ [1], πόλις Σικελίας. [2] Θεόφιλ. δ' ἐν ἑνδεκάτῳ Οἰκιστικῆς Σικελίας, Παλικίνλιν κρηνίδιον φησὶν εἶναι. [3] Πλησίον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν, οἵ εἰσι δαίμονές τινες, [4] ὃς Αἰσχύλος ἐν Αἰτναίοις γενεαλογεῖ, Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου. Σιληνὸς δὲ ἐν δευτέρῳ Αἴτνης, τοὺς Ὠκεανοῦ καὶ Ἡφαίστου. [5] Κληθῆναι δὲ αὐτοὺς Παλικούς, διὰ τὸ ἀποθανόντας πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἰέναι. [6] Ἔστι δὲ καὶ κρήνη τις ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας, ὡς δεκάκλινον. Αὕτη δὲ ἀναρρίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἐξ πήχεις, ὥστε ὑπὸ τῶν θεωρούντων νομίζειν κατακλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον, καὶ πάλιν εἰς ἑαυτὸ καθίζειν. [7] Ἔστι δὲ καὶ ὅρκος ἄγιος αὐτόθι. Ὅσοι γὰρ ὀμνύουσί τι εἰς πινάκιον γράψας, βάλλει αὐτὸ εἰς τὸ ὕδωρ. Ἐὰν μὲν ἐν ἐπιορκῇ, ἐπιπολάζει· ἐὰν δὲ μὴ ἐπιορκῇ, τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται, αὐτὸς δὲ πίμπραται. [8] Ὁ πολίτης Παλικινὸς, ὡς τὸ Ἐρύκης Ἐρυκῖνος, καὶ τὸ θηλυκὸν, Παλικίνη.

ΠΑΛΙΜΒΟΘΡΑ [9], πόλις Ἰνδική. Ὁ πολίτης, Παλιμβοθρηνός.

PALICE, urbs Siciliæ. Theophilus verò undecimo explicationis Siciliæ *Palicinen* fontem esse ait. Prope eum verò templum Palicorum, qui sunt Dii quidam quos Æschylus in Ætnæis filios ait esse Iovis, & Thaliæ Vulcani filiæ. Silenus verò lib. 2. Ætnæ Oceani, & Vulcani. Vocatos autem fuisse *Palicos* διὰ τὸ, &c. i. e. *quod morientes iterum in homines redirent.* Est etiam fons quidam in Palicis Siciliæ circiter *decaclinos*, i. e. *magnitudine, qui decem lectos æquaret.* Ipse verò emittit aquam ad sex cubitorum altitudinem, ita ut ab inspicientibus campus inundandus judicetur, at iterum intra se colligitur. Est & inibi jusjurandum sanctum. Quæcumque enim aliquis jurabat in tabula scripta projiciebat in aquam. Quod si verè juraverat, innatabat. Sin minus tabula evanescebat, ipse verò perjurus comburebatur. Civis, Palicenus, ut Erycæ, Erycenus, & fœm. Palicena.

PALIMBOTHRA, urbs Indiæ. Civis, Palimbothrenus.

ΠΑΛΑΝ-

1 Παλικὴ, πόλις Σικελίας.] Palice, urbs Siciliæ celebratur ab autore nostro, sed sine autore; & urbem, & ejus conditorem commemorat Diod. Siculus lib. XI. hisce verbis: Καὶ πρῶτον μὲν κτίσαι τὴν Σικελῶν ἀθροίσας δύναμιν ἀξιόλογον, τοὺς Μένας, ἧς τὴν μὲν αὐτὸς πατρὶς, μεθίδρυσεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ πλησίον δὲ τεμένους τῶν ὀνομαζομένων Παλίκων ἔκτισε πόλιν ἀξιόλογον, ἣν διὰ τὴν παρεμφερῆ τῶν ἀνόμασι Παλικὴν, i. e. *Et ex communi Siculorum* [ærario, *magna comparata pecunia* [Deucetius] *urbem Menas, quæ erat ipsius patria, transtulit in planitiem, & prope fanum Palicorum condidit urbem memorabilem, quam à prædictis Diis nuncupavit Palicen.* Ejusdem auctoris ætate jam erat eversa, apud quem cum accentu in penultima notatur.

2 Θεόφιλος δὲ, &c.] Inquit ex Theophilo Palicenen esse fontem, quem alii *lacum*, alii *stagnum* vocant, incolæ *Crateras* & *Dellos* appellabant, autore Macrobio Saturnal. lib. 5. c. 19.

3 Πλησίον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν, &c.] Palici Dæmones, aliis *Palici Dii* dicuntur. Polemon de admirandis fluminib. Siciliæ: Οἱ Παλικοὶ θεοὶ τοῖς ἐγχωρίοις αὐτόχθοσι θεοὶ νομίζονται. i. e. *Palici ab incolis indigenæ Dii existimantur.* De quibus longe latéque agit Macrobius libro nota præcedenti citato. Virgil. Æneid. lib. 9. v. 585. singulari numero usurpavit:

Symæthia circum
Flumina, pinguis ubi & placabilis ara Palici.

Eodem modo Sil. Italicus lib. 14.

Et qui præsenti domitant perjura Palici
Pectora supplicio.

Servius ad Virgilii locum citatum inquit, Varronem *Palicos* appellare, *nauticos deos*, qui Latinis dicebantur *Castores*, quorum nomina erant *Castor*, & *Pollux*.

4 Οὓς Αἰσχύλος ἐν Αἰτναίοις γενεαλογεῖ.] Nunc agit de genealogia Palicorum Deorum ex Æschylo in Ætnæis, id est, in tragœdia, cui nomen erat Ætna.

5 Κληθῆναι δὲ αὐτοὺς Παλικούς, διὰ τὸ ἀποθανόντας, &c.] *Deos Palicos* vocatos fuisse tradit, quod morientes iterum redierint in lucem, id ex ejusdem Æschyli tragœdia nota præcedenti citata apparebat cujus hi erant versus:

Ἡ καὶ Παλικῶν δύλόγως μνῆ φάτης.
Παλιν γὰρ ἱκεσ' ἐκ σκότους τὸ δ' εἰς φάος.
Ineptè convenienter Palicorum appellatio.
Nam è tenebris veniunt rursus in lucem.

6 Ἔστι δὲ καὶ κρήνη τις ἐν Παλικοῖς.] Hic fons prope Palicos, ut supra annotavimus, aliis aliter vocabatur. Ovidius Met. lib. 5. v. 405. *stagna Palicorum* nuncupavit eum:

Perque lacus altos, & olentia sulfure fertur
Stagna Palicorum ruptâ ferventia terrâ.

7 Ἔστι δὲ καὶ ὅρκος ἅγιος αὐτόθι.] Hæc de juramento ad Palicorum fontem autor noster desumpsit ex Aristotele de Mirabilibus, de quibus ad satietatem usque agit Diodorus Siculus lib. 11. è nostris verò Macrobius Saturnal. lib. 5. c. 19. quos consules, nobis verò hujusmodi fabulis immorari non est volupe.

8 Ὁ πολίτης Παλικινὸς.] Lege Παλικιῶνος, id enim confirmat Ερυκῖνος, quod in exemplum affert.

9 Παλίμβοθρα, πόλις Ἰνδική.] Palimbothra, seu Palibothra, (utroque modo invenitur) urbs Indica maxima, quam ad Erannoboæ & Gangis confluentes locat Arrhianus de Rebus Indicis, ab utroque latere, qua longissime habitabatur, erat stadiorum LXXX, latitudo XV. Fossa, quæ urbi erat circunducta, latitudine erat sex jugerum, altitudine cubitorum XXX. murus turres habebat DLXX, portas LXIIII. quæ ex Megasthene narrat. Memoratur Strab. l. 15. Ptolemæo lib. 7. c. 1. Παλιβόθρα βασίλειον, i. e. *Palibothra regia* dicitur, quam ad Gangem locat. Ejus quoque meminit Plinius lib. 6. c. 19. Solin. cap. LV. *Prasia gens validissima Palibotram urbem incolunt, unde quidam gentem ipsam* Palibotros *nominarunt, quorum rex* IDCM. *pedit. equit.* XXXM. *elephantor. octo.* M. *omnibus diebus ad stipendium vocat.*

10 Παλαι-

ΠΑΛΑΝΤΙΑ [10], πόλις Ἰβηρίας. Ὁ πολίτης, Παλάντιος.

PALANTIA, urbs Iberiæ. Civis, Palantius.

ΠΑΛΑΝΤΙΟΝ [11], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Πάλαντος, ἑνὸς τῶν Λυκάονος παίδων, ὡς Ἡσίοδος. Τὸ ἐθνικὸν, Παλάντιος. Τινὲς δὲ Παλαντιάδα καλοῦσιν, [12] ὡς ἐν τῷ περὶ Ἑστιαίας εἴρηται.

PALANTIUM, urbs Arcadiæ, à Palante, uno ex Lycaonis filiis ut Hesiodus. Gentile, Palantius. Aliqui verò *Palantiadem* vocant, ut dictum est cum de Hestiæa egimus.

ΠΑΛΛΗΝΗ [13], πόλις Θράκης, ἀπὸ Παλλήνης τῆς Σίθωνος μιᾷ θυγατρὸς, Κλείτης γυναικὸς, ὡς Ἡγήσιππος ἐν τοῖς Παλληνιακοῖς. Παλλήνη δ' ἐστὶ χερρόνησος τριγώνος, πρὸς μεσημβρίαν βάσιν ἔχουσα πρὸς μεσημβρίαν ἐστραμμένην. Ἐκαλεῖτο δὲ Φλέγρα τὸ παλαιὸν, καὶ φκεῖτο

PALLENE, urbs Thraciæ, à Pallene Sithonis quidem filia, Cliti verò uxore, ut Hegesippus in Palleniacis. Pallene verò est Chersonesus triangularis formâ, quæ basim habet ad meridiem versam. Olim *Phlegra* vocabatur, atque Gigantes eam incolebant. In qua

10 Παλαντία, πόλις Ἰβηρίας.] Palantia, urbs Iberiæ, l est Hispaniæ, episcopalis quæ *Palentia* Hispanis dicitur, l fluvium Carrionem, qui *Nubis* olim dicebatur, sita, rademiâ ante Salmanticensem clara, quam rex Alphonsus ujus nominis IX Roderici præsulis hortatu instituit, evotis è Gallia & Italia, magnis propositis præmiis, artium rofessoribus. Hispania enim eatenus bellis implicita nulhabebat academias, ut meminit prodidit Joan. Mariana e Rebus Hispaniæ lib. 11. c. 22. Eamdem academiam, on multis post elapsis annis Ferdinandus III. Salmantiam transtulit. Palantia verò a Palatico quodam conditam isse, atque ab inundatione præterlabentis fluminis, prebus Divi Toribii, quòd quibusdam hæreticis faveret ubersam fuisse fabulantur, eam postea instauravit Sanctius ajor, ac ne operi autoritas deesset, miraculum etiam ctum fuit (quare non licebit Hispanis, quod aliis licet?) e quibus pretium operæ est audire Marianam de Rebus ispaniæ lib. VIII. c. XIV. *Sub vitæ finem* [Sanctius] *Palenam urbem instaurandam curavit, haud magna aliqua ad id ccasione, bellorum injuria multo tempore eversa jacebat: paetimæ tantum exstabant, & rudera, strageſque lapidum, iscæ structuræ, ædificiorumque vestigia: præterea vetusti eteris rude templum, quod olim D. Antonini nomine dicatum erat. Sanctius otii tempora ferarum venatione transigere soitus, ne nihil videretur agere, & est venandi ars bellicæ editatio, iis in locis aprum insectatus est ad ipsum usque temlum, quo fera confugit, seu forte fortuna, seu quia in ea vaitate in ferarum lustra versum erat, rex nihil hac religione otus aprum ad aram decumbentem venabuli ictu transfigere rabat. Cùm forte animadvertit brachium repentina torpene dirigiſſe, concidiſſe vires. Vindictam esse numinis interetatus, quasi loci sanctitati honorem non habuisset, & ex re religione obstrictus D. Antonini opem venerabundus imlorat: delicti, quod per inscitiam admissum erat, veniam ecatur, sentit mox brachium pristino restitutum vigori, pro eo erito fructibus exstirpatis, cæsaque sylva, urbem denuo ædificandam curat, exornatque ædificiis, templum pro temre extructum, in antiquum dignitatis splendoriſque locum stituit, instauratæ urbis novo episcopo designato, tragœdias ribere videor, & fabulas: sed ipsis Hispaniæ historiis non uasi commentitia, sed facta ejusdem generis multa memoriæ nt commendata, nos fidem neque adjungimus, neque detraimus; quam res meretur ex se lectores statuant.* Satis clare stendit, Mariana, quod res est, sed alii hujusmodi fabeles delectantur, sicut Livius prodigiis. Palentia fuit antiquis una inter Hispaniæ urbes clarissimas, autore Mela liro 2. c. 6. *Urbium de mediterraneis in Tarraconensi clarissiæ fuerunt Pallantia & Numantia, nunc est Cæsarauguſta: Lusitania, Emerita: in Bætica, Astigi, Hispal, Corduba.*

11 Παλλάντιον, πόλις Ἀρκαδίας.] Pallantium, urbs Arcadiæ memoratur Dionysio Halicarnasseo Rom. Antiquitatis b. 1. Pausaniæ in Arcadicis, Plinio lib. 4. c. 6. unde Palaium Romæ. *Palanteum* dicitur Livio lib. 1. c. 5. Justin. b. 43. c. 3. Solino cap. 13. cujus appono verba: *Pallanteum Arcadiæ quod Palatio nostro per Euandrum Arcada appellaonem dederit, sat est admonere.* De qua sic Pausanias libro tato: Ἀπαλεῖ δὲ ἡμῶν τὸ μεῖον τοῦτο ὁ λόγος τότε Παλλάντιον, ὅπερ αὐτοῖς ἐστιν εἰς μνήμην, καθ' ὧπερ Εὐάνδρου τοῦ Ἑρμοῦ πόλιν τε ἄντι κώμης ἐποίησε Παλλάντιον, καὶ σφίσιν ἐλευθερίαν καὶ ἀτέλειαν ἔδωκεν εἶναι φόρων. Φασὶ δὴ καὶ

13 Παλλήνη, πόλις Θράκης, &c.] Pallene, urbs Thraciæ, apud quam Deorum & Gigantum pugnam extitisse fabulabantur, ut ait noster; plebs ignara semper miraculo tribuit, quæ solitum excedunt modum, ea deinde Poetæ in majus augent lepido carminum suorum fucata sonore, liceat mihi cum Lucretio loqui. De Pallene verò in Excerptis ex Strabonis libri septimi fine hæc leguntur: Ὅτι ἡ Παλλήνη χερρόνησος· ἧς ἐν τῷ ἰσθμῷ κεῖται, ἡ πρὶν μὲν Ποτιδαία, νυνὶ δὲ Κασσάνδρεια, Φλέγρα τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο· ὤκουν δ' αὐτὴν οἱ μυθολογούμενοι γίγαντες, ἐν οἷς ἀσεβὴς, καὶ ἄνομος· ὃν Ἡρακλῆς διέφθειρεν, ἔχει δὲ πόλεις, Ἄφυτιν, Μένδην, Σκιώνην, Σάνην. i. e. *Quòd Pallene Chersonesus est; cujus in isthmo jacet, quæ prius* Potidæa, *nunc verò* Cassandra, *prius* Phlegra *vocabatur. Habitabant verò eam Gigantes fabulis-celebrati, gens impia & exlex; quos Hercules evertit, habebat autem urbes, Aphytin, Menden, Scionen, Sanen.* Ex quibus verbis patet non urbem modò sed & regionem fuisse, cui plures urbes dedit Herodotus lib. 7. c. 123. Οἱ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω, σωζόμενον ἀπ' Ἀμπέλου ἄκρης ἐπὶ Καναστραίου ἄκρην, τὰ δὴ πάσης τῆς Παλλήνης ἀνέχει μάλιστα, ἐνθεῦτεν νέας τε καὶ στρατὸν παρελάμβανε ἐκ Πολιδαίης, καὶ Ἀφύτων, καὶ Νέης πόλιος, καὶ Αἰγῆς, καὶ Θερμέων, καὶ Σκιώνης, καὶ Μένδης, καὶ Σάνης· αὗται γάρ εἰσι αἱ τῶν νῦν Παλλήνων, πρότερον δὲ Φλεγρέων καλεομένων νεμόμενοι. i. e. *Nauticus porro exercitus Xerxis ab Ampeli promontorio præcedens* [mare] *usque ad promontorium Canastræum, totam fere Pallenam prætervectus est, illinc quoque & naves & commilitium sumpsit, ex Potidæa, ex Aphyti, ex Novaurbe, ex Ægæ, ex Therambo, ex Sciona, ex Menda, ex Sana. Hæ enim sunt urbes sitæ in Pallena,* Phlegra *antea appellata.* Plinius lib. 4. c. 10. in Termaico sinu Macedoniæ memorat Pallenen & Phlegram tamquam diversas urbes. Eam quoque honoravit Virgilius Georgicor. lib. 4. v. 391.

Hic nunc Emathiæ portus, patriamque revisit
Pallenen.

κεῖτο ὑπὸ τ̃ γιγάντων. Καὶ ἡ τ̃ θεῶν καὶ τ̃ Γιγάντων μάχη ἐνταῦθα μυθεύεται γενέσθ. Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς φησὶ ἐνταῦθα δ' ὁ λόγος Παλλήνης ἔσηκε λόγος· φασὶ γάρ, τὴν μὲν γῆν ταύτην κεκλῆσθ Φλέγραν, τοὺς δ' ἐνοικοῦντας Γίγαντας· Εἰς ὃν Ἡρακλέα καλαχθέντα, τήν τε ὕβριν αὐτῶν, καὶ τὴν μισανθρωπίαν ἐκπλαγῆναι. Ἐπεὶ δ' ἡ μάχης ἤρξαντο, τὰ σωθῆν ὅπλα εἰς χεῖρας λαβόν, ἔπεσθ παντὶ σθένει κλείνοντα τοὺς πολεμίους. αὐτῷ ξένια δ' καλῶς ἐπιφερόντως. Γενέσθ δ' ἐν τῇ μάχῃ βροντάς τινας, καὶ πρηστῆρας, ἀφ' ὧν ἡ τ̃ θεῶν μάχη πρὸς αὐτοὺς μεμυθολόγηται. Τὸ ἐθνικὸν, Παλλήνιος. [14] Ἔστι δὲ καὶ δῆμος Ἀττικὸς τ̃ Ἀντιοχίδος φυλῆς, ἔτω λεγόμενος Παλλήνη. Ὁ δημότης, Παλληνεύς.

qua pugnam Deorum & Gigantum accidisse fabulantur. Theagenes in Macedonicis: *non hic verò, qui de Pallene fertur sermo, stetit.* Ajunt enim hanc quidem terram *Phlegram* vocatam fuisse, habitantes verò Gigantes. Contra quos Herculem ducto exercitu, & eorum injuriam, & in homines-odium, cum videret, obstupuisse. Sed postquam pugnam incepere, captis consuetis armis, totis viribus sequutum fuisse hostes, ac occidisse eos, qui ei bellum *tamquam* navigationis donum hospiti datum exhibebant. Accidisse verò inter pugnandum tonitrua quædam ac fulmina, à quorum eventu fabula pugnæ Deorum adversus eos conficta est. Gentile, Pallenius. Est etiam populus Atticus Antiochidis tribus dictus *Pallene*. Popularis, Palleneus.

ΠΑΛΜΥΡΑ [15], φρούριον Συρίας, ὃ μέμνηται Οὐρανίος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Παλμυρηνός. Οἱ δ' αὐτοὶ, Ἀδριανοπολῖται μετωνομάσθησαν, ὑπὸ Ἀδριανοῦ τ̃ πόλεως ὑπὸ τ̃ αὐτοκράτορος.

PALMYRA, castellum Syriæ, cujus meminit Uranius Arabicorum lib. 2. Gentile, Palmyrenus. Iidem verò *Adrianopolitæ* postea vocati fuere, restaurata civitate ab imperatore.

ΠΑΛΤΟΣ [16], πόλις Συρίας· Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ. Ὁ πολίτης Παλτηνός, ὡς Δαμασκηνός.

PALTUS, urbs Syriæ. Artemidorus in epitome. Civis, Paltenus, ut Damascenus.

ΠΑΜΒΩΤΑΔΗΣ [17], δῆμος Ἀττικὸς, Ἐρεχθηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Παμβωτάδης. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Παμβωταδῶν, εἰς Παμβωταδῶν, ἐν Παμβωταδῶν· Ἀριστοφάνης.

PAMBOTADES, populus Atticus, Erechtheidis tribus. Popularis, Pambotades. Localia, ex-Pambotadarum ad-Pambotadarum, in-Pambotadarum. Aristophanes.

ΠΑΜ-

PAM-

14 Ἔστι δὲ καὶ δῆμος Ἀττικὸς τ̃, &c.] Celebrat nunc Pallenen Atticæ populum Harpocrationi memoratum de quo nihil fatu dignum notavi, nisi quod apud eum pugna inter Pisistratum & Athenienses commissa fuit, teste Scholiasta Aristophanis ad Acharnenses.

15 Παλμυρᾶ, φρούριον Συρίας.] Palmyra, castellum Syriæ. Castellum vocat noster, quod aliis est urbs nobilis, & antiquissima, quippe quæ sapientissimum regum habuit conditorem, ut apparet ex Paralipom. lib. 2. c. 8. ubi תדמר *Thadmor* vocatur, atque in deserto à Salomone ædificata dicitur fuisse; D. Hieronymus vertit Palmiram; de qua sic loquitur Josephus Antiquit. lib. 8. c. 2. Ἐμβαλὼν δὲ καὶ εἰς τὴν ἔρημον τὴν ἐπάνω Συρίας καὶ κρατήσας αὐτῆς, ἔκτισεν ἐκεῖ πόλιν μεγίστην, δυοῖν μὲν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπὸ τ̃ ἄνω Συρίας διεστῶσαν, ἀπὸ δὲ Εὐφράτου μιᾶς, ἀπὸ δὲ τ̃ μεγάλης Βαβυλωνίας, ἐξ ἡμερῶν ἓξ τὸ μῆκος. Αἴτιον δὲ τ̃ τὴν πόλιν κτίσαι ἀπὸ τ̃ οἰκειοτάτων μερῶν τ̃ Συρίας ἀπωκεῖσθ, τὸ κρατεῖσθαι μὲν ἀδυμεῖ τ̃ γῆς ὕδωρ εἶναι, πηγὰς δ' ἐν ἐκείνῃ μόνῃ τ̃ τόπῳ εὑρεθῆναι καὶ φρέατα. Ταύτην ἐν τὴν πόλιν οἰκοδομήσας, καὶ τείχεσιν ὀχυρωτάτοις περιβαλών, θωρακομάχοις ὠπλισε, καὶ τ̃τ' ἐπὶ πολὺ κρατεῖται τ̃ δι' αὐτῆς Σύροις. Οἱ δ' Ἕλληνες αὐτὴν τραχυτέρως σπῶσι, Παλμυρᾶν. i. e. *Ingressus deinde* [Solomon] *in desertum, quod est super Syriam, ejusque regionis potitus, urbem ibi maximam condidit, duorum dierum itinere à superiore Syria distantem, ab Euphrate vero unius, à magna verò Babylone distat sex dierum itinere. Quare autem à reliquis cultæ Syriæ partibus hæc urbs tam procul habitetur, causa est hæc, quòd mediterranea per desertum potentibus, ibi demum fontes ac putei reperiuntur. Hac igitur urbe exstructa, & mœnibus validissimis cincta,* Thadamoram *eam appellavit, quo nomine etiam nunc à Syris vocitatur. Græci* Palmiram *nuncupant.* E nostris eam elogio suo condecoravit Plin. lib. 5. c. 25. *Palmyra urbs nobilis situ, divitiis soli, & aquis amœnis, vasta undique ambitu arenis includit agros; ac veluti terris exempta à rerum natura, privata sorte inter duo imperia summa, Romanorum, Parthorumque, & prima in discordia semper utrimque cura; abest à Seleucia Parthorum, quæ vocatur ad Tigrim* CCCXXXVII. *mill. pass. à proximo vero Syriæ litore* CCLII. *millibus, & à Damasco* XXVII. *propius.* Palmyram instauratam Adrianum imperatorem inquit noster, nescio ex quo autore, unde ejus incolæ *Adrianopolitæ* vocati fuere, quorum regina Zenobia apud scriptores clara habetur, non solum bellica virtute sed literis, utpote quæ Syriace, Ægyptiace, Græce, & Latine sciret, ad conciones militares galeata cum limbo purpureo, gemmis dependentibus procedere solebat, historiæ Alexandrinæ, atque orientalis ita perita, ut eam epitomasse dicatur, autore Trebellio Pollione in ejus vita, ab imperatore Aureliano victa in triumphum Romam deducta fuit, ejus urbs capta, quam postea rebellantem solo æquavit, ut memoriæ commendavit Flavius Vopiscus in Aureliano. Ejus libet apponere verba: *Rarum est ut Syri fidem servent, immo difficile. Nam Palmyreni, quijam victi atque contusi fuerant, Aureliane rebus Europensibus occupato, non mediocriter rebellarunt. Sandarionem enim, quem in præsidio illic Aurelianus posuerat, cum sexcentis sagittariis occiderunt, Achilleo cuidam parenti Zenobiæ parantes imperium. Verùm adeò Aurelianus, ut erat paratus, ex Europa revertit; atque urbem, quia ita merebatur, evertit.*

16 Πάλτος, πόλις Συρίας.] Paltus, urbs Syriæ, juxta quam Memnon sepultus dicitur apud flumen Badam, ut ex Simonide in Memnone narrat Strabo lib. 15. Memoratur etiam Ptolemæo lib. 5. c. 15. è nostris Melæ lib. 1. c. 12. Plinio lib. 5. c. 20. Cassio apud Ciceronem Epist. lib XIII. ad diversos, Epistola XII. Cum in oriente religio Christiana vigeret, erat urbs Episcopalis. Nam ejus episcopus *Severus Paltensis* subscripsit Constantinop. 1. auctore L. Holstenio ad Geographiam Sacram in Syria prima.

17 Παμβωτάδης, δῆμος Ἀττικὸς, &c.] Pambotades, populus id est oppidum Atticæ. Memoratur etiam Harpocrationi, de quo nihil dictu dignum notavi.

18 Παμ-

ΠΑΜΦΥΛΙΑ[18], χώρα συνεχὴς τῇ Ἰσαυρίᾳ, ἀπὸ Παμφύλης τῆς Ῥακίου καὶ Μαντοῦς. Οἱ κάτοικοι, Παμφύλιοι. Τὸ κτητικὸν Παμφυλιακὸς, ὡς τὸ Κύπριος Κυπριακὸς, Βοιώτιος Βοιωτιακός. Ἐγχωρίως δὲ τὸ Πάμφυλις συμπαροξύνεσθαι, ὁμοίως τῷ Ἄγρυλις, διὰ τὸ ῡ μακρόν. Τὰ γὰρ συνεσταλμένον ἔχοντα τὸ υ, ὀξύνεται· πηγυλίς.

PAMPHYLIA, regio vicina Isauriæ, à Pamphyle Racii, & Mantûs filia. Incolæ, Pamphylii. Possessiv. Pamphyliacus, ut Cyprius, Cypriacus, Bœotius, Bœotiacus. Debebat verò Pamphylis fœmineum, accentum in antepenulti. habere, eodem modo ac Agrylis per *y* longum. Quæ enim habent *y* breve, acuuntur ut πηγυλίς. h. e. *gelida.*

19 — Νὺξ γὰρ ἐπῆλθε κακὴ Βορέαο πεσόντος,

— *Nox verò ingruit mala Borea cadente,*

Πηγυλίς. —

Gelida. —

Θηγυλὶς, ἐπίθετον Ἀθηνᾶς· Γογγυλίς. Τὸ δὲ Παμφυλὶς ἐθνικὸν, ὀξύνεται, ὡς Αἰολὶς, Αἰτωλὶς καὶ τὰ ὅμοια. 20 Ὁ Φυλέτης, Πάμφυλος, ἀλλὰ καὶ Παμφύλιος. Ἔστι δὲ καὶ Παμφυλία πόλις Μακεδονίας.

[Et ut] Thegylis, epithetum Minervæ. [Et ut] Gongylis. Pamphylis verò gentile acuitur, ut Æolis, Ætolis, & similia. Tribulis, Pamphylus, & Pamphylius. Est etiam Pamphylia, urbs Macedoniæ.

ΠΑΝΑΙΟΙ, ἔθνος Ἠδωνικὸν, ἐκ πόρρω Ἀμφιπόλεως.

PANÆI, gens Edonica, non procul ab Amphipoli.

ΠΑΝΑΙΟΥΡΑ, πόλις Ἰνδικὴ, πρὸς τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ. Τὸ ἐθνικὸν, Παναιουρεύς, καθ' ὁμοιότητα τῆς Κίνυρα Κινυρεὺς, Κυνόσουρα Κυνοσουρεύς· Καὶ ὡς Βαῦρα Βαυραῖος, Παναίουρα Παναιουραῖος· Καὶ Ἄγουρα Ἀγούριος, Παναίουριος.

PANÆURA, urbs Indica, circa Indum fluvium. Gentile, Panæureus, ad similitudinem & Cinura, Cinureus, Cynosura, Cynosureus. Et ut Baura, Bauræus, Panæura, Panæureus, & Agura, Agurius, Panæurius.

ΠΑΝΑΚΡΑ, ὄρη Κρήτης· Καλλίμαχος, Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσιν, ἅπερ κλείουσι Πάνακρα.

PANACRA, montes Cretæ, Callim. *Idæis in montibus, quos claudunt Panacra.*

Τὸ ἐθνικὸν, Πανακραῖος. Τὸ θηλυκὸν, Πανακρὶς. Ἔστι δὲ καὶ Πάνακρον πόλις Κύπρου. Τὸ ἐθνικὸν Πανακραῖος, ἢ Πανάκριος.

Gentile, Panacræus. Fœmin. Panacris. Est etiam Panacrum urbs Cypri. Gentile, Panacræus, vel Panacrius.

ΠΑΝΑΚΤΟΝ[21], φρούριον Ἀττικὸν, ὡς Ἀνδροτίων ἐν τρίτῳ Ἀτθίδος.

PANACTUM, castellum Atticum, ut Androtio Atthidis lib. 3.

ΠΑΝΔΑΙ[22], ἔθνος Ἰνδικὸν, κατ' Διονύσου

PANDÆ, gens Indica, quæ adversus Dio-

18 Παμφυλία, χώρα συνεχὴς τῇ Ἰσαυρίᾳ.] Pamphylia, regio Isauriæ adhærens; ejus descriptionem reperies apud Cosmographum lib. 5. c. 5. nominis etymon deducit noster à Pamphyle quadam; alii verò sic dictam fuisse dixerunt, quòd tota frondosa esset, id nomine significante. De ejus oppidis egregia fuere *Olbia*, *Side*, *Aspendus*, *Perge*. De amnibus, *Melas* & *Eurymedon*, apud quem Cimon Athenienſium dux navali prælio Persas superavit, autore Mela lib. 1. c. 14.

19 — Νὺξ γὰρ, &c. Versiculus iste reperitur apud Homerum Odyss. 14. v. 475. quem affert in confirmationem accentuationis, de qua agit.

20 Ὁ φυλέτης, &c.] Cum ὁ φυλέτης significet tribulem, & in hac sectione non agatur de tribubus, sed de Pamphylia, sine dubio pro ὁ φυλέτης legendum est ὁ οἰκήτωρ, Πάμφυλος, &c. i. e. *habitator*, *Pamphylus*, *&c.* Quod ratio clamat.

21 Πάνακτον, φρούριον Ἀττικόν.] Panactum, castellum Atticum. Memoratur Pausaniæ in Atticis: Κάσανδρος δὲ βασιλεύσας (τὰ δὲ ἐπ' Ἀθηναίοις ἐπίξενοι μοι μόνα ὁ λόγος) Πάνακτον τεῖχος ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ Σαλαμῖνα εἶλε, τύραννόν τε Ἀθηναίοις ἔπεμψε Δημήτριον τὸν Φανοστράτου, τὰ πρὸς δόξαν εἰληφότα ἐπὶ σοφίᾳ. i. e. *Cassander verò, inito regno, (quæ ad Athenienſes pertinent, oratione tantum mihi percurrenda sunt) Panactum castellum in Attica & Salamina cepit, tyrannumque Athenienſibus dedit Demetrium Phanostrati filium sapientiæ laude clarum.* Ab Bœotiis solo æquatum fuisse memoriæ prodidit Thucydides lib. 5. Οἱ πρέσβεις τῶν Λακεδαιμονίων, Ἀνδρομένης καὶ Φαίδιμος καὶ Ἀντιμενίδας, ὃς ἔδει τὸ Πάνακτον καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς τῶν Βοιωτῶν τῶν Λακεδαιμονίοις Ἀθηναίοις ξυμβῆναι, τὸ μὲν Πάνακτον κατὰ τὰ Βοιωτῶν αὐτῶν καθῃρημένον δρῶν, ἐπὶ τῷ φόνῳ ὡς ἥσσον πόλις Ἀθηναίοις καὶ Βοιωτοῖς ἐν ἀμφοτέροις τοῖς αὐτοῖς ὄρεσι παλαιοῖς, μηδετέρους οἰκεῖν τὸ χωρίον, ἀλλὰ κοινὴν νέμειν. i. e. *Legati verò Lacedæmoniorum, Andromenes & Phædimus & Antemenidas, quibus mandatum fuerat, ut Panactum & captivos à Bœotis receptos Athenienſibus redderent, Panactum quidem ab ipsis Bœotis eversum invenerunt, sub prætextu, quod olim inter Bœotos & Athenienſes de eo, differentia orta, jurejurando interposito convenissent, ut neutri id oppidum incolerent, sed eo uti communiter in pascua liceret.*

22 Πάνδαι, ἔθνος Ἰνδικόν.] Pandæ, gens Indica. De qua ita Plinius lib. 6. c. 20. *Ab iis gens Pandæ, sola Indorum regnata fœminis. Unam Herculi sexus ejus genitam ferunt, ob idque gratiorem præcipuo regno donatam, ab ea deducentes originem imperitant* CCC. *oppidis, peditum* CL. M. *elephantis quingentis.* Hæc eadem gens *Pandea* dicitur Solino cap. 65. ab Herculis filia, de quibus placet huc conferre verba Arrhiani Rerum Indicarum libro: Καὶ τάδε ἔφασαν μὲν πολλοὺς πόρρω χωρεῖν ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ (πολλῆσι γὰρ δὴ γυναιξὶν ἐς γάμους ἐλθεῖν καὶ τέκνων τὸν Ἡρακλέα) θυγατέρων δὲ μιῇ μόνῃ. Οὔνομα δὲ εἶναι τῇ παιδὶ Πανδαίᾳ. Καὶ τὴν χώρην ἰσάλε ἐχρῆτο, καὶ ἔτι ἐπέτρεψεν αὐτῇ ἄρχειν Ἡρακλῆς, Πανδαίᾳ, τὴν παῖδα ἐπώνυμον. Καὶ ταύτην ἐλέφαντας μὲν χρυσᾶς ἐν δὲ πάλῳ ἐς πυθμένισιν, ἵππους δὲ ἐς τέρακα χιλίους· πεζοὺς δὲ, ἐς τὰς τρεῖς καὶ δέκα μυριάδας. i. e. *Et hujus inultos liberos ma-*

νύσιος μετὰ Διηριάδος στασιάσαντος, καθὰ Διονύσιος.

A Dionysum cum Deriade bellum gessit, ut Dionysius.

ΠΑΝΔΟΣΙΑ [23], φρούριον Βρεττίων, ἐρυμνὸν τρικόρυφον, ὅθι ὁ ἐφάψας Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς, ἀπατηθεὶς ὑπὸ χρησμοῦ τοιούτου·

PANDOSIA, castellum Brettiorum munitum, ac tres vertices habens, circa quod interfectus fuit Alexander Ætolus, deceptus

B ab hujusmodi oraculo.

Πανδοσίη τρικόλωνε, πολλὰ ποτὲ λαὸν ὀλέσσεις.

Pandosia tres habens colles, multum aliquando populum perdes.

Ἔδοξε γὰρ πολεμίων, οὐκ οἰκείων φθορὰν δηλοῦσθαι. Τὸ ἐθνικὸν, Πανδοσῖνος, ἀλλὰ καὶ Πανδοσιανός. [24] Ἔστι καὶ πόλις Θεσπρωτίας. Τὸ

C ἐθνικὸν, Πανδοσιεύς.

Existimavit enim hostium, non suorum cladem significari. Gentile, Pandosenus, & Pandosianus. Est etiam urbs Thesprotiæ. Gentile, Pandosieus.

ΠΑΝΕΑΣ [25], πολίχνιον Φοινίκης. Ὁ πολίτης, Πανεάτης.

PANEAS, oppidulum Phœniciæ. Civis, Paneates.

ΠΑΝΕΛΛΗΝΕΣ [26], ὡς Πανάχαιοι, ἀπὸ μέρους τοῦ παντὸς * τῷ ποιητῇ, ὡς

D

— Λέλεγας καὶ Τρῶας ἐναίρων.

[27] Ἕλληνες γὰρ παρ' αὐτῷ, οἱ τὴν Φθιῶτιν Ἑλλάδα κατοικοῦντες.

Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο, καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἀχαιοί. ΠΑ-

PANHELLENES, ut Panachæi, à parte τοῦ παντὸς * Poëtæ, ut:

— *Leleges & Troës occidens.*

Hellenes enim apud eum, qui Phthiotim Hellada habitabant. [*dicebantur*]

Myrmidones verò vocantur, & Hellenes, & Achæi. PA-

ves fuisse (multas enim uxores habuisse & hunc Herculem) filiam verò unicam. Nomen autem fuisse puellæ Pandææ, & regionem in qua nata est, & cujus imperio eam præfecit Hercules, Pandæam de ejus nomine vocatam fuisse dicebant. Datos ei insuper elephantos fere D. equites ad IIII M. *& pedites circiter* CXXXM.

23 Πανδοσία, φρούριον Βρεττίων, &c.] Pandosia, castellum validum Bruttiorum, &c. Sunt verba desumpta ex Strabone. Sic enim ille lib. 6. de hoc Bruttiorum munito castro loquitur: Εἶτα Κωσεντία μεγέπολις Βρεττίων. Μικρὸν ὑπὲρ ταύτης Πανδοσία, φρούριον ἐρυμνὸν, ὅθι λέγουσιν ὁ Μολοττὸς διεφθάρη· ἐξηπάτησε δὲ αὐτὸν ὁ τοῦ Δωδώνη χρησμὸς, φυλάττεσθαι κελεύων τὸν Ἀχέροντα καὶ τὴν Πανδοσίαν· δεικνυμένων γὰρ ἐν τῇ Θεσπρωτίᾳ ὁμωνύμων τόπων, ἐνταῦθα κατέστρεψε τὸν βίον. Τελμῆρυφος δ' ἐστὶ τὸ φρούριον, καὶ ῥεῖ παρ' αὐτὸ ποταμὸς Ἀχέρων· ἐξηπάτησε δὲ καὶ ἄλλο λόγιον.

Πανδοσία τριπόλωνε, πολλὰ ποτὲ λαὸν ὀλέσσεις.

Ἔδοξε γὰρ πολεμίων φθορὰν σὺν οἰκείων δηλοῦσθαι. Φασὶ δὲ καὶ βασιλείων πόλιν γενέσθαι τὴν Οἰνωπικῶν βασιλείων τῶν Πανδοσίων. i. e. *Deinde Bruttiorum metropolis Consentia. Paulum supra hanc sita est Pandosia, castrum validum, ubi Alexander Molossus periit. Decepit enim & hunc oraculum Dodonæum, quod jubebat vitari Acherontem & Pandosiam. Cum enim in Thesprotia ejusdem nominis loca ostensa fuissent, hîc diem obiit. Trivertex verò est castrum ac præterfluit Acheron fluvius. Decepit verò & alia dictio:*

Pandosia trivertex, multum aliquando populum perdes. Existimavit enim hostium cladem, non suorum significari. Ajunt etiam Pandosiam antiquitus fuisse regiam Oenotricorum regum. Eamdem historiam è nostris narrat Livius lib. VIII. Justinus lib. XII. c. II. illius ex libro citato cap. XXIIII. placitum apponere verba: *Eodem anno Alexandriam in Ægypto proditum conditam: Alexandrumque Epiri regem ab exsule Lucano interfectum sortes Dodonæi Iovis eventu affirmasse. Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam aquam, Pandosiamque urbem: ibi fatis ejus terminum dari, eoque ocius transmisit in Italiam, ut quam maxime procul abesset urbe Pandosia in Epiro & Acheronte amni, quem ex Molosside fluentem in stagna inferna accipit Thesprotius sinus. Cæterum (ut ferme fugiendo in media fata ruitur) cum sæpe Brutias Lucanasque legiones fudisset; Heracleam Tarentinorum coloniam, Consentiam ex Lucanis, Sipontumque, Brutiorum coloniam Acerinam, alias inde Messapiorum, ac Lucanorum cepisset urbes, & trecentas familias illustres in Epirum, quas obsidum numero haberet, misisset, haud procul Pandosia urbe imminentes Lucanus ac Brutii finibus tres tumulos aliquantum inter se distantes insedit, ex quibus incursiones in omnem partem agri hostilis faceret: & du-centos fermè Lucanorum exules circa se pro fidis habebat, ut plerasque sunt ejus generis ingenia, cum fortuna mutabilem gerentes fidem, imbres continui campis omnibus inundantes, cum intercluisset trifariam exercitum à mutuo inter se auxilio, duo præsidia, quæ sine rege erant, improviso hostium adventu opprimuntur, &c.* Plutarchus in Pyrrho longe aliter refert Pyrrhi necem; sed ab Strabonis, Livii & Justini, sententia discedere est mihi religio.

24 Ἔστι καὶ πόλις Θεσπρωτίας.] Pandosiam Thesprotiæ civitatem celebrant autores sectione proxima citati, quibus adde Plinium, cui lib. 4. c. 1. dicitur *locus Pandosia.*

25 Πανεὰς, πολίχνιον Φοινίκης.] Paneas, oppidulum Phœniciæ. Sane nullum novi hujus nominis Phœniciæ oppidum, at regionem Paneada, in qua erat fons Jordanis cognominis, & Cæsarea Philippi ex Josepho & Plinio didici; hujus verba ex lib. 5. c. 15. sunt: *Jordanes amnis oritur è fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæsareæ, de qua dicemus.* Idem autor libro citato cap. 18. *Intercursant cinguntque has urbes tetrarchiæ, regnorum instar singulæ, & in regna contribuuntur, Trachonitis, Paneas, in qua Cæsarea cum supra dicto fonte.* Josephus verò de Bello Judaïco lib. 2. cap. 13. juxta Græcum, de Paneade regione sic loquitur: Διαμεινάντες ἐν ταῖς τετραρχίαις, ὅτε Ἡρῴδης καὶ Φίλιππος, ὁ μὲν πρὸς ταῖς Ἰορδάνου πηγαῖς ἐν Πανιάδι πόλιν κτίζει Καισάρειαν, καὶ τὴν κάτω Γαυλανίτιδα, Ἰουλιάδα. Ἡρῴδης δὲ ἐν μὲν τῇ Γαλιλαίᾳ, Τιβεριάδα. i. e. *Manentes in tetrarchiis suis Herodes ac Philippus: hic quidem juxta fontes ipsos, è quibus Jordanes flumen oritur, in Paneade condidit civitatem, quam Cæsaream vocavit: & in inferiore Gaulanitide, Juliadem. Herodes verò in Galilæa, Tiberiadem.*

26 Πανέλληνες, ὡς Πανάχαιοι.] *Panellenes*, i. e. *Omnes-Hellenes*, ut *Panachæi*, i. e. *omnes-Achæi* dicebantur (ut ait epitomator noster, à parte totius) Homero, in cujus confirmationem affert hemistichium, ex ejusdem Il. 20. v. 96. cujus integer versus est:

— Ἥ σ' ἐναίλιον
Ἐγχεῖ χαλκείῳ Λέλεγας, καὶ Τρῶας ἐναίρειν.
— *Et jubebat*
Hasta ærea Leleges, & Troës interficere.

In quo versiculo sumitur pars pro toto. Quare apud Stephanum pro ἐναίρων legendum ex Homero ἐναίρειν. Asteriscus ille huic sectioni appositus denotat aliquid mutilum. Itaque puto pro τοῦ παντὸς legendum τοῦ παυλοῦς.

27 Ἕλληνες γὰρ παρ' αὐτῷ, &c.] Inquit Homerum vocare *Hellenes* eos, qui incolebant Phthiotim Hellada, de qua vide, quæ in Ἑλλὰς annotavimus. Versiculus ille, quem apponit, ut suam firmet sententiam, legitur Il. 2. v. 684. in quo pro καλεῦντο legendum est κεκλῆντο. Sic enim illic legitur, seu Ionicè seu Doricè. 28 Ἔστι

ΠΑ΄ΝΕΛΟΣ ἐθνικῶς, πόλις περὶ τὸν Πόντον. Ἐκλήθη ἢ ἀπὸ τινος τῶν Ἡρακλεωτῶν, ὃς ἀφίκετο ἐκ Βοιωτίας, ἀπόγονος ὢν Πηνέλεω τοῦ στρατηγήσαντος ἐπὶ Τροίαν.

PANELUS, mascul. gen. urbs circa Pontum. Sic verò vocata fuit à quodam Heracleotarum, qui ex Bœotia pervenit, nepos Penelei, qui in Troiam dux fuit.

ΠΑΝΙΑ, ὁλκεῖον Κιλικίας περὶ τὸ Ἀλήϊον πεδίον. Τὸ ἐθνικὸν, Πανιεύς. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Πανιάς. [28] Ἔστι ἢ καὶ Πάνιον σπήλαιον Παλαιστίνης, ἀφ' οὗ ἄντρου ὁ ποταμὸς Ἰορδάνης. Ὁ τοπίτης, Πανιεύς.

PANIA, navale Ciliciæ circa Aleium campum. Gentile, Panieus, fœmin. Panias. Est etiam Panium, specus Palæstinæ, unde fluit fluvius Jordanes. Loci habitator, Panieus.

ΠΑΝΙΩ΄ΝΙΟΝ [29], τέμενος καὶ πόλις ἐν τῇ Ἰωνικῇ τῶν Ἐφεσίων καὶ Σαμίων. Ὁ πολίτης Πανιωνεὺς καὶ τὸ ἐθνικὸν Πανιώνιος. Ἔστιν οὖν ὡς Βυζάντιον Βυζαντιακὸς, Ἀνακτόριον Ἀνακτόριος. Τὸ κτητικὸν Πανιωνικός.

PANIONIUM, lucus, & urbs in littore maritimo Ephesiorum, & Samiorum. Civis, Panionius, cujus neutrum Panionia. Est igitur ut Byzantium, Byzantenus, Anactorium, Anactorius, possessiv. Panionicus.

ΠΑΝΔΑΤΑΡΙΑ [30], νῆσος, ἐν ᾗ ἐξώρισεν Ἀγριππίνην τὴν γυναῖκα Τιβέριος Νέρων. Τὸ ἐθνικὸν Πανδαταρικῶς, καὶ Πανδαταρεανός.

PANDATARIA, insula in quam Tiberius Nero Agrippinam uxorem relegavit. Gentile, Pandatarenus, & Pandatarianus.

ΠΑΝΟ΄ΠΗ [31], πόλις Φωκίδος. Κέκληται

PANOPE, urbs Phocidis. Sic verò vocata

28 Ἔστι δὲ καὶ Πάνιον σπήλαιον Παλαιστίνης, &c.] Panium, spelunca Palæstinæ, à qua effluit fluvius Jordanes. Id hausit noster ex Josephi fontibus. Sic enim ille loquitur de hoc antro lib. 3. de Bello Judaico juxta versionem Latinam cap. XVIII. Καὶ δοκεῖ μὲν Ἰορδάνης πηγὴ τὸ Πάνειον. Φερέλαι δὲ ὑπὸ γῆν εἰς τοῦτο κρυπτὸς ἐκ τῆς καλουμένης Φιάλης, &c. i. e. *Et videtur quidem Jordanis fons Panium; sub terram verò conditus huc fertur ex ea, quæ* Phiale *vocatur.* Ac paululum post: Ἀγνοοῦμεν δὲ ὁ Ἰορδάνης ὑπόθεν ἄρχεται. Μέχρι δὲ πεντεκαιδεκάτου Τραχωνίτων ἠλέγχθη Φιλίππῳ. Βαλὼν γὰρ ἄτομον εἰς τὴν Φιάλην ἀνῆκεν, καὶ τὸ Πάνειον, ἔνθεν ἐδόκουν οἱ παλαιοὶ γεννᾶσθαι τὸν ποταμὸν, δῆλον ἀνενεχθέντα. Τὸ γε μὴν Πανεῖς τὸ φυσικὸν κάλλος ὑπὸ τῆς βασιλικῆς ἀφορμῆς πολυτελείας, τὴν Ἀγρίππαν πλεῖστον κεκοσμηκέναι. Ἀρχόμενος δὲ φανερᾶς ἀρδόμενος ὁ Ἰορδάνης ἀπὸ τοῦδε ἤδη τοῦ Σεμεχωνιτικοῦ λίμνης ἔλαβε τὸ καλεῖσθαι. i. e. *Cum nesciretur Jordanes hinc incipere, per Philippum tetrarcham Trachonitarum; id compertum fuit. Is namque missis in Phialen paleis, invenit eas apud Panium redditas, unde veteres putabant hunc amnem nasci. Naturalis quidem pulchritudo Panii, regia magnificentia accurata fuit, Agrippa divitiis ornante; manifesto autem Jordanes ex hoc antro incipiens, fecat Semechonitidis lacus paludes cænosas.* Circa hunc locum Herodem Magnum Augusto Cæsari templum è candido marmore posuisse autor est idem Joseph. de Bello Judaico lib. 1. c. 16. Ὁ δὲ, καὶ ταύτῃ ναὸν αὐτῷ λαμπρᾶς μαρμάρου καθιδρύσατο πρὸς τοῖς Ἰορδάνου πηγαῖς· καλεῖται δὲ Πάνιον ὁ τόπος. i. e. *Ille verò & hîc templum ipsi e candido marmore posuit juxta Jordanis fontes; vocatur verò* Panium *locus.*

29 Πανιώνιον, τέμενος καὶ πόλις, &c.] Panionium, lucus & urbs in ora maritima Ephesiorum, & Samiorum, ubi collecti omnes Iones, id enim nomen sonat, de suis rebus inter se consultabant, sacra Neptuno Heliconio facientes, quæ *Panionia* vocabant, ut apparet ex Strabonis lib. 14. Μεταξὺ δὲ τοῦ Σαμίου πορθμοῦ τοῦ πρὸς Μυκάλην, πλέουσιν εἰς Ἔφεσον, ἐν δεξιᾷ ἐστιν ἡ Ἐφεσίων περαία. Μέρος δὲ ἔχουσιν αὐτῆς καὶ οἱ Σάμιοι. Πρῶτον δ' ἐστὶ ἐν τῇ περαίᾳ τὸ Πανιώνιον, τρισὶ σταδίοις ὑπερκείμενον τοῦ θαλάττης, ὅπου τὰ Πανιώνια πανήγυρις τῶν Ἰώνων συνελεύεται τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι καὶ θυσία. i. e. *Post Samium fretum, quod est ad Mycalen, navigant Ephesum, ad dextram est Ephesiorum ora, partem ejus habent etiam Samii. Primum in ora maritima illa est Panionium, tribus stadiis supra mare situm, ubi Iones solennem conventum celebrant Heliconio Neptuno & ipsi sacra faciunt.* Videsis Herodot. lib. 1. c. 143. & 148.

30 Πανδαταρία, νῆσος, ἐν ᾗ, &c.] Pandataria, insula in quam Tiberius Nero Agrippinam uxorem relegavit. Extra literarum seriem occupat locum insula Pandataria, cujus situm silentio prætermittit; Ptolemæus lib. 3. c. 1. eam locat in Tyrrheno pelago, cui Πανδατερία nuncupatur, de qua sic loquitur Strabo lib. 5. Τῶν δὲ περαίων ἐν οἷς μάλιστα στρέφεσθαι δύο νῆσοι πελάγιαι, Πανδατερία τε καὶ Ποντία, μικραὶ μέν, οἰκίσεως δὲ ἕνεκα· ἐπιτηδείως δ' ἔχουσι πρὸς τὴν ἤπειρον ἢ ἐπὶ σ. i. e. *Ad speluncarum vero conspectum maxime jacent duæ insulæ in pelago, Pandataria & Pontia, parvæ quidem, sed bene habitatæ, & à se invicem non procul disjunctæ, à continente autem* CCL. [stadiis.] Insulæ, quæ sunt prope continentem Græcis dicuntur παράκτιοι, ac si diceres *prope-terram*, quæ longius à continente distant, ab eisdem vocantur πελάγιαι, i. e. *in-pelago.* E nostris memoratur Melæ lib. 2. c. 7. Plinio lib. 3. c. 6. Solino cap 8. Corn. Tacito Ann. lib. 1. cap. 53. & lib. 14. cap. 63. cui *Pandateria* dicitur. In hanc insulam solebant Imperatores Romani reos relegare. Namque apud Dionem lib. LV. si bene memini, legi, Augustum filiam Juliam relegasse, occiso Julio Antonio, & aliis, qui cum illa consuêverant, cum verò Phœbe Juliæ liberta, atque ejus vitiorum adjutrix, morte sibi illata, supplicium prævertisset, Augustum dixisse refert, *se maluisse Phœbes, quam Julia patrem esse*, quod etiam ex Suetonio in Augusto cap. 65. apparet, ubi Augustus dicitur Julias filiam & neptem omnibus probris contaminatas relegasse. Fallitur autor noster, cùm inquit, Tiberium Neronem in hanc insulam Agrippinam uxorem relegasse. Hæc enim Agrippina non fuit uxor, sed nurus Tiberii Neronis, Germanici uxor, Augusti neptis ex filia Julia, C. Cæsaris Caligulæ mater, ut patet ex Suetonio in Tiberio Nerone cap. LIII. & in Caligula cap. XV.

31 Πανοπή, πόλις Φωκίδος.] Panope, urbs Phocidis. Scylaci in Φωκεῖς dicitur Πανοπεῦς, de qua in Phocicis Pausanias. Græcis omissis, Latina apponо: *A Chæronea ad Panopeas sunt stadia viginti. Est autem urbs Phocensium, si urbem & hos nominare par est, quibus non prætorium, non gymnasium, non theatrum est, non forum habent, non denique aquam in fontem permeantem, concavas habitant casas, qualia sunt montana tuguria inter convallium anfractus: suis tamen limitibus a finitimis dividuntur, mittuntque certos homines, qui sibi attributum sedendi locum in Phocensium conventu teneant. Nomen urbi ab Epei patre ductum ajunt, cum ab initio se Phlegyas fuisse dicant, & in Phocidem ex Orchomeniorum finibus profugos transfisse: veterem Panopeorum ambitum vidimus, quem stadiûm septem fuisse conjicimus, &c.* Idem autor ad ejusdem urbis proximum torrentem celebrat Tityi sepulchrum, Smyrnæis & Andinis plectris celebrati, Odyss. 11. v. 575. Æneid. lib. 6. v. 595. Hujus placet versus apponere, sunt enim Homericis meliores:

Necnon & Tityon terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat, per tota novem cui jugera corpus
Porrigitur.

κληται ἢ ἀπὸ Πανωπέως ϗ Φώκης παιδός. Τὸ ἐθνικὸν ἐν Πανοπεῖ, ὁμοίως τῷ πρωτοτύπῳ.

cata fuit à Panopeo Phoci filio. Gentile igitur Panopeus, similiter prototypo.

ΠΑ΄ΝΟΡΜΟΣ[32], πόλις Σικελίας, ϗ λιμήν, ὡς Πολύβιος. Οἱ κατοικοῦντες, Πανορμεῖοι.[33] Ὁ ἢ ϗ ἐν Σικελίᾳ πολίτης, Πανορμίτης. Τὸ θηλυκὸν, Πανορμῖτις. Λέγεται ἢ ϗ Πανορμεύς.

PANORMUS, urbs Siciliæ, & portus, ut Polybius. Incolæ, Panormeni. Civis ejus, qui in Sicilia Panormita. Fœm. Panormitis. Dicitur etiam Panormeus.

ΠΑ΄ΝΟΣ[34], κώμη πρὸς τῷ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, ἥτις ϗ Πανὼν λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν, Πανοκωμίτης.

PANOS vicus, circa mare rubrum, qui etiam *Panon* dicitur. Gentile, Panocomites.

ΠΑ΄ΝΟΣ[35], πόλις Αἰγύπτου. Ἔστι ἢ ϗ ϗ θεοῦ ἄγαλμα μέγα, ὀρθιακὸν ἔχον τὸ αἰδοῖον εἰς ἑπτὰ δακτύλους· Ἐπαίρει τε μάστιγας τῇ δεξιᾷ σελήνῃ, ἧς εἴδωλόν φασιν εἶναι τὸν Πᾶνα. Ὁ πολίτης, Πανοπολίτης.

PANOS, urbs Ægypti. Est etiam Dei magnum signum, quod habebat pudendum arrectum circiter septem digitorum. Dexteraque intentat flagellum lunæ infligere, cujus idolum ajunt esse Pana. Civis, Panopolites.

ΠΑΝΤΙΚΑ΄ΠΑΙΟΝ[36], πόλις μεγίστη, τοῦ κατὰ Βόσπορον μητρόπολις. Οἰκίσθη ἢ ὑπὸ Αἰήτου παιδὸς, λαβοῦσα τὸν τόπον παρὰ Ἀγήτου ϗ Σκυθῶν βασιλέως[37], ϗ καλέσασα τὴν πόλιν ἀπὸ ϗ παρρέοντος παρὰ αὐτὴν ποταμοῦ Παντικάπου. Ὁ πολίτης Παντικαπαιός. Λέγεται ϗ Παντικαπάτης. Ἔστι ἢ Παντικαπαιός, ὡς Σινώπη Σινωπεύς. Τὸ ἢ Παντικαπάτης, κεῖται παρὰ Εὐσταθίῳ.

PANTICAPÆUM, urbs maxima, earum, quæ juxta Bosphorum metropolis. Condita verò fuit ab Æetæ filio, qui ab Agaëte Scytharum rege locum acceperat, atque à præterlabente fluvio Panticapa civitati nomen imposuit. Civis, Panticapæus. Dicitur etiam Panticapiates. Est verò Panticapæus, ut Sinope, Sinopeus, Panticapiates verò invenitur apud Eustochium.

ΠΑΝ-

32 Πάνορμος, πόλις Σικελίας, ϗ λιμήν.] Panormus, urbs Siciliæ & portus, ex Polybio. qui lib. 1. eam à Romanis captam celebrat: Καὶ πλεύσαντες ἀπὸ πορθμοῦ, παρεβάλοσαν εἰς τὸ Μεσσήνης τὸ ἀφετήριον τῶν πλοίων εἰς τὴν ναυαγίας ϗ κατάφυγες εἰς Πάνορμον τῶν Σικελίας τριακοσίας ναῦς, ἅπερ ὑπὸ βαρυνθέντι πόλις τῶν Καρχηδονίων ἐπαρχίας, ὑπεχείρησαν αὐτὴν πολιορκεῖν. Συνηκολούθουν ἢ κατὰ διπλᾶς τάξεις ἔρχα, ϗ τ' ἄλλα παρεσκευασμένοι, παρασήραντο τὰς μηχανάς. Φαδίως ἢ ἐπὶ ϗ θαλάττιον πύργον πεσόντος, ϗ βιασαμένων ταύτη τῶν ἑρμοπωλῶν, ἡ μὲν καλουμένη Νέα πόλις ἑαλώκει καθ' ἑαυτήν· ἡ ἢ Παλαιὰ παρασυμμιγεῖσα, τότε συμβαίνει, κινδυνεύσει. Διὸ ϗ τοῖχος ἐνέδοσαν αὐτὴν οἱ καθικέσθαι. i. e. *Et navigato freto assumpserunt de Messana naves, quæ ex naufragio supererant, & classe navium* CCC. *Panormum Siciliæ appellunt, quæ erat gravissima Carthaginiensium ditionis, & eam obsidere aggressi sunt. Itaque duobus locis, operibus institutis, cæterisque rebus præparatis, machinas admovent. Dejecta non difficulter turri ad mare sita, quum illac irruissent milites, capta est per vim illa oppidi pars, quæ vocatur* Nova urbs: *nec mediocriter hoc casu illa, quæ* Vetus *nuncupabatur, periclitata est. Quapropter sine mora eam oppidani tradiderunt.* Ejus conditores obscura caligine teguntur, sed ex nomine conjici potest fuisse Græcos. Panormos enim dicta fuit, quod pulcherrimum portum haberet, ut tradit Diod. Siculus in Eclog. ex lib. 22. Εὐθὺς ἦκεν ἐπὶ τὸν Πανορμίτην πόλιν, ἔχουσαν λιμένα κάλλιστον τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν· ἀφ' ἧς ϗ τὴν πόλιν συμβέβηκε πεδυχέναι τοῦτο τὸ ὄνομα. i. e. *Statim* [Pyrrhus] *Panormitanorum urbem aggreditur, quæ pulcherrimum totius Siciliæ portum habet, à quo & hoc vocamen urbs sortita fuit.* Est Panormus, civitas commercio celebris, Archiepiscopalis, Siciliæ caput & sedes pro-regis Hispani, etiam nunc parùm corruptum nomen servat, *Palermo* enim vocatur. Gaudet civium multitudine, ædificiorum magnificentia, & rerum omnium opulentia. Gloriatur Antonio Panormitano alumno, qui fuit ab epistolis Alfonsi regis Neapolitani, de cujus dictis & factis libros quatuor composuit, quos Æneas Sylvius commentariis illustravit. Memoratur Livio lib. 24. c. 36. Melæ lib. 2. c. 7. Plinio lib. 3. cap. 8. cui *Panhormum* dicitur. Terminationem enim oppidorum apud Græcos in *os* Latini & in *us* & in *um* usurpant, ut alibi annotavimus. Si plura de hac urbe scire desideras, vide Cluv. Sic. Antiquæ lib. 2. c. 3. Valguarneram de primordio urbis Panormitanæ, & de primis Siciliæ, atque Italiæ cultoribus.

PAN-

33 Ὁ ἢ ϗ ἐν Σικελίᾳ πολίτης.] Suspecta lectio mihi videtur, aut aliquid ex antecedentibus deficit, siquidem agit de differentia gentilium, ac si plures commemorasset illius nominis urbes; illa enim verba id innuunt.

34 Πάνος, κώμη πρὸς τῷ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.] Legendum puto, Πάνος κώμη, κώμη πρὸς, &c. i. e. *Panos come, vicus circa, &c.* Simili enim modo dicitur Ἀρκάνης, νῆσος Καρίας, & Ἑλενόπολις, πόλις; & alia hujusmodi, ut sæpe sæpius annotavimus. De hoc verò Panos vico circa mare rubrum summum est apud alios silentium.

35 Πάνος, πόλις Αἰγύπτου.] Lege Πάνος πόλις, πόλις Αἰγύπτου, i.e. *Panos polis, urbs Ægypti*, ut Διὸς πόλις, πόλις. Panos polis verò Ægypti urbs memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. cui *Panopolis* dicitur, à qua Nomos Panopolites dicebatur præfectura quædam Ægypti. Ejus quoque fecit mentionem Plinius lib. 5. c. 9. urbs nullam ob aliam rem memoranda, nisi quòd protulerit *Nonnum* Poëtam insignem, cujus extant Græca lingua Dionysiacorum libri XLVIII. & Paraphrasis in Joannem, utrumque opus carmine Epico.

36 Παντικάπαιον, πόλις μεγίστη τῶν, &c.] Panticapæum, urbs maxima, Bosporanorum metropolis, sita in faucibus Mæotidis paludis ad Bosporum Cimmerium, cujus erat quasi splendor, sicut Bospori Thracii Constantinopolis; Cimmerium verò Bosporum loquebantur eam freti partem, quæ erat ad Mæotidem paludem; noster autor ab Æetæ filio conditam tradit. Strabo autem lib. 7. à Milesiis. Τὸ ἢ Παντικάπαιον λόφος ἐστὶ πάνυ περιοικούμενος ἐν κύκλῳ σταδίων ἑκατόν· ἔστι ἓν μὲν ἔχει λιμένα, ϗ νεώρια, ὅσον τριάκοντα νεῶν· ἔχει ἢ ϗ ἀκρόπολιν· κτίσμα δ' ἐστὶ Μιλησίων. i. e. *Panticapæum tumulus est circumquaque accolis refertus, ambitu in orbem stadiorum* XX. *Versus orientem habet portum & navalia, circiter ad* XXX. *naves. Habet & arcem. Opus autem est Milesiorum.* Memoratur etiam Scylaci, Arrhiano in Periplo Ponti, Plinio lib. 4. c. 12. & aliis.

37 Καὶ καλέσασα τὴν πόλιν, &c.] Æetæ filium Panticapæo urbi nomen imposuisse de nomine fluvii Panticapæ inquit, cujus fluminis meminit Periegeta v. 314. & prius Herodotus lib. 4. c. 54. Erat autem amnis Scythiæ Europææ, qui Scythas Nomadas Georgosque disterminabat, autore Mela lib. 2. c. 1. *Georgos* vocat Mela, qui Herodoto libro capiteque citato dicuntur γεωργοὶ Σκύθαι. i. e. *Scythæ aratores, seu agricolæ.*

38 Παν-

ΠΑΝΤΟΜΑ΄ΤΡΙΟΝ[38], πόλις Κρήτης. Ὁ πολίτης Παντομάτριος, ὡς Βυζάντιος. Ἢ Παντομάτριεύς, ὡς Βυπράσιος Βυπρασιεύς, καὶ Δολίχιον Δολιχιεύς.

PANTOMATRIUM, urbs Cretæ. Civis Pantomatrius, ut Byzantius. Vel Pantomatrieus, ut Buprasius, Buprasieus, Dolichium, Dolichieus.

ΠΑΠΙ΄ΤΙΟΝ, πόλις Παφλαγονίας. Τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον τῷ πρωτοτύπῳ.

PAPITIUM, urbs Paphlagoniæ. Gentile, simile prototypo.

ΠΑΠΡΙΜΙ΄Σ[39], πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Παπριμίτης.

PAPRIMIS, urbs Ægypti. Civis, Paprimites.

ΠΑΡΑ΄ΔΕΙΣΟΣ[40], πόλις Συρίας. Ἔστι καὶ κώμη Σικελίας τοιῶσδε λεγομένη.

PARADISUS, urbs Syriæ. Est etiam vicus Siciliæ sic dictus.

ΠΑΡΑΙΓΙΑΛΙ΄ΤΑΙ, ἰχθύες περὶ τὰ αἰγιαλὸν θηρεύόμενοι, ὥσπερ Ἀχελωΐτης, καὶ Παρωρεανίτης.

PARÆGIALITÆ, pisces, qui περὶ τὰ αἰγιαλὸν, i. e. *in litore inveniuntur*, ut Acheloitæ, & Paroreanitæ.

ΠΑ΄ΡΑΙΣΟΣ[41], περὶ ἧς Ἡρωδιανὸς ἐν ὀγδόῳ. Τὸ μὲν τι Πάραισος ὀξύνεται. Ἐγένετο δὲ ὁ Πάραισος Μίνῳ συγγενὴς, ἀφ' οὗ καὶ ἡ πόλις ἡ Πάραισος, ὁμοίως τῷ οἰκιστῇ.

PARÆSUS, urbs de qua Herodianus lib. 8. Paræsus quidem acuitur. Erat verò Paræsus Minois cognatus, à quo urbs Paræsus eodem accentu, ac conditor.

ΠΑΡΑΙ΄ΤΑΚΑ[42], πόλις Μηδική. Τὸ ἐθνικὸν Παραιτακηνὸς, ὡς Γέρασα Γερασηνὸς, Ζόαρα Ζοαρηνός. Καὶ ἀπὸ τοῦ Παραιτάκη Παραιτακηνὸς, ὡς τοῦ Ἀρτάκη Ἀρτακηνός.

PARÆTACA, urbs Mediæ. Gentile, Parætacenus, ut Gerasa, Gerasenus. Zoara, Zoarenus. Et ab Parætace, Parætacenus, [*etiam dicitur*] ut ab Artace, Artacenus.

ΠΑΡΑΙΤΟ΄ΝΙΟΝ[43], πόλις παρὰ Ἀλεξανδρείας, ἣν Ἄμμωνίαν καλοῦσι.

PARÆTONIUM, urbs prope Alexandriam, quam *Ammoniam* vocant.

ΠΑΡΑΛΟΣ, ἐν Θεσσαλίᾳ πόλις τῶν Μηλιέων, ἧς οἱ πολῖται Παράλιοι. [44] Ἔστι καὶ κώμη Παραλία τῆς Ἀττικῆς. Οἱ οἰκήτορες λέγονται καὶ Παράλιοι.

PARALUS, urbs in Thessalia Melieorum, cujus cives Paralii. Est etiam Paralia Atticæ. Incolæ dicuntur quoque Paralii.

ΠΑΡΑΠΟΤΑΜΙ΄Α[45], πόλις Φωκίδος. Ὁ πολίτης, Παραποταμίος.

PARAPOTAMIA, urbs Phocidis. Civis, Parapotamius.

ΠΑ-

PA-

38 Παντομάτριον, πόλις Κρήτης.] Pantomatrium urbs Cretæ memoratur inter septentrionalis lateris Cretæ civitates Ptolemæo lib. 3. c. 17. Niger Geographiæ Comment. II. autor est ab incolis *Milopotamum* vocari.

39 Παπριμὶς, πόλις Αἰγύπτου.] Paprimis, urbs Ægypti, cujus meminit Herodotus lib. 2. c. 59. cui *Papremis* dicitur, & *Nomos Papremites*, in qua sexto loco festum panegyricum celebrabant Ægyptii in honorem Martis: Ἑκτὴν δὲ, ἐς Πάπρημιν πόλιν τὴν Ἄρεϊ. i. e. *Sexta panegyris verò celebrabatur in urbe Papremi, in honorem Martis.* In Nomo Papremite equi fluviales erant sacri, cum inter reliquos Ægyptios non essent, eodem autore, libro citato, cap. LXXI. Οἱ δὲ ἵπποι οἱ ποταμίοισι νομῷ μὲν τῷ Παπρημίτῃ ἱροί εἰσι, τοῖσι δ' ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι οὐκ ἱροί. i. e. *Equi verò fluviales in Nomo quidem Papremite sacri sunt, aliis verò Ægyptiis non sacri.* Ibidem harum quadrupedum figuram depingit.

40 Παράδεισος, πόλις Συρίας.] Paradisus, urbs Syriæ. Memoratur inter Laodicenæ regionis Syriæ urbes Ptolemæo lib. 5. c. 15. ejus quoque fecit mentionem Plinius libro 5. c. 23. Nomen parùm corruptum videtur ab Hebræo פרדס *pardes*, i. e. *hortum* & *pomarium*. Nam quem Latini Paradisum per antonomasiam vocant, sacræ literæ Genes. c. 2. v. 15. גן עדן *gan heden* vocant, de cujus situ non convenit, nec unquam conveniet inter scriptores, quidquid dicat Pererius in Genesim, & Joannes Hopkinsonus cum ejusdem tabula Chorographica; ego puto de toto terrarum orbe intelligendum esse.

41 Πάραισος, &c.] Paræsus, urbs ex Herodiano, sic dicta à *Paræso* Minois cognato, at cum Minos in Creta imperaverit, atque Cretensibus leges dederit, hinc conjicio fuisse Cretæ urbem, cujus noster meminit in Στήλαις. Tres autem hujus ferè nominis Cretæ urbes celebrat suis locis, Paræsum, Præsum, Priasum, de quibus nihil dictu dignum notavi.

42 Παραίτακα, πόλις Μηδική.] Parætaca, urbs Medica mihi prorsus ignota est; at Parætacene regio à Ptolemæo lib. 6. c. 4. vocatur ea Persidis pars, quæ est juxta Mediam totam; Herodotus verò lib. 1. c. 101. Parætacenos latrocinio deditos inter præcipuas Mediæ gentes locat. Montanam regionem habitare auctor est Strabo lib. 15. inter Parthos & Arianos excurrere tradit Plin. lib. 6. c. 26. Memorantur etiam Arrhiano de expeditione Alex. lib. 4.

43 Παραίτονιον, πόλις παρὰ θαλάσσιον, &c.] Parætonium, urbs prope Alexandriam, quam *Ammoniam* vocant. Sunt verba desumpta ex Strabonis lib. 17. Sic enim ille: Ἀπὸ μὲν οὖν Καταβαθμοῦ εἰς Παραίτονιον λιθυπλοΐα, σταδίων ἐστὶν ὀκτακοσίων ὁ δρόμος· πόλις δ' ἐστὶ καὶ λιμὴν μέγας τετραφάρυγξι πύλαις σταδίων· καλεῖται δ' οἱ μὲν Παραίτονιον τὴν πόλιν, οἱ δ' Ἄμμωνιαν. i. e. *A Catabathmo Paretonium usque vecta navigatione est cursus stadiorum* DCCCC. *Civitas verò est & portus magnus* XL. *ferè stadiorum. Vocant verò alii* Parætonium *urbem, alii* Ammoniam. Memoratur etiam inter alios L. Annæ. lib. 4. c. 11. Joseph. Scaliger. Animadvers. ad Euseb. N. MIOCLXXXVIII.

44 Ἔστι καὶ κώμη Παραλία τῆς Ἀττικῆς.] Est verò & Paralia Atticæ. Thucyd. lib. 2. vocat τὴν παράλον γῆν. i. e. *Paralon terram.* Scilicet, quod esset maritima, ut explicat ejusdem Scholiasta.

45 Παραποταμία, πόλις Φωκίδος.] Paropotamia, urbs Phocidis. Memoratur Pausaniæ in Phocicis, Herodoto lib. 8. c. 33. quibus plur. num. & masc. gen. *Parapotamii* dicitur, ac inter civitates à Xerxe combustas, quas sua calamitas notiores fecit, numeratur.

46 Πα-

ΠΑΡΑΎΑΙΟΙ[46], ἔθνος Θεσπρωτικόν. Ῥιανὸς ἐν πρώτῳ Θεσσαλικῶν.

Σοὶ δ' Παραυαίοις, καὶ ἀμύμονας Ὀμφαλιῆας.

Καλέονται δέ, ἀπὸ τοῦ ὄρους τὸν Ἄυον ποταμὸν οἰκεῖσθαι.

PARAUÆI, gens Thesprotiæ. Rhianus lib. 4. Thessalicorum.

Cum Parauæis verò, & irreprehensibiles Omphalienses.

Sic verò vocati fuere, quod juxta fluvium Auon incolerent.

ΠΑΡΑΧΕΛΩΙΤΑΙ[47], ὡς Παροκεανῖται, καὶ Παρασώποι, διττὸν ἔθνος. [48] Διττὸς γὰρ καὶ Ἀχελῷος· ὁ μὲν Φθιώτης, ὁ δὲ Αἰτωλός· Καὶ οἱ παροικέντες, ὁμοίως Παραχελωΐται.

PARACHELOITÆ, ut Paroceanitæ, & Parasopii, duplex gens. Duplex enim Achelous, alter quidem Phthiotes, alter verò Ætolus. Et qui juxta habitant, similiter Paracheloitæ.

ΠΆΡΕΔΡΟΣ[49], τῷ βασιλεῖ συγκαθήμενος, ἀπὸ τοῦ ἕδρας, ἢ τις ἀπὸ τοῦ ἕδους τοπικῶς εἴρηται. Ἦσαν δὲ καὶ παρ' Ἀθηναίοις Συνάρχοντες οἱ Πάρεδροι. Ἐκ τούτου καὶ τὸ παρεδρεύειν, ὡς δὲ Ἐφέδρου τὸ ἐφεδρεύειν.

PAREDRUS, i. e. *Assessor*, qui unà cum rege assidet ἀπὸ τοῦ ἕδρας. i. e. *à sella*, quæ ἀπὸ τοῦ ἕδους, i. e. *à pavimento*, localiter dicta est. Erant autem & apud Athenienses Synarchontes Paredri. Hinc verbum παρεδρεύειν, i. e. *assessorem-esse*, ut ab Ephedrus, verbum ἐφεδρεύειν, i. e. *subsessorem-esse*.

ΠΆΡΕΜΦΙΣ[50], πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Παρεμφίτης.

PAREMPHIS, urbs Ægypti. Civis, Paremphites.

ΠΑΡΈΝΤΙΟΝ[51], πόλις καὶ λιμὴν πλησίον Ἰστρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Παρεντῖνος. Τὸ θηλυκὸν, Παρεντίνα.

PARENTIUM, urbs, & portus prope Istriam. Gentile, Parentinus. Fœmin. Parentina.

ΠΑΡΘΈΝΙΟΝ, πόλις Εὐβοίας. Ἔστι δὲ καὶ Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Παρθένιος, καὶ Παρθενεύς.

PARTHENIUM, urbs Eubœæ. Est etiam Thraciæ. Gentile, Parthenius, & Partheneus.

ΠΑΡΘΈΝΙΟΣ[52], ποταμὸς ἐν μέσῳ τῆς Ἀμαστριανῶν πόλεως ῥέων. Ἐκλήθη δ' ὅτι ἀπὸ συνεχῶς ἐκεῖ αὐτὸν τῇ παρθένον Ἄρτεμιν κυνηγοῦσαν, ἔθος ἦν τοῖς ἐπιχωρίοις ἐκεῖσε ἀπιέναι καὶ ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐκεῖνον, ὡς ἐπὶ τὸν τῆς θεοῦ ἐκείνης ἐπώνυμον. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ποταμὸς Παρθένιος, ὁ ἐν τῇ Ἀσσυρίᾳ ῥέων, ὃν καὶ Ἀστακηνὸν καλοῦσιν. Ἔστι δὲ καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ ὄρος Παρθένιον, ἀφ' οὗ καὶ ὁ ποταμὸς ὁ ῥέων διὰ τῆς Στυμφαλίας καὶ Παρθένιος καλούμενος. Ἔστι δὲ καὶ ἐν Ἀργείᾳ ἕτερος ποταμὸς Παρθένιος, ὃν καὶ Ἀστερίωνα καλοῦσιν. Ἔστι δὲ καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἕτερος ποταμὸς Παρθένιος, ὃν καὶ Ἀστερίωνα καλοῦσιν. Ἔστι δὲ καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἕτερος ποταμὸς Παρθένιος, ὃν καὶ Ἀστερίωνα καλοῦσιν.

PARTHENIUS, fluvius, qui per medium Amastrianorum urbem fluit. Sic verò vocatus fuit, quod assiduo circa ipsum Diana παρθένον

---

46 Παραυαίοι, ἔθνος Θεσπρωτικόν.] Parauæi, gens Thesprotica, sic dicti, ut inquit noster, quod ad flumen Auum habitarent, de quibus ita Plutarchus in Quæstionibus Græcis: Πλείονες γεγένηνται Αἰνειάνων μεταναστάσεις. Πρῶτον μὲν γὰρ οἰκήσαντες περὶ τὸ Δώπιον πεδίον, ἐξέπεσον ὑπὸ Λαπιθῶν εἰς Αἴθικας. Ἐκείθεν τὴν Μολοσσίας τῶν περὶ τὸν Ἀραθὸν χώραν κατέσχον· ὅθεν ὠνομάσθησαν Παραυαῖοι. i. e. *Plures fuere transmigrationes Ænianum. Primùm enim habitantes circa Dotium campum, expulsi fuerunt à Lapithis ad Æthices. Illinc Molossiæ regionem circa Arauam occuparunt. Undè nuncupati fuere Parauæ.* Sine dubio corrigendus est Plutarchus ex nostro autore apud quem pro περὶ τὸν Ἀραθὸν legendum est, ἀπὸ τοῦ Ἄυον & Παραυαῖοι pro Παραυαῖοι.

47 Παραχελωΐται, &c.] Paracheloïtæ dicebantur, qui ad Acheloum fluvium habitabant; duas verò hujus nominis inquit fuisse gentes, utrasque celebrat Strab libro 9. Παραχελωΐται· καὶ τούτους ὁμωνύμους τοῖς Αἰτωλικοῖς· καὶ γὰρ οὗτος ἐστιν Ἀχελῷος ποταμὸς πλησίον Λαμίας, παρ' ὃν οἰκοῦσιν οἱ Παραχελωΐται. i. e. *Paracheloitas*; [numerant in his] *& hos cognomines Ætolicis. Etenim hic est Achelous fluvius prope Lamiam, juxta quem habitant Paracheloitæ.*

48 Διττὸς γὰρ καὶ Ἀχελῷος.] Pro Ἀχελῷος lege Ἀχελῷος. Sic enim apud reliquos autores scribitur. Noster autor duos facit hujus nominis amnes, cum fuerint tres, ut videre est, ex Strabonis lib. 10. Καὶ τὸ Αἰτωλικὸν καλύζεται τῇ ποιήσῃ θαλάσσῃ τὸ Κορινθιακὸν κόλπον, εἰς ὃ καὶ ὁ Ἀχελῷος ποταμὸς ἐξίησι, πρόσθεν τοῦ τῶν Αἰτωλῶν ἀφορίου, καὶ τοῦ Ἀκαρνανικοῦ· πρότερον ἦν Θόας ὁ Ἀχελῷος ἀφότερον. Ἔστι δὲ καὶ ὁ ἀπὸ Δύμης ὁμώνυμος τούτου καθάπαξ εἰρῆσθαι, καὶ ὁ περὶ Λάμιαν· εἴρηται δὲ καὶ ὅτι ἔχουσι τὸ Κορινθιακὸν κόλπον τὸ τρίτον τοῦτο τὸ ποταμοῦ φασι. i. e. *Et Ætolicum* [latus] *alluitur eo mari, quod sinum conficit Corinthiacum, in quod etiam effluit Achelous, oram maritimam Ætolicam ab Acarnanica distinguens. Vocabatur verò Thoas, antea Achelous amnis. Ejusdem-nominis fluvius est apud Dymam, ut dictum est, & apud Lamiam. Dictum quoque est, esse qui dicant, ostium hujus fluvii esse initium sinus Corinthiaci.* Stephanus loquitur de illo Acheloo, qui disterminabat Acarnanas & Ætolos, quem Homerus in Iliade *fluviorum regem* nuncupavit, de quibus sic Pausanias in Arcadicis: Ἀχελῷος ὃ τῷ Ἀρκάδι εἰσὶν ἄλλοι δύο ὁμώνυμοί τε αὐτῷ ποταμοί, καὶ τὰ ἐς δόξαν φανερώτεροι. Τὸν μὲν γε ἐπὶ τοῖς Ἐχινάδαις καλούσιν Ἀχελῷον Ἀφροδίτης τὴν Ἀκαρνάνων καὶ δὴ Αἰτωλίας, ὃν Ἴλιάδι ὁ Ὅμηρος ποταμῶν τῶν πάντων ἀρχοῦν εἶναι, ἕτερον ὃ Ἀχελῷον ῥέοντα ἐκ Σιπύλης δ' ὄρους ἐποιήσατο, αὐτόν τε τὸν ποταμὸν καὶ τὸ ὄρος τὸ Σίπυλον δ' λόγῳ προσθήκην δ' ἐς Νιόβην. Τέλος δὲ ἐν καὶ τὸ περὶ τὸ ὄρος τὸ Λύκαιόν ἐστιν ὄνομα Ἀχελῷος. i. e. *Acheloo Arcadi sunt alii duo amnes cognomines, & ad gloriam illustriores. Alterum ad Echinadas insulas per Acarnanum regionem & per Ætoliam decurrentem, Homerus in Iliade* fluviorum regem *nuncupavit: alterum, idem Poëta è Sipylo monte fluentem fecit, ipsumque fluvium, & montem Sipylum ad ea, quæ de Niobe adjecit. Tertio & Acheloo nomen est, qui circa montem Lycæum labitur.*

49 Πάρεδρος, &c.] Paredros Græcè, *Assessor* Latinè in utraque lingua eamdem habet etymologiam, Græcè ἀπὸ τοῦ ἕδρας. i. e. *à sella.* Latinè ab assidendo, de quo videlis Suidam in πάρεδρος.

50 Πάρεμφις, πόλις Αἰγύπτου.] Paremphis, urbs Ægypti. Hujus meminit nummus Tib. Imp. in Goltzii Thesauro.

51 Παρέντιον, πόλις καὶ λιμὴν πλησίον Ἰστρίας.] Parentium, urbs & portus prope Istriam. Inter Istriæ oppida recensetur Ptolemæo lib. 3. c. 1. Plinio lib. 3. c. 19. *Oppida Istriæ civium Rom. Ægida, Parentium; colonia Pola, quæ nunc* Pietas Julia, *quondam à Colchis condita. Parenzo* hodie, Leandro.

52 Παρθένιος, ποταμὸς ἐν μέσῳ, &c.] Parthenius, fluvius, qui mediam Amastrianorum urbem intersecabat; Amastrim Paphlagoniæ urbem intelligit, de qua suo loco eginus: diversas Parthenii fluvii affert etymologias, inter quas una est, sic vocitatum fuisse ἀφ' οὗ τὸ παρθενῶδες δ' ῥοῦμα. i. e. *ab ejus virgineo cursu*, i. e. *placido*, quod etymon evertit Ovid. Pont. 4.

Partheniusque rapax, & volvens saxa Niphates.
Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

53 Ὅπ,

κυνηγεῖσιν· Ἢ ἀφ' τὸ ἠρεμαῖον καὶ παρθενῶδες καὶ εὔυμαῖον,

Ὡς ἀκαλὰ ῥοέων, ὡς ἀβρὴ παρθένος εἶσι.

53 Ὅπι ἐν αὐτῷ ἔπεσεν ἡ παρθένος, Παλαιστίνου βασιλέως θυγάτηρ· Καὶ τὸν μὲν τελευτήσαντα ἐκεῖ, τῷ δὲ ποταμῷ Παρθένιον ἔνομα τὸν τοπικοὶ θέσθαι, διὰ τὸ πάθος τῆς παρθένου. 54 Ἔστι καὶ ἀκρωτήριον πλησίον Ἡρακλείας, ὃ μέμνηται Ἀρτεμίδωρος ἐν ἕκτῳ γεωγραφουμένων. Ἔστι καὶ Παρθενία κώμη, Πόντου πλησίον.

Quod in eum ceciderit Parthenos, Palætinis regis filia. Et illic obierit, fluvio verò indigenæ nomen imposuere de Partheni eventu. Est etiam promontorium prope Heracliam, cujus meminit Artemidorus lib. sexto. Geographumenωn. Est etiam Parthenia vicus prope Pontum.

ΠΑΡΘΕΝΟΠΗ 55, πόλις ἐν Ὀπικοῖς τῆς Ἰταλίας, κτίσμα Ῥοδίων. Ὁ πολίτης Παρθενοπαῖος, ὁμωνύμως τῷ κυρίῳ.

PARTHENOPE, urbs in Opicis Italiæ, à Rhodiis condita. Civis Parthenopæus; ejusdem nominis, ac prototypum.

ΠΑΡΘΕΝΟΠΟΛΙΣ 56, Μακεδονίας πόλις, ἀπὸ τῶν θυγατέρων Γεραιστοῦ καὶ Μυγδόνου παιδὸς, ὡς Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς. Ἀπὸ δὲ τῶν θυγατέρων, ἀφ' τὸ ἄγροικον αὐτῶν τῆς ἀφίξεως, καὶ τὸ ἄμικτον, ἔκτισε πόλιν, ἥτις ἔτι καὶ νῦν δι' ἐκείνας Παρθενόπολις κέκληται. Ὁ πολίτης, Παρθενοπολίτης.

PARTHENOPOLIS, Macedoniæ urbs, à filiabus Geræsti, Mygdonis filio, ut Theagenes in Macedonicis. Quæ cum agrestes essent, ac ab hominum consortio abhorrerent, pater urbem condidit, ut eas ad civilem redigeret vitam, quæ adhuc propter eas *Parthenopolis* vocata fuit. Civis Parthenopolites.

ΠΑΡΘΕΝΟΥ ἱερὸν 57, τόπος καὶ ἄκρα πρὸ τῆς χερρονήσου πόλεως Βοσπόρου ὡς Στράβων. 58 Ἔστι δὲ δαίμονός τινος ἐπώνυμον, καὶ ἄκρα, καὶ νεὼς, καὶ τὸ ξόανον, ἔχον σταδίους ἑκατόν. Ὁ δὲ σχηματισμὸς, ἀπὸ δύο ἐν ὑφαγωγον. Ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ Μόψου καὶ ἑστία παρήχθη τὸ Μοψεάτης, ἀπὸ μόνου τοῦ Μόψου· Οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς παρθένου καὶ ἱερὸν, ἢ ἄκρας, ἢ ξόανου, ὁ οἰκήτωρ παρήχθη μόνον τὸ Παρθένιος, ἀπὸ δὲ τῆς παρθένου μόνου ὀνόματος.

PARTHENU hieron, i. e. *Virginis templum*, locus, & promontorium ante Chersonesum urbem Bosphori, ut Strabo. Est & Dæmonis cujusdam agnomen, & promontorium, & templum, & simulachrum, habens centum stadia. Nominis verò forma ex duobus unum deductivum. Ut enim à Mopso, & *hestia*, i. e. *focus* seu *sedes* deductum est Mopseates, à solo Mopso. Sic à Partheno & hieron vel promontorii, vel simulachri nomine deducitur tantum Parthenius, habitator, à solo Partheni nomine.

ΠΑΡΘΟΣ 59, πόλις Ἰλλυρική· Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς. Λέγεται δὲ καὶ δρσενικῶς, ὡς Πολύβιος. Τὸ ἐθνικὸν, Παρθλιος.

PARTHUS, urbs Illyrica. Apollodorus in Chronicis. Dicitur etiam in gen. mascul. ut Polybius. Gentile, Parthenus.

ΠΑΡ-

ΠΑΡ-

53 Ὅπι, &c.] Videtur legendum ἢ ὅπι. i. e. *vel quod*. Id enim ratio clamat.

54 Ἔστι καὶ ἀκρωτήριον πλησίον Ἡρακλείας.] Est etiam promontorium prope Heracleam. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 6. cui promontorium *Parthenion* & urbs etiam *Heraclion*, utrumque neut. gen. dicitur. Et urbis & promontorii meminit quoque Plinius lib. 9. c. 12.

55 Παρθενόπη, πόλις ἐν Ὀπικοῖς τῆς Ἰταλίας.] Parthenope, urbs in Opicis Italiæ, à Rhodiis condita. Id ex Strabonis lib. 14. habet. Est eadem quæ *Neapolis*, de qua videsis, quæ suo loco annotavimus.

56 Παρθενόπολις, Μακεδονίας πόλις.] Parthenopolis, Macedoniæ urbs. Plinius lib. 4. c. 11. inter Thraciæ oppida recenset, eamdem fuisse reor, quia Macedonia Thraciæ erat finitima, & scriptores regionum confinia sæpe miscent tribuentes oppida alterius regionis alteri vicinæ.

57 Παρθένου ἱερὸν, τόπος καὶ ἄκρα, &c.] Parthenu hieron. *i. e.* Virginis templum, locus & promontorium ante Chersonesum urbem Bosphori, ex Strabone, cujus ex lib. 7. sunt, quæ sequuntur: Εἶθ' ἡ ἰδρυμένη πόλις Ἡρακλεωτῶν, ἄποικος τῆς ἐν τῷ Πόντῳ, αὐτὴ τὸ τέτο καλουμένη Χερρόνησος διέχουσα ἀπὸ Τύρα περίπλων σταδίων τετρακισχιλίων πεντακοσίων· ἐν ᾗ τὸ τῆς παρθένου ἱερὸν, δαίμονός τινος, ἧς ἐπώνυμος, καὶ ἡ ἄκρα ἡ πρὸ τῆς πόλεως ἐστὶν ἐν σταδίοις ἑκατὸν, καλουμένη Παρθένιον, ἔχει νεὼν τῆς δαίμονος, καὶ ξόανον. Μεταξὺ δὲ τῆς πόλεως, καὶ τῆς ἄκρας λιμένες ἐστὶν, i.e. *Inque eo* [promontorio] *sita est urbs Heracleotarum, colonia eorum, qui sunt in Ponto, nomine* Chersonesus, *disjita à Tyrâ navigatione stadiorum* IVCIↃCCC. *in qua templum est cujusdam dæmonis Virginis, à qua nomen habet etiam promontorium, quod ante urbem est ad* C. *stadia, & Parthenium* [est enim Græcè παρθένος *virgo*] *dicitur, fanum habens dæmonis & signum. Inter urbem autem, & promontorium portus sunt tres.* Ex quibus verbis apparet, in urbe Chersoneso fuisse παρθένου ἱερὸν, i. e. *Virginis templum*, & ante urbem promontorium Parthenium, quod habebat etiam dæmonis illius templum & simulachrum. Quare fallitur Stephanus, cum inquit παρθένου ἱερὸν, i. e. *Virginis templum* esse locum.

58 Ἔστι δὲ δαίμονός τινος ἐπώνυμον, καὶ ἄκρα, &c.] Hæc verba sunt desumpta ex Strabone, quæ nota proximè præcedenti apposuimus, & ex illis castiganda. Ea enim Stephanus interpolavit, si utraque contuleris, Stephani oscitantiam videbis.

59 Πάρθος, πόλις Ἰλλυρική.] Parthos, urbs Illyrica, ex Apollodori Chronicis. Ejus fit mentio in Excerptis, ex historiis Polybii, legationibus c. 9. Ἔδωκαν δὲ καὶ Πλευράτῳ Λυχνιδὰ καὶ Πάρθον, ὅσας μὲν Ἰλλυρίδας, ὑπὸ Φιλίππου δὲ τετιμωμένας. i. e *Dederunt verò & Pleurato Lychnida, & Parthum, Illyrides urbes, sed sub Philippi ditione.*

ΠΑΡΘΥΑΙΟΙ [60], ἔθνος πάλαι μὲν Σκυθικὸν, ὕστερον δὲ Φυγὸν, ἢ μεταοικίσαν [61] ἀπὸ Μήδου· Κληθὲν δ' ἔτω ἀπὸ Μήδου, ἀφὸ τὴν φύσιν τῶν αὐτὸς δεξαμενῆς γῆς, ἕλωδες καὶ ἀγκώδες ὄσης· Ἢ [62] ἀφὸ τὴν φυγὴν, καθότι οἱ Σκύθαι τοὺς φυγάδας Πάρθους καλοῦσι. Λέγονται ὁ καὶ Πάρθοι, καὶ Παρθυαῖοι· Καὶ Παρθυαία ἡ χώρα, καὶ Παρθυηνὴ, καὶ Παρθύηνος. [63] Καὶ Παρθὶς, ἡ χώρα Μακεδονίας.

PARTHYÆI, gens olim Scythica, quæ fugit, vel emigravit è Scythia Medo duce. Sic verò à Medis vocata fuit ex natura terræ, quæ eos excepit paluſtris, & cava. Vel à fuga, quoniam Scythæ exules, ſeu fugitivos, & profugos *Parthos* vocant. Dicuntur etiam Parthi, & Parthii, & Parthyæi. Et regio, Parthyæa, & Parthyene, & Parthyenus. Et Parthis, regio Macedoniæ.

ΠΑΡΙΚΑΝΗ [64], πόλις Περσική· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ, Ἐν δ' αὐτοῖσι πόλις Παρικάνη εὔνομα. Τὸ ἐθνικὸν Παρικάνιοι λέγονται, καὶ Παρίκανοι.

PARICANE, urbs Perſica. Hecatæus Aſia. *Eſt verò apud eos urbs* Paricane *nomine.* Gentile, Paricanii dicuntur, & Paricani.

ΠΑΡΙΟΝ [65], πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ κληθεῖσα ἀπὸ Παρίου τοῦ Ἰασίωνος. Τὸ ἐθνικὸν, Πάριος. Ὁ πολίτης, Παριανός. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Παριανή. Λέγονται καὶ Παριανεῖς, ἀπὸ τοῦ Παριανοῦ εὐθείας.

PARIUM, urbs in Helleſponto, ſic vocata à Pario Jaſionis filio. Gentile, Parius. Civis, Parianus. Fœm. Pariana. Dicuntur etiam Parianei, à Parianeus nominativo.

ΠΑΡ-

PAR-

60 Παρθυαῖοι, ἔθνος πάλαι, &c.] Parthyæi, ſeu Parthi, ſeu Parthii. Sic enim vocantur à Græcis, & eorum regio, *Parthia*, *Parthyæa*, & *Parthyene*, fuere populi, qui ex Scythia profugi ſedes quærentes, partem Mediæ incoluere. Scythica enim lingua *exules* vocabantur *Parthi*, ut inquit epitomator noſter: habet verò Parthia ab occidente Medos, à ſeptentrione Hyrcaniam, ab oriente Ariam, à meridie Carmaniam deſertam, autore Coſmographo lib. 6. c. 15. Hodie à Turcis & Perſis, vocatur *Arac*. Ejus urbs regia erat Hecatompylos, ac exiſtimatur eodem fuiſſe loco, quo nunc *Ispahan* Perſarum regum ſedes. Scriptores Perſas, Medos, Parthos confundunt, ut alibi annotavimus. Eorum reges *Arſacæ* dicebantur ab Arſace, ſeu Scytha, ſeu Bactriano, qui apud eos primus imperium arripuit, autore Geographo lib. 15. Cteſiphonte hyemabant, æſtatem verò in Hyrcania & Ecbatanis agebant, eodem auctore lib. 16. Strabonis ætate tantum terræ poſſidebant, ac tot gentibus dominabantur, ut ob imperii magnitudinem Romanorum potentiæ quodammodo pares eſſent, ut prodit idem autor lib. 11. Primus, qui apud Romanos de eis triumphavit, fuit Ventidius Baſſus, referente Aul. Gell. Noct. Atticarum lib. 15. c. 4. Craſſi clades ab eis accepta notior eſt, quam ut referri debeat, de quibus videſis præter auctores citatos Trogi epitomatorem lib. XLI. c. 1. Plinium lib. 6. c. 25. Periegetam v. 1039. Ammian. Marcellinum lib. 23. c. 16.

61 Ἐπὶ Μήδου.] Sub Medo. Suſpicor legendum ἐπὶ Μηδίαν, i. e. *in Mediam*. Meam conjecturam confirmat Parthorum hiſtoria. Nam fugerunt è Scythia in Mediam novas ſedes quærentes, ut apparet ex Juſtini lib. 41. c. 1. & ex aliis.

62 Καθότι οἱ Σκύθαι τοὺς φυγάδας Πάρθους καλοῦσι.] Quoniam Scythæ *exſules* vocant *Parthos*. Idem expreſſis verbis rerum monumentis tradidit Trogus lib. 41. c. 1. *Parthi, penes quos velut diviſione orbis cum Romanis facta, nunc orientis imperium eſt, Scytharum exſules fuere. Hoc etiam Ipſorum vocabulo manifeſtatur. Nam Scythico ſermone Parthi, exſules dicuntur.* At propius verò eſt Scythas ipſos, non eorum exſules condidiſſe Parthos, ut memoriæ commendavit Q. Curtius lib. 6. c. 2. Rarus, erat eorum pugnandi modus, fugientes enim pugnabant, ideo antiquitus famigeratus à Poetis. Virgil. Georgic. lib. 3. v. 30.

Addam urbes Aſiæ domitas, pulſumque Niphatem,
Fidentemque fuga Parthum, verſiſque ſagittis.

Ovid. de Arte amandi v. 211.

Qui fugis, ut vincas, quid victo, Parthe, relinques?
Parthe, malum jam nunc Mars tuus omen habet.
Ergo erit illa dies, qua tu, pulcherrime rerum,
Quattuor in nives aureus ibis equis.
Ibunt ante duces onerati colla catenis;
Ne poſſint tuti, quâ prius, eſſe fugâ.

63 Καὶ Παρθὶς, ἡ χώρα Μακεδονίας.] Parthis Macedoniæ regio fuit, quorum incolæ Ptolemæo lib. 3. c. 13. dicuntur Parthyæi, Plinio lib. 3. c. 23. Parthini; Ptolemæus loco citato, eorum unam tantùm civitatem celebrat Eribœam.

64 Παρικάνη, πόλις Περσική.] Paricane, urbs Perſica, ex Hecatæi Aſia, cujus oppidani dicebantur *Paricanii*, ſeu *Paricani*. Herodotus verò lib. 3. c. 92. inter viginti Perſarum præfecturas (*Satrapeias* vocabant Perſæ) in quas Darius Hyſtaſpis filius omne Perſarum imperium diviſit, commemorat Paricanos & Parycanos, hos in præfectura x. illos in XVII. Plin. lib. 6. c. 16. meminit Paricanorum.

65 Πάριον, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ.] Parium, urbs in Helleſponto, ſic vocata à Pario Jaſionis filio, quod & Euſtathius ad Odyſſ. 5. ex noſtro autore habet. Ciceroni Epiſtolarum lib. 13. ad C. Memmium & cæteros epiſt. 53. dicitur *Pariana civitas*; Plinio lib. 5. c. 32. *Pariana colonia*, quam Homerus *Adraſtiam* appellavit. Straboni verò lib. 13. & auctori noſtro in Ἀδράστεια diverſæ ſunt urbes Adraſtia & Parium. Circa Parium autem Crates Pergamenus apud Plinium lib. 7. c. 2. tradit fuiſſe genus hominum, quos *Ophiogenes* vocat, ſerpentum ictus contactu levare ſolitos, & manu impoſita venena extrahere corpori, quorum pauci adhuc Varronis ætate erant, ut teſtatur idem Plinius libro capiteque citato. Sed præſtat & de urbe Pario & de horum hominum genere audire Strabonem lib. 13. Ἔστι δὲ καὶ τὸ Πάριον πόλις ἐπὶ θαλάττῃ, λιμένα ἔχουσα μείζω τοῦ Πριάπου· καὶ ἠυξημένον γε ὑπὸ τούτων· ἀφορμὰς γὰρ οἱ Παριανοὶ τοῖς Ἀτταλικοῖς, ὑφ' οἷς ἐτάττοντο ἡ Περγαμηνὴ, πολλὴν αὐτοῖς ἀπέμηνε ἐπίδοσιν οἰκείων. Ἐνταῦθα μυθεύουσι τοὺς Ὀφιογενεῖς συγγένειάν τινα ἔχειν πρὸς τοὺς ὄφεις· φασὶ δ' αὐτῶν τὰς ἀρετὰς τοῖς ἐγχωρίοις ἀκόπους εἶναι, σιωπῇ ἐφαπτομένους ὥσπερ τοὺς ἐπῳδούς, πρῶτον μὲν τὸ πεπονθὸς εἰς ἑαυτοὺς μεταφέροντας, εἶτα καὶ φλεγμονὴν παύοντας, καὶ τὸν πόνον. Μυθεύουσι δὲ τὸν δεχηγέτην τῶν γλύφων, ἡρωά τινα μεταβαλεῖν ἐξ ὄφεως· τάχα δὲ τῶν Ψύλλων τις ἦν τῶν Λιβυκῶν· εἰς δὲ τὸ γλύφον διέτεινεν ἡ δύναμις μέχρι πόσου κλίσεως δ' ἐστὶ τὸ Πάριον Μιλησίων καὶ Ἐρυθραίων καὶ Παρίων. i. e. *Parium quoque urbs eſt ad mare, portum habens majorem, quam Priapus; & quidem ex Priapo aucta eſt: nam Pariani Attalicis* [regibus] *operam ſuam navantes, ſub quorum ditione erat Priapena, illorum permiſſu multa hujus ad ſe traxerunt. Ibi locorum fabulantur Ophiogenes* [id eſt Serpentigenes] *eſſe, qui cum ſerpentibus quandam habeant cognationem: nam mares eorum medicari ajunt iis, qui à vipera morſi ſunt, continenter tangendo tamquam incantatores ſolent, ac primum in ſe transferre livorem, deinde inſi mmationem etiam, doloremque ſedare. Ferunt principem ejus generis e ſerpente in heroem fuiſſe mutatum: fortaſſe unus e Pſyllis Libycis fuit: facultas ea aliquandiu eo in genere manſit. Parium condiderunt Mileſii, Erythræi & Parii* [inſulares.]

66 Πάρ-

ΠΑ΄ΡΜΗ [66], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Παρμαῖος, ἡ Παρμανὸς, ὡς Ἀλξανός.

PARMA, urbs Italiæ. Gentile, Parmæus, vel Parmanus, ut Alxanus.

ΠΑΡΝΑΣΣΟ΄Σ [67], ὄρος Δελφῶν. Ὁ ὀρεινὸς, Παρνάσιος. Τὸ θηλυκὸν Παρναασία, καὶ Παρνασσιὰς, ἀπὸ δὲ Παρνασσίου, ὡς Ἑλικωνιάς· Καὶ τὸ ἀδέτερον, Παρνάσσιον. Λέγεται καὶ Παρνασὸς, ὡσεὶ τὸ Παρνασσὸς, ὡς δὲ Τόμιος Τόμιος· Καὶ Παρνασσεύς. Τὸ κτητικὸν, Παρνασσιακός. [68] Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάρναξ, διὰ τὸ τὴν Δευκαλίωνος λάρνακα αὐτόθι προσενεχθῆναι. Ἔνιοι δέ φασιν, ἀπὸ Παρνασσοῦ Παρνασσὸν τέκνον λαβεῖν, ὃν καὶ μαντεύσασθαι Πυθοῖ πρῶτον, ὡς Ἀλέξανδρός φησιν· [69] ἐν πρώτῳ περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου.

PARNASSUS, mons Delphorum. Montanus, dicitur Parnassius. Fœm. Parnassia, & Parnassias, à Parnassius, ut Heliconias. Et neut. Parnassium. Dicitur etiam Parnassis, à Parnassus, ut à Teumissus. Teumissis. Et Parnasseus. Possessiv. Parnassiaci. Vocabatur verò antea *Larnassus*, ἀφ' οὗ, &c. i. e. *quod* Deucalionis arca illuc appulisset. Nonnulli verò dicunt Parnassum à Parnasso nomen accepisse, qui primus in Pythia vaticinatus est, ut Alexander inquit in primo lib. de Delphico Oraculo.

ΠΑ΄ΡΝΗΣ [70], Πάρνηθος, τὸ ὄρος τῆς Ἀττικῆς. Τοῦτο καὶ ἀρσενικῶς λέγεται· Ἐμφανὴς ἐν Πυραυνῷ, ἐς κόρακας ἥξω, φέρων δοῦρο τοῦ Πάρνηθα ὅλον. Καὶ θηλυκῶς, ὡς ὡσεὶ Ἀλεξάνδρᾳ ἐν Νεφέλαις.

PARNES, Parnethis, mons Atticæ. Hic & in gen. masculi. dicitur, Emphanes in Pyrauno, *ad corvos accedam ferens huc totum montem Parnethem.* In gen. fœm. usus est Aristoph. in Nebulis.

Aspice nunc huc ad Parnethem.

Βλέπε νυνὶ δεῦρο πρὸς τὴν Πάρνηθα.

Τὸ τοπικὸν, Παρνηθίος λέγεται· Καὶ ἀπὸ τῆς Πάρνηθος θηλυκῆς, τὸ θηλυκὸν Παρνηθίος.

Locale, Parnethius dicitur. Et à genit. Πάρνηθος, fœm. Parnethis.

ΠΑ-

PA-

66 Πάρμη, πόλις Ἰταλίας] Parme, seu Parma utroque modo Græce dicitur urbs Italiæ notissima, Episcopalis, ducatus Parmensis caput, cujus & Placentiæ dux institutus fuit anno CIↃIↃXLV. Petrus Aloysius Farnesius Pauli III. Pontificis Maximi filius; id temporis enim hæ urbes sub Pontificum Romanorum ditione erant; habet etiàm Academiam; ejus oppidani Græcis *Parmæi*, & *Parmani*, Latinis *Parmenses* dicuntur; fita est ad fluvium cognominem, à quo fortassè nomen habet. Est urbs antiqua; conditores profunda caligine teguntur; coloniam verò Romanorum fuisse apparet ex Liv. lib. 39. cujus infra apponemus verba, & ex Plin. lib. 3. c. 15. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 1. inter Galliæ Togatæ oppida; ea enim Italiæ pars sic antiquitus vocabatur, ideò Martiali Epigrammatum lib. 5. Epigramma. 13. in Callistratum nuncupatur Gallica:

Magnaque Niliacæ servit tibi gleba Syenis,
Tonaet & innumeros Gallica Parma greges.

Ut nunc caseus Parmensis per totam Europam, sic olim ejus lanæ commendabantur, eodem Poëta auctore Epigrammat. lib. XIIII. Epigrammate CXLV.

Velleribus primis Apulia, Parma secundis
Nobilis, Altinum tertia laudat ovis.

Honoremus antiquam urbem antiquorum scriptorum testimonio. Strab. lib. 5. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐντὸς τοῦ Πάδου, καὶ περὶ τὸν Πάδον, ἐπιφανεῖς. Πλακεντία μὲν, καὶ Κρεμώνη πολισμάτια, καὶ μεταξὺ καὶ τούτων τε καὶ Ἀριμίνης Πάρμα, καὶ Μουτίνα, καὶ Βονωνία πολισμάτιον ἤδη Ῥαυεννικὸν, καὶ μικρὰ πολίσματα ἀνὰ μέσον τούτων, ἐξ ὧν ἡ εἰς Ῥώμην ὁδός. i. e. *Urbes verò sunt intra Padum, & circa Padum illustres. Placentia quidem & Cremone proximæ, media fere regione. Inter has & Ariminum, Parma, Mutina, & Bononia jam prope Ravennam, & parva oppida in harum medio, per quas iter est Romam.* Liv. lib. 39. c. 55. *Eodem anno Mutina & Parma coloniæ Romanorum civium sunt deductæ. Bina millia hominum in agro, qui proxime Boiorum, ante Tuscorum fuerat, octona jugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt. Deduxerunt triumviri, M. Æmilius Lepidus, T. Ebutius Carus, L. Quintius Crispinus.* Protulit Parma celebres & literis & armis viros, qui eam quodammodo illuminant, inter quos Parmenses sibi vindicant *Macrobium* Saturnaliorum scriptorem omnibus eruditis pernotum, & *Cassium* Poëtam, quem celebrat Venusinus vates Epist. lib. 1. Epist. 4. an sit idem, quem Sat. lib. 1. Satyra 10. v. 61. vocat *Etruscum*, viderint doctiores; alios memorat Leander Albertus in sua Lombardia, quos prætermittere nullum dispendium fore judicavi.

67 Παρνασσὸς, ὄρος Δελφῶν.] Parnassus, mons Delphorum, Musis & Apollini sacer, Poëtis famigeratus, sub quo erat oppidum Delphi, clarissimum in terris oraculo Apollinis, teste Plinio lib. 4. c. 3. celebratur Virgilio, qui omnes omnium Poëtarum laudes meretur, Georgic. lib. 3. v. 291.

Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
Raptat amor: juvat ire jugis, qua nulla priorum
Castaliam molli divertitur orbita clivo.

Alludit ingeniosissimus Poëtarum ad fontem Castalium, qui erat in hoc quoque monte, adeò decantatus Poëtis, ac ipse mons Duos vertices habebat, quamobrem Nonno in Dionysiacis διηρίφιος, i. e. *biceps* dicitur. Sic etiam vocatur Persius in suo Prologo:

Nec fonte labra prolui Caballino:
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini.

Erat etiam in hoc monte Corycium, antrum Nympharum, quibus erat sacrum; mons verò in occidua Phocidis parte situs erat, cujus ad occiduum latus Locri Ozolæ, australium Delphi tenebant, ut memoriæ commendavit Strabo lib. 9.

68 Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάρναξ, &c.] Agit de Parnassi etymo, cujus vocaminis duplicem reddit rationem, prima est, quod *Deucalionis* λάρναξ, i. e. *arca* illuc appulerit; nihil est in tota historia sacra, quod in Ethnica non inveniatur; Nochi arca appulit Armeniæ montibus, Deucalionis Phocidis Parnasso. Secunda ratio nominis Parnassi est, quod ab heroë quodam cognomine id nomen acceperit, quod etiam asserit Pausanias lib. 10.

69 Ἐν πρώτῳ περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου.] Legendum, ἐν πρώτῳ περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου

70 Πάρνης, Πάρνηθος, τὸ ὄρος τῆς Ἀττικῆς.] Parnes, ethis, mons Atticæ. Masculi. & fœm. gen. usurpatur. Fuit unus ex celeberrimis Atthidis montibus, hi verò erant *Hymettus*, *Brilessus*, *Lycabetus*, *Parnes*, & *Corydallus*, auctore Strabone lib. 9. Parnes verò abundabat apris & ursis, ut refert Pausanias in Attic.

ΠΑΡΟΙΤΑΙΑ, χώρα τῆ ἐρυθρᾶς θα- A
λάσσης νησίον, ἧς οἱ οἰκήτορες Παροιταῖοι.

ΠΑΡΟΠΑΜΙΣΣΟΣ [71], πόλεως ὄρος Ἰνδικῆς, ἀφ' ἧ Παροπαμισσαδαῖοι παροικοῦντες. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν δευτέρῳ φησὶ γῆς, ἀπ' αὐτῶν φησι τὸ ὄρος κεκλῆσθαι. Οἱ δὲ τοῦτο κα- B
τοικοῦντες, Παροπαμισσάδαι.

ΠΑΡΟΣ [72], νῆσος. ἣν καὶ πολὺν Ἀρχίλοχος αὐτὴν καλεῖ ἐν τοῖς Ἐπῳδοῖς. Οἰκεῖτο δὲ τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ Κρητῶν, καί τινων Ἀρκάδων ὀλίγων. Τὄνομα μὲν λέγεται ὑπὸ Πά- C
ρου, ἧ Παρασίου, ἀνδρὸς Ἀρκάδος, ἔχειν, ὡς Καλλίμαχος. Νικάνωρ δὲ ἐν τῇ Μετονομασίαις, κεκλῆσθαί φησιν αὐτὴν Πακτίαν, Δημητριάδα, Ζάκυνθον, Ὑρίαν, Ὑλήεσσαν, [73] καὶ Μινῴαν, καὶ Καβαρνίν, ἀπὸ Καβάρνου ἧ D
μειωσαμένου τὴν ἁρπαγὴν τῆ Δήμητρι τὸν ζηλωτήν. Ὁ πολίτης, Πάριος. Εἰκῆ τοίνυν τὸ ἐθνικὸν τῆς Πάρου ὁ Τεχνικὸς Ἀπολλώνιος Παριανὸς εἴρηκεν, ἐν τῷ περὶ παρωνύμων ἄνω γράφων· Τὸ δὲ δευτέρα ἀπὸ τοῦ Ζυγὸν Ζυγια- E
νὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ Πάρον Παριανὸς, Λεοντιανὸς, Ταυριανός. [74] Ἀπὸ ταύτης λέγεται παροιμία τὸ Ἀναπαριάζειν, ὡς Ἔφορος ἐν δεκάτῳ· Ὁ δὲ Μιλτιάδης, τὰ μὲν ἄλλων νήσων τινὰς ἀποβάσεις ποιησάμενος, ἐπόρθησε· Πά- F
ρον δὲ εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην οὖσαν τότε τῶν Κυκλάδων, καθεζόμενος ἐπολιόρκει πολὺν χρόνον τοῖς θαλάττης ἔργοις, καὶ τοῖς μηχανήμασιν ἄγων. Ἤδη τῶν τειχῶν πιπτόντων, καὶ ὅτι τὸ παραδιδόναι τὴν πόλιν διωμολογημέ- G
νων, ὕλης τινὸς ἐξ αὐτομάτου πρὸ τῆς Μύκονον ἐξαφθείσης, οἱ μὲν Πάριοι τὸν δάπιν αὐτοῖς πυρ-

PAROETÆA, regio juxta mare rubrum, cujus incolæ, Paroetæi.

PAROPAMISSUS, mons urbis Indicæ, à quo, qui juxta-habitant *Paropamissadæi* dicuntur. Apollodorus verò secundo de terra, ab ipsis ait montem accepisse nomen. Qui verò hunc incolunt, *Paropamissadæ* dicuntur.

PAROS, insula, quam urbem etiam Archilochus in Epodis vocat. Habitabatur verò primùm à Cretensibus, ac nonnullis paucis Arcadibus. Nomen verò dicitur habuisse à Paro, Parasii filio, Arcade viro, ut Callimachus. Nicanor verò in Metonomasiis, *Pactiam* vocatam fuisse affirmat, necnon *Demetriadem*, *Zacynthum*, *Hyriam*, *Hyleessam*, & *Minoam*, & *Cabarnim*, à Cabarno, qui Cereri filiæ raptum prodidit. Civis Parius. Temere igitur gentile, urbis Pari, Apollonius Technicus, *Parianus* dixit, in lib. de derivativis sic scribens: *Secundâ verò à Zygo Zygianus, & à Paro Parianus, Leontianus, Taurianus.* Ab hac dicitur parœmia τὸ ἀναπαριάζειν, i. e. *more Pariorum pacta frangere*, ut Ephorus lib. decimo, *Miltiades verò alias quidem insulas cum ad eas appulisset, vastavit, Parum verò felicissimam, ac maximam Cycladum diu obsidebat, commeatus, qui ei mari poterant inferri, arcebat, ac terrâ tormentis premebat, jam verò cadentibus muris, ac pacisc entibus urbem tradere, sylva quadam fortuitò circa Myconum incensa, Parii existimantes Datim ipsis signum dare, ne urbem traderent, pacta mentiti sunt, ac urbem Miltiadi non tra-*

71 Παροπάμισος, πόλεως ὄρος Ἰνδικῆς.] Paropamissus, urbis mons Indicæ. Nomina in σος apud scriptores & per unum & per duplex σσ inveniuntur. Fuit Paropamissus, mons Indicæ, qui Periegetæ v. 1097. dicitur *Parpanisus*, Ptolemæo lib. 6. c. 11. *Paropanisus*, à quo Paropanisadæ populi, secundum Stephanum *Paropamissadæ*. Ab hoc monte Indus flumen exoriebatur, auctore Mela libro 3. c. 7. Arrhiano lib. 5. quem Macedones in Alexandri gratiam *Caucasum* vocavere, auctore eodem auctore libro citato. Strabo etiam lib 11. auctor est, montes omnes ex Arîis ad Indiam usque à Macedonibus *Caucasi* nomine appellatos fuisse. Cui easdem fabulas affinxerant, quas Poetæ Caucasô de Prometheo vincto, & ab Hercule soluto, Plin. lib. 6. c. 17. scribit, Scythas appellare *Caucasum*, *Graucasum*, h. e. *nive candidum*. Periegetes v. 1098. inquit, eos qui ad Paropamisum habitant, vocari *Arienos*, seu *Arianos*.

72 Πάρος, νῆσος, ἣν καὶ πολὺν, &c.] Paros, insula, una Cycladum in Ægæo mari, cum urbe cognomine, ex qua fuit *Archilochus* Poeta celeberrimus, Jambographus, teste Strabone lib. 10. Quia insulæ, ut plerumque habent urbes cognomines, ideo inquit Parum ab Archilocho ejus alumno vocari urbem. Fuit celebris Paros marmore candido sculpturæ aptissimo, quod ideo *lapis Parius* dicitur Poëtarum Phœnici Æneid. lib. 3. v. 596.

Quale manus addunt ebori decus, ut ubi flavo
Argentum, Pariusve lapis circundatur auro.

Eadem de causa Ovid. Met. libro septimo appellatur marmorea:

Florentemque Cythnon, Scyron, planamque Seriphon,
Marmoreamque Paron.

Sed argutius & ingeniosius Virg. Æneid. lib. 3. v. 126. *niveam* dixit:

——— *Viridemque Donysam*
Olearon, niveamque Paron, sparsasque per æquor
Cycladas.

Eam etiam honoravit *Michaël da Sylveira*, cognatus noster, qui pariter cum Epicis Hispaniæ Poëtis in bicipiti Parnasso decertavit (hac honorifica mentione ei parentare volumus) sic enim de Paro canit, in suo Maccabeo lib. IV. octava XIX.

La fama, que sus vozes verdaderas
Dedica à eternidad de sus memorias
Roba, para animar su nombre claro
Bronzes à Cypro, marmoles à Paro.

73 Καὶ Μινῴαν.] Vide collectanea nostra in Μινῴα nota XLIX.

74 Ἀπὸ ταύτης λέγεται παροιμία, &c.] Hujus parœmiæ meminit Eustath. ad Dionysii v. 526. Erasmus in verbo *repariazare*, quod etiam adstipulatur Æmilius Probus in Miltiade. Cæterum *Parius lapis*, quoniam in profundis hujus insulæ montis cuniculis ad lucernas eruebatur, *Lychnites* etiam appellatus fuit, auctore Plin. lib. 36. cap. 5. Athen. lib. 5.

πυρσεύειν ὑποπλαβόντας, ἐψεύσαντο τὰς ὁμο- A
λογίας, καὶ τῷ πόλιν ἔτι πρὸ τοῦ Μιλησίου πα-
τέδοσαν. Ὅθεν φασὶν, ἡμᾶς ἔτι καὶ νῦν χρῆσθαι
τῇ παροιμίᾳ, τοὺς ψευδομένους τὰς ὁμολογίας
ἀναπερικάζειν φάσκοντας. Ἔστι καὶ ἄλλη Πάρος
ἡσὸς Λιβυρνῶν, 75 Ὡς φησι Σκύμνος ὁ B
Χίων, ἐν πρώτῳ περιηγήσεως.

ΠΑΡΠΑΡΩΝ 76, χώρα ἐν Ἀσίᾳ Αἰο-
λικὴ, ἔνθα ἱστοροῦσι Θουκυδίδου ἀποθανεῖν, ὡς
Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν δευτέρῳ· Τινὲς δὲ
Περίνην τοῦτο καλοῦσιν. Ὁ πολίτης Παρπα- C
ρώνιος, ἀπὸ τοῦ Παρπάρων ὑμικῆς. Τὸ
ἐθνικὸν, Παρπαρωνία. Ἀνδροτίων δὲ ἐν τρί-
τῳ Ἀτθίδος, Παρπαρωνιώτας φησίν. Ἔστι δὲ
καὶ ἀπὸ τοῦ Παρπαρία, ὡς Θετταλία Θετται-
λιώτης, Ἑσπερία Ἑσπεριώτης. D

ΠΑΡΡΑΣΙΑ 77, πόλις Ἀρκαδίας. Ὁ μὲν
Στύμφηλον, καὶ Παρράσιον ἐνέμοντο.
κλῆσαι δὲ ἀπὸ Παρράσου, ἑνὸς τῶν Λυκάονος
παίδων. Χάραξ δὲ κτίσμα Πελασγοῦ, ἐν πρώ-
τῳ χρονικῶν φησι· Πελασγὸς Ἀρέστορος παῖς, E
τοῦ Ἐκβάσου, τοῦ Ἄργου, μετοικήσας ἐξ Ἄρ-
γους, εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνου μὲν τότε Πελασγίαν,
ὕστερον δὲ Ἀρκαδίαν κληθεῖσαν, ἐβασίλευσεν
ἔτη εἰκοσιπέντε, καὶ πόλιν Παρράσιαν ἔκτισε. F
78 Νικάνωρ δὲ Παρμασίαν φησὶν αὐτὴν κε-
κλῆσθαι, διὰ τὴν Λυκάονος εἰς τὸν Δία παρα-
νομίαν. Ὁ πολίτης Παρράσιος, καὶ Παρρα-
σεύς, καὶ Παρράσις.

Δέξονται φιλορρόης ὄρεα Παρρασίδος. G
καὶ Παρρασική.

ΠΑΡΩΡΕΙΑ 79, πόλις Ἀρκαδίας.
κλῆσαι δὲ καὶ Παρωρεία. Οἱ πολῖται Παρωρεῖς.
Νικόλαος δὲ Παρωρεάτας φησίν. 80 Ἔστι καὶ
Μακε-

tradidere, unde ajunt nos adhuc *parœmiâ uti* dicentes de eis, *qui picta mentiuntur*, eos ἀναπερικάζειν, i.e. *Parios imitari*. Est etiam alia Paros, insula Liburnorum ut inquit Scymnus Chius lib. 1. Periegeseos.

PARPARON, regio in Asia Æolica, ubi referunt Thucydidem obiisse, ut Apollodorus Chronicorum lib. 2. aliqui verò *Perinam* hanc vocant. Civis, Parparonius à genitivo Parparonis, fœm. Parparonia. Androtio tertio Atthidis *Parparonios* eos vocat. Est igitur, ut à Parparia, ut à Thessalia, Thessaliotes, Hesperia, Hesperiotes.

PARRHASIA, urbs Arcadiæ. Hom. *Stymphelum, & Parrhasiam incolebant.* Vocata verò fuit à Parrhaso uno ex Lycaonis filiis. Charax verò conditam fuisse dicit à Pelasgo primo Chronicorum sic. *Pelasgus filius Arestoris, filii Ecbasi, filii Argi, cum Argis migrasset in regionem illam, quæ tunc quidem ab eo* Pelasgia, *postea verò* Arcadia *vocata fuit, inibi regnavit* XXV. *annos, ac urbem Parrhasiam condidit.* Nicanor autem *Parmasiam* vocatam fuisse affirmat, propter Lycaonis in Jovem paranomiam. Civis, Parrhasius, & Parrhasieus, & fœm. Parrhasis:

Recipient placide-fluentis montes Parrhasidis.

Dicitur etiam *Parrhasica.*

PAROREA, urbs Arcadiæ. Dicitur etiam Paroræa. Cives, Parorei, Nicolaus verò *Paroreatas* eos vocat. Est etiam Macedonum urbs.

75 Ὡς φησι Σκύμνος ὁ Χίων.] Pro Σκύμνος ὁ Χίων legendum Σκύμνος ὁ Χίος, gentile enim ab insula Χίος, sic dicebatur, & num. plur. Χῖοι, ut videre est ex nostro auctore in Χίος.

76 Παρπάρων, χώρα ἐν Ἀσίᾳ Αἰολική.] Parparon, regio Eolica, in Asia, celebris morte Thucydidis; ut ex Apollodori Chronicis tradit autor noster, quam *Perinen* nonnulli vocabant; puto eamdem esse quæ Strabonis lib. 13. dicitur *Perperena*, cujus meminit Plin. lib. 5. c. 30. cui eodem capite *Perpereni* commemorantur.

77 Παρράσια, πόλις Ἀρκαδίας.] Parrhasia, urbs Arcadiæ, ex Homero, cujus mutilum affert versum; integer sic legitur Il. 2. v. 608.

Στύμφηλόν τ' εἶχον, καὶ Παρράσιον ἠμαθόεντα.
Stymphelumque tenebant, & Parrhasiam incolebant.

Ejus oppidani fuere ex antiquissimis Græcorum, autore Strabone lib. 8. Δοκεῖ δὲ παλαιότατον ἔθνη εἶναι τὰ Ἀρκαδικὰ τῶν Ἑλλήνων, Ἀζᾶνές τε καὶ Παρράσιοι, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι. i. e. *Videntur autem Arcadicæ gentes esse vetustissimæ Græcorum, Azanes, & Parrhasii, & aliæ hujusmodi.* Memorantur etiam Pausaniæ in Arcadicis. Plin. lib. 4. c. 6. inter Arcadiæ oppida recensetur *Parrhasias.* Numeri enim & generis & terminationis in oppidorum nominibus mutatio haud insolens est apud scriptores. Ab hac urbe Arcadia ipsa vocata fuit *Parrhasia*, ut dicit Eust. ad Il. 2. v. 603. *Parrhasius*, etiam pro *Arcadico* accipitur à Virgilio Æneid. lib. 8. v. 344.

——— *Et gelida monstrat sub rupe Lupercal*
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

Ubi Serv. pro *de more* Parrhasio explicat, *ex more* Arcadico. *Nam Parrhasia*, ait ille, *Arcadia est.*

78 Νικάνωρ δὲ Παρμασίαν φησὶν αὐτὴν κεκλῆσθαι.] Pro Παρμασίαν legendum ex Eust. ad Il. 2. v. 608. Παρεσίαν, quod etiam conjicitur ex autoris nostri verbis subsequentibus. Sic enim, ex Nicanore ait *Parrhasiam* vocitatam fuisse, propter Lycaonis in Jovem παρανομίαν, i. e. *iniquitatem*, ac si diceret παρεσίαν, i. e. *transgressionem.*

79 Παρώρεια, πόλις Ἀρκαδίας.] Parorea, seu Paroræa, urbs Arcadiæ. Memoratur Pausaniæ in Arcadicis, cujus ætate jam erat deserta. Sic enim ille libro citato: Παρωρεὺς δὲ ὁ νεώτερος Τρικολώνης τῶν παίδων, Παρωρείαν καθ' ἕτερον ἔκτισεν, ἀπέχουσαν Ζοΐτας σταδίους δέκα· ἔρημος δὲ καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν ἀμφότεραι. i. e. *Paroreus verò Tricoloni filiorum natu minor Paroriam condidit, distantem à Zœtia stadia decem. Deserta ætate mea utraque est.* Apud nostrum per *ει* & per *οι*, apud Pausaniam per *jota* scribitur.

80 Ἔστι καὶ Μακεδόνων πόλις.] Cum in initio hujus sectionis memoraverit Paroream Arcadiæ, nunc memorat Paroream Macedonum, fortasse, quia fuerat sub Macedonum ditione, namque Livius lib. xxxix. cap. xxvii. *Thraciæ Paroream* vocat: *Q. Fabium Labeonem, cùm in regione ea fuisset, direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quæ ad Thraciæ Paroream subeat, nusquam ad mare declinantem.*

Μακεδόνων πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Παρωραῖοι. Α Α'λλὰ καὶ Παρωρίτας, ὡς Δικαιαρχίτας, καὶ Σαμαρείτας.

urbs. Gentile, Paroræi. Sed & Paroritas, ut Dicæarchitas, Samaritas [*dicimus.*].

ΠΑ͂ΣΣΑ [81], πόλις Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Πασσαῖος, ὡς Ἴσσαιος, ἀπὸ Ἴσσης. Ἔστι δὲ καὶ Πασσάνδα χωρίον πρὸς Ἀδραμύττειον Β πόλιν, καὶ Κισθήνην. Τὸ ἐθνικὸν, Πασσανδεύς, τῷ τὴν χώρας τύπῳ. Ἔφορος, ὀλίγοι δέ τινες εἰς τὴν Πασσανδέων χωρίον ἔφυγον.

PASSA, urbs Thraciæ. Gentile, Paſſæus, ut Iſſæus, ab Iſſa. Eſt etiam Paſſanda regio juxta Adramytium urbem, & Ciſthenen. Gentile, Paſſandeus, regionis typo. Ephorus, *Pauci verò aliqui ad Paſſandeorum regionem fugerunt.*

ΠΑ'ΣΣΑΛΑ [82], Μυλασέων ἐπίνειον. Τὸ ἐθνικὸν, Πασσαλεύς. C

PASSALA, Mylaſſeorum navale. Gentile, Paſſaleus.

ΠΑΣΣΑΡΓΑ'ΔΑΙ [83], πόλις ϑηλυκῶς. Διότιμος ἐν ἐξηκοστῷ πέμπτῳ παντοδαπῶν ἀναγνωσμάτων, προσλαβόμενος Ἀναξιμένην ἐν μεταλλαγαῖς βασιλέων ἔτω γράφοντα· Τὰς δὲ Πασσαργάδας ἔκτισεν ὁ Κῦρος, D [84] ἐφ' ἃ τόπῳ προσταξάμενος Ἀστυάγην νικῆσαι. [85] Ὀνομάζεται δὲ ἡ πόλις διερμηνευθεῖσα, Περσῶν στρατόπεδον. Ἀπολλόδωρος δὲ θρασυνικῶς φησιν· Ἔοικε δὲ θρασυνικῶς καὶ ϑηλυκῶς εἰρῆσθαι. Τάχα δὲ, ὅπερ ἄμεινον, ἀπὸ μὲν τῆς πόλεως ϑηλυκῶς, ἀπὸ δὲ τῶν οἰκητόρων ἀνδρωνύμως.

PASSARGADÆ, urbs fœm. generis. Diotimus lib. LXV. omnigenarum lectionum qui citat Anaximenen in mutationibus regum ſic ſcribentem. *Paſſargadas verò condidit Cyrus, in illo loco, ubi inſtructa acie Aſtyagen vicit.* Vocatur verò urbs, Perſarum caſtra. Apollodorus verò in gen. maſcul. uſurpat. Videtur verò & in gen. maſcul. & in fœm. dici. Fortaſſis verò, quod melius, cum de urbe dicitur fœm. gen. cum de incolis, maſculino. E

ΠΑΣΤΕΡΙ'Σ, Αἰγυπτία πόλις. Ὁ πολίτης Παστερίτης, καθὼς ἀπὸ Ἀστερὶς Ἀστερίτης. F

PASTERIS, Ægyptia urbs. Civis, Paſterites, quemadmodum, Aſteris, Aſterites.

ΠΑ'ΤΑΛΑ [86], πόλις Ἰνδική. Λέγεται δὲ

PATALA, urbs Indica. Dicitur etiam *Patale.*

81 Πᾶσσα, πόλις Θρᾴκης.] Paſſa, urbs Thraciæ, cujus apud alios ſummum eſt ſilentium, apud Plin. lib. 4. c. 11. inter Thraciæ oppida *Paſſos* numeratur, viderint doctiores, an ſit eadem urbs.

82 Πάσσαλα, Μυλασέων ἐπίνειον.] Paſſala, Mylaſſeorum navale. Mylaſſei fuere oppidani Mylaſorum, urbis Cariæ, de quibus in Μύλασα egimus, at Paſſala eorum navale me fugit.

83 Πασσαργάδαι, πόλις ϑηλυκῶς.] Paſſargadæ, ut inquit autor noſter in hujus ſectionis pede, & fœm. & maſcul. gen. uſurpatur, fœm. cùm de urbe, maſcul. cum de oppidanis dicitur; fuit autem urbs Perſidis, quam Cyrus condidit ubi Aſtyagen vicit, quod nomen interpretatur *Perſarum caſtra*, ab Hebræo parùm deflexum פרס גד *Paras gad*, i. e. *Perſidis exercitus*, ſeu *turma*. Q. Curtius lib. 5. c. 6. ſine ulla corruptione, ad Latiniſmum deflexo nomine *Perſagadum* vocavit, quam Cyrum condidiſſe tradit: *Acceſſere ad hanc pecuniæ ſummam captis Perſagadis ſex millia talentorum. Cyrus Perſagadum urbem condiderat, quam Alexandro præfectus ejus Gobares tradidit.* Fuit urbs antiquitus celebris, tùm quòd fuerit Perſarum regia, tùm quòd in ea eſſet Cyri ſepulchrum. Utrumque teſtatur Strabo lib. 15. Εἶτ' εἰς Πασαργάδας ἦλε· καὶ τοῦτο δ' ὡς βασίλειον ἄρχαιον· σύνταῦθα ὃ καὶ τὸν Κύρου τάφον εἰδεῖν φασὶν οἱ περιηγούμενοι, πύργον ἐμμέτρων, &c. i. e. *Deinde in Paſargadas venit, & hæc erat regia antiqua. Hic Cyri ſepulturam in horto vidit, turrim non magnam, &c.* Ptolemæo lib. 6. c. 4. in fine Perſidis, Paſargada; Paſacarta verò eidem auctori libro citato cap. 5. inter Parthiæ oppida numeratur. Idem in Carmania locat Paſargadas populos. Salmaſius autem in ſuis Plinianis in Solinum exercitationibus fol. 1200. exiſtimat eamdem fuiſſe urbem, ac inquit malè apud Ptolemæum *Paſacarta*, pro *Paſagarda* legi. Sane corrigendi purrigine laborabat tunc eruditiſſimus vir, cum illa ſcripſit. Rectè ſcribitur apud Ptolemæum loco ſupra citato *Paſacarta*, ſeu *Paſacerta*, quemadmodum Dadocerta, Vologeſocerta, Tigranocerta, & alia hujuſmodi, ac ſi diceres Dadopolis Vologeſopolis, Tigranopolis, קרתה *Cartha* enim ſignificat urbem, ut alibi annotavimus; non erat eadem urbs, quandoquidem à Ptolemæo Paſacarta numeratur inter Parthiæ oppida, Paſargada verò urbs in Perſide locatur. Aliter dicemus nullam lectionem eſſe certam, ſi *Paſacarta* male apud Ptolem. legitur, cum id nominis fuerit frequens apud orientales. Inter Perſarum genera Paſargadæ erant præſtantiſſimi, quippe in his cenſebantur Achæmenidæ, unde Perſarum reges erant oriundi, auctore Herodoto lib. 1. c. CXXV. Nonnulli inter quos Voſſ. ad Melæ lib. 3. c. 8. exiſtimant Paſargadas eſſe urbem, quæ hodie *Xiraz* dicitur. Patriagadæ etiam ſuo loco ab auctore noſtro celebrantur Perſici cujuſdam loci incolæ.

84 Ἐφ' ἃ τόπῳ, &c.] In hoc loco, ſcilicet Paſargadis inquit ex Diotimo Cyrum viciſſe Aſtyagen, quod etiam memoriæ commendavit Strabo lib. 15. Τὰς δὲ Πασαργάδας ἔκτισε Κῦρος, ὅπου τῷ ὑστάτῳ μάχῃ συνέκρινε Ἀστυάγει τὸν Μῆδον, καὶ τῷ ἀρχῇ τῆς Ἀσίας μεθῆνεγκεν εἰς ἑαυτὸν, καὶ πολλὰ ἔκτισε, καὶ βασίλειον κατεσκεύασε τῆς νίκης μνημεῖον. i. e. *Paſargadas autem honoravit Cyrus, quod ultimo prælio ibi ſuperavit Aſtyagem Medum, & Aſiæ imperium in ſe tranſtulit, & urbem condidit, & regiam conſtruxit in victoriæ memoriam.*

85 Ὀνομάζεται ἡ πόλις, &c.] Nunc agit de Paſſargadarum etymo, de quo egimus in principio hujus ſectionis.

86 Πάτελα, πόλις Ἰνδική.] Patala, urbs Indica, quæ & *Patale* dicitur. Erat verò in inſula, quam fluvius faciebat, auctore Ptolemæo lib. 7. c. 1. Ἐν νήσοις δὲ, ταῖς ὑπὸ τῷ πλήμυρῃ γινομέναις, πόλεις αἵδε· Πάτελα, Βαρβάρα. i. e. *In inſulis verò à fluvio factis, Patala, Barbari.* Straboni lib. 15. *Pattalene* dicitur inſula, quam Indus fluvius facit. Τῷ Παττηλωτῇ, ὃν ὁ Ἰνδὸς ποιεῖ, χωσθεὶς εἰς δύο στόματα. i. e. *Pattalenen, quam Indus facit diviſus in duos alveos.* In hac inſula eodem libro locat idem autor Pattalæ civitatem: Ἐν δὲ τῇ Παττηλωτῇ, πόλις ἐστὶν ἀξιόλογος τὰ Πάτταλα, ἀφ' ἧς καὶ ἡ νῆσος καλεῖται. i. e. *In Pattalena autem, urbs eſt memorabilis Pattala, à qua & inſula vocitatur.* Et inſulam & urbem celebrat Arrhianus de Expeditione Alexandri, hanc

καὶ Παταλη· Τὸ κτητικὸν, Παταλωικός. Λέγεται καὶ Παταλαῖος. A

Patale. Possessiv. Patalenicus. Dicitur etiam Patalæus.

ΠΑΤΑΛΟΣ, νῆσος παρακειμένη τῇ Καρίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Παταλιεύς· καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ Παταλεύς, τὸ θηλυκὸν Παταληΐς, ὡς Βασιληΐς. B

PATALUS, insula, Cariæ adjacens. Gentile, Patalius. Et ut ab Pataleus, fœm. Pataleis, ut Basileis.

ΠΑΤΑΡΑ [87], πόλις Λυκίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἐκλήθη ἀπὸ Παταρέως τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Λυκίας τοῦ Ξάνθου. Ἀλέξανδρος Σαλακίαν κόρην ἐξ Ὀφιονίδου φησὶ φέρειν ἱερὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἐν Πατάροις. [88] Ἔτι C οὖν παῖζοντα παιδία, λύραν τε, καὶ τόξα, καὶ βέλη, οἷς παίζειν νηπίους ὄντας. Θείου δὲ πνεύσαντος, ἀναπαύεσθαι κατὰ τὴν ὁδόν. Ἄνεμον δὲ ἁρπάσαντα, εἰς τὴν θάλασσαν βαλεῖν τὴν Παταρέαν. Κλαίουσαν δὲ τὴν παῖδα, εἰς τὴν D οἰκίαν ἐλθεῖν. Τὴν δὲ Παταρέαν τὴν Λυκίων χερρόνησον καταινεχθῆναι. [89] Περιλυχόντα δέ τινα τῶν ἐκ τῆς Σαλακίας φυγόντων, τὴν Παταρέα τὰ ἐν αὐτῇ πάντα κατακαῦσαι, καὶ τὴν χερρόνησον ἱερὰν Ἀπόλλωνι εἶναι. Ὠνομάσθαι δὲ E τὴν χώραν ἀπὸ τοῦ ἄγους τοῦ Παταρέως, Παταρέα. Μεθερμηνεύεσθαι δὲ τὴν Παταρέαν ἑλληνιστὶ, κίστην. Ὁ πολίτης, Παταρεύς. Τὸ θηλυκὸν, Παταρηΐς, ὡς Βασιληΐς. Τὸ κτητικὸν, Παταρήϊον ὕδωρ. F

PATARA, urbs Lyciæ. Hecatæ. Asia. Vocata verò fuit à Pataro, filio Apollinis, & Lyciæ Xanthi filiæ. Alexander inquit, quod Salacia puella ex Ophionide ferebat sacra Apollini in Pataris. Hæc verò sunt bellaria, lyræ, arcus, & sagittæ, quibus ludebant, quum adhuc essent pueri. Posito verò vase, requievit in itinere. Perflante verò vento Pataram in mare abreptam fuisse scribit. Ac puellam flentem domum rediisse. Pataram verò ad Lyciorum Chersonesum delatam fuisse. Quemdam verò illorum, qui ex Salacia fugerant Pataram inveniisse, atque omnia bellaria, quæ in ea erant cremavisse, itaque Chersonesum Apollini sacram esse. Regionem verò à vase Pataræ illic invento, *Pataram* nominatam fuisse. Interpretari verò pataram Græce κίστην, i. e. *cistam*. Civis Patareus. Fœm. Patareis, ut Basileis. Possessiv. Patareïa aqua.

ΠΑΤΟΥΜΟΣ [90], πόλις Ἀραβίας· Τὸ ἐθνικὸν, Παταμηνός· Μᾶλλον δὲ Παταμηνὸς, τῷ τῆς χώρας ἔθει. ΠΑ-

PATUMUS, urbs Arabiæ. Gentile, Patumius. Potius verò Patumenus regionis consuetudine. PA-

hanc lib. 6. illam lib. 5. quam Ægyptio Delta simile esse inquit, neque abludit Plin. lib. 6. c. 21. *Quatuor verò satrapiæ mox paulò*, [commemorabuntur] *ad Taprobanen insulam festinante animo. Sed ante sunt aliæ, Patale, quam significavimus in ipsis faucibus Indi, triquetra figura* CCXX.M. *pass. latitudine. Extra ostium Indi, Chryse, & Argyre, fertiles metallis, ut credo.* Melæ lib. 3. c. 7. *Patalene* dicitur.

87 Πάταρα, πόλις Λυκίας.] Patara, urbs Lyciæ, ex Hecatæi Asia, quæ etiamnum servat nomen, auctore Nigro Geograph. Asiæ. Comm. 1. in Lyciæ situ, ac ut ipse tradit, non longè à mari, cui portus est *Phœnix* nomine, circiter 11. mill. pass. ab ea parùm tutus propter rupes ex monte Tauro prominentes. Prius dicta fuit *Sataros*, referente Plinio lib. 5. c. 27. postea à Ptolemæo Philadelpho in uxoris gratiam *Arsinoe Lyciæ* vocitata, at nomen antiquum invaluit, ut prodit Strabo lib. 14. Μετὰ δὲ τὸν Ξάνθον Πάταρα, καὶ αὕτη μεγάλη πόλις, λιμένα ἔχουσα, καὶ ἱερὰ πολλὰ, κλίζουσα Πατάρου. Πτολεμαῖος δ' ὁ Φιλάδελφος ἐπικτίσας Ἀρσινόην ἐκάλεσε τὴν ἐν Λυκίᾳ· ἐπεκράτησε δὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς ὄνομα. i.e. *Post Xanthum autem Patara, & hæc quoque magna urbs, portum habens, & templa multa, opus Patari. Ptolemæus Philadelphus cum eam auxisset Arsinoën in Lycia nuncupavit. Sed invaluit nomen, quod ab initio habebat.* Ab hac urbe Apollo Patareus nomen accepit, qui sex mensibus hyemis apud eam responsa dabat, & sex mensibus æstivis apud Delum, ut refert Serv. ad Æneid. lib. 4. v. 143. Ideo Horatius Carm. lib. 3. Ode 4. cantat:

——— *Qui Lyciæ tenet*
Dumeta, natalemque sylvam
Delius, & Patareus Apollo.

Hujus delubrum Patara urbem nobilem faciebat, quondam opibus, & oraculi fide, Delphico simile, teste Mela lib. 1. c. XV. Hinc fortean Hispani res fictas vocant *Pataratas*. Oracula enim Græcorum res fictæ erant.

88 Ἔτι δὲ τοῦτο πέμμασι, &c.] Salmasius in suis Plinianis exercit. in Solin. fol. 1123. contendit in hoc Stephani loco pro πέμμασι, i. e. *bellaria*, seu placentæ, legendum esse παίγνιοις, i. e. *jocula*, sed pace tanti viri dixerim, hunc locum non indigere correctione. Namque usque nunc durat modus ille ludendi inter pueros cum bellariis seu placentis in varias figuras formatis, quæ & ἀθύρματα & πέμματα vocari possunt. Hunc auctoris nostri locum sine dubio respexit Eust. cùm ad Dionysii v. 129. inquit: Ἰστέον δὲ ὅτι Πάταρα καλεῖται ὁ τοιοῦτος τόπος, ἢ ἀπὸ Παταρέως υἱοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Λυκίας τοῦ Ξάνθου· ἢ ἀπὸ τοῦ παταρᾶσθαι, ὃ δηλοῖ Ἑλληνιστὶ τὸ κίστην ἤτοι κιβωτόν. Φασὶ γάρ ὅτι παταρᾶσαν ἀθύρματα τοῦ Ἀπόλλωνος ἐφείλκυσαν, πέμματά τινα ἐν σχήματι λύρας, καὶ τόξα, καὶ βελῶν, ἄνεμος ἁρπάσας ἀπό τινος παιδίσκης, καὶ πανταχοῦ εἰς θάλασσαν ἔβαλε τὴν Λυκιακήν. i. e. *Sanè sciendum, quòd Patara vocatur hujusmodi locus, vel à Pataro, filio Apollinis, & Lyciæ filiæ Xanthi. Vel à patara, quod significat Græcè cistam, seu scriniolum. Ajunt enim ventum abripuisse patara, ludicra Apollini continentem, placentas in forma lyræ, & arcus, & sagittarum, à famula quadam, atque susceptas in mare injecisse Lyciacum.* Vide ut Eust. inquit πέμματά τινα ἐν σχήματι λύρας, &c. quæ nostram sententiam confirmant. Hujusmodi Græcorum fabulis immorari largius non libet, relinquamus eas Nicolao Leonico, qui hanc auctoris nostri de Pataris fabulam suæ variæ hist. lib. 3. c. 82. totam inseruit.

89 Περιλυχόντα δέ τινα, &c.] Fabula de Salacia ex mythologis & mythographis petenda est. Me fugit ille, qui ex Salacia fugiebat.

90 Πάταμος, πόλις Ἀραβίας.] Patumus, urbs Arabiæ. Memoratur Herodoto, juxta quam Necus Psammitichi filius, Ægypti rex deducebat fossam è Nilo in mare rubrum, in qua fodienda CXX. M. Ægyptiorum periere, ac denique Necus ab opere destitit, oraculo monitus, eum id opus barbaro præmunire, Ægypti enim omnes, qui eorum linguam non loquebantur, *barbaros* vocabant, ut rerum monumentis tradidit idem autor lib. 2. c. CLVIIII.

91 Πά-

ΠΑ΄ΤΡΑ[91], ἓν τ῀ τριῶν τ῀ παρ᾽ Ἕλλησι φυλῶν εἰδῶν, ὡς Δικαίαρχος, ἃ δὴ καλοῦμεν πάτραν, φρατρίαν, φυλήν. Ἐκλήθη δὲ πάτρα μὲν εἰς τὴν δευτέραν μεταβάσιν ἐλθόντων, ἡ δὲ μόνας ἑκάστῳ πρότερον ἦσαν συγγένεια, ἀπὸ δὲ πρεσβυτάτης τε καὶ μάλιστα ἰσχυούσης ἐν τῷ γένει τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχον, ὃν ἂν τρόπον Αἰακίδας ἢ Πελοπίδας εἴποις ἄν. Πατρίαν δὲ συνήθη λέγουσι, καὶ φρατρίαν, ἐπειδή τινες εἰς ἑτέραν φράτραν ἐδίδοσαν θυγατέρας ἑαυτῶν. Οὐ γὰρ ἔτι τ῀ παλαιοτικῶν ἱερῶν εἶχε κοινωνίαν ἡ δοθεῖσα, ἀλλ᾽ εἰς τὴν δὲ λαβοῦσαν αὐτὴν συνελέγη πάτραν· Ὥστε πρότερον πόθῳ τ῀ Συνόδου γιγνομένης ἀδελφαῖς συνὰ ἀδελφῷ, ἑτέρας ἱερῶν ἑτέρη κοινωνικὴ σύνοδος, ἣν δὴ πατρίαν ὠνόμαζον. Καὶ πάλιν, ὥστε πάτρα μὲν, ὅνπερ εἴπομεν ἐκ τ῀ συγγενείας τρόπον ἐγένετο μάλιστα τοῖς γονέων συὶ τέκνοις, καὶ τέκνα συὶ γονεῦσι. Φρατρία δὲ, ἐκ τ῀ τ῀ ἀδελφῶν· Φυλὴ δὲ, καὶ φυλέτης πρότερον ὠνομάσθησαν, ἐκ τ῀ εἰς τὰς πόλεις καὶ τὰ καλούμενα ἔθνη συνόδου γνωμένης. Ἕκαστον γὰρ τ῀ συνελθόντων φῦλον ἐλέγετο εἶναι. Οἱ οἰκήτορες, Πάτριοι.

PATRA, una ex tribus apud Græcos consortii speciebus, ut Dicæarchus, quas vocamus patram, phratriam, tribum. Vocata verò fuit patra quidem, eorum familia, qui à primo ad secundum gradum veniebant, quæ singulis seorsum prius erat cognatio ab antiquiore, ac maximè in genere præcipuo cognomine accepto, ac si dixeris Æacidas, vel Pelopidas. *Patria* verò & *phratria* dictæ sunt, ex quo aliqui in aliam phratram suas dedere filias. Non enim ad huc patrioticorum sacrorum erat particeps, quæ alicui phratræ tradita erat, at in patram accipientis recensebatur. Adeo ut prius desiderio synodi factæ sororibus cum fratre, alia quædam sacrorum constituta synodos esset, qua inter se participes erant, quam *patriam* nominabant. Ac rursus, ut patra quidem, quemadmodum diximus, fiebat maximè ex cognatione patrum cum filiis, ac filiorum cum patribus. Phratria verò fiebat ex fratrum cognatione. Tribus verò, & tribules prius vocati fuere ex Synodo seu conjunctione in urbes & in eas, quæ *gentes* vocantur. Singuli enim ex eis, qui conveniebant φυλον, i. e. *tribus*, *gens*, dicebatur esse. Incolæ, patrii.

ΠΑ΄ΤΡΑΙ[92], πόλις Ἀχαΐας, ἀπό τινος Πατρέως. Οἱ πολίτης, Πατρεύς.

PATRÆ, urbs Achaiæ, à quodam Patreo. Civis, Patreus.

ΠΑ΄ΤΡΑΣΙΣ, πόλις Ποντικὴ, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσία. Τὸ ἐθνικὸν Πατρασίτης, καὶ Πατράσιος, καὶ Πατρασιεύς.

PATRASIS, urbs Pontica, ut Hecatæ. Asia. Gentile Patrasites, & Patrasius, & Patrasieus.

ΠΑΤΡΙΑΓΑ΄ΔΑΙ[93], Περσικὸς τόπος. Οἱ οἰκήτορες, ὁμοίως Πατριαγάδαι.

PATRIAGADÆ, locus Persicus. Incolæ, eodem modo Patriagadæ.

ΠΑΤΡΙ΄Σ, ἡ πατρόθεν πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, ὤφειλε Πατρίτης· Ἄμεινον δὲ τὸ Πατρώτης.

PATRIS, *h. e.* Patria, patris urbs. Gentile, debebat esse Patrites. Sed melius est Patriotes.

ΠΑΤΡΟ΄ΚΛΟΥ νῆσος. [94] Ὡς Προκονή-

PATROCLONESUS, *i. e.* Patrocli insula.

[91] Πάτρα, &c.] Agit in hac sectione auctor noster lexicographum. Explicat enim, sed confusè, ut mihi videtur, quid sit πάτρα, πατριὰ, φράτρα, φρατρία, φυλὴ, quæ nomina etiam apud auctores confunduntur, sed ut plerumque πάτρα, seu πατριὰ, *parentela* dici potest Latine, quo nomine utitur Jul. Capitolinus in Gordianis; est cognatio, quæ à patre originem ducit, servatâ etymologiâ tam in nomine Græco, quam in Latino, unde etiam *patriarcha* dicitur, id est, *primus alicujus familiæ auctor*; φρατρία verò erat veluti curia apud Latinos. Inter Athenienses enim singulæ tribus in tres phratrias dividebantur, cujus præfectus dicebatur *phratriarchos*, phratores autem, qui ejusdem phratriæ participes erant, auctore Harpocratione & Etymologici magni auctore in Φράτορες. Φυλὴ verò Latinis dicitur *tribus*, cujus præfectus dicebatur *phylarchos*, qui in singulis tribubus equitatui præerat, sed ipse sub *hipparcho*, i. e. *equitum-duce* erat, eisdem auctoribus in φύλαρχος, de quibus consulendi sunt Lexicographi; præterea *phylarchi* vocabantur *Arabum reguli*, ut apparet ex Abrahami nepotum eruditissimo, operis sui variis in locis. Πατρία verò apud nostrum cum accentu in penultima scribitur, apud alios accentum habet in ultima.

[92] Πάτραι, πόλις Ἀχαΐας.] Patræ, arum, urbs Achaiæ. Hoc nomine fuit affecta à quodam Patreo, qui eam mœnibus ampliavit, cùm antiquitus *Aroë* diceretur à terræ cultu, auctore Pausania in Achaïcis, celebris fuit, ac veluti altera Peloponnesi metropolis, ut testatur Constant. Porphyrogeneta de Them. lib. 2. Them. 6. Ab amne Piro stadia fermè LXXX. distabat, à qua non procul Glaucus amnis aquas in mare exonerabat, cujus oppidanis tantum ex Achæis, ut libertate sua uterentur concessit Augustus, ac insuper alia in eos beneficia contulit, quibus à se deductas colonias Romani afficere consueverunt, ac præterea eis dedit *Laphriæ Dianæ* signum venatricis habitu ex ebore & auro fabricatum, quod adhuc ætate Pausaniæ Patrenses in arce magna veneratione colebant, ut idem auctor narrat libro supra citato. Ex septem pagis conditæ atque frequentatæ fuere, auctore Strabone lib. 8. cui πόλις ἀξιόλογος, id est, *urbs memorabilis* dicitur eodem libro.

[93] Πατριαγάδαι, &c.] Patriagadæ, à nemine, quod sciam, commemorantur. De Passargadis vide quæ suo loco annotavimus. Utrosque enim auctor noster in Perside locat; ac quia in vita S. Acepsimæ Patrias Persidis vicus est Simeoni Metaphrastæ, facilè crediderim fuisse eumdem locum.

[94] Πατρόκλου νῆσος, &c.] Hujus sectionis verba inversa mihi videntur. Sic legenda sunt: Πατρόκλου νῆσος, νῆσος πρὸς τὴν Ἀττικήν. Τὸ ἐθνικὸν, Πατροκλονήσιος, ὡς Προκονήσιος. i. e. *Patrocli insula*, *insula juxta Atticam*. *Gentile*, *Patroclonesius*, *ut Proconesius*. Ita enim in re simili amat loqui auctor noster, ut videre est in Ἀρκίνος, in Ἀρχίνησος,

νήσῳ, ὕτω Πατροκλονήσῳ, ὡσὰ τὴν Ἀττικήν. A insula. Ut Proconesius, sic Patrocloneſius, juxta Atticam.

ΠΑΤΥΚΟΣ, πόλις Οἰνωτρῶν ἐν μεσογείᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Παλυκίτης. PATYCUS, urbs Oenotrorum in mediterraneis. Gentile, Patycites.

ΠΑΙΣΑΡΚΑΙ, ἔθνος ὑπὸ τὸν Καύκασον. PÆSARCÆ, gens ſub Caucaſum.

ΠΑΙΤΑΛΙΑ[95], μοῖρα Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Παιταλιώτης. B PÆTALIA, pars Thraciæ. Gentile, Pætaliotes.

ΠΑΦΛΑΓΟΝΙΑ[96], ἀπὸ Παφλάγος τοῦ Φινέως παιδός. PAPHLAGONIA, à Paphlago Phinei filio.

ΠΑΦΟΣ[97], πόλις Κύπρου. Οἱ πολῖται, Πάφιοι. PAPHUS, urbs Cypri. Cives, Paphii. C

ΠΑΧΥΝΟΣ[98], ἀκρωτήριον Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, Παχυνίτης. PACHYNUS, promontorium Siciliæ. Gentile, Pachynius.

ΠΕΔΑ[99], πόλις Αὐσονική. Τὸ ἐθνικὸν, Πεδανός. PEDA, urbs Auſonica. Gentile, Pedanus. D

ΠΕΔΙΕΙΣ, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν ὁμωνύμως, ὡς Ὀδυσσεῖς· Ἢ Πεδιείτης, ὡς Ἀταρνείτης. PEDIEIS, urbs Cariæ. Gentile, eodem modo, ut Odyſſeis. Vel Pedietes, ut Atarnetes.

ΠΕ- PE-

νῆσος, &c alibi. Patrocli verò inſula, erat inſula deſerta non longè à Sunio Atticæ promontorio, auctore Pauſania lib. 1. ſtatim in libri principio: Ἄκρα Σούνιον ἀφεκείλαγῆς Ἀττικῆς· καὶ λιμένι τοῦδε πλούσιόν τῶν ἄκρᾳ ἐστὶ, καὶ ναὸς Ἀθηνᾶς Σουνιάδος ἐπὶ κορυφῇ τῇ ἄκρᾳ. πλέοντι δὲ ἐς τὸ πρόσω Λαυρεωτικόν τέ ἐστι, ἔνθα πόλει Ἀθηναίοις ἔτι ἀργύρου μέταλλα, καὶ νῆσος ἔρημος ἐ μεγάλη Πατρόκλου καλουμένη. i. e. *Promontorium Sunium prominet Atticæ: in cujus ora naviganti portus eſt; in vertice Suniadis Minervæ templum. Naviganti ulterius Laurium eſt, ubi aliquando Athenienſibus argenti metalla erant, & inſula deſerta, non magna, quæ* Patrocli *vocatur.* A Patroclo, Ptolemæi Lagi filii, Ægypti regis, triremium præfecto, quem auxilio Athenienſibus miſerat contra Antigonum Demetrii filium, ſic vocatam fuiſſe teſtatur idem auctor eodem loco. Straboni lib. 9. Πρόκλου χάραξ, id eſt. *Procli vallum* dicitur, ſine dubio pro Πατρόκλου, i. e. *Patrocli.* Quia Patroclus eam vallo & muro munierat, ut apparet ex Pauſaniæ libro citato: Τεῖχος γὰρ ἀνῳκοδόμησε ἐν αὐτῇ, καὶ χάρακα ἐβάλετο Πάτροκλος. i. e. *Murum enim conſtruxit in ea & vallum jecit Patroclus.*

95 Παιταλία, μοῖρα Θρᾴκης.] Pætalia, pars Thraciæ. Hæc ſectio & proximè præcedens extra literarum ſeriem occuparunt locum. Pætalia verò, ut mihi videtur, fuit regio Pætorum, quos inter Thraciæ gentes, per quas iter fecit Xerxes, numerat Herodotus lib. 7. c. 110. Ἔθνεα δὲ Θρηίκων, ὅσα τε χώρης ὧδε ἐποιήσατο, τοιάδε· Πάσσι, Κικόνες, Βίστονες, Σαπαῖοι, Δερσαῖοι, Ἠδωνοί, Σάτραι. i. e. *Gentes verò Thracum, per quarum regionem iter fecit, hæ ſunt: Pæti, Cicones, Biſtones, Sapæi, Derſæi, Edoni, Satræ.*

96 Παφλαγονία, ἀπὸ Παφλάγος τοῦ, &c.] Paphlagonia, fuit regio minoris Aſiæ ad Pontum Euxinum, quam Coſmographus Geographiæ lib. 5. c. 4. ſub Galatia comprehendit; eam diſterminabant duo flumina, ab oriente quidem *Halys*, ab occidente verò *Billæus*, præcipuæ urbes fuere, *Gangra* metropolis, *Amaſtra*, *Sora*, *Pompeïopolis*, autore Conſtantino Porphyrogeneta de Them. libro 1. Them. 7. Nomen accepit a Paphlagone Phinei filio. Itaque apud Stephanum pro ἀπὸ Παφλάγος legendum eſt, ἀπὸ Παφλαγόνος, i.e. *à Paphlagone*, Phinei filio, Phineus autem fuit Ægyptius genere; utrumque teſtatur Porphyrogeneta loco citato: Εἰσὶ δὲ οἱ Παφλαγόνες γένος Αἰγύπτιον, ἀπὸ Φινέως δὲ πρώτου τοῦ Παφλαγονίαν οἰκήσαντος· ὃς ἔσχεν ὄνομα Παφλαγόνα, ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα τοῦτο μετωνομάσθη. i. e. *Sunt autem Paphlagones genus Ægyptium, à Phineo, qui primus Paphlagoniam habitavit. Qui habuit filium Paphlagonem, ex quo etiam regio appellationem ſortita eſt.* Aliqui Pylæmeniam dixerunt à Pylæmene, qui Paphlagones duxit in auxilium Græcis contra Troianos, ut tradit Plin. lib. 6. c. 2. Illius meminit Hom. Il. 2. v. 851. Il. 5. v. 577. Paphlagones fuere olim impudentiâ & nequitiâ famoſi, injuria & vilipendium generis humani, teſte Porphyrogeneta libro, capiteque citato.

97 Πάφος, πόλις Κύπρου.] Paphus, urbs Cypri. Duæ urbes Salamis & Paphus Cyprum inſulam faciebant claram; altera Jovis delubris, altera Veneris templo inſignis, hæc Paphia, ille *Salaminius* dicebatur. Veneri Paphiæ thure tantùm, ut antiquitus omnibus Diis ſacrificabatur; ad quod alludit qui omnes omnium Poëtarum laudes meretur Æneid. lib. 1. v. 419.

Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedeſque reviſit
Læta ſuas: ubi templum illi, centumque Sabæo
Thure calent aræ, ſertiſque recentibus halant.

Illud etiam expreſſis verbis teſtatur Servius ad ejuſdem libri v. 339. nec multum abludit C. Tacitus Hiſt. l. 2. c. 3. *Sanguinem aræ offundere vetitum: precibus & igne puro altaria adolentur.* Fuit Veneris Paphiæ templum inter Ethnicos inclytum, adeò ut Tit. Veſpaſianum cupido inceſſerit id adeundi, viſendique, eodem auctore libro citato cap. 2. ubi ejus ſitum & formam Deæ paucis diſſerit. Mela lib. 2. c. 7. Plin. lib. 5. c. 31. *Paphum* & *Palæpaphum*, i. e. *antiquam Paphum* commemorant, utraſque everſas eſſe ferunt, Paphum noſter in Ἐρυθρᾷ *Erythram* antiquitus dictam fuiſſe aſſerit.

98 Πάχυνος, ἀκρωτήριον Σικελίας.] Pachynus, unus ex tribus Siciliæ promontoriis, de quo videſis quæ in Σικελία.

99 Πέδα, πόλις Αὐσονική.] Peda, urbs Auſonica, id eſt Italiæ. *Pedum* vocat Livius lib. 2. c. 39. *Tunc deinceps Corbionem, Viteliam, Trebiam, Labicos, Pedum cepit. Poſtremum ad urbem à Pedo ducit, & ad foſſas Cluilias quinque ab urbe millia paſſuum caſtris poſitis, populatur inde agrum Romanum.*

1 Τὸ ἐθνικὸν, Πεδανός.] Pedi Italiæ urbis gentile, dicitur *Pedanus*, qua forma utuntur & Græci & Latini. Plutarchus in Marco Coriolano: Καὶ Τολερίνους καὶ Λαυϊκανοὺς καὶ Πεδανοὺς καὶ ἐπ Βωλανοὺς, ἀνιστάντας αὐτὸς, καὶ κρατῶν εἶλεν. i.e. *Et Tolerinos & Lauicanos & Pedanos atque Bolanos ipſi reſiſtentes, vi cepit.* Dionyſ. Antiquit. Rom. lib. VIII. Ἀναστήσας δὲ τὴν δύναμιν ἐκεῖθεν, ἐπὶ τὴν Πεδανῶν πόλιν ἀφικνεῖτο. i. e. *Profectus autem cum copiis illinc ad Pedanorum urbem pervenit.* E noſtris Plin. lib. 3. c. 5. inter LIII. populos qui ex antiquo Latio interiere *Pedanos* recenſet. Pedana regio celebratur etiam Venuſino vati Epiſt. lib. 1. Epiſt. 4.

Albi, noſtrorum ſermonum candide judex
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana
Scribere, quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat?
An tacitum ſylvas inter reptare ſalubres?

Ubi ita vetus Scholiaſta: *Pedana regio inter Tibur & Prænesse fuit; ab oppido Pedo, quod non longe fuit ab urbe; ſed modò non eſt.*

ΠΕΔΙΟΝ[2], τόπος πλαίσιος, καὶ ὁμαλός. Τὸ τοπικὸν, πεδιάδης. [3] Ἔστι καὶ Πεδιὰς φυλὴ τῆς Ἀττικῆς. A

PEDION, *h. e.* campus, locus amplus, & planus. Locale, Pedieus, *h. e.* campestris. Est etiam Pedias tribus Atticæ.

ΠΕΔΝΙΛΙΣΣΟΣ[4], πόλις Πισιδίας. Τὸ ἐθνικὸν Πεδνιλισσεύς· Ὡς Τελμισσεύς, ἀπὸ τοῦ Τελμισσός. B

PEDNILISSUS, urbs Pisidiæ. Gentile, Pednilisseus. Ut Telmisseus, à Telmissus.

ΠΕΙΓΕΛΑΣΟΣ, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πειγελασεύς.

PIGELASUS, urbs Cariæ. Gentile, Pigelaseus.

ΠΕΙΡΑΙΟΥΣ[5], ἔστως ἐκαλεῖτο ὁ λιμὴν τῆς Ἀττικῆς. Πειραιὸς ὁ καὶ τὸ ἐθνικόν. [6] Ὕστερον δὲ Πειραιεὺς, δήμου Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Πειραιεύς. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Πειραιῶς, εἰς Πειραιᾶ, ἐν Πειραιεῖ, καὶ Πειραιοῖ. Λέγεται καὶ κλητικῶς Πειραιὲς, μὴ συναλοιφῆς γινομένης. [7] Ἔστι καὶ τοῦ Κορινθίας λιμένος. Λέγεται καὶ C

PIRÆUS, sic vocabatur portus Atticæ. Piræus etiam est gentile. Postea verò Piræeus, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Piræeus. Localia ex Piræo, ad Piræum, in Piræo, & in-Piræo. Dicitur & possessiv. Piraicus, per systolen & *a*. Est etiam Corinthiæ portus. Dicitur etiam

— Πειρηΐδος ἱερὸς ὄρνις, D

— *Piretidis sacra avis.*

Ὡς ἀπὸ τοῦ πειρήτης ἀρσενικῶς. Ἔστι δὲ δῆλον, ὡς ἀπὸ τοῦ Πειραιᾶ Πειραιάτης, καὶ Πειραιεύτης, καθ' ὑφαίρεσιν τοῦ ι διφθόγγου Πειράτης.

Tamquam à Piretes masculino. Est verò manifestum, quod à Piræa dicitur Piræates, & Piræetes, & adempta diphthongo *ei* Pirætes.

ΠΕΙΡΑΣΙΑ[8], πόλις Μαγνησίας. Τὸ ἐθνι-

PIRASIA, urbs Magnesiæ. Gentile, Pira-

2 Πεδίον, τόπος πλαίσιος καὶ ὁμαλός.] Πεδίον, Latino sermone dici potest seu campus, seu planities, quod nomen ad Lexicographum pertinet potius, quam ad topographum.

3 Ἔστι καὶ Πεδιὰς φυλὴ τῆς Ἀττικῆς.] Pedias, Atticæ tribus, à nemine quod sciam, memoratur. Ab Harpocratione verò didici Pediaca fuisse quamdam Atticæ partem cujus etiam meminit Suidas, apud quem perperam scribitur Πεδίκα, pro Πεδιακά. Sic enim ille: Πεδίκα. Μέρος τῆς Ἀττικῆς. Ἐκαλεῖτο δὲ ἔστως ἀπὸ συμβεβηκότος· εἶχε γὰρ πρόβατων νομάς. Ἔστι δὲ τὸ ὄνομα παρά τε Λυσίᾳ, καὶ παρ' ἄλλοις ῥήτορσι. i. e. *Pedica.* [Pediaca *i. e.* campestris] *pars Atticæ. Sic verò vocabatur ab accidente. Habebat enim ovium pascua. Est autem hoc nomen apud Lysiam & apud alios oratores.* Quare si tibi placuerit pro φυλὴ apud Stephanum legere μοῖρα, per me licet.

4 Πεδνιλισσὸς, πόλις Πισιδίας.] Pednilissus, urbs Pisidiæ, Πετνηλισσὸς dicitur Straboni lib. 12. quam Artemidorus inter Pisidiæ urbes numerat apud eumdem auctorem libro citato: Φησὶ δ' Ἀρτεμίδωρος τῶν Πισιδικῶν πόλεις, εἶναι Σέλγην, Σαγαλασσὸν, Πετνηλισσὸν, &c.] i. e. *Ait verò Artemidorus Pisidiæ urbes, esse Selgen, Sagalassum, Petnelissum, &c.* Eidem lib. 14. Πετνηλισσὸς dicitur typographi incuriâ pro Πετνηλισσὸς, & inter Pamphyliæ civitates locatur. Disertissimus Romuli nepotum Epist. ad Curionem & alios lib. 2. Epist 10. *Pindenissum* vocat & Ciliciæ assignat, eadem erat urbs. Cosmographus enim Geographiæ lib 5. c. 5. sub Pamphylia comprehendit Pisidiam & Ciliciam, & ipse inter Pisidiæ urbes Pednelissum numerat libro capiteque citato.

5 Πειραιὺς, ἔστως ἐκαλεῖτο ὁ λιμὴν τῆς Ἀττικῆς.] Piræus [*seu Piræeus*] Sic vocabatur portus Atticæ. Tres olim habuere portus Athenæ, *Piræum, Phalerum*, & *Munychiam*, teste Pausania lib. 1. Ὁ δὲ Πειραιεὺς δήμου μὲν οὐ καλεῖ· ὕστερον δὲ πρὸν ἢ Θεμιστοκλῆς Ἀθηναίοις ἦρξεν, ἐπίνειον ἦν ὅδε. Φαληρὸν δὲ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστον ἀπέχει τῆς πόλεως ἡ θάλασσα, τοῦτο φησὶν ἐπίνειον εἶναι. i. e. *Piræeus verò populus erat antiquitus. Antequam autem Themistocles Athenienſibus imperaret, navale non erat. Phalerum verò, hac enim ut minimum distat ab urbe mare, hoc ipsis erat navale.* Ac paulò infra: Ἔστι δὲ καὶ Ἀθηναίοις, ὁ μὲν ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμὴν, καὶ Μουνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος. Ὁ δὲ ἐπὶ Φαλήρῳ καθὰ καὶ πρότερον εἰρήκειν μοι, καὶ πρὸς αὐτῷ Δήμητρος ἱερόν. i. e. *Est verò & alius Athenienſibus, in Munychia quidem portus, & Munychiæ Dianæ fanum; alter autem in Phalero, quemadmodum antea dictum est mihi, & ad ipsum Cereris fanum.* Non longè à Piræeo erat Themistoclis sepulchrum, illuc enim ex Magnesia fuerunt ejus ossa ab cognatis asportata, auctore eodem Pausania libro citato. Videsis Ciceronem Epist. lib. 7. ad Atticum Epistola 3. Plutarchum in Themistocle. Graphice ejus situm describit Thucydides lib. 1. adeò ut nihil inveniri possit, quod ejus non præsumpserit diligentia.

6 Ὕστερον δὲ Πειραιεὺς, δήμου Ἱπποθοωντίδος φυλῆς.] Postea verò Piræus, populus Hippothoontidis tribus. Imò antequam esset portus Atticæ, erat populus, ut apparet ex Pausania, cujus verba apposuimus nota proximè præcedenti; primus enim Themistocles oppidum hoc fecit navale, & ædificare Athenienſibus persuasit, Thucyd. lib. 1. Ἔστιν ὃ καὶ ξὺν Παυσανίᾳ τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν· κατῆρξε δ' αὐτὸς πρότερον ἐπὶ τῷ οἰκείῳ δόξῃ, ἢ κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε, νομίζων τό, τε χωρίον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφυεῖς, καὶ αὐτὸς ναυτικὰς ξυμφυμένας, μέγα προφέρειν ἐς τὸ πλῆσαι. i. e. *Persuasit verò & [Athenienſibus] reliquas Piræi [partes] ut ædificarent. Ejus enim pars ædificari prius est cœpta, quo tempore ipse annuum magistratum gerens Athenis præfuit, existimans locum esse bonum, qui tres portus naturâ factos habebat, & ipsos [Athenienſes] qui rebus nauticis operam dare cœperant, inde magnam utilitatem percipere posse ad potentiam sibi comparandam.*

7 Ἔστι καὶ τοῦ Κορινθίας λιμένος.] Est etiam Corinthiæ regionis portus. De quo sic Thucydides lib. 8. Παρασκευάσαντες κατεδίωκον ἐς Πεταιοὺς τῆς Κορινθίας· (ἔστι δὲ λιμὴν ἔρημος καὶ ἔσχατος πρὸς τὴν ἠπειρωτικὴν τῆς Ἐπιδαυρίας) καὶ μίαν μὲν ναῦν ἀπολύσαι μέλλουσαν οἱ Πελοποννήσιοι, τὰς δὲ ἄλλας ξυναγαγόντες ἐφύλασσον. i. e. *Eos terram legentes persequuntur in Piræum* [usque] *Corinthiæ. (Est autem portus desertus & extremus ad Epidauriæ confinia,) atque Peloponnesii unam navem, quæ cursum in alto tenebat, amiserunt, cæteras verò congregatas in portum deduxerunt.* Oscitanter admodum videtur legisse hanc nostri auctoris sectionem Ab. Ortelius, quoniam in suo Thesauro Geographico verè Thesauro in *Piræeus* inquit: *Portus Corinthi quoque apud Stephanum. Etiam locus in Delo eidem.* Ex illis verbis quæ sunt apud nostrum: Ἔστι δὲ δῆλον, ὡς ἀπὸ &c. i. e. *Est verò manifestum, quod à, &c.* Videtur legisse: Ἔστι δὲ Δῆλος, &c. i. e. *Est verò Deli*, quam doctissimi viri in rebus Geographicis incuriam non reprehendendi causâ dico, sed ut lector meus benignum se præbeat adversùs me. Nemo enim omnibus horis sapit.

8 Πειρασία, πόλις Μαγνησίας.] Pirasia, urbs Magnesiæ. Noster in Ἀστέριον, inquit, Asterium Thessaliæ urbem, suâ ætate vocitari *Pireſiam*; ego unà cùm Abr. Ortelio in suo Thesauro Geographico eamdem esse reor, etsi epitomator noster in hac sectione eam Magnesiæ, & in Ἀστέριον Thessaliæ tribuit. Magnesia enim erat annexa Thessaliæ, ut claret ex Plinii libro 4. c. 9. videsis collectanea nostra loco citato.

9 Πέλα-

ἐθνικὸν, Πιερασιεὺς, ὡς Ὑδρεὺς, καὶ Ὑσιεύς. Τὸ θηλυκὸν, Πιερασὶς. Λέγεται καὶ Πιερέσιος.

A Piraſieus, ut Hydrieus, & Hyſieus. Fœm. Piraſis. Dicitur etiam Pireſius.

ΠΕΛΑΓΟΝΙΑ[9], χώρα Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πελαγοναῖος.

PELAGONIA, regio Siciliæ. Gentile, Pelagonæus.

ΠΕΛΑΣΓΙΑ[10], ἡ χώρα καὶ Ἄργος, καὶ ἡ γυνή. Σημειωτέον δὲ, ὅτι Πελάσγιος οὐ λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν ἄρρεν, ἀλλ' ὁμώνυμον τῷ κτίστῃ Πελασγός. Πελασγιῶτις δὲ θηλυκὸν, καὶ Πελασγία. καὶ

B PELASGIA regio Argorum, & mulier. Notandum verò eſt, quod Pelaſgius non dicitur. Gentile maſculinum, ſed ejuſdem nominis cum conditore Pelaſgus. Pelaſgiotis verò fœm. & Pelaſgia &

— Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον.

C — *Pelaſgicum Argos incolebant.*

Καὶ Πελασγιακὸν. Καὶ Πελασγιώτης, ἀπὸ τῆς Πελασγίας.

Et Pelaſgiacum, & Pelaſgiotes, à Pelaſgia.

ΠΕΛΕΘΡΟΝΙΟΝ[11], ὄρος Θεσσαλίας. Ὁ οἰκήτωρ, Πελεθρόνιος.

PELETHRONIUM, mons Theſſaliæ. Incola, Pelethronius.

ΠΕΛΗ[12], πόλις Θεσσαλικὴ διττή. Μία μὲν ὑπὸ Εὐρυπύλῳ, ἑτέρα δὲ ὑπὸ Ἀχιλλεῖ. Ἔστιν οὖν ἀπὸ τῆς Πέλης Πέλεια, ὡς Ζέλη Ζέλεια. Τὸ ἐθνικὸν, Πελεύς.

D PELE, urbs Theſſalica duplex. Una ſub Eurypylo, altera ſub Achille. Eſt igitur à Pele, Pelea, ut Zele, Zelea. Gentile Peleus.

ΠΕΛΙΝΝΑ[13], πόλις Θεσσαλίας ἐν τῇ Φθιώτιδι. Κέκληται ἀπὸ Πελίννης τῆς Οἰχαλιέως. [14] Ἔστι δὲ καὶ Πελλήνειον, ὄρος Χίου. Καὶ τὸ κτητικὸν, Πελλήνειος.

E PELINNA, urbs Theſſaliæ in Phthiotide. Sic vocata fuit à Pelino Oechaliei filio. Eſt etiam Pellenæus mons Chii. Et poſſeſſiv. Pellenæus.

ΠΕΛ-

PEL-

9 Πελαγονία, χώρα Σικελίας.] Pelagonia, regio Siciliæ, nemini, quod ſciam, at Pelagonia Macedoniæ memoratur Livio lib. 26. c. 25. Plinio lib. 4. c. 10. Solino c. 15. Porphyrogenetæ de Them. lib. 2. Them. 2. Quare apud Stephanum pro χώρα Σικελίας, i. e. *regio Siciliæ*, legendum exiſtimo χώρα Μακεδονίας, i. e. *regio Macedoniæ*, quæ eidem paulò infra Πλαγονία dicitur.

10 Πελασγία, ἡ χώρα καὶ Ἄργος.] Pelaſgia, regio Argorum, & fœmina, ſcilicet ejus civitatis, quæ *Pelaſgicum Argos* dicebatur, quoniam tamquam in ſuæ ſententiæ confirmationem affert hemiſtichium illud innominato auctore, quod legitur Il. 2. v. 681. cujus integri verſus ſunt:

Νῦν δ' αὖ τοὺς ὅσοι τε Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον,
Οἵθ' Ἅλον, οἵτ' Ἀλόπην, οἵτε Τρηχῖν' οἰκίμωντο.
Nunc verò rurſus eos quicumque Pelaſgicum Argos habitabant,
Quique Halon, quique Alopen, quique Trechinam incolebant.

Quodnam verò fuerit Pelaſgicum Argos docet Euſt. ad locum Smyrnæi vatis citatum: Πελασγικὸν δὲ Ἄργος, τὸ Θεσσαλικὸν λέγει, ἀπὸ Πελασγῶν, οἳ πολυπλάνητοι ὄντες, ὡς πολλαχοῦ δηλοῦται, ἔκτισαν καὶ ἐκεῖ, &c. i. e. *Pelaſgicum autem Argos, Theſſalicum dicit, à Pelaſgis, qui cum multas peregrinarentur regiones, ut alibi ſæpe oſtenditur, habitarunt & illic.* Ubi etiam idem auctor ex Euripide inquit Argos quoque Peloponneſi Pelaſgicum eſſe, quod illic & Pelaſgi habitaverint, id ab Homero *Achaicum Argos* vocari, ut ſic ab altero differret, annotat Scholiaſta Apollonii Rhodii ad hujus lib. 1. v. 14. Sed & Peloponneſus ipſa *Pelaſgia* vocata fuit, ut & *Arcadia*, auctore Pauſania in Arcadicis, Plinio lib. 4. c. 4. Et ut ad Pelaſgiam revertamur, Pelaſgia, ut mihi videtur dicitur, tamquam à Pelaſgus, quemadmodum Corinthia à Corinthus, Epidauria ab Epidaurus, & alia hujuſmodi.

11 Πελεθρόνιον, ὄρος Θεσσαλίας.] Pelethronium, mons Theſſaliæ, cujus incolæ Pelethronii, qui juxta Virgilii ſententiam primi frena & domandorum equorum uſum invenere. Sic enim ille Georgic. lib. 3. v. 115.

Frena Pelethronii Lapithæ, gyroſque dedere
Impoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo: & greſſus glomerare ſuperbos.

Ad quem locum Servius inquit, *Pelethronium oppidum fuiſſe Theſſaliæ, ubi primum domandorum equorum repertus eſt uſus.* Utrumque potuit eſſe & mons & oppidum ejuſdem nominis. Plinius lib. 7. c. 56. *Pelethronium* vocat eum, qui frena & ſtrata equorum invenit, ſed nihil hac in re, ut & in aliis plurimis firmum. Neptuno id tribuit Stat. Papinius Theb. VI.

— *Neptunus equo ſi certa priorum*
Fama patet, primus teneris læſiſſe lupatis
Ora, & litoreo domitaſſe in pulvere fertur.

Auſoni cuidam Ælianus de Varia Hiſtoria lib. 9. c. 16.

12 Πέλη, πόλις Θεσσαλικὴ διττή.] Pele, &c. Duas hujus nominis urbes in Theſſalia fuiſſe inquit, alteram ſub Eurypylo, alteram ſub Achille. Harum neſcio quæ ſit, quam celebrat Arrhianus de Expedit. Alex. lib. 1. Ἑβδόμαιος ἀφικνεῖτο ἐς Πελλήνην [Πέλλαν] τὴν Θεσσαλίας· ἔνθεν δὲ ὁρμηθεὶς ἑπτὴ ἡμέρᾳ ἐσβάλλει ἐς τὴν Βοιωτίαν. i. e. *Septimo dein Pelen Theſſaliæ pervenit. Inde profectus, ſexto poſt die Bœotiam ingreditur.* Perperam apud Arrhianum ſcribitur ἐς Πελλήνην, in Pellenen, pro ἐς Πέλλαν, in Pelen. Pellene enim erat urbs Achaiæ, ut videre eſt ex noſtro autore, in Πελλήνη· qui quatuor pene ejuſdem nominis Theſſaliæ urbes memorat, has duas in hac ſectione, & Pelinnam, & Pellam in ſequentibus.

13 Πέλιννα, πόλις Θεσσαλίας, &c.] Pelinna, urbs Theſſaliæ in Phthiotide regione, à Pelino nomen adepta. Quare, ſi *Pelinna* per duplex *n* ſcribitur, ſic etiam *Pelinus* ſcribendum eſt. Strabo lib. 9. Πελινναῖα meminit in Theſſalia; eadem procul dubio fuit urbs. Nam ex diverſa terminatione non debet conjici diverſam fuiſſe urbem.

14 Ἔστι δὲ καὶ Πελλήνειον, ὄρος Χίου.] Literarum ſeries clamat legendum eſſe Πελινναῖον ὄρος Χίου, i. e. *Pelinæus, mons Chii.* Sic etiam ſcribitur apud Strabonem, qui ipſiſſimum montem celebrat lib. 13. Εἶτα τὸ Πελιννᾶον ὄρος ὑψηλότατον τῶν ἐν τῇ νήσῳ. i. e. *Deinde Pelinæus mons altiſſimus omnium, qui in inſula.* Apud Heſychium etiam legimus. Πελιννᾶος ὁ Ζεὺς ὁ ἐν Χίῳ, i. e. *Pelinnæus, Jupiter in Chio.* At apud Dionyſium v. 535. habetur:

Καὶ Χίος ἠλιβάτῳ Πελλήνεος ὑπὸ πέζῃ.
Et Chios altiſſimi Pellenæi ſub pede.

Plin. etiam lib. 5. c. 31. confirmat hanc ſcripturam. Sic enim ille libro citato loquitur de hoc monte: *Montem habet Pellenæum, marmor Chium.* Qui etiam apud noſtrum in Χίος legitur ὄρος τὸ Πελλήνειον. Quare utramque ſcripturam tueri poſſumus.

ΠΕΛΛΑ [15], πόλις Μακεδονίας, Θεσσαλίας, Ἀχαΐας, κοίλης Συρίας, ἡ Βᾶτις λεγομένη. [16] Ὁ δὲ Μακεδονίας, Βύνομον τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο, καὶ Βυνόμεια. [17] Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Πέλλα τοῦ κτίσαντος. Ὁ πολίτης, Πελλαῖος. Τὸ ἐθνικὸν Πελλαῖοι, [18] ὡς εἰπόμην τοῦ Κάρα, καὶ Ἐδεσσαῖοι, πρὸς μὲν Ἐδεσσαίους, πρὸς δὲ Ἐδεσσηνούς. Ἔστι καὶ Πέλλα ὄρος Αἰθιοπίας. A B

PELLA, urbs Macedoniæ, Theſſaliæ, Achaiæ, Cœleſyriæ, quæ *Batis* dicebatur. Macedoniæ verò urbs, *Bunomus* prius vocabatur, & *Bunomia*. Sic verò vocata fuit à Pella conditore. Civis, Pellæus. Gentile, Pelleni, ut diximus, à Cara, & ab Edeſſa aliquando quidem Edeſſæos, aliquando autem Edeſſanos. Eſt quoque Pella mons Æthiopiæ.

ΠΕΛΛΗΝΗ [19], πόλις Ἀχαΐας. Λέγεται καὶ Πελλίνα, ὡς Μιτυλίνα. Ὁ πολίτης, Πελληνεύς. Τὸ ἠθνικὸν, Πελληνίς. Σημειωτέον ὅτι, Παλλήνη καὶ Πελλήνη, ἓν μόνον γράμμα διαφέρουσι. Καὶ ἡ μὲν Πελλήνη, δύο μόνα ἐθνικὰ ἔχει, τὸ εἷς ἥς, καὶ τὸ διὰ τοῦ ίς. [20] Ἡ δὲ Παλλήνη διὰ τοῦ α, πλῆθος Παλληνεῖς, Παλληνίδος, Παλληνιῶν, Παλληνίτης. C D

PELLENE, urbs Achaiæ. Dicitur etiam Pellina, ut Mitylina. Civis, Pelleneus. Fœm. Pellenis. Notandum verò eſt, quod Pallene, & Pellene una tantum littera differunt. Et Pellene quidem duo tantum gentilia habet, ſcilicet in eus, & in ius. Pallene verò per *a* quatuor gentilia habet Palleneus, Pallenius, Pallenæus, Pallenites.

ΠΕΛΟΠΗ, κώμη Λυδίας πρὸς τῇ Φρυγίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Πελοπεύς.

PELOPE, vicus Lydiæ juxta Phrygiam. Gentile, Pelopeus.

ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΟΣ [21], τρεῖς ἐπωνυμίας·

PELOPONNESUS, tria [*habuit*] cogno-

15 Πέλλα, πόλις Μακεδονίας, &c.] Pella extra literarum ſeriem hîc poſita eſt. Quatuor hujus nominis civitates commemorat auctor noſter, quarum duæ, ſcilicet Macedoniæ & Cavæ Syriæ fuere celeberrimæ, hæc ab illa nomen accepit, Seleuco conditore, ut memoriæ prodidit Euſ. Chronicor. Can. quæ etiam *Batis* vocitata fuit, ut ait auctor noſter, ſed ſine auctore. Strabo nos docet *Apameam* prius appellatam fuiſſe. Ejus ex lib. 16. ſunt verba: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Πέλλα πάλαι ὑπό τῶν πρώτων Μακεδόνων, διὰ τὸ τὰς πολείσεις τῶν Μακεδόνων συντρίβειν εἰκάζειν τῶν περιδρομῶν· νῦν δὲ Πέλλαν ὥσπερ μητρόπολιν γενέναι τῶν Μακεδόνων τῶν Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου παλαιόν. i. e. *Vocabatur verò & Pella aliquando à primis Macedonibus, propterea quod maxima Macedonum pars, qui in Aſia militaverant, hîc habitavere. Pellam verò veluti metropolim fuiſſe Macedonum, Philippi & Alexandri patriam.* Pella verò Macedoniæ gloriabatur alumnis Philippo, & Alexandro Macedonum regibus, hoc Aſiæ domitore, illo Græciæ. Quare uterque à Poëtis appellabatur *Pellæus*. Lucanus lib. x.

Illic Pellæi proles veſana Philippi
Fœlix prædo jacet.

Juv. Sat. x. v. CLXVIII.

Unus Pellæo juveni non ſufficit orbis
Æſtuat infelix anguſto limite mundi
Ut Gyaræ clauſus ſcopulis, parvaque Seripho
Cùm tamen à figulis munitam intraverit urbem
Sarcophago contentus erit, mors ſola fatetur
Quantula ſint hominum corpuſcula.

Eam ſic deſcribit Liv. lib. 44. c. 45. *Cum toto exercitu die altero Pellam pervenit: & cùm caſtra mille paſſus indè poſuiſſet, per aliquot dies ibi ſtativa habuit, ſitum urbis undique adſpiciens, quam non ſine cauſa delectam eſſe regiam advertit. Sita eſt in tumulo vergente in occidentem hybernum: cingunt paludes inexſuperabilis altitudinis, æſtate & hyeme, quas reſtagnantes faciunt lacus. In ipſa palude, quà proxima urbi eſt, veluti inſula eminet, aggeri operis ingentis impoſita: qui & murum ſuſtineat, & humore circumfuſæ paludis nihil lædatur, &c.*

16 Ὁ δὲ Μακεδονίας, Βύνομον.] inquit Pellam Macedoniæ antea *Bunomum* & *Bunomeam* vocitatam, ſed nullum profert hujus ſententiæ idoneum teſtem, in quibus verbis pro ὁ δὲ Μακεδονίας lege ἡ δὲ Μακεδονίας, id enim ratio clamat. Loquitur enim de Pella Macedoniæ.

17 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Πέλλα, &c.] Pellam Macedoniæ urbem à *Pella* conditore vocatam fuiſſe inquit, cujus conditoris nemo, quod ſciam, fecit mentionem: at ſi Pella condita fuit à *Pella* & ab eo ſic nuncupata, quî potuit antea *Bunomos*, & *Bunomea* vocari, ut hujus ſectionis parte proxime præcedente ait epitomator noſter.

18 Ὡς εἰπόμην τοῦ Κάρα, καὶ Ἐδεσσα.] Suſpectus mihi locus; Legeſis ὡς εἰπόμην διὰ τοῦ Ἐδεσσα, &c. Sic enim videtur argumentari; gentile à Pella dicitur Pellæus & Pellenus, ut ab Edeſſa, Edeſſæus & Edeſſenus; hujuſmodi rebus non eſt immorandum largius.

19 Πελλήνη, πόλις Ἀχαΐας, &c.] Pellene, urbs Achaiæ, extra ſuum locum occupat locum quem poſt Πέλλη habebat. Πελλίνα etiam dicebatur, ut inquit noſter, forſitan, ut differret à Πέλλινα Theſſaliæ urbe, de qua ſuo loco egimus. Strabo Pellenen urbem, & pagum cognominem celebrat lib. 8. Ἔστι δ' ἡ Πελλήνη σταδίοις ἐξήκοντα τῆς θαλάττης ὑπερκειμένη, φρούριον ἐρυμνόν· ἔστι δὲ καὶ κώμη Πελλήνη, ὅθεν καὶ Πελληνικὴ χλαῖνα, ἃς καὶ ἄθλα ἐπίθεσαν ἐν τοῖς ἀγῶσι, κεῖται δὲ μεταξὺ Αἰγῶν, καὶ Πελλήνης. i. e. *Diſtat verò Pellene à mari ſtadiis LX. caſtellum munitum. Eſt & pagus Pellene, unde Pellenicæ chlænæ, quas in certaminibus præmii loco ponebant, jacet autem inter Ægas & Pellenen.* Hinc adagium apud Suidam Πελληναῖος χιτών, i. e. *Pellenæa veſtis*, dici ſolitum de priſco cultu. Inclaruit etiam Apollonii Rhodii carmine lib. 1. v. 177.

Ἀστέριος δὲ καὶ Ἀμφίων Ὑπερασίοιο υἷες
Πελλήνης ἀφίκανον Ἀχαιίδος, ἣν πρὶν Πέλοπος
Παῖδες πάτρην ἐπόλισσεν ἐπ' ὀφρύσιν αἰγιαλοῖο.
Aſterius verò & Amphion Hyperaſii filii
E Pellene Achaica advenerunt, quam olim Pelles
Avus condiderat in ſuperciliis littoris.

20 Ἡ δὲ Παλλήνη διὰ τοῦ α, πόσαχα.] Pallene fuit urbs Thraciæ, de qua ſuo loco egimus, etſi Apollonii Rhodii Scholiaſtæ ad locum nota præcedenti citato dicunt fuiſſe Arcadiæ urbem, ſed falluntur. Ejus apponit nunc quatuor gentilia, cum ſuo loco unum tantùm appoſuerit.

21 Πελοπόννησος, τρεῖς ἐπωνυμίας.] Ne Arceſilas quidem dubitaverit, in his verbis aliquod deficere verbum, puta ἔχει, vel ἔσχηκε, i. e. *habuit*. Fuit Peloponneſus, nobiliſſima totius Europæ peninſula anguſtiſſimo iſthmo Græciæ annexa inter duo maria Ægæum & Ionium platani folio ſimilis, ut inquit Periegeta, v. 403.

— Πέλοπος δ' ἐπὶ νῆσος ὀπηδεῖ
Εἰδομένῃ πλατάνοιο μυκηλίζουσι πέλωρ.
— *Pelopis autem inſula ſequitur*
Similis platani folio muris caudam imitanti.

In eadem ſententia eſt Strabo lib. 1. Mela libro 2. cap. 3. Plin. lib. 4. c. 4. cujus placuit apponere verba: *Peloponneſus, Apia ante appellata & Pelaſgia, peninſula haud ulli terræ nobilitate poſtferenda, inter duo maria, Ægæum & Ionium; platani folio ſimilis, &c.* Ejus deſcriptionem videſis apud Coſmographum Geographiæ lib. 3. c. 16. & apud Geographum lib. 8. Sex ſinus prope eam celebrant ſcriptores Criſſæum, ſive Corinthiacum, nunc *Golfo de Lepanto* Joan-

γυμίας· Ἐπὶ μὲν γὰρ Ἄπεως τοῦ Φορωνέως, Ἀπία ἐκαλεῖτο Ἀπία· Ἐπὶ δὲ Πελασγοῦ, Πελασγία· Ἐπὶ δὲ Ἄργους, ὁμωνύμως Ἄργος ἐκαλεῖτο· [22] Ἐπὶ δὲ τοῦ Πελοπιδῶν, Πελοπόννησος. Ὁ οἰκήτωρ, Πελοποννήσιος. [23] Πελοποννησιακὸν δὲ πόλεμον φυλάττονται λέγειν. Λέγεται καὶ Πελόπειος, διὰ διφθόγγου, ἀπὸ Πέλοπος. Τὸ θηλυκὸν, Πελοπία καὶ Πελοπηΐς. A

cognomina. Imperante enim Apeo Phoronei filio, vocabatur *Apia*. Sub Pelasgo verò, *Pelasgia*. Sub Argo autem *Argos* vocabatur. Sub Pelopidis verò, *Peloponnesus*. Incola, Peloponnesius. Peloponnesiacum verò bellum observant dicere. Dicitur etiam Pelopeus per diphthongum, à Pelope. Fœm. Pelopia, & Pelopeis. B

ΠΕΛΤΑΙ [24], πόλις Φρυγίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πελτηνός. C

PELTÆ, urbs Phrygiæ. Gentile, Peltenus.

ΠΕΜΠΤΗ, πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης Πεμπίτης, καὶ νόμος Πεμπίτης.

PEMPTE, urbs Ægypti. Civis, Pemptites, & Nomos Pemptites.

ΠΕΝΕΣΤΑΙ [25], ἔθνος Θεσσαλικόν. Ὁ πένης βαρὺς, ὡς Ὀρέστης, Θυέστης.

PENESTÆ, gens Thessalica. Tonus gravis, ut Orestes, Thyestes.

ΠΕΝΘΙΛΗ, πόλις Λέσβου. Οἱ πολῖται, Πενθιλεῖς, ἀπὸ Πενθίλου. D

PENTHILE, urbs Lesbi. Cives, Penthilei, à Penthilo.

ΠΕΝΤΕΛΗ [26], δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς. [27] Ὁ δημότης, Πεντελῆθεύς. Ἔστι δὲ καὶ θηλυκὸν τὸ ὄνομα τοῦ δήμου. Τὸ κητικὸν, Πεντελικός. Τὸ θηλυκὸν, Πεντελική. E

PENTELE, populus Antiochidis tribus. Popularis, Penteletheus. Est verò fœmineum nomen populi. Possessiv. Pentelicus. Fœm. Pentelica.

ΠΕΠΑΡΗΘΟΣ [28], νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἐμώνυμον ἔχουσα πόλιν. Ὁ πολίτης, Πεπαρήθιος· Τέτταρα τὸ θηλυκὸν Πεπαρήθιος.

PEPARETHUS, insula una Cycladum, habens urbem ejusdem nominis. Civis, Peparethius. Hujus fœm. Peparethis.

ΠΕΡΑΙΑ, πολίχνιον Συρίας. Ἔστι καὶ χώρα Κορίνθου. Τὸ ἐθνικὸν, Περαιεύς. F

PERÆA, oppidulum Syriæ. Est etiam regio Corinthi. Gentile, Peræus.

ΠΕΡΑΝΤΙΑ, πόλις Αἰτωλίας.

PERANTIA, urbs Ætoliæ.

ΠΕΡ-

PER-

Joannis Austriaci *Caroli* V. Imperatoris filii victoriâ adversus Turcos celebrem; Saronicum, sive Salaminium *nunc Golfo de Engia*, Athenienſium olim victoriâ, duce Themiſtocle, contra Persas inclytum: Argolicum, nunc *Golfo de Napoles*: Laconicum, nunc *Golfo de Colochina*: Cyparissium, nunc *Golfo del' Arcadia*. Tria habuisse antiquitus nomina inquit epitomator noster, singula suo tempore celeberrima, *Ægialia* etiam & *Inachia* vocata fuit, sed usus obtinuit, ut *Peloponnesus*, i. e. *Pelopidarum-insula* tamquam notiore nomine à Pelopidis accepto vocabulo vocaretur; sub Achaia comprehendebatur, Romani etiam ejus incolas *Achæos* appellabant, auctore Const. Porphyrogeneta de Them. lib. 2. Them. 6. De oppidis ejus celeberrima fuere Corinthus in ipso Isthmo, qui ab hac urbe *Corinthiacus* quoque vocabatur, quam Romani ejus potentiam timentes funditus everterunt *L. Mummio* duce; Elis equis clara, Olympia ludis, Cyllene Mercurio, qui ideo *Cyllenius* dicitur, Pylus, Nestore, qui eadem de causa *Pylius* dicebatur; Mantinea Epaminondæ victoriâ adversus Lacedæmonios celebris, Megalopolis Polybio nobilis; Epidaurus Æsculapii templo famigerata; Lacedæmon seu Sparta Lycurgo legislatore famosa. Hodie sub Turcis suam plorat captivitatem, vulgo *Morea* vocitata, & hæc de Peloponneso dicta satis sunto.

22 Ἐπὶ δὲ τοῦ] Lege ἐπὶ δέ.

23 Πελοποννησιακὸν δὲ πόλεμον.] Peloponnesiacum bellum fuit inter Græcos celeberrimum, quod celeberrimum etiam invenit scriptorem Thucydidem.

24 Πέλται, πόλις Φρυγίας.] Peltæ, arum, urbs Phrygiæ. Memoratur Straboni lib. 12. Ptolemæo lib. 5. c. 2. Plinio libro quinto cap. 27. de ea nihil effatu dignum referunt.

25 Πενέσται, ἔθνος Θεσσαλικόν.] Penestæ, arum, gens Thessalica. Quibus ut servis utebantur Macedones, quemadmodum Lacedæmones Elotis, Argivi Gymnesiis, Sicyonii Corynephoris, Cretenses Dmoëtis, Itali Pelasgis, auctore Eust. ad Dionysii v. 535.

26 Πεντέλη, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς.] Pentele, populus, Antiochidis tribus. Lapidicinis celeber à monte cognomine, quem *Pentelicum* vocat Pausanias in Atticis, Penteleſem Vitruv. lib. 2. c. 8.

27 Ὁ δημότης, Πεντελῆθεύς.] Lege Πεντελεύς, sicut à Περγασὴ, Περγασεύς, vel Πεντελῆθεν, sicut Περγασῆθεν, ut in Περγασὴ habet auctor noster.

28 Πεπάρηθος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, &c.] Peparethus, insula una Cycladum, cum urbe cognomine in mari Ægæo, quam Constantinus Porphyrogeneta de Them. lib. 2. Them. 2. Macedoniæ, sub Thessaliæ præfecturâ collocat, memoratur Straboni libro nono. Περέκειντο δὲ τῶν Μαγνήτων νῆσοι συχναὶ μὲν, αἱ δ' οὖν ὀνόμασί τε, καὶ Πεπάρηθος, καὶ Γύρος, Ἀλόννησός τε, καὶ Σκῦρος ὁμωνύμους ἐχουσαι πόλεις, &c. i. e. *Jacent ante Magnetas complures insulæ, de quibus celebres sunt Sciathus, Peparethus, Icus, Alonesus, Scyrus, quæ cognomines habent urbes, &c.* Fuit vino commendabilis, unde *Peparethium vinum* apud veteres nobile, cujus meminit ex Aristophane Athenæus lib. 1. ideò quondam dicta est *Euænos*, auctore Plinio lib. 4. c. 12. ac si diceres *boni vini-ferax*, apud quem perperam scribitur Euonum pro Euœnum: *Athos*, inquit ille, *ante se* [habet insulas] *quatuor, Peparethum cum oppido, quondam* Euonum *dictam, &c.* Memoratur Periegetæ v. 521.

Σκῦρός τ' ἰωειμόεσσα, καὶ αἰπεινὴ Πεπάρηθος.
Scyrusque ventosa, & excelsa Peparethus.

Eam quoque commendavit Ovid. Met. lib. 7. v. 470. tamquam oliviferam:

At non Oliaros, Didymæque, & Tenos, & Andros
Et Gyarus, nitidæque ferax Peparethus olivæ.

Ejus nominis etymologiam deducit, seu potius trahit Bochartus de lingua Phœnicia, quod sequeretur, si probasset, à Phœnicibus conditam fuisse, aliter corruit etymologia.

ΠΕΡΓΑΜΟΣ[29], πόλις Ἀσίας. Ὁ πολίτης, Περγαμηνός. A

PERGAMUS, urbs Asiæ. Civis, Pergamenus.

ΠΕΡΓΑΝΤΙΟΝ, πόλις Λιγύων. Τὸ ἐθνικὸν Περγάντιος, ὡς Ἀλάντιος, Βυζάντιος.

PERGANTIUM, urbs Ligurum. Gentile, Pergantius, ut Alantius, Byzantius.

ΠΕΡΓΑΣΗ[30], ὀξυτόνως, δῆμος τῆς B Ἐρεχθηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Περγασεύς. Ἔστιν ἔν τῇ Περγασῆθεν, τῇ Περγασίδε. Ἐν πόπῳ δέ, Περγασῆσι.

PERGASE, accentu-acuto, populus Erechtheidis tribus. Popularis, Pergaseus. Dicitur etiam adverb. locale ex-Pergase, ad-Pergasen. In loco verò in-Pergase.

ΠΕΡΓΗ[31], πόλις Παμφυλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Περγαῖος. Τὸ θηλυκὸν, Περγαία· C Καὶ Περγασία Ἄρτεμις.

PERGE, urbs Pamphyliæ. Gentile, Pergæus. Fœm. Pergæa. Et Pergasia Diana.

ΠΕΡΔΙΚΙΑ, ὁδετέρως, χώρα τῆς λιμένος Λυκίας. Τὸ ἐθνικὸν, Περδικιεύς.

PERDICIA, neut. gen. regio, & portus Lyciæ. Gentile, Perdicieus.

ΠΕΡΙΘΟΙΔΑΙ[32], δῆμος Οἰνηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Περιθοίδης· τῆς ὡς ἐκ πό- D που, ἐκ Περιθοιδῶν· Ἐν τόπῳ, ἐν Περιθοιδῶν.

PERITHOEDÆ, populus Oeneidis tribus. Popularis, Perithœdes. Ac tamquam ex loco, ex Perithœdarum. In loco, in Perithœdarum, *scilicet populo.*

ΠΕΡΙΝΘΟΣ[33], ἀπὸ Περίνθου Ἐπι- δαυρίου,

PERINTHUS, à Perintho Epidaurio, qui

29 Πέργαμος, πόλις Ἀσίας.] Pergamus, urbs Asiæ. Fuit olim princeps in Phrygia majore civitas, Attalicorum regum sedes, quam Eumenes rex, Romanorum socius adversus Antiochum magnum auxit & bibliothecis exornavit; hujus filius Attalus sine liberis decedens Romanos reliquit regni hæredes, qui id in provinciæ formam redegerunt, referente Strabone lib. XIII. Illi decus erat Æsculapii templum insigne, unde Martiali Epigram. lib. 9. Epigram. 17. *Pergameus Deus* vocatur:

Consilium formæ speculum, dulcesque capillos
Pergameo posuit dona sacrata Deo.

Sed multo magis eam natalibus suis condecoravit Galenus, medicinæ, dempto Hippocrate, princeps, vir φιλοσοφώτατος, ac acerrimi ingenii, sed ingeniosè nequam, quippe qui nec omniscii Moysis placitis, nec Christi scholæ credebat, ut videre est ex ejus lib. 2. de different. pulsc. c. 4. & de usu partium lib. 11. c. 14. fuit adeo μακρόβιος, ut sub Trajano, Adriano, & Antonino pio Imperatoribus vitam protaverit. Genuit etiam Pergamus *Oribasium* Juliani Apostatæ archiatrum, auctore Eunapio in ejusdem vita, cujus aliquot scripta usque nunc durant, ab aliquibus *Galeni simia* dicitur. P. Scipio quoque morte suâ Pergamum illuminavit, auctore Cicerone in Orat. pro L. Flacco. Ab hac urbe *Pergamena* charta nomen accepit, quod etiamnum vulgò nomen servat. Pergama verò neutro plurali vocabantur arx Troiæ. (Sic etiam olim excelsa loca dicebant, ut tradunt Suid. & Eust. ad Il. 4. v. 508.) memorantur Poëtarum phœnici Æneid. lib. 1.

Namque videbat uti bellantes Pergama circum
Hac fugerent Graii, premeret Trojana juventus.

Ubi Serv. *Pergama circum, abusive, non enim circa Pergama, hoc est arcem: sed circa Ilium bella gerebantur.* Pergama etiam dicebatur Cretæ quidam locus, ubi Lycurgi sepulcrum erat, teste Plutarcho in Lycurgo. Nomina oppidorum in *os*, ut plerumque apud Latinos in *um* desinunt, sic Pergamus Plinio lib. v. c. XXX. dicitur Pergamum. *Longeque clarissimum Asiæ Pergamum, quod interment Selinus, præfluit Cetius profusus Pindaso monte.*

30 Πέργασαι, ὀξυτόνως, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς.] Pergase, accentu-acuto, populus Erechtheidis tribus memoratur Harpocrationi, Suidæ, & aliis, sed nihil de ea fatu dignum referunt.

31 Πέργη, πόλις Παμφυλίας.] Perge, urbs Pamphyliæ. Erat Perge, una de celeberrimis Pamphyliæ civitatibus, quam illustrabat fanum Dianæ, quæ ideo *Pergæa*, seu *Pergasia* dicebatur; & urbem & templum celebrat Mela lib. 1. c. 14. *Inter eos* [scilicet duos validissimos fluvios Cestrum & Cataractem] *Perga est oppidum, & Dianæ, quam ab oppido* Pergæam *vocant, templum.* Quod Cicero Verrina sexta *sanctissimum*, & *antiquissimum* vocat. Ad hoc templum singulis annis sacer erat conventus, ut nos docet Strabo lib. 14. Εἶθ' ὁ Κέστρος πλωτός, ὃν ἀναπλέουσιν σταδίους ἑξήκοντα, Πέργη πόλις· καὶ πολῆσιον ἐπὶ μέλεσιν πέπτε, τὸ τῆς Περγαίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ἐν ᾧ πανήγυρις κατ' ἔτος συλλεῖται. i. e. *Deinde Cestrus fluvius, quem sursum-naviganti stadia* LX. *Perge urbs. Et secus eam in sublimi loco, Pergææ Dianæ fanum, in quo conventus per singulos annos celebrantur.* Memoratur etiam Ptolemæo lib. v. c. v. inter Pamphyliæ mediterraneas civitates. Ejus quoque fecit mentionem Periegeta v. 854.

Ἄλλαι δ' ἐξείης Παμφυλίδες εἰσὶ πόλιες
Κώρυκος, Πέργη τε, καὶ ὠμηστάσσα Φάσηλις.

Aliæ autem deinceps Pamphylides sunt urbes
Corycus, Pergeque, & ventosa Phaselis.

Huic urbi suos debet natales Apollonius Pergæus, cujus exstant conicorum libri quatuor Græcè & Latinè, ex quibus suæ ætatis hominibus dictus fuit *magnus Geometra*, auctore Andrea Quenstedt de patriis illustrium virorum.

32 Περιθοίδαι, δῆμος Οἰνηίδος φυλῆς.] Perithœdæ, populus Oeneidis tribus, cujus meminere Harpocratio, Suidas, & Meursius de populis Atticis. Nomen invenit à Perithoo Thesei socio. *Perithœdus* etiam vocitabatur regio, quam Athenienses Thessalis assignarunt in memoriam philoxeniæ inter Pirithoum, & Theseum, teste Suida, suo loco.

33 Πέρινθος, &c.] Perinthus, urbs Thraciæ ad mare posita in jugo quodam peninsulæ formam habente, stadii ferme unius longitudine, cujus isthmus CC. tantum pedum continenti adnectebatur, in ejus medio amphitheatrum erat ex solido marmore tanti splendoris & ornatus, ut inter mundi miracula haberetur, referente Nigro Geographiæ decimo, ubi de Thracia agit. A Perintho Epidaurio Orestæ in bello socio seu conditam, seu nomine affectam fuisse innuit auctor noster; at Amm. Marcellinus lib. 22. c. 12. auctor est, Herculem conditam Perinthum comitis sui memoriæ dedicasse. Idem auctor lib. 27. c. 9. posteris tradidit, eam *Heracleam* vocitatam: *Præter municipia urbibus nitet duabus, Apris & Perintho, quam* Heraclea *posteritas dixit.* Eusebius autem Chronic. Can. inquit conditam, quo tempore Ezechiel Babylone prophetabat, fides sit penes auctorem. E nostris eam celebrat Mela lib. 2. c. 2. Plin. lib. 4. c. 11. *Pera* nunc dicitur, ut prodit Volaterr. lib. 38. de populis à Romanis debellatis, quam Genuensibus ab Imperatore Const. ob latum ei auxilium contra Venetos concessam tradit. Nunc esse urbem parvam cum portu in ora Propontidis 60. mill. pass. à Byzantio inquit Michaël Ant. Baudrand ad Philippi Ferr. Alexandr. Lexicon Geographicum in Perinthus.

34 Πέρ-

δαυείς, ἢ μὴ Ὀρέστῃ στρατιωτεύσαντες. Ἔστι ἡ πόλις Θρᾴκης. Ὁ πολίτης, Περινθίος. Τὸ θηλυκὸν, Περινθία. A qui cum Oreste militiam exercuit. Est verò urbs Thraciæ. Civis, Perinthius, fœm. Perinthia.

ΠΕΡΙΣΤΕΡΗ', πόλις Φοινίκων. Τὸ ἐθνικὸν, Περιστερίτης. PERISTERE, urbs Phœnicum. Gentile, Peristerites.

ΠΕΡΚΩ'ΤΗ[34], ἡ πάλαι Περκώπη, πόλις Τρωάδος. Ὁ πολίτης, Περκώσιος. B PERCOTE, & olim *Percope*, urbs Troadis. Civis, Percosius.

ΠΕ'ΡΝΗ, πόλις Θρᾴκης ἀντικρὺ Θάσου. Τὸ ἐθνικὸν Περναῖος, ἡ Περναία. PERNE, urbs Thraciæ è regione Thasi. Gentile, Pernæus, & Pernæa.

ΠΕΡΟΥΣΙ'Α[35], πόλις Τυρρηνῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Περουσίτης. Δύναται ἡ καὶ Περουσιεύς, ὡς τὸ Θεοδοσίας Θεοδοσιεύς. Ἔστι ἡ καὶ Περυσινὸς. Γράφεται διχῶς, καὶ διὰ τοῦ ο, καὶ διχα τοῦ υ. C PERUSIA, urbs Tyrrhenorum. Gentile, Perusiates. Potest verò esse & Perusieus, ut à Theodosia, Theodosieus. Est etiam Perysinus. Scribitur duobus modis, & per ο, & sine eo. [Nempe per ου & per υ.]

ΠΕ'Ρ'ΡΑΙΒΟΣ[36], πόλις Θεσσαλίας. Τὸ PERRHÆBUS, urbs Thessaliæ. Gen-

34 Περκώπη, ἡ πάλαι Περκώπη, &c.] Percote, & olim Percope, urbs Troadis. Utroque nomine invenitur apud Homerum, Percote. Il. 2. v. 835. Percope Il. 11. v. 229. quod miror non annotasse Stephanum, cum fuerit φιλόμηρος. A rege Persarum in vestes & stragula Themistocli datam prodidere Plutarchus in Themistocle, Athenæus Dipnosophist. lib. 1. Hujus appono verba: Ὅτι Θεμιστοκλῆς ὑπὸ βασιλεως ἐλαβεν δωρεὰν τὴν Λάμψακον εἰς οἶνον, Μαγνησίαν δὲ εἰς ἄρτον, Μυοῦντα δὲ εἰς ὄψον, Περκώπην ἢ καὶ τὴν Παλαισκήψιν εἰς στρωμνὴν καὶ ἱματισμόν. i. e. *Quod Themistocles à Persarum rege Lampsacum dono accepit, ex qua sibi vinum; Magnesiam, è qua panem; Myunta, è qua opsonium; Percopen verò & Palæscepsim è quibus stragula & vestes haberet.* Hinc fortitan Val. Flacc. Argonautic. lib. 3. v. 9. canit:

——— *Cui tradit amicis*
Muneribus primas conjux Percosia vestes,
Quas dabat, & pictâ Clite variaverat auro.

Ejus quoque meminit inter alios Herodot. lib. 5. c. 117. Δαυείους μὲν τραπόμενοι ἐς τὰς ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλιας, εἷλε μὲν Δάρδανον, εἷλε δὲ Ἄβυδόν, καὶ Περκώτην, καὶ Λάμψακον, καὶ Παισόν. i. e. *Daurises quidem conversus ad urbes in Hellesponto sitas cepit Dardanum, cepit Abydum, & Percoten, Lampsacum, & Pæsum.*

35 Περουσία, πόλις Τυρρηνῶν.] Perusia, urbs *Tyrrhenorum*, i. e. *Tuscorum.* Computatur inter præcipuas Etruriæ urbes Straboni lib. 5. Περὶ μὲν τὴν παραλίαν τῆς Τυρρηνικῆς ταῦτα. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ, πόλεις, Ἄρρητόν τε, καὶ Περουσία καὶ Οὐολάτιναι καὶ Σάτριον· ἔστι δὲ ταύτας πολίχνας συχνάς, Βλήτρα καὶ Φερεντῖνον, &c. i. e. *De ora quidem Etruriæ maritima, hæc. In mediterraneâ verò parte, urbes, Arrhetium, Perusia, Volsinii, & Sutrium. Præter has autem oppidula crebra, Blera, & Pherentinum, &c.* Ac quia reliquæ quas commemorat Strabo erant inhonoræ civitates, hinc suspicor urbem quam noster paulo infra Περραίσιον vocat; ac unam inquit fuisse inter Etruriæ XII. principes urbes, esse ipsissimam Perusiam, quæ etiam *Perusium* neut. gen. vocitabatur, ex quo epitomator noster verosimile est fecisse Περράσιον. Sic usurpat Eutropius lib. VII. de L. Antonio loquens: *Is apud Perusium, Tusciæ civitatem victus & captus est.* His adde sæpe apud auctorem nostrum idem oppidum diversis nominis sui terminationibus, ac tamquam diversum accipi. Ab Augusto Cæsare captam & irâ militum magis, quam voluntate Cæsaris incensam tradit Vell. Paterculus lib. 2. *Antonius pulsis undique viribus Cæsaris, Perusiam se contulerat. Usus Cæsar virtute & fortunâ suâ, Perusiam expugnavit; Antonium inviolatum dimisit. In Perusinos magis irâ militum, quam voluntate sævitum ducis. Urbs incensa.* Antequam se Cæsari traderet Antonius extremam famem expertus fuerat, Florus lib. 3. c. 5. *Heic jam non privatis, sed totius senatus suffragiis judicatum hostem L. Antonium Cæsar adgressus, intra Perusiæ muros redegit; compulitque ad extrema deditionis, turpi & nihil non expertâ fame.* Unde Perusinam famem celebrat Lucanus lib. 1. v. 41.

His, Cæsar, Perusina fames, Mutinæque labores
Accedant fatis.

Eam postea Augustum Cæsarem instaurasse, ac *Perusiam Augustam* vocasse auctor est Leand. Albertus in sua Tuscia, quod literæ cubitales portis urbis inciſæ ostendunt. Idem libro citato asserit Totilam Gothorum regem annis septem obsessam cepisse, diripuisse, & incendisse, D. Herculano ejus Episcopo, ac oppidanorum cumpluribus occisis, ac tandem à Ludovico Pio Caroli filio cum aliis aliquot Etruriæ oppidis Pontifici Romano assignatam fuisse. Non longè ab ea aberat Lacus Trasymenus, qui vulgò nunc *Lago di Perugia* accolis dicitur, clade Romanorum ab Annibale acceptâ inclytus; urbs etiam ipsa corrupto parùm nomine *Perugia* vocatur. Sita est in Apennini montis colle, non procul à Tiberi in Umbriæ confinio, habet episcopum, & academiam, in qua jurisprudentia præcipuè docetur, quam inter alios illuminavit Baldus, discipulus Bartoli, atque Gregorii XI. Pontificis Maximi præceptor, auctore inter alios Leandro Alberto libro citato. De cujus conditoribus jugis est inter auctores discordia, sed enim fatum hoc est multarum urbium ineluctabile. In hac urbe penes ordinis Benedictini monachos servatur nostri auctoris manuscriptus codex quidam, quicum quædam lacunosa, mutila & depravata loca contulit Jacobus Gronovius vir apprime eruditus ac nobis φιλέλλην, cujus collationes, nostro operi coronide impositâ, nisi me fallit animus, publica luce fruentur. Egrediamur jam ex civitate Perusiæ, & ad alia oppida vela obvertamus, ne quis nobis objiciat illud Apellis de Protogene, *nescit tollere manum de tabula.* Si plura hac de urbe scire desideras, consules Hieronymum Bononiensem de civitatibus Italiæ, Leandrum Albertum in Tuscia, Cluv. Ital. Antiquæ lib. 2. c. 3. & alios.

36 Περράβιος, πόλις Θεσσαλίας.] Perrhæbus, urbs Thessaliæ. Nemini, quod sciam, memoratur, etsi Abr. Ortelius in suo Thesauro Geographico in *Perrhæbi*, putat esse eamdem, quæ Liv. lib. XXXII. cap. 15. & lib. XXXI. cap. XLI. dicitur *Perrhæbia*, sed pace tanti viri dixerim, Perrhæbiam apud Livium, non usurpari de urbe, sed de regione. Ita enim ille libro & capite ultimo citato: *Æstoli inopia prædæ inde aversi, in Perrhæbiam ire pergunt. Cyretias ibi vi capiunt, fædeque diripiunt.* Perrhæbiæ igitur incolæ dicebantur Perrhæbi, quos celebrat Scylax in Μαγνήτες. Strabo Thessaliæ prope Macedoniam populis annumerat, quorum parvum aut nullum ætate sua supererat vestigium. Ejus ex lib. 9. placitum huc conferre verba: Οἱ δὲ Περραιβοὶ πῖες συγκαλέσαντες τοὺς τὰ ἑαυτῶν ἔχοντας ἐν Ὀλύμπου μέρεσι, κατέλιπον αὐτόθι, ἐπὶ χωροῦσι ὅσοι Μακεδόνες· τὸ δὲ πολὺ μέρος, εἰς τὰ πρὸς Ἀθαμανίαν ὄρη, καὶ τὴν Πίνδον ἐξέπιπτε· νυνὶ δὲ μικρόν, ἢ οὐδὲν αὐτῶν ἴχνος σώζεται. i. e. *Perrhæborum verò quidam coacti ad occiduas Olympi partes, ibi permanserunt, finitimi Macedonibus. Major pars in montes ad Athamaniam, Pindumque elapsa est. Nunc autem exiguum, aut nullum eorum vestigium superest.* Miror auctorem nostrum non citasse Homerum cum ὁμηροκόπῃ sit, qui Perrhæbos celebrat Il. 2. v. 748.

Γυναῖός θ' ἡγε Κύφον δῖος καὶ εἴκοσι νῆας·
Τῷ δ' Ἐνιῆες ἕποντο ἰωχέται ἠδὲ Περαιβοί.

Gyneus autem ex Cypho ducebat duas & viginti naves:
Hunc Enienes sequebantur bellicosique Perabi.

Poëtarum parens de eorum nomine ademit unum ρ, vel propter metrum, vel quod sic etiam dicebantur, ut annotat Eustath. ad locum citatum.

37 Περ-

Τὸ ἐθνικὸν, Περῤῥαιβαῖοι. Τὸ θηλυκὸν κῆ νέοτης, ἡ Περῤῥαιβὼ, κῆ Περῤῥαίβη, κῆ Περῤῥαιβίς. Λέγεται κῆ Περῤῥαιβίτης. A

ΠΕΡ'ΡΑΊΣΙΟΝ[37], πόλις μία τῶν δυοκαίδεκα τῶν ὑπὸ τοῖς Τυῤῥηνοῖς ἀρχηγετίδων καλουμένων. Τὸ ἐθνικὸν Περῤῥαισηνὸς, ὡς ἀπὸ Ἀσσώριον τὸ Ἀσσωριηνός. B

ΠΕΡ'ΡΙΊΔΑΙ[38], δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, ὁ Περῤῥιδῶν, εἰς Περῤῥιδῶν, ἐν Περῤῥιδῶν.

ΠΕΡ'ΣΑ[39], πόλις θηλυκῶς, ὑπὸ τῷ Εὐφράτῃ κῆ Σαμοσάτοις. Τὸ ἐθνικὸν, Περσαῖος. Δωριεῖς δὲ κῆ Περσηνὸν εἰρήκασιν, ἔοικε δὲ ὑπὸ τὸν Μέσην Μεσηνὸς κῆ Μεσηνὴ λέγεσθαι δύο μόνα. C

ΠΕΡΣΑΙ[40], τὸ ἔθνος, [41] ἀπὸ Περσέως τοῦ Μηδείας. Λέγεται κῆ Πέρσης ὄνομα. [42] Καὶ ἔστι μὲν κυρίως ἡ κλητικὴ, κῆ τὸ ὕφεσιν ἔχον σ· ὡς τὸ,

Ὦ Πέρση. —

Τὰ δὲ ἐθνικὰ, κῆ μεταποιῆ τὸ η εἰς α, ὦ Πέρσα, ὦ Σκύθα. Λέγεται δὲ κῆ Περσὶς ἡ χώρα, κῆ ἡ γυνή. [43] Καὶ Περσίδιον ὑποκοριστικὸν, [44] ἀντὶ τοῦ Περσικῶν. Καὶ κτητικὸν, Περσικόν. [45] Καὶ Περσικαὶ, εἶδος ὑποδήματος· Ἔοικε δὲ γυναικεῖον εἶναι. Λέγεται κῆ Περσίζειν, ὡς ἀπὸ Σκύθης σκυθίζειν· Ἀφ' ὃ τὸ Περσιστὶ ἐπίῤῥημα, ὡς τοῦ δωρίζω δωριστὶ, κῆ Σκυθιστί. ΠΕΡ- D E F

Gentile, Perrhæbæi. Fœmin. communi usu Perrhæbus, & Perrhæbe, & Perrhæbis. Dicitur etiam Perrhæbites.

PERRHÆSIUM, urbs una ex duodecim, quæ apud Tyrrhenos *Archegetidis* [*Principes*] vocabantur. Gentile, Perrhæsenus, ut ab Assorium, Assorenus.

PERRHIDÆ, populus Antiochidis tribus. Popularis, ex Perrhidarum, [*& localia*] ad Perrhidarum, in Perrhidarum [scilicet populo.]

PERSA, urbs fœm. gen. juxta Euphratem, & Samosata. Gentile, Persæus. Potest verò & *Persene* dici, siquidem à Mese, *Mesene* dici invenimus.

PERSÆ, natio, à Perse Medeæ filio. Dicitur & Perses nomen. Et proprii vocativus adempto *s.* ut illud,

Ὦ Πέρση —

Nominis verò gentilis [*Vocativ.*] Eodem modo fit verso *eta* in *a*, ô Persa, ô Scytha. Dicitur etiam regio Persis, & fœmina. Et Περσίδιον, i.e. *parvus Persa* diminutiv. Et Posiessiv. Persicum. Et Persicæ, species vilis calceamenti. Videtur, verò muliebre fuisse. Dicitur etiam verbum Περσίζειν, i. e. *Persizare*, ut ab Scytha, *Scythizare*. Unde adverb. Περστὶ, i. e. *Persice*, ut à verbo Δωρίζω, i. e. *Dorizo*, Δωριστὶ, i. e. *Doricè*, & Σκυθιστὶ, i. e. *Scythice*. PER-

37 Περῤῥαίσιον, πόλις μία, &c.] Videquæ in Περσία annotavimus.

38 Περῤῥίδαι, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς.] Perrhidæ, populus Antiochidis tribus Athenienſium memoratur eruditiſſimo grammaticorum & Nicandro Thyatireno de populis apud Harpocrationem in Θυεχωνίδαι, ſed nihil de eo dictu dignum dicunt.

39 Πέρσα, πόλις θηλυκῶς, &c.] Perſa, urbs juxta Euphratem & Samoſata, cujus oppidani dicebantur *Perſæi*, à quibus *Adonis* appellabatur *Abobas*, auctore Heſychio: Ἄβωβας, ὁ Ἄδωνις παρὰ Περσαίοις. i. e. *Abobas*, *Adonis à Perſæis*. Apud quem pro Περσαίοις Salmaſ. legit Περγαμοῖς; Gronov. Περγαίοις· cum Heſychii locus nulla egeat correctione. Sic ſæpe principes critici corrigunt ea, quæ non ſunt corrigenda. Nec mirandum, ſi nobis aliquando contingat, quod aliis ſolet.

40 Πέρσαι, τὸ ἔθνος, ἀπὸ Πέρσεως τοῦ Μηδείας.] Perſæ, gens, à Perſa Medeæ filio. Sunt Perſæ populi Aſiæ omnibus notiſſimi & olim & nunc imperio celeberrimi, quorum regio *Perſis* dicitur; terminatur à ſeptentrionibus, Media; ab occaſu, Suſiana; ab ortu, Carmania; à meridie, parte Perſici ſinus; auctore Coſmographo Geographiæ lib. 6. c. 4. Eorum regia urbs fuit antiquitus *Perſepolis*, quam ſolo æquavit Alexander, nunc *Hiſpahan*, hæc creditur eſſe antiqua Parthorum *Hecatompolis*, etſi hac de re ſunt diſcrepantes auctorum ſententiæ. Quondam à Græcis *Cephenes* a circumvicinis & à ſe ipſis *Artæos* vocitatos prodit Herodot. lib. 7. c. 61. Noſter auctor à Perſa Medeæ filio nomen ſibi induiſſe tradit. Sunt meræ Græcorum nugæ. Semper Perſæ vocati ſunt *Perſæ*, & adhuc hodie nomen ſervant, teſte oculato Petro Teixera, lib. 1. c. VI. hiſtoriæ regum Perſidis, quam Hiſpanica lingua ſcripſit, loquens de civitate *Xiraz* Perſidis metropoli: *Llaman los naturales à eſte reyno Parç, y aſi lo dizen los Arabes, ſalvo que por la letra P. de que carezen, ponen la F. y dizen Farç. La etymologia y origen deſte nombre no he podido alcançar aunque lo he procurado.* Ac paulo infra: *El reyno ſe llama Parç, y la perſona, o qualquiera otra coſa del Parçi, que quiere dezir de Perſia, porque aquella i, que eſtà en el fin es prepoſicion que ſignifica* de, *como dezir de Eſpaña.* Ignorabat bonus vir, ſed ἄμουσον etymologiam, ſeu originem nominis Perſarum adhibitâ etiam curâ, quam pueri, qui literas Hebræas vix à limine ſalutarunt, ſciunt. פרס *Paras* enim Hebraice dicitur Perſis, פרסי *Parſi* verò Perſa. Olim apud Græcos eorum rex μέγας βασιλεὺς, id eſt. *magnus rex* dicebatur per excellentiam, ſicut hodie apud Hiſpanos Turcorum imperator dicitur *el gran Turco*, & apud Belgas *den Grooten Heer*, i. e. *magnus dominus*. Hiſtoria regum Perſarum quam referunt ſcriptores Græci, diſcrepat ab illa, quam refert Petrus Teixera ex *Tarik Mirkond*, id eſt ex *Chronicis Mirkond*, & ab utrâque, quæ legitur libris ſacris, in quibus conciliandis nonnulli oleum & operam perdunt. De Perſis ex veteribus conſulendus Herodotus, ex recentioribus Briſſonius.

41 Ἀπὸ Πέρσεως τοῦ Μηδείας.] A Perſe Medeæ. Euſtathius ad Periegetæ v. 1056. videtur legiſſe Μήδου, i.e. *filii Medi*, pro τοῦ Μηδείας, i.e. *filii Medeæ*. Herodotus lib. 7. c. 61. hunc Perſen facit filium Perſei & Andromedæ.

42 Καὶ ἔστι μὲν κυρίως, &c.] Inquit Perſen eſſe nomen proprium, & Perſam gentile, poſteriorem à priore format verſo *η* in *α*. Significabat præterea Perſes in alea jactum quemdam, teſte Heſychio, in Πέρσης, de quo videſis Meurſ. de Lud. Græcor. p. 40.

43 Καὶ Περσίδιον ὑποκοριστικόν.] *Perſidium*, diminutivum nomen, i. e. *parvus-Perſa*, dicitur. Sicuti Βοιωτίδιον i.e. *parvus-Bœotus*, ſeu *homuncio Bœotius*, quod in Βοιωτίαν affert auctor noſter ex Acharnenſ. Ariſtophanis, & invenitur fabula citata Act. 4. Scen. 1. eodem modo dicitur etiam σοφιστίδιον, & alia hujuſmodi.

44 Ἀντὶ τοῦ Περσικῶν.] Hæc verba tamquam Ariſtarchi obelo confodienda eſſe cenſui, ac ideo de mea verſione ea expungo; per librarii, ſeu typographi incuriam irrepſiſſe exiſtimo.

45 Καὶ Περσικαὶ, εἶδος ὑποδήματος, &c.] Perſicæ, ſpecies vilis calceamenti muliebris, à Perſis ſcilicet denominati, Περσικαὶ ἐμβάδες, *Perſica calceamenta* vocantur ab Euſtathio ad Periegetæ v. 1057. quo utebantur antequam ſubegiſſent Lydos; Περσικαὶ κρηπίδες, *Perſicæ crepidæ* dicuntur Scholiaſtæ Ariſtophanis in Nebul.

46 Περ-

ΠΕΡΣΕ΄ΠΟΛΙΣ [46], πόλις Περσίδος. Τὸ ἐθνικὸν, Περσεπολίτης. Ἔστι ἢ καὶ ὄνομα κύριον υἱοῦ Τηλεμάχου. A

PERSEPOLIS, urbs Persidis. Gentile, Persepolites. Est etiam nomen proprium filii Telemachi.

ΠΕΡΣΕΥ΄Σ, πόλις Ἀττικὴ, καὶ λιμὴν ἐμπόνυμος, ἐν Ἑλλησπόντῳ Ἀθηναῖοι. Οἱ πολῖται, Περσεῖς. B

PERSEUS, urbs Attica, & portus ejusdem nominis, quem Athenienses condidere. Cives, Persei.

ΠΕΣΣΙΝΟΥ΄Σ [47], πόλις Γαλατίας, [48] ἀπό τινος Γάλλου Πεσσινέντος. Τινὲς ἢ ἀπὸ τοῦ ῥεύσης καὶ λόφου, καὶ ἐν ᾧ ἐτάφη Μαρσύας. Τὸ ἐθνικὸν, Πεσσινούντιος.

PESSINUS, urbs Galatiæ, à Gallo quodam Pessinunte. Aliqui verò à colle fontis cujusdam, in quo Marsyas sepultus est. Gentile, Pessinuntius.

ΠΕΤΕΩ΄Ν [49], πόλις Βοιωτίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πετεώνιος· Καὶ τὸ δεύτερον, Πετεώνιον. C

PETEON, urbs Bœotiæ. Gentile, Peteonius, & neut. Peteonium.

ΠΕΤΗΛΙ΄Α [50], πόλις Ἰταλική. Τὸ ἐθνικὸν, Πετηλινές.

PETELIA, urbs Italica. Gentile, Petelinus.

ΠΕ-

PE-

46 Περσέπολις, πόλις Περσίδος.] Persepolis, urbs Persidis. Memoratur Ptolemæo Geographiæ lib. VI. c. IV. Strabone lib. XV. ubi inquit hujus urbis regiam ab Alexandro combustam esse, in Græcorum ultionem, quorum illi templa & urbes igne ferroque vastaverant. Persepolis verò est nomen Græcum, sonans Persæ urbem, nec verosimile est Persas nuncupaturos urbem suam principem à Græcis nomine commodato; auget dubium, quod Herodotus non meminerit, si bene memini, hujus urbis; quî vocaretur *Persice* plane nescio; Petrus Teixera lib. 1. c. 6. ex Chronicis Mirkond de Persarum regibus inquit, civitatem, quæ dicitur *Xiraz* esse caput regni, quod proprie vocatur Persis. Quæ apud alios scribitur *Siras*, apud alios verò *Schiras*, at nunc Persarum regia urbs *Hispahan* nuncupatur. Q. Curtius lib. 5. c. 7. auctor est, funditus eversam fuisse ab Alexandro Thaïdis meretricis persuasione, cui sequentibus verbis honorificus parentare videtur: *Hunc exitum habuit regia totius orientis, unde tot gentes ante jura petebant: patria tot regum, unicus quondam Græciæ terror, molita mille navium classem, & exercitus, quibus Europa inundata est, contabulato mari molibus, perfossisque montibus, in quorum specus fretum immissum est, ac ne longæ quidem ætate, quæ excidium ejus sequuta est, resurrexit: alias urbes habuere Macedonum reges, quas nunc habent Parthi, hujus vestigium non inveniretur, nisi Araxes amnis ostenderet, haud procul mœnibus fluxerat, inde urbem fuisse XX. stadiis distantem credunt magis, quam sciunt accolæ.*

47 Πεσσινοῦς, πόλις Γαλατίας.] Pessinûs, untis, urbs Galatiæ, de qua sic Strabo lib. 12. Πεσσινοῦς δ' ἐστὶν ἐμπορεῖον τῆς ταύτῃ μεγάλων, ἱερὸν ἔχον τῆς μητρὸς τῶν θεῶν, σεβασμοῦ μεγάλου τυγχάνον· κωλοῦσι δ' αὐτὸν Ἀγδίστιν. Οἱ δ' ἱερεῖς τὸ παλαιὸν μὲν δυνάσται τινὲς ἦσαν, ἱεροσύλου καρπούμενοι μεγάλου· νυνὶ δὲ τούτων μὲν αἱ τιμαὶ πολὺ μειωθῆναι, τὸ δ' ἐμπορεῖον συμβαῖνει· κατεσκεύασται δ' ὑπὸ τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων ἱεροπρεπῶς τὸ τέμενος, καὶ τε καὶ στοαῖς λευκολίθοις· ἐπιφανὲς δ' ἐποίησαν Γαλατῶν τὸ ἱερὸν, ἀφιδρυμα ἀνθέντες τῆς θεᾶς μεταπεμψάμενοι καὶ τὰς τῶν Σιβύλλης χρησμὸς· καθάπερ καὶ τὸ Ἀσκληπιοῦ ἐκ Ἐπιδαύρου. i. e. *Pessinus emporium est ex harum regionum maximis, fanum habens matris Deorum magna cultum religione, quam Agdistin vocant. Sacerdotes antiquitus dynastæ quidam erant, sacerdotii magnum fructum percipientes; Nunc eorum quidem honores valde sunt attenuati, emporium verò permanet. Lucus ab Attalicis regibus magnifice est exornatus templo, porticibusque albi lapidis. Illustre fecerunt Romani fanum, cum acciverint inde simulacrum deæ, juxta Sibyllæ oracula: Quemadmodum & Æsculapii ab Epidauro.* Simulacrum hujus Deæ bello Punico secundo, carminibus Sibyllæ Cumanæ monentibus per Scipionem Nasicam translatum fuisse Romam elucet ex Livii lib. 29. cui Dea *mater Idæa* dicitur: *Civitatem eo tempore recens religio invaserat, invento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum inspectis, quandocunque hostis alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, eum pelli Italia, vincique posse, si mater Idæa Pessinunte Romam advecta esset.* Eidem libro citato in Phrygia locatur; Galatia enim & Phrygia erant inter se finitimæ: *Oratores Romani Pergamum ad regem venerunt. Is legatos comiter acceptos Pessinuntem in Phrygiam deduxit, sacrumque his lapidem, quem* Matrem Deûm *incolæ dicebant, tradidit, & deportare Romam jussit.* Quid miramur Ægyptios quadrupedes & bipedes animantes pro Diis coluisse, si Romani rerum domini & *lapidem* Pessinunte, & *serpentem* Epidauro inter Deos receperunt.

48 Ἀπό τινος Γάλλου Πεσσινέντος.] Agit nunc de Pessinuntis etymo, cujus urbis duas affert etymologias; alias affert Amm. Marcellinus lib. 22. c. 22. *Quamobrem autem hoc nomine oppidum sit appellatum, variant rerum scriptores. Quidam enim figmento Deæ cœlitus lapso* ἀπὸ τοῦ πεσεῖν, *quod* cadere *nos dicimus, urbem asseruere cognominatam; alii memorant Ilum Trois filium Dardaniæ regem, locum sic appellasse. Theopompus non Ilum id egisse, sed Midam affirmat, Phrygiæ quondam potentissimum regem.* Verosimilior mihi videtur Ammiani sententia. Ethnici enim sacerdotes, ut populi animos ad pietatem & religionis cultum adverterent, à cœlo signa Deorum delapsa fingebant.

49 Πετεῶν, πόλις Βοιωτίας.] Peteon, onis, urbs Bœotiæ. Inclaruit Smyrnæo Carmine in navium catalogo v. 500.

Οἵτ' Ἐλεῶν' ἔχον, ἠδ' Ὕλην, καὶ Πετεῶνα.

Quique Eleona tenebant, & Hylen, & Peteona.

Ubi Eustath. Ἡ δὲ Πετεὼν, κώμη ἢ αὕτη Θηβαΐδος καὶ τοῦ Στεφάνου ᾠδῆς τῇ ἐπ' Ἀνθηδόνα ὁδῷ κειμένη, σὺν ἠθικαῖς λόγοις πολλοῖς τοῖς παλαιοῖς, ἃ μόνον εἰς τοσοῦτον, ὅτι ἀπὸ Πετεῶνος ὁ κλήθη τινός. i. e. *Peteon verò est vicus seu pagus Thebaïdis juxta Strabonem situs juxta viam, quæ ducit ad Anthedonem, non multus de eâ sermo apud veteres, nisi quod à* Peteone *quodam vocata fuit.* Verba Strabonis, quæ respexit Eustath. sunt ex ejus lib. 9. quæ sequuntur: Πετεὼν δ' ἐστὶ κώμη τῆς Θηβαΐδος ἐγγὺς τῆς ἐπ' Ἀνθηδόνα ὁδοῦ. i. e. *Peteon vicus est Thebaïdis prope viam, quæ ad Anthedonem ducit.* Noster loquitur urbem, quam Strabo & Eustathius vicum, ac miror cum sit φιλόμηρος & φιλοσοφώτατος neutrum ad partes vocasse.

50 Πέτηλια, πόλις Ἰταλική.] Petelia, urbs Italica. Lucanorum fuisse metropolim & a Philocteta conditam auctor est Strabo lib. 6. Πέτηλία μὲν ἦν μητρόπολις νομιζομένη τῶν Λουκανῶν· καὶ συνοικίσται μέχρι νυνὶ ἱκανῶς· κλίσμα δ' ἐστὶ Φιλοκτήτου, φυγόντος τὸν Μελιβοίαν καὶ τοῦτον, ἐμμενὲ δ' ἐστὶν, ὥστε καὶ Σαυνίταις πόλεμον φέρουσιν ἐπιτειχισαι αὐτόν. i. e. *Petelia igitur Lucanorum metropolis censetur; & adhuc nunc habitatur sufficienter; condidit eam Philoctetes cum Melibœâ fugeret ob seditionem; munita est, adeò ut Samnites quondam castellis exstructis se contra eam tutati sint.* Dicitur *Petellia* Liv. lib. 23. c. 30. *Duin hæc in Hispania geruntur, Petellia in Brutiis aliquot post mensibus quàm cœpta oppugnari erat, ab Himilcone præfecto Annibalis expugnata est. Multorumque sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit: nec ulla magis vis obsessos, quàm fames expugnavit. Absumptis enim frugum alimentis, carnisque omnis generis, quadrupedum, Sutrinæ postremo coriis, herbisque & radicibus & corticibus teneris, strictisque rubis vixere: nec antequam vires ad standum in muris ferendaque arma dederant, expugnati sunt.* Petilia vocatur Poëtarum Phœnici Æneid. lib. 3.

——— *Heic illa ducis Melibœi*
Parvum Philoctetæ subnixa Petilia muro.

Necnon ejus æmulo Sil. Italico lib. 12.

Fumabat versis incensa Petilia tectis
Infelix fidei, miseræque secunda Sagunto.

Vocat eam eruditissimus Poeta *infelicem fidei*, quia ut est

ΠΕΤΟΡΣΟΙ[51], Λιβύης ἔθνος μέγα καὶ πολυάνθρωπον.

A PETORSI, Libyæ gens, magna ac hominibus frequens.

ΠΕΤΡΑ[52], πόλις νῦν τῆς τρίτης Παλαιστίνης. Ὁ πολίτης, Πετραῖος.

PETRA, urbs nunc tertiæ Palæstinæ. Civis, Petræus.

ΠΕΤΡΟΣΑΚΑ[53], χωρίον Ἀραβίας. Ὁ οἰκήτωρ, Πετροσακαῖος.

B PETROSACA, oppidulum Arabiæ. Incola, Petrosacæus.

ΠΕΤΡΟΣΣΑ, νῆσος Κιλικίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πετροσσαῖος.

PETROSSA, insula Ciliciæ. Gentile, Petrossæus.

ΠΕΥΚΕΤΙΑΝΤΕΣ[54], ἔθνος τῆς Οἰνωτρίας πρωτοχὲς, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

PEUCETIANTES, gens Oenotris vicina, ut Hecatæ. Europa.

ΠΕΥΚΕΤΙΟΙ[55], ἔθνος πρὸς τὸ Ἰόνιον πέλαγος. Τὸ ἐθνικὸν Δυκελιῶς, ὡς τοῦ Δυ-

C PEUCETII, gens circa Ionium Pelagus. Gentile, Peucetieus, ut Dulichium, Du-

apud Liv. libro citato cap. xx. ejus oppidani cum obsistere malis nequirent, legatos Romam ad præsidium petendum miserunt. Uni enim ex Brutiis manserant in amicitia Romana, quorum preces lacrymæque (in questus enim flebiles, cum sibimet ipsi consulere jussi sunt; sese in vestibulo curiæ profuderunt) ingentem misericordiam patribus ac populo moverunt. Consultique iterum à M. Æmilio Pr. patres circumspectis omnibus imperii viribus fateri coacti: Nihil jam longinquis sociis in se præsidii esse; redire domum fide ad ultimum expleta, consulere sibimetipsos in præsenti fortuna jusserunt. Sunt penè omnia ipsissima Livii verba. Ejus etymologiam deducit Servius ad Virg. versum citatum de lingua Græca ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, i. e. *volare*, quod captato augurio, ut ille inquit, est condita, & de lingua Latina, quod post relictum Ilium, quò ducebatur à Græcis, eam petivit civitatem. Vide etymologiæ inconstantiam. Mela lib. 2. c. 4. eam locat inter promontoria, Lacinium & Zephyrium in sinu Scylaceo. At nunc non convenit de ejus situ. Aliqui putant esse eam, quam hodie loquuntur *Belicastro*; alii aliter sentiunt, de qua videtesultis Leandrum Albertum in Magna Græcia, Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 4. c. 15. Ejus quoque meminerunt Ptolemæus lib. 3. c. 1. Plin. lib. 3. c. 10.

51 Πέτορσι, Λιβύης ἔθνος μέγα, &c.] Petorsi, Libyæ gens magna & populosa. Jurabo esse eosdem quos Plinius lib. 6. c. 30. *Perorsos* appellat, atque in Mauritaniæ confinio locat, quem ex nostro auctore castigandum censeo, itaque pro *Perorsos* legesis *Petorsos*.

52 Πέτρα, πόλις νῦν τρίτης Παλαιστίνης.] Petra, urbs nunc tertiæ Palæstinæ. Tertiam Palæstinam vocat autor noster *Arabiam Petræam*, juxta Abr. Ortelium, in suo Thesauro Geographico in Arabia Petræa virum in Geographia absolutè doctum à cujus sententia discedere mihi religio est. Salmasius verò in suis Plinianis exercitationibus in Solinum fol. 470. B. laborat probare, partem quoque Judææ vocari *Petræam*, ex Plinii lib v. c. xiv. apud quem *Peræa* legitur, ubi nugas agunt, inquit ille, qui Peræam defendunt, sed nec ideo ipse litem obtinuit. Verba Plinii sunt: *Supra Idumæam & Samariam Judæa longe latèque funditur. Pars ejus Syriæ juncta*, Galilæa *vocatur*: *Arabiæ verò & Ægypto proxima*, Peræa, *&c.* Quæ postrema verba ex vetere Plinii codice ad loci citati marginem sic corriguntur: *Arabiæ verò Petrææ & Ægypto altera proxima.* Salmasius sumit pro certo, quod dubium controversumque est, tribuit Judææ τὸ Πετραία, quod vetus Plinii codex tribuit Arabiæ, cujus pars hoc nomine est pernota, sive à regionis asperitate, sive ab urbe metropoli *Petra* sic dicta. Ego nullius juravi in verba magistri, non credo partem aliquam Judææ vocitatam Petræam, sed fuisse collimitatam Arabiæ Petrææ. Duas fuisse hujus nominis urbes, Petram Arabiæ, & Petram Palæstinæ, eluescit ex Athanasio in epistola ad solitariam virtam agentes; alterius enim Episcopum Arium, alterius *Asterium* nominat; at Petræ Palæstinæ, apud neminem alium, quod sciam, fit mentio; Arabiæ Petrææ verò Petra erat urbs illius regionis metropolis ac valdè celebris à qua vero propius est, regionem illam totam *Petræam* vocitatam, quam incolebant Arabes Nabathæi, judice Plinio lib. 6. c. 28. *Nabathæi oppidum incolunt* Petram *nomine, in convalle, paulò minus* II. *mill. pass. amplitudinis, circumdatum montibus inaccessis, amne interfluente, abest à Gaza, oppido litoris nostri* DC. M. *à sinu Persico* CXXII. M. *Huc convenit utrumque bivium, eorum qui Syriæ Palmyram petiere, & eorum qui ab Gaza venerunt.* Frequens est ejus nomen in sacris bibliis ubi dicitur סלע *selah*, quod Græce & Latinè interpretatur *Petra*, in qua Arabiæ Petrææ reges habebant sedem; cum populus Jacobi errabat per desertum, ibi regnabat Recem, à quo etiam Josephi historici ætate *Receme* vocitabatur, ut ipse refert Antiquit. lib. 4. c. 7. Πέμπτος ὁ Ῥέκεμος, ἀφ' οὗ πόλις ἐπώνυμος τὸ πάλαι αἰείμνηστος Ἀράβων ἔχουσα γῆς. Καὶ μέχρι νῦν ὑπὸ πάντων Ἀράβων καὶ πάλαι βασιλέως τὸ ὄνομα Ῥεκέμη καλεῖται, Πέτρα παρ' Ἕλλησι λεγομένη. i. e. *Quintus Rhecemus, à quo denominatur primaria Arabum urbs, & adhuc hodie* Receme *vocatur*, Petra *à Græcis dicta.* Eam cepisse Amasiam Regem Judah, & Iostheel vocasse apparet ex Regum lib. 4. c. 14. v. 7. Brocardus descriptionis Terræ Sanctæ cap. v. auctor est, suo ævo ab indigenis vocitari כרך *Crac*, ac si diceres *arcem*; alia hujus urbis nomina affert Justus Hebræus in sua Topographica charta Terræ Sanctæ, quæ prudens omitto; Herodis ætate regnabat in ea Aretas, ut memoriæ commendat Joseph. Antiquit. lib. 14. cap. 2. Bellonius putat esse eamdem, quæ hodie appellatur *Mecha*, urbs Machomedis sepulchro clarissima, sed toto cœlo aberrat. Mecha enim est in Arabia Felici, Petra in Arabia Petræa, ubi eam quoque locat Ptolemæus lib. v. c. xvii.

53 Πέτρωσακα, χωρίον Ἀραβίας.] Petrosaca, oppidum Arabiæ. Pro Ἀραβίας puto legendum Ἀρκαδίας, quoniam apud Pausaniam in Arcadicis legimus fuisse Petrosacam oppidulum Arcadiæ, terminum Megalopolitarum & Mantinensium: Τεσσαρακοντίῳ ἀπὸ τῆς πηγῆς στάδια ἀφέστηκε Πέτρωσακα καλούμενον χωρίον. Μεγαλοπολιτῶν δὲ καὶ Μαντινέων ὅρος ἐστὶν ὁ Πέτρωσακα. i. e. *A fonte* XL. *stadia distat Petrosaca nomine oppidulum. Megalopolitarum vero & Mantinensium est terminus Petrosaca.* Sane certam esse meam conjecturam puto, quoniam, similes errores alibi apud Stephanum annotavimus incuriâ seu librarii, seu typographi, ac quoniam nemo omnium hujus Arabiæ oppidum memoravit.

54 Δυκελιῶται, ἔθνος τῆς Οἰνώτρους πρωτοχές.] Peucetiantes, gens Oenotris finitima celebrantur ex Hecatæo Europa. Ego puto eosdem esse populos, qui subsequenti dictione *Peucetii* dicuntur, nomine affecti à Peucetio Oenotri fratre, qui ex Arcadia in Italiam una cum Oenotro venerat. Plin. lib. 3. c. 11. *Græci Messapiam à duce appellavere: & ante Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre.* Japygiam incoluisse claret ex Dionysii Rom. Antiquit. lib. 1. Πούκετιος μὲν ἦν, ἔνθα τὸ πρῶτον ὠρμίσατο τῆς Ἰταλίας, ὑπὲρ ἄκρας Ἰαπυγίας ἐκβὰς καὶ λεών, ἀφ' οὗ κληθείσης, ἧς ἀπ' αὐτοῦ ἀεὶ τοῦτο τὸ χωρίον οἰκήσεις, Πουκέτοι ὀνομάσθησαν. i. e. *Itaque Peucetius, quo primùm appulerunt in Italiam, super Japygiæ promontorium suis expositis, sedem ibi fixit, & ab eo horum locorum incolæ appellati sunt Peucetii.* Arist. de Admirabilibus *Peucetinos* eos vocat, apud quos celebrat Dianæ templum; Strabo lib. 6. tradit *Peucetios* Græco sermone *Andanios* cognominatos, ubi Casaubonus contendit legendum *Daunios*, eidem Straboni libro citato Ποιδίκλοι, i. e. *Pediculi* dicuntur. Eorum regio *Peucetia* dicebatur, quæ nunc, teste Leandro in Apulia *Terra di Bari* Italis dicitur ab urbe Bario. Videsis observationes nostras in Μεσσαπία.

55 Πουκέτοι.] Vide, quæ nota proxime præcedenti annotavimus.

Δελίχιον τὸ Δελιχιδύς. Ἡ μόδωρος δὲ καὶ Πευκετίους αὐτοὺς καλεῖ· καὶ ἐπιθετικῶς, Πευκέτιος. A

Dulichicus. Herodorus verò & *Peuceteos* eos vocat. Et adjectiv. Peucetius.

ΠΕΥΚΗ[56], νῆσος ἐν τῷ Ἴστρῳ. Οἱ οἰκήτορες, Πευκῖνοι.

PEUCE, insula in Istro. Incolæ, Peucini.

ΠΕΦΝΟΝ[57], πόλις Λακωνική, ἀδέτερως. Ἀπολλόδωρος δὲ νῆσον αὐτὴν φησι. Λέγεται δὲ καὶ θηλυκῶς, καὶ ἀδετέρως. Τὸ ἐθνικὸν Πεφνίτης, ὡς ἀπὸ Λίκνου Λικνίτης· τὸ δὲ θηλυκὸ Πέφνις, ὡς Σίφνις· Ἄλλα καὶ Πεφναῖος, ὡς ἀπὸ νῆσος Νησαῖος· καὶ Πεφναία τὸ θηλυκόν. B C

PEPHNON, urbs Laconica, neut. gen. Apollodorus verò insulam esse affirmat. Dicitur & fœm & neut. gen. Gentile Pephnites, ut Licnon, Licnites. Gentile verò fœminini Pephnis, ut Siphnis. Necnon Pephnæus, ut Nesos, Nesæus. Et Pephnæa fœmineum.

ΠΗΓΑΙ[58], περοικία Μεγαρέων. Οἱ οἰκήτορες, Πηγαῖοι. Ἔστι δὲ καὶ πόλις ἐν Κυρηνίᾳ ἢ Κύπρῳ. D

PEGÆ, habitatio quædam Megarensium. Incolæ, Pegæi. Est etiam urbs in Cyrenia Cypri.

ΠΗΔΑΣΑ[59], πόλις Καρίας. Καὶ Πηδασεύς, τὸ ἐθνικόν. [60] Δεῖ δὲ Πηδ- ἢ δ γράφειν Πήδασα, ἀλλὰ Πηγ- ἢ γ Πήγασα. Οἱ πολῖται, Πηγασεῖς. [61] Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Πήδασος ὑπὲρ τὴν Ἴδην, ἣν Ἀχιλλεὺς ἐπόρθησεν. Οἱ πολῖται, Πηδασεύς· καὶ πατρωνυμικῶς, Πηδασίδης. E

PEDASA, urbs Cariæ. Et Pedasæus, gentile. Scribendum verò est Pegasa per *g.* & non per *d.* Pedasa. Cives, Pegasei. Est & alia Pedasus supra Idam, quam Achilles diruit. Civis, Pedasæus. Et patronymice, Pedasides.

ΠΗΛΑΓΟΝΙΑ[62], μοῖρα Μακεδονίας. Οἱ οἰκήτορες, Πηλαγόνες. Ἔστι δὲ καὶ ὄνομα κύριον. Ἔοικε δὲ γράφεσθαι τὸ μὲν τῆς χώρας ὄνομα μὴ διὰ τοῦ ἐθνικοῦ, καὶ τὴν δευτέραν συλλαβὴν διὰ τοῦ α. [63] Τὸ δὲ τοῦ ἥρωος, μόνον διὰ τοῦ ε. F

PELAGONIA, pars Macedoniæ. Incolæ, Pelagones. Est etiam nomen proprium. Videtur verò scribendum esse regionis nomen, & gentile, in secunda syllaba per *a.* Herois verò, tantum per *e.*

ΠΗ- PE-

56 Πεύκη, νῆσος ἐν τῷ Ἴστρῳ.] Peuce, insula in *Istro*, id est in *Danubio*, qui prope Ponti ostia *Ister* appellabatur, auctore Ptolemeo Geographiæ lib. 3. c. 10. ubi hanc insulam celebrat in Mysia. Ejus quoque meminit Periegeta v. 301. ad quem locum Eustathius: Νῆσος ἡ Πεύκη τειγώδης, μεταξὺ κειμένη τοῦ διὰ Ἴστρου ῥεύματος. i. e. *Insula verò Peuce est triangularis, sita inter Istri ostia.* Erat ex sex inter Istri ostia insulis notissima & maxima, censore Mela lib. 2. c. 7. *Sex sunt inter Istri ostia: ex his Peuce notissima & maxima.* Geticam vocavit Martialis lib. 7. Epigramm. 84.

I liber ad Geticam Peucen, Istrumque tacentem.

Viridem Val. Flaccus lib. 8.

——— *Ostia donec*
Danubii, viridemque vident ante ostia Peucen.

Tamen cum esset antiquis notissima, de ejus situ & nomine discrepant recentiores. Ejus incolæ Græcis *Peuceni*, Latinis *Peucini* dicuntur, ut videre est ex Plinii lib. IV. c. XIV. & ex Tacito de moribus Germanorum, de quibus videsis Cluv. Germ. Antiq. lib. 3. c. 43.

57 Πέφνον, πόλις Λακωνική, ἀδετέρως, &c.] Pephnum, urbs Laconica, neut. gen. Apollodorus insulam esse inquit. Et urbem & insulam Laconicæ fuisse rerum monumentis tradidit Pausanias cui *Pephnos* dicitur in Laconicis: Θαλάμαις δὲ ἀπωτέρω σταδίους εἴκοσιν ὀνομαζομένη Πέφνος ἐπὶ θαλάσσῃ. Πρόκειται γῆσος πέτρας τῆς μεγάλου δὲ μείζων, Πέφνος καὶ ταύτῃ τὸ ὄνομα. Τεχθῆναι δὲ σφᾶς ἐνταῦθα τοὺς Διοσκούρους φασὶν οἱ Θαλαμᾶται. i. e. *A Thalamis vero distat stadia* XX. *civitas nomine Pephnos ad mare. Ante jacet insula nihilo magnâ petrâ major, huic quoque Pephnos est nomen. Dioscuros*, i. e. *Castorem & Pollucem hîc in lucem editos dicunt Thalamitæ.*

58 Πηγαί, περοικία Μεγαρέων.] Pegæ, oppidulum Megarensium, & civitas Cypri, hujus nemo, quod sciam, alterius meminit Scylax in Μεγαρεῖς, Thucyd. lib. 1. Ptolemæus Geographiæ lib. 3. c. 15. Pausan. in Arcadicis, id nominis sonat Latino sermone fontes.

59 Πήδασα, πόλις Καρίας.] Pedasa, urbs Cariæ. Memoratur Straboni lib. 13. in mediterraneis Halicarnassensium, cui neutro plurativo dicitur: Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῶν Ἁλικαρνασσέων τὰ Πήδασα ὑπ' αὐτῶν ὠνομασθέντα ἔτι νῦν πόλις, καὶ ἡ νῦν χώρα Πηδασὶς λεγομένη. i. e. *In mediterranea parte Halicarnassensium Pedasa ab ipsis nominata erat urbs & nunc regio* Pedasis *dicitur.*

60 Δεῖ δὲ Πηδ- ἢ δ. &c.] Inquit Pedasa, non scribendum esse per *d*, sed Pegasa per *g.* At Strabo, cujus verba nota proximè præcedenti apposuimus priorem scripturam sequitur.

61 Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Πήδασος, &c.] Celebrat nunc auctor noster Pedasum urbem supra Idam, scilicet Troadis montem, quam Achilles diruit. Id ex Homerico fonte hausit. Il. enim 20. v 92. Poëtarum parens fingit Æneam de Achille sic loquentem:

Πέρσε δὲ Λυρνησσὸν, καὶ Πήδασον, αὐτὰρ ἐμὲ Ζεὺς
Εἰρύσατ' ὄς μοι ἐπῶρσε μόρον καὶ λαυκανίησιν ἔδωκε.

Diruit autem Lyrnessum, & Pedasum, sed me Jupiter Liberavit, qui mihi indidit animum, velociaque genua.

Fugit auctorem nostrum alia urbs ejusdem nominis, quam Homerus Il. 9. v. 292. inter septem illas numerat, quas Agamemnon pollicetur Achilli, cujus etiam meminit Strabo lib. 8. & in Messenia locat.

62 Πηλαγονία, μοῖρα Μακεδονίας.] Pelagonia, pars Macedoniæ, cujus incolæ Pelagones, memoratur Straboni lib. 7. Ptolemæo lib. 3. c. 13. è nostris Livio lib. 45. c. 30. Plin. lib. 4 c. 10

63 Τὸ δὲ τοῦ ἥρωος, &c.] Pelegon heros inclaruit Smyrnæo carmine Il. 21. v. 152.

ΠΉΛΗ[64], μικρὰ νῆσος, βαρύνεται δέ. Τὰ γὰρ διὰ τοῦ ηλη δισύλλαβα, βαρύνεται μὴ δασέως ἄρχεται συμφώνου· οἷον Μήλη, Στήλη. Τὸ ἐθνικὸν, Πηλαῖος.

ΠΉΛΗΚΕΣ[65], δῆμος Λεοντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Πήληξ. Τὰ τοπικὰ, ἐν Πήληκι, εἰς Πήληκα, ἐκ Πηλήκων. Καὶ θαυμαστὸν τοῦτο, ὅτι ὁ δῆμος πληθυντικῶς λέγεται, ἑνικῶς δὲ τὰ τοπικά.

ΠΉΛΗΚΟΣ, πόλις ἐν Λιβύῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Πηληκίτης.

ΠΉΛΙΟΝ[66], πόλις Θετταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πηλιεὺς, καὶ Πηλιώτης. Καὶ θηλυκῶς, Πηλιῶτις. Λέγεται καὶ Πηλία· καὶ τὸ ἐθνικὸν, Πηλεύς. Καλεῖται καὶ Πηλεὶς πληθυντικῶς, ἀπὸ δὲ Πηλεὺς ἑνικῶς. Καλεῖται καὶ ἀπὸ τῆς Θέτιδος ἡ πόλις· Καὶ τοῦτο τὸ ἐθνικὸν, Πηλίτης. [67] Τὸ δὲ ὄρος, Πήλιον. Τὸ ἐθνικὸν τὸ θηλυκὸν δὲ ὄρους, Πηλιὰς, καθὰ δὲ Ἴλιον Ἰλιεὺς καὶ Ἰλιάς. Λέγεται καὶ κλητικὸν Πηλιωτικὸν, ἀπὸ δὲ Πηλιώτης. [68] Ἔστι δὲ καὶ Πήλιον Ἰλλυρίας πόλεως, ἧς μέμνηται Κασσάνδρου. Τὸ ἐθνικὸν, Πηλιώτης.

ΠΗΛΟΥ̃Σ, νῆσος πρὸς Χίον. Τὸ ἐθνικὸν Πηλούσιος, ὡς Ῥαμνούσιος.

ΠΗΛΟΎΣΙΟΝ[69], πόλις Αἰγύπτου, εἰς

PELE, parva insula, notatur verò accentu gravi. Disyllaba enim per ηλη accentu-gravi gaudent, nisi incipiant consona densa. Ut Mele, Stele. Gentile, Pelæus.

PELECES, populus Leontidis tribus. Popularis, Pelex. Localia, in Pelece, ad Pelecem, ex Pelecum. Et hoc mirandum, quoniam populus plural. dicitur, singul. verò Localia.

PELECUS, urbs in Libya. Gentile, Pelecites.

PELION, urbs Thessaliæ. Gentile, Pelieus, & Peliotes. Et fœm. Peliotis. Dicitur etiam Pelia. Et gentile, Peleus. Vocatur etiam Peleis plurali num. à Peleus singulari. Vocatur verò à Thetide urbs. Et hujus gentile, Pelites. Mons verò, Pelion. Gentile montis fœmineum, Pelias, ut Ilion, Ilieus, & Ilias. Dicitur etiam possessiv. Pelioticum à Peliotes. Est etiam Pelion, Illyriæ urbis, cujus meminit Quadratus. Gentile, Pelenus.

PELUS, insula Circa chium. Gentile, Pelusius, ut Rhamnusius.

PELUSIUM, urbs Ægypti, in quam effluit

64 Πήλη, μικρὰ νῆσος.] Pele, insula parva. Ubi locorum sit, divinandum nobis reliquit; Plinius lib. 32. c. 2. ad Pelen insulam amaros esse pisces inquit, sed etiam ejus situm silentio præterit, nemini præterea, quod ego sciam, memoratur, quare ad eam detegedam altero Tiphye opus est.

65 Πήληκες, δῆμος Λεοντίδος φυλῆς.] Peleces, populus, Leontidis tribus. Memoratur Harpocrationi, Hesychio, Suidæ, & Meursio de populis Atticæ, sed nihil de eo fatu dignum referunt.

66 Πήλιον, πόλις Θετταλίας.] Pelion, urbs Thessaliæ à nemine, quod sciam, memoratur. Abr. Ortelius in suo Thesauro Geographico falsus est, qui in *Pelion* asserit, esse Thessaliæ urbem Homero Il. 2. & Eustathio, apud quos non ut urbs, sed ut mons celebratur, Hom. Iliade citata v. 757.

Οἱ ῥα Πίλνειόν, καὶ Πήλιον εἰνοσίφυλλον
Ναιέτασκον.
Qui circa Peneum & Pelion frondosum
Habitabant.

Ubi Eust. Μάγνης γάρ φασιν εἷς τῶν Αἰολίδων ἀπὸ τὸ Πήλιον ὄρος κλίσας πόλιν, ἀπὸ γυναικὸς, Μελίβοιαν ὠνόμασε. i. e. *Magnes enim unus Æolidum sub Pelion montem cum condidisset urbem, ab uxore* Melibœam *vocavit.*

67 Τὸ δὲ ὄρος, Πήλιον.] Celebrat Pelion montem Thessaliæ, decantatum Poetis Græcis & Latinis, cui Ossam imponere Gigantes conatos fuisse fabulabantur, ut cœlum oppugnarent; Hom. Odyss. 11. v. 315.

Ὅσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' ἔβαινε ἄμβατος ἀμβολάδην εἶη.
Ossam supra Olympum conati-sunt imponere, & Ossæ
Pelion frondosum, ut cœlum pervium esset.

Virgilius Georgic. lib. 1. v. 281.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam
Scilicet atque Ossæ frondosum involvere Olympum.

In hoc loco non se æquarunt Mantuana plectra Smyrnæis, multo enim melius id expressit Homerus.

68 Ἔστι δὲ καὶ Πήλιον Ἰλλυρίας πόλεως.] In his verbis sine dubio pro πόλεως, i. e. *urbis*, legendum πόλις, i. e. *urbs*. Erat enim Pelium Illyriæ urbs, quam commemorat Livius inter Dassaretios, de quibus in Δασσαρῆται egimus. Ejus sunt ex lib. 31. c. 40. verba: *Ab Celetro in Dassaretios processit: urbemque Pelium vi cepit. Servitia inde cum cetera præda abduxit, & libera capita sine pretio dimisit: oppidumque iis reddidit, præsidio valido inposito: nam & sita opportune urbs erat ad impetus in Macedoniam faciendos.* Ejus quoque meminit Arrhianus de Expedit. Alex. lib. 1. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ τὸν Ἐριγόνα ποταμὸν παρῄει, ἐς Πέλιον πόλιν ἐφίλετο. Ταύτην γὰρ κατειλήφει ὁ Κλεῖτος, ὡς ὀχυρωτάτην τὴν χώραν· καὶ ἐπὶ ταύτην ὡς ἦκεν Ἀλέξανδρος, καθίσας περὶ τὸ Ἐορδαϊκὸν πολέμιον, τῇ ὑστεραίᾳ ἐγγὺς προσῆλαυνε τοῦ τείχους· οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Κλεῖτον, τὰ κύκλῳ τοῦ πολέμου ὄρη ὑπερδεξιώτατα ὄντα καὶ δυσέμβολα κατεῖχον, ὡς πάντοθεν ἐπιόντες τοῖς Μακεδόσιν, εἰ τῇ πόλει προσβάλοιεν. i. e. *Alexander autem secus Erigonem amnem iter faciens, ad urbem Pellium venit; hanc enim Clitus occupaverat, ut totius regionis munitissimam; & ad hanc ut venit Alexander, castrametatus ad Eordaicum flumen, postridie muros adoriri decreverat. Clitus suis copiis montes urbi circumjectos, maxime opportunos & densos insederat, ut si Macedones urbem adorirentur, undique irruere in eos posset.* Πέλλιον ut vides scribitur apud Arrhianum & Πήλιον apud nostrum, ut assolet fieri apud scriptores.

69 Πηλούσιον, πόλις Αἰγύπτου.] Pelusium, urbs Ægypti, sita ad Nili ostium, quod ab ea *Pelusiacum* dicebatur; fuisse urbem munitissimam claret ex Ezechielis Prophetæ cap. 30. v. 15. Erat enim veluti clavis exitus & introitus illac in Ægyptum, auctore Suida, cujus situm sic depingit Geographus lib. 17. Κεῖται δὲ ἀπὸ θαλάττης σταδίους ὀλίγους πλείοσιν, ἢ εἴκοσι· τὸ δὲ κύκλον ἔχει δὲ τείχους σταδίους εἴκοσιν· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ πηλοῦ καὶ τῶν τελμάτων. Ταύτην δὲ καὶ δυσείσβολός ἐστιν ἡ Αἰγυπτίων σὺν τοῖς ἑωθινῶν τόποις τῆς καὶ Φοινίκων, καὶ τῆς Ἰουδαίας, καὶ σὺν τοῖς Ἀραβίας καὶ τῶν Ναβαταίων, ἥπερ ἐστὶ πρόσχωμα ἀπὸ τούτων ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἡ ὁδός. i. e. *Sita est urbs* [Pelusium] *à mari amplius* XX. *stadiis; ambitum habet muri stadiorum* XX. *Vocata sic fuit ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, i. e. à luto & locis cænosis; hac difficilis intratu est Ægyptus ab orientalibus locis juxta Phœniciam & Judæam, & ab Arabia Nabatæorum, quæ est finitima per has partes in Ægyptum via.* Periegetes v. 261.

eam

εἰς λίμνην ἐκρεῖ τὸ πρῶτον στόμα. Τὸ ἐθνικὸν Πηλ- A effluit primum ostium. Gentile, Pelusiotes,
σιώτης, ὡς Ζεφυριώτης· Ἀλλὰ καὶ Πηλούσιος, ut Zephyriotes. Necnon Pelusius, & Pelusia-
καὶ Πηλουσιακός. Ἔστι καὶ Πηλούσιον λιμὴν Θετ- cus. Est etiam Pelusium portus Thessaliæ.
ταλίας.

ΠΗΡΑ, πόλις Πισιδίας. Τὸ ἐθνικὸν, PERA, urbs Pisidiæ. Gentile, Pe-
Πηραῖος. Bræus.

ΠΗΡΕΙΑ [70], Θεσσαλίας χωρίον. Τὸ PEREA, Thessaliæ oppidum. Gentile,
ἐθνικὸν, Πηρεύς. Pereus.

ΠΙΑΚΟΣ, πόλις Σικελίας. Οἱ πολῖ- PIACUS, urbs Siciliæ. Cives, Pia-
ται, Πιακηνοί. C ceni.

ΠΙΑΛΙΑ [71], πόλις Θεσσαλικὴ ὑπὸ τὸ PIALIA, urbs Thessalica sub monte
Κερκήτιον ὄρος. Τὸ ἐθνικὸν, Πιαλεύς. Cercetio. Gentile, Pialeus.

ΠΙΑΣΤΑΙ [72], ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ. PIASTÆ, gens juxta pontum. Accen-
Βαρύνεται ἢ ὁμοίως τῷ Ὀρέσται. Ὁμοίως ἢ καὶ tu gravi notatur, ut Orestæ. Similiter & Die-
οἱ Διέσται. Μακεδονικὰ δέ εἰσιν ἔθνη καὶ οἱ Πια- D stæ. Sunt verò gentes Macedonicæ, & Piastæ,
σταί. [73] Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι ἃ φησι καὶ τοὺς Πιά- [accentu in ultima.] Oportet verò scire, quod
στας Μακεδονικὸν ἔθνος εἶναι, ἀλλὰ συμβαρυ- non dicit & Piastas [*accentu in prima*,] esse
νομένους τοῖς Διέσταις, καὶ Ὀρέσταις. Macedonicam gentem sed eodem accentu notatos
cum Diestis, & Orestis.

ΠΙΓΙΝΔΑ, ὡς Ἄλινδα, Δάραυδα, PIGINDA, ut Alinda, Daranda, po-
δῆμος Καρίας. Οἱ δημόται Πιγινδεῖς. E pulus Cariæ. Populares Pigindeis.

ΠΙΕΡΙΑ [74], πόλις ἐν ὁμωνύμῳ χωρίῳ. PIERIA, urbs in regione ejusdem nomi-
Ὁ πολίτης, Πιερώτης, καὶ Πιερίτης, καὶ Πιε- nis. Civis, Pieriotes, & Pierites, & Pierieus.
ριεύς.

ΠΙΘΗΚΟΥΣΣΑΙ [75], νῆσοι πρὸς Τυρ- PITHECUSSÆ, insulæ circa Tyrrhe-
ρηνίαν. Οἱ οἰκήτορες, Πιθηκουσσαῖοι. F niam. Incolæ, Pithecussæi.

ΠΙ- ΠΙ-

eam vocat Πηλεῖος πτολίεθρον, i. e. *Peleï urbem*, ac si ab aliquo Peleo condita fuisset; sed Poëtæ suo jure contra jus plurima usurpant. Ezech. capite versuque citato dicitur, סין *Sin*, id nominis Syriace idem est ac Græcè πηλὸς, i. e. *lutum*, quod confirmat etymologiam Strabonis. Pelusiacam lentem celebrat Andinus vates Georgicor. libro 1. v. 228.

Ne Pelusiacæ curam aspernabere lentis.

Martialis lib. 13. Epigramm. 9.

Accipe Niliacam, Pelusia munera, lentem
Vilior est ulica, carior illa faba.

Pelusiana mala Columella lib. 5. c. 10. Ei debet natales suos *Ptolemæus* Cosmographus, quem sæpissime in his nostris collectaneis laudamus, qui ideo ab Arabibus indigetatur *Elfelusi* ac si Græce diceres ὁ Πελούσιος, i. e. *Pelusius*, vel *Pelusiotes*. Arabes enim literam *p* pronunciant ut *f*. De ejus hodierno nomine discrepant auctores. Alii dicunt esse hodie vicum, qui vulgò *Belbais*, alii contendunt esse, quæ *Damiata* vocitatur.

70 Πηρεία, Θεσσαλίας χωρίον.] Vide subsequentem notam.

71 Πιαλία, πόλις Θεσσαλικὴ ὑπὸ τὸ Κερκήτιον ὄρος.] Pialia, urbs Thessalica sub monte Cercetio. Paululùm supra auctori nostro memoratur Πηρεία Thessaliæ quoque oppidum, & nunc Πιαλία, quam sub monte Cercetio locat, puto idem fuisse oppidum, quod *Piera* dicitur Livio lib. 32. c. 15. *Sed oppugnatio continua non die, non nocte remissa, cum consul in eo verti crederet ceterorum Thessalorum animos, si primi vim Romanam non sustinuissent, vicit pertinaciam Macedonum. Capta Phaleria, legati à Metropoli & à Piera dedentes urbes venerunt, venia eisdem petentibus datur; Phaleria incensa ac direpta est.* Idem Livius libro citato capite præcedenti Montem quoque *Cercetium* commemorat, sub quo noster *Pialiam* locat, certissimo, ut mihi videtur, argumento eamdem fuisse urbem *Pieram* Livii & *Pialiam* auctoris nostri; *Ipse progressus modicis itineribus, quarto die in monte Cercetio posuit castra.*

72 Πιάσται, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ.] Piastæ cum accentu in penultima, populi ad Pontum, cum accentu in ultima, populi Macedonici; quorum nullam apud alios inveniebam memoriam.

73 Χρὴ δὲ εἰδέναι, &c.] Hæc verba sunt veluti glossema quoddam Epitomatoris ad Stephani verba.

74 Πιερία, πόλις ἐν ὁμωνύμῳ χωρίῳ.] Pieria, urbs in regione cognomine. Ubi locorum fuerit hæc regio, silentio præterit. E Ptolemæi lib. 3. c. 13. didici *Pieriam* esse Macedoniæ regionem, Livius verò libro 39. cap. 26. Petram in eadem regione celebrat: *Philippus, ut accusatoris potius, quam rei speciem haberet, & ipse à querelis orsus, Menelaidem in Dolopia quæ regni sui fuisset, Thessalos vi atque armis expugnasse questus est; item Petram in Pieria ab iisdem Thessalis Perræbisque captam.* A nemore scilicet cognomine sic appellatam asserit Plin. libro quarto cap. 10. in qua Æginium quoque oppidum memorat: *Et in regione, quæ Pieria appellatur à nemore, Æginium.* Quod Plin. nemus, Liv. lib. 44. c. 43. *sylvam* vocat: *Perseus ad Pieriam sylvam viâ militari frequenti agmine equitum & regio comitatu fugit.* Pieriæ verò urbis mentionem, nescio quis fecerit; Pieriæ montis Thraciæ in quo commoratus est Orpheus meminit Scholiasta Apollonii Rhodii ad ejus Argonautic. lib. 1. v. 31.

75 Πιθηκοῦσσαι, νῆσοι πρὸς Τυρρηνίαν.] Pithecusæ, seu Pithecusa insula circa Tyrrheniam, quæ habebat civitatem cognominem, teste Scylace in Καμπανοὶ, qui eam secus Neapolim locat; memoratur diversis locis Straboni, Ptolemæo libro 3. cap. 1. Melæ libro 2. cap. 7. Pithecusam, Inarimen & Ænariam unam eamdemque insulam fuisse existimat Plin. lib. 3. c. 6. *Ænaria ipsa à statione navium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine (ut aliqui existimavere) sed à figlinis dolariorum.* Diversas facit Mela libro, capiteque prædictis, necnon Liv. lib 8. c. 22. *Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt, classe qua advecti à domo fuerant, multum in ora maris ejus, quod accolunt, potuere, Primò in insulas Ænariam & Pithecusas egressi, deinde in continentem ausi sedes transferre.* Inarime verò nullibi terrarum erat. Plinium fefellit Virgilius, cui *Inarime* celebratur Æneid. libro 9. v. 715.

ΠΙΘΗΚΩΝ, κόλπος, λιμὼν ἐν τῇ Λιβύῃ περὶ Καρχηδόνα. Τὸ ἐθνικὸν, Πιθηκολπίτης.

PITHECON, colpos, portus in Libya circa Carthaginem. Gentile, Pithecocolpites.

ΠΙΘΟΣ [76], ὁμωνύμως τῷ ἀγγείῳ, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. Κέκληται ἢ ἀπό τινος Πίθης, ἢ πίθων αὐτόθι γιγνομένων. Ὁ δημότης, Πιθεύς. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Πιθέων, εἰς Πιθέων, ἐν Πιθέων.

PITHOS, ejusdem nominis, ac *vas* h. e. *dolium*, populus Cecropidis tribus. Sic verò vocatus fuit à quodam Pithe, cum πίθοι, i. e. *dolia* illic fiebant. Popularis, Pitheus. Localia, ex Pitheorum, ad Pitheorum, in Pitheorum.

ΠΙΚΕΝΤΙΑ [77], πόλις Τυρρηνίας. Φλέγων ἢ Πίκεντον αὐτὴν καλεῖ. [78] Οἱ ἐνοικήτορες, Πικεντῖνοι· Καὶ τὸ θηλυκὸν, Πικεντίνη.

PICENTIA, urbs Tyrrheniæ. Phlegon verò *Picentum* eam vocat. Incolæ, Picenteni Fœm. Picentene.

ΠΙΚΙΑΝΤΕΣ [79], ἔθνος Ἰταλίας.

PICIANTES, gens Italiæ.

ΠΙΛΩΡΟΣ [80], πόλις περὶ τὸν Ἄθων. Τὸ ἐθνικὸν Πιλωρίτης, ὡς Ἀλωρίτης.

PILORUS, urbs circa Athon. Gentile, Pilorites ut Alorites.

ΠΙΜΩΛΙΣΑ [81], οὐδέτερον, φρούριον τῆς ἐντὸς

PIMOLISA, neut. castellum Ponticæ intra

Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile
Inarime, Iovis imperiis imposta Typhœo.

Hanc enim insulam finxit Virgilius ex Homericis carminibus Il. 2. v. 783.

——— Ὅπτ' ἀμφὶ Τυφωεῖ γαίῃσι ἰμάσσῃ
Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

——— *Cùm circa Typhœum terram verberat*
In Arimis, ubi dicunt Typhoei esse cubilia.

Ubi ἐν Ἀρίμοις sunt duæ dictiones, nec est nomen insulæ. Sed aliqui putabant illud Homericum ἐν Ἀρίμοις, i. e. *in Arimis*, intelligendum esse de Pithecusis, quod apud Tyrrhenos *arimi* significaret *pitheces*, i. e. *simias*, judice Strabone lib. 13. Ἄλλοι δ' ἐν Κιλικίᾳ, τινὲς δ' ἐν Συρίᾳ πλάττουσι τὸν μῦθον τοῦτον. Οἱ δ' ἐν Πιθηκούσαις, διὰ τὸ τοὺς πιθήκους φασὶ τοῖς Τυρρηνοῖς ἀρίμους καλεῖσθαι. i. e. *Alii in Cilicia, nonnulli in Syria fingunt hanc fabulam. Sunt qui in Pithecusis, & pithecos, i. e. simias ajunt à Tyrrhenis arimos vocari.* Sine dubio ex hac farina confecta fuit *Inarime* insula. Quod si *Ænaria* per *e* scribatur, ac dicamus significare *sine naribus* sicut *elinguis* sine lingua, tunc poterant dicere *Pithecusam* & *Enariam* esse nomina ejusdem significationis, quandoquidem simiæ, à quibus *Pithecusa* nomen habet, non habent nares, de quibus vide quæ in Ἄελμα annotavimus. At Ænaria & Pithecusa fuere diversæ insulæ, ut antè diximus, quarum etymologia, à Plinio excogitata non arridet: Ab Ænea enim juxta analogiam non potest deduci Ænaria, nec ἀπὸ τοῦ πίθου, i. e. *à dolio*, quod Plinius ait à figlinis dolariorum Pithecusa.

76 Πίθος, &c.] Pithos, juxta nostri auctoris sententiam, & est nomen populi Cecropidis tribus, & significat *dolium*; ejus popularis dicebatur *Pitheus*; apud Harpocrationem scribitur Πιτθεύς & Πίτθυς, sed secundum Stephani etymologiam scribendum Πιθεύς & Πιθὶς, de quo videsis Meurs. de populis Atticæ.

77 Πικεντία, πόλις Τυρρηνίας.] Picentia, urbs Tyrrheniæ. Memoratur Straboni lib. 5. Τῶν Πικέντων ὑπῆρχε μητρόπολις Πικεντία· νυνὶ δ' κωμηδὸν ζῶσιν ὑπὸ Ῥωμαίων διὰ τὴν πρὸς Ἀννίβαν κοινωνίαν· ἅμα δ' ἐφοδείας ἡμερησίους ἐδέοντο, καὶ γραμματοφορεῖν ἀπεδείχθησαν ἐν τῷ τότε δημοσίᾳ πράγματι, καὶ Λευκανοὶ, καὶ Βρέττιοι καὶ τὰς αὐτὰς αἰτίας. i. e. *Picentum metropolis fuit Picentia; sed nunc vicatim vivunt expulsi à Romanis, quòd Annibali se adjunxissent, quo quidem reipublicæ statu pro militia eis injunctum fuit, ut cursores ac tabellarii essent, sicut & ob eamdem causam Lucanis & Brutiis.* E nostris memoratur Melæ lib. 2. c. 4. Plinio lib. 3. c. 5. Innotuit etiam Silii Italici carminibus lib. 8.

——— *Nunc sese ostendere miles*
Leucosiæ è scopulis, nunc quem Picentia Pæsto
Misit.

Hujus urbis nunc nedum cineres exstant.

78 Οἱ ἐνοικήτορες, Πικεντῖνοι.] Oppidani Picentiæ epitomatori nostro dicuntur *Picenteni*. *Picentini*, verò dicebantur *Picentinæ incolæ regionis*; cui nomen dedit Picentia urbs. Duplices autem Picentinos agnoscit Strabo lib. 5. Μεταξὺ τῶν Καμπανίων καὶ τῶν Σαυνίτων μέχρι τοῦ Φρεντανῶν, ἐπὶ μὲν τῇ Τυρρηνικῇ θαλάττῃ, τὸ τῶν Πικεντίνων ἔθνος οἰκεῖ, μικρὸν ἀπέραντος τοῦ ἐν τῷ Ἀδρίᾳ Πικεντίνων, κατὰ Ῥωμαίων μεταχειρισθὲν εἰς τὴν Ποσειδωνιάτιδα κόλπον, ὃς νῦν Παιστάνος καλεῖται. i. e. *Post Campaniam & Samnium usque ad Frentanos ad mare Tyrrhenum Picentina gens habitat, parva quædam pars veluti avulsa eorum, qui ad Adriaticum mare incolunt Picentini, à Romanis traducta ad sinum Posidoniatem*, i. e. *Neptunium, qui nunc* Pæstanus *vocatur.* Latinis sæpe *Piceni* & *Picentes* dicuntur. Ptolemæus lib. 3. c. 1. *Picentinos* vocat eos, qui ad mare Tyrrhenum incolebant, quorum regio nunc Italis dicitur *Il Principato*, alteros verò *Picenos* appellat, quorum regio hodie *la Marca d' Ancona*. A Sabinis ortos fuisse voto vere sacro testatur Plinius lib. 3. c. 13. A pico ave nomen adeptos fuisse tradit Sex. Pomp. & Strabo libro supra citato. Eosdem fuisse reor, quos subsequenti ditione vocat *Piciantes*; quemadmodum supra *Peucetiantes* & *Peucetii*.

79 Πικιάντες, ἔθνος Ἰταλίας.] Piciantes, gens Italiæ. Vide notam proximè præcedentem.

80 Πίλωρος, πόλις περὶ τὸν Ἄθων.] Pilorus, urbs circa montem Athon. Ipsissimam puto esse, quæ Herodoto libro 7. c. 122. vocatur *Pidorus*. Situs enim est idem, nec obstat quod ab Herodoto appelletur *Pidorus*, & à nostro *Pilorus*, alterum ex altero pro arbitrio tuo corriges, ego pro Stephano sto. Verba Herodoti ex libro citato sunt: Ὁ μὲν νεὼς νεωλκὴς ἐργάζετο ὡς ἀπείθη ὑπὸ Ξέρξεω, τὴν δὲ διῶρυχα τὴν ἐς τὸν Ἄθω ἐγίνετο σπουδὴ, διέχουσαν ἢ ἐς κόλπον τὸν Ἀσσάκη πόλις τε Πίδνα καὶ Σίγγος καὶ Σάργη οἰκέετο, ὀρύσσοντες, &c.] i. e. *Nauticus porro exercitus ut discessit à Xerxe, fossam enavigavit in Atho depressam ac perductam ad sinum, in quo Assa & Pidorus & Singus & Sarga urbes sitæ sunt, inde, &c.*

81 Πιμώλισα, οὐδέτερον, φρούριον τῆς ἐντὸς Ἅλυος Ποντικῆς.] Pimolisa, neutrum plur. castellum Ponticæ præfecturæ, quæ intra Alyn fluvium. Sic intelligenda sunt hæc, quæ lucem lucrantur ex Strabone, cujus ex libro duodecimo verba respexisse videtur auctor noster: Ἐν ᾗ τῇ πόλει ταύτῃ τὸ Σανδαρακοφύλακιον ἁπάντων ἐστὶν ὑπερθετον Πιμωλισσῶν, φρούριον βασιλικὸν καὶ ἐπικαιρότατον, ἀφ' οὗ ἡ χώρα ἡ ἐκατέρωθεν ἐπὶ πολὺ καλεῖται Πιμωλισσηνή. i. e. *In hac urbe est Sandaracurgium, non longe à Pimolissi, castello regio diruto, à quo regio utrimque fluvio adjacens* Pimolissena *vocatur.* Regio Pimolissena eidem Straboni paulo supra dicitur οὐδαίμων, quæ ad Alyn usque fluvium pertingebat, quam ad septentrionales partes Amaseniæ regionis locat: Εἶθ' ἡ Διακοπηνὴ, καὶ ἡ Πιμωλισσηνὴ χώρα οὐδαίμων πᾶσα μέχρι τοῦ Ἅλυος. Ταῦτα μὲν τὰ δορυκτὰ μέρη τῆς Ἀμασείων χώρας, μᾶλλον ὅσον πεντηκοσίων σταδίων. i. e. *Deinde Diacopena & Pimolissena regio felix tota usque ad Alyn. Hæc sunt septentrionalia Amaseniæ regionis, longitudine circiter 10 stadiorum.* Inibi, quoque commemorat Ponticam eparchiam, seu præfecturam, cujus in hac sectione meminit auctor noster: Λοιπὴ δ' ἐστὶν ἡ ἐκτὸς Ἅλυος χώρα τῆς Ποντικῆς ἐπαρχίας, ἡ περὶ τὸ Ὀλγάσσυν συνάπτουσα τῇ Σινωπίδι. Ἔστι δ' Ὀλγάσσυς ὄρος σφοδρὰ ὑψηλὸν καὶ δύσβατον. i. e. *Reliqua verò est extra Alyn regio Ponticæ præfecturæ, quæ circa Olgassyn contermina Sinopidi. Est Olgassys mons valde excelsus & difficilis aditu.*

82 Πύλαρος,

ντὸς Ἄλυ Πονλικῆς, ἀφ' ἧ ἡ χώρα Πιμω- A intra Alyn, à quo regio Pimoliſene. Qui in-
ισωνή. Ὁ καλοικῶν τὴν πόλιν Πιμωλισωνὸς, colit urbem, Pimoliſenus, ut Emiſa, Emi-
ς Ἐμισα Ἐμισηνός. ſenus.

ΠΙΝΑΜΥΣ, πόλις Αἰγύπτ. Τὸ ἐθνι- PINAMYS, urbs Ægypti. Gentile,
ὸν Πιναμύτης, ὡς Αἴγυ Αἰγύτης· Ὁ δὲ Pinamytes, ut Ægys, Ægytes. Hæc verò
ύπ Αἰγύπτι. B forma eſt Ægyptia.

ΠΙΝΑΡΑ[82], πόλις μεγίση, [83] ὑπερ- PINARA, urbs maxima, ſita ſupra
κειμένη τῷ Κράγῳ ὄρει τ Κιλικίας. Τὸ ἐθνι- montem Cragum Ciliciæ. Gentile, Pinareis,
κὸν Πιναρεῖς, ὡς Μεγαρεῖς. ut Megareis.

ΠΙΣΑ[84], πόλις καὶ κρήνη τ Ὀλυμπίας. PISA, urbs, & fons Olympiæ. Eſt etiam
ση καὶ χωρίον, ἐν ᾧ ὁ τ Διὸς ναὸς ἵδρυται, καὶ C regio, in qua Iovis templum erat & Olympia-
Ὀλυμπικὸς ἀγὼν ἐτελεῖτο. Τὸ ἐθνικὸν, cum certamen celebrabatur. Gentile, Piſatæ.
Πισάτης. Τὸ θηλυκὸν Πισάτις· Λέγεται καὶ Πι- Fœm. Piſatis. Dicitur etiam Piſæus. Prima
σαῖος. Τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον τ Πίσης μα- & ſecunda ſyllaba *hujus nominis* Piſæ eſt longa.
κρά ἐστι.

ΠΙΣΙΔΙΑ[85], οἱ Πισίδαι, πρότερον Σό- D PISIDIA, Piſidæ, qui prius Solymi,
λυμοι, ἀπὸ Σολύμου τ Διὸς καὶ Χαλδίας. à Solymo Iovis, & Chaldenæ filio. Eſt verò
Ἔστι δὲ ἔθνος βάρβαρον, καλοικοῦν πρὸς τὴν gens barbara, quæ habitabat juxta Aſpendum,
Ἀσπένδον καὶ τὴν Κιλικίαν. Εἴρηται δὲ ἀπὸ Πι- & Ciliciam. Sic verò dicta eſt à Piſida, ſecun-
σίδης. Αἱ δεύτεραι καὶ πρῶται συλλαβαὶ μακραί. dæ & primæ ſyllabæ corripiuntur. Dicitur etiam
Λέγεται καὶ Πισιδικὴ, καὶ Πισιδικὸν, καὶ Πισιδεῖς μετὰ *Piſidice*, & *Piſidicum*, & *Piſideis* producta *i*.
τὴν ἔκτασιν τ ι. E

ΠΙΣΙΣ, πόλις καὶ ὄρος Ἀρμενίας, ἢ PISIS, urbs, & mons Armeniæ vel Su-
Σουσιανῆς. Ὁ πολίτης Πισιδεύς, ὡς Χαλκιδεύς. ſianæ. Civis, Piſideus, ut Chalcideus.

ΠΙΣΑΟΝ[86], Πελαγονίας. Τὸ ἐθνικὸν, PISAUM, urbs Pelagoniæ. Gentile,
Πισαῖος. F Piſæus.

ΠΙΣΤΙΡΟΝ[87], ἐμπόριον Θράκης. Τὸ PISTIRUM, emporium Thraciæ.
ἐθνικὸν, Πιστιρίτης. Ἔστι δὲ ὡς Σκίρος, Σκι- Gentile, Piſtiritæ. Eſt verò, ut Scirus, Sci-
ρίτης. rites.

ΠΙ- PI-

82 Πίναρα, &c.] Pinara, &c. Erat una de Lyciæ urbibus maximis, quæ ſubjacebat Crago monti ejuſdem Lyciæ. Nec obſtat, quod auctor noſter tribuat Cragum montem Ciliciæ. Nam Lycia & Cilicia erant regiones finitimæ inter ſe, & ad utraſque pertinebat mons iſte. Et urbs & mons memoratur in Lycia, Ptolemæo lib. 5. c. 3. Straboni libro 14. Ὑπόκειται δὲ τοῦ Κράγου Πίναρα ἐν μεσογείᾳ, καὶ μεγίστη ἐστὶ πόλεων ἐν τῇ Λυκίᾳ· ἐνταῦθα δὲ Πάνδαρος τιμᾶται. i.e. *Subjacet Crago Pinara in mediterraneis, una de Lyciæ urbibus maximis; ubi Pandarus colitur.* Epitomator noſter in citato inquit, Lycios omnia *rotunda* vocare *Pinara*, unde fortean nomen urbi.

83 Ὑπεκειμένη τῷ Κράγῳ ὄρει τ Κιλικίας] Lege ὑποκειμένη, i. e. *ſubjacens*; ex Strabone, cujus ex lib. 14. verba ſecuta proxime præcedenti appoſuimus.

84 Πίσα, πόλις καὶ κρήνη τ Ὀλυμπίας.] Piſa, urbs & fons Olympiæ, & regio, ubi Iovis templum, & Olympiacus agon celebrabatur; propter quod certamen hæc urbs ſuam ruinam ſibi conflavit, ut rerum monumentis tradidit Pauſanias lib. 6. Ἐμπλοι δ' ἦσαν ἀμφὶ τ χωρίῳ πεφυλυμένα πανταχῇ, ἔνθα ἡ Πίσα ᾠκίστο. Οἰκισὼ μὲν δὴ ἡμιόλιος τῇ πόλει Πίσην Πελοπίδαι φασὶ τ Αἰόλου. Πισαῖοι δὲ ἐφειλκύσαντο αὐθαίρετον συμφοράν, ἀπιχθανόμενοι τε Ἠλείοις καὶ ἀπειθοῦντες πείθεσθαι Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα αὐτοῖς Ἠλείων. i.e. *Totus verò locus vineis conſitus eſt, ubi Piſa incolebatur. Conditorem fuiſſe urbi Piſum Periēris filium ajunt Æoli nepotem. Piſæi autem ſibi calamitatem ſtruxerunt, irritatis Eleis, dum auctoritatem celebrandorum Olympiacorum ludorum ſibi arrogare ſtudent pro Eleis.* Inclaruit etiam Andinis plectris Georgic. lib. 3.

Sin ad bella magis ſtudium, turmaſque feroces
Aut Alphea rotis prælabi flumina Piſæ:
Et Iovis in luco currus agitare volantes.

Ab hac conditas Piſas in Italia ajunt, ut edifſerit Servius ad illud Maronis Æneid. lib. 10. v. 179.

——— *Alpheæ ab origine Piſæ.*

Piſam autem fontem & urbem quoque celebrat Strabo lib. 8.

85 Πισιδία, οἱ Πισίδαι, πρότερον Σόλυμοι.] Memorantur Piſidia, & ejus incolæ Piſidæ, qui antè *Solymi* nuncupati fuerunt; quod etiam aſſerit Plin. lib. 5. c. 27. *Inſident verticem Piſidæ, quondam* Solymi *appellati, quorum colonia Cæſarea, eadem Antiochia. Oppida Oroanda Sagaleſſos.* Eos ad Tauri montis extremitates locat Strabo lib. 12. Συμφερεῖς δ' εἶναι τάττουσι εἴτε ἄλλοι Πισίδαι, καὶ οἱ Σελγεῖς, οἵπερ εἰσὶν ἀξιολογώτατοι τ Πισιδῶν· τὸ μὲν ἓν πλέον αὐτῶν μέρος πρὸς ἀκρωρείας τ Ταύρου κεῖται. i. e. *Cautigui his ſunt reliqui Piſidæ, & Selgeis, qui ſunt Piſidarum nobiliſſimi. Major ipſorum pars extremitates Tauri occupant.* Eos quoque celebrat Liv. lib. 38. c. 15. *Inde in agrum Sagalaſſenum, uberem fertilemque omni genere frugum, ventum eſt. Colunt Piſidæ longe optimi bello regionis ejus, cum ea res animos facit: tum agri fœcunditas & multitudo hominum, & ſitus inter paucas munitæ urbis.*

86 Πισάον, Πελαγονίας.] Piſaon, Pelagoniæ. Nullus dubito legendum eſſe Πισαῖον, tùm quod gentile Πισαῖος id poſcit, tum quod ſic legitur apud Polybium, Hiſtoriarum lib. 5. cui Piſſæum eſt oppidum Pelagoniæ: Καὶ τότε μὲν Πελαγονίας πόλισμα διηρπάκασι, τὸ προσαγορευόμενον Πισσαῖον. i. e. *Et tunc Pelagoniæ oppidum diripuiſſe, quod* Piſſæum *nuncupatur.* Pelagonia verò erat regio quædam Macedoniæ, de qua ſuo loco egimus.

87 Πίσιρον, ἐμπόριον Θράκης.] Piſtiron, emporium Thraciæ. Memoratur Herodoto lib. 7. c. 109. apud quem Πίσυρος & ad marginem Πίσυρος ſcribitur, à qua urbe non longè aberat lacus piſcoſus & admodum ſalſus xxx. ferme ſtadiorum, quem jumenta exercitus Xerxis quum aquarentur, exſiccarunt, auctore eodem Herodoto libro capiteque citato.

88 Πι-

ΠΙΣΥ΄Η [88], πόλις Καρίας. Λέγεται καὶ Πίσυη. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως Πισυήτης.

PISYE, urbs Cariæ. Dicitur etiam Pisye. Gentile, similiter Pisyetes.

ΠΙΤΑ΄ΝΗ [89], πόλις Αἰολίδος. [90] Ὁ πολίτης, Πιτανάτης, καὶ Πιτανίτης χώρα, καὶ Πιτανίτης Νύμφη, καὶ Πιτανάια.

PITANE, urbs Æolidis. Civis, Pitanæus, & Pitanitis regio, & Pitanitis Nympha & Pitanæa.

ΠΙΤΑ΄ΟΝ [91], πόλις Καρίας, ἀπὸ Πιτάου. Πίτης ἢ Φρὺξ, Μίδου φίλος. Τὸ ἐθνικὸν, Πιταεῖς. Ἔστι δ' ἄτω δυοῖν ἐθνικὸν, ὡς Μόψου ἑστία, Μοψεάτης.

PITAUM, urbs Cariæ, à Pitao. Pitaus verò fuit Phryx Midæ amicus. Gentile, Pitaeis. Sic verò est duorum gentile, ut à Mopsus Hestia, Mopseatæ.

ΠΙΤΝΙΣΣΑ, πόλις Λυκαονίας. Τὸ ἐθνικὸν Πιτνισσαῖος, ὡς Σκοτουσσαῖος, Πιτυουσσαῖος.

PITNISSA, urbs Lycaoniæ. Gentile Pitnissæus, ut Scotussæus, Pityussæus.

ΠΙΤΥ΄ΕΙΑ [92], πόλις μεταξὺ Παρίου καὶ Πριάπου. Τὸ ἐθνικὸν Πιτυεύς, καὶ Πιτύεια.

PITYEA, urbs inter Parium, & Priapum. Gentile, Pityeus, & Pityea.

ΠΙΤΥ΄Η [93], πόλις Καρίας. Οἱ πολῖται, Πιτυάται. Καπίτων δ' αὐτὴν διὰ δύο σ λέγει, Πιτύσσαν.

PITYE, urbs Cariæ. Cives, Pityatæ. Capito verò eam scribit per duplicem s, Pityussam.

ΠΙΤΥ΄ΟΥΣΣΑΙ [94], νῆσοι Δωδεκάδες, ἃς Πιτυώδεις καλεῖ Ἀλκμάν. Τὸ ἐθνικὸν, Πιτυόσσιος.

PITHYUSSÆ, diversæ insulæ, quas *Pityodes* vocat Alcman. Gentile, Pityussius.

ΠΛΑΔΑΡΑΙΟΙ, ἔθνος ὑπὲρ ἄρκτου κείμενον. Τὸ ἐθνικὸν, καθ' ἡμᾶς Πλαδαραῖος, καὶ Πλαδαρίτης.

PLADARÆI, populi ad septentrionem siti. Gentile secundum nos, Pladaræus & Pladarites.

ΠΛΑ-

88 Πισύη, πόλις Καρίας.] Pisye, urbs Cariæ, cujus incolæ *Pisyetæ* dicebantur & ore Latino *Pisuetæ*; urbs memoratur à Constant. Perphyrogen. de Them. libro 1. Them. 14. Incolæ à Livio lib. 33. c. 2. *Rhodii quoque ad vindicandam à Philippo continentem regionem* (Peræam vocant) *possessam à majoribus suis, Pausistratum prætorem cum octingentis Achæis peditibus, mille & noningentis fere armatis vario genere auxiliorum collectis, miserunt. Galli, & Nisuetæ, & Pisuetæ, &c.*

89 Πιτάνη, πόλις Αἰολίδος.] Pitane, urbs Æolidis. Quam condecorabant duo portus & fluvius Euenus, sed multo magis Arcesilaus nihil affirmantis academiæ clarissimus antistes, quorum testem produco Strabonem lib. 13. Εἶτα Πιτάνη πόλις Αἰολικὴ, δύο ἔχουσι λιμένας καὶ ὁ Σμινδυρίτης αὐτὴν Εὔηνος, ἐξ οὗ τὸ ὕδωρ ὑδραγωγεῖται τοῖς Ἀδραμυττηνοῖς. Ἐκ δὲ Πιτάνης ἦν Ἀρκεσίλαος, ὁ τῆς ἀκαδημίας Ζηνωνος δὲ Κιτιέως συσχολαστὴς Πολέμωνι. i. e. *Sequitur Pitane urbs Æolica, duos habens portus, & fluvius Euenus eam præterfluens; e quo aqua deducitur Adramyttenis. Ex Pitane est Arcesilaus academicus Zenonis Citiensis condiscipulus apud Polemonem.* E nostris memoratur Melæ lib. 1. c. 18. Plinio lib. 5. c. 30. Ovidio Met. lib. 7.

Æoliam Pitanen à læva parte reliquit.

De qua exstat adagium Πιτάνη εἰμὶ, i. e. *Pitane sum.* De eis dici solitum, qui in extremas calamitates redacti, denuò in pristinum statum restituuntur, Zenodoto auctore.

90 Ὁ πολίτης, Πιτανάτης.] Civis Pitanæ, urbis Æolidis dicebatur *Pitanæus*, sic dicitur *Arcesilaus* Diogeni Laertio in ejus vita, quod in hac urbe natus fuerit.

91 Πίτανον, πόλις Καρίας.] Pitaum, urbs Cariæ. Memoratur Plinio lib. 5. c. 29. inter Cariæ oppida, cui Pitaium dicitur.

92 Πιτύεια, πόλις μεταξὺ Παρίου καὶ Πριάπου.] Pityea, urbs inter Parium & Priapum. Sunt verba desumpta ex Strabone lib. 10. Πιτύεια δ' ἐστὶν ἐν Πιτυοῦντι τῷ Παριανῆς ὑπερκείμενον ἔχουσα πιτυώδες ὄρος, μεταξὺ δὲ κεῖται Πριάπου, καὶ Παισίου, καὶ Λίνου χωρίου ἐπὶ θαλάττῃ, ὅπου οἱ Λινύσιοι κοχλίαι ἄριστοι τῶν παίλων ἁλίζωνται. i. e. *Pityea verò est in Pityunte Parianæ habens superjacentem montem pinuum feracem, sita autem est inter Parium & Priapum secus Linum regionem maritimam, ubi cochleæ optimæ omnium capiuntur.*

93 Πίτυη, πόλις Καρίας.] Pitye, urbs Cariæ, quæ paulo supra dicitur Πισύη.

94 Πιτυόσσαι, νῆσοι Δωδεκάδες.] Pityussæ; insulæ diversæ. Inter omnes hujus nominis insulas, celebriores fuere duæ ante Hispaniam sitæ, quarum altera vocitabatur *Ebusus*, altera *Ophiusa*. Strabo lib. 3. Τῶν δὲ προκειμένων νήσων τὴν Ἰβηρίας, τὰς μὲν Πιτυόσσας δύο, καὶ τὰς Γυμνασίας δύο, καλεῖσθαι Βαλιαρίδας, ἃς προκεῖσθαι συμβαίνει τὰ μεταξὺ Ταρρακῶνος καὶ Σκηπίωνος παραλίας· ἐφ' ἧς ἱδρῦσθαι τὸ Σάγουντον· εἰσὶ δὲ καὶ πελαγίαι μᾶλλον αἱ Πιτυόσσαι, καὶ πρὸς ἑσπέραν κεκλιμέναι τῶν Γυμνησιῶν· καλεῖται δ' αὐτῶν ἡ μὲν Ἔβεσος, πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον· κύκλος δὲ τῆς νήσου, τετρακόσιοι στάδιοι, παρόμοιος τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος· ἡ δὲ Ὀφιοῦσσα, ἔρημος, καὶ πολὺ ἐλάττων, ταύτης πλησίον κειμένη. i. e. *Insularum, quæ ante Iberiam sitæ sunt, Pityussas quidem duas, & totidem Gymnasias, vocant Baleariadas, sitas ante oram maritimam inter Tarraconem & Sucronem; supra quam oram situm est Saguntum. Magis in alto sunt Pityussæ & ad occasum versæ Gymnesiarum. Vocatur earum altera* Ebusus, *quæ urbem habet cognominem. Ambitus insulæ, cccc. stadia, æqualis longitudine & latitudine. Altera dicitur* Ophiusa, *deserta, & multo minor, secus hanc jacens.* Idem lib. 9. testatur Salamin insulam claram Æacidis, & victoria Græcorum adversus Xerxem, dictam quoque fuisse Pityussam. Ὠνομάσθη δὲ καὶ Πιτυοῦσσα πάλαι δὲ φιλεῖ· Ἐπιφανὴς δὲ ἡ νῆσος ὑπῆρξε μάλιστα διὰ τὸν Αἰακίδας ὑπάρξαντας αὐτῆς, καὶ μᾶλιστα διὰ Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος, καὶ διὰ τὸ φεύγειν τὴν νῆσον ταύτην καταναυμαχθέντων Ξέρξου ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, καὶ φυγεῖν εἰς τὴν εἰκείαν. i. e. *Dicta etiam fuit* [Salamis] *Pityussa à planta* [i. e. à pinu.] *Immutavit autem insula cùm propter Æacidas, qui eam tenuerunt, ac maxime Aiacem Telamonis filium, tum quod ibi victus navali prælio à Græcis Xerxes, fuga domum contendit.* Hæc de hujus nominis insulis pro destinati nostri ratione dicta sufficiant.

95 Πλα-

ΠΛΑΚΕΝΤΙΑ[95], πόλις Λιγύρων. Τὸ ἐθνικὸν, Πλακεντῖν@.

PLACENTIA, urbs Ligurum. Gentile, Placentinus.

ΠΛΑΚΗ[96], πόλις Ἑλλησποντία. Ὁ πολίτης, Πλάκι@. Τὸ ἐθνικὸν Πλακιανός.

PLACE, urbs Helleſpontia. Civis, Placius. Gentile, Placianus.

ΠΛΑΜΟΣ, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν Πλαμεύς, τῷ χαρακτῆρι τῆς χώρας.

PLAMUS, urbs Cariæ. Gentile, Plameus regionis characterе.

ΠΛΑΡΑΙΟΙ[97], ἔθν@ Ἠπείρ. Λέγονται καὶ Πλάριοι.

PLARÆI, populi Epiri, dicuntur etiam *Plarii*.

ΠΛΑΡΑΣΣΑ, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πλαρασσεύς.

PLARASSA, urbs Cariæ. Gentile, Plaraſſeus.

ΠΛΑΤΑΙΑΙ[98], πόλις Βοιωτίας. Ὅ-C ιηρ@ ἐνικῶς,

PLATÆÆ, urbs Bœotiæ, Hom. in ſing. num. uſus eſt.

Οἵ τε Πλάταιαν ἔχον. —

Quique Plataam habebant. —

Εὔδοξ@ δὲ γῆς περιόδῳ, πληθυντικῶς. [99] Πλάταιαι δὲ διὰ τὸ τάφους καὶ τροπαῖα ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔχειν, τῶν τὴν Ἑλλάδα γεγονότων ἐλευθερωσάντων, καὶ τὸ βασίλειον στράτευμα διαφθειράντων. Τὸ πληθυντικὸν, ὀξύτονον. [1] Ἡρωδιανὸς δὲ διὰ τὴν ἐν ἀριθμῷ ἔμπτωσιν. Εἰ μὲν γὰρ μεταβάλλει τὸν ἀριθμὸν, καὶ τὸν τόνον μεταβάλλει.

Eudoxus in terræ Periodo plur. num. *Plataeas verò eo quod ſepulchra, & trophæa virorum optimorum haberent, qui Græciam in libertatem aſſeruere, ac regium exercitum ſubegerunt.* Plurale, accentu acuto notatur. Herodianus verò propter numeri [mutationem] approbat accentum. Et enim ſi mutat numerum, & accentum mutat. Sic

95 Πλακεντία, πόλις Λιγύρων.] Placentia, urbs Ligurum. Latè apud veteres Liguriæ ora patebat; Placentia eſt urbs Epiſcopalis Italiæ notiſſima ſub Parmenſi ducatu, ſita non longè à fluvio Pado, habet agros frumenti, vini, & olei feraces, ac paſcua optima, utpote quæ manu factis foſſis ex prædicto fluvio irrigantur, ex quibus rei pecuariæ liberrimus quæſtus, ac præſertim caſei, qui per totam Europam *Placentini* nomine commendatur, & in pretio habetur; de ejus conditore, & etymologia diſcrepant auctores, ſed vero propius videtur ei nomen impoſitum à placendo; ſicut *Florentiæ* à florendo; *Pollentiæ* à pollendo; nomen etiamnum retinet parùm corruptum. *Piacenza* enim talis dicitur. Fuiſſe Romanorum coloniam patet ex Liv. lib. 20. Aurelianus Imperator apud hanc urbem cum Marcomannis prælio inito tam inſigni clade victus fuit, ut Romanum pæne ſolveretur imperium, auctore Flavio Vopiſco in Aureliano. Habet Placentia aquæ ſaliæ fontes, ex quorum aqua ſal candidiſſimus ignis operâ conficitur, necnon ferri ordinas, ut tradit Leander Albertus in Lombardia Ciſpadana. Memoratur diverſis ſcriptoribus ac inter eos, Polybio, Livio, Cæſari; & Andini vatis æmulo lib. 8.

Certavit Mutinæ quaſſata Placentia bello.

Illuminarunt eam natalibus ſuis clariſſimi viri, inter quos *Gregorius* X. Pontifex Maximus, & *Georgius Valla* Græce & Latine doctiſſimus. Si plura hac de urbe ſcire deſideras conſule Hieronymum Albertutium Bononienſem de civitatibus Italiæ, Albertum libro prædicto, Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 1. c. 27.

96 Πλάκη, πόλις Ἑλλησποντία.] Place, urbs Helleſpontia. Memoratur Herodoto lib. 1. c. 57. qui eam Πλακίην vocat Jonica dialecto pro Πλακείαν. Placia dicitur Melæ lib. 1. c. 19. qui Pelaſgorum coloniam fuiſſe tradit: *Poſt, Placia, & Scylace, parvæ Pelaſgorum coloniæ.*

97 Πλαραῖοι, ἔθν@ Ἠπείρ. &c.] Plaræi, gens Epiri, qui etiam *Plarii* dicebantur. Strab. eos locat in Dalmatia prope Naronem flumen, cui Πληραῖοι vocantur: Ἀδρίου δὲ ἐστὶ, μέσον τείνον τῶν Δαλματικῶν, τὸν μὲν ἑσπερίαν, τὸν δὲ ἐπὶ θάτερα. Εἶθ' ὁ Νάρων ποταμὸς, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν Δαόριζοι, καὶ Ἀδρίαται, καὶ Πλεραῖοι, ὧν τὰς μὲν παραλίους νῆσο@ Μέλαινα Κόρκυρα καλουμένη, τὰς δὲ πόλις Κνιδίων κτίζμα. i. e. *Porro mons, cui nomen Adrium, medium ſecat Dalmatiam, alteram maritimam, alteram ad diverſa ſpectantem. Sequitur Naro amnis, & qui circa eum accolunt Daorizi, & Adriatæ, & Pleræi, quorum his proximat inſula Melæna Corcyra vocata, & urbs à Cnidiis condita.*

98 Πλάταιαι, πόλις Βοιωτίας.] Platææ, urbs Bœotiæ ex Mæonio vate celebratur, qui ejus meminit num. ſingul. lib. 2. v. 504. ubi legitur hemiſtichium illud, quod affert auctor noſter. Sita erat infra Cithæronem montem, non longè à Thebis Bœotiis, & ab Aſopo fluvio juxta viam, quæ Athenas & Megaram ducebat, fuit inclyta Græcorum victoria, duce Pauſania adverſus Perſas ubi trecenta Perſarum millia unà cum eorum duce Mardonio occubuere, in cujus rei memoriam Græci Iovi *Eleutherio* à libertate ſic dicto templum, atque gymnicum certamen conſecrarunt, quorum locuples teſtis eſt Strabo lib. 9. Πλάταιαι δὲ, ὡς ἐνίκησε εἶπεν ὁ ποιητὴς, ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι εἰσι μεταξὺ αὐτῆς, καὶ Θηβῶν, καὶ τῆς ὁδὸς τῆς εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Ἀνθηδόνα καὶ τὴν Μεγαρικήν· εἰσὶ δὲ Ἐλευθεραὶ πόλισμα, ὡς οἱ μὲν τῶν Πλαταιῶν, οἱ δὲ τῶν Βοιωτίας φασίν. Εἰρῆσθαι δ' ὅτι παῤῥεῖ τὰς Πλαταιὰς ὁ Ἀσωπός. Ἐνταῦθα Μακεδόνων καὶ τῶν περὶ Μαρδόνιον μυριάδων Περσῶν αἱ τῶν Ἑλλήνων δυνάμεις ἀρθεῖσαι ἀφανίσαν· ἱδρυσάμενοί τε Ἐλευθερίου Διὸς ἱερὸν, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν στεφανίτην ἀπέδειξαν, Ἐλευθέρια προσαγορεύσαντες· πάφλη δὲ κινεῖται δημόσια τῶν τελεσθέντων ἐν τῇ μάχῃ. i. e. *Plataeæ, quas ſingulari numero dixit poëta infra Cithæronem ſunt, inter ipſum & Thebas, pone viam, quæ ducit Athenas & Megara in finibus Atticæ & Megaridis. Sunt Eleutheraæ prope, quas alii Plataeis, alii Bœotiæ adſcribunt. Dictum eſt Aſopum præter Plateas fluere. Hic Mardonium & trecenta Perſarum millia excercitus Græcorum occidione delevit; collocaruntque Eleutherii Iovis templum, & certamen gymnicum inſtituerunt, quo victor coronaretur*, Eleutheria *cognominantes; ſepulturæque oſtenduntur publica eorum qui in pugna illa ceciderunt.* Hæc victoria duce Pauſania eſt de celeberrimis Græcorum. Incenſam fuiſſe à Xerxe auctor eſt Herodotus lib. 8. c. 50. Ὁ δὲ Βοιωτῶν στρατὸς ἅμα ἕσπετο ἀναπεπεισμένος Θεσσαλῶν τῷ πόλιν, αὐτῶν ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον, καὶ τῶν Πλαταιέων ὡσαύτως, ἥκει τε ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ πάντα ἐκενέα εὑρίσκε. Ἐνέπρησε δὲ Θεσπιείδι καὶ Πλάταιαν, πυθόμενο@ Θηβαίων ὅτι σφι ἐμήδιζον. i. e. *Exercitus qui cum Xerxe erat Bœotiam peragrantes, incenſa Theſpienſium, qui in Peloponneſum abſceſſerant, & Plataenſium urbe pervenit Athenas & illa omnia depopulabantur. Incendit autem Theſpeam & Plataeam, quod à Thebanis acceperat non ſentiere cum Medis.*

99 Πλαταιαὶ δὲ διὰ τὸ τάφους.] Hæc verba videntur eſſe ex Eudoxo, in quibus deeſt aliquod verbum antecedens ex ejuſdem auctoris hiſtoria.

1 Ἡρωδιανὸς δὲ διὰ τὴν ἐν ἀριθμῷ, &c.] Quis non videt legendum eſſe διὰ τὴν ἐν ἀριθμῷ μεταβολὴν, &c. Auctor noſter inquit ex Herodiano urbis Platææarum nomen, mutato numero, mutare accentum. Namque num. plur. notatur cum accentu in ultima, Πλαταιαὶ, num. ſingul. cum accentu in antepenultima Πλάταια, quomodo uſurpavit Homerus, quod etiam annotavit Euſtathius ad locum Homericum in hujus ſectionis prima parte citatum.

λφ. Κέκληται ἢ ἀπὸ τ πλάτης τ κώπης, ὡς Απολλόδωρ πρώτῳ καταλόγε, συκλιμνωθείσης τ Βοιωτίας, τὰς παροικεύσας τ λίμνας Βοιωτὰς πλῷ πορεύεσθ ἀπ' ἀλλήλων. Ὅθεν καὶ ἀπὸ τ πλάτους τ κώπης τὰς πόλεις κληθῆναι. Οἱ πολῖται, Πλαταιεῖς κ᾽ συναίρεσιν. Αττικῶς τὰς Πλαταιάς· Καὶ Πλαταιάτης τὸ θηλυκὸν, κ Πλαταιίς. Ἔστι καὶ νῆσος πρὸ τ Λιβύης· Ταύτης οἱ πολῖται, Πλαταιεῖς. Καὶ ἡ χώρα, Πλαταϊκή. Δεῖ ἢ τὸ πρωτότυπον ἐθνικὸν παροξύνειν Πλάταιαν, ὡς Λίμναιαν, Ἱστίαιαν, Δίκαιαν. Τὸ ἐκ τόπου ἐπίρρημα, Πλαταιόθεν· Καὶ εἰς τόπον, Πλαταιάζε.

A Sic verò vocata fuit ἀπὸ τ πλάτης, &c. i. e. *à palmula remi*, ut Apollodorus primo Catalogi, cum enim paludosa sit Bœotia *ii*, qui juxta paludes habitant Bœotii navigatione vehuntur ad invicem. Unde πλῷ τλῳ, &c. i. e. à *latitudine remi*, & à *remo* vocatæ fuere urbes. Cives Platæeis per synæresin. Attice, Πλαταιέας, i. e. *Plataenses*. Et fœm. Platæatis, & Platæis. Est etiam insula ante Libyam. Hujus cives, Platæeis. Regio, Plataica. Prototypum verò gentile in antepenultima acuendum est Platæa, ut Limnæa, Histiæa. Dicæa. Adverb. locale, ex Platæa, ad-Platæam.

ΠΛΑΤΑΝΟΣ [3], πόλις Φοινίκης. Τὸ ἐθνικὸν, Πλαταναῖος.

PLATANUS, urbs Phœniciæ. Gentile. Plataneus.

ΠΛΑΤΕΙΑ [4], νῆσος Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν Πλαταιάτης, κ Πλαταίτης, ὡς Ζελείτης.

PLATEA, insula Libyæ. Gentile, Plateates, & Platétes, ut Zelétes.

ΠΛΑΤΗΙΣ, νῆσος πρὸ τῆ Λυκίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Πλαταιεύς, ἀπὸ τὸ χαίρειν τὰς Κάρας τῷ τ εἰς ὑς τύπῳ.

PLATEIS, insula, juxta Lyciam. Gentile Platæeus, eo quod Cares forma in *eus* gaudent.

ΠΛΕΙΣΤΑΡΧΙΑ [5], πόλις Καρίας, ἥ τις κ πρότερον κ ὕστερον Ἡράκλεια ὠνομάσθη. Τὸ ἐθνικὸν, Πλειστραρχίτης.

PLISTARCHIA, urbs Cariæ, quæ antè, & postea *Heraclia* nominata fuit. Gentile, Plistarchites.

ΠΛΕΥΡΩΝ [6], πόλις Αἰτωλίας. Ὁ πολίτης, Πλευρώνιος, καὶ Πλευρωνία, καὶ Πλευρωνεύς· Καὶ εἰς τόπον, Πλευρώναδε.

PLEURON, urbs Ætoliæ. Civis, Pleuronius, & Pleuronia, & Pleuroneus. Adverb. locale, ad-Pleuronem.

ΠΛΗ-

PLE-

2 Ἔστι κ νῆσος πρὸ τ Λιβύης.] Est etiam nempe Platæa insula ante Libyam. Memoratur Herodoto, cui lib. 4. c. 169. Πλατέα dicitur: Τέτων ἔχονται Γιγάμεαι νεμόμενοι τλῦ πρὸς ἠπειρώτας χώρλω, μέχρι Ἀφροδισιάδος νήσου. Ἐν ᾗ τῇ μεταξὺ χώρῳ τούτῳ ἥτε Πλατέα νῆσος ἐπικέεται, τλῦ ἔκτισαν Κυρηναῖοι, κ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μενελάου λιμένες ἐσι, κ Ἄζιρις, τλῦ οἱ Κυρηναῖοι οἴκεον· κ τὸ Σίλφιον ἄρχεται ἀπὸ τούτου. Παρήκει ἢ ἀπὸ Πλατέης νήσου, μέχρι ἐς ὁμφάλου τ Σύρτος τὸ Σίλφιον. i. e. *His confines sunt Gigamæ, regionem versus occasum incolentes ad Aphrodisiadem usque insulam. In hujus loci medio jacet insula Platea, quam Cyrenæi condiderunt. Atque in continente est Menelaitis portus, & Aziris, quam Cyrenæi incolebant. Et hinc incipit Silphium. Pertingit autem à Platea insula, ad fauces usque Syrtis.* Ipsissima insula paululum infra auctori nostro dicitur Πλατέα, i. e. *Platea*. E nostris ejus quoque meminit Plin. lib. 4. c. 12.

3 Πλάτανος, πόλις Φοινίκης.] Platanus, urbs Phœniciæ. Memoratur Polybio Historiarum lib. 5. Προκαλαβόμενος ἢ μέρη μέρτοι τὰ κ᾽ Πλάτανον τινὰ τῇ ἢ λοιπῇ δυνάμει μετ᾽ ἧς ἦν αὐτὸς, τὰ πρὸς Πορφυρεῶνα πόλιν, ταύτην παρεφύλαττε τλῦ εἰσβολλῦ ἔ βασιλέως, ὁμῶ στρατοπεδεύσας αὐτῷ κ τ ναυλικῆς δυνάμεως. i. e. *Parte verò copiarum* [Nicolaus] *præoccupatis faucibus ad Platanum, altera parte, cum qua erat ipse proxima Porphyreoni urbi loca tenens, hanc observabat regis introitum, unà secum habens classem in anchoris stantem.* Una cum Ortelio in *Platane* dubito, an sit eadem cum Platane Sidoniorum vico, in quo Herodis Ascalonitæ filii, quos pater jussit occidi, custodiebantur, referente Josepho de Bello Judaico lib. 1. c. 17. prope libri calcem. Nec obstat, quod κώμη, i. e. *vicus* vocetur ab Josepho, sæpè enim id accidit inter rerum scriptores.

4 Πλατέα, νῆσος Λιβύης.] Videsis, quæ in Πλαταιὰ nota 2. annotavimus.

5 Πλειστραρχία, πόλις Καρίας, &c.] Consulesis collectanea nostra in Ἡράκλεια.

6 Πλεύρων, πόλις Αἰτωλίας.] Pleuron, onis, urbs Ætoliæ. Strabo lib. 10. memorat novam & veterem Pleuronem in Ætolia: πρὸς ὃν τλῦ νεωτέραν Πλεύρωνα συνάκισαν, ἀφέντες τλῦ παλαιὰν ἐγγὺς κειμένην Καλυδῶνος οἱ οἰκήτορες, δύσκαρπον ὄσαν κ πιδιάδα, περιθέντος τλῦ χώρου Δημητρίου ἐπικληθέντος Αἰτωλικοῦ. i. e. *Juxta quem recentiorem Pleuronem condidêre incolæ, relictâ antiquâ, quæ Calydoni vicina solo ubere & plano jacebat, cùm regionem eam vastaret Demetrius cognomento Ætolicus.* Erat una de Ætoliæ civitatibus mediterraneis, teste Plinio lib. 4. c. 2. cujus oppidani ab Achæorum concilio, sub quo erant, sejungi postularunt, quod obtinuere concedente Sulpicio Gallo viro Senatorio, qui à Romanis rerum dominis in Græciam missus fuerat, ut controversias de agrorum finibus inter Lacedæmonios & Argivos dirimeret, auctore Pausania in Achaicis. Eam quoque celebrat Servius ad illud Mantuani Homeri Æneid. lib. 9.

Atque hic legatos Ætola ex urbe remissos
Quæ referant, fari jubet.

Innotuit etiam Poëtarum carminibus, Ovid. Met. libro septimo.

Adjacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum vulnera Combe.

Stat. Theb. lib. 4. v. 103.

Huic quoque præstantes Ætolis urbibus affert
Belli fama viros. Sensit scopulosa Pylene
Fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron,
Et præceps Calydon.

Meleagria verò vocatur ab Statio, ac si fuisset à Meleagro condita.

7 Πλη-

ΠΛΗΜΥ'ΡΙΟΝ[7], φρούριον Συρακοσῶν. Ὁ οἰκήτωρ Πλημυριάτης, καὶ Πλημυρήτης. A

PLEMYRIUM, castellum Syracusarum. Incola, Plemyriates, & Plemyrates.

ΠΛΙΝΘΙ'ΝΗ[8], πόλις τῆς Αἰγυπτίας, ἡ ἀπὸ τῆς Σαμαρείας. Ὁ πολίτης, Πλινθινίτης.

PLINTHINE, urbs Ægyptia, à Samaria. Civis, Plinthinites.

ΠΛΟΥ'ΤΙΟΝ, ὡς Ῥήγιον, πόλις Τυρρηνῶν, ἧς τὸ ἐθνικὸν Πλωτῖνος. B

PLUTIUM, ut Rhegium, urbs Tyrrhenorum, cujus gentile, Plutinus.

ΠΛΥΝΕ'ΑΙ, νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ. Τὸ ἐθνικὸν Πλυνεαῖος, καὶ Πλυνεάτης.

PLYNEÆ, insula in Nilo. Gentile, Plyneæus, & Plyneates.

ΠΛΩ'ΘΕΙΑ[10], δῆμος Αἰγηΐδος φυλῆς. Ὁ δημοτης, Πλωθειεύς, καὶ Πλωθεύς. Τὰ τοπικὰ, Πλωθειάθεν, Πλωθειάζε, Πλωθειῆσι. C

PLOTHIA, populus Ægeidis tribus. Popularis, Plothieus, & Plotheus. Localia. ex-Plothia, ad-Plothiam, in-Plothia.

ΠΝΕΒΕ'ΒΙΣ, πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Πνεβεβίτης, ὡς πάντα τὰ εἰς ις Αἰγύπτια ἐνόματα *

PNEBEBIS, urbs Ægypti. Civis, Pnebebites, ut omnia in *is* nomina Ægyptia..... D

ΠΝΥ'ΞΙ[11], τὸ παρ' Ἀθηναίοις δικαστήριον, περὶ ὃ φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τοῖς περὶ παθῶν ὅτως· Ἔστιν οὖν Πύκνη * κυρ * ὁ δύναται ἢ καθαλῆξαι, καὶ ὑπερελεθη τὸ ν. καὶ ἑτέρα τὸ κ εἰς ξ, Πνύξ. Τὸ πέρθεσιν ἄρα ἔχει ἀφ' ἑαυτοῦ καθαληξιν. Ἐν ᾗ τῇ γυικῇ ἀπέλαβε τοῦ πάξιν μὴ ἔχ κ, Πνύξ Πυκνός. Τῆς Πυκνὸς τὰς ἰωΐας[12] Ἀριστοφάνης. Τὸ λίθος ταύτῃ Πυκνῇ, E

PNYX, locus judicii apud Athenienses, de quo inquit Herodianus de affectibus dictionum sic. *Est igitur* πύκνη, i. e. *densa* * κυρ * *Non potest verò desinere, & interpositum est* τὸ *n. Et versum est* c. *in* x. *Pnyx. Interpositum autem est terminationis caussa.* In genitivo verò assumit iterum *c.* Pnyx, Pnycis; ut *Pnycis habenas*, Aristoph. *Lapidis hac Pycne, & Pycna.* Sic verò vocatus fuit

7 Πλημύριον, φρούριον Συρακουσῶν.] Plemyrium, castellum Syracusarum. Aliis fluvius, aliis insula, Thucydidi lib. 7. promontorium dicitur: Τῷ δὲ Νικίᾳ ἐδόκει τὸ Πλημμύριον καλούμενον τειχίσαι. (ἔστι δὲ ἄκρα ἀντιπέρας τῆς πόλεως, ἥπερ στεῖχουσι δι' μεγάλου λιμένος τὸ σῦμα σφῶν ποιεῖ) καὶ εἰ τειχισθείη, ῥᾴων αὐτοῖ ἐφαίνετο ἐσκομιδὴ τῶν ἐπιηδείων ἔσεσθαι. i. e. *Niciæ verò videbatur muniendus esse locus, quem* Plemmyrium *vocant; (est autem promontorium è regione urbis, quod in magnum portum prominens, ejus fauces coarctat) ac si muniretur, commeatus facilius importatum iri judicabat.* Inclaruit Andino carmine Æneid. lib. 3. v. 693.

Sicanio prætenta sinu jacet insula contra
Plemyrium undosum: nomen dixere priores
Ortygiam.

Ad quem locum ita Servius: *Plemyrium undosum, quidam insulam, quidam fluvium putant dici, sane verbum de verbo expressit, hoc est enim* undosum, *quod Plemyrium, sinus Syracusanus, in quo Ortygia, cujus hîc necessarie meminit, nondum enim erant conditæ Syracusæ.* Alludit Servius in nominis etymologia ad verbum Græcum πλημμυρεῖν, quod est *exundare.* Quare per duplex *m* scribi debet, hoc castelli nomen. Promontorium hodie vulgo vocatur *Massa d'Olivero*, ut tradit Fazellus. Insula est parva, Cluverio Siciliæ Antiquæ lib. 1. c. 13. quæ vulgo dicitur *Isola di San Martiano.* Ergo juxta auctores citatos est promontorium & insula ejusdem nominis, in quo olim erat castellum, ut inquit noster, & nos ex Thucydide confirmavimus.

8 Πλινθίνη, πόλις τῆς Αἰγυπτίας.] Plinthine, urbs Ægyptiæ, *i. e.* Ægypti, sic alibi vocat *Ægypti regionem*, ut & Corinthi, Corinthiam in Περιαυτοῦ. Quemadmodum Strabo Epidauri, Epidauriam. Fuit autem Plinthine in Mareotæ Nomi litore, auctore Ptolemæo lib. 4. c. 5. ex qua ad Pelusium erat navigatio stadiorum trium millium & sexcentorum, ut prodit Josephus de bello Judaïco lib. 5. c. 11. juxta versionem Latinam; hodiè Italis *Torre degl' Arabi*, teste Moletio, à qua sinus Plinthinetes Herodoto lib. 2. c. 6. ejus quoque meminit Strabo lib. 17.

9 Ἀπὸ τῆς Σαμαρείας.] In his verbis suspicor mendam, vel legendum est ἀπὸ τῆς ἐν Σαμαρείᾳ, i. e. *ab ea* quæ *in Samaria.* Quæ locutio haud insolens est auctori nostro. Sic enim in Ἐδεσσα inquit, Edessam vocatam fuisse ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ, i. e. *ab ea*, quæ *in Macedonia*, vel pro ἀπὸ τῆς Σαμαρείας legendum est ἀπὸ τῆς Μαρείας, i. e. *à Marea.* Erat enim Marea urbs & lacus Ægypti, auctore nostro auctore in Μαρείᾳ, in cujus Nomo Plinthinen urbem locat Ptolemæus libro capiteque proxima nota citato. At si prior conjectura habet locum, latet in verbis eruditio ex Hebrææ linguæ pœnu depromenda. Plinthine enim nomen habet לבנה, quod Græce significat *laterem* *lebena* verò Hebraïce idem significat, à quo *Libna* & *Lebona* nomen habent. Fuere autem duæ Judææ urbes, hujus fit mentio Judic. c. 21. v. 19. illius Josue c. 10. v. 29. Inquit ergo auctor noster *Plinthinen* Ægypti urbem dici ab ea, quæ in *Samaria*, i. e. in *Judæa*, namque *Plinthine*, & *Lebena* sunt nomina ἰσοδύναμα.

10 Πλώθεια, δῆμος Αἰγηΐδος φυλῆς.] Pro Αἰγηΐδος lege Αἰγηΐδος. Ægeis enim non Ageis dicebatur hæc tribus; memoratur Harpocrationi, & Suidæ, apud quos Πλωθεῖα cum accentu circumflexo scribitur, apud auctorem nostrum in Ἀζηνιεῖ in ultima, & in hac sectione in antepenultima habet accentum, de quo nihil dictu dignum invenierbam. Sam. Pet. Miscell. lib. 2. c. 9. contendit apud Plautum Epidico. Actu 3. scena 4. pro *Periphanes Platenius* legendum esse *Periphanes Plothenius.*

11 Πνύξ, τὸ παρὰ Ἀθηναίοις δικαστήριον.] Pnyx, cis, locus-judicii apud Athenienses. De quo sic eruditissimus grammaticorum Πνύξ, [Πνύξ] τόπος Ἀθήνησιν ἐν ᾧ εἰ ἐκκλησίαι ἦσαν τὸ πάλαι ἁπάντων, νυνὶ δ' ἅπαξ, ὅταν προβληθὲν χειροτονῶσιν. i. e. *Pnyx, locus Athenis, in quo conciones seu conventus fiebant olim quidem omnes, nunc autem semel, cum ducem eligunt.* De quo consulesis Joannem Meursium Athen. Att. lib. 2. c. 9.

12 Ἀριστοφάνης. Τὸ λίθος ταύτῃ Πυκνῇ, καὶ Πυκνά.] Ad hoc lectionis monstrum debellandum non Hercule, sed Aristophane ipso opus est. Illa enim verba sic apud eum leguntur in Εἰρήνῃ, i. e. *in Pace* folio (mihi) 671.

Ego. Ἐπὶ τοῦτ' ἀκήκοον οἷον ἀρθῆναι μ' ἥδεσθ'
Ὅστις κρούσει νῦν δὲ λίθος τὴν πυκνί.
Mer. Audi rursus quale sciscitata sit:
Quis obtinet nunc lapidem id est suggestum, in Pnyce.

κνὴ, ἢ Πυκνά. [13] Κέκληται ἢ ὠθὰ τὸ πυκνὸν τῶν παλαι συνῳκισμένων οἰκιῶν. Ὁ ἐν τούτῳ οἰκῶν, Πυκνίτης λέγεται, ἢ Πυκναία. Δίδυμος δέ φησιν, ὅτι τὴν Πύκνα ἂν εἴη λέγων. Τὸ δὲ Πυκναία, ἀπὸ τῆς Πυκνὴ παρῆκται, ὅπερ οὐκ εἴρηται. Οὐδεὶς γὰρ εἶπε προσηγορικῶς, ἢ κυρίως τὸ Πυκνή. Τὰ γὰρ τοιαῦτα ὡς ἐπὶ πᾶν ἀπὸ μακροκαταλήκτων θήλεται, δύνη δύναια, γυρὴ γυραία, ἀνάγκη ἀναγκαία. Τὸ ὡς ἐπὶ πᾶν εἰρῆται, διὰ τὸ ἅμαξα Ἁμαξαία, ἢ κέρα κεραία.

fuit ὠθὰ τὸ, &c. *i. e.* à denſis domibus quæ illic olim ædificatæ fuere. Qui in eo loco habitat, dicitur Pycnites, [& fœm.] Pycnæa. Didymus verò inquit, quod Pycna deberet dici. Pycnæa autem à Pycne deductum eſt, quod dictum non eſt. Nullus enim dixit, vel appellativè vel propriè Pycne. Hujuſmodi enim nomina, ut plurimum deducuntur à deſinentibus-in-longa, ut δύνη δύναια, &c. h. e. *cubile*, mulier, neceſſitas. Quod ut plurimum dictum eſt, propter τὸ ἅμαξα & *c.* h. e. *currus*, & *cornu*.

ΠΟΔΑΛΕΙΑ [14], πόλις Λυδίας, πλησίον Λιμύρων. Ὁ πολίτης, Ποδαλεώτης. Εἰσὶ δὲ καὶ Ποδαργοὶ ἔθνος Θρᾴκης.

PODALEA, urbs Lydiæ, prope Limyra. Civis, Podalectes. Sunt etiam Podargi, populi Thraciæ.

ΠΟΙΗΕΣΣΑ [15], πόλις τῆς Κέω. Ὁ πολίτης, Ποιηέστιος.

POEESSA, urbs in Ceo. Civis, Pœeeſſius.

ΠΟΙΜΑΝΙΝΟΝ, πόλις, ἢ τι φρούριον. [16] Ἔστι δὲ καὶ χωρίον Κυζίκου. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως.

POEMANINON, urbs, vel caſtellum. Eſt etiam regio ſeu locus Cyzici. Gentile, ſimili modo.

ΠΟΙΜΗΝ [17], ὄρος τῆς Ποντικῆς, ἀφ' οὗ καταῤῥεῖ ὁ Παρθένιος, ὁρίζων τὴν Ἀμαστρίν. Οἱ οἰκοῦντες Ποιμαίνιοι. Ἔστι καὶ ὄρος Ποιμαίνιον ἐν Μακεδονίᾳ. Οἱ καὶ οἰκοῦντες, ὁμοίως Ποιμαίνιοι.

POEMEN, mons Ponticæ, unde defluit Parthenius dividens Amaſtrin. Incolæ, Pœmænii. Eſt etiam mons Pœmænius in Macedonia. Incolæ, ſimiliter, Pœmænii.

ΠΟΙΜΝΗ [18], ὡς αὐλὴ· Ποιμνίτας ὑμνωδοὺς, ἢ Ποιμνιώτας.

POEMNE, ut Aule [gentile Pœmnitæ, vel Pœmniotæ,] ut Pœmnitas Hymenæos.

ΠΟΛΑ [19], πόλις Ἰλλυρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πο-

POLA, urbs Illyriæ. Gentile, Polates. Et

13 Κέκληται ἢ ὠθὰ τὸ πυκνὸν, &c.] Agit nunc de etymo Pnycis, quod affert à domorum denſitate, Ariſtophanis Scholiaſta ad Ἱππεῖς fol. 290. à denſitate ſenatorum, vel cathedrarum id deducit.

14 Ποδάλεια, πόλις Λυδίας, πλησίον Λιμύρων.] Podalea, urbs Lydiæ, prope Limyra. Ptolemæo Geographiæ lib. 5. c. 5. Lyciæ adſcribitur, ut & Plinio lib. 5. c. 27. cui *Podalia* vocatur. Namque Latini nomina Græca in εια per *ea* & per *ia* pro libitu proferunt, quod ſæpe ſæpius annotavimus, nec enim poſſumus in hujuſmodi collectaneis cœnolexiam & tautologiam evitare. Prope Limyra locat eam auctor noſter, Limyra verò neutro plur. Straboni lib. 14. eſt oppidum etiam Lyciæ. Quare ſi tibi placet apud Stephanum pro Λυδίας legere Λυκίας per me licet.

15 Ποιήεσσα, πόλις τῆς Κέω.] Pœeeſſa, urbs in Ceo inſula, quæ jam ævo Strabonis ævo ceſſerat, ut ipſe teſtatur lib. 10. Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε, λείπονται δὲ δύο ἥ τε Ἰουλὶς, καὶ ἡ Καρθαία, εἰς ἃς συνεπολίσθησαν αἱ λοιπαί· ἡ μὲν Ποιήεσσα εἰς τὴν Καρθαίαν· ἡ δὲ Κορησσία εἰς τὴν Ἰουλίδα. i. e. *Ceos vero erat tetrapolis id eſt quatuor urbes habebat, nunc duo tantum reſtant Julis & Carthæa, in quas reliquæ duæ ſunt tranſlatæ, Pœeeſſa in Carthæam, Coriſſia in Iulidem.* Prope rudera Pœeeſſæ erat Neduſiæ Minervæ fanum, à Neſtore redeunte è Troïa conſtructum, ut prodit idem auctor paulò infra.

16 Ἔστι καὶ χωρίον Κυζίκου.] Inquit Pœmaninum eſſe quoque locum Cyzici, cujus gentile eodem modo dicebatur. Hujus loci incolæ ſunt, qui Plin. lib 5. c. 30. dicuntur *Pœmanæni*.

17 Ποιμὴν, ὄρος τῆς Ποντικῆς, &c.] Pœmen, enis, mons Ponticæ, à quo defluebat Parthenius amnis, de quo ſuo loco egimus; at hujus montis nulla fit apud alios, quod ſciam, mentio, Pontica verò erat circa Pontum regio, quæ etiam *Pontus* dicebatur, auctore Strabone lib. 12.

18 Ποίμνη, ὡς αὐλὴ.] Hæc verba pertinent ad Lexicographos non ad topographum, ποίμνη ſignificat gregem; αὐλὴ verò (quod cum accentu in ultima notari debet) ſignificat, *ſtabulum, ovile*. Noſter accipit pro locis ubi greges & oves ſtabulantur.

19 Πόλα, πόλις Ἰλλυρίας.] Pola, urbs Illyriæ. A qua promontorium *Polaticum*, ſeu *Poleaticum* vocabatur; ſita erat in ſinu portuoſo, qui exiguas habebat inſulas ſubducendis navibus aptas, atque frugiferas, longè clariſſimum opus Colchorum, qui ab Æeta ad Medeam inſequendam miſſi, re infecta exilium ſibi indixerant, ut rerum monumentis tradidit Strabo lib. 5. Ἡ δὲ Πόλα ἰδρυται μὲν ἐν κόλπῳ λιμενοειδεῖ, νησίδια ἔχοντι εὔορμα καὶ εὔκαρπα· κτίσμα δ' ἐστὶν ἀρχαῖον Κόλχων ἐπὶ τῇ Μηδείαν διαπεμφθείσαν, διαμαρτόντων τῆς πράξεως, καὶ καταγνόντων ἑαυτῶν φυγῇ, ὡς Καλλίμαχος εἴρηκεν,

Ἄστυρον αὐλίσασθε· τὸ μὲν φυγάδων τις ἐνίσπει
Γραικός, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

i. e. *Pola autem ſita eſt in ſinu portuoſo, qui inſulas-parvas habet ſtationi-navium-aptas, atque frugiferas. Antiquum eſt opus Colchorum, ad Medeam inſequendam miſſorum, qui re infecta exilium ſibi indixerant*, ut *Callimachus* dixit:

Aſtyron [id eſt oppidum] *condiderunt, quod exſulum quidam dixit*
Græcus, ſed illorum lingua nominavit Polas.

Ex Strabonis libro primo correximus diſtichum illud Callimachi, quod loco ſupra citato perperam ſe habet apud Strabonem. Poſtea facta fuit Romana colonia, referente Mela lib. 2. c. 3. *Sinus Polaticus & Pola, quondam à Colchis, ut ferunt, habitata (in quantum res tranſeunt) nunc Romana colonia.* Ætate Plinii *Pietas Julia* vocitabatur, ejus ex libro 19. ſunt verba: *Oppida Iſtriæ civium Romanorum, Ægida, Parentium, colonia, Pola, quæ nunc Pietas Julia, quondam à Colchis condita.* Fallitur Abr. Ortelius qui in ſuo Theſauro Geographico in *Aſtyron* exiſtimat, ex Callimacho apud Strabonem Aſtyron eſſe quoque urbem ab Argonautis conditam, & à Colchis *Polas* dictam. Fefellit eruditiſſimum virum Strabonis Latinus interpres, qui in illo diſtich-

Πολάτης. Καὶ ἀκρωτήριον Πολατικὸν, καὶ τὸ Πολεατικόν.

A Et promontorium Polaticum, & Poleaticum.

ΠΟΛΕΜΩΝΙΟΝ [20], ἐν Πόντῳ λιμὴν, καὶ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Πολεμώνιος, καὶ Πολεμωνιεύς.

POLEMONIUM, portus in Ponto, & urbs. Gentile, Polemonius, & Polemonieus.

ΠΟΛΛΗΣΙΟΙ, πόλις. Καὶ οἱ πολῖται, ὡς Λοκροὶ, Δελφοί. Οἱ οἰκήτορες, ὁμοίως.

B POLLESII, urbs. Et cives, ut Locri, Delphi. Incolæ, eodem modo.

ΠΟΛΙΕΙΟΝ [21], πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σίρις καλουμένη. Τὸ ἐθνικὸν Πολιεὺς, ὡς τοῦ Σίγειον τὸ Σιγειεύς.

POLIEUM, urbs Italiæ, quæ prius *Siris* vocata fuit. Gentile, Polieeus, ut Sigeum, C Sigeeus.

ΠΟΛΙΟΝ, ἐν Λέσβῳ τόπος, ὅπου τὸ ἡρῶον Ταντάλου. Λέγεται ὁ πολίτης, Πολιεύς.

POLIUM, locus in Lesbo, ubi erat Tantali fanum. Civis dicitur, Polieus.

ΠΟΛΙΣ [22], ὄνομα πόλεως Αἰγυπτίας. Ὁ οἰκήτωρ πολίτης, καὶ πολιεύς. [23] Οὕτω γὰρ D τιμᾶται ὁ Ζεὺς ἀπὸ τῆς πόλεως ἡμικῆς, καὶ τροπῇ τοῦ ος εἰς ευς. Τὸ δὲ ἡμικὸν θῆλυ πολιεὺς, Πολιεία. Λέγεται καὶ ἄλλο θῆλυ κῶς Πολιὰς, ὡς Σουνιάς.

POLIS, nomen urbis Ægyptiæ. Incola, Polites, & Polieus. Sic enim Jupiter colitur à genitiv. πόλεως, verso *os* in *eus*. Cujus nominis fœmin. Poliea. Dicitur etiam aliud fœm. Polias, ut Sunias.

ΠΟΛΙΤΕΙΑ, πόλις Ἀχαΐας. E POLITEA, urbs Achaiæ.

ΠΟΛΙΤΩΡΙΟΝ [24], πόλις Λατίνων, ἣν ἑλὼν Μάρκιος ὁ βασιλεὺς, μετήγαγε εἰς Ῥώμην. Τὸ ἐθνικὸν, Πολιτωριεύς.

POLITORIUM, urbs Latinorum, qua potitus Marcius rex ejus cives in Romam transtulit. Gentile, Politorenus.

ΠΟ- PO-

distícho Callimachi τὸ ἄστυρον interpretatur, ac si fuisset nomen urbis proprium, cum sit nomen appellativum, quod significat *oppidum*, Hesych. Ἄστυρον, πόλισμα. i. e. *Astyron*, *oppidum*. Scilicet ἀπὸ τοῦ ἄστεως, i. e. ab *urbe*. Lycophron plur. num. usurpavit, ad cujus locum ita Scholiasta: Τὸ δὲ Πόλαι Κολχικῶς φυγάδας σημαίνει, ὡς φησι Καλλίμαχος. i. e. *Polæ autem Colchice exsules significat*; *ut ait Callimachus*. Ideo Bochartus Geographiæ Sacræ parte prima, lib. 4. c. 31. laborat probare nomen huic urbi inditum à verbo פלה *palah*, quod in conjugatione Piel apud Hebræos & Syros significat *separare*, *auferre*, *amovere*; at prius ostendere oportebat linguam Colchorum aliquam habuisse cum Hebræorum & Syrorum lingua seu cognationem, seu affinitatem.

20 Πολεμώνιον, ἐν Πόντῳ λιμὴν, καὶ πόλις.] Polemonium, in Ponto portus & urbs. Fuit urbs Cappadociæ, cujus meminit Ptolemæus lib. 5. c. 6. à qua Pontus *Polemoniacus* nomen accepit. Niger *Vatiza* ab incolis vulgo dici refert.

21 Πολιεῖον, πόλις Ἰταλίας, &c.] Polieum, urbs Italiæ, quæ antè *Siris* vocitabatur. Juxta Lycophronis sententiam ad ejus versum 979. prius dicta fuit *Polieum* nempe ab Ilii Poliade Minerva, cujus palladium illuc asportarunt Troiani, unde ab eisdem condita creditur, postea *Heraclea*, seu *Heracleum*, ac tandem *Siris*, de quibus sic Strabo lib. 6. Εἶθ' Ἡρακλεόπολις, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης καὶ ποταμοὶ δύο πλωτοὶ Ἀκιρις καὶ Σίρις, ἐφ' ᾗ πόλις ἣν ὁμώνυμος Τρωϊκὴ, χρόνῳ δὲ τῶν Ἡρακλείας ἐντεῦθεν εἰκιστείσης ὑπὸ Ταραντίνων· ἐπίνειον αὕτη τῶν Ἡρακλεωτῶν ὑπῆρξε· διέχει δὲ Ἡρακλείας μὲν πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους, Θουρίων δὲ ὡς λ καὶ τ. Τῆς δὲ Τρώων κατοικίας τεκμήριον παίνται τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος ξόανον, ἱδρυμένον αὐτόθι, ὃ ᾧ καλαμίσκῳ ἀνθέμοις ἀπεσταλμένον τῶν ἱκετῶν ὑπὸ Ἰώνων τῶν ἑλομένων τὴν πόλιν· τούτους δὲ ἐπελθόντας οἰκήτορας φυγόντας τὴν Λυδῶν δυναστείαν, καὶ βίᾳ λαβεῖν, τὴν πόλιν ἀποστερῆσαι, καλέσαι δ' αὐτὴν Πολιεῖον. i. e. *Sequitur Heracleopolis, paululum supra mare, & amnes duo navigabiles Aciris & Siris, super quo urbs erat ejusdem nominis Troiana; quæ postmodo Heraclea ibi à Tarentinis condita, navale ipsa Heracleotarum exstitit. Distat ab Heraclea stadia* XXIV. *à Thuriis circiter* CCCXXX. *Troianorum habitationis indicium faciunt Minervæ Iliadis simulacrum, ibi dedicatum, quod fabulantur oculos palpebris clausis solo defixisse, cum Iones urbe capta supplices ab eo avellerent. Hos enim pervenisse habitatores, fugientes Lydorum imperium, & vi cepisse urbem, quæ indigenarum erat, vocavisse verò eam Polieum.*

22 Πόλις, ὄνομα πόλεως Αἰγυπτίας.] Polis, nomen urbis Ægyptiæ, quænam fuerit hæc urbs plane nescio, paulo infra auctori nostro memoratur etiam Πώλις, utraque mihi sunt inhonoræ civitates, quandoquidem à nemine commemorantur. Jam alibi annotavimus Alexandriam Ægypti urbem per antonomasiam πόλιν, i. e. *urbem* vocatam fuisse, sed de hac non puto loqui Stephanum.

23 Οὕτω γὰρ τιμᾶται ὁ Ζεύς.] Jupiter Polieus memoratur Pausaniæ lib. 1. sed nullam cum urbe Poli habet cognationem, at ejus nomen deducitur ἀπὸ τῆς πόλεως, i. e. *ab urbe*.

24 Πολιτώριον, πόλις Λατίνων, &c.] Politorium, urbs Latinorum, quam cepit Ancus Martius Romanorum rex, ac ejus oppidanos in Romam accepit. Id hausit noster auctor ex Dionysii Halicarn. Roman. Antiquitatis lib. 3. cujus verba (omitto Græca) sunt: *Marcus igitur ob has causas & responsa, coactus exercitum in eos duxit, & Politorio eorum urbe obsessa, antequam ulla auxilia ab aliis Latinis mitterentur, civibus obsessis, urbem certis conditionibus in deditionem accepit. Nullo tamen malo homines affecit, sed omnes cum suis fortunis Romam traduxit, & in tribus asscribuit. Sequenti autem anno, quum Latini in Politorium desertum colonos misissent, & Politorium agrum jam colerent, Marcius cum copiis in eos est profectus. Quum autem Latini ex urbe in aciem prodire ausi fuissent, victis illis, urbem iterum cepit. Incensis autem ædificiis, & muris solo æquatis, ut hostes ibi nullam amplius belli sedem haberent, neve agrum colerent, copias domum reduxit.* Injuriam facerem Livio, si ejus ex lib. 1. c. 33. verba huc non conferrem, qui eamdem historiam πολιτικῶτερον narrat, ex qua Hispani, si saperent, poterant proficere: *Ancus demandata cura Sacrorum flaminibus, sacerdotibusque aliis, exercitu novo conscripto, profectus Politorium, urbem Latinorum vi cepit, secutusque morem regum priorum, qui rem Romanam auxerant hostibus in civitatem accipiendis, multitudinem omnem Romam traduxit, & cum circa Palatium sedem veteres Romani, Sabini Capitolium, atque arcem, Cœlium montem Albani implessent, Aventinum novæ multitudini datum.* Ac paulò pòst: *Politorium inde rursus bello repetitum, quod vacuum occupaverant prisci Latini, eaque causa diruendæ urbis ejus fuit Romanis, ne hostium semper receptaculum esset.*

ΠΟΛΙΧΝΑ [25], πόλις τῆς Τρωάδος. [26] Οἱ πολῖται, Πολιχναῖοι. [27] Ἔστι καὶ Κρήτης πολίχνη πόλις, ἧς ὁ πολίτης πολιχνίτης.

POLICHNA, urbs Troadis. Cives, Polichnæi, est etiam Crætæ urbs Polichne, cujus civis, Polichnites.

ΠΟΛΛΕΝΤΟΣ [28], ὡς Σώρεντος, ἢ Πολλένιον, ὡς Ῥήγιον. Τὰ γὰρ τοῦτων ἐθνικὰ, τύπον ἕνα διὰ τοῦ ινος ἔχουσιν, ὡς Ῥηγῖνος, Σωρεντῖνος.

POLLENTUS, ut Sorentus, vel Pollentium, ut Rhegium. Horum enim gentilia, unam formam per *inus* habent, ut Rheginus, Sorentinus.

ΠΟΛΥΑΡΑ, πόλις Καρίας. Ὁ πολίτης, Πολυαρεύς.

POLYARA, urbs Cariæ. Civis, Polyareus.

ΠΟΛΥΔΩΡΑ [29], νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Πολυδωρεύς.

POLYDORA, insula juxta Cyzicum. Gentile, Polydoreus.

ΠΟΛΥΠΟΔΟΥΣΑ, νῆσος τῆς Κνιδίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πολυποδουσαῖος.

POLYPODUSA, insula, Cnidiæ. Gentile, Polypodusæus.

ΠΟΛΥΡΡΗΝ [30], πόλις Κρήτης, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ῥῆα, τουτέστι πρόβατα ἔχειν. Ὁ πολίτης, Πολυῤῥηνίος.

POLYRREN, urbs Cretæ, ἀπὸ τοῦ, &c. h. e. *quod habeat multas oves.* Civis, Polyrrhenius.

ΠΟΜΠΗΙΟΥΠΟΛΙΣ [31], πόλις Παφλαγονίας. [32] Τινὲς δὲ λίχα τοῦ υ, Πομπηϊόπολιν λέγουσι, καὶ Πομπηϊοπολίτης.

POMPEIUPOLIS, urbs Paphlagoniæ. Aliqui sine *y* psilon scribunt Pompeïopolin, & Pompeïopolites.

ΠΟΝΗ-

PONE-

25 Πολίχνα, πόλις τῆς Τρωάδος.] Polichna, urbs Troadis. Memoratur Thucydidi lib. 8. Straboni lib. 13. quam in convalle circa Æsepum, ad lævam fluminis partem locat: Τὰ δὲ αὐλῶνος τοῦ πρὸς τὴν ἀριστερὰ τοῦ ῥοῦτος αὐτοῦ πρώτου ἐστὶ Πολίχνα τειχῆρες χωρίον, εἶθ' ἡ Παλαισκήψις. i. e. *In convalle circa Æsepum, ad lævam fluminis partem initio est Polichna, munitum oppidum, deinde Palæscepsis.* Ac paululum infra: Ἐν δεξιᾷ δὲ Αἰσήπου μεταξὺ Πολίχνας τε καὶ Παλαισκήψεως ἡ Νέα κώμη, καὶ ἀργύρεια. i. e. *Ad dextram Æsepi inter Polichnam & Palæscepsin Novus pagus & foditnæ argenti.*

26 Οἱ πολῖται, Πολιχναῖοι.] Cives civitatis Troadis Polichnæ, dicebantur *Polichnæi.* Memorantur Plinio lib. 5. cap. 30.

27 Ἔστι καὶ Κρήτης Πολίχνη πόλις.] Est & Cretæ Polichne urbs. Cujus oppidani dicebantur Polichnitæ, quos celebrat Herodotus lib. 7. c. 170. Thucydides lib. 2.

28 Πολλεντος, &c.] Pollentus, seu Pollentium, cujus regionis fuerit urbs divinandum nobis relinquit, ejus in hac terminatione nemo omnium meminit; at Pollentiam juxta Alpes, quam nos putamus esse, quam auctor noster in animo habebat, celebrat ob cani coloris vellus Plin. lib. 8. c. 48. & ob colorem pullum atque fuscum Columella de R R. lib. 8. c. 2. *Sunt etiam suapte naturâ pretio commendabiles colores, pullus atque fuscus; quos præbent in Italiâ Pollentia, in Bætica Corduba.* Sil. Italicus:

——— *Fuscique ferax Pollentia villi.*

Commendabantur etiam Pollentiæ calices apud veteres, auctore Plinio lib. 35. c. 12. & calices & lanas Pollentinas Martialis lib. 14. epigramma 157. cui epigraphe *Lanæ Pollentinæ.*

Non tantum pullo lugentes vellere lanæ,
Sed solet & calices hæc dare terra suos.

Hanc urbem in Lombardia Cisspadana locat Leander Albertus, juxta quam *Stillico* socer Honorii Imperatoris ab *Alarico* Gothorum rege victus fuit, qui Romam inde profectus eam cepit, diripuit, atque incendit, ex quo Romani imperii majestas fortunaque inclinare cœpit, cujus rei multi sunt testes, & inter eos Mariana de Reb. Hispaniæ lib. 4. calce; ubi inquit Pollentiam nunc *Polenza* vocitari, ac esse exiguum oppidum non procul Asta urbe; tamen Claudianus, Poëta ejus ætatis in carmine, quod de bello Gothico composuit illam infaustam Stiliconis expeditionem in exemplar adulatorii dedecoris mirum in modum extollit, ubi inter alia sic ait:

O celebranda mihi cunctis Pollentia sæclis!
O meritum nomen felicibus apta triumphis!
Virtutis fatale solum; memorabile bustum
Barbariæ! nam sæpe locis ac finibus illis
Plena lacessito rediit vindicta Quirino.

Memoratur etiam Ptolemæo lib. 3. c. 1. cui Πολενλία per unum *l* scribitur, sed perperam, quia à pollendo videtur vocata, sicut Florentia a florendo, Placentia à placendo.

29 Πολυδώρα, νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ.] Polydora, insula juxta Cyzicum. Memoratur Diodoro Siculo Bibliothecæ Historicæ lib. 13. cui insula Polydori vocatur: Οἱ δ' Ἀθηναῖοι μίσει μὲν τὸν ἐπιδιῶξαν τοὺς Πελοποννησίους πανδημεὶ μόνον ἐπὶ τοὺς ἑκατὸν παρέλαβον, ἀνήγαγον ἐπὶ τὰς ναῦς. καὶ τὴν μὲν πόλιν παρέλαβον, δύο δὲ τρόπαια κατέστησαν ἀφ' ἑκατέρας νίκης, τὸ μὲν τῆς ναυμαχίας ἐν τῇ νήσῳ τῇ Πολυδώρᾳ καλουμένῃ, τὸ δὲ τῆς πεζομαχίας, ἃ τὴν τροπὴν ἐποιήσαντο τῶν πολεμίων. i. e. *Athenienses aliquo tenus persecuti sunt Peloponnesios. Audientes verò Pharnabazum multo cum equitatu citato gradu venire, ad naves revertuntur, receptaque urbe duo ex utrâque victoriâ tropæa, alterum pugnæ navalis, in* Polydori *insula, uti vocatur; alterum pedestris pugnæ, ubi primum hostes in fugam conjecerant, excitarunt.* Plinio lib. 5. c. 32. Polydora, ut auctori nostro dicitur, quam in Propontide ante Cyzicum una cum aliis locat.

30 Πολύρλω, πόλις Κρήτης, ἀπὸ τοῦ, &c.] Pro Πολύρλω, legendum Πολύῤῥλωα, ut est apud Scylacem in Κρήτη, vel Πολυῤῥλωία, ut est apud Ptolemæum lib. 3. c. 17. Plinio lib. 4. c. 12. dicitur *Polyrrhenium*; terminationem in *ia* videtur confirmare quodammodo gentile Πολυῤῥλώιος. Ejus enim oppidani *Polyrrhenii* dicebantur, quorum meminit Polybius Historiarum lib. 5. Ἀναλαβὼν δὲ τοὺς Ἠπειρώτας ἅμα τοῖς Μακεδόσι πανδημεὶ, καὶ τοὺς ἐξ Ἀχαΐας αὐτῷ συμπαραγενομένους σφενδονήτας τριακοσίους, ἔτι δὲ τοὺς ἀπὸ Πολυῤῥλωίων ἀπτεραλμάρχας Κρῆτας τριακοσίους, ἐπορεύετο. i. e. *Assumptis autem Epirotis, qui omnes suas vires Macedonibus conjunxerant, & funditoribus trecentis, qui ex Achaïa venerant, Cretensibus item trecentis, quos Polyrrhenii miserant, pergebat ire.* Ex ejus nominis etymologia dignoscimus pecorosam fuisse; nomen enim sortita est, quod multas haberet oves, ut inquit epitomator noster.

31 Πομπηϊόπολις, πόλις Παφλαγονίας.] Pompeiupolis, urbs Paphlagoniæ. Prius *Eupatoria*, à Mithridate Eupatore, qui eam condidit, ac postea à Pompeio subacta, *Pompeiopolis* est vocitata; utrumque testatur Plinius lib. 6. c. 2. *Amiso junctum fuit oppidum Eupatoria, à Mithridate conditum, victo eo Pompeiopolis utrumque appellatum est.* Eadem pene Solinus sui Polyhistoris cap. 56. Memoratur Straboni lib. 12. Ptolemæo lib. 5. c. 6. Constantino Porphyrogenetæ de Them. lib. 1. Them. 7.

32 Τινὲς δὲ λίχα τοῦ, &c.] Inquit Pompeiupolim ab aliquibus vocari *Pompeiopolim*, quod in hujusmodi urbium nominibus est translativum.

33 Πον-

ΠΟΝΗΡΟ΄ΠΟΛΙΣ[33], πόλις ἐν Θρᾴκῃ. Ὁ πολίτης, Πονηροπολίτης.

ΠΟ΄ΝΤΟΣ[34], ἰδικῶς ὁ Εὔξεινος. Τὸ ἐθνικὸν Πόντιος, ἡ Ποντία, ἡ Ποντιὰς. Καὶ τὸ κτητικὸν, Ποντικός. [35] Ἔστι καὶ Πόντος Πολεμωνιακὸς ἐπαρχία.

PONEROPOLIS, urbs in Thracia. Civis, Poneropolites.

PONTUS, propriè Euxinus. Gentile, Pontius, & Pontia, & Pontias. Possessiv. Ponticus. Est etiam Pontus Polemoniacus præfectura quædam.

ΠΟΠΑΩ΄ΝΙΟΝ[36], πόλις Τυρρηνῶν. [37] Τὸ ἐθνικὸν Ποπλωνίτης, τῆς χώρας ἔθος.

POPULONIUM, urbs Tyrrhenorum. Gentile, Populonius, regionis consuetudine.

ΠΟΡ-

POR-

33 Πονηρόπολις, πόλις ἐν Θρᾴκῃ.] Poneropolis, urbs in Thracia. Quæ à Philippo instaurata, mutato priore nomine, *Philippopolis*, postea à situ *Trimontium* dicta fuit, cujus ei testem produco Plinium ex ejus lib. 4. c. 11. *Oppidum sub Rhodope Poneropolis antea, mox à conditore Philippopolis, nunc à situ Trimontium dicta.* Ex Ptolemæi lib. 3 c. 11. apparet *Adrianopolim* quoque dictam fuisse: Φιλιππόπολις, ἡ καὶ Τριμόντιον, ἡ καὶ Ἀδριανούπολις. i. e. *Philippopolis, quæ & Trimontium, quæ & Adrianopolis.* At Boterus in suis Relationibus parte 1. lib. 1. auctor est Philippopolim & Adrianopolim diversas Thraciæ urbes esse, contra quàm asserit Ptolemæus. Poneropolis verò sonat *improborum-civitas.*

34 Πόντος ἰδικῶς ὁ Εὔξεινος.] Pontus, peculiariter dictus Pontus Euxinus scilicet ob excellentiam, absolutè enim quodcumque mare significat. Strabo lib. 1. Ἁπλῶς δὲ τότε τὸ πέλαγος τὸ Ποντικὸν ὥσπερ ἄλλον τινὰ Ὠκεανὸν ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς πλέοντας ἐκεῖσε ἐμφοβους ἐπιπλεῖν ἐδόκουν, καθάπερ τοὺς ἔξω στηλῶν ἐπιπολὺ φοβεροὺς· καὶ γὰρ μᾶλλον τοῦ καθ' ἡμᾶς ὠκεανοῦ ἐνομίζοντο, καὶ ἀπὸ τοῦτο καὶ ἐξῆλθε δόξαι πόντον φοβητὸν εἶναι· ὡς ποιητὴς, ὁ Ὅμηρος. i. e. *Omnino autem tunc temporis mare Ponticum, tamquam alium quemdam Oceanum existimabant, & qui eò navigabant, non minus procul ab hominibus discessisse putabantur, quam qui procul extra columnas Herculis essent profecti; maximum enim marium nostrorum putabatur, ideoque ob excellentiam peculiariter* Pontum *appellabant; sicut Poëtam, Homerum.* Quadraginta circiter annes in illum influere refert idem auctor lib. 7. sed plures ibr. Ortel in veteris Geographiæ tabulis; quod procul dubio est in causa, ut aliquando congeletur, qua de re videsis Macrobium Saturnaliorum lib. 7. c. 12. quare Ovid. lib. 3. e Ponto, Epist. 1. canit.

Tu glacie freta juncta tenes, & in æquore pisces
Inclusus tectâ sæpe natavit aquâ.

ncipit à Mæotide palude, quæ ideo *Ponti mater* nuncupata uit; quà paludi committitur, Cimmerius Bosporus; ubi rimùm se coarctat, Hellespontus vocatur; Propontis, bi se laxat; ubi iterum pressit, Thracius Bosporus, ubi ursus effundit, Pontus Euxinus. Per *primas angustias*, i. e. er *Hellespontum*, quem Xerxes Persarum rex contabulavit, dem adversus Græciam duxit exercitum; per *secundas*, e. per *Thracium Bosporum*, Darius pater Xerxis copias onte transvexit, auctore Plinio, & Mela. *Euxinos* verò Græco sermone significat *hospitalem*, prius *Axenos*, i. e. *inhospitalis* dictus fuit, utrumque expressit Ovid. Trist. ib. 4. Eleg. 4. v. 55.

Frigida me cohibent Euxini litora Ponti,
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

d nominis sortitus, antequam Græci illac navigationem requentarent, vel propter importuosa ejus litora, vel ropter inhospitalem accolarum feritatem, qui hospites Dianæ immolabant, humanisque carnibus vescebantur; ro poculis hospitum calvariis uti solebant; at postquam Græci, accessu suo ad illas oras, humaniores incolas mores ocuere, & eos ex inhospitalibus hospitales fecere, vocaus fuit Pontus Euxinus, quod etiam disertis verbis affirmat lin. lib. 6. c. 1. *Pontus Euxinus, anteà ab inhospitali feritate* Axenos *appellatus, peculiari invidiâ naturæ sine ullo fine indulgentis aviditati maris, & ipse in Europam Asiamque unditur.* De quo si plura scire desideras, lege Polyb. lib. 4. Herodot. lib. 4. Stuk. in Arrhiani. Peripl. Pont. Eux. Cæterum Pontus est regio quædam, inclyto rege Mithridate inclyta, necnon Aquila veteris testamenti exacto interprete, de qua consulendus Strabo lib. 12. Ptolemæus ib. 5. c. 1.

35 Ἔστι καὶ Πόντος Πολεμωνιακὸς ἐπαρχία.] Est & Pontus Polemoniacus præfectura; scilicet Cappadociæ regio, este Ptolemæo lib. 5. c. 6. quam in provinciæ formam Nero redegit, referente Suetonio in Nerone c. 18. & Vopisco in Aureliano.

36 Ποπλώνιον, πόλις Τυρρηνῶν.] Populonium, urbs *Tyrrhenorum*, i. e. *Etruscorum.* Latinis masc. plur. & fœm. singul. dicitur. Habebat navale, quod nunc *Porto Barato* vocitatur, auctore Cluv. Ital. Antiquæ lib. 2. c. 2. sed oppidum jam Strabonis ætate erat planè desertum, cujus situm lib. 5. sic depingit: Τὸ δὲ Ποπλώνιον ἐπ' ἄκρας ὑψηλῆς ἵδρυται, καθεώρακε δὲ καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ χερρονησιζούσης πολιορκίαν καὶ αὐτὸ διεδέχθη ὅμοιον τοῖς αὐτοῖς καιροῖς. Τὸ μὲν οὖν πολίχνιον πᾶν ἐρημόν ἐστι, σχολὴ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν καθοικιῶν ὀλίγων. Τὸ δ' ἐπίνειον οἰκεῖται βέλτιον ὑπὸς τῇ ῥίζῃ τοῦ ὄρους λιμένιον ἔχον καὶ νεωσοίκους. Διὸ καὶ δοκεῖ μοι μόνη τῶν Τυρρηνίδων τῶν παλαιῶν αὕτη πόλεων ἐπὶ αὐτῇ τῇ θαλάττῃ ἱδρύσθαι. Altior autem est locus ille sublimi, quod præruptum in mare excurrit, *in speciem* peninsulæ. *Hoc quoque oppidum sub idem tempus obsidionem pertulit. Atque ipsum quidem oppidum desertum plane, exceptis templis, domibusque paucis jacet. At navale ejus melius incolitur, portu ad radices montis & domibus recipiendis navibus præditum. Itaque etiam sola hæc de omnibus Etruscis urbibus vetustis ad ipsum mare condita fuisse mihi videtur. Causa est, quia importuosum est litus.* Idem auctor paululum infra ait se ex Populonio conspexisse Sardiniam, Corsicam & Æthaliam: Ἔστι δὲ καὶ σκοπεῖον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ. Καθοπλίσεις δ' ἀπὸ τῆς πόλεως παρέρχεται μὲν καὶ μόλις ἡ Σαρδὼν, ἐγγυτέρω δ' ἡ Κύρνος· πολὺ δὲ μᾶλλον τύπτει ἡ Αἰθαλία. Προσεχεστέρα γὰρ τῇ ἠπείρῳ ἐστίν. Ἄριστον δ' ἀφεῖναι τὸ χωρίον ἐστὶν ἐπὶ πᾶς τὰς τρεῖς λεχθείσας νήσους. Εἰδόμεν δὲ καὶ ταύτας ἡμεῖς, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ Ποπλώνιον. i. e. *Est & specula in promontorio, ex qua thynni observantur. Ex oppido procul atque vix conspicitur Sardinia; propiùs Corsica, ac multo magis Æthalia; namque propior continenti est. Optime à Populonio solvunt petituri tres dictas insulas. Vidimus & eas nos ascendentes Populonium.* Masc. plur. eam commemorat Liv. lib. xxx. *Claudium consulem profectum tandem ab urbe, inter portus Cossanum Lauretanumque atrox vis tempestatis adorta, in metum ingentem adduxit. Populonios inde quum pervenisset, fletisseque ibi, dum reliquum tempestatis exsæviret, in Ilvam insulam trajecit.* Splendet etiam Mantuanis carminibus Æneid. lib. 10. v. 173.

Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli juvenes: at Ilva trecentos.

Ad quem locum ita Servius: *Quidam post* XII. *populos in Etruria constitutos, populum ex insula Corsica in Italiam venisse, & Populoniam condidisse dicunt. Alii Populoniam volaterranorum coloniam tradunt. Alii Volaterranos Corsis eripuisse Populoniam dicunt.* Ejus ruinas ita deplorat Rutilius in Itinerario:

Agnosci nequeunt ævi monimenta prioris:
Grandia consumpsit mœnia tempus edax.
Sola manent interceptis vestigia muris,
Ruderibus latis tecta sepulta jacent.
Non indignemur, mortalia corpora solvi:
Cernimus exemplis, oppida posse mori.

In hac urbe inquit Plin. lib. 14. c. 1. se vidisse Jovis simulacrum ex una vite tot ævis incorruptum. Leander Albertus in Tuscia auctor est hanc urbem extitisse usque ad Niceæ Patricii Constantinopolitani tempora, qui imperatoris Byzantini classis præfectus Bernardo Caroli Magni nepote in Italia regnante, totam adeò delevit, ut numquam exinde habitata fuerit, ex cujus ruinis Plumbinum, ut assolet, crevisse creditur. Juxta illius litora Vandalos una cum *Genserico* eorum rege devictos à *Basilio* Imperat. Leonis III. classis præfecto, Blondus Sabellicusque prodidere.

37 Τὸ ἐθνικὸν, Ποπλωνίτης.] Gentile Populonius. Sæpe sæpius admonuimus lectorem, esse liberrimos rerum scriptores in horum nominum forma; Livius quia urbem vocavit

ΠΟΡΔΟΣΕΛΗ'ΝΗ [38], νῆσος πρὸς τῷ Λέσβου, πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα. Ὁ πολίτης, Πορδοσελήνιος. [39] Τινὲς δὲ ἐκκλίνοντες τὸ δύσφημον τῆς ἐπωνυμίας, Πορσελήνιον καλέσαι.

A PORDOSELENE, insula circa Lesbum, ejusdem nominis urbem habens. Civis Pordoselenites. Aliqui turpitudinem nominis evitantes *Poroselenen* vocavere.

ΠΟΡΘΜΙ'Α, ἡ Πορθμίον, κώμη ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος λίμνης. Τὸ ἐθνικὸν Πορθμιεύς, ὡς Σουνιεύς, ἡ Πορθμίτης.

B PORTHMIA, & Porthmium, vicus in ostio Mæotidis paludis. Gentile, Porthmieus, ut Sunieus, & Porthmites.

ΠΟΡΦΥΡΕΩ'Ν [40], πόλις Φοινίκης. Τὸ ἐθνικὸν Πορφυρεώνιος, ἡ Πορφυρεωνίτης.

PORPHYREON, urbs Phœniciæ. Gentile, Porphyreonius, & Porphyreonites.

ΠΟΡΦΥΡΙ'ΤΗ [41], πόλις Ἀραβίας κατ' Αἴγυπτον.

C PORPHYRITE, urbs Arabiæ juxta Ægyptum.

ΠΟΣΙ'ΔΕΙΟΝ [42], πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Συρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ποσιδειεύς.

POSIDEUM, urbs inter Ciliciam, & Syriam. Gentile, Posideeus.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΙ'Α [43], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Ποσειδωνιάτης, καὶ Ποσειδώνιος.

D POSIDONIA, urbs Italiæ. Gentile, Posidoniatæ, & Posidonius.

ΠΟΤΑΜΟΣΑ'ΚΩΝ, Σάκων ὄνομα κύριον. Ἔστι δὲ ποταμὸς καὶ νῆσος τῆς Αἰολίδος.

POTAMOSACON, Sacorum nomen proprium. Est verò fluvius, & insula Æolidis.

ΠΟ-

PO-

cavit *Populonios*, ejus oppidanos lib. 28. c. 45. *Populonienses* nuncupavit, qui inibi Scipioni ferrum pollicentur ad instruendam classem totam in Africam; ferrum enim asportabatur Populonium ex Ilva insula, quæ idcirco Poëtæ nunquam satis laudato, loco supra citato dicitur.

Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Et illic elaborabatur, namque in insula non poterat elaborari, ut tradit Strabo libro prædicto: Εἰδοῦμεν δὲ καὶ τὰς ἐργαζομένας τὸν σίδηρον, τὸν ἐκ τῆς Αἰθαλίας κομιζόμενον. Οὐ γὰρ δυνάμενα συναναπάσεως καμινεύεσθαι ἐν τῇ νήσῳ· κομίζεται δ' εὐθὺς ἐκ τῆς μεζόνων εἰς τὴν ἤπειρον. i. e. *Vidimus etiam, qui ferrum ex Æthalia allatum elaborabant. Non enim in insula fornacibus liquari potest; sed statim atque effossum est, in continentem defertur.* Æthalia Græcis, *Ilva* est Latinis, auctore Plinio Nat. hist. lib. 3. c. 6. cujus verba in de Αἰθάλη apposuimus.

38 Πορδοσελήνη, νῆσος πρὸς τῷ Λέσβου, &c.] Pordoselene, insula circa Lesbum cum urbe cognomine, id nominis sonat Latino sermone *crepitum-lunæ*, propter quam æschrologiam alii eam vocabant *Poroselenen* ac si diceres *transitum-lunæ*. Quod hausit noster ex Strabonis fonte, sic enim ille lib. XIII. Πλησίον δ' αὐτῶν ἐστι καὶ ἡ Πορδοσελήνη· πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα ἐν ἐαυτῇ, καὶ πρὸ τῆς πόλεως ταύτης ἄλλη νῆσος μείζων αὐτῆς, καὶ πόλις ὁμώνυμος ἔρημος, ἱερὸν ἔχουσα Ἀπόλλωνος. Τὰς δὲ δυσφημίας τῶν ὀνομάτων φυγόντες τινὲς, οὐ ταύτην μὲν Ποροσελήνην δεῖν λέγειν φασί. i. e. *Secus has autem est etiam Pordoselene, urbem in se habens cognominem, & ante hanc urbem alia insula major ipsâ, & urbs ejusdem nominis deserta, templum habens Apollinis. Turpitudinem nominum fugientes quidam Poroselenen oportere dicere ajunt.* Sic etiam dicitur Plinio lib. 5. c. 31.

39 Τινὲς δὲ ἐκκλίνοντες, &c.] Ex Strabonis libro decimo tertio desumpsit, cujus verba adduximus nota proximè præcedenti.

40 Πορφυρεών, πόλις Φοινίκης.] Porphyreon, onis, urbs Phœniciæ. Memoratur Scylaci in Syria & in Phœnicia, & Polybio Historiarum lib. 5. cujus verba attulimus, in Πλάτων.

41 Πορφυρίτη, πόλις Ἀραβίας, &c.] Porphyrite, urbs Arabiæ juxta Ægyptum. Prope eumdem locum memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. Porphyritus mons.

42 Ποσίδειον, πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Συρίας.] Posidium, urbs inter Ciliciam & Syriam. Memoratur Ptolemæo lib. v. c. xv. qui Syriæ eam dedit necnon Scylaci in Κιλικία, apud quem perperam scribitur Ποσειδήμον pro Ποσίδειον. Ejus nomen Lat. ferm. sonat Neptunium. Noster videtur respexisse Herodoti locum ex ejus lib. 3. c. 91. Ἀπὸ δὲ Ποσιδηίου πόλιος, τὴν Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω οἴκισε ἐπ' ὁρέσι τῆσι Κιλίκων τε, καὶ Σύρων, ὁρῴαμμον ἀπὸ ταύτης μέχρι Αἰγύπτου, πλὴν μοίρης τῆς Ἀραβίων (ταύτη δὲ ἦν ἀτελέα) πενήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα φόρος ἦν. i. e. *Ab urbe Posideio, quam Amphilochus Amphiarai filius condidit in finibus Cilicum ac Syrorum, ab hac ad Ægyptum usque, præter Arabum partem, (hæc enim erat immunis) CCCL. talenta tributum erat.* Ad quem locum non bene H. Stephanus corrigit interpretem Latinum Herodoti Vallam, ac pro ἐπ' ὄρεσι, i. e. *in finibus*, ut vertit Valla, quæ lectio confirmatur ex auctore nostro, ipse vertit in montibus legendo ἐπ' ὄρεσι. Sic sæpe corrigimus quæ non sunt corrigenda. Nonne propius verò est urbem conditam esse in finibus Cilicum, & Syrorum, quam in montibus Cilicum & Syrorum; sanè ita mihi videtur.

43 Ποσειδωνία, πόλις Ἰταλίας.] Posidonia, urbs Italiæ. Quæ Latinis *Pæstum* dicebatur. Plin. lib. 3. c. 5. *Oppidum Pæstum, Græcis Posidonia appellatum, sinus Pæstanus.* Ptolemæo lib. 3. c. 1. locatur inter Lucanorum, juxta Tyrrhenum pelagus, oppida, ut & Scylaci, apud quem perperam scribitur Ποσειδὼ pro Ποσειδωνία. De qua ita Strabo libri quinti pede: Τὸ δὲ Πικεντίνων ἔθνος μικρὸν ἀπέτεμε μέρος τὸ ἐπὶ Ἀδρίᾳ Πικεντίνων, ὑπὸ Ῥωμαίων μεθιστάμενον εἰς τὴν Ποσειδωνιάτιν κόλπον, ὃς νῦν Παιστανὸς καλεῖται, καὶ ἡ πόλις ἡ Ποσειδωνία, Παῖς ἐν μέσῳ τῷ κόλπῳ κειμένη. i. e. *Gens Picentinorum est parva particula avulsa à Picentinis, qui mare Adriaticum incolebant, à Romanis transmigrati ad Posidoniatem sinum, qui nunc* Pæstanus *vocatur, & urbs Posidonia, Pæstus in medio sinu sita.* Ex ejusdem auctoris libri sexti capite apparet, distasse à Silari fluvii ostiis L. stadiis non amplius. Sinus Pæstanus hodie vulgo vocatur *Golfo di Agropoli.* Græco sermone hujus urbis nomen deducitur ἀπὸ τοῦ Ποσειδῶν, i. e. *à Neptuno*; qua de causa Cluv. Ital. Antiquæ lib. 4. c. 14. credidit à Vell. Paterculo *Neptuniam* dici, sed Pæstus & Neptunia apud Vell. Paterculum lib. 1. circa calcem diversæ civitates esse videntur. Celeberrimam olim fuisse urbem conjicio ex Liv. lib. 22. c. 36. quandoquidem legati à Pæsto pateras aureas Romam attulerunt, quibus, ut & Neapolitanis gratiæ actæ, aurum non acceptum. Ex eodem auct. lib. 27. c. 12. elucet fuisse Romanorum coloniam, nunc exstincta jacet aliquibus ejus ruinæ vestigiis exstantibus. Valde commendantur apud Poëtas hujus oppidi rosæ, quas bis in anno ferebat, scilicet Maj. & Septemb. mensibus, idcirco à Poëtarum principe Georgic. lib. 4 v. 119. vocatur biferum Pæstum.

Forsitan, & pingues hortus, quæ cura colendi
Ornaret, canerem: biferique rosaria Pæsti.

Ovid. de Ponto lib. 2. Fleg. 4.

Nec Babylon æstus, nec frigora Pontus habebit
Calthaque Pæstanas vincet odore rosas.

Opus est egredi è Pæsti rosetis ad Thraciæ Potidæam, ubi tribulos & infœlix lolium, sterilesque avenas loco rosarum inveniemus. Roseta voco loca, è quibus eruditionis aliquo odore agellos nostros rigamus: tribulos verò, lolium & avenam, ubi nil eruditum ex antiquitatis scrutis eruere possumus.

ΠΟΤΙΔΑΙΑ[44], πόλις Θράκης· Η΄ δ΄ Α αὐτὴ ἐκλήθη καὶ Κασάνδρεια. Ὁ πολίτης Ποτιδαιάτης, καὶ Ποτιδαιεύς.

POTIDÆA, urbs Thraciæ. Quæ *Cassandria* quoque vocata fuit. Civis, Potidæates, & Potidæei. [Num. plur.]

ΠΟΤΙΔΑΝΙΑ[45], πόλις Αἰτωλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ποτιδανιάτης.

POTIDANIA, urbs Ætoliæ. Gentile, Potidaniates.

ΠΟΤΙΟΛΟΙ[46], πόλις Τυρρηνίας, B κτίσμα Σαμίων, ἥτις καὶ Δικαιάρχεια. Τὸ ἐθνικὸν Ποτιολεῖς, καὶ Ποτιολήσιον.

POTIOLI, urbs Tyrrheniæ condita à Samiis, quæ etiam *Dicæarchia*. Gentile, Potiolei, & Potioleſium.

ΠΟΤΝΙΑΙ[47], πόλις Βοιωτίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ποτνιεύς. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Ποτνιάς. Λέγεται καὶ Πότνιος· Καὶ τὸ κτητικὸν Ποτνιακὸς, C καὶ Ποτνιακή.

POTNIÆ, urbs Bœotiæ. Gentile, Potnieus. Fœmineum, Potnias. Dicitur etiam Potnius. Et poſſeſſiv. Potniacus, & Potniaca.

ΠΡΑΑΣΠΑ[48], πόλις τῆς Ἀτροπατηνῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Προασπηνός.

PRAASPA, urbs Atropatenæ. Gentile, Proaſpenus.

ΠΡΑΙΝΕΣΤΟΣ[49], πόλις Ἰταλίας, D ἀπὸ Πραινέστου καὶ Λαβίνου, καὶ Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης υἱοῦ. Ὁ πολίτης, Πραινεστῖνος.

PRÆNESTUS, urbs Italiæ à Prænesto filio Latini, filii Ulyſſis & Circes. Civis, Prænestinus.

ΠΡΑΪ- PRÆ-

44 Ποτίδαια, πόλις Θράκης, &c.] Potidæa, urbs Thraciæ, quæ etiam *Caſandria* vocata fuit. At in Κασάνδρεια inquit, Caſandriam eſſe urbem Macedoniæ prope Thraciam, quæ aliquando *Potidæa* vocata fuit. Quamobrem hac in re ſibi non conſtat, de qua vide quæ in Κασάνδρεια annotavimus, ac inſuper illis adde Thucydidis auctoritatem, qui eam locat in iſthmo Pallenes: Τῶν δὲ Κορινθίων πταισάντων ὅπως πυθόμενοι αὐτὰς, ἀπολοφύρασθαι τὸν ἔχθραν αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι, Ποτιδαιάτας, οἳ οἰκοῦσιν ἐπὶ τοῦ ἰσθμοῦ τῆς Παλλήνης, ὅτως Κορινθίων ἀποικοι, ἐωυτῶν δὲ ξυμμάχους φόρου ὑποτελεῖς, ἐκέλευον τὸ ἐς Παλλήνῃ τεῖχος καθελεῖν, καὶ ὁμήρους δοῦναι. i. e. *Cum enim Corinthii hoc ſtuderent, ut ipſos* [Athenienſes] *ulciſcerentur; Athenienſes, quod eorum inimicitias haberent ſuſpectas, Potidæatas, qui in Pallenes Iſthmo habitant, Corinthiorum colonos, ſuoſque ſocios, & vectigales, muros Pallenen verſus* [ædificatos] *demoliri, & obſides dare juſſerunt.* De Pallene verò ſuo loco egimus.

45 Ποτιδανία, πόλις Αἰτωλίας.] Potidania, urbs Ætoliæ. Memoratur Thucydidi lib. 3. Ἅμα τῇ ἕῳ ἄρας ἐπορεύετο ἐς τὴν Αἰτωλίαν· καὶ αἱρεῖ τῇ μετίῃ ἡμέρᾳ Ποτιδανίαν, καὶ τῇ δευτέρᾳ Κροκύλιον, καὶ τῇ τρίτῃ Τίχιον. i. e. *Sub auroram caſtris inde motis in Ætoliam eſt profectus. Primoque die capit Potidaniam, ſecundo Crocylium; tertio Tichium.* E noſtris Livio lib. 28. c. 8. *Profectus ad Erythras Ætolorum, quæ propè Eupalium ſunt, exſcenſionem fecit. Haud fefellit Ætolos: nam hominum quod aut in agris, aut in propinquis caſtellis Potidaniæ ac Apolloniæ fuit, in ſylvas montesque refugit.*

46 Ποτίολοι, πόλις Τυρρηνίας, &c.] Potioli, urbs Tyrrheniæ, i. e. *Etruriæ*, Latinis dicitur *Puteoli*, id nominis ſortita à puteis, vel ab aquæ calidæ putore, teſte Feſto in *Puteolos*; tribus nominibus celebratur ab auctore noſtro ſuis locis. Dicæa enim, Dicæarchia, *Potioli* ipſi dicitur; in hac ſectione inquit Samiorum opus fuiſſe, in *Dicæa* lonum coloniam. Facſis vacivas ædes aurium de ea loquenti Straboni lib. 5. Ἑξῆς δ' εἰσὶν αἱ περὶ Δικαιαρχίαν ἀκταὶ, καὶ αὐτὴ ἡ πόλις· ἣν δὴ πρότερον μὲν ἐπίνειον Κυμαίων, ἐπ' ὀφρυοειδεῖ λιμένι· νῦν δὲ τῶν Αἰνέα στρατείων, σωθέντων Γωμαίων, καὶ μεταπεμφθέντων Ποτιόλων, ἀπὸ τοῦ φρέατος· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν δυσωδίας τῶν ὑδάτων. i. e. *Deinde ſunt actæ id eſt litora circa Dicæarchiam, & ipſa urbs. Fuit antea navale Cumanorum in litoris ſupercilio exſtructum. Sub tempus verò belli cum Annibale eo coloniam miſere Romani, & mutato priore nomine* Potiolos *vocarunt à puteis. Alii ab aquarum fœtore.* Fuiſſe maximum emporium teſtatur idem auctor paululum infra: Η δὲ πόλις ἐμπορεῖον μεγίστην μέχρι, χειροποίητος ἔχουσα ὅρμους ἀφ' τῶν λιθίνων τοῦ ὄρμου. i. e. *Urbs autem emporium maximum fuit habens ſtationes navium manufactas propter arenæ naturalem commoditatem.* Nunc *Pozzuolo* parum corrupto nomine vocitatur, de qua videſis collectanea noſtra in Δικαιάρχεια, ubi Italiæ urbs dicitur.

47 Πότνια, πόλις Βοιωτίας.] Potniæ, urbs Bœotiæ. Memoratur inter alios Straboni lib. 9. Plinio lib. 4. c. 9. qui eam inter Magneſiæ urbes recenſet, in cujus agris aſini paſti inflammabantur rabie, auctore eodem Plinio lib. 25. c. 8. Apud Poëtas etiam celebrantur equæ Potniades, à quibus fabulabantur diſcerptum fuiſſe Glaucum. Virg. Georgicor. lib. 3. v. 268.

Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum
Et mentem Venus ipſa dedit: quo tempore Glauci
Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ.

Ubi Serv. *Potnia civitas eſt de qua fuit Glaucus, qui cum ſatra Veneris ſperneret, illa irata, ejus equabus, quibus utebatur ad currum immiſit furorem quo ille percitæ eum diſcerpſerunt.* Cujus etiam fabulæ meminit Strabo libro citato; hinc Glaucus ipſe Potnieus, ac ſic inſcripta fuit fabula quædam Æſchyli Ποτνιάδες Γλαῦκος.

48 Πρόασπα, πόλις τῆς Ἀτροπατηνῆς.] Praaſpa, neut. plur. urbs Atropatenæ. Atrapatena autem erat regio Mediæ, teſtibus Plinio lib. 6. c. 13. Appiano Alexandrino de bellis Parthicis. Fuit urbs Praaſpa Mediæ regia, quam obſidione cinxit Antonius, ſed in caſſum, referente Dione Caſſio hiſt. lib. 49. & Appiano libro prædicto, cui Phraata dicuntur: Αὐτὸς δὲ Φράατα, μεγάλην πόλιν, ἐν ᾗ τέκνα καὶ γυναῖκες ἦσαν τοῦ τε Μηδείας βασιλέως, ἐπολιόρκει. i. e. *Ipſe vero Phraata, magnam urbem, in qua liberi & uxores Mediæ regis erant, obſedit.*

49 Πραίνεστος, πόλις Ἰταλίας.] Prænestus, urbs Italiæ, quæ Latinis *Prænеſte*, & *Prænеſtis* dicitur, auctore Servio ad Æneid. lib. 7. Vulgo Italis dicitur *Paleſtrino* & eſt ditionis Columnarum clariſſimæ nunc in Italia familiæ, ſed non eodem ſitu, ac fuit antiquum Prænеſte. Olim *Polyſtephanus* vocata fuit, teſte Strabone lib. 5. ex quo corrigendus eſt Plinius apud quem lib. 3. c. 5. *Stephane* ſcribitur; ſic vocata videtur, quod eſſet valdè munita. Στέφανοι enim i. e. *coronæ* Græce non de coronis modo, ſed & de muris dicuntur, quibus veluti coronantur urbes. De ejus conditoribus non convenit inter ſcriptores, noſter à Prænеſte Latini filio, ac Ulyſſis nepote ex Circe conditam tradit, quod etiam ex Zenodoro confirmatur apud Solinum. At Prænеſtini libri Cæculum ejus conditorem memorabant, auctore eodem Solino capite citato, quam hæreſim ſequitur Poëtarum Phœnix Æneid. lib. 7.

Nec Prænеſtinæ fundator defuit urbis
Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem
Inventumque focis, omnis quem credidit ætas
Cæculus.

Ad quem locum Servius inquit, Prænеſte eſſe locum, non longè ab urbe, ſic dictum ἀπὸ τῶν πρίνων, i. e. *ab ilicibus*, ubi erant pontifices & Dii indigetes, ſicut Romæ. Plutarch. in Parallelis Telegonium Ulyſſis & Circes filium ejus conditorem facit. Aul. Gell. lib. 16. c. 13. memoriæ commendavit, Prænеſtinos maximopere à Tiberio imperatore petiiſſe oraſſeque, ut ex colonia in municipii ſtatum redigerentur, idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuiſſe, quod in eorum finibus ſub ipſo oppido ex capitali mor-

ΠΡΑΪΣΟΣ [50], πόλις Κρήτης, ἡλυκῶς. Τὸ ἐθνικὸν Πραίσιος, καὶ Πραῖσος. A

PRÆSUS, urbs Cretæ, fœm. gen. Gentile, Præsius, & Præsus.

ΠΡΑΙΤΕΤΙΑ [51], χωρίον ἀπὸ βοὸς Ἀδρίας· Ἧς ὁ οἰκήτωρ Πραιτελιανὸς, καὶ Πραιτεπαιή.

PRÆTETIA, regio, ab Adria. Cujus incola, Prætetianus, & Prætetiana.

ΠΡΑΚΙΑΙ [52], καὶ Πράκες, ἔθνος, ἀπὸ Πράκους ἐξ Ἠπείρου μιγέντος, οἰκήσαντος ἐν τῇ Λακωνικῇ. Τὸ ἐθνικὸν Πράκες, καὶ Πρακιῶοι. B

PRACIÆ, & Praces, populi à Prace, qui ex Epiro profectus Laconicam incoluit. Gentile, Praces, & Praceni.

ΠΡΑΚΝΟΣ, πόλις Ἰλλυρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πράκνιοι. C

PRACNUS, urbs Illyriæ. Gentile, Pracnii.

ΠΡΑΞΙΛΟΣ, πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πραξίλιος.

PRAXILUS, urbs Macedoniæ. Gentile, Praxilius.

ΠΡΑΣΙΟΙ [53], ἔθνος Ἰνδικὸν, Διονύσῳ πολεμῆσαν.

PRASII, gens Indica, quæ contra Dionysum militavit.

ΠΡΑΣ [54], ὄνομα πόλεως Περραιβικῆς· Περασταῖος, καὶ πεπλοσυλλάβως κλίνεται. Τὸ ἐθνικὸν, Πράντες. D

PRAS, nomen urbis Perrhæbicæ. Circumflectitur verò, & imparisyllabicè declinatur. Gentile, Prantes.

ΠΡΑΣΙΑΙ [55], δῆμος Ἀθηναίων Πανδιονίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Πρασιεύς· Καὶ Πρασιάθεν τὸ τοπικὸν, Πρασιάσε, καὶ Πρασιήσιν. [56] Ἔστι καὶ Λακωνικὸν πολίχνιον, οὗ ὁ πολίτης ὁμοίως Πρασιεύς. E

PRASIÆ, populus Athenis Pandionidis tribus. Popularis, Prasieus. Locale, ex-Prasiis, ad-Prasias, in-Prasiis. Est etiam Laconicum oppidulum, cujus civis, similiter, Prasieus.

ΠΡΑ-

PRA-

bo revaluisset; solebant enim Romani imperatores propter ejus situs amœnitatem & jucunditatem illuc secedere, ut apparet ex Suet. in Augusto c. 72. Sed iste secessus non tam fœlix fuit Antonino Pio imperatori, quam Tiberio, hîc enim ille amisit Verum Cæsarem filium septennem, auctore Jul. Capitolino in ejus vita. Celebrantur apud antiquos sortes Prænestinæ Fortunæ, cui illic templum sumptuosissimum construxit Sylla, cujus pavimentum erat ex eis, quæ vocantur *lithostrata*, quod adhuc Plinii ætate durabat. De qua Fortuna Carneades quidam fertur dixisse, *nusquam se fortunatiorem, quam Præneste vidisse fortunam.* De his sortibus insignis est locus M. T. C. de Divinatione lib. 2. qui incipit: *Tota res est inventa fallaciis, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem.* Ejusdem farinæ fuere sortes Lyciæ, Dæliæ, Antiatæ. Hanc urbem evertisse Bonifacium VIII Pontificem, familiæ Columnarum odio, quod sub hujus gentis ditione esset, narrat Leander Albertus in suo Latio, iterum tamen instauratam, atque iterum eversam, ac tandem restitutam at non antiquo splendori tradit idem auctor. De Præneste fuisse Ælianum, cujus exstant de varia historia & de animalibus libri produnt Suidas & Vossius de historicis Græcis lib. 2. & hæc de Præneste dicta sufficiant pro nostri destinati ratione.

50 Πραῖος, πόλις Κρήτης.] Præsus, urbs Cretæ. Auctori nostro tres hujus ferè nominis urbes Cretæ celebrantur suis locis, scilicet Paræsus, Præsus, Priæsus. Nescio an diversæ fuerint urbes, necne. Sæpe enim auctor noster ex una urbe duas solet facere, nec mirabor si tres fecerit. Apud Strabonem lib. 10. dicitur *Praso*s, apud Scylacem Prosis, utrosque ex auctore nostro corrigendos existimo, quod ex Herodoto quodammodo confirmo, cui hujus urbis oppidani *Præsii* lib. 7. c. 17. celebrantur.

51 Πραιλεῖα, χωρίον ἀπὸ βοὸς Ἀδρίας.] Prætetia, regio Italiæ, quæ incipiebat ab Adria; *Prætutiana* dicitur Plinio lib. 3. c. 14. quam inter Adrianam coloniam & Picentium locat; Silio Italico lib. 15. *Prætutia pubes* celebratur:

Tum qua vitiferos domitat Prætutia pubes
Læta laboris agros.

Præguſtii Italiæ populi memorantur Ptolemæo lib. 3. c. 1. quorum civitates Beretra, & Interamnia, apud quem sine dubio pro *Præguſtii* legendum *Prætutii*, qui error procedit ex literarum Græcarum Τ & Γ similitudine. Sane ad hoc non desidero Samii senis auctoritatem; hic error enim est inter typographos tralativus.

52 Πραικίαι, καὶ Πράκες, ἔθνος, &c.] Praciæ, & Praces, gens, nomen sortita à Prace, qui ex Epiro profectus in Laconica habitavit. Hujus Pracis meminit Pausanias in Laconicis, quem Spartani dicebant Achillis fanum ædificasse.

53 Πράσιοι, ἔθνος Ἰνδικὸν.] Prasii, gens Indica. Fuere olim Prasii Indiæ populi celeberrimi & potentissimi, quorum urbs princeps erat *Palibothra*, à qua iidem etiam, & eorum reges *Palibothri* dicebantur, auctore Strabone lib. 15. Τὸ δ' ἔθνος οὗ καὶ ἡ πόλις αὕτη κεκλεῖσθαι Πρασίας, διαφερούσας τῶν πάντων· Τὸν δὲ βασιλεύοντα ἐπώνυμον δεῖ τῆς πόλεως εἶναι Παλίμβοθρον καλούμενον, ὡσὲ τὸ ἰδίως τοῦ ὀνόματος, κεκλῆσθαι Σανδρόκοττον, ὡσὲς ὃν ἦκεν ὁ Μεγασθένης πεμφθείς. i. e. *Gentem in qua urbs est vocari Prasios, omnium præstantissimam. Ejus regem præter proprium nomen, quod à natalibus habet, de nomine urbis Palibothrum appellari; quemadmodum Sandrocottum, ad quem Megasthenes missus fuit.* Plin. lib. 6. c. 19. *Sed omnium in India prope, non modo in hoc tractu potentiam claritatemque antecedunt Prasii, amplissima urbe, ditissimaque Palibothra: unde quidam ipsam gentem* Palibothros *vocant, imo verò tractum universum à Gange; regi eorum peditum sexcenta* M. *equitum* XXX. M. *elephantorum* IX M. *per omnes dies stipendiantur, unde conjectatio ingens opum est.* Ptolemæus lib. 4. c. 9. Prasum promontorium memorat in Æthiopiæ interioris situ, quod nunc creditur esse *Mosambique*, ubi Melinda regnum. Idem promontorium celebrat auctor noster paululum infra circa mare rubrum; ipsissimum esse reor, nam Æthiopiæ pars erat ad mare rubrum.

54 Πρᾶς, ὄνομα πόλεως Περραιβικῆς.] Pras, antis, nomen urbis Perrhæbicæ. Memoratur Xenophonti Hellenicorum lib. 4.

55 Πρασιαί, δῆμος Ἀθηναίων Πανδιονίδος φυλῆς.] Prasiæ, populus Athenis Pandionidis tribus. Memoratur Pausaniæ in Atticis, ubi inquit fuisse Eryfichthonis monimentum.

56 Ἔστι καὶ Λακωνικὸν πολίχνιον.] Prasias esse quoque Laconicum oppidum inquit. Memoratur Thucydidi libro 2. Ἀφῖκοντο ἐς Πρασιάς, τὸ Λακωνικῆς πολίχνιον ἐπιθαλάσσιον, καὶ τὰ τῆς ἕτερον καὶ αὐτὸ πολίχνιον εἷλον, καὶ ἐπόρθησαν. i. e. *Ab ipsis autem solventes ad Prasias, Laconicæ oppidum maritimum perveneruntejusque agrum vastarunt, & ipsum oppidum ceperunt, ac diripuerunt.* Ejus quoque fecit mentionem Polyb. lib. 4. de quo consulesis collectanea nostra in Βρασιαί.

57 Πρά-

ΠΡΑ΄ΣΟΝ [57], ἀκρωτήριον περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. Οἱ οἰκήτορες, Πράσιοι.

PRASUM, promontorium circa mare rubrum. Incolæ, Prasii.

ΠΡΑΣΣΑΙΒΟΙ, ἔθνος Θεσπρωτικόν.

PRASSÆBI, populi Thesprotici.

ΠΡΕΤΑΝΙΚΗ [58], νῆσος, ἤπειρον μιμουμένη ἀπὸ τῆς Κελτικῆς. Οἱ τὰ τῶν οἰκούντες, Πρεταῖοι καλοῦνται.

PRETANICE, insula Epiro similis, à Celtica, qui hanc incolunt, *Pretani* vocantur.

ΠΡΙ΄ΑΙΣΟΣ [59], πόλις Κρήτης. Οἱ πολῖται, Πριαίσιοι, καὶ Πριαισιεύς.

PRIÆSUS, urbs Cretæ, cives, Priæsii, & Priæsieus.

ΠΡΙ΄ΑΠΟΣ [60], πόλις Ἑλλησποντίας, θηλυκῶς. Ὁ πολίτης, Πριαπιώτης, καὶ Πριαπηνή. [61] Ἔστι καὶ ἄλλο ἐθνικὸν Πρίηπος, καὶ Πριαπεῖς πληθυντικῶς· καὶ ἡ χώρα, Πριαπίς.

PRIAPUS, urbs Hellespontiæ, fœm. gen. Civis Priapenus, & Priapena. Est etiam aliud gentile, Priepus, & Priapeis pluraliter, & regio, Priapis.

ΠΡΙΗ΄ΝΗ [62], πόλις Ἰωνίας. Τὸ ἐθνικὸν Πριηνεύς, καὶ Πριήνιος, καὶ Πριηνιάς.

PRIENE, urbs Ioniæ. Gentile, Prieneus, & Prienius, & Prienias.

ΠΡΙ΄ΝΑΣΣΟΣ [63], πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πριναττεῖς.

PRINASSUS, urbs Cariæ. Gentile, Prinassei.

ΠΡΙ΄ΟΛΑ, πόλις πλησίον Ἡρακλείας. Τὸ ἐθνικὸν, Πριολαεύς.

PRIOLA, urbs prope Heracliam. Gentile, Priolaeus.

ΠΡΙΟΥ΄ΕΡΝΟΣ [64], Ἰταλίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Πριουερνάτης.

PRIVERNUS, Italiæ urbs. Gentile, Privernatæ.

ΠΡΟ΄-

PRO-

57 Πράσον, ἀκρωτήριον περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν.] Prasum, promontorium circa mare rubrum. Vide quæ in Πράσιοι annotavimus.

58 Πρεταϊκὴ, νῆσος, ἤπειρον μιμουμένη, &c.] Pretanice, insula epirum imitata. Pretanica quæ notiore nomine *Britania* dicitur est insula notissima, & commercio celeberrima, de qua vide quæ in Βρεττόλια nota 58. annotavimus: ἤπειρος, i. e. *epirus* apud Græcos dicitur quæcumque terra continens & peculiariter loquebantur *Epirum* insulam Græciæ celeberrimam, cui, ut ego existimo, auctor nōster ait Pretanicam esse similem.

59 Πρίασος, πόλις Κρήτης.] Priæsus, urbs Cretæ. Vide quæ in Πριᾶσος.

60 Πρίαπος, πόλις Ἑλλησποντίας.] Priapus, urbs Hellespontiæ, id est regionis quæ ad Hellespontum. *Hellespontia* verò dicitur, quemadmodum Corinthia, Epidauria & alia ejusdem farinæ. Priapus verò fuit clara transitu Alexandri, auctore Plinio lib. 4. c. 12. *Primas angustias* Hellespontum *vocant. Hac Xerxes Persarum rex constrato in navibus ponte, duxit exercitum. Porrigitur inde tenuis euripus* LXXXVI M. *pass. spatio ad Priapum urbem Asiæ, quà Magnus Alexand. transcendit.* De qua urbe sic Strabo lib. 13. Πρίαπος δ' ἐστὶ πόλις ἐπὶ θαλάττῃ καὶ λιμένι, κτίσμα δ' οἱ μὲν Μιλησίων φασὶν, αὐτῆς καὶ Ἀβύδου καὶ Προκοννήσου σωφρόνισαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν· οἱ δὲ Κυζικηνῶν· ἐπώνυμος δ' ἐστὶ Πριάπου δὲ ἡμιθέου παρ' αὐτοῖς. i. e. *Priapus urbs est maritima cum portu: quidam à Milesiis conditam ajunt, eodem quo Abydum & Proconnesum tempore. Alii à Cyzicenis. Denominatur à Priapo, qui ibi colitur.* Ideo Priapus *Hellespontiacus* dicitur Andino vati Georgic. lib. 4.

Invitent croceis halantes floribus horti
Et custos furum, atque avium cum falce saligna
Hellespontiaci servet tutela Priapi.

Ejus quoque meminit Mela lib. 1. c. 19. *In ora, Graiæ urbes, Abydos, & Lampsacum, Parion, & Priapos.* Fuisse regionem ἄμπελον, testatur Strabo libro prædicto.

61 Ἔστι καὶ ἄλλο ἐθνικὸν Πρίηπος, &c.] Pro Πρίηπος puto legendum Πριαπεύς. Nam sequitur καὶ Πριαπεῖς πληθυντικῶς, ita concipio hæc verba: *est etiam aliud gentile Priapeus & Priapeis pluraliter.* Tu verò lector lege pro arbitrio tuo, ne putes illa dixisse Samium senem.

62 Πριήνη, πόλις Ἰωνίας.] Priene, urbs Ioniæ. Inter quam & Milerum grandis evolvitur in mare Mæander, teste Periegeta v. 824.

——— Ἐπὶ χθονὸς, ἧς ἀλὸς μέσσης
Μαίανδρος λιπαρῆσι καλέρχεται εἰς ἅλα δίνοις
Μιλήτου μεσσηγύ, καὶ εὐρυχόροιο Πριήνης.

——— *In terra, quam per mediam*
Mæander pinguibus delabitur in mare vorticibus
Miletum inter & spatiosam Prienen.

Hinc Solin. Polyhistoris cap. 43. *Præcipitatur in sinum, qui Miletum dividit & Prienen.* Non multùm abludit Strabo lib. 14. Μετὰ δὲ τοὺς ὀκτὼ κόλπους ὁ Μαίανδρος, ὁ καὶ Πριήνην ἐσχηκὼς ὑπὲρ αὐτῆς δὲ καὶ Πριήνη, καὶ ἡ Μυκάλη τὸ ὄρος εὔθηρον καὶ εὐδένδρον. i. e. *Post ostia Mæandri est juxta Prienen litus, & supra ipsum Priene & Mycale mons feris & arboribus abundans.* Idem auctor paululùm infra inquit *Cadmen* à nonnullis vocatam fuisse, quia Philotas ejus instaurator fuerat Bœotius, ac etiam fuisse patriam Biantis, qui in septem Græciæ sapientibus enumeratur. Λέγεται δὲ ὑπό τινων ἡ Πριήνη Κάδμη, ἐπειδὴ Φιλώτας ὁ ἐπικτίσας αὐτὴν Βοιώτιος ὑπῆρχεν· ὁμοίως δὲ Πριήνης δὲ ἦν Βίας, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν. i. e. *Dicitur autem ab aliquibus* Priene *Cadme, quia Philotas ejus instaurator Bœotius fuit. De Priena fuit Bias, unus è septem sapientum numero.* E nostris memoratur Melæ lib. 1. c. 17. Plinio lib. 5. c. 29. Livio lib. 38. c. 13. cujus appono verba: *Mæander ex arce summa Celænarum ortus, media urbe decurrens per Caras primum, deinde Ionas, in sinum maris editur, qui inter Prienen & Miletum est.*

63 Πρίναττος, πόλις Καρίας.] Prinassus, urbs Cariæ. Memoratur Polybio lib. XVI. Ὅθεν ἀπαλλαττόμενος, ἀφορμᾶς ἐποιήσατο τὴν Πρίνασσόν. i. e. *Deinde ex eo loco profectus, ad Prinassum oppidum cum exercitu consedit.*

64 Πριούερνος, Ἰταλίας πόλις.] Privernus, urbs Italiæ. Cujus cives Græcis Privernatæ. At Latinis oppidum neut. gen. Privernum, oppidani *Privernates* dicuntur. Liv. libro VIII. cap. 1. *Utrumque bellum Plautio sorte evenit. Prius ad Privernum profectus, extemplò acie conflixit. Haud magno certamine devicti hostes: oppidum captum, redditumque Privernatibus, præsidio valido impositio: agri partes duæ ademptæ.* Inclaruit etiam Virgilianis carminibus Æneid. lib. 11.

Pulsus ob invidiam regno, viresque superbas
Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe, &c.

Placet huc conferre, (quidquid dicant invidi blatterones, qui mihi honorem, nec addere, nec adimere possunt, juxta hanc Hispanam & verè Apollineam dictionem:

Si del tener honor el darle viene
Ninguno puede dar loque no tiene.

Ego enim hujusmodi hominibus non collegi hosce flores) apophthegmata duo cedro digna cujusdam Privernatum legati, qui interrogatus, quam pœnam meritos Privernatas censeret, quòd defecissent à Romanis, eam, inquit, quam merentur, qui se libertate dignos censent; ac iterum in-

ΠΡΟ΄ΑΡΝΑ[65], πόλις Μηλιέων, ἐθνικὸν πέρως. Οἱ οἰκήτορες, Προάρνιοι. A

PROARNA, urbs Melienſium, neutr. gen. Incolæ, Proarnii.

ΠΡΟΒΑΛΙΝΘΟΣ[66], δῆμος Πανδιονίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Προβαλίνθιος. Τὰ τοπικὰ, Προβαλινθόθεν, Προβαλινθόνδε, Προβαλινθοῖ. Θηλυκῶς δὲ λέγεται ὁ δημότης. B

PROBALINTHUS, populus Pandionidis tribus. Popularis, Probalinthius. Localia, ex-Probalintho, ad-Probalinthum, in-Probalintho. Dicitur etiam fœm. gen. popularis.

ΠΡΟΓΑ΄ΣΕΙΑ, πόλις Λυδίας, ἀπὸ Προγάσου τοῦ ἡγεμόνος Μελάμπου. Τὸ ἐθνικὸν, Προγασεύς.

PROGASIA, urbs Lydiæ, à Progaſo Melampi filio. Gentile, Progaſeus.

ΠΡΟ΄ΚΛΗ, πόλις Λυδίας. Τὸ ἐθνικὸν, Προκλαῖος.

PROCLE, urbs Lydiæ. Gentile, Proclæus.

ΠΡΟΚΟ΄ΝΗΣΟΣ[67], μία τῶν Σποράδων ἐν τῇ Προποντίδι. Ὁ πολίτης, Προκονήσιος. C

PROCONESUS, una Sporadum in Propontide. Civis Proconeſius.

ΠΡΟΝΑ΄ΣΤΑΙ, ἔθνος Βοιωτίας. Βοιωτῶν δέ τινες παλαιὸν ἔθνος Προναστὴν καλοῦσιν.

PRONASTÆ, gens Bœotiæ. Bœotorum verò aliqui antiqua gens *Pronaſtæ* vocantur.

ΠΡΟ΄ΝΕΚΤΟΣ, πόλις Βιθυνίας, πλησίον τῆς Δρεπάνης, ἣν ἔκτισαν Φοίνικες. D

PRONECTUS, urbs Bithyniæ, juxta Drepanen, quam condidere Phœnices.

ΠΡΟ΄ΠΑΛΑΙ, πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, Προπαλαῖος· Ἔστι δὲ καὶ Ἐπιπολαῖος.

PROPALÆ, urbs Siciliæ. Gentile, Propalæus. Eſt verò ut Epipolæus.

ΠΡΟΞΕΝΟΥ΄ΠΟΛΙΣ, περὶ Ναυκρατίαν. Ὁ πολίτης Προξενοπολίτης, ὡς Ἑρμοπολίτης.

PROXENUPOLIS, urbs circa Naucratiam. Civis, Proxenopolites, ut Hermopolites.

ΠΡΟΠΟΝΤΙ΄Σ[68], ἡ περὶ τὸν Πόντον Εὔξεινον θάλασσα. [69] Καὶ γῆ Βυζαντίων. Ὁ οἰκήτωρ, Προποντίτης, ἡ Προποντίς· [70] Καὶ Προποντὶς ἡ θάλασσα. E

PROPONTIS, mare ante Euxinum Pontum. Et Byzantiorum terra. Incola, Propontites, & Propontius, & Propontis mare.

ΠΡΟΣΕ΄ΛΗΝΟΙ[71], οἱ Ἀρκάδες· Καὶ Προσελήνια, τὸ θηλυκῶν.

PROSELENI, Arcades. Et Proſelenia fœmineum.

ΠΡΟΣ-

terrogatus à Conſule Romano, *quid, ſi pœnam remittimus vobis, qualem nos pacem vobiſcum habituros ſperemus? reſpondit: ſi bonam dederitis, & fidam & perpetuam: ſi malam, haud diuturnam.* Quo reſponſo tantum abfuit, ut indignarentur Romani, ut eis civitas ex plebisſcito daretur; cujus rei locuples eſt teſtis Liv. lib. 8. c. 21. Antiquum Privernum à Germanis & Britonibus exciſum memorat Leander in *Latio* quod hodie exſtat vulgo *Piperno* vocari, ſed non eodem loco, quo antiquum ædificatum tradit.

65 Πρόαρνα, πόλις Μηλιέων, &c.] Proarna, urbs Melienſium, neut. plur. Memoratur Straboni lib. 9. inter Theſſaliæ oppida qui fœm. genere Πρόερναν vocat.

66 Προβάλινθος, δῆμος Πανδιονίδος φυλῆς.] Probalinthus, populus Pandionidis tribus. Ejus meminit Strabo lib. 8. Ξέθος δὲ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας, ὤκισε τὴν πεντάπολιν τὴν Ἀττικήν. Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον, καὶ Τρικόρυθον, i. e. *Xuthus autem ducta uxore Erechthei filia, condidit tetrapolin Atticæ*: [Sic enim vocatur ea regio quatuor nimirum conſtans urbibus] *Oenoam, Marathonem, Probalinthum, & Tricorythum.* Celebratur etiam Plin. lib. 4. c. 7.

67 Προκόνησος, μία τῶν Σποράδων, &c.] Proconeſus, una ex Sporadum numero. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 11. apud quem perperam Προικόννησος ſcribitur. Plin. lib. 5. capite ultimo Proconneſum & Elaphonneſum unam eamdemque inſulam fuiſſe putat, ſed fallitur, ut elucet ex noſtris collectaneis in Ἐλαφόννησος. Strabo lib. 13. veterem & novam Proconneſum celebrat cum urbe & fodina lapidis candidi valde laudati.

68 Προποντὶς, ἡ περὶ τὸν Πόντον Εὔξεινον θάλασσα.] Propontis dicebatur mare illud, quod erat ante Pontum Euxinum, qui κατ' ἐξοχὴν vocabatur *Pontus*, de quo ſuo loco egimus, dicam rem, ut legendo inveni: palus Mæotis, quæ *mater Ponti* dicta fuit, per Cimmerium Boſporum immergebatur Ponto Euxino, qui antequam ab Argonautis Jaſone duce peragraretur *Pontus Axenos* vocitabatur, atque per Boſporum Thracium in Propontidem aquas exonerabat; Propontis verò per Helleſpontum in mare Ægæum, inde ſequitur Ionium, Parthenium, Adriaticum, Tyrrhenum id eſt mediterraneum, ac tandem fretum Gaditanum, & Oceanus Atlanticus, aquarum pater, de quibus conſulendi Herodotus lib. 4. c. 85. Polyb. Hiſtoriarum lib. 4. Strabo diverſis locis, è noſtris Mela, Plinius, & Stuk. in Arrhiani Periplum Ponti Euxini.

69 Καὶ γῆ Βυζαντίων.] Propontis dicitur etiam terra Byzantiorum, quod elucet è Polybii lib. 4. Erat enim ante Pontum ſita.

70 Καὶ Προποντὶς ἡ θάλασσα.] Hæc lectio ſuſpecta mihi videtur. Namque in hujus ſectionis capite inquit, Propontidem eſſe mare ante Pontum Euxinum; nunc id iterum inquit, cùm agat de incolis. Quare, ſi tibi placet, pro καὶ Προποντὶς ἡ θάλασσα, lege καὶ Προποντὶς ἡ θήλεια, i. e. *Et Propontis fœmina.* Quandoquidem in proximè præcedentibus ait, habitatorem dici Propontitem, veroſimile eſt, fœminam eſſe Propontidem.

71 Προσέληνοι, οἱ Ἀρκάδες.] Lege Προσέλληνοι, &c. i. e. *Proſeleni*, Arcades. Ac ſi quis dixerit *Antelunares* vel *Antelunani*; id ſonat nomen, Arcades enim, ut Poëtæ, & alii referunt, eo vanitatis provecti ſunt, ut aſſererent, ſe ante Lunam fuiſſe, Ovid. Faſt. lib. 2. v. 889.

Ante Iovem genitum terras habuiſſe feruntur
Arcades, & Lunâ gens prior illa fuit.

Sed aliam rei reddit rationem Cenſorinus de die Natali c. 19. *Arcades trimeſtrem annum primò habuiſſe dicuntur, & ob id* Proſeleni *appellati: non, ut quidam putant, quod ante ſint nati, quam lunæ aſtrum cælo eſſet: ſed quod prius habuerint annum, quam is in Græcia ad Lunæ curſum conſtitueretur.* Aliæ hujus cauſæ leguntur in Scholiis Ariſtophanis in *Nubibus.* Apud Romanos lunulas in calceis gerebant ſenatores, forſitan quia ab Euandro Arcade originem trahere gloriabantur, unde Juv. Sat. VII.

Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

Et Statius Sylv. lib. 5. Sylva 11.

——— *Patricia clauſit veſtigia lunæ.*

Quod confirmat Plutarch. in Quæſt. Rom. Ne miremur igitur eſſe hodie, qui exiſtiment, ſuos progenitores jam, antequam natus eſſet Abraham, illuſtres fuiſſe, hujuſmodi homines irridet Ariſtophanes in *Avibus.*

——— Καὶ τοῦ Διὸς αὐτῆ
Ἀρχαιότεροι, πρεσβύτεροί τε Κρόνου, καὶ Τιτάνων ἐχθίονες.

——— *Et Jove ipſo*
Antiquiores, prioreſque Saturno, & Titanibus fuiſſe.

72 Προσπαλ-

ΠΡΟΣΠΑΛΤΑ[72], δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Προσπάλτιος. Τὰ τοπικὰ Προσπαλτόθεν, Προσπαλτάδε, Προσπαλτοῖ. A

PROSPALTA, vicus Acamantidis tribus. Popularis, Prospaltius. Localia, ex-Prospalta, ad-Prospaltam, in-Prospalta.

ΠΡΟΣΤΡΟΠΑΙΑ[73], πόλις Σικελίας, ἀδέσπωτος. Τὸ ἐθνικὸν, Προστροπαῖος. B

PROSTROPÆA, urbs Siciliæ, neutr. gen. Gentile, Prostropæus.

ΠΡΟΣΥΜΝΑ[74], μοῖρα τῆς Ἄργους. Ὁ οἰκήτωρ, Προσυμναῖος.

PROSYMNA, pars Argolicæ regionis. Incola, Prosymnæus.

ΠΡΟΣΧΙΟΝ[75], χώρα Αἰτωλίας. Τὸ ἐθνικὸν Προσχιεύς, ὡς Σούνιον Σουνιεύς. C

PROSCHIUM, regio Ætoliæ. Gentile, Proschieus, ut Sunium, Sunieus.

ΠΡΟΣΩΠΙΣ[76], πόλις Αἰγύπτου. Τὸ ἐθνικὸν Προσωπίτης, ὡς Ναυκρατίτης, καὶ ὅσα τοιαῦτα λέγεται· καὶ Προσωπίτις.

PROSOPIS, urbs Ægypti. Gentile, Prosopites, ut Naucratites, & quæcumque hujusmodi dicuntur. Fœmin. Prosopitis.

ΠΡΟΣΩΠΟΝ, νῆσος ἐπόρρω Καρχηδόνος. Τὸ ἐθνικὸν Προσωπίτης, ἡ Προσώπιος. D

PROSOPUM, insula non procul à Carthagine. Gentile, Prosopites, vel Prosopius.

ΠΡΟΥΣΑ[77], τῆς Πρασιάδος ἀμφοτέρης. Ἡ μὲν γὰρ Πρασιὰς, Βιθυνίας,[78] ἀπὸ Πρασίου τοῦ Ζιηλάτου Βιθυνῶν βασιλέως, ἡ καὶ πρότερον ὀνομασθεῖσα· Ἧς ὁ πολίτης, Πρασιεύς. Ἡ δὲ Προῦσα, καὶ αὐτὴ μὲν πόλις μικρὰ Βιθυνίας,[79] κλῆσμα Πρασίου τοῦ Κύρου πολεμήσαντος· Ταύτης τὸ ἐθνικὸν Προυσεύς, ὡς τῆς Νύσας Νυσαεύς. E

PRUSA, à Prusiade differt. Prusias enim est urbs Bithyniæ à Prusia Zielatæ filio Bithynorum rege condita, quæ prius Καῦος, id est, *Cius* vocata fuit. Cujus Civis, Prusieus. Prusa quoque & ipsa est urbs Bithyniæ parva à Prusia, qui cum Cyro bellum gessit, condita. Hujus gentile, Prusaëus, ut à Nyssa, Nyssaëus.

ΠΡΟΧΥΤΗ[80], νῆσος πρὸ τῆς Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, Προχυταῖος.

PROCHYTE, insula sita ante Siciliam. Gentile, Prochytæus.

ΠΡΥΜ-

PRYM-

72 Πρόσπαλτα, δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς.] Lege, Προσπάλτιος, &c. i. e. *Prospalta*, populus Acamantidis tribus. Incolæ Propaltii tamquam litigiosi carpebantur, teste Suida in Δραχμαρνίδης. Memoratur inter alios Pausaniæ in Atticis, & ibi Proserpinæ & Cereris fanum.

73 Προστρόπαια, πόλις Σικελίας.] Prostropæa, urbs Siciliæ. Hujus urbis nullibi fit mentio; sed si ex nominis allusione conjicere licet, forsitan erat quæ *Tropia* dicitur Leandro Alberto in Calabria, regione Italiæ septima. Situs enim non admodum abludit. Hinc enim ad Pelorum Siciliæ promontorium P. M. XL. Trophæa enim Augusti, quam memorat Ptolemæus lib. 3. c. 1. quam longissimè distat à Sicilia.

74 Πρόσυμνα, μοῖρα τῆς Ἄργους.] Prosymna, pars quædam Argiæ. Memoratur una cum Junonis templo Straboni lib. 8. Pausanias in Corinthiacis Cereris Prosymnæ meminit. Enotuit etiam Statii Plectris Thebaid. lib. 4.

Huic armat Larissa viros, huic celsa Prosymne
Aptior armentis Midea; pecorosaque Phyllos.

75 Προσχιον, χώρα Αἰτωλίας.] Vide quæ in Πυλῶν.

76 Προσωπὶς, πόλις Αἰγύπτου.] Prosopis, urbs Ægypti, à nemine, quod sciam, memoratur, at Prosopitis Ægypti insula ab Herodoto lib. 2. c. 165. & Prosopites Nomos à Ptolemæo lib. 4. c. 5.

77 Προῦσα, τῆς Πρασιάδος ἀμφοτέρης.] Prusa, à Prusiade differt. Duæ fuerunt hujus nominis Bithyniæ urbes, utraque celebrat Strabo lib. 12. Altera erat ad Hypium amnem, altera ad Olympum montem, auctore Ptolemæo lib. 5. c. 1. Prior auctori nostro dicitur Prusias, adis, & ejus gentile Prusieus, posterior, Prusa & ejus gentile Prusæus; sed hanc gentilium differentiam haud norunt reliqui scriptores; prior antè vocabatur *Cius*, postea eversa & à Prusia Zelæ filio instaurata, ab illo nomen accepit; utrumque testatur Strabo libro citato: Τῶν δ' Ἀσκληπιάδου κτίσμα ἄλλο συνεχής ἐστιν, εἰσέχων μᾶλλον πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον, ἐν ᾧ Προῦσά ἐστιν, ἡ Κίος πρότερον ὀνομασθεῖσα· κτίσαντος δὲ τὴν Κίον ὁ Φίλιππος ὁ Δημητρίου μὲν υἱὸς, Περσέως δὲ πάππος, ἔδωκε δὲ Προυσίᾳ τῷ Ζήλα, συγκτίσαντι καὶ ταύτην, καὶ Μυρλείαν ἀσυχείτονα πόλιν, πλησίον δὲ καὶ Προυσὸς ὄσαν· ἀναλαβὼν δ' οὗτος ἐκείνους ὁπόσους τῶν ἐρειπίων αὐτοῖς, ἐπωνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν Προυσιάδα πόλιν τὴν Κίον, τὴν Μυρλείαν Ἀπάμειαν ἀπὸ τῆς γυναικός· ἔστι δ' ἐπὶ τοῦ Προυσίου ὁ καὶ Ἄνιτσαν δεξάμενος, ἀναχωρήσαντος ἀδύρο μὲν τὴν Ἀλιόχης ἔπαυλιν. i. e. *Astaceno sinui alius est contiguus, maximè versus orientem solem: in eo Prusa est, quæ olim* Cius *dicebatur. Cium evertit Philippus Demetrii filius, Persei pater, deditque Prusiæ Zelæ filio, qui in ea evertenda ipsum juverat, & Myrleam vicinam urbem Prusæ. Ille verò has urbes e ruderibus excitatas, Cium à se Prusiadem, Myrleam ab uxore Apameam denominavit. Hic est, qui Annibalem recepit, cùm is ad ipsum post Antiochi cladem veniret.* Ac paulò infra memorat alteram Prusam hisce verbis: Πρῦσα δ' ἐπὶ τῷ Ὀλύμπῳ ἰδρυμένη τῷ Μυσίῳ πόλις εὐνομουμένη, τοῖς τε Φρυξὶν ὁμόρους, καὶ τοῖς Μυσοῖς, κλῆσμα Προυσίου τοῦ Κρείσσονος πολεμήσαντος. i. e. *Prusa verò* [alia] *ad Olympum Mysiæ posita est urbs, quæ bonis-legibus-gubernatur, Phrygibus Mysisque contermina, condita à Prusa, qui bellum contra Cræsum gessit.* Aliter de hujus urbis conditore sentit Plinius. Namque lib. 5. c. 32. inquit, ab Annibale sub Olympo monte conditam fuisse. Condecoravit Prusam Asclepiades ille celeberrimus medicus, testibus Strabone lib. 12. Plinio lib. 7. c. 37. Dion etiam Chrysostomus fuit Prusæus, auctore Photio, cujus inter alias exstat oratio de Ilio à Græcis non capto. Qui juxta auctoris nostri sententiam fuit ex secunda Prusia, quoniam *Prusæus* appellatur.

78 Ἀπὸ Πρασίου τοῦ Ζιηλάτου Βιθυνῶν βασιλέως.] A Prusia Zielatæ filio Bithynorum rege, lege ex Strabonis verbis nota præcedenti allatis ἀπὸ Πρασίου τοῦ Ζήλα, τοῦ Βιθυνῶν βασιλέως, i. e. *à Prusia Zelæ filio Bithynorum rege.* Articulus enim τοῦ, qui pertinebat ad sequentem dictionem, præcedenti adjunctus est, & factum est Ζηλάτου, cum deberet disjungi.

79 Κλῆσμα Προυσίου τοῦ Κύρου πολεμήσαντος.] Inquit Parvam Prusam conditam fuisse à Prusa, qui cum Cyro bellum gessit. Hæc etiam ex eodem Strabone sic corrigenda sunt: Κλῆσμα Προυσίου τοῦ Κρείσσονος πολεμήσαντος. i. e. *Opus Prusiæ, qui adversus Cræsum bellum gessit.*

80 Προχύτη, νῆσος πρὸ τῆς Σικελίας.] Prochyte, insula ante Siciliam. Strabo lib. 5. eam locat ante Misenum: Τῷ μὲν ἐν Μισηνῷ πρόκειται νῆσος ἡ Προχύτη, Πιθηκουσσῶν δ' ἐστὶν ἀπόσπασμα. i. e. *Ante Misenum Prochyta jacet insula, pars avulsa à Pithecusis.* Misenus verò erat mons Campaniæ. In Tyrrheno pelago locat eam Ptolemæus lib. 3. c. 1. in capi-

ΠΡΥΜΝΗΣΙΑ[81], πόλις Καρίας, ἣν ἔκτισε Μίμαυθος. Τὸ ἐθνικὸν Πρυμνησιεύς, ὡς Θεοδοσιεύς.

PRYMNESIA, urbs Cariæ, quam condidit Mimæthus. Gentile, Prymnesieus, ut Theodosieus.

ΠΡΩΑΝΑ, πόλις Θεσσαλικὴ, ἐθνικὸν δεύτερος λεγομένη. Τὸ ἐθνικὸν Προανεύς, ὡς Τυανεύς, Ἀδανεύς.

PROANA, urbs Thessalica, neut. gen. Gentile, Proaneus ut Tyaneus, Adaneus.

ΠΡΩΤΗ[82], ὀξυτόνως, νῆσος ἀπὸ τῆς Σφακτηρίας καὶ Πύλας. Τὸ ἐθνικόν, Πρωταῖος.

PROTE, cum accentu acuto, insula ab Sphacteria, & Pylo [non longè.] Gentile, Protæus.

ΠΤΕΛΕΑ[83], δῆμος Οἰνηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Πτελεάσιος. Τὰ τοπικὰ, Πτελεάθεν, Πτελέανδε, Πτελεάσιν.[84] Ἔστι καὶ πόλις· ἔτω γὰρ ἡ Ἔφεσος ἐκαλεῖτο. Τὸ ἐθνικὸν, Πτελαῖος.

PTELEA, populus, Oeneidis tribus. Popularis, Pteleasius. Localia, ex-Ptelea, ad-Pteleam, in-Ptelea. Est etiam urbs. Sic enim Ephesus vocabatur. Gentile, Ptelæus.

ΠΤΕΛΕΟΝ[85], πόλις Ἰωνίας, καὶ Τρωάδος, καὶ τῶν Θεσσαλιωτῶν Ἀχαιῶν, ἑτέρως. Καλεῖται δὲ, ὅτι πολλὰς ἔχει Πτελέας. Ὁ πολίτης, Πτελεάτης, καὶ Πτελεσίος· Καὶ Πτελεεύς, ὡς Φενεεύς.

PTELEUM, urbs Ioniæ, & Troadis, & maritimorum Achivorum, neut. gen. Sic verò vocatur, quod multas habeat Πτελέας, i.e. *ulmos*. Civis, Pteleates, & Pteleusius, & Pteleeis, ut Pheneeis.

ΠΤΕΡΙΟΝ, πόλις Μήδων. Τινὲς δὲ Πτερὰ ἑτέρως, τὴν ἀκρόπολιν Βαβυλῶνος. Λέγεται καὶ ψιλικῶς ἡ Πτερία.[86] Ἔστι καὶ Πτερία, πόλις Σινώπης. Τὸ ἐθνικὸν τῆς Μηδικῆς, Πτερίτης· τῆς δὲ ἐν τῇ Σινώπῃ, Πτέριος.

PTERIUM, urbs Medorum. Aliqui Ptera neut. gen. *arcem Babylonis* vocant. Dicitur etiam *Pteria* fœm. gen. Est etiam Pteria, urbs Sinopæ. Gentile, Medicæ, Pterienus. Ejus verò quæ Sinopæ, Pterius.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΣ[87], πόλις Φοινίκης. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἄκη, ἀπὸ τῆς ἰάσεως τοῦ ὀφθαλμοῦ δηχθέντος ὑπὸ ὄφεως. Ὁ πολίτης Πτολεμαΐτης, καὶ Πτολεμαιεύς.

PTOLEMAIS, urbs Phœniciæ. Prius *Ace* vocabatur, à curatione morsus inflicti Herculi à serpente. Civis, Ptolemaites, & Ptolemæus.

ΠΤΥΧΙΑ[88], νῆσος πρὸς τῇ Κερκύρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Πτυχιεύς, ὡς Ὑρία Ὑριεύς.

PTYCHIA, insula juxta Corcyram. Gentile, Ptychieus, ut Hyria, Hyrieus.

ΠΥ-

PY-

tis fine. Nomen habere videtur à verbo Græco πτύειν, i.e. *profundere*, quod innuit Plin. lib. 3. c. 6. *In Puteolano sinu Pandataria, Prochyta: non ab Æneæ nutrice, sed quia profusa ab Ænaria erat.* Idem lib. 2. c. 88. *Alióque motu terræ stagnum emersisse: & aliò, provolutis montibus insulam extitisse Prochytam.* Splenduit etiam Andinis plectris Æneid. lib. 9. v. 714.

Tum sonitu Prochyta alta tremit durumque cubile
Inarime, Jovis imperio impostа Typhœo.

Ad quem locum Servius Plinii sententiam confirmat, ut & Eustath. ad Dionysii versum 344. Etiamnum servat nomen parùm corruptum *Procita* enim & *Procida* dicitur vulgò Italis, teste Cluverio Ital. Antiquæ lib. 3. c. 4.

81 Πρυμνησία, πόλις Καρίας.] Prymnesia, urbs Cariæ. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 2. inter Phrygiæ magnæ oppida Pausaniæ lib. 5. Πρυμνησσὸς & *urbs* quoque *Phrygiæ* dicitur.

82 Πρωΐη, ὀξυτόνως, νῆσος ἀπὸ τῆς Σφακτηρίας καὶ Πύλας.] Prote, acuto-tono, insula non longè ab Sphacteria, & Pylo. Sic accipienda sunt illa verba. Sphacteria verò quæ & Sphagia erat insula propè Pylum; Pylus autem erat urbs Messeniæ antiquæ sub monte Ægaleo. Utrumque adstruit Strabo lib. 8. Ἡ μὲν ἐν παλαιὰ Πύλος ἡ Μεσσηνιακὴ ὑπὸ τὸ Αἰγάλεων ὄρος ἵδρυται. i.e. *Antiqua igitur Pylus Messeniaca sub monte Ægaleo sita est.* Ac paulùm infrà: Καὶ ἡ προκειμένη πλησίον τῆς Πύλας Σφαγία νῆσος· ἣν ἔνιοι καὶ Σφακτηρίαν λεγόμενον. i.e. *Et insula Sphagia prope Pylum sita; quæ & Sphacteria dicta.* Ptolemæus lib. 3. c. 16. celebrat Proten & Sphagiam inter insulas, quæ adjacent Peloponneso.

83 Πτελέα, δῆμος Οἰνηίδος φυλῆς.] Ptelea, populus Oeneidis tribus. De quo nihil memoratu dignum inveniebam pro destinati nostri ratione.

84 Ἔστι καὶ πόλις· Οὕτω γὰρ ἡ Ἔφεσος ἐκαλεῖτο.] Vide quæ in Ἔφεσος nota 43. observavimus.

85 Πτελέον, πόλις Ἰωνίας, &c.] Pteleum, urbs Ioniæ, Troadis, & Achæorum, qui ad oram maritimam habitabant. Duas tantùm hujus nominis urbes commemorat Strabo lib. 8. alteram Eleæ, alteram Thessaliæ; ab hujus oppidanis conditam alteram tradit: Τὸ δὲ Πτελεὸν κτίσμα μέν γέγονε τῶν ἀπὸ Πτελεᾶς τῆς Θεσσαλικῆς ἐποικισάντων. i. e. *Pteleum conditum est ab his, qui eò à Thessaliæ Pteleo coloniam deduxerunt.* Easdem celebrat Plinius, Pteleon Eleæ lib. 4. c. 5. Thessaliæ verò eodem libro cap. 8. cui *nemus* dicitur. At ejusdem libri cap. 7. infra Thebas Bœotias memorat etiam Pteleon. Apud Strabonem & apud Homerum Il. 2. v. 697. acuitur, apud nostrum penacuitur.

86 Ἔστι καὶ Πτερία, πόλις Σινώπης.] Cum in hujus sectionis capite Pterium urbem Medorum, à nemine quod sciam memoratam, commemoraverit, nunc celebrat Pteriam urbem Sinopæ; de qua sic Herodotus lib. 1. c. 76. Κρῖσος δὲ, ἐπεί τε ἀμφέβαλε σφι τῷ στρατῷ ἀπίκετο τὴν Καππαδοκίης ἐς τὸν Πτερίην καλεομένην, (ἡ δὲ Πτερίη ἐστὶ τῆς χώρης ταύτης τὸ ἰσχυρότατον. Κεῖται δὲ Σινώπῃσι πόλιν τὴν ἐν Εὐξείνῳ Πόντῳ μαλιστά κη κειμένην) ἐνθαῦτα ἐστρατοπεδεύετο, φθείρων τοῦ Συρίων τοὺς κλήρους· καὶ εἶλε μὲν τὴν Πτερίων τὴν πόλιν. i. e. *Crœsus igitur exercitu trajecto, venit in Cappadociæ* Pteriam *vocatam*, (*Pteria* verò *est hujus regionis* [castellum] *munitissimum, juxta Sinopen urbem, fere ad Pontum Euxinum sitam*) *hic statiuva habuit, prædia Syrorum vastans, & urbem Pteriorum cepit.* Inclaruit hæc urbs prælio inter Crœsum & Cyrum, auctore eodem Herodoto loco citato.

87 Πτολεμαΐς, πόλις Φοινίκης.] Vide quæ in Ἀκὴ annotavimus.

88 Πτυχία, νῆσος πρὸς τῇ Κερκύρᾳ.] Ptychia, insula secus Corcyram. Corcyra est insula, quæ nunc vulgo *Corfu* vocitatur. Ptychia autem inter insulas Epiro adjacentes locatur Ptolemæo lib. 3. c. 14. Eam quoque celebrat Thucydides lib. 4. Plinius lib. 4. c. 12.

89 Πύ-

ΠΥ΄ΓΕΛΑ[89], πόλις Ἰωνίας. Ὁ πολίτης, Πυγελεύς.

A PYGELA, urbs Ioniæ. Civis, Pygeleus.

ΠΥΓΜΑΙΟΙ[90], ἔθνος, ἀπὸ Πυγμαίου τοῦ Δώρου, τοῦ Ἐπάφου.

PYGMÆI, gens sic dicta à Pygmæo filio Dori, nepote Epaphi.

ΠΥ΄ΔΗΣ, πόλις καὶ ποταμὸς Πισιδίας. Τὸ ἐθνικὸν Πυδήσιος, ὡς Φαγρήσιος, καὶ B Μαγνήσιος· οὗ τὸ Μαγνησία.

PYDES, urbs, & fluvius Pisidiæ. Gentile, Pydesius, ut Phagresius, & Magnesius. Cujus Magnesia.

ΠΥ΄ΔΝΑ[91], πόλις Μακεδονίας. Ὁ πολίτης, Πυδναῖος.

PYDNA, urbs Macedoniæ. Civis, Pydnæus.

ΠΥΗΝΙΣ, πόλις Κόλχων. Τὸ ἐθνικὸν, Πυηνίτης, τῷ λόγῳ τῶν εἰς ις ληγόντων. C

PYENES, urbs Colchorum. Gentile, Pyenites, ratione eorum, quæ in *is* desinunt.

ΠΥ΄ΘΙΟΝ, τὸ πάλαι, μεσαίτατον τοῦ ἐν Κρήτῃ Γορτύνης. Οἱ καλοικοῦντες Πυθιεῖς, καὶ οἱ τὸ Πύθιον οἰκοῦντες, ἐν ᾧ Ἀπόλλωνος ἱερόν ἐστι. [92] Καὶ Μακεδονίας Πύθιον, ἐν ᾧ τὰ Πύθια ἐπιτελεῖται. Πύθιος οὖν τὸ ἐθνικόν· Καὶ D Πύθιον πλησίον τοῦ Ἀσακηνοῦ κόλπου· Οἱ καποικοῦντες. Πυθιανοὶ καλοῦνται, καὶ Πυθιανὰ πόματα.

PYTHIUM, intimus olim Gortynæ in Creta locus. Incolæ, Pythieis, & qui Pythium incolebant, in quo Apollinis templum est. Est etiam Macedoniæ Pythium, in quo Pythia celebrantur. Pythius igitur est gentile. Est etiam Pythium prope Astacenum sinum. Incolæ, Pythiani vocantur, & Pythiana pocula.

ΠΥΘΟΠΟΛΙΣ[93], Καρίας πόλις, ἡ μετὰ ταῦτα κληθεῖσα Νύσα. Πυθόπολις, ἀπὸ E Πυθοῦς τοῦ ἐπιφανοῦς, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἑρμοῦ Ἑρμόπολις. Ὁ δὲ Πυθοῦς τοσοῦτον πλουσιώτατος ἦν, ὥστε τὸν Ξέρξου ὑποδεξάμενον, ἑκάστῳ τῶν στρατιωτῶν ἀνὰ ἓξ Δαρεικοὺς χρυσοῦς παρέχειν. Ὁ πολίτης, Πυθοπολίτης. [94] Ἔστι καὶ ἄλλη Πυ- F θόπολις Μυσίας.

PYTHOPOLIS, Cariæ urbs quæ postea Nyssa vocata fuit. *Pythopolis* verò dicta fuit ἀπὸ Πυθοῦς, i. e. *à Pytho*, accentu circumflexo in ultima, ut ab Ἑρμοῦ, i. e. *Hermu*, genitivo, Hermopolis. Pythes verò adeo ditissimus erat, ut cum Xerxem hospitio exciperet, singulis militibus sex Daricos aureos præbuerit. Civis, Pythopolites. Est etiam alia Pythopolis Mysiæ.

ΠΥ- PY-

89 Πύγελα, πόλις Ἰωνίας.] Pygela, urbs Ioniæ. De qua ita Strabo lib. 14. Εἶτα Πύγελα πολίχνιον, ἱερὸν ἔχον Ἀρτέμιδος Μυτυλίας, ἱδρυμα Ἀγαμέμνονος, εἰκέναι τοῦτο μέρος τῶν ἐκείνης λαῶν, πυγαλίας γάρ πως τὰς γλαῦκας, καὶ κληθῆναι κομιδῇ δ' ὑπὸ τοῦ πάθους κατασκεῦναι, καὶ τυχεῖν οἰκείας τοῦδε τοῦ ὀνόματος τὸν τόπον. i. e. *Sequitur deinde Pygela oppidulum, fanum habens Dianæ Munychiæ, Agamemnonis opus, ab aliquibus ejus populorum habitatum. Namque quosdam natium dolore correptos, & ideirco* Pygalias *vocatos, hoc morbo defatigatos ibi mansisse ajebant, & ab eisdem locum id nominis sortitum.* Melæ lib. 1. c. 17. & Plinio lib. 5. c. 29. *Phygela* dicitur, quod à fugitivis condita fuerit; prioris sunt ex libro capiteque citato verba: *Ibi à fugitivis, ut ajunt, condita (nomen famæ annuit) Phygela.* At Theopompus apud Harpocrationem in Πύγελα priorem sententiam firmat.

90 Πυγμαῖοι, ἔθνος.] Pygmæi, gens. Sunt populi incertæ positionis, quos in India, in Æthiopia, in Scythia, & apud Hyperboreos locant. Cum gruibus bella gerere fabulabantur, quorum prælia graphicè depingit Juvenalis Satyra 13. v. 167. ex eodem fermento confectos esse existimo, ac Semicanes, & alios hujusmodi, quos memorat Strabo lib. 1. qui nullibi terrarum invenientur, nedum Tiphye ductore; at apud omnes gentes non inventi reperiuntur homunciones, quos *Pygmæos* per jocum vocare solent; quamvis Aristoteles de historia animal. lib. 8. c. 12. hanc de Pygmæis fabulam, non fabulam esse putat, sed hac in re, ut & in aliis opinio fefellit Philosophorum Homerum. Verba illa Ezechielis ex cap. 27. v. 11. quæ in Pygmæorum confirmationem afferunt, non faciunt pro Pygmæis. Τὸ גמדים *gamadim* enim nullo modo intelligendum est de illis, etsi nomen illud Hebraicè significat cubitales, seu brachiales quod non de statura, sed de robore & fortitudine intelligendum est. Hæc enim est Prophetæ mens.

91 Πύδνα, πόλις Μακεδονίας.] Pydna, urbs Macedoniæ. Quam Ptolemæus lib. 3. c. 13. in Pieria Macedoniæ regione locat. Memoratur Scylaci in Μακεδονία. Livio lib. 44. c. 6. & aliis. Ex excerptis ex libri septimi Strabonis fine constat *Citrum* tunc vocatam fuisse: Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου, ἡ μετὰ βορρᾶν τοῦ κόλπου παραλία, Πιερία καλεῖται· ἕως τοῦ Ἀξιοῦ ποταμοῦ· ἐν ᾗ ἡ πόλις Πύδνα, ἡ νῦν Κίτρον. i. e. *Et regio abhinc, vel versus septentrionem sinus ora-maritima, Pieria vocatur; usque ad Axium amnem: in qua & urbs Pydna, quæ nunc* Citrum *appellatur.* Adhuc hodie si Sophiano credimus *Chitro* dicitur. Apud hanc urbem Perseum Macedoniæ regem prælio cum Romanis congressum, ac victum fuisse constat ex eodem libro: Ἐν μὲν οὖν τῷ πρὸ τῆς Πύδνης πεδίῳ, Ῥωμαῖοι Περσέα καταπολεμήσαντες, κατέλυσαν τὴν τῶν Μακεδόνων βασιλείαν. i. e. *In campo ante Pydnam, Romani Perseum debellarunt, & Macedonum regnum everterunt.* Quod etiam apparet ex Plutarchi libro de adulatoris & amici discrimine.

92 Καὶ Μακεδονίας Πύθιον.] Memorat Pythion, Macedoniæ, quod Ptolemæo lib. 3. c. 13. dicitur Πύθιον & in Pelasgiotarum regione locatur. Ejus quoque meminit Liv. lib. 42. c. 53. cui *Pythoum* nuncupatur.

93 Πυθόπολις, Καρίας πόλις, &c.] Pythopolis, Cariæ urbs, postea *Nyssa* vocitata, nomen sortita est à Pythe, qui Xerxem hospitio excepit, ac singulis militibus sex Daricos aureos dedit. Longe ditissimum fuisse oportet, qui sexies centena LXXXVIII. M. hominum excepit epulo & stipendium quinque mensium, frumentumque pollicitus, ut è quinque liberis, senectuti suæ in delectu unus saltem concederetur, ut tradit Plinius lib. 33. c. 10. cui *Pythius Bithynus* dicitur. Quam historiam diffusius narrat Herodotus lib. 7. c. 38. cui *Pythius Lydus* vocatur, cujus divitias ex Græcorum vanitate coacervatas fuisse existimo; de urbe verò vide collectanea nostra in Νύσαν nota 22.

94 Ἔστι καὶ ἄλλη Πυθόπολις Μυσίας.] Est etiam Pythopolis Mysiæ. Plutarchus in Theseo hanc locat circa Soloonta fluvium Bithyniæ, quam à Theseo conditam fuisse inquit; cujus quoque meminit Plinius lib. 5. c. 32. Ipsissimam fuisse existimo, quia Mysia & Bithynia erant collimitatæ adeo, ut Bithynia ad Olympum usque Mysiæ pertingeret.

95 Πυ-

ΠΥΘΩ[95], ἡ ᾿Απόλλωνος πόλις.

[96] — Πυθοὶ ἐν ἠμαθίῃ.

Τὸ ἐθνικὸν Πυθῷος, ὡς Λητὼ Λητῷος· καὶ Πύθιος, καὶ Πυθία, καὶ Πυθιὰς, ὡς Ἑλικωνιάς· καὶ Πύθιον, καὶ πυθιάζειν· ᾿Απὸ δὲ Πυθαὶς Δαλύσεως γλωσσώδης, καὶ Πυθαϊστής. Καὶ τὸ τοπικὸν, Πυθῶθεν, Δωρὶς δὲ ω, ὡς Κρισῶθεν· καὶ μετὰ συστολῆς, Πυθοθεν, ὡς Λεσβόθεν. Καὶ Πυθοῖ, τὸ ἐν τόπῳ. Καὶ ὡσαύτως τὸ Πυθῶ Πυθοῦς, ὡς Ἐνυὼ Ἐνυοῦς· Καὶ ἀπὸ τῆς Πυθῆος γλωσσικῆς Ἰωνικῆς, Πύθιος, ἐξ ἧς τὸ Πυθίου κληρικόν· Καὶ Πυθαιοῦς, καὶ Πυθεοῦς, ὡς Κρηταιοῦς.

ΠΥΛΑΙ[97], τόπος Ἀρκαδίας, καὶ Πυλαία. Τὸ ἐθνικὸν, Πυλαίτης. [98] Λέγεται καὶ Πύλαια τὸ ὑστέρου, ἐπὶ τῆς θυσίας. Καὶ τὸ ἐπίρρημα, Πυλαιόθεν. Τὸ ἐθνικὸν, Πυλάτης. Τὸ θηλυκὸν, Πυλάτις.

ΠΥΛΗΝΗ[99], πόλις Αἰτωλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πυλήνιος. Τὸ θηλυκὸν, Πυλήνις.

ΠΥΛΟΣ[1], πόλις ἐν Μεσσήνῃ. [2] Ἐκαλεῖτο δὲ Κορυφάσιον. Τὸ ἐθνικὸν, Πύλιος, καὶ Πυλαῖος. Λέγεται καὶ θηλυκῶς, καὶ δερσενικῶς. Τρία τοίνυν ἐθνικὰ, Πύλιος, Πυλαῖος, Πυλίων.

ΠΥΞΙΣ[3], πόλις ἐν μεσογείᾳ τῶν Οἰνώτρων. Τὸ ἐθνικὸν, Πύξιος.

A PYTHO, Apollinis urbs.

— *Pythia in divina.*

Gentile, Pythous, ut Leto, Letous. Et Pythius, & Pythia, & Pythias, ut Heliconias. Et Pythium, & Pythiazare. Ab Pythæus facta dialysi, & Pythaïstes. Et locale Πυθῶθεν, i. e. *ex-Pythia*, per *o* mega, ut Κρισῶθεν, i. e. *ex-Crisa*. Et per systolen mutato *o* mega in *o* micron Πυθόθεν, i. e. *ex-Pythia*, ut Λεσβόθεν, i. e. *ex-Lesbo*. Et adverb. in loco in Pythia. A Pytho dicitur Pytheus, ut Enyo, Enyeus. Et à genitivo Jonico Πυθῆος dicitur Pytheus, ex quo Pytheius possessiv. Et Pythæus, & Pythaeus, ut Cretaeus.

PYLÆ, locus Arcadiæ, qui etiam *Pylæa* dicitur. Gentile, Pylæites. Dicitur etiam Pylæa neutrum de sacrificio. Et adverb. ex-Pylis. Gentile, Pylates. Fœmin. Pylatis.

PYLENE, urbs Ætoliæ. Gentile, Pylenius. Fœm. Pylenis.

PYLUS, urbs in Messenia. Vocabatur verò *Coryphasium*. Gentile, Pylius, & Pylæus. Dicitur & in fœm & mascul. gen. Tria igitur sunt gentilia, Pylius, Pylæus, Pylio.

PYXIS, urbs in mediterraneis Oenotrorum. Gentile, Pyxius.

ΠΥ-

PY-

95 Πυθὼ, ἡ ᾿Απόλλωνος πόλις.] Pytho, ûs, Apollinis urbs. Quæ *Pythia* dicitur Ptolemæo lib. 3. c. 13. & inter Phocidis mediterraneas urbes recensetur. Tria habuit nomina, teste Eustathio ad Il. 2. v. 519. Ἡ δὲ Πυθὼ πάλαι μὲν πόλις Παρνασσία ἐκαλεῖτο Νάπη ἀπὸ Παρνασσὸς ὄρους τοῦ ἐκεῖθεν, εἶτα Πυθὼ ἐκλήθη, &c. i. e. *Pytho verò antiquitus* Parnassia Nape *vocabatur à Parnasso monte adjacente, deinde* Python *vocata fuit*. Ac paulùlùm infra: Ὕστερον μέντοι Δελφὶς ἡ Πυθὼ ἐκλήθη, ὅτι καὶ Δελφοὶ τὸ ἐκεῖ ἔθνος. i. e. *Postea quidem Delphis* Python *vocata est, quod & Delphi illic gens*. Memoratur etiam Scholiastæ Apollonii Rhodii ad ejus v. 208. Ἡ δὲ Πυθὼ πόλις Φωκίδος, ἔνθα τὸ μαντεῖον, ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι τὰ μαντεῖα παρὰ κλῆσιν, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐκεῖσε σῆψαι τὸν δράκοντα. i. e. *Pytho verò urbs Phocidis, ubi oraculum, ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, &c. ab audiendo seu interrogando oracula sic vocata, vel quòd illic computruerit draco*. Igitur videtur esse eadem, quæ Delphi, sed Ptolemæo libro capiteque citato Pythia & Delphi sunt diversæ Phocidis urbes: nescio quomodo hujus urbis lis dirimi seu herciscieri inter scriptores possit, de qua vide Bisetum ad Aristophanis Lysistraten in Choro senum prope finem.

96 Πυθοὶ ἐν ἠμαθίῃ.] Est hemistichium Homericum, quod legitur Odyss. 8. v. 80.

97 Πύλαι, τόπος Ἀρκαδίας.] Pylæ, locus Arcadiæ. Memoratur Plinio lib. 4. c. 6. inter Arcadiæ oppida, apud quem perperam Pile pro Pyle scribitur.

98 Λέγεται καὶ Πύλαια, &c.] Pylæa neut. plur. dicebantur, vel sacrificia, quæ Pylagoræ in Amphictyonum conventu Cereri facere solebant, vel pars illa, per quam tamquam per portas extra inspiciebant, ut apparet ex Strab. libro nono. ex Hesych. in Πύλαι ex Meurs. Att. Lect. lib. 4. c. 3.

99 Πυλήνη, πόλις Αἰτωλίας.] Pylene, urbs Ætoliæ. Memoratur Poetarum parenti Il. 2. v. 639.

Αἰτωλῶν αὖ ἦγε᾽το Θόας Ἀνδραίμονος υἱός·
Οἱ Πλευρῶν᾽ ἐνέμοντο, καὶ Ὠλενὸν, ἠδὲ Πυλήνην.
Ætolorum verò dux erat Thoas Andræmonis filius,
Qui Pleuronem incolebant, & Olenum, & Pylenen.

Strabo lib. 10. auctor est, ab Æolensibus in superiora loca translatam ac *Proschium* dictam fuisse: Τὴν δὲ Πυλήνην μετενεγκαῖσι εἰς τοὺς ἀνώτερον τόπους, ἤλλαξαν αὐτῆς καὶ τὸ ὄνομα, Πρόσχιον καλέσαντες. i. e. *Pylenen autem* [Æolenses] *transtulerunt in superiora loca, ac mutato nomine* Proschium *vocarunt*. E nostris ejus fecere mentionem Plinius lib. 4. c. 2. Statius Pap. Thebaid. lib. 4.

Hinc quoque præstantes Ætolis urbibus affert
Belli fama viros. Sensit scopulosa Pylene
Fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron
Et præceps Calydon.

1 Πύλος, πόλις ἐν Μεσσήνῃ.] Pylos, urbs in Messenia. Messenia autem erat regio Peloponnesi, ubi tres fuere hujus nominis urbes; unde & circumferebatur versiculus iste:

Ἐστὶ Πύλος πρὸ Πύλοιο. Πύλος γε μὴν ἔστι καὶ ἄλλος.
Est Pylus ante Pylum; si quidem est & altera Pylus.

Duæ erant ad mare, quarum una, in Elide regione, ad Schollin montem: altera apud Coryphasium: tertia in Arcadia, ejusdem quoque Peloponnesi regione; singuli harum oppidani laborabant probare, suam civitatem patriam fuisse Nestoris, ut videre est ex Strabonis lib. 8. Idcirco *Pylius* vocabatur.

2 Ἐκαλεῖτο δὲ Κορυφάσιον.] Pylum Messeniacum vocatum fuisse Coryphasium inquit. Forsitan quod, cum antiqua Pylus, quæ sub Ægaleo monte erat, diruta fuisset, nonnulli oppidanorum sub Coryphasio sedes posuerunt, ut apparet ex Strabonis lib. 8. Ἡ μὲν οὖν παλαιὰ Πύλος ἡ Μεσσηνιακὴ, ὑπὸ τῷ Αἰγαλέῳ πόλις ἦν· καλεῖται παγχάρης ἡ ταύτης ὑπὸ τῶν Κορυφασίων τινὲς αὐτῶν ᾤκησαν. i. e. *Antiqua igitur Pylus Messeniaca, sub Ægaleo urbs erat, qua diruta nonnulli eorum sub Coryphasio habitarunt.*

3 Πύξις, πόλις ἐν μεσογείᾳ τῶν Οἰνώτρων.] Pyxis, urbs in mediterranea parte Oenotrorum. Nulla fuit apud Oenotros Pyxis urbs, sed Pyxûs fuit, promontorium, portus & fluvius post Palinurum, auctore Strabone libro 6. Μετὰ δὲ Παλίνουρον Πυξοῦς, ἄκρα καὶ λιμὴν, καὶ ποταμὸς ἐν ᾧ τειχῶν ὄντων· ᾤκισε δὲ Μικυθος ὁ Μεσσήνης ἄρχων τὴν ἐν Σικελίᾳ. i. e. *Post Palinurum Pyxûs, promontorium & portus, & fluvius. Trium horum unum nomen. Condidit Micythus Messanæ princeps in Sicilia.*

4 Πυ-

ΠΥΞΟΥΣ[4], πόλις Σικελίας, κλίσμα Μιάνθε. Ὁ οἰκήτωρ Πυξούντιος.

A PYXUS, urbs Siciliæ, à Miantho condita. Incola, Pyxuntius.

ΠΥΡΑΙΑ, μοῖρα Θεσσαλίας ὠνομασμένη ἀπὸ Πύρας. Ὁ οἰκήτωρ, Πυραῖος.

PYRÆA, pars Theſſaliæ ſic vocata à Pyra. Incola, Pyræus.

ΠΥΡΑΜΙΔΕΣ[5], ἐν Αἰγύπτῳ κλίσμα, εἰς ὃ λέγεται ἀνηλωκέναι κρομμύων καὶ σκορόδων καὶ τυρῶ τάλαντα μύρια πεντακόσια. [6] Ὠνομάσθησαν αἱ πυραμίδες, ἀπὸ τοῦ πυρῶν, ἃς ἐκεῖ συναγαγὼν ὁ βασιλεὺς, ἔνδειαν ἐποίησε σίτου καὶ τοῦ Αἰγύπτιον.

B PYRAMIDES, opus in Ægypto, in quod dicuntur conſumpta fuiſſe ceparum, & alliorum & caſei decem milia, & quingenta talenta. Vocatæ verò Pyramides fuere ἀπὸ τοῦ πυρῶν, i. e. *à tritico* illic à rege congregato, quare penuria frumenti in Ægypto accidit.

ΠΥΡΑΜΟΣ[7], ποταμὸς ἐν Μάλλῳ τῆς Κιλικίας. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λευκόσυρος.

C PYRAMUS, fluvius in Mallo Ciliciæ. Vocabatur verò prius *Leucoſyrus*.

ΠΥΡΑΝΘΟΣ, πόλις μικρὰ, ἢ κώμη Κρήτης πρὸς Γόρτυνα. Οἱ κάτοικοι, Πυράνθιοι.

PYRANTHUS, urbs parva, vel vicus Cretæ circa Gortynem. Incolæ, Pyranthii.

ΠΥΡΑΣΟΣ[8], πόλις Φθίας. Κέκληται δὲ ἀπὸ τοῦ πολὺν χώραν εἶναι πυροφόρον. Τὸ ἐθνικὸν Πυρασαῖος.

D PYRASUS, urbs Phthiæ. Sic vocata, quod regio ſit tritici ferax. Gentile, Pyraſæus.

ΠΥΡΓΗΣΣΑ[9], πολίχνιον Ἰταλίας. Ὁ πολίτης, Πυργησαῖος.

PYRGESSA, parva civitas Italiæ. Civis, Pyrgeſſæus.

PYR-

4 Πυξοῦς, πόλις Σικελίας, κλίσμα Μιάνθε] Pyxûs, urbis, urbs Siciliæ à Miantho condita. Duplex in hac ſectione eſt error, Pyxûs enim non fuit Siciliæ, ſed Lucaniæ in Italia urbs, nec à Miantho condita, ſed à Micytho Meſſanæ in Sicilia principe, utrumque teſtatur Strabo, cujus verba appoſuimus nota proxime præcedenti. Micythi quoque meminit Diod. Siculus lib. XI. Quare apud Stephanum pro πόλις Σικελίας, κλίσμα Μιάνθε legendum eſt, πόλις Ἰταλίας, κλίσμα Μικύθε, i. e. *urbs Italiæ, opus Micythi.* Latinis dicebatur *Buxentum.* Plin. lib. 3. c. 5. *Flumen Melphes. Oppidum Buxentum; Græce* Πυξοῦς. Fuiſſe Romanorum coloniam memoriæ prodidit Vellejus Paterculus lib. I. *Eodem temporum tractu, quamquam apud quoſdam ambigitur, Puteolos, Salernumque & Buxentum miſſi coloni.* Pyxûs verò Græcis dicitur à copia πύξου i. e. *buxi*, atque eadem de cauſa Latinis *Buxentum* nuncupata fuit. Diſcordant Scriptores de hodierno nomine, alii *Piſciota*, alii *Policaſtro* putant eſſe.

5 Πυραμίδες, ἐν Αἰγύπτῳ κλίσμα, &c.] Pyramides, in Ægypto opus. Sanè Ægypti pyramides fuere celeberrimæ, regum pecuniæ otioſa ac ſtulta oſtentatio. Plurimi antiquorum de eis ſcripſerunt, tamen non conſtat à quibus factæ fuerint, juſtiſſimo caſu obliteratis tantæ vanitatis auctoribus; aliqui ex illis prodiderunt in raphanos, allium & cæpas mille octingenta talenta erogata, auctore Plinio libro 36. c. 12. decem millia & quingenta ait noſter. De quibus conſulendi, Herodotus in Euterpe, Plin. libro capiteque modò dicto, Amm. Marcell. libro 22. Joannes Greaves Oxonienſis Academiæ profeſſor, Anaſtaſius Kirkerus & alii.

6 Ὠνομάσθησαν αἱ πυραμίδες, ἀπὸ τοῦ, &c.] Inquit pyramides nominatas ἀπὸ τοῦ πυρῶν, i. e. *à tritico*, quod illic congregavit rex, unde frumenti penuria in Ægypto. Etymologici auctor noſtri auctoris ſententiam confirmat: Πυραμίδες ἡ πάλιν λέγεται ὡρεῖα βασιλικὰ σιτοδόχα ἃ κατεσκεύασε Ἰωσήφ. i. e. *Pyramides rurſus dicuntur horrea regia ad frumentum recipiendum, quæ exſtruxit Joſephus.* Alii ſic dictas fuiſſe exiſtimant, quod ad ſpeciem τοῦ πυρὸς, id eſt, *ignis*, earum figura in conum extenuabatur, auctore Amm. Marcell. libro prædicto. Europæi viatores *granaria Joſephi* vocant. Ego autem non credo à Joſepho fuiſſe conſtructas.

7 Πύραμος, ποταμὸς ἐν Μάλλῳ τῆς Κιλικίας.] Pyramus, amnis in Mallo Ciliciæ; ſcilicet qui Mallum Ciliciæ urbem præterfluebat. Antea ut inquit noſter *Leucoſyrus* dicebatur; Pyramus autem dictus fuit, ἀπὸ τοῦ πολὺν πυρὸν σπείρειν τοῖς ἐν Κιλικίᾳ οἰκοῦσι. i. e. *quod multum tritici Ciliciæ incolis conferat.* Auctore Etymologici auctore. Navigabilis ex mediis Cataoniæ campis per Tauri anguſtias in Ciliciam effundebatur ac in fretum quod inter illam & Cyprum erat, præcipitabat, ut prodit Strabo lib. I. Memoratur Dionyſio Afro v. 866. Q. Curtio lib. 3. c. 4. Arrhiano lib. I. Hodie *Malmiſtra* dicitur, judice Nigro.

8 Πύρασος, πόλις Φθίας.] Pyraſus, urbs Phthiæ. Phthia autem erat pars quædam Theſſaliæ. Memoratur Smyrnæo vati II. 2. v. 695.

Οἱ δ' εἶχον φυλάκην, καὶ πύρρασον ἀνθεμόεντα
Δήμητρος τέμενος.

Qui autem habebant Phylacen, & Pyrrhaſum floridum Cereris nemus.

Ubi Euſtathius: Πύρασος ἡ, πόλις Φθίας καὶ τὸ ἐθνικὸ Πυράσιος. Κληθεῖσα ἤτοι ἀπὸ τοῦ πολὺν χώραν εἶναι πυροφόρον, ἤτοι σίτιον. Διὸ καὶ Δήμητρος αὐτοῦ τέμενος ἐκάλεσεν ὁ ποιητὴς, ὡς πολύκαρπον δηλαδὴ καὶ εὔκαρπον. Τοῖς δὲ πιστοῖς ἀγαθοῖς, ἡ Δήμητρ ἐπισπᾶν ἐλέγετο. i. e. *Pyraſus vero eſt urbs Phthiæ ſecundum ethnicographum* [ſic ſæpe vocat auctorem noſtrum] *vocata ſic, eo quod regio tritico, vel frumento abundaret. Idcirco &* Cereris nemus *eam vocavit Poeta, tamquam multos fructus ſcilicet & bonos ferret. Hujuſmodi enim bonis Ceres præſidere dicebatur.* Demetrium vocitatam fuiſſe tradit Strabo, cujus ſitum lib. 9. ita deſcribit: Τὸ δὲ Δημήτριον, Δήμητρος εἴρηκε τέμενος, καὶ ὠνόμασε Πύρασον. Ἦν δὲ πόλις εὐλίμενος ἡ Πύρασος εὖ δυοὶ σταδίοις, ἔχουσα Δήμητρος ἄλσος, καὶ ἱερὸν ἄγιον, διέχουσα Θηβῶν σταδίους εἴκοσι· ὑπέκειντο δὲ Πυράσῳ Θῆβαι. i. e. *Demetrium autem*, Cereris *dixit* lucum, *& vocavit* Pyraſum. *Erat urbs commodo portu prædita, à duobus ſtadiis habens* Cereris nemus, *& fanum ſanctum, diſtans Thebis ſtadia* XX. *Supra Pyraſum erant Thebæ.* Vide quæ in Δημήτριον.

9 Πύργησα, πολίχνιον Ἰταλίας.] Pyrgeſſa, oppidulum Italiæ. Neſcio ex quo auctore tamquam ex antiquitatis ſcrutis eruit noſter Pyrgeſſam Italiæ oppidum. Eſt procul dubio, quod Græcis dicitur Πύργοι, Latinis Pyrgi, cujus meminit Strabo lib. 5. Ἀπὸ δὲ Γραικίσκων εἰς Πύργους σταδίοι μικροὶ ἐλάττους τῶν ρπ'. Ἔτι δ' ἐπίνειον τῶν Καιρετανῶν ἀπὸν σταδίων. Ἔχει δὲ Ἑλληνίδας ἱερὸν, πλασμάτων ἵδρυμα πολλῶν πλέον ἠβυώμενον· ἐσύλησε δ' αὐτὸ Διονύσιος, ὁ τῶν Συρακουσίων τύραννος, καὶ τὰ πολλὰ τῶν ἐπὶ Κύρνον. Ἀπὸ δὲ τῶν Πύργων εἰς Ὄστια σταδ'. i. e. *A Graviſcis ad Pyrgos ſtadia ſunt paulo minus* CLXXX. *Eſt navale Cæretanorum à* L. *ſtadiis. Habet Lucinæ fanum, Pelaſgorum opus dives quondam. Spoliavit id Dionyſius Siculorum tyrannus, cum in Corſicam navigaret.* A *Pyrgis ad Oſtia ſtadia ſunt* CCLX. Opulentiſſimum oportet fuiſſe hoc Lucinæ templum, quandoquidem Dionyſius ex eo non minus CIO talentis abſtulit, teſte Diodoro Siculo lib. XV. Διονύσιος δὲ χρημάτων ἀπορούμενος ἐστράτευσεν ἐπὶ Τυρρηνίαν, ἔχων τριήρεις ἑξήκοντα· πεῖθόμενοι μὲν φέρων τὰ τῶν λιμένων κατέλυσεν, τὴν δ' ἀληθείας συλήσας ἱερὸν ἄγιον, γέμον μὲν ἀναθημάτων πολλῶν, καὶ διαφερόντων ἦν ἐπινείου πόλεως Ἀγύλλης Τυρρηνίδος. Τὸ δὲ ἐπίνειον ὠνομάζετο Πύργοι. Καταπλεύσας δὲ νυκτὸς, καὶ τῶν δυνάμεων ἐκβιβάσας, ἅμ' ἡμέρᾳ προσέπεσε τοῖς ἐπιβολῆς, Ὀλίγων δ' ὄντων ἐν τῷ χωρίῳ φυλάκων, βιασάμενος αὐτοὺς, ἐσύλησε τὸ ἱερόν. Καὶ συνήθροισεν ἐκ τούτου ἑλκτὸν πεντάντων χιλίων, &c. i. e. *Dionyſius autem pecuniæ inopia laborans, cum* LX. *triremibus in Etruriam expeditionem ſuſcepit. Prætextus*

ΠΥ'ΡΓΟΙ[10], πόλις Μεσσήνης. Τὸ ἐθνικὸν, Πυργίτης.

PYRGI, urbs Meſeniæ. Gentile, Pyrgitæ.

ΠΥΡΥ'ΝΗ[11], ὄρος Εὐρώπης. Καὶ Πυρηναία, πόλις Λοκρίδος.

PYRENE, mons Europæ. Et Pyrenæa, urbs Locridis.

ΠΥ'ΡΙΝΘΟΣ, πόλις Καρίας. Τὰ εἰς ος καὶ εἰς α, εἰς ους ἔχει τὸ ἐθνικόν.

PYRINTHUS, urbs Cariæ. Quæ in *os*, & in *a* deſinunt, in *eus* habent gentile.

ΠΥ'ΡΝΟΣ[12], ὡς Οὔρνος, πόλις Καρίας. Οἱ πολῖται, Πύρνιοι.

PYRNUS, ut Urnus, urbs Cariæ. Cives, Pyrnii.

ΠΥ'ΡΡΑ[13], πόλις ἐν Λέσβῳ. Ὁ πολίτης, Πυρραῖος. Ἔστι καὶ κώμη Λιγυστική.[14] Ἔστι καὶ νῆσος.

PYRRHA, urbs in Lesbo. Civis, Pyrrhæus. Eſt etiam vicus Liguriæ. Eſt etiam inſula.

ΠΥΡΩΝΑΙ'Α, πόλις Λοκρίδος, ἀπὸ Πύρωνος.

PYRONÆA, urbs Locridis, à Pyrone.

Λοκρῶν ἀγυιαὶ, καὶ Πυρωναῖαι νάπαι.

Locrorum viæ, & Pyronææ valles.

ΠΩ̃ΛΙΣ[15], καὶ Σήνος, πόλις ἐν νήσοις. Ὁ μὲν πολίτης, ὁ δὲ Σηνικός.

POLIS, & Senus, urbs in inſulis. [Gentile,] illius Polites, hujus, Senicus.

P. PA'-

R. RA-

erat, ut piratas everteret, ſed verior cauſa, ut fanum ſanctum, donariis multis refertum, ſitum in Agyllæ, urbis Tyrrhenidis navali. Quod navale nominabatur Pyrgi. Noctu appulſus, copiis expoſitis, prima luce impreſſionem fecit, voto potitus eſt. Nam cum pauci eſſent in oppido cuſtodes, his oppreſſis exſpoliat fanum. Et coacervavit non minus quam mille talenta, &c. Memoratur Andino vati Æneid. lib. 10.

Et Pyrgi veteres, intempeſteque Graviſcæ.

Ad quem locum ita Servius: *Hoc caſtellum nobiliſſimum fuit eo tempore, quo Tuſci piraticam exercuerunt. Nam illic metropolis fuit, quod poſtea expugnatum à Dionyſio tyranno Siciliæ dicitur, de quo Lucilius ſcorta Pyrgenſia.* Ejus quoque meminerunt Mela lib. 2. c. 4. Plin. lib. 3. c. 5. Olivarius ad Melæ locum modò dictum, putat eſſe, quæ nunc *Civita vieja*, alii aliter ſentiunt. De quo conſulesis Leandrum Albertum in Tuſcia, Cluv. Italiæ antiquæ lib. 2. c. 2.

10 Πύργοι, πόλις Μεσσήνης.] Pyrgi, orum, urbs Meſſeniæ. *Pyrgon* vocat Polybius lib. 4. & Tryphaliæ aſſignat. Tryphalia enim erat Meſſeniæ contigua, ut apparet ex ejuſdem auctoris libro prædicto: Ἥκει βοηθῶν εἰς τὴν Τρυφαλίαν· ἡ δὲ μία τεθειμένη τῆς τύχης ἀπὸ Τρυφάλου τοῦ τῆς Ἀρκαδίας παιδὸς· κεῖται δὲ Πελοποννήσου μὲν ἐπὶ θαλάσσαν, μεταξὺ δὲ Ἠλείων καὶ Μεσσηνίων χώρας. Τέτραπται δὲ εἰς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος, ἐγκάθηται δὲ Ἀχαΐας ὡς ἐπὶ χειμερινὰς δύσεις. Ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ πόλεις ταύτας, Σαμικὸν, Λέπρεον, Ὑπάναν, Τυπαναίαν, Πύργον, &c. i. e. *Venit auxiliaturus in Tryphaliam, quæ hoc vocamen ſortita eſt à Tryphalo Arcade. Sita eſt ad Peloponneſi mare, inter Eleorum & Meſſeniorum regionem, ſpectatque verſus Libycum pelagus, in extrema parte Achaiæ, tamquam ad hibernum occaſum. Habet in ipſa urbes has, Samicum, Lepreum, Hypanam, Typanæam, Pyrgum, &c. Eleorum caſtellum* vocat Liv. lib. 27. c. 34. *Poſtero die omnes copias ad propinquum Eleorum caſtellum,* (Pyrgum *vocant*) *duxit: quò agreſtium multitudinem cum pecoribus metu populationum compulſam audierat. Eam inconditam inermemque multitudinem primo ſtatim terrore adveniens cepit; compenſaveratque ea præda, quod ignominiæ ad Elim acceptum fuerat.* Eadem erat urbs quamvis noſter Meſſeniæ, Polybius Tryphaliæ, Livius Elidi adſcribit; hæ enim regiones erant finitimæ, ut ex loco Polybii apparet.

11 Πυρήνη, ὄρος Εὐρώπης.] Lege Πυρλήνη, Pyrene, mons Europæ. Latinis *Pyrenæus mons*, ſeu plurativo num. *Pyrenæi montes*, qui Hiſpaniam à Gallia dirimunt, Hiſpanis *los montes Pyreneos*, Gallis *les monts Pyrenées* vocitantur. Extenduntur à Portu Veneris, portu Galliæ Narbonenſis, vulgò *Port Vendres* in ora maris mediterranei, uſque ad Fanum S. Sebaſtiani, portum in ora Oceani Cantabrici in Hiſpania, quod Hiſpani dicunt *S. Sebaſtian.* Varia pro locorum ratione ſortitur nomina. Ac quia inter illa duo maria jacet, *bimaris* vocatur ab Auſonio Epiſt. ad Paulinum XXIV.

Occidui me ripa Tagi, me Punica lædit
Barcino, me bimaris juga ninguida Pyrenæi.

Ab eo aliquot præcipitant amnes, de quibus egregii ſunt Garumna, & Sicoris, ille per Galliam juxta Burdigaliam in Oceanum, hic per Cataloniam in Iberum fluvium aquas exonerat, ille vulgo Gallis *la Garonne*, hic Hiſpanis *el Segre* appellatur, priorem celebrat Tib. lib. 1. Eleg. 7.

Teſtis Arar, Rhodanuſque celer, magnuſque Garumna.

Poſteriorem Lucanus lib. 4.

— *Placidis prælabitur undis*
Heſperios inter Sicoris non ultimus amnes.
Saxeus ingenti, quem pons amplēlitur arcu
Hibernas paſſurus aquas.

De ejus nominis etymo non convenit inter auctores, alii à Pyrene Bebrycis regis filia, quam fabulam rejicit Plin. lib. 3. c. 1. alii ἀπὸ τοῦ πυρὸς, i. e. *ab igne*, ſcilicet, quod incenſus aliquando fuerit, nomen habere dicunt, Bochartus à lingua Phœnicum id deducit Geographiæ ſacræ parte 2. c. 35. ex illius incendio argenti rivos fluxiſſe, quod vili pretio ab accolis comparabant Phœnices, dicebant, cujus conflagrationis meminere Ariſtoteles de Mirabilibus, & Joan. Mariana de Rebus Hiſpaniæ lib. 1. c. 14. cujus placet huc conferre verba: *Pyrenæi montes, quibus hæ urbes vicinæ ſunt, per hoc tempus omni ex parte conflagraſſe memorantur, de cælo tacti, an à paſtoribus incendio per imprudentiam excitato, forte etiam de induſtria arboribus dumiſque combuſtis campos pandere, idonea culturæ & habitationi reddere rura propoſitum erat. Ex ea re* Pyrenæi *vocari* ij montes *cæperunt à Græcis hominibus, quorum lingua*, Pyr, ignem, *ſignificat. Alii malunt ab igne cæleſti eam appellationem conflatam, quo ſæpe tanguntur ob ſublimitatem. Nam quod de Pyrene quidam fingunt ab Hercule adamata, atque iis in locis defuncta, aut à Pyrrho Rege quondam Hiſpano affirmant* Pyrenæorum *vocem fluxiſſe, à ſanioribus tamquam fabuloſum repudiatur. Omnino ejus incendii vi, auri & argenti venæ, &c.*

12 Πύρνος, ὡς Οὔρνος, πόλις Καρίας.] Pyrnos à Plinio lib. 5. c. 28. memoratur, at Urnos à nemine.

13 Πύρρα, πόλις ἐν Λέσβῳ.] Pyrrha, urbs in Lesbo. Quinque fuere urbes Lesbi inſulæ celebres, Methymna, Antiſſa, Ereſſus, Pyrrha cum portu, Mitylene binis prædita portubus auctore Scylace in Λέσβῳ. Sita autem fuit Pyrrha in occiduo Lesbi latere centum à Malia ſtadiis diſtans, ut prodit Strabo lib. 13. Ὑφεῖται δ' ἡ Πύρρα ἐν τῷ ἐπὶ ἑσπερίαν πλοῦν τῆς Λέσβου, διέχουσα τῆς Μαλίας ἑκατόν. i. e. *Sita eſt Pyrrha in occiduo Lesbi latere, diſtans à Malia centum ſtadiis.* Ac paulò infrà: Ἡ δὲ Πύρρα κεῖται κατὰ τὸ ἑσπέριον αἰγιαλὸν, καὶ ἔχει λιμένα, ὅθεν εἰς Μιτυλήνην ὑπέρθασις σταδίων ὀγδοήκοντα. i. e. *Pyrrha autem verſa eſt. Suburbium habitatur, & habet portum, unde Mitylenen tranſitus eſt ſtadiorum* XX c. Memoratur diverſis locis Thucydidi, è noſtris Melæ lib. 2. c. 7.

14 Ἔστι καὶ νῆσος.] Eſt & inſula. Pyrrha inſula ubinam fuerit, omittit dicere, id nos docet Strabo, qui eam locat in Theſſalia lib. 9. Εἶτα ἄκρα Πύρρα, καὶ δύο νησίδια πλησίον, ὧν τὸ μὲν, Πύρρα, τὸ δὲ Δεσπαλίων καλεῖται. i. e. *Sequitur Pyrrha promontorium, & duæ exiguæ inſulæ, quarum una* Pyrrha, *altera* Deucalion *vocatur.*

15 Πῶλις, καὶ Σῆνος, πόλις ἐν νήσοις.] Suſpecto mendam in hac ſectione, ſed ei medicas manus adhibere non audeo; mentem verò auctoris noſtri puto fuiſſe, Polin & Senum eſſe Ægypti urbes, quarum gentile dicebatur Polites & Senicus, quia ipſe ſuo loco memorat Senum, urbem Ægypti, & ejus gentile, *Senicus.* Pro πόλις ἐν νήσοις legendum puto, πόλις καὶ νῆσος. i. e. *urbs & inſula.*

1 Pa-

P. R.

Ῥ Α Β Α, πόλις πρὸς τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ῥαβαῖος, ὡς Βάββα Βαββαῖος. A

ΡΑΒΑΘΩΜΑ[1] πόλις τρίτης Παλαιστίνης, ἡ νῦν Ἀρεόπολις. Ὁ πολίτης, Ῥαβαθμωμλιώς. B

ΡΑΒΒΑΤΑΜΜΑΝΑ[2], πόλις τῆς ὀρεινῆς Ἀραβίας. Λέγεται ἢ ἑτέρως. Τὸ ἐθνικὸν Ῥαββαταμμλιώς. C

ΡΑΒΕΝΝΑ[3], πόλις Ἰταλίας. Ἑρμιππος ὁ Βηρύτιος Ῥέννναν αὐτὴν καλεῖ. Διονύσιος δ' ἐν ἐκκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας, καὶ πληθυντικῶς, καὶ Δι' Ε η, καὶ D

RABA, urbs juxtà Ionium ſinum. Gentile, Rabæus, ut Babba, Babbæus.

RABATHMOMA, urbs tertiæ Palæſtinæ, quæ nunc *Areopolis*. Civis, Rabathmomenus.

RABBATAMMANA, urbs Arabiæ montanæ. Dicitur neut. gen. Gentile, Rabbatammenus.

RABENNA, urbs Italiæ. Hermippus Berytius *Ruennam* eam vocat. Dionyſius verò lib. 16. Romanæ antiquitatis, & plur. num. & per *eta*, & per unum *n* ſcribit. *Uterque obviam iere*

1 Ῥαβάθμωμα, πόλις τρίτης Παλαιστίνης, &c.] Rhabathmoma, urbs tertiæ Palæſtinæ, quæ nunc *Areopolis*. Pro Ῥαβάθμωμα, puto legendum Ῥαβάθμωβα. Quæ, ut ait noſter, *Areopolis* dicitur. Tertia Palæſtina auctori noſtro vocatur Arabia Petræa, ut alibi annotavimus, quam in dictione ſequenti *Arabiam montanam* appellat. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 17. cui inter Arabiæ Petrææ oppida locatur. Rhabathmoba verò videtur nomen deflexum ex Hebræo רבת מואב *Rhabathmoab*, i. e. *magna urbs Moabiæ*; ejus nomen erat עיר מואב *Armoab*, ut apparet ex libro Numerorum c. 21. v. 28. unde Græcis factum eſt *Areopolis*, de qua nihil fatu dignum inveniebam.

2 Ῥαββαταμμανα, πόλις τῆς ὀρεινῆς Ἀραβίας.] Rhabbatammana, urbs montanæ Arabiæ, neut. plur. Memoratur Polybio lib. 5. cui *Rhabatamana* dicitur. Nomen ſine dubio corruptum ex Hebræo רבת עמון *Rhabat ammon*, i. e. *magna urbs Ammonitarum*, quæ Deuternom. c. 3. v. 11. vocatur רבת בני עמון *Rabat bene Ammon*, i. e. *magna urbs filiorum Ammon*. Fuit metropolis Ammonitarum, in qua erat Ogæ gigantis lectus ferreus, quatuor cubitorum latitudine, ut elucet ex Deuteronomii capite verſuque citato. Exiſtimo eſſe, quæ Joſepho Antiquit. lib. 4. c. 5. *Rhabatha* dicitur. Juſtus Hebræus in ſua terræ Sanctæ charta inquit ejus conditores fuiſſe filios Lothi; ſed fallitur. *Ar* enim, id eſt, *Areopolis*, non *Rhabatha* data eſt in hæreditatem filiis Lothi, ut patet ex Deuteronomii cap. 2. v. 9. In hujus urbis obſidio occiſus fuit Urias maritus Bathſebæ matris Selomonis, juſſu Davidis, Reg. lib. 2. c. 11. v. 17. quæ *Philadelphia* quoque, & *Ammana*, & *Aſtarte* vocata fuit, ut tradit auctor noſter in Φιλαδέλφεια, etſi inibi Syriæ adſcribit.

3 Ῥάβεννα, πόλις Ἰταλίας.] Ravenna, urbs Italiæ antiquiſſima, & urbium illius regionis in paludibus ſitarum maxima, tota ligneis conſtabat ædificiis, aquis erat perfluа, idcirco pontibus & lembis viæ expediebantur; non exiguam maris portionem æſtus affluxu recipiebat, à quo & à fluviis cœnoſa omnia cùm eluerentur aëris vitio fiebat medicina. Quare locus adeò ſalubris erat, ut ibi gladiatores ali atque exerceri juſſerint principes, auctore Strabone libro 5. Ἐν ᾗ τῆς ἐλέσι μεγίστη μοῖρα Ῥάβεννα, ξυλοπαγὴς ὅλη καὶ διῴρυχι, γεφύραις καὶ πορθμίοις ὁδευομένη. Δέχεται δ' ἐ μικρὸν τ' θαλάττης μέρ ὃν ταῖς πλημμυρίσιν, ὥστε καὶ ὑπὸ τέτων καὶ ὑπὸ πολεμίων εἰσκλυζόμενον τὸ βορβορῶδες πάν, ἰᾶται τὴν δυσαερίαν. Οὕτως γὰν ὑγιεινὴν ἐξεύρηται τὸ χωρίον, ὥστε ἐνταῦθα τὰς μονομάχας τρέφειν καὶ γυμνάζειν ἀπέδειξαν οἱ ἡγεμόνες. i. e. *In paludibus maxima eſt Ravenna, tota ligneis conſtans ædificiis, aquis perflua: quare pontibus & lembis viæ expediuntur. Non modicam maris partem æſtus affluxu recipit, adeo ut ab his & à flumminibus omne cœnoſum cum eluatur, medicetur aëris-vitium. Unde locus adeò ſalubris factus eſt, ut ibi gladiatores ali exercerique juſſerint principes* [Romani.] Idem auctor libro citato de ejus conditoribus ita loquitur: Καὶ ἡ Ῥάβεννα, Θετταλῶν λέγεται κτίσμα. Οὐ φέροντες δὲ τὰς Τυρρηνῶν ὕβρεις, ἐδέξαντο ἐκόντες τὸ Ὀμβρικῶν τινας, οἱ καὶ νῦν ἔχουσι τὴν πόλιν· αὐτοὶ δ' ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. i. e. *Et Rhavenna Theſſalorum dicitur optus, qui cum Tyrrhenorum injurias non ferrent, admiſerunt ſponte ſua Umbrorum quoſdam, qui etiamnum tenent urbem; ipſi verò domum reverterunt.* Adjacet mari Adriatico inter duos amnes ſita, ambos facili vado, uni Runco nomen, Montoni alteri, alvei ita ſunt propinqui, ut urbis mœnia ſtringant, ad lævam Manto, Roncus ad dexteram præterfluit, ut memoriæ commendat Joan. Mariana de Rebus Hiſpaniæ lib. xxx. cap. ix. Antiquitus fuit ſedes Theodorici Oſtogottorum regis, qui eam plurimis ædificiis, ac ſumptuoſiſſimis templis condecoravit. Oſtrogotti per CXXII. annos ejus imperio potiti, tandem à Narſete Juſtiniani Imperatoris duce devicti imperium amiſerunt, atque eorum loco Exarchi, magiſtratus genus, quos Imperatores Conſtantinopolitani mittebant, ſucceſſerunt, de quorum Exarchatu ſcripſit libros ſeptem Joan. Petrus Ferrettus hujus urbis-filius. Ac ſedem inibi quoque per CLXXV. annos uſque ad Leonem Imperatorem hujus nominis tertium habuere. Longobardi poſtea eam ceperunt, ac deinde varia fortuna, jam ſuis ducibus, jam Venetis, jam Summo Pontifici, cui nunc paret, obediebat, cenſore Leandro Alberto in ſua Romanula. Urbs pernota, notior facta fuit victoriâ Gallorum adverſus Hiſpanos, quæ accidit apud eam anno CIↃIↃXII. in qua capti Piſcarius & Petrus Navarrus Hiſpanorum celeberrimi duces; ſed carò ſtetit Gallis victoria. Namurius eorum dux ibi cæſus, auctore Mariana libro capiteque ſupra citato. Gaudet Ravenna Archiepiſcopali ſede, ac gloriatur inter alios, alumnis Aurelio Caſſiodoro, Gnidone Hiſtorico, Joan. XVII. Summo Pontifice, & Deſiderio Spreto non ſpernendæ eruditionis viro, qui de amplitudine, vaſtatione, atque inſtauratione ejus ſcripſit, quem conſules ſi plura hac de urbe ſcire deſideras; nobis pro deſtinati noſtri ratione hæc ſatis, viſa ſunt. manu enim non toto calatho ferere oportet.

καὶ δι' ἑνὸς ν. [4] Ἀμφότεροι ἀπλώτησαν Φλα- A
μίῳ περὶ τὸ καλούμενον Ῥαβλιών. Τὸ ἐθνι-
κὸν, Ῥαβεννάτης, παρ' Ἰταλοῖς· Ῥαβεννή-
σιος.

iere Flamio circa Rabenum. Gentile, Rabennates, apud Italos. Rabennesius.

Ῥάγα [5], πόλις ἐν Μηδίᾳ. [6] Τὸ ἐθνικὸν, τὸ μὲν Ῥάγος Ῥάγιος, τὸ δὲ Ῥάγας Ῥαγλιώτης, B
ὡς Καρρλιώτης· Ἐκλιζωθὴν ὑπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος. Ἐκαλεῖτο δὲ Εὐρωπός. Μεταμε-
μάθη δὲ καὶ Ἀρσάκη, ἀπὸ Ἀρσάκου βασιλέως Περσῶν. Ἔστι νῆσος Λυκίας Ῥάξ, ἀλλὰ ταύ-
της μὲν τὸ ἐθνικὸν Ῥάγιος· τῆς δὲ πόλεως, G
Ῥαγλιώτης.

RAGA, urbs in Media. Gentile, *a* Rax, gis, Ragius. A Raga, Ragenus, ut Carrenus. Condita à Seleuco Nicatore. Vocabatur verò *Europus*. Postea verò *Arsace*, ab Arsace rege Persarum. Est insula Lyciæ Rax, sed hujus gentile, Ragius, urbis verò Ragenus.

Ῥαδανουσία [7], πόλις Μασσαλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥαδανουσιεύς.

RADANUSIA, urbs Massiliæ. Gentile, Radanusieus.

Ῥαία, πόλις μεταξὺ Σκυθίας καὶ Ὑρκανίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥαιαῖος. D

RÆA, urbs inter Scythiam & Hyrcaniam. Gentile, Ræus.

Ῥαῖτοι [8], Τυρρηνικὸν ἔθνος.

RHÆTI, populi Tyrrhenici.

Ῥάκηλος, πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥακήλιος.

RHACELUS, urbs Macedoniæ. Gentile, Rhacelius.

Ῥακῶτης [9], ὅτως ἡ Ἀλεξάνδρεια πρότερον ἐκαλεῖτο. Ὁ οἰκήτωρ, Ῥακω- E
κώλιτης.

RHACOTES, sic *Alexandria* prius vocabatur. Incola, Rhacotites.

Ῥαμ- Rham-

4 Ἀμφότεροι ἀπλώτησαν Φλαμίῳ περὶ τὸ καλούμενον Ῥαβλιών.] Cum in præcedentibus dixisset, Dionysium usurpasse nomen Rhabennæ plur. num. &c. nunc in hujus rei testimonium adducit illius ex lib. 16. verba, in quibus pro περὶ τὸ καλούμενον Ῥαβλιὼν legendum περὶ τοὺς καλουμένους Ῥάβλους, aliter pro πληθυντικῶς legendum δοτικῶς, in Dionysii quoque verbis pro Φλαμίῳ puto legendum Φλαμινίῳ. Hoc enim est nomen Romanum, illud non novi. Si Dionysii lib. 16. extaret illas nebulas facile discuteret. In hac eadem sectione pro Ῥάεννον legendum reor Ῥαύεννον. Sic enim scribitur apud Strab. lib. 5. nota præcedenti citato.

5 Ῥάγα, πόλις ἐν Μηδίᾳ.] Rhaga, fœm. vel neut. plur. urbs in Media. Conditam à Seleuco Nicatore, & ab eo *Europum*, ac mutato nomine *Arsacem* appellatam tradit noster auctor; quæ ex Strabonis fonte hausit. Sic enim ille lib. 11. Εἰσὶ δὲ καὶ Ἑλληνίδες πόλεις κτίσματα τῶν Μακεδόνων ἐν τῇ Μηδίᾳ, ὧν Λαοδίκειά τε, καὶ Ἀπάμεια καὶ ἡ πρὸς Ῥαγαῖς καὶ αὐτὴ Ῥάγεια, τὸ δὲ Νικάτορος κτίσμα· ὃ ἐκεῖνοι μὲν Εὐρωπὸν ὠνόμασε, Πάρθοι δὲ Ἀρσακίαν, νομίσαντες ἴσον Καασπίων πυλῶν πεζοπορίοις πεντακοσίοις, ὡς φησὶν Ἀπολλόδωρος. i.e. *Sunt & Græcæ urbes in Media, à Macedonibus conditæ, in quibus Laodicea, & Apamia, & apud Rhagas, & eadem Rhagea à Nicatore condita, quam ipse* Europum *nominavit, Parthi verò* Arsaciam, *quæ Caspiis portis australior est quingentis stadiis, ut ait Apollodorus.* Quare apud Stephanum pro Ἀρσάκη legendum ex Strabone Ἀρσακία. At apud Ptolemæum lib. 6. c. 2. Arsacia, & Europus sunt diversæ in Media urbes.

6 Τὸ ἐθνικὸν τὸ μὲν Ῥαγὸς, Ῥάγιος.] Hæc verba extra suum locum occupant locum, ut mihi videtur. In hujus enim sectionis pede dicitur Rhax Lyciæ insula, cujus gentile, Rhagius, & urbis Rhagarum, Rhagenus, quare Aristarchi obelo confodienda puto.

7 Ῥαδανουσία, πόλις Μασσαλίας.] Rhadanusia, quæ infra dicitur Rhodanusia, urbs Massiliæ. Hanc Rhodanum præterfluere auctorem habeo Marcianum Heracleotam:

——— Μετ' ἂς ἐλθόντες εἰς Γενέλαν
Οἱ Μασσαλίαν κλῖσιν ἔχει Φωκιεῖς
Ἀγάθην, Ῥοδανουσιάδα, Ῥοδανὸς ὃν μέγας
Ποταμὸς παραῤῥεῖ.

——— *Post quos venientes in Iberiam*
Qui Massiliam condentes habebant Phocienses
Agathen, Rhodanusiamque, Rhodanus quam magnus
Amnis præterfluit.

Nonnulli inter quos Sidonius Apollinaris lib. 1. Epistola v. putant fuisse eamdem, quæ nunc Lugdunum.

8 Ῥαῖτοι, Τυρρηνικὸν ἔθνος.] Rhæti, Tyrrhenica gens. Hi à Gallis pulsi Alpeis occupavere, ac ex nomine ducis Rhætorum gentem condiderunt, auctore Justino lib. xx. cap. v. *His autem Gallis causa in Italiam veniendi, sedesque novas quærendi, intestina discordia, & assiduæ domi dissensiones fuere: quarum tædio, cum in Italiam venissent, sedibus Tuscos expulerunt; & Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Vergamum, Tridentum, Vicentiam condiderunt. Tusci quoque, duce Rhæto, avitis sedibus amissis, Alpes occupavere; & ex nomine ducis gentes Rhætorum condiderunt.* Quorum situm videsis apud Ptolemæum lib. 2. c. 12. Eorum regio *Rhetia* dicitur, quam in duas partes dividit, scilicet in superiorem & in inferiorem, superior appellatur totus ille tractus, qui ab Helvetiorum finibus initio sumpto, quandam Galliæ Cisalpinæ partem ad Larium usque lacum occupat, cujus tractus incolæ vulgò *Grisones* vocitantur. Inferior à Lyco fluvio, qui in Danubium præcipitatur & hanc à superiore disterminat, sumit principium, & ad Henum usque flumen porrigitur; qui Rhetiæ & Norici terminus est. Hanc hodie incolunt Boiarii. A Rhetis *Alpes Rheticæ* appellantur, quæ Italis vulgo *Monte Braulio*. Antiquitus commendabantur Rhetica vina, quibus Augustum maximè delectatum fuisse tradit Suetonius in Augusto c. 77. ideo *Rhetica vitis* celebratur Virgilio Georgic. lib. 2. v. 95.

——— *Et quo te carmine dicam*
Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis.

Ubi Serv. *Hanc uvam Cato præcipue laudat, in libris, quos scripsit ad filium, contrà Catullus eam vituperat, & dicit nulli rei aptam esse, miraturque cur eam laudaverit Cato.* Plin. lib. 14. c. 6. Catonis & Virgilii sententiam confirmare videtur: *In Veronensi etiam Rhetica Falernis tantum posthabita Virgilio.* Tota horum regio montibus horret, ideò aspera est & sterilis, gens bello fortis, & superba, quorum amicitiam potentes ambiunt, quare non infaceto lepore quidam legatus Gallorum regis fertur dixisse, *se nihil præter superbiæ montes & miseriæ valles apud eos vidisse.*

9 Ῥακῶτης, ὅτως ἡ Ἀλεξάνδρεια.] Lege Ῥακῶτις ex nostro auctore in Ἀλεξάνδρεια. Tacitus Histor. lib. 4. prope calcem dicit esse in Alexandria locum quemdam: *Mirum inde dictu, tertio die tantum maris emensi, Alexandriam appelluntur. Templum pro magnitudine urbis exstructum, loco cui nomen* Rhacotis. *Fuerat illic sacellum, & Serapidi atque Isidi antiquitus sacratum.*

10 Ῥαμ-

Ῥ Α Μ Ν Ο Υ Ν Σ [10], δῆμος τῆς Αἰαντίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Ῥαμνέσιος, καὶ Ῥαμνουσία, καὶ Ῥαμνούσιος. Τὰ τοπικὰ, Ῥαμνοῦθεν, Ῥαμνοῦσδε, καὶ Ῥαμνοῦντα. A

RHAMNUS, populus Æantidis tribus. Popularis, Rhamnusius, & Rhamnusia, & Rhamnusis. Localia, ex-Rhamnunte, ad-Rhamnuntem, in-Rhamnunte.

Ῥ Α Π Τ Α Ι [11], μητρόπολις τῆς ἐν τῇς Αἰθιόπων. Οἱ οἰκήτορες, Ῥάπτιοι. [12] Καὶ Ῥάπτρα, ἄκρα καὶ ποταμός. Ἔστι δὲ καὶ Μητρόπολις τῆς Βαρβαρίας, [13] τὰ Ῥάπτρα καὶ αὐτὴ καλουμένη. B

RHAPTÆ, Metropolis urbium Æthiopum. Incolæ, Rhapsii. Et Rhaptra, portus, & Rhaptus fluvius. Est etiam Metropolis Barbariæ, *Rhaptra* quoque vocata.

Ῥ Α Π Ε Ν Τ Ο Σ, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥαπεντῖνος. C

RHAPENTUS, urbs Italiæ. Gentile, Rhapentinus.

Ῥ Α Ρ Ι Ο Ν [14], πεδίον ἐν Ἐλευσῖνι· καὶ Ῥαρία γῆ. Καὶ Ῥαριὰς ἡ Δημήτηρ.

RHARIUM, campus in Eleusine. Et Raria terra. Et Rarias Ceres.

Ῥ Α Υ Κ Ο Σ [15], πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς Κρήτης. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥαυκῖος, καὶ Ῥαυκία.

RHAUCUS, urbs in mediterranea parte Cretæ. Gentile, Rhaucius, & Rhaucia.

Ῥ Α Φ Α Ν Ε Α Ι [16], πολίχνιον Συρίας. Οἱ πολῖται, Ῥαφανεώτης. Τῶν εἰς ωτης ἐθνικῶν τὰ πολλὰ τὸ ι πρὸ τοῦ ω ἔχει· Πηλιώτης, Φθιώτης. Σπάνια δὲ τὸ ε, καὶ σχεδὸν ἀπὸ τοῦ ει συγκλείσας· Ἡρακλεώτης, ἔτω καὶ Ῥαφανεώτης. D E

RHAPHANEÆ, parva civitas Syriæ. Civis, Rhaphaneotes. Plurima gentilium, quæ in *otes* desinunt, *i* ante *o* mega habent. Ut Peliotes, Phthiotes. Rara quæ *e*, ac ferè *a* diphthongo *ει* correpta sunt. Ut Heracleotes, sic etiam Rhaphaneotes.

Ῥ Α Φ Ε Ι Α [17], πόλις Συρίας. Ὁ πολίτης,

RHAPHEA, urbs Syriæ. Civis, Rhaphiotes.

10 Ῥαμνῦς, δήμου τῆς Αἰαντίδος φυλῆς.] Rhamnûs, untis, populus Æantidis tribus. Hóc in oppido erat Nemesis simulachrum, Phidiæ opus, quam Rhamnusii maximè colebant, ut testantur Pausan. lib. 1. Hesych. in Ῥαμνῦς. Alii Agoracrito, alii Diodoto illud Deæ signum tribuebant, ut apparet ex Strabonis lib. 9. Illius auxilio credidere Græci, Persas ad Marathonem à Miltiade Atheniensi internecione deletos fuisse, non exspectatis Lacedæmoniis, ob plenilunii observationem, adventum differentibus. Persæ trophæi erigendi causa Parium marmor secum attulerant, ex quo Deæ simulachrum Phidiam fecisse refert Pausanias libro prædicto. Cum crederent hanc Deam maximè omnium numinum implacabilem sè præbere insolentibus hominibus, meritò ei patrem Oceanum dedere, reliqui enim Dii non fingebantur adeò ἀπαραίτητοι hominibus, ac Oceanus. Digna igitur tali patre erat *Nemesis*, quæ Poëtis veluti per antonomasiam ab hoc populo ubi maximoperè colebatur, *Rhamnusia* vocatur, Ovid. Trist. lib. 5. Eleg. 8.

Exiget ab dignas ultrix Rhamnusia pœnas!
Impositò calcas, quid mea fata, pede?
Vidi ego navifragum, qui rierat, æquore mergi
Et numquam, dixi, justior unda fuit.

Claud. de Victor. Stiliconis:

Sed Dea, quæ nimis obstat Rhamnusia votis.

Huic populo debet suos natales Antiphon rhetor, ex quo parœmia dimanavit, ut *Rhamnusius* diceretur de sapientibus eloquentibusque viris, auctore Suida in Ῥαμνουσίου. Ejus situm sic describit Pausan. in Atticis: Μαραθῶνι δὲ σταδίους μάλιστα ἑξήκοντα ἀπέχει Ῥαμνοῦς τῇδε θαλάσσαν ἰδοῦσι πρὸς Εὔριπον· καὶ οἱ μὲν εἴκοσιν ἐπὶ θαλάσσῃ τοῖς ἀνθρώποις εἰσὶ, μικρὸν δὲ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω, Νεμέσεως ἐστὶν ἱερόν. i. e. *A Marathone stadia* LX *Oropum versus per litus progressis Rhamnûs occurrit. Ubi hab tationes ad mare hominibus sunt, paulo vero supra à mari, Nemesis est fanum.* Populo nomen inditum ἀπὸ τῆς ἐκεῖ ῥαμνου, i. e. *a rhamnis* illic nascentibus inquit Eustath. ad Dionysii v. 456.

11 Ῥάπτης, μητρόπολις τῆς ἐν τῇς Αἰθιόπων.] Celebrat in hac sectione auctor noster duas Rhaptas metropoleis, unam Æthiopiæ, alteram Barbariæ, necnon *Rhapta* neut. plur. portum, & Rhaptum fluvium. Juxta meam sententiam ex una eâdemque civitate fecit duas & portum. Namque Cosmographus, cui in hujusmodi rebus fidere potius, quam Stephano debemus, unam tantum agnoscit urbem Barbariæ metropolim, quam lib. 4. c. 7. inter Rhapti fluvii ostia & Rhaptum promontorium locat; Æthiopia verò, quæ sub Ægypto à meridie usque ad Rhaptum promontorium extendebatur, ut elucet ex ejusdem libro capiteque modò citato. His adde, quod Arrhianus in Periplo maris Erythræi Rhapta tantum neut. plur. Azaniæ emporium memorat. Azania verò & Barbaria erant regiones collimitatæ, ac sicut Æthiopia, quæ sub Ægypto pertingebat usque ad Rhaptum promontorium, ita Barbaria, ut videre est ex eodem Ptolemæi libro citato cap. 8. Ἡ δὲ ὑπόδυσις μέχρι τῆς Ῥαπτῆς ἀκρωτηρίου παραλίου πᾶσα, Βαρβαρία μὲν ἡ παράλιος. Ἀζανία δὲ ἡ ὑπόδυτερον, ἐν ᾗ πόλεις ἐλέφαντες. i. e. *Hinc usque ad Rhaptum promontorium maritima omnis* Barbaria. *Azania verò interius, in qua complures Elephantes.* Rhaptum autem promontorium esse Quiloæ vicinum auctor est inter alios Isaacus Vossius in suis eruditis ad Melam observationibus lib. 3. c. 9.

12 Καὶ Ῥάπτρα ὅρμος.] Lege καὶ Ῥάπτα ὅρμος ex Ptolemæo & Arrhiano locis nota proximè præcedenti citatis.

13 Τὰ Ῥάπτρα.] Lege Ῥάπτα ex eisdem auctoribus proximè citatis.

14 Ῥάριον, πεδίον ἐν Ἐλευσῖνι.] Rharium, campus in Eleusine. A quo denominabatur *Rharia terra*, & *Rharias Ceres*; illuc primùm frugum semina jacta fuisse credebant Athenienses, in cujus rei memoriam hordeum ex eodem solo demessum in sacris ad molas & liba adhibebant, auctore Pausania in Atticis; apud quem Ῥάριον scribitur, non Ῥάριον ut est apud nostrum.

15 Ῥαῦκος, πόλις, &c.] Rhaucus, urbs in mediterraneis Cretæ, cujus oppidani Rhaucii. Horum meminit in suo Thesauro Goltzius ex nummo quodam.

16 Ῥαφανέαι, πολίχνιον Συρίας.] Rhaphaneæ, arum, Syriæ urbs. Memoratur inter alios Ptolemæo lib. 5. c. 15. in Cassiotide Syriæ regione. *Rhaphana* dicitur Plinio lib. 5. c. 18. quam in Decapolitana ejusdem Syriæ regione locat.

17 Ῥάφεια, πόλις Συρίας.] Rhaphia, urbs Syriæ. Judææ adscribit Ptolemæus lib. 5. c. 16. inter urbes ab occasu Jordanis, ut & Josephus Antiquit. lib. 13. c. 21. Liv. lib. 35. c. 13. in Phœnice locat: *Antiochus rex ea hyeme Rhaphiæ in Phœnice (Ptolemæo regi Ægypti filia in matrimonium data) cùm Antiochiam se recepisset, per Ciliciam Tauro monte superato, extremo jam hyemis Ephesum pervenit.* Non longè à Gaza distabat, juxta eam Ptolemæus IV cum Antiocho magno depugnavit, auctore Strabone lib. 16. Plinio lib. 5. c. 13. dicitur *Rhaphea*. Latini enim, ut sæpe sæpius annotavimus, nomina Græca in *εια*, utroque modo pro libitu scribunt.

της, Ῥαφιώτης· Ἐκλήθη ἢ ἀπὸ τ ἱστορίας, τ φεὶ τ Διόνυσον.

phiotes. Sic verò vocata fuit ab hiſtoria Dionyſi.

Ῥ Ε Α Τ Ι Ο Ν [18], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Ῥεᾶτινὸς, ὡς ἔ Ῥήγιον Ῥηγῖνός.

RHEATIUM, urbs Italiæ. Gentile, Rheatinus, ut Rhegium Rhegius.

Ῥ Ε Μ Ο Υ Ρ Ι Α [19], πόλις πλησίον Ῥώμης. Τὸ ἐθνικὸν Ῥεμυρλάτης, ᾗ Ῥεμυρλανὸς.

RHEMURIA, urbs prope Romam. Gentile, Rhemuriates, & Rhemurianus.

Ῥ Ε Σ Α Λ Α, πόλις Ὀμβρικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥεσαλλιὸς, τῷ τ χώρας ἔθϕ.

RHESALA, urbs Umbrorum. Gentile, Rheſalenus, regionis conſuetudine.

Ῥ Ε Σ Ι Ν Α [20], πόλις φεὶ τ Ἄβορον ποταμόν. Καὶ ἡ μὲν ὡς Αἴγινα τονηθείη, τὸ ἐθνικὸν Ῥεσινάτης· [21] Εἰ ἢ ὡς Τέρινα, Ῥεσιναῖος· Ῥεσινάτης ἢ ἄμεινον.

RHESINA, urbs circa Aborum fluvium. Ac ſi ut Ægina accentum habuerit, gentile, erit Rheſinates. Quodſi, ut Terina, Rheſinæus. Rheſinates verò melius.

Ῥ Η Β Α Σ [22], ποταμὸς φὸς τῷ Πόντῳ. Ἔστι καὶ χώρα, ἧς τὸ ἐθνικὸν Ῥηβαῖοι.

RHEBAS, fluvius juxta Pontum. Eſt etiam regio, cujus gentile, Rhebæi.

Ῥ Η Γ Ι Ο Ν [23], πόλις Ἑλλωίς. Ὁ πολίτης, Ῥηγῖνος. Τὸ ϑηλυκὸν, Ῥηγίνη· καὶ Ῥήγινον, τὸ ἀδέσπορον.

RHEGIUM, urbs Græca. Civis, Rheginus, fœmineum, Rhegine, neut. Rheginum.

Ῥ Η Γ Μ Α

RHEGMA,

18 Ῥεᾶτον, πόλις Ἰταλίας.] Rheatium, urbs Italiæ. *Rheatos* dicitur Straboni lib. 5. Latinis *Rheate*, ut Præneſte, Tergeſte, Tridente. Fuit oppidum Sabinorum antiquum, cujus *Rheatinos mulos* laudat Strabo libro prædicto, aſinos Plin. lib. 8 c. 43. *Patria etiam ſpectatur in aſinis: Arcadicis in Achaia, in Italia Reatinis.* De quibus ita Varro RR. lib. 11. c. 1. *Hoc nomine etiam aſini Arcadici in Græcia nobilitati; in Italia Reatini, uſque eò, ut mea memoria aſinus venierit ſextertiis millibus* LX *& una quadriga Romæ conſtiterit quadringentis millibus.* In Hiſpania aſini admiſſarii miræ magnitudinis, quos *garañones* vocant, veneunt duobus millibus ducatorum. Idem Varro laudat *Roſeanos equos*; Roſea verò erat campus circa Reate, teſte Servio ad illud Maronis ex Æneid. lib. 7.

— *Qui Roſeæ rura Velini.*

Celebratur etiam inter ſcriptores Reatina palus. Veſpaſianum Imperatorem natum fuiſſe in Sabinis ultra Rheate, vico modico, cui nomen erat *Phalacrine*, quinquennio antequam Auguſtus excederet, tradit Suet. in ejus vita cap. 2. Etiamnum exſtat Reate, & eſt ditionis Pontificiæ, ſed ejus populus in dies minuitur propter aëris inclementiam ex adjacentibus paludibus, auctore Antonio Baudrand Pariſino ad Ferrarii lexicum Geographicum.

19 Ῥεμύρια, πόλις πλησίον Ῥώμης.] Rhemuria, urbs prope Romam. Nugatur auctor noſter, nulla enim fuit urbs hujus nominis in tota Italia, ſed locus in ſummo Aventino, ſic dictus, quod ibi Rhemus de urbe condenda fuerat auſpicatus, ut refert Feſtus in *Remurinus ager.* Quem locum etiam è Græcis commemorat Dionyſ. Halicarnaſſenſis Romanæ Antiquitatis lib. 1. Latina tantum appono verba: *Cæſo autem Remo in ea pugna, Romulus quum victoriam miſerrimam de fratre & civium mutua cæde retuliſſet, Remum in Remuria humavit, ſiquidem quum vivebat, eum locum urbi condendæ deſtinaverat.* Pugnæ inter fratres Romulum & Remum meminit Livius lib. 1. c. 7. ſed locum indictum reliquit.

20 Ῥεσίνα, πόλις φὸς τ Ἄβορον ποταμόν.] Rheſina, urbs circa Aborum fluvium. Inquiramus ubi locorum ſit fluvius iſte, quem vocat noſter *Aborum.* Per eum enim, quamvis ſit ἀπὸ ποταμοῦ, perveniemus Rheſinam; confugiamus igitur ad Sacra Biblia, tamquam ad anchoram ſacram, ubi fluvium noſtri auctoris inveniemus Iſraëlitarum exſilio nobiliratum, de quo ne Arceſilas quidem nihil affirmantis Academiæ clariſſimus antiſtes dubitaverit. Inſignis enim eſt locus Regum 2. juxta Hebræos, 4 juxta Latinos cap. 17. v. 6. qui hunc amnem nobis veluti digito oſtendit: בשנת התשעית להושע לכד מלך אשור את שומרון וינל את ישראל אשורה וישב אותם בחלח ובחבור נהר גוזן ועדי מדי id eſt. *Anno autem nono Hoſeæ, cepit Rex Aſur Someron,* [Samariam] *& tranſtulit Iſraëlem in Aſſur* [Aſſyriam] *collocavitque eos in Chelach & in Chabor fluvio Gozan &* [in] *civitatibus Medorum.* Nec obſtat quod nonnulli hoc in loco τὸ *Chabor* de urbe interpretantur. Namque apud Ptolemæum Geographiæ lib. 5. c. 18. & *Chaboræ* fluvii & urbis fit mentio quod nomen ſine dubio ab Hebræo *Chabor* deflexum eſt, unde noſter formavit *Aborum*, quia literæ gutturales ſæpiſſime negliguntur. Idem Ptolemæus libro capiteque citato commemorat duas pene ejuſdem nominis urbes, cui altera dicitur *Rheſina* (hæc eſt noſtri auctoris,) altera vocatur *Rheſena*, utraſque in Meſopotamia locat.

21 Εἰ ἢ.] Hæc ſunt expungenda. Nam mens Stephani eſt τὸ Ῥεσινα eodem accentu notari ac Αἴγινα & Τέρινα.

22 Ῥῆβας, ποταμὸς φὸς τῷ Πόντῳ.] Rhebas, amnis ſecus Pontum. Amnis iſte Val. Flacco Argonauticor. lib 4. dicitur *Rhebus*; Apollonio Argonauticor. lib. 2. *Rhebæus*; Orpheo Argonauticor. v. 711. *Rhebanus*; tres hi Poëtæ idem opus ſcripſere. Fuit igitur *Rhebas* fluvius Bithyniæ, qui ex Myſiæ Olympo, ut & *Sangarius* defluebat, atque in Pontum præcipitabat, teſte Euſtathio ad Dionyſii v. 794.

23 Ῥήγιον, πόλις Ἑλλωίς.] Rhegium, urbs Græca. A Chalcidenſibus conditam fuiſſe teſtatur Strabo libro VI. Κτίσμα δ' ἐστὶ τὸ Ῥήγιον Χαλκιδέων. i. e. *Opus verò eſt Rhegium Chalcidenſium.* Hinc Solin. cap. VIII. *Notum eſt Rhegium à Chalcidenſibus conſtitutum.* Etiamnum ſervat nomen, Italis enim *Reggio* dicitur; olim Brutiorum, nunc Calabriæ ulterioris caput in regno Neapolitano. Jacet in ora freti Siculi, ex adverſo Siciliæ; gaudet ſede Archiepiſcopali, teſtibus Alexandrino, & Michaële Antonio Baudrand Pariſino ad illius lexicum Geographicum. De ejus nominis etymo diſcordant auctores, alii ἀπὸ τ ῥήγνυσϑαι, i. e. *rumpi*, alii ſic vocitatam dicunt, quod eſſet civitas ampla ac veluti regia, utriuſque rei teſtes habeo Strabonem libro citato, Euſtathium ad Dionyſii v. 345. A Dionyſio everſam, ab ejuſdem filio inſtauratam ac *Phœbiam* vocatam, & ab Auguſto Cæſare, cum civium penuria laboraret, incolis ex claſſe ſua auctam fuiſſe tradit Strabo eodem libro. *Rhegium Julium* dicitur Ptolemæo lib. 3. c. 1. ſive quod Jul. Cæſar illuc coloniam miſerit, ſive quod illic Julia Auguſti filia ob impudicitiam ſupremum diem obierit, ut inquit C. Tac. Ann. lib. 1. Si plura hac de urbe ſcire deſideras, conſule Leandrum Albertum, Cluv. & alios.

24 Ῥῆγμα,

Ῥ Η Γ Μ Α [24], πόλις, ὡς Ἅρμα. Καὶ Ἀ κόλπος Ῥήγμα, πρὸς τῷ Περσικῷ κόλπῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ῥηγματίτης.

RHEGMA, urbs, ut Harma. Et sinus Rhegma, circa Persicum sinum. Gentile, Rhegmatites.

Ῥ Η Ν Η [25], νῆσος μικρὰ, πλησίον Δήλου. Λέγεται καὶ Ῥῆνις, καὶ Ῥηναία, [26] καὶ Ῥήναιος, καὶ Ῥήνιος.

RHENE, insula parva prope Delum. Quæ etiam *Rhenis*, & *Rhenæa* dicitur. Gentile, Rhenæus, & Rhenius.

Ῥ Η Ν Ο Ι [27], ἔθνος παροικοῦν τῷ Ῥήνῳ τῷ ποταμῷ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενοι.

RHENI, gens, quæ prope fluvium Rhenum habitat, & ab ipso nomen sortita est.

Ῥ Η Γ Ι Λ Λ Ο Σ [28], Σαβίνων πόλις.

RHEGILLUS, Sabinorum urbs.

Ῥ Ι Ζ Η Ν Ι Α, πόλις Κρήτης. Ὁ πολίτης, Ῥιζηνιώτης.

RHIZENIA, urbs Cretæ. Civis, Rhizeniates.

Ῥ Ι Ζ Ι Σ, ἄκρα μεγάλη, ἣν οἰκοῦσι Τρωγλοδύται. Οἱ καὶ οἰκοῦντες, Ῥίζιται· Καὶ Ῥίζις, Ῥίζιος, Ῥιζιανὸς, ὡς Φασιανός.

RHIZIS, promontorium magnum, quod habitant Troglodytæ. Incolæ, Rhizitæ. Est & Rhizis, Rhizius, Rhizianus, ut Phasianus.

Ῥ Ι Ζ Ο Υ Σ, πόλις Θεσσαλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥιζουντίος.

RHIZUS, urbs Thessaliæ. Gentile, Rhizuntius.

Ῥ Ι Ζ Ω Ν [29], πόλις τῆς Ἰλλυρίας, καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος. Ὁ πολίτης, Ῥιζωνίτης.

RHIZON, urbs Illyriæ, & fluvius ejusdem nominis. Civis, Rhizonites.

Ῥ Ι Θ Υ Μ Ν Ι Α [30], πόλις Κρήτης. Τὸ ἐθνικὸν Ῥιθυμνιάτης, καὶ Ῥιθύμνιος.

RHITHYMNIA, urbs Cretæ. Gentile, Rithymniates, & Rithymnius.

Ῥ Ι Ν Ο Κ Ο Υ Ρ Ο Υ Ρ Α [31], πόλις Αἰγύπτου,

RHINOCURURA, urbs Ægypti, sic

24 Ῥῆγμα, πόλις, ὡς Ἅρμα.] Rhegma, urbs, ut Harma. Est nomen parum deflexum ab Hebræo רעמה *Rhamah*, sic vocatur ab Ezechiele, qui eam commemorat c. 27. v. 22. Ejus quoque meminit Ptolemæus lib. 6. c. 7. inter urbes Arabiæ fœcas Persicum sinum, apud quem Ῥῆγμα & Ῥήγαμα legitur, lectionis Hebraïcæ observata pronunciatione; more Græcorum, qui literam gutturalem ע per γ exprimunt, ut עזה *gaza*, quod alibi annotavimus. Ex Ezechiele, loco citato apparet fuisse civitatem commercio celeberrimam. Strabo lib. 16. gentem Rhamanitarum celebrat in Arabia; Plin. lib. 6. c. 28. Rhammæos, eamdem fuisse gentem nullus dubito nomen adeptam à Rhegmate civitate, de qua consulesis Aldretum de Africa lib. 3. c. 14.

25 Ῥ ήνη, νῆσος μικρὰ, πλησίον Δήλου.] Rhene, insula parva, prope Delum. Quæ *Rhenus* etiam & *Rhenæa* dicebatur; adeo proximabat Delo, ut à Polycrate Samiorum tyranno ad Delum catena religata fuerit, referente Thucydide lib. 3. Ἀπέχει δὲ ἡ Ῥήνεια τῆς Δήλου ὅσον ἐλαχίστου, ὥστε Πολυκράτης ὁ Σαμίων τύραννος, ἰσχύσας τινὰ χρόνον ναυτικῷ, καὶ τῶν τε ἄλλων νήσων ἄρξας, καὶ τὴν Ῥήνειαν εἷλὼν ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ, ἀλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον. i. e. *Rhenea autem tam parvo intervallo distat à Delo, ut Polycrates Samiorum tyrannus, qui quondam per aliquod tempus classe polluit, & aliis insulis imperavit, Rheneam etiam captam Apollini Delio consecraverit, ad Delum catena religatam.* In hac insula erant Deliorum sepulcra, nam in Delo nec mortuum sepelire, nec cremare licebat, auctore Strabone lib. 10. cujus ætate, ut idem inibi refert, jam erat deserta. *Celadussam* & *Artemiten* aliquando vocatam fuisse claret è Plinii lib. 4. c. 12. Perperam apud Tertul. de pallio scribitur *Arene* pro Rhene.

26 Καὶ Ῥήναιος, καὶ Ῥήνιος.] In his verbis videtur deficere τὸ ἐθνικὸν. Sic enim capio hunc locum, τὸ ἐθνικὸν Ῥήναιος, καὶ Ῥήνιος. i. e. *Gentile, Rhenæus, & Rhenius.*

27 Ῥῆνοι, ἔθνος παροικοῦν τῷ Ῥήνῳ.] Rheni, gens juxta Rhenum accolentes. Inter Rhætos & Helvetios eos locat Alexandrinus in suo lexico Geographico. Ego puto sic posse appellari omnes, qui juxta Rhenum incolunt. Memorantur tantum (quod ego sciam) Persio, Sat. 6. v. 46.

Jam chlamydes regum, jam lutea gausapa captis
Effedaque, ingentesque locat Cæsonia Rhenos.

28 Ῥήγιλλος, Σαβίνων πόλις.] Rhegillus, Sabinorum urbs. Memoratur Liv. 2. c. 16. *Seditio inter belli pacisque auctores orta in Sabinis, aliquantum inde virium transtulit ad Romanos: namque Appius Clausus, cui posteà* Appio Claudio *fuit Romæ cognomen, quum, pacis ipse auctor, à turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset; ab Regillo magnâ clientum comitatus manu, Romam transfugit. His civitas data agerque trans Anienem.* Quod etiam refert Dionysius Rom. Antiquit. lib. v. Ab hoc ortam fuisse Claudiam gentem patriciam apud Romanos tradit Suet. in Tiberio. Fuit etiam hujus nominis lacus, ad quem Aulus Posthumius vicit Tarquinium Superbum auctore eodem Livio libro citato, quo in prælio Castorem & Pollucem ex equis pro Romanis pugnare visos fuisse prodidit Cicero de Nat. Deorum lib. 2. Val. Maximus lib. 1. c. 8. Florus lib. 1. c. 11. Semper mortales in eis, quæ præter opinionem accidunt, aliquid quærunt divinum, ut gloriam augeant.

29 Ῥίζων, πόλις τῆς Ἰλλυρίας, &c.] Rhizon, urbs Illyriæ, & fluvius ejusdem nominis. Utrosque memorat Polyb. lib. 2. Ἡ δὲ Τσῦπα πάνυ μετ' ὀλίγων εἰς τὴν Ῥίζονα διεσώθη, πολίχνιον οὐ πρὸς ὀχυρότητα καλῶς κατασκευασμένον, ἀνακεχωρηκὸς μὲν ἀπὸ τῆς θαλάττης, ἐπ' αὐτῷ δὲ κείμενον τῷ Ῥίζονι ποταμῷ. i. e. *Teuta cum oppido paucis Rhizonem evasit, oppidulum bene munitum, procul à mari ad ipsum Rhizonem amnem jacens.* Ejus quoque meminit Strabo lib. 7. è nostris Liv. lib. 45. c. 26. Rhizinium dicitur Plinio lib. 3. c. 22. Rhisinum Ptolemæo lib. 2. c. 17. qui inter Dalmatiæ oppida recensetur, namque Dalmatia erat Illyridis regio.

30 Ῥιθυμνία, πόλις Κρήτης.] Rhithymnia, urbs Cretæ. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 17. cui Ῥίθυμνα dicitur, atque inter Cretæ civitates lateris septentrionalis locatur.

31 Ῥινοκόρουρα, πόλις Αἰγύπτου, &c.] Rhinocurura, urbs Ægypti. Quæ in hac sectione continentur, ex Strabonis lib. 16. videtur desumpsisse. Sic enim ille: Μετὰ δὲ Γάζαν, Ῥαφία, ἐν ᾗ μάχη συνέβη Πτολεμαίῳ τε τῷ πρώτῳ, καὶ Ἀντιόχῳ τῷ μεγάλῳ. Εἶτα Ῥινοκόλουρα, ἀπὸ τῶν εἰσοικισθέντων * τὰς ῥῖνας ἐπὶ τῷ καλαμβῦτι· ἦν δὲ Αἰθιόπων τῶν ἐπὶλῶν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, αὐτοὶ δ' ἀπωρεῖν τὰς ἀκρέργας, ἀπηλεμένων τὰς ῥῖνας συντυθῆναι κατάκιστον. i. e. *Post Gazam, sequitur Rhaphia, in qua accidit pugna inter Ptolemæum IV cum Antiocho magno. Deinde Rhinocolura, sic dicta ab eis qui nares truncati eo fuere translati. Namque Æthiopum quidam Ægyptum invadens, non nece, sed nasi mutilatione, maleficia coercens, eos ibi collocavit.* Locus Strabonis mutilus ex nostro auctore pristinæ sanitati restituendus est, ac pro τὰς ῥῖνας ἐπὶ τῷ καλαμβῦτι, legenduni, τὰς ῥῖνας ἠκρωτηριασμένων, ἐπὶ τῷ καλαμβῦτι. Ac notandem dici Straboni Ῥινοκόλουρα, quæ nostro Ῥινοκόρουρα. Noster Ægypti urbem facit; Strabo libro citato Phœniciæ ad Ægyptum: Ἐκ μὲν δὴ τῆς Λοιμῆς κώμης εἰς Πέτρας, εἰσὶ δὲ αἱ

γύπλε, ἀπὸ τ῀ εἰσῳκισμένων ἐκεῖ τοπιλαικὸν ἀνθρώπων, τὰς ῥῖνας ἠκρωτηριασμένων, ἔτω καλουμένη. Τὸ ἐθνικὸν Ῥινοκορυσεύς, καὶ Ῥινοκορυσίτης.

sic vocata ab hominibus, qui illuc olim in coloniam missi fuere, nares mutilati. Gentile, Rhinocururæus, & Rhinocurorites.

Ῥίον [32], πόλις Μεσσηνίας, ἢ Ἀχαΐας. [33] Καὶ ἄλλη Αἰτωλίας, ἡ καὶ Μολυκρία ἐκαλεῖτο.

RHIUM, urbs Messeniæ, vel Achaiæ. Est & alia Ætoliæ, quæ etiam *Molycria* vocabatur.

Ῥίπαια [34], ὄρος Ὑπερβορέων. Τὸ ἐθνικὸν Ῥιπαῖος, ἐξ οὗ ἀπόγονον τὸ Ῥιπαϊκός.

RHIPÆA, mons Hyperboreorum. Gentile, Rhipæus, cujus derivativ. est Rhipæus.

Ῥίπη [35], Ἀρκαδικὴ πόλις, βαρυτόνως. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥιπαῖος ὁμοίως.

RHIPE, Arcadica urbs, accentu gravi. Gentile, Rhipæus, similiter.

Ῥόβεια, παρ' ἧς τὸ ἐθνικὸν Ῥοβειάτης, καὶ Ῥοβείτης· Καὶ κατὰ διάλυσιν, Ῥοβήτης.

RHOBEA, à qua gentile, Rhobeates, & Rhobetes. Et per dialysin, Rhobeites.

Ῥόδανοτσία [36], πόλις ἐν Μασσαλίᾳ. Ὁ πολίτης, Ῥοδανσός. Καὶ τὸ ἡλυκὸν, Ῥοδανσσία.

RHODANUSIA, urbs in Massilia. Civis, Rhodanusius. Fœmineum, Rhodanusia.

Ῥόδαι [37], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥοδαιάτης.

RHODÆ, urbs Italiæ. Gentile, Rhodæates.

Ῥόδη [38], πόλις Ἰβηρίας. Τὸ ἐθνικὸν Ῥοδαῖος, ὡς Μενδαῖος, Ἰουδαῖος.

RHODE, urbs Iberiæ. Gentile, Rhodæus, ut Mendæus, Judæus.

Ῥο-

RHO-

εἰς Ῥινοκόλουρα τ῀ ὑπὸς Αἰγύπλῳ Φοινίκης τὰ φοξίκα καμιζόμενα, κάντεῦθεν εἰς τὰς ἄλλας. i. e. *Ex Albo pago in Petram, ex Petra Rhinocolura, quæ in ipsa Phœnicia est ad Ægyptum merces portantur, & hinc in alia loca.* Neutro plur. declinatur, ac etsi in verbis Strabonis sequitur τ῀ fœmin. intelligitur πόλις.

32 Ῥίον, πόλις Μεσσηνίας, ἢ Ἀχαΐας.] Rhium, urbs Messeniæ, vel Achaiæ. Nimirum quia Achaia lato modo comprehendebat Messeniam. Rhium verò erat promontorium, in quo erat oppidum, è regione alterius promontorii, quod dicebatur *Antirrhium*, quæ fretum quoddam faciebant septem tantum stadiorum, auctore Thucydide lib. 2. Ἦν δὲ τοῦτο μὲν τὸ Ῥίον φίλιον τοῖς Ἀθηναίοις· τὸ δ' ἕτερον Ῥίον ἐστὶν ἀντιπέρας, τὸ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ· διείργουν δ' ἀπ' ἀλλήλων σταδίους μάλιστα ἑπτὰ τ῀ θαλάσσης· ὁ δὲ Κρισαῖος κόλπος τοῦτό ἐστιν. i. e. *Hoc autem Rhium Athenienſibus erat amicum. Alterum verò Rhium quod est in Peloponneſo, est è regione. Distat autem alterum ab altero stadia maximè septem maris intervallo. Hoc verò est Crisæi sinus os.* Inibi ab eodem auctore prius promontorium vocatur *Molycricum*, posterius *Achaicum*. Quod etiam apparet ex Strabone, sed addit promontorium Achaicum vocari quoque *Drepanum*, quæ vox Græcis *falcem* notat, ab specie falcis quam faciebat. Ejus ex libro 8. sunt quæ sequuntur: Ἐστὶ δὲ τὸ μὲν Ῥίον, τ῀ Ἀχαιῶν ἀκρωτήριον ἄκρα, δρεπανοειδὴ πως ἐπιστροφὴν εἰς τὸ σῶμα ἔχουσα· καὶ δὴ καὶ καλεῖται Δρέπανον· Κεῖται δὲ μεταξὺ Πατρέων καὶ Αἰγίου, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἔχουσα· τὸ δ' Ἀντίρριον, ὃ μεταξύ τ῀ Αἰτωλίας, καὶ τ῀ Λοκρίδος ἱδρυται· καλοῦσι δὲ Μολυκρεῖον Ῥίον. i. e. *Est verò Rhium Achæorum promontorium ad mare-prominens introrsum falcis in speciem reflexum. Etenim vocatur Drepanum* [id est falx.] *Situm est Patras inter & Ægium, Neptuni habens templum. Antirrhium verò in confinio Ætoliæ & Locridis jacet. Vocantque* Rhium *Molycrium.* Ergo Rhium & Antirrhium erant angustiæ sinus Corinthiaci, sic dicti notiore nomine. Nam Crisæus sinus erat ejus pars.

33 Καὶ ἄλλη Αἰτωλίας.] Inquit esse aliam civitatem Ætoliæ Rhium, quæ *Molycria* quoque vocabatur, intellige Antirrhium promontorium quod *Molycrium* vocabatur, ut elucescit ex Strabonis verbis nota proximè præcedenti allatis. Namque juxta Antirrhium incolebant Ætoli, auctore eodem Strabone libro octavo: Εἶθ' ἑξῆς ἐπὶ τὸ Ἀντίρριον, Αἰτωλοί. i. e. *Deinde ad Antirrhium Ætoli.*

34 Ῥίπαια, ὄρος Ὑπερβορέων.] Rhiphæa, [intellige ὄρη, *i. e.* montes] mons Hyperboreorum. Latini *montes Rhiphæos* vocant, de quorum situ discordant scriptores; Strabo lib. 7. inquit esse montes fabulosos. Veteres Hyperboreos populos dixere eos, qui ultra boream incolebant, id enim sonat nomen.

35 Ῥίπη, Ἀρκαδικὴ πόλις.] Rhipe, Arcadica urbs. Memoratur Pausaniæ in Arcadicis, Homero Il. 2. v. 607.

Ῥίπην τε Σπερχειὸν τε, καὶ ἰωὴν μήεσσαν Ἐνίσπην.
Rhipen, Stratienque, & ventosam Enispen.

Has tres urbes jam sua ætate desertas fuisse tradit Strab. lib. 8.

36 Ῥοδανσσία, πόλις ἐν Μασσαλίᾳ.] Vide Ῥοδανσία.

37 Ῥόδαι, πόλις Ἰταλίας.] Rhodæ, urbs Italiæ. Hæc Italiæ urbs *Rhodiæ* dicitur Straboni lib. 6. Latinis *Rudiæ* dicuntur. Fuit urbs Calabriæ, quæ ævo cessit, Ennio Poëta alumno clara, etsi alii *Tarentinum* fuisse dicunt, Cicero pro Archia Poëta *Rudium* vocat, qui, quod carus esset Scipioni Africano majori, in sepulcro Scipionum è marmore constitutus esse putabatur, auctore eodem Cicerone eadem oratione. Unde Ovid. de Arte amandi lib. 3.

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus
Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

Ciceronem sequitur Sil. Italicus lib. 12.

——— *Rudiæ genuere vetustæ*
Nunc Rudiæ solo memorabile nomen alumno.

Fuit Ennius primus Epicorum Poëtarum inter Latinos. De cujus fragmentis alibi egimus.

38 Ῥόδη, πόλις Ἰβηρίας.] Rhode, urbs Iberiæ. Adhuc hodie corrupti nominis vestigia retinet. *Roses* enim vocant Hispani. Est urbs parva & permunita Cataloniæ, cum portu in ora maris Mediterranei; capta fuit à Gallis anno 1645. sed postea pace ad Pyrenæos facta Hispanis restituta. Memoratur inter alios Livio lib. 34. c. 8. *Inde Rhodam ventum & præsidium Hispanorum, quod in castello erat, vi dejectum. Ab Rhoda secundo vento Emporias perventum. Ibi copiæ omnes præter socios navales, in terram expositæ.* Rhoda etiam dicitur Melæ lib. 2. c. 6. Straboni lib. 3. *Rhodope*, Ptolemæo lib. 2. c. 6. *Rhodipolis* & *Rhodepolis*, quod ex Ῥόδη πόλις auctoris nostri factum esse crediderim. Ejus conditores Rhodios fuisse inquit Marcian. Heracleota in Periplo:

Πρώτη μὲν ἐμπόριον, Ῥόδη δ' ἀδελφεὰ
Ταύτῃ μὲν ἔν οἱ πρὶν κεραϊζόμενοι ἔκλυσαν
Ῥόδιοι.
Prima quidem Emporium, Rhode verò secunda
Hanc quidem prius potentes condiderunt
Rhodii.

Idem testatur Strab. libro citato: Ἐνταῦθα δέ ἐστι καὶ ἡ Ῥόδανη, πολίχνιον Ἐμπορικῶν· τινὲς δὲ καὶ ὅλην Ῥόδην φασί. i. e. *Ibi quoque est Rhodope, oppidulum Emporitarum. Nonnulli opus Rhodiorum ajunt.*

39 Ῥο-

Ῥόδια[39], πόλις Λυκίας. Τὸ ἐθνικὸν Ῥόδιος, Ῥόδιος· καὶ τῆς Ῥόδης, Ῥόδιος. Ἄμεινον δὲ τὸ Ῥόδιος.

RHODIA, urbs Lyciæ. Gentile, Rhodias, Rhodius. Et Rhodæ, Rhodeus. Sed melius, Rhodiæus.

Ῥόδοη, πόλις Ἰνδική. Τὸ ἐθνικὸν Ῥοδοήτης, ὡς Ἀρσινοήτης.

RHODOE, urbs Indica. Gentile, Rhodoëtes, ut Arsinoëtes.

Ῥόδοπη, πόλις Ἰωνίας. Τὸ ἐθνικὸν Ῥοδοπεύς, ὡς Σινωπεύς.

RHODOPE, urbs Ioniæ. Gentile, Rhodopeus, ut Sinopeus.

Ῥόδος[40], νῆσος ἐπιφανεστάτη. [41] Ἐκαλεῖτο Ὀφιοῦσα, καὶ Αἰθραία. Οἱ κάτοικος, Αἰθραῖοι, καὶ Ῥόδιοι, καὶ Ῥοδία.

RHODUS, insula illustrissima. Vocabatur *Ophiussa*, & *Æthræa*. Incolæ, Æthræi, & Rhodii, & Rhodia [fœmineum.]

Ῥοδουντία[42], χώρα πλησίον Οἴτης. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥοδούντιος. [43] Τὸ δὲ ἕτερον, Ῥοδούντιον ὄρος.

RHODUNTIA, regio prope Oeten. Gentile, Rhoduntius. Neutrum, Rhoduntium verbum.

Ῥόδουσσα, πόλις τῆς Ἀργείας. Τὸ ἐθνικὸν Ῥοδούσσιος, ὡς Πιτυούσσιος, καὶ Ῥοδουσσαῖος.

RHODUSSA, urbs Argiæ. Gentile, Rhoduſſius, ut Pityuſſius, & Rhoduſſæus.

Ῥοῖξος[44], ἐπίνειον Κιλικίας ἐπὶ τῷ ὀκβόλαις τοῦ Σάρου ποταμοῦ. Τὸ ἐθνικὸν Ῥοῖξιος, καὶ Ῥοιξίτης.

RHOEXUS, navale Ciliciæ ad oſtia Sari fluvii. Gentile, Rhœxius, vel Rhœxites.

Ῥοῖτειον[45], Ὄρος ἄκρον εἶναί φησι. Καὶ πόλις δέ ἐστι Τρωάδος. Ὁ πολίτης Ῥοίτειος, καὶ Ῥοίτειεὺς, καὶ Ῥοίτιος διὰ τοῦ ι.

RHOETEUM, Orus promontorium ait eſſe. Eſt & urbs Troadis. Civis, Rhœteeus, & Rhœteas, & Rhœtis per *i*.

Ῥοιτία, πόλις Βακτρων. Τὸ ἐθνικὸν Ῥοιτιῶνες, ὡς Ἀριμώς· Καὶ Ῥοιτιανὸς, ὡς Βακτριανός.

RHOETIA, urbs Bactrorum. Gentile, Rhœtienus, ut Arienus. Et Rhœtianus, ut Bactrianus.

Ῥόν-

RHON-

39 Ῥόδια, πόλις Λυκίας.] Rhodia, urbs Lyciæ. Memoratur Ptolemæo lib. v. c. iii. inter civitates Lyciæ apud montem Maſecytum. *Rhodiopolis* dicitur Plinio lib. 5. c. 27.

40 Ῥόδος, νῆσος ἐπιφανεστάτη.] Rhodos insula illuſtriſſima. Quam inter Icariam & Lyciam locat Ptolemæus lib. 5. c. 2. Fuit insignis civitatibus, Lindo, Camiro, Ialyſo, & Rhodo cognomine, auctore Plinio lib. 5. c. 31. in qua numquam tanta nubila obducebantur, ut non aliqua hora ſol cerneretur, teſte eodem Plinio lib. 2. c. 62. unde Poëtæ *claram* vocarunt, Horat. Carm. lib. 1. Od. 7.

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Epheſum, bimarisque Corinthi
Mœnia.

Horatium æmulatur Lucanus Pharſalicor. lib. 8.

——— *Gnidon inde fugit, claramque relinquit*
Sole Rhodon. ———

Fuit olim Rhodos insula re nautica potens, ut claret ex Strabonis l. 14. ejus incolæ in Opicis *Parthenopen*, i. e. *Neapolim*, in Hiſpania Rhodam, de quibus ſuo loco egimus, condiderunt; Hiſpanos nauticos ex ſparto funes plectere & ſtoreas ad varios vitæ uſus docuere; primi nummos ex ære percuſſos in Hiſpaniam invexere, quorum teſtes ſunt Strabo libro citato, Mariana de Rebus Hiſpaniæ lib. 1. c. 14. Condecorabant Rhodon centum coloſſi, de quibus erat unus, quem inter ſeptem orbis miracula numerabant; coloſſi verò fuere moles excogitatæ ſtatuarum, turribus pares. Ideo Rhodii, ut mihi videtur, *Coloſſenſes* dicti fuere, ad quos exſtat Epiſtola Pauli, quæ ad Coloſſenſes inſcribitur. Variâ fortunâ uſa eſt, poſtea paruit Romanis; Sarraceni eam occuparunt anno ɪɔcxv. *Equites D. Joannis* Hieroſolymitani eam recuperarunt anno ɔɪɔccc vɪɪɪ. ac tenuerunt uſque ad annum ɔɪɔɪɔcɪɪ. quo Solymanus II eis pulſis eam occupavit; ejus loco equitibus D. Joannis Melita ab Imp. Carolo V conceſſa fuit, à qua Melitenſes equites, vulgo Hiſpanis *Malteſes* vocantur.

41 Ἐκαλεῖτο Ὀφιοῦσα, καὶ Αἰθραία.] Rhodon, inſulam vocatam fuiſſe *Ophiuſſam* & *Æthræam* inquit. Strabo lib. 14. prodit, primum *Ophiuſſam*, & *Stadiam*, deinde *Telchinem* a Telchinibus eam habitantibus appellatam fuiſſe. Plura ejus nomina commemorat Plin. lib. 5. c. 31. *Vocitata eſt anteà Ophiuſa, Aſteria, Æthræa, Trinacria, Corymbia, Pæeſſa, Atabyria ab rege.*

42 Ῥοδούντια, χώρα πλησίον Οἴτης.] Rhoduntia, regio prope Oeten. Livius unum de tribus cacuminibus montis Oetæ, ſic vocat lib. 36. c. 16. *Duo millia Heracleæ ſubſtiterunt: duo trifariam diviſa, Callidromum & Rhoduntiam & Tichiunta (hæc nomina cacuminibus ſunt) occupavere.* Supra cap. 15. inquit: *Extremos ad orientem montes* Oetam *vocant, quorum quod altiſſimum eſt*, Callidromon *appellatur.*

43 Τὸ δὲ ἕτερον, Ῥοδούντιον ὄρος.] Lege Ῥοδούντιον ὄρος. i. e. *Rhoduntius mons*, id enim conjecto ex Livii verbis, nota proximè præcedenti citatis; non abſimili modo in Βολβίτινη legitur Βολβίτινον ἄκρον pro Βολβίτινον τεῖχος.

44 Ῥοῖξος, ἐπίνειον Κιλικίας, &c.] Rhœxus, navale Ciliciæ ad oſtia Sari fluvii. Hoc Ciliciæ navale à nemine, quod ſciam, memoratur; at amnis ab Strabone lib. 12. qui per convalles Tauri montis in campos Ciliciæ, & in ſubjacens huic mare grandis evolvitur, auctore eodem Strabone libro citato.

45 Ῥοίτειον, &c.] Rhœteum, ei, promontorii & urbis Troadis nomen; urbem inter Græcas Troadis numerat Scylax in Τρωάς, in promontorio creditur ſepultus Aiax Telamonius celebris in hiſtoria Græca contra Troiam. Memoratur Straboni lib. 13. Εἶτα Ῥοίτειον πόλις ἐπὶ λάφου κειμένη, καὶ τὸ Ῥοίτειον σημεῖον ἱλίου ἀλλήνης Αἰάντειον, ἐφ' ᾧ μνῆμα καὶ ἱερὸν Αἴαντος. καὶ ἀδελφίας· ὃν ἀφικόμενον Ἀλεξάνδρου κομιδῇ νέον εἰς Αἴγυπτον, ἀπέδωκε τοῖς Ῥοίτειεῦσι πάλιν, καθιερώσας καὶ ἄλσος ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ. i. e. *Sequitur Rhœteum urbs tumulo inſita: & Rhœteo contiguum litus ad-mare protenſum Æanteum id eſt, Ajaceum, ubi monumentum & fanum Ajacis & ſtatua, quam cùm ſublatam Antonius in Ægyptum aſportaſſet, reddidit Rhœteenſibus, ut & aliis Auguſtus Cæſar.* Rhœteas oras celebrat Virgil. Æneid. lib. 3.

Maximus unde pater (ſi rite audita recordor)
Teucrus, Rhœteas primùm eſt advectus ad oras.

Ubi Servius: *Rhœteum, promontorium Troadis, licet alii Retias legunt; propter Retiam Ritonis filiam: & amat Virgilius declinationes Græcas, ſalva reverentia in Latinas convertere, ei Græcam diphthongum in e longum mutans:* Αἰνείας, *Æneas*, Μήδεια, *Medea*, Ῥοίτειον, *Rhœteum.*

Ῥόνδαῖοι[46], ἔθνος Θρᾴκιον.

RHONDÆI, gens Thraciæ.

Ῥοξονοκαία, πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Ῥοξονοκαῖος, καὶ Ῥοξονοκαίτης, καὶ Ῥοξονοκαιανός.

RHOXONOCÆA, urbs. Gentile, Rhoxonocæus, & Rhoxonocæates & Rhoxonocæanus.

Ῥόπεις, ἔθνος, ὃ μέμνηται Φαβωρῖνος ἐν Ἐπιτομῇ τετάρτῃ τῆς Παμφυλίας.

RHOPEIS, gens, cujus meminit Phavorinus in Epitome quarta Pamphyliæ.

Ῥύβδος, φρούριον Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν Ῥύβδιος.

RHYBDUS, castellum Siciliæ. Gentile, Rhybdius.

Ῥύγχαι, χωρίον Εὐβοίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥυγχαῖος.

RHYNCHÆ, regiuncula Eubœæ. Gentile, Rhinchæus.

Ῥύμη, ὁ στενωπός. Τὸ τοπικὸν, Ῥυμαῖος, ἢ Ῥυμίτης.

RHYME, angiportus. Locale, Rhymæus, vel Rhymites.

Ῥύνδακος[47], πόλις μεταξὺ Φρυγίας, καὶ Ἑλλησπόντου. Οἱ παροικοῦντες Ῥωδακηνοὶ, ὡς Κυζικηνοί. Λέγεται καὶ ἀπὸ τοῦ Ῥύνδακος, θηλυκὸν Ῥωδακὶς, καὶ Ῥωδακίτης.

RHYNDACUS, urbs inter Phrygiam, & Hellespontum. Incolæ, Rhyndaceni, ut Cyziceni. Dicitur etiam à Rhyndacus, fœm. Rhyndacis, & masc. Rhyndacites.

Ῥύπαι[48], πόλις Ἀχαϊκή. Λέγεται καὶ Ῥύπαίη, ἐξ οὗ τὸ Ῥύπαῖος. Ὁ πολίτης, Ῥύψ. Τὸ κτητικὸν ἀπὸ τοῦ Ῥύπες Ῥυπικόν.

RHYPÆ, urbs Achaïca. Dicitur etiam Rhypæe, unde Rhypæus. Civis Rhyps. Possessiv. à Rhypes, Rhypicum.

Ῥύτιον[49], πόλις Κρήτης. Ὁ πολίτης, Ῥύλιος. Τὸ δὲ Ῥύλιαστος, Ῥυλιαστεύς, ὡς Ἁλικαρνασσεύς.

RHYTIUM, urbs Cretæ. Civis, Rhytieus. A Rhytiassus fit Rhytiasseus, ut Halicarnasseus.

Ῥωγάνη[50], πόλις ἐν τῇ Ἰνδικῇ.

RHOGANE, urbs in India.

Ῥώγη, νῆσος ὑπὸ τῇ Λυκίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥωγαῖος.

RHOGE, insula ad Lyciam. Gentile, Rhogæus.

Ῥώγμοι, Κιλικίας ὄρεινον. Τὸ ἐθνικὸν, Ῥωγμίτης.

RHOGMI, Ciliciæ navale. Gentile, Rhogmites.

Ῥώμη[52], Ἀξιοσημοτάτη πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Ῥωμαῖος, ὡς Θηβαῖος. Καὶ Ῥωμαῖα, καὶ Ῥωμαΐς.

ROMA, celeberrima urbs Italiæ. Gentile, Romanus, ut Thebanus. Et Romana & Romaïs.

Ῥώμυ-

RHOMY-

46 Ῥόνδαῖοι, ἔθνος Θρᾴκιον.] Rhondæos, populos Thracios fuisse reor cognatos Gondris ejusdem Thraciæ, quos noster in Γόνδραι celebrat, utrosque nec Antisthenis lucernâ, nec Tiphye ductore patefacere potui.

47 Ῥύνδακος, πόλις μεταξὺ Φρυγίας, &c.] Rhyndacus, urbs inter Phrygiam & Hellespontum. Hujus urbis summum est apud alios silentium; at hujus nominis amnis in Phrygia celebratur Straboni inter alios lib. 12. Διʼ ὧν χωρίων, καὶ ὁ Ῥύνδακος ῥεῖ ποταμὸς, τὰς ἀρχὰς ἔχων ἐκ τῆς Ἀζανίτιδος· φερόμενος δὲ καὶ ὁ Ἀβρέττης Μυσίας ἄλλας τε καὶ Μάκεστον ἀπ' Ἀγκύρας τῆς Ἀβασιτίδος ῥυεῖσαν εἰς τὴν Προποντίδα καὶ Βέσβικον νῆσον. i.e. *Per has regiones Rhyndacus labitur fluvius, initium habens ex Azanitide. Recipiens verò ex Abrettena Mysia cùm alios, tum Macestum ab Ancyra Abasitidis fluentem, in Propontidem exit secus Besbicum insulam.* Antè *Lycus* vocabatur, auctore Plinio lib. 5. c. 32. *Rhyndacus, ante* Lycus *vocatus oritur in stagno Artynia juxta Meletopolim: recepit Macestum & plerosque alios, Asiam Bithyniamque disterminans.*

48 Ῥύπαι, πόλις Ἀχαϊκή.] Rhypæ, urbs Achaica. Fuit una de duodecim Achæorum urbibus famigeratis, auctore Pausania in Achaïcis. Et Ῥύπαι & Ῥύπες dicitur Straboni lib. 9. Pausaniæ libro citato. Ejus tantum ruinæ ætate Pausaniæ exstabant, ut ipse refert eodem libro.

49 Ῥύτιον, πόλις Κρήτης.] Rhytium, urbs Cretæ. Memoratur Poetarum parenti inter urbes Cretæ Il. 2. v. 648. Ad quem locum nihil dictu dignum affert Eustathius, nisi quod inquit, gentile Ῥύλιος dici tam de hac Cretæ urbe, quam de Rœteo urbe Troadis.

50 Ῥωγάνη, πόλις ἐν τῇ Ἰνδικῇ.] Rhogane, urbs in India. Memoratur Ptolemæo lib. 6. c. 8. inter Carmaniæ urbes.

51 Ῥώγη, νῆσος ὑπὸ τῇ Λυκίᾳ.] Rhoge, insula ad Lyciam. Ejus meminit Plin. lib. 5. c. 31.

52 Ῥώμη, Ἀξιοσημοτάτη πόλις Ἰταλίας.] Roma, celeberrima urbs Italiæ. Græcis dicitur Ῥώμη (id nomen sonat *Valentiam*) Latinis *Roma*; de qua jure meritoque dicere possum, quod de Carthagine ejus imperii æmula dixit Sallustius, *Silere melius puto, quam parum dicere*: Nihilominus, ne intactam relinquamus, aliquid pro destinati nostri ratione dicendum est. Olim in plurimas regiones Europæ, Asiæ, & Africæ protulit imperium, quod etsi rerum humanarum vicissitudine, quæ diu stare nesciunt, amisit, tamen veluti fato quodam urbis imperaturæ in magnam Christiani orbis partem imperium obtinet Ecclesiasticum sub Summo Pontifice. De ejus conditoribus jugis est inter scriptores discordia, ut claret ex Festo Pompeio, & Solini cap. 2. alii Troianos. Alii Aborigines, alii Euandrum, alii Romulum eam condidisse existimarunt. In rebus antiquis antiquitas ipsa creat errorem. Alii enim fundant, alii augent urbes & ad se tranferunt earum nomina, quod etiam non parùm erroris afferre manifestum est. Habuisse alterum nomen, quod dicere arcanis cæremoniarum nefas habebatur, testatur Plin. lib. 3. c. 5. Serv. ad Æneid. lib. 1. v. 281. Quod nominis quidam tribunus plebis ausus enunciare, neci datus est, ut ait Solin. c. 1. seu in crucem levatus, ut tradit Servius ad Georgicor. lib. 1. v. 499. *Valerius Soranus* vocabatur ille, de quo præter auctores citatos videsis Plutarch. Quæst. Problem. 60. De Roma verò videsis Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 3. c. 2. Leandrum Albertum in Latio & alios.

53 Ῥώμυ-

Ρ῾ΩΜΥΛΙΑ[53], τὸ ἐν Ἰταλίᾳ Σαυνιτῶν πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Ρ῾ωμυλιάτης. A

ROMYLIA, Samnitum in Italia urbs. Gentile, Romyliates.

Ρ῾Ω῾Ν, πόλις τῆς Γανδαρικῆς Σκυθίας. Τὸ ἐθνικὸν Ρ῾ώνιος, ἢ Ρ῾ωνίτης, ὡς Θεωνίτης.

RHON, urbs Scythiæ Gandaricæ. Gentile, Rhonius, vel Rhonites, ut Theonites.

Ρ῾Ω῾ΣΟΣ[54], τὸ ἐθνικὸν, Ρ῾ώσιος· Ἀλλαχῆ Ρ῾ωσεύς, ὡς ἀπὸ τοῦ Ταρσοὺς Ταρσεύς. Καὶ τὸ κῆπικὸν, Ρ῾ωσικός· [55] Ρ῾ωσικὸς Σκόπελος. B

RHOSUS. Gentile, Rhosius. Et Rhoseus, ut à Tarsus, Tarseus. Possessiv. Rhosicus. Rhosicus Scopulus.

53 Ρ῾ωμυλία, τὸ ἐν Ἰταλίᾳ Σαυνιτῶν πόλις.] Romylia, Samnitium in Italia urbs. *Romylea* dicitur Livio lib. x. c. xvii. *Divendita præda, ultro adhortantes imperatorem, ad Romuleam pergunt. Ibi quoque sine opere, sine tormentis, simul admota sunt signa, nulla vi deterriti à muris, quà cuique proximum fuit, scalis raptim admotis in mœnia evasere. Captum oppidum ac direptum est.* Esse Romuleam, eam quæ nunc *Bisaccia* oppidum Episcopale, in edito Apennini montis colle positum, xii. circiter millia ab Fricento dissitum, autor est Cluv. Ital. Antiquæ lib. 4. c. 7.

54 Ρ῾ῶος, τὸ ἐθνικὸν, Ρ῾ωσιος.] Rhosus, cujus regionis fuerit urbs, omisit dicere; id nos docet Strabo, qui eam lib. 14. in Cilicia ad sinum Issicum locat. Ἐνταῦθα ὁ ἀγὼν συνέπεσεν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Δαρείῳ· καὶ ὁ κόλπος εἰρηται Ἰσσικὸς ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ ἴσης πόλις Ρ῾ώσος καὶ Μυριάνδρος ἑτέρα πόλις. i. e. *Hîc accidit certamen Alexandro & Dario. Et* sinus *dicitur* Issicus. *In ipso autem est urbs Rhosus & Myriandrus.* Memoratur etiam Ptolemæo lib. 5. c. 15. apud quem, Ρ῾ῶος cum accentu circumflexo, ut & apud nostrum, sed per duplex ω scribitur.

55 Ρ῾ωσικὸς Σκόπελος.] Rhosicus Scopulus. Memoratur Ptolemæo libro capiteque proximè citato prope Rossum urbem, à qua videtur nomen accepisse. Niger Comm. 4. in Syria locat, ac à recentioribus *Ganzir* vocari asserit. Idem Scopulus est, Syria enim est Ciliciæ finitima.

Σ. S.

ΣΑΒΑΙ῾[1], πόλις μεγάλη, πλησίον τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ φρούριον. Τὸ ἐθνικὸν τῆς πόλεως καὶ τῆς φρουρᾶς Σαβαῖοι· Καὶ θηλυκῶς Σαβαία. Καὶ τὸ κτητικὸν Σαβαϊτικὸν, ὡς ἀπὸ τῆς Σπάρτης Σπαρτιακὸν. A B

SABÆ, urbs magna, & castellum prope mare rubrum. Gentile urbis, & castelli, Sabæi. Fœmin. Sabæa. Possessiv. Sabaïticum, ut ab Sparta, Spartiacum.

ΣΑΒΒΑΤΙ῾Α[2], κώμη Κελτική. Τὸ ἐθνικὸν Σαββαλιανὸς, καὶ Σαββάτιος. C

SABBATIA, vicus Celticus. Gentile, Sabbatianus, & Sabbatius.

1 Σαβαὶ, πόλις μεγάλη, πλησίον, &c.] Sabæ, ut Athenæ, Thebæ, urbs magna prope mare rubrum. Quæ aliis dicitur *Saba*, & *Sabatha*, paragogicè, quemadmodum *Sabo*, & *Sabotha*, quam paululùm infra tamquam diversam memorat & ultra mare rubrum locat, utriusque gentile, Sabæi. Quare Bochartus Geographiæ Sacræ parte priori lib. 2. c. 26. contendit, unam eamdemque fuisse urbem, & *Mariabam*, seu *Meriabam* ejusdem urbis esse diversum nomen, quod cum sit auctori nostro tralatitium, facile credo. Fuere igitur Sabæi Arabum propter thura clarissimi, quibus olim tantum Deos propitiabant, antequam hostiæ cruentæ mactarentur, ut alibi annotavimus; ideo Servius ad illud Maronis:

——— *Ubi templum illi, centumque Sabæo*
Thure calent aræ;

Eorum nominis etymon deducit à verbo Græco σέβεσθαι, i. e. *venerari*; quod Deos per Sabæorum thura venerarentur: sed valeat Servius cum sua etymologia è Græcorum fonte. Sabæi enim nomen sibi induerunt à Saba Joctanis filio, cujus fit mentio Genes. cap. x. De Sabæis verò plurimi veterum loquuntur ac præcipuè Artemidorus apud Strabonem lib. 16. è nostris Plin. lib. 6. c. 28. ex Sabæorum rebus tritis ad ea quæ minus trita sunt, divertamur paulisper. Fuit olim Sabæorum, seu Zabæorum religio celeberrima, quæ ante Abrahamum & Mosem in illis orientis regionibus florebat, in qua ipse quoque Abrahamus educatus fuerat, auctore Rabi Moseh Maiemonis in suo *Moreh Nebuchim*, i. e. *doctore perplexorum* parte 3. c. 29. ubi agit de eorum antiquitate, religione, libris, & opinionibus, de quibus quoque egit Hottingerus Hist. Oriental. lib. 1. c. 8. atque optime notarunt auctores citati multas ceremonias à Moseh traditas, in quibus nulla invenitur ratio, ex diametro oppositas fuisse Sabæorum superstitioni, quæ illis temporibus maximè vigebat. Hi inter alia, asserebant, septem planetas esse Deos, solem verò Deum Maximum, quibus dies hebdomadis sacrarunt, in quibus excusandi sunt potius, quam illi qui

——— *Sæpe videntur*
Vertier ad lapidem. ———

2 Σαββαλία, κώμη Κελτική.] Sabbatia, vicus Celticus. Auctor noster in Celtica comprehendebat Liguriæ oram, ut ex hoc & ex aliis locis apparet. Fuit ergo Sabbatia Liguriæ oppidum, quod Latinis dicitur *Sabatia*, *Vada Sabatia*, *Vada Sabatorum*, & *Sabata*; & absolute *Vada*. Sic enim vocatur Ciceroni lib. 11. Epist. ad familiares, Epist. 10. & 13. *Constitit nusquam prius, quàm ad Vada venit. Quem locum volo tibi esse notum. Facet inter Apenninum, & Alpeis, impeditissimus ad iter faciendum.* Utrum adhuc, & quodnam sit, an ævo cesserit; jugis est inter auctores discordia. De quo consulesis Cluv. Ital. Antiquæ lib. 1. c. 9.

ΣΑΒΙΝΟΙ[3], Ἰταλικὸν ἔθνος. Τὸ θηλυκὸν Σαβίνη, καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς, καὶ ἐπὶ τῆς χώρας. A

SABINI, Italica gens. Fœm. Sabina, & de muliere, & de regione dicitur.

ΣΑΒΟΙ, ἔθνος Φρυγίας. Λέγονται καὶ ἀνὴρ ὁ Βάκχος ὑπὸ Φρυξί.

SABI, gens Phrygiæ. Dicuntur, etiam pro ὁ Bacchi à Phrygibus.

ΣΑΒΩ[4], πόλις μεγάλη πέραν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Οἱ πολῖται, Σαβαῖοι. B

SABO, urbs magna ultra mare rubrum. Cives, Sabæi.

ΣΑΓΑΛΑΣΣΟΣ[5], πόλις Πισιδίας. Λέγεται καὶ Σέλγησσος. Τὸ ἐθνικὸν, Σαγαλασσεύς, καὶ Σαγαλασσηνός.

SAGALASSUS, urbs Pisidiæ. Dicitur etiam Selgessus. Gentile, Sagalassæus, & Sagalassenus.

ΣΑΓΑΡΤΙΑ[6], χερρόνησος πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Σαγάρτιοι. C

SAGARTIA, Chersonesus juxta mare Caspium. Gentile, Sagartii.

ΣΑΓΓΑΡΙΟΣ[7], ποταμὸς τῆς κάτω Φρυγίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σαγγάριος. πεφθη γὰρ ὁ τύπος καὶ παρὰ τὸ τύπος καταληφθείς.

SANGARIUS, fluvius inferioris Phrygiæ. Gentile, Sangarius. Præoccupatus est enim typus prototypi comprehensus [*in eo.*]

ΣΑΓΟΥΝΤΟΣ[8], πόλις ἐν Ἱσπανίαις. Οἱ πολῖται, Σαγουντῖνοι. D

SAGUNTUS, urbs in Ispaniis. Cives, Sagunteni.

ΣΑΔΑΛΙΣ[9], Αἰγυπτία πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Σαδαλίτης.

SADALIS, urbs Ægyptia. Gentile, Sadalites.

ΣΑΞΟΙ, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ.

SAXI, gens prope Pontum.

ΣΑΙ- ΣΑΕ-

3 Σαβῖνοι, Ἰταλικὸν ἔθνος.] Sabini, Italica gens. Fuere Sabini antiqui Italiæ populi, non longè ab urbe, quibus ab oriente Latium, ab austro Umbria, ab occidente & septentrione Picentes & Samnites exstitere vicini; regio Græcis *Sabine*; nunc verò *Sabinia* appellatur quidquid inter lacum Velinum, Reate, Tiberim, Narem, & Anienem continetur, auctore Leandro in Sabinis. De eorum nominis etymologia non convenit inter auctores, Plin. lib. 3. c. 12. & & Festus Pomp. à verbo Græco σέβειν, i. e. *venerari* deducunt, quippe qui Deos eximie venerarentur; Isidorus Orig. lib. 9. c. 11. à Sabino seu Sabo, qui carminibus Sil. Italici internitet:

——— *Pars laudes ore ferebant*
Sabe, tuas qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

De eorum civitatibus egregiæ fuere Reate, & Cures, hæc Numa Pompilio illa asinorum eximio genere nobilis, de quibus suo loco egimus. Raptus Sabinarum Virginum apud Romanos indictis Circensibus ludis notior est, quam ut indicari egeat, quamobrem bellum inter Sabinos & Romanos exortum est, in quo victi Sabini in urbis partem recepti fuere; ad quod alludit Maro Æneid. lib. 7. v. 711.

— *Postquam in partem data Roma Sabinis.*

De quibus si plura scire desideras, consule Cluv. Ital. Antiquæ lib. 2. c. 8. Leandrum Albertum in Sabinis, ex antiquis Strabonem lib. 5.

4 Σάβω, πόλις μεγάλη, &c.] Vide quæ in Σάβα.

5 Σαγάλασσος, πόλις Πισιδίας, &c.] Sagalassus, seu Selgessus, urbs Pisidiæ. Memoratur Straboni lib. 12. Ptolemæo lib. 5. c. 3. qui Lyciæ dedit. Plin. lib. 5 c. 17. Pamphyliæ tribuit; erant enim Pisidia, Lycia, & Pamphylia, regiones finitimæ. Hujus oppidani erant Pisidarum bellicosissimi, auctore Arrhiano de Expedit. Alex. lib. 1. Ἀλλ' ἐπὶ Σαλαγασσὸν ἐτρέπετο. ἣν δὲ καὶ αὕτη μικρὰ πόλις. Πισίδαι καὶ ταύτην ᾤκουν· καὶ ἐδόκουν πάντων Πισιδῶν μαχιμωτάτων εἶναι, αὐτοὶ εἶναι οἱ μαχιμώτατοι, i. e. *Salagassum cum copiis petit. Erat verò & hæc non parva urbs. Pisidæ quoque hanc habitabant; & videbantur omnium Pisidarum bellicosorum ipsi bellicosissimi.* Apud Arrhianum ἐξύνεσις, apud nostrum ἀντιπαροξύνεσις.

6 Σαγαρτία, χερρόνησος πρὸς τῇ, &c.] Sagartia, Chersonesus juxta mare Caspium. Hujus incolæ *Sagartii* dicebantur. Herodot. lib. 1. c. 125. inter Persidis populos numerat. Ptolemæus lib. 6. c. 1. in Media eos locat.

7 Σαγγάριος, ποταμὸς τῆς, &c.] Sangarius, amnis inferioris Phrygiæ. Habebat fontes secus Sangiam pagum, c L. circiter stadiis à Pessinunte, auctore Strabone lib 12. Μεταξὺ δὲ Χαλκηδόνος καὶ Ἡρακλείας ῥέουσι ποταμοὶ πλείους, ὧν εἰσιν ὅ, τε Ψίλλις, καὶ ὁ Χάλπας, καὶ Σαγγάριος, ὃς μέμνηται καὶ ὁ ποιητὴς· ἔχει δὲ πρὸς πηγὰς καὶ Σαγγίαν κώμην, ἀφ' ἑκάτερα καὶ πεπλήκασι πολλὰ τεμένη θεῶν Φρύγιοι, &c. i. e. *Inter Chalcedonem & Heracleam labuntur amnes complures, quorum è numero sunt Psilles, & Chalpas & Sangarius, cujus meminit etiam Poeta. Fontes habet hic apud Sangiam pagum*, c L. *circiter stadiis à Pessinunte, &c.* Eum celebrat quoque Homerus Il. 2. v. 185. Dionys. Periegeta v. 811. *Sagaris* dicitur Ovid. Pont. lib. 4. Epist. 10. propter metrum.

Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusque, Hypanisque Crateseque
Influit, & crebro vortice tortus Halys.

Sangaris dicitur Constant. Porphyrogenetæ de Them. l. 1. Them. 5. cujus pontem visu dignissimum ab Imperatore Justiniano constructum celebrat, & in ejus laudes Epigramma affert.

8 Σάγουντος, πόλις ἐν Ἱσπανίαις.] Saguntus urbs in Ispaniis. Saguntum, ut plerumque dicitur Latinis, Hispaniæ urbs clara olim fide erga Romanos, quam ad perniciem usque suam coluit. Ab Annibale enim obsessa, & eversa belli Punici secundi inter Carthaginenses & Romanos causa & origo fuit. Erat tunc temporis civitas longè opulentissima, ultra Iberum fluvium sita mille passus fermè à mari, oriundi à Zacyntho insula dicebantur: mistique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis, auctore Livio lib. 21. c. 7. Urbem per se satis nobilem nobilitabat quoque Dianæ templum à Zacyntho insula advectæ, cui pepercit Annibal religione inductus, homo alioquin parùm religiosus, cujus templi trabes adhuc ætate Plinii durabant, ut ipse memoriæ prodit lib. 16. c. 40. Adeo pertinax fuit in Romanorum fide sociali, ut obsessi fame cogente in ignem quidquid erat pretiosum injicerent, eodem plerique semet ipsos præcipitaverunt, ut tradit Livius eodem libro cap. 14. Hinc *Saguntina rabies*, & *Saguntina fames*; quæ adagii vice funguntur. *Saguntinos calices* memorat Plinius lib. 35. c. 12. Martial. lib. 14. Epigram. 8.

Quæ non solicitus teneat, fervetque minaster,
Sume Saguntino pocula picta luto.

Topographus suis locis celebrat Zacanthaeum, & Zacynthum, ac si fuissent diversæ Hispaniarum urbes, cum fuerint una eademque urbs, de quibus suo loco egimus. Ex hujus ruinis factam fuisse eam, quæ nunc vulgo Hispanis dicitur *Monviedro*, asserit inter alios Ludovicus Nonius in Hispania sua cap. 70. Cæterum Sagunti oppidani nostro *Sagunteni*, Latinis *Saguntini* dicuntur.

9 Σάδαλις, Αἰγυπτία πόλις.] Sadalis, Ægyptia urbs. Oppidani Sadalitæ, quorum meminit Goltzius ex Galbæ nummo.

10 Σαΐς,

Σαιδηνὴ, ὄρος Κύμης. Τὸ ἐθνικὸν Σαιδλιώτης, καὶ Σαιδληνὴ ἡ χώρα. A

Σαΐξαι, ἔθνος ὑπὲρ τὸ Ἴστρον.

Σάϊς [10], πόλις Αἰγύπτου· Κλίνεται ὡς Σάεως, ὡς Μέμφεως. Καὶ κλητικὸν, Σάϊ, καὶ Σαΐα, καὶ Σαΐτης νομὸς, καὶ ὁ πολίτης. Καὶ B κλητικὸν, Σαΐτικόν· Τὸ θηλυκὸν, Σαΐτις, καὶ Σαϊτικός.

Σάκαι [11], ἔθνος· Τὰς Σκύθας οὕτω φασί. Τὸ θηλυκὸν, Σάκις.

Σάκος, κώμη τῆς ἐν Λακεδαίμονι Πιερίας, ἀπὸ Σάκου τινὸς, ὅτι αὐτοὶ τὸν θώρακα C εὗρον. Τὸ ἐθνικὸν, Σάκιος.

Σάκχηνοι, ἔθνος Ἀραβίου.

Σαλάμιοι [12], ἔθνος Ἀράβων, Σάλαμα ἡ, ἡ εἰρήνη. Ὠνομάσθησαν ἢ ἀπὸ τοῦ D ἔναντοι γεγονέναι τοῖς Ναβαταίοις.

Σαλαμὶς [13], ἡ πρὸς τῇ Ἀττικῇ νῆσος, καὶ πόλις. Ὁ πολίτης Σαλαμίνιος, καὶ Σαλαμινία.

Σάλαγγος, ὡς Πέλαγος, ἔθνος Ἰταλίας. Ἔστι καὶ ἕτερον ἔθνος Ἰνδικόν. E

Σάλαρς, ὡς Μάκαρς, νῆσος Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν Σαλάρσιος, ὡς Τιρύνθιος.

Σαλγανεὺς [14], μετὰ τὴν Χαλκίδα, ἔστι δὲ Σαλγανεὺς, προσάπτων τῷ Εὐρίπῳ. Ἔστι F καὶ πόλις Βοιωτίας. Ὁ οἰκήτωρ, Σαλγάνιος. Δύνανται καὶ Σαλγανεῖται, καὶ Σαλγανεὺς Ἀπόλλων.

Σάλγας ποταμὸς, καὶ πόλις Σάλγα, τῆς Μαυρουσίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σαλγαῖος, ἢ G Σαλγανός.

SÆDENE, mons Cumæ. Gentile, Sædenus, & Sædene regio.

SÆXÆ, gens ad Istrum.

SAIS, urbs Ægypti. Declinatur Saïs, Saëos, ut Memphis, Mempheos. Possessiv. Saïus, & Saïa, & Saïtes, *Nomus*, i. e. *præfectura*, & civis. Et Possessiv. Saïticum. Fœm. Saïtis, & Saïtenus.

SACÆ, gens. Scythas sic vocant. Fœm. Sacis.

SACUS, vicus in Lacedæmone Pieriæ, sic dictus, quod incolæ *Scutum*, quod Græce dicitur Σάκος invenerint. Gentile, Sacius.

SACCHENI, gens Arabiæ.

SALAMII, gens Arabum. Salama verò, pax. Sic verò vocati sunt, quod fœdus & pacem cum Nabatæis inierint.

SALAMIS, insula juxta Atticam, & urbs. Civis, Salaminius, & Salaminia.

SALANGUS, ut Pelagus, gens Italiæ. Est & alia gens Indiæ.

SALARS; ut Macars, insula Libyæ. Gentile, Salarsius, ut Tirynthius.

SALGANEUS. Post Chalcidem est Salganeus, adhærens Euripo. Est verò urbs Bœotiæ. Incola, Salganius. Potest etiam esse Salganeates, & Salganeus Apollo.

SALGAS, fluvius, & urbs Salga, Mauritaniæ. Gentile, Salgæus. vel Salganus.

10 Σάϊς, πόλις Αἰγύπτου.] Saïs, urbs Ægypti. Ab hac Nomos Saites, & ostium Nili Saiticum denominabatur, tamquam ab urbe metropoli. Memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. Plinio lib. 5. c. 9. in ea Minervam colebant, in cujus templo erat Psammitichi regis Ægypti celeberrimi sepultura, auctore Strabone lib. 17. Καὶ ἡ Σάϊς μητρόπολις τῆς κάτω χώρας ἐν ᾗ πρώτοις τῶν Αἰθιόπων, ἐν ᾧ τοῦ ἱεροῦ αὐτῆς ἡ ταφὴ κεῖται τοῦ Ψαμμιτίχου. i. e. *Et Saïs metropolis inferioris regionis, in qua colunt Minervam, in ejus vero templo est Psammitichi sepultura.*

11 Σάκαι, ἔθνος, &c.] Sacæ, gens. Scythas sic loquuntur. Quos à Persis *Sacas* appellatos fuisse testatur Plin. lib. 6. c. 17. *Ultrà sunt Scytharum populi, Persæ illos Sacas universos appellavere, à proxima gente.* Sed multo prius Herodotus lib. 7. c. 64. dixit Sacas esse Scythas. Ptolemæus lib. 6. c. 13. inquit, terminari eos ab occasu, Sogdianis, à septentrione & oriente, Scythia, à Meridie, monte Imao. Igitur fuit gens Scythiæ, à qua Scythas vocabant *Sacas*. Memorantur etiam inter alios Straboni lib. 11.

12 Σαλάμιοι, ἔθνος Ἀράβων, &c.] Salamii, gens Arabum, hoc nomine affecti fuere, quod confœderati essent cum Nabatæis ejusdem etiam Arabiæ populis. Salama enim dicitur pax, nomine parùm deflexo ab Hebræo שלום i. e. *pax*, puto esse eosdem, qui paulo infra auctori nostro dicuntur Σαλμαῖοι, Salmeni; Plinio lib. 6. c. 26. *Salmani.* Juxta Targum sunt iidem qui *Cinei*, quia ubi Geneseos cap. 15. v. 19. est הקני *ha Cini*, Oncelos habet שלמא *Salmæ*, à quo fortitan factum est Salamii, vel Salmeni.

13 Σαλαμὶς, ἡ πρὸς τῇ Ἀττικῇ νῆσος, &c.] Salamis, insula secus Atticam, & urbs. Dicitur etiam *Salamin*, & *Salaminia*. Cujus circuitus erat LXX. stadiorum, vel LXXX. auctore Strabone lib. 9. Claruit cùm propter Æacidas, qui eam tenuerunt, ac præcipue propter Aiacem Telamonis filium, tum quod circa illam Xerxes navali prælio victus fuit à Græcis. Excelluere olim Salaminii re navali, unde lepide apud Aristophanem in *Avibus* Bacchus se vocat ἀσαλαμίνιον, quod esset rei navalis ignarus. Ex hac insula fuit Solon, auctore Diogene Laërtio in ejus vita. Antiquitus alia habuit nomina. Dicta enim fuit *Sciras*, *Cychreia*, & *Pityussa*, ut rerum monumentis tradit Strabo libro prædicto, de qua videsis Eustathium ad Periegetæ v. 511.

14 Σαλγανεὺς, &c.] Salganeus, auctori nostro est Bœotiæ urbs post Chalcidem juxta Euripum, de qua sic Strabo lib. 9. Πλησίον δ' ἐστὶν ἐφ' ὕψους κείμενον χωρίον Σαλγανεύς, ἐπώνυμον δὲ παφίσι τοῦ ἐπ' αὐτῷ Σαλγανέως ἀνδρὸς Βοιωτίου, καθηγησαμένου τοῖς Πέρσαις εἰς τὴν Ἀθήνησιν εἰς τὴν Μαλιακὸν κόλπον, &c. i. e. *Prope* [Euripum] *est in sublimi situm oppidum Salganeus, denominatum à Salganeo, viro Bœoto illic sepulto, qui Persis à Maliaco sinu in trajectum hunc navigantibus ductor fuerat, &c.* Diversis locis eam memorat Livius ac præcipue lib. 35. c. 37. *Euthymidas ab Athenis (eum domicilio delegerat locum) Thebas primùm, hinc Salganea processit. Herodorus ad Thronium, inde haud procul in Maliaco sinu duo millia peditum: & Thoas ducentos equites, onerarias leves ad triginta habebat, eas cum sexcentis peditibus Herodorus trajicere in insulam Atalantam jussus: ut inde cum peaestres copias appropinquare jam Aulidi atque Euripo sensissent, Chalcidem trajiceret.*

ΣΑΛΗ'ΣΙΟΙ, μοῖρα Παιόνων. Σαλησίοις δ' εἴπερ καὶ αὐτοὶ μοῖρα Παιόνων τυγχάνουσι. A

SALESII, pars Pæonum. *Salesiis verò, quamvis & ipsi pars Pæonum sunt.*

ΣΑΛΛΕΝΤΙ'Α [15], πόλις Μεσσαπίων. Τὸ ἐθνικὸν, Σαλλεντίνος.

SALLENTIA, urbs Messapiorum. Gentile, Sallentínus.

ΣΑ'ΛΥΕΣ [16], ἔθνος δυϊκὸν, πολεμῆσαν Ῥωμαίοις, ὡς Χάραξ ἐν δεκάτῳ χρονικῶν. B

SALYES, gens occidentalis, quæ cum Romanis bellum gessit, ut Charax Chronicorum decimo.

ΣΑΛΜΑ'ΚΙΣ [17], πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σαλμακίτης, καὶ Σαλμακεὺς, ἀφ' τὸ ἐπιχώριον.

SALMACIS, urbs Cariæ. Gentile, Salmacites, & Salmaceus propter regionis consuetudinem. C

ΣΑΛΜΗΝΟΙ' [18], ἔθνος μοναδικὸν, ὥς φησι Γλαῦκος ἐν Ἀραβικῶν ἀρχαιολογίᾳ.

SALMENI, gens solitaria, ut inquit Glaucus in Arabicorum antiquitate.

ΣΑ'ΛΜΟΣ [19], πόλις Βοιωτίας, ἧς οἱ πολῖται Σαλμόνιοι, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνίας.

SALMUS, urbs Bœotiæ, cujus cives, Salmonii, ut Hellan. secundo Deucalioniæ. D

ΣΑΛΜΥΔΗΣΣΟ'Σ [20], κόλπος τοῦ Πόντου. Τὸ ἐθνικὸν, Σαλμυδήσσιος, καὶ Σαλμυδησσία, καὶ Σαλμυδησσηνοί. Ἡ ἀπὸ τόπου ὀχέσις, Σαλμυδησσόθεν.

SALMYDESSUS, sinus Ponti. Gentile, Salmydessius, & Salmydessia, & Salmydesseni. Vel forma ex loco, ex Salmydesso.

ΣΑ'ΛΜΥΚΑ πόλις πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις. Τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τοῦ Σάλμυκος, Σαλμυκηνὸς, ὡς Ἐρυκηνός. E

SALMYCA, urbs circa Herculeas columnas. Gentile, à Salmycos, Salmycenus, ut Erycenus.

ΣΑΛΜΩ'ΝΗ [21], πόλις τοῦ Πισάτιδος, καὶ κρήνη ὁμωνύμως, ἀπὸ τοῦ Σαλμωνέως τοῦ βασιλέως. Ὁ πολίτης Σαλμωνεὺς, ἢ Σαλμωνείτης, ὡς Ἀταρνείτης· Τὸ θηλυκὸν, Σαλμωνεῖτις. F

SALMONE, urbs Pisatidis, & fons ejusdem nominis, à Salmoneo rege. Civis, Salmoneus, vel Salmonetes, ut Atarnetes. Fœm. Salmonetis.

ΣΑ'- SA-

15 Σαλλεντία, πόλις Μεσσαπίων.] Sallentia, urbs Messapiorum, cujus oppidani nostro sunt Σαλλεντῖνοι, Latinis, *Sallentini*, (sic supra *Saguntini* dicuntur, oppidani Sagunti, qui Latinis *Saguntini*, in his enim mendam suspicari nolo) at cum Messapii fuerint Italiæ populi in Japygia, ut noster inquit in Μεσσαπία, Sallentini etiam, quippe qui ad Messapiorum ditionem pertinebant, fuere ejusdem Italiæ; Messapia enim, Japygia, Daunia, Peucetia, & Calabria fuere una eademque Italiæ regio, in qua erant Sallentini, sed ejus limites pro diversitate temporum, diversè ab scriptoribus signantur. Hæ verò præcipue Sallentinorum urbes fuere Tarentum, Brundusium, Hydruntum, at Sallentia nostri auctoris, à nemine quod sciam, memoratur; à Taranto autem, nomine parum corrupto, hæc regio vulgò Italis dicitur *Terra d'Otranto*, ac si diceres *Terra Tarenti*. Servius ad Æneid. lib. 3. v. 400. celebrat Sallentinum promontorium, quod ἄκρον Ἰαπυγίαν, i. e. *promontorium Japygium* vocat Strabo lib. 4. Salentinos autem fuisse Cretensium colonos asserit idem auctor eodem libro. Festus Pompeius nomen adeptos fuisse tradit à sale, scilicet, quod mari pene circumdati essent, de quibus vide Leandrum Albertum, & Cluv. It. Antiquæ lib. 4. c. 13.

16 Σάλυες, ἔθνος δυϊκὸν, πολεμήσαν, &c.] Salyes, gens occidentalis, quæ cum Romanis belligeravit. Fuere populi Narbonensis Galliæ, qui regionem à Massilia inter Alpes & Rhodanum, usque ad Druentiam fluvium 10 ferè stadiorum incolebant. Bellum illud quod cum Romanis gessere, intelligit quod gessit Cn. Domitius Ænobarbus, qui ubi Sulgas & Rhodanus confluunt, permulta fudit Gallorum millia, vel quod gessit Q. Fab. Max. Æmilianus, qui triginta hominum millibus, ubi Isar & Rhodanus aquas jungunt, cc Gallorum millia trucidavit, ut memoriæ tradit Strabo lib. 4.

17 Σαλμάκις, πόλις Καρίας.] Salmacis, urbs Cariæ, nemini, quod sciam memoratur. Fortean ex fonte fecit Stephanus urbem. Nam Salmacis fuit fons Halicarnassi Cariæ metropolis, de quo Strabo lib. 14. Hic fons molles & effœminatos reddebat ex ejus aqua bibentes. Magna stultitia est hominum luxuriæ causam in aëris & aquæ temperiem referre, cum illam præbeant divitiæ & victus intemperans ratio. Poëtæ fabulabantur hujus fontis aquam mares in fœminas convertere, unde Ovidius Met. lib. 15. v. 319. canit:

Cui non audita est obscœnæ Salmacis unda.

Quam fabulam idem Poëta Met. lib. 4. v. 285. & sequentibus edisserit.

18 Σαλμηνοί.] Vide Σαλάμιοι.

19 Σάλμος, πόλις Βοιωτίας.] Salmus, urbs Bœotiæ, ex Hellanico, quam perperam sic ab illo vocatam fuisse inquit noster in Ἄλμων.

20 Σαλμυδησσὸς, κόλπος τοῦ Πόντου.] Salmydessus, sinus Ponti. Quem noster sinum Ponti, Ptolemæus libro 3. c. 11. *litus* vocat. Mela lib. 2. c. 2. urbem Thraciæ apud quem *Halmydessos* scribitur, quam puto esse veram scripturam, quia spiritum asperum sæpe convertunt in σ, ut alibi annotavimus, unde ab Ἁλμυδησσὸς, factum est Σαλμυδησσός. Strab. lib 7. litus desertum, saxosum & importuosum appellat. Almedessos dicitur Plinio urbs quam inter Thraciæ civitates locat. Ex dictis claret fuisse & litus & urbem. Salmoneus verò fuit Epeorum & Pisatarum rex.

21 Σαλμώνη, πόλις, &c.] Salmone, urbs Pisatidis regionis & fons ejusdem nominis, à Salmoneo rege. Pisatis erat Olympiæ regio, ut ait noster in Πίσα. Quem ἀμύμονα, i. e. *irreprehensibilem* vocavit Homerus Odyss. 11. v. 235. at apud Virg. tamquam impius carpitur Æneid. lib. 6.

Vidi crudeles dantem Salmonea pœnas
Dum flammas Iovis, & sonitus imitatur Olympi.

Civitas autem Salmone, à nemine quod sciam memoratur, præter Eustathium ad Homeri versum citatum. Sed Salmone fons celebratur ab Strabone lib. 8. à quo Enipeus fluebat, atque in Alpheum aquas exonerabat.

22 Σά-

ΣΑΛΩΝΑ [22], πόλις Ἰλλυρίας. Τὸ ἐθνικὸν Σαλωνίτης. Εἰσὶ δὲ Σαλῶναι πόλις Δαλματίας, ὧν Σαλωνοῦς τὸ ἐθνικὸν, ὡς Πρίσκος ἐν ἕκτῳ.

A SALONA, urbs Illyriæ. Gentile, Salonites. Sunt etiam Salonæ urbs Dalmatiæ, quarum gentile, Saloneus, ut Priscus lib. 6.

ΣΑΛΩΝΕΙΑ [23], πόλις Βιθυνίας, καὶ τόπος Σάλων Σάλωνος. [24] Ὁ κάτοικος, Σαλωνείτης. Οὐκ ἔστι δὲ Σάλωνος ὁ Σαλωνείτης, ἀλλὰ τῆς Σαλωνείας. Λέγεται καὶ Σαλωναῖος.

B SALONIA, urbs Bithyniæ, & locus Salon, Salonis. Incola, Salonites. Non est verò incola Salonis, Salonites, sed Saloniæ. Dicitur etiam Salonæus.

ΣΑΜΑΡΕΙΑ [25], πόλις Ἰουδαίας, ἡ μετὰ-

SAMARIA, urbs Judææ, quæ postea Nea-

22 Σάλωνα, πόλις Ἰλλυρίας.] In hac sectione memorat auctor noster Salonam, urbem Illyriæ, & Salonas Dalmatiæ. At Ptolemæus lib. 2. c. 17. utrasque Dalmatiæ adscribit, alteram, quam *Salonas coloniam* vocat, inter maritimas, alteram, quam *Salonianam*, inter mediterraneas civitates recenset. Easdem fuisse existimo, quas noster auctor memorat. Salonæ verò fuere celebriores, quam *Saloniana*. Lucanus *longas* vocavit lib. 4.

Qua maris Adriaci longas fert unda Salonas.

Singul. num. usurpat Plin. lib. 3. c. 22. & *coloniam* vocat. Eas natalibus suis condecoravit Diocletianus Imperator, quem omnium hominum iniquissimum & impiissimum appellat Constantin. Porphyrogenet. de Them. lib. 2. Them. 9. Sed non fuit adeò nequam, ut ipse ait, ut apparet ex Epigrammate, quod in ejus laudes composuit M. Antonius Casanova, dignum ut hîc apponatur:

Imperium princeps orbis dum prætulit hortis
Atque oleri, fuit hic omni olere ipse minor,
Postquam olera imperio, postquam hortos prætulit orbi,
Imperio vere major & orbe fuit.

Diocletianus enim imperio se abdicavit, ut & avorum nostrorum ætate Carolus V. Germaniæ Imperator & Hispaniarum rex.

23 Σαλώνεια, πόλις Βιθυνίας, &c.] Salonia, urbs Bithyniæ, & locus Salo. Urbs Salonia à nemine, quod sciam, at locus Salo ubi erant optima boum pascua, memoratur Straboni lib. 12. Ἐν δὲ τῇ μεσογείᾳ τῆς Βιθυνίας, τό, τε Βιθυνὸν ἔστιν ὑπερκείμενον τῆς Τηΐης, καὶ ἔχων τὴν πρὸς Σάλωνα χώραν ὁρίζει βαθροσίοις, ὅθεν ἐστὶν ὁ Σαλωνίτης τυρός. i. e. *In mediterraneis Bithyniæ Bithynium est, supra Teïum situm, & habens regionem circa Salonem, ubi optima sunt boum pascua, unde Salonites caseus.*

24 Ὁ κάτοικος Σαλωνείτης.] Inquit gentile Σαλωνείτης dici de urbe, non de loco, Salone, cujus gentile dicitur Σαλωνίτης, ut apparet ex Strabonis verbis nota proxime præcedenti allatis.

25 Σαμάρεια, πόλις Ἰουδαίας, &c.] Samaria, urbs Judææ, quæ mutato priori nomine *Neapolis*, i. e. *Nova-urbs* vocata fuit, unde corrupto parùm nomine *Naplus* hodie dicitur, ut ait Michaël Antonius Baudrand ad Philippi Ferr. Alexandr. lexicon Geographicum. At uterque fallitur. Samaria enim numquam appellata fuit *Neapolis*, sed *Marion*, *Marione*, *Ellenias*, & *Sebaste*, i. e. *Augusta* in honorem Augusti Cæsaris. Sichem quæ duabus parasangis à Samaria distabat, *Neapolis* vocitata fuit, teste Benjamin Thudelensi in suo Itinerario. *Unde* (Hebræa omitto) *die uno Sebasten veni, ipsa est Samaria; hodieque dignoscitur illic palatium Achab regis Israël. Et ipsa* [antiquitus] *fuit urbs munita valde, in monte; fontibus est irrigua, & regio dives vivis aquarum, hortis, pomariis, vinetis, & olivetis, & nulli illic erant Judæi. Et hinc duabus parasangis Neapolis, ipsa est Sichem.* Hebraïce dicitur שומרון *someron*, & urbs & regio, & mons, in quo civitatem condidit Omri, seu Amri (ut vertit. Hieronymus) Rex Israël, cui nomen imposuit de nomine *Semer*, à quo emerat montem duobus talentis argenti, ut constat ex Regum lib. 3. c. 16. v. 24. Hac in urbe Israëlitarum reges sedem habuere, qui decem tribus à familia Davidica avulsas possederunt, & cum Regibus Judah diversa bella variâ fortunâ gessere, donec Salmanasar Assyriorum Rex, obsessa per triennium urbe, ac tandem expugnata, ejus Regem Oseam & plurimos ex Samaritis captivos abduxit, & per Assyriam, Mediamque dispersit, ne iterum imperii jugum excuterent, in quorum locum *Cuthæos* submisit; erant verò Cuthæi Persidis populi, nomen sortiti à regione & fluvio Persidis, unde Judæi in hunc usque diem Samaritas in opprobrium כותיים *Cuthiim*, i. e. *Cuthæos* vocant, qui pro Judaïcarum rerum statu vel *Judæos*, vel *Cuthæos* se esse dicebant. Postea, redeuntibus annis, Hyrcanus Judæorum summus sacerdos cùm Samariam integro anno obsedisset, tandem cepit, atque solo æquavit, ductis illac torrentibus, quorum eluvie ita cuncta fœdata fuere, ut ne vestigium quidem ejus supereresset, auctore Josepho Antiquit. lib. 13. c. 18. Deinde Herodes Ascalonita eam instauravit, amplius etiam spatium, quam prius habuerat mœnibus amplexus, adeo ut nulli celebrium urbium cederet. Erat enim XX. stadiorum circuitus, in media urbe templum exstruxit eximium magnitudine, & pulchritudine, atque abrogato vetere nomine *Sebasten*, i. e *Augustam*, in honorem Augusti vocavit, referente eodem Josepho Antiquit. lib. 15. c. 11. Celeberrimum fuit Samaritarum templum à Sanaballethe instar Hierosolymitani ædificatum, quod Hyrcanus post annum CC quam constructum fuerat, evertit, teste eodem Josepho Antiquit. lib. 13. c. 17. Doctiores asserunt literas antiquas Hebræorum esse, quas nunc vocant *Samaritanas*, quod etiam confirmatur Sanhedrim cohen gadol c. 2 fol. 21. de quibus consulendis lexic. Schindl. in voce שפה. Rhabinorum hac in re diversæ sunt sententiæ, ut videre est ex Buxtorfii Lex. Rhabinico in voce אשורית, *Asurith*. Sed Brianus Waltonus in Biblia Polyglotta Prolegom. 3. Num. 30. nullum relinquit dubio locum. Samaritana alphabetha vulgarunt Angelus Roccha in Bibliotheca Vaticana, Scaliger in suis Animadversionibus in Euseb. ad Num. MDCXVII. Scotus Jesuita in Technicis curiosis part. 2. Mirabil. Cabalistic. lib. 12. c. 6. §. 11. Joannes Leusdem in sua Schola Syriaca. D. Hieronymus Comm. lib. 3. ad Ezech. c. 9. v. 4. inquit, antiquis Hebræorum literis, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extremam Thau literam habere crucis similitudinem; ideò Hottingerus in suis exercitationibus Antimorianis cap. 28. Angelus Roccha in sua Bibliotheca Vaticana pag. 83. & Scaliger loco supra citato culpant Hieronymum talia asserentem, quem ab hac culpa, quam illi immerito imputant, vindicabimus. Quoniam in alphabeto Samaritano, quod affert Rhabi ha Azariah min ha Adumi, in libro cui titulum fecit מאור עינים *mehor henaim*, i. e. *lux oculorum* ex impressione Mantuæ fol. 171. cujus meminit Buxtorfius in sua Bibliotheca Rhabinica, litera *thau* duplicem habet figuram, unam similem ei, quam habent reliqua alphabeta, alteram decussatim effigiatam, quod est habere crucis similitudinem, ut ait Hieronymus. Samaritani non credebant, nisi omniscii Moysis Pentateuchon, hinc odii causa inter eos & inter Hebræos. Namque quemadmodum peccatum per legem, sic odium per religionis diversitatem ingreditur mortalium domos; quo morbo laborant homines obscuro loco nati & indocti, nobiles verò & docti vitia, non homines oderunt, quod illam vel illam religionem sequantur. Unde Samaritani sacerdotem Eli tamquam magum traducebant calumniantes, quod sacrificia, cultumque sacrum, schismatico ausu, Schiluntem contra Dei præcepta transtulerat, ac etiam Samuëlem Prophetam magum fuisse deblaterabant, ut patet ex Chronico Samaritano, cujus capitum epitomen exhibuit Hottingerus in suis Antimorianis exercitationibus de Pentateucho Samaritano cap. XLI. Judæi etiam ipsis pari referebant. Aben Esrah enim Hebræorum doctissimus ad Esther librum statim in principio inquit, *Cuthæos*, i. e. *Samaritanos*, pro illis verbis Geneseos בראשית ברא אלהים *Bereshith bara Elohim*, i. e. *In principio creavit Deus*, posuisse בראשית ברא אשמא *Bereshith bara asima*, i. e. *In principio creavit asima*, i. e. *hircus*. Asima erat idolum in formam hirci. Benjamin Thudelensis etiam in suo itinerario prodit, eos carere tribus literis gutturalibus ה, ח, ע, utrumque

est

μελονομαθεῖσα Νεάπολις. Καὶ Ἐπαφρόδιτος ὁ μὲν τὸ ἐθνικὸν αὐτῆς Σαμαρεὺς εἶπε, καὶ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἐμήκυνεν. Ὁ δὲ Ἀντίοχος, Σαμαρείτης. A

Neapolis vocata fuit. Epaphroditus ejus gentile Samareus dixit, & primam syllabam produxit. Antiochus verò Samarites.

ΣΑΜΒΟΣ, πόλις Ἀράβων. Καὶ ἐνικῶς μὲν ἡ πόλις, πληθυντικῶς δὲ οἱ πολῖται Σάμβοι, καὶ Σαμβίτης. B

SAMBUS, urbs Arabum. Et urbs quidem singul. numero, plurali verò cives, Sambi, & Sambites.

ΣΑΜΗΝΟΙ, νομάδων Ἀραβίων ἔθνος.

SAMENI, gens Nomadum Arabum.

ΣΑΜΙΚΟΝ [26], ἀδελέρως, Τριφυλιακὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Σαμικεύς, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἀδελέρου· Ἢ Σαμικόν, ὡς Ἀττικόν, τὸ Ἀττικῆς. C

SAMICUM, neut. Triphyliaca urbs. Gentile, Samiceus, tamquam à neutro. Vel Samicum, ut Atticum, Atticæ.

ΣΑΜΝΙΟΝ [27], πόλις Βρεταννίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σάμνιος, καὶ Σαμνίτης· καὶ Σαμνιτικὸς κλητικόν.

SAMNIUM, urbs Bretaniæ. Gentile, Samnius, & Samnites. Et possessiv. Samniticus.

ΣΑΜΟΘΡΑΚΗ [28], νῆσος πρὸς τῇ Θράκῃ, πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τῶν Σαμίων, καὶ τῶν Θρακῶν. [29] Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Δαρδανία. Τὸ ἐθνικὸν, Σαμοθρᾴξ, καὶ Σαμοθρᾴκιος. D

SAMOTHRACE, insula juxta Thraciam, urbem ejusdem nominis habens. Sic verò vocata fuit à Samiis, & Thracibus. Anteà verò *Dardania* vocabatur. Gentile, Samothrax, & Samothracius.

ΣΑ-

ΣΑ-

est falsum; quia in nullo Samaritano Pentateucho illud, quod inquit Aben Esrah, apparet; & in omnibus inveniuntur literæ illæ gutturales. Idolum verò quod pro Deo colebant non erat *Asima*, (hoc fuit Hamathæorum,) sed Nergal, ut eluceſcit ex Regum libro 4. c. 17. v. 30. His addebant habuisse imaginem columbæ, quam adorabant, ut inter alios memoriæ tradidit David Ganz in libro cui epigraphen fecit צמח דויד *tsemach David*, id est, *germen David*, ad annum 881. Nullus dubito imaginem columbæ veneratos fuisse, cum Assyriorum imperio parebant. Signum enim Regum Assyriæ erat figura columbæ, jam inde à Semiramide, ad quod alludit, juxta meam sententiam Jeremias cap. 25. v. 38. עזב ככפיר סכו כי היתה ארצם לשמה מפני חרון היונה *Hazab cacephir ſuco ci hajethah artſam leſamah mipene charon haionah*. i.e. *Dereliquit quaſi leo umbraculum ſuum, quia fuit terra eorum in deſolationem à facie iræ columbæ.* Ubi *à facie iræ columbæ*, nihil aliud est, nisi à facie iræ Regum Assyriæ; quia Assyriæ reges in vexillo gerebant imaginem columbæ, ut nunc Hispaniarum reges gerunt imaginem Leonis, & Germaniæ imperatores duplicis aquilæ figuram; de quibus consulendi David Ganz libro citato ad annum 1958. Seldenus de Dis Syris, syntagm. 2. c. 3. Constantinus l'Empereur ad Benjamin Thudelensis itinerarium pag. 38. & alii.

26 Σαμικὸν ἀδελέρως, Τριφυλιακὴ πόλις.] Samicum, neut. gen. Triphyliaca urbs. Triphylia fuit regio Elidis, Samicum autem vicus ad mare, auctore Pausania in Eliacis: Ἴσθι δὲ ἀπὸ τῆς Ἠλείας χωρίον ἐπὶ θαλάσσαν καθῆκον, ὀνομάζεται μὲν Σαμικὸν, ἐν δεξιᾷ δὲ ὑπέρ αὐτό, ἥτις Τριφυλία καλεῖται μόνη. i.e. *Etenti ab Elia oppidulum ad mare, cui Samicum nomen, ſupra hoc ad dextram regio, quæ Triphylia vocatur.* Castellum inquit fuisse Strabo, ac Arenes arcem, cujus meminit Homerus Il. 11. v. 722. Illius subjiciam verba ex lib. 8. Τὸ μὲν δὴ ἐν Σαμικῷ ἐστιν ἔρυμα· πρότερον δὲ καὶ πόλις Σάμος προσηγορεύθη ἀφ' ὑψους ἴσως, ἐπειδὴ σάμους οἱ Αἰολεῖς τὰ ὕψη· πεζῇ δὲ καὶ ἡ Ἀρλώνης ἀκρόπολις ὧδέ πως, ὡς σὺν τῷ καλλολόγῳ μέμνηται ὁ ποιητής, &c. i. e. *Samicum verò caſtellum fuit. Ante urbs quoque Samus ſic fortaſſis propter altitudinem dicta. Sublimia enim σάμους vocabant. Ac fortean fuit Arenes arx, cujus urbis meminit Poëta.* Idem auctor paulò supra ejus situm nos docet: Εἶτα τὸ διεῖργον ὄρος τῆς Τριφυλίας τὴν Μακίστιαν ἀπὸ τῆς Πισατίδος· εἶτ' ἄλσος πεζαμὸς Χαλκις, καὶ κρήνη Κρουνοί, καὶ καλοικία Χαλκὶς, καὶ τὸ Σαμικὸν ἐφ' ταῦτα· ὅπερ τὸ μαλιστα πρώμνιον ἔστι Σαμίᾳ Ποσειδῶνος ἱερον. i. e. *Sequitur mons, qui Maciſtiæ Triphyliam à Piſatide diſterminat. Deinde amnis Chalcis, & fons Cruni, & oppidulum Chalcis, ac Samicum poſt hæc. Ubi Samii Neptuni fanum maxime colitur.* Videsis quæ in Ἀρλώνη.

27 Σάμνιον, πόλις Βρεταννίας.] Samnium, urbs Bretaniæ. Duos errores his ineſſe ſuſpicor, prior, quòd Samnium non fuit urbs, sed regio Samnitium, de qua videsis quæ in Σαυνίται: posterior, quòd pro Βρεταννίας legendum est Βρεττίας. Sic enim vocabatur Græcis regio Brutiorum, ut apparet, ex nostro auctore in Βρέττιοι. Similis error invenitur in Diodori Siculi eclogis ex lib. 26. Ἀννίβας γὰρ καταχὰς πολλὴν καὶ τὰς πόλεις τῆς Ῥώμης Βρεταννίας [lege καὶ Βρεττίας] παρεκαλέσω, ὕστερον καὶ τὴν Κρότωνα εἶλε, καὶ τὸ Ῥήγιον πολιορκήσων. i. e. *Annibal enim magnis cum ærumnis & urbes Romæ*, [&] *Brettianæ* [Brettiæ] *adeptus; deinceps Crotonem quoque cepit, Rhegum etiam obſeſſurus.*

28 Σαμοθράκη, νῆσος πρὸς τῇ Θράκῃ, &c.] Samothrace, insula secus Thraciam, cum urbe cognomine. Sic dicta à Samiis & Thracibus. Latinis plerumque dicitur *Samothracia.* Virgil. Æneid. lib. 7. v. 207.

——— *His ortus ut agris*
Dardanus Idæas Phrygiæ penetravit ad urbes
Threiciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur.

In Ægæo pelago prope Thraciam, eam locat Ptolemæus lib. 3. c. 11. ut & Mela lib. 2. c. 7. Fuere olim inter Ethnicos Samothracum sacra celeberrima, quorum cæremonias *sanctiſſimas* vocat Plinius lib. 36. c. 5. Ideo Germanicus apud Tacit. Annal. lib. 2. desiderio sacra Samothracum visendi captus fuit, sed id obvii aquilones depulere. Samothraces *cognati Romanorum* dicebantur, quia Penates Deos, ex Italia in Samothraciam, & inde in Phrygiam Dardanus portaverat, quos deinde Æneas in Italiam ex Troia advexit, auctore Servio ad Æneiad. lib. 3. v. 12. Celebrabantur etiam *annuli Samothracii*, quos gerebant, quod putarent aliquid habere ἀλεξιφάρμακον, καὶ ἀλεξίκακον, *Samothracia ferrea* dicuntur Lucretio lib. 6.

Exſultare etiam Samothracia ferrea vidi.

De quibus videndi Isidor. Orig. lib. 19. c. 32. Scaliger in V. Manilii, Kirchmannum de Annulis cap. 21. Ex hac insula fertur fuisse celeberrimus ille grammaticus, *Ariſtarchus* nomine, qui tantum jus in Homericos versus sibi arrogavit, ut quos ipse non probaret, à familia Homerica removeret, unde alienorum scriptorum censores vocantur *Ariſtarchi.* Cæterùm hæc insula, corrupto parùm nomine, *Samandrachi* hodiè vocitatur.

29 Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Δαρδανία.] Samothrace, insula antè vocabatur *Dardania.* Scilicet quòd in eam commigraverit Dardanus, teste Dionysio Antiquit. Rom. lib. 1. quod etiam ex Callimacho testatur Plin. lib. 4. c. 12. Addit etiam fuisse omnium portuosissimam, & monte Saoce attolli; quare *Saocis* quoque vocata fuit, auctore Hesychio in Σαωκίς. *Meliten* etiam & *Samon* vocitatam tradit Strabo lib 10.

30 Σά-

ΣΑ'ΜΟΡΝΑ[30], ἡ Σάμορνα, ἡ Ἔφεσος καλεῖτο. Τὸ ἐθνικὸν τῆς Σαμόρνης, Σαμορναῖος· Τῆς δὲ Σαμόρνου, Σαμόρνιος. A

SAMORNA, & Samornus, *Ephesus* vocabatur, Gentile, Samornæ, Samornæus. A Samornus autem, Samornius.

ΣΑ'ΜΟΣ[31], ὑπὸ Φανὴς πρὸς τῇ Καρίᾳ νῆσος. Ἐκλήθη δὲ πρότερον Παρθενία, καὶ Δρύουσα, καὶ Ἀθέμουσα, καὶ Μελάμφυλος. Τὸ ἐθνικόν, Σαμαῖος, καὶ Σάμιος, καὶ Σαμία, καὶ Σαμιακός. B

SAMUS, illustris juxta Cariam insula. Anteà vocata fuit *Parthenia*, & *Dryusa*, & *Athemusa*, & *Melamphylus*. Gentile, Samæus, & Samius, & Samia, & Samiacus.

ΣΑΜΟ'ΣΑΤΑ[32], πόλις Κομμαγηνῆς ὑπὸ τῷ Εὐφράτῃ. Ὁ πολίτης, Σαμοσατεύς. C

SAMOSATA, urbs Commagenæ juxta Euphratem. Civis, Samosateus.

ΣΑΜΥΔΑ'ΚΗ[33], πόλις Καρμανίας· Τὸ ἐθνικὸν Σαμυδακηνὸς, ὡς τὸ Ἀρτακηνὸς Ἀρτακηνός.

SAMYDACE, urbs Carmaniæ. Gentile, Samydacenus, ut Artacæ, Artacenus.

ΣΑΜΥΛΙ'Α, πόλις Καρίας, Μοτύλου κτίσμα, ἣ τὴν Ἑλένην καὶ Πάριν ὑποδεξαμένη. Τὸ ἐθνικὸν, Σαμυλιανός. D

SAMYLIA, urbs Cariæ, à Motylo condita, qui Helenam, & Paridem hospitio excepit. Gentile, Samylianus.

ΣΑ'ΜΦΗ[34], πόλις Φοινίκης. Τὸ ἐθνικὸν, Σαμφαῖος.

SAMPHE, urbs Phœniciæ. Gentile, Samphæus.

ΣΑ'ΜΨΑ[35], κώμη τῆς Ἀραβίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σαμψηνός. Σάμψα δὲ, παρὰ τοῖς Ἄραψιν ὁ ἥλιος. E

SAMPSA, vicus Arabiæ. Gentile, Sampsenus. *Sampsa* verò apud Arabes, est *Sol*.

ΣΑ'ΜΨΕΙΡΑ[36], πόλις Αἰγύπτου. Τὸ ἐθνικὸν Σαμψειρεώτης, ὡς Μαρεώτης, καὶ Σαμψειρίτης.

SAMPSIRA, urbs Ægypti. Gentile, Sampsireotes, ut Mareotes, & Sampsirites.

ΣΑΝΔΑ'ΛΙΟΝ[37], Πισιδίας χωρίον. Ὁ τόπου οἰκῶν, Σανδαλιεύς. F

SANDALIUM, Pisidiæ castellum. Qui hoc habitat, Sandalieus.

ΣΑ'Ν-

ΣΑΝ-

30 Σάμορνα, &c.] Samorna, & Samornos vocabatur *Ephesus*. Videsis quæ in Ἔφεσος.

31 Σάμος, ὑπὸ Φανὴς πρὸς τῇ Καρίᾳ νῆσος.] Samus, illustris ad Cariam insulam. Samus, Same, & Samothrace, seu Samothracia, de qua supra egimus, diversæ fuere insulæ, etsi antiquitus *Samothracia* quoque vocata fuit Samus. Samathracia enim erat in Ægæo, Same in Ionio prope Zacynthum, Samus verò, de qua nunc sermo, in Icario pelago jacebat. Ac quemadmodum Lemnus Vulcanum, Delus Apollinem, Samus peculiariter colebat Junonem, unde Poetarum eruditissimus Æneid. lib. 1. v. 20.

Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo.

Ac ideo Samii in eorum numis insculpebant pavonem, avem Junoni sacram, cujus rei testis est luculentus Athenæus lib. 14. Ingeniosè admodum ejus etymon deducit Bochartus à lingua Phœnicia; sed cum Græci veteres Σάμους vocaverint excelsa loca, ut apparet ex Strabonis lib. 10. ex Constantino Porphyrogeneta de Them. lib. 1. Them. 16. non opus est à lingua Phœnicia ejus etymologiam derivare. Archestratus Poeta apud Athenæum lib. 7. celebrat thynnos, qui circa hanc insulam capiebantur, Plin. lib. 35. c. 12. Samiam testam, qua Matris Deûm sacerdotes, qui *Galli* à fluvio cognomine vocabantur, virilitatem amputabant, nec aliter sine pernicie fieri poterat, ut idem ex M. Cœlio refert. Quod facile credo, cultri enim lapidei ferreis aptiores erant ad circumcisionem, propter tumorem, qui ex vulnere aliquando per ferreos cultros facto, solet accidere. Ideo apud Josue cap. 5. v. 2. חרבות צרים *charboth tsurim*, i.e. *cultri lapidei* dicuntur, quibus circumcidendi erant Israelitæ, ubi nonnulli vertunt, sed perperam, *cultros acutos*, de quibus consulendus D. Laur. Ramirez de Prado Pentecontarcho suo cap. 4. Celebrantur etiam vasa fictilia Samia, & apud medicorum filios *terra Samia* usibus medicinæ apta. In hac insula imperavit olim *Polycrates* ille tyrannus felix adeò ut, cum in mare abjecisset annulum, quo delectabatur, in piscis præcordiis eum postea invenerit, sed nemo ante suprema funera felix dici potest, quandoquidem idem ab Oroete Darii prætore in crucem actus fuit, auctore Cicerone de Finibus l. 5. At multo magis nobilitavit Samum *Pythagoras*, qui ideo *Samius senex* dicitur.

32 Σαμόσατα, πόλις Κομμαγηνῆς, &c.] Samosata, urbs Commagenæ ad Euphratem. Commagena erat regio parva Syriæ, Samosata autem neut. plur. civitas munita, auctore Strabone lib. 16. Καθήκασα ἡ Κομμαγηνὴ μικρά πέστιν, ἐχεῖ δ' ἰσχυρὰν πόλιν Σαμόσατα, ἐν ᾗ τὸ βασίλειον ὑπῆρχε. i.e. *Sigillatim verò Commagena parva regio est, habet autem urbem munitam Samosata, in qua regia est.* Fuit hac in urbe stagnum celebre, quod emittebat limum, quem *malthan* loquebantur, hic aquâ accendebatur & terra restinguebatur, quo oppidani defendêre urbis muros, oppugnante Lucullo, flagrabatque miles armis suis, ut inquit Plinius lib. 2. c. 104. Memoratur etiam Josepho de Bello lib. 7. c. 27. Huic urbi natales debet suos impius ille Lucianus, & Paulus Samosatenus.

33 Σαμυδάκη, πόλις Καρμανίας.] Samydace, urbs Carmaniæ. Memoratur Ptolemæo lib. 6. c. 8.

34 Σάμφη, πόλις Φοινίκης.] Samphe, urbs Phœniciæ. Oppidani dicebantur *Samphæi*, quorum meminit Goltzius in suo Thesauro ex Titi nummo.

35 Σάμψα, κώμη τῆς Ἀραβίας, &c.] Sampsa, vicus Arabiæ. Hoc in loco κώμη, i.e. *vicus* accipitur pro oppidulo; Sampsa autem apud Arabes, ut ait noster, est *Sol*, qui Hebraice שמש, *Sames* dicitur, quod lucem ministret hominibus; ex eadem radice procedit utrumque, unde *Bæsampsa*, i.e. *Solis-domus*, de qua suo loco egimus.

36 Σάμψειρα, πόλις Αἰγύπτου.] Sampsira, urbs Ægypti. Oppidani dicebantur *Sampsireotæ*, quorum meminit Goltzius in suo Thesauro ex Hadriani nummo.

37 Σανδάλιον, Πισιδίας χωρίον.] Sandalium, Pisidiæ castellum. Memoratur Straboni lib. 12. Τὸ δὲ Σανδάλιον ὃ δὴ ἐνεχείρησε βιαζεσθαι, μεταξὺ κείμενον τοῦ τε Κρήμνιος, καὶ Σαγαλασσοῦ. i.e. *Sandalium autem ne tentavit quidem vi aggredi, situm inter Cremnam & Sagalassum.*

ΣΑ΄ΝΔΩΝ, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Σανδώνιος, ὡς Αὐλώνιος, Σαλώνιος.

SANDON, urbs Italiæ. Gentile, Sandonius, ut Aulonius, Salonius.

ΣΑ΄ΝΕΙΑ, πόλις Ἰνδική, ὡς Ἀδριανὸς Ἀλεξανδριάδι ἑβδόμῳ. Τὸ ἐθνικὸν Σανεύς.

SANIA, urbs Indiæ, ut Adrianus Alexandriadis septimo. Gentile, Saneus.

ΣΑ΄ΝΗ[38], πόλις Θρᾴκης μεταξὺ Ἄθω καὶ Παλλήνης. Οἱ πολῖται Σάνιοι, [39] καὶ Σηναῖοι, καὶ Σαναῖοι.

SANE, urbs Thraciæ inter Athon, & Pallenen. Cives, Sanii & Senæi, & Sanæi.

ΣΑ΄ΝΙΝΑ[40], πόλις ὑπὲρ τὴν ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Τὸ ἐθνικὸν Σανινεύς, ὡς Κωνσανλινεύς. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ ης χαίρουσι τύπῳ, γίνεται Σανινίτης.

SANINA, urbs ad mare rubrum. Gentile, Saninæus, ut Constantinæus. Sed quoniam forma desinentium in ês gaudet, fit Saninites.

ΣΑ΄ΝΝΙΓΑΙ[41], ἔθνος Σκυθίας, τοῖς Ἀβασγοῖς ὁμορεῖ.

SANNIGÆ, gens Scythiæ, Abasgis vicina.

ΣΑ΄ΝΤΙΣ, πόλις Κελτική. Τὸ ἐθνικὸν Σαντίτης ὡς Λέπτις Λεπτίτης.

SANTIS, urbs Celtica. Gentile, Santites, ut Leptis, Leptites.

ΣΑ΄ΝΤΩΝΕΣ[42], ἔθνος τῆς Ἀκυτανίας.

SANTONES, gens Aquitaniæ.

ΣΑ΄ΞΟΝΕΣ[43], ἔθνος οἰκοῦν ἐν τῇ Κιμβερικῇ χερρονήσῳ.

SAXONES, gens habitans in Cimbrica Chersoneso.

ΣΑ΄ΟΣ[44], ἡ τῶν Σαΐων νῆσος. Τὸ ἐθνικὸν Σαΐος.

SAUS, insula Saiorum. Gentile, Saius.

ΣΑ΄ΠΑΙ[45], ἔθνος Θρᾴκης. Λέγονται δὲ Σάπαιοι, καὶ Σάπιοι. Καὶ τὸ κτητικὸν, Σαπαϊκὸν, καὶ Σαπαϊκή.

SAPÆ, gens Thraciæ. Dicuntur etiam Sapæi, & Sapii. Et possessiv. Sapaicum, & Sapaïca.

ΣΑ΄-

SA-

38 Σάνη, πόλις Θρᾴκης, &c.] Sane, urbs Thraciæ, inter Athon & Pallenen. Erat Andriorum colonia, sita ad fossam, qua Xerxi velificatus Athos, ut Juvenalis verbo utar, narrante Thucydide lib. 4. Καὶ ὁ Ἄθως αὐτῆς ὄρος ὑψηλὸν πελάγει τελευτᾷ ἐς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος. Πόλεις δ' ἔχει, Σάνην μέν, Ἀνδρίων ἀποικίαν, παρ' αὐτὴν τὴν διῶρυχα, ἐς τὸ πρὸς Εὔβοιαν πέλαγος τετραμμένον. i. e. *Et Athos ipsius mons excelsus desinit in Ægæum pelagus. Urbes autem habet, Sanen quidem, Andriorum coloniam, ad ipsam fossam, versus pelagus, quod Eubœam spectat.* Ejus quoque meminit Herodotus in Polymnia cap. 22. Ἐν τῷ ἰσθμῷ τάττωσι ὃν τελευτᾷ ὁ Ἄθως, Σάνη πόλις Ἑλλὰς οἰκέουσα. i. e. *In hoc autem Isthmo, ubi Athos finitur, sita est Sane urbs Græca.*

39 Καὶ Σηναῖοι.] Oppidani urbis *Sanes*, *Sanii* & *Sanæi* dici possunt, sed non *Senæi*. Itaque τὸ καὶ Σηναῖοι expungendum existimo, quod per incuriam huc mihi videtur irrepsisse.

40 Σάνινα, πόλις ἐπὶ τῇ, &c.] Sanina, urbs ad mare Rubrum. Memoratur Ptolemæo lib. 6. c. 7. post Rubri maris angustias, apud quem Σανίνα scribitur.

41 Σάνιγαι, ἔθνος Σκυθίας, &c.] Sannigæ, gens Scythiæ Abasgis adjacens. Memorantur Arrhiano in Periplo Ponti Euxini. Ἄψιλαι ὄμοροι, Ἀβασγοί· καὶ Ἀβασγῶν βασιλεύς, Ῥησμάγας· καὶ ἔστιν ἀφ' οὗ καὶ τὴν βασιλείαν ἔχει. Ἀβασγῶν δ' ἐχόμενοι, Σανίγαι· ἵνα δὴ καὶ ἡ Σεβαστόπολις ἄκισται. Σανιγῶν βασιλεύς Σπαδάγας, ὃν παρ' αὐτοῦ τοῦ βασιλείαν ἔχει. i. e. *Apsilis verò finitimi, Abasci. Et Abascorum rex, Rhesmagas. Et hic à te regnum habet. Abascis vicini, Sanigæ. Ubi & Sebastopolis habitatur. Sanigarum rex Spadagas, qui à te regnum habet.* Quare apud Stephanum pro Ἀβασγῆς, legendum ex Arrhiano Ἀβασγοῖς. Apud nostrum Σάνιγαι scribitur, apud Arrhianum Σανίγαι. Noster Scythiæ gentem vocat, Arrhianus inter Ponti Euxini populos recenset, cui hac de re fides habenda potius, quam Stephano. Horum etiam meminit Plinius lib. 6. c. 4. *Gens Apsilæ, castellum Sebastopolis, à Phasi* CM. *pass. gens Sannigarum, oppidum Cygnus, flumen & oppidum Pityûs.*

42 Σαντωνες, ἔθνος τῆς Ἀκυτανίας.] Santones, gens Aquitaniæ. Memorantur Straboni lib. 4. Ptolemæo lib. 2. c. 7. Quorum regio *Santonia* dici potest. Hodie adhuc corrupti nominis vestigia servat, vulgo enim Gallis vocatur *La Xaintonge*, cujus præcipua urbs est Mediolanum Santonum, quæ vulgo *Saintes* dicitur. Santonicum cucullum celebrat Juven. Sat. 8.

——— *Quo si nocturnus adulter*
Tempora Santonico velas adoperta cucullo.

Necnon Mart. lib. 14. Epigram. 128.

Gallia Santonico vestit te bardocucullo
Cercopithecorum pœnula nuper erat.

Idem lib. 9. Epigram. 96. memorat *Santonicam virgam*, i.e. *absinthium*, quo vinum fiebat absinthites, de quo consulesis Plin. lib. 14. c. 16. de vinis factitiis.

43 Σάξονες, ἔθνος, &c.] Saxones, gens habitans in Cimbrica Chersoneso. Memorantur inter alios Ptolemæo lib. 2. c. 11. quos Carolus Magnus debellavit, & ad Christianam religionem reduxit, eorum regio dicitur *Saxonia*, & est Germaniæ pars sub Duce qui est unus ex Imperii Germanici electoribus. Aliqui dividunt Saxoniam in superiorem & inferiorem, de quibus consulendus Cluv. Germ. Antiquæ lib. 3. c. 21.

44 Σάος, ἡ τῶν Σαΐων νῆσος.] Saos, insula Saiorum. Hæc Saiorum insula, quam nobis relinquit divinandam, eadem erat, quæ Samos, ut apparet ex Strabonis lib. 10. Τινὲς δὲ Σάμον καλεῖσθαί φασιν, ἀπὸ Σαΐων τῶν εἰκήτων Θρᾳκῶν πρότερον, οἳ καὶ τὴν ἠπειρον ἔσχον τὴν προσεχῆ· εἴτε οἱ αὐτοὶ τοῖς Σαπαίοις ὄντες, ἢ τοῖς Σιντοῖς, οὓς Σίντους καλεῖ ὁ ποιητὴς, εἴθ' ἕτεροι. i. e. *Quidam Samum vocari ajunt, à Saiis Thracibus, qui eam ante incolebant, & continentem habebant finitimam; sive hi iidem cum Sapæis, seu Sintis (quos Sintas vocat Poëta) sive diversi fuerint.* Quæ de Samothrace insula intelligenda existimo.

45 Σάπαι, ἔθνος Θρᾴκης.] Sapæ, qui & Sapæi & Sapii, gens Thraciæ Memorantur Straboni lib. 10. & eorum præfectura Sapaica Ptolemæo lib. 3. c. 11. è nostris Plinio lib. 4. c. 11. Eosdem etiam celebrat Ovid. Fast. lib. 1.

Exta canum vidi Triviæ libare Sapæos.

46 Σά-

ΣΑ΄ΠΕΙΡΕΣ [46], ἔθνος ἐν τῇ μεσογείᾳ τῆς Ποντικῆς, οἱ νῦν μὲν Β λεγόμενοι Σάβειρες.

SAPIRES, gens in parte meditetranea Ponticæ, qui nunc per *b.* dicuntur *Sabires*.

ΣΑΠΦΕΙΡΙ΄ΝΗ [47], νῆσος ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ. Ἐκ ταύτης ὁ Σάπφειρος λίθος.

SAPPHIRINE, insula in sinu Arabico. Ex hac Sapphirus lapis.

ΣΑ΄ΡΑΚΑ [48], χώρα Ἀραβίας. Μετὰ τὰς Ναβαταίους. Οἱ οἰκοῦντες, Σαρακηνοί.

SARACA, regio Arabiæ. Post Nabatæos. Incolæ, Saraceni.

ΣΑ΄ΡΑΠΙΣ [49], νῆσος ἐν τῷ Ἰνδικῷ κόλπῳ. Τὸ ἐθνικὸν Σαραπίτης.

SARAPIS, insula in sinu Indico. Gentile, Sarapites.

ΣΑ΄ΡΑΠΤΑ [50], πόλις Φοινίκης. Ὁ πολίτης Σαρεπτηνός, καὶ Σαρεπτία, καὶ Σαρεπτηνός.

SARAPTA, urbs Phœniciæ. Civis, Saraptius, & Saraptia, & Saraptenus.

ΣΑ΄ΡΓΑΝΘΑ, πόλις Ἰβηρίας. Τὸ ἐθνικὸν Σαργανθηνός.

SARGANTHA, urbs Iberiæ. Gentile, Sarganthenus.

ΣΑ΄ΡΓΑΝΤΙΣ, πόλις καὶ φυλακὴ Αἰγυπτία. Ὁ πολίτης Σαργανίτης, ὡς Ναυκρατίτης.

SARGANTIS, urbs, &, præsidium Ægypti. Civis, Sargantites, ut Naucratites.

ΣΑ΄ΡΔΑΙΟΝ, ὄρος περὶ Ἀσωπόν. Τὸ ἐθνικὸν Σαρδαῖος, καὶ Σαρδαιεύς.

SARDÆUM, mons circa Asopum. Gentile, Sardæus, & Sardæeus.

ΣΑ΄ΡΔΗΣΣΟΣ, πόλις Λυκίας, πλησίον Λυρνησσοῦ. Ὁ οἰκήτωρ, Σαρδήσιος· καὶ Σαρδήσιος ζεὺς τιμᾶται.

SARDESSUS, urbs Lyciæ, juxta Lyrnessum. Incola, Sardessius. In eadem Sardessius Jupiter colitur.

ΣΑ΄Ρ-

SAR-

46 Σάπειρες, ἔθνος κ.τ.λ.] Sapires, gens in mediterraneis Ponticæ, quæ auctoris nostri ætate *Sabires* dicebantur. Eorum meminit Apollon. Argonautic. libro secundo v. 397.

— Μετὰ δ' αὖ πλατιῶσα φύλα Βεχείρων.
Ἐξείης ἠδὲ Σάπειρες ἐπὶ σφίσι ναιετάουσι.
— Inde quæ plurimæ nationes Bechirorum:
Deinde autem Sapires juxta eos habitant.

Ad quem locum ejus Scholia sic se habent: Ἐξείης ἠδὲ Σάπειρες. Ἐπὶ τοῖς Βεχείροις. Σάπειρες ἔθνος Σκυθικὸν, ὅτε κληθὲν ἀπὸ τοῦ πολλοὺς παρ' αὐτοῖς γηύεσθαι τοὺς Σαπειρίτους λίθους. i.e. *Deinde vero Sapires. Post Bechiros. Sapires autem gens Scythica, sic vocata, quod apud eos nascatur lapis sapirites id est sapphirus.*

47 Σαπφειρίνη, νῆσος, &c.] Sapphirine, insula in Arabico sinu. Unde Sapphirus lapis. Sic lapis topazius ab insula Topazio denominatur. Memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. Plinio lib. 6. c. 29. cui *Sapirene* dicitur; *Sapphirine* è nostro auctore legendum existimo.

48 Σάρακα, χώρα Ἀραβίας, &c.] Saraca, regio Arabiæ, post Nabatæos. Regio dicebatur Saracene, quæ ad Ægyptum usque pertingebat, incipiens ab occasu montium, qui *Melanes*, i.e. *nigri* dicuntur, siti juxta Arabiam desertam, auctore Ptolemæo lib. 5. c. 17. Saraca verò erat urbs Arabiæ Felicis; ut videre est ex eodem auctore lib. 6. c. 7. Hujus regionis incolæ dicebantur Saraceni, de quorum nominis etymologia discordant auctores. Alii sic vocitatos putant à Sara Abrahami uxore, sicut etiam ab ejusdem ancilla Agar vocantur Agareni & ab ejus filio Ismael, appellantur *Ismaelitæ*; ab Agar verò & ab Ismael rectè *Agareni*, & *Ismaëlitæ* dicuntur, sed à Sara nullo modo deduci potest τὸ *Saraceni*; alii ab urbe Saraca *Saraceni* vocatos fuisse existimant, alii à verbo Arabico *Saraca*, i. e. *latrocinatus est*, quoniam Arabes præsertim Scenitæ latrociniis erant dediti, quod etiamnum exercent. Quorum meminere Ptolemæus lib. 6. c. 6. Plin. lib. 6. c. 28. at tunc temporis non adeò inclaruere, ut postea, eorum situm & vitam depingit Ammianus Marcellinus lib. 14. c. 10. *Saraceni tamen nec amici nobis unquam, nec hostes optandi, ultro citroque discursantes, quidquid inveniri poterat, momento temporis parvi vastabant, milvorum rapaci vitæ similes, qui si prædam dispexerint celsius, volatu rapiunt celeri, aut si impetraverint, non immorantur. Super quorum moribus licet in actibus Principis Marci, & postea aliquoties meminerim retulisse, tamen nunc quoque pauca de isdem expediam carptim. Apud has gentes, quarum exordiens initium ab Assyriis ad Nili catarractas porrigitur & confinia Blemyarum, omnes pari sorte bellatores, feminudi, coloratis sagulis pube tenus amicti, equorum adjumento pernicium, graciliumque camelorum per diversa reptantes, &c.* Paululum infra inquit idem auctor, se plerosque vidisse frumenti usum & vini penitus ignorantes. Latiore significatione *Saraceni*, sive *Sarraceni* dicuntur, qui Mahomedis religioni sunt addicti. De quibus videndus inter alios Joan. Boemus de Asia libro secundo cap. 11.

49 Σαράπις, νῆσος ἐν τῷ Ἰνδικῷ κόλπῳ.] Sarapis, insula in Indico sinu. Viderint peritiores, an sit eadem, quam Ptolemæus lib. 6. c. 7. inter septem ad mare rubrum insulas parvas, quæ *Zenobii insulæ* dicebantur, locat juxta Sachalitem sinum, cui *Sarapidis insula* dicitur in qua erat fanum, ut ipse ait, si conjectare permittitur Serapidis; unde nonnulli existimant esse eamdem, quæ Amm. Marcellino lib. 23. c. 24. dicitur *Turgana*, in qua dicebatur esse maximum Serapidis templum quam Ammianus juxta eumdem tractum celebrat. Nec obstat quod ab Ammiano vocetur *Turgana*. Solent enim & urbium & insularum nomina mutari.

50 Σάραπτα, πόλις Φοινίκης.] Sarapta, urbs Phœniciæ. In qua paupercula illa vidua in Sacris libris memorata Reg. lib. 3. c. 17. v. 10. hospitio excepit Eliam Prophetam, qui ejus filium à morte ad vitam revocavit. Hebraïce dicitur צרפתה *Tsarphathah*, unde factum est Sarapta, & Sarepta, quia utroque modo invenitur. Memoratur Lucæ c. 4. v. 26. Plinio libro 5. cap. 19. Sidonius *Sareptanos palmites* celebrat:

Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna
Quæque Sareptano palmite missa bibas.

Non longe à Sidone & Tyro distabat media inter utrasque, auctore Josepho Antiquit. lib. 8. c. 7. qui neut. plur. usurpat: Ἀναζεφυχθέντος δὲ τοῦ ποταμοῦ δι' ὑπερβολὴν, εἰς Σαρεφθὰ πόλιν οὐκ ἄπωθεν τῆς Σιδῶνος καὶ Τύρου, μεταξὺ ἀμφοῖν κειμένην, ἐπορεύθη. i. e. *Cum exarsisset fluvius ob inopiam imbrium, in urbem Sarephtha non longe a Sidone & Tyro, media enim inter utrasque jacet, jubente Deo proficiscitur.*

ΣΑ΄ΡΔΙΣ [51], πόλις Λυδίας. Ὁ πολίτης, Σαρδιανὸς, καὶ Σαρδιανή. Τὸ κτητικὸν, Σαρδιανικὸς, Σαρδιανική. A

SARDIS, urbs Lydiæ. Civis, Sardianus, & Sardiana. Possef. Sardianicus, Sardianica.

ΣΑ΄ΡΔΟΣ, ὡς Πάρθος, πόλις Ἰλλυρίας. Οἱ πολῖται, Σαρδῆνοι.

SARDUS, ut Parthus, urbs Illyriæ. Cives, Sardeni.

ΣΑΡΔΩ΄ [52], ἡ νῆσος. Ὁ Σάρδος ἔν, τῇ Σαρδοῖ ἀναλόγως. Λέγεται καὶ Σαρδὼν, ὡς τῇ Πυθοῖ ᾠδήκειται τὸ Πυθών. [53] Ἐκαλεῖτο δὲ Ἴχνυσα, διότι ἐοικυῖα ἴῳ ἀνθρώπου ἴχνει. Ὁ καὶ οἰκῶν, Σαρδώνιος, καὶ Σαρδωνία, καὶ Σαρδῶος, καὶ Σαρδωνικὸς, καὶ Σαρδωνική. B C

SARDINIA, insula. Sardus igitur analogiam quamdam habet cum adverbio loci Σαρδεῖ, i. e. *in Sardinia*. Dicitur etiam *Sardon*, quemadmodum à Πυθοῖ, i. e. *Pythia*, Python. Vocabatur *Ichnusa*, quod similis esset hominis ἴχνει, i. e. *vestigio*. Incola, Sardonius, & Sardonia, & Sardous, & Sardonicus, & Sardonica.

ΣΑ΄ΡΙΧΑ, πόλις Καππαδοκίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σαριχηνὸς, ἢ Σαριχεὺς, ὡς Τυανεύς.

SARICHA, urbs Cappadociæ. Gentile, Sarichenus, vel Saricheus, ut Tyaneus.

ΣΑΡΜΑ΄ΤΑΙ [54], ἔθνος Σκυθικόν. Ἡ χώρα αὐτῶν Σαρματία, καὶ Σαρματικὸν ὄρος. D

SARMATÆ, gens Scythica. Eorum regio Sarmatia, & Sarmaticus mons.

ΣΑΡΝΟΥ΄Σ, ὡς Μυῦς, πόλις Ἰλλυρική. Τὸ ἐθνικὸν Σαρνύσιος, ὡς Μυύσιος.

SARNUS, ut Myûs, urbs Illyrica. Gentile, Sarnusius, ut Myusius.

ΣΑΡΠΗΔΩ΄Ν [55], πόλις Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Σαρπηδόνιος, καὶ Σαρπηδονία.

SARPEDON, urbs Thraciæ. Gentile, Sarpedonius, & Sarpedonia.

ΣΑ΄ΡΤΗ, πόλις πρὸς τῷ Ἄθων. Τὸ ἐθνικὸν, Σαρτῆος. E

SARTE, urbs circa Athon. Gentile, Sartæus.

ΣΑ΄-

SA-

51 Σάρδις, πόλις Λυδίας.] Sardis, urbs Lydiæ. Latini Sardeis plur. num. usurpant. Fuit Lydiæ urbs princeps, Crœsi regia, quem Cyrus vicit, ac rogo comburendum imposuit; jacebat in latere Tmoli montis, ex quo Pactolus aureis arenis celebris defluebat; clara stagno Gygeo, ut tradit Plin. lib. 5. c. 29. Fuit olim causa primi belli Persarum adversus Græcos, eò quod Iones Athenienses auxilio eas expugnarunt, ac Persarum præsidium interfecerunt. Quapropter Darius Persarum rex bellum Græcis primus intulit, ac deinde Xerxes, paternam cladem ad Marathonem acceptam vindicaturus. Cum magnam ædificiorum partem terræ motibus amisisset, à Tiberio principe reparatam sua ætate tradit Strabo lib. 13. Fuit una de septem Asiæ ecclesiis, quarum meminit Joan. Apocalypseos cap. 3. Eam illustrarunt natalibus suis Polyænus & Eunapius, hujus exstant vitæ Philosophorum & Sophistarum, illius stratagematum libri octo. Alios etiam celebrat Strabo libro citato, quos taceri nullum observationum nostrarum dispendium esse judicavimus.

52 Σαρδὼ, ἡ νῆσος.] Sardo, insula. Sardo, ûs, & Sardon, onis, dicitur Græcis, quæ Latinis *Sardinia*. Hinc parùm corrupto nomine *Sardeña* vocatur Hispanis, quibus nunc paret. Jacet inter mare Tyrrhenum & Balearicum. Ejus metropolis & Hispani proregis sedes est Calaris; soli, quam cœli melioris. Erat enim fertilis, sed insalubris; unde Martialis lib. 4. Epigram. 60. de Curiatio quodam, qui Tibure mortuus fuerat, inquit:

Nullo fata loco possis excludere, cum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

Ubi *Tibur* pro loco salubri, *Sardinia* pro insalubri sumitur. Nascebatur in hac insula herba, quæ *Sardoa*, vel *Sardonia* dicebatur, vescentibus lethalis, nervos contrahebat, & rictu ora diducebat, adeo ut quasi ridentes spiritum efflarent, auctore Solino cap. 10. inde adagium *risus Sardonius* de eis dici solitum, qui intus tristes, foris lætitiam simulant. Carebat serpentibus, ut tradit idem Solin. capite citato, necnon Silius lib. 12.

Serpentum tellus pura, ac viduata venenis,
Sed tristis cœlo, ac multa vitiata palude.

Veruntamen Solifugam gignebat animalculum venenosum araneis formâ simile, sic dictum, quod lucem fugeret. Ab hac insula nomen habet piscis genus notissimum ac vulgare, quod Hispani parum inflexo nomine *Sardinas* vocant; necnon purpuræ quoddam genus: unde βάμμα Σαρδωνικὸν, i. e. *tinctura Sardonica*, de qua Suidas in Σαρδὼ. Aristophani in Acharnensibus βάμμα Σαρδιανικὸν dicitur. Insula autem nomen sortita est à Sardone Herculis filio, judice Eustathio ad Periegetæ v. 458. cum prius *Ichnusa* appellaretur, ita Sil. Ital. de Bello Punico lib. 12.

Inde Ichnusa prius Grais memorata colonis
Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens
Herculis ex sese mutavit nomina terræ.

Etymon quod affert Bochartus pag. 632. ab Hebræo צַעַד *tsaad*, i. e. *gressus*, vestigium, à vero δὶς λεγ. πατῶν mihi videtur distare; de qua si plura desideras, vide Strabonem lib. 3. Diod. Siculum lib. 6. Melam lib. 2. c. 7. Plin. lib. 3. c. 7. Solin. c. 10. Bochartum de Coloniis & Sermone Phœnicum, Leonicum de Varia Historia lib. 1. c. 1. Cluv. Sardiniæ Antiquæ cap. 1.

53 Ἐκαλεῖτο δὲ Ἴχνυσα, &c.] Vocabatur verò *Ichnusa*, quod similis esset hominis vestigio. Plin. lib. 3. c. 7. Solin. cap. 10. non Ichnusam modò, sed & *Sandaliotim*, nimirum ab effigie soleæ vocatam produnt. Græci σανδάλιον vocant *muliebre calceamentum*, ἴχνος, *vestigium humanum*; unde Sil. Ital. de Bello Punico lib. 12.

——— *Nudæ sub imagine plantæ.*
Inde Ichnusa *prius Grais* ———

Claudianus de Bello Gildonico:

Humanæ speciem plantæ se magna figurat
Insula, Sardiniam veteres dixere coloni.

54 Σαρμάται, ἔθνος Σκυθικόν.] Sarmatæ, gens Scythica. Quorum regio Sarmatia. Erant verò duæ, quæ occasum spectabat, *Europæa*, quæ orientem, *Asiatica* dicebatur. Illius descriptionem habes apud Ptolemæum lib. 3. c. 5. hujus lib. 5. c. 9. Sarmatia *Europæa* creditur esse Moscoviæ & Russiæ pars; *Asiatica*, Tartariæ. Medorum sobolem fuisse tradit Plin. lib. 6. c. 7. unde ingeniosè magis, quam verè Bochartus Geographiæ Sacræ parte priori lib. 3. c. 14. nomen eorum à Chaldæo sermone שאר מדי *sear Madai*, i. e. *reliquiæ Medorum*, deducit, ac si Chaldæi eis nomen imposuerint, adeo in eruendis etymologiis luxuriat vir iste alioquin eruditissimus. Paulò infrà noster auctor *Sauromatas* eos vocat. De Sarmatis Europæis T. Flav. Domitianum Imperatorem lauream Capitolino Iovi retulisse refert Suetonius in ejus vita cap. 6.

55 Σαρπηδὼν, πόλις Θρᾴκης.] Sarpedon, onis, urbs Thraciæ. Scylaci Ciliciæ; Suidæ promontorium Thraciæ, quod *Sarpedonia Acte* dicebatur. Fuit etiam *Sarpedon*, nomen Lyciæ regis, fratris Minois, cujus meminit inter alios Poetarum flos Æneid. lib. 1. v. 103.

56 Σάρτη,

Σάρων, τόπος Τροιζηνίας. Σαρώνιος ἔν, ἡ Σαρωνία, ἡ Σαρωνικὸς, ἡ Σαρωνική. A

SARON, locus Trœzenis. [Gentile] igitur, Saronius, & Saronia, [Possessiv.] Saronicus, & Saronica.

Σάτρα [56], πόλις Κρήτης, ἡ μετονομασθεῖσα Ἐλευθέρνα. Ὁ πολίτης, Σατραῖος. B

SATRA, urbs Cretæ, quæ postea vocata fuit *Eleutherna*. Civis, Satræus.

Σατορνία [57], ἡ Ἰταλία πρῶτον ἐκαλεῖτο. Τὸ ἐθνικὸν, Σατορνῖνος. Καὶ τὸ κύριον ὁμοίως.

SATORNIA, *Italia* prius vocabatur. Gentile, Satorninus. Et nomen proprium similiter.

Σάταλα [58], πόλις Ἀρμενίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Σαταλεύς. C

SATALA, urbs Armeniæ, ut Alexander in Asia. Gentile, Sataleus.

Σατίκολα [59], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Σατικολανὸς, ὡς Μεδιολανός.

SATICOLA, urbs Italiæ. Gentile, Saticolanus, ut Mediolanus.

Σάτραι [60], ἔθνος Θρᾴκης, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ φησί. D

SATRÆ, gens Thraciæ, ut Hecatæ. in Europa inquit.

Σατρία [61], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Σατρανὸς, ὡς Διονύσιος.

SATRIA, urbs Italiæ. Gentile, Satrianus, ut Dionysius.

Σατροκέντται, ἔθνος Θρᾳκικὸν, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ.

SATROCENTÆ, gens Thraciæ, ut Hecatæ. in Europa.

Σατύριον [62], χώρα πλησίον Τάραντος. Τὸ ἐθνικὸν Σατυρῖνος, καὶ Σατύριος. E

SATYRIUM, regio prope Tarentum. Gentile, Satyrinus, & Satyrius.

Σαύα [63], ἐρήμη κώμη δαίμονος Ἀραβίας. Οἱ κωμῆται, Σαυλωοί. Ἔστι καὶ Σαῦνις πόλις Ἀραβίας, ἧς ἡ αἰτιατικὴ Σαῦνιν. F

SAUA, neutr. gen. vicus felicis Arabiæ. Incolæ, Saueni. Est etiam Saunis urbs Arabiæ, cujus accusativ. Saunin.

ΣΑΤ- SAU-

56 Σάτρα, πόλις Κρήτης, &c.] Satra, urbs Cretæ, quæ mutato nomine vocata fuit *Eleutherna*; Hujus meminit Plin. lib. 4. c. 12.

57 Σατορνία, ἡ Ἰταλία, &c.] *Satornia*, Italia prius vocabatur. Nimirum à Saturno, qui in Italia antiquitus regnavit, sub quo aurea sæcula fuisse fabulabantur, in cujus memoriam Saturnalia instituta fuerunt, in quibus servi una cum dominis recumbebant in conviviis, ut inter alios narrat Trogi epitomator lib. 43. *Saturnia tellus* vocatur Virgilio Æneid. lib. 8. v. 329.

Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus.

Fuit etiam Saturnia antiquitus urbs Italiæ, quam inter clara Latii oppida memorat Plinius lib. 3. c. 5. necnon Virg. libro citato v. 357.

Hæc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem,
Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

58 Σάταλα, πόλις Ἀρμενίας.] Satala, orum, urbs Armeniæ. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 7. inter Armeniæ minoris oppida. Ejus etiam meminit Dion ex Xiphilini epitoma lib. 68. quam ἐμφρεῖ cepisse Trajanum tradit.

59 Σατικόλα, πόλις Ἰταλίας.] Saticola, urbs Italiæ. Celebratur Livio diversis locis, cui *Saticula* dicitur; Virgilio Æneid. lib. 7. *Saticulus* vocatur:

——— Amnisque vadosi
Accola Vulturni, pariterque Saticulus asper.

Ubi Serv. *Saticulus asper, Campaniæ populus, asper moribus.*

60 Σάτραι, ἔθνος Θρᾳκικὸν.] Satræ, gens Thraciæ. Memorantur Herodoto lib. VII. cap. CXI. Σάτραι δὲ κεῖνοι ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν, ἀλλὰ διαφερόντως δὴ τοῦτο μέχρι ἐμοῦ αἰεὶ ἔσονται ἐλεύθεροι μοῦνοι Θρηίκων· οἰκίσασί τε δὴ ὄρεα ὑψηλά. i. e. *Satræ nulli olim hominum, quantum nos scimus, fuere subjecti, sed perstant ad ætatem usque meam semper liberi soli Thracum. Habitant enim montes altos.*

61 Σατρία, πόλις Ἰταλίας.] Satria, urbs Italiæ, ex Dionysio. Apud Dionysium non memoratur Satria, sed Satricanorum urbs, cujus meminit lib. VIII. *Satricum* dicitur Livio lib. VII. *Volsci certamine victi fugâ effusâ Satrici mœnia petunt, & ne in muris quidem satis firmæ spe, quum corona militum cincta, jam scalis caperetur urbs, ad quatuor millia præter multitudinem imbellem sese dedidere, oppidum dirutum, atque incensum, ab æde tantum matris Matutæ abstinuêre ignem.* Plin. lib. 3. c. 5. Eam inter clara in Latio oppida recenset. Noster auctor sine dubio, cum apud Dionys. pro Σατρικανῶν πόλις legisset, Σατρανῶν πόλις, ex posteriore finxit τὸ Σατρία.

62 Σατύριον, χώρα πλησίον Τάραντος.] Satyrion, regio secus Tarentum. Latinis dicitur *Saturium*, vel *Saturum*. Servius ad Georgic. lib. 2. v. 195.

Saltus, & Saturi petito longinqua Tarenti,

Inquit: *Saturi Tarenti, aut fœcundi, aut quod est juxta oppidum Saturum. Tarentum enim & Saturum vicinæ sunt Calabriæ civitates.* Probus grammaticus ad eumdem versum ait esse locum in finibus Tarentinorum: *Tarentum oppidum in Italia condiderunt Parthenidæ, hoc est exsules Lacedæmoniorum, duce Phalanto. In finibus autem Tarentinorum est locus, quem* Saturium *vocant, unde etiam paludem Saturam; cujus etiam in* VII. *mentio est, quum ait Virgil.*

Quæ Saturæ jacet atra palus ——

Saturi ergo Tarenti à Saturio loco, vel à Satura palude dixit, quidam dicunt, tum ob agri bonitatem, tum ab loco quodam Saturo, qui est prope Tarentum Saturum *cognominatum.* Horatius quoque Satyr. lib. 1. Sat. 6. v. 59. caballum ex hac regione *Saturejanum* vocat:

—— Non ego circum
Me Saturejano vectari rura caballo
Sed, quod eram, narro.

63 Σαύα ἐρήμη κώμη, &c.] Saua, neut. plur. vicus felicis Arabiæ. Tres hujus pene nominis civitates reperio apud Ptolemæum, scilicet Σαβὴ & Σαὼν βασίλειον in Arabia felici, lib. 6. c. 7. Σαὼν lib. 5. c. 19. in Arabia deserta juxta Mesopotamiam. Sed Sava, vicum ne Tiphye quidem ductore inventum iri credo.

ΣΑΥΝΙ΄ΤΑΙ[64], τ῀ Γαπύγων ὅμοιροι. Τὸ θηλυκὸν, Σαυνῖτις. Τὸ κτητικὸν, Σαυνιτικός.

A SAUNITÆ, Japygibus contermini. fœm. Saunitis. Poſſeſſiv. Sauniticus.

ΣΑΥ῀ΡΑ[65], πόλις Σαυνιτῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Σαυρανῶν δ᾽ οἱ κορυφαίτατοι.

SAURA, urbs Saunitarum. Gentile, Sauranorum eminentiſſimi.

ΣΑΥΡΟΜΑ΄ΤΑΙ[66], Σκυθικὸν ἔθνος. Καὶ Σαυρομάτις ἡ γυνὴ, καὶ ἡ χώρα.

B SAUROMATÆ, gens Scythica. Et Sauromatis, mulier, & regio.

ΣΑΧΑΛΙ΄ΤΑΙ[67], ἔθνος Ἰνδικόν· Καὶ Σαχαλίτης κόλπος. Καθ᾽ ὃν τόπον ἡ Σαχαλίτου κόλπου κεῖνται πελάγιοι νῆσοι ἑπτά.

SACHALITÆ, gens Indica. Et Sachalites ſinus. Juxta hunc Sachaliten ſinum jacent ſeptem maritimæ inſulæ.

C

ΣΕΒΑΣΤΗ΄[68], πόλις Ἀρμενίας, ἡ νῦν Σεβασία καλουμένη, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Ἐφέσιος. [69] Ἔστι καὶ ἐν τῇ Σαμαρείτιδι πολίχνιον. Τὸ ἐθνικὸν, Σεβαστηνός. Λέγεται καὶ ἡ [70] πρὸς τῇ Κόρυκι χερρόνησος ἄτω.

D SEBASTE, urbs Armeniæ, quæ nunc *Sebaſtia* vocatur, ut Alexander Epheſius. Eſt etiam in Samaritide oppidulum. Gentile, Sebaſtenus. Sic etiam dicitur juxta Corycum Cherſoneſus.

ΣΕ΄ΒΕΔΑ, λιμὴν Λυκίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν περίπλῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σεβεδεύς.

SEBEDA, portus Lyciæ, ut Alexander in Periplo. Gentile, Sebedeus.

ΣΕΒΕ΄ΝΝΥΤΟΣ[71], πόλις Αἰγύπτου, καὶ λίμνη, καὶ ποταμός. Καὶ Σεβεννύτης νομὸς καὶ πολίτης· Καὶ Σεβεννυτικὸν στόμα.

E SEBENNYTUS, urbs Ægypti, & Lacus, & fluvius, & Sebennytes Nomos, & Civis. Et Sebenniticum oſtium.

ΣΕ-

ΣΕ-

64 Σαυνῖται, τ῀ Γαπύγων ὅμοιροι.] Saunitæ, Japygibus collimitati. *Saunitas* vocant Græci, quos Latini *Samnites*, populos Italiæ, inter Picenum, Campaniam, & Apuliam, quorum regio *Samnium*, *Samnis*, & *Samnitium* dicebatur; hodie vulgò Italis *L'Abruzzo*. Plin. lib. 3. c. 12. *Samnitium, quos Sabellos, & Græci Saunitas dixere.* Internecina bella cum Romanis gerentes eos ad Caudinas furcas ſub jugum miſerunt, ſed tandem ab eis victi, ac urbes adeo dirutæ, ut Samnium in ipſo Samnio requireres, auctore Lucio Floro lib. 1. c. 16. Fuere Sabinorum coloni, ac ideo *Sabelli* etiam dicti, ideo Mantuanus Homerus Georgic. lib. 2. v. 167. *pubem Sabellam* pro *adoleſcentes Samnitum* dixit:

Hæc genus acre virûm, Marſos pubemque Sabellam
Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos
Extulit.

Eodem etiam modo Æneid. lib. 7. v. 665.

Pila manu, ſævoſque gerunt in bella dolones
Et tereti pugnant mucrone, veruque Sabello.

Ad quem locum Joan. Ludovicus dela Cerda, quem ego adoleſcens ſenem Madriti cognovi, ait: *Sed quare hæc veruta dicuntur Sabella? quia illis uſi Sabelli, aut Samnites, qui iidem cum Sabellis.* Feſtus auctor eſt Samnites ab haſtis appellatos eſſe, quas Græci σαυνία appellant. Has enim ferre aſſueti erant, unde ſunt, qui dicant, non debere homines ipſos dici Samnites, ſed Saunites, ut eos vocat ſemper auctor noſter; de quibus conſulendus Strabo lib. 5. prope libri calcem.

65 Σαῦρα, πόλις Σαυνιτῶν.] Saura, urbs Samnitium. Hæc eadem aliis dicitur *Sora*, quemadmodum *Laurentum*, *Lorentum*, quod etiam in aliis dictionibus ſolebat fieri, ut *Plautius*, *Plotius*, *Claudius*, *Clodius*. Sora igitur fuit civitas quam præterlabebatur Liris, auctore Strabone libro 5. Σῶρα, παρ᾽ ὃν ὁ Λεῖρις παρεξιὼν εἰς Φρεγέλλας ῥεῖ καὶ Μινθέρνας. *Sora, juxta quam Liris erumpens Fregellas fluit & Minturnas.* Liv. lib. 10. eam in agro Volſco locat, atque Romanorum coloniam fuiſſe prodit: *Soram atque Albam coloniæ deductæ. Sora agri Volſci fuerat: ſed poſſederant Samnites; eo* IIII. *millia hominum miſſa.* Inclaruit etiam carminibus Sil. Italici lib. VIII:

——— *Soræque juventus*
Addita fulgebat telis.

66 Σαυρομάται, Σκυθικὸν ἔθνος.] Sauromatæ, Scythica gens. Sunt qui dicant, nomen accepiſſe, quod ὅμοιοι τ῀ σαύρων, i. e. *lacertinos oculos* haberent; ſed hoc omnibus ſeptentrionalibus populis erat commune, quod graphicè expreſſit Juven. Sat. v. 164.

Cærula quis ſtupuit Germâni lumina? flavam
Cæſariem, & madido torquentem cornua cirro?
Nempe, quod hæc illis natura eſt omnibus una.

Eorum virgines, ac ſi eſſent viri bella gerebant, teſte Sene Coo libro de aeribus, aquis, locis, capite ſeu ſectione XLIII. Ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ ἔστιν ἔθνος Σκυθικὸν, ὃ περὶ τὴν λίμνην οἰκεῖ Μαιῶτιν, &c. i. e. *In Europa verò eſt gens Scythica, quæ ſecus paludem Mæotim habitat, differens ab aliis gentibus;* Sauromatæ *appellantur, horum fœminæ equitant, & ſagittant, & jaculantur ex equis, & pugnant cum hoſtibus, dum ſunt Virgines.* Sacarum etiam fœminæ, Maſſagetarum, Abaſgorum, Alanorum, Dacarum unà cum viris pugnabant, ut apparet ex Tzetzæ Hiſt. Chil. 13. Hiſt. 451. Hujuſmodi fuiſſe Amazones exiſtimo, & *Sauromatas* eoſdem, quos *Sarmatas*, de quibus ſuo loco egimus.

67 Σαχαλῖται, ἔθνος Ἰνδικόν.] Sachalitæ, gens Indica. Ptolemæus lib. 6. c. 7. Sachalitas & Sachaliten ſinum in Arabia felici poſt Adramitarum regionem locat; quorum regio erat thurifera, auctore Arrhiano in maris Rubri Periplo: Μετὰ δὲ Κανὼν τ῀ γῆς ἐπὶ πολὺν ὑποχωρούσης, ἄλλος ἐκδέχεται βαθὺτατος κόλπος ἐπὶ πολὺ παρεκτείνων, ὁ λεγόμενος Σαχαλίτης, καὶ χώρα λιβανωτοφόρος. i. e. *Poſt Canam, terra multo ſpatio ſenſim recedente, alius profundiſſimus ſinus ſequitur longo tractu extenſus, nomine Sachalites, & regio thurifera.* Eadem gens, & idem ſinus erat, etſi auctores citati in Arabia felici & noſter in India locat. Namque ſcriptores veteres ſæpe eos, qui ad occidentem incolebant, *Celtas*, qui ad auſtrum, *Æthiopes*, qui ultra Syriam, *Indos*, qui ad boream, *Scythas* appellabant.

68 Σεβάστη, πόλις Ἀρμενίας.] Sebaſte, urbs Armeniæ. Noſtri auctoris ætate *Sebaſtia* dicebatur, ut idem ait. Memoratur Conſtant. Porphyrogenetæ de Them. libro 1. Them. 11. quam in Armenia minore locat.

69 Ἔστι καὶ ἐν τῇ Σαμαρείτιδι πολίχνιον.] Sebaſten eſſe quoque Samariæ oppidulum inquit. Ego puto fuiſſe eamdem quæ *Samaria*, de qua videſis, quæ in Σαμάρεια annotavimus. Ejus meminit Joſeph. de Bello lib. 1. c. 16. Benjamin in ſuo itinerario.

70 Καὶ ἡ πρὸς τῇ Κόρυκι.] Legendum puto καὶ ἡ πρὸς τῇ Κωρύκῳ.

71 Σεβέννυτος, πόλις Αἰγύπτου, &c.] Sebennytos, urbs Ægypti. Memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. à qua Sebennytes Nomos, & Sebennyticum Nili oſtium.

72 Σι-

ΣΕΓΙΔΗ[72], πόλις Κελτιβήρων. Τὸ ἐθνικὸν Σεγιδαῖος. A

SEGIDE, urbs Celtiberorum. Gentile, Segidæus.

ΣΕΘΡΟΝ, πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Σεθροίτης, ὡς Ἀρσενοίτης. Ἀλέξανδρος τρίτῳ Αἰγυπτιακῶν.

SETHRUM, urbs Ægypti. Civis, Sethroites, ut Arsenoites. Alexander Ægyptiacorum tertio.

ΣΕΙΡΗΝΟΥΣΣΑΙ[73], νῆσοι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πρὸ τὸ πρόθυμον ἐπ' αὐτῆς τὸ ἄκρας κείμεναι δ' ὑποπεπλωκότος τόπου, καὶ Δικαιαρχείας τοῖς κόλποις τὸ περιέχουσα Κύμην, τὸ περιηγήσασθαι τὸν καλούμενον Ποσειδωνίαν, ἐν αἷς καὶ νεὼς αὐτῶν ἵδρυται, καὶ τιμῶνται καθ' ὑπερβολήν. Ὧν καὶ τὰ ὀνόματα ταῦτα, Παρθενόπη, καὶ Λευκωσία, καὶ Λίγεια. Τὸ ἐθνικὸν Σειρηνούσιος, καὶ Σειρηνοσσαῖος.

SIRENUSSÆ, insulæ in Italia circa fretum sitæ in ipso promontorio loci porrecti, & suis sinibus dirimentis [sinum] circumdantem Cumam, & eum qui diremit Posidoniam, ubi etiam earum templum collocatum est, ac eximiè coluntur. Quarum nomina hæc, Parthenope, Leucosia, Ligia. Gentile, Sirenusius, & Sirenussæus.

ΣΕΚΕΛΑ[74], πόλις Παλαιστίνης, ὡς Ἰώσηπος. Τὸ ἐθνικὸν, Σεκελοί.

SECELA, urbs Palæstinæ, ut Josephus. Gentile, Seceli.

ΣΕΛΛΑΣΕΙΑ[75], πόλις τῆς Λακωνικῆς. Τὸ ἐθνικὸν Σελλασιοῦς, ὡς τῆς Πειρασίας Πειρασιοῦς.

SELLASIA, urbs Laconicæ. Gentile, Sellasieus, ut Pirasiæ, Pirasieus.

ΣΕΛΓΗ[76], πόλις Πισιδίας, ἄποικος Λακε-

SELGE, urbs Pisidiæ, Lacedæmoniorum

72 Σεγίδη, πόλις Κελτιβήρων.] Segide, urbs Celtiberorum. Memoratur Straboni lib. 3. cui Arevacorum urbs, & Segida vocatur: Τῶν δ' Ἀρεακῶν ἐστὶ καὶ Σέγιδα πόλις, καὶ Παλλαντία. i. e. *Arevacorum verò est & Segida urbs, & Pallantia.* Segede dicitur Appiano de Bellis Hispan. quam Celtiberorum, qui *Belli* dicebantur, urbem magnam & potentem inquit fuisse: Σεγήδη πόλις ἐστὶ Κελτιβήρων τῶν Βελλῶν λειφθεῖσα μεγάλη τῇ καὶ δυνατὴ, καὶ ἐς τὰς Σεμπρωνίας Γράκχου συνθήκας ἀναγέγραπται. Αὕτη τὰς βραχυτέρας πόλεις ἀνώκιζεν ἐς αὐτὴν, καὶ τεῖχος ἐς τεσσαρακοντάσταδιος κύκλῳ περιεβάλλετο. i. e. *Segede urbs est Celtiberorum, qui* Belli *dicuntur, urbs magna & potens, fœderique Sempronii Gracchi adscripta. Hæc ex minoribus oppidis excitos cives ad se transferebat, murumque in ambitum* XL. *stadiorum ducebat.* Eamdem fuisse existimo, quam Liv. lib. 34. c. 17. vocat *Segesticam*, gravem atque opulentam civitatem.

73 Σειρηνόσσαι, νῆσοι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, &c.] Sirenussæ, insulæ in Italia, &c. Cum hujus sectionis omnia hauserit auctor noster ex Aristot. lib. de Mirabilibus, sed non syncerè, libet hujus verba huc conferre: Φασὶ τὰς Σειρηνόσσας νήσους κεῖσθαι μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ κατὰ τὸ πρόθυμον ἐπ' αὐτῆς τὸ ἄκρας, ὃς κεῖται κατὰ βραχύ τι πρὸς τὰ Δικαιαρχείας τοὺς κόλπους, τοῦτο δὲ περιέχουσι τὴν Κύμην, καὶ τὸ περιηγήσασθαι τὸν καλούμενον Ποσειδωνίαν· ἐν ᾧ καὶ νεὼς αὐτῶν ἱδρῦσθαι, καὶ τιμᾶσθαι καθ' ὑπερβολήν· ὧν καὶ τὰ ὀνόματα εἶναι μυθολογοῦσι καλεῖσθαι τὴν μὲν, Παρθενόπην, τὴν δὲ, Λευκωσίαν, τὴν δὲ τρίτην, Λίγειαν. i. e. *Ajunt Sirenusis insulas sitas esse in Italia circa fretum in ipso promontorio, quod fretum jacet ante porrectum locum & alluentem sinus, & eum qui Cumam cingit, & eum qui Posidoniam dirimit, ubi etiam earum templum positum est, & ab accolis studiosè sacrificiis coluntur. Quarum & nomina memorantes vocant unam quidem, Parthenopen, alteram, Leucosiam, tertiam autem, Ligiam.* Strabo lib. 1. tres exiguas, desertas & saxosas insulas fuisse tradit, quas ad fretum juxta Capreas locat: Ἀλλὰ ἀγκὼν πις ἐγχείλιος μακρὸς, καὶ γένος λόφου τινὸς, καὶ ὑψηλοῦ χοιλόν, ἐπὶ τὴν κατὰ Σύρρεντον χερρόνησον ἐκπεσὼν μικρὸν τὸ πέλαγος, ἐπὶ θάτερα μὲν τὸ ὀρεινὸν, τὸ δὲ Σειρηνοῦσσαν ἱερὸν ἔχων, ἐπὶ θάτερα δὲ, κατὰ τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον, νησίδια τρία κατακείμενα, ἔρημα, πέτρωδη, ἃ καλοῦσι Σειρηνούσσας. i. e. *Sed à Surrento victinis locis usque ad fretum quod est juxta Capreas cubito similis quidam terræ flexus interjacet, ab altera montani lateris parte Sirenum fanum habens, ab altera ad Posidoniatem sinum, tres exiguas insulas, desertas & saxosas, quas vocant Sirenusas.* Eruditissimus Poëtarum Æneid. lib. 5. v. 864. *Scopulos Sirenum* vocat:

Jamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat
Difficiles quondam, multorumque ossibus albos.

Ubi Serv. *Sirenes secundum fabulam, parte virgines fuerunt, parte volucres, Acholoi fluminis, & Calliopes musæ filiæ. Harum una, voce, altera tibiis, alia lyra canebat, & primò juxta Pelorum, post in Capharei insulis habitaverunt, quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant, secundum veritatem meretrices fuerunt, quæ transeuntes, quoniam eos ducebant ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia: has Ulysses contemnendo deduxit ad mortem.* Apud Servium pro Caphareis insulis legendum Capreis insulis, ut patet ex Strabonis verbis supra allatis. Sirenum autem fabula est apud Poëtarum parentem Odyss. 12. v. 39. à quo reliqui Poëtæ tamquam à fonte eam accepêre. Ejus carmina nimium paraphrasticè vertit eloquentiæ Romanæ parens lib. v. de Finibus bon. & mal.

74 Σέκελα, πόλις Παλαιστίνης, &c.] Secela, urbs Palæstinæ ut Josephus. Qui eam memorat Antiquit. lib. 6. c. 13. sed κώμην, non πόλιν vocat. Hebraïce dicitur צקלג *Tsiclag*: unde parùm deflexo nomine factum est Secela. Ejus fit mentio Regum lib. 1. c. 27. v. 6. quam Achis Philistæorum rex Davidi exsulanti dono dedit, ut inibi refertur.

75 Σελλάσεια, πόλις τῆς Λακωνικῆς.] Sellasia, urbs Laconicæ. Præter literarum seriem occupat locum: paulò infra dicitur Σελλασία, quas auctor noster de more suo tamquam diversas celebrat, cum fuerit una eademque Laconicæ urbs, cujus nomen diverso modo apud auctores invenitur. Fuit urbs olim celebris Achæorum victoriâ adversùs Cleomenem Lacedæmonum regem, qui ibi victus & regno exutus ad Ptolemæum Ægypti regem confugit. Hujus urbis ruinæ tantùm exstabant ætate Pausaniæ, utrumque ipse adstruit lib. 2. & 3. Memoratur inter alios Polybio Historiarum lib. 2. Ὁ δὲ Κλεομένης τοὺς ἐκ τῶν ὁδῶν τὴν ἔφοδον, τοὺς μὲν ἄλλους τοὺς εἰς τὴν χώραν εἰσβολὰς, καὶ φάλαγγι καὶ φυλακαῖς καὶ τάφροις, καὶ δένδρων ἐκκοπαῖς· αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν Σελασίαν κατειληφὼς μετὰ δυνάμεως ἐφεδρεύων ἦν. i. e. *Cleomenes autem hostium invasionem exspectans, reliquos in regionem aditus præsidiis, fossis, & arborum truncis munivit. Ipse cum exercitu profectus ad Selasiam castra posuit.* E nostris eam quoque celebrat Liv. lib. 34. c. 28. *Quintius satis jam omnibus paratis profectus ab stativis, die altero ad Sellasiam super Oenunta fluvium pervenit: quo in loco Antigonus, Macedonum rex cum Cleomene Lacedæmoniorum tyranno, signis collatis dimicasse dicebatur.*

76 Σέλγη, πόλις Πισιδίας, &c.] Selge, urbs Pisidiæ, colonia Lacedæmoniorum. Id hausit noster ex Strabonis fonte. Sic enim ille de hac urbe loquitur lib. 12. Σέλγη δὲ ἐξαρχῆς μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων ὠκίσθη πόλις· καὶ ἔπ᾽ αὐτέρου ὑπὸ Κάλχαντος· ὕστερον δὲ καθ᾽ αὑτὴν ἔμεινεν αὐξηθεῖσα οὐκ εἰς πολλοὺς ἀνομίως ὡς πόλις καὶ δι᾽ ἀνδρείαν εἶναι. i. e. *Selge urbs, ab initio condita fuit à Lacedæmoniis, atque ante à Calchante: deinde perstitit ob bonam reipublicæ formam, ita ut aliquando etiam* XX. *virorum millia habuerit.* Memoratur quoque Ptolemæo lib. 5. c. 5. Ejus oppidanos Selgeis sæpe celebrat Polybius Historiarum lib. 5.

77 Σε-

Λακεδαιμονίων. Οἱ πολῖται, Σελγεῖς· Καὶ Σελγικὴ κληθήσεται. A

rum colonia. Cives, Selgeis. Et possessiv. Selgice.

ΣΕΛΕΥΚΕΙΑ[77], πόλις ἐπὶ Κιλικίᾳ, τραχείᾳ, λεγομένη. Ὠνόμασε δὲ σελεύκειαν αὐτὴν Σέλευκος ὁ Νικάτωρ, ὡς Ἀλέξανδρός φησι. Πρότερον δὲ Ὀλβία ἐκαλεῖτο, καὶ Τέρμα. Οἱ πολῖται ἀπὸ τῆς Τερμείας Τερμεῖς, καὶ τῆς Ὀλβίας Ὀλβιανοί, καὶ τῆς Σελευκείας Σελευκεῖς, καὶ Σελευκεύς, καὶ Σελευκικὸς, καὶ Σελευκίς ἡ χώρα. Ἔστι καὶ πηλίων εἶδος, Σελευκίς, ἀπὸ Σελεύκου. B

SELEUCIA, urbs in Cilicia, *Tracheâ*, h. e. *asperâ* dictâ. Quam Seleucus Nicanor *Seleuciam* vocavit, ut Alexander inquit. Antè *Olbia*, & *Hyria* vocabatur. Cives, ab Hyria, Hyrieis, ab Olbia, Olbiani, & à Seleucia, Seleuceis, & Seleuceus, & Seleucenus & Seleucis regio. Est etiam Seleucis species poculorum, à Seleuco.

ΣΕΛΕΥΚΟΣ[78], πόλις πρὸς τῇ ὑπὲρ Συρίας Ἀπαμείᾳ, δρόσενικῶς λεγομένη. Ὁ πολίτης, Σελευκήτης. C

SELEUCUS, urbs juxta Apameam in Syria, mascul. gen. Civis, Seleuceïtes.

ΣΕΛΕΥΚΟΒΗΛΟΣ[79], πόλις, Συρίας πλησίον. Ὁ πολίτης, Σελευκοβηλίτης, καὶ Σελευκοβηλαῖος. Λέγεται καὶ Σελευκὸς πρὸς τῷ Βήλῳ· [80] Οὕτω γὰρ Παυσανίας ἐν τῷ περὶ Ἀντιοχείας φησί. D

SELEUCOBELUS, urbs prope Syriam. Civis, Seleucobelites, & Seleucobelæus. Dicitur etiam *Seleuceus ad Belum*. Sic enim Pausanias in de Antiochia inquit.

ΣΕΛΗΝΗ[81], πόλις Τυρρηνίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σεληνοπολίτης. [82] Καὶ ἑτέρα μεγάλη, μία τῶν ἑκατὸν νήσων. Ἔστι καὶ Σελήνη πόπανόν τι ἄστρῳ ὁμοιοπλήσιον. Ὁ οἰκήτωρ Σεληνίτης, καὶ Σεληναῖος. E

SELENE, urbs Tyrrheniæ. Gentile, Selenopolites. Est & alia magna, una ex centum insulis. Est etiam *Selene* placentula quædam astro similis. Incola, Selenites, & Selenæus.

ΣΕΛΙΝΟΥΣ[83], πόλις Σικελίας, δρόσενι-

SELINUS, urbs Siciliæ, in gen. mascul. & fœm.

77 Σελεύκεια, πόλις ἐπὶ Κιλικίᾳ, &c.] Seleucia, urbs in Cilicia *Tracheâ*, i. e. *asperâ*. Nomen accepit ab Seleuco Nicatore, seu Nicanore, cum ante *Olbia* & *Hyria* appellaretur. Memoratur Constantino Porphyrogenetæ de Them. lib. 1. Them. 13. Ptolemæo lib. 5. c. 8. dicitur Σελεύκεια Τραχεῖα, i. e. *Seleucia Trachea*. Plinio lib. 5. c. 27. *Seleucia Trachiotis*. Quare apud Stephanum pro Τραχείᾳ λεγομένη, legendum Τραχεῖα λεγομένη; apud quem etiam pro Ὀλβία legendum puto Ὀλμία, pro quo perperam apud Plinium loco citato scribitur *Hormia*, ut jam in Ὄλμοι annotavimus.

78 Σέλευκος, πόλις πρὸς τῇ ὑπὲρ Συρίας Ἀπαμείᾳ, &c.] Seleucos, urbs juxta Apamiam Syriæ, mascul. gen. dicta. Puto esse eamdem, quæ Ptolemæo lib. 5. c. 18. dicitur *Seleucia*, quam in Mesopotamia ante Apamiam locat.

79 Σελευκοβηλος, πόλις, Συρίας πλησίον.] Seleucobelus, urbs, prope Syriam. Memoratur Ptolemæo inter Cassiotidis, regionis Syriæ civitates, cui Σελεύκεια πρὸς Βήλῳ, i. e. *Seleucia ad Belum* dicitur. Miror, auctorem nostrum non meminisse Seleuciæ ad Tigrim, quæ fuit hujus nominis civitatum celeberrima, de qua cum de Babylone egimus nonnulla delibavimus.

80 Οὕτω γὰρ Παυσανίας ἐν τῷ, &c.] Pausanias iste, est alius à Pausania, quem habemus, cujus opera interiere, vel si est idem, opus illud de Antiochia deperditum est.

81 Σελήνη, πόλις Τυρρηνίας.] Selene, urbs Etruriæ. *Luna* dicitur Latinis, quæ Græcis Σελήνη. Memoratur Straboni lib. 5. Λέγει πόλις ἐστὶ, καὶ λιμένα, καλοῦσι δ' οἱ Ἕλληνες Σελήνης λιμένα, καὶ πόλιν. i. e. *Luna urbs est, & portus, vocant autem Græci Selenes, id est Lunæ portum, & urbem.* Splenduit carminibus Silii Italici lib. 8.

Tunc quos à nivei exegit Luna metallis
Insignis portu, quo non spatiosior alter
Immeneras cepisse rates, & claudere pontum.

Commendabatur vino, caseo, & marmore. Plin. lib. 14. c. 6. recensens vina Italiæ generosa: *Etruriæ palmam Luna habet, Liguriæ Genua.* Idem auctor lib. 11. c. 42. celebrat Lunensem caseum magnitudine conspicuum; quippe & ad singula millia pondo premebatur: unde Martialis lib. 13. Epigram. 30.

Caseus Etruscæ signatus imagine lunæ
Præstabit pueris prandia mille tuis.

Lunense marmor memoratur ab eodem Plinio lib. 36. c. 6. Hodie nedum ejus ruinæ dignoscuntur. Ejus conditor & eversor parili caligine teguntur; de qua adisis Leandrum Albertum in Tuscia, Cluv. Ital. Antiquæ lib. 2. c. 2.

82 Καὶ ἑτέρα μεγάλη, μία τῶν, &c.] Est & altera magna, una ex centum insulis. Suspectus mihi locus, quia nemo omnium alteram hujus nominis urbem memorat, ac quia sequitur μία τῶν ἑκατὸν νήσων, i. e. *una ex centum insulis*; pro καὶ ἑτέρα μεγάλη, legendum puto ἔστι καὶ νῆσος μεγάλη, id est, *est & insula magna.* Sed quænam fuerint illæ centum insulæ, planè nescio.

83 Σελινοῦς, πόλις Σικελίας, &c.] Selinûs, untis, urbs Siciliæ, & mascul. & fœm. gen. usurpata. A Megarensibus Siculis conditam tradit Strabo lib. 6. Ὧν τὴν Ἰμέραν μὲν οἱ ἐν Μυλαῖς ἔκλεισαν Ζαγκλαῖοι, Καλὴ πόλις δὲ Νάξιοι, Σελινοῦς δὲ οἱ αὐτόθι Μεγαρεῖς. i. e. *De quibus Himeram quidem condiderunt Zanclæi Mylas habitantes; Callipolim Naxii, Selinuntem Megarenses Siculi.* Ejus adhuc exstant ingentes ruinæ, vulgo, *Terra de gli Pulci* dicitur, auctore Cluv. Siciliæ Antiquæ lib. 1. c. 18. A Carthaginensibus eversam & ejus cives Hyblæum translatos apparet ex eclogis ex lib. 24. Diod. Siculi. Virgilio Æneid. lib. 3 v. 705. dicitur Selinis:

Teque datis linquo ventis, palmosa Selinis.

Ubi Serv. *Palmosa Selinis, civitas est juxta Lilybæum, abundans palmis, quibus vescuntur, & apio: an palmosa, ab equis nobilibus?* Silio Italico, magno Virgilii imitatori lib. 14. eodem modo dicitur:

——— *Palmis quoque onusta Selinis.*

Nec est error, ut aliqui putant; scriptores enim, ac maximè Poëtæ sunt valde liberi in fingendis oppidorum terminationibus. Nomen accepisse à fluvio Selinunte nullus dubito, pleraque enim Sicularum civitatum à fluviis præterfluentibus nomen habuisse, adstruit Duris apud auctorem nostrum in Acragas. Selinunti verò fluvio nomen inditum est, ἀπὸ τοῦ σελίνου, i. e. *ab apio*; quo abundabat, ut & palmis, quarum meminit Cicero Verrina septima: *Nautæ fame coacti, radices palmarum agrestium, quarum erat in illis locis, sicut in magna parte Siciliæ, multitudo, colligebant, & his miseri perditique alebantur.* Ex numismate etiam Ursini ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ apud Ant. August. ex altera parte apparent palmæ.

84 Σιλ-

.σεινικῶς καὶ ϑηλυκῶς λεγομένη. Ὁ πολίτης Σε- A
λινούντιος, καὶ Σελινύσιος, καὶ Σελινυντία.

& fœm. dicta. Civis, Selinuntius, & Selinusius, & Selinuntia.

ΣΕΛΛΑΣΙΑ [84], πόλις Λακωνική. Θεόπομπος ἐν τετάρτῳ Ἑλληνικῶν. Ὁ πολίτης Σελλασιεύς, ὡς Ἀπιεύς.

SELLASIA, urbs Laconica. Theopompus Hellenic. 4. Civis, Sellasieus, ut Apieus.

ΣΕΛΛΟΙ [85], οἱ Δωδωναῖοι. B

SELLI, Dodonæi.

— [86] Ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ.
Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται, ἀνιπόδες χαμαιεύναι. —

— *Circum verò Selli*
Te habitant vates —

Dicitur etiam & sine *s*, Elli.

Λέγεται καὶ δίχα τοῦ σ', Ἕλλοι.

ΣΕΝΝΟΝΕΣ [87], ἔθνος Γαλατικόν, ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν πρώτῳ. C

SENNONES, gens Galatica, ut Uranius Arabicorum primo.

ΣΕΝΟΕΣΣΑΝΟΙ [88], ἔθνος Ἰταλικόν, ὡς Πολύβιος ἐν τρίτῳ.

SENOESSANI, gens Italiæ, ut Polyb. lib. 3.

ΣΕΜΦΗ, ὡς Τύμφη, πόλις τῆς κοίλης Εὐφράτου Ἀραβίας. Τὸ ἐθνικὸν Σεμφαῖος, καὶ Σεμφηνός. D

SEMPHE, ut Tymphe, urbs Arabiæ juxta Euphratem. Gentile, Semphæus, & Semphenus.

ΣΕΡΙΦΟΣ [89], μία τῶν Σποράδων, [90] ἐξ ἧς καὶ

SERIPHUS, una Sporadum, unde, &

84 Σελλασία, πόλις Λακωνική.] Vide quæ in Σελλάσεια annotavimus.

85 Σελλοι, οἱ Δωδωναῖοι.] Selli, Dodonæi. Selli fuere sacerdotes Dodonæi Iovis & oraculi, quod fuit unum de antiquissimis Græcorum, at jam ætate Strabonis defecerat ut & reliqua, quemadmodum ipse refert lib. 7. Ἐκλέλοιπε δέ πως καὶ τὸ μαντεῖον τὸ ἐν Δωδώνῃ καθάπαξ τἄλλα. i.e. *Sed & oraculum Dodonæum defecit, sicut & reliqua.* De quo videsis quæ in Δωδώνη annotavimus. Plutarchus scripsit eruditum libellum περὶ τῆς ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, i. e. *de defectu oraculorum*, sed veram eorum defectus causam apud eum frustra quæres, apud *Politicum* invenies, lib. 1. *di Discorsi* cap. 12. *La vita della religione Gentile era fondata sopra i responsi delli oracoli, e sopra la setta delli Arioli, e delli Aruspici; tutte le altre loro ceremonie, sacrificii, riti dipendevano da questi. Perche loro facilmente credevano, che quello Dio, che ti poteva predire il tuo futuro bene, ò il tuo futuro male, te lo potesse ancora concedere. Di quì nascevano i tempii, di quì i sacrificii, di quì le supplicationi, & ogn' altra ceremonia in venerarli; perche l'Oracolo di Delo, il tempio di Giove Ammone, e altri celebri Oracoli tenevano il mondo in ammiratione & devoto. Come costoro cominciarano dipoi à parlare à modo de' potenti, & questa falsità si fù scoperta ne' populi, divennero gli huomini increduli, & atti à perturbare ogn' ordine buono. Debbono adunque i Principi d'una Republica, o d'un Regno i fondamenti della Religione che loro tengono, mantenergli; & fatto questo, sarà loro facil cosa à mantenere la loro Republica religiosa, & per consequente buona & unita.* Illa fuit oraculorum defectus causa, quoniam homines cautiores facti cognovere offucias illas; cæterum Politicus ita loquitur de religione alioquin minime religiosus, ut Coruncanum, aut Scævolam Pontifices maximos te audire dicas.

86 Ἀμφὶ δὲ Σελλοί, &c.] Sunt duo hemistichia Homerica, quæ apud Homerum Il. 16. v. 234. sic leguntur:

——— Ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται, ἀνιπόδες χαμαιεύναι.
——— *Circum verò Selli*
Te habitant vates illotis pedibus humi-dormientes.

Ac quia alii legunt:

——— Ἀμφὶ δὲ σ' Ἕλλοί.
——— *Circa te verò Elli.*

Ut annotavit Strabo lib. 7. & Eustath. ad eumdem versum, ideo *Elli* ab aliquibus hujusmodi sacerdotes dicebantur.

87 Σέννονες, ἔθνος Γαλατικόν.] Sennones, gens Galatica. Sennones, seu Senones fuere Galliæ Lugdunensis populi celeberrimi, quorum regio etiamnum corrupti nominis vestigia servat, vulgo enim Gallis dicitur *Le Senonois*. Hi capta Roma inclaruere; cum ad Alliam fluvium Brenno duce Romanum exercitum delevissent, (hinc apud Romanos Allienses dies nefasti) Capitolium obsederunt, ad quod capiendum raro silentio in summum evasere, ut non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, solicitum animal ad nocturnos strepitus excitarent; anseres tamen non fefellerunt, quibus Junoni sacris, in summa inopia cibi obsessi abstinebant, quæ res saluti fuit. Namque clangore, alarumque crepitu excitus M. Manlius Capitolium defendit, quod graphicè depingit Mantuanus Homerus Æneid. lib. 8. v. 652.

In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat, &c.

Nec umquam ad majorem calamitatem res Romanæ redactæ fuere. Incensâ enim Româ ab hostibus, Romani Veios transmigrare voluere, nisi Camillus obstitisset, qui Gallos profligaverat, eorum castris captis, adeò ut ne nuncius cladis quidem relictus fuerit. Ad illud Veiorum alludit distichon illud in domum Neronis, ex Suetonio in vita Neronis cap. 39.

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites
Sinon & Veios occupat ista domus.

In illius rei memoriam adhuc ætate Plutarchi, ut ipse asserit in libro de fortuna Romanorum, gestabatur solemni in pompa canis crucifixus & anser splendide admodum in lectica sedens; & hæc de Sennonibus Gallaticis dicta sufficiant. Cæterùm hujus nominis fuere etiam Italiæ & Germaniæ populi, de quibus consulesis Cluv. Ital. Antiquæ lib. 1. c. 29. Germaniæ Antiquæ lib. 3. c. 25.

88 Σενοεσσανοί, ἔθνος Ἰταλικόν.] Senoëssani, gens Italica. Vide quæ in Σινόεσσα annotamus.

89 Σέριφος, μία τῶν Σποράδων.] Seriphus, una Sporadum, scilicet insularum. Scylaci est una Cycladum cum urbe & portu. Sæpe enim auctores Sporades & Cyclades insulas confundunt. Ad hanc insulam solebant Romani mittere fontes in exsilium, ut annotavit Nicolaus Antonius in suo erudito libro de juribus exsulum lib. 1. c. 16. unde Juv. Sat. 10. v. 168. inquit:

Unus Pellæo juveni non sufficit orbis
Æstuat infelix angusto limine mundi
Ut Gyaræ clausus scopulis, parvaque Seripho.

Erat insula vilissima, quippe quæ non habebat nisi unam civitatem & portum cognominem. Idcirco Themistocles apud Plutarchum cuidam Seriphio exprobranti, *eum non sua, sed patriæ gloriâ assequutum esse splendorem*, Rectè ais, inquit, *at ego, neque si Seriphius essem, evasissem clarus, nec tu, si Atheniensis.* Apud eumdem auctorem de exsilio, cum Stratonicus esset in Seripho insula, quæsivit ex hospite, *quodnam flagitium apud ipsos exsilio puniretur*, respondentique, *eos qui malæ fide egissent*, cur, inquit, *hoc non committis, ut ex his angustiis emigres.*

90 Ἐξ ἧς καὶ τὸ βάτραχος Σεριφίου.] Unde & *Seriphia rana.* Est parœmia quædam dici solita in homines dicendi, canendique imperitos. In hac enim insula ranæ erant mutæ, ut paucis edisserit Plin. lib. 9. c. 58. *Cyrenis mutæ fuere ranæ, illatis e continente vocalibus durat genus earum, mutæ sunt etiam nunc in Seripho insula, eædem aliò transfusæ canunt.*

ἔ ἡ τὸ βάτραχ☉ Σερίφι☉. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Σερίφια, ἡ Σερίφαια. A & Seriphia rana. Fœm. Seriphia, & Seriphæa.

ΣΕΡΜΥΛΙΑ[91], πόλις πρὸς τῷ Ἄθων, ὡς Ἑκαταῖ☉. Ἔοικε δ' ὡς πρὸς τὸ Σερμύλιον, τὸ ἐθνικὸν, Σερμυλιαῖ☉, ἡ Σερμυλία, ἡ Σερμυλιεύς. B

SERMYLIA, urbs circa Athon, ut Hecatæ. Videtur verò gentile fieri, tamquam à Sermylium, Sermyliæus, & Sermylia, & Sermylieus.

ΣΕΡΡΕΙΟΝ[92], ἀκρωτήριον τῆ Θρᾴκης. Ἔστι ἡ πόλις Σαμοθρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Σερρειεύς, ἡ Σερρεώτης, ὡς ἔ Λαύρειον Λαυρεώτης· Καὶ Σερρεατης, ὡς Λέπρεον Λεπρεάτης. Καὶ Σέρρειον τεῖχ☉· οὗ τὸ ἐθνικὸν, Σερρειοτειχίτης. Καὶ ἀπὸ ἔ Σέρρεια ὄρη, Σέρρει☉ ἐθνικόν. Λέγεται καὶ Σέρρα, ἧς ἡ γυνὴ κατ' Ἴωνας Σέρρης· ἡ Σερραιτειχίτης. C

SERRHEUM, promontorium Thraciæ. Est etiam urbs Samothraciæ. Gentile, Serrheeus, & Serrheotes, ut Laureum, Laureotes, & Serrheates, ut Lepreum, Lepreates. Et Serrheum Tichos. Cujus gentile, Serrheotichites, & à Serrhei montes, gentile Serrheus. Dicitur etiam *Serrha*, cujus genitiv. secundum Iones, Serrhes, & Serrhatichites.

ΣΕΣΑΡΗΘΟΣ[93], πόλις Ταυλαντίων, ὡς φησιν Ἑκαταῖ☉. Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Σεσαρήθι☉. D

SESARETHUS, urbs Taulantiorum, ut inquit Hecatæ. Gentile, Sesarethius.

ΣΕΣΙΝΔΙΟΝ, πόλις Ἰνδική. Τὸ ἐθνικὸν Σεσίνδι☉, ὡς τῆ Ἰσίνδης Ἰσίνδι☉.

SESINDIUM, urbs Indiæ. Gentile, Sesindius, ut Isindi, Isindius.

ΣΕΣΤΙΟΝ[94], πόλις ἐν μεσογείᾳ Οἰνωτρῶν. Τὸ ἐθνικὸν Σεστιεύς, ὡς πάρεις ον ἐδέπερα. E

SESTIUM, urbs in mediterranea parte Oenotrorum. Gentile, Sestiæus, ut neutra in on.

ΣΗΚΟΑΝΟΣ[95], ποταμὸς Μασσαλιωτῶν, ἀφ' ἔ τὸ ἐθνικὸν, Σηκόανοι, ὡς Ἀρτεμίδωρ☉ ἐν πρώτῃ. F

SECOANUS fluvius Massilienſium, à quo gentile, Secoani, ut Artemidorus lib. 1.

ΣΗΛΥΜΒΡΙΑ[96], πόλις Θρᾴκης. Κέκληται δ' ἀπὸ Σήλυ☉· [97] Βρία γὰρ κατὰ Θρᾴκας ἡ πόλις, ὡς Πολτυμβρία, ἡ Πόλτυ☉ πόλις. Ὁ πολίτης, Σηλυμβριανός.

SELYMBRIA, urbs Thraciæ. Sic verò vocata fuit à Selye. *Bria* enim ſecundum Thraces, *urbs*, ut Poltymbria, Poltyis urbs, civis, Selymbrianus.

ΣΗ- SE-

91 Σερμυλία, πόλις πρὸς τῷ Ἄθων.] Sermylia, urbs circa Athon montem. Erat urbs maritima, auctore Herodoto, cui lib. 7. c. 122. *Sermyla* dicitur.

92 Σέρρειον, ἀκρωτήριον τῆ Θρᾴκης.] Serrhium, promontorium Thraciæ. Memoratur Herodoto lib. 7. c. 59. cui Σέρρειον, ἄκρη ὀνομαστὴ, i. e. *Serrhium, promontorium celebre*, vocatur. Latini hujuſmodi Græcorum nomina, ut ſæpe ſæpius annotavimus, per *ium* & per *eum* proferunt. Livius *caſtellum* vocat, cui *Serrheum* dicitur lib. 31. c. 16. *Deinceps alia caſtella, Cypſela, & Doriſcum, & Serrheum occupat.* Plinius lib. 4. c. 11. inquit eſſe montem non longè à Doriſco, à quo *Serrhium* appellatur; igitur erat promontorium, mons & caſtellum.

93 Σεσάρηθ☉, πόλις Ταυλαντίων.] Seſarethos, urbs Taulantiorum. Taulantii autem fuere populi Illyrici, teſte Strabone lib. 7. inter quos Seſaraſios & Daſaretios celebrat, quos puto fuiſſe Seſarethi oppidanos, quare vel Strabo ex noſtro auctore, vel auctor noſter ex Strabone corrigendus eſt, quod lectoris arbitrio permitto.

94 Σίστιον, πόλις, &c.] Seſtium, urbs in mediterraneis Oenotrorum. Gab. Barrius in ſua Calabria, neſcio qua auctoritate, inquit, hodie dici *Saracina*. Sed cum hujus urbis hoc nomine apud neminem, quod ſciam, fiat mentio, facile crediderim fuiſſe antiquum Seſtinum, cujus oppidani Plinio lib. 3. c. 14. dicuntur Seſtinates.

95 Σηκόαν☉, ποταμὸς Μασσαλιωτῶν.] Secoanus, fluvius Maſſilienſium. Toto cælo aberrat auctor noſter, Secoanus enim fluvius, qui *Sequana* dicitur Latinis, *La Seine* Gallis, longe a Maſſilia diſtat. Oritur enim in Ducatu Burgundiæ prope caſtrum, quod vulgo vocant *Chanceaux* in ſylva *Belfaya*, duabus leucis ab oppido S. Sequani, ac Lutetiam Pariſiorum Galliæ regiam, ac totius Europæ, dempta Conſtantinopoli, maximam bifariam ſecans in Oceanum Britannicum aquas exonerat, inter *Honeflutum* ad meridiem & *Portum Gratiæ*, vulgo *le Havre de Grace*, ad Boream, per quem Pariſios uſque deferuntur onerariæ naves, auctore Baudrand Pariſino ad Alexandrini lexicon Geographicum, in *Sequana*. Memoratur è Græcis Ptolemæo lib. 2. c. 8. cui Σηκόανα, Straboni lib. 4. cui Σηκοανὸς dicitur, è Latinis Cæſari de Bello Gallico lib. 8. Melæ lib. 3. c. 2.

96 Σηλυμβρία, πόλις Θρᾴκης, &c.] Selymbria, urbs Thraciæ. Memoratur Herodoto lib. 6. c. 33. Straboni lib. 7. cui *Selybria* dicitur. Megarenſes eam condidiſſe tradit Marcianus in Periegeſi:

——— Καὶ Σαμίων ἀποικία
Πέρινθός ἐστιν, ἐχομένη ἡ Συλημβρία
Ἣν οἱ Μεγαρεῖς κτίζεσι πρὸ τῶν Βυζαντίων.
——— *Et Samiorum colonia*
Perinthus eſt, finitima Sylembria
Quam Megarenſes condunt, ante Byzantium.

E noſtris ejus meminere Mela, qui eam lib. 2. c. 2. in Propontide locat: *In Boſporo Byzantium; in Propontide, Selymbria, Perinthus, Bithynis.* Plin. lib. 4. c. 11. qui in Proœmio lib. 29. memoriæ tradidit, in hac urbe natum fuiſſe *Prodicum* Hippocratis diſcipulum, celeberrimum medicum, qui *iatralepticen*, i. e. *medicinam ungentariam* inſtituit.

97 Βρία γὰρ κατὰ Θρᾴκας ἡ πόλις.] Selymbria dicitur, ac ſi diceres Selyis urbs. *Bria* enim Thracum ſermone eſt *urbs*, quod habet auctor noſter ex Strabonis lib. 6. Ἡ δὲ πόλις, βρία καλεῖται Θρᾳκιστὶ· ὡς καὶ ἔ Σήλυ☉ πόλις Σηλυβρία προσαγορεύεται. i. e. *Civitas vero, bria vocatur Thracice. Ut & Selyis urbs*, Selybria *dicta fuit.* Sic legendus eſt locus iſte Strabonis apud eum corruptus.

98 Σιδὼν,

ΣΗΜΑΧΙΔΑΙ δῆμος Ἀττικὸς, ἀπὸ Σημάχου, ὃς καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Διονύσου ὑπεδέξατο. Ἀφ' ὧν αἱ ἱερεῖαι αὐτοῦ. Ἔστι δὲ καὶ Ἀντιοχίδος φυλῆς. Φιλόχορος δὲ καὶ Ἠπειρίας φησὶ τὸ δῆμον. Ὁ δῆμότης, Σημαχίδης. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Σημαχιδῶν, ἐν Σημαχιδῶν, εἰς Σημαχιδῶν.

SEMACHIDÆ, populus Atticus, à Semacho, cujus filiæ Dionysium hospitio excepere. A quibus ipsius Sacerdotissæ. Est verò vicus Antiochidis tribus. Philochorus Epacriæ tribus ait esse populum. Popularis, Semachides. Localia, ex-Semachidarum, in-Semachidarum, ad-Semachidarum.

ΣΗΝΗ[98], πόλις Κελτική. Ὁ πολίτης Σηναῖος, καὶ Σήνων.

SENE, urbs Celtica. Civis, Senæus, & Seno.

ΣΗΝΟΣ, πόλις Αἰγύπτου· Ἑκαταῖος ἐν αὐτῆς περιηγήσει. Ὁ πολίτης, Σηνικός.

SENUS, urbs Ægypti. Hecatæ. in ejus Periegesi. Civis Senicus.

ΣΗΡΕΣ[99], ἔθνος, Ἰνδικὸν ἀπωκισμένες ἀνθρώπις, ὡς Οὐρανίος ἐν τρίτῳ Ἀραβικῶν.

SERES, gens Indica, ab hominum consortio aliena, ut Uranius Arabicorum lib. 3.

ΣΗΣΑΜΟΝ[1], πόλις Παφλαγονίας, ἐν ᾗ ᾤκησεν ὁ πρῶτος Φινεύς. Δίδυμος δὲ νῆσον αὐτὸ φησι. Τὸ ἐθνικὸν Σησαμινοὶ, καὶ Σησαμίτης.

SESAMUM, urbs Paphlagoniæ, in qua habitavit primus Phineus. Didymus insulam esse inquit. Gent. Sesamini, & Sesamites.

ΣΗΣΤΟΣ[2], πόλις πρὸς τῇ Προποντίδι. Λέγεται δὲ δωρικῶς παρ' Ἐφόρῳ· Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, ἐν τῇ Σηστῷ φασιν. Ὁ πολίτης, Σήστιος· Ἔστι δὲ, ὡς φαῦστος φαύστιος.

SESTUS, urbs ad Propontidem. Usurpatur in gen. mascul. apud Ephorum. Athenienses verò in gen. fœm. dicunt. Civis, Sestius. Est verò, ut Phæstus, Phæstius.

ΣΗΤΑΙΟΝ, χώρα περὶ Σύβαριν, ἔνθα Σηταία, μία τῶν αἰχμαλώτων, πείσασα τὰς ἄλλας

SETÆUM, regio circa Sybarin, ubi Setæam, unam captivarum, quæ aliis persuaserat

98 Σιλὼ, πόλις Κελτική.] Sene, urbs *Celtica*. i.e. *Gallica*, quæ Straboni lib. 5. *Sena* & *Senogallia*, Ptolemæo lib. 3. c. 1. *Sena Gallica* dicitur, quibus inter Italiæ civitates in confiniis Umbriæ & Celticæ locatur. A Senonibus Gallorum populis, de quibus suo loco egimus nomen habuit. Sil. Italicus lib. 8.

Clanius & Rubico, & Senonum de nomine Sena.

Idem lib. 15.

— *Qua Sena relictum*
Gallorum à populis servat per sæcula nomen.

Adhuc hodie corrupti nominis vestigia retinet. Vulgò enim *Senigaglia* dicitur.

99 Σῆρες, ἔθνος Ἰνδικὸν, &c.] Seres, gens Indica, ab hominum consortio aliena. Nomen sortita à Sera metropoli, cujus meminit Ptolemæus lib. 6. c. 16. Regio dicebatur *Serica*, terminabatur ab occidente, Scythia extra Imaum montem, à septentrione & oriente terra incognita, à meridie, India extra Gangem, auctore eodem Ptolemæo libro capiteque citato, in qua primùm reperti sunt vermiculi illi, qui folliculos quosdam conficiunt, ex quibus sericum fit, quod ab his populis, seu regione nomen habet. Vermes istos Latini, *bombyces*, teste Servio ad Georgic. lib. 5. v. 120. Græci σῆρις dixere, & gentem eodem vocamine. Nonnulli antiquorum credidere, sericum esse quandam, seu arborum, seu foliorum lanuginem, inter quos Virgilius libro versuque modò dicto:

Quid nemora Æthiopum molli canentia lana
Velleraque, ut foliis depectant tenuia Seres.

Gossypium & sericum intelligit. De quibus ita Amm. Marcellinus lib. 23. c. 28. *Et abundè sylvæ sublucidæ, à quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris, velut quædam vellera molientes, ex lanugine, & liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt, nenteque subtegmina conficiunt sericum, ad usus antehac nobilium, nunc etiam infimorum sine ulla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi, pacatioris vitæ custodes, vitantes reliquorum mortalium cœtus, cumque ad coemenda fila, vel quædam alia fluvium transierint advenæ, nulla sermonum vice propositarum rerum pretia, solis oculis æstimantur, & ita sunt abstinentes, ut apud se tradentes gignentia, nihil ipsi comparent adventitium.* Ex serico sericas vestes conficiebant, quæ Persicæ etiam, & Medicæ dicebantur, quia Persidis & Mediæ mercatores eas divendebant, & pretio carissimo usque ad Justiniani tempora. Nam serici libra emebatur auri libra, (quare ἰσόχρυσον, i.e. *æquale-auro* dicebatur) quo imperante duo monachi attulere vermiculorum sericorum ova, & Constantinopoli docuere artem, qua Seres ex vermibus illis ducebant sericum; unde in posterum per imperium Romanum hæc ars propagata fuit, & nunc per totam Europam adeo frequens est, ut serici pretium, si cum illo, quod apud veteres habebat, comparetur, nimis vile sit. Ac quia apud veteres tam carò vendebatur, ideo Aurelianus Imperator ejus usum interdixisse legimus apud Vopiscum in Aureliano, de quibus consulesis Procopium Gothic. lib. 2. Zonaram Ann. lib. 3. Eustath. ad Dionysii v. 752. Cerdam ad Virgilii carmina supra citata, Voss. de origine, & progressu idololatriæ lib. 4. c. 90. Salmasin Plinianis exercitationibus in Solinum diversis locis.

1 Σήσαμον, πόλις Παφλαγονίας.] Sesamum, urbs Paphlagoniæ. Memoratur Apollonio Rhodio Argonauticor. lib. 2. v. 943.

Σήσαμόν, αἰπεινάς τε παρεξέμεν τ' ἐρυθίνας,
Κρωβιαλὸν, Κρώμναν τε, καὶ ὑλήεντα Κύτωρον.
Sesamum, altosque prælegerunt Erythinos
Crobialum, Cromnamque, & sylvosum Cytorum.

Ex cujus Scholiis apparet, fuisse urbem Paphlagoniæ, circa quam præterfluebat Parthenius amnis, quæ postea vocitata fuit *Amastris* à Darii fratris filia; *Sesamum* autem prius vocatam fuisse, quod sesamum acciperet à Caribus pro regione, cum vellet condere urbem, ubi perperam Darii fratris filia *Damatris* dicitur pro *Amastris*. Strabo, cujus ex lib. 12. verba adduximus in Ἀμάσεις nota 66. auctor est, hanc Amastrim condidisse Amastrim Paphlagoniæ urbem ex quatuor pagis, de quibus unus erat Sesamum. Ejus quoque meminit Scylax in *Paphlagonia*, cui *Sesamos* dicitur.

2 Σηστὸς, πόλις πρὸς τῇ Προποντίδι.] Sestus, urbs ad Propontidem. Valde celebres fuere olim apud Græcos Sestus & Abydus urbes ad Hellesponti fauces, quà Europa ab Asia septem stadiorum tantùm intervallo separabatur, auctore Plinio lib. 5. c. 32. Sestus erat in Europa, Abydus in Asia, utraque insignis Leandri & Erûs amoris commercio, de quibus videsis collectanea nostra in Ἄβυδος.

ἄλλας τ' Ἑλλήνων ἐμπρῆσαι τὰς ναῦς, αὐτὴν ἐξευρόσαν. Τὸ ἐθνικὸν, Σηλαῖος.

ferat Græcorum naves comburere cruci-fixere. Gentile, Setæus.

ΣΗΤΙΑ[3], πόλις Ἰταλίας. [4]Τὸ ἐθνικὸν, Σητῖνοι. [5] Ἔστι δὲ καὶ Σητὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν τ' Σητῶν τ' ἐν Βιθυνίᾳ, Σητεῖος. Λέγονται καὶ Σητοὶ, ὡς Δελφοὶ, καὶ Λοκροί.

SETIA, urbs Italiæ. Gentile, Setini. Est etiam Sete urbs. Gentile, Setarum, quæ in Bithynia, Setæus. Dicuntur etiam *Seti*, ut Delphi, & Locri.

ΣΙΑΓΑΘΟΥΡΓΟΙ[6], ἔθνος, περὶ ὧν φησι Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ Σαρματίας.

SIAGATHURGI, gens quædam; de qua inquit Marcianus in Periplo Sarmatiæ.

ΣΙΒΑΙ[7], Ἰνδικὸν ἔθνος, ἅμα Δηριάδῃ μαχεσάμενον Διονύσῳ, καθά φησι Διονύσιος.

SIBÆ, Indica gens, quæ pugnavit unà cum Deriade, contra Dionysum, ut inquit Dionysius.

ΣΙΒΔΑ[8], πόλις Καρίας. Οἱ πολῖται, Σιβδάται. Τὸ ἐθνικὸν, Σιβδανὸς, καὶ Σιβδίτης.

SIBDA, urbs Cariæ. Cives, Sibdatæ. Gentile, Sibdanus, & Sibdites.

ΣΙΒΕΡΗΝΗ[9], πόλις Οἰνώτρων. Τὸ ἐθνικὸν, Σιβερηνός· Προκαταλήφθη γὰρ ὁ τύπος τῷ πρωτοτύπῳ.

SIBERENE, urbs Oenotrorum. Gentile, Siberenus. Præoccupatus est enim typus prototypo.

ΣΙΒΥΡΤΟΣ, πόλις Κρήτης. Τὸ ἐθνικὸν Σιβύρτιος, ὡς Πολύβιος ἐν Τεσσαρακαιδεκάτῳ.

SIBYRTUS, urbs Cretæ. Gentile, Sibyrtius, ut Polyb. lib. 13.

ΣΙΓΑΘΑ[10], πόλις Λιβύης, ὡς Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ. Οἱ πολῖται, Σιγαθεῖς.

SIGATHA, urbs Libyæ, ut Strab. lib. 17. Civis, Sigatheus.

ΣΙΓΓΑ[11], ὡς Πολύβιος δυοκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Σιγγαῖος.

SINGA, ut Polyb. lib. 12. Gentile, Singæus.

ΣΙΓ-

SIN-

3 Σηλία, πόλις Ἰταλίας.] Setia, urbs Italiæ. Erat secus Pomptinas paludes, idcirco Martialis lib. 13. Epigram. 112. inquit:

Pendula Pomptinos, quæ spectat Setia campos
Exigua vetulos misit ab urbe cados.

Memoratur diversis locis Livio, ac præcipue lib. 32. c. 26. *Obsides Carthaginiensium Setiæ custodiebantur: cum iis ut principum liberis, magna vis servorum erat. Augebat eorum numerum, ut ab recenti Africo bello, & ab ipsis Setinis captiva aliquot nationis ejus ex præda empta mancipia.* Huic debet natales suos Val. Flaccus Poeta, Argonauticor. scriptor, Martialis synchronos, & familiaris, ut ipse dicit lib. 1. Epigram. 77. à quo hujus civitatis ficus laudantur libro supra citato Epigram. 13.

Chia seni similis Baccho, quam Setia misit
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

Et vina lib. 10. Epigram. 36.:

Nec facili pretio, sed quo contenta Falerni
Testa sit, aut cellis Setia cara suis.

Strabo lib. v. Πάντες δ' εἰσὶν οἱ τόποι ἔτοι σφόδρα εὔοινοι· ὁ γὰρ Καικῖνος καὶ ὁ Φρενδανὸς καὶ ὁ Σητῖνος τ' οἰνομαζομένων εἰσὶ, καθάπερ καὶ ὁ Φάλερνος καὶ ὁ Ἀλβανός. i. e. *Omnes isti loci optima ferunt vina. Cæcubum, & Fundanum, & Setinum sunt de celeberrimis, sicut & Falernum, & Albanum.* Setinum vinum confessa propter experimenta, Augustum Cæsarem omnibus prætulisse tradit Plin. lib. XIIII. cap. VI. Etiamnum corrupti nominis vestigia servat. *Sezza* enim vulgo dicitur & est ditionis Pontificiæ, ubi commoratur sæpissimè Episcopus Terracinæ, auctore Baudrand Parisino ad Alexandrini lexicon Geographicum. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 1. inter Latinorum mediterraneas civitates.

4 Τὸ ἐθνικὸν Σητῖνοι.] Sine dubio pro Σητῖνοι legendum Σέτινοι. Hoc enim gentilitium usurpant non modo Græci, sed & Latini, ut videre est ex Strabonis verbis, notâ proxime præcedenti, & ex Plinii lib. 3. c. 5. quibus accedit Juvenalis Sat. 5. v. 33.

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cujus patriam, titulumque senectus
Delevit, multa veteris fuligine testæ.

Idem Poëta Sat. x. v. XXVII. laudat vinum Setinum.

—— Cum pocula fumes
Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.

5 Ἔστι δὲ καὶ Σητὴ πόλις.] In his verbis deficit regionis nomen, nimirum τ' Βιθυνίας, quod ex subsequentibus confirmatur, cæterum urbs hæc Bithyniæ à nemine, quod sciam, memoratur.

6 Σιαγαθυργοὶ, ἔθνος, &c.] Siagathurgi, gens ex Periplo Sarmatiæ Marciani; apud quem Ἀγαθυσσοὶ, non Σιαγαθυργοὶ, memorantur.

7 Σίβαι, Ἰνδικὸν ἔθνος.] Sibæ, arum, Indica gens memoratur ex Dionysio. Sed cum apud Dionysium v. 1141. Σάβαι dicantur, pro καθά φησι Διονύσιος legendum καθά φησι Ἀρριανός. Apud Arrhianum enim Rerum Indicarum libro, Sibæ celebrantur, de quibus refert, quæ de Sobiis Q. Curtius lib. 9. c. 4. *Perventum erat in regionem, in qua Hydaspes amnis Acesini committitur. Hinc decurrit in fines Sobiorum. Hi de exercitu Herculis majores suos esse commemorant, ægros relictos esse; cepisse sedem, quam ipsi obtinebant. Pelles ferarum pro veste, clavæ pro telo erant.* Straboni etiam lib. 15. *Sibæ* dicuntur. Igitur *Sibæ*, *Sabæ*, *Sobii*, erant iidem Indiæ populi.

8 Σίβδα, πόλις Καρίας.] Sibda, urbs Cariæ. Memoratur Plinio lib. 5. c. 29.

9 Σιβερηνὴ, πόλις Οἰνώτρων.] Siberene, urbs Oenotrorum. Quam Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 4. c. 15. inter Clibanum montem & Neæthum amnem in edito saxo locat, ac vulgo nunc *Santa Severina* vocari tradit. Philippus Ferrarius Alexandrinus in suo lexico Geographico inquit esse urbem Archiepiscopalem, ac licet parvam multarum urbium metropolim. Nemo omnium veterum ejus meminit.

10 Σίγαθα, πόλις Λιβύης.] Sigatha, urbs Libyæ ex Strabonis lib. 17. Cui Σίγα dicitur, non Σίγαθα, ut ait noster.

11 Σίγγα, ὡς Πολύβιος, &c.] Singa, quænam fuerit urbs, & cujus regionis, silentio præterit; liber Polybii XII. quem citat non exstat, cujus vice fungetur lib. v. Ptolemæi, in quo, cap. XV. inter Syriæ civitates mediterraneas memoratur Singa.

12 Σίγα-

ΣΙΓΓΑΡΑ[12], πόλις Ἀραβίας πρὸς τῇ Ἐδέσσῃ, ὡς Οὐρανίᾳ ἐν πρώτῳ Ἀραβικῶν. Ὁ πολίτης, Σιγγαρηνός.

SINGARA, urbs Arabiæ ad Edeſſam, ut Uranius Arabicor. 1. Civis Singarenus.

ΣΙΓΓΟΣ[13], πόλις περὶ τὸν Ἄθων· Τὸ ἐθνικὸν, Σίγγιος· Καὶ Σιγγικὸς τὸ κῆπικὸν, καὶ Συγγαῖος.

SINGOS, urbs circa Athon. Gentile, Singius. Et poſſeſſiv. Singicus, & Singæus.

ΣΙΓΓΥΑ, πόλις Παμφυλίας. Τὸ ἐθνικὸν Σιγγυάτης, ὡς Αἰγύας Αἰγυάτης.

SINGYA, urbs Pamphyliæ. Gentile, Singyates, ut Ægyæ, Ægyates.

ΣΙΓΕΙΟΝ[14], πόλις Τρῳάδος, ὡς Στράβων τρίτῃ· Ὁ πολίτης, Σιγειεύς. Τὸ θηλυκὸν Σιγειὰς, καὶ Σιγειακός. Ἔστι καὶ ἄλλο ἐθνικὸν Σίγειος.

SIGEUM, urbs Troadis, ut Strab. lib. 3. Civis, Sigeeus. Fœm. Sigeas, & Sigeacus. Eſt etiam aliud gentile, Sigeus.

ΣΙΓΗ[15], πόλις Τρῳάδος, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σιγίτης.

SIGE, urbs Troadis, ut Hecatæ. Aſia. Gentile, Sigites.

ΣΙΓΝΙΝΑ[16], πόλις Ἰταλίας, ὡς Στράβων τρίτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Σίγνινος.

SIGNINA, urbs Italiæ, ut Strab. lib. 3. Gentile, Signinus.

ΣΙΓΡΙΟΝ[17], Λέσβου λιμήν. Τὸ ἐθνικὸν δύναται καὶ Σιγριεύς, καὶ Σίγρειος.

SIGRIUM, Lesbi portus. Gentile poteſt *eſſe*, & Sigrieus, & Sigrius.

ΣΙΓΥΝΟΣ, πόλις Αἰγυπτίων, ὡς Κλητίας ἐν πρώτῳ περίπλων. Οἱ πολῖται, Σίγυνοι.

SIGYNUS, urbs Ægypti, ut Cteſias in primo Peripl. Cives, Sigyni.

ΣΙΔΑΚΗ, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Σιδάκης τ᾽ Ἀμισοδώρου. Τὸ ἐθνικὸν, Σιδακηνὸς, καὶ

SIDACE, urbs Lyciæ, à Sidaca Amiſodori *filia*. Gentile, Sidacenus, & Sidacena, &

12 Σίγαρα, πόλις Ἀραβίας, &c.] Singara, urbs Arabiæ ad Edeſſam ex Uranii Arabicor. primo. Nomen eſt parum deflexum ab Hebræo שנער *Singar*, cujus fit mentio Geneſeos cap. 10. v. 10. & cap. 11. v. 2. unde pars campeſtrium Meſopotamiæ *Sangarena* dicitur Sexto Rufo. Memoratur Amm. Marcellino lib. 25. c. 24. Ptolemæo lib. 5. c. 18. inter Meſopotamiæ oppida, quia Meſopotamia, ut ait Strabo lib. 1. ex tribus conſtabat populis, Armeniis, Syris, & Arabibus. Plin. lib. 5. c. 24. auctor eſt, fuiſſe Arabum Rhetavorum, qui ad Euphratem incolebant, caput.

13 Σίγος, πόλις περὶ τὸν Ἄθων.] Singus, urbs circa Athon. Memoratur Herodoto lib. 7. c. 122. Ὅ μὲν ἔν ναυτικὸς στρατὸς ὡς ἀπείθη τοῦ Ξέρξεω, καὶ διέπλωσε τὴν διώρυχα τὴν ἐν τῷ Ἄθῳ ὑποβρυχίην, διίκετο ἐς κόλπον ἐν τῷ Ἀσσά τε πόλις καὶ Πίδνα καὶ Σίγος καὶ Σάργη οἰκέεται, ἐνθεῦτεν. i. e. *Nauticus igitur exercitus ubi à Xerxe diſceſſit, foſſam enavigavit in Atho depreſſam ac perductam ad ſinum, in quo Aſſa & Pidna & Singus & Sarga urbes ſitæ ſunt, hinc, &c.*

14 Σιγειον, πόλις Τρῳάδος.] Sigeum, urbs Troadis ex Strabonis lib. 13. (non tertio, ut ait noſter, apud quem pro τρίτῃ lege τριακαιδεκάτῃ) cujus ætate jam jacebat diruta, ut ipſe adſtruit libro citato: Μετὰ δὲ τὸ Ῥοίτειόν ἐστι τὸ Σιγειον κεκλασμένη πόλις, καὶ τὸ ναύσταθμον. i. e. *Poſt Rheteum vero eſt Sigeum, diruta urbs, & navium-ſtatio.* Fuiſſe quoque ejuſdem regionis promontorium dicit Servius ad Æneid. lib. 2. v. 311.

— *Jam proximus ardet*
Ucalegon, Sigæa igni freta lata relucent.

Duo ſunt, inquit ille, *Troiæ promontoria, Rhœteum & Sigæum, quod dictum propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hoſpitio Laomedontis ſimulavit abſceſſum & inde contra Troiam per ſilentium venit, quod σιγὴ* [dicitur apud Græcos, à quo promontorio nomen.] Strabo libro citato Σιγειάδα ἄκρην appellat. Sigeum condecorabat & templum & monumentum Achillis, eodem auctore lib. 13. cujus etiam meminit Cic. pro Archia Poëta: *Quam multos ſcriptores rerum ſuarum Magnus ille Alexander ſecum habuiſſe dicitur, atque is tamen, cum in Sigæo ad Achillis tumulum adſtitiſſet, O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris? & vere, nam niſi Ilias illa extitiſſet, idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruiſſet.*

15 Σίγη, πόλις Τρῳάδος.] Sige, urbs Troadis ex Hecatæi Aſia. Cum hæc Troadis urbs à nemine veterum memoretur, & plurimi memoraverint Sigeum, de qua nota proxime præcedenti egimus, putamus unam eamdemque urbem fuiſſe, ab Hecatæo fœm. genere uſurpatam. Sæpe enim nomina urbium ab auctoribus maſculino, fœm. & neut. gen. notantur, cujus rei luculentus eſt teſtis Strabo lib. 9. in Bœotia.

16 Σίγνια, πόλις Ἰταλίας.] Signina, urbs Italiæ ex Strabonis lib. 3. Duo in hac ſectione notanda ſunt, nimirum *Signinam* apud Strabonem libro quinto, non libro tertio, ut ait noſter, dici *Signiam*, non Signinam. Sic etiam dicitur Livio diverſis locis, ac præcipue lib. 32. c. 2. *Petentibus iiſdem, qui non reddebantur obſides, ut ab Norba, ubi parùm commodè eſſent, alio traducerentur, conceſſum: ut Signiam & Ferentinum tranſirent.* Ex eodem libro, cap. XXI. apparet fuiſſe coloniam Romanorum; *Eodem anno Signiæ colonia, quam rex Tarquinius deduxerat, ſuppleto numero colonorum iterum deducta eſt.* Quare apud Stephanum pro Σίγνια legendum Σίγνια, & πέμπτῃ pro τρίτῃ. Tarquinii Superbi coloniam fuiſſe; cum ejus milites hyberna ibi caſtra inſtar urbis communiviſſent, prodit Dionyſius Halicarnaſſ. Hiſt. Rom. lib. 4. cui Σίγνια dicitur. Quodſi conjectare permittitur, à ſignis Signia dicta fuit. Hodie parùm corrupto nomine dicitur *Segni*, quam ortu illuſtravit ſuo Vitalianus Pontifex Max. à quo modulationes, quibus Eccleſia Romana utitur compoſitæ organaque inventa traduntur, auctore Leandro Alberto in ſuo Latio. Ejus quoque vina ſiſtentia alvum celebrat Strabo libro citato, è noſtris Plin. lib. XIV. c. VI. *Nam quod Signiæ naſcitur, auſteritate nimia continendæ utile alvo, inter medicamina numeratur.* Emeruêre celebrari à Martiali lib. 13. Epigrammate 116.

Potabis liquidum Signina morantia ventrem
Ne nimium ſiſtant, ſit tibi parca ſitis.

Pyra etiam Signina commendantur Juvenali Sat. 11. v. 73.

Signinum, Syriumque pyrum de corbibus iiſdem
Æmula Picenis.

17 Σίγριον, Λέσβου λιμήν.] Sigrium, Lesbi portus. Qui *portus* Epitomatori noſtro, Straboni libro XIII. *promontorium* dicitur; Ἀπὸ Λέκτου τούτου ἐπὶ Ἄσσον πλέουσιν ἐρχομένοις ἐκ Λεσβίας ἐστὶ, καὶ Σίγριον τὸ πρὸς ἄρκτον αὐτῆς ἄκρον. i. e. *A Lecto igitur Aſſum navigantibus initium Lesbiæ juxta Sigrium verſus ſeptentrionem ejus promontorium.* Lesbia verò eſt terra ſeu regio inſulæ Lesbi, quemadmodum, Corinthia, Epidauria, Argia, Ægyptia & alia hujuſmodi. Σίγριον dicitur Ptolemæo lib. 5. c. 2. ſed perperam, quod ex Strabone, & ex auctore noſtro corrigendum eſt.

καὶ Σιδακλωὴ, καὶ Σιδακλωὺν, καὶ Σιδακλῶς τῷ τῆ χώρᾳ ἔθει· Χαίρουσι γὰρ τῷ τύπῳ. A & Sidacenum, & Sidaceus regionis consuetudine. Gaudent enim hoc typo.

ΣΙΔΑΡΟΥΣ[18], πόλις καὶ λιμήν. Τὸ ἐθνικὸν, Σιδαρούντιος, ὡς Τραπεζούντιος.

SIDARUS, urbs, & portus. Gentile, Sidaruntius, ut Trapezuntius.

ΣΙΔΗ[19], πόλις Παμφυλίας, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Κέκληται ἢ ἀπὸ Σίδης, [20] τῆς θυγατρὸς Μενταύρου, γυναικὸς δὲ Μώλου, [21] ἀφ' ἧς ἡ νῆσος. Ὁ πολίτης, Σιδήτης. Τὸν δὲ πρώτην συλλαβὴν ἔχει μακρὰν ἢ, μακρὰν τὸ βαρὺν ἢ περισπώμενον τόνον. Τὰ γὰρ εἰς η λήγοντα δισύλλαβα, περισπώμενα μὴν, μακρὰν ε τὸν παραλήγοντα ἀναφέρει· Φυλὴ Φυλέτης. [22] Διὰ δὲ η βαρυνόμενα, Κώμη Κωμήτης, Πύλη Πυλήτης καὶ Πυλάτης. B

SIDE, urbs Pamphyliæ, ut Hecatæus Asia. Sic vocata à Sida filia Mentauri, & uxore Moli, à quo insula. Civis, Sidetes. Secundam syllabam habet per η, propter accentum prototypi gravem. Disyllaba enim prototypa, seu primitiva, in η desinentia, quæ habent accentum acutum, per ε psilon derivativum efferunt. Ut Phyle, Phyletes. Quæ verò accentum gravem habent per *eta* longum, ut Κώμη, Κωμήτης, h. e. *Vicus*, *vici-habitator*, & Pyle, Pyletes, & Pylates. C

ΣΙΔΗΛΗ, πόλις Ἰωνίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ὁ πολίτης, Σιδηλεώς. D

SIDELE, urbs Ioniæ. Hecatæus Asia. Civis, Sidelenus.

ΣΙΔΗΝΗ, πόλις Λυκίας, ὡς Ξάνθος ἐν Λυκιακῶν πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Σιδηνὸς, ὡς Σοφηνός.

SIDENE, urbs Lyciæ, ut Xanthus Lyciacorum primo. Gentile, Sidenus, ut Sophenus.

ΣΙΔΟΥΣ[23], κώμη Κορίνθου, ἢ Μεγαρικὸν ἐπίνειον. Τὸ ἐθνικὸν, Σιδούντιος. Ἔστι καὶ περὶ Κλαζομενὰς κώμη, καὶ ἄλλη τῆς Ἐρυθρᾶς, καὶ τόπος τῆς Παμφυλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σιδούσιος. E

SIDUS, vicus Corinthi, vel Megaridis navale. Gentile, Siduntius. Est etiam circa Clazomenas vicus. Est & alius vicus maris rubri, & locus Pamphyliæ. Gentile, Siduſius.

ΣΙΔΟΥΣΣΑ[24], πόλις Ἰωνίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· Ἐν ᾗ Σίδουσα πόλις. F

SIDUSSA, urbs Ioniæ. Hecatæus Asia. *Inter alias verò est Siduſſa urbs.*

ΣΙΔΥΜΑ[25], πόλις Λυκίας, ὡς Ἀλέξανδρος μέμνηται ἐν πρώτῳ Λυκιακῶν. Ἐκλήθη ἢ ἀπὸ Σιδύμου. Ὁ πολίτης, Σιδυμεύς. G

SIDYMA, urbs Lyciæ, ut Alexander Lyciacorum primo meminit. Sic verò vocata fuit à Sidymo. Civis, Sidymeus.

ΣΙ- SI-

18 Σιδαρῦς, πόλις καὶ λιμήν.] Sidarûs, untis, urbs & portus. Ubinam terrarum fuerit divinandum nobis relinquit. At Scylax in Λυκίᾳ nos docet, fuisse promontorium & portum Lyciæ, cui Σιδηρᾶς dicitur, quare vel Scylax ex auctore nostro corrigendus, vel contrà.

19 Σίδη, πόλις Παμφυλίας.] Side, urbs Pamphyliæ, ex Hecatæi Asia. Fuit Cumæorum colonia, auctore Strabone lib. XIV. Εἶτα Σίδη, Κυμαίων ἄποικος· ἔχει δ' Ἀθηνᾶς ἱερόν. i. e. *Deinde Side Cumæorum colonia. Habet autem Minervæ fanum.* Idem paucis ediſſerit Arrhianus de expeditione Alex. lib. 1. Ἀλέξανδρος ἦλθεν ἐπὶ Σίδης ἥν, εἰσὶ δὲ Σιδῆται Κυμαῖοι. i. e. *Alexander verò inde Sidem profectus eſt, ſunt autem Siditæ Cumani.* Apud quem ſecundum Stephanum pro Σιδῆται legendum Σιδήται. Quam lectionem confirmat Livius lib. 35. c. 48. ubi *Sidetas* hujus urbis oppidanos celebrat. *Navalium verò copiarum, quas nulli portus capere in Græcia poſſent, dextrum cornu Sidonios & Tyrios, ſiniſtrum Aradios, & ex Pamphylia Sidetas tenere: quas gentes nullæ unquam nec arte, nec virtute navali æquaſſent.* Idem eamdem urbem commemorat lib. 37. c. 23. *Cum præterveherentur Pamphylium ſinum, ad Eurymedontem amnem appulſa claſſe, audiunt ab Aſpendiis ad Sidam jam hoſtes eſſe.* Fuiſſe civitatem maritimam cum portu teſtificatur Scylax in *Pamphylia.* Quod etiam patet ex Ptolemæi lib. v. c. v. Conſtantinus Porphyrogenet. de Them. lib. 1. Them. 14. eam vocat *piratarum officinam.* Quam ortu ſuo condecoravit Marcellus medicus, qui de arte medica, imperante M. Ant. XLII. libros carmine hexametro compoſuit, auct. Suida in *Marcellus.*

20 Τῆς θυγατρὸς Μενταύρου.] Siden urbem ſic nuncupatam à Side filia Mentauri ait. Pro Μενταύρου puto legendum μὲν Ταύρου, ex quo per imprudentiam librarii factum eſt Μενταύρου. Hæc enim urbs apud Suidam ſuo loco nomen accepit à *Side* filia Tauri.

21 Ἀφ' ἧς ἡ νῆσος.] Ingenue fateor, me neſcire hanc inſulam, cui Molus nomen dedit.

22 Διὰ δὲ η βαρυνόμενα, &c.] Agit auctor noſter in hac ſectione de accentu nominum diſyllaborum in η deſinentium, è quibus quæ acuuntur, *i. e.* habent accentum acutum in ultima, fingunt gentilia per εἴτης, ut Φυλὴ Φυλέτης, quæ verò gravantur, *i. e.* habent accentum in penultima, gentilia formant per ήτης, ut Κώμη, Κωμήτης, ac notandum, apud auctorem noſtrum τὸ βαρύνεσθαι, i. e. *gravari*, ſemper accipi pro παροξύνεσθαι, i. e. *acui* in penultima.

23 Σιδοῦς, κώμη Κορίνθου, &c.] Sidûs, untis, vicus Corinthi, *i. e.* regionis Corinthi, qui τεῖχος Σιδοῦς, i. e. *murus Sidûs* dicitur Scylaci in Κορινθίᾳ· Ἔστι δὲ καὶ ἐξω τοῦ ἰσθμοῦ χώρα Κορινθίων, καὶ τεῖχος Σιδοῦς, καὶ ἕτερον τεῖχος Κρεμμυών. i. e. *Eſt verò & extra Iſthmum regio Corinthiis, & murus Sidûs, & alius murus Cremmyon.* Plin. lib. 4. c. 7. vocat oppida, quæ Scylax muros. *In ora autem portus Schœnus. Oppida Sidûs, Cremmyon, Scironia ſaxa* III. M. *longitudine, Geranea, Megara, Eleuſin.*

24 Σίδουσα, πόλις Ἰωνίας.] Siduſſa, urbs Ioniæ. Memoratur Thucydidi lib. 8. Plinio lib. v. c. XXXI. tamquam inſula inter inſulas numeratur, apud quem *Siduſa* ſcribitur.

25 Σίδυμα, πόλις Λυκίας.] Sidyma, urbs Lyciæ ex Alex. Lyciacor. 1. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 3. inter civitates Lyciæ mediterraneas. E noſtris Plinio lib. 5. c. 27.

26 Σιδών,

ΣΙΔΩΝ[26], πόλις Φοινίκης. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ὁ πολίτης Σιδώνιος, διὰ τοῦ ω μεγάλου, καὶ διὰ τοῦ ο μικροῦ. Καὶ Σιδωνὶς τὸ θηλυκόν· Ἀλλὰ καὶ Σιδὼν ἐθνικόν. A

SIDON, urbs Phœniciæ. Hecatæ. Asia. Civis, Sidonius per *o* mega, & per *o* micron. Fœm. Sidonis. Est etiam gentile, Sidon.

ΣΙΔΩΝΙΑ, πόλις Τρῳάδος. Τὸ ἐθνικὸν, Σιδώνιος· Προκατελήφθη γὰρ τὸ πρωτότυπον. B

SIDONIA, urbs Troadis. Gentile, Sidonius. Præoccupatum enim est prototypum.

ΣΙΘΗΝΟΙ, ἔθνος παραπλήσιον τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ.

SITHENI, gens adjacens mari rubro, ut Marcianus in Periplo.

ΣΙΘΩΝΙΑ[27], μέρος Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν Σιθώνιος, [28] καὶ Σιθωνίη. C

SITHONIA, pars Thraciæ. Gentile, Sithonius, & Sithonia.

ΣΙΚΑΝΗ[29], πόλις Ἰβηρίας, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Σικάνιος.

SICANE, urbs Iberiæ, ut Hecatæ. Europa. Gentile, Sicanius.

ΣΙΚΑΝΙΑ[30], ἡ πλείχωρος Ἀκραγαντίνων. [31] Καὶ ποταμὸς Σικανὸς, ὡς φησιν Ἀπολλόδωρος. D

SICANIA, regio undique finitima Agrigentinis. Et fluv. Sicanus, ut inquit Apollodorus.

ΣΙΚΕΛΙΑ[32], ἡ χώρα, καὶ ἡ νῆσος. [33] Τὸ

SICILIA, regio, & insula. Gentile, Siculi,

26 Σιδών, πόλις Φοινίκης.] Sidon, onis, urbs Phœnices. De cujus amplitudine & antiquitate Sacræ literæ non sinunt nos dubitare, quoniam Josue c. 19. v. 18. vocatur צידון רבה *Sidon rabah*, i. e. *Sidon ampla*. Joseph. Antiquit. lib. 1. c. 7. auctor est, conditam fuisse à *Sidonio* Chananæi filio, cujus fit mentio Geneseos cap. x. Ejus nobilissimæ coloniæ fuere Tyrus & Thebæ Bœotiæ: cujus rei sunt testes: Justinus lib. 18. c. 3. *Post multos deinde annos à rege Ascaloniorum expugnati Sidonii, navibus appulsi Tyrum urbem ante annum Troianæ cladis condiderunt.* Plinius lib. 5. c. 19. *Et Sidon artifex vitri Thebarumque Bœotiarum parens.* Tyrus purpurâ celebris, Sidon vitri confectione clara, Thebæ Bœotiæ Hercule & Libero Patre alumnis inclytæ fuere. Antiquis temporibus Sidonios & Tyrios mercatura & re navali excelluisse nemo unquam dubitavit, quæ nunc in Hollandiam & Angliam migrarunt. Sunt enim sua quibusque terris tempora; de quibus consulendus Strabo lib. 16. Notatu dignum est, Homerum, Sidonem & Sidones celebrasse, Tyri & Tyriorum non meminisse.

27 Σιθωνία, μέρος Θρᾴκης.] Sithonia, pars Thraciæ. Incolæ Sithonii, quos inter illius regionis populos circa Ponti litora memorat Plin. lib. iv. c. xi. Herodot. lib. 7. c. 122. inquit, *Sithoniam* sua ætate vocari regionem, ubi sitæ erant civitates, *Torona, Galepsus, Sermyla, Mecyberna,* & *Olynthos.* Serv. ad Maronis Eclog. 10. v. 66.

Nec si frigoribus mediis, Hebrumque bibamus
Sithoniasque nives hyemis subeamus aquosæ.

Inquit: *Sithon est mons, vel gens Thraciæ.*

28 Καὶ Σιθωνίη.] Legendum Σιθωνίη, quia Σιθωνίη est Ionicum; ac sic usurpat Herodotus libro capiteque nota proxime præcedenti citato.

29 Σικάνη, πόλις Ἰβηρίας.] Sicane, urbs Iberiæ, ex Hecatæi Europa. Unde ajunt venisse Iberos in Siciliam, quam à patriæ nomine *Sicaniam* vocarunt. Quare passim à Poëtis *Sicania* pro *Sicilia* accipitur; Virgil. Æneid. lib. 1. v. 561. Martial. lib. 2. Epigrammate 46. in Nævolum:

Florida per varios, ut pingitur Hybla colores
Cum breve Sicaniæ ver populantur apes.

Sicanum etiam amnem memorat auctor noster in Δηροῖ, ejusdem Iberiæ terrâ, & alium Siciliæ in Σικανίᾳ. Sed historicorum probatissimi, ut ait Diodorus Siculus lib. 5. Sicanos indigenas Siciliæ fuisse referunt; ad quod videtur alludere Poëtarum eruditissimus cum Æneid. lib. 7. v. 797. ait:

Veteresque Sicani.

Contra Servius ad illud ejusdem Poëtæ lib. viii.

— *Et gentes venêre Sicanæ,*

inquit: *Sicani autem secundum nonnullos populi sunt Hispaniæ à fluvio Sicori dicti.* Lucanus:

Hesperios inter Sicoris non ultimus amnis.

Nullus capio, qui *Sicani* possint denominari à fluvio *Sicori*, sed à fluvio *Sicano*, qui juxta Servium Lucano dicitur *Sicoris*, & hanc puto esse Servii mentem. Nostram conjecturam confirmat Festus Avienus, qui postquam de Balearibus insulis egit, ait:

— *Prima eorum civitas*
Idera surgit. littus extendit dehinc
Steriles arenas. Hemeroscopium quoque
Habitata pridem hic civitas. Nunc jam solum
Vacuum incolarum languido stagno madet.
Attollit inde se Sicana civitas
Propinquo ab amni sic vocata Ibericis.

Idera est, quam noster vocat *Deram*, Hemeroscopium verò, quam *Dianium* loquuntur, vulgo Hispanis *Denia*, de qua in Ἡμεροσκοπείου egimus. Perperam apud Festum Avienum scribitur *Sitana* pro *Sicana*, ut optime corrigit Vossius ad Melæ lib. 2. c. 6. ubi inquit: *Ut verò Sucro & Sicanus ejusdem fluvii est nomen, ita etiam Sucro & Sicana eadem est urbs. Meminit Sucronis oppidi Strabo & Plinius.* Vero propius est, Sucronem fluvium esse Sicanum, ut Vossius, quam *Sicorim*, ut Servius inquit, quoniam Sicoris per Cataloniam in Hebrum, Sucro per Valentiam in mare mediterraneum præcipitat; in Valentiæ regno verò est Dianium, circa quod locat Avienus Sicanam, & Sicanum amnem. Uterque fluvius antiqui nominis vestigia retinet. Sicoris enim *Segre*, Sucro autem *Xucar* vulgò Hispanis dicitur.

30 Σικανία, ἡ πλείχωρος Ἀκραγαντίνων.] Sicania, regio undique-finitima Agrigentinis. Pro Sicilia accipiebatur, ut ostendimus nota proximè præcedenti.

31 Καὶ ποταμὸς Σικανός.] Si certum est, Sicaniam à Sicana Hispaniæ civitate denominatam, Sicanus etiam amnis ab amne Hispaniæ Sicano de quo in Σικάνη egimus, denominatus est.

32 Σικελία, ἡ χώρα, καὶ ἡ νῆσος.] Sicilia, regio, & insula: Nempe maris mediterranei, ab occasu & septentrione, mari Tyrrheno, à meridie, Africano, ab oriente Adriatico pelago circumdatur; auct. Ptolemæo lib. 3. c. 4. est insularum illius maris, ut aliquibus placet, maxima. Quondam Italiæ circa Rhegium annexam, & ab ea, vel inundatione maris quadam, vel terræ quodam motu abruptam fuisse tradunt; unde oppido Rhegio nomen à verbo Græco ῥήγνυμι, i. e. *abrumpo*; quò respexisse videtur Maro Æneid. lib. 3. v. 414.

Hæc loca, vi quondam, & vasta convulsa ruina
(Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus
Una foret. Venit medio vi pontus & undis
Hesperium Siculo latus abscidit.

Vocata autem *Sicilia* fuit à Siculo rege Neptuni filio, & Itali fratre, postea *Sicania* à fluvio Sicano; necnon *Trinacria* à tribus promontoriis, (hoc sonat apud Græcos nomen illud) quorum nomina, *Pachynum, Lilibæum, Pelorum*; vulgò *Capo passaro, Capo Boeo, il Faro*, Pachynum Græciam aspicit; Lilybæum, Africam; Pelorum, Italiam spectat, alterno maris fluxu ferox; Scylla Charybdique inclytum.

Illa

33 Τὸ ἐθνικὸν, Σικελοὶ, καὶ Σικελιῶται. Καὶ οἱ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀρξάμενοι καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν χώραν, ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἡ χώρα, ὡς Κίλικες ἀπὸ Κίλικος, καὶ ἡ Κιλικία· Ὡς Θεσσαλοὶ ἀπὸ Θεσσάλου, καὶ ἡ Θεσσαλία· Καὶ Φρυγὸς, Φρύγες, καὶ ἡ Φρυγία. Οἱ δὲ ἐπιγενόμενοι, καὶ τὴν χώραν εὑρόντες πεοκεκλημένην ἐπωνομάσθησαν. Ὡς ἀπὸ τῆς Φθίας Φθιῶται, ἕτω Ἰταλίας καὶ Σικελίας, Ἰταλιῶται καὶ Σικελιῶται· Καὶ Σικελὸς, καὶ Σικελή. Ἔστι καὶ ἄλλη Σικελία, κεῖται τὴν Πελοπόννησον.

33 Siculi, & Siceliotæ. Illi quidem à conditore & præcipuo regionis duce, à quo regio denominatur, ut Cilices à Cilice, à quo Cilicia. Ut Thessali, à Thessalo, à quo Thessalia. Et à Phryge, Phryges, à quo Phrygia. Hi verò supervenientes & regionem invenientes jam sic vocatam [Siceliotæ] cognominati fuere. Ut ab Phthia Pthiotæ, sic ab Italia, & à Sicilia Italiotæ, & Siceliotæ. Et Siculus, & Sicula. Est & alia Sicilia juxta Peloponnesum.

ΣΙΚΗΜΟΣ 34, πόλις Ἀραβίας, καὶ Σίκημα. Τὸ ἐθνικὸν Σικήμιος, καὶ Σικημίτης. Τὸ δὲ Σίκημα τὸ ἐθνικὸν, Σίκημοι.

SICEMUS, urbs Arabiæ, & Sicema. Gentile, Sicemius, & Sicemites. A Sicemâ verò gentile, Sicemi.

ΣΙΚΗΝΟΣ 35, νῆσος πρὸς τῇ Κρήτῃ, ὡς Στράβων δεκάτῃ. Αὐτὴ Οἰνόη πρότερον ἐκαλεῖτο. Ὁ οἰκήτωρ Σικηνίτης, ὡς νῆσος νησίτης.

SICENUS, insula circa Cretam, ut Strab. lib. 10. Ipsa prius *Oenoë* vocabatur. Incola, Sicenites, ut Nesus, Nesites *h. e.* Insula, Insularis.

ΣΙ-

SI-

Illa est scopulus versus septentriones, hæc vorticosi pars quædam maris versus meridiem, utraque præternavigantibus periculosa, & Poetarum fabulis famigerata, unde parœmia:

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.

De Siciliæ civitatibus egregiæ olim fuere *Syracusæ* & *Agrigentum*, nunc *Panormus* & *Messina*: de montibus inclyti *Ætna* & *Eryx*, ille Vulcano, hic Veneri sacer, in illius vertice hiatus duo erant, *Crateres* nominati, per quos eructatus erumpit vapor, præmisso prius fremitu, qui per cavernarum æstuantes latebras longo mugitu intra terræ viscera devolvitur, nec antè flammarum globi se attollunt, quam interni strepitus antecedant. Inter amnes *Alpheus*, inter fontes *Arethusa* maximè celebrantur à Poetis, qui in famam & nomina jus & imperium sibi arrogarunt. Erat Sicilia adeo ferax tritici, ut *populi Romani horreum* diceretur. Graphice ejus fertilitatem depingit Silicus Italicus libro XIIII.

Multa solo virtus: jam reddere semen aratris:
Jam montes umbrare oleâ; dare nomina Baccho;
Cornipedemque citum lituis generasse ferendis,
Nectare Cecropias Hyblæo accendere ceras.

Non cedit Silio D. Loduvicus de Gongora in suo Polyphemo octava XVIII:

Sicilia en quanto oculta, en quanto ofrece
Copa es de Baccho, huerto de Pomona
Tanto de frutas esta la enriqueze
Quanto aquel de racimos la corona:
En carro que estival trillo parece
A sus campañas Ceres no perdona
De cuyas fertilissimas espigas
Las provincias de Europa son hormigas.

Ad quem locum consule fis D. Graciam de Salzedo, D. Josephum Pellicerum illius Bætici Cygni Scholiastas, utrosque in eruditione æmulos, Ordinis militaris D. Jacobi equites, ac mei studiosissimos. Omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam, fidemque populi Romani applicuit: prima omnium *provincia* est appellata, auctore Cicerone accusationis in Verrem lib. 2. orat. 7. Eam olim inhabitasse *Cyclopes*, *Læstrigones*, *Gigantes*, & Poetæ, & historici dicunt. Nullibi gentium tot tantaque Gigantum cadavera inventa sunt, ac in Sicilia. Poëtarum παίδες eam maxime celebrant Cereris nativitate, Proserpinæ raptu, Polyphemo, Encelado, & Palico fonte, seu lacu, quam etiam ortu suo nobilitarunt Archimedes Mathematicus, Euclides Geometra, Empedocles Philosophus, Diodorus Historicus. Optimam esse insulam argumento est, quod ejus imperio inhiarunt, ac potiti sunt Phœnices, Græci, Carthaginenses, Romani, Arabes, Galli, & Hispani, quibus nunc paret. Si plura hac de insula scire aves, consule Cluv. Siciliam Antiquam, Senecam Epist. 79. ad Lucilium & alios.

33 Τὸ ἐθνικὸν Σικελοὶ, καὶ Σικελιῶται.] Gentile, Siculi, & Siceliotæ. Agit nunc de differentia gentilium Siciliæ. *Siculi* dicuntur indigenæ; *Siceliotæ*, advenæ.

34 Σίκημος, πόλις Ἀραβίας, &c.] Sicemos, Arabiæ urbs, & Sicema. Fallitur auctor noster. Sicemus enim, seu Sicema non fuit Arabiæ, sed Samariæ urbs, atque aliquando hujus regionis metropolis, sita ad montem Garizin, auctore Josepho Antiquit. lib. XI. in libri calce: Πάλιν δ' αὖτὸν πρὸς ἃς ἀφίκετο φιλοφρόνως ἐκδεχομένων, Σαμαρεῖται μεγίστοις τότε τὴν Σίκημα ἔχοντες, κειμένην πρὸς τῷ Γαριζίν ὄρει, καὶ καλουμένην ὑπὸ τῶν ἀποστάντων Ἰουδαίων ἐθνους, ἰδόντες ὅτι τοὺς Ἰουδαίους Ἀλέξανδρος ὕστατα λαμπρῶς τετιμηκεν, ἐγνωσαν αὐτὸς Ἰουδαίους ὁμολογεῖν. i. e. *Cumque ab omnibus, ad quos accedebat, benigne exciperetur, Samaritæ, qui tunc metropolim Sicema habebant sitam ad montem Garizin, & habitatam ab apostatis gentis Judææ, videntes quòd Alexander Judæos tam magnifice tractaverat, decreverunt, se quoque Judæos confiteri.* Eundem situm ipsi dedit Benjamin Thudelensis in suo Itinerario, cui נבולש *Nebelas*, i. e. *Neapolis* dicitur. Sic enim illius ætate eam appellabant. Plin. quoque lib. 5. c. 13. inter Samariæ oppida commemorat Neapolim, quæ antè, inquit ille, *Mamortha* dicebatur. Ejus nomen deflexum est ab Hebræo ad Græcum sermonem, שכם *Sechem* enim dicitur Hebraïce, cujus fit mentio Genesis cap. 33. & 34. ubi narratur filios Jacob, propter Dinæ sororis stuprum à filio regis Sechem illatum, eam cepisse, atque universos mares unà cum rege, & ejus filio occidisse. Postea Abimelec Judicum cap. 9. v. 45 funditus delevit, & sale consperfit, Jeroboamus autem rex Israël excitavit, & in ea habitavit, ut patet ex Regum lib. 3. c. 12.

35 Σίκηνος, νῆσος πρὸς τῇ Κρήτῃ.] Sicenus, insula circa Cretam ex Strabonis lib. 10. Διέχει δ' ἡ Κρήτης εἰς ἑπτακοσίους σταδίους, πλησίον δ' αὐτῆς ἥπτε Ἀνάφη, καὶ Θηρασία, τέταται δ' ἴσον ἐκείνη ἀπέχουσα νησίδιον Ἴος, ἐν ᾧ κεκηδεῦσθαί φασί τινες τὸ ποιητοῦ Ὁμήρου· ἀπὸ δὲ τῆς Ἴου πρὸς ἑσπέραν ἰοῦσι, Σίκηνος, καὶ Λάγουσα, καὶ Φολέγανδρος. i. e. *Abest à Creta* [Thera] LXX. *circiter stadia. Propinquæ ei sunt Anaphe & Therasia. Ab utraque æquali intervallo abest Ios, parva-insula, ubi quidam funeratum ajunt Poetam Homerum. Ab Io ad occasum eunti Sicenus, & Lagusa, & Pholegandrus.* Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 15. inter Cyclades insulas, apud quem *Sicinus* dicitur. Fuit insula ignobilis, quandoquidem Solon apud Laertium ait:

Εἰθε δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης
Ἀντὶ γ' Ἀθηναίης πολιήτης ἀμειψάμενος.
Essem utinam tunc Pholegandrius, vel Sicinites
Pro Athenienfi patriam commutans.

Prius vocatam *Oenoen* inquit noster, quod etiam Plinius lib. 4. c. 12. adstruit, apud quem *Sycinus* scribitur.

36 Σι-

ΣΙΚΥΩΝ[36], πόλις Πελοποννήσου. Λέγεται καὶ ψηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς. [37] Ἡ δὲ αὐτὴ ἐκλήθη καὶ Μήκων, καὶ Τελχινία. Ὁ πολίτης Σικυώνιος, [38] καὶ ὑποδήματα Σικυώνια.

A SICYON, urbs Peloponnesi. Dicitur fœm. & masculin. genere. Eadem *Mecon*, & *Telchinia* vocata fuit. Civis Sicyonius, & calcei Sicyonii.

ΣΙΛΙΝΔΙΟΝ, πόλισμα πρὸς τῷ Ἴδῃ, ὡς Δημήτριος ὁ Σκήψιος ἐν ἐκκαιδεκάτῳ τῆς Τρωϊκῆς Διακόσμου. Οἱ πολῖται Σιλινδῖται, καὶ Σιλινδιῶται.

B But Demetrius Scepsius decimo sexto Τρωϊκῆς Διακόσμου, i. e. *Troianæ ordinationis*. Civis, Silinditæ, & Silindiotæ.

ΣΙΛΛΥΟΣ, πόλις Ἰωνίας, πρὸς τῇ Σμύρνῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Σιλλυεῖς.

SILLYUS, urbs Ioniæ juxta Smyrnam. Gentile, Sillyei.

ΣΙΜΑΝΑ, πόλις Βιθυνίας, μεταξὺ δύο ποταμῶν. Τὸ ἐθνικὸν Σιμανεὺς, καὶ Σιμανδύς.

C SIMANA, urbs Bithyniæ inter duos fluvios. Gentile, Simanæus, & Simaneus.

ΣΙΜΗΝΑ[39], πόλις Λυκίας, ἀδελφὸς τῆς Καλοικαγαθησῶν Σιμηνεῖς, ὡς Σιδυμεῖς.

SIMENA, urbs Lyciæ, neut. gen. Incolæ, Simaneis, ut Sidymeis.

ΣΙΜΟΕΙΣ[40], καὶ Σιμῆς, ὡς Ὀπόεις Ὀπῆς· Παραγωγον, Σιμόεντιος· Καὶ ψηλυκὸν, Σιμοεντίς.

D SIMOIS, & Simûs, ut Opois, Opûs. Derivativ. Simuntius. Fœm. Simuntis.

ΣΙΜΥΡΟΣ[41], πόλις Συρίων. Ἔφορος, Σίμυρα ἀδελφὸς αὐτῶν φησι. Τὸ ἐθνικὸν Σιμυρεύς, καὶ ἡ ἀδελφὴ Σιμυρώς.

E SIMYRUS, urbs Syriorum. Ephorus *Simyra* in neut. gen. eam vocat. Gentile, Simyrius, à neutro Simyra, Simyreus.

ΣΙΝΑΙ[42], μητρόπολις τῶν Σίνων, ὡς ὧν φησι Μαρκιανὸς ἐν περίπλοις.

SINÆ, metropolis Sinarum, de quibus inquit Marcianus in Periplis.

ΣΙΝ-

SIN-

36 Σικυὼν, πόλις Πελοποννήσου.] Sicyon, ōnis, urbs Peloponnesi. Fuit civitas inter Peloponnesi nobiliſſimas; hæ verò erant Corinthus, Argos, Lacedæmon, Sicyon, hujus reges fuere antiquiſſimi, ut elucet ex Euſebii Chronico Canone. Memoratur inter alios Conſtant. Porphyrogenetæ de Them. lib. 2. Thema 6. Olea abundaſſe conjectare licet ex Poëtarum Phœnice Georgicor. lib. 2. v. 519.

Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.

Ubi Servius: *Sicyonia bacca, oliva à civitate Laconiæ Sicyone, ubi abundant olea.*

Hinc ab Statio Thebaidis lib. 4. vocatur *olivifera.*

Qui Drepani ſcopulos, & olivifera Sicyonis.
Culta tenent.

Plin. lib. 36. c. 4. auctor eſt, Sicyonem fuiſſe diu officinarum omnium metallorum patriam; quam ortu ſuo condecoravit *Aratus* celeberrimus dux, non Poëta, ut ait Philippus Ferr. Alexandr. in ſuo lexico Geographico; illius vitam conſcripſit Plutarchus & meminit Strabo lib. 8.

37 Ἡ δὲ αὐτὴ ἐκλήθη καὶ Μήκων, &c.] Dicit, Sicyonem vocatam quoque fuiſſe *Meconem* & *Telchiniam*. Quod videtur deſumpſiſſe ex Strabonis lib. 8. Τὸν δὲ Σικυῶνα πρότερον Μηκώνην ἐκάλουν, ἔπι δὲ πρότερον Αἰγιαλὸς· ἀπεκίσθη δὲ αὐτὸν ἀπὸ θαλάττης ὅσον εἴκοσι σταδίους, οἱ δὲ δώδεκά φασιν ἐπὶ λόφου ἐρυμνοῦ. i. e. *Sicyon prius* Mecone *fuit dicta, & ante Ægiali: condita* XX. *circiter ſtadiis à mari, alii verò* XII. *dicunt in colle munito.* Pro arbitrio tuo corriges, vel Strabonem, apud quem ſcribitur Μηκώνη ex auctore noſtro, cui Μήκων dicitur, vel contra. *Telchiniam* autem & *Ægialos* dictam fuiſſe à duobus Sicyoniæ regibus, quorum uni Telchini, alteri Ægialo nomen erat, quos celebrat Euſebius Chronico Canone, nullus dubito.

38 Καὶ ὑποδήματα Σικυώνια.] Calcei Sicyonii erant muliebres, non viriles, quos illuminavit Cicero, eorum facta mentione, de Oratore lib. 1. *Sed ut, ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non uterer, quamvis eſſent habiles, & apti ad pedem, quia non eſſent viriles: ſic illam orationem diſertam ſibi & oratoriam videri; fortem & virilem non videri.* Inclaruere etiam carmine Lucretii lib. 4.

Unguntur, & pulcra in pedibus Sicyonia.

39 Σίμηνα, πόλις Λυκίας, &c.] Simena, urbs Lyciæ. Memoratur Plinio lib. 5. c. 27.

40 Σιμόεις, καὶ Σιμῆς.] Simois, entis, & Simûs, untis. Fuit amnis Troadis, qui ex Ida Phrygiæ monte per campum Troianum rapide decurrebat. Mela lib. 1. c. 18. *Hinc ab Idæo monte demiſſus Scamander exit, & Simois, famâ quam naturâ major flumina.* Quem de more ſuo Poëtæ adeò celebrarunt, ut grandes fluvios famâ non modò æquet ſed & ſuperet, prope eum pleraſque pugnas inter Græcos & Troianos Poëtarum parens depingit, hunc æmulatus illuſtre Latinorum Poëtarum decus Æneid. lib. 1. canit:

——— *Ubi ingens*
Sarpedon, ubi tot Simois correpta ſub undis
Scuta virûm, galeaſque & fortia corpora volvit.

Propter hunc amnem fingunt etiam, Anchiſem ex Venere genuiſſe Æneam, Æneid. 1. v. 622.

Tu ne ille Æneas, quem Dardanio Anchiſæ
Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?

Heſiod. in Theog. v. 342. eum vocat *divinum.* Fuere quoque alii duo hujus nominis fluvii, unus in Epiro, alter in Sicilia, utrique inglorii, ſimiles enim præcones non habuere, parili ratione apud Hiſpanos Poëtas, omnium in Hiſpania fluviorum celeberrimus eſt *Manzanares*, qui Madritum præterlabitur, cum inter fluvios referri non mereatur.

41 Σίμυρα, πόλις Συρίων, &c.] Simyrus, urbs Syriorum, quæ Simyra neut. gen. dicitur Ephoro. Sic etiam vocatur Ptolemæo lib. 5. c. 15. perperam apud Strabonem lib. 16. ſcribitur Ταξύμιρα pro τὰ Σύμιρα, memoratur etiam Melæ lib. 1. c. 12. *Tum Simyra caſtellum, & urbs non obſcura Marathos.* Mela eam locat in Phœnicia, ut & Ptolemæus, eadem erat urbs. Non obſtat enim, quod auctor noſter dicat fuiſſe urbem Syriorum. Paululum infrà celebratur etiam Sinera altera Phœniciæ urbs, viderint doctiores ſit ne eadem, quæ Simyra.

42 Σίναι, μητρόπολις τῶν Σίνων, &c.] Sinæ, metropolis Sinarum, de quibus dicit Marcianus in Periplis. Ejus appono verba: Τὸ τῶν Σινῶν ἔθνος πρεσβεύεται ἀπὸ μὲν ἀρκτῶν μέρη τῆς Σηρικῆς, ἀπὸ δὲ δύσεως τῆς ἐκτὸς Γάγγου πεδιάδι ἰνδικῇ καὶ τὸ περιπεπλωμένον ἐν τῷ μεγάλῳ κόλπῳ ὅλον· ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν ἀγνώστῳ γῇ· ἀπὸ δὲ μεσημβρίας τῇ τε μεσημβρινῇ θαλάττῃ, καὶ τῇ μεσημβρινῇ ἀγνώστῳ γῇ. i. e. *Sinarum gens terminatur, à Septentrionibus parte Sericæ, ab occaſu India extra Gangem juxta prædictum in magno ſinu terminum. Ab oriente terra incognita. A meridie meridiano mari & terra meridiana incognita.* Quem καὶ πόδα ſequitur Ptolemæus lib. 7. c. 3. Audacter nimis Voſſius ad Melæ lib. 1. c. 2. vir alioqui eruditiſſimus inquit: *Sinenſes hodiernos antiquorum Seras, qui eſſe dubitet, is quoque dubitet licet, idem ne nunc atque olim Sol luxerit,*

ΣΙΝΔΗΣΣΟΣ, ὡς Τελμισσὸς, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν Σινδησσεύς, καὶ Σινδήσιος. A

SINDESSUS, ut Telmissus, urbs Cariæ. Gentile, Sindesseus, & Sindessius.

ΣΙΝΔΙΑ, πόλις Λυκίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σίνδιοι.

SINDIA, urbs Lyciæ. Hecatæ. Asia. Gentile, Sindii.

ΣΙΝΔΑ[43], πόλις πρὸς τῷ μεγάλῳ κόλπῳ τῆς Ἰνδικῆς, ἔνθεν οἱ καλούμενοι Σίνδαι. B

SINDA, urbs prope magnum Indiæ Sinum, unde, qui vocantur *Sindæ*.

ΣΙΝΔΟΙ[44], ἀπὸ μεσημβρίας τῆς Μαιώτιδος λίμνης. Ἔνιοι δὲ καὶ τὸ Σινδικὸν γράφουσι. Φασὶν εἶναι Μαιωτῶν ἀπόσπασμα. [45] Λέγεται καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. C

SINDI, à meridie Mæotidis paludis. Nonnulli Sindicam gentem ajunt esse Mæotarum partem. Sic etiam dicitur pudendum fœmineum.

ΣΙΝΔΟΝΑΙΟΙ, Θρᾴκιον ἔθνος, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

SINDONÆI, Thraciæ populi, ut Hecatæ. Europa.

ΣΙΝΗΡΑ[46], πόλις Φοινίκης, τὸ ἀπὸ Φοινίκης καὶ Συρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σινηρεύς.

SINERA, urbs Phœniciæ, eorum, qui à Phœnicia, & Syria [originem trahunt.] Gentile, Sinereus.

ΣΙΝΘΟΣ[47], πόλις πρὸς τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Τὸ ἐθνικὸν Σίνθιος. D

SINTHUS, urbs juxta Thermæum sinum. Herodot. lib. 7. Gentile, Sinthius.

ΣΙΝΟΕΣΣΑ[48], πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν Σινοεσσαῖος, καὶ Σινοεσσηνός.

SINOESSA, urbs Siciliæ. Gentile, Sinoëssæus, & Sinoëssenus.

ΣΙΝΤΙΑ[49], πόλις Μακεδονίας πρὸς τῇ Θρᾴκῃ, ὡς Εὔδοξος ἐν περιόδῳ γῆς πρώτῃ. E

SINTIA, urbs Macedoniæ, prope Thraciam, ut Eudoxus lib. 4. terræ periodi.

Inco-

luxerit, at verò insigniter falluntur, qui existimant Sinas, vel Thinas veteribus celebratos, eosdem esse, ac sint Sinenses *vulgo dicti, &c.* Ficulneo nititur argumento vir præstantissimus. Ait enim: *In toto eo regno Sinæ & Sinensium nomen ignotum est.* Ac si quis diceret, eos qui nunc vocantur *Tartari*, non esse veterum *Scythas*, quia in toto illo regno Scytharum nomen ignotum est; non minori audacia inquit etiam eodem loco Sinas esse regnum, quod nunc vulgò *Siam*, vel *Sian*, vel *Siim*. Res antiquæ auctoritate antiquorum scriptorum non propria, quamvis Samii senis sit, probandæ sunt. Sinarum regio creditur esse, quæ vulgò *China* vocitatur, de qua complures scripsere, sed fusius Martinus Jesuita. In quindecim provincias dividitur tota, ac Tartaris subest, quorum imperator residet Pechini, de quibus consulendi Michaël Antonius Baudrand Parisinus ad Alexandrini lexicum Geographicum, quorum mores graphice depingit Mafæus Indic. lib. 6.

43 Σίνδα, πόλις πρὸς τῷ μεγάλῳ κόλπῳ τῆς Ἰνδικῆς, &c.] Sinda, urbs ad magnum sinum *Indices*, unde dicti *Sindæ*. Hujus Indicæ civitatis meminit Ptolemæus lib. 7. c. 2. gentis Teixeira in suis Relationibus Regum Persidis lib. 1. c. 22. *Industan, que es lo mismo, que region de la India: debaxo de la qual se comprehende dende el rio Indo, que es el Regno Sinde, ado residen los Abindos, nacion harto conocida, que en lengua propria se dizen Abind, tomado del Persio, y vale tanto como agua de la India, o del rio Indo, de* Ab, *agua, y* Ind, *India, por manera que en el fin del Reyno Macron, comiença la costa de la India, en el rio Indo, el qual riega las tierras del Reyno Sinde; assi llamado delos naturales, por un rio del mismo nombre.*

44 Σινδοὶ, ἀπὸ μεσημβρίας τῆς Μαιώτιδος.] Sindi à meridie Mæotidis paludis. Memorantur Straboni lib. 11. Τῶν Μαιωτῶν εἰσιν αὐτοί τε οἱ Σίνδοι, καὶ Δανδάριοι, καὶ Τορεάται, καὶ Ἄγροι. i.e. *De Mæotis sunt, ipsi Sindi, & Dandarii, & Toreatæ, & Agri.* Scylaci in Σινῶν dicuntur Sinti: Μεθ' οὓς Μαιῶται Σινῶν ἔθνος. Διήκουσι δὲ ἕστι εἰς τὸ ἔξω τῆς λίμνης. Καὶ εἰσὶν ὑπ' αὐτοῖς πόλεις Ἑλληνίδες αἵδε· Φαναγόρη πόλις, Κῆποι, Σινδικὸς λιμὴν, Πάτης. i.e. *Post Mæotas autem Sinti gens. Pertingunt enim hi & extra paludem. Et urbes sunt apud eos Græcæ; Phanagori urbs, Cepi, Sindicus portus, Patus.* Hesych. Σίνδοι, ἔθνος Ἰνδικὸν, ἔστι δὲ πόλις ἐκεῖ Σινδικὸς λιμὴν λεγομένη. i.e. *Sindi, gens Indica, est autem urbs illic* Sindicus portus *dicta.* Ubi perperam legitur Ἰνδικὸν pro Σινδικὸν, ut & apud Scylacem Σινῶν pro Σινδοί.

45 Λέγεται καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον.] *Dicitur & muliebre pudendum.* Nimirum τὸ σινδικὸν, ut nos docet Hesychius, apud quem scribitur σίνδικον, perperam puto pro σινδικόν.

46 Σίνηρα, πόλις Φοινίκης.] Sinera, urbs Phœniciæ. Ptolemæus lib. 5. c. 7. eam in Armenia locat, noster in Σίμυρα memorat Simyra, nescio an fuerit eadem.

47 Σίνθος, πόλις πρὸς τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ.] Sinthus, urbs juxta Thermæum sinum, ex Herodoti lib. 7. qui libro citato cap. 123. Σινδὸν vocat eam: Πλέων δὲ ἀπίκετο ἔστε πρὸς τῷ προειρημένῳ Θερμαίῳ, καὶ Σινδόν τε πόλιν καὶ Χαλέστρην, ἐπί τε Ἄξιον πόταμον. i.e. *Navigans autem pervenit Thermen prædictam, & Sindum urbem & Chalestram, super Axium fluvium.* Quare unum ex altero corriges.

48 Σινόεσσα, πόλις Σικελίας.] Sinoessa, urbs Siciliæ. Latinis dicitur *Sinuessa*, non fuit urbs Siciliæ, ut inquit noster, sed Italiæ, nomen sortita à sinu, auctore Strabone lib. 5. Ἡ Σινόεσσα ἐν Οὐησκίνῳ κόλπῳ ἵδρυται, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· σῖνος γὰρ ὁ κόλπος. i.e. *Sinuessa in Vescino sinu sita est, à quo & nomen; sinus enim* [Latinis, idem ac Græcis] ὁ κόλπος. Quem Strabo *sinum*, Liv. *saltum* appellat lib. x. *Itaque placuit, ut duæ coloniæ circa Vescinum & Falernum agrum deducerentur ad ostium Liris fluvii, quæ* Minturnæ *appellata, altera in saltu Vescino, Falernum contingente agrum, ubi* Sinope *dicitur Græca urbs fuisse, Sinuessa deinde ab colonis appellata.* Vina Sinuessana celebrantur ab Horatio æque bono Poëta, ac vini potore Epist. l. 1. Epist. 5. v. 5.

Vina bibes iterum Tauro diffusa, palustres
Inter Minturnas, Sinuessanumque Petrinum.

Aquæ etiam Sinuessanæ commendantur, quarum salubritate, ut frueretur Claudius imperator Sinuessam perrexit, referente Tacito Annal. lib. 12. *In tanta mole curarum Claudius valetudine adversa corripitur, refovendisque viribus mollitie cæli & salubritate aquarum, Sinuessam pergit.* Plin. lib. 31. c. 11. auctor est, Sinuessanas aquas sterilitatem fœminarum & virorum insaniam abolere. Duplex hujus urbis gentile affert Stephanus, nempe *Sinoessæus* & *Sinoessenus.* Σινοεσσανῶν meminit Goltzius in Magna Græcia Tab. XVII. Num. 3. Noster suo loco commemorat etiam Senoessanos, tamquam diversos ab his, utrosque eandem gentem fuisse existimo, quorum urbis ruinæ tantùm superant, teste Alberto Leandro in Campania, quem & Cluv. Ital. Antiquæ lib. 3. c. 10. consules, si plura de hac urbe scire desideras.

49 Σιντία, πόλις Μακεδονίας, &c.] Sintia, urbs Macedoniæ prope Thraciam, cujus incolæ Sinti secus Mædos ejusdem regionis populos memorantur Thucydidi libro secundo.

50 Πα-

δε. Οἱ εἰκδῆλες, Σιντοὶ ὀξύνοιως. Γίγνεται δὲ A Incolæ, Sinti cum accentu acuto [in ultima.] Fit verò quid mirandum apud eos, ut inquit Aristot. *Fluvium quendam esse nomine Pontum, in quo devolvuntur quidam lapides, qui accensi contrariam qualitatem habent, ac prunæ ex lignis. Etenim vento perflati cito extinguuntur. Aqua verò aspersi accenduntur. Cum comburuntur autem, grave olent, ac asphalto simile. Et odorem sic acrem habent, ut nullum reptile id sustinere possit ipsis ardentibus.* Dicuntur etiam Sintii, & Sintium neutrum.

πθαυμαστὸν παρ' αὐτοῖς, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης· [50] Ποταμόν τινα εἶναι Πόντον περιφερόμενον, ἐν ᾧ καταφέρεσθαί τινας λίθους, οἱ καιόμενοι τοῖναντίον πάσχουσι τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἀνθρακες. Ῥιπιζόμενοι μὲν γὰρ, ἀποσβέννυνται ταχέως· ὑδατι δὲ ῥαινόμενοι, ἀναπτουσι. Ὅταν δὲ καίωνται, πνιγμὸν ἔχουσι, καὶ παραπλήσιον ἀσφαλτῳ· καὶ τῶν ὀσμῶν ὕτω δριμεῖαν ἔχουσιν, ὡς μηδὲν τῶν ἑρπετῶν ὑπομένειν καιομένων αὐτῶν. Λέγονται καὶ Σίνδιοι, καὶ Σίνδιον τὸ ἀδέσποτον.

Fluvium quendam esse nomine Pontum, in quo devolvuntur quidam lapides, qui accensi contrariam qualitatem habent, ac prunæ ex lignis. Etenim vento perflati cito extinguuntur. Aqua verò aspersi accenduntur. Cum comburuntur autem, grave olent, ac asphalto simile. Et odorem sic acrem habent, ut nullum reptile id sustinere possit ipsis ardentibus. Dicuntur etiam Sintii, & Sintium neutrum.

ΣΙΝΤΟΙΟΝ, φρούριον Ἀρμενίας, κλίσμα Γαλατῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Σιντοιεύς.

SINTOEUM, castellum Armeniæ, Galatarum opus. Gentile, Sintœus.

ΣΙΝΩΠΗ [51], πόλις Μαφανεστάτη τοῦ Πόντου, [52] κλίσμα Μακρίτου Κῶου, ὡς φησι Φλέγων. Ὁ πολίτης Σινωπεύς, καὶ Σινωπίτης, καὶ Σινωπίτις, καὶ Σινωπὶς, ἀπὸ τοῦ Σινωπεύς· Καὶ Σινωπικόν.

SINOPE, urbs Ponti celeberrima, à Macritio Coo condita, ut inquit Phlego. Civis, Sinopeus, & Sinopites, fœm. Sinopitis, & Sinopis, à Sinopeus. Et Sinopicum.

ΣΙΞΟΣ, πόλις Μασιλιωτῶν. Ἑκαταῖος· Μετὰ δὲ Σίξος πόλις.

SIXUS, urbs Mastienorum. Hecatæus. *Post verò Sixus urbs.*

ΣΙΠΟΥΣ [53], πόλις Δαυνίων. Τὸ ἐθνικὸν, Σιπόντιος.

SIPUS, urbs Dauniorum. Gentile, Sipuntius.

ΣΙΠΥΛΟΣ [54], πόλις Φρυγίας· Ἑλλάνικος Ἱερείων πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Σιπυλλωὸς, καὶ Σιπυλλωοί.

SIPYLUS, urbs Phrygiæ. Hellanicus de sacrificiis primo. Gentile, Sipylenus, & Sipyleni.

ΣΙ- SI-

50 Ποταμόν τινα εἶναι Πόντου, &c.] Sunt verba Aristotelis de Mirabilibus, quæ apud eum ita leguntur: Λέγεται δὲ καὶ περὶ τὴν τῶν Σιδηρίων καὶ Μαιδῶν χώραν καὶ λιμένα τὸν Θερμάκην, ποταμόν τινα Πόντον περιφερόμενον, ἐν ᾧ καταφέρεσθαί τινας λίθους, οἱ καιόμενοι, καὶ τοῖναντίον πάσχουσι τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἀνθρακες· ἐμπιζόμενοι μὲν σβέννυνται ταχέως· ὕδασι δὲ ῥαινόμενοι ἀναλάμπουσι, καὶ ἀναπίπτουσι κρύπτειν· ὀσφραίνεσθαι δὲ ἀσφάλτου ὅταν καίωνται, καὶ πνιγμὸν ὀσμὴν ἔτι, καὶ δριμεῖαν ἔχουσιν, ὥστε μηδὲν τῶν ἑρπετῶν ὑπομένειν ἐν τῷ τόπῳ καιομένων αὐτῶν. id est. *Fertur & circa Sintorum & Mædorum Thraciæ, fluvium quendam esse nomine* Pontum, *qui lapides defert, qui ardent contraria naturâ prunis ligneis; agitati enim, & sufflati exstinguuntur celeriter; aquis autem aspersi resplendent, & exardescunt melius; similem asphalto, & gravem fœtorem, & adeo acrem, cum ardent, habent, ut nulla reptilia id ferre possint, nec in loco illo subsistere, ipsis ardentibus.*

51 Σινώπη, πόλις Μαφανεστάτη τοῦ Πόντου.] Sinope, urbs clarissima Ponti. Fuit omnium illius regionis præstantissima, Mithridatis illius, qui adversùs Romanos plurima bella gessit, regia, auctore Diodoro Siculo Bibliothecæ Hist. lib. 14. Ἡ δὲ Σινώπη Μιλησίων μὲν ἦν ἀποικος, κειμένη δ' ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ, μέγιστον εἶχεν ἀξίωμα τῶν περὶ τοὺς τόπους· ἐν ᾗ δὴ καθ' ἡμᾶς ἦρξε Μιθριδάτης, ὁ κατὰ Ῥωμαίους πολεμήσας, τὰ μέγιστα βασίλεια. i. e. *Sinope verò Milesiorum quidem erat colonia, sita in Paphlagonia, maximam habebat auctoritatem circa hæc loca. In qua ætate nostra Mithridates, qui cum Romanis bella gessit, maximam habuit regiam.* Fuit etiam Diogenis Cynici patria, & Diphili Poëtæ comici, necnon aliorum illustrium virorum auct. Diog. Laërt. in Diog. Strab. lib. 12. qui longe latèque de ea egit libro citato, multo brevius Herodotus lib. 2. c. 34. Ἐνθεῦτεν δὲ ἐς Σινώπην τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ πλόος ἡμερέων ἐστὶν ὀλίγων ἀνδρὶ ἐπ' ἀμάξης τὸ ἔαρος ἐπιβεβληκότι ἐς ἡλίου τροπὰς αὐλίζεσθαι. i. e. *Hinc vectà ad Sinopen in Ponto Euxino sitam, quinque dierum est iter viro curru vecto. Sinope autem Istro mare irrumpenti ex adverso sedet.* Minium Sinopense celebratur Plinio lib. 35. c. 6. quod absolute dicitur *Sinopis*, intellecta rubrica.

52 Κλίσμα Μακρίτου Κῶου.] Sinopen Ponticam a Macritio Coo conditam tradit. Discrepantes sunt auctorum sententiæ de hujus urbis conditoribus, quas refert Eustath. ad Periegetæ v. 775.

53 Σιπόν, πόλις Δαυνίων.] Sipûs, untis, urbs Dauniorum. Daunii fuere Italiæ populi in Apulia, Sipontum verò (sic plerumque dicitur Latinis) opus Diomedis fuisse prodit Strabo lib. 6. Δοκεῖ δὲ καὶ ὁ Σιπῦς Διομήδους εἶναι κλίσμα, διέχων τῆς Σαλαπίας ὅσον μυρίους σταδίους, καὶ ὠνομάζεσθαι γε Σιπῦς Ἑλληνικῶς, ἀπὸ τῶν συκαμινιζομένων σηπιῶν. Μεταξὺ δὲ τῆς Σαλαπίας, καὶ τοῦ Σιπόντος, ποταμός τε πλωτὸς καὶ στόμα λίμνης μεγάλης· ἀπ' ἀμφοῖν δὲ τὰ ὀνόματα Σιπόντι καλεῖται, καὶ μάλιστα ὁ σῖτος. i. e. *Videtur verò & Sipûs Diomedis esse opus, à Salapia distans circiter* CXL. *stadia. Dicta est urbs Græce* Sipûs *ab ejectis fluctu sepiis. Inter Salapiam & Sipuntem fluvius est navigabilis & ostium magnæ paludis; per utrumque res ex Sipunte devehuntur, ac maximè frumentum.* Romanorum coloniam fuisse apparet è Livii lib. 34. c. 44. *Sipontum item in agrum qui Arpinorum fuerat, coloniam civium Romanorum alii triumviri, D. Junius Brutus, M. Bæbius Pamphilus, M. Helvius deduxerunt.* Sipuntum dicitur Melæ lib. 2. c. 4. *Sinus est continuo Apulo litore incinctus, nomine* Urias, *modicus spatio, pleraque asper accessu. Extrà, Sipuntum, vel (ut Græci dixêre) Sipûs.* Ejus quoque meminit Plin. lib. 3. c. 11. Poëtæ Latini nomine Græco utuntur ad metrum aptiore, Lucanus lib. 5.

Quas recipit Salapina palus, & subdita Sipus
Montibus.

Eodem modo usurpat Sil. Italicus lib. 8. v. 635. Aliquando Archiepiscopali sede gaudebat, sed post ejus interitum Manfredoniam Archiepiscopi sedem transtulerunt, servato Sipontini nomine; inter cujus Archiepiscopos fuit *Nicolaus Perottus* Saxoferratensis Græce & Latine pereruditus, cujus exstat commentarius in Martialem, cui Cornucopiæ nomen fecit, *Julius* III etiam antequam ad Pontificatum ascenderet fuit Archiepiscopus Sipontinus. Ruinas tantum hujus urbis exstare inquit Leander Albertus in sua Apulia Daunia, at Paul. Iovius Histor. sui temporis lib. 4. Manfredoniam ait esse, quæ Sipontum olim.

54 Σίπυλος, πόλις Φρυγίας.] Sipylus, urbs Phrygiæ. Memoratur Straboni lib. 1. terræ motu eversa.

ΣΙ΄ΡΕΣ, ἔθνος Θρᾴκης ὑπὲρ τὰς Βυ- A ζαντίας, ὡς δέδεικται ἐν τῷ περὶ Νίψων.

SIRES, gens Thraciæ supra Byzantios, ut ostendimus in de Nipsis.

ΣΙ΄ΡΒΩΝ[55], ἡ Σιρβωνὶς, λίμνη πλησίον Κασίου. Τὸ κτητικὸν Σιρβώνιος, ἀπὸ τοῦ Σίρβωνος ἡρωικῆς, ὡς Κιθαιρώνιος, καὶ Ἀρχανθώνιος.

SIRBO, & Sirbonis, lacus juxta Casium. Possessiv. Sirbonius, à genit. Sirbonis, ut Cithæronius, & Arganthonius.

B

ΣΙ΄ΡΙΣ[56], πόλις Ἰταλίας, πλησίον τῆς Μεταποντίας, καὶ ποταμός. Μετωνομάσθη δὲ καὶ Πολίειον, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἰλίῳ πολιάδος Ἀθηνᾶς. Ὁ πολίτης, Σιρίτης, ὡς Σύβαρις Συβαρίτης. Τὸ θηλυκὸν, Σιρῖτις, καὶ Σιρηνός. Ἔστι καὶ Σίρις ἐν Παιονίᾳ, ἧς τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τοῦ ἡρωικοῦ Σιρροπαίονες.

SIRIS, urbs Italiæ prope Metapontium, & fluvius. *Polieum* verò post appellata fuit, à Minerva Poliade in Ilio. Civis, Sirites, ut Sybaris, Sybarites. Fœm. Siritis. Et [adject.] Sirenus. Et etiam Siris in Pæonia, cujus gentile, à genit. Sirio-pæones.

C

ΣΙ΄ΡΜΙΟΝ[57], πόλις Παιόνων. Τὸ ἐθνικὸν Σιρμιεὺς, ὡς τὸ Σύνιον Συνιεύς.

SIRMION, urbs Pæonum. Gentile, Sirmieus, ut Sunion, Sunieus.

ΣΙΡΡΑ΄, πόλις Θρᾴκης· Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν εἰκοστῷ. Τὸ ἐθνικὸν, Σιρραῖος.

SIRRHA, urbs Thraciæ. Theopomp. D Philippic. 20. Gentile, Sirrhæus.

ΣΙΣΙΓΥΛΙΣ, πόλις μεγάλη πλησίον Κελτικῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Σισιγυλίτης.

SISIGYLIS, urbs magna prope Celticam. Gentile, Sisigylites.

ΣΙΣΥΡΒΑ[58], μέρος Ἐφέσου, ἀπὸ Σισύρβης Ἀμαζόνος. Τὸ ἐθνικὸν, Σισυρβίτης.

SISYRBA, pars Ephesi, à Sisyrbe Amazone. Gentile, Sisyrbites.

ΣΙ΄ΦΑΙ[59], ὁπλίτειον τοῦ Θεσπιακῆς. Καὶ E ἑνικῶς, Σίφη. Ἔστι δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ Κρηταῖος Κρηταιεὺς, οὕτω Σιφαῖος Σιφαιεύς.

SIPHÆ, navale Thespiacæ. Et singul. num. Siphe. Est verò, ut à Cretæus, Cretæus, sic Siphæus, Siphæeus.

ΣΙΤΙΚΟΝ, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σιτικινοί.

SITICUM, urbs Italiæ. Gentile, Siticeni.

ΣΙΤΑ΄ΚΗ[60], πόλις Περσική, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ὁ πολίτης, Σιτακηνός· [61] Καὶ ἡ χώρα Σιτακηνή. ΣΙ-

F

SITACE, urbs Persica, ut Hecatæus. Asia. Civis, Sitacenus. Et regio, Sitacene.

SI-

55 Σίρβων, ἡ Σιρβωνὶς, λίμνη, &c.] Sirbon, onis, & Sirbonis, idis, lacus prope Casium montem. Serbonis dicitur Herodoto lib. 3. c. 5. de quo ita Plin lib. 5. c. 13. *Mox Idumæa incipit, & Palæstina ab emersu Sirbonis lacus, quem quidam* C L M. *pass. circuitu tradidère, Herodotus Casio monti applicuit, nunc est palus modica.* Memoratur inter alios Ptolemæo lib. 4. c. 5. Strabo lib. 16. videtur tribuere Sirbonidi lacui, quæ Asphaltitæ conveniunt, cum diversi fuerint. Hodie *Baranguerlis* dicitur ab incolis illius tractus, auctore Michaële Antonio ad Lexicon Geographicum Alexandrini.

56 Σίρις, πόλις Ἰταλίας, &c.] Siris, urbs Italiæ, & amnis ejusdem nominis; amnis dicitur nunc accolis *Sino* vel *Senno* auctore Cluverio Italiæ Antiquæ lib. 4. c. 14. Memoratur Straboni lib. 6. Plinio lib. 3. c. 11. de urbe vide quæ in Πολίειον.

57 Σιρμιον πόλις Παιόνων.] Sirmium, urbs Pæonum. Pæones accipit noster pro Pannoniis, apud quos olim Sirmium & Noricum fuere maximæ civitates, auctore Anonymo, quem Jacobus Gothofredus vulgavit. Memoratur inter Pannoniæ inferioris oppida Ptolemæo lib. 2. c. 16. Pannonia autem inferior hodie creditur esse, quæ vulgo dicitur *Hungaria.* Illius sæpe meminit Ammianus Marcellinus. Quam ortu suo condecoravit Probus imperator, ut tradit Vopiscus in ejus vita. Cui *civitas Sirmiensis* dicitur: *Probus oriundus e Pannonia, civitate Sirmiensi, nobiliori matre, quam patre, patrimonio moderato, affinitate non magna, tam privatus, quam imperator nobilissimis virtutibus claruit.* In hac civitate Theodosius Hispanus à Gratiano Augusto Imperator creatus est, ut refert Marcellinus Comes in suo Chronico statim in principio. Ex Eusebio, Chronico Canone didici, Probum & Claudium Imperatores Sirmii occisos fuisse. *Szreim* Hungaris, *Sirmisch* Germanis dicitur, paucis nunc constat incolis & in vicum redacta est, 22 leucis à Buda distans, judice Michaële Antonio ad Alexandrini Lexicon Geographicum.

58 Σισυρβα, μέρος Ἐφέσου.] Vide Ἔφεσος nota XLII.

59 Σίφαι, ὁπλίτειον τοῦ Θεσπιακῆς.] Siphæ, navale Thespiacæ. Siphe etiam dicitur singul. num. ut Thebæ, Thebe. Thespiace verò erat regio Thespiarum, Bœotiæ oppidi; igitur Siphæ erant etiam in Bœotia, ubi memorantur Ptolemæo lib. 3. c. 15. Ipsissimum erat oppidulum quod *Tipha* dicitur Pausaniæ in Bœoticis (cujus incolæ rei maritimæ peritiâ gloriabantur & cive Tiphye Argûs navis gubernatore:) Παραπλέοντι δὲ αὐτόθι, πόλισμά ἐστι ἀπὸ μέρα ἐπὶ θαλάσσῃ Τίφα. Ἡρακλείοις τε Τιφαιεῦσίν ἐστι, καὶ ἑορτὴν ἄγουσιν ἐπέτειον. Οὗτοι Βοιωτῶν μάλιστα δὴ παλαιοὶ τὰ θαλάσσια ἔλαβον εἶναι σοφοί, Τίφυν ἀνδρα μνημονεύοντες ἐπιχώριον, ὡς παρακελεύεται ἡμῖν ἡ Ἀργοῦς κυβερνήτης. i. e. *Præternaviganti verò illinc oppidum est haud magnum ad mare nomine* Tipha. *Herculis-fanum Tiphæensibus est, & festum celebrant anniversarium. Hi Bœotorum maxime ab antiquo tempore rerum maritimarum peritiam sibi vindicant, Tiphyn virum memorantes indigenam, cui Argûs gubernacula credita fuere.* Ejus quoque meminit Plin. lib. 4. c. 3. perperam apud Scylacem in Βοιωτοὶ scribitur Σφάσις pro Σίφας. Extra literarum seriem locum occupavit apud Stephanum.

60 Σιτάκη, πόλις Περσική.] Sitace, urbs Persica. Memoratur Ptolemæo lib. 6. c. 1. inter Assyriæ civitates. Ejus quoque mentionem fecit Plinius lib. 6. c. 27. cujus verba nota subsequenti apponemus.

61 Καὶ ἡ χώρα Σιτακηνή.] Sitacene, regio à Sitace civitate denominatur; erat verò prope Susidim Babyloniæ, ut patet ex Strabonis lib. 15. Γειτνιᾷ δὲ τῇ Σουσίδι τὸ Βαβυλωνίας, ἡ Σιτακηνὴ μᾶλλον πρότερον, Ἀπολλωνιὰς δ' ὕστερον προσαγορευθεῖσα. i. e. *Proximat verò Susidi Babyloniæ, regio Sitacene quidem antè, Apolloniatis verò in posterum appellata.* De qua sic Plin. lib. 6. c. 27. *Inter has gentes, atque Mesenen Sitacene, eadem* Arbelites, *& Palæstine dicta, oppidum ejus Sitace.* Sed quis unquam audivit Palæstinen in Assyria? Sine dubio pro *Palæstine* legendum *Apolloniatis*, ad quod moveor non Strabonis tantùm auctoritate, sed etiam Ptolemæi, qui lib. 6. c. 1. in hoc tractu commemorat non modò *Sittacenen*, sed & *Apolloniatim* & *Arbelitim* ejusdem Assyriæ regiones, quas tamquam diversas celebrat, contrà quam Plinius & Strabo, ut claret ex eorum verbis allatis.

62 Σί-

Σ Ι Ῥ Φ Ν Ο Σ [62], ᾧ ἐπὶ τῷ Κρήτῃ νῆσος, ἀπὸ Σίφνω τοῦ Σουνίου, ὡς Νικόλαος πέμπτῳ. [63] Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον ἡ Μερόπη. Τὸ ἐθνικὸν, Σίφνιος. [64] Καὶ Σίφνιον ποτήριον, καὶ Σιφνιάζειν.

A SIPHNUS, insula circa Cretam, à Siphno Sunii filio, ut Nicolaus quinto. Vocabatur verò prius Merope. Gentile, Siphnius. Et Siphnium poculum, & verbum *Siphniazare*. [Siphniorum mores imitari.]

Σ Ι Ω Ν Ι Ά, πόλις Ποντική. Τὸ ἐθνικὸν, Σιωνίτης· Καὶ Σιωνὶς, τὸ θηλυκόν.

B SIONIA, urbs Pontica. Gentile, Sionites. Et Sionitis fœm.

Σ Κ Ά Β Α Λ Α, χώρα Ἐρετριέων. Θεόπομπος ὀγδόῳ τῶν Φιλιππικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Σκαβαλαῖος.

C SCABALA, regio Eretriensium. Theopomp. Philippicorum 24. Gentile, Scabalæus.

Σ Κ Α Ι Ο Ι [65], ἔθνος μεταξὺ τῆς Τρωάδος, καὶ τῆς Θρᾴκης, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

SCÆI, gens inter Troadem, & Thraciam, ut Hecatæus. Europa.

Σ Κ Ά Μ Α Ν Δ Ρ Ο Σ [66], ποταμὸς Τροίας, ἀπὸ Σκαμάνδρου. Τὸ ἐθνικὸν, Σκαμάνδριος, καὶ Σκαμανδρία· Καὶ Σκαμανδριανὸς, ὡς ἡ Καρδία Καρδιανός· Καὶ Σκαμανδριώτης.

D SCAMANDER, fluvius Troiæ, ab Scamandro. Gentile, Scamandrius, & Scamandria. Et Scamandrianus, ut Cardia, Cardianus. Et Scamandrienus.

Σ Κ Α Μ Β Ω Ν Ι Ί Δ Α Ι [67], δῆμος Ἀττικὸς Λεοντίδος φυλῆς. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Σκαμβωνιδῶν, καὶ ἐν Σκαμβωνιδῶν, καὶ εἰς Σκαμβωνιδῶν.

E SCAMBONIDÆ, populus Atticus Leontidis tribus. Localia, ex Scambonidarum, in Scambonidarum, & ad Scambonidarum.

Σ Κ Ά Ν Δ Ε Ι Α [68], ὁπήνιον Κυθήρων, ὡς Παυσανίας τρίτῳ. Σ Κ Α-

SCANDIA, navale Cytherorum, ut Pausanias lib. tertio. S C A-

62 Σίφνος, ᾧ ἐπὶ τῷ Κρήτῃ νῆσος.] Siphnus, circa Cretam insula. Memoratur Straboni lib. 10. Ptolemæo lib. 3. c. 15. Melæ lib. 2. c. 7. Fuit antiquitus ditissima, quippe quæ haberet auri & argenti fodinas, ex quibus quotannis magna pecuniæ summa conficiebatur, auctore Herodoto lib. 3. c. 57. Καὶ αὐτὴ ἀπίσω ἐς Σίφνον. Χρημάτων γὰρ ἐδόνεε. Τὰ γὰρ τῶν Σιφνίων περὶ μάγματα ἤκμαζε τότε τὸν χρόνον, καὶ νησωΐων μάλιστα ἐπῆλτο, ὥστε ἐόντων αὐτοῖσι ἐν τῇ νήσῳ χρυσέων καὶ ἀργυρέων μεταλλων ἄτην, ὡς ἀπὸ τῆς δεκάτης τῶν γινομένων αὐτόθεν χρημάτων, ἀνατεθῆναι ἐν Δελφοῖσι ἀναλέεσθαι, ὅμοια τοῖσι πλησιοχώροισι· αὐτοὶ δὲ τὰ γιγνόμενα τῷ ἐνιαυτῷ ἐκάστῳ χρήματα διενεμέοντο. i. e. *Et ipsi* [Samii] *transmiserunt in Siphnum. Pecunias enim opus habebant. Siphniorum verò res ea tempestate vigebant, & insulanorum ditissimi erant, quippe qui habebant in insula auri & argenti fodinas, adeo ut ex decima parte pecuniarum, quæ illic fiebant, reponeretur Delphis thesaurus locupletissimo cuique par. Ipsi autem pecunias, quæ singulis annis fiebant, distribuebant.*

63 Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μερόπη.] Vocabatur autem antè *Merope*. Plin. lib. 4. c. 12. *Siphnus ante* Meropia *& Acis appellata, circuitu viginti octo mil. passuum.*

64 Καὶ Σίφνιον ποτήριον.] Et Siphnium poculum. Plin. lib. 36. c. 22. *In Siphno lapis est, qui cavatur, tornaturque in vasa coquendis cibis utilia, vel ad esculentorum usus, quod in Comensi Italiæ lapide viridi accidere scimus, sed in Siphnio singulare, quod excalfactus oleo nigrescit, durescitque naturâ mollissimus, tanta qualitatum differentia est.*

65 Σκαιοὶ, ἔθνος μεταξὺ τ', &c.] Scæi, gens inter Troadem & Thraciam. Memorantur Straboni lib. 13. Πολλὰ δ' ὁμωνυμίαι Θρᾳξὶ, καὶ Τρωσὶν· Οἷον Σκαιοὶ Θρᾳκες τινὲς, καὶ Σκαιὸς ποταμὸς, καὶ Σκαιαὶ τεῖχος, καὶ ἐν Τροίᾳ Σκαιαὶ πύλαι. i. e. *Multa sunt nomina Thracibus cum Troibus communia: ut Scæi Thraces quidam, & Scæus amnis, & Scæus murus, & in Troia Scææ portæ.* De quibus ita Hesych. Σκαιοὶ, ἔθνος Θρᾴκιον, καὶ ἀμαθεῖς, καὶ ἀπαίδευτοι. id est: *Scæi, gens Thracia, rudes & ineruditi.*

66 Σκάμανδρος, ποταμὸς Τροίας.] Scamandrus, fluvius Troiæ. Latinis *Scamander* dicitur, prope Troiam decurrebat, Poëtis æque decantatus, atque Simois, ad quorum planitiem Poëtarum parens multas inter Græcos & Troianos pugnas depingit, ut in Σιμόεις annotavimus; ex Ida monte, ut & Simois defluebat, & non longè à nova Ilio, quæ ætate Strabonis exstabat, confluebant, & inde apud Sigeum mari immergebantur, ut refert idem auctor lib. 13. Οἱ δὲ ποταμοὶ ἔστε Σκάμανδρος καὶ ὁ Σιμόεις, ὁμοῦ τοῦ Σιγείου πλησιάσας, ὁ δὲ τῆς Ῥοιτείου, μικρὸν ἔμπροσθεν ἢ νῦν Ἴλιος συμβάλλουσιν, εἶτ' ἐπὶ τὸ Σίγειον ἐκδιδόασι. i. e. *Fluvii autem Scamander & Simois, cum unus ad Sigeum, alter ad Rhœteum appropinquarunt, paulo ante Ilium, quod nunc est, confluunt, atque inde apud Sigeum in mare exeunt.* Utrumque Heliodus in Theogonia vocat θεῖον. i. e. *divinum*; Simoënta, v. 342.

Γρανικόν τε, καὶ Αἴσηπον, θεῖόν τε Σιμοῦντα.
Granicumque, & Æsepum, divinumque Simunta.

Scamandrum v. 345.

Εὔλωόν τε, καὶ Ἀρδήσκην, θεῖόν τε Σκάμανδρον.
Euenumque, & Ardescum, divinumque Scamandrum.

A Diis *Xanthum* vocari fingit Homerus Il. 20. v. 74.

Ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.
Quem Xanthum vocant dii, homines verò Scamandrum.

Sic vocat Maro Æneid. lib. 1.

——— *Priusquam*
Pabula gustassent Troiæ, Xanthumque bibissent.

Tametsi Plin. lib. 5. c. 30. diversos facit fluvios Scamandrum & Xanthum. *Scamander amnis navigabilis, & in promontorio quondam Sigeum oppidum. Dein portus Achæorum, in quem influit Xanthus Simoënti junctus; stagnumque prius faciens Palæscamander.* Ab exercitu Xerxis epotum fuisse, nec hominibus, jumentisque potantibus sufficisse tradit Herodotus lib. 7. c. 42.

67 Σκαμβωνίδαι, δῆμος Ἀττικὸς, &c.] Scambonidæ, populus Atticus Leontidis tribus. Memoratur Harpocrationi, Hesychio, Suidæ, & Meursio, nullam ob aliam rem memorandus, nisi quod fuerit *Alcibiadis* patria, auctore Plutarcho in ejus vita.

68 Σκάνδεια, ὁπήνιον Κυθήρων.] Scandia, navale Cytherorum ex Paus. lib. 3. Cythera autem neut. plur. erat nomen insulæ & civitatis prope Cretam, ut suo loco annotavimus. Verba Paus. ex libro citato sunt: Ἐν Κυθήροις ἦ δὲ ἀπὸ Γαλάσσης, Σκάνδεια· ἔστι δὲ ὡς δέκα. i. e. *In Cytheris autem à mari, Scandia est navale. Cythera verò civitas adscendenti ab Scandia, stadia circiter decem.* Memoratur etiam Thucydidi lib. 4. Μετὰ δὲ τὰ ξύμβασιν, οἱ Ἀθηναῖοι τὴν τε Σκάνδειαν τὸ ἐπὶ τῷ λιμένι πολίσμα Θρᾳκιδαλαδόντες, καὶ τὸ Κυθήρων φυλακεῖον ποιησάμενοι, ἔπλευσαν ἔς τε Ἄσινον καὶ Ἕλος, καὶ τὰ πλεῖστα τοῦ ἄλλου Γαλάσσου. i. e. *Post conventionem Athenienses accepta Scandia urbe ad portum sitâ, & præsidio Cytheris imposito, navigarunt ad Asinen & Helos, & ad plurima loca maritima.*

ΣΚΑΠΤΗΣΤΎΛΗ[69], πόλις Θρᾴκης μικρὰ, ἀνδικὴ Θάσου. Τὸ ἐθνικὸν, Σκαπτησυλίτης.

SCAPTESYLE, urbs Thraciæ parva è regione Thasi. Gentile, Scaptesylitæ.

ΣΚΆΡΟΙ, πόλις Λυκίας, ἧς τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως. Ἔστι δὲ καὶ κρήνη ἱερὰ, ἐξ ἧς κατ' εὐχὴν ἐμβάλλειν τινάς.

SCARI, urbs Lyciæ, cujus gentile similiter. Est etiam fons quidam sacer, quo precibus aliquos se injicere [ajunt.]

ΣΚΑΡΦΕΙΑ[70], πόλις Λοκρίδος, τῶν Θερμοπυλῶν ἐγγύς. Κέκληται ἀπὸ Σκαρφείας. Τὸ ἐθνικὸν Σκαρφεύς, καὶ Σκαρφιεύς, καὶ Σκαρφαῖος, καὶ Σκάρφιος.

SCARPHIA, urbs Locridis prope Thermopylas, sic vocata ab Scarphia. Gentile, Scarpheus, & Scarphieus, & Scarphæus, & Scarphius.

ΣΚΕΜΨΑ, πόλις Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Σκεμψαῖος· Καὶ Σκέψιοι [Σκεμψαῖοι] Δαυνοξενίτης.

SCEMPSA, urbs Thraciæ. Gentile, Scempsæus. Et Scepsii [Scempsæi] *Daunotuhitæ.*

ΣΚΗΝΑΙ[71], πόλις ἀξιόλογος Περσικὴ, ὡς Στράβων ιε'. Οἱ πολῖται, Σκηνῖται.

SCENÆ, urbs Persica celebris, ut Strabo lib. 16. Cives, Scenitæ.

ΣΚΗΨΙΣ[72], πόλις Τρωϊκὴ· Ξενοφῶν Ἑλληνικῶν τρίτῳ. [72] Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ σκήψασθαι τὸν Ῥέαν ἀντὶ τοῦ παιδὸς λίθον πεκεῖν. Τὸ ἐθνικὸν, Σκήψιος.

SCEPSIS, urbs Troica, Xenoph. Hellenic. lib. 3. Sic vocata, quod Rhea illic finxerit se lapidem pro filio peperisse. Gentile, Scepsius.

ΣΚΙΆΘΟΣ[74], νῆσος Εὐβοίας. Τὸ ἐθνικὸν, Σκιάθιος.

SCIATHUS, insula Eubœæ. Gentile, Sciathius.

ΣΚΙΑΠΟΔΕΣ[75], ἔθνος Αἰθιοπικὸν, ὡς Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει Αἰγύπτου.

SCIAPODES, gens Æthiopica, ut Hecatæ. in Periegesi Ægypti.

ΣΚΙΆΣ[76], χώρα Ἀρκαδίας. Καὶ Σκιάτης

SCIAS, regio Arcadiæ. Gentile, Sciates,

69 Σκαπτησύλη, πόλις Θρᾴκης, &c.] Scaptesyle, urbs Thraciæ parva, ex adverso Thasi. Thasus autem erat insula secus Thraciam, de qua suo loco. Scaptesylen verò nobilitabant argenti & auri fodinæ, quæ ad *Thucydidem* pertinebant, qui hac in urbe occisus est, auctore Plutarcho in Cimone. Ex quibus spirabant lethiferi quidam odores, ut inquit Lucretius de Rerum Natura lib. 6.

Nonne vides etiam terra quoque sulfur in ipsa
Gignier? & tetro concrescere odore bitumen?
Denique ubi argenti venas, aurique sequuntur
Terrai penitus scrutantes abdita ferro
Quales spirat Scaptesula subter odores.

Eam quoque commemorat Festus de Verborum significatione: *Scaptensula* [Scaptesula] *locus, ubi argentum effoditur in Macedonia, dictus à fodiendo, namque Græci σκάπτειν effodere dicunt, Lucretius:* Nec mireres Festum in Macedonia, Plutarchum loco citato in Thracia locare; solent enim auctores regionum confinia confundere. Perperam apud Plutarchum legitur ἐν σκαπτῇ ὕλῃ pro ἐν Σκαπτησύλῃ.

70 Σκάρφεια, πόλις Λοκρίδος, &c.] Scarphia, urbs Locridis, prope Thermopylas. *Scarphe* dicitur Homero Il. 2. v. 532.

Βῆσάν τε, Σκῖρόν τε, καὶ Αὐγείας ἐρατεινάς.
Bessamque, Scarphenque, & Augeas amabiles.

Strabo lib. 1. inquit ex Demetrio Calatiano Scarphiam terræ motu quodam è fundamentis subrutam. Eam quoque memorat lib. 9. dissitam à mari x, à Thronio xxx. stadiis. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 15. Plin. lib. 4. c. 7. Constantinus Porphyrogeneta de Them. lib. 2. Them. 5. inter lxx. Helladis civitates primam Scarphiam celebrat.

71 Σκηναὶ, πόλις ἀξιόλογος Περσική.] Scenæ, urbs celebris Persica, ex Stephanis lib. 16. Ejus sunt verba: Διαβάντων δὲ ἡ ὁδὸς ἐστὶ διὰ τῆς ἐρήμου μέχρι Σκηνῶν ἀξιολόγου πόλεως, ἐπὶ τοὺς τῆς Βαβυλωνίας ὅρους, ἐπὶ τὸν διώρυχα ἰδρυμένης. i. e. *Transeuntibus verò iter est per desertum usque Scenas urbem memoratu dignam, sitam super fossa quadam ad Babyloniæ fines.* Inter Assyriæ civitates eam locat Strabo, sed quia Assyria Persis paruit, ideo ab Stephano Scenæ *Persica urbs* dicitur, quemadmodum & Babylon.

72 Σκῆψις, πόλις Τρωϊκή.] Scepsis, urbs Troica. Strabo & *veterem* & *novam Scepsim* memorat lib. 13. Ἔστι δ' ἡ μὲν παλαιὰ Σκῆψις ἐπάνω Κεδρείων καὶ τοῦ μεσογαίου τοῦ Ἴδης ἐχόμενος Πολίχνης. i. e. *Est verò antiqua Scepsis. Supra Cebrenem juxta excelsissimam Idæ partem prope Polichnen.* Ac paululum infra: Ὕστερον δὲ κρείττονα στάδιοις ἐξήκοντα εἰς τὴν νῦν Σκῆψιν μετῳκίσθησαν ὑπὸ Σκαμανδρίᾳ τῷ Ἕκτορος καὶ Ἀστυάνακτος δὲ Αἰνείου παιδός. i. e. *Deinde urbs* x L. *stadiis deorsum translata est in eam, quæ nunc est Scepsis ab Scamandrio Hectoris & Astianactis Æneæ filio.* Regiam aliquando Æneæ fuisse juxta Scepsium tradit idem auctor. Nobilitarunt hanc urbem natalibus suis Demetrius grammaticus, qui catalogum Homeri enarravit, æqualis Cratetis & Aristarchi; necnon Eraſtus & Coriscus Socratici, & hujus filius Neleus, auditor Aristotelis & Theophrasti, qui utriusque bibliothecam habuit, ac Scepsim libros translatos posteris suis reliquit, hi cum intelligerent Attalicorum regum studium conquirentium libros ad instituendam Pergami bibliothecam, suos sub terra in fossa quadam occultaverunt, ubi ab humore & blattis vitiatos, tandem qui ex ea erant stirpe Aristotelis & Theophrasti libros Apelliconti Teio multâ pecuniâ vendiderunt, cujus bibliothecam Sylla post ejus mortem Romam transtulit, ut rerum monumentis tradit idem Strabo libro modò dicto.

73 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ σκήψασθαι, &c.] Scepseos urbis etymologiam deducit ἀπὸ τοῦ σκήψασθαι, i. e. *à fingendo, &c.* quod etymon, nisi saperet fabulam, erat vero propius, quam quod affert Strabo ἀπὸ τοῦ περισκεπτὸν εἶναι τὸν τόπον, i. e. *quod locus ille circumspici* posset, quoniam orthographia nominis civitatis non convenit cum verbo περισκήπτομαι, i. e. *circumspicio*, sed cum περιπλάσσομαι, i. e. *fingo.*

74 Σκίαθος, νῆσος Εὐβοίας.] Sciathus, insula Eubœæ. Memoratur Herodoto lib. 8. c. 7. Strab. lib. 9. Scylaci inter insulas Cyclades: Σκίαθος, αὐτὴ δίπολις, καὶ λιμένι. i. e. *Sciathus, in ea binæ urbes & portus.* Ejus quoque meminit Constant. Porphyrogen. de Them. lib. 2. Them. 2.

75 Σκιάποδες, ἔθνος Αἰθιοπικόν.] Sciapodes, gens Æthiopica. Nomen sonat Umbripodes, de quibus egit Plin. lib. 7. c. 2. Sed quia hi populi sunt fabulosi nec in toto terrarum orbe reperiuntur, relinquamus eos Græcis, qui eos nobis dederunt. Quid non audet in historia, Græcia mendax.

76 Σκιάς, χώρα Ἀρκαδίας.] Scias, regio Arcadiæ. Memoratur Pausaniæ in Arcadicis, ubi etiamnum ejus ætate exstabant *Sciatidis Dianæ* fani rudera. Apud quem perperam scribitur Σκιὰ pro Σκιάς.

77 Σκι-

της τὸ ἐθνικὸν, ὡς Λεύκας Λευκάτης. Ἔστι καὶ Σκιὰ πολίχνιον Εὐβοίας, οὗ τὸ ἐθνικὸν Σκιώς. A tes, ut Leucas, Leucates. Est etiam Scia oppidulum Eubœæ, cujus gentile, Scieus.

ΣΚΙΘΑΙ, πόλις Θρᾴκης, πλησίον Ποτιδαίας. Ὁ πολίτης, Σκιθαῖος, ὥς φησι Θεόπομπος.

SCITHÆ, urbs Thraciæ, prope Potidæam. Civis, Scithæus, ut inquit Theopompus.

ΣΚΙΔΡΟΣ [77], πόλις Ἰταλίας. Τὸ B ἐθνικὸν Σκιδρανὸς, ὡς Λύκος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξάνδρου.

SCIDRUS, urbs Italiæ. Gentile, Scidranus, ut Lycus in de Alexandro.

ΣΚΙΛΛΟΥΣ [78], πόλις Τριφυλιακή. Τὸ ἐθνικὸν Σκιλλέσιος, καὶ Σκιλλέντιος, καὶ Σκιλλαντίς. C

SCILLUS, urbs Triphyliaca. Gentile, Scillussius, & Scilluntius, & Scilluntis fœmineum.

ΣΚΙΡΙΤΙΣ, ἡ δωδεκάπολις τῆς Καρίας. Οἱ οἰκοῦντες, Σκιρῖται.

SCIRITIS, Dodecapolis Cariæ. Incolæ, Sciritæ.

ΣΚΙΡΟΣ, Ἀρκαδίας κατοικία, πλησίον Μαινάλου καὶ Παρράσιοι. Οἱ κατοικοῦντες, Σκιρῖται. Τὸ ἡλυκὸν, Σκιρῖτις. [79] Ἔστι D καὶ ἕτερον Σκίρον τόπος Ἀττικός· [80] Καὶ Σκιρωνίδες πέτραι, ἀπὸ Σκίρωνος. Ἢ ἔστιν μὲν ἀπὸ τόπου, ὁ τόπος δὲ ἀπὸ Σκίρου ἥρωος. Ἐν δὲ τῷ τόπῳ τούτῳ αἱ πόρναι ἐκαθέζοντο. Ἴσως καὶ τὸ Σκιρόφιον, ὅπερ δηλοῖ τὸν τόπον, [81] εἰς ὃν οἱ E κυβιστικὴ συνίασι. Καὶ ὁ Σκιροφόρος, ὁ σημαίνει τὸ ἀκόλαστον, καὶ κυβεύτικὸν, ἀπὸ τῶν ἐν Σκίρῳ διατριβόντων. Σκίρα δὲ κέκληται, πίνες μὲν ὅτι ἐπὶ Σκίρῳ Ἀθηνᾶς θύεται. Ἄλλοι δὲ, ἀπὸ τῶν γιγνομένων ἱερῶν Δημήτερι καὶ Κόρῃ. F [82] Καὶ ἡ ἑορτὴ τότε Ἐπισκίρα κέκληται· Λέγεται καὶ ὁ Σκῖρος, καὶ τὸ Σκίρον. Βαρύνεται δέ· Τὰ γὰρ εἰς ρον λήγοντα καθαρὸν δισύλλαβα, ἔχοντα πρὸ τέλους φύσει μακρὰν, βαρύνεται δέλτος,

SCIRUS, habitatio quædam Arcadiæ prope Meneleos, & Parrhasios. Incolæ, Sciritæ, fœm. Sciritis. Est & aliud Scirum loci Attici. Et Scironides petræ, ab Scirone. Vel hic quidem à loco, & locus ab Sciro heroë. In hoc verò loco meretrices sedebant. Forte & Sciraphium, quod locum, in quem aleatores conveniunt, ostendit. Et Scirophorus quod libidinosum, & aleatorem significat, ab eis, qui in Sciro commorantur. *Scira* verò vocata fuere, secundum aliquos quod, Athenis in Sciro immolentur. Secundum alios verò à sacris, quæ in honorem Cereris, & Proserpinæ fiebant. Et ipsum festum *Episcira* vocatum fuit. Dicitur Scirus & Scirium. Accentu gravi verò notatur. Disyllaba enim, quæ in *ron* purum desinunt, ac longam natura ante finem habent, gravi

77 Σκίδρος, πόλις Ἰταλίας.] Scidrus, urbs Italiæ. Memoratur Herodoto lib. 6. c. 21. Παθόντες τῶνδε Μιλησίοισι ὑπὸ Περσέων, τὸν ἀπέδοσαν πρὸς ὁμοίως συβαλέσθαι, οἱ Λάους τε καὶ Σκίδρον οἴκεον, τὴν πόλιος ἀπεστερημένοι. i. e. *Milesiis autem in hunc modum à Persis affectis, Sybaritæ, qui urbe sua exacti Laon & Scidron incolebant, gratiam parem non rependerunt, urbe privati.*

78 Σκιλλοῦς, πόλις Τριφυλιακή.] Scillûs, untis, urbs Triphyliaca. Triphylia verò dicebatur Elis, quæ erat ora maritima inter Achaiam & Messeniam, auctore Strabone lib. 8. Scillûs autem fuit illius regionis urbs celebris templo Minervæ, ideo *Scilluntiæ* dictæ, eodem auctore libro citato. Illic Xenophontem scripsisse historiam suam tradit Plutarchus de Exilio, apud quem Σκυλλοῦς, sed perperam scribitur. A Lacedæmoniis Xenophonti Athenis exsulanti donatam prodit Pausanias lib. 5. cujus ætate rudera tantum exstabant. Ita enim ille: Μετὰ δὲ τὴν Ἄνιγρον ὁδεύσας ἐπὶ μακρότερον ἀφ' ἑκείνης τὰ πλείονα ὑπὸ ψάμμῳ κεκαλυμμένῃ, καὶ ἔρημος δένδρεσι πίτυς ἀρχαίας, ὀπίσω ἐπ' ἀριστερὰ Σκιλλοῦς ὄψει ἐρείπια· τὰ μὲν δὴ πόλεων ἐν τῇ Τριφυλίᾳ καὶ Σκιλλοῦς· ἐπὶ δὲ πολέμου δὴ Πισαίων πρὸς Ἠλείους, ἐπίκαιροί τε Πισαίων οἱ Σκιλλούντιοι καὶ προφορεῖς τοῖς Ἠλείοις ἦσαν οὐκ ἐς φανερά· καὶ σφᾶς οἱ Ἠλεῖοι τούτων ἕνεκα ἐποίησαν ἀναστάτους. Λακεδαιμόνιοι δὲ ὕστερον Σκιλλοῦντα ἀπῳκισμένοις τὴν Ἠλείας, Ξενοφῶντι ἔδοσαν τὴν Γρύλλου θυγατρὸς ἤδη γεγυνότι ἐξ Ἀθηνῶν. i. e. *Secundum Anigrum verò qui longius processerit per campos majori ex parte arena coopertos, in quibus sunt agrestes pinus, retrò ad lævam Scilluntis rudera videbit. Scillus quidem fuit una de urbibus Triphyliæ. Atque tempore belli, quod Pisæos inter & Eleos gestum est, cum Pisæorum auxiliatores essent Scilluntii, cum Eleis propalam inimicitias exercuere; qua de causa postea ab Eleis deleti sunt. Postea verò Lacedæmonii ereptam Eleis Scilluntem Xenophonti Grylli filio tunc Athenis exsulanti dederunt.*

79 Ἔστι καὶ ἕτερον Σκίρον τόπος Ἀττικός.] Cum in hujus sectionis capite celebraverit Scirum, Arcadiæ quandam habitationem, seu oppidulum, cujus apud alios nulla exstat memoria, nunc celebrat *Schirum Atticæ*, nomen sortitum ab *Sciro* heroë, seu sacerdote, qui vetustum *Minervæ templum* in Phalero condidit, utrumque commemorat Pausan. lib. 1.

80 Καὶ Σκιρωνίδες πέτραι.] Et Scironides petræ. Erant sitæ post Crommyonem supra Atticam, propter quas mare versus non patet transitus, ut ait Strabo lib. 9. Μετὰ δὲ Κρομμυῶνα ὑπερκειμένη τῆς Ἀττικῆς αἱ Σκειρωνίδες πέτραι, παρόδον σὺν ἀπολείπουσαν πρὸς θαλάττῃ· ὑπὲρ αὐτῶν δ' ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἡ ἐπὶ Μεγάρων καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ δ' ἰσθμοῦ, κάτω δὲ ὁ Φοίβης τοὺς ἀναβάτας τὰς πέτρας ἡ ὁδὸς, ὥστε πολλαχοῦ καὶ περαίνεσθαι ἐπὶ ἀφ' ὑπερκειμένου ὄρους δυσβάτου καὶ ὑψηλοῦ. i.e. *Post Crommyonem supra Atticam sitæ sunt Scironides petræ, nullam relinquentes viam ad mare. Supra ipsas autem via est, ab isthmo Megara & in Atticam ducens, adeo autem prope petras accedit via, ut multis locis præceps sit, ob montem supra-situm, invium & excelsum.* Latini *Scironia saxa* vocant, Mela lib. 2. c. 3. *Scironia saxa, sævo quondam Scironis hospitio etiam nunc infamia.* Memorantur etiam Plinio lib. 4. c. 7.

81 Εἰς ὃν οἱ κυβιστικὴ συνίασι.] Sciraphium erat locus, in quem aleatores conveniebant, scilicet in templo Minervæ Sciradis, ubi ludebant. Etymologici Auctor in Σκειρά. Ἢ ὅτι ἐν τῷ τῆς Σκειράδος Ἀθηνᾶς ἱερᾷ οἱ κυβεύοντες ἔπαιζον. id est: *Vel quod in Sciradis Minervæ fano aleatores ludebant.*

82 Καὶ ἡ ἑορτὴ τούτῳ Ἐπισκίρα κέκληται.] Lego Καὶ ἡ ἑορτὴ αὐτὴ, &c. i. e. *Et festum ipsum* Episcira *vocatum est.* Meursius de Populis Atticæ in Σκίρον pro Ἐπισκίρα legit ἐπὶ Σκίρᾳ, non bene. Quoniam quemadmodum Ἐπισκίρωσις dicebatur sacrificium quod Sciradi Minervæ fiebat, ut apparet ex Strabonis lib. 9. sic Ἐπισκίρα festum illud dici poterat.

83 Σκιρ-

θελῆ, εἰ μὴ κῦ πλεοναζμὸν ἀποβολὴ ποιήσειε γῆυς· Δῶρον, Σπεῖρον, Σκῖρον. Εἰσὶ κὴ Σκῖροι Γαλατικὸν ἔθνος· Τὸ ἐθνικὸν, Σκιρεύς κὴ Σκιρδύς.

gravi accentu gaudent, nisi per pleonasmum rejiciant genus. Ut Doron, Spiron, Sciron. Sunt quoque Sciri populi Galatici. Gentile, Scirieus, & Scireus.

ΣΚΙΡΤΏΝΙΟΝ[83], πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Παυσανίας ἐγδόῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σκιρτώνιος.

SCIRTONIUM, urbs Arcadiæ, ut Pausan. lib. 8. Gentile, Scirtonius.

ΣΚΙΡΦΑΙ[84], πόλις Φωκική. Τὸ ἐθνικὸν Σκίρφιος, κὴ Σκιρφαῖος, ὡς Διευχίδας φησί.

SCIRPHÆ, urbs Phocidis. Gentile, Scirphius, & Scirphæus, ut Dieuchidas inquit.

ΣΚΙΏΝΗ[85], πόλις Θρᾴκης, ἔνθα λέγεται τὰς Τρωάδας, αἰχμαλώτους, διὰ τὸ μὴ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων εἰς δουλείαν ἀπενεχθῆναι τῶν αὐτῶν γυναικῶν, ἐμπρῆσαι τὰς ναῦς. Οἱ δὲ πλοίων ἀπορῥῦῆντες, ἐξ ἀνάγκης καταμεῖναι αὐτοῦ πόλιν Σκιώνην οἰκίσαντες. Ὁ πολίτης Σκιωναῖος, κὴ Σκιωνδύς. Ἔστι δὲ, ὡς ἀπὸ Σινώπη Σινωπδύς.

SCIONE, urbs Thraciæ, ubi ferunt Troianas captivas, ne à Græcis in ipsorum uxorum servitutem abducerentur, naves incendisse, qui navibus destituti necessario manserunt, ac inibi urbem Scionem condidere. Civis, Scionæus, & Scioneus. Est verò, ut à Sinope, Sinopeus.

ΣΚΌΛΙΣ, Ἀχαΐας πόλις. Ὁ πολίτης Σκολιδύς, ὡς Ῥιανὸς ἐν πέμπτῳ Ἀχαϊκῶν.

SCOLIS, urbs Achaiæ. Civis, Scolieus, ut Rhianus Achaicor. lib. 4.

ΣΚΟΡΔΙΣΚΟΙ[86], κὴ Σκιλλοι, ἔθνος Παιονίας, ὡς Φλέγων ἐν πεντεκαιδεκάτῃ ὀλυμπιάδι.

SCORDISCI, & Scitii, populi Pæoniæ, ut Phleg. Olympiade 15.

ΣΚΟΡΠΙΑΝΌΣ, ἔθνος. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ· Ζυγιανούς, Ταυρισκους, Σκορπιανούς.

SCORPIANUS, gens. Herodot. lib. 7. ut Zygianus, Taurianus, Scorpianus.

ΣΚΟΤΙΝΆ[87], τόπος ἐν Λακεδαίμονι, ἐν ᾧ πιμᾶται, Ζεὺς Σκοτινάς· ὡς Παυσανίας δεκάτῳ. Ἴεσι δὲ ἀπὸ τῶν Ἑρμῶν· ἔστι τόπος ἔστιν ὄρυμα τῶν δρυῶν πλήρης· Ὄνομα δὲ τῷ χωρίῳ, Σκοτινᾶ, ὃ δὲ τὸ συνεχὲς τῶν δένδρων ἐποίησεν, ἀλλὰ Ζεὺς ἐπίκλησιν ἔσχε Σκοτίνας.

SCOTINA, locus Lacedæmone, in quo Jupiter Scotinas colitur, ut Pausanias lib. 10. *Euntibus verò ab Hermis. Est hic locus quercubus plenus, nomen verò ei, Scotina, umbrosa, quod non arborum densitas fecit, sed Iupiter cognomento Scotinas.*

ΣΚΌΤΟΥΣΣΑ[88], πόλις κὴ χωρίον τῆς ἐν

SCOTUSSA, urbs & regio Pelasgiæ in Thessa-

83 Σκιρτώνιον, πόλις Ἀρκαδίας.] Scirtonium, urbs Arcadiæ, ex Pausaniæ lib. 8. Qui eam memorat libro citato ab Stephano, sed nihil de ea fatu dignum refert.

84 Σκίρφαι, πόλις Φωκική.] Scirphæ, urbs Phocica. Σκιρφαίων ejus oppidanorum memoria tantùm exstat in nummo Claudii, auct. Ortel. in suo Thesauro.

85 Σκιώνη, πόλις Θρᾴκης.] Scione, urbs Thraciæ. Erat sita in Pallene, Thraciæ regione, auctore Herodoto lib. 7. c. 123. Ab Achivis capto Ilio remeantibus conditam prodit Mela lib. 2. c. 2. *Pallene soli tam patentis, ut quinque urbium sedes sit atque ager: tota in altum abit, angusta satis unde incipit. Ibi est Potidæa. At ubi laxius patet, Mende Scioneque referendæ: illa ab Eretriis, hæc ab Achivis capto Ilio remeantibus posita.* Eadem ferè tradit Thucydides lib. 4.

86 Σκορδίσκοι, κὴ Σκιλλοι, ἔθνος Παιονίας.] Scordisci, & Scitii, gens Pæoniæ. Pæonia auctori nostro sæpe pro Pannonia accipitur, ubi eos locat Plin. lib. 4. c. 25. de quorum situ non convenit inter auctores. Ptolemæus lib. 2. c. 16. inter Pannoniæ inferioris populos recensèt. Strabo lib. 7. auctor est, Scordiscos & Boios de gente Gallorum fuisse, ac de summa potentia, quam olim habuere, suo tempore, vel nullos jam esse, vel ad summam conditionem redactos esse, quos Illyricis & Thracibus permixtos scribit. Strabonis sententiam confirmat epitome Liviana libri LXIII. *Livius Drusus consul adversus Scordiscos, gentem à Gallis oriundam in Thracia feliciter pugnavit.* De quibus ita Trogus lib. 32. c. 3. *Nam & Gallos Scordiscos ad belli societatem perpulerat: fecisseque Romanis grave bellum, nisi decessisset. Namque Galli bello adversus Delphos infeliciter gesto, in quo majorem vim numinis, quam hostium senserant, amisso Brenno duce, pars in Asiam, pars in Thraciam extorres fugerant. Inde per eadem vestigia, quà venerant, antiquam patriam repetivere. Ex his manus quædam in confluente Danubii & Sabi consedit, Scordiscosque se appellari volunt.*

87 Σκοτινᾶ, τόπος ἐν Λακεδαίμονι, &c.] Scotina, locus in Lacedæmone, ubi colebatur *Jupiter Scotinas*, ex Pausaniæ lib. 10. Apud quem lib. 3. non decimo, ut inquit noster, illa leguntur verba aliter ac sunt apud Stephanum. Sic enim ille: Ἔστι δὲ ἀπὸ τῶν Ἑρμῶν, ἔστιν ὁ τόπος ἔστιν ὄρυμα δρυῶν πλήρης· τὸ δὲ ὄνομα τῷ χωρίῳ Σκοτίδες· τὸ δὲ σκότος ἢ τὸ συνεχὲς τῶν δένδρων ἐποίησεν, ἀλλὰ Ζεὺς ἐπίκλησιν ἔσχε Σκοτίδα. i. e. *Euntibus verò ab Hermis est locus hic totus quercubus plenus, nomen autem loco* Scotitas, [ac si tenebrosum diceres] *tenebras illas non arborum densitas facit, sed Jupiter nomine Scotitas.* Quare apud Stephanum pro ὡς Παυσανίας δεκάτῳ legendum ὡς Παυσανίας τρίτῳ, pro Σκοτινᾶ subsituendum Σκοτίδες, quæ lectio ex Polyb. lib. 16. excerptis confirmatur, reliqua tuo arbitrio castiganda relinquo.

88 Σκότουσσα, πόλις, &c.] Scotussa, urbs & regio in Thessalia Pelasgiæ. Memoratur Straboni lib. 7. Ἔστι δὲ ἡ Σκότουσσα τῆς Πελασγιώτιδος Θετταλίας. i. e. *Est autem Scotussa Pelasgiotidis Thessaliæ.* Ad hanc urbem vicerunt Romani magno prælio Philippum Demetrii filium Macedoniæ regem, eodem auctore lib. 9. Ἔστι δὲ ἐν τῇ Σκοτούσσῃ χωρίον τι, Κυνὸς κεφαλαὶ καλούμενον· ἐνθὰ ὁ Ῥωμαῖος μετ' Αἰτωλῶν, κὴ Τίτος Κοίντος ἐνίκων μάχῃ μεγάλῃ Φίλιππον τὸν Δημητρίου, Μακεδόνων βασιλέα. i. e. *Est autem in Scotussa regio quædam,* Cynos Cephalæ *dicta,* [quod capita canum significat] *circa quam Romani cum Ætolis & Titus Quinctius vicerunt magna pugna Philippum Demetrii filium, Macedonum regem.* Ejus quoque meminit Polybius lib. 10. Liv. lib. 36. c. 14. *Venienti Pharsalus, Scotussa & Pheræ, quæque in eis præsidia Antiochi erant, deduntur.* Fuit patria Polydamantis illius celeberrimi. Pausaniæ ævo jam deleta erat, ut idem refert lib. 6.

89 Κῶ

τ᾽ ἐν Θεσσαλίᾳ Πελασγίας. [89] Καὶ πληθυντικῶς Σκότης. Καὶ τὸ ἐθνικὸν Σκῆτα῀ος, καὶ Σκητσαῖος.

A Thessalia. Et in num. plur. Scotus. Gentile, Scotussæus, & Scotussæa.

ΣΚΟΠΟΙ[90], πόλις Θρᾴκης· Λέπιδος ἐν ἱστορικῆς ἐπιτομῆς ὀγδόῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σκοπηνοί.

SCOPI, urbs Thraciæ. Lepidus lib. 8. Historicæ epitomes. Gentile, Scopeni.

B

ΣΚΥΒΡΟΣ, χωρίον Μακεδονικὸν, ὡς Θεόπομπος. Τὸ ἐθνικὸν, Σκύβριος.

SCYBRUS, regio Macedonica, ut Theopomp. Gentile, Scybrius.

ΣΚΥΔΡΑ[91], Μακεδονικὴ πόλις, ὡς Θεαγένης ἐν Μακεδονικῇ. Τὸ ἐθνικὸν, Σκυδραῖος.

SCYDRA, Macedonica urbs, ut Theagenes in Macedonica. Gentile, Scydræus.

C

ΣΚΥΘΑΙ[92], ἔθνος Θρᾴκιον· Ἐκαλοῦντο δὲ πρότερον Νομάδες. Σκύθαι δὲ, ἀπὸ Σκύθου παιδὸς Ἡρακλέους. Τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ σκύζεσθαι· Ὀργιλώτατοι γάρ. Σκυθία τοίνυν, καὶ Σκυθαι, καὶ Σκυθικοί· καὶ Σκυθικὰ λέγεται, καὶ Σκυθική. Ἔστι καὶ ὑποδήματος εἶδος, ὡς Περσικόν. Καὶ Σκυθίζειν, καὶ Σκύθης ὅμιλος· Καὶ Σκύθαι ἐς οἶμον. Καὶ Σκύθης, ὁ σίδηρος. Ὅθεν ἀποσκυθίσαι, τὸ τῷ σιδήρῳ τὰς τρίχας πεμεῖν. Ἡ κλῆσις, ὦ Σκύθα ἐγχέλυ, ὡς Πέρσα. Ἔστι δὲ Σκύθη, καὶ Σκυθὶς τὸ θηλυκόν. Καὶ Σκύθαιναν, ὡς Κυρίκαιναν· καὶ Σκυθίζειν.

D

SCYTHÆ, gens Thraciæ. Vocabantur verò prius *Nomadæ*. Scythæ autem vocati fuere ab Scythe Herculis filio. Aliqui sic dictos putant ἀπὸ τοῦ σκύζεσθαι, i. e. *irasci*, sunt enim iracundissimi. Scythia igitur & Scythæ, & Scythici. Et Scythica, & Scythice. Est etiam calceamenti genus, ut Persicæ. Dicitur etiam Scythie, & Σκύθης ὅμιλος *Scythes cœtus*, & Σκύθαι ἐς οἶμον, i. e. *Scythen in viam* [deducere.] Et Scythes, ferrum. Unde verbum ἀποσκυθίσαι, i. e. *ferro capillos secare*. Vocativus debebat esse O Scytha, ut, O Persa. Est verò Scythe, & Scythis fœmineum. Et Scythænam, ut Cyricænam, [dicimus] & *Scythizare*, i. e. *mores Scytharum imitari*.

E

ΣΚΥΘΗΝΟΙ[93], ἔθνος ὑπὲρ τῶν Μακρώνων, ὡς Ξενοφῶν ἀναβάσεως τετάρτῳ.

SCYTHENI, populi haud longè à Macronibus, ut Xenophon Anabaseos quarto.

F

ΣΚΥΘΟΠΟΛΙΣ[94], Παλαιστίνης πόλις,

SCYTHOPOLIS, Palæstinæ urbs, vel

89 Καὶ πληθυντικῶς, Σκότης.] Quis non videt pro Σκότης legendum Σκῆτα῀ος.

90 Σκῶποι, πόλις Θρᾴκης.] Scopi, urbs Thraciæ, ex Historica epitoma Lepidi. Memoratur Ptolemæo inter Dardaniæ civitates, cui Σκῶποι dicitur. Eadem fuit urbs, nam Dardania locatur Ptolemæo lib. 3. c. 9. inter Mysiæ regiones, quæ terminabatur ab oriente parte Thraciæ, ut ex ejusdem loco apparet. Eam quoque celebrat Trebellius in Regilliano ac *Scupos* vocat.

91 Σκύδρα, Μακεδονικὴ πόλις.] Scydra, Macedonica urbs. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 13. inter Emathiæ Macedoniæ regionis civitates. Plinio lib. 4. c. 10.

92 Σκύθαι, ἔθνος Θρᾴκιον.] Scythæ, gens Thracia. Nugari mihi videtur auctor noster, cum Scythas *Thraciam gentem* vocat. Scythia enim erat regio septentrionalis, quæ complures comprehendebat gentes; incolæ dicebantur *Scythæ*; in duas olim dividebatur partes, quarum quæ Europam attingebat, *Europæa* Scythia, quæ Asiam *Asiatica* vocabatur, cujus descriptionem habes apud Ptolemæum lib. 6. c. 14. apud Herodotum lib. 4. è nostris apud Melam lib. 2. apud Plinium lib. 6. c. 17. Veteres Græcorum scriptores universas gentes septentrionales Scytharum & Celtoscytharum nomine affecerunt, iis autem antiquiores ita divisêrunt, ut qui supra Euxinum Pontum, Istrum & Adriam incolerent, eos omnes Hyperboreos, *Sauromotas* & *Arimaspos* appellarent, qui trans mare Hyrcanum *Sacas* & *Massagetas*, auctore Strabone lib. 11. Scythas autem esse eos, qui nunc *Tartari*, consentiens opinio est, qui ab aliorum imperio intacti, aut invicti semper manserunt; Cyrum olim cum toto exercitu trucidarunt; Darium fugere coëgerunt ab eorum regione præmonitum lepida legatione. Ad eum enim miserunt caduceatorem nihil aliud in mandatis ferentem, quam ut ei traderet avem, murem, ranam & quinque sagittas, quæ Darius in meliorem partem interpretabatur; at Gobryas unus ex Darii amicis, qui Magos sustulerunt, Scytharum mentem assecutus est, scilicet Persas, nisi facti aves in cœlum subvolaverint, vel mures facti terram subierint, vel facti ranæ in paludes insilierint, non remeaturos unde venerint, sagittis confectos, cujus rei auctor est Herodot. lib. 4. c. 131. Romanorum audivêre arma, sed non sensêre. Alexandri Magni ducem cum copiis deleverunt; universa Asia potitos usque ad Syriam Palæstinam armis perveniisse prodit Herodotus lib. 1. c. 105. Illa auctoris nostri Σκύθης ὅμιλος, & Σκύθαι ἐς οἶμον, adagionis vim videntur habere.

93 Σκυθῆνοι, ἔθνος, &c.] Scytheni, gens non longe à Macronibus, ex Xenophontis expeditionis lib. 4. apud quem per *ι* in penultima Σκυθηνοὶ legitur. Diodoro Siculo lib. 14. Σκύθινοι dicuntur: Ἐνθένδε δὲ διὰ τῶν Σκυθίνων παρεπορεύοντο, διῆλθον οὐδὲν πεδίον. i. e. *Hinc per Scutinorum regionem itinere facto, præteriere viam campestrem.* Apud Diodorum legitur διὰ τῶν Σκυθίνων perperam, pro διὰ τῶν Σκυθίνων. Scutini enim seu Scytini, seu Scytheni fuere iidem populi per quorum regionem via ad Macrones patebat, ut apparet ex ejusdem Diodori libro citato, Scythenos verò noster locat non longè à Macronibus.

94 Σκυθόπολις, Παλαιστίνης πόλις.] Scythopolis, Palæstinæ urbs: Ac si diceres *Scytharum-urbs*. Memoratur Straboni lib. 16. Ptolemæo lib. 5. c. 15. Amm. Marcellino lib. 19. c. 27. quam inter Antiochiam & Alexandriam locat. Hebraice dicitur בית שן *bethsan*, i. e. *domus-san*, cujus muris Philistæi Saulis & ejus filiorum cadavera affixerunt, Samuel lib. 1. cap. ultimo, unde Josepho Antiquit. lib. 12. c. 12. dicitur *Bethsane*: Διαβάντες δὲ τὸν Ἰορδάνην, ἦλθον εἰς τὸ μέγα πεδίον, ἔνθα κεῖται κατὰ πρόσωπον πόλις Βηθσάνη, καλουμένη ὑπὸ Ἑλλήνων Σκυθόπολις. i. e. *Transeuntes autem Jordanem, in magnam planitiem venêre, ubi sita est e regione urbs Bethsane, vocata à Græcis Scythopolis.* A Scythis nomen sortitam esse nullus dubito, quoniam Scythæ ad Syriam Palæstinam usque Asiæ imperio potiti pervenêre, ætate Cyaxaris Medorum, & Psammitichi Ægyptiorum regis, auctore Herodoto lib. 1. c. 105.

λις, [95] ἡ Νύσης κοίλης Συρίας, Σκυθῶν πό- A
λις, πρότερον λεγομένων Βαίσων, ὑπὸ τ βαρ-
βάρων. Ὁ πολίτης, Σκυθοπολίτης.

vel Nyſſæ Cœleſyriæ, Scytharum urbs, qui prius *Bæſi* dicti ſunt à Barbaris. Civis, Scythopolites.

ΣΚΥΛΑΚΗ [96], πόλις πρὸς Κύζικον· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ὁ πολίτης Σκυλακηνός, καὶ Σκυλάκιος.

SCYLACE, urbs circa Cyzicum, Hecatæ. Aſia. Civis, Scylacenus, & Scylacius. B

ΣΚΥΛΛΑΙΟΝ [97], ἄκρα, πρὸς ἣν Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ φησί. Τὸ ἐθνικὸν, Σκυλλαῖος.

SCYLLÆUM, promontorium, de quo Hecatæ. in Europa inquit. Gentile, Scyllæus.

ΣΚΥΛΛΗΤΙΟΝ [98], πόλις Σικελίας, ὡς Εὔδοξος ἕκτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Σκυλλητῖνοί. C Τὸ κτητικὸν, Σκυλλητικός.

SCYLLETIUM, urbs Siciliæ, ut Eudoxus lib. 6. Gentile, Scylleteni. Poſſeſſiv. Scylleticus.

ΣΚΥΛΛΗΤΙΟΝ [99], ὄρος Κρήτης. Οἱ παροικοῦντες, Σκυλλαῖοι· Σκύλλιος γάρ ὁ Ζεὺς αὐτοῦ τιμᾶται, ἔνθα φασὶν ἀποθέσθαι τοὺς Κρῆτας, μετὰ τ Σπαρτιατῶν, τὸν Δία. D

SCYLLETIUM, mons Cretæ. Accolæ, Scyllæi. Scyllius enim Jupiter illic colitur, ubi Curetes cum Spartiatis Iovem depoſuiſſe ferunt.

ΣΚΥΜΝΙΑΔΑΙ [1], ἔθνος σὺν Γέταις. Εὔδοξος τετάρτῃ γῆς περιόδῳ, Σκυμνιάδαι καὶ Γέται.

SCYMNIADÆ, gens cum Getis [habitans.] Eudoxus quarta terræ periodo, *Scymniadæ, & Getæ.*

ΣΚΥΡΜΟΣ [2], πόλις ἐν τῇ Δολιονίδι, Κυζίκου πλησίον. Οἱ πολίτης, Σκύρμιοι. E

SCYRMUS, urbs in Dolionide, prope Cyzicum. Cives Scyrmii.

ΣΚΥΡΟΣ [3], νῆσος, πρὸς ἧς Νικόλαος ἐν

SCYRUS, inſula de qua Nicolaus in quinto,

95 Ἡ Νύσης κοίλης Συρίας, Σκυθῶν πόλις, πρότερον λεγομένων Βαίσων, &c.] Hæc verba inſigniter ſunt corrupta, ſic legenda reor: ἡ Νύση κοίλης Συρίας, Σκυθῶν πόλις, πρότερον λεγομένη Βαίθσαν, &c. i. e. *Quæ Nyſe Cœleſyriæ Scytharum urbs, ante dicta* Bæthſan. Quia Scythopolis antea dicta fuit *Nyſa*, à Libero patre, ſepulta nutrice ibi, auctore Plinio lib. 5. c. 18. necnon *Bethſan* Hebraïce, ut nota præcedenti annotavimus. Nec unquam Scythæ dicti fuere *Bæſi*, quod proculdubio corruptum eſt ab urbis nomine בית שן *bethſan*. Sic enim dicebatur, quæ poſtea à Græcis vocata fuit *Scythopolis*, auctore Joſepho, cujus verba contulimus ad notam proxime præcedentem; quin etiam apud Euſeb. Chronicor. lib. 1. legimus: Σκύθαι τὴν Παλαιστίνην καθέδαμεν, καὶ τὴν Βασὰν κατέσχον, τὴν ἐξ αὐτῶν κληθεῖσαν Σκυθόπολιν. i. e. *Scythæ Paleſtinam depopulabantur, & Baſan poſſedernnt ex eiſdem vocatam* Scythopolim. Ubi Βεθσὰν pro Βασὰν legendum.

96 Σκυλάκη, πόλις πρὸς Κύζικον.] Scylace, urbs circa Cyzicum, ex Hecatæi Aſia. Memoratur Herodoto lib. 1. c. 57. Plinio lib. 5. c. 32. Pelaſgorum coloniam fuiſſe tradit Mela lib. 1. c. 19 *Trans amnem ſedet in cervice peninſulæ Cyzicum. Nomen Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, cum Colchos peterent, fuſum acie cæſumque accepimus. Poſt, Placia, & Scylace, parvæ Pelaſgorum coloniæ, quibus à tergo imminet mons Olympus (ut incolæ vocant) Myſius.*

97 Σκύλλαιον, ἄκρα, &c.] Scyllæum, promontorium, de quo Hecatæus in Europa. Duo hujus nominis promontoria memorantur, unum Calabriæ, non longè à Peloro Siciliæ promontorio, in quo adhuc hodiè jacet oppidulum ejuſdem nominis vulgo dictum *Sciglio*, auctore Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 3. c. 15. illius meminere Strabo lib. 6. Ptolemæus lib. 3. c. 1. Alterum erat promontorium Peloponneſi, quod in Argia locat Ptolemæus lib. 3. c. 16. cujus quo que meminit Strabo lib. 8. Liv. lib. 36. c. 42.

98 Σκυλλήτιον, πόλις Σικελίας.] Scylletium, urbs Siciliæ, ex Eudoxo. Fallitur Eudoxus Scylletium enim non fuit urbs Siciliæ, ſed Italiæ, quæ ætate Strabonis *Scylacion* dicebatur. Ita enim ille lib. 6. Μετὰ δὲ τοῦτο Σκυλήτιον, ἄποικον Ἀθηναίων τῶν μετὰ Μενεσθέως, νῦν δὲ Σκυλάκιον καλεῖται. i. e. *Poſt hanc* [Cauloniam] *Scylletium, colonia Athenienſium, qui Meneſtheum ſequebantur, nunc autem* Scylacion *vocatur.* Maroni Æneid. lib. 3. v. 553. *naufragum Scylacæum* dicitur, ubi Servius: *Naufragum Scyllacæum, periculoſum navibus, dictum* Scylacæum *à periculi ſimilitudine, nam inde Scylla longe eſt; alii dicunt Ulyſſem poſt naufragium in Italia de navium fragmentis civitatem ſibi feciſſe, quam* naufragum Scyllacæum *nominavit; alii ab Athenienſibus, qui cum Meneſtheo duce venerant, & à Libya redierant, conditam tradunt.* Scylaceum appellatur Melæ lib. 2. c. 4. Solino cap. VIII. quod ab Athenienſibus conditum adſtruit. Eſt in regno Neapolitano, in regione, quæ vulgo *Calabria* dicitur, etiam nunc retinet corrupti nominis veſtigia. Italis enim dicitur *Squillaci*, Epiſcopi ſede, & Principatus titulo gaudet. Ejus dominum Hiſpani vocant *el Principe de Eſquilache*, qui inter Hiſpaniæ regulos pernotus eſt. Ab hoc oppido *ſinus Scylleticus* dicitur Straboni, *Scyllaceus* Melæ, libris citatis; vulgo Italis *Golfo di Squillaci*. Scyllaceum enim quatuor milliaribus tantum diſtat ab ora maritima.

99 Σκυλλήτιον, ὄρος Κρήτης.] Scylletium, mons Cretæ, cujus accolæ Scyllæi, ubi Scyllius Jupiter colebatur. Ab *Scylletium* non poteſt deduci Scyllæus, & Scyllius, at ab *Scyllæum* deducitur recte Scyllæus, & ab *Scyllium*, Scyllius; ac cum auctor noſter ſuo loco commemoraverit Scyllæum, & Scylletium, ſi mons iſte Cretæ Scyllæum, vel Scylletium diceretur, ſine dubio illic ejus meminiſſet, quod cum non fecerit, facile conjectare poſſumus, montem hunc Cretæ vocatum fuiſſe *Scyllium*, à quo *Scyllius Jupiter* nomen ſortitus eſt; itaque pro Σκυλλήτιον & Σκυλλαῖοι legendum Σκύλλιον & Σκύλλιοι.

1 Σκυμνιάδαι, ἔθνος σὺν Γέταις.] Scymniadæ, gens cum Getis. Memorantur Ptolemæo lib. v. c. IX. cui Σκυμνεῖται dicuntur, ac in Sarmatia locantur.

2 Σκύρμος, πόλις ἐν τῇ Δολιονίδι, &c.] Scyrmus, urbs in Dolionide, prope Cyzicum. Hinc *Cyzicum Dolionis* dicta fuit, ut claret ex Plinii lib. 5. c. 32. At de Scyrmo urbe nihil inveniebam.

3 Σκῦρος, νῆσος.] Scyrus, inſula ex Nicolai libro v. Memoratur Scylaci inter Cycladas unà cum civitate cognomine. Plin. lib. 4. c. 12. eam vocat *Cycladum* & *Sporadum extimam.* Ejus quoque meminit Periegeta v. 521.

Σκῦρός τε λιηρέουσα, καὶ αἰπεινὴ Πεπάρηθος.
Scyruſque ventoſa, & excelſa Peparethus.

Ubi Euſtath. Πρόκειται δὲ τοῦ Μαγνήτου γῆς ἡ Σκῦρος αὕτη, ὥστε καὶ ἡ Πεπάρηθος, θαυμασταὶ δὲ αἶγες αἱ Σκυρίαι· καὶ μέταλλα δέ εἰσι ποικίλης λίθου, Σκυρίας λεγομένης, καθὰ καὶ Καρυστίας. i. e. *Sedet verò ante Magnetum terram Scyrus ipſa, ſicut & Peparethus, admirabiles autem ſunt capræ Scyriæ. Sunt etiam lapidicinæ varii lapidis, Scyrii dicti, quemadmodum & Caryſtii.* Idem auctor eodem loco de ejus nominis etymo ſic loquitur: Ἡ δὲ Σκῦρος τὸν κλῆσιν τοιοῦτον ἔχει, ἀπὸ τοῦ τ

ἐν πέμπτῳ· Σκύρον ᾗ τὸ μὲν παλαιὸν ᾤκησαν Πελασγοί τε καὶ Κάρες. Οἱ νησιῶται Σκύριοι, καὶ Σκυρία.

A quinto, *Scyrum quidem olim habitabant Pelasgi, & Cares.* Insulares, Scyrii, fœm. Scyria.

ΣΚΥΤΟΠΟΛΙΣ, πόλις Λιβύης, περὶ ἧς ὁ Πολυίστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σκυτοπολίτης.

B SCYTOPOLIS, urbs Libyæ, de qua Polyhistor Libycorum tertio. Gentile, Scytopolites.

ΣΚΥΦΙΑ [4], πολίχνιον Κλαζομενίων, ὡς Ἔφορος ἐν τρίτῳ· Ἐν Σκυφίᾳ καλῷκῃ. Τινὲς δὲ Ἀφέσσ π.

SCYPHIA, oppidulum Clazomeniorum, ut Ephorus libro 3. *Scyphiæ habitabat.* Aliqui per *p* scribunt.

ΣΚΩΛΟΣ [5], πόλις Βοιωτίας. [6] Ἀρσενικῶς ᾖ, κώμη τίς. Ὁ πολίτης Σκώλιος, καὶ Σκωλιεύς.

C SCOLUS, urbs Bœotiæ. Masculi verò genere vicus est quidam. Civis, Scolius, & Scolieus.

ΣΜΙΛΑ [7], πόλις Θρᾴκης. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Μετὰ δὲ Σμίλα πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Σμιλαῖος.

D SMILA, urbs Thraciæ. Hecatæ. Europa, *Post verò Smila urbs.* Gentile, Smilæus.

ΣΜΙΝΘΗ [8], πόλις Τροίας. Τὸ ἐθνικὸν Σμινθαῖος, καὶ Σμινθεύς. [9] Γράφεται δὲ καὶ διὰ τοῦ ε, καὶ διὰ τοῦ αι διφθόγγου.

SMINTHE, urbs Troiæ. Gentile, Sminthæus, & Smintheus. Scribitur & per *e*, & per *æ* diphthongum.

ΣΜΙΝΘΙΟΝ [10], ἄλσος· Στράβων τρισκαιδεκάτῃ. Ὁ οἰκήτωρ, Σμίνθιος· Καὶ διὰ διφθόγγου, ὡς Ἀχίλλειος. Καὶ Σμινθήιον· Καὶ θηλυκῶς, Σμινθία ἡ χώρα.

E SMINTHIUM, nemus quoddam. Strabo libro 13. Incola, Sminthius. Et per diphthongum ut Achilleus. Dicitur etiam Smintheium. Et fœm. Sminthia regio.

ΣΜΥΡΝΑ [11], πόλις Ἰωνίας, [12] ἣν

SMYRNA, urbs Ioniæ, quam primam con-

τὸ δ' ὄνομα τοῦτο σκληρὸν καὶ οἷον σκυρώδες, ἤτοι λιθώδες. i. e. *Scyrus verò vocamen habet hoc propter insulæ hujus asperitatem, ac veluti petricositatem.* Ab hujus insulæ capris, quibus abundabat ortum est adagium, Αἴξ Σκυρία, i. e. *Capra Scyria.* Dici solet in eos, qui beneficium maleficio corrumpunt, aut in eos, qui virtutem vitio contaminant atque obscurant; Scyriæ enim capræ cum essent agrestes mulctrum, quod lacte impleverant, sua feritate evertebant. Nunc subest Turcorum dominio, ac vulgo Italis dicitur *Pisola di Sciro.* Lapis quidam hujus insulæ integer fluctuabat, idem comminutus mergebatur, auctore Plinio lib. 36. c. 17.

civitates Pallenæ vicinas, ex quibus Xerxes milites adversus Græcos accepit.

4 Σκυφία, πολίχνιον, &c.] Scyphia, oppidulum Clazomeniorum, ex Ephori lib. 3. Quod aliqui per *p* scribebant. Memoratur Pausaniæ lib. 7. apud quem per duplex *p* scribitur, sed de eo nihil dictu dignum refert. Clazomenii autem fuere incolæ Clazomenarum, urbis Ioniæ, quæ prius *Gryna* dicebatur, à qua *Grynæus Apollo* apud Maronem Æneid. lib. 4. v. 345.

5 Σκῶλος, πόλις Βοιωτίας.] Scolus, urbs Bœotiæ. Memoratur Poetarum parenti Il. 2. v. 479.

Οἵ θ' Ὑρίην ἐνέμοντο, καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν.
Σχοινόν τε, Σκῶλόν τε ———

Qui que Hyrien incolebant, & Aulida petrosam
Schœnumque, Scolumque ———

Necnon Straboni lib. 9. Ἦν δὲ καὶ τὸ περὶ Ὄλωσσον πόλεων ὁμώνυμος αὐτῇ Σκῶλος. i. e. *Erat autem & Scolus urbs earum, quæ circa Olynthum ejusdem nominis*, ac ipse [*vicus.*]

6 Ἀρσενικῶς δὲ κώμη τίς.] Scolus, masculi. gen. est vicus quidam. Scilicet Parasopiæ, regionis Bœotiæ, auctore Strabone lib. 9. Σκῶλος δ' ἐστὶ κώμη τῆς Παρασωπίας ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι δυσοικητὸς τόπος καὶ τραχύς, ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία·

Εἰς Σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἰέμεν, μήτ' ἄλλον ἑπέσθαι.

i. e. *Scolus porrò vicus est Parasopiæ regionis sub Cithærone loco habitatu difficilis & asper, à quo paræmia:*

In Scolum nec ipse ito, nec alium sequere.

Meminit paræmiæ hujus Eustath. ad versum Homericum nota proximè præcedenti citatum, apud quem perperam legitur εἶναι, i. e. *esse*, pro ἴωμι, i. e. *ire*, ubi infinitiv. sumitur pro imperativo.

7 Σμίλα, πόλις Θρᾴκης.] Smila, urbs Thraciæ, ex Hecatæi Europa. Memoratur Herodoto lib. 7. c. 123. inter

8 Σμίνθη, πόλις Τροίας.] Sminthe, urbs Troiæ. Hujus urbis nullam inveniebam memoriam; sed diversa loca nomine Sminthia, quorum præcipuè duo circa Hamaxitum Troiæ, unde Apollo Smintheus, celebrat Strabolib. 13. Πολλαχοῦ δ' ἐστὶ τὸ τοῦ Σμινθέως ὄνομα· καὶ γὰρ περὶ αὐτὸν Ἁμαξιτὸν χωρίς τε καὶ τὸ ἱερὸν Σμινθίου, δύο τόποι καλοῦνται Σμίνθια· καὶ ἄλλοι δ' ἐν τῇ τῶν Ῥοδίων Λαερτοσίᾳ· καὶ ἐν τῇ Παιανίᾳ δ' ἐστὶ χωρίον τὰ Σμίνθια καλούμενα, καὶ ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐν Λίνδῳ, καὶ ἄλλοθι δὲ πολλαχοῦ. i. e. *Multis in locis exstat Sminthei nomen. Nam & apud ipsam Hamaxitum præter locum, ubi est fanum Sminthii, duo loca vocantur* Sminthia, *& in Rhodo, & in Lindo, & alibi multis in locis.*

9 Γράφεται δὲ καὶ διὰ τοῦ ε, &c.] Scribitur etiam per *e* & per *æ* diphthongum, scilicet, Sminthea & Sminthæa.

10 Σμίνθιον, ἄλσος.] Sminthium, nemus ex Strabonis lib. 13. Nullum nemus hujus nominis memorat Strabo, sed diversa loca, *Sminthia* nomine, ejus verba apposuimus in hujus sectionis capite.

11 Σμύρνα, πόλις Ἰωνίας, &c.] Smyrna, urbs Ioniæ, quam primam condidit & incoluit Tantalus, &c. Veterem & novam Smyrnam memorat Strabo lib. 7. Ἑξῆς δ' ἄλλος κόλπος, ἐν ᾧ ἡ παλαιὰ Σμύρνα, ἣν εἷλησι πρόσθεν τῶν νῦν. Λυδῶν δὲ κατοικησάντων τὴν Σμύρναν, περὶ τετρακόσια ἔτη διετέλεσεν οἰκισθεῖσα κωμηδόν· εἶτα ἀνήγειρεν αὐτὴν Ἀντίγονος· καὶ μετὰ τοῦτον Λυσίμαχος, καὶ νῦν ἐστι καλλίστη πασῶν· μέρος μὲν γὰρ ἔχουσα ἐπ' ὄρει τειχιζομένῳ, τὸ δὲ πλέον ἐν πεδίῳ περὶς τὸ λιμένι, καὶ περὶς τὸ Μητρῷον, καὶ περὶς τὸ γυμνάσιον, &c. i. e. *Dein alius sinus, in quo vetus Smyrna, xx. stadiis à nova. Cum Lydi diruissent Smyrnam per* cccc *annos per pagos habitatum ibi fuit; instauravit postea eam Antigonus, & deinde Lysimachus. Hodie omnium est pulcherrima; pars ejus in monte est munita, major pars in planicie ad portum & Magnæ-matris-templum & gymnasium, &c.* De ejus conditoribus non convenit inter auctores; fuit una de duodecim Æolensium urbibus, auctore Pausania lib. 7. qui inibi novæ Smyrnæ conditorem facit Alexandrum, Philippi filium. Propter urbis muros defluebat *Meles* amnis; erat Smyrnæ bibliotheca, & Homerium, nimirum porticus quadrata templum habens & simulacrum Homeri. Nam Smyrnæi quoque Homerum sibi acriter vindicabant, & numisma quoddam æ-

[12] ἰδὼ πρώτῳ ἔκλισε καὶ ᾤκησε Τάνταλος· καὶ τότε μὲν Ναύλοχον, ὕστερον δὲ Σμύρνα προσηγορεύθη, ἀπὸ Σμύρνης Ἀμαζόνος, καταχέσης τῷ Ἐφέσῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σμυρναῖος· [13] καὶ τὸ κλητικὸν, Σμυρναϊκὸς κόλπος. A condidit, & habitavit Tantalus. Ac tunc quidem *Naulochum*, postea verò *Smyrna* appellata fuit, ab Smyrne Amazone, Epheso potita. Gentile, Smyrnæus Possessiv. Smyrnaïcus sinus.

B

ΣΟΑΝΕΣ [14], ἔθνος ἀνδρεῖον, ὡς Στράβων Πεντεκαιδεκάτῃ· Πλησίον δὲ καὶ οἱ Σόανες. SOANES, gens strenua, ut Strabo. lib. 15. *Prope verò sunt Soanes.*

ΣΟΓΔΙΑΝΗ [15], χωρίον πρὸς τῷ Βακτριανῷ· Ἧς οἱ οἰκήτορες Σόγδιοι, καὶ Σόγδοι. C SOGDIANE, regio circa Bactrianam. Cujus incolæ, Sogdii, & Sogdi.

ΣΟΔΟΜΑ [16], μητρόπολις [17] ἰδὼ τῶν δέκα πόλεων, τῶν ἐν τῇ Ἀσφαλτίτιδι λίμνῃ καταφθαρεισῶν. Ὁ πολίτης, Σοδομίτης. SODOMA, metropolis erat decem urbium, quæ in Asphaltitide lacu subversæ sunt. Civis, Sodomites.

ΣΟΛΚΟΙ [18], πόλις ἐν Σαρδοῖ, ὡς D Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ· Ἀπὸ δὲ Καρβάλεως ἐστὶ Σολκοί. SOLCI, urbs in Sardinia, ut Artemidorus in Epitome. *A Carbali in Solcos.*

ΣΟΛ- SOL-

reum apud eos Homerium vocabatur, teste Strabone lib. 14. unde *Smyrnæus vates* dicitur *Homerus* Lucano lib. 9. circa calcem libri; Silio Italico etiam *Smyrnæa plectra* pro *Homerica* usurpantur libro octavo. Floruit quoque Smyrnæ Quinctus Poëta, qui Paralipomena Homeri scripsit libris XIV. id nominis imponens suo operi, quoniam Homerus historiam de Ilio non absolvit, & hic derelicta ab illo persequitur, vulgo *Calaber* vocatur. Quia Bessarion Nicææ Cardinalis extra Hydruntem, maritimum Calabriæ oppidum in pervetusta æde B. Nicolai eum reperit sepultum. Adhuc hodie corrupti nominis cineres custodit. Vulgo enim vocatur *Ismir*, & est Ioniæ primaria urbs, Satrapæ Turcarum sedes, & commercio celebris.

12 Ἢν πρώτῳ ἔκλισε, &c.] Si pro πρώτῳ, placuerit legere πρότερον per me licet. Sic enim Stephanus amat loqui, sic & pro Ναύλοχον legendum puto Ναύλοχος.

13 Καὶ τὸ κλητικὸν Σμυρναϊκὸς κόλπος.] Ab Smyrna denominabatur *Smyrnæus*, & *Smyrnaicus sinus*, de quo egimus in Μελήτῃ κόλπος.

14 Σόανες, ἔθνος ἀνδρεῖον, ὡς Στράβων, &c.] Soanes, gens virilis, ex Strabonis lib. 15. qui eos libro undecimo, non decimo quinto, ut inquit noster, celebrat circa Dioscuriadem non longe ab Iberis orientalibus prope Phthirophagos; *Suani* dicuntur Plinio lib. 6. c. 4. *Inde aliud flumen Charieis. Gens Salæ, antiquis Phthirophagi dicti & Suani.*

15 Σογδιανὴ, χωρίον πρὸς τῷ Βακτριανῷ.] Sogdiane, oppidulum seu regio circa Bactrianam. Incolæ Sogdii, Sogdi & Sogdiani dicebantur; ejus descriptionem habes apud Ptolemæum lib. 6. c. 12. apud Strabonem lib. 11. In ultimis Sogdianorum finibus condidit Alex. Magnus oppidum, quod de suo nomine *Alexandriam* vocavit, ut posteris testaretur itineris sui metas, ut Hercules & Liber pater, quos maximè æmulabatur, Plin. lib. 6. c. 16. *Ultra Sogdiani, oppidum Panda, & in ultimis eorum finibus Alexandria ab Alexandro Magno conditum. Aræ ibi sunt ab Hercule ac Libero patre constitutæ, item Cyro & Semiramide atque Alexandro.* Recentiores existimant, Sogdianam esse partem Tartariæ Asiaticæ, quam *Zagatay* nominant, cujus caput erat *Maracanda*, hodie parum corrupto nomine *Samarcand* dicta, Tamerlanis natalibus clara, de qua consulendus Teixeira lib. 1. c. 35. de Regibus Persidis.

16 Σοδομα, μητρόπολις, &c.] Sodoma, metropolis erat decem urbium in Asphaltitide lacu subversarum. Incendio suo inclyta Hebraice סדום *Sedom*, unde parvâ differentia nomen est deflexum. Supra quam Deus pluere fecit sulphur & ignem de cœlo, ut narratur Genesis cap. 19. v. 24. Neut. plur. & fœm. singul. dicitur, de cujus regione Josephus, qui omnia S. S. miracula ad causas naturales redigere conatur, ita loquitur de Bello Judaïco lib. 5. c. 5. Γειτνιᾷ δὲ ἡ Σοδομῖτις αὐτῇ, πάλαι μὲν εὐδαίμων χώρα, καρπῶν τε ἕνεκα, καὶ τῶν κατ' αὐτὴν πόλεις ἐφόλασσε· νῦν δὲ κεκαυμένη πᾶσα· φασὶ δ' ὡς διὰ ἀσέβειαν οἰκήτορων κεραυνοὺς καταφλεγῆναι. Ἔστι γοῦν ἔτι λείψανα τῆς θείας πυρὸς καὶ πέντε μὲν πόλεων ἰδεῖν σκιάς. Ἔστι δὲ καὶ τοῖς καρποῖς ἀποδιδρὰς ἀναλωμάτων, εἰ χρῄσει τις ἐδώδιμοις ὁμοίως, δρεψάμενον δὲ χερσὶν, εἰς καπνὸν ἀφανίζεται καὶ τέφραν· τὴν μὲν δὴ τῆς Σοδομίτιδος μυθολογοῦσι, τοιαύτῃ ἐχρῆσθαι λόγῳ τὸ ὄψεως. i. e. *Vicina vero est Sodomitis ipsis* [paludi Asphaltitidi] *olim quidem terra felix tum propter fructus, cum propter civitatum abundantiam. Nunc autem tota exusta. Ajunt vero quod ob habitatorum impietatem fulminibus combusta fuerit. Sunt denique etiamnunc reliquiæ divini ignis, & quinque civitatum umbras videre licet, necnon in fructibus renascentes cineres, qui colorem habent edulibus similem, carpentium autem manibus in fumum dissolvuntur & cinerem. Quæ quidem circa Sodomitin fabulantur, hujusmodi habent fidem ex aspectu.* Ethnici etiam scriptores illius incendii meminere, Strabo lib. 16. Corn. Tacitus Historiarum lib. 5. c. 7. cujus sunt verba: *Haud procul inde campi, quos ferunt olim uberes, magnisque urbibus habitatos, fulminum jactu arsisse, & manere vestigia, terramque specie torridam, vim frugiferam perdidisse, nam cuncta sponte edita, aut manu sata, sive herbæ tenus, aut flore, seu solitam in speciem adolevêre atra & inania velut in cinerem vanescunt. Ego sicut inclytas quondam urbes igne cœlesti flagrasse concesserim, ita halitu lacus infici terram, corruptaque superfusum spiritum, eoque fœtus segetum & autumni putrescere reor, solo, cœloque juxta gravi.* Strabo libro modò citato auctor est Sodomam tredecim civitatum metropolim fuisse, atque LX. stadiorum habere superstitem ambitum. Ejus oppidani & Græcis & Latinis dicuntur *Sodomitæ*, qui averſæ Veneris vitio laborabant adeò ut Loti hospites subigere vellent, pro quibus Lotus suas ipsis filias obtulit, Genesis cap. citato v. 8. Sane miror simplicitatem viri, qui filias suas virgines prostituere volebat, ne hospitalitatis jura violarentur.

17 Μητρόπολις ἰδὼ τῶν δέκα πόλεων, &c.] Pro τῶν δέκα legendum τῶν πέντε. *Quinque* enim fuere, non *decem*, urbes igne cœlitus delapso subversæ, ut elucet ex verbis Josephi nota proximè præcedenti citatis.

18 Σολκοὶ, πόλις ἐν Σαρδοῖ.] Solci, orum, urbs in Sardinia ex Artemidori epitome. Eadem urbs paulo infra nostro dicitur Σύλκοι. Ex Strabone petendum veram lectionem censeo, cui lib. 5. Σελκοὶ dicitur: Πόλεις δ' εἰσὶ μὲν πολλαὶ, ἀξιολογοῦσι δὲ Κάραλις, καὶ Σελκοί. i. e. *Urbes sunt plures, præcipuæ autem Caralis, & Sulchi.* Fuit Carthaginiensium opus, auctore Pausania, cui Sylli perperam dicitur in Phocicis: Ὠίκισαν δὲ ἐν τῇ νήσῳ καὶ αὐτοὶ πόλιν οἱ Καρχηδόνιοι, Κάραλιν τε, καὶ Σύλλας. i. e. *Condidere verò in insula & ipsi Carthaginenses urbem Carnalim, & Syllos.* Lege Caralim & Sulchos, quas urbium Sardiniæ antiquissimas vocat Mela lib. 2. c. 7. Eam quoque *Sulchos* appellat Claudianus de Bello Gildonico:

Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulchos.

19 Σόλ-

ΣΟΛΛΙΟΝ [19], Κορίνθου πολίχνιον· Θουκυδίδης δὲ Σόλλιον. Τὸ ἐθνικὸν Σολλιεὺς, ὥσπερ Καλλιον Καλλιεὺς, Σούνιον Σουνιεύς, Ἴλιον Ἰλιεύς.

ΣΟΛΟΙ [20], Κιλικίας πόλις, [21] ἣ νῦν Πομπηίου πόλις· Ἑκαταίου Ἀσίᾳ. Κέκληται ἀπὸ Σόλωνος, ὡς Εὐφορίων ἐν Ἀλεξάνδρῳ· Ἀνεκλίθη ὑπὸ Πομπηίου, καὶ μεταονομάσθη Πομπηιόπολις. Ὁ πολίτης, Σολεύς, καὶ Σόλιος· Τὸ θηλυκὸν, Σολεύς, ὡς ἀπὸ τοῦ Σολεὺς Σολεῦσι. Διονύσιος δὲ ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν, Σόλειαν λέγει, διὰ δὲ τοῦ ω τὸ πρῶτον, καὶ τὸ δεύτερον διὰ τοῦ ει διφθόγγου.

ΣΟΛΟΥΣ [22], πόλις Κιλικίας, ὡς Ἑκαταῖος ἐν Εὐρώπῃ. [23] Ἐκλήθησαν δὲ ἀπὸ Σολοῦντος κακοξένου, ὃν ἀνεῖλεν Ἡρακλῆς. Ὁ πολίτης Σολούντιος, καὶ Σολουντῖνος μετὰ τοῦ ν, καὶ Σολουντῖνοι, καὶ Σολούντιος, καὶ Σολουντίς.

ΣΟΛΥΓΕΙΑ [24], κώμη Κορίνθου, ὡς Θουκυδίδης πέμπτῃ. Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλεν εἶναι Σολυγούς. [25] Ἔστι δὲ κληθὲν Σολύγειος λόφος.

ΣΟΛΥΜΑ [26], πόλις Ἀσσυρίων, μετὰ τὴν

SOLLIUM, Corinthi oppidum. Thucyd. lib. 2. Gentile, Sollicus, ut Callium, Callieus, Sunium, Sunieus, Ilium, Ilieus.

SOLI, Ciliciæ urbs, quæ nunc *Pompeiopolis*, Hecatæ. Asia. Sic verò vocata fuit à Solone, ut Euphorion in Alexandr. Instaurata fuit à Pompeio, ac de ejus nomine *Pompeiopolis* vocata, priori nomine mutato. Civis, Soleus, & Solius. Fœmin. Soluntis, ut ab Solûs, Soluntis. Dionysius verò in Bassaricorum tertio *Soleam* vocat, per *o* mega in prima syllaba, & in secunda per *ει* diphthongum.

SOLUS, urbs Ciliciæ, ut Hecatæ. in Europa. Sic verò vocata fuit à Solunte pravo hospite, quem Hercules interfecit. Civis, Soluntius & Soluntinus cum *n*, & Soluntinis, & Soluntias, & Soluntis.

SOLYGIA, vicus Corinthi, ut Thucyd. lib. 4. Gentile debebat esse Solygeus. Est verò possessiv. Solygius collis.

SOLYMA, urbs Assyriorum, post templi

19 Σόλλιον, Κορίνθου πολίχνιον.] Sollium, Corinthi oppidulum ex Thucydidis lib. 2. apud quem Σόλιον legitur: *Οἱ δὲ ἐν ταῖς ἑκατὸν ναυσὶν Ἀθηναῖοι, ἐπὶ ὅσῃ καὶ Πελοποννήσου, Σόλιόν τε Κορινθίων πόλισμα αἱροῦσι, καὶ Φανομαχίδαν παραδόντα Παλιρρηνίοις Ἀκαρνάνων μόνοις τοῖς γε καὶ πόλιν νεμομένοις.* i. e. *Athenienses verò qui cum centum navibus circa Peloponnesum adhuc erant, Solium Corinthiorum oppidum capiunt, & tradunt Palirensibus Acarnanum solis agros & urbem incolendos.*

20 Σόλοι, Κιλικίας πόλις.] Soli, orum, Ciliciæ urbs, ex Hecatæi Asia. A Solone nomen sortita est. Solon enim eam condidit, auctore Diogene Laertio in Solone; in qua Athenienſium aliquot statuit, qui tractu temporis, cum patriam linguam corrupissent, *Solœcizare* dicti sunt. Unde *Solœcismus* dicitur error contra grammaticæ præcepta, & loquendi normam, atque metaphoricè quidquid perperam fit *Solœcismus* vocari potest, unde lepide Juvenalis Sat. 6. v. 455. inquit:

——— *Solœcismum liceat fecisse marito*
Nil non permittit mulier sibi: turpe putat nil
Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum
Auribus extentis magnos commisit elenchos.

De qua urbe ita Strabo lib. 14. Μεθ' ὃν Λάτμον Σόλοι πόλις ἀξιόλογος τῶν ἄλλων Κιλικίας δεχῆς, τοῦ μὲν τὸ Τοσόν, Ἀχαιῶν καὶ Ῥοδίων κτίσμα τὸ ἐκ Λίνδου. i. e. *Post Latmum sunt* Soli, *urbs memorabilis, alterius Ciliciæ, quæ circa Issum est, principium, Achæorum & Rhodiorum opus, qui ex Lindo.*

21 Ἣ νῦν Πομπηίου πόλις.] Solos Ciliciæ civitatem sua ætate *Pompeiopolim* dictam adstruit. Strabo lib. decimo quarto ait, Pompeium Magnum nonnullos piratarum, quos salute dignos putavit, Solos transtulisse, ac urbem à se, mutato priori nomine, *Pompeiopolim* appellasse: *Εἰς ταύτην λειποπαυδρήσασαν, Πομπήιος Μάγνος κατῴκισε τοὺς μεγίστου μέρους τῶν πειρατῶν, οὓς μάλιστα ἔγνω σωτηρίας καὶ προνοίας τινὸς ἀξίους· καὶ μετώνομασε Πομπηιόπολιν.* i. e. *In hanc* [civitatem Solos] *hominum frequentia destitutam Pompeius Magnus piratarum reliquias transtulit, quas judicabat potissimum salute & providentia aliqua dignas. Et mutato nomine eam* Pompeiopolim *dixit.* Ferè eadem è nostris prodit Mela lib. 1. c. 13. *Deinde urbs est olim à Rhodiis Argivisque, post piratis Pompeio assignante possessa: nunc* Pompeiopolis, *tunc Solæ.* Memoratur inter alios Periegetæ v. 875.

Πολλὰ δ' ἐξείης Κιλίκων γεγάασι πόληες,
Λυρνησσὸς, Μαλλός τε, καὶ Ἀγχίαλος, Σόλοι τε.

Multæ autem dein Cilicum sunt urbes
Lyrnessus, Mallusque, & Anchialia, Solique.

Protulit Chrysippum, Philosophum Stoïcum, qui plurima scripsit, Philemonem Poëtam Comicum, & Aratum qui *Phænomena* versibus conscripsit, cujus rei sunt testes, Strabo libro citato, Diogenes Laërtius in Præfatione, Mela libro 1. c. 13.

22 Σολοῦς, πόλις Κιλικίας.] Solûs, untis, urbs Ciliciæ, ex Hecatæi Europa. Sed cum Cilicia sit in Asia, non est verosimile, Hecatæum egisse de urbe Ciliciæ in Europa, cum de Asia etiam scripserit, ac quia Solûs in Cilicia à nemine celebratur, ideò unà cum Cluverio in sua Sicilia Antiqua cap. 3. in hac sectione pro πόλις Κιλικίας legendum existimo πόλις Σικελίας, i. e. *urbs Siciliæ*; quæ etiam Σολόεις dicebatur, unde contractè Σολεῖς, quemadmodum ab Ὑδρόεις fit Ὑδρεῖς, & à Πυξόεις, Πυξεῖς. Memoratur autem Thucydidi lib. 6. Ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ τῶν βαρβάρων ἐπεστράτευον, ἐκλιπόντες τὰ πολίσματα, Μοτύην καὶ Σολόεντα καὶ Πανόρμου ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων συνοικίσαντες ἐνέμοντο. i. e. *At postquam permulti Græcorum cum navibus eò trajecerunt, relictis plerisque locis, Motyam, & Soloëntem & Panormum prope Elymos, in unum coëuntes incoluerunt.* Solûs dicitur Plinio lib. 3. c. 8. *Oppida Panormum, Solûs, Himera cum fluvio.*

23 Ἐκλήθησαν.] Lege ἐκλήθη. De una enim civitate loquitur, non de pluribus.

24 Σολύγεια, κώμη Κορίνθου.] Solygia, vicus Corinthi ex Thucyd. lib. 4. Ejus ex libro citato sunt verba: Καὶ Βάττος μὲν ὁ ἕτερος τῶν στρατηγῶν (δύο γὰρ ἦσαν ἐν τῇ μάχῃ οἱ παρόντες) λαβὼν λόχον, ἦλθεν ἐπὶ τὴν Σολύγειαν κώμην, φυλάξων ἀτείχιστον οὖσαν. i. e. *Et Battus quidem, alter e ducibus (duo enim erant, qui prælio aderant) assumpta cohorte contendit ad Solygiam vicum eum custoditurus, qui erat sine muris.*

25 Ἔστι δὲ κληθὲν Σολύγειος λόφος.] Ex ejusdem Thucyd. lib. 4. apparet supra collem Solygium fuisse vicum Solygium apud quem perperam scribitur Σολύγιος pro Σολύγειος

26 Σόλυμα, πόλις Ἀσσυρίων, &c.] Solyma, urbs Assyriorum post excidium templi in Hierosolymis, condita. Videtur innuere, urbem, quæ post excidium templi Hierosolymis condita fuit, vocatam fuisse *Solyma*, quam *Assyriorum urbem* vocat, quod esset, ut ipse judicat, Assyriorum ditionis, aliter nullus capio auctoris nostri mentem, quod si ita est, erat Hierosolyma instaurata, de qua suo loco egimus.

τὴν ἄλωσιν ⸗ ναὸς ⸗ ἐν Ἱεροσολύμοις κληθείσης, A templi excidium in Hierosolymis condita, ut ὡς Κοάδρατος Παρθικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Quadratus Parthicorum lib. 9. Gentile, Σολυμεύς. Solymenus.

ΣΟΛΥΜΟΙ [27], οἱ νῦν Πισίδαι· Σολύμους καλεμένους παρελθὼν Μαυσώλου. SOLYMI, nunc Pisidæ. *Solymos vocatos præteriens Mausoli.*

ΣΟΥΑΓΕΛΑ, πόλις Καρίας, ἔνθα ὁ B τάφος ἐστὶ Καρὸς, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ ὄνομα. Καλοῦσι γὰρ οἱ Κᾶρες σοὰν τὸν τάφον, γέλαν δὲ τὸν βασιλέα. Ὁ πολίτης, Σουαγελεύς. SUAGELA, urbs Cariæ, ubi erat sepulchrum Caris, ut ostendit etiam nomen. Cares enim *suan* vocant sepulchrum, *Gelan* verò regem. Civis, Suageleus.

ΣΟΥΚΧΑΙΟΙ, ἔθνος Μαυρήσιον, ὡς Δέξιππος χρονικῶν δεκάτῳ. SUCCHÆI, populi Mauruſii, ut C Dexippus Chronicor. decimo.

ΣΟΥΜΑΤΙΑ [28], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Σουμαλέως τοῦ Λυκάονος ἑνὸς παίδων. Γράφεται καὶ διὰ διφθόγγου Σουμήτεια. Τὸ ἐθνικὸν, τῷ πρωτοτύπῳ ὁμώνυμον. SUMATIA, urbs Arcadiæ, à Sumateo uno ex Lycaonis filiis. Scribitur etiam per diphthongum Sumateia. Gentile, idem ac prototypum.

ΣΟΥΝΙΟΝ [29], δῆμος Λεοντίδος φυλῆς. Ὅμηρος καὶ ἄκρον καλεῖ, D SUNIUM, populus, ſeu vicus Leontidis tribus. Homerus verò promontorium vocat.

Ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἄκρον. —

Sed cum Sunium promontorium. —

Ὁ δημότης, Σουνιεύς, ὡς Ἰλιεύς. Τὰ τοπικὰ, Σουνιόθεν, Σουνιόνδε, Σουνιοῖ· Τὸ θηλυκὸν, Σουνιάς. Popularis, Sunieus, ut Iliens. Localia, ex-Sunio, ad Sunium, in-Sunio. Fœm. Sunias.

ΣΟΥΡΑ [30], μαντεῖον Λυκίας, περὶ οὗ Πολύχαρμος φησιν ἐν Λυκιακοῖς, ὅπου νῦν φρέαρ θαλάσσης τόπος Σέρα καλούμενος. Τὸ ἐθνικὸν Σουρεὺς, ὡς Καρεύς. [31] Ἔστι καὶ Φοινίκης πόλις Σῶρα. Τὸ ἐθνικὸν Σωρανὸς, F ὡς Νωλανός. E SURA, Oraculum Lyciæ, de quo Polycharmus in Lyciacis inquit, ubi nunc puteus maris locus *Surius* vocatus. Gentile, Surenus, ut Carenus. Eſt etiam Phœniciæ urbs Sora. Gentile, Soranus, ut Nolanus.

ΣΟΥΣΑ [32], πόλις ἐπίσημος. Περσικὴ, SUSA, urbs inſignis Perſica, à Memnone

27 Σόλυμοι, οἱ νῦν Πισίδαι.] Solymi, nunc *Piſidæ*. Fuere Solymi Aſiæ populi, de quibus videſis, quæ in Μιλύαι & Πισιδία annotavimus.

28 Σουμάτια, πόλις Ἀρκαδίας.] Sumatia, urbs Arcadiæ, à Sumateo Lycaonis filio. Id habet ex Pauſaniæ Arcadicis, ubi legimus: Καὶ ἀπὸ Λυκάονος Λυκαάτας, Σουμάτα δὲ ἀπὸ Σουμάτεως. i. e. *Et à Lyceo Lyceatæ, à Sumateo Sumatea.* Apud noſtrum ϖϑπαροξύνεται, apud Pauſaniam verò παροξύνεται. Ex ejuſdem Pauſaniæ Arcadicis patet, ſitam fuiſſe in Mænalii montis parte, quæ ad meridiem vergebat: Ἐν ᾗ τῆς μεσημβρίαν ⸗ ὄρους Σουμάτα ἀπέχει. i. e. *In ea montis* [Mænalii] *parte, quæ ad meridiem eſt, Sumitia habita fuit.* Fortaſſe pro Σουμάτα apud Pauſaniam ex auctore noſtro legendum Σουμήτεια. Sic enim dicit, ſcribi quoque hujus urbis nomen.

29 Σούνιον, δῆμος Λεοντίδος φυλῆς.] Sunium, populus Leontidis tribus, quem Homerus *promontorium* vocat. Sunium non ſolum populus, ſed etiam promontorium & portus in Attica fuit, Pauſanias libro primo in libri capite: Τῆς ἠπείρου τὰ Ἑλληνικὰ καὶ νήσους τὰς Κυκλάδας καὶ πέλαγος τὸ Αἰγαῖον, ἄκρα Σούνιον ϖϑκείσαν γῆς τὰ Ἀττικῆς· καὶ λιμένι ϖϑδὸς αὐτὴν τὴν ἄκραν ἐστὶ, καὶ ναὸς Ἀθηνᾶς Σουνιάδος ἐπὶ κορυφῇ τῇ ἄκρᾳ. i. e. *In continentis Græciæ parte, quæ juxta Cycladas inſulas & Ægæum pelagus, promontorium Sunium prominet terræ Atticæ. Et portus præternaviganti promontorium eſt, & templum Minervæ Suniadis in vertice promontorii.* Strabo lib. 9. Κάμψαντι δὲ τὸν κατὰ τὸ Σούνιον ἄκρον, ἀξιόλογος δῆμος Σούνιον· εἶτα Θόρικος. i. e. *Flectenti promontorium quod ad Sunium eſt, occurit memorabilis populus Sunium. Dein Thoricus.* Hemiſtichium illud Homericum inverſum eſt, ejus integer verſus ſic legitur Odyſſ. 3. v. 278.

Ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ' ἄκρον Ἀθηνῶν.

Sed cum ad Sunium ſacrum pervenimus promontorium Athenarum.

Sacrum vocat Smyrnæus vates, quod in ejus vertice erat templum Minervæ, ut ex Pauſaniæ verbis apparet.

30 Σοῦρα, μαντεῖον Λυκίας.] Sura, oraculum Lyciæ, ex Polycharmi Lyciacis. Plutarchus de ſolertia animalium ait eſſe pagum in Lycia inter Phellos & Myra, ubi homines piſcibus aſſidentes ex eis arte quadam tamquam ex avibus præſagia futurorum captabant, ad quod ſine dubio alludit auctor noſter.

31 Ἔστι καὶ Φοινίκης πόλις Σῶρα.] Eſt & Phœniciæ urbs Sora. *Sura* dicitur Ptolemæo lib. 5. cap. 15. quam inter Syriæ civitates penes Euphratem locat. Ipſiſſimam fuiſſe nullus dubito. Syria enim comprehendebat Phœniciam. Nec aſſentio Nicolao Fullero Miſcell. Sacris lib. 1. c. 11. & lib. 4. c. 11. qui putat eſſe eamdem, quæ Tyrus. Nam Tyrus, non *Sora* etſi *Tſor* dicitur Hebraïce, ſed *Sarra* dicebatur veteribus Latinis, ut videre eſt apud A. Gellium Noct. Attic. lib. 14. c. 6. unde apud Maronem Georgicor. lib. 2. v. 506.

Hic petit excidiis urbem, miſeroſque Penates
Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.

32 Σοῦσα, πόλις ἐπίσημος Περσική.] Suſa, urbs illuſtris Perſica. Id eſt ditionis Perſarum & eorum aliquando regia, ſedebat in Suſide regione; Suſis verò erat media inter Perſidem & Babyloniam, Strabo lib. 15. Σχεδὸν δὲ καὶ ἡ Σουσὶς μέρος μεγάλης τῆς Περσίδος, μεταξὺ αὐτῆς κειμένη, καὶ τῆς Βαβυλωνίας, ἔχουσα πόλιν ἀξιολογωτάτην τὰ Σοῦσα. Οἱ γὰρ Πέρσαι κρατήσαντες Μήδων, καὶ ὁ Κῦρος, ὁρῶντες τὴν μὲν ἰδίαν εἰκαίαν γῆν ἐπ' ἐσχάτοις που τετιμωμένην, τὴν δὲ Σουσίδα συνδέουσαν καὶ πλησιάζουσαν τῇ Βαβυλωνίᾳ ἐν τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν, ἐνταῦθα ἐθεντο τὸ τῆς ἡγεμονίας βασίλειον. i. e. *Ferè Suſis pars quædam facta eſt Perſidis inter eam & Babyloniam ſita, habet urbem memorabilem Suſa. Nam Perſæ & Cyrus ſuperatis Medis, cum ſuam terram in extremis ſitam viderent; Suſida verò interius & propiorem Babyloniæ inter alias gentes, hîc poſuere ſui imperii regiam.* Neutro plur. uſurpatur hujus urbis nomen, in qua erat Danielis ſepulcrum, auctore Benjamin Thudelenſi in ſuo itinerario; eam præterfluebat Tigris amnis eodem auctore.

33 Μέμνο-

κὴ, 33 Μέμνονος κλίσμα. 34 Κέκληται ὃ ἀπὸ τῶν κρίνων, ἃ πολλὰ ἐν τῇ χώρᾳ πεφύκε ἐκείνῃ, σοσὸν τε αὐτὸ καλοῦσιν οἱ βάρβαροι. Οἱ πολῖται, Σούσιοι· 35 οὓς καὶ Κισίους φησὶ κεκλῆσθαι, ἀπὸ Κισίας τῆς μητρὸς Μέμνονος. Καὶ Σουσιανὴ ἡ χώρα, καὶ κώμη Σουσιανή.

ne condita. Sic verò vocata fuit à liliis, quæ plurima in regione illa naſcuntur. *Suſan* enim barbari vocant *lilium*. Cives, Suſii. Quos etiam *Ciſios* vocatos fuiſſe ait, à Ciſia Memnonis matre. Dicitur etiam regio Suſiana, & vicus Suſianus.

ΣΟΥΤΡΙΟΝ 36, πόλις, ἡ πρότερον Τυρρηνῶν, ὕστερον δὲ Ῥωμαίων. Τὸ ἐθνικὸν, Σουτρῖνος.

SUTRIUM, urbs, quæ prius Tyrrhenorum, poſtea Romanorum fuit. Gentile, Sutrenus.

ΣΠΑΔΑ 37, ἀδελφὸς, κώμη Περσική, ἐν ᾗ πρώτη εὐνουχισμὸς γέγονεν· Ὅθεν καὶ ἄδοι λέγονται. Τὸ ἐθνικὸν, Σπαδονεύς.

SPADA, neut. gen. vicus Perſidis, ubi primus Eunuchiſmus factus fuit. Unde *Spadi* dicuntur. Gentile, Spadoneus.

ΣΠΑΡΤΑΚΟΣ, πόλις Θρᾴκης· Ἐρατοσθένης ἐν Γαλατικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν Σπαρτάκιος, ἢ Σπάρταξ.

SPARTACUS, urbs Thraciæ. Eratoſthenes Galaticorum ſecundo. Gentile, Spartacius, vel Spartacus.

ΣΠΑΛΕΘΡΗ 38, πόλις Θεσσαλίας, Ἑλλάνικος δὲ Σπάλαθρον αὐτὴν φησι. Τὸ ἐθνικὸν, Σπαλαθραῖος.

SPALETHRE, urbs Theſſaliæ, Hellanicus *Spalathram* eam vocat. Gentile, Spalathræus.

ΣΠΑΡΤΗ 39, Λακωνικὸν χωρίον, ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμου σπαρτῶν· Περὶ ὧν Τιμαγόρας φησὶν, Ἐπεσπόνδας δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν Λακωνικὴν, Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν ὠνόμασαν. Τὸ ἐθνικὸν, Σπαρτιάτης· Τὸ θηλυκὸν, Σπαρτιάτις, καὶ Σπαρτιάς. Τὸ κτητικὸν, Σπαρτιατικός. Τὰ τοπικὰ, ἐκ τόπου Σπάρτηθεν, εἰς τόπον Σπάρτηνδε. 40 Ἔστι καὶ Σπάρτον ὄρος, καὶ Σπάρτη κώμη, νησίον δὲ Εὐξείνου Πόντου.

SPARTE, Laconicum oppidum ab Spartis Cadmi ſociis. De quibus Timagoras inquit: *Irruentes verò eos in Laconicam, Sparten ab ſeipſis nominaſſe.* Gentile, Spartiatæ. Fœm. Spartiatis, & Spartias. Poſſeſſiv. Spartiaticus. Localia, ex loco, ex-Sparta, in locum, in-Spartam. Eſt etiam Spartum mons, & Sparte vicus, prope Euxinum Pontum.

ΣΠΑΡ- SPAR-

33 Μέμνονος κλίσμα.] Suſa à Memnone condita tradit. Tithoni Memnonis patris opus fuiſſe ac eorum arcem *Memnonium* vocitari inquit Strabo lib. 15. Λέγεται γὰρ δὴ καὶ κλίσμα Τιθωνοῦ καὶ Μέμνονος παῖδος, κύκλου ἔχοντος ἑκάτον καὶ εἴκοσι σταδίων, τετραμμένης τῷ σχήματι· ἡ δὲ ἀκρόπολις ἐκαλεῖτο Μεμνόνειον. i. e. *Suſa à Tithono, Memnonis patre condita dicuntur, ambitus* CXX. *ſtadiorum, figura oblonga, arx vocabatur* Memnonium.

34 Κέκληται ὃ ἀπὸ τῶν κρίνων, &c.] Suſorum urbis nomen à liliis, quæ barbari *Suſan* vocant, deducit. Id nomen Hebræum eſt, in quorum lingua שושן *Soſan* & שושנה *Soſanah* ſignificat *Lilium*, ſic dictum, quod ſex foliis conſtet, unde parùm corrupto nomine Hiſpani *Lilia* vocant *aſuſenas*.

35 Οὓς καὶ Κισίους φησὶ κεκλῆσθαι, ἀπὸ τῆς Κισίας, &c.] Suſios, Suſorum oppidanos, Ciſios vocatos fuiſſe ait [Æſchylus] à Ciſia, Memnonis matre. Sic concipienda ſunt hæc verba, quæ noſter videtur deſumpſiſſe ex Strabonis lib. 15. Λέγεται δὲ καὶ Κισσίους οἱ Σούσιοι. Φησὶ δὲ καὶ Αἰσχύλος τὴν μητέρα Μέμνονος Κισσίαν. i. e. *Dicuntur autem & Ciſſii, Suſii. Ait verò Æſchylus Memnonis matrem fuiſſe Ciſſiam.* Ciſſiam etiam vocatam fuiſſe regionem, per quam currebat Choaſpes, ubi ſita erant Suſa, refert Herodotus lib. 5. c. 49.

36 Σούτριον, πόλις, &c.] Sutrium, urbs Italiæ, antè Tyrrhenorum, poſtea Romanorum. Olim fuit adeò munita, ut velut caſtra Romanorum eſſet, teſtante Livio lib. 9. c. 32. *Dum hæc geruntur in Samnio, jam omnes Etruriæ populi, præter Aretinos, ad arma ierant, ab oppugnando Sutrio, quæ urbs ſocia Romanis velut clauſtra Etruriæ erat, ingens orſi bellum.* Idem auctor lib. 6. c. 3. inquit, tanta celeritate à Camillo de Etruſcis captam, ut eodem die, quo illi ceperant, ille recèperit, ejectoſque Sutrinos reſtituerit; unde lepide Plautus in Caſina ait: *Tum quoque facito, ut veniant, quaſi eant Sutrium.* Nimiam celeritatem innuebat: etſi alii aliter ſentiunt. Memoratur etiam Straboni lib. 5. inter mediterraneas Tyrrhenicæ urbes: Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ, πόλεις πρὸς ταῖς εἰρημέναις, Ἀρήτιόν τε, καὶ Περουσία, καὶ Οὐλσίνιον, καὶ Σούτριον, i. e. *In mediterraneis autem, præter dictas urbes, Aretium, Peruſia, Volſinium, & Sutrium.* Etiam nunc ſervat corrupti nominis originem, namque vulgo Italis dicitur *Sutri*, teſte Cluv. Ital. Antiquæ lib. 2. c. 3. Antiquitus fuiſſe Romanorum coloniam apparet ex Livii lib. 29. c. 15.

37 Σπάδα, ἀδελφὸς, κώμη Περσική.] Spada, neut. gen. vicus Perſicus. Nemini, quod ſciam, memoratur; in hoc vico inquit auctor noſter, eunuchiſmum excogitatum fuiſſe, unde *Spadi* dicti ſunt, quos Latini *Spadones* vocant, at pace ejus dixerim, vero propius videri, ſpadones vocatos à verbo Græco σπᾶν, i. e. *avellere*, quod eis teſticuli avulſi ſunt, qua de cauſa Græcis etiam dicuntur ἐκτομίαι, θλιβίαι, θλαδίαι, ſcilicet quod eis teſticuli, qui virilitatis ſunt velut teſtes, exſecti, eliſi, contuſi ſunt. Eunuchi autem dicti fuere, qui cuſtodiendis fœminis præponebantur, δύνη enim eſt *cubile*, ἔχω *habeo*, videlicet, quod curam gererent cuſtodiendi cubicula fœminarum. Hujuſmodi hominibus natura præ nimia frigiditate Veneris uſum negavit, quorum operâ Perſarum reges maximopere utebantur. Omnium eunuchorum celeberrimus fuit *Favorinus* Philoſophus, cujus frequens mentio apud A. Gellium; ejus converſatione & familiaritate uſus eſt Adrianus imp. auctore Ælio Spartiano in Adriano.

38 Σπαλέθρη, πόλις Θεσσαλίας.] Spalethre, urbs Theſſaliæ, quæ *Spalathra* Hellanico. Eodem modo vocatur Plinio lib. 4. c. 9. qui eam in Magneſia locat. Eadem erat urbs, quoniam Theſſaliæ annexa Magneſia erat, ut eluceſcit ex ejuſdem auctoris libro capiteque citato.

39 Σπάρτη, &c.] Sparte, quæ & Lacedæmon, hodie *Muſithra*, auct. Baudrand Pariſino ad Alexandrini lexicum. De qua vide quæ in Λακεδαίμων annotavimus.

40 Ἔστι καὶ Σπάρτον ὄρος, &c.] Eſt & Spartum mons, & Sparte vicus prope Euxinum Pontum. Hodie Turcis vulgò *Iſpirite* dicitur, ſi Leunclavio credimus.

41 Σπαρ-

ΣΠΑΡΤΩΛΟΣ [41], πόλις Μακεδονίας, ὡς Θουκυδίδης δευτέρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σπαρτώλιος.

A SPARTOLUS, urbs Macedoniæ, ut Thucyd. lib. 2. Gentile, Spartolius.

ΣΠΑΣΙΝΟΥ [42] χάραξ, πόλις ἐν τῇ μέσῃ τῆς Τίγρητος Μεσήνης. Ἡ δὲ τῆς Σπασίνης θυγάτηρ, Σπασῖνες ἐσί. Τὸ ἐθνικὸν, Σπασίνου χάρακος ῥητέον. Εἰ γὰρ τὸ συνήθη τύπον ἐκλάβωμεν, ἀνάγκη Σπασινοχαρακηνὸς εἰπεῖν.

B SPASINU Charax, *i. e.* Spasinæ vallum, urbs in media Tigridis Mesenia. Spasinæ verò nominativus, Spasines est. Gentile, Spasinu Characos, *i. e.* Spasinæ valli, dicendum. Quod si consuetum typum excipiamus, necesse erat dicere, *Spasinocharacenus*. h. e. ex vallo Spasinæ.

ΣΠΗΛΑΙΟΝ [43], τὸ ἄντρον. Οἱ οἰκοῦντες, Σπηλαῖται. Εἰσὶν ἐν αὐτῷ ἀγάλματα Ἡρακλέους, Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος. Σπηλαῖται καλοῦνται.

C SPELÆUM, antrum. Incolæ, Spelæitæ. Sunt etiam simulachra Herculis, Mercurii, & Apollinis, *Spelæitæ* vocata.

ΣΠΙΝΑ [44], πόλις Ἰταλίας, ὡς Εὔδοξος καὶ Ἀρτεμίδωρος. [45] Τὸ ἐθνικὸν Σπινάτης, ὡς ἀπὸ Βεμβίνα Βεμβινάτης. [46] Ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς Σπῖνος καλούμενος.

D SPINA, urbs Italiæ, ut Eudoxus, & Artemidorus. Gentile, Spinates, ut Bembina, Bembinates. Est etiam fluv. *Spinus* vocatus.

ΣΠΟΡΓΙΛΟΣ, δῆμος Ἀττικός. Ὁ δημότης, Σποργίλιος.

SPORGILUS, populus Atticus. Popularis, Sporgilius.

ΣΤΑΓΕΙΡΑ [47], πόλις ἀδελφεὸς, πληθυντικῶς.

E STAGIRA, urbs neut. gen. & plur. num.

41 Σπαρτώλος, πόλις Μακεδονίας, &c.] Spartolus, urbs Macedoniæ, ex Thucydidis lib. 2. qui eam Σπάρτωλον τὴν Βοττικὴν vocat: Ἐλθόντες ἢ ἐπὶ Σπάρτωλον τὴν Βοττικὴν, τὸν σῖτον διέφθειραν. i. e. *Cùm autem ad Spartolum Botticam venissent, frumentum corruperunt.* Apud quem hujus urbis nomen παροξύτονον est, apud nostrum verò ὀξύτονον. Botticam vocat Thucydides, quod Bottiæi erant Macedonum coloni, auctore illius Scholiasta ad locum citatum.

42 Σπασῖνος χάραξ, πόλις, &c.] Spasinæ Charax, id est Spasinæ vallum, urbs in media Tigridis Mesene. Memoratur Josepho Antiquitatum lib. 1. c. 7. & lib. 20. c. 2. Apud Ptolemæum lib. 6. c. 3. χάραξ Πασίνου dicitur, ac inter Susianæ oppida ad sinum Arabicum inter Tigrim & Eulæum amnes locatur. Charax etiam sine ullo additamento dicitur aliquibus, de quo Plinius lib. 6. c. 27. ita loquitur: *Charax oppidum Persici sinus intimum, à quo Arabiæ Eudæmon cognominata excurrit, habitatur in colle manu facto inter confluentes, dextra Tigrin, læva Eulæum* III. *mil. passuum laxitate. Conditum est primùm ab Alexandro Magno: qui colonis ex urbe regia Durine (quæ tum interiit) deductis, militumque inutilibus ibi relictis,* Alexandriam *appellari jusserat: pagumque Pellæum, à patria sua, quem proprie Macedonum fecerat: flumina id oppidum expugnavere. Posteà Antiochus restituit quintus regum & suo nomine appellavit. Iterumque infestatum Pasines Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, quem Juba satrapem Antiochi fuisse falsò tradit, oppositis molibus restituit, nomenque suum dedit,* &c. Forsitan apud Plin. pro *Pasines* scribendum ex auctore nostro *Spasines*. De quo vide Marcianum in Susianæ Periplo.

43 Σπήλαιον, τὸ ἄντρον.] Spelæum, antrum. A quo simulachra Herculis, Mercurii & Apollinis, ut ait noster, *Spelæitæ* dicebantur, scilicet, quod in speluncis colerentur, sic spelunca, seu crypta apud veteres Hebræos & Christianos pro sepulcris & monumentis usurpantur. In locis enim subterraneis sepeliebantur, unde sepulcrum Abrahami, vel locus, quem mercatus est ad sepulturam Genesis c. 23. v. 9. 11. 17. dicitur מערה *meharah*, i. e. *spelunca*. Apud Joannem quoque cap. 11. Lazari sepulchrum σπήλαιον, i. e. *spelunca* dicitur. Adhuc hodie inter Hispanos in locis subterraneis collocari solent sepulchra, necnon Christi monumentum.

44 Σπῖνα, πόλις Ἰταλίας.] Spina, urbs Italiæ. Fuit antiquitus urbs celebris & potens, quippe quæ maris Ionii imperium obtinuit, opus vel Diomedis ut Plin. vel ut Dionys. lib. 1. Pelasgorum, ad ostium Padi, quod ab ea *Spineticum* dicebatur, posterioris verba, quia prolixa omitto, prioris verò sunt, quæ sequuntur ex lib. 3. c. 16. *Proximum inde ostium magnitudinem portus habet, qui* Vatreni *hodie dicitur, quo Claud. Cæsar e Britannia triumphans, prægrandi illa domo vetus, quam nave intravit* Adriam, *hoc ante* Eridanum *ostium dictum est, aliis* Spineticum *ab urbe Spina, quæ fuit juxta, prævalens, ut Delphicis creditum est thesauris, condita à Diomede.* Nec pugnat cum Dionysio Plinius. Nam Pelasgi potuere condere, Diomedes potuit instaurare. Jam Strabonis ætate hæc civitas vicus parvus erat. Ita enim ille lib. v. Μεταξὺ δ' Βάτριον, τὸ Γαβένης πολίζμα, καὶ ἡ Σπῖνα, νῦν μὲν κωμίον, πάλαι δ' Ἑλλὰς πόλις εὐδοξοῦσα· θησαυρὸς γὰρ Σπινήταις ἐν Δελφοῖς δείκνυται, καὶ τἄλλα ἰσχύοντες ἐπὶ αὐτῶν, ὡς θαλαττοκρατῆσαι. Φασὶ δὲ καὶ ἐπὶ θαλάττῃ ὑπάρξαι· νῦν δ' ἴσως ἐν μεσογείᾳ τὸ χωρίον, ἐπεὶ ἐπενίκησε τὸ θαλάττιος σταδίοις ἀπέχον. i. e. *Interjacet Butrium, Ravennæ oppidulum & Spina, nunc quidem vicus parvus, quondam verò urbs Græcanica celebris; siquidem Spinetarum thesaurus ostenditur Delphis, & alia traduntur de ipsis, nimirum mari-potentes fuisse. Aiunt etiam ad mare sitam fuisse. Nunc verò est in mediterraneis oppidulum, circiter* XC. *stadiis à mari distans.* Plinii ætate ævo cesserat, ut apparet ex ejus libro citato cap. XVII. *Interiere & Caturiges, Insubrum exsules, & Spina, suprà dicta.* Paucissima hujus urbis supersunt vestigia, locus nunc partim *Valdi Spina*, partim *Dorso di Spina* nuncupatur vulgo, auctore Leandro Alberto in Romanula.

45 Τὸ ἐθνικὸν Σπινάτης.] Duplex est Spinæ urbis gentile pro duplici terminatione, quia ab Spina dicitur *Spinates*, ut ab Spine *Spinetes*, quo usus est Strabo, cujus verba apposuimus nota proximè præcedenti.

46 Ἔστι καὶ ποταμὸς Σπῖνος, &c.] Nunc memoratur Spinus amnis, quem celebrat Scylax in Periplo juxta lectionem Cluverii, Ital. Antiquæ lib. 1. c. 18. ego puto hunc amnem, nullum alium esse præter Padi ostium, quod ab urbe Spina dicebatur *Spineticum*, ut claret ex Plinii verbis, quæ in hujus sectionis capite apposuimus, quod *ostium Spines* amnis dicitur Dionysio Antiquit. Rom. lib. 1. Ἐπὶ Σπινῆτι ποταμῷ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ τῆς νῆας κραταιπόδεις, Κρότωνα πόλιν ἐν μεσογείῳ εἶλον. i. e. *Relictis ad Spinetem amnem in Ionio sinu navibus, Crotonem ceperunt urbem in mediterraneis.* Vulgò nunc *Primaro* dicitur ostium illud Padi.

47 Στάγειρα, πόλις ἀδελφεὸς, &c.] Stagira, urbs neut. plur. Thraciæ scilicet, antequam Philippus Alexandri pater Macedoniæ terminos extenderet, postea Macedoniæ attributa. Nihil habuit memorabile, nisi quod fuit patria Aristotelis, qui ideo dicitur *Stagirita* Philosophus.

48 Στεί-

θνικῶς. Ὁ πολίτης, Σταγειρίτης· Ἀ ελσο- A num. Civis, Stagirites, ut Aristotel. *Stagi-*
τέλης Σταγειρίτης. *rites.*

ΣΤΑΜΕΝΗ, πόλις Χαλύβων· Ἑκα- STAMENE, urbs Chalybum. Hecatæ. Asia. Gentile, Stamenæus, & Stame-
ταίῳ Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Σταμήναιος, καὶ nius.
Σταμήνιος.

ΣΤΑΣΙΣ, πόλις Περσικὴ ὑπὸ πέτρῃ B STASIS, urbs Persica, sita in magna
μεγάλῃ, ἣν εἶχεν Ἀντίοχος ὁ Σελεύκου. Τὸ quadam petra, quam Antiochus Seleuci filius
ἐθνικὸν, Στασίτης· Γῆς δὲ χώρας, Σταση- habuit. Gentile, Stasites. Regionis verò, Sta-
νός. senus.

ΣΤΕΙΡΙΑ[48], δῆμος Ἀττικὸς Πανδιο- STIRIA, populus Atticus Pandionidis
νίδος φυλῆς, ἡλικῶς καὶ ἀδελφερός. Ὁ δημό- C tribus, & fœm. & neut. gen. Popularis, Sti-
της Στειριεύς, Στειριέως· Καὶ κατ' οἰκείαν rieus, Stirieos. Et per Synæresin, Stiriῶs, &
ἀφαίρεσιν, Στειρεύς. Τὸ κτητικὸν, Στειριακός. Possessiv. Stiriacus. Locale, ex-Stiria, ad-
Τὸ τοπικὸν, Στειριάθεν, Στειριάδε, Στει- Stiriam, in-Stiria.
ριοῖ.

ΣΤΕΝΥΚΛΗΡΟΣ[49], πόλις Μεσση- D STENYCLERUS, urbs Messeniæ.
νης. Τὸ ἐθνικὸν, Στενυκλάριος. Τὸ ἡλυ- Gentile, Stenyclarius. Fœm. Stenyclaria.
κὸν, Στενυκλαρία.

ΣΤΕΦΑΝΗ, πόλις Φωκίδος. Τὸ ἐθνι- STEPHANE, urbs Phocidis. Gentile, Stephanæus.
κὸν, Στεφανεύς.

ΣΤΕΦΑΝΙΣ, πόλις Μαριανδυ- E STEPHANIS, urbs Mariandynorum.
νῶν· Ἑκαταίῳ Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Στεφα- Hecatæ. Asia, Gentile, Stephanites.
νίτης.

ΣΤΗΛΑΙ[50], πόλις Κρήτης, πλησίον STELÆ, urbs Cretæ, juxta Paræsum,
Παραισοῦ καὶ Ῥυθίμνης. Τὸ ἐθνικὸν Στηλαῖος, & Rythimnen. Gentile, Stelæus, ut Lampe,
ὡς Λάμπη Λαμπαῖος· Ἀλλὰ καὶ Στηλίτης, F Lampæus. Dicitur etiam *Stelites*, ut ab agal-
ὡς ἀπὸ τοῦ ἀγαλμαίοις τὸν λίθον· ἀφ' οὗ καὶ στηλι- maïs, gemma. A quo etiam verbum Στηλιόω,
τόω. i. e. *in cippo*, seu *columna inscribo.*

ΣΤΙΛΠΑΙ, πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνι- STILPÆ, urbs Siciliæ. Gentile, Stil-
κὸν, Στιλπαῖος. pæus.

ΣΤΟΙΑΙ, πόλις Λιβύης, ὡς Ἑκαταῖος G STOE Æ, urbs Libyæ, ut Hecatæ. in
ἐξηγήσατο αὐτῆς. Τὸ ἐθνικὸν, Στοιήτης. ejus Periegesi. Gentile, Stœetes.

ΣΤΟΙΧΑΔΕΣ[51], νῆσοι τρεῖς πρὸς τῇ STOECHADES, tres insulæ juxta
Μασσαλίᾳ. [52] Καλοῦνται δὲ καὶ Λιγυστίδες. Massiliam. Vocantur etiam *Ligystides.*

ΣΤΟΥΪ- STUI-

48 Στείρια, δῆμος Ἀττικῆς, &c.] Stiria, populus Atticæ, Pandionidis tribus, fœm. & neut. plur. Nullam ob aliam rem memorabilis, nisi quod protulerit *Theramenem* Isocratis magistrum, auctore Aristophanis Scholiasta in Ranis. Ejus quoque meminere Hesych. & Suidas.

49 Στενύκληρος, πόλις Μεσσηνίας.] Stenyclerus, urbs Messeniæ. *Stenyclarus* dicitur Straboni lib. 8. quam lectionem confirmat ejus gentile *Stenyclarius.* Quare apud Stephanum legendum etiam Στενύκλαρος; hanc regiam constituisse Cresphontem narrat Strabo libro citato. Erat enim in media Messenia. Apud Pausaniam lib. 4. Σενύκληρος legitur.

50 Στῆλαι, πόλις Κρήτης, &c.] Stelæ, urbs Cretæ, prope Paræsum & Rhythimnem. Hujus urbis altum est apud reliquos auctores silentium; ejus nomen sonat Latino sermone *columnas.* Quis non videt verba illa, ὡς ἀπὸ ἀγαλμαῖς τὸν λίθον esse insignitè corrupta; ratio clamare videtur, sic esse corrigenda, ὡς ἀπὸ τὸ ἄγαλμα, τὸν λίθον, ἀγαλμαῖος, ἀγαλματίτης. i. e. ut ab *agalma*, i. e. *gemma*, agalmæus, agalmatites. Utrumque enim denominativum invenitur apud Hesychium, nostra conjectura nititur antecedentibus, quia illa verba afferebat auctor noster in confirmationem duorum gentilium, scilicet Stelæus, & Stelites.

51 Στοιχάδες, νῆσοι τρεῖς πρὸς τῇ Μασσαλίᾳ.] Stœchades, insulæ tres prope Massiliam. Nomen sortitæ sunt ab earum ordine, στίχος Græcè significat Latinè *ordinem.* Plinius lib. 3. c. 5. *Tres Stœchades à vicinis Massilienſibus dictæ propter ordinem; quas item nominant singulis vocabulis Proten & Mesen, quæ & Pomponiana vocatur, tertia Hypæa.* Quinque Stœchades, tres earum memorabiles, duas parvas, celebrat Strabo lib. 4. Πρόκεινται δὲ τῶν τῆς Μασσαλίας ὀξωμάτων, αἱ Στοιχάδες νῆσοι, τρεῖς μὲν ἀξιόλογοι, δύο δὲ μικραὶ γεωργοῦσι δ' αὐτὰς Μασσαλιῶται· τὸ δὲ παλαιὸν, καὶ φρούριον εἶχον, ἱδρυμένον αὐτόθι πρὸς τοὺς τῶν λῃστηρίων ἐφόδους, ὑπορύντες καὶ λιμένων. i. e. *Ante has angustias incipientibus à Massilia sitæ sunt Stœchades insulæ, tres earum memorabiles, duæ exiguæ. Agros earum colunt Massilienses. Antiquitus etiam præsidium ibi erat contra piratarum incursiones, abundantes & portibus.* Memorantur etiam inter alios Lucano lib. 3.

Et jam turrigeram Bruti comitata carinam
Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis
Stœchados arva tenens.

Hodie vulgo Gallis vocantur *les isles de Hyeres*, auctore Baudrand Parisino ad Alexandrini lexicon Geographicum.

52 Καλοῦνται δὲ καὶ Λιγυστίδες.] Insulas Stœchades vocari *Ligystides* tradit, scilicet, quod erant ab ora Ligurum ad Massiliam usque dispersæ, Mela lib. 2. c. 7. *At in Gallia, quas referre conveniat, solæ sunt Stœchades, ab ora Ligurum ad Massiliam usque dispersæ.*

ΣΤΟΥΙΝΟΣ[53], πόλις Λιγύρων. Οἱ πολῖται, Στοῖνοι.

STUINUS, urbs Ligurum. Cives, Stuini.

ΣΤΡΑΤΙΑ[54], βαρυτόνως, Ἀρκαδικὴ πόλις. Ὅμηρος,

Ῥῖπόν τε, Στρατίην τε, καὶ ἰωέμοσσαν Ἐνίσπην.

STRATIA, accentu gravi, urbs Arcadiæ, Hom.

Rhipenque Stratiamque, & ventosam Enispen.

Ὠνόμασται ἢ ἀπὸ τῆς Φυγαλέως Φανέως. Βαρυτονητέον δὲ τὰ ὀνόματα εἰς ιδιότητα. Τρία δὲ σημαίνει ἡ στρατία, τὴν πόλιν, καὶ τὸ σύστημα ἐν στρατῷ μὲν τὴν αὐτὴν γραφὴν, ἀλλὰ τόνῳ διαφόρῳ. Ὀξύνεται γὰρ τὸ δηλωτικὸν ἐν συστήματος, βαρύνεται δὲ τὸ πόλεως βαρυνομένου. Τὸ ἀξίωμα ἡ στρατεία, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ βαρύνεται. Τὸ ἐθνικὸν Στρατιώτης, καὶ Στρατιάτης.

Sic verò vocata fuit à Phanei filia. Gravi verò accentu notanda sunt nomina, cum significant aliquid peculiare. Tria verò significat *Stratia*, urbem, & exercitus systema cum eadem scriptura, sed tono differenti. Acuitur enim cum significat *systema*, cum *urbem* significat, gravatur. Cum significat dignitatem in excercitu στρατεία & per diphthongum scribitur & gravatur. Gentile, Stratieus, & Strasiates.

ΣΤΡΑΜΒΑΙ, πόλις Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν, Σταγειρίτης Στραμβαῖοι.

STRAMBÆ, urbs Thraciæ. Gentile, Stagiritæ Strambæi.

ΣΤΡΑΤΙΟΝ[55], πόλις Ἀκαρνανίας. Ὁ πολίτης, Στρατιώτης, καὶ Στράτιος.

STRATIUM, urbs Acarnaniæ. Civis, Stratiotes, & Stratius.

ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΕΙΑ[56], πόλις Μακεδονίας, πλησίον Καρίας. Κέκληται δὲ ἀπὸ Στρατονίκης, τῆς Ἀντιόχου γυναικός. Ὁ πολίτης, Στρατονικεύς. Ἐκλήθη δὲ ὑπὸ Ἀδριανοῦ, καὶ Ἀδριανούπολις ὠνομάσθη. 57 Ἔστι καὶ ἕτερον πολίχνιον πρὸς τῷ Ταύρῳ.

STRATONICEA, urbs Macedoniæ, prope Cariam. Sic vocata à Stratonice Antiochi uxore. Civis, Stratoniceus. Ab Adriano instaurata, atque *Adrianopolis* vocata fuit. Est etiam aliud oppidulum ad Taurum.

ΣΤΡΑΤΟΣ[58], πόλις Ἀκαρνανίας, θηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς. Ὁ πολίτης, Στράτιος.

STRATUS, urbs Acarnaniæ, fœm. & mascul. gen. Civis, Stratius.

ΣΤΡΕΨΑ[59], πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν Στρεψαῖος, καὶ Στρεψιανός.

STREPSA, urbs Macedoniæ. Gentile, Strepsæus, & Strepsianus.

ΣΤΡΗΝΟΣ, Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ, πόλις

STRENUS, Herodotus lib. 7. civitas Cretæ.

53 Στοῖνος, πόλις Λιγύρων.] Stuinos, urbs Ligurum. Fuit populorum Euganeorum caput, quæ Plinio lib. 3. c. 20. dicitur Stonos: *Verso deinde in Italiam pectore Alpium Latini juris Euganeæ gentes, quarum oppida* XXXIIII. *enumerat Cato.* Ac paulo infra: *Præstantesque genere Euganeos, inde tractu nomine.-Caput eorum Stonos.* Populi ipsi *Stoni* dicuntur Straboni lib. 4. Τῇ δὲ Ἀπτοῦλοι, καὶ Τελεβοῦοι, καὶ Στόνοι, καὶ ἄλλα πολίσια μικρὰ ἔθνη, κατέχοντα τὴν Ἰταλίαν τὰ πρὸς τοῖς ἄρεσι χρόνοις, λῃστρικά, καὶ ἄπορα· Νῦν δὲ τὰ μὲν ἐξέφθαρται, τὰ δὲ ἠμέρωται τελέως. i. e. *Ad alteram partem Lepontii, Tridentini, Stoni, & aliæ complures exiguæ gentes, quæ superioribus temporibus Italiam tenebant, latrociniis deditæ & pauperes. Eæ nunc partim excisæ sunt, partim perdomitæ.* In quodam Fastorum triumphalium fragmento triumphi hoc ordine memorantur apud Cluv. Italiæ Antiquæ lib. 1. c. 15.

DE LIGVRIBVS. VOCONTEIS. SALLVVIEIS. QVE.
DE. LIGVRIBVS. STOENEIS.

Eorumque quoque meminit Goltzii Thesau. in Liguria.

54 Στρατία, βαρυτόνως Ἀρκαδικὴ πόλις.] Stratia, gravitono Arcadica urbs ex Homero. Ejus est versiculus ille, qui legitur Il. 2. v. 606. ubi Eustath. nihil memoratu dignum affert.

55 Στράτιον, πόλις Ἀκαρνανίας.] Stratium, urbs Acarnaniæ. Vide Στρατός.

56 Στρατονίκεια, πόλις Μακεδονίας, &c.] Stratonicea, urbs Macedoniæ prope Cariam. Ab Stratonice formatur Stratonicea, ut ab Thessalonice, Thessalonicea. Auctor noster mihi videtur nugari, cum inquit Stratoniceam esse urbem Macedoniæ prope Cariam, à qua maxime distabat. Caria enim erat in Asia minori, & Macedonia in Europa, ut videre est ex Geographia Ptolemæi & Strabonis; Prior celebrat Stratonicen Macedoniæ lib. 3. c. 13. in Singitico sinu, & Stratonicen Cariæ lib. 5. c. 2. Posterior autem lib. 14. memorat Stratonicen Cariæ, quam coloniam Macedonum fuisse tradit, unde forsitan per incuriam quandam noster auctor inquit esse prope Cariam; verba Strabonis sunt: Στρατονίκεια δ' ἐστὶ κατοικία Μακεδόνων· συνῳκίσθη δ' ὑπὸ αὐτῶν καθ' ὑπόθεσιν πολυτελέστην ὑπὸ τῶν βασιλέων. i. e. *Stratonicea Macedonum est colonia; exornata hæc quoque sumptuose apparatu à regibus.* Quare apud Stephanum pro πόλις Μακεδονίας πλησίον Καρίας legendum, πόλις Μακεδόνων ἐν Καρίᾳ.

57 Ἔστι καὶ ἕτερον πολίχνιον πρὸς τῷ Ταύρῳ.] Est & aliud hujus nominis oppidulum prope Taurum montem. Memoratur Straboni lib. 14. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Στρατονίκεια ἡ πρὸς τῷ Ταύρῳ κατοικία, πολίχνιον προσκείμενον τῷ ὄρει. i. e. *Est & alia Stratonicea, quæ ad Taurum dicitur, oppidulum ad montem situm.*

58 Στρατός, πόλις Ἀκαρνανίας.] Stratus, urbs Acarnaniæ. Paulò suprà commemoravit etiam Stratium ejusdem Acarnaniæ urbem tamquam ab hac, de qua nunc sermo, diversam, utrique dat gentile Στράτιος, quare unam eamdemque civitatem fuisse reor; Stratus verò urbs sedebat super Ambracium sinum ad amnem Acheloum, qui è Pindo monte delapsus Acarnaniam ab Ætolia dirimebat, ideò Livius lib. XLIII. c. XXI. Ætoliæ adscripsit: *Stratus validissima tum urbs Ætoliæ erat, sita est super Ambracium sinum, prope amnem Acheloum.* Memoratur inter alios Thucydid. lib. 2. Plinio lib. 4. c. 1. qui eam maximam Acarnaniæ urbem vocat.

59 Στρέψα, πόλις Μακεδονίας.] Strepsa, urbs Macedoniæ. Memoratur Harpocrationi, cui civitas Thraciæ, & oppidani *Strepsæi* dicuntur. Hujus sententiam videtur confirmare Hesychius. Inquit enim: Στρεψαῖοι, ἔθνος περὶ Μακεδονίαν. i. e. *Strepsæi, gens circa Macedoniam.* Thracia verò adhærebat Macedoniæ.

60 Στρογ-

λις Κρητική. Τὸ ἐθνικὸν Στρηλίου, ὡς Φαίστος Φαίστιος. A Cretæ. Gentile, Strenius, ut Phæstus, Phæstius.

ΣΤΡΟΒΟΣ, πόλις Μακεδονίας, Ῥωμαίων ἀποικος. Τὸ ἐθνικὸν, Στροβαῖος. STROBUS, urbs Macedoniæ, Romanorum colonia. Gentile, Strobæus.

ΣΤΡΟΓΓΥΛΗ[60], μία τῶν Αἰόλου νήσων, ἀπὸ τοῦ σχήματος καλουμένη· Καὶ φλογὸς μὲν λειπομένη, φέγγους δὲ μετέχουσα. Τὸ ἐθνικὸν Στρογγυλαῖος, ὡς τὸν Λιπάρας Λιπαραῖος. Ἔστι καὶ ἄλλη πρὸς τῇ Λύκῳ. Τὸ ἐθνικὸν, τῷ τῆς χώρας ἔθει, Στρογγυλεύς. STRONGYLE, una ex Æoli insulis B à figura vocata. Et flamma quidem caret, luminis verò particeps est. Gentile, Strongylæus, ut Liparæ, Liparæus. Est & alia juxta Lyctum. Gentile, regionis consuetudine, Strongyleus.

ΣΤΡΟΥΘΕΙΑ, πόλις Φρυγίας ἐν τοῖς ὅροις Λυκαονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Στρουθεύς. C STRUTHIA, urbs Phrygiæ in finibus Lycaoniæ. Gentile, Strutheus.

ΣΤΡΟΓΩΛΑ, πόλις Λυδίας. Ξάνθος ἐν Λυδιακῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Στρογωλεύς. STROGOLA, urbs Lydiæ, Xanthus Lydiacor. 2. Gent. Strogoleus.

D

ΣΤΡΟΦΑΔΕΣ[61], νῆσοι πρὸς τῇ Ζακύνθῳ δύο. Τὸ ἐθνικὸν, Στροφαδεύς. STROPHADES, insulæ duæ juxta Zacynthum. Gent. Strophadeus.

ΣΤΡΥΒΙΑ, νῆσος τῶν Σποράδων. Τὸ ἐθνικὸν, Στρυβιαῖος. STRYBIA, insula una Sporadum. Gentile, Strybiæus.

ΣΤΡΥΜΗ[62], πόλις Θράκης, ὡς Ἀνδροτίων ἑβδόμῳ. Τὸ ἐθνικὸν Στρυμωνὸς, καὶ Στρυμήσιος, καὶ Στρυμιαῖος· Καὶ τὸ κτητικὸν, Στρυμαϊκός. E STRYME, urbs Thraciæ, ut Androtio lib. 7. Gentile, Strymenus, & Strymesius, & Strymiæus. Possessiv. Strymaicus.

ΣΤΡΥΜΩΝ[63], ποταμὸς Ἀμφιπόλεως, ἀφ' οὗ ὁ Βορέας· F STRYMON, fluvius Amphipolis, à quo Boreas [*dicitur Strymonius* ut]

Στρυμονίῃ Βορέαο. — *Strymonii Boreæ* —

[64] Οἱ οἰκοῦντες, Στρυμόνιοι. Οὗτοι Ἀσιανδε εἰς Accolæ, Strymonii. Hi transeuntes in Asiam, *Bithyni*

60 Στρογγύλη, μία τῶν Αἰόλου νήσων ἀπὸ τοῦ, &c.] Strongyle erat insula, una Æolidum in mari Tyrrheno, non procul à Sicilia, vulgò Italis *Strombeli* dicta, nomen à figura scilicet rotunda inditum est. Græci enim στρόγγυλον vocant, quod Latini *rotundum*. Auctor noster respexisse videtur Strabonem, qui hæc de insula sic loquitur lib. 6. Ἡ δὲ Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἔστι δὲ καὶ αὐτὴ λαμπρὰ, βίαν μὲν φλογὸς λειπομένη, τῆς δὲ φέγγους ὀλιγοστεκλεῖσα· ἐνταῦθα δὲ τὸν Αἴολον οἰκῆσαί φασιν. i. e. *Strongyle verò vocatur quidem à figura, est & ipsa ignita, violentia flammæ minor, fulgore autem excellens. Ibi habitasse Æolum ajunt.* Septem verò fuere insulæ Æolides, de quibus in Αἰολία egimus.

61 Στροφάδες, νῆσοι πρὸς τῇ Ζακύνθῳ δύο.] Strophades, insulæ prope Zacynthum duæ. Nomen sortitæ sunt à nomine Græco στροφὴ, i. e. *conversio*. Memorantur Apollonio Argonauticor. lib. 2. *Cyparissiorum insulæ* dicuntur Straboni lib. 8. nimirum, quod ante Cyparissum promontorium sitæ essent. Nonnullis *Plotæ* dicebantur, Plin. lib. 4. c. 12. *Ante Zacynthum* XXXV. M. *pass. in Eurum ventum Strophades duæ, ab aliis* Plotæ *dictæ*. Eas memorat Poëtarum illustre decus Æneid. lib. 3. v. 210.

Servatum ex undis Strophadum me littora primum
Accipiunt: Strophades sunt nomine dictæ
Insulæ Ionio in magno: quas dira Celæno
Harpyiæque colunt aliæ.

Ubi Cerda Harpyiarum fabulam ex Eustathio ad Odyss. 12. affert; Servius etiam ad eundem locum, nihil, præter fabulam, memoratu dignum habet. *Stromphides* vocantur apud Harpocrationem, perperam, ut puto, pro Strophades. Inter insulas adjacentes Peloponneso eas celebrat Ptolemæus lib. 3. c. 16.

62 Στρύμη, πόλις Θράκης.] Stryme, urbs Thraciæ. Memoratur Herodoto lib. 7. c. 108. Παραμείβεται δὲ παρὰ πόλιν, τὴν μὲν τὰ Σαμοθρηϊκία τείχεα, τὴν ἔχατη πεπόλισται πρὸς ἑσπέρης πόλις τῇ οὔνομα ἐστὶ Μεσαμβρίη· ἐχομένη δὲ ταύτης Θασίων πόλις, Στρύμη· Λίσος ποταμὸς διαῤῥεῖ· ὃς τότε μὲν οὐκ ἀπέσχε τὸ ὕδωρ παρέχων τῷ Ξέρξεω στρατῷ, ἀλλ' ἐπέλιπε. i. e. *Digressus ex Doriscо præteriit primum Samothracios muros, quorum ultima sita est ad vesperam urbs nomine Mesambria, cui vicina est Thasiorum urbs*, Stryme. *Per quarum medium fluit Lissus amnis, cujus aqua tunc non suffecit Xerxis copiis, sed defecit.* Harpocratio in Στρύμη insulam esse tradit Thasiorum coloniam & emporium.

63 Στρυμὼν, ποταμὸς Ἀμφιπόλεως.] Strymon, amnis Amphipolis. Strymonem amnem *Amphipolis* vocat, videlicet quod Amphipolim Macedoniæ urbem alluerit, quem alii Thraciæ, alii Macedoniæ assignant. Oriebatur enim in montibus Thraciam & Macedoniam dispescentibus, auctore Ptolemæo lib. 3. c. 13. Thucyd. lib. 2. prodit, ex Scomio monte per Græos & Leæos decurrere: Καὶ ἔχεται τὰ ἐσχατα ἤδη ἤσων, μέχρι Γραικῶν καὶ Λεαίων παιόνων, καὶ διὰ Στρυμόνος ποταμοῦ, ὃς ἀπὸ Σκομίου ὄρους ἀπὸ Γραικῶν καὶ Λεαίων ῥεῖ. i. e. *Atque hi* [Agrianes totius] *imperii erant ultimi, usque ad Græos & Leæos Pæonas, & Strymonem amnem, qui ex Scomio monte per Græos & Leæos fluit.* De ejus hodierno nomine non convenit inter auctores.

64 Οἱ οἰκοῦντες Στρυμόνιοι, &c.] Accolæ Strymonis amnis dicebantur *Strymonii*, qui cum in Asiam transirent *Bithyni* vocati fuere. Ex Herodoti fonte id hausit auctor noster. Sic enim ille lib. 7. c. 75. Οὗτοι μὲν ἀσιανδάσαντες ἐς τὴν Ἀσίην, ἐκλήθησαν Βιθυνοί· τὸ δὲ πρότερον σπαλέονται (ὡς αὐτοὶ λέγουσι) Στρυμόνιοι, οἰκέοντες ἐπὶ Στρυμόνι· ἐξαναστάντες δὲ φασὶ ἐξ ἠθέων ὑπὸ Τευκρῶν τε καὶ Μυσῶν. i. e. *Isti* [Thraces] *transgressi in Asiam, vocati sunt Bithyni. Ante appellabantur* (*ut ipsi ajunt Strymonii, accolentes Strymonem. E suis sedibus ejectos fuisse ajunt à Teucris & Mysis.* Eadem etiam de causa *grues Strymoniæ* dicuntur, Maroni Æneid. lib. 10. quod circa hunc amnem degerent:

——— *Quales sub nubibus atris*
Strymoniæ dant signa grues, atque æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntque Notos clamore secundo.

εἰς τὴν Ἀσίαν, Βιθυνοὶ ἐκλήθησαν. Καὶ ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ἡ Στρυμονὶς, καὶ Στρυμονία ἡ γῆ.

Bithyni vocati fuere. Et à genitivo Στρυμόνος, fit fœm. Strymonis, & Strymonia terra.

ΣΤΡΩΗ, πόλις Λιβύης, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίας περιηγήσει. Τὸ ἐθνικὸν Στρωαῖος, ἢ Στρωΐτης.

STROE, urbs Libyæ, ut Hecatæus Asiæ Periegesi. Gentile, Stroæus, vel Stroites.

ΣΤΥΕΛΛΑ[65], φρούριον τῆς ἐν Σικελίᾳ Μεγαρίδος. Τὸ ἐθνικὸν Στυελλίωνς,[66] ὡς Ἐντελλίωνς.

STYELLA, castellum Megaridis in Sicilia. Gentile, Styellenus, ut Entellenus.

ΣΤΥΛΛΑΓΙΟΝ[67], πόλις Τριφυλίας. Τὸ ἐθνικὸν Στυλλάγιος, καὶ Στυλλαγιεύς.

STYLLAGIUM, urbs Triphyliæ. Gentile, Styllagius, & Styllagieus.

ΣΤΥΜΦΑΛΟΣ[68], πόλις Ἀρκαδίας, καὶ πεδίον ὁμώνυμον, καὶ πηγή. Ἡ πόλις θρεπτικῶς, καὶ θηλυκῶς. Τὸ ἐθνικὸν Στυμφάλιος, καὶ Στυμφαλία Ἄρτεμις, καὶ λίμνη καὶ γωνή.

STYMPHALUS, urbs Arcadiæ, & campus ejusdem nominis, & fons. Urbs masc. & fœm. gen. Gentile, Stymphalius, & *Stymphalia Diana*, & palus, & mulier.

ΣΤΥΡΑ[70], πλησίον Καρύστου, τῆς Εὐβοίας πόλις. [71] Ὁ πολίτης, Στυρεύς.

STYRA, prope Caryſtum, urbs Eubœæ. Civis, Styreus.

ΣΤΥΡΑΚΙΟΝ[72], ὄρος Κρήτης. Οἱ ἐνοικοῦντες, Στυρακίται· Στυρακίτης γὰρ Ἀπόλλων.

STYRACIUM, mons Cretæ. Incolæ, Styracitæ, *Styracites* enim *Apollo*.

ΣΤΩΛΟΣ, πόλις μία τῶν ἐν Θράκῃ βαρ-

STOLUS, urbs una in Thracia barbaricarum,

65 Στύελλα, φρούριον τῆς, &c.] Styella, caſtellum Megaridis in Sicilia. Megaris verò accipitur pro regione Megarorum, in Μεγαρεῦσι, unde etiam apparet Megara Siciliæ urbem antè *Hyblen* dictam, cujus nunc caſtellum celebrat, à nemine quod ſciam, memoratum, ac ideo ſuſpicor in Ὑόλᾳ pro Τιελλᾳ legendum Στύελλᾳ.

66 Ὡς Ἐντελλίωνς.] Entellenum eſt gentile urbis Entelæ, quod ſuo loco Ἐντελλῖνος dicitur, ſed hujuſmodi gentilia utrâque formâ proferri ſolent.

67 Στυλλάγιον, πόλις Τριφυλίας.] Styllagium, urbs Triphyliæ. Memoratur Polybio inter Tryphaliæ civitates. Polybio enim Tryphalia eſt eadem, quæ aliis Triphylia, de qua ſuo loco. Verba Polybii ex ejus lib. 4. ſunt: Ἔχει δ' ἐν αὐτῇ πόλεις ταύτας, Σαμικὸν, Λέπρεον, Ὑπάνεον, Τυπαναίαν, Πύργον, Αἴπυον, Βώλακα, Στυλλάγιον, Φρίξαν. i. e. *Habet verò* [Tryphalia] *urbes in ſe ipſa has, Samicum, Lepreum, Hypanam, Typanæam, Pyrgum, Æpyum, Bolacem, Styllagium, Phrixam.*

68 Στύμφαλος, πόλις, &c.] Stymphalus, urbs Arcadiæ, & campus ejuſdem nominis, & fons. Urbs memoratur Polybio lib. 4. Scylaci in Ἀρκαδίᾳ, Ptolemæo lib. 3. c. 16. Quæ jam ætate Pauſaniæ non exſtabat, ſed alia ejuſdem nominis, in cujus agro erat fons, ex quo Adrianus Cæſar aquam Corinthiis intra mœnia deduxit; de quibus & fluvio cognomine ſic loquitur in Arcadicis: Ἡ δὲ ἐφ' ἡμῶν πόλις τὰ μὲν εἰρημένων κάτω, ἄλλα δὲ εἶχε τοιάδε. Ἔστι ἐν τῇ Στυμφαλίων πηγή, καὶ ἀπ' ταύτης ὕδωρ βασιλεὺς Ἀδριανὸς Κορινθίοις ἤγαγεν ἐς τὴν πόλιν. Ἐν δὲ τῇ Στυμφάλῳ χειμῶνος μὲν ὥρᾳ λιμνίου τε ἐμφανοῦς ἡ πηγή, καὶ ἀπ' αὐτῆς πολαμὸν ποιεῖ τὸν Στύμφαλον. i. e. *Urbs verò, noſtra ætate, eorum quæ dicta ſunt nihil, habet autem alia hujuſmodi. In agro Stymphaliorum fons eſt, ex quo imperator Adrianus aquam Corinthiis in urbem deduxit. In urbe Stymphalo hyeme fons lacum efficit non magnum, & ab eodem amnem Stymphalum.* Amnis iſte terram per cuniculum ſubiens in Argolico agro rurſus apparebat, ubi nomine mutato pro Stymphalo *Eraſinus* dicebatur, ut prodit idem auctor libro citato. Et amnem Eraſinum & Stymphalium lacum celebrat etiam Herodotus lib. 6. c. 76. Strabo lib. 8. Ab hoc ſeu fluvio, ſeu lacu *Stymphalides aves* vocabantur Poëtarum fabulis famigeratæ, quas Herculem ex Arcadia pepuliſſe fingebant, quod inter ejus labores numerabant; unde Lucretius Herculis labores recenſens lib. 5. ait:

——— *Unciſque timendæ*
Unguibus Arcadiæ volucres Stymphala colentes.

Sub cujus fabulæ tegumento verofimile eſt deſignari homines prædones, quibus ob rapinas ungues aſſignabant. Pauſanias eodem libro veras aves fuiſſe credidit & in Arcadia & in Arabia *Stymphalides* dictas hominibus nihilo mitiores leonibus & pardis.

69 Καὶ Στυμφαλία Ἄρτεμις.] Et Stymphalia Diana. Memoratur Pauſaniæ in Arcadicis, ſic dicta ab urbe Stymphalo, ubi ei erat antiquum fanum: Ἐν Στυμφάλῳ δὲ καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἔστιν ἀρχαῖον Στυμφαλίας· τὸ δὲ ἄγαλμα ξόανόν ἐστι τὸ πολλὰ ἐπίκρυσον. Πρὸς δὲ καὶ ναῷ τῷ ὀρόφῳ πεποιημένῳ καὶ αἱ Στυμφαλίδες εἰσὶν ὄρνιθες. i. e. *In urbe Stymphalo eſt etiam antiquum Dianæ fanum Stymphaliæ. Deæ ſignum e ligno eſt maxima ex parte inauratum. Sub templi lacunaribus Stymphalides aves factæ ſunt.*

70 Στύρα, πλησίον Καρύστου, &c.] Styra, prope Caryſtum, Eubœæ urbs. Smyrnæo cantu inclaruit, nempe Il. 2. v. 539.

Οἵτε Κάρυστον ἔχον, ἠδ' οἱ Στύρα ναιετάασκον.
Quique Caryſtum habebant, & qui Styra habitabant.

Ubi Euſtath. Στύρα δὲ, φυλάσσει μὲν εἰσέτι καὶ νῦν τὸ ὄνομα. κεῖται δὲ κατὰ τὴν Γεωγραφίαν, πλησίον Καρύστου καὶ αὐτὴ καὶ τὸ ῥηθὲν μάρμαρον· ἐν ᾧ τὸ ῥηθὲν λατόμιον· ἐθνικὸν αὐτῶν Στυρεύς. i.e. *Styra verò cuſtodit etiamnum nomen. Sedent autem ſecundum Geographum prope Caryſtum, & ipſa & dictum* Marmarium. *In quo dictæ latomiæ. Ipſorum gentile Styreus.* Verba Strabonis quæ reſpexit Euſtathius, ſunt ex ejus lib. 10. quæ ſequuntur: Κάρυστος δὲ ἐστι ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Ὀχῇ· πλησίον δὲ τὰ Στύρα, καὶ τὸ Μαρμάρεον, ἐν ᾧ τὸ λαξευτὸν τῶν Καρυστίων κιόνων, ἱερὸν ἔχον Ἀπόλλωνος Μαρμαρέως. i. e. *Caryſtus verò eſt ſub monte Ocha. Prope autem Styra, & Marmarium, in quo eſt lapidicina Caryſtiarum columnarum, fanum habens Apollinis Marmarini.* Neutro plur. uſurpatur ab Homero & Strabone, qui libro modò dicto inquit everſa fuiſſe ab Athenienſium duce Phædro.

71 Ὁ πολίτης Στυρεύς.] Oppidanus Styrorum, urbis Eubœæ Styreus. Plurali num. uſurpat Herodotus lib. 8. c. 46. Στυρέες δὲ τοῖς αὐτοῖς παρείχοντο νῆας τάλαντα ἐπ' Ἀρτεμίσιῳ. i. e. *Styreei quoque eaſdem quas in Artemiſio naves præbuere.* Eodem modo utitur Pauſan. lib. 5.

72 Στυράκιον, ὄρος Κρήτης.] Styracium, mons Cretæ. A nemine, quod ſciam, præter Euſtathium ad Il. 2. v. 539. celebratur, de quo nihil fatu dignum inquit.

73 Σύα-

βαρβαρικῶν, ἃς μετῴκησαν ἐκ τ῀ Η᾽δωνῶν οἱ Χαλκιδεῖς εἰς τὰς αὐτῶν πόλεις. Τὸ ἐθνικὸν, Στωλίων. A carum, quas Chalcidenſes ex Edonis in ſuas civitates tranſtulere. Gentile, Stolius.

ΣΥ᾽ΑΓΡΑ[73], χωρίον Κιλικίας, πλησίον Α᾽δὲν καὶ Λαέρτ. Τὸ ἐθνικὸν, Συαγρεύς. B

SYAGRA, regio Ciliciæ juxta Aden, & Laërten. Gentile, Syagreus.

ΣΥ᾽ΑΛΙΣ, πόλις Μαστιηνῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Συαλίτης, τῷ κοινῷ λόγῳ. Δύναται καὶ Συαλεύς.

SYALIS, urbs Maſtyenorum. Gentile, Syalites communi ſermone. Poteſt quoque eſſe Syaleus.

ΣΥ᾽ΑΣΣΟΣ, κώμη Φρυγίας. Ἐν ταύτῃ τῇ κώμῃ φασὶ Κιμμερίους ὀρύξαι ἐν Σιροῖς C πεφυραμένους μυριάδας πυρῶν, ἀφ᾽ ὧν αὐτοὺς ἐπὶ πολὺν χρόνον διατραφῆναι. Τὸ ἐθνικὸν Συασσεύς, διὰ τ῀ εἰθισμένον τῇ χώρᾳ χαρακτῆρα.

SYASSUS, vicus Phrygiæ. In hoc vico ajunt Cimmorios in Siris reconditam inveniſſe ingentem copiam tritici, ex quo longo tempore ſeſe aluiſſe. Gentile, Syaſſeus, conſueto regioni characte re.

ΣΥ᾽ΒΑΡΙΣ[74], πόλις Ἰταλίας, καὶ ποταμός. Ἡ δὲ πόλις ὕστερον ὠνομάσθη Θούριον. Ἥλω δὲ ὑπὸ Κροτωνιατῶν, χρησμῷ δοθέντι αὐτοῖς. D

SYBARIS, urbs Italiæ, & fluvius. Urbs verò poſtea *Thurium* vocata fuit. Atque à Crotoniatis capta, reddito ipſis oraculo hujuſmodi.

[75] Εὔδαιμον Συβαρῖτα παναίσιον, οὐ μὰν αἰεὶ
Ἐν θαλίῃσι θεῶν πιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων, E
Εἰ τ᾽ ἂν δὴ πρότερον θνητὸν θεὸν ἄνδρα σεβίζῃ,
Τοῖκα σοὶ πολεμός τε καὶ ἐμφύλιος στάσις ἥξει.

Felix Sybarita valde-felix, tu quidem ſemper eris
In epulis, & feſtis colens genus Deorum ſemper exiſtentium,
At ſi virum mortalem prius, quam Deum venereris
Tunc bellum, & domeſtica ſeditio tibi veniet.

Ἐγένετο δὲ αὐτῶν ὄλεθρος κατὰ τὸ μαντεῖον ὅδε τῳ· Τῶν Συβαριτῶν τις οἰκέτην ἐμάστιγε ἐν ἀγρῷ. Τὸν δὲ καταφυγόντα ἐπὶ τὸν θεὸν, ὁ δεσπότης ἐπέμενε παίων. Ὁ δὲ παῖς, ἐπεὶ οὐδὲν ὠφέλει, εὐθέως ἐπὶ τὸν κίονα τὸν πρὸς καταιτήσας, ἔτυχεν αἰδοῦς. Καὶ εὐθὺς ἀπεστράφη τὸ ἄγαλμα τ῀ Ἥρας. Ὁ πολίτης, Συβαρίτης· Καὶ θηλυκὸν, Συβαρῖτις· Καὶ Συβαριτικὸς, καὶ Συβαριτικὴ συμφορά. F

Fuit verò eorum ruina ſecundum oraculum ſic. Sybaritarum quidam famulum in agro verberabat. Qui etſi ad Deam fugeret, nihilominus tamen Dominus non deſtitit verberare. Famulus verò cum nihil prodeſſet, ſtatim ad patris columnam evadens verenda apprehendit. Et illico Junonis ſtatua averſa eſt. Civis, Sybarites. Fœm. Sybaritis. Et Sybariticus, & Sybaritica calamitas.

ΣΥ᾽ΒΕΡΟΣ, πόλις Ἰλλυριδος. Τὸ ἐθνικὸν Συβέριος, καὶ Συβερεὺς, καὶ Συβερείτης. H

SYBERUS, urbs Illyridis. Gentile, Syberius, & Sybereus, & Syberites.

ΣΥ᾽ΒΟΤΑ[76], νῆσος καὶ λιμήν. Ὁ νησιώτης, Συβότιος.

SYBOTA, inſula, & portus. Inſularis, Sybotius.

ΣΥ᾽-

73 Σύαγρα, χωρίον Κιλικίας, &c.] Syagra, regio Ciliciæ prope Aden, & Laërten. Syagra & Ades, à quo celebrentur, me latet; at cum Ptolemæus lib. 5. c. 5. inter Ciliciæ aſperæ mediterranea oppida Laërten locet, & inter ejuſdem regionis civitates littorales celebret Syedram, facile credo hanc eſſe, noſtri auctoris Syagram. Siri ſunt granaria ſub terra, quos Hiſpani *Silos* vocant.

74 Σύβαρις, πόλις Ἰταλίας, &c.] Sybaris, urbs Italiæ & fluvius. Sedebat inter Crathim & Sybarim amnes, de cujus conditoribus non convenit inter ſcriptores; fuit olim adeò potens, ut quatuor proximas gentes rexerit, & XXV. urbes ſubegerit, atque CCC. M. hominum contra Crotoniatas eduxerit, auctore Strabone lib. 6. Potentiam, divitias, & rerum affluentiam ſequitur luxus, quo celeberrimi fuere Sybaritæ, qui tandem à Crotoniatis devicti locum fecere adagio *Sybaritica calamitas*, cujus meminit auctor noſter, & Eraſmus, apud quem alia etiam leguntur, quæ Sybaritarum luxum oſtendunt. Poſt excidium urbs ab Athenienſibus inſtaurata, atque de cujuſdam fontis nomine *Thurium* appellata eſt; denique Romani *Copias* nuncuparunt, nomine impoſito à multitudine colonorum, quos illuc miſerunt, referente eodem Strabone libro prædicto, de qua vide ſis quæ in Θούριοι annotavimus.

75 Εὔδαιμον, &c.] Hæc carmina reddita Sybaritis aliter leguntur apud Athenæum lib. 12. Caſaub. ad Athenæi locum c. 3. Joan. Hartung. in tomo 2. Grut. Eraſm. in adagiis.

76 Σύβοτα, νῆσος καὶ λιμήν.] Sybota, inſula & portus. Ubi terrarum fuerint Sybota, divinandum nobis relinquit. Thucyd. lib. 1. celebrat Sybota deſertum Theſprotidis portum: Εἰσὶ δὲ τὰ Σύβοτα, τ῀ Θεσπρωτίδος λιμὼν ἔρημος. i. e. *Sunt verò Sybota, Theſpratidis portus deſertus.* Ejus quoque meminit Ptolem. lib. 3. c. 14. Tres fuiſſe hujus nominis inſulas, id nominis ſortitas, quod multas haberent ſues, elucet ex Thucydidis Scholiaſta ad librum citatum, Σύβοτα, τρεῖς εἰσιν αὗται αἱ νῆσοι μικραί, σῦς ἔχουσαι πολλάς. i. e. *Sybota, tres ſunt hæ inſulæ parvæ, ſues habentes multas.* Strabo lib. 7. eas locat paululum ab Epiro diſtantes, ponè orientem Corcyræ promontorium: Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ πρὸ τῆς Σύβοτας, τ῀ μὲν Ἠπείρου μικρὸν ἀπέχουσαι, κατὰ δὲ τὸν ἑῷον τ῀ Κερκυραίου. i. e. *Sunt autem inſulæ parvæ Sybota, ab Epiro parùm diſtantes, ſecundum orientale Corcyræ promontorium.*

ΣΎΒΡΙΔΑΙ, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Συβρίδης. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Συβριδῶν, ἐν Συβριδῶν. A

SYBRIDÆ, populus Erechtheidis tribus. Popularis, Sybrides. Localia ex Sybridarum, in Sybridarum.

ΣΎΕΔΡΑ[77], πόλις Ἰσαυρίας, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν τρίτῳ. Ὁ πολίτης, Συεδρεύς.

SYEDRA, urbs Isauriæ, ut Capito Isauricorum lib. 3. Civis, Syedreus. B

ΣΎΕΣΣΑ, καλύβη τις ἐν Λυκίᾳ, ἀπὸ Συείσσης γραός τινος, ὑποδεξαμένης τὸν Λητώ. Τὸ ἐθνικὸν Συεσσαῖος, καὶ Συεσσεύς. [78] Καὶ Σύεσσα πόλις Τυρρηνῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Συεσσηνός.

SYESSA, tugurium quoddam in Lycia, à Syessa vetula quadam, quæ Latonam hospitio excepit. Gentile, Syessæus, & Syessenus. Est etiam Syessa urbs Tyrrhenorum. Gentile, Syessenus. C

ΣΥΉΝΗ[79], πόλις Αἰγύπτου, καὶ Αἰθιοπίας, ὑπὲρ τῷ Νείλῳ. [80] Μεθ' ἣν ὠνόμασεν Σίριν ὁ ποταμός. [81] Μέμνηται δὲ πόλεως Παυσανίας. Κέκληται δ' ἀπὸ Συήνης, Δαέτου παιδός. Ὁ πολίτης, Συηνήτης. Τὸ κτητικὸν, Συηνητικόν.

SYENE, urbs Ægypti, & Æthiopiæ prope Nilum. Post quam fluvius vocatur *Siris*. Meminit urbis Pausanias. Sic vocata fuit à Syeno Daëtæ filio. Civis, Syenites. Possessiv. Syeneticum. D

ΣΥΊΑ, πόλις μικρὰ Κρήτης, ὑπήνεμον ὄσον τῆς Ἐλύρου. Ὁ πολίτης, Συϊάτης, καὶ Συιεύς.

SYIA, urbs parva Cretæ, Elyri navale. Civis, Syiates, & Syieus.

ΣΥΙ̂Σ, πόλις Αἰγύπτου, ὡς Ἑκαταῖος ἐν τῇ αὐτῆς περιηγήσει. Καὶ νομὸς Συίτης. E

SYIS, urbs Ægypti, ut Hecatæus in ejus Periegesi. Et Nomos Syites.

ΣΥΚΑΊ[82], πόλις ἀντικρὺ τῆς νέας Ῥώμης, ἣ καθ' ἡμᾶς Ἰουστινιανὴ περοσαγορεύθεῖσα. Στράβων ἐνικῶς αὐτὴν λέγει Συκῆν. Οἰκειότερον,

SYCÆ, urbs è regione novæ Romæ, nunc *Justinianæ* vocata. Strab. in singul. eam vocat *Sycen*. Sed magis propriè, ut dicuntur, Sycænum.

77 Σύεδρα, πόλις Ἰσαυρίας.] Syedra, urbs Isauriæ. Forsitan est eadem, quam Ptolemæus lib. v. c. v. in Cilicia aspera locat. Straboni lib. 14. dicitur Συεδή.

78 Καὶ Σύεσσα, πόλις Τυρρηνῶν.] Et Syessa, urbs Tyrrhenorum. Creditur esse quæ hodiè vulgò *Sessa*, Campaniæ urbs episcopalis sub Archiepiscopo Capuano, Ducatus titulo insignis; Latinis *Suessa* dicitur, aliquando verò *Suessa Pometia*, & *Suessa Volscorum*, & *Suessa Aurunca*, ut apparet ex Romanæ historiæ scriptoribus, ac præcipuè ex Livio & Dionysio, Suessam Pometiam de Volscis vi cepisse Tarquinium tradit Liv. lib. 1. c. 53. *Is primus Volscis bellum in ducentos amplius post suam ætatem annos movit; Suessamque Pometiam ex his vi cepit.* Ex ejusdem auctoris lib. 2. c. 16. apparet fuisse coloniam Latinam & ad Auruncos defeciisse: *Eodem anno duæ coloniæ Latinæ, Pometia & Cora, ad Auruncos deficiunt.* Suessam verò Auruncam fuisse appellatam tradit idem lib. 8. c. 15. *Fama affertur Auruncos metu oppidum deseruisse, profugosque cum conjugibus ac liberis Suessam communisse, quæ nunc Aurunca appellata, mœnia antiqua eorum, urbemque ab Sidicinis deletam.* Volscorum fuisse principem urbem edisserit Strabo lib. 5. Καὶ τούτων δὲ ἐκείνων τὰς πόλεις ἐξεπόρθησεν· ὁ δὲ υἱὸς αὐτῶν τὴν Σάσσουαν εἶλε τὴν μητρόπολιν τῶν Οὐόλσκων. i. e. *Et horum ille* [Tarquinius Priscus] *civitates vastavit: filius autem ejus Suessam cepit metropolim Volscorum.* Frequenter accidit, ut aliqua urbe eversâ, ejus oppidani in alias urbes se conferant, ita, Pometiâ eversâ, conjectare possumus Pometios se contulisse Suessam. Pometia enim inter LIII. populos qui interiere sine vestigiis recensetur à Plinio lib. 3. c. 5. Atque ideò Suessa potuit *Pometia* vocitari. Nonnulli inter quos Cluverius in sua Italia antiqua rentur fuisse diversas Suessam, Pometiam, & Suessam Auruncam; saltem ex Livii locis id non apparet.

79 Συήνη, πόλις Αἰγύπτου, καὶ Αἰθιοπίας.] Syene, urbs in confinibus Ægypti & Æthiopiæ prope Nilum. Sedebat supra Alexandriam v. M. stadiorum sub tropico cancri, ubi Sole existente in cancro solstitii die medio nullam umbram jaci affirmat Plin. lib. 2. c. 73. de quibus Macrobius in somnium Scipionis ita: *Civitas autem Syene, quæ provinciæ Thebaidos post superiorum montium desertа, principium est, sub ipso æstivo tropico constituta est, & eo die, quo Sol certam partem ingreditur cancri, hora diei sexta (quoniam Sol tunc super ipsum invenitur verticem civitatis) nulla, illic potest in terram de quolibet corpore, umbra jactari, sed nec stylus hemisphærii monstrantis horas, quem γνώμονα vocant, tunc de se potest umbram creare, & hoc est, quod Lucanus dicere voluit, nec tamen plenè, ut habetur, absolvit. Dicendo enim* [lib. 1.]

——— *Atque umbras nusquam flectente Syene,*
Rem quidem attigit, sed turbavit verum, non enim numquam flectit, sed uno tempore, quod cum sua ratione retulimus.

Fuere olim Syene & Elephantine claustra Romani imperii, auctore Tacito Annal. lib. 2. c. 61. De hodierno Syenes nomine discordant auctores; P. Iovius Histor. lib. 18. *Guagenam* ab incolis vocari prodit; alii aliter sentiunt.

80 Μεθ' ἣν ὠνόμασεν Σίριν ὁ ποταμός.] Inquit, Nilum post Syenen urbem vocari *Sirim*. Scilicet ab Æthiopibus, quod testatur Periegeta. v. 222.

Ὃς δὴ τοι Λιβύηθεν ἐπ' ἀντολίην πολὺς ἕρπων
Σίριος ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκεται, οἱ δ' ἄρα Συήνης
Ἐναίτην τρεφθῆνα μετ' ἄστεϊ Νεῖλον ἔθεντο.
Qui quidem e-Libya versus orientem multis serpit
Siris ab Æthiopibus vocatur, at Syenes
Incolæ converso imposuerunt nomen Nilum.

81 Μέμνηται, &c.] Urbis Syenæ meminit Pausanias, videlicet in Arcadicis, ubi perfunctoriè admodum de Solis umbra agit, de qua in hujus sectionis capite egimus.

82 Συκαὶ, πόλις ἀντικρὺ, &c.] Sycæ, arum, urbs è regione *novæ Romæ*, i. e. *Constantinopolis*, auctoris nostri ætate *Justinianæ* nuncupata. Ex Strabonis lib. 7. collucet, portum esse, qui *sub ficum* dicebatur, id enim sonat Latino sermone nomen. Gyllius in suo Bosporo auctor est, appellatum fuisse *cornu Byzantiorum*, sed pace ejus dixerim, *Portum* qui *sub ficum* & *Cornu Byzantiorum* fuisse diversa loca, testante eodem Strabone libro modò dicto: Ἀπὸ μὲν οὖν τοῦ ἄκρας τοῦ πενταστάδιον ποιούσης ἐπὶ τὸ στόμα τῆς Συκῆς καλουμένου λιμένος, στάδιοι πέντε καὶ τριακόσιοι, σύνδεσμον ἢ ἐπὶ τὸ κέρας τὸ Βυζαντίων πέντε. i. e. *A promontorio itaque, quod quinque stadiorum* [fretum] *conficit ad portum, qui sub ficum dicitur, stadia* XXXV. *hinc ad* Cornu Byzantiorum *quinque.*

προν ᾖ, ὡς λέγονται, Συκαὶ καλοῦντ' ἂν. Οἱ τόποι γὰρ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς ὄντων ὀνομάζονται, Κυπάρισσος, Ἐλαία· Καὶ τύπῳ ἀφιερωμένων, Σικυών, Μαραθών· Καὶ εἰς ας, Δαφνᾶς, Κεραλᾶς, Φηγᾶς, Μυρρινᾶς, Ἀχερδᾶς, Ἀγνᾶς, Σελινᾶς. Ἡ πόλις αὕτη ἀπὸ τοῦ φυτικῶς ἀνθεῖν, Ἀνθοῦσα. Οὐδὲν τῶν τοιούτων εἰς η λήγει, Συκὴ, ἀλλ' ἐχρῶ ἢ Συκὰς, [83] ἢ Συκαλίη, ἢ Συκαίνη, ἢ Συκῶνα καλεῖσθαι. [84] Καὶ ἄλλη Συκὴ νησίον Συρακουσῶν καὶ Κιλικίας. Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἀλεξανδρείας. [85] Φασὶν ἕνα τῶν Τιτάνων Συκέα διωκόμενον τὸν μητέρα Γῆν ὑποδέξασθαι, καὶ ἀνεῖναι τὸ φυτὸν τοῦτο. Ὁ πολίτης, ὠφειλε Συκαῖος. Ἔστι δὲ νῦν Συκαίτης, ὅπερ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Συκαῖος, ὡς Θηβαῖος Θηβαΐτης.

ΣΥΚΑΜΙΝΟΝ [86], πόλις Φοινίκων. Τὸ ἐθνικὸν, Συκαμινίτης.

ΣΥΛΚΟΙ [87], πόλις ἐν Σαρδοῖ, Καρχηδονίων κτίσμα.

ΣΥΛΕΙΟΝ [88], πόλις Φρυγίας, Διὰ τοῦ φ διφθόγγου· Τινὲς δὲ Παμφυλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Συλεώς.

ΣΥΛΙΟΝΕΣ, ἔθνος Χαονίας, ὡς Ῥιανὸς ἐν πεζῷ Θεσσαλικῶν. Συλίονες θ' ἅπανθ' ὁμοῦ.

ΣΥΜΑΙΘΑ, πόλις Θεσσαλίας. Ὁ πολίτης, Συμαιθεύς, ὡς Θεόπομπος Φιλιππικῶν εἰκοστῷ δευτέρῳ.

ΣΥΒΡΑ [89], ἀδελφὸς, Φρυγίας Φρυγέλου, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Συβρανός.

ΣΥΜΗ [90], νῆσος Καρικὴ, ὡς Στράβων

num. plur. vocari possunt. Loca enim ab eis, quæ in ipsis sunt nominantur, ut Cyparissus, Elæa. Et formâ, qua locus aliquid continens, significatur, ut Sycion, Marathon: Necnon forma in ûs, ut Daphnûs, Ceratûs, Phegûs, Myrrhinûs, Acherdûs, Agnûs, Selinûs. Ipsa urbs ἀνθοῦσα, &c. i. e. *eo quod* generaliter floribus abundet, *Anthusa* vocatur. Nulla hujusmodi nomina in η desinunt, sed oportebat, vel Sycas, vel Sycenen, vel Sycunta, vel Sycona vocari. Est etiam alia Syce prope Syracusas, & Ciliciam. Est & alia Alexandriæ. Ajunt unum Titanum Syceum nomine fugientem à matre Terra susceptum fuisse, atque plantam hanc protulisse. Civis debebat [*esse*] Sycæus. Est verò nunc Sycaïtes, quod est à Sycæus, ut Thebæus Thebaïtes.

SYCAMINUM, urbs Phœnicum. Gentile, Sycaminites.

SYLCI, urbs in Sardinia, à Carthaginensibus condita.

SYLEUM, urbs Phrygiæ per ει diphthongum. Aliqui Pamphyliæ. Gent. Syleeus.

SYLIONES, populi Chaoniæ, ut Rhianus Thessalic. 4. *Sylionesque sequebantur simul.*

SYMÆTHA, urbs Thessaliæ. Civis, Symætheus, ut Theopomp. Philippicorum 22.

SYBRA neut. gen. castellum Phrygiæ, ut Capito Isauricor. 2. Gentile, Sybrianus.

SYME, insula Carica, ut Strab. lib. 14. Est

83 Ἡ Συκλίη.] Lege ἢ Συκλίλη.

84 Καὶ ἄλλη Σύκη νησίον Συρακουσῶν καὶ Κιλικίας.] Est & alia Syce prope Syracusas & Ciliciam. Quis non videt Syracusas & Ciliciam non posse cohærere. Longè enim distabant. Igitur illa legenda & interpungenda sunt hoc modo: Καὶ ἄλλη Συκὴ νησίον Συρακουσῶν. Ἔστι καὶ Κιλικίας. i. e. *Et alia Syce prope Syracusas. Est & alia Ciliciæ.* Sic enim auctor noster amat loqui; ex Athenæo verò, cujus verba nota subsequenti apponemus, claret, Syceam quæ auctori nostro Syce, esse urbem Ciliciæ. At Sycen prope Syracusas nemo, quod sciam, memorat, præter Goltzium in *Syracusæ*, quod ex nostro auct. desumpsit.

85 Φασὶν ἕνα, &c.] Sunt verba desumpta ex Athenæi lib. 3. quæ apud eum sic leguntur: Περὶ δὲ τῆς περιηγείας τῶν συκῶν λέγων Τρύφων ὁ δουλέρως φιλῶν ἱστορίας, Δωρίωνά φησιν ἐν γεωργικῷ ἱστορεῖν Συκέων ἕνα τινὰ τῶν Τιτάνων διωκόμενον ὑπὸ Διὸς τὸν μητέρα Γῆν ὑποδέξασθαι, καὶ ἀφ' οὗ καὶ Συκέαν πόλιν εἶναι ἐν Κιλικίᾳ. i. e. *De appellatione ficuum differens Tryphon in secundo plantarum historiæ inquit Dorionem in Georgico referre Syceam unum ex Titanibus, insequente Iove exceptum à Terra matre, eamque filio emisisse plantam in alimentum, à quo & Syceam urbem esse in Cilicia.*

86 Συκάμινον, πόλις Φοινίκων.] Sycaminum, urbs Phœnicum. Memoratur Ptolemæo lib. v. c. xv. cui Συκάμινος dicitur, Plinio lib. v. c. xix. Sycaminon. Alia fuit hujus nominis urbs in confinibus Ægyptiæ & Æthiopiæ, quam Hieran *Sycaminon* vocat Plinius lib. vi. c. xxix.

87 Σύλκοι, &c.] Vide Σολκοί.

88 Σύλειον, πόλις, &c.] Sylium, vel Syleum, urbs Phrygiæ. Nonnulli verò Pamphyliæ. In Pamphylia eam locat Arrhian. de Expedit. Alex. lib. 1. quam Σύλιον vocat & oppidum munitum: Καταλιπὼν ὁ Φερδίκκας ἐν τῇ Σιδῇ, ὥσπερ ἐπὶ Σύλλιον, χωρίον ὀχυρὸν. i. e. *Relicto verò in urbe Side præsidio, profectus est Syllium, oppidum munitum.* Scylax quoque inter Pamphyliæ civitates recensetur, apud quem perperam scribitur Σύλλιον pro Σύλιον. Sine dubio est Σίλιον Ptolemæi, quam inter Pergen & Aspendum ejusdem Pamphyliæ civitates locat lib. v. c. v. apud quem pro Σίλιον scribendum Σύλλιον, ex libro enim Arrhiani modò dicto elucet, Alexandrum ex Syllio Aspendum, ex Aspendo Pergen, inde in Phrygiam castra movisse, unde fortasse nonnulli Sylium Phrygiæ dederunt.

89 Σύβρα, &c.] Sybra, neut. plur. Phrygiæ castellum præter literarum seriem occupat locum, sed hoc non est mirabile apud Stephanum; à nemine, quod sciam, memoratur.

90 Σύμη, νῆσος Καρική.] Syme, insula Carica ex Strabonis lib. 14. Ejus sunt verba: Μετὰ δ' ὃν τὸ Λώρυμα, τὸ Κνιδίων σημεῖόν ἐστι, καὶ Σύμη νῆσος. Εἶτα Κνίδος, δύο λιμένας ἔχουσα. i. e. *Igitur post Loryma sequitur Cynos sema* [id est canis sepulchrum] *& Syme insula. Dein Cnidus duos habens portus.* Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 2. in Rhodiaco & Carpathio pelago. Quod ἡ καὶ Σύμη τε καὶ Ῥόδου θάλασσα, i. e. *Juxta Symen & Rhodum mare dicitur* Herodoto lib. 1. c. CLXXIV. E Latinis Melæ lib. 2. c. 7. Plinio lib. 5. c. 31. qui eam mediam inter Rhodum Gnidumque locat. Carica dicitur auctori nostro, quod esset sub ditione Carum.

91 Σύ-

Ϛων πεντεκαιδεκάτη. Καὶ πόλις ὁμώνυμος. Ὠνόμασται ἡ ἀπὸ Σύμης τῆς Ἰαλύσου. Καὶ πρότερον μὲν ἐκαλεῖτο Μεταπόντις, εἶτα Αἴγλη. Τὸ ἐθνικὸν Συμαῖος, ὡς Κυμαῖος, Δυμαῖος. Λέγεται καὶ Συμεύς.

A Est & urbs ejusdem nominis. Sic vocata fuit à Syme Jalysi filia. Et antè quidem vocabatur *Metapontis*, postea *Ægle*. Gentile, Symæus, ut Cumæus, Dymæus. Dicitur quoque Symeus.

ΣΎΝΑΓΓΟΣ, Ἡρωδιανὸς ἐκτῷ φησὶ, Σύναγγος πόλις Φοινίκων. Τὸ ἐθνικὸν Συναγγίτης, ὡς Σίγγιος.

B SYNANGUS, Herodianus lib. 6. inquit *Synangus urbs Phœnicum*. Gentile, Synangius, ut Singius.

ΣΎΝΔΙΚΟΣ, πόλις παραθαλασσία τῆς Σκυθίας, ἔχουσα λιμένα. Ἔνιοι δὲ Γοργίπιαν καλοῦσι.

SYNDICUS, urbs Scythiæ finitima, portum habens. Aliqui *Gorgipen* eam vocant.

C

ΣΎΝΝΑΔΑ[91], πόλις Φρυγίας· Καὶ Δοκίμεια, κώμη ἐπέκεινα αὐτῆς. Οἱ δὲ ἐπιχώριοι Δοκιμίτιον, καὶ Δοκιμαίαν. Λέγουσι δὲ, Ἀκάμαντα μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἀποπλανηθέντα, ἐλθεῖν εἰς Φρυγίαν, καὶ καταλαβεῖν πολιορκούμενον τὸν τῶν τόπων δυνάστην, καὶ βοηθήσαντα αὐτῷ λαβεῖν χώραν, καὶ κτίσαι πόλιν. Σωσθρόισαντα δὲ πολλὰς οἰκήτορας τῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος Μακεδόνων κατὰ τὴν Ἀσίαν, τὸ μὲν πρῶτον αὐτὴν ἀπὸ τῆς συναγωγῆς καὶ συνοικήσεως Συναία προσηγορεύθησαι. Μετὰ δὲ ταῦτα παρεφθαρμένως ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων Σύνναδα κληθῆναι. Ὁ πολίτης, Συνναδεύς· Οὕτω γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης λέγεται.

D SYNNADA, urbs Phrygiæ. Et Docimea vicus trans eam. Indigenæ *Docimiten*, & *Docimæam* vocant. Dicunt autem, Acamantem, cum post bellum Troianum peregrinaretur, in Phrygiam venisse, ac cum regionis principem obsessum invenisset, ei suppetias tulisse, in cujus præmium ab eo regionem quamdam accepisse, ac inibi urbem condidisse. Multis verò incolis ex Græciæ Macedonibus, qui Asiam incolebant, congregatis primum urbem ἀπὸ τῆς, &c. h. e. *à congregatione*, & *cohabitatione* Synæa appellatam fuisse. Postea verò à vicinis corrupto nomine *Synnada* vocatam fuisse. Civis, Synadeus; sic enim & nunc dicitur.

ΣΥΠΑΛΗΤΤΟΣ, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Συπαλήττιος. Ἐκ τόπου, Συπαληττόθεν, Συπαληττόνδε. Ἐν τόπῳ, Συπαληττοῖ.

F SYPALETTUS, populus Cecropidis tribus. Popularis, Sypalettius. Ex loco, ex-Sypaletto, [ad locum] ad-Sypalettum. In loco, in-Sypaletto.

ΣΥΡΑΚΟΥ̃ΣΑΙ[92], πόλις Σικελίας μεγίστη,

SYRACUSÆ, urbs Siciliæ maximæ, ut

91 Σύνναδα, πόλις Φρυγίας, &c.] Synnada, urbs Phrygiæ, &c. Quæ hac de civitate, & Docimia vico tradit noster, omnia præter etymi fabulam desumpsit ex Strabonis lib. 12. Sic enim ille de illis loquitur: Σύνναδα δ' ἐστὶ μεγάλη πόλις· περίκειται δ' αὐτῇ ἐλαιόφυτον πεδίον, ὅσον ἐξήκοντα σταδίων· ἐπίκεινα δ' ἐστὶ Δοκιμία κώμη, ἧς τὸ λαθόμιον ἔχουσι Συνναδικὸν λίθον. Οὕτω μὲν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν· Οἱ δ' ἐπιχώριοι Δοκιμίτιον, καὶ Δοκιμαίαν. i. e. *Synnada verò urbs est haud magna. Ante eam jacet campus oleis-consitus, stadiorum circiter* LX. *Ab altera parte est Docimia vicus, & lapidicina Synnadici lapidis. Ita quidem Romani vocant. Indigenæ autem Dociminen, & Docimæam.* Ex hac lapidicina perferebantur Romam columnæ & tabulæ magnitudine & pulchritudine admirandæ, varietate ad Alabastritem lapidem accedentes, ut prodit idem auctor paululum infra. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 2. inter Phrygiæ magnæ civitates.

92 Συράκουσαι, πόλις Σικελίας μεγίστη.] Syracusæ, urbs Siciliæ maximæ. Et sing. & plur. num. usurpatur, nomen sortita est, à palude cui *Syraco* erat nomen; etyma hujus urbis à Phœnicia lingua petita, ingeniosa magis, quam vera sunt. Phœnices enim & Carthaginenses non condidere Syracusas, sed Corinthii Archia Corinthio duce una cum Dorien sibus, ut rerum monumentis tradidere Thucydides & Strabo lib. 6. In quatuor partes olim erat divisa, auctore Cicerone in Verrem lib. 4. una ipsis dicebatur *Nasos* (id nominis Dorica dialecto, qua Syracusani utebantur, significat insulam) duobus inclyta portubus, & regia Hieronis domo, qua prætores uti solebant; in hac civitatis parte erant complures ædes sacræ quarum duæ cæteris antecellebant, Dianæ & Minervæ. Erat etiam fons aquæ dulcis, cui nomen *Arethusa*, incredibili magnitudine, non Poëtis modò, verum etiam prosâ scriptoribus celebratus plenissimus piscium, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione, ac mole quadam lapidum à mari disjunctus esset; altera autem pars erat, cui nomen *Acradina*, in qua forum maximum, pulcherrimæ porticus, ornatissimum prytaneum, amplissima erat curia, templumque egregium Jovis Olympii; tertia urbis pars *Tyche* nominata est, quod in ea esset fortunæ fanum antiquum (sic Græci *fortunam* indigitant) in qua gymnasium amplissimum erat, & complures ædes sacræ; quarta autem pars, quia postrema ædificata est, *Neapolis* nominabatur, in qua theatrum erat maximum & duo templa egregia, unum Cereris, alterum Liberæ, signumque Apollinis, quem *Temenitem* vocabant, pulcherrimum & maximum; hæ quatuor Syracusarum partes erant adeo magnæ, ut unaquæque à Cicerone loco prædicto *urbs* nominetur, ac ideo Ausonius in Poëmatio, quod de nobilioribus Rom. imperii urbibus fecit, *Syracusas* quadruplices vocat. Ab aliis quoque Epipolæ, in quibus erat *Euryelus*, & *Labdalum* & *Temenus*, de quibus suo loco egimus, inter Syracusæ partes memorantur, sed nos disertissimum Romuli nepotum sequuti sumus ex cujus fonte hosce hortulos rigavimus. In Epipolis fuit carcer ille celeberrimus, nuncupatus *Latomiæ*, opus ingens & magnificum regum, ac tyrannorum; totum erat ex saxo in mirandam altitudinem depressо, auctore Cicerone in Verrem lib. v. qui in eadem oratione à crudelissimo tyranno Dionysio factum fuisse testatur. Cavernarum hoc in opere pulcherrima cognomentum habebat Philoxeni Poëtæ, in qua elaborasse dicitur *Cyclopem*, omnium suorum Poëmatum præstantissimum, referente Æliano Var. Hist. lib. 12. c. 44. Signum illud Apollinis, qui *Temenites* indigitabatur, à Cicerone tantopere laudatum, Syracusis Romam advectum fuisse tradit Suetonius in Tiberio c. LXXIV. Hanc ditissimam ac celeberrimam civitatem Romani suo subjecere imperio duce Marcello, cum prius eam diripuissent, cujus rei luculenti sunt testes Liv. lib. 25.

Florus

μείζη, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπη. [93] Κτίσμα Ἀρχίου Κορινθίου, [94] ἄποικος τὸ ἐν Σικελίᾳ τῇ Ναξῷ ὁμόχρονος. [95] Φασὶ δὲ Μίσκελλον τὸν Κροτωνιάτην οἰκιστὴν, τῇ τε τούτου Ἀρχίαν πυθομένῳ χρησμὸν ἀφικέσθαι, ἐρωτηθῆναι ὑπὸ τῆς Πυθίας, πότερον βούλοιτο πλοῦτον ἔχειν, ἢ ὑγείαν· καὶ Μίσκελλον μὲν ὑγιαίνειν, Ἀρχίαν δὲ πλουτεῖν εἰπεῖν. Καὶ τῷ μὲν, δοῦναι κτίσαι Συρακούσας· τῷ δὲ, Κρότωνα. Καὶ συμβῆναι τὸς Κροτωνιάτας ὑγιεινὴν οἰκῆσαι τὴν πόλιν, τῇ ἀθλητὰς εἶναι· Συρακουσίους δὲ πλουτεῖν ὅτι τοσοῦτον, ὡς τῇ παροιμίαν ἐκπεσεῖν ὅτι τῶν πολυτελῶν, τινὶ, οὐκ ἂν ἐκβαίη αὐτοῖς Συρακουσίων δεκάτη. Τὸ ἐθνικὸν Συρακούσιος, τῇ Συρακουσία τὸ θηλυκόν. [96] Καὶ λίμνη, ἥ πις καλεῖται Συρακώ· Καὶ Συρακοσεύς.

ΣΥΡΒΑΝΗ, νῆσος ἐν τῷ Εὐφράτῃ, ὡς Κοάδρατος ἐννάτῳ Παρθικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Συρβανός.

ΣΥΡΙΝΘΟΣ, πόλις Κρήτης. Τὸ ἐθνικὸν Συρίνθιος, ὡς Ὀλύνθιος. Τὸ θηλυκὸν, Συρινθία.

ΣΥΡΜΑΪΟΝ, πεδίον μεταξὺ Νομάδων τε καὶ Ναβαταίων. Τὸ ἐθνικὸν, Συρμαῖος.

ΣΥΡΜΑΤΑΙ[97], οἱ Σαυρομάται, ὡς Εὔδοξος πρώτῳ, Ποταμὸν δὲ Ταναΐδος Συρμάτας καλοικεῖν.

ΣΥΡΝΑ, πόλις Καρίας. Ἔκλισαν δὲ ὑπὸ Ποδα-

ut Hecatæ. Europa. Ab Archia Corinthio [condita] colonia ejus, quæ in Sicilia, & Naxo tempore æqualis. Ajunt verò Miscellum Crotonis, & Archiam hujus conditorem, cum oraculum consulerent, à Pythia interrogatos fuisse, utrum vellent, divitias, vel sanitatem, Miscellum quidem sanitatem, Archiam verò divitias habere velle dixisse. Atque Archiæ quidem concessisse Syracusas condere; Miscello verò Crotonem. Quamobrem accidisse, Crotoniatas sanam incoluisse civitatem, atque athletas esse. Syracusios verò adeò divites fuisse, ut proverbio dici soleat de divitibus & sumptuosis, *ne decima quidem Syracusanorum pars illis obvenit.* Gentile, Syracusius, fœm. Syracusia. Est & lacus, qui *Syraco* vocatur. Est & Syracoseus.

SYRBANE, insula in Euphrate, ut Quadratus Parthicor. 9. Gentile, Syrbanus.

SYRINTHUS, urbs Cretæ. Gentile, Syrinthius, ut Olynthius. Fœm. Syrinthia.

SYRMÆUM, campus inter Nomades, & Nabatæos. Gentile, Syrmæus.

SYRMATÆ, Sauromatæ, ut Eudoxus lib. 1. *Fluvium Tanaidis Syrmatas incolere.*

SYRNA, urbs Cariæ condita à Podalirio.

Florus lib. 2. c. 6. placitum huc posterioris conferre verba: *Sicilia mandata Marcello, nec diu restitit, tota enim insula in una urbe superata est, Grande illud & ante id tempus invictum caput Syracusæ, quamvis Archimedis ingenio defenderentur, aliquando cesserunt. Longe illi triplex murus, totidemque arces, portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethusæ, nisi quod hactenus profuere, ut pulchritudini victæ urbis parceretur.* Eam postea instauravisse Augustum Cæsarem memoriæ prodidit Strabo lib. 6. Fuit olim princeps totius Siciliæ urbs, maxima juxta ac potentissima, Tyrannorum sedes, nunc Episcoporum inter Catinam & Pachynum promontorium, etiamnum eundem servat situm & nomen aliquantulum deflexum, vulgo enim *Saragossa* dicitur. Ejus oppidani Latinis dicuntur Syracusani. Protulit quosdam viros literis claros, inter quos, Flavium Vopiscum celebrem historicum, Philemonem, Poëtam comicum, sed omnes famâ superavit Archimedes Geometra, & Mathematicus insignis, cujus sepulchrum Cicero inter vepres & dumeta Syracusanis ignoratum, cum ipse in Sicilia quæstor esset, inveniisse gloriatur Tusc. quæst. l. v. sed nescio cur tam admirabilem virum appellet *humilem homunculum.* Si plura de hac urbe scire desideras, consule Cluv. Sic. Antiquæ l. 1. c. 12. Goltzium in *Syracusæ.*

93 Κτίσμα Ἀρχίου Κορινθίου.] Syracusas conditas ab Archia Corinthio tradit, quod ex Thucydidis lib. VI. videtur desumpsisse. Sic enim ille: Συρακούσας δὲ ἔτεσιν ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα μάλιστα μετὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἔκισαν, Σικελῶν ἐξελάσαντες πρῶτον μὲν τὴν νῆσον, ἐν ᾗ νῦν ἔτι πρὸς τῷ ἐσβάλλοντι ἡ πόλις ἡ ἔνδοθέν ἐστιν· ὕστερον δὲ χρόνῳ καὶ ἔξω, προσεπιτειχισθείσης, πολυάνθρωπος ἐγένετο. i. e. *Syracusas verò insequenti anno Archias Heraclidarum* [unus] *Corintho* [profectus] *condidit, Siculis ex insula* [Ortygia] *prius expulsis, in qua nunc urbs interior, mari non amplius circumcirca alluitur. Postea autem & ea* [urbs] *quæ est extra* [Ortygiam] *muro* [alteri urbi] *adjuncta, populofrequens facta est.* Pars illa Syracusarum quæ *Naso* dicebatur, *Ortygia* dicitur Straboni lib. 6. quam intelligit Thucydides & interpres Latinus ad maiorem perspicuitatem ejus nomen expressit.

94 Ἄποικος τὸ ἐν Σικελίᾳ τῇ Ναξῷ ὁμόχρονος.] Colonia ejus quæ in Sicilia & Naxo tempore æqualis. Hæc cum sint contra historiæ veritatem, sic legenda putamus: *Ἄποικος Κορινθίων, τὸ ἐν Σικελίᾳ Ναξῷ ὁμόχρονον.* i. e. *Colonia Corinthiorum, Naxi Siciliæ tempore æqualis.* Syracusas enim fuisse Corinthiorum coloniam Archia Corinthio duce, claresci ex Thucydide, cujus verba nota proximè præcedenti appositimus, & ex Strabone patet conditas circa eadem tempora, quibus Naxus & Megara Siciliæ civitates. Ejus ex lib. VI. sunt verba: Τὰς δὲ Συρακούσας Ἀρχίας μὲν ἔκτισεν ἐκ Κορίνθου πλεύσας τῶν αὐτῶν χρόνων, εἰς ὁπόθ᾽ῆσαν, καὶ ἡ Νάξος, καὶ τὰ Μέγαρα. i. e. *Syracusas autem Archias quidem condidit ex Corintho navigans circa eadem tempora, quibus & Naxus & Megara.* Nihil certius nostra conjectura, si aliquid certum est inter nos præter mortem.

95 Φασὶ δὲ Μίσκελλον, &c.] Sunt verba desumpta ex Strabonis lib. VI. quorum hæc ultima: Τλὼ, σὺκ ἂν ἐκβαίη αὐτοῖς Συρακουσίων δεκάτη. Sic ex eodem legenda sunt: Ὡς σὺκ ἂν ἐκβαίη αὐτοῖς ἡ Συρακουσίων δεκάτη. i. e. *Quod eis non obveniat decima Syracusanorum.* Particula illa τλὼ expungenda & in ejus locum substituenda ὡς & pro δεκάτη legendum δεκάτη.

96 Καὶ λίμνη, ἥπις καλεῖται, &c.] Hujus paludis meminit Marcianus Heracleota in Περιηγήσει·

——— Ἀρχίας δ᾽ ὕστερος τούτων πολλῶν
Ὁ Κορίνθιος, μετὰ Δωριέων καθίκνισιν
Ἀπὸ τοῦ ὁμόρου λίμνης λαβόντας τὔνομα
Τὰς νῦν Συρακούσας παρ᾽ αὐτοῖς καλεμένας.
——— *Archias verò hos adsumens*
Corinthius, cum Dorienfibus condidit
A contermino lacu accipientes nomen
Nunc Syracusas ab ipsis vocatas.

97 Συρμάται.] Vide Σαυρομάται.

Qui

Ποδαλειρίε. Ἐκπεσόντα γὰρ αὐτὸν εἰς Καρίαν, σωθῆναι ὑπό τινος αἰγοβοσκοῦ, καὶ ἀχθῆναι πρὸς Δαμαιθὸν Καρίας βασιλέα, ᾧ τὴν θυγατέρα Σύρναν πεσοῦσαν ἀπὸ ὑψηλοῦ τέγους, ὑπ' αὐτοῦ θεραπευθῆναι. Φασὶ δ' ἔτως, ἀθυμοῦντος δὲ Δαμαιθοῦ, τὸν Ποδαλείριον ἀφ' ἑκατέρας τῶν βραχιόνων αἷμα ἀφελόντα, σῶσαι τὴν παῖδα· τὸν δὲ θαυμάσαντα, συνοικῆσαι αὐτῷ τὴν παῖδα, καὶ δῶναι τὴν χερρόνησον· Ἐν ᾗ δύο πόλεις κτίσαντα, τὴν μὲν ἀπὸ γυναικὸς Σύρνον, τὴν δὲ ἑτέραν ἀπὸ τοῦ σώσαντος νομέως. Τὸ ἐθνικὸν, Σύρνιον· Τὸ θηλυκὸν, Συρνιάς.

Qui, cum expulsus in Cariam per eam vagaretur, à caprario quodam servatus, atque ad Damæthum Cariæ regem adductus fuit, cujus filiam ex tecto delapsam curavit. Sic verò ajunt id fecisse, cum animum desponderet Damæthus, Podalirius ab utroque puellæ brachio sanguinem extraxit, quo puellam sanitati restituit. Damæthus verò eum admiratus, ei filiam in uxorem dedit, atque in possessionem Chersonesum. In qua duas condens civitates, unam ab uxore *Syrnum*, alteram à pastore, qui eum servaverat incolumem, vocavit. Gentile, Syrnium. Fœm. Syrnias.

ΣΥΡΟΙ[98], κοινὸν ὄνομα πολλῶν ἐθνῶν. Λέγονται καὶ Λευκόσυροι· Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ. [99] Δοκεῖ δὲ ἀπὸ Βαβυλωνίας τῶν Σύρων τὸ ὄνομα διατείνειν μέχρι τοῦ Ἰωνικοῦ κόλπου. Ἀπὸ δὲ τούτου, μέχρι τοῦ Εὐξείνου κόλπου· Οἱ γὲν Καππάδοκες ἀμφότεροι, οἵ τε πρὸς τῷ Ταύρῳ, οἵ τε πρὸς τῷ πόντῳ, μέχρι νυῦ Λευκόσυροι καλοῦνται. Τὸ κτητικὸν, Συρικός.

SYRI, nomen multarum gentium commune. Dicuntur quoque Leucosyri. Strab. lib. 16. *Videtur verò a Babylonia, usque ad Issicum sinum Syrorum nomen pertingere. Ab hoc verò usque ad sinum Euxinum. Utrique igitur Cappadoces, & qui prope Taurum, & qui prope Pontum usque nunc Leucosyri vocantur.* Possessiv. Syricus.

ΣΥΡΟΣ[1], νῆσος Ἰωνικὴ, ὡς Στράβων δυοκαιδεκάτῃ. Τὸ υ μακρόν. Τὸ ἐθνικὸν, Σύριος· νῆσος Ἀκαρνανίας.

SYROS, insula Ionica, ut Strabo lib. 12. Τὸ υ est longum. Gentile, Syrius. [Est &] insula Acarnaniæ.

ΣΥΡΕΝΤΙΟΝ[2], πόλις Τυρρηνίας, καὶ Συρκεντόν. Τὸ ἐθνικὸν, Συρέντιος.

SYRENTIUM, urbs Tyrrheniæ, & Syrcentum. Gent. Syrentius.

ΣΥΩ-

SYO-

98 Σύροι, κοινὸν ὄνομα πολλῶν ἐθνῶν.] Syri, commune nomen multarum gentium. Quorum regio Syria dicebatur, hodie Italis *Soria*, Gallis *La Sourie*, Turcis *Suristan*, ac si diceres Syriæ-terram, Hebraice ארם *Aram* indigenæ ארמים *Aramim*, unde etiam Græci quondam eos indigetabant Aramæos, auctore Strabone lib. 17. Jure meritoque inquit auctor noster fuisse multarum gentium nomen. Plurimas enim provincias comprehendebat, inter quas, Assyriam, Comagenam, Adiabenen, Mesopotamiam, Phœniciam, Palæstinam, Judæam & alias. Quapropter Plinio lib. 5. c. 12. dicitur, *Quondam terrarum maxima, & pluribus distincta nominibus.* Variè ejus situs describitur à Geographis pro numero regionum, quas illi assignabant. Veteres in tres Syrias eam dividebant, Phœnicen, Palæstinen, & Cœlen, auctore Anonymo, quem Gothofredus vulgavit, cap. XVII. Antiquitus regionis caput fuit Damascus, postea Antiochia, nunc Europæorum commercio celeberrima urbs est, quæ dicitur *Tripolis*. Ejus incolæ tam apud Romanos, quam apud Græcos habiti sunt imbelles & viles adeo ut servos Syrorum nomine vocaverint. De quibus consulesis Strabonem lib. 12. Mel. lib. 1. c. 11. Tzetzem Hist. Chiliad. Num. CCCCLII. Eustath. ad Periegetæ v. 772. & nostrum Aldretum Hispanum Variarum Antiquit. Hisp. & Afric. lib. 1. c. 33. M. T. C. de Natura Deorum lib. 3. auctor est, Syros piscem venerari. Hinc Ovid. Fast. lib. 2. v. 473. inquit:

Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Nec violant timidi piscibus ora Syri.

De quibus consulendus Seldenus de Dîs Syris Syntag. 2. c. 3.

99 Δοκεῖ, &c.] Sunt verba ex Strabonis lib. 12. quæ pauxillulum diversa apud eum leguntur, nimirum: Δοκεῖ δὲ τὸ τῶν Σύρων ὄνομα διατείνειν ἀπὸ μὲν τοῦ Βαβυλωνίας μέχρι, &c. i. e. *Videtur autem Syrorum nomen pertingere à Babylonia quidem usque ad, &c.*

1 Σύρος, νῆσος Ἰωνικὴ ὡς, &c.] Syrus, insula Ionica, &c. Duas hujus nominis insulas memorat auctor noster, Ioniæ alteram, alteram Acarnaniæ, posterioris nemo omnium, quod sciam, prioris meminit Strabo lib. decimo, non duodecimo, ut ait noster, ejus sunt verba: Σῦρος δέ ἐστι, μνημόνευσι τοῦ πρώτου συλλαβοῦ, ἐξ ἧς Φερεκύδης ὁ Βάβιος ὦν· νεώτερος δέ ἐστιν ὁ Ἀθηναῖος ἐκείνου, τούτου δοκεῖ μνημονεύειν ὁ ποιητὴς Συρίης κλιτύος. i. e. *Syrus verò est, producunt primam syllabam, ex qua Pherecydes Babis filius erat. Junior autem est Athenienses illo, hujus* [insulæ] *videtur meminisse Poeta* [Il. O. v. 402.] *Syrien vocans.* Oscitanter vertit Xylander illa Strabonis, *Sequitur Syrus, priore syllaba producta: patria Pherecydis Athenienses.* Casaubonus, qui illius versionem recensuit, in his etiam dormitavit, & in aliis plurimis locis. Strabo enim duos celebrat Pherecydes, Syrium alterum, alterum Athenienses, utrosque commemorat Diog. Laërtius, & Suidas suo loco; fuit autem Pherecydes Syrius Pythagoræ præceptor, qui primus de animarum transmigratione, disseruisse dicitur, à quo Pythagoras acceptam in maximam nostri orbis partem eam disseminavit, & adhuc hodie apud nonnullas gentes viget, quam opinionem evertit Lucretius de Rerum Natura lib. 3.

2 Συρέντιον, πόλις Τυρρηνίας, καὶ, &c.] Syrentium, urbs *Tyrrheniæ*, i. e. *Etruriæ*, quæ Syrrentum Latinis, quare apud Stephanum pro Συρκεντὸν legendum Συρρεντὸν. Sedet in Italiæ regione, quæ *Campania* dicitur, inter Neapolim & promontorium Minervæ & est urbs Archiepiscopalis, adhuc hodie corrupti nominis vestigia servat, Italis enim nominatur *Sorrento*. Ejus vinum olim commendabatur, quod convalescentibus maxime probaretur. Plin. lib. 14. c. 6. *Item Surrentina in vineis tantum nascentia, convalescentibus maxime probata, propter tenuitatem, salubritatemque. Tiberius Cæsar dicebat consensisse medicos, ut nobilitatem Surrentino darent, alioquin esse generosum acetum, C. Cæsar qui successit illi, nobilem vappam.* Unde Ovid. Met. lib. 15. canit:

Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ
Et Surrentino generosos palmite colles.

Hos colles nunc vulgo vocant *La montagna di Sorrento*, in quibus vites celebrat Plin. libro prædicto cap. 2. & vasa fictilia Surrentina lib. 35. c. 12. ad quæ alludit Martialis lib. 14. Epigram. 102.

Accipe non vili calices de pulvere natos
Sed Surrentinæ leve toreuma rotæ.

3 Σφακία-

ΣΥΩ΄ΠΙΟΙ, ἔθν☉ πρ☉σεχὲς τοῖς Λι- A
βυρνοῖς, ὡς Ἑκαταῖ☉ Εὐρώπῃ.

SYOPII, populi Liburnis vicini, ut Hecatæ. Europa.

ΣΦΑΚΤΗΡΙ΄Α[3], ἀδέλφρως. Ἔστι δὲ μέρος Ἠλείων, τὸ πρὸς Μεσσήνην χώρας. Κέκληται δ' ὅτως, ὡς φησιν Ἐχεφυλίδης, B διὰ τὸ ἐν αὐτῇ σφαγιάζ☉ντας τὰς Ἡρακλείδας, πρὸς Ὄξυλον ποιήσασθαι σπονδὰς ἐπὶ φιλίας καὶ ὁμονοίας. Ἔστι καὶ νῆσ☉ Σφακτηρία, [4] ἧς μνημονεύει Παυσανίας ἐν τρίτῳ περιηγήσεως Ἑλλάδ☉ς. Ἐκαλεῖτο καὶ Σφαγία, C ὡς Φαβωρῖν☉ς. Ἔστι καὶ Σφαγίτης ἄκρα Σκυθίας. Τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ τ῀ ἀναλογίας Σφακτηριεύς, καὶ Σφακτηριώτης· Καὶ ἐκ Σφαγίας Σφαγιεὺς, ὡς ἐκ Τ῀ρίας Τ῀ριεύς.

SPHACTERIA, neut. gen. Est verò confinium Eleorum ad Messeniam. Sic vocata, ut inquit Echephylides, quod illic Heraclidæ mactatis hostiis amicitiæ, & concordiæ pacta cum Oxylo fecerint. Est etiam insula Sphacteria cujus meminit Pausanias lib. 3. Græciæ Periegeseos. Vocabatur etiam *Sphagia*, ut Phavorinus. Est etiam Sphagites promontorium Scythiæ. Gentile, ab analogia Sphacterieus, & Sphacteriotes. Et ab Sphagia, Sphagieus, ut ab Hyria, Hyrieus.

ΣΦΕΝΔΑ΄ΛΗ[5], δῆμ☉ Ἱπποθοωνλί- D
δ☉ φυλῆς. Ὁ δήμότης, Σφενδαλεύς. Τὰ τοπικὰ, Σφενδαληθεν, Σφενδαλιώδε, Σφενδαλῆσι.

SPHENDALE, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Sphendaleus. Localia, ex-Sphendale, ad-Sphendalen, in Sphendalis.

ΣΦΗ΄ΚΕΙΑ[6], πόλις Εὐβοίας. [7] Λυκόφρων, Οἱ πέντε πρ☉ Σφήκειαν εἰς Κεραστίδα. E Οὕτω δὲ καὶ ἡ Κύπρ☉ ἐκαλεῖτο. Τὸ ἐθνικὸν, Σφῆκες, Σφήκειαν δὲ, Κεράστειαν, τὴν Κύπρον.

SPHECEA, urbs Eubœæ. Lycoph. *Quinque circiter Spheceam in Cerastida.* Sic etiam Cyprus vocabatur. Gentile, Spheces. Spheceam verò [&] Cerasteam, *Cyprum* [vocabant.]

ΣΦΗΤΤΟ΄Σ[8], δῆμ☉ Ἀκαμαντίδ☉ φυλῆς. Ὁ δημότης, Σφήττι☉. Τὰ τοπικὰ, F Σφηττόθεν, Σφηττόνδε, Σφηττοῖ. Ὁ δῆμ☉ καλεῖτ☉ ἀπὸ Σφήττ☉, ἐκ Τροιζῆν☉ς παιδός.

SPHETTUS, populus Acamantidis tribus. Popularis, Sphettius. Localia, ex-Sphetto, ad-Sphettum, in-Sphetto. Populus quoque vocatur, ab Sphetto Trœzenis filio.

ΣΧΕΡΙ΄Α[9], ἡ Φαιακία. Κέκληται, ὡς Ἀριστο-

SCHERIA, Phæacia, sic vocata, ut Aristot.

3 Σφακτηρία, ἀδέλφρως, &c.] Sphacteria, neut. gen. inquit esse confinium Eleorum & Messeniæ, ac deinde celebratur insula Sphacteria ac si fuisset diversa; Sed cum ex Strabone appareat, Sphacteriam insulam fuisse ante Pylum Messeniacum, ideò non puto fuisse diversa loca. Illius ex lib. 8. sunt verba: Καὶ ἡ πρ☉κειμένη πλησίον ἐκ Πύλ☉υ Σφαγία νῆσ☉· ἡ δ' αὐτὴ καὶ Σφακτηρία λεγομένη. i. e. *Et ante-jacens prope Pylum Sphagia insula. Ipsa etiam* Sphacteria *dicta.*

4 Ἧς μνημονεύει Παυσανίας ἐν τρίτῳ, &c.] Cujus meminit Pausan. lib. 3. Periegesis Græciæ. Pausanias non meminit Sphacteriæ insulæ lib. 3 sed lib. 4. in libri fine. Ejus sunt verba: Ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν Σφακτηρίαν τὸ αὐτύχημα τὸ Λακεδαιμονίων, γνώριμον τοῖς πᾶσιν ἐποίησεν. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Νίκης ἀνέθηκαν ἄγαλμα ἐν ἀκροπόλ☉ χαλκοῦν ἐς μνήμην τ῀ ἐν τῇ Σφακτηρίᾳ. i. e. *Eodem modo Lacedæmoniorum ad Sphacteriam clades, celebrem omnibus fecit. Athenienses etiam æneum Victoriæ signum in arce dedicarunt in memoriam ad Sphacteriam gestorum.* Hanc victoriam de Lacedæmoniis reportasse Athenienses duce Demosthene, tradit idem auctor lib. 1. Τὸ δὲ Ἀθηναίων καὶ Δημοσθένους ἔργον πρὸς τῇ νήσῳ Σφακτηρίᾳ, κλοπὴν εἶναι πολέμ☉υ, καὶ ἀ νικᾶν. i. e. *Athenienses autem & Demosthenis factum ad Sphacteriam insulam, belli furtum esse, non victoriam.* Hac de re exstat oratio Demosthenis apud Thucydidem lib. 4. ubi hanc insulam & pugnam inter Lacedæmonios & Athenienses depingit.

5 Σφενδάλη, &c.] Sphendale, populus Hippothoontidis tribus, cujus popularis Sphendaleus. Perperam scribitur apud Hesychium Σφενδάλης pro Σφενδαλεῖς, quos commemorat Herodotus, lib. 9. c. 15.

6 Σφήκεια, πόλις Εὐβοίας.] Sphecia, urbs Eubœæ. Toto cœlo aberrat auctor noster. Sphecia enim non fuit urbs Eubœæ, nec id evincitur è versiculo illo Lycophronis, quem affert in suæ sententiæ confirmationem: Illa Lycophronis de Cypro intelligenda sunt, quia Cyprus nominata est *Spheeia* & *Cerastis*, ut noster quoque tradit in Κύπρ☉ς; *Sphecia* à viris, qui dicebantur Spheces; *Cerastis*, seu *Cerastia*, quod haberet multas eminentias, quas κέρατα, i. e. *cornua* vocabant, ut ex Xenagora de insulis ad Lycophronis versum citatum refert Tzetzes, qui de Cypro quoque intelligit illa Lycophronis; ergo Sphecia non fuit urbs Eubœæ, sed Cyprus ipsa sic nominata.

7 Λυκόφρων.] Versiculus ille Lycophronis sic legitur apud eum:

Οἱ πέντε δ' Σφήκειαν εἰς Κεράστειαν
Quinque verò Spheciam in Cerastiam.

Quinque viri illi, quos in *Speciam Cerastiam*, i. e. in *Cyprum* venisse dicit Lycophro, fuere Teucrus, Agapenor, Acamas, Cephus, Praxandrus, auctore ejusdem Scholiasta ad eundem versum.

8 Σφηττός, &c.] Sphettus, populus Acamantidis tribus. Ejus incolæ dicebantur Sphetti: fuisse ingenio acuto conjectare licet, quoniam Aristophanes in Pluto vocat acetum Sphettium, ut explicat Didymus apud Athenæum lib. 11. Ab hoc populo nominata est Athenis quædam *via Sphettia*, quod in eum ferebat. Nomen sortitus est ab Sphetto Trœzenis filio, quod hausit noster ex Pausaniæ Corinthiacis, de quibus consulendus Joan. Meurs. de populis Atticæ.

9 Σχερία, ἡ Φαιακία.] Scheria, Phæacia. Fuit insula maris Ionii, quæ Phæacia, seu Phæacis quoque nuncupata est, in qua Alcinoum regnasse fabulabantur; etymologiam nominis affert noster ex Aristotele, qui longè majorem in rebus physicis auctoritatem, quam in etymis meretur. Nec etiam arridet etymologia Bocharti, qui nimium in erruendis etymis luxuriat, vera hujus nominis etymologia nos latet, et alia quam plurima; notiore nomine dicebatur *Cercyra*; Dionys. v. 494:

Ἀ ριστοτέλης φησὶν, ἀπὸ δὲ τὴν Δήμητρα φοβηθῆναι, μὴ οἱ ἐκ τῆ Ἠπείρε ἀπιχεόμενοι ποταμοὶ ἤπειρον αὐτὴν ποιήσωσι, δεηθῆναι τοῦ Ποσειδῶνος, ἀποστρέψαι τὰ τῶν ποταμῶν ῥεύματα. Ἐπιχειρήσαντος δὲ τούτου, αὐτὴ Δρεπάνης Σχερίαν αὐτὴν κληθῆναι. Τὸ ἐθνικὸν, Σχερ- B ιεύς. Οἱ ἐνοικοῦντες, Σχέριοι, ἢ τοι Φαίακες.

ΣΧΙΝΟΥΣΣΑ [10], ὡς Ῥόδουσα, Φωκικὴ νῆσος. Τὸ ἐθνικὸν, Σχινούσιος, καὶ Σχινουσαῖος. C

ΣΧΟΙΝΟΥΣ [11], Ἀρκαδίας χωρίον, ἀπὸ Σχοινέως τοῦ Ἀταλάντης πατρός. Ἑλώδης ὢν ὁ τόπος, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῷ Σχοίνων τὴν προσηγορίαν εἰληφεν· Ὥσπερ καὶ τῶν δήμων, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων, Ῥαμνοῦς, Φηγοῦς, Μυρ- D ρινοῦς, Μαραθοῦς. Ὁ τὸ χωρίον οἰκῶν, Σχοινούντιος, ὡς Σελινούντιος. [12] Καὶ Σχοινεὺς ποταμὸς, ἀπὸ Σχοινέως τοῦ Ἀθάμαντος. Τρύφων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων οὕτω φησί· Τὰ εἰς ους λήγοντα παρώνυμα, ὀφείλει τῇ γενικῇ τοῦ E πρωτοτύπου μιᾷ πλεονάζειν. Ὁ ἐν Φωκαεῦς, ἀπὸ τοῦ Φωκὸν γέγονε, ἀπὸ μιᾶς τινὸς Φώκειαν. Καὶ ὁ ἀπὸ Καλλιμάχου Ἐλλοπεὺς, ἀπὸ τινὸς Ἐλλόπειαν, ἀπὸ τοῦ Ἔλλοπα. Ὁ ὑπὸ ἀπορρέοντα τὸν Σχοῖνον ποταμὸς, Σχοινιεὺς F καλεῖται, [13] ἢ τοι ἀπὸ τοὺς σχοινίους, ἢ ἀπὸ τοῦ Σχοινέα τοῦ Ἀταλάντης πατέρα. Ὁ πολίτης μία τοι Σχοινιεύς· Ὁ χὰρ ποταμὸς, καὶ ὁ οἰκιστὴς, Σχοινιεὺς, ὡς Ταρσὸς Ταρσεύς. Ἐκ τόπε, Σχοινόθεν. G

Ση'-

Aristot. inquit ἀπὸ δὲ, &c. i. e. *quod Ceres metuens*, ne fluvii ex continente influentes eam continentem facerent, Neptunum rogasset, ut fluviorum averteret cursus. Quibus repressis, pro Drepana, *Scheriam* vocatam fuisse dicunt. Gentile, Scherieus, incolæ, Scherii, vel Phæaces.

SCHINUSSA, ut Rhodussa, Phocica insula. Gentile, Schinussius, & Schinussæus.

SCHOENUS, Arcadiæ regio, ab Schœneo Atalantæ patre. Palustris enim cum esset locus, à *juncis*, qui inibi nascebantur denominationem sumpsit. Quemadmodum & populi ab eis, quæ inibi nascuntur nomina accipiunt, ut Rhamnus, Phegus, Myrrhinus, Marathus. Qui regionem incolit, Schœnuntius, ut Selinuntius. Et Schœneus fluvius, ab Schœneo Athamantis filio. Trypho in de derivatis sic inquit: *Derivativa, quæ in* eus *desinunt, numquam genitivum primitivi una syllaba excedunt. Phocaeus igitur, non à Phoco fit, sed à Phocea. Eodem modo Ellopieus apud Callimachum, ab Ellopea, non ab Ellope.* Fluvius verò, qui χοῖνον *schœnum*, i.e. *juncum*, præterfluit, *Schœnieus* vocatur, vel ἀπὸ τοῦ, &c. h.e. à *juncis*, vel ab Schœneo Atalantis patre. Civis, Schœnieus. Fluvius enim, & conditor, Schœnieus, ut à Tarso, Tarseus. Ex loco, ex-Schœnunte.

SO-

Νῆσοί κεν Φαίηνδε περαιόθεν Ἀμφιρακιήων
Καὶ λιπαρὴ Κέρκυρα, φίλον πέδον Ἀλκινόοιο.

Insulæ apparent ex-ulteriore-loco Ambraciotarum
Et pinguis Cercyra, charum solum Alcinoi.

Ubi Eustat. Δύο ἦ Κέρκυραι, ἥτε Φαιακὶς πρὸς τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, περὶ ἧς καὶ τοῦ Διονυσίου νυνὶ ὁ λόγος, ἥ καὶ Φαιακία καλεμένη, καὶ Σχερία, καὶ Δρέπανον, καὶ Ἄργος, καὶ αὖτη μία, ἑτέρα ἦ Κέρκυρα ἐντὸς τοῦ Ἰονίε, ἀφ᾽ ἧς τὸ ὁμάλιστα λεγομένη Κόρκυρα, ἡ καὶ Μελαινα καλεμένη, δύο ἦ λιμένας ἡ Φαιακὶς ἔχει, ὧν θάτερος Ἀλκινόε λέγεται. i.e. *Duæ verò sunt Cercyræ, & quæ Phæacis ad Ionium sinum, de qua nunc & Dionysio sermo,* Phæacia *etiam vocata, &* Scheria, *&* Drepanum, *&* Argos, *& hæc quidem una; altera autem intra Ionium per o maximè dicta* Corcyra, *&* Melæna [*i.e.* Nigra] *vocata, duos verò portus Phæacis habet, quorum alter* Alcinoi *dicitur.* Memoratur Lucano lib. 2.

Hinc late patet omne fretum, seu vela ferantur
In portus Corcyra tuos, seu læva petatur
Illyris.

Servius quoque ad Æneid. lib. 3. v. 291. de ea inquit Poëtam loquutum, cum canit:

Certatim socii feriunt mare, & æquora verrunt
Protinus aërias Phæacum abscondimus arces
Litoraque Epiri legimus.

De qua sic Plin. lib. 4. c. 12. *Insulæ autem ex adverso Thesprotiæ Corcyra à Buthroto duodecim mill. pass. eadem ab Acroceraunii quinquaginta mill. cum urbe ejusdem nominis Corcyra liberæ conditionis, & oppido Cassiope, temploque Cassii Iovis pass. nonaginta septem mill. in longitudinem patens: Homero dicta Scheria & Phæacia, Callimacho etiam Drepane.* Poetarum pater diversis locis eam celebrat, sed præcipue Odyss. 6. statim in principio.

10 Σχίνουσα, &c.] Schinussa, ut Rhodussa, Phocica insula. Memoratur Hesychio in Σχινοῦσα, apud quem uno scribitur, & accentu circumflexo: Νῆσός ἐστι Σχινοῦσα Φωκίδος, i.e. *insula est Schinussa Phocidis.* Ejus quoque meminit Plin. lib. 4. c. 12. inter Sporadas insulas, ac *Cimolum* prius dictam fuisse tradit.

11 Σχοινοῦς, Ἀρκαδίας χωρίον.] Schœnus, untis, Arcadiæ regio seu oppidum. Portus dicitur Straboni lib. 8. Εἶτα Κεγχρεαὶ τὸ τῶν Κορινθίων ἐπὶ τὰ πρὸς ἕω μέρη ναύσταθμον. Εἶτα λιμὴν Σχοινοῦς, πλοῦσιος πόλις καὶ πεντακοντόσταδίος. i.e. *Deinde Cenchreæ, Corinthiorum versus auroram navale. Deinde portus Schœnus naviganti* XLV. *stadia* [occurrit.]

12 Καὶ Σχοινεὺς ποταμός.] Et Schœneus amnis. Ab Strabone *Schœnus* vocatur amnis, qui per Schœnum Thebaicæ regionem decurrebat: Σχοῖνος δ᾽ ἐστὶ χώρα τῆς Θηβαικῆς καὶ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Ἀνθηδόνα, διέχουσα Θηβῶν ὅσον πεντήκοντα σταδίους· ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς διὰ αὐτῆς Σχοινεύς. i.e. *Schœnus est regio Thebaïcæ in via quæ Anthedonem ducit, distans à Thebis circiter* L. *stadia. Fluit per eam amnis Schœnus.*

13 Ἢ τοι ἀπὸ τοὺς σχοινίους, ἢ ἀπὸ τοῦ Σχοινέα, &c.] Agit nunc de etymologia Schœnuntis, in qua sibi non constat, quia eam deducit, vel ἀπὸ τοὺς, &c, i. e. *à juncis*, quare pro σχοινίους legendum σχοίνους, vel ab Schœneo Atalante patre, qui *Jasius* quoque dictus est, unde *Atalanta* à Poëtis & *Jasis* & *Schœneis* vocitatur, Propertius Elegiarum lib. 1. Eleg. 1.

Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
Sævitiam duræ pertulit Iasidos.

Ovid. in Epistolis:

Et tulit Hippomenes Schœneïda, præmia cursus.

14 Σω-

Σώβαλα, πόλις Καρίας, ἀδελέρως. Τὸ ἐθνικὸν, Σωβαλεύς. A

SOBALA, urbs Cariæ, neut. gen. Gentile, Sobaleus.

Σώζουσαι, πόλεις τρεῖς, Φοινίκης, Πισιδίας, Αἰθιοπίας.

SOZUSÆ, urbes tres, Phœniciæ, Pisidiæ, Æthiopiæ.

Σώλιμνα, πόλις Ἰνδίας, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν ἑνδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Σωλιμναῖος. B

SOLIMNA, urbs Indiæ, ut Herodianus lib. undecimo. Gentile, Solimnæus.

Σώσανδρα, νῆσος πρὸς Κρήτην. Ἐκλήθη δ', ἐπειδή ποτε τῶν Λυκίων νύκτωρ ἐπελθόντων τῇ πόλει, διασῶσαι λέγεται τοὺς εἰς ἑαυτὴν. Οἱ νησιῶται, Σωσανδρῖος.

SOSANDRA, insula circa Cretam. Sic dicta, quòd cum Lyctii aliquando noctu civitatem invaderent, servasse incolumes dicatur eos, qui ad eam confugerant. Insularis, Sosandrius.

Σωφηνὴ 14, χώρα τῶν πρὸς Ἀρμενίαν, ὡς Στράβων ἑνδεκάτῃ. Παρὰ δὲ Ἀρριανῷ, Σωφανίνη τετρασυλλάβως. Οἱ κατοικοῦντες, Σωφηνοί. Φησὶ γὰρ Στράβων ἐν τῇ εἰρημένῃ, 15 Σωφηνοὺς Ἀρσάκης ἔχων τὰ νότια μέρη. Ἀνίκειται δὲ ταύτῃ ἡ Κομμαγηνὴ, ὅμορος δὲ τῇ Μελιτηνῇ. C D

SOPHENE, regio prope Armeniam, ut Strabo lib. undecimo. Apud Arrhianum Sophanine quadrisyllabice invenitur. Incolæ, Sopheni. Strabo enim in dicto [lib. inquit:] *Sophenus Arsaces habens australes partes.* Cui exadverso sita est Commagena, contermina Melitenæ.

Σώτειρα 16, πόλις Ἀριλωῶν, Ἀντιόχου κτίσμα τοῦ Σελεύκου. Τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ τῆς χώρας, Σωτειρηνός.

SOTIRA, urbs Arienorum ab Antiocho Seleuci condita. Gentile, propter regionem, Sotirenus.

14 Σωφηνὴ, χώρα τῶν πρὸς Ἀρμενίαν.] Sophene, regio juxta Armeniam. De qua operæ pretium est audire Strabonem, qui ejus situm describit, & *Carcathiocerta* ejus regiam celebrat libro undecimo hisce verbis: Ἐκ δὲ τῶν προσαρκτίων μερῶν ἡ Σωφηνὴ κεῖται· μεταξὺ δέ πη Μασίου, καὶ Ἀντιταύρου· Οὗτος δὲ ἀπὸ Εὐφράτου, καὶ δὴ Ταύρου τοῦ ὀρεινοῦ λαβὼν, τελευτᾷ πρὸς τὰ ἑῷα τῆς Ἀρμενίας, ἀπολαμβάνων μέσην τὴν Σωφηνὴν, οὐ βαθέως· ὁ μέρος ἔχων τῶν Ἀκιλισηνῶν, μεταξὺ ἱδρυμένην δὲ Ταύρου τε, καὶ δὴ Εὐφράτου Μεσοποταμίας, στρέψας ἡ κάμπλειν αὐτὸν ἐπὶ νότον. Βασίλειον δὲ τῆς Σωφηνῆς Καρκαθόκερτα. id est. *Versus septentrionales partes Sophene sita est. Masium inter & Antitaurum. Hic autem ab Euphrate & Tauro initium sumens, in partes orientales Armeniæ desinit, mediam secans Sophenem, ex altera parte habens Acilisenen, sitam inter Taurum & Euphratem Mesopotamiam, priusquam ad ejus meridiem se convertat. Regia verò Sophenes Carcathiocerta.* Memoratur inter alios Lucano lib. 2.

Cappadoces mea signa timent, & dedita sacris
Incerti Judæa Dei, mollisque Sophene.

In hac regione Tigris fluvius ab Armeniæ montibus delapsus, cum sub terras mergeretur, post XXV. M. p. grande jam flumen emergebat, auctore Trogo Pompeio lib. 42. c. 3.

15 Σωφηνοὺς Ἀρσάκης, &c.] Sunt mutila Strabonis verba ex libro undecimo, quæ apud eum integra sic leguntur: Τῶν δὲ Ζαριάδρου ὁ Σωφηνὸς Ἀρτάνης ἔχων τὰ νότια μέρη, καὶ τούτων τὰ πρὸς δύσιν μᾶλλον· καὶ ἐλθὼν δ' ἐπὶ τοῦτο τοῦ Τιγράνου, καὶ πάντων κρείττων γενόμενος ἐκείνου. i. e. *A Zariadre natus est Sophenus Artanes tenens australes partes & de his, quæ versus occasum magis spectabant; quo oppresso Tigranes omnia in suam redegit potestatem.* Subdubito an apud Strabonem pro Ἀρτάνης substituendum sit ex nostro auctore Ἀρσάκης, quod nomen inter has gentes frequentius occurrit.

16 Σώτειρα, πόλις, &c.] Sotira, urbs Arienorum, ab Antiocho Seleuci filio condita. Memoratur Ptolemæo libro VI. c. XVII. inter Ariæ civitates & vicos.

T. T.

Τάβαι 1, πόλις Λυδίας περὶ ὧν ὁ χρησμός φησι πρὸς Πισίδας.

Ἄσυ Τάβων ἐρικυδὲς ἐλεύθερον οἰκίζεσθε.

Καὶ Ἀπολλωνίῳ ἐνάτῳ, Ἐδεήθησαν ὅπως αὐτοὺς εἰς Τάβας καταγάγωσι. Βαρύνεται δὲ, 2 ὡς Σάβαι, κύριον, καὶ ἰαμβικόν. Ἐκλή-

TABÆ, urbs Lydiæ, de quibus oraculum ad Pisidas inquit.

Urbem Tabarum glorioſam, liberam ædificari.

Et Apollonius lib. 9. *Rogaverunt, ut eos in Tabas deducerent.* Gravi verò accentu notatur, ut Sabæ, nomen proprium, & jambicum. Sic vo-

1 Τάβαι, πόλις Λυδίας.] Tabæ, arum, urbs Lydiæ. Memorantur Livio in finibus Pisidarum lib. 38. c. 13. *Inde ad Gordiuticho quos vocant, processum est, ex eo loco ad Tabas tertiis castris perventum. In finibus Pisidarum posita est urbs, in ea parte, quæ vergit ad Pamphylium mare.* Puto esse easdem, quæ *Tabeæ* dicuntur Straboni lib. 12.

2 Ὡς Σάβαι, κύριον, καὶ ἰαμβικόν.] In his verbis pro ἰαμβικὸν puto legendum ἐθνικόν. Sabæ enim est nomen proprium dictum de Bacchis Bacchi sacrificulis, quæ *Bacchæ, Mænades, Bassaridæ, Thyades* & *Sabæ*, ut innuit noster, dicebantur; dictum verò de gente est gentile Sabarum, gentis, seu Arabiæ, seu Persidis seu Thraciæ, ut videre est ex Eustathio ad Periegetæ v. 1069.

Ἐκλήθη ἢ ἀπὸ Τάβε. Οἱ δὲ Τάβον, ἥρως. Οἱ δέ φασι, τὴν Κιβύραν καὶ Μαρσύαν ἀδελφὰς, τὴν μὲν κλίσαι Κιβύραν πόλιν, τὸν δὲ Τάβαν. Καὶ καλέσαι ἀπὸ τοῦ ὀνόματος οἰκεῖως· Τάβαν γὰρ, τὴν πέτραν Ἕλληνες ἑρμηνεύουσιν. Ἔνιοι ἀπὸ Ταβηνοῦ Ἀργείου. Ὁ πολίτης, Ταβηνός. [3] Ἡσίοδος,

— Παρ' ἱπποδάμοισι Γερηνοῖς.

Ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Καρίας Τάβαι. [4] Καὶ τρίτη τῆς Περσίας, [5] ἣν Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Συρίας ἑρμηνεύει ἀγαθήν.

ΤΑΒΗΝΟΙ[6], ἔθνος, κατὰ τὴν ἔρημον Καρμανίας οἰκοῦντες.

ΤΑΒΙΟΙ[7], πόλις Ἰταλίας, ἐν ᾗ οἱ περὶ Ῥέμον ἐπαιδεύθησαν. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως Τάβιοι, διὰ τὴν πρόληψιν δὲ ἐν τῷ προλύπῳ ἐθνικὸν χαρακτῆρος.

ΤΑΒΙΣ, πόλις Ἀραβίας· Ἑκαταῖος περιηγήσει Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Ταβηνός.

ΤΑΒΑΘΡΑ[8], πόλις Λιβύης· Πολ * δυοκαιδεκάτῳ. [9] Τὸ ἐθνικὸν Ταβαδρηνὸς, διὰ τὴν χώραν.

ΤΑΪΝΝΟΙ[10], ἔθνος ἀπὸ τῶν Σαρακηνῶν πρὸς μεσημβρίαν, ὡς Οὐλπιανὸς ἐν Ἀραβικοῖς, καὶ Οὐρανίος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ.

ΤΑΪΝΑΡΟΣ[11], πόλις ἀπὸ Ταινάρου τοῦ Γερα-

vocata fuit à Tabo. Tabus verò fuit quidam heros. Alii verò dicunt Cibyram, & Marsyam fratres fuisse, ac illum Cibyram urbem, hunc verò Tabas condidisse. Nomine impositio, quod supra petras ædificatæ essent. *Tabam* enim *petram* Græci interpretantur. Alii à Tabeno Argivo. Civis, Tabenus. Hesiodus,

— *Apud Gerenos equorum domitores.*

Est & alia urbs Cariæ Tabæ. Et tertia, Perææ, quam Alexander in de Syria interpretatur bonam.

TABENI, populi juxta Carmaniæ desertum habitantes.

TABII, urbs Italiæ, in qua Remus institutus litteris fuit. Gentile, similiter Tabii, propter anticipationem gentilitii characteris in prototypo.

TABIS, urbs Arabiæ. Hecatæ. Ægypti Periegesi. Civis, Tabenus.

TABATHRA, urbs Libyæ. Polybius lib. 12. Gentile, Tabadrenus, propter regionis usum.

TAINNI, populi ab Saracenis ad meridiem, ut Ulpianus in Arabicis, & Uranius in 2. Arabicorum.

TÆNARUS, urbs sic dicta à Tænaro Gerænæ-

3 Ἡσίοδος.] In illo Hesiodi hemistichio pro Γερηνοῖς legendum Ταβηνοῖς. De his enim est sermo, ut ostendit τὸ Ταβηνὸς præcedens.

4 Καὶ τρίτη τῆς Περσίας.] His mendam subesse suspicor, ideo pro τῆς Περσίας, legendum censeo τῆς Παραιτακηνῆς, quoniam Tabæ oppidum de quo agitur, erat in regione Persidis Parætacene, Quint. Curtius lib. 5. c. 13. *Tabas* [lege Tabæ] *oppidum est in Parætacene ultima: ibi transfugæ nunciant, præcipitem fuga Bactra petere Darium.* Memoratur etiam in Excerptis ex libro XXXI. Polybii: Ἀναχωρῶν ἐν Τάβαις τῆς Περσίδος ἐξέλιπε τὸν βίον. i. e. *Regressus reliquit vitam* [id est obiit] *Tabis Persidis.* Loquitur de Antiochi Epiphanis interitu, quem ipsi accidisse inquit, quod voluisset spoliare templum Dianæ ditissimum, Elymaide Persidis urbe; de quibus consulendus Maccabæorum liber primus cap. VI. Josephus Antiquit. lib. 12. c. 13. Parætacene verò erat pars quædam Persidis, auctore Ptolemæo lib. VI. c. IV. cui inter Persidis urbes Γάβαι, recensentur, apud quem legendum Τάβαι, facilis enim est transitus literæ T in Γ, error apud typographos & librarios translativus.

5 Ἣν Ἀλέξανδρος, &c.] Tabarum civitatis nomen interpretatur ex Alex. de Syria, ἀγαθὴν, i. e. *bonam*, quod ab Hebræo parum deflexum est, in quo טובה, *tobah* sonat *bonam.*

6 Ταβηνοὶ, ἔθνος, &c.] Tabeni, gens juxta desertum Carmaniæ. Hæc gens juxta Ptolemæum appellanda est Ταβιλωοὶ, quorum regio Ταβιλωὴ. Apud illum enim lib. VI. c. V. hæc habentur: Μεθ' ἣν κατὰ τὴν Καρμανίαν, ἡ ΤΑΒΙΗΝΗ, κατοικεμένη ἔχουσα τοὺς ΣΩΒΙΔΑΣ. i. e. *Postquam juxta Carmaniam TABIENE, adjacentes habens SOBIDAS.*

7 Τάβιοι, πόλις Ἰταλίας, &c.] Tabii, urbs Italiæ. Auctor noster, vel apud aliquem Græcum scriptorem invenit τὸ Τάβιοι, vel pro Γάβιοι, videtur legisse Τάβιοι. Hæ enim majusculæ Græcorum literæ quia habent quandam similitudinem, facile decipiunt librarios & typographos. Tabii enim non fuere civitas Italiæ, sed Gabii, de quibus suo loco egimus.

8 Τάβαθρα, πόλις Λιβύης.] Tabathra, urbs Libyæ. Memoratur ex Polybii duodecimo, qui liber non exstat. *Tabraca* dicitur Melæ lib. 1. c. 7. Sil. Italico lib. 3.

Tabraca tum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis.

Juv. Sat. 10. v. 195.

——— *Et tales adspice rugas*
Quales umbriferos ubi pandit Tabraca saltus
In vetula scalpit jam mater simia bucca.

Ubi vetus ejus Scholiasta: *Opacas sylvas esse in Africa Poëta dicit in regione Tabracena, in quibus simiæ nascuntur.* Thabraca colonia est Ptolemæo lib. 4. c. 3. Plinio lib. 5. c. 3. Trabracha civium Romanorum, quam in ora Numidiæ locat. Eadem κατὰ τὴν ἐμὴν fuit urbs. Diversitas scripturæ nihil obstat.

9 Τὸ ἐθνικὸν Ταβαδρηνός.] Quis non videt à *Tabathra* non posse deduci Ταβαδρηνὸς, pro quo legendum Ταβαθρηνός. Verba illa, quæ sequuntur non sunt accipienda de scriptura, sed de terminatione gentilitii.

10 Ταΐννοι.] Tainni. Gens ista à nemine, quod sciam, memoratur. Abr. Ortel. in suo Thesauro Geographico videtur legisse Ταΐνοι.

11 Ταίναρος πόλις, &c.] Tænaros, urbs à Tænaro nomen sortita. Fuit urbs, portus, & promontorium Peloponnesi, celebre Neptuni templo, à cujus tergo antrum patebat, per quod Cerberum, trifaucem inferorum canem ab Hercule extractum fabulabantur, auctore Strabone lib. 8. & Suida in Ταίναρον, prioris sunt verba: Ἐν ᾗ πρόλιμνῃ τῆς Λακωνικῆς, τὸ μὲν Ταίναρον ἀκρή ἐστι σκληρά· τὸ ἱερὸν ἔχουσα Ποσειδῶνος, ἐν ἄλσει ἰδρυμένον· πλησίον δ' ἐστὶν ἄντρον, δι' οὗ τὸν Κέρβερον ἀνηχθῶσιν ὑφ' Ἡρακλέους ἐξ ᾅδου. i. e. *In sinu orâ-maritimâ, est Tænarum acie in mare-porrecta; fanum habens Neptuni, in luco situm; prope verò est antrum, per quod Cerberum ab Hercule ex inferis extractum fabulantur.* Hac etiam Orpheus, ut est in fabulis, ad inferos descendit, Virgil. Georgic. lib. 4. v. 467.

Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, manesque adiit, regemque tremendum
Nescia quæ humanis precibus mansuescere corda.

Cerberi

Γεραίστ μὴ ἀδελφῇ, Διὸς ϑ παιδός. Οὗ πλέων σὺν Καλάβρῳ τῷ ἀδελφῷ, ϗ τόπον τ Πελοποννήσ καταλαβών τινα, Ποσειδῶνι ἱερὸν ἱδρύσατο, ὃ καλεῖται Ταίναρον. Ἔστι ϗ Ταίναρος ὁ Ἰκαρίᾳ υἱός, ἀφ' ἧ καλεῖται ἡ ἄκρα, ϗ ἡ πόλις, ϗ ὁ λιμήν. Λέγεται ϑ ἀρσενικῶς, ϗ θηλυκῶς. Λέγεται ϗ Ταιναρεύς, ϗ Ταιναρία, ϗ Ταινάριον. Εἰσὶ ϑ ϗ Ταινάριοι θῆβαι, ὡς Χάραξ ἑλληνικῶν δευτέρῳ. Λέγεται ϗ Ταιναρίζειν, ὡς Ἑρμιππος ἐν θεοῖς,

Καί σε τί χρὴ περαταιναρίζειν;

Ὧρος δέ φησιν ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ, Ταίναρον πεδίον τ Λακωνικῆς. Καὶ Ταιναρίται οἱ ἐν αὐτῷ.

ΤΑΚΟΜΨΟΣ [12], κώμη ἐν τοῖς ὁρίοις Αἰγυπτίων ϗ Αἰθιόπων, [13] πρὸς τῇ Φιλίᾳ νήσῳ, ὡς Ἀριστογόρας ἐν Αἰγυπτιακῶν πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ταχομψίτης, ὡς Κάνωβος Κανωβίτης, Πενταχοινος Πενταχοινίτης.

ΤΑΛΑΡΙΑ [14], πόλις Συρακουσίων· Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν πεντεκαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ταλαρῖνος, ὡς τ Πανδοσίας Πανδοσῖνος, ϗ Πλακεντῖνος· Σικελικῶς ϗ γὰρ ἀμφότερα.

ΤΑΜΑΣΕΟΣ [15], πόλις Κύπρου, διάφορον ἔχουσα χαλκὸν ἐν μεσογείᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Ταμασίτης, ϗ Ταμάσιος, ὡς Ἐφέσιος, Θάσιος. Ἐντεῦθέν τινες γράφουσιν,

[16] Εἰς Ταμέσῳ μὴ χαλκὸν, —

Ἀπιδάνου. [17] Ἔστι γὰρ ϗ Ταμέση, πόλις Ἰταλίας,

Geræsti fratre, Iovis filio. Qui navigans cum Calabro fratre, atque locum Peloponnesi quemdam occupans Neptuni templum ædificavit, quod *Tænarum* vocatur. Est etiam Tænarus Icarii filius, à quo promontorium, urbs, & portus nomen accepere. Dicitur & mascul. & fœm. genere. Dicitur etiam Tænarius, & Tænaria, & Tænarium. Sunt etiam Tænariæ Thebæ, ut Charax Hellenicorum secundo. Dicitur etiam verbum Ταιναρίζειν, i.e. *Tænariorum mores imitari*, ut Hermippus in Diis.

Et quid opus est te perperam-Tænarizare?

Orus verò in Orthographia inquit, Tænarum campum esse Laconicæ. Et Tænaritæ, ejus incolæ.

TACOMPSUS, vicus in confiniis Ægyptiorum, & Æthiopum, juxta Philiam insulam, ut Aristagoras Ægyptiacorum primo. Gentile, Tacompsites, ut Canobus, Canobites, Pentaschœnus, Pentachœnites.

TALARIA, urbs Syracusanorum, Theopomp. Philippicor. 44. Gentile, Talarinus, ut à Pandosia, Pandosinus, & Placentinus. Utraque more Siculo.

TAMASEUS, urbs Cypri, eximium habens æs in mediterranea parte. Gentile, Tamasites, & Tamasius, ut Ephesius, Thasius. Hinc quidam scribunt

In Tamesen propter æs —

Sed absurdè. Est enim Tamese urbs Italiæ & flu-

Cerberi fabulam explicat Pausan. lib. 3. Ad Tænarum à delphino vectum fuisse Arionem musicum, ac in ejus rei testimonium adhuc sua ætate extitisse Arionis ex ære donarium memoriæ prodidit Herodotus lib. 1. c. 24. de quibus ita Solin. cap. XIII. *In Laconia spiraculum est Tænaron, & Tænaron est promontorium adversum Africæ, in quo fanum est Methymnæi Arionis, quem delphine eò advectum imago testis est, ad effigiem casus & veri operis expressa ære: præterea tempus signatum. Olympiade enim undetrigesima, quia in certamine Siculo idem Arion victor scribitur, id ipsum gestum probatur. Est & oppidum Tænaron nobili vetustate.* Marmor, quod vulgatiori nomine *Laconicum* vocitabatur, colore viridi commendabile apud Tænarum effodiebatur, cujus meminere Strabo lib 8. Plin. lib. 36. c. 7. unde Tænariæ columnæ apud Statium:

Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis.

Val. Flac. lib. v. purpuram quoque Tænari celebrat:

Accipe Tænarii chlamydem de sanguine aheni.

12 Τάκωψος, κώμη, &c.] Tacompsus, vicus inter Ægyptum & Æthiopiam. Herodoto lib. 2. c. 29. Tachompso est insula, Nilo circumflua, quam ultra Elephantinam locat. Plin. lib. 6. c. 2. tria hujus nominis oppida ad Nilum memorat; totidem noster suis locis. Ea sunt, *Chompso*, *Tachompso*, & nunc *Tacompsus*. Metacompso verò memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 6. prope Philas. De quibus pro destinati ratione nihil dictu dignum inveniebam.

13 Πρὸς τῇ Φιλίᾳ νήσῳ.] Hæc Philia insula prope quam locat Tacompsum, *Philæ* dicitur eidem in Φίλα. De qua vide quæ suo loco annotamus.

14 Ταλαρία, πόλις Συρακουσίων.] Hujus Syracusanorum urbis nulla exstat apud alios memoria, oppidani dicebantur *Talarini*, ut *Placentini*, quos Plin. lib. 3. c. 8. *Talarenses* vocat.

15 Ταμάσεως, πόλις Κύπρου, &c.] Tamaseus, urbs Cypri eximium habens æs. Ταμασσὸς dicitur Straboni lib. 15. Μέταλλά τε χαλκῆ ἐστιν ἄφθονα τὰ ἐν Ταμασσῷ, ἐν οἷς τὸ χαλκανθὲς γίνεται, ϗ ὁ ἰὸς ὁ χαλκῆ, ἁρμόττοντα πρὸς ἰατρικὰς δυνάμεις χρήσιμος. i.e. *Et metalla* [fodinæ] *æris sunt copiosa apud Tamassum, in quibus chalcanthum, & flos æris nascitur, ad medicos usus utilis. Tamasia* Constant. Porphyrogenet. de Them. lib. 1. Them. 15. *Tamassius* Ptolemæo lib. 5. c. 14. quam inter mediterraneas Cypri civitates recenset. Itaque pro Ταμάσεως apud nostrum, legendum Ταμασσὸς, ut est apud Strabonem & Ptolemæum, quam lectionem confirmat gentile Tamasites, & Tamasius, quæ à Ταμάσεως deduci non posse videntur.

16 Εἰς Ταμέσῳ μὴ χαλκὸν —] Est hemistichium Homericum, legitur Odyss. 1. v. 184. Strabo lib. 6. cujus verba nota subsequenti appono, putat Homerum de Italiæ Temese, non de Cypri Tamasso locutum.

17 Ἔστι γὰρ ϗ Ταμέση, πόλις Ἰταλίας, &c.] Est enim & Tamese, urbs Italiæ & amnis. De urbe Temese sic Strabo lib. 6. Ἀπὸ ϑ Λάου πρώτη πόλις ἐστὶ τ Βρεττίας Τέμεση, Τίμαιος δ' οἱ νῦν καλέσιν, Αὐσόνιον κλίζων, &c. i.e. *A Lao enim prima urbs est Bruttiorum Temese*, Tempsam *verò nunc vocant, Ausonum opus.* Ac paululùm infra: Ταύτης τὴ τ Τεμέσης φασὶ μεμνῆσθαι τ ποιητὴν, ὡ τ ἐν Κύπρῳ Ταμασσ (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως) τῆ,

Εἰς Τεμέσῳ μὴ χαλκὸν, ——

Καὶ δείκνυσιν χαλκουργεῖα πολύσιον, ἃ νῦν ἐκλέλειπται. Ταύτης ϑ στενοχὼς Τεμέναι. i.e. *Hujus Temeses ajunt meminisse Poetam, non Tamasi in Cypro (dicitur enim utroque modo) sic:*

In Tamesen propter æs ——

Et ostenduntur officinæ-erariæ propè, quæ nunc defecere. Tempsam loquebantur Latini. Liv. lib. XXXIV. c. XLIV. *Tempsam item & Crotonem civium Romanorum coloniæ dedu-*

Ta-

λίας, ἡ ποταμός. Πολύβιος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ, Τεμεσίαν τὴν πόλιν καλεῖ. Τὸ πατρικὸν ἐθνικὸν, Τεμεσαῖος.

fluvius. Polybius lib. primo Temesiam urbem vocat. Hujus gentile, Temesæus.

ΤΑΜΒΡΑΞ[18], πόλις Παρθυαίων. Τὸ ἐθνικὸν, Ταμβρακίος· Διὰ δὲ τὴν χώραν, Ταμβρακηνός.

TAMBRAX, urbs Parthyæorum. Gentile, Tambracius. Sed propter regionem, Tambracenus.

ΤΑΜΙΕΙΟΝ[19], οἶκος, ἐν ᾧ τὰ ἀναγκαῖα ἀπέλιθεσαν, ὡς Ἀριστοφάνης, καὶ Ἴπνος, καὶ ἄλλοι. Φρύνιχος δὲ ἐν Σοφιστικῇ παρασκευῇ, καὶ ὅτι τὸ κακῶν φησι τὸ Ταμιεῖον. Εἴρηται δὲ πρόκοπτε τὸ Ταμίαν. Ὁ δὲ Ταμίας οἰκήτωρ, Ταμιεύς.

TAMIEUM, domus, in qua necessaria reponuntur, ut Aristoph. & Ipnus, & alii. Phrynichus in Sophistica præparatione utitur hoc nomine & de malis, sic verò dicitur πρόκοπτε τὸ, &c. i. e. à *promocondo*, seu *ærarii præfecto*. Tamii verò habitator dicitur Tamieus.

ΤΑΜΝΑ[20], πόλις Ἀραβικὴ, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ. Ὁ πολίτης, Ταμνίτης.

TAMNA, urbs Arabica, ut Alexand. Polyhistor. Civis, Tamnites.

ΤΑΜΥΝΑ[21], πόλις Ἐρετρίας· Στραδῶν δεκάτη. Καὶ πληθυντικῶς, εἰς τὰς Ταμύνας. Τὸ ἐθνικὸν, Ταμυνεύς. Καὶ θηλυκῶς, Ταμυνῆις. Ἐξ αὐτοῦ λέγεται καὶ Ταμυναῖος· Οὕτω γὰρ ὁ Ζεὺς ἐν αὐτῇ τιμᾶται· Παυσανίας ἐν δεκάτῳ περιηγήσεως.

TAMYNA, urbs Eretriæ Strab. lib. 10. Et num. plur. ad Tamynas. Gentile, Tamyneus. Fœm. Tamyneïs. Ex eodem dicitur etiam Tamynæus. Sic enim Jupiter in eadem urbe colitur. Paus. Periegeseos decimo.

ΤΑΜΥΡΑΚΗ[22], πόλις Σαρματίας τῆς ἐν Εὐρώπῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ταμυρακηνός.

TAMYRACE, urbs Sarmatiæ Europæ. Gentile, Tamyracenus.

ΤΑΜΙΑΘΙΣ[23], πόλις Αἰγύπτου. Λέγεται καὶ θηλυκῶς. Ἡ γλωσσικὴ, Ταμιάθεως· Οὕτω Γεώργιος ὁ Χοιροβοσκὸς, ἐν τῷ ὀνομαστικῷ·

TAMIATHIS, urbs Ægypti. Dicitur etiam fœm. gen. Genitivus Tamiatheos. Sic Georgius Chœroboscus in onomastico.

ΤΑΝΑΓΡΑ[24], πόλις Βοιωτίας, ἣν Ὅμηρος

TANAGRA, urbs Bœotiæ, quam Hom.

Ætæ. Tempsanus ager de Brutiis captus erat. Brutii Græcos expulerant. Crotonem Græci habebant. Triumviri, Cn. Ogulnius, L. Æmilius Paulus, C. Pletorius Crotonem: Tempsam L. Cornelius Merula, & C. Salonius deduxerunt. Tamesè fluvius à nemine, quod sciam, memoratur hoc nomine, urbis verò nedum vestigia exstant, etsi Barrius inquit: *Melvitum olim Tempsa, apud quam Isaurus fluvius excurrit; abest à mari VI. millia passuum.* Forsitan Isaurus est quem noster vocat *Tamesen.* Eadem urbs paulò infra dicitur Τεμέσιον, ubi ejus æra, & vina celebrantur.

18 Τάμβρακξ, πόλις Παρθυαίων.] Tambrax, urbs Parthyæorum. Memoratur in Excerptis ex Polyb. lib. x. Συνεπάρθησαν δὲ τὴν πορείαν ὡς ἐβάδιζεν, καὶ προσηρήμησαν ἐπὶ Τάμβρακα πόλιν ἀτείχιστον, ἔχουσαν δὲ βασίλεια καὶ μέγεθος, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ. i. e. *Agmine, ita ut volebat, composito, ventum est Tambracem, urbem sine-muris, habentem verò regias & magnitudinem, illic castra posssint.*

19 Ταμιεῖον, &c.] Hoc nomen ad Lexicographos pertinet, apud quos reperitur etiam Ταμεῖον, & juxta auctorem nostrum Ταμίον, à quo fingit ipse Ταμιεύς.

20 Τάμνα, πόλις Ἀραβικὴ ὡς, &c.] Tamna, urbs Arabica ex Alex. Polyhistore. Fuit Arabum Catabanensium regia, Catabanenses autem fuere ex quatuor maximis Arabiæ nationibus, eæ erant Minæi, Sabæi, Catabaneis, Chatramotitæ, auctore Strabone, qui hac de urbe sic loquitur lib. 16. Τρίτοι δὲ Καταβανεῖς, προσηκόντες πρὸς τὸ στενὸν, καὶ τὴν Ἀραβίαν ἣν Ἀραβίαν κάλπε· τὸ δὲ βασίλειον αὐτῶν Τάμνα καλεῖται. i. e. *Tertii sunt Catabaneis, qui ad angustias, & Arabici sinus transitum pertinent; regia eorum* Tamna *vocatur.* E nostris memoratur Plinio lib. VI. c. XXVIII, (cui *Catabani* dicuntur, qui Straboni *Catabaneis*) *Gentes Lavendani, Catabani, Gebanitæ pluribus oppidis, sed maximis, Nagia, & Tamna templorum* LXV.

21 Τάμυνα, πόλις Ἐρετρίας.] Tamyna, urbs Eretriæ, ex Strabonis lib. x. A quo num. plur. usurpatur, ejus ex libro citato sunt verba: Ἐν δὲ τῇ Ἐρετριακῇ Τάμυναι ἱερὸν Ἀπόλλωνος. i. e. *In Eretriaca-regione Tamynæ* [urbs] *sacra Apollini.* Eretriaca verò regio erat in Eubœa, ut colligitur ex ejusdem Strabonis libro.

22 Ταμυράκη, πόλις Σαρματίας, &c.] Tamyrace, urbs Sarmatiæ Europæ. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 5. Arrhiano in Periplo Ponti Euxini. Strabo lib. 7. promontorium Tamyracen celebrat.

23 Ταμίαθις, πόλις Αἰγύπτου.] Tamiathis, urbs Ægypti. L. Holstenius in Annot. ad Geograph. Sacram fol. (mihi) 176. inquit esse, quæ vulgò *Damiata* literarum series exigebat ut per *y* psilon scriberetur.

24 Τάναγρα, πόλις Βοιωτίας, &c.] Tanagra, urbs Bœotiæ, quam Homerus *Græam* vocat. Scilicet Il. 2. v. 498. per aphæresin sic dictam putat auctor noster in Γραία, at Pausan. lib. 9. prodit, Tanagræos urbis suæ primordia Pœmandro accepta referre, qui Tanagram Æoli filiam uxorem habuit, quæ eò ætatis vivendo pervenit, ut γραῖα, i. e. *anus* appellata fuerit, quod nominis urbi inditum eo usque perveniisse, ut Homerus etiam in navium Catalogo eam sic nominaverit, sed interjecto deinde tempore pristinum nomen recepisse. Pœmandria enim vocata fuit. Idem auctor libro modò dicto celebrat Tanagræos, quod præcipuam præcunctis Græcis religionis rationem habuerint. Seorsim enim à profanis ædibus Deorum templa ædificanda curabant, in pura area, & ab hominibus sejuncta. Memorat etiam Tanagræos gallos pugnaces, quorum meminit Plin. lib. 10. c. 21. *Quidam galli ad bella tantum, & prælia assidua nascuntur, quibus etiam patrias suas nobilitarunt, Rhodum at Tanagram.* Adhuc ætate Strabonis exstabat, ut ipse tradit lib. 9. eam interfluebat Thermodon amnis auct. Herodot. lib. 9. c. 42. Hujus urbis etymon deducit Bochartus Geograph. part. 2. lib. 1. c. 16. à lingua Phœnicia, ac si Phœnices eam condidissent. Dii boni, quantum luxuriat vir iste alioquin eruditissimus in eruendis etymis.

25 Διὸ

Ὅμηρος Γραῖαν καλεῖ, [25] Διὰ τὸ ὡλησίον εἶναι. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ποιμανδρία. [26] Λυκόφρων,

Ἣν ἐς βαθεῖαν λαιμίσας Ποιμανδρίαν.

Τὴν δὲ Γραῖαν ἔνιοι λέγουσι, τὸ νῦν τῆς Θηβαϊκῆς καλούμενον ἔδος. Τινὲς δὲ τὴν Ταναγραίαν· Ὧν εἷς ἐστι καὶ Καλλίμαχος. Ἀριστοτέλης δὲ Γραῖαν, τὴν νῦν Ὠρωπόν. Ἔστι δὲ τόπος τῆς Ὠρωπίων πόλεως, πρὸς τῇ θαλάττῃ. Ὁ πολίτης, Ταναγραῖος, καὶ Ταναγρὶς, ἀπὸ τοῦ Τάναγρα· Καὶ τὸ Ταναγραῖον, καὶ Ταναγρικὴ. Ἡρόδοτος πέμπτῃ, Ταναγρικὴ μοῖρα. Καὶ Μένανδρος, Ταναγρικὴ γυνή.

Hom. *Græam* vocat, quod prope esset. Vocabatur verò antè *Pœmandria*, Lycoph.

Quam in profundam [fossam] *decollans* [ut vaccam] *Pœmandriam.*

Græam verò aliqui dicunt, quod nunc *Thebaicæ* vocatur solum. Nonnulli verò *Tanagræam.* Ex quorum numero est etiam Callimachus. Arist. *Græam* vocat, quæ nunc *Oropus.* Est verò locus Oropiorum urbis ad mare. Civis, Tanagræus, & Tanagris, à Tanagra. Et Tanagræum, & Tanagrica. Herodot. lib. 5. *Tanagrica pars.* Et Menander, *Tanagrica mulier.*

ΤΑΝΑΙΣ [27], πόλις ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ· Στράβων ἑβδόμῃ, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ· Καθ' ἣν τὰς εἰς τὴν λίμνην τὴν Μαιῶτιν ἐκβολὰς ὁ Ταναΐς, πόλις ἑλληνικὴ ἔκτισται Ταναΐς, ἥτις καὶ ἐμπόριον ὀναμάζεται. Ὁ πολίτης, Ταναΐτης· Καὶ θηλυκῶς, Ταναΐτις. [28] Τινὲς δὲ καὶ τὸν ποταμὸν Ἀκεσίνην εἶναι, καὶ Ἰαξάρτην· Ἑλληνίδας δὲ τὰ πολλὰ τῶν βαρβαρικῶν ὀνομάτων, ὡς Νικάνωρ φησί.

TANAIS, urbs ejusdem nominis, ac fluvius. Strabo lib. 7. ut Alexander Polyhistor: *Juxta Tanaïdis ostia, qua se in Mæotim paludem exonerat, urbs Græca condita fuit Tanaïs, quæ etiam emporium nominatur.* Civis, Tanaites. Et fœm. Tanaïtis. Nonulli dicunt, eumdem esse fluvium Acesinen, & Iaxarten. Plurima enim barbaricorum nominum ad Græcorum formam rediguntur, ut inquit Nicanor.

ΤΑΝΙΣ [29], πόλις μεγάλη Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Τανίτης. Τὸ ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

TANIS, urbs magna Ægypti. Civis, Tanites. Gentile, idem.

ΤΑΝΟΣ, πόλις Κρήτης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν πρώτῳ γεωγραφουμένων. Τὸ ἐθνικὸν, Τάνιος.

TANUS, urbs Cretæ, ut Artemidorus in quarto Geographuménon. Gentile, Tanius.

ΤΑΝΤΑΛΟΣ, ὄρος Λέσβου, ἀπὸ Ταντάλου. Τὸ ἐθνικὸν Ταντάλιος, ὡς Φαρσάλιος.

TANTALUS, mons Lesbi, à Tantalo. Gentile, Tantalius, ut Pharsalius.

ΤΑΞΙ-

TAXI-

25 Διὰ τὸ ὡλησίον εἶναι.] Inquit Homerum vocare Tanagram *Græam*, quod prope esset. In quibus verbis aliquid deficere videtur, nobis verò divinare non licet, consulesis Eustathium ad versum nota præcedenti citatum.

26 Λυκόφρων.] In illo Lycophronis versiculo pro λαιμίσας lege λαιμάσας. Sic enim apud eum & recte legitur, v. 326. Ubi Lycophro juxta ejus Scholiasten non accipit *Pœmandriam*, nisi tamquam adjectiv.

27 Τάναϊς, πόλις ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ.] Tanaïs, urbs ejusdem nominis cum fluvio, ex Strabonis lib. 7. Ejus verba sunt: Διαιρεῖ δ' ὁ στενωπὸς οὗτος τὴν Εὐρώπην ἀπὸ τῆς Ἀσίας, καὶ ὁ Τάναϊς ποταμὸς, καθιλκυσθεὶς μέσον ἀπὸ τῆς ἀρκτώου εἰς τε τὴν λίμνην, καὶ τὸν κόλπον αὐτῆς. Δύο δ' ἔχει πρὸς εἰς τὴν λίμνην ἐκβολὰς διεχούσας ἀλλήλων ὅσον σταδίους ἑξήκοντα· ἔστι δὲ καὶ πόλις ὁμωνύμως τῷ ποταμῷ, μέγιστον τῶν βαρβάρων ἐμπορεῖον, μᾶλλον τὸ Παντικάπαιον. i. e. *Dividit verò fretum hoc Europam ab Asia, & Tanais amnis, qui è regione ejus fluit à septentrione in paludem* [Mæotidem] *& in ejus ostium. Duo verò ostia habet in paludem, distantia inter se circiter stadia* LX. *Est & urbs fluvio cognominis, maximum barbarorum, secundum Panticapæum, emporium.* A Palemone rege, quod jussa facere nollet, eversam tradit idem auctor lib. 11. Ἐπὶ δὲ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τῆς λίμνης, πόλις ὁμώνυμος οἰκεῖται Τάναϊς, κλῖμα τῶν τὸν Βόσπορον ἐχόντων Ἑλλήνων· νεωστὶ μὲν ὑπ' ἐξεπόρθησεν αὐτὴν Πολέμων ὁ βασιλεὺς ἀπειθοῦσαν· ἦν δ' ἐμπορεῖον κοινὸν τῶν τε Ἀσιανῶν καὶ τῶν Εὐρωπαίων Νομάδων, &c. i. e. *Supra flumen & paludem urbs posita est* Tanais *quoque appellata, condita à Græcis Bosporum incolentibus. Hanc jussa facere detrectantem rex Polemo nuper evastavit. Erat autem emporium commune Asianorum & Europæorum Nomadum. Azak* hodie dici & esse emporium celebre Tartariæ Precopensis sub Turcis, auctor est Baudrand Parisinus ad Alexandrini Lexicum Geographicum in Tanaïs. Amnis Tanaïs celebratur inter alios Dionysio Periegetæ v. 661.

28 Τινὲς δὲ καὶ τὸν ποταμὸν Ἀκεσίνην, &c.] Inquit epitomator noster, Tanaïm fluvium juxta aliquorum sententiam esse eundem cum Acesine & Iaxarte; hic error procedit ex Alexandro, militibusque ejus, qui putavere Iaxartem amnem esse Tanaïm, ut posteritati commendat Plinius lib. 6. c. 16. *Aræ ibi sunt ab Hercule ac Libero patre constitutæ, item Cyro & Semiramide atque Alexandro: finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum, includente flumine Iaxarte, quod Scythæ* Silyn *vocant: Alexander, militesque ejus, Tanaïn putavêre esse.* De quibus consulendus Salmasius in Solin. fol. 790. Pro Ἑλληνίδας lege Ἑλληνίζει.

29 Τάνις, πόλις μεγάλη Αἰγύπτου.] Tanis, urbs magna Ægypti. Sine dubio respexit auct. noster Strabons verba ex lib. 17. Εἶτα τὸ Τανιτικὸν στόμα, ὁ τινες Σαϊτικὸν λέγουσι· καὶ ὁ Τανίτης νομὸς, καὶ πόλις ἐν αὐτῷ [αὐτῇ] μεγάλη Τάνις. i. e. *Deinde Taniticum ostium, quod nonnulli* Saiticum *vocant. Et Tanites Nomos, & urbs in eo magna Tanis.* Hebraice dicebatur צֹעַן *Tsoan*, quia Isai cap. 19. v. 13. ubi propheta habet צֹעַן *Tsoan*, Chaldæus paraphrastes vertit תָּאנִיס *Tanis*; quod etiam confirmant LXX. Senes. Mar. Niger Geograph. Afric. Comment. 3. ait, Tanim adhuc hodie *Tanes* ab incolis vocari, & sitam esse supra lacum, seu paludes, in quibus Tanis insula est, sed majori ex parte dirutam jacere, & paucis habitari colonis.

ΤΑΞΙ'ΑΝΑ [30], νῆσος πρὸς τῷ Πηλώδη κόλπον τῆς Σουσίας νήσου. Τὸ ἐθνικὸν Ταξιανούς, ὡς Ἀδανούς. Τῷ τύπῳ τῆς χώρας, Ταξιανὴ νῆσος. A

TAXIANA, insula circa Pelodem Susiæ insulæ sinum. Gentile, Taxianeus, ut Adaneus. Regionis typo, Taxiane insula.

ΤΑ'ΞΙΛΑ [31], πόλις Ἰνδική· Στεράβων πενταικαιδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ταξιλίτης τῷ τῆς χώρας τύπῳ, καὶ Ταξιλεύς· Γῷ δὲ παρ' ἡμῖν, Ταξιλεύς. B

TAXILA, urbs Indica. Strab. lib. 15. Gentile, Taxilites, regionis formâ, & Taxilenus. Qua verò apud nos, Taxileus.

ΤΑ'ΟΧΟΙ, ἔθνος ἐνδοτέρω τοῦ Πόντου· Καὶ ἡ χώρα ἔτω. Τάτας τινὲς Τάους καλοῦσιν, ὡς Σοφαινέτος ἐν τῇ Ἀναβάσει φησί. C

TAOCHI, populi interiore parte Ponti. Et regio eodem modo. Hos aliqui *Taos* vocant, ut Sophænetus in Anabasi inquit.

ΤΑΠΟ'ΣΕΙΡΙΣ [32], πόλις Αἰγύπτου, πλησίον Ἀλεξανδρείας. Ὁ πολίτης, Ταποσειρίτης.

TAPOSIRIS, urbs Ægypti, prope Alexandriam. Civis, Taposirites.

ΤΑΠΡΟΒΑ'ΝΗ [33], νῆσος μεγίστη ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ. Ἀλέξανδρος, ὁ καὶ Αὔχνος, D Νῆσος πελαγώδης, ἀλισέφανος Ταπροβάνη, Θηρονόμων πέπληθεν εὐῤῥίνων ἐλεφάντων.

TAPROBANE, insula maxima in mari Indico. Alexander qui, & Lychnus.

Insula quatuor-habens-latera, mari coronata Taprobana.

Feras pascens plena elephantibus pulchras proboscidas habentibus.

[34] Ἡ πάλαι μὲν ἐκαλεῖτο Σιμούνδα, νυνὶ δὲ Σα- E λική, [35] πλοῦ μῆκος ἔσω ἐπάκις πισχιλίων σταδίων, πλάτος δὲ πενταισχιλίων. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ Ἀγαθημέρος γεωγραφεμένων.

Quæ olim vocabatur *Simundu*, nunc *Salice*, cujus navigationis longitudo est circiter septies mille stadiorum, latitudo verò quingentorum. Eadem Artemidorus lib. 9. Geographumenon [refert.]

ΤΑ-

30 Ταξίανα, νῆσος πρὸς τῷ Πηλώδη, &c.] Taxiana, insula circa Pelodem sinum Susiæ insulæ. Portentosæ latent mendæ hoc in loco. Sic interpretandus est: *Taxiana seu Taxia, insula circa Steloam sinum Susianæ.* Quod luce clarius apparet ex Marciani Heracleotæ Periplo Susianæ: Ἀπὸ δὲ Μαγαίου ποταμοῦ ἐπὶ Στηλώαν κόλπον λεγόμενον σταδία ν. Παροικοῦσι δὲ τὸν κόλπον τοῦτον καὶ τὰς πρὸς αὐτῇ τόπους, Ἐλυμαῖοι τῆς Σουσιάνης ὄντες χώρας· καὶ ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ νῆσος κεῖται, Ταξία λεγομένη. i. e. *Ab amne Magæo ad Steloam sinum dictum stadia* CCCC. *Accolunt autem sinum hunc, & loca ejus, Elymæi Susianæ regionis. Juxta hunc sinum insula jacet, nomine Taxia.* Ptolemæus etiam lib. 6. c. 3. memorat Taxianam insulam Susianæ adjacentem. Quare apud Stephanum pro πρὸς τῇ Πηλώδη κόλπον τῆς Σουσίας νήσου, legendum πρὸς τῇ Στηλώαν κόλπον τῆς Σουσιάνης. Per incuriam ex Σουσιάνης factum est Σουσίας νήσου, ex Στηλώαν verò Πηλώδη; Susia enim insula & Pelodes sinus nullibi terrarum inveniuntur.

31 Ταξίλα, πόλις Ἰνδική.] Taxila, urbs Indica, ex Strab. lib. xv. Μεταξὺ δὲ Ἰνδοῦ, καὶ Ὑδάσπου, Ταξίλα ἐστὶ πόλις μεγάλη καὶ εὐνομωτάτη. i. e. *Inter Indum verò & Hydaspem posita sunt Taxila, magna civitas, & legibus optimis constituta.* Fuisse omnium civitatum, quæ inter Indum & Hydaspem amnes sedebant, maximam tradit Arrhianus de Expeditione Alexandri lib. v. Ἄφικτο δὲ ὁ λόχος οὗτος ἐς Ταξίλα τὴν πρὸς Ἰνδοῦ πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, τῶν μεταξὺ Ἰνδοῦ τε ποταμοῦ καὶ Ὑδάσπου. i. e. *Ab Indo verò fluvio profectus pervenit Taxila, urbem magnam atque opulentam, maximam omnium quæ inter Indum & Hydaspem sunt.* In hac urbe degebat Calanus ille Indorum Philosophus, qui Alexandrum Magnum secutus est, atque cum apud Pasargadas ægrotasset, Alexandro spectante se combussit, auctore Strabone libro citato.

32 Ταπόσειρις, πόλις Αἰγύπτου.] Taposiris, urbs Ægypti. Duas hujus nominis urbes Ægypti celebrat Strabo lib. 17. Εἶτα Ταπόσειρις ὄρος ἐπὶ θαλάττῃ, πανήγυριν δεχομένη μεγάλην· καὶ ἄλλη δ' ἐστὶ Ταπόσειρις ἐπέκεινα τῆς πόλεως ἱκανῶς. i. e. *Deinde Taposiris, non ad mare, panegyrin recipiens magnam. Item alia Taposiris satis ultra urbem.* Noster paulò infra memorat aliam Ægypti urbem, cui *Taphosiris* dicitur, ac si diceres *sepulchrum Osiris.* Ptolemæus verò unam tantum hujus nominis urbem commemorat lib. 4. c. 5.

33 Ταπροβάνη, νῆσος μεγίστη, &c.] Taprobane, insula maxima in mari Indico. Maximarum insularum primam vocat eam Marcianus. Tria antiquitus habuisse nomina dicitur, *Simundi, Taprobane, Salice*, posteriore nomine gaudebat ætate Ptolemæi, qui eam tunc temporis incolebant, vocabantur *Salæ*, ut refert idem auctor lib. 7. c. 4. Ejus princeps urbs & regia erat Palesimundus, propter quam decurrebat amnis cognominis, ex qua Claudii principatu quatuor legati Romam venerunt, auctore Plinio lib. 6. c. 22. Nonnulli existimant Taprobanen esse, quæ hodiè dicitur *Sumatra*, alii aliter censent, de qua videndi Marcianus, Eustat. ad Periegetæ v. 593. Arrhian. in maris Erythræi Periplo, Guilielm. Stuk. in ejusdem Peripl. Solin. cap. 56. Camers ad Solini cap. citatum. Salmas. in Solin. fol. 1110. 1113. Mela lib. 3. c. 7. & Vossius.

34 Ἡ πάλαι μὲν ἐκαλεῖτο Σιμούνδα, νυνὶ δὲ Σαλική.] Quæ olim quidem vocabatur *Simunda*, nunc verò *Salice*. Videntur esse verba desumpta ex Ptolemæi lib. 7. c. 4. Τῷ δὲ Κώρυ ἀκρωτηρίῳ πρὸ τῆς Ἰνδικῆς, αὐλὼν ἐστὶ τῆς Ταπροβάνης νήσου ἄκρου, ἧς ἐκαλεῖτο πάλαι Σιμούνδα, νυνὶ δὲ Σαλική. i. e. *Coryi Indiæ promontorio opponitur promontorium insulæ Taprobanæ, quæ vocabatur olim* Simundu, *nunc verò* Salice. Ipsissima verba sunt Marciani Heracleotæ in Taprobanes Periplo, apud quos pro Σιμούνδα, ut & apud Stephanum & Arrhian. in Periplo maris Erythræi & apud Agathemerem de Geographia lib. 2. c. 6. legendum est Σιμανδία, ut in Ἄγγελος annotavimus.

35 Πλοῦ μῆκος.] Agit auctor noster de longitudine & latitudine insulæ Taprobanæ in cujus verbis pro πλοῦ μῆκος legendum πλοῦς μῆκος, pro πενταισχιλίων verò legendum πεντακισχιλίων; ex Strabonis lib. 15. & Solini cujus placet huc conferre verba ex ejus cap. 56. *Taprobanem insulam antequam temeritas humana exquisito penitus mari fidem panderet, diu orbem alterum putaverunt, & quidem eum, quem habitare antichthones crederentur, verùm Alex. Magni virtus ignorantiam publici erroris non tulit ulterius permanere, sed in hæc usque secreta propagavit nominis sui gloriam, missus igitur Onesicritus præfectus classis Macedonicæ, terram ipsam quanta esset, quid gigneret, quomodo haberetur, exploratum notitiæ nostræ dedit, patet in longitudinem stadiorum septem millium, in latitudinem quinque millium.*

36 Τὰ-

ΤΑΠΥΡΡΗΟΙ [36], ἀπὸ πόρρω Υρκανίας. Κυάδρηλ. Τάπυρρά φησι. Τὸ ἐθνικὸν, Ταπυρραῖοι.

TAPYRRHI, populi haud longè ab Hyrcania. Quadratus *Tapurrha* vocat. Gentile, Tapurrhæi.

ΤΑΡΑΝΔΡΟΣ, χώρα Φρυγίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ταρανδρεύς.

TARANDRUS, regio Phrygiæ. Gentile, Tarandrius.

ΤΑΡΑΣ [37], πόλις Ἰταλίας, καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος ὑπὸ Φιλοστράτου. Ἀρσενικῶς ἢ κατ' ἀναλογίαν. Οὐδὲν γὰρ εἰς ας θηλυκὸν ἀπαρίθμηται. Τάρα δὲ ἡ χώρα καὶ θηλυκῶς. Ὁ πολίτης, Ταραντῖνος. Καὶ ἀνεχράφησαν ἔτι πολλοὶ χρηματίζοντες, μάλιστα Πυθαγόρειοι, καὶ Ἀριστόξενος μουσικὸς, Ἀριστοτέλους γνώριμος, καὶ Ῥίνθων Ταραντῖνος φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταῤῥυθμίζων εἰς τὸ γελοῖον. Φέρονται δὲ αὐτοῦ δράματα τριακονταοκτώ. Καὶ Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος ἰατρὸς, ὃς ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος μέμνηται τούτου ὁ Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ταραντῖνος, καὶ Ταραντῖνον ἀδελφεός. Καὶ Ταραντινίζειν, τὸ τῶν ἐνόπλιον καὶ εἰς τὰς μάχας χρήσιμον ἱππασίαν παιδεύειν. Ἔστι δὲ καὶ Τάραντος ἀρσενικῶς λεγομένη

TARAS, urbs Italiæ & fluvius ejusdem nominis juxta mare. Masculi. gen. secundum analogiam. Nullum enim nomen fœm. in *as* invenitur. Hoc autem invenitur etiam fœmineum. Civis, Tarentinus. Sic multi appellati fuere, maximè *Pythagorici*, & Aristoxenus musicus, Aristotelis familiaris, & Rhinthon Tarentinus Phlyax, qui tragica in ridiculos modos mutavit. Cujus triginta octo fabulæ circumferuntur. Et Iccus Tarentinus medicus, qui LXXVII. Olympiade floruit. Cujus meminit Plato in Protagora. Gentile, Tarentina, & Tarentinum neutrum. Et verbum Ταραντινίζειν, i. e. *armatum, & ad pugnas utilem equitatum facere.* Est etiam Tarantus in gen. masculi. dicta, urbs Bithy-

36 Τάπυρροι, ἀπὸ πόρρω Υρκανίας, &c.] Tapyrrhi, populi haud longè ab Hyrcania. Quorum diversa apud auctores nomina inveniuntur; Ptolemæus lib. 6. c. 2. inter Mediæ populos recenset ac *Tapuros* vocat; *Tapyri* dicuntur Straboni lib. 11. apud quos lege receptum tradit, uxores suas aliis viris elocare, postquam ipsi ex iis duos, aut tres sustulerint liberos; sicut etiam apud Romanos Cato Hortensio roganti Marciam suam tradidit, secutus veterem Romanorum consuetudinem, quam mortuo Hortensio divitem iterum recepit in uxorem. Turpe enim & honestum inter miseros mortales non naturâ, sed consuetudine receptum est.

37 Τάρας, πόλις Ἰταλίας, &c.] Taras, antos, Græcis dicitur urbs Italiæ, quæ Latinis *Tarentus*, vel *Tarentum*, masculi. fœm. & neut. gen. usurpatur, vulgo Italis *Taranto*, sinus Tarentinus, *Golfo di Taranto*; nunc Principatus titulo gaudet, olim eo potentiæ pervenerat, ut adversus Romanos, Pyrrho rege accersito, bellum gesserit, in quo primùm in Italia elephanti visi, quos secum Pyrrhus adduxit, ut inter alios narrat Plin. lib. 8. c. 6. & Pausan. lib. 1. De ejus conditoribus disceptant auctores, alii à Tarante Heroë, major pars à Phalantho Lacedæmone conditam fuisse referunt, unde Ovid. Met. lib. 15. v. 50.

——— *Ventisque favent ibus æquor*
Navigat Ionium, Lacedæmoniumque Tarentum.

De qua sic Florus lib. 1. c. 18. *Tarentum etiam Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quondam & Apuliæ, totiusque Lucaniæ caput, tum magnitudine, & muris, portuque nobili, tum mirabili situ, quippe in ipsis Adriatici maris faucibus posita, in oras nostras, Histriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam vela dimittit, imminet portui, ad prospectum maris positum urbis theatrum, quod quidem causa miseræ civitati fuit omnium suarum calamitatum.* In bello Punico tradidit se Annibali, quam Fabius proditione cepit, atque diripuit, triginta millia servilium capitum dicuntur capta, ac ingens argenti vis facti, signatique auri LXXXVII. millia pondo, signa, tabulæque prope, ut Syracusarum ornamenta æquarent; interroganti scribæ, quid fieri de signis vellet (erant ingentis magnitudinis Dii, suo quisque habitu in modum pugnantium formati) fertur respondisse, Deos iratos Tarentinis relinquendos esse, ut memoriæ prodidit Liv. lib. 27. c. 18. Strabo tamen lib. 6. inquit, Herculis ex ære signum ingens in Capitolio defixum, opus Lysippi à Fabio Maximo Romam delatum fuisse. Civitatem per se satis nobilem nobilitabant etiam lanæ & oves Tarentinæ apud scriptores celebres, sed multo magis eam condecorarunt viri literaturâ insignes, Aristoxenes musicus, Aristotelis familiaris, Iccus medicus, cujus meminit Plato in Protagora, Rhinthon hilarotragœdiæ auctor, cujus meminere Cic. Epist. ad Atticum lib. 1. Epistola ultima, Suid. in Ῥίνθων, Phlyax verò vocatur ab auctore nostro, quòd fuerit phlyacographus, id est phlyacographiæ auctor, perperam apud Suidam loco citato scribitur φυλακογραφία pro φλυακογραφία; sed omnes excelluit Architas Tarentinus, Astrologus, & Geometra nobilissimus, qui huic urbi per multum temporis præfuit, auctore Strabone libro citato. Fluvius ejusdem nominis à nostro memoratus, dicitur *Galesus*, Liv. lib. 25. c. 11. *Ipse profectus cum cæteris copiis ad Galesum flumen (quinque millia ab urbe* [Tarento] *abest) posuit castra.* Ab aliquibus Galæsum, à plurimis Eurotam dici de nomine Eurotæ Lacedæmonem præterfluentis inquit Megalopolitanus historicus lib. VIII. Στρατοπεδάσαι φασὶ πεντήκοντα σταδίους ἀπέχων τῆς πόλεως ἀπό τε ποταμοῦ, ἀπό μὲν ὃν τινες Γαλαῆσον, ἀπό δὲ τοῖς πλείοσιν εἰρημένου Εὐρώταν. Οἳ δὲ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τούτου ἀπὸ τε ἄλλων ἀπό τε Λακεδαιμονίων ῥέοντα Εὐρώταν. i. e. *Castra posuit circa* XL. *stadia profectus ab urbe ad fluvium, ab aliquibus quidem Galæsum, à plurimis nuncupatum Eurotam. Cui nomen inditum est ab Eurota, qui Lacedæmonem alluit.* Inclaruit plectris Maronis & Horatii, hujus sunt versus ex carm. lib. 11. odâ VI.

Unde si Parcæ prohibent iniquæ
Dulce pellitis ovibus Galesi
Flumen & regnata petam Laconi
Rura Phalantho.

Illius ex Georgicor. lib. 4. v. 125.

Namque sub Oebaliæ memini me turribus altis
Qua niger humectat flaventia culta Galesus
Corycium vidisse senem.

Ad quem locum consulendus Servius. A Martiale lib. 12. Epigr. 64. vocatur albus:

Albi, quæ superas oves Galesi.

Siquis autem quærat, cur Virgilio *Niger*, Martiali *Albus* dicatur, respondebo, ab hoc dici album, ab effectu, quod oves potu suo reddebat albas, ab illo verò vocari nigrum, ab aquarum profunditate, quia ubi aqua profunda est, apparet esse niger color, sic etiam ab Homero Il. 9. v. 14. fons aquâ abundans dicitur μελάνυδος, i. e. *nigræ-aquæ.* Tarentinæ lanæ & oves celebrantur à vetere Scholiasta Horatii ad illius versus citatos, necnon Plinio lib. 8. c. 48. Si plura de hac urbe scire desideras, vide Justin. lib. 3. c. 4. Eustath. ad Periegetæ v. 376. Leandrum Albertum in Magna Græcia, Cluv. Ital. Antiquæ lib. 4. c. 13.

μὴν πόλις Βιθυνίας, ἔνθα τιμᾶται Ταραντα- A
ταῖος Ζεύς, ὡς Δημοσθένης δευτέρῳ Βιθυ-
νιακῶν· Εὕρηται καὶ Δάρανδος.

ΤΑΡΙΧΕΑΙ, πόλεις πολλαί· Αἱ μὲν
Μενδήσιαι, αἱ δὲ Σκηνικαί, αἱ δὲ Κανωβικαί.
Οἱ πολῖται, Ταριχεῦται, παρὰ τὸ ταριχεύω. B
Καὶ ὄφειλε διὰ διφθόγγου. [38] Ἔστι καὶ Ταρι-
χέα, καὶ ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς λεγομένη,
πόλις τῆς Ἰουδαίας, ὡς Ἰώσηπος. Τὸ ἐθνικὸν,
Ταριχεάτης, καὶ Ταριχεία τὸ πεφθὲν, παρὰ
τὸ ταριχεύω.

ΤΑΡΚΥΝΙΑ [39], πόλις Τυρρηνίδος, C
ἀπὸ Τάρκωνος. [40] Τὸ ἐθνικὸν Ταρκύνιος, ἢ
Ταρκυνεύς, ὡς Δουλιχιεύς, καὶ Βυπρασιεύς.
Ποτὲ δὲ καὶ Ταρκυνῖται εἰσὶ, καὶ Ταρκυναῖοι,
ἔθνος Ὑπερβορέων, παρ' οἷς οἱ γρύπες τὸ χρυσὸν D
φυλάττουσιν, ὡς Ἑρμοκλῆς ἐν τοῖς Φιλίστορσι.

ΤΑΡΝΗ [41], πόλις Ἀχαΐας. Ὁ οἰκή-
τωρ, Τάρνιος, καὶ Τάρνια ἔργα.

ΤΑΡΠΗ [42], πόλις Ἰταλίας· Καὶ Ταρ-
πεῖον ὄρος. Καὶ ἐθνικὸν Ταρπαῖος, ὡς Ῥω- E
μαῖος, τριχῶς.

ΤΑΡΡΑ [43], πόλις Λυδίας, ἀφ' ἧς
Λεύκιος ὁ Γραμματικός. Ἑτέρα Κρήτης, ἐν
ᾗ Ταρραῖος Ἀπόλλων τιμᾶται. Ἔστι καὶ ἄλλη
πόλις Ταῤῥα παρὰ τὸν Καύκασον, Κρηνῶν ἄποι- F
κος. [44] Λεύκιος δ' οὗ ἀπὸ ταῤῥῆς, τῆς Κρηνι-
κῆς πόλεως· Φέρεται δὲ τοῦτο τὸ βιβλίον παροιμιῶν
τρία βιβλία ἄριστα, καὶ περὶ γραμμάτων, καὶ
τεχνικὰ γλαφυρώτατα. Τὸ ἡλυκὸν καὶ ὅλην τὴν
χώρας, Ταῤῥαία.

ΤΑΡ-

Bithyniæ, ubi Tarantæus Jupiter colitur, ut Demosth. 2. Bithyniacor. Invenitur etiam per *d.* Darandus.

TARICHEÆ, hujus nominis sunt multæ urbes. Mendesiæ, Scenicæ, Canobicæ. Cives, Taricheutæ à verbo Ταριχεύω, i. e. *sale condio.* Et per diphthongum opportet scribi. Est etiam Tarichea, & singul. & plur. num. dicta, urbs Judææ, ut Josephus. Gentile, Taricheates, & Ταριχεία, *ipsum opus*, h. e. *salis conditura*, à verbo Ταριχεύω, i.e. *sale condio.*

TARCYNIA, urbs Tyrrhenidis, à Tarcone. Gentile, Tarcynius, vel Tarcyneus, ut Dulichieus, & Buprasieus. Aliquando Tarcynitæ, & Tarcynæi sunt populi Hyperboreorum, apud quos gryphes aurum custodiunt, ut Hierocles in φιλιστόρσι, i. e. *historiæ cupidis.*

TARNE, urbs Achaiæ. Habitator, Tarnius, & Tarnia opera.

TARPE, urbs Italiæ. Et Tarpæus mons. Gentile, Tarpæus, ut Romæus, tria habens genera.

TARRHA, urbs Lydiæ, à qua erat Lucius grammaticus. Alia Cretæ in qua Tarrhæus Apollo colitur. Est etiam alia urbs Tarrha ad Caucasum, Cretensium colonia. Lucius verò erat ex Tarrha Cretæ. Exstant verò hujus paræmiarum tres libri optimi, & de litteris, & technica venustissima. Fœmineum, quod etiam de regione dicitur, Tarrhæa.

TAR-

38 Ἔστι καὶ Ταριχέα, &c.] Tarichea & singul. & plur. fœm. urbs Judææ ex Josepho. Fuit urbs munita non longe à lacu Genesar posita, quam Titus Vespasiani filius expugnavit, ut refert idem auctor de Bello Judaico lib. 3. c. 17. Ex castris Taricheis scribit Cassius Ciceroni Epistol. lib. 12. ad Cassium Epist. 11. memoratur etiam Plinio lib. v. c. xv.

39 Ταρκωνία, πόλις Τυρρηνίδος.] Tarcynia, urbs Tyrrhenidis. Tyrrhenis & Tyrrhenia est Etruria, Tarcynia verò Latinis dicitur *Tarquinii* plur. num. quam à Tarcone denominatam inquit, id testante Strabone lib. 5. Ἐλθὼν δὲ, πλὴν χώραν ἀφ' ἑαυτῆς Τυρρηνίαν ἐκάλεσε, καὶ δώδεκα πόλεις ἔκτισεν, οἰκιστὴν ἐπιστήσας Τάρκωνα, ἀφ' οὗ Ταρκυνία ἡ πόλις. i. e. *Veniens verò* [Tyrrhenus] *regionem à se ipso* Tyrrheniam *vocavit, & duodecim condidit urbes, conditorem præficiens Tarconem, à quo Tarcynia urbs.* Sed non bene convenit nomen Tarconis, cum Tarcynia, melius conveniret cum Tarconia, hæc eadem urbs, ut ego puto, paululum infra dicitur Ταρχώνιον, & conditor Τάρχων, quorum nomina melius conveniunt. Memoratur Livio lib. 1. c. 34. *Anco regnante Lucumo, vir impiger, ac divitiis potens, Romam commigravit, cupidine maximè ac spe magni honoris, cujus adipiscendi Tarquiniis (nam ibi quoque peregrina stirpe oriundus erat) facultas non fuerat.* Ejus ruinæ etiam nunc conspiciuntur supra *Cornetum*, ac vulgò vocantur *Tarquene*, referente Leandro Alberto in Tuscia. In hujus urbis agro credebatur Tages haruspicinæ auctor repente exstitisse, arante terram bubulco, quam fabulam aureis verbis refellit M. T. C. de Divinatione lib. 2. *Num ergo opus est ad hæc refellenda Carneade? num Epicuro? estne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse, Deum dicam, an hominem? si Deum; cur se contra naturam in terram abdiderit, ut patefactus aratro lucem adspiceret? quid? idem nonne poterat Deus hominibus disciplinam superiore ex loco tradere. Si autem homo ille Tages fuit: quonam modo potuit terrâ oppressus vivere? unde porrò illa potuit, quæ docebat alios, ipse didicisse? sed ego insipientior quam illi ipsi, qui ista credunt, qui quidem contra eos tam diu disputem.*

40 Τὸ ἐθνικὸν Ταρκύνιος, ἢ Ταρκυνεύς.] Oppidanus urbis Tarcyniæ dicebatur *Tarcynius* & *Tarcinieus.* Ταρκυνεὺς enim legendum est, ut apparet ex sequentibus, Latini plur. num. usurpant Tarquinienses, Liv. lib. v. c. xvi. *Eo anno Tarquinienses, novi hostes exorti.* Ac paululum post: *Coacta manu per agrum Cæretem obliquis tramitibus egressi, redeuntes à populationibus, graveque præda Tarquinienses oppressere.*

41 Τάρνη, &c.] Tarne, urbs Achaiæ. A nemine, quod sciam, memoratur. Homeri enim Tarne Il. 5. v. 44. erat urbs Lydiæ, non Achaiæ, ut existimat Ab. Ortel in Tarne.

42 Τάρπη, &c.] In hac sectione Tarpe, urbs Italiæ, & Tarpæus mons celebrantur, urbs est prorsus ignota, mons verò pernotus, triplici nomine gaudebat. *Saturnius* enim, *Tarpæus*, & *Capitolinus* nominatus est, in cujus vertice erat Capitolium, unde Virgilius Æneid. lib. 8. v. 652.

In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat.

Idem Manlius postea ob affectati regni suspicionem ex eodem loco, quem defenderat, dejectus fuit, ut rerum monumentis tradidere Liv. lib. 6. Serv. ad versum citatum, de quo videndus Politicus *di discorsi* lib. 1. c. 24.

43 Τάῤῥα, πόλις Λυδίας.] Tres hujus nominis urbes celebrat, primam Lydiæ, secundam Cretæ, tertiam secus Caucasum Cretensium coloniam; omnes fuere inhonoræ civitates, prior & posterior à nemine memorantur, Cretensis, meminit Pausan. in Phocicis.

44 Λεύκιος δ' οὗ, &c.] Lege Λεύκιος δ' οὗτος, &c. Sic enim vocatur in Θεσσαλονίκῃ & in Κάλαγρα. Quin etiam Græcis non dicitur Λεύκιος, sed Λούκιος.

45 Ται-

ΤΑΡ'ΡΑΚΗΝΑ[45], πόλις Ἰταλίας· Διονύσιος πεντεκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ταρρακηνός.

TARRHACENA, urbs Italiæ. Dionysius lib. 15. Rom. antiquitatis. Gentile, Tarrhacenus.

ΤΑΡ'ΡΑ'ΚΩΝ[46], πόλις δυσμικωτέρα τῆς Ταρρακωνησίας χώρας. Ὁ πολίτης, Ταρρακωνήσιος. Τὸ ἐθνικὸν, Ταρρακωνίτης, ὡς Ἀσκάλων Ἀσκαλωνίτης, καὶ Μάρων Μαρωνίτης, καὶ Καύκων Καυκωνίτης.

TARRHACO, urbs occidentalior Tarrhaconesiæ regionis. Civis, Tarrhaconesius. Gentile, Tarrhaconites, ut Ascalo, Ascalonites, Maro, Maronites, Cauco, Cauconites.

ΤΑΡ'ΡΑΧΙΝΗ[47], πόλις Ἰταλίας. [48]Φλέγων ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ ὀγδοηκοστῇ πρώτῃ, ὅτι παιδίον ἐκ δούλης γλῶσσον, τῇ ἐνάτῃ καὶ πεντηκοστῇ τῆς γλώσσης τῶν προαγορεύσαντα ἀνθρώπων προαγορεῦσαι· Ἐφ' οἷς τὰς μάντεις προαγορεῦσαι ὄλεθρον. Τὸ ἐθνικὸν, Ταρραχῖνος.

TARRACHINE, urbs Italiæ. Phlegon author est, quod Olympiade LXXXI. infans ex serva natus die 49. nativitatis alloquentem alloquutus fuerit. Ex quibus vates perniciem prædixisse. Gentile, Tarrachinus.

ΤΑΡΣΗΙΟΝ[49], πόλις πρὸς τῇ Ἡρακλείαις στήλαις· Πολύβιος πρώτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Ταρσήτης, ἢ Ταρσηϊώτης· Νῦν δὲ κατὰ τὸ ὑπηχώριον Ταρσηνοὶ λέγονται.

TARSEIUM, urbs juxta Herculis columnas. Polybius lib. 3. Gentile debebat esse Tarseites, vel Tarseiotes. Nunc verò pro regionis consuetudine *Tarseni* dicuntur.

ΤΑΡΣΟΣ[50], ἐπισημοτάτη πόλις Κιλικίας,

TARSUS, celeberrima urbs Ciliciæ, quam

45 Ταρρακηνὰ, πόλις Ἰταλίας.] Tarracena, urbs Italiæ. Paululùm infra dicitur Ταρρακίνη, ipsissima erat urbs, quæ prius Τερακίνη dicta fuit, testante Strabone lib. v. Ἐξῆς δ' ἐν ἑκατὸν σταδίοις τῆς Κιρκαίας ἡ Ταρρακίνα ἐστὶ, Τερακίνη καλουμένη πρότερον. i. e. *Sequitur post stadia centum à Circæo Tarrhacina, Trachine antè vocata.* Scilicet ab asperitate loci. Hinc corrupto parum nomine factum prius *Tarrachine*, postea *Tarrhacine* quod nomen etiamnum servat, ex Ταρρακίνη verò factum est Ταρρακήνη, ut est apud nostrum, vel transcribentis vel typographi incuria, vel etiam ex pronunciantis ore. *Anxur* prius dicebatur, Liv. lib. 4. c. 59. *Fabius, quod maximè petebatur, ad Anxur oppugnandum sine ulla populatione accessit. Anxur fuit quæ nunc Tarracinæ sunt, urbs prona in paludes, ab ea parte Fabius oppugnationem ostendit.* Plin. lib. 3. c. 5. *Dein flumen Ufens supra quod Tarracina oppidum, lingua Volscorum* Anxur *dictum.* Ubi colebatur Jupiter Anxurus & Juno Feronia, unde Poëtarum eruditissimus Æneid. lib. VII. inquit:

——— *Queis Jupiter Anxurus arvis*
Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco.

Fuisse Volscorum oppidum loco alto situm apparet ex Liv. lib. v. *In Volscis depopulato agro, Anxur nequidquam oppugnatum, loco alto situm.* Sedet in confinio regni Neapolitani sub ditione Pontificia *Terracina* vulgo vocatur, de qua videsis Cluv. Ital. Antiquæ lib. 3. c. 7.

46 Ταρράκων, &c.] Tarraco, urbs occidentalior Tarraconesiæ regionis. Est urbs Hispaniæ in ea regione, quæ Hispanis *Cataluña* dicitur. De ejus conditoribus non convenit inter scriptores, Plin. lib. 3. c. 3. Scipionum opus fuisse prodit, non quod Scipiones prima ejus fundamenta jecerint, jam enim ante eorum in Hispaniam adventum, urbem fuisse constat, sed quod eorum fuerit colonia, ut libro capiteque citato tradit idem auctor. Templum in ea petentibus Hispanis in honorem Augusti à Tiberio permissum est, ut exstrueretur, datumque in omnes provincias exemplum, auct. Tacito Ann. lib. 1. c. 78. Hoc templum postea Adrianus imperator sumptu suo restituit, cum Tarracone hiemaret, ut memoriæ commendat Æl. Spartianus in Adriano. Ab hac urbe citerior Hispania Romanis Tarraconensis nominata est. Ejus vina celebrat Martialis lib. 13. Epigram. 118.

Tarraco, Campano tantum cessura Lyæo
Hæc genuit Tuscis æmula vina cadis.

Nunc vulgo Hispanis *Tarragona* nuncupatur, parum corrupto veteri nomine, & est urbs Archiepiscopalis, cujus Archiepiscopi Toletanum non agnoscunt superiorem; sedet ad ostia Thulcis amnis, quem *Francolinum* vocant, cujus situm sic describit Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 2. c. 15. *Tarraco in planicie modica sita est, quæ in mollis atque rotundi collis fastigio se pandit, mari subjecto ad lapidis jactum, ascensu ad ortum arduo, propter continentes rupes. Ad Oceanum planicies præcipua amœnitate & proventu consternitur quadraginta amplius millibus passuum. Olea, vites, malis Medicis consita, pecore abundans & frumenti ferax, quantum civibus alendis sit satis: modico interfluente flumine uno ab urbe milliari* (Francolinum *vulgo vocant, veteres* Thulcim.) *Ejus aquæ ad macerandum linum & cannabim, quarum rerum magnus proventus est, magis quam ad potum aptæ sunt.*

47 Ταρράχινη, &c.] Vide Ταρρακηνά.

48 Φλέγων.] Verba Phlegontis nihil ad Tarrachinem faciunt, forsitan deficit τὸ ἐν Ταρράχινῃ, nimirum, quod prodigium illud infantis loquentis in hac urbe accidisset.

49 Ταρσήιον, &c.] Tarseium, urbs ad columnas Herculeas, ex Polybii lib. 3. Ejus sunt verba: Πρόκειται δὲ καὶ τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου, Μασσία, Ταρσήιον· ὧν ἐντὸς οἰκοῦσι δεῖν Ῥωμαίους, μήτε λῃζεσθαι, μήτε πόλιν κτίζειν. i. e. *Adjacent verò & Pulchro promontorio, Mastia, & Tarseium. Ultra quæ loca putant oportere Romanos, nec prædas facere, nec urbem condere.* Inibi Romanos inter & Carthaginenses apponit fœdus in quo eadem oppidorum nomina repetit, ac paulo post memorantur Θερσίτης, ne dubita, esse hujus oppidanos, quia cum Mastianis etiam recensentur: Ἦσαν δ' οἱ διαβάντες εἰς τὴν Λιβύην Θερσίτης, Μασσαιῶν. i. e. *Erant verò qui in Libyam transiere Thersitæ Mastiani.* Quod nominis à SS. תרשיש *Tharsis* deductum esse nullus dubito. Nihil obstat differentia literæ T & Th. in hujusmodi enim pluribus id contingit, ut Trausi, Thrausi, Teanum, Theanum.

50 Ταρσὸς, &c.] Tarsus illustrissima urbs Ciliciæ. De cujus conditoribus digladiantur inter se scriptores; noster à Sardanapalo Assyriorum rege, Strabo lib. 14. ab Argivis, Amm. Marcellin. lib. 14. à Perseo Iovis & Danaës filio conditam tradiderunt, in qua hæresi fuit Lucan. Quare ab illo *Persea* vocatur lib. 3.

Deseritur Taurique nemus, Perseaque Tarsus.

Alii aliter sentiunt; diversa olim habuisse nomina inquit epitomator noster, de hodierno non convenit inter auctores. Diversas etiam ejus nominis etymologias affert, ecquis veram dignoscet? eam intersecabat Cydnus flumen, de qua sic Strabo libro citato: Ἡ δὲ Ταρσὸς, κεῖται μὲν οὐ πόρρω κίνημα δ' ἐστὶ τῆς μὴ Τριπολέμου πλαγιαζόντων Ἀργείων καὶ ζητησιν Ἰᾶς· Διαῤῥεῖ δ' αὐτὴν μέσην ὁ Κύδνος παρ' αὐτὸ τὸ γυμνάσιον τὸ νέον· ὥστε δὴ τὴν πηγὴν ὑπὸ πολὺ ἀπωθεῖ ἔσης, ἔστ' ῥεῖθρον διαφαγὸν βαθείας ἰοῦσι, εἶτ' εὐθὺς, εἰς τὴν πόλιν εἰσπίπτοντος, ψυχρόν τε, καὶ τραχὺ τὸ ῥοῦμα ἐστι, ὥθεν καὶ τοῖς παχυδρόσι καὶ ποδαγρικοῖς ὀρθροις κτίσασι, καὶ ἀνθρώποις ἐπικρεῖ. Τοσαύτη δὲ τοῖς εὐθαδὲ ἀνθρώποις ἐστὶ καὶ δὴ καὶ τοῖς τε φιλοσοφίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἐγκύκλιον ἄπασαν παιδείαν γέγονεν, ὥστ' ὑπερβεβληκὸς καὶ Ἀθήνας, καὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ εἴ που ἄλλοι τόποι δοκοῦσιν εἶναι, οὐ μόνον σχολαὶ καὶ διδάσκαλοι τῆς φιλοσοφίας, καὶ τῶν λόγων γεγόνασι. i. e. *Tarsus in planicie posita est; condita ab Argivis, qui Ius quærendæ causa cum Triptolemo vagati sunt. Mediam eam perfluit Cydnus*

κίας, ὧν ἀφ' ἃ ἔλεγον Τερσὸν ὥσθ' τὸ περ- A
σανθῆναι, ὅ ἐστιν ἀναξηρανθῆναι. Τῶν γὰρ
ὑδάτων κ' τὴν πρώτην σύστασιν προχωρησάν-
των εἰς τὸ νῦν πέλαγος, Φασὶν ἀναφανῆναι
πρῶτα τὰ Ταυρικὰ ὄρη. Διονύσι⊙ δ' ὁ Θρᾷξ
ἐν τῷ περὶ Ῥόδου, ἀπὸ τ' Βελλεροφόντ⟨ου⟩ πτώ- B
σεως· Μέρ⊙ γάρ τι τ' ποδὸς Ταρσὸν καλεῖσθ⟨αι⟩,
τ' ἐκείνου χωλείας ὑπόμνημα ποιμνίων τ' ἀρ-
χαίων. Ἀλέξανδρ⊙ δ' ὁ πολυΐστωρ, ἀφ' οὗ
τ' Πήγασον ἵππον ἐκεῖ τ' Ταρσὸν πλάσαντα, κ'
Βελλεροφόντην ἐν τῷ Ἀλητίῳ πεδίῳ πλανηθῆ- C
ναι. Ἄλλοι δέ φασι, ἀφ' οὗ μετ' τ' κατακλυσ-
μὸν τὰς πόλεις τάττας τ' Κιλικίας πρώτας ἀνα-
φανῆναι, κ' ἀναξηρανθῆναι· διὸ κ' τὴν πό-
λιν Τερσίαν ὀνομασθῆναι. Ἐρατοσθένης δ' Τερ-
σὸν, ἀφ' οὗ τὸ πρότερον τ' καρπῶν φθειρομένων D
ἐν τῷ θερμαίζειν, τότας πρώτας συναγο-
μένας περσῆναι, κ' εἰς τ' χειμῶνα ἀποθέσθ⟨αι⟩ τὴν
τροφήν. Ἐκ ταύτης ἐγένετο Ἑρμογένης, ὁ τὴν
ῥητορικὴν γεγραφώς. Θαρσὸς δ' ἐκαλεῖτο, κ'
Θαρσεῖς οἱ Κίλικες, 51 ὡς Ἰώσηπ⊙ ἐν δε- E
καιολογίᾳ. Ἐκαλεῖτο δ' κ' Κρανία, ἀπὸ Κρα-
νίου. Ἐκλήθη δ' κ' Ἱερά. Ἐκλήθη δ' κ' Ἀντιό-
χεια, ἀπὸ Ἀντιόχου τ' Ἐπιφανοῦς. Ἔστι δ' ἄποικ⊙ Ἀργείων, κλίσμα Σαρδαναπάλ⟨ου⟩.
52 Ταύτην ἀμφῤῥεῖ ποταμὸς Κύδν⊙ μέσ⊙, F
ψυχρός τε κ' καθαρός. Ὁ πολίτης Ταρσεύς,
ὡς Ἁλικαρνασσεύς. Ἐρατοσθένης δ' καὶ Ταρ-
σικὸν φησιν. Ἔστι δ' καὶ Ταρσὸς ἄλλη τ' Βιθυ-
νίας· Τὸ ἐθνικὸν ταύτης Ταρσι⊙, κ' Ταρσία.
Δημοσθένης ἐν δευτέρῳ Βιθυνιακῶν, Ταρ- G
σείαν ἀφ' τ' αι διφθόγγ⟨ου⟩ τὴν πόλιν οἶδε· Τὸ
ἐθνικὸν, Ταρσει⊙. Ἔστι κ' χωρίον Βιθυνίας
Ταρσ⊙ λεγόμενον. 53 Καὶ Ταρσαὶ κώμη ἐπὶ
τῷ Εὐφράτῃ, ὡς Κασάρεια ἐν τρίτῳ Παρ-
θικῶν· Ἀπὸ δ' Σαμοσατῶν κ' ῥεῦσι ἐστὶ ὅσον σ- H
δίους ἑκατὸν πεντήκοντα, Ταρσαὶ κώμη πολυάν-
θρωπ⊙ ᾠκεῖτο, ἄνω δ' ποταμοῦ σταδίους πεν-
τεκαίδεκα. Τὸ ἐθνικὸν, Ταρσηνός.

quam per *e* diccbant Terſum ὥσθ' τὸ, &c. quod eſt *ſiccum eſſe*. Cum enim aquæ ſecundum primam conſtitutionem progrederentur in quod nunc eſt pelagus, dicunt primum apparuiſſe Tauricos montes. Dionyſius Thrax in de *Rhodo*, à Bellerophontis lapſu ſic dictam exiſtimat. Partem enim quamdam pedis Ταρσὸν *Tarſum* h.e. *plantam* vocari, ejus claudicationis memoriam facientibus veteribus. At Alexander Polyhiſtor, quod illic equus Pegaſus Ταρσὸν, i e. *plantam pedis* fregerit, atque Bellerophontes in Alciocampo errabundus-vagaretur. Alii, quod poſt diluvium hæc Ciliciæ loca prima apparuerint, atque ſiccata fuerint. Quamobrem urbem *Terſiam* vocatam fuiſſe. Eratoſthenes verò *Terſum*, quod, cum prius fructus corrumperentur quando eorum vigor elangueſcebat, hi primi collectos ſiccaverint, ad hyemem in alimentum repoſitos. Ex hac urbe fuit *Hermogenes* qui rhetoricam ſcripſit. Tharſus verò vocabatur, & Cilices Tharſei, ut Joſeph. in antiquitat. Vocabatur etiam *Crania*, à Cranio. Vocata fuit etiam *Hiera*. Et *Antiochia*, ab Antiocho Epiphane. Eſt verò Argivorum colonia, à Sardanapalo condita. Quam fluvius Cydnus medius perfluit, frigidus, & purus. Civis, Tarſeus, ut Halicarnaſſeus. Eratoſthenes etiam Tarſenum civem inquit. Eſt etiam alia Tarſus Bithyniæ. Hujus gentile, Tarſius, & Tarſia. Demoſth. 2. Bithyniacorum, Tharſiam per *ει* diphthongum urbem novit. Gentile, Ταρσει⊙, i. e. *Tarſius*. Eſt etiam regiuncula Bithyniæ *Tarſus* dicta. Et Tarſe vicus juxta Euphratem, ut Quadratus Parthicorum tertio. *A Samoſatis ſecundum decurſus aquarum euntibus circiter ſtadia 150. Tarſa vicus hominibus frequens incolebatur, ſupra fluvium ſtadia quindecim.* Gentile, Tarſenus.

ΤΑΡΤΑΡΟΣ 54, Κράτης τ' ὑπὸ τοῖς πόλοις

TARTARUS, Crates ſub polis aërem

Cydnus ad ipſum adoleſcentum gymnaſium: utpote ſcatebris non procul diſſitis, & alveo profundam convallem permeante, indeque ſtatim in urbem fluvio incidente; fluvius eſt frigidus atque aſper; unde tam pecori, quàm hominibus nervorum craſſitie & podagra laborantibus auxiliatur. Tantum autem Tarſenſibus ſtudium philoſophiæ & diſciplinæ, quam encycliam *vocant, inceſſit; ut ſuperaverint Athenas, Alexandriam, & alium quemcumque locum, qui nominari poſſit, ubi Scholæ & diatribæ Philoſophorum, & literarum fuerint.* Protulit Tarſus viros literatura inſignes, inter alios *Hermogenem*, qui de arte rhetorica maxima cum laude ſcripſit, cujus opus adhuc hodiè exſtat, necnon *Paulum* Apoſtolum, ut refertur Act. Apoſtol. c. 21. v. 39. & c. 22. v. 4. de qua conſule Porphyrogenet. de Them. lib. 1. Them. 10. Euſtath. ad Dionyſii v. 868. & alios.

51 Ὡς Ἰώσηπ⊙.] Reſpexit locum Joſephi ex Antiquit. lib. 1. c. 7.

52 Ταύτην, &c.] De fluvio Cydno, qui mediam interſecabat Tarſum, vide collectanea noſtra in Κύδνα nota 56.

53 Καὶ Ταρσαὶ, &c.] Et Tarſa, vicus ad Euphratem. Ego puto hanc Tarſam eſſe eam, quæ Joſuæ c. 12. v. 24. תִּרְצָה *Thirtſah* dicitur, quæ pro regia uſi ſunt reges Iſrael ante conditam Samariam, cujus fit mentio Reg. lib. 3. c. 14. v. 17. & lib. 4. c. 15. v. 14. quæ Joſepho Antiquit. lib. 9. c. 11. Tarſa vocatur, in cujus verſione Latina per incuriam legitur *Thapſa*.

54 Τάρταρ⊙, &c.] Tartarus, maſcul. & fœm. gen. num. ſingul. & neut. plur. erat inferorum locus, ubi fabulabantur impiorum & ſceleratorum animas torqueri, ut & Elyſius campus erat locus, ubi piorum animas habitare credebant. Utriuſque meminit Poëtarum decus & ornamentum Æneid. lib. 5. v. 731.

Ditis

λοις ἀέρα παχὺ τε καὶ ψυχρόν τινα, καὶ ἀφώτισον. Ὁ μὲν οὖν τόπον εἶναι συνεχοντα τοὺς ὑπὸ Κρόνον, καὶ ὑπὸ γῆν ὄντας. Λέγεται δὲ ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς, καὶ οὐδετέρως. Ὁ οἰκήτωρ, Ταρτάριος. Καὶ διὰ τοῦ ει διφθόγγου παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Εὐρυσθεῖ Σατυρικῷ. Καὶ τὸ κωμικὸν, Ταρταρίτης. Λέγεται καὶ ἀπὸ τοῦ παράσσειν, ταράττειν, τὸ ταραττεσθαι.

ΤΑΡΤΗΣΣΟΣ[55], πόλις Ἰβηρίας, ἀπὸ ποταμοῦ ἢ ἀπὸ ἢ Ἀργυρᾶ ὄρους ῥέοντος, ὃς καὶ ποταμὸς καὶ κασσίτερον ἐν Ταρτησσῷ καταφέρει. Τὸ ἐθνικὸν, Ταρτήσιος, καὶ Ταρτησία, καὶ Ταρτησίς. Καὶ οὐδέτερος,

— Ταρτήσιον ὄλβιον ἄστυ.

ΤΑΡΦΑΡΑ[57], οὐδέτερος, πόλις τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Ὁ πολίτης Ταρφαρηνὸς, ὡς Ζόαρα Ζοαρηνὸς, Αὔαρα Αὐαρηνὸς, ὡς Οὐρανίτης ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ.

ΤΑΡΦΗ[58], πόλις Λοκρῶν. Ὁ μὲν, Τάρφην τε, Θρόνιόν τε, Βοαγρίῳ ἀμφὶ ῥέεθρα.

[59] Λέγεται δὲ αὐτὴν ἀπὸ τοῦ πρὸς Φάρυγας κρήνης. Οἱ δὲ καὶ αὐτὴν, καὶ τὸν τόπον διὰ τὴν ὕλης πυκνότητα. [60] Τὰ πυκνὰ γὰρ, πάρφεα Ὅμηρος λέγει.

A rem quemdam crassum, frigidum & obscurum [sic vocat.] Hom. locum esse inquit continentem eos, qui circa Saturnum & qui sub terram sunt. Dicitur masculi. fœm. & neut. genere. Incola, Tartarius. [Invenitur] etiam per ει diphthongum apud Euripidem in Eurysth Satyrico. Et comicum, Tartarites. Dicitur etiam à verbo παράσσειν, h. e. *turbare*, verbum ταράττειν, quod est *turbari*.

TARTESSUS, urbs Iberiæ, à fluvio [cognomine] qui ab Argenteo monte defluit, qui fluvius stannum quoque in Tartessum defert. Gentile, Tartessius, & Tartessia, & Tartessis. Et neutro genere.

— *Tartessium beatam urbem.*

TARPHARA, neutro genere urbs Arabiæ felicis. Civis, Tarpharenus, ut Zoara Zoarenus, Auara, Auarenus, ut Uranius Arabicorum lib. 3.

TARPHE, urbs Locrorum. Hom.

Tarphenque, Throniumque, Boagrii prope fluenta.

Sic eam vocant à fonte circa Pharygas. Alii verò & urbem, & locum propter sylvæ densitatem sic dixere. Densa enim πάρφεα Homerus vocat.

Ba- Pro-

Ditis tamen ante
Infernas accede domos, & Averna per alta
Congressus pete nate meos, non me impia namque
Tartara habent, tristesque umbræ, sed amœna piorum
Concilia, Elysiumque colo.

Jupiter apud Homerum Il. 8. v. 13. minatur Dîs, & Deabus, se eos in Tartarum projecturum, si vel Trojanis, vel Græcis auxilientur. Optima inventio fuit ista Ethnicorum adversus animas simplices, sed quæ parum valebat ad cohibendos improbos, adversus quos plus proficit supplicium, quàm inferorum pœnæ à Poëtis decantatæ.

55 Ταρτησσὸς, πόλις Ἰβηρίας, &c.] Tarteſſus, urbs Iberiæ, à fluvio ejusdem nominis. Inter gemina Tartessi amnis, ostia, qui nunc *Bætis* dicitur, eam locat Strabo libro tertio: Δυοῖν ὄντων στομάτοιν τοῦ ποταμοῦ, πόλιν ἐν τῇ μεταξὺ χώρᾳ κατῳκισθαί φασιν, ὑπὸ κατοίκων τῶν πρότερον, ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ καὶ τῇ χώρᾳ Ταρτησσίδα καλεῖσθαί φασιν, ὑπὸ τῶν Τυρδόλων ἐνέμοντο). i. e. *Cum autem Bætis gemina ostia habeat, ajunt olim in medio horum urbem fuisse habitatam, quam vocabant* Tarteſſum, *fluvio cognominem; & regionem vocari* Tarteſſidem, *quam nunc Turduli incolunt.* Pausan. lib. VI. Ταρήσιον ἂν εἶναι ποταμὸν ἐν χώρᾳ τῇ Ἰβήρων λέγουσι, σταμασιν ἐς θάλασσαν καταφερόμενον δυσίν, καὶ ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν, ἣν μέσην δὴ ποταμοῦ τοῦ στομάτοιν κεῖσθαι. Τὸν δὲ ποταμὸν μέγιστόν τε ὄντα τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ καὶ ἀμπλῶν παρεχόμενον, Βαῖτιν ὠνόμασαν οἱ ὕστερον. Εἰσὶ δὲ οἳ Καρπίαν Ἰβήρων πόλιν καλεῖσθαι νομίζουσι τὴν δεχομένην Ταρτησσόν. i. e. *Tarteſſum certe fluvium in regione Iberorum dicunt, ostiis duobus in mare exeuntem, & cognominem ipsi urbem, in medio fluvii ostiorum positam. Fluvium esse maximum omnium qui in Iberia, navium æstus more reciprocantem,* Bætim *nominarunt posteriores. Sunt autem qui Carpiam Iberorum urbem vocari existimant antiquitus Tarteſſum.* Sunt qui existiment apud Pausaniam pro Καρπίαν legendum Καρήϊαν, quia ex Strabonis libro citato patet *Tarteſſum* vocatam postea fuisse *Carteiam*: Ἔνιοι δὲ Ταρήσσιν, τὴν νῦν Καρήϊαν προσαγορεύουσι. i. e. *Nonnulli verò* Tarteſſum *appellant, quæ nunc est* Carteia. Ac quia Plin. lib. 3. c. 1. inquit: *Carteia*, Tarteſſus *à Græcis dicta.* De quibus vide quæ in Καρπία annotavimus. Plerique arbitrantur esse ipsissimam, quæ nunc vulgo Hispanis dicitur *Tarifa*, auctore Mariana de Rebus Hispaniæ lib. 6. c. 22. & lib. 1. c. 2. sed hac de re consulendus Ludovicus Nonius in sua Hispania c. XI. & XII. Tantam olim argenti vim fuisse hac in urbe inquit Aristot. de Mirabilibus, ut Phœnices naves argenti plenas & anchoras quoque ex argento conflatas illinc in patriam reportaverint, ideo fortasse Poëta ille anonymos cujus hemistichium affert Stephanus *beatam* eam vocavit.

56 Ἀπὸ ποταμοῦ, &c.] Tarteſſum Hispaniæ antiquam urbem à fluvio cognomine, qui ab Argenteo monte defluebat nomen habere inquit. Hic est amnis Tartessus qui postea *Bætis* nuncupatus fuit, Strabo lib. 3. Οὐ πολὺ δ' ἀπόντι δὲ Καστλῶνός ἐστι καὶ τὸ ὄρος, ἐξ οὗ ῥεῖν φασι τὸν Βαῖτιν, ὃ καλεῖσθαι Ἀργυρᾶν, διὰ δὲ τὴν εὐπορίαν τὴν ἐν αὐτῷ. i. e. *Non procul à Castalone mons est, ex quo profluere dicunt Bætim, quem montem* Argenteum *vocat, ob argenti in eo metalla.* Ac paululum infra: Εἰκάσαι δ' οἱ παλαιοὶ καλεῖν τὸν Βαῖτιν, Ταρτησσόν. i. e. *Videntur autem veteres* Bætim *appellasse Tarteſſum.* Memoratur etiam hoc nomine Hispanorum Poëtarum principi Lusiadum lib. 8. octava XXIX:

Ves por industria, esforço & valentia
Outro estrago, & victoria clara & bella
Na gente assi feroz, como infinita
Que entre o Tarteſſo & Guadiana habita.

Gentem Bæticæ intelligit, quia Bætica jacet inter Tarteſſum, id est Bætim & inter Anam fluvium, qui vulgo *Guadiana*. Bætis verò *Guadalquivir* vocatur, de quo vide quæ in Βαῖτις.

57 Τάρφαρα, &c.] Tarphara, neut. plur. urbs Arabiæ felicis, ex Uranio. *Taphron* dicitur Amm. Marcellino lib. 23. c. 24. videtur eadem, quæ Plinio *Saphar*, de qua consulendus Bochartus Geograph. Sacræ parte priori lib. secundo cap. 30.

58 Τάρφη, πόλις Λοκρῶν.] Tarphe, urbs Locrorum. Memoratur Poëtarum parenti, cujus affert versiculum ex Il. 2. v. 533. ad quem locum nihil memorabile habet Eustathius. Pharygas esse quam Hom. *Tarphen* vocat ait noster in Φαρύγας.

59 Λέγεται, &c.] Eamdem etymologiam urbis Tarphes adducit in Φαρύγας.

60 Τὰ πυκνὰ γὰρ, πάρφεα, &c.] Densa Homerus πάρφεα vocat. Ejus hemistichium quod affert, legitur Il. 5. v. 555.

61 Ὡς

— Βαθείης πάρφεσιν ὕλης. — *Profundæ in densis sylvæ.*

Καὶ τὸ ἐθνικὸν Ταρφαῖος, [61] ὡς Στύμφη Στομφαῖος.

Gentile, Tarphæus, ut Stymphe, Stymphæus.

ΤΑΡΧΙΑ, πόλις Σικελική· φίλιος ἑβδόμῳ Σικελικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Ταρχιάτης, καὶ Ταρχιανός, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

TARCHIA, urbs Siciliæ. Philistus Siculorum 7. Gentile, Tarchiates, & Tarchianus, regionis forma.

ΤΑΡΧΩΝΙΟΝ [62], πόλις Τυρρηνίας, ἀπὸ Τηλέφου παιδὸς Τάρχωνος. Ὁ πολίτης Ταρχωνῖνος, ὡς Ἀσσώριον Ἀσσωρῖνος· Ἢ Ταρχωνιεύς, ὡς Ἱππωνιεύς.

TARCHONIUM, urbs Tyrrheniæ, à Telephi filio Tarchone. Civis, Tarchoninus, ut Assorium, Assorinus. Vel Tarchonieus, ut Hipponieus.

ΤΑΥ̃Α [63], πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Ταυίτης, ὡς Ὧρος ἐν δευτέρῳ περὶ ἐθνικῶν.

TAUA, urbs Ægypti. Civis, Tauites, ut Orus in secund. de gentilibus.

ΤΑΎΑΚΑ, πόλις Σικελίας· φίλιος ὀγδόῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ταυακῖνος, ὡς Ἐρυκῖνος.

TAUACA, urbs Siciliæ. Philistus lib. 8. Gentile, Tauacinus, ut Erycinus.

ΤΑΎΓΕΤΟΝ [64], ὄρος τῆς Λακωνικῆς. Ὅμηρος,

TAYGETUM, mons Laconicæ. Homerus:

Ἢ κὴν Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον.

Vel juxta Teygetum prælongum, vel Erymanthum.

Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς, καὶ ἀδελφῶς, ἀπὸ Τηϋγέτης τῆς μητρὸς Εὐρώπης. Τὸ ἐθνικὸν, Ταϋγέτιος.

Dicitur masc. & fœm. & neut. genere, à Teygeta Eurotæ matre. Gentile, Taygetius.

ΤΑΥΛΑΝΤΙΟΙ [65], Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Εὐφορίων δὲ μὲν ν, Ταυλαντίνους αὐτοὺς φησι. [66] Παρὰ τούτοις ἐκ μέλιτος οἶνον γίγνεσθαί φησιν Ἀριστοτέλης, ἐν θαυμασίοις. Λέγεται καὶ ἀδελφῶς Ταυλάντιον, καὶ Ταυλαντὶς θηλυκῶς.

TAULANTII, Illyrici populi. Euphorion cum *n*, *Taulantinos* eos vocat. Apud hos ex melle vinum fieri inquit Arist. de Mirabilib. Dicitur etiam neut. genere, Taulantium, & fœm. Taulantis.

ΤΑΥΡΑΝΙΑ [67], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Ταυρανῖνος, ὡς Πλακεντῖνος, καὶ Ταυρανιανός.

TAURANIA, urbs Italiæ. Gentile, Tauraninus, ut Placentinus, & Tauranianus.

ΤΑΥΡΙΚΗ [68], νῆσος μεγάλη, καὶ λίαν ἐπί-

TAURICE, insula magna, ac valde insi-

61 Ὡς Στύμφη, Στομφαῖος.] Legendum Ὡς Τύμφη, Τυμφαῖος, vel Σέμφη, Σεμφαῖος. Hæ enim urbes suo loco celebrantur, non Στύμφη.

62 Ταρχώνιον.] Vide Ταρκωνία.

63 Ταῦα, πόλις Αἰγύπτου.] Taua, urbs Ægypti. Memoratur Ptolemæo lib. 4. c. 5. apud quem Ταύα scribitur, Tafa per *f* apud Antoninum.

64 Ταϋγέτου, ὄρος, &c.] Taygetum, mons Laconicæ, ex Homero, cujus affert versiculum, qui Odyss. 6. v. 103. inter hos legitur:

Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' ἄγρους ἰοχέαιρα
Ἢ κὴν Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον
Τερπομένη κάπροισι, καὶ ὠκείῃσ' ἐλάφοισι.
Qualis Diana incedit per montem sagittis gaudens
Aut per Taygetum prælongum, aut Erymanthum
Oblectans se apris, & velocibus cervis.

Usurpatur etiam masc. & fœm. gen. Taygetus, & neut. plur. Taygeta. Virgilius Georgicor. lib. 2. v. 487.

——— *Virginibus bacchata Lacænis Taygeta.*

Erat totius Laconicæ altissimus, & agrestibus animantibus abundabat, auctore Pausania in Laconicis. Ejus vertex terræ motu quodam, quo & Sparta, ab Anaximandro physico prædicto, corruit, referente Cicerone de Divinat. lib. 1. sub cujus vertice Ledam peperisse Castorem & Pollucem fabulatur Homerus in Hymnis.

65 Ταυλάντιοι, &c.] Taulantii, Illyrica gens: Memorantur Thucydidi lib. 1. Ἐπίδαμνός, ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον· οἰκοῦσι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. i. e. *Epidamnus, est urbs ad dextram sita navigranti versus Ionium sinum. Huic autem finitimi sunt Taulantii barbari, gens Illyrica.* Ptolemæus lib. 3. c. 13. inter Macedoniæ populos eos recenset. E nostris Mela lib. 2. c. 3. Plin. lib. 3. c. 22. eorum meminerunt, necnon Lucanus lib. 6. Silius lib. 15.

66 Παρὰ τούτοις, &c.] Apud Taulantios ex melle vinum fieri inquit ex Aristot. de Mirabilibus, quod frequens est apud Æthiopes Abyssinos, ut in eorum historia refert oculatus testis Franciscus Alvarez Lusitanus.

67 Ταυρανία, πόλις Ἰταλίας.] Taurania, urbs Italiæ. Memoratur Plinio lib. 3. c. 5. quam intercidisse refert. Cluverius Ital. Antiquæ lib. 1. c. XI. inquit, persuasum habere, Stephanum scripsisse Ταυρασία, &c. quia, ut ipse existimabat, nulla usquam apud alios auctores reperiatur Italiæ urbs *Taurania*; sed cum apud Plinium, ut vidisti, reperiatur, corruit illius argumentum.

68 Ταυρική, &c.] Taurice, insula magna, & valdè illustris, &c. Fallitur auctor noster. Taurice enim non erat insula, sed pen-insula, quæ *Scythica Chersonesus* dicitur Straboni lib. 7. Ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ ἰσθμός, ὁ διείργων τὴν Σαπρὰν λεγομένην λίμνην, ἀπὸ τῆς θαλάττης σταδίων τεσσαρακοντα, καὶ ποιῶν τὴν Ταυρικὴν, καὶ Σκυθικὴν λεγομένην χερρόνησον. i. e. *Ibi verò Isthmus est, qui dispescit paludem nomine* Sapram, *à mari stadiorum* XL. *atque efficit Tauricen, & Scythicam dictam cherronesum.* Eam describit Ptolemæus lib. 3. c. 6. Galli vocant *la petite Tartarie*, quam olim Mithridates ille celeberrimus rex Ponti, pertinax Romanorum hostis suo adjecit imperio, sed tandem à Romanis victus non Tauricam modo, sed & Pontum amisit, postea Genuenses ejus maritimam oram classibus suis occuparunt, donec Tartari anno Christi CIↃCCL. eos pene expulerunt, ac tandem Mahumetes hujus nominis secundus, Turcorum Imperator,

Ἐπίσημος, καὶ πολλὰ ἔχουσι ἔθνη, καὶ περικλείουσι τὴ λίμνη τὴν Μαιώτιν λίμνην. [69] Ἧς ὀλίγον διέχουσι ἡ Ἀλωπεκεία ἐσὶ μικρά. [70] Τῆ δὲ Ταυρικῆ δύο προκεῖνται νῆσοι, Φαναγόρεια καὶ Ἑρμώνασσα. Λέγεται δὲ, Ὄσιριν ἐκεῖ ζεύξαντα βόας, ἀρόσαι τὴν γῆν. Διὰ δὲ τὸ ζεῦγος καὶ ταῦρος, τὸ ἔθνος κληθῆναι. Ὁ οἰκήτωρ Ταυρικὸς, ὡς Ἀττικός. Τινὲς δὲ Ταύναιν, οἱ δὲ Ἀλωπέκειαν, οἱ δὲ Μαιώτιν αὐτὴν φασι.

A insignis, multas habens gentes, situ circumcludens Mæotim paludem. A qua non multum distat Alopecca parva. Tauricæ verò duæ adjacent insulæ, Phanagora, & Hermonassa. Dicunt verò, Osirim illic junxisse boves, ac terram arâsse. A jugo igitur tauri, nomen inditum genti. Incola, Tauricus, ut Atticus, aliqui *Taunaim*, alii *Alopecam*. Alii *Mæotim* eam vocant.

ΤΑΥΡΙΣΚΟΙ [71], ἔθνος περὶ τὰ Ἄλπεια ὄρη. Λέγονται δὲ Ταυρῖνοι, ὡς Πολύβιος τρίτῳ. Ἐρατοσθένης Τερίσκους αὐτοὺς φησι, διὰ τοῦ ε, οἱ δὲ Τρῶοι λέγονται.

B TAURISCI, populi circa montes Alpes, qui etiam *Taurini* dicuntur ut Polybius lib. 3. Eratosthenes *Terisces* eos vocat per *e*, qui etiam *Troï* vocantur.

ΤΑΥΡΟΕΙΣ [72], πόλις Κελτικὴ, Μασσαλιητῶν ἄποικος. Οἱ πολῖται, Ταυροέντιοι. Ἀπολλόδωρος ἐν πρώτῳ γεωγραφουμένων φησὶν, ὅτι Ταυροφόρος τὶς ἦν ναῦς, ἣ ἀφικομένους τοὺς τὴν πόλιν κτίσαντας, οἷς ἀποβρίψαντες ἀπὸ σόλου τὸ φοινικαῖον, καὶ προσενεχθέντες αὐτόθι, ἀπὸ τοῦ ἐπισήμου τοῦ νεὼς τὴν πόλιν ὠνόμασαν. [73] Τὸ ἐθνικὸν Ταυρῖνοι.

C D E TAUROIS, urbs Celtica, Massiliensium colonia. Cives, Tauroëntii. Apollodorus primo Geographumenωn inquit, navem, in qua vecti sunt, qui urbem condidere, pro insigni habuisse taurum, ac à classe Phocensium rejecti cum essent, illuc appulisse, ac urbem à navis insigni nominâsse. Gentile, Taurini.

ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΟΝ [74], πόλις Σικελίας. Ὁ πολίτης, Ταυρομενίτης, καὶ Ταυρομένιος.

TAUROMENIUM, urbs Siciliæ. Civis, Tauromenites, & Tauromenius.

ΤΑΥΡΟΠΟΛΙΟΝ [75], ἐν Σάμῳ Ἀρτέμιδος ἱερόν. Στράβων παραπλησίως δεκάτῃ.

TAUROPOLIUM, templum Dianæ in Samo. Strab. lib. 14.

TAU-

tor, Constantinopoli anno CIↃCCCCLII. expugnata, prorsus ex Taurica ejecit, auct. Michaele Antonio ad Alexandrini Lexic. Geographicum. Hujus incolæ antiquitus advenas eo loci adjectos Dianæ immolabant, ut posteritati commendat Diod. Siculus lib. 4. Ad quod alludit Juvenalis Sat. 15. v. 115.

——— *Maotide sævior ara*
Ægyptus: *quippe illa nefandi Taurica sacri*
Inventrix homines (*ut jam quæ carmina tradunt*
Digna fide credas) *tamen immolat*: *ulterius nil*
Aut gravius cultro timet hostia:

69 Ἧς δὲ πολὺ διέχουσι.] Vide quæ in Ἀλωπεκία.

70 Τῆ δὲ Ταυρικῆ δύο, &c.] Phanagora & Hermonassa insulæ adjacentes Tauricæ memorantur, quæ insulæ non fuere sed urbes, ut claret ex eis quæ in Ἑρμώνασσα annotavimus.

71 Ταυρίσκοι, ἔθνος, &c.] Tauriſci, Terisci, Taurini, populi circa Alpes, quos Polyb. lib. 2. *Tauriscos*, lib. 3. *Taurinos* vocat. Alpium montana versus Italiam habitasse diserte testatur Strabo lib. 4. Ἐπὶ δὲ θάτερα μέρη, τὰ πρὸς τὴν Ἰταλίαν κεκλιμένα τῆς λεχθείσης ὀρεινῆς, Ταυρῖνοί τε οἰκοῦσι, Λιγυστικὸν ἔθνος, τῇ ἄλλοι Λίγυες. i. e. *Ad alterum latus, quod versus Italiam spectat montanæ regionis dictæ, Taurini habitant, Ligustica gens, & alii Ligures.* E nostris memorantur Livio lib. 21. c. 38. *Ex ipso autem audisse Annibale, postquam Rhodanum transierit, triginta sex millia hominum, ingentemque numerum equorum, & aliorum jumentorum amisisse in Taurinis*: *quæ Gallis proxima gens erat in Italiam digressis.* Eorum principem civitatem expugnasse Annibalem colligit ex ejusdem auctoris libro præscripto: *Jam ex stativis moverat Hannibal; Taurinorumque unam urbem, caput gentis, quia volens in amicitiam non veniebat, vi expugnavit.* Taurasia dicitur Appiano in Hannibalicis: Καὶ μικρὸν ἀναπνεύσας, προσέβαλε Ταυρασίᾳ, πόλει Κελτικῇ. Καθῃρήκει δ' αὐτὴν ἐξελών, τοὺς αἰχμαλώτους ἐσφαξεν, ἐς κατάπληξιν τῶν ἄλλων Κελτικῶν. i. e. *Et aliquantum quiescens, movit adversus Taurasiam, urbem Celticam; quam vi expugnata, captivos jugulavit, ut reliquam Celticam terreret.* Appianus loquitur de Hannibale & Galliam vocat Celticam. Eadem urbs *Augusta Taurinorum* dicitur Plinio lib. 3. c. 17. *Oppida, Vibii Forum, Segusio: colonia ab Alpium radicibus Augusta Taurinorum, antiqua Ligurum stirpe.* Taurinorum regionem esse eam, quæ hodiè Germanis *Stiermarck*, i. e. *tauri-limes* vocatur, consentiens auctorum opinio est.

72 Ταυρόεις, πόλις Κελτικὴ, &c.] Taurois, urbs *Celtica*, i. e. *Gallica* Massiliensium colonia. *Tauroëntium* dicitur Straboni lib. 4. Ἡ μὲν δὴ ἀπὸ Πυρήνης ἐπὶ Μασσαλίαν παραλία τοιαύτη καὶ τοσαύτη τίς· Ἡ δ' ἐπὶ τὸν Οὔαρον ποταμὸν καὶ τοὺς ταύτην λίγυας, τίνες τε οἱ Μασσαλιωτῶν ἔχουσι πόλεις, Ταυροέντιον, καὶ Ὀλβίαν, καὶ Ἀντίπολιν, &c. i. e. *Talis ergo ac tanta est maritima à Pyrenæis montibus Massiliam usque ora. Quæ autem hinc ad Varum usque fluvium & Ligures ibi degentes porrigitur, ea urbes Massiliensium habet Tauroëntium, & Olbiam, & Antipolim, &c.* Creditur esse, quæ hodie *Tolon.*

73 Τὸ ἐθνικὸν Ταυρῖνοι.] Hæc verba Aristarchi obelo expungenda censeo, quia à Ταυρόεις non potest deduci Ταυρῖνοι, sed Ταυροέντιοι. Sic enim dicebantur hujus urbis cives, ut in hujus sectionis capite dixit.

74 Ταυρομένιον, πόλις Σικελίας.] Tauromenium, urbs Siciliæ. Nunc parùm corrupto vocabulo *Taormina* dicitur Siculis; fuit urbs antiquitus inter Siciliæ principes urbes, auctore Constantino Porphyrogenet. De Them. libro 2. Them. 10. antea dicta *Naxus*, Plin. lib. 3. c. 8. *Messana, promontorium Drepanum: colonia Tauromenium; quæ anteà Naxos.* Sed ex Strabone, cujus verba apposuimus in de Νάξος apparet Tauromenium & Naxum fuisse diversa oppida. Tauromenii dynasta fuit Andromachus Timæi historici pater, teste Plutarcho in Timoleonte; de qua consulendus Cluv. Ital. Antiquæ lib. 2. c. 7.

75 Ταυροπόλιον, &c.] Tauropolium, in Samo Dianæ templum, ex Strabonis lib. 14. Fallitur epitomator noster. Tauropolium enim non erat in Samo sed in Icaria insula, quæ adjacebat Samo, ut elucescit ex ejusdem auctoris libro citato: Παράκειται δὲ τῇ Σάμῳ νῆσος ἡ Ἰκαρία, ἀφ' ἧς τὸ Ἰκάριον πέλαγος, &c. i. e. *Adjacet verò Samo insula Icaria, à qua Icarium pelagus, &c.* Ac pauxillulum infra loquens de eadem insula Icaria: Ἔστι δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν καλούμενον Ταυροπόλιον ἐν τῇ νήσῳ, καὶ πολίχνιον Οἰνόη καὶ ἄλλο Δρεκανόν. i. e. *Est autem & Dianæ templum nomine Tauropolium in insula & oppidulum Oenoë, & aliud Dracanum.*

ΤΑΥΡΟ΄ΠΟΛΙΣ, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ταυροπολίτης.

TAUROPOLIS, urbs Cariæ. Gentile, Tauropolites.

ΤΑΥ΄ΡΟΣ [76], ὄρος διὰ μέσης Ἀσίας διῆκον· Διότι Ταύρους οἱ παλαιοὶ, πάντα ὅσα μεγάλα καὶ βίαια ἐπωνόμαζον, [77] Ἡ δὲ πρόσομὴ Ταύρου τοῦ πρὸς τῇ θαλάσσῃ αὐτὸ ἀπείκασε. Τὸ ἐθνικὸν Ταυρανὸς, πλεοναζμῷ τοῦ α, ὡς Ζυγιανός.

TAURUS, mons per mediam Asiam pertransiens. [Sic dictus] quod antiqui, quæcumque erant magna & violenta, *tauros* nominabant. Vel [quod] effigiei tauri partes ejus, quæ ad mare vergebant assimilavit. Gentile, Taurianus, pleonasmo τοῦ α, ut Zygianus.

ΤΑΥΧΕΙΡΑ [78], πόλις Λιβύης, θηλυκῶς καὶ ἀδελφέως, ὡς Ταγείρα, ἀπὸ Ταγείρας τοῦ Αὐτάνδρου θυγατρός. Λέγεται νῦν Ἀρσινόη. Ὁ πολίτης Ταυχειρεύς, καὶ Ταυχέρεως, καὶ Ταύχερος, καὶ Ταυχερίτης, καὶ Ἀρσινοίτης, ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου.

TAUCHIRA, urbs Libyæ, fœm. & neut. gen. ut Tagira, à Tagira Autandri filia. Nunc verò *Arsinoë* dicitur. Civis, Tauchirius, & Taucherius, & Taucherus, & Taucherites, & Arsinoïtes ab Ægyptia.

ΤΑ΄ΦΟΣ [79], πόλις Κεφαλληνίας· Νῦν Ταφίασσα. Ἔστι καὶ νῆσος, ἀπὸ τριάκοντα σταδίων Ταφιὰς καλουμένη. Καὶ ἑτέρα. Οἱ πολῖται Τάφιοι. Τῆς Ταφιάσσης Ταφιασσαῖος, ὡς Σκοτουσσαῖος, Πιθηκουσσαῖος.

TAPHUS, urbs Cephalleniæ. Nunc verò Taphiussa. Est etiam insula, quæ triginta stadiis distat, *Taphias* vocata. Et alia. Cives, Taphii. A Taphiussa, Taphiussæus, ut Scotussæus, Pithecussæus.

ΤΑΦΟΣΙΡΙΣ [80], πόλις Αἰγύπτου, ἐν ᾗ λέγεται Ὄσιρις τεθάφθαι.

TAPHOSIRIS, urbs Ægypti, in qua dicitur Osiris sepultus.

ΤΑ΄ΦΡΑΙ [81], καὶ Τάφρη ἐνικῶς, χώρα ταφρωθεῖσα, ἧι πρὸς Μαιώτιν λίμνην, ὑπὸ δούλων τῶν δεσποίναις συμμιγέντων κατὰ τὸν πολυχρόνιον πόλεμον τῶν Σκυθῶν, τῶν δεσποτῶν πολεμούντων τοῖς Θρᾳξὶν, ἢ τοῖς ἐντὸς Ἴστρου, ὡς Καλλίστρατος ἐν τρίτῳ. [82] Ταύτην τὴν χώραν κατοικῆσαι Σατορχαίους. Οἱ οἰκοῦντες, Σατορχαῖοι.

TAPHRÆ, & Taphre, in sing. num. regio fossa-munita circa Mæotim paludem, à servis, qui cum dominorum uxoribus congressi fuere, dominis eorum Scythis diuturnum bellum cum Thracibus, vel cum eis, qui intra Istrum sunt, gerentibus, ut Callistratus lib. 3. Hanc regionem incoluisse *Satorchæi* dicuntur. Incolæ, Satorchæi.

ΤΑΧΕΜΨΩ΄ [83], νῆσος Αἰθιοπίας πρὸς τῇ Λιβύῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ταχεμψίτης, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

TACHEMPSO, insula Æthiopiæ juxta Libyam. Gentile, Tachempsites, regionis forma.

ΤΕΑΝΟ΄Ν [84], πόλις Ἰταλίας, ὡς Ἀρτεμί-

TEANUM, urbs Italiæ, ut Artemido-

76 Ταῦρος, ὄρος, &c.] Taurus, mons mediam Asiam secans. Est idem, qui Caspius & Caucasus. De quibus suo loco egimus, mons omnium totius terrarum orbis maximus, à Pamphylio mari juxta Chelidonium promontorium incipiens ad Scythas usque & Indos extendebat terminos, numerosis & novis nominibus quacumque incedebat insignis. De nullo alio plura leguntur nomina, ut videre est apud Plin. lib. 5. c. 17. & Ortelium in Thesauro Geographico. Taurus verò nuncupatus est, quod veteres Græci omnia magna & fortia vocabant *tauros*, τὸ βία etiam est particula intensiva, ut ait Eustath. ad Dionysii v. 850.

77 Ἡ πρόσομὴ ταύρου τοῦ πρὸς τῇ θαλάσσῃ, αὐτὸ ἀπείκασε] Quis non videbit, hæc sic legenda esse: ἡ ὅπη, &c. ἀπεικάζουσι. i. e. *vel quod effigiei tauri partes ejus quæ ad mare assimilantur.*

78 Ταυχειρα.] Vide quæ in Ἀρσινόη nota 91.

79 Τάφος, πόλις Κεφαλληνίας.] Taphus, urbs Cephalleniæ. A nemine, quod sciam, at Taphus insula, quæ postea *Taphiussa* nominata est, celebratur ab Strabone lib. 10. Αἱ τῶν Ταφίων νῆσοι, καθ' ἃς ἦν Τηλεβοῶν, οὓς καὶ Ταφίους, καὶ Ταφιοῦσαι κεκλημένη, χωρὶς ἦσαν τούτων. i. e. *Taphiorum porrò insulæ, ante Teleboum, quarum erant etiam Taphius, nunc verò Taphiussa nomine seorsim ab his erant.* Taphios autem, Cephallenios & Teleboës eosdem fuisse non defuere, qui affirmarent, auctore Strabone libro citato, sed hi cum Homero non faciunt. Homerus enim Cephallenes sub Ulysse, Taphios sub Menta ponit Odyssea 1. v. 180.

Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος υἱὸς ἔην
Υἱὸς, ἀτὰρ Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσων.
Mentes Anchialis prudentis glorior esse
Filius, at Taphiis navigandi-studiosis impero.

80 Ταφόσιρις.] Vide Ταυρόσιρις.

81 Τάφραι, &c.] Taphræ & Taphre singul. num. regio fossa-munita circa Mæotim paludem. Memoratur Melæ lib. 2. c. 1. *Subit tum ripam mare, & donec quinque millia passuum abfit à Mæotide, refugientia usque subsequens litora, quoad Satarchæ & Taurici peninsulam reddit. Quod inter paludem & sinum est*, Taphræ *nominatur. Sinus Carcinites.* Plin. lib. 4. c. 12. *Clauduntur ab Occidente Cherroneso, ab Ortu Scythis Satarchis. In ora à Carcinite oppida, Taphræ, in ipsis angustiis peninsulæ.* Taphros dicitur Ptolemæo lib. 3. cap. 6.

82 Ταύτην τὴν χώραν, &c.] Taphrarum regionem incoluisse Satorchæos inquit auct. noster. Quis dubitabit Satorchæos istos esse Satarchas Melæ & Plinii, ut ex horum verbis nota proximè præcedenti apparet; ab urbe Satarche, quam Ptolemæus libro capiteque citato, in illo eodem tractu locat, nomen habere videntur.

83 Ταχέμψω.] Vide Τάκεμψω.

84 Τεανὸν, πόλις Ἰταλίας.] Teanum, urbs Italiæ. Duo fuere hujus nominis oppida Italiæ, unum in Campania, alterum in Apulia, prius, *Teanum Sidicinum*, vulgò nunc *Tiano*, posterius *Teanum Apulum* a regione vocabatur; Teanum Sidicinum habebat in Campania post Capuam primum

πμίδωρ@ πεζῇ γεωγραφικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Τεανὸς.

rus Geographumenon lib. 4. Gentile, Teanus.

ΤΕΒΕΡΙΣ[85], ποταμὸς Ἰταλίας, ἔνθα ἡ Ῥώμη, καὶ ἡ τῶν Λατίνων ἐστὶ χώρα, ὡς Ἀπολλόδωρ@.

TEBERIS, fluvius Italiæ, ubi Roma, & Latinorum est regio, ut Apollodorus.

ΤΕΓΕΑ[86], πόλις Ἀρκαδίας.

Καὶ Τεγέαν εἶχον, καὶ Μαντινέα ἐρατεινήν.

TEGEA, urbs Arcadiæ. Hom.

Et Tegeam habebant, & Mantineam amabilem.

[87] Ὅμηρ@. Καὶ Παυσανίας ἡ. [88] Μαντινεὺς, καὶ Τεγεώτης, καὶ Μαίναλ@, Τέγεαν κλίζουσι, καὶ Μαντινείαν. Λέπδ@ δ' ἐν ἱστορίας ὀπτομῆς πρώτῳ, περὶ Λακεδαιμονίων ὕτω φησὶ· Χρᾷ δ' αὐτοῖς ἡ Πυθία ἐπ' Ἀρκαδίᾳ ὧδε,

Et Pausanias lib. 8. *Mantineus, & Tegeotes, & Mænalus, Tegeam condunt, & Mantineam.* Lepidus verò lib. prim. historiæ epitomæ de Lacedæmonibus sic inquit, *Oraculum reddit ipsis Pythia in Arcadia hujusmodi:*

[89] Ἀρκαδίῃ μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, ὅτι δώσω.

Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν,

Ἧς τ' ἄπο κωλύσουσιν. Ἐγὼ δέ τοι ὅ τι μεγαίρω.

Δώσω τοι Τεγέῃ ποσὶ κροτοῦντ' ὀρχήσασθαι.

Arcadiam mihi petis? magna petis, non tibi dabo.

Multi in Arcadia sunt viri glandibus-vescentes

A qua te arcebunt, ego verò tibi non invideo.

Dabo tibi Tegeam pede-calcare, & choreas ducere.

[90] Ἐχρῶν-

Iterum

mum locum, judice Strabone lib. v. Ἐν ᾗ τῇ μεσογαίᾳ Καπύη μὲν ἐστιν ἡ μεγαλόπολις, κεφαλὴ πασῶν καὶ ἐπιφανεστάτη ὁμοῦ@. Τὰ δὲ ἄλλα πολίχνια νομίζοιτ' ἂν καὶ σύγκεισθαι, πλὴν Τεάνου Σιδικίνου. Καὶ γὰρ αὕτη ἀξιολογ@. i. e. *In mediterraneis est Capua metropolis, caput re verâ secundùm etymologiam nominis. Reliqua enim oppidula existimaveris, si cum illa comparentur, præter Teanum Sidicinum. Hæc enim est civitas memorabilis.* E nostris ejus meminit M. T. Cicero Epist. ad Atticum lib. 8. Epist. 11. *Ego omnino, ut proximè tibi placuerat, Capuam veni eo ipso die, quo tu Theano Sidicino es profectus.* Frontinus in libro de Coloniis testatur coloniam fuisse, ut & Plin. lib. 3. c. 5. Teanum Apulum autem memoratur Straboni lib. VI. Εὐθὺς ἀπὸ τοῦ Γαργάνου κόλπ@ ὑποδέχεται βαθύς. Ἐν ᾧ τῷ λίμνη ἐστί. Ὑπὲρ δ' τὸ λίμνης ἐν μεσογαίᾳ τὸ Ἄπελον Τέανον, ὁμώνυμον τῷ Σιδικίνῳ. i. e. *Protinus à Gargano profundus est sinus. In eo lacus est. Supra eum in mediterraneis Teanum Apulum, ejusdem-nominis cum Sidicino.* Teanum Apulorum dicitur Plinio lib. 3. c. 11. quod interiit, nedum ejus ruinæ dignoscuntur. Hujus oppidani Theanenses, alterius Sidicini dicebantur, Liv. lib. 9. c. 20. *Et ex Apulia Theanenses Canusinique populationibus fessi, obsidibus L. Plautio Cos. datis, in deditionem venerunt.* Cic. Philippicâ 11. *Quid ego illas istius minas contumeliasque commemorem, quibus invectus est in Sidicinos.*

85 Τίβερις, ποταμὸς Ἰταλίας, &c.] Teberis, amnis Italiæ, &c. Est fluvius celeberrimus, qui Romam interluit, & 12. mill. pass. infra in mare evolvitur Tyrrhenum, prope Ostiam, ex Apenninis montibus delapsus dispescit Umbriam ab Hetruria & Sabinos à Latinis, Strabo lib. 5. Ῥεῖ δ' ἐκ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ὁ Τίβερις· πληροῦται δ' ἐκ πολλῶν ποταμῶν· μέρ@ μέντοι δι' αὐτῆς φερόμενο@ τῷ Τυρρηνικῷ· τὸ δ' ἕτερον διορίζων ἀπ' αὐτῆς πρῶτον μὲν τὴν Ὀμβρικὴν, εἶτα τὰς Σαβίνας καὶ Λατίνας. i. e. *Defluit ex Apenninis montibus Tiberis; impletur verò è multis fluviis; parte quadam per ipsam fertur Tyrrheniam, deinde dividit ab ea primò Umbriam, deinde Sabinos & Latinos.* Dionys. Halicarnassæus lib. 1. Ὁ Τίβερις πολυμὸς τὰς μὲν ἀρχὰς λαμβάνει τῆς ῥύσεως ἐκ τῆς ὑπερβολῆς τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν, εἰς ἣν τὸ Τυρρηνικὸν ἐξορύσσει πέλαγ@, ὡσίως πάλιν πλησίον ἐκδύσης. i. e. *Tiberis fluvius initium cursus sumit ex latere montium Apeninorum, in Tyrrhenicum verò pelagus effunditur, prope Ostiam urbem immersus.* Diversissimè scribitur ejus nomen, Τέβερις, Τίβερις, Θύμβερις, Θύβερις, vulgò Italis *Tevere.* Lydius vocatur ab Andino vate Æneid. lib. 2. v. 781.

Ubi Lydius arva
Inter opima virûm leni fluit agmine Tybris.

Tusci enim à Lydis originem ducebant, ideo quæ Tuscorum sunt, Lydorum epitheto exornantur; sic Lacum Benacum *Lydium* appellavit Cat. de quibus adi Servium ad versum citatum. Prius dictus fuit *Albula* ab aquarum albedine, postea *Tyberis* quod Tyberinus in eus unda mersus fuerit. Ovid. Fast. lib. 2. v. 389.

Albula, quem Tiberim mersus Tyberinus in unda
Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.

Virgil. Æneid. lib. 8.

Tum reges, asperque immani corpore Tybris
A quo post Itali fluvium cognomine Tybrim
Diximus, amisit verum vetus Albula nomen.

Vide quæ in Θύμβρις annotavimus.

86 Τέγεα, πόλις Ἀρκαδίας.] Tegea, urbs Arcadiæ, ex Hom. Il. 2. v. 607. Ex novem pagis compositam fuisse tradit Strabo lib. 8. Pausan. lib. 3. ejus conditorem Tegeatem celebrat. E nostris memoratur Suetonio in T. Flav. Vespas. c. 7. *Per idem tempus Tegeæ in Arcadia, instinctu vaticinantium effossa sunt sacrato loco vasa operis antiqui, atque in iis assimilis Vespasiano imago.* In hac urbe inventa fuisse ossa Oresti Olympiade LVIII. quæ longitudinem cubitorum VII. implebant, posteris tradidit Solin. cap. VIII.

87 Ὅμηρ@.] Debet anteponi carmini Homerico, quod legitur Il. 2. v. 607. etsi alibi etiam postponitur.

88 Μαντινεὺς καὶ Τεγεώτης, &c.] Sunt verba ex Pausaniæ lib. 8. inversa & corrupta; sic apud eum leguntur: Μαντινεὺς ᾖ, καὶ Τεγεάτης, καὶ Μαίναλ@, ὁ μὲν τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ πόλεων ἀνομαστότατο τὸ δεύτερον Μαίναλον, Τεγεάτης τε, καὶ Μαντινεὺς Τεγέαν κλίζουσι, καὶ Μαντίνειαν. i. e. *Mantineus verò & Tegeates, & Mænalus, hic quidem celeberrimam antiquitus Arcadicarum urbium Mænalum, Tegeatesque, & Mantineus Tegeam condunt, & Mantineam.* Quare apud Stephanum pro Τεγεώτης, καὶ Μαίναλ@ legendum fidenter Τεγεάτης καὶ Μαίναλ@.

89 Ἀρκαδίῃ, &c.] Ipsissimi versus leguntur apud Herodotum lib. 1. c. LXVI. ex quo tertius versus apud Stephanum sic legendus est:

Ἧς σ' ἀποκωλύσουσιν· ἐγὼ δέ τοι ὅ τι μεγαίρω.

Sed apud nostrum quatuor versus, apud Herodot. quinque leguntur.

90 Ἐχρῶντο δὲ καὶ πάλιν, καὶ ἀφικνεῖται αὐτοῖς πάδε·

A Iterum verò oraculum consulentes, hujusmodi accepere responsum:

Ἔστι τις Ἀρκαδίης Τεγέη λιπαρῷ ἐνὶ χώρῳ,
Ἔνθ' ἄνεμοι πνείουσι δύο κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης,
Καὶ τύπος ἀντίτυπος, καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται.
Ἔνθ' Ἀγαμεμνονίδην καλέει φυσίζοος αἶα.
Τὸν, σὺ κομισσάμενος Τεγέης ἐπιβήτορι θώῃ ἔασιν.

B Et Typus antitypus, & damnum in damno jacet.

Ubi Agamemnonidem detinet alma tellus,

Quem, tu recipiens Tegeæ auxiliator eris.

C

91 Ἔστι καὶ Τεγέα ἐν Κρήτῃ, ὑπὸ Ταλθυβίου κτισθεῖσα· 92 ὁ πολίτης Τεγεάτης, ὡς Ἐλεάτης· Καὶ Ἡλυκὸν, Τεγεάτις. 93 Ἦν δὲ μελοποιὸς Αὐγὴ Τεγεάτις. Λέγει καὶ Τεγεὰς, ὡς Ἰλιάς. Ἀγύτη. vid. Fabricij Bibliogr. Vol. I. p. 571 Ἀκούνει, ὡς Σοφοκλῆς.

Est etiam Tegea in Creta, à Talthybio condita. Civis, Tegeates, ut Eleates. Fœm. Tegeatis. Fuit verò Auges Poëta Tegeates. Dicitur etiam Tegeas, ut Ilias. Acuitur, ut Sophocles.

D

ΤΕΓΕΣΤΡΑ 94, ἀδελέρως πόλις Ἰλλυρίας, πρὸς τῇ Ἀκυληίᾳ. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἑνδεκα, Τέργεστρον αὐτὴν καὶ κώμην οἶδεν. 95 Ἀπὸ Τεργέστρης κώμης, καὶ ἐκ μυχοῦ ἐπὶ τὴν Ἀδρίαν σταδίοι πεντακισχίλιοι εἰκοσιεννέα. 96 Ὁ πολίτης, Τεγεστραῖος.

TEGESTRA neut. gen. urbs Illyriæ juxta Aquileiam. Artemidorus in Epitome undecim [librorum,] *Tergestrum* eam [vocat] & vicum agnoscit: *A Tergestro vico, & recessu in Adriam sunt quinque millia viginti novem stadia.* Civis, Tegestræus.

E

ΤΕΓΗΣΣΟΣ 97, πόλις Κύπρου· Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Τεγήσιος, καὶ Τεγησσεύς.

TEGESSUS, urbs Cypri. Dionysius Bassaricorum lib. 3. Gentile, Tegessius, & Tegesseus.

ΤΕΓΥΡΑ 98, πόλις Βοιωτίας, ἐν ᾗ Ἀ-

F

TEGYRA, urbs Bœotiæ, in qua Apol-

πόλ-

90 Ἐχρῶντο, &c.] Hi etiam quinque versus sequentes reperiuntur apud eundem Herodot. libro citato cap. LXVII. quos Pythiam Lacedæmoniis reddidisse refert, apud quem eorum interpretamentum videre licet.

91 Ἔστι καὶ Τεγέα ἐν Κρήτῃ, &c.] Est & Tegea in Creta à Talthybio condita. Nobiliorem Talthybio conditorem huic urbi dedit Vell. Paterculus lib. I. *At Rex regum Agamemnon, tempestate in Cretam insulam rejectus, tres ibi urbes statuit, duas à patriæ nomine, unam à victoriæ memoria, Mycenas, Tegeam, Pergamum.*

54 Τῆν⊙, νῆσ⊙ Κυκλὰς, &c.] Tenus, insula jacebat in Ægæo pelago, cum urbe & Neptuni templo insigni, Strab. lib. 10. Τῆν⊙ ⊃ πόλιν μὲν ἔ μεγάλην ἔχει· τὸ δ᾽ ἱερὸν ⊃ Ποσειδῶν⊙ μέγα ἐν ἄλσει, τ πόλεως ἔξω, θέας ἄξιον. i. e. *Tenus verò urbem non magnam habet. Fanum autem Neptuni magnum in luco, extra urbem, visu dignum.* Noster inter Cyclades, alii inter Sporades numerabant, judice Eustathio ad Dionysii v. 529. qui alliorum feracem fuisse tradit apud quem perperam legitur σκοροδοφάγ⊙ pro σκοροδοφόρ⊙.

55 Ἐκλήθη ⊃ Ὑδρέουσα, &c.] Tenus insula vocata etiam fuit *Hydrussa* ab aquarum copia, & *Ophiussa*, propter serpentes. Plin. lib. 4. c. 12. *Tenos cum oppido* XV. *millia pass. porrecta, quam propter aquarum abundantiam Aristoteles* Hydrussam *appellatam ait, aliqui* Ophiussam.

56 Ἀριστοτέλης.] Affert Aristotelis verba, ex libro de Mirabilibus, mutila & corrupta quæ apud eum ita leguntur: Ἐν Τήνῳ τῇ νήσῳ φασὶν εἶναι φιάλιον σύγκραμα ἔχον, ἐξ οὗ πῦρ ἀναπῆσαι πάνυ ῥᾳδίως. i. e. *In Teno insula ajunt esse phialam parvam habentem commistum quoddam, unde ignem accendunt facilimè.* Ex quo castigandus Stephanus, ac pro φιάλων legendum φιάλιον, quæ lectio etiam confirmatur ex Eustath. ad Dionys. v. 519. Joan. Hartungus, & Nicolaus Lloydius, uterque ex eruditorum collegio existimant locum illum non inveniri apud Aristotelem de Mirabilibus, sed apud veteres codices reperitur.

57 Καὶ Ἀθήναι⊙.] Verba Athenæi, ex ejus Dipnosophistarum lib. 2. quæ apponit, ita apud eum leguntur: Ἐν Τήνῳ κρήνη ἐστὶν, ἧς τὸ ὕδωρ οἴνῳ ἐ μίγνυ⊃. i. e. *In Teno fons est, cujus aquæ vinum non miscetur.*

58 Ἀφ᾽ ἧς ⊃ Ἕλληνα Τηνία.] A Teno, urbe Laconica Herinna Poëtria dicta est *Tenia*. Hujus urbis Laconicæ summum est apud alios silentium: de Poëtriæ Herinnæ patria non convenit inter scriptores, ut videre est ex L. Greg. Gyraldi historia Poëtarum dialogo 3.

59 Τιβαρηνία, χώρα πρὸς τ, &c.] Tibarenia, regio ad Pontum, vicina Chalybibus & Mossynœcis. Absque dubio respexit Dionysium, qui *Tibarenos* inter Mossynœcos & Chalybes locat v. 765.

——— Καὶ οἱ μόσσωνας ἔχουσι
Δερραίης. Τῶν δ᾽ ἄγχι πολυῤῥῆνες Τιβαρηνοί.
——— *Et qui turres habent*
Ligneas. Hos verò juxta pecore-abundantes Tibareni.

Horum terram *Tibarenida* vocat Apollon. Rhodius Argonauticorum lib. 2. v. 1012. Memorantur Straboni lib. 12.

κὸν Τιβαρλώιοι, ᾗ Τιβαρλωοί· Καὶ ϑηλυκὸν, Τιβαρλωίς. [60] Ἔφορος ἐν πέμπτῳ φησὶν, ὅτι Τιβαρλωοὶ, ᾗ τὸ παίζειν ᾗ τὸ γελᾶν εἰσιν ἐζηλωκότες, ᾗ μεγίστων εὐδαιμονίαν τοῦτο νομίζουσιν. Ὅμοροι δὲ τούτοις Χάλυβες, ᾗ τὸ τῶν Λευκοσύρων ἔθνος.

A le, Tibarenii, & Tibareni. Et fœm. Tibarenis. Ephorus lib. 5. inquit, *Tibarenos ſtudio ludendi, & ridendi teneri, & maximam felicitatem hoc judicare.* His finitimi ſunt Chalybes & Leucoſyrorum natio.

B

ΤΙΒΕΙΟΝ [61], ὄρος Φρυγίας, ἀπὸ Τιβείου τινός. [62] Ἐκ τούτου ᾗ Τιβείους τοὺς δούλους καλοῦσι.

TIBIUM, mons Phrygiæ, à Tibio quodam. Ex hoc etiam *Tibios* ſervos vocant.

ΤΙΒΕΡΙΑΣ [63], πόλις τῆς Ἰουδαίας, πρὸς τῇ Γεννησαρίδι λίμνῃ· Ἐκλίσθη δὲ ὑπὸ Ἡρῴδου. Ἐκ ταύτης ἦν Ἰοῦστος, ὁ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον τὸν κατ' Οὐεσπεσιανοῦ ἱστορήσας. Οἱ πολῖται, Τιβεριεύς. Ἰουλιανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς Τιβεριοπολίτας ἐπέγραψε. Καὶ δῆλον, ὡς τῆς πόλεως καλουμένης Τιβεριοπόλεως, τὸ ϑηλυκὸν Τιβεριάς.

TIBERIAS, urbs Judææ, juxta Geneſiritidem paludem. Condita verò fuit ab Herode. Ex hac erat *Juſtus*, qui bellum Judaicum contra Veſpaſianum conſcripſit. Civis, Tiberieus. Julianus autem Imperator *Tiberiopolitas* vocat. Ac patet ſic ab eo vocatos fuiſſe, tamquam ab urbe vocata *Tiberiopolis*, fœm. Tiberias.

ΤΙΒΥΡΙΣ [64], πόλις Ἰταλίας· Ἀρτεμίδωρος ὁ Γεωγράφος ἐν τῇ Περιηγήσει φησὶν, ὅτι ἐστὶν ἐν τῇ Λατίνῃ πόλις Τίβυρις, ἣν ἔνιοι Τίβουρα καλοῦσιν, ἐξ ἧς ἐστὶν ὁ ποιητὴς Ὁράτιος. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Τίβυρις ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ, ἣν ἔκτισε Τίβυρις ὁ Ἡρακλέους, ἀφ' οὗ καὶ ὁ ποταμὸς ὁ παρ' αὐτὴν ῥέων Τίβυρις ἐκλήθη.

TIBYRIS, urbs Italiæ. Artemidorus Geographus in Periegeſi ait, eſſe in Latio urbem Tibyrin, quam nonnulli Tibura vocant, ex qua fuit Poeta Horatius. Eſt & alia Tibyris in Hiberia, quam condidit Tibyris Herculis filius, à quo & fluvius qui prope eam fluit, Tibyris appellatus fuit.

60 Ἔφορος.] Inquit ex Ephoro, Tibarenos & ludere, & ridere loco felicitatis habuiſſe, quod etiam refert Mela lib. 1. c. 19. *Tibareni Chalybas attingunt, quibus in riſu, luſuque ſummum bonum eſt, ultra Moſſyni turres ligneas ſubeunt.*

61 Τίβειον, ὄρος Φρυγίας, &c.] Tibium, mons Phrygiæ. Hujus Phrygiæ montis non inveniebam memoriam, at apud Suidam hæc leguntur: Τιβία, ὅλη ἡ Φρυγία οὕτω καλεῖται. i. e. *Tibia tota Phrygia ſic vocatur.*

62 Ἐκ τούτου ᾗ Τιβείους, &c.] Ex hoc Tibios vocant *ſervos.* Athenienſes nomina ſervis imponebant vel à gente ex qua in Atticam afferebantur, ut Geta, Lydus, Syrus, vel eos vocabant eis nominibus, quæ apud eas gentes, ex quibus aſportabantur, erant uſitatiſſima, *ut Manen*, vel *Midam* eum, qui ex Phrygia erat, *Tibium* autem eum qui ex Paphlagonia, quorum luculentus eſt teſtis Strabo lib. 7.

63 Τιβεριάς, πόλις τῆς Ἰουδαίας, &c.] Tiberias, urbs Judææ ad Geneſiritidem lacum Hebraïcè dicitur טבריה *Teberiah*, ſic autem vocata fuit ab Herode Tetrarcha, qui eam condidit in gratiam Tiberii Cæſaris. Talmudici alias afferunt ejus nominis etymologias, ut patet ex Buxtorfii lexico Chaldaico, Talmudico in v. טבריה, ſed prior ſententia confirmatur auctoritate Joſephi, qui Antiquit. lib. 18. c. 3. de hac urbe ſic loquitur: Ἡρῴδης ὁ τετράρχης, ἐπὶ μέγα δὲ ἦλθε τῇ Τιβερίου φιλίας προσελθών, οἰκοδομεῖται πόλιν ἐπώνυμον αὐτοῦ Τιβεριάδα, τοῖς κατῴκισεν ἐπιλέξας τὴν Γαλιλαίας ἐπὶ λίμνῃ τῇ Γεννησαρίδι. i. e. *Herodes vero Tetrarcha, cum in magnam cum Tiberio amicitiam progreſſus fuiſſet, ædificat urbem Tiberiadem, de illius nomine, nomine impoſito, in agro Galilææ optimo ad lacum Geneſaritidem.* Memoratur etiam Plinio lib. 5. c. 15. necnon ejus calidæ aquæ, quarum meminit Joſephus libro capiteque citato. Protulit Juſtum hiſtoricum, ut inquit noſter, qui bellum Judaicum contra Veſpaſianum ſcripſit, Joſephi Synchronos & æmulus, contra quem invehitur Joſephus in libello de vita ſua tamquam mendacem. Sunt qui dicant, Maſorethas, qui criticas notas ad Sacræ Scripturæ textum ſcripſerunt, huic urbi ſuos debere natales, quare vulgo *Maſorethæ Tiberiadis* indigitantur, de quibus videndus Buxtorfius in ſua Tiberiade, ſeu commentario Maſorethico cap. IV. & ſequentibus.

64 Τίβυρις, πόλις Ἰταλίας.] Tibyris, vel Tibyra, & Tibura neutro plurativo, urbs Italiæ, quæ Latinis Tibur, etiamnum corrupti nominis cineres cuſtodit. Vulgò enim Italis vocatur *Tivoli*, cujus ſitum diſerte depingit Strabo lib. v. Ἐν ὕψει δ' εἰσὶ τοῖς ἐν Ῥώμῃ Τίβεριν τε, ᾗ Πρενέστην, ᾗ Τύσκλον. Τίβουρ μὲν, ᾗ τὸ Ἡρακλεῖον, ᾗ ὁ καταρράκτης, ὃν ποιεῖ πολλῶν ὁ Ἀνίων, ἀφ' ὑψηλῶν μεγάλων καταπιπτῶν εἰς φάραγγα βαθεῖαν, ᾗ κατάλληλα πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει. i. e. *In conſpectu Romæ ſunt Tibur, Præneſte, & Tuſculum. Tibur quidem, cui fanum Herculis, & cataractes, quem facit Anio navigabilis ab excelſo loco decidens in convallem profundam luciſque conſitam, ad ipſam urbem.* Antiquitus *Polyſtephanos* nominata fuit, auctore noſtro auctore, cujus vocaminis apud alios magnum eſt ſilentium, ejus oppidanus dicitur *Tiburs*, vel *Tiburtinus.* Fuit urbs ex Italiæ antiquiſſimis, & ſalubris, idcirco ab Auguſto frequentabatur, ut apparet ex Suet. in Auguſto cap. LXXII. *Ex ſeceſſibus præcipue frequentavit maritima, inſulaſque Campaniæ, aut proxima urbi oppida, Lanuvium, Præneſte, Tibur.* Quare apud Martialem lib. IV. Epigram. L X. accipitur pro loco ſalubri:

Nullo fata loco poſſis excludere: cum mors
Venerit, in medio Tiburè Sardinia eſt.

Sed olim apud Romanos cum non longè ab urbe imperium protuliſſent, exſulibus erat ultima tellus, teſte Ovidio de Ponto lib. I. Epiſt. 3. v. 81.

Quid referam veteres Romanæ gentis, apud quos
Exſulibus tellus ultima Tibur erat.

Hujus urbis antiquitas aſſeritur ex Plin. lib. 16. c. 44. *Tiburtes originem multò ante urbem habent, apud eos exſtant ilices tres, etiam Tiburto conditore eorum vetuſtiores: apud quas inauguratus traditur; fuiſſe autem eum tradunt filium Amphiarai, qui apud Thebas obierit, una ætate ante Iliacum bellum.* Plinius videtur reſpexiſſe Virgilium, Poëtarum illuſtre decus. Sic enim ille Æneid. lib. 7.

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem
Catilluſque, acerque Coras, Argiva juventus.

Ad quæ Servius: *De Græcia tres fratres venerunt ad Italiam, Catillus, Coras, Tiburs, vel Tiburnus, hi ſimul omnes unam fecere civitatem, & eam de fratris majoris nomine* Tibur *appellaverunt, licet & alias fecerint ſinguli, nunc ergò dicit, duos ad bella veniſſe dimiſſo in civitate ad cuſtodiam Tiburno, vel Tiburte.* Eoſdem fratres celebrat Solinus cap. VIII. *Tibur, ſicut Cato facit teſtimonium, conditum à Catillo Arcade, præfecto claſſis Euandri: ſicut Sextius, ab Argiva juventute. Catillus enim, Amphiarai filius, poſt prodigialem patris apud Thebas interitum, Oeclei avi juſſu, cum omni fœtu ver ſacrum miſſus, treis liberos in Italia procreavit, Tiburtum, Coram, Catillum. Qui depulſis ex oppido Siciliæ veteribus Sicanis, à nomine Tiburti fratris, natu maximi, urbem vocarunt.* In hac urbe villam & domum habuiſſe Horatium prodit Suetonius in ejus vita: *Vixit plurimum in ſeceſſu ruris ſui Sabini, aut Tiburtini; domuſque ejus oſtenditur circa Tiburni lucum.* Ubi ipſe ſuæ ſenectæ ſedem optabat Carm. lib. 2. Ode VI.

Tibur Argivo poſitum colono
Sit meæ ſedes utinam ſenectæ
Sit modus laſſo maris, & viarum,
Militiæque.

Ex Spartiano in Hadriano apparet, hunc imperatorem etiam hac in urbe villam exædificaſſe: *Tiburtinam villam mirè exædificavit, ita ut in ea & provinciarum & locorum celeberrima nomina inſcriberet.* Poma, calices, & marmora ejus celebrantur apud auctores, cui etiam decus addebat *fanum Hercu-*

μίδωρ Θ. πλησίον γεωγραφικῶν · 65 Εἴη δ' ἂν μεσογείῳ τῇ Τίβυρα πόλις Ἑλληνὶς τὴν ἀρχὴν γεγονυῖα, ἀπέχουσα ἀπὸ Ῥώμης σταδίους ἑκατὸν πεντηκονταεπτά. Τὸ ἐθνικὸν, Τιβυρτῖνος. Νικάνωρ δ' ὁ Ἑρμείᾳ, Τίβυρα αὐτὴν καλεῖ. Καὶ τὸ ἐθνικὸν Τιβυρίνος, ὃ καὶ ἀναλογώτερον · 66 Ἐν ᾗ Τιβυρίνιον τέμενος. Αὕτη πολυστέφανος ὠνομάζετο πρότερον.

A Geographumenων quarto. *Est verò in mediterranea parte etiam Tibyra urbs origine Græca, distans à Roma ſtadiis* CXLVII. Gentile, Tiburtinus. Nicanor autem Hermiæ, *Tibura* hanc vocat. Et gentile, Tiburinus, quod ad analogiam propius accedit. In qua erat Tibyrinius lucus. Eadem *Polyſtephanus* prius nominabatur.

ΤΙΓΓΙΣ 67, πόλις Μαυρουσίας. Ὁ πολίτης ἐθν. Τιγγίτης, ὡς Μεμφίτης, Ζελείτης. Μαρκιανὸς δὲ Μαυριτανίαν αὐτὴν λέγει. Τιγγιτανὸς ἄν, τὸ ἐθνικὸν· Καὶ θηλυκὸν, Τιγγιτανή. Εἰσὶ δὲ ἀπὸ Τίγγεως σταδίοι ὀγδοήκοντα *

TINGIS, urbs Mauruſiæ. Civis debebat eſſe Tingites, ut Memphites, Zelites. Marcianus autem *Mauritaniam* eam vocat. Tingitanus igitur, gentile. Et fœmin. Tingitana. Sunt verò à Tinge ſtadia octoginta. *

ΤΙΓΡΑΝΟΚΕΡΤΑ 68, πόλις οὐδετέρως πρὸς Ἀρμενίαν, ἀπὸ Τιγράνου βασιλέως Ἀρμενίας· Κατάρθωται δὲ ὑπ' αὐτοῦ, καθάπερ τὰ Τιγρανόκερτα· Τὸ δ' ἐστὶ τῇ Παρθυαίων φωνῇ, Τιγρανούπολις. Τὸ ἐθνικὸν, Τιγρανοκέρτης.

TIGRANOCERTA, urbs neutro genere, ad Armeniam; à Tigrane rege Armeniæ. Quadratus lib. 9. *Et ædificavit Tigranocerta.* Quod eſt Parthorum lingua *Tigranopolis* [*b. e.* Tigranis civitas.] Gentile, Tigranocertæ.

TI-

TI-

Herculis, cujus meminit Strabo, libro ſupra citato, unde Propert. 2. 32. *Herculeum* vocat:

Curve te in Herculeum deportant eſſeda Tibur?

Silius lib. 4.

Quoſque ſub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arva creant, Anienicolæque Catilli.

Fuiſſe olim urbem potentem argumento eſt, quoniam à Poëtarum eruditiſſimo Æneid. l. VII. nominatur Tibur ſuperbum:

Quinque adeò magnæ poſitis incudibus urbes
Tela novant; Attina potens, Tiburque ſuperbum.
Ardea, Cruſtumerique, & turrigeræ Antemnæ.

Quin etiam bellum cum Romanis geſſiſſe, conſtat ex Liv. lib. VII. c. XI. *Itaque inſequenti anno M. Popilio Lenate, Cn. Manlio Coſſ. primo ſilentio noctis ab Tibure agmine infeſto profecti ad urbem Romam venerunt. Terrorem repente ex ſomno excitatis ſubita res, & nocturnus pavor præbuit; ad hæc multorum inſcitia, qui, aut unde hoſtes advenirent. Conclamatum tamen celeriter ad arma eſt, & portæ ſtationibus, murique præſidiis firmati, & ubi prima lux mediocrem multitudinem ante mœnia, neque alium, quam Tiburtem hoſtem oſtendit, duabus portis egreſſi conſules, utrimque aciem ſubeuntium jam muros aggrediuntur, apparuitque occaſione magis, quam virtute fretos veniſſe: ideo vix primum impetum Romanorum ſuſtinuere.*

65 Εἴη δ' ἂν, &c.] Sunt Artemidori verba, ubi Tibur vocatur urbs Græcanica, quia ejus conditores de Græcia venerunt, ut patet ex Servio, cujus verba paululum ſuprà adduximus. Hac etiam de cauſa Horatio dicitur:

Tibur Argivo poſitum colono.

Et Ovid. Faſt. 4.

——— *Jam mœnia Tiburis udi*
Stabant; Argolicæ, quæ poſuere manus.

66 Ἐν ᾗ Τιβυρίνιον τέμενος.] Si pro Τιβυρίνιον placet lectori legere Τιβερῖνον, per me licet, quoniam noſter inquit, gentile Τιβερῖνος eſſe ἀναλογώτερον. Cæterum *Tiburinus lucus* Venuſino vati Carm. lib. 1. Ode VII. appellatur Tiburni lucus.

Me nec tam patiens Lacedæmon
Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opinæ
Quam domus Albuneæ reſonantis
Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & uda
Mobilibus pomaria rivis.

Ergo domus, id eſt, fanum Albuneæ Nymphæ, & amnis præceps Anio, & Tiburni lucus, & pomaria ſimul illuſtrabant Tibur. His adde bibliothecam, & Hadriani palatium & Zenobiam, ubi Zenobia vixit; Trebellius Pollio in XXX. tyrannis de illa loquens: *Ferturque vixiſſe cum liberis matronæ jam more Romanæ; datâ ſibi poſſeſſione in Tiburti; quæ hodieque* Zenobia *dicitur, non longe ab Hadriani palatio, atque ab eo loco, cui nomen eſt* Conche. Aul. Gellius Noct. Atticar. lib. 18. c. 5. *Promit è bibliotheca Tiburti, quæ tunc in Herculis templo ſatis commodè inſtructa libris erat, Ariſtotelis librum.*

67 Τίγγις, πόλις Μαυρουσίας.] Tingis, urbs Mauruſiæ, id eſt Mauritaniæ, ad oram freti Herculei, à qua *Tingitana* Libyæ provincia nomen accepit; erat ſub Luſitanis, quibus vulgò dicitur *Tangere*, nunc Anglorum regi paret, cui dotis nomine cum ſereniſſimâ Catharinâ *Joannis* hujus nominis quarti Luſitaniæ regis filia, data fuit. Ejus conditor creditur *Antæus*, poſtea, à Claudio Cæſare colonia facta, ac *Traducta Julia* nominata eſt, auct. Plin. lib. 5. c. 1. de qua vide ſis quæ in Οἴγσῃ annotavimus. Procopius de bello Vandalico lib. 2. inquit, Gergeſæos & Jebuſæos, quos Jeſuah filius Naue Hebræorum dux celeberrimus ex Palæſtina expulit, oppidum Tingim, ſitu munitiſſimum in Numidia ædificaſſe, ubi duæ ex albo lapide erant columnæ prope magnum quemdam fontem conſtitutæ, in quibus Phœnicum lingua literæ inciſæ erant hujuſmodi ſenſum conficientes:

Nos ſumus fugientes
A facie Jeſu
Prædonis filii Naue.

Non dubito quaſdam ex illis gentibus, quas Hebræi duce Jeſuah Naue expulere, in Africam fugientes ſedes illic poſuiſſe; ſed miror columnas illas à nemine præter Procopium viſas fuiſſe. Omnes enim, qui eas celebrant ex illo referunt.

68 Τιγρανόκερτα, πόλις οὐδέτερως, &c.] Tigranocerta, urbs neut. plur. ad Armeniam. Idem ſonat apud orientales *Tigranocerta*, ac apud Græcos *Tigranopolis*, & apud Latinos *Tigranis urbs*, de qua ſic Strabo lib. 12. Καὶ πόλιν ἔκτισε πλησίον τῆς Ἰσσηνῆς μεταξὺ ταύτης τε, καὶ τῆς τοῦ Εὐφράτου Ζεύγματος, ἣν ὠνόμασε Τιγρανόκερτα, ἐκ δώδεκα ἠρημωθεισῶν ὑπ' αὐτοῦ πόλεων Ἑλληνίδων ἀνθρώπους συναγαγών. Ἔφθη δ' ἐπελθὼν Λούκουλλος, ὁ τοῦ Μιθριδάτη πολεμήσας, καὶ τοὺς μὲν οἰκήτορας εἰς τὴν οἰκείαν ἐκάστους ἀπέλυσε· τὸ δὲ χῶμα ἡμιτελὲς ἔτι ὂν, κρίσασι παρασβαλὼν, καὶ μικρὸν κώμιον καταλιπὼν. i. e. *Et urbem condidit* [Tigranes] *ſecus Iberiam inter hanc & Zeugma juxta Euphratem, quam nuncupavit* Tigranocerta, *congregatis in eam hominibus e* XII. *urbibus Græcanicis, quas evaſtaverat. Sed ſupervenit Lucullus, qui cum Mithridate bellum geſſit; & habitatores domum ſuam dimiſit ſingulos. Opus autem ſemiperfectum evertit, exiguumque pagum reliquit.* Memoratur inter alios Ptolem. lib. 5. c. 13. Tacito Annal. lib. 14. c. 23. *At Corbulo poſt deleta Artaxata, utendum recenti terrore ratus, ad occupanda Tigranocerta, quibus excitis, metum hoſtium intenderet, vel ſi pepercisſet, clementiæ famam adipiſceretur, illuc pergit non infenſo exercitu, ne ſpem veniæ auferret.*

69 Τι-

ΤΙΘΟΡΑΙ'Α [69], πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ A νύμφης Τιθοραίας, ὡς Παυσανίας ἐννάτῳ· Ἐνταῦθα Ζῆθος καὶ Ἀμφίων ἐτάφησαν. Ὁ πολίτης, Τιθοραιεύς. [70] Ἔστι δὲ ἐν τῇ ἄκρᾳ Παρνασσοῦ.

TITHORÆA, urbs Bœotiæ, à Nympha Tithoræa, ut Pausanias lib. 9. Hîc Zethus, & Amphion sepulti fuere. Civis, Tithoræus. Est autem in vertice Parnassi.

ΤΙ'ΘΡΑΣ [71], δῆμος, τῆς Αἰγηίδος φυ- B λῆς. Ὁ δημότης, Τιθράσιος· Ἐκ τόπου, Τιθρανίσθεν· εἰς τόπον, Τιθρανίσδε· Ἐν τόπῳ, Τιθρανῖσι.

TITHRAS, populus Ægeidis tribus. Popularis, Tithrasius. Ex loco, ex-Tithrante. Ad locum, ad-Tithrantem. In loco, in-Tithrante.

ΤΙΘΡΩ'ΝΙΟΝ [72], Φωκικὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Τιθρωνεύς. C

TITHRONIUM, urbs Phocica. Gentile, Tithroneus.

ΤΙ'ΚΙΝΟΣ [73], πόλις Ἰταλίας πρὸς Ῥάβενναν, [74] καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος. Τὸ ἐθνικὸν, Τικινός.

TICINUS, urbs Italiæ, circa Ravenam, & fluvius ejusdem nominis. Gentile, Ticinus.

ΤΙΛΑΤΑΙ'ΟΙ [75], ἔθνος Θρᾴκης· Θουκυδίδης δευτέρᾳ. D

TILATÆI, gens Thraciæ. Thucyd. lib. 2.

ΤΙΛΦΩΣΣΑΙ'ΟΝ, χωρίον Θεσσαλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Τιλφωσσαῖος ὁμοίως.

TILPHOSSÆUM, regio Thessaliæ. Gentile, Tilphossæus similiter.

ΤΙ'ΜΥΡΑ, πόλις πρὸς Ἰσαυρίαν, καὶ ποταμὸς Ἰνδός. Τὸ ἐθνικὸν, Τιμυραῖος.

TIMYRA, urbs circa Isauriam, & fluvius Indus. Gentile, Timyræus.

ΤΙΜΩ'ΝΙΟΝ [76], φρούριον Παφλαγο- E νίας. Τὸ ἐθνικὸν Τιμωνίτης, καὶ τὸ θηλυκὸν Τιμωνῖτις.

TIMONIUM, castellum Paphlagoniæ. Gentile, Timonites, & fœm. Timonitis.

ΤΙ'ΝΔΙΟΝ [77], πόλις Λιβύης· Ὁ πολίτης,

TINDIUM, urbs Libyæ. Civis, Tindanus.

69 Τιθοραία, πόλις Βοιωτίας.] Tithoræa, urbs Bœotiæ, à Nympha Tithoræa, ex Pausaniæ lib. 9. Fuit urbs Phocidis, non Bœotiæ, cujus meminit Pausan. lib. x. non lib. ix. apud quem Τιθορέα, non Τιθοραία, ut apud nostrum, & urbs & Nympha dicitur: Τιθορέαν δ' οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι φασὶν ἀπὸ Τιθορέας Νύμφης. i. e. *Tithoream verò indigenæ vocatam dicunt à Tithorea Nympha.* Aberat à Delphis circiter LXXX. stadia, ut tradit idem auctor libro citato: Τιθορέα δ' ἀπέχει Δελφῶν ὀγδοήκοντα, ὡς εἰκάσαι, σταδίοις ἐσίν, ἰοῦσι τὸν διὰ Παρνασσοῦ. i. e. *Tithorea autem longius à Delphis, ut conjicere licet, stadiis* LXXX. *distat, iter per Parnassum facienti.* Esse eandem, quam Herodotus lib. 8. c. 33. vocat *Neonem* ait idem Pausan.

70 Ἔστι δὲ ἐν τῇ ἄκρᾳ Παρνασσοῦ.] Tithoream urbem inquit fuisse in Parnassi vertice. Fefellit opinio auctorem nostrum oscitanter legentem Pausaniæ librum decimum. Sic enim ille: Ἡροδότῳ δὲ ἐς αὐτοὺς λόγος ἐπιπλήσσων φησὶ βαρβάρῳ τοὺς ἐνταῦθα οἰκοῦντας ἀναφυγεῖν ἐς τὴν κορυφήν· ὄνομα δὲ Νεῶνα μὲν τῇ πόλει, Τιθορέαν δὲ εἶναι τοῦ Παρνασσοῦ τὴν ἄκραν. i. e. *Herodoti verò sermo in eos inquit, incolas horum locorum, invadente barbaro, effugisse in verticem. Nomen que* Neonem *urbi, Tithoream autem esse Parnassi summam-partem.*

71 Τίθρας, δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς.] Tithras, antis, populus Ægeidis tribus. Ejus oppidani malè audiebant. Quare apud Aristophanem in Ranis *Gorgones* vocantur *Tithrasiæ*, de quibus adiis Meursium de populis Atticis

72 Τιθρώνιον, Φωκικὴ πόλις.] Tithronium, Phocica urbs. Memoratur Herodoto, cui lib 8. c. 33. Τεθρώνιον dicitur. Stadia XV. ab Amphiclea distabat plano loco posita, auctore Pausania lib. x. Ἀμφικλείας δ' ἀπέχουσι σταδίους πεντεκαίδεκα, ἔστι Τιθρώνιον ἐν πεδίῳ κειμένη. Παρέχει δὲ οὐδὲν ἐς μνήμην. i. e. *Ab Amphiclea longius stadia,* XV. *est Tithronium in planicie sita. Nihil autem præbet in memoriam.*

73 Τίκινος, πόλις Ἰταλίας, &c.] Ticinus, urbs Italiæ circa Ravennam. Quæ neut. etiam gen. Ticinum dicitur, & vulgo *Pavia.* Est urbs Insubrum, post Mediolanum, à quo in austrum distat XX. mill. pass. à Ravenna verò, circa quam eam locat noster, CL. mill. pass. abest, censore Philippo Ferr. Alexandr. in suo lexico Geographico. Gaudet sede Episcopali, & Academia; olim Longobardorum fuit regia, de cujus conditoribus disceptant auctores; eam calamitate sua condecoravit Franciscus I. hujus nominis, Galliarum rex, apud quam à ducibus Caroli V. Imperator. Hispaniarum regis victus, captus, & in Hispaniam abductus est, ut posteritati tradidit Mariana in summario ad historiam Hispaniæ anno CIↃIↃXXVI.

74 Καὶ ποταμὸς ὁμώνυμος.] Ticinus amnis ex Adula Helvetiorum monte erumpit in Italiam (unde quoque Rhodanus in Galliam, & Rhenus in Germaniam defluunt) ac Ticini urbis mœnia radens Pado immergitur, parùm deflexo nomine vulgo *Tesino* vocatur. Memoratur inter alios Livio lib. XXI. c. XLV. *His adhortationibus, cum utrimque ad certamen accensi militum animi essent, Romani ponte Ticinum jungunt, tutandique pontis causa castellum super-imponunt.* Inter hunc amnem & Padum celebrat Florus lib. 2. c. 1. primam Annibalis adversus Romanos victoriam, ut & Liv. libro modò dicto. Graphicè eum depingit Sil. Ital. libro 4.

Cæruleus Ticinus aquas & stagna, vadoso,
Perspicuus servat, turbari nescia fundo;
Ac nitidum viridi lente trahit amne liquorem.
Vix credas labi; ripis tam mitis opacis
Argutos inter volucrum certamina cantus
Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.

75 Τιλαλαῖοι, &c.] Tilatæi, gens Thraciæ ex Thucydidis lib. 2. cujus sunt verba: Τὰ δὲ πρὸς Τριβαλλούς, καὶ τούτους αὖ τυνόμους, τρεῖς ὥραζον, καὶ Τιλαλαῖοι. Οἰκοῦσι δὲ ἔτι πρὸς βορέαν τῆς Σκομίου ὄρους, καὶ παρήκουσι πρὸς ἡλίου δύσιν μέχρι τοῦ Ὀσκίου ποταμοῦ. Γεῖ δὲ ἔτι καὶ τοῦτο ὄρους, ὁθενπερ καὶ ὁ Νέστος καὶ ὁ Ἔβρος. i. e. *Quæ versus Triballos, & hos sui juris, Treres dispescunt & Tilatæi. Incolunt verò hi ad boream Scomii montis, & pertingunt ad solis occasum, usque ad Oscium amnem. Fluit autem hic ex monte, unde & Nestus & Ebrus.*

76 Τιμώνιον, φρούριον Παφλαγονίας.] Timonium, castellum Paphlagoniæ, à nemine, quod sciam, celebratur; at Strabo lib. 12. celebrat partem quamdam Paphlagoniæ Bithyniæ conterminam, nomine Timonitem.

77 Τίνδιον, πόλις Λιβύης.] Tindium, urbs Libyæ. Memoratur apud Athenæum Dipnosophistarum lib. 14. ex Hellanici Ægyptiacis, quam ad Nilum locat. Eamdem urbem fuisse puto, etsi Hellanico ἐπιπολαίαν, nostro Libyæ urbs dicitur, quia Libyæ pars proximabat Ægypto.

78 Ἔστι

λίπις, Τινδανός. Ἐχρῆν δὴ Τινδιεύς, ὡς Συ- A
νιεύς· Ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ τῆς Τίνδα, Τινδανός.
Τὸ δὴ Τίνδα, τὸ Τίνδιον. [78] Ἔστι καὶ Τίνδη Θρᾴ-
κης Χαλκιδικὴ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Τινδαῖος.

danus. Oportebat verò esse Tindieus, ut Sunieus. Sed potius à Tinda, Tindanus. A Tinda autem, Tindium. Est quoque Tinde Thraciæ Chalcidica urbs. Gentile, Tindæus.

ΤΙΟΣ [79], πόλις Παφλαγονίας ἡ Πόντου, ἀπὸ Τίου ἱερέως, τὸ γένος Μιλήσιος, ὡς Φίλων. B
Δημοσθένης δέ φησιν ἐν Βιθυνιακοῖς, κτίσμα
τῆς πόλεως γενέσθαι Πατάρων, ἑλόντα Παφλαγο-
νίαν· Καὶ ἐκ τοῦ ἡμᾶν τὸν Δία, Τίον προσαγο-
ρευθῆναι. Μέμνηται καὶ Μένιππος ἐν Παφλαγο-
νίας περίπλῳ· Ἀπὸ Ψύλλης χωρίου εἰς Τίον πό- C
λιν, καὶ ποταμὸν Βίλαιον, σταδίους τριακοσίους οἱ
πάντες, ἀπὸ Ἡρακλείας εἰς Τίον πόλιν, καὶ πο-
ταμὸν Βίλαιον, σταδίους τριακοσίους ἑβδομήκον-
τα. Καὶ πάλιν· Οἱ πάντες ἀπὸ Τίου εἰς Ἅμαστριν,
σταδίους εἴκοσι. [80] Στράβων ἐν δυοκαιδεκάτῃ D
ἑβδόμου, καὶ τρισχιλίου, τὸ Τίειον φησί.
Καὶ τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ τοῦ Τίου Τιανὸς, ὡς ἀπὸ τοῦ
Κίου Κιανός. Λέγεται καὶ Τιανεύς.

TIOS, urbs Paphlagoniæ Ponti, à Tio Sacerdote, genere Milesio, ut Philo. Demosth. autem in Bithyniacis inquit, conditorem urbis fuisse *Patarum*, capta Paphlagonia. Et ἐκ τοῦ ἡμᾶν τὸν Δία. i. e. *à colendo Iovem*, *Tion* appellavisse. Meminit etiam Menippus in Paphlagoniæ periplo. *A Psylla regione in Tium urbem & fluvium Bilaeum stadia* CCC. *Omnia ab Heraclia in Tium urbem, & fluvium Bilaeum, stadia* CCCLXX. Et rursus: *Omnia à Tio in Amastrim stadia viginti.* Strabo lib. 12. neut. gen. & trisyllab. Tieum inquit. Et gentile, à Tio, Tianus, ut à Cio, Cianus. Dicitur etiam Tianeus.

ΤΙΠΑΝΙΣΣΑΙ, ἔθνος περὶ τὸν Καύ-
κασον· Ἑκαταῖος Εὐρώπης. E

TIPANISSÆ, gens juxta Caucasum. Hecatæ. Europa.

ΤΙΡΙΖΑ, πόλις Παφλαγονίας. Τὸ ἐθνι-
κὸν, Τιριζοί. [81] Κτησίας Τιριζιφανὰς αὐτὰς
φησιν, ἐν τῷ δευτέρῳ· Ἐκ δὴ τῶν Ὀδρυσσῶν εἰς
Τιριζιβανὰς οἰκοῦντας ἐν πα *

TIRIZA, urbs Paphlagoniæ. Gentile, Tirizi. Ctesias *Tiriziphanos* eos vocat lib. 2. *Ex Odryssis in Tirizibanos habitantes in Pa* *

ΤΙΡΣΑΙ, πόλις Μυγδονίας, τῆς ἐν Μα- F
κεδονίᾳ· Ἀπὸ Τίρσης, μιᾶς τῶν γυναικῶν ἐκ
παιδὸς Μύγδονος, ὡς Θεαγένης φησί. Τὸ
ἐθνικὸν, Τιρσαῖος.

TIRSÆ, urbs Mygdoniæ in Macedonia. A Tirse, una ex uxoribus filii Mygdonis, ut Theagenes inquit. Gentile, Tirsæus.

ΤΙΡΥΝΣ [82], πόλις τῆς Πελοποννήσου.
Οἱ δὲ Ἄργος τεῖχον, Τίρυνθά τε τει- G
χιόεσσαν.
Ἀπὸ Τίρυνθος τῆς Ἄλωος θυγατρὸς, ἥ τις Ἀμ-
φιτρύωνος ἦν ἀδελφή. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον
Ἁλιεῖς, διὰ τὸ πολλοὺς Ἑρμιονέας ἁλιευομέ-
νους

TIRYNS, urbs Peloponnesi.
Qui autem Argosque habebant Tirynthaque muratam.
A Tirynthe Alonis filia, quæ Amphitryonis erat soror. Vocabatur autem prius *Halieis*, quod multi Hermionei piscantes illic habitarent.

78 Ἔστι καὶ Τίνδη, &c.] Est & Tinde Thraciæ Chalcidica urbs. Memoratur Plin. lib. IV. c. XL. *Oppidum fuit Tinda, Diomedis equorum stabulis dirum.* Turris Diomedis nominatur Melæ lib. 2. c. 2. Ex auctore nostro & Plinio castigandus Solinus, apud quem c. XV. perperam legitur *Tyrida* pro *Tinda*: *Nec longe regio Maronea, in qua Tyrida oppidum fuit, equorum Diomedis stabulum: Sed cessit ævo, solumque turris vestigium adhuc durat. Inde non procul urbs Abdera.*

79 Τίος, πόλις Παφλαγονίας, &c.] Tius, urbs Paphlagoniæ Ponti. Fuit Milesiorum colonia, non longè ab specu Acherusia Poëtis decantata, unde extractum ab Hercule Cerberum inferorum trifaucem canem fabulabantur, auct. Mel. lib. 1. c. 19. *Juxta specus est Acherusia, ad Manes (ut ajunt) pervius, atque inde extractum Cerberum existimant. Tum Tios oppidum, Milesiorum quidem colonia, sed jam soli gentisque Paphlagonum.* Erat ad mare posita, ut memoriæ dedit Arrhianus in Periplo Ponti Euxini.

80 Στράβων, &c.] Strabo lib. 12. Tium, Paphlagoniæ urbem vocat Τίειον neut. gen. & trisyllab. Ejus è libro citato sunt verba: Τίειον ἦδη πολίχνιον ἐδὲν ἔχον μνήμης ἄξιον, πλὴν ὅτι Φιλοκτήτου σὺν ὁδῷ ἐκ τοῦ ἀφανισμοῦ τοῦ ὑδρείου τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων γένους. Εἶθ' ὁ Παφλὼν ποταμὸς διὰ χωρίων ἀνύδρων φερόμενος· καὶ διὰ τοῦτο τὰ τοιαῦτα τέλματα, ἐν αὐτῇ τῇ Παφλαγονίᾳ τοὺς πηγὰς ἔχων. i. e. *Teium jam est oppidulum nihil habens memoriæ dignum, nisi quod Philoctetus hinc est à quo Attalicorum regum genus. Deinde Parthenius amnis per florida delabens loca. Et propterea id nominis fortitus, in ipsa Paphlagonia fontes habens.* Apud Strabonem scribitur Τήϊον, apud nostrum Τίειον, apud Ptolemæum lib. v. c. 1. Τίον, veram lectionem ab auctore nostro petendam censeo.

81 Κτησίας Τιριζιφανὰς αὐτὰς φησι.] Hîc Tiriziphani dicuntur, qui in Cretiæ verbis Tirizibani. Vera lectio dignosci non potest, quia Tiriza urbs, & ejus oppidani à nemine celebrantur, & ex Cretiæ libris, præter fragmenta quædam, nihil exstat. Truncus ille locus ἐν πα * facile restitui potest, si legeris ἐν Παφλαγονίᾳ. Tiriza enim, de qua sermo, erat urbs Paphlagoniæ, ut ait auctor noster.

82 Τίρυνς, πόλις Πελοποννήσου.] Tiryns, ynthis, urbs Peloponnesi, quæ ante *Halieis*, memoratur Mæonio vati Il. lib. 2. v. 559. ubi legitur versus ille, quem noster, innominato auctore affert. Fuit Herculis Græci patria, quare à Poëtis Hercules vocatur *Tirynthius*; Ovid. Met. lib. 7. v. 410.

——— *Specus est tenebroso cæcus hiatu*
Est via declivis, per quam Tirynthius heros
Restantem, contraque diem, radiosque micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante catenis.
Cerberon abstraxit.

Tiryns autem nuncupata fuit à Tirynthe, Alûs filia: Halieis verò quod antè inibi multi piscatores habitarent, qui Græcorum sermone dicuntur ἁλιεῖς.

νας οἰκεῖν αὐτόθ. Τὸ ἐθνικὸν, Τιρύνθιος καὶ Τιρυνθιὰς τὸ θηλυκὸν, καὶ Τιρυνθὶς. Τὸ δὲ τόπου, Τιρυνθόθεν· Εἰς τόπον, Τιρυνθόνδε. Ὥφειλε δὲ Τιρυνθάδε, ὡς πρὸς αἰτιατικήν.

rent. Gentile, Tirynthius, & Tirynthias fœm. & Tirynthis. Adverb. ex loco, ex-Tirynthe. In locum, in-Tirynthum. Debebat verò esse in-Tiryntha, tamquam ad accusativum.

ΤΙΣΙΑ[83], ὡς Ἀσία, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Τισιάτης, ὡς Ἀσιάτης· Καὶ Τισιάτις θηλυκόν.

TISIA, ut Asia, urbs Italiæ. Gentile, Tisiates, ut Asiates. Et Tisiatis, fœm.

ΤΙΣΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, ἣν ἔκτισε Τίσις. Ὁ πολίτης, Τισίτης.

TISIS, urbs Ægypti, quam condidit Tisis. Civis, Tisites.

ΤΙΣΣΑΙ[84], χωρίον Σικελίας· Φίλιστος ἐννάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Τισσαῖος.

TISSÆ, oppidulum Siciliæ. Philist. lib. 9. Gentile, Tissæus.

ΤΙΤΑΚΙΔΑΙ[85], δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, ἀπὸ Τίτακος τοῦ προδόντος Ἀφίδνας τοῖς Διοσκούροις. Ὁ δημότης, Τιτακίδης ὁμοφώνως. Καὶ τὰ τοπικὰ ἐπιῤῥήματα ὡσαύτως.

TITACIDÆ, populus Antiochidis tribus, à Titaco, qui prodidit Aphidnas Dioscuris. Popularis, Titacides ejusdem vocis. Et localia adverbia eodem modo.

ΤΙΤΑΝΑ[86], χωρίον τῆς Σικυωνίας. Λέγει καὶ ἑνικῶς,

— Τιτάνοιό τε λευκὰ κάρηνα.

Τὸ ἐθνικὸν Τιτάνιος, καὶ Τιτανία. Νῦν δὲ Τιτάνιον καλεῖται.

TITANA, oppidulum Sicyoniæ. Dicitur etiam singul. num.

— *Titanique candida capita.*

Gentile, Titanius, & Titania. Nunc verò *Teutanion* vocatur.

ΤΙΤΑΡΩΝ, πόλις Θεσσαλίας, ἣν Τίταρον Λυκόφρων φησί. Τὸ ἐθνικὸν, Τιταρώνιος. [87] Ἔστι καὶ Τιταρήσιος ποταμὸς Θεσσαλίας. Τὸ ἐθνικὸν ὁμοφώνως Τιταρήσιος.

TITARON, urbs Thessaliæ, quam *Titarum* Lycophron vocat. Gentile, Titaronius. Est quoque Titaresius fluvius Thessaliæ. Gentile, similiter, Titaresius.

ΤΙΤΩΝΕΥΣ, ὄρος. Διονύσιος Γιγαντιάδος πρώτῳ. Ὁ οἰκήτωρ, Τιτωνεύς.

TITONEUS, mons. Dionysius Gigantiadis primo. Incola, Titoneus.

ΤΛΗΤΕΣ[88], ἔθνος Ἰβηρικὸν, πρὸς οἷς τὰς Ταρτησσίους· Θεόπομπος πεντεκαιδεκάτῳ πέμπτῳ.

TLETES, gens Iberica, quæ habitat circa Tartessios. Theopomp. lib. 45.

83 Τισία, &c.] Tisia, ut Asia, urbs Italiæ. Memoratur Appiano Alex. in Annibalicis: Ἐν ᾗ Βρυττίοις, οἳ μέρος εἰσὶν τῆς Ἰταλίας, ἀπὸ ὁπλίτου πόλεως Τισίας, φρουρήσεως ὑπὸ τῶν Λιβύων, ἀθύρους ἀεί τι λαφύσσοντος καὶ φέρειν τοῦ φρουράρχου, &c. i. e. *In Bruttiis, qui sunt pars Italiæ, vir ex Tisia civitate, quam Libyes præsidio tenebant, solutus semper aliquid venari, & afferre præsidii-præfecto*, &c. Ne puta τὸ Ἀσία apud Stephanum accipi pro tertia nostri orbis parte, sed pro urbe Italiæ, in Brutia quoque quam *Asiam* loquebantur, cujus fit mentio in excerptis legationum ex Diodori Siculi lib. xxxvii.

84 Τίσσαι, χωρίον Σικελίας] Tissæ, arum, oppidulum Siciliæ. Ptolemæus lib. 3. c. 4. singul. num. accipit & eam locat ad Ætnam. Fuisse perparvam & tenuem civitatem patet ex Cicer. Verrinâ III. *A Tissênsibus, perparva & tenui civitate, & aratoribus laboriosissimis, frugalissimisque hominibus, nonne plus lucri nomine eripitur, quam quantum frumenti omnino exararunt?* Cicero utitur oppidanorum nomine, pro ejusdem urbis nomine, quod est translativum. Enituit etiam carmine Sil. Italici lib. XIIII.

Venit Amastra viris, & parvo nomine Tisse.

Dominicus Marius Niger in descriptione Siciliæ putat esse idem oppidum, quod hodie vulgari vocabulo *Randazzo* visitur ad radices Ætnæ, secus Asinem amnem, ac quia situs, quem Ptolemæus Tissæ dedit, convenit cum situ oppidi *Randazzo*, ejus sententiæ lubens accedo.

85 Τιτακίδαι, &c.] Titacidæ, arum, auctori nostro est Antiochidis tribus municipium; Harpocrationi verò & Suidæ est Æantidis; Titacus ille, qui huic populo nomen dedit, memoratur Herodoto lib. IX. c. LXXII.

86 Τίτανα, χωρίον τῆς Σικυωνίας.] Titana, orum, oppidulum Sicyoniæ. Singul. num. usurpavit Poëtarum parens Il. 2. v. 735. ubi legitur hemistichium illud, quod innominato Poëta affert auctor noster. Pausanias in Corinthiacis fœminino singul. accipit: Ἐκ δὲ Τιτάνης ἐς Σικυῶνα ἀφικομένοις καὶ βαδίζουσιν ἐς θάλασσαν ἐν δεξιᾷ τὸ ὁδός, ναός Ἥρας, ὃν ἔχων ἐπ' ὀλίγον ἄλμα, ἔστι ὄρος. i. e. *A Titane, qua iter est Sicyonem euntibus & descendentibus versus mare ad lævam est fanum Junonis, quod neque signum amplius, neque tectum habet.*

87 Ἔστι καὶ Τιταρήσιος, &c.] Titaresius, amnis Thessaliæ. Qui è Titaro monte delapsus in Peneum se evolvebat, auctore Strabone lib. 9. Καὶ τὸ ῥεῖθρον τὸ Τιταρήσιον, ὃς ἐξ ὄρους Τιτάρου συμφυοῦς τῷ Ὀλύμπῳ ῥέων, εἰς τὸν θαλάττιον τῶν Τεμπῶν χωρεῖ τὰ Περραιβίας, αὐτὸ πως τοῖς συμβολαῖς ποιεῖται τοῦτο τὸ Πηνειόν, i. e. *Et habitant adjacentia Titaresio, qui ex monte Titaro, Olympum attingente fluens, in vicina Tempibus loca Perrhæbiæ, ibidem fere Peneo infunditur.* Inclaruit etiam Smyrnæis plectris Il. 2. v. 751.

Οἵ τ' ἀμφ' ἰμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο.

Quique circa pulchrum Titaresium arva incolebant.

Europus verò erat, quem Homerus vocat *Titaresium*, ut apparet ex Strabonis lib. 7. excerptis: Οὗ ὁ Πηνειὸς ποταμὸς ῥέων ἀφ' οὗ τὸ Τεμπῶν καὶ διχόθεν ὄρη τὸν Πίνδον ὄρος, καὶ ἀφ' μέσης Θεσσαλίας καὶ τῶν Λαπιθῶν καὶ Περραιβῶν, δεχόμενός τε τὸν Εὐρωπὸν ποταμὸν, ὃν Ὅμηρος Τιταρήσιον ὠνόμασεν, διορίζει Μακεδονίαν μὲν, πρὸς βορρᾶν. Θεσσαλίαν δὲ πρὸς νότον. Αἱ δὲ Εὐρώπης πηγαὶ ἐκ τοῦ Κιθαιρίου ὄρους ἄρχονται, ὁ ἐστι συνεχὴς τῷ Ὀλύμπῳ. i. e. *Quod Peneius amnis fluens per Tempe, & incipiens à Pindo monte, & per mediam Thessaliam & Lapithas & Perœbos, recipiens Europum fluvium, quem Homerus Titaresium nominavit, dispescit Macedoniam quidem ad septentrionem; Thessaliam verò ad meridiem. Europi autem fontes ex Citario monte incipiunt, qui contiguus est Olympo.* In quibus verbis pro Κιθαιρίου legendum Τιταρίου. Titarus enim dicebatur mons iste, ut ex eodem Strabone, cujus verba in hujus sectionis capite apposuimus, apparet.

88 Τλῆτες.] Vide Γλῆτες.

89 Τλῶς,

ΤΛΩ̃Σ [89], πόλις Λυκίας, [90] ἀπὸ Τλῶ- A
ος Τρεμύλε, καὶ Πραξιδίκης νύμφης. Τὸ ἐθνικὸν διχῶς, καὶ Τλωεὺς, καὶ Τλωΐτης. Ἔστι καὶ Τλῶς Τλωὸς τὸ ἐθνικὸν, ἀλλὰ καὶ Τλωΐος. Ἔστι καὶ ἄλλη Τλὼς πόλις Πισιδίας, τὸ κτητικὸν, Τλωϊκὸς, καὶ Τλωϊκή.

TLOS, urbs Lyciæ, à Tloo Tremyli, & Praxidicæ Nymphæ. Gentile, dupliciter, & Tloeus, & Tloites. Est etiam Tlos, Tloos gentile, necnon Tloïus. Est etiam Tlos alia, urbs Pisidiæ, possessiv. Tloïcus, & Tloica.

B

ΤΝΎΣΣΟΣ, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Τνυσσεύς, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

TNYSSOS, urbs Cariæ. Hecatæus Asia. Gentile, Tnysseus, regionis typo.

C

ΤΟΛΈΡΙΟΝ [91], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Τολερῖνος.

TOLERIUM, urbs Italiæ. Gentile, Tolerinus.

ΤΟΛΙΣΤΌΒΟΙ [92], ἔθνος Γαλατῶν Ἑσπερίων, μεταναστάντων ἐκ τῆς Κελτογαλατίας εἰς Βιθυνίαν. Ἐρατοσθένης δ' ἐν πρώτῳ Γαλατικῶν, Τολιστοβωγίους αὐτοὺς φησι.

TOLISTOBII, gens Galatarum occidentalium, qui ex Celtogalatia in Bithyniam migravere. Eratosthenes primo Galaticorum *Tolistobogios* eos vocat.

D

ΤΟΛΟΦΩ̃Ν [93], πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Τολοφώνιος· Θουκυδίδης τρίτῃ.

TOLOPHON, urbs Locrorum Ozolarum. Gentile, Tolophonius, Thucyd. lib. 3.

ΤΌΜΑΡΟΣ [94], ὄρος Δωδώνης, [95] ὅ τινες Τομαρὸν· Καὶ τοὺς κατοικοῦντας, Τομάρους. [96] Οἱ δὲ, Τμάρους· οὗ τὸ ἐθνικὸν, Τμάριος.

TOMARUS, mons Dodonæ, quem aliqui Tomurum. Et incolas, *Tomuros* vocant. Alii, *Tmaros*. Cujus gentile, Tmarius.

ΤΟΜΕΎΣ [97], πόλις πρὸς τῇ Ὀδησσῷ· Στρα-

TOMEUS, urbs prope Odessum. Stra-

89 Τλῶς, πόλις Λυκίας.] Tlos, urbs Lyciæ. Memoratur Ptolemæo lib. v. c. III.

90 Ἀπὸ Τλῶ.] Lege ἀπὸ Τλόου. Tlous enim dicebatur Tremili filius.

91 Τολέριον, πόλις Ἰταλίας.] Tolerium, urbs Italiæ, cujus oppidani Græcis Τολερῖνοι, Latinis *Tolerienses* dicebantur. Plutarch. in Marcio: Οὕτως ὁ Μάρκιος ἐπ' αὐτὰς τὰς πόλεις τῶν Λατίνων ἦγε· Καὶ Τολερίνας, καὶ Λαυϊκανούς, καὶ Πεδανούς, ἔτι δὲ καὶ Βωλανούς, οὐδεπώποτε αὐτῷ, καὶ κρατοῦσιν εἴλεν. i.e. *Ita Marcius contra ipsas urbes Latinorum castra movit. Et Tolerinos, & Lavicanos, & Pedanos, & adhuc Bolanos, resistentes ipsi, vi cepit.* Plin. lib. 3. c. 5. eos recensét inter LIII. ex antiquo Latio populos, qui sine vestigiis interiere: *Tolerienses, Tutienses, Vimitellarii, Velienses, Venetulani, Vicellenses. Ita ex antiquo Latio* LIII. *populi interiere sine vestigiis.*

92 Τολιστόβιοι, ἔθνος Γαλατῶν Ἑσπερίων.] Tolistobii, gens *Galatarum*, i. e. *Gallorum occidentalium*, qui ex Celtogalatia, in Bithyniam sedes transtulerunt. Strabo lib. 4. memoriæ dedit, tres gentes é Gallia in Asiam migrasse, scilicet *Tectosages, Trocmos, & Tolistobogios*, quos noster *Tolistobios* appellat, de quibus pretium operæ est audire Livium lib. 38. c. 16. *Profecti ex Bithynia in Asiam processerunt. Non plus ex viginti millibus hominum quàm decem armata erant. Tamen tantum terroris omnibus, quæ cis Taurum incolunt, gentibus injecerunt; ut quas adissent, quasque non adissent, pariter ultimæ propinquis imperio parerent. Postremò cùm tres essent gentes, Tolistoboii, Trocmi, Tectosagi; in tres partes, qua cuique populorum suorum vectigalis Asia esset, diviserunt. Trocmis Hellespontii ora data; Tolistoboi Æolida atque Ioniam, Tectosagi mediterranea Asiæ sortiti sunt. Et stipendium tota cis Taurum Asia exigebant. Sedem autem ipsi circa Halyn flumen ceperunt, tantusque terror eorum nominis erat, multitudine etiam magna sobole aucta, ut Syriæ quoque ad postremum reges stipendium dare non abnuerent. Primus Asiam incolentium abnuit Attalus, pater regis Eumenis. Audacique incepto præter omnium opinionem affuit fortuna; & signis collatis superior fuit. Non tamen ita infregit animos eorum, ut absisterent imperio, &c.* Semper Galli armis excelluerunt, at nunc & literis & armis.

93 Τολοφὼν, πόλις, &c.] Tolophon, onis, urbs Locrorum Ozolarum ex Thucydidis lib. 3. ubi ejus oppidanos *Tolophonios* memorat.

94 Τόμαρος, ὄρος Δωδώνης.] Tomarus, mons Dodonæ. Qui *Tmarus* etiam dicebatur, cujus rei locuples est testis Strabo lib. 7. Ἡ Δωδώνη πέπτωκε τὸ μὲν παλαιὸν ὑπὸ Θεσπρωτοῖς ἔθνει, καὶ τὸ ὄρος ὁ Τόμαρος, ἢ Τμάρος, ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται, ὑφ' ᾧ κεῖται τὸ ἱερόν· καὶ οἱ Τραγικοί τε, καὶ Πίνδαρος, Θεσπρωτίδα εἰρήκασι τὴν Δωδώνην. i. e. *Dodone igitur antiquitus sub Thesprotis fuit, & mons Tomarus, vel Tmarus (utroque enim modo dicitur) sub quo jacebat fanum. Et Tragici, & Pindarus, Thesprotida dixêre Dodonen.* Fuit Tomarus mons centum fontibus circa radicem nobilis, ut Theopompo placet, auctore Plinio in prologo lib. 4. Solino cap. XIII.

95 Ὅ τινες τομαρὸν, &c.] Videtur respexisse Strabonis lib. 7. Ἀπὸ δὲ Τομάρου τοὺς ὑπὸ τῶν ποιητῶν λεγομένους ὑποφήτας τοῦ Διὸς, ὃς καὶ ἀνιπτόποδας χαμαιεύνας καλεῖ, Τομάρους φασὶ λεχθῆναι. i. e. *A Tomaro, eos qui dicti sunt Iovis interpretes à Poëta quos illotos-pedibus humi-decumbentes vocat, Tomoros ajunt dictos.*

96 Οἱ δὲ Τμάρους.] Fidenter legendum Τμάρου, cujus gentile Τμάριος. Sic enim etiam mons iste dicebatur, ut apparet ex Strabonis lib. 7. cujus verba in hujus sectionis capite apposuimus. Sic etiam eruditi contendunt legendum apud Maronem Ecloga 8. v. 44.

Nunc scio, quid sit amor, duris in cotibus illum
Tmarius, aut Rhodope.

97 Τομεύς, πόλις πρὸς τῇ Ὀδησσῷ.] Tomeus, urbs ad Odessum, ex Strabonis lib. 7. Apud quem legitur Tomis? Εἶτα Τόμις, ἕτερον πολίχνιον ἐν διακοσίοις πεντήκοντα σταδίοις. i. e. *Deinde Tomis, aliud oppidulum distans stadiis* CCL. Sic etiam dicitur Ovidio Trist. lib. 3. Eleg. 9.

Inde Tomis dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

Quare apud Stephanum pro Τομεύς legendum Τόμις. Fuit urbs in Ponto, Milesiorum colonia, Ovidii exsilio celebris. Quapropter idem eam vocat *Miletida urbem* elegia modò dicta.

A quibus advenerit Miletida sospes ad urbem,
Offensi quo me compulit ira Dei.

Invenitur etiam Τόμοι, & Τομαία. i.e. *Tomi, & Tomæa.*

Στραβων ἑβδόμῃ. [98] Ὠνομάσθη ὃ ἔτω, ἀφ' A
τὸ Ἄψυρτον τ Αἰήτεω υἱὸν ὑπὸ Μηδείας ἢ Ἰάσονος ἐν τῇ φυγῇ σκεδασθῆναι. [99] Ἔστι ἢ Τομαῖον ὄρος ὑπὲρ τὸ Κορυφάσιον τ Πύλης, ἐοικὸς σμίλῃ. Ὁ πολίτης, Τομίτης· Καὶ Τομίτις τὸ θηλυκόν. Ὤφειλε δὲ, ὡς Ἀταρνείτης, B
ἀφ' διφθόγγου γράφεσθαι.

ΤΟΜΙΣΣΑ, χωρίον διορίζον Καππαδοκίαν ἀπὸ Ταύρου. Τὸ ἐθνικὸν Τομισηνὸς, τῷ τύπῳ τ χώρας, ἢ Τομισεύς.

ΤΟΞΙΟΙ, ἢ Τοξιανοὶ, ἔθνος Ταυρικόν· C
Ἡρωδιανὸς ἑβδόμῃ.

ΤΟΠΑΖΙΟΣ [1], νῆσος Ἰνδική. Τὸ ἐθνικὸν, Τοπάζιος. Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ [2] φησὶν, ὡς εὑρίσκεται [3] ἢ ἐν τῇ τ Τοπαζίων νήσῳ [4] λίθον ὁμώνυμον τῇ νήσῳ, ὅμοιον τῇ D
χροιᾷ τῇ τ νέου ἐλαίου. Διὰ τ ξ δὲ ἐγράφετο πρότερον.

ΤΟΡΕΤΑΙ [5], ἔθνος Ποντικόν· Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περιηγήσεως.

ΤΟΡΡΗΒΟΣ, πόλις Λυδίας, ἀπὸ E
Τορρήβου τ Ἄτυος. Τὸ ἐθνικὸν, Τορρήβιοι· Καὶ θηλυκὸν, Τορρηβίς. Ἐν ᾗ τῇ Τορρηβίδι ἔστιν ὄρος Κάρειος καλούμενον, ἢ ἱερὸν τ Καρείου ἐκεῖ. Κάρειος ἦν Διὸς παῖς, καὶ Τορρηβίας, ὡς Νικόλαος ἱστορεῖ. Ὃς πλανώμενος περὶ F
τινα λίμνην, ἣ τις ἀπ' αὐτοῦ Τορρηβία ἐκλήθη, φθογγῆς Νυμφῶν [6] ἀκούσας, ἃς ἢ Μούσας Λυδοὶ καλοῦσι, ἢ μουσικὴν ἐδιδάχθη, καὶ αὐτοὺς Λυδοὺς ἐδίδαξε τὰ μέλη. [7] Διὰ τοῦτο Τορρηβία ἐκαλεῖτο. G

ΤΟΡΤΩΜΙΟΝ, πόλις μεταξὺ Συρίας ἢ Ἀρμενίας. Τὸ ἐθνικὸν Τορτώμιος, ὡς Βυζάντιος.

Strabo lib. 7. Sic verò vocata fuit, eò quod Apsyrtus Æetæ filius à Medea, & Jasone in fuga illic in frusta concisus fuerit. Est etiam Tomæus mons juxta Coryphasion Pyli, scalpro similis. Civis, Tomites. Et Tomitis, fœmineum. Debebat verò scribi per diphthongum, ut Atarneites.

TOMISSA, regio dividens Cappadociam à Tauro. Gentile, Tomisenus, regionis typo, & Tomiseus.

TOXII, & Toxiani, populi Taurici. Herodian. lib. 7.

TOPAZIUS, insula Indiæ. Gentile, Topazius. Alexander Polyhistor inquit, inveniri in Topaziorum insula *lapidem* h. e. *gemmam* ejusdem nominis cum insula, colore similem recentis olei colori, prius verò per κ scribebatur.

TORETÆ, populi Pontici, Apollodorus lib. 2. periegeseωs.

TORRHEBOS, urbs Lydiæ, à Torrhebo Atyis filio. Gentile, Torrhebii. Fœmin. Torrhebis. In regione Torrhebide est mons, qui *Carius* vocatur, & illic templum Carii. Carius verò fuit Iovis, & Torrhebiæ filius, ut Nicolaus lib. 4. Qui cum circa paludem quamdam vagaretur, quæ ab eo *Torrhebia* vocata fuit, audita Nympharum voce, quas etiam *Musas* Lydi vocant, & musicam ab eis doctus fuit, & Lydos docuit carmina. Propterea *Torrhebia* vocabantur.

TORTOMIUM, urbs inter Syriam, & Armeniam. Gentile, Tortomius, ut Byzantius.

98 Ὠνομάσθη ὃ ἔτω, &c.] Agit nunc de etymo urbis Tomææ, ad quod alludit Ovid. disticho illo, nota proximè præcedenti allato, quod disertè affirmat Cicero in Orat. pro lege Manilia: *Primum ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur, quam prædicant in fuga fratris sui membra in iis locis, quâ se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa, mœrorque patrius celeritatem persequendi retardaret.*

99 Ἔστι ἢ Τομαῖον ὄρος, &c.] Celebratur mons Tomæus juxta Coryphasium Pyli. Tomeus dicitur Thucydidi lib. 4. Τὼς μὲν, οἱ Κορυφασίῳ, ὄντες τ Βραφδοῦ ἢ τ Τομέως μένοντες. i. e. *Hos quidem* [Lacedæmonios] *intra Coryphasium,* [&] *intra Buphradem, & Tomeum manentes.*

1 Τοπάζιος, νῆσος Ἰνδική.] Topazius, insula Indica. Salmasius in Solinum fol. 1083. inquit legendum, Τόπαζος pro Τοπάζιος, quod Samii senis auctoritate probat, ac si novum esset prototypum, & gentile proferri eodem modo. Indica dicitur auctori nostro, at Plin. lib. 37. c. 8. in Rubro mari locat, atque *Topazion*, ut noster vocat. Ejus sunt verba: *Juba Topazion insulam in Rubro mari à continente stadiis* CCC. *abesse tradit, nebulosam & ideo quæsitam sæpe navigantibus, ex ea causa nomen accepisse. Topazin enim Troglodytarum lingua significationem habere quærendi.* Ex ejusdem auctoris libro capiteque citato clarescit, *Chitim* quoque vocatam. *Ophiodes* etiam dicta fuit propter serpentes, ut Straboni lib. 16. placet: Μεῖζον ἢ τ κόλπον ἡ Ὀφιώδης καλουμένη νῆσος ἀπὸ τ συμβεβηκότος, ὧν ἠλευθέρωσε τ ἑρπετῶν ὁ βασιλεὺς, ἅμα ἢ ἀφ' τῶν φθορᾶς τ θερσευομένων ἀνθρώπων ὑπ' τ θηρίων, ἢ ἀφ' τὸ τοπάζιος. i. e. *Post sinum est Ophiodes insula, ab eventu appellata, quam rex à serpentibus liberavit, cum multi applicantes, à serpentibus interficerentur, propter topazia.*

2 Φησὶν, ὡς εὑρίσκεται.] Lege φησὶν εὑρίσκεται.

3 Ἐν τῇ Τοπαζίων νήσῳ.] Salmasius in Sol. fol. 1083. sollicitat hanc lectionem, ac laborat probare ex veteribus codicibus Alexandrum Polyhistorem scripsisse ἐν τῇ τ Παζίων νήσῳ, i. e. *in Paziorum insula.* Sed certo certius est Stephanum inveniſse, quomodo nunc legitur, aliter id hoc in loco non appositurum fuisse sine aliqua præfatione.

4 Λίθον ὁμώνυμον, &c.] Loquitur de Topazio lapide, insulæ cognomine, ac simili recentis olei colori. Erat enim Topazius lapis viridis colore, ex quo factam statuam Arsinoæ Ptolemæi Philadelphi uxori affirmat Plin. lib. 37. c. 8. *Ex hac* [insula] *primùm importatam Berenicæ reginæ, quæ fuit mater sequentis Ptolemæi, à Philemone præfecto regis, ac mire placuisse, & inde factam statuam Arsinoæ Ptolemæi Philadelphi uxori quatuor cubitorum, sacratam in delubro, quod* aureum *cognominabatur.*

5 Τορέται, ἔθνος Ποντικόν.] Toretæ, gens Pontica. Memorantur Plinio lib. 6. c. 5. *Toreatæ* dicuntur Melæ lib. 1. c. 19. Straboni lib. 11.

6 Ἀκοῦσαι.] Lege ἤκουσε, id enim ratio clamat.

7 Διὰ τοῦτο Τορρηβία ἐκαλεῖτο.] De Torrhebiis carminibus consulesis Cœl. Rhodig. Antiq. Lect. lib. 9. c. 3.

ΤΟΡΩ΄ΝΗ [8], πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Τορώνης τ῀ Πρωτέως ἢ Ποσειδῶνος, καὶ Φοινίκης. [9] Ἔστι καὶ ἄλλη Τορώνη μετὰ Τροίαν κτισθεῖσα. Ὁ πολίτης, Τορρωναῖος. Ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Σικελίας Τόρρονα, διὰ δύο ν, καὶ τὸ δύο ο μικρά. [10] Λέγε῀ται καὶ Τορωναῖος κόλπος. Οὕτω δὲ καλεῖται ἀπὸ τ῀ Κανασραίκ, ἕως τ῀ Δέρρεως.

A TORONE, urbs Thraciæ, à Torone Protei, vel Neptuni, & Phœnicæ filia. Eſt & alia Torone poſt Troiam condita. Civis, Torrhonæus. Eſt & alia urbs Siciliæ Torrhonna per duplex *n*, & per duplex *o* micron. Dicitur etiam *Toronæus ſinus*. Sic verò vocatur, B qui à Canaſtræo, uſque ad Derrhim pertingit.

ΤΟΥΡΔΙΤΑΝΙ΄Α [11], χώρα τ῀ Ἰβηρίας, ἡ καὶ Βαιτικὴ καλεῖται, ἀπὸ τ῀ Βαίτιος ποταμοῦ. Οἱ οἰκήτορες, Τουρδιτανοὶ, καὶ Τουρδύλοι. Ἀρτεμίδωρος δὲ Τουρτυτανίαν αὐτὴν καλεῖ, καὶ Τούρτους τοὺς οἰκήτορας, καὶ Τουρτυτανούς.

TURDITANIA, regio Iberiæ, quæ etiam *Bætica* vocatur, circa Bætim fluvium. Incolæ, Turditani, & Turduli. Artemidorus C verò *Turtytaniam* eam vocat, & Turtos, incolas & Turtutanos.

ΤΡΑ΄ΓΑΣΑΙ [12], χώρα ἐν Ἠπείρῳ, ἀπὸ Τραγάσου, ἧς εἰς χάριν ὁ Ποσειδὼν ἁλῶν πῆξιν ἐποίησεν. [13] Ὅθεν Τράγασοι οἱ ἅλες, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Λεσβιακῶν. [14] Ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ πεδίον Ἅλσιον καλεῖται. Ὁ οἰκήτωρ, Τραγασαῖος. [15] Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι.

TRAGASÆ, regio in Epiro à Tragaſo, D in cujus gratiam Neptunus ſalis denſationem fecit. Unde Τράγασοι, i. e. *Tragaſi ſales*, ut Hellanicus Lesbiacor. primo. A quo, & campus *Halſius* vocatur. Incola, Tragaſæus, Ariſtoph. Acharnenſibus.

ΤΡΑΓΑΙ΄Α [16], νῆσος πρὸς τ῀ Κυκλάσιν, ὅθεν ἦν Θεογείτων ὁ περιπατητικὸς, Ἀριστέλους γνώριμος. Ἔστι καὶ πόλις ἐν Νάξῳ, ἐν ᾗ Τράγιος Ἀπόλλων τιμᾶται. Εὔπολις Δρᾷ διὰ τ῀ ε γράφει, καὶ πληθυντικῶς Τραγέαι. Τὸ ἐθνικὸν Τραγεάτης, ὡς Τεγεάτης.

E TRAGÆA, inſula juxta Cyclades, unde erat Theogiton peripateticus, Ariſtotelis familiaris. Eſt etiam urbs in Naxo, in qua Tragius Apollo colitur. Eupolis per *e* ſcribit, & pluraliter Tragetæ. Gentile, Trageates, ut Tegeates.

F

ΤΡΑ΄ΓΙΛΟΣ, πόλις μία τ῀ ὄπι Θρᾴκης, πρὸς τῇ Χερρονήσῳ καὶ Μακεδονίᾳ. Ἐκ τού-

TRAGILUS, urbs Thraciæ juxta Cherſoneſum, & Macedoniam. Ex hac erat Aſcle-

8 Τορώνη, πόλις Θρᾴκης.] Torone, urbs Thraciæ. Hæc eadem eſt, quæ à Ptolemæo lib. 3. c. 13. in Paraxia Macedoniæ regione locatur, à qua *Toronæus ſinus* denominatur. Ejus quoque meminit Scylax inter Macedoniæ urbes Græcas.

9 Ἔστι καὶ ἄλλη Τορώνη, &c.] Eſt & alia Torone poſt Troiam condita. Cujusnam regionis fuerit hæc Torone poſt Troiam condita, me latet; Ptolemæus lib. 3. c. 14. memorat Epiri Toronem.

10 Λέγε῀ται καὶ Τορωναῖος κόλπος.] Toronæus ſinus inter alios celebratur Ptolemæo lib. 3. c. 13. qui, ut ait noſter, à Canaſtræo uſque ad Derrhis promontorium pertingebat, utriuſque meminit Ptolemæus eodem libro capiteque. Hodie *Golfo di Rampa* vocari dicunt.

11 Τουρδιτανία, χώρα τ῀ Ἰβηρίας, &c.] Turditania, regio Iberiæ, quæ *Bætica* etiam dicitur, &c. Cum auctor noſter haurierit hæc ex Strabonis lib. 3. præſtat ejus apponere verba: Καλεῖται δ᾽ ἀπὸ μὲν τ῀ ποταμοῦ Βαιτικὴ· ἀπὸ δὲ τ῀ ἐνοικούντων Τουρδητανία· τοὺς δ᾽ ἐνοικοῦντας Τουρδητανούς τε καὶ Τουρδύλους προσαγορεύουσι. i. e. *Regionem à fluvio Bæticam, ab incolis* Turdetaniam *vocant. Incolas autem Turdetanos & Turdulos.* Si placet lectori corrigere Stephanum ex Strabone, per me licet. Namque Livio etiam lib. 34. c. 19. *Turditania* & *Turdetani* dicuntur. Regio eſt frumenti, hordei, vini, olei, & omnis generis fructuum & frugum feraciſſima, ab ortu terminatur Granata, ab occaſu Ana fluvio, à meridie oceano, & freto Herculeo, à ſeptentrione Caſtella nova; Hiſpanis dicitur *Andaluzia* à Vandalis, qui quondam eam tenuerunt, nomine deflexo. Ptolemæo lib. 2. c. 4. & 5. *Turditani*, *Turduli*, & *Turdetani* tamquam diverſi Hiſpaniæ populi celebrantur. Strabonis ætate nulla erat inter eos differentia, omnium Hiſpanorum ſapientiſſimi cenſebantur, uſi ſunt grammatica, & antiquitatis monumenta habuere conſcripta, ac Poëmata & metris incluſas leges à ſex millibus annorum, ut aiebant, auctore eodem Strabone prædicto libro. In hac regione *Elyſios campos* fuiſſe fabulabantur, & βεκκεσέλλως quidam ibi Paradiſum fuiſſe probare laborabat.

12 Τράγασαι, χώρα ἐν Ἠπείρῳ, &c.] Tragaſæ, regio in Epiro, à Tragaſo, in cujus gratiam Neptunus ſalis denſationem fecit. Quod ignara plebs in miraculi loco numerat, id docti naturæ aſſignant. Sal iſte ſponte ſua ſpirantibus Eteſiis cogebatur, auctore Strabone lib. 13. quod in Troade circa Lectum accidiſſe dicit. Athenæus Dipnoſophiſtarum lib. 3. prodit, in Troade, cum antè cuivis permitteretur ſalem Tragaſæum gratis auferre, ſalarium tributum, ut Lyſimachus exigi mandavit, evaniſſe; quod admiratus Lyſimachus tributum remiſit, ac iterum ſuccreviſſe.

13 Ὅθεν Τράγασοι οἱ ἅλες.] Subtilis error his ineſt, ſcribendum ὁθεν Τραγασαῖοι ἅλες, i. e. *unde Tragaſæi ſales.* Athenæus enim lib. 3. Τραγασαῖον ἅλας, i. e. *Tragaſæum ſalem* vocat, & Strabo lib. 13. Τραγασαῖον ἁλοπήγιον.

14 Ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ πεδίον Ἅλσιον.] Campus Halſius, ſic dictus, quod illic ſal cogeretur, memoratur Straboni lib. 13. apud quem perperam ſcribitur Ἀλήσιον πεδίον, pro Ἅλσιον πεδίον.

15 Ἀριστοφάνης.] Gentile Tragaſæus non uſurpatur ab Ariſtophane in Acharnenſibus de incola regionis Tragaſarum, ut putat auctor noſter, ſed per jocum de more ſuo Ariſtophanes fabula citata, actu tertio, ſcena quarta, ſtrophe ſubſequenti inquit, Artemonem muſicum malè olere, utpote filium *patris Tragaſæi*, id eſt, hircini à nomine τράγος, i. e. *hircus*, ac ludit in vocabulo, tamquam ſi eſſet gentile Tragarum.

16 Τραγαία, νῆσος πρὸς ταῖς Κυκλάσιν, &c.] Tragæa, inſula prope Cyclades. Memoratur Thucydidi lib. 1. cui *Tragia* dicitur: Ἐναυμάχησαν πρὸς Τραγίᾳ τῇ νήσῳ, Σαμίων ναυσὶν ἑβδομήκοντα. id eſt, *Pugnarunt ad inſulam Tragiam cum Samiorum* LXX. *navibus.* Poſita erat prope Samum, auctore ejuſdem Thucydidis ſcholiaſta ad librum citatum.

τούτης ἰῶ Ἀσκληπιάδης, ὁ τὰ τραγῳδούμενα γράψας ἐν ἓξ βιβλίοις. Ὁ πολίτης, Τραγιλεύς.

Asclepiades, qui de rebus in tragœdia decantatis sex libros scripsit. Civis, Tragileus.

ΤΡΑΛΛΙΑ[17], μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας. Λέγονται καὶ Τράλλοι, καὶ Τράλλεις ὑφ' Θεοπόμπῳ. Λέγεται καὶ Τρωαλικίδα, καὶ Τράλλα. Ἔστι καὶ Τράλλιον Βιθυνίας, ἡ καθήκει πρὸς τὸ Ἀσακηνὸν κόλπον. Τὸ ἐθνικὸν τούτου, Τραλλιανοί.

TRALLIA, pars Illyriæ. Dicuntur etiam Tralli, & Tralles apud Theopomp. Dicitur etiam *Troalicida*, & *Tralla*. Est quoque Trallion Bithyniæ, quæ protenditur usque ad Astacenum sinum. Gentile hujus, Trallii.

ΤΡΑΛΛΙΣ[18], πόλις Λυδίας, πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ, [19] ἡ πρότερον λεγομένη Ἄνθεια, διὰ τὸ πολλὰ ἄνθη ἐκεῖ πεφυκέναι. [20] Ἐκαλεῖτο καὶ Εὐρυμνά. Τὸ ἐθνικὸν, Τραλλιανός.

TRALLIS, urbs Lydiæ, juxta Mæandrum fluvium, quæ prius dicebatur *Anthia*, διὰ τὸ πολλὰ ἄνθη, &c. i. e. *quod multi flores illic nascerentur*. Vocabatur etiam *Eurymna*. Gentile, Trallianus.

ΤΡΑΜΠΗ, Ἰωνίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Τραμπαῖος, ὡς Λάμπη Λαμπαῖος.

TRAMPE, urbs Ioniæ. Gentile, Trampæus, ut Lampe, Lampæus.

ΤΡΑΜΠΥΑ, πόλις τῆς Ἠπείρου, πλησίον Βουνίμων. Ὁ πολίτης Τραμπυδός, καὶ Τραμπυέτης.

TRAMPYA, urbs Epiri, prope Bunimos. Civis, Trampyeus, & Trampyetes.

ΤΡΑΝΣΑΛΠΙΝΟΙ[21], ἔθνη Κελτῶν, πέραν τῶν Ἄλπεων· Τὸ γὰρ τρὰνς, σημαίνει πέραν.

TRANSALPINI, populi Celtarum trans Alpes. *Trans* enim Latinè, significat πέραν Græcè.

ΤΡΑΠΕΖΑ[22], πόλις Ἀρκαδίας, ἐγγὺς Τρικωλώνης. Οἱ πολῖται, Τραπεζεῖς.

TRAPEZA, urbs Arcadiæ, prope Tricolonum. Cives, Trapezeis.

ΤΡΑΠΕΖΟΥΣ[23], πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, Σινωπέων ἄποικος. Ἐκαλεῖτο καὶ Οἰζωνίς. [24] Ἐν ταύτῃ μέλι ἀπὸ τῆς πύξου φησὶν Ἀριστοτέλης γίνεσθαι, ἐν τῷ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, βαρύοζμον. Ἀφ' οὗ τοὺς φα-

TRAPEZUS, urbs juxta Euxinum pontum, Sinopeorum colonia. Vocabatur etiam *Oezenis*. In hac mel fieri ex buxo inquit Aristot. in *de admirab. Auscultation.* Graviter-olens. Ex quo comedentes sani quidem, mente alienantur,

17 Τραλλία, μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας.] Trallia, pars Illyriæ. Cujus incolæ dicebantur Tralli, & Tralles. Hos in Thracia locat Plutarchus in Agesilao: confines enim regiones sunt Thracia & Illyria. Τρωαλικίδα lectio suspecta mihi videtur.

18 Τράλλις, πόλις Λυδίας, &c.] Trallis, urbs Lydiæ ad Mæandrum fluvium. Singul. & plur. num. usurpatur tam Græcis quàm Latinis. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 2. inter Cariæ oppida, Straboni lib. 14. post Magnesiam; è nostris Ciceroni Epistol. lib. 3. ad Appium Pulchrum Epist. 5. Juv. Satyra 3. v. 70.

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis
Esquilias, dictumque petunt à vimine collem.

Fuit urbs opulentissima totius Asiæ, non modò Cariæ, ut videre est ex Strabonis lib. 14. & Cic. Orat. pro L. Flacco; nescio an eam magis illustraverit Pythodoris, Ponti regina clarissima, quæ ei suos debuit natales, an Alexander Trallianus, medicus celeberrimus, ejus alumnus, qui experimenta longo usu ex morbis collecta duodecim libris complexus est.

19 Ἡ πρότερον λεγομένη Ἄνθεια.] Trallis, antè dicta *Anthia*, quod multi flores illic nascerentur. Plin. lib. 5. c. 29. *Trallis, eadem Euanthia, & Seleucia & Antiochia dicta.* Euanthia & Anthia ferè idem est vocamen.

20 Ἐκαλεῖτο καὶ Εὐρυμνά.] Sine dubio pro Εὐρυμνὰ legendum Ἐρυμνὰ, scilicet, quod sita esset in vertice quodam plano atque natura munito, ut ait Strabo lib. 14. Ἴδρυνται δ' ἡ μὲν τῶν Τραλλιανῶν πόλις ἐπὶ τραπέζῃ τινὸς ἄκρου ἐχούσῃ ἐρυμνὸν· καὶ τὰ κύκλῳ δὲ ἱκανῶς διέρκη· σπουδάζεται γοῦν καλῶς, εἴ τις ἄλλη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ δυνατῶν ἀνθρώπων. i. e. *Posita est Trallianorum urbs in quodam* [veluti] *abaculo verticem habente munitum; & circum loca sunt satis bene-munita. Habitatur optime, si qua alia Asianarum urbium ab opulentis hominibus.*

21 Τρανσαλπῖνοι, ἔθνη Κελτῶν.] Transalpini, gens Celtarum. *Celtas* vocat *Gallos*. Transalpini verò dicti sunt, quod essent trans Alpes, quemadmodum etiam qui erant cis Alpes *Cisalpini* dicebantur, vide Iis Josephi Scaligeri libellum, cui titulum fecit *Notitia Galliæ*.

22 Τραπεζα, πόλις Ἀρκαδίας.] Trapeza, urbs Arcadiæ. Memoratur Pausaniæ in Arcadicis, cui *Trapezûs* dicitur, in quam regni sedem transtulit Hippotheus, sed Pausaniæ tempore rudera ejus tantum exstabant. Sic enim ille libro citato: Διαβάντων δὲ Ἀλφειὸν χώρα τε καλεομένη Τραπεζηΐτις, καὶ πόλεως ἐστιν ἐρείπια Τραπεζοῦντος. i. e. *Transeuntibus verò Alpheum, regio nomine* Trapezuntia, *urbis sunt rudera Trapezuntis.* Noster putat diversas fuisse urbes. Dictione enim sequenti celebrat Trapezuntem.

23 Τραπεζοῦς, πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, &c.] Trapezûs, untis, urbs ad Euxinum Pontum, Sinopensium colonia. Strabo lib. 11. Μετὰ δὲ τὴν Διοσκουριάδα ἡ λοιπὴ τῆς Κολχίδος ἐστὶ παράλια, καὶ ἡ συνεχὴς Τραπεζοῦς, καὶ αὕτη πόλις εὐδαίμων ποιήσασα· εἶτα εἰς εὐθεῖαν πως πλοῦν τὴν τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου ποιοῦσαν, τὰ βλέποντα πρὸς ἄρκτον. i. e. *Post Dioscuriadem reliqua est Colchidis ora, & contigua Trapezûs, flexum faciens insignem, quæ deinde in rectum porrecta, latus Ponti dextrum efficit, quod septentrionem respicit.* Vulgò *Trapizonda* vocatur. Ab anno CIↃCCLXI, usque ad annum CIↃCCCCLX. fuit imperatorum sedes, quibus Mahumetes II. Turcorum Imperator, expugnata urbe, imperium ademit, nunc est Turcorum satrapæ sedes. Protulit *Georgium* Trapezuntium, Latinarum Græcarumque literarum peritissimum, qui in senectute memoriâ fuit destitutus, adeo ut utriusque linguæ prorsus oblitus fuerit; necnon *Bessarionem* Cardinalem; vide Stukii Scholia in Arrhiani Periplum Ponti Euxini.

24 Ἐν ταύτῃ μέλι, &c.] Hujus mellis nemo omnium, quod sciam, meminit præter Aristotelem libro de Mirabilibus, apud quem perperam legitur τοὺς δ' ἐπιλήπτους, pro τοὺς δ' ἐπιλήπτους. Epilepticos enim liberabat mentis stupore, ut ait noster.

25 Ἐξ

φαγόντας ὑγιαίνοντας μὲν ἐξίστασθαι, τοὺς δ' ἐπιλήπτους αὐθέως ἀπαλλάττεσθαι. [25] Ἔστι καὶ Ἀρκαδίας πόλις Τραπεζοῦς, ἀπὸ Τραπεζοῦντος παιδὸς Λυκάονος, ὡς Παυσανίας ἱστορεῖ. Ἔστι καὶ ἄλλη πλησίον τῆς Ἀραβικοῦ κόλπου. Ὁ πολίτης Τραπεζούντιος, ὡς Σελινούντιος· καὶ ἡ χώρα Τραπεζουντία. Λέγεται καὶ Τραπεζάσιος, ὡς Ἀμαθάσιος.

tur, epileptici autem ſtatim liberantur. Eſt etiam Arcadiæ urbs Trapezûs, ſic dicta, à Trapezunte Lycaonis filio, ut Pauſanias lib. 8. Eſt etiam alia juxta Arabicum ſinum. Civis, Trapezuntius, ut Selinuntius. Et regio Trapezuntia. Dicitur etiam *Trapezuſius*, ut Amathuſius.

ΤΡΑΒΑΛΑ, πόλις Λυκίας. Τὸ ἐθνικὸν Τραβαλεύς.

TRABALA, urbs Lyciæ. Gentile, Trabaleus.

ΤΡΑΥΧΕΝΙΟΙ, ἔθνος περὶ τὸν Πόντον τὸν Εὔξεινον, ὅμορον Σινδοῖς.

TRAUXENII, populi, circa pontum Euxinum, Sindis vicini.

ΤΡΑΥΣΟΙ [26], πόλις Κελτῶν. Ἔθνος, οὓς οἱ Ἕλληνες Ἀγαθύρσους ὀνομάζουσι.

TRAUSI, urbs Celtarum. Gens, quos Græci *Agathyrſos* nominant.

ΤΡΑΦΗ, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Τραφαῖος.

TRAPHE, urbs juxta Pontum. Gentile, Traphæus.

ΤΡΑΦΕΙΑ, πόλις Βοιωτίας, πολλὰ θρέμματα ἔχουσα. Τὸ ἐθνικὸν, Τραφίος, ἢ Τραφιεύς.

TRAPHIA, urbs Bœotiæ, multa pecora habens. Gentile, Traphius. vel Traphieus.

ΤΡΑΧΕΙΑ [27], ἥτις ἡ Ἰσαυρία πᾶσα· Στραβὼν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Κιλικίας μὲν τὸ ἔξω Ταύρου ἡ μὲν λέγεται τραχεῖα, ἡ δὲ πεδιάς. Τὸ τοπικὸν, [28] Τραχεώτης. Ἀρχὴ δ' αὐτῆς ἀπὸ Κορακησίου, ἡ πεδιὰς δὲ, ἀπὸ Σόλων καὶ Ταρσοῦ, μέχρις Ἰσσοῦ. Καὶ ἔστι τὸ τούτης τοπικὸν ἐπὶ τοῦ νῦν Πεδιαιοί· Ὤφειλον Πεδιεῖς, ὡς Συνιεῖς.

TRACHIA, *h. e.* Aſpera, ſic Iſauria tota. Strabo lib. 14. *Ciliciæ quidem pars extra Taurum una dicitur Trachia*, i. e. *aſpera*, *altera pedias*, h. e. *campeſtris*. Locale, Tracheotes. Ejus verò principium à Coraceſio, *pedias* autem, h. e. *campeſtris*, à Solis, & Tarſo uſque Iſſum. Eſt hujus locale adhuc & nunc Pediani. Debebat eſſe Pedieîs, ut Sunieîs.

ΤΡΑΧΙΣ [29], πόλις Θεσσαλίας, ὑπὸ τὴν Οἴτην, ὑπὸ Ἡρακλέους κτισθεῖσα, καὶ ὀνομασθεῖσα διὰ τὴν τραχύτητα. Ὁ πολίτης, Τραχίνιος, καὶ Τρηχίνιος, καὶ Τραχινεύς.

TRACHIS, urbs Theſſaliæ, ſub Oete, ab Hercule condita, & ſic nominata propter τραχύτητα, h. e. *aſperitatem*. Civis, Trachinius, & Trechinius, & Trachinæus.

ΤΡΕΜΙΘΟΥΣ [30], κώμη Κύπρου. Καλοῦνται Τρεμιθήσιοι, καὶ Τρεμιθοπολῖται. Φασὶ δ' ὅτι ἐπιβάσης Ἀφροδίτης εἰς τὸν τόπον, διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ δαίμονος ὑπὸ τρόμου διασαλευθῆναι τὰ

TREMITHUS, vicus Cypri. Vocantur Tremithuſii, & Tremithopolitæ. Ajunt verò, aſcendente Venere in hunc locum, propter Deæ præſentiam præ tremore concuſſum fuiſſe,

25 Ἔστι καὶ Ἀρκαδίας πόλις Τραπεζοῦς.] Vide Τραπεζα.

26 Τραυσοὶ, πόλις Κελτῶν.] Trauſi fuere gens Thraciæ, non urbs Celtarum, ut inquit noſter; memorantur Herodoto lib. v. c. iv. Τραυσοὶ μὲν τὰ πολλὰ ἄλλα πάντα καὶ ταὐτὰ τοῖσι ἄλλοισι Θρῃξὶν ἐπιτηδεύουσι. i. e. *Trauſi verò in ceteris quidem omnibus eadem, quæ Thraces faciunt.* Livio lib. 38. c. 41. *Huc ad eamdem ſpem prædæ Trauſi, gens & ipſa Thracum, convenêre.* Alii per *T* alii per *Th* ſolent ſcribere. Ac quia ex Herodoto, & Livio apparet Trauſos fuiſſe Thracum gentem, ideò apud Stephanum niſi me Criticorum ludit inſania, & eſt quoddam prudentiæ genus cum inſanientibus inſanire, pro Τραυσοὶ, πόλις Κελτῶν. Ἔθνος, &c. legendum puto Τραυσοὶ ἔθνος Θρᾳκῶν. Οὓς, &c. i. e. *Trauſi, gens Thracum; quos*, &c. Illud ex typographi, vel librarii incuria potuit fieri.

27 Τραχεῖα, ἥτις ἡ Ἰσαυρία πᾶσα.] Trachia, id eſt aſpera, ſic Iſauria tota. Ex Strabonis lib. 14. affert auctor noſter Strabonis verba in ſuæ ſententiæ confirmationem, in quibus Iſauria non vocatur *Trachia*, ut inquit, ſed *Cilicia*. Libet ejus integra verba huc conferre: Τῆς δὲ Κιλικίας τὸ ἔξω τοῦ Ταύρου, ἡ μὲν λέγεται τραχεῖα, ἡ δὲ πεδιάς. Τραχεῖα μὲν, ἧς ἡ ἀρχὴ ἀπὸ τοῦ Κορακησίου ἐστὶ, καὶ βάθος ἡ παραλία ἔχει τὸ μέγιστον ἐπίπεδον· καὶ ἔπ' αὐτῆς ὑπέρκειται ὁ Ταῦρος εἰκῇ μὲν πως καὶ οὐ πρὸς ἀκριβῆ τὴν ὀρεινὴν, ἀλλ' ὅμως ἐπὶ πολὺ τῆς παραλίας ἀπέχων· καὶ ἔστιν ἐν αὐτῷ τὰ μὲν ὄρη κατοικήσιμα καὶ εὐάρατα, τὰ δὲ ἀπρόσιτα καὶ ἄβατα, ἃ δὴ καὶ τὰ ἐσχατιὰν ἔχοντα πρὸς τὴν θάλατταν ἀπότομα καὶ τραχέα καὶ ἀπρόσοδα ἐστὶ, καὶ ἀπορεῖται τῶν ἐπιτηδείων· ἐν δὲ τοῖς ἐπιπέδοις καὶ τὰ ὄρη ἐστὶ πολλαχοῦ καὶ ἀοίκητα καὶ ἄβατα, καὶ ἡ γῆ ἀπορεῖται τῶν ἐπιτηδείων· ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι καὶ τὰ ἐπίπεδα

λδῦηναι, διὸ καὶ Τρεμιθοῦντα κληθῆναι. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἀπὸ τοῦ τοὺς τόπους πεφυκυῖαι πρμίνθων, ἃς Κύπριοι τρεμίθους καλοῦσιν, ὡς καὶ πολλαχοῦ ἄλλαι ἀπὸ τῶν αὐταῖς πλεοναζόντων φυτῶν. Ἐν μὲν τῇ Ἀττικῇ Ῥαμνοῦντα, ἐν δὲ τῇ Πελοποννήσῳ Κυπάρισσον καὶ Θρύον καὶ Ἐλαία.

A fuisse, quare & *Tremithunta* vocatum esse. Mihi autem videtur, sic vocatum fuisse à terminthis, quæ illic nascuntur, quas Cyprii *Tremithos* vocant, ut & aliæ plurimæ urbes nominantur à plantis quæ abundè in ipsis nascuntur. In Attica Rhamnùs, in Peloponeso Cyparissos, & B Thryon, & Elæa.

ΤΡΕΜΙΛΗ[31], ἡ Λυκία ἐκαλεῖτο ἔτως. Οἱ καλοικοῦντες, Τρεμιλεῖς, ἀπὸ Τρεμίλου, ὡς Πανύασις.

TREMILE, sic *Lycia* vocabatur, incolæ, Tremilei, à Tremilo, ut Panyasis:

[32] Ἔνθα δ' ἔναιε μέγας Τρέμιλος, καὶ ἔγημε θύγατρα, C
Νύμφην Ὠγυγίην, ἣν Πραξιδίκην καλέουσι,
[33] Σίβρῳ ἐπ' ἀργυρέῳ παμφανόωσά τε δινήεντι,
Τῆς δ' ἐλάοι παῖδες, Τλῶός, Ξάνθός τε, Πίναρός τε,
Καὶ Κράγος, ὃς κρατέων πάσας λῃίζετ' ἀρούρας.

Hic verò habitabat magnus Tremilus, duxitque filiam in uxorem
Nympham Ogygiam, quam Praxidicam *vocant,*
Juxta Sibrum argenteum, & vorticosum fluvium,
Ex qua exitiales filii, Tlous, Xanthusque, Pinarus,
Et Cragus, qui potens omnes prædabatur terras.

Ἀλέξανδρος δὲ πολλήσας * τούτους δὲ τοὺς Τρεμιλέας, Λυκίους Βελλεροφόντης ὠνόμασεν. E Ἑκαταῖος Τρεμίλας αὐτοὺς καλεῖ, ἐν πρώτῳ γενεαλογιῶν.

Alexander verò moriens..... hos autem Tremileos, *Lycios* Bellerophontes vocavit, Hecatæ. *Tremilas* eos vocat Genealogiarum 4.

ΤΡΗΡΟΣ[34], χωρίον Θράκης, καὶ Τρῆρες Θρᾴκιον ἔθνος. Λέγει καὶ τρισυλλάβως ὁ Καλλιμάχῳ ποιητής,
Τρήρεας ἄνδρας ἄγων·
Θεόπομπος δὲ Τραῦρας αὐτοὺς καλεῖ.

TRERUS, regio Thraciæ, & Treres, gens Thracica, dicitur etiam trisyllabicè apud F Callimachum Poëtam:

Trereas viros ducens.

Theopompus *Traras* eos vocat.

ΤΡΙΧΙΣ, πόλις Αἰγύπτου, ὡς Θωνὶς, Σαΐς. Τὸ ἐθνικὸν, Τριχίτης.

TRICHIS, urbs Ægypti, ut Thonis, Sais. Gentile, Trichites.

ΤΡΙΒΑΛΛΟΙ[35], ἔθνος Ἰλλυρικόν. G [36] Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν,
Ὄνομα δὲ τούτοις τῶν θεῶν τῶν βαρβάρων
Τί ἐστι, Μαραθωνοτριβαλλοί.

TRIBALLI, gens Illyrica, Aristoph. Avibus.

Nomen autem his barbarorum Diis
Quodnam est? Marathonotriballi.

ΤΡΙΖΟΙ, ἔθνος πρὸς νότον τῷ Ἴστρῳ. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. H

TRIZI, gens ad meridiem Istri, Hecatæ. Europa.

ΤΡΙΗΡΕΣ, ἔθνος, ἀπὸ Τριήρους, τοῦ Ὀμβριάρεω καὶ Θρᾴκης παιδὸς, ὡς Ἀρριανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς.

TRIERES, populi, à Triero Ombriarei, & Thracæ filio, ut Arrian. in Bithyniacis.

ΤΡΙΗΡΗΣ[37], πόλις Συρίας. Ὁ πολίτης, Τριηρήτης.

TRIERES, urbs Syriæ, civis, Trieretes.

TRI-

31 Τρεμίλη, ἡ Λυκία, &c.] Tremile, *Lycia* sic vocabatur. Vide sis quæ suo loco annotavimus.

32 Ἔνθα δ' ἔναιε.] Ratio vociferatur, legendum ἔνθα δ' ἔναιε.

33 Σίβρῳ, &c.] Lege Σιβρῷ tamquam ἀπὸ τοῦ Σιβρος, fuit enim Lyciæ fluvius, quem Strabo lib. 14. Σίβλα vocat, postea dictus fuit *Xanthus*, eodem auctore.

34 Τρῆρος, χωρίον Θράκης, &c.] Treros, regio Thraciæ, & Treres, Thracica gens. Memorantur Straboni lib. 13. Τὰ δ' ἑξῆς Τρῆρες, καὶ αὐτοὶ Θρᾷκες. i. e. *Quæ deinceps Treres, hi quoque Thraces.*

35 Τριβαλλοὶ, ἔθνος Ἰλλυρικόν.] Triballi, gens Illyrica. Strabo lib. 7. in Thracia eos locat, adversùs quos & eorum regem Syrmum expeditionem fecisse Alexandrum refert, ut & Arrhianus de Alex. expeditione lib. 1. Ptolemæus lib. 3. c. 10. inter Mysiæ populos recenset. Sed Thracia, Illyris, & Mysia erant regiones collimitatæ. Sunt qui dicant *Triballos* esse, quos postea *Servios* vocarunt.

36 Ἀριστοφάνης, &c.] Versus Aristophanis, quos affert, sunt insignitè corrupti, in quibus lectionis monstrum latet, quod ne Hercules quidem sine Aristophanis ope debellaret, ex μαθάνω enim & Τριβαλλοὶ factum est, μαραθωνοτριβαλλοί. Sic apud Aristophanem in Avibus legitur:

Πει. Ὄνομα δὲ τούτοις τοῖς θεοῖς τοῖς βαρβάροις
Τί ἐστιν· Πρ. ὦ, πῶς; Τριβαλλοί. Πει. μανθάνω.
Pisth. nomen autem his Diis barbaris
Quodnam est? Pro. quod est? Triballi. Pisth. intelligo.

Quare apud Stephanum pro τῶν θεῶν τῶν βαρβάρων legendum τοῖς θεοῖς τοῖς βαρβάροις pro μαραθωνοτριβαλλοί, scribendum Τριβαλλοί· Πει. μανθάνω.

37 Τριῆρες, πόλις Συρίας.] Trieres, urbs Syriæ. Memoratur Polybio lib. v. Plin. lib. v. c. xx. cui *Trieris* dicitur Strabo lib. xvi. eam locat inter Tripolin & montem Libanum.

38 Τεί-

ΤΡΙ΄ΚΑΛΟΝ[38], ἡ Τρίκαλα ὐδετέρως, πόλις Σικελίας· φίλις Θ. Τὸ ἐθνικὸν, Τρικαλῖν Θ, ἡ Τρικαλίνη ϑηλυκῶς. A

TRICALON, & Tricala neutro gen. urbs Siciliæ, Philistus. Gentile, Tricalinus, & Tricalina fœmineum.

ΤΡΙΚΑ΄ΡΑΝΑ, Φρούριον τῆς Φλιασίας· Θεόπομπ Θ πενθήκοντῷ πέμπῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Τρικαρανεύς. B

TRICARANA, castellum Phliasiæ, Theopomp. lib. 55. Gentile, Tricaraneus.

ΤΡΙ΄ΚΚΗ[39], πόλις Θετταλίας, ἀπὸ Τρίκκης τοῦ Πηνειοῦ ϑυγατρός. Τὸ ἐθνικὸν, Τρικκαῖος Θ.

TRICCE, urbs Thessaliæ à Tricce Peneï filia. Gent. Triccæus.

ΤΡΙΚΟ΄ΛΩΝΟΙ[40], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Τρικόλωνος παιδὸς Λυκάονος Θ. Τὸ ἐθνικὸν, Τρικολωνεύς. C

TRICOLONI, urbs Arcadiæ, à Tricolono Lycaonis filio. Gentile, Tricoloneus.

ΤΡΙΚΟ΄ΡΥΝΘΟΝ[41], ἀδελφῶς Δίδυμος Θ, ἡ Διόδωρος Θ· Διονύσιος Θ ἀρσενικῶς, Εὐφορίων ϑηλυκῶς. Ἔστι δὲ δῆμος Θ τῆς Αἰαντίδος Θ φυλῆς. Ὁ δημότης, Τρικορύσιος Θ· καὶ ϑηλυκὸν, Τρικορυσία. [42] Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ· D

TRICORYNTHUM, neutro genere Didymus, & Diodorus dixere, masculino Dionysius, fœmineo Euphorion. Est autem vicus Æantidis tribus. Popularis, Tricorysius, & fœm. Tricorysia, Aristoph. Lysistrate.

Οὐχ ὁρᾷς, ὡς ἐμπὶς ἐστιν ἥδε Τρικορυσία.

Non vides? non tipula hæc est Tricorysia?

[43] Καὶ Θρικορωνθόθεν, ἡ Τρικορωνθόνδε, καὶ Τρικορωνθοῖ. E

Adverbia localia, ex-Tricoryntho, in-Tricorynthum, in-Tricoryntho.

ΤΡΙΝΑΚΡΙ΄Α[44], ἡ Σικελία, ἀπὸ τοῦ τρεῖς ἔχειν ἄκρας. Τὸ ἐθνικὸν, Τρινακρεύς. Καλλίμαχος δ' Αἰτίων πρώτῃ, Τρινάκριον πόντον

TRINACRIA, Sicilia, eò quod tria habeat promontoria. Gentile, Trinacreus. Callimachus Caussarum primo *Trinacrium pontum*

38 Τρίκαλον, &c.] Tricalon & Tricala, orum, neut. singul. & plur. urbs Siciliæ. Ejus nomen contractum est ex Triocala, qua forma usus est Diodorus Siculus, qui vocaminis rationem reddit in Legationum Excerptis ex lib. 36. Τριόκαλα δὲ τὸ φρούριον φασιν ὀνομασθῆναι, διὰ τὸ τρία καλὰ ἔχειν· πρῶτον μὲν ναμάτων ὑδάτων πολλῶν Θ, διαφόρων τὴν γλυκύτητα· δεύτερον πρὸς ἀκμὴν μάλιστα χώραν ἀμπέλων τε καὶ ἐλαιοφύτων, καὶ γεωργείας ἐπιτηδείως διαμαλθῆ· τρίτον, ὑπερβάλλουσαν ὀχυρότητα, ὡς ἂν ὕσης μεγάλης πέτρας ἀναλώτου· ἔτι καὶ περιβόλῳ πόλεως τοιαύτῃ ὁλόκληρον περιβεβλῆσθαι, καὶ παραδοῦσαι βασιλείοις ἐχρῆτο ὁ Τρύφων, πᾶσιν ἀφθονίαν τοῦ τε βίου ἁπάσης παρεμβαλλούσης· καθεζόμενος τε καὶ βασιλικὴν οἰκίαν, καὶ ἀγορὰν διαμαθῆ δέχεσθαι πολῆθος ἀνθρώπων. i. e. *Triocala vero castellum ajunt nominari, quod τρία καλὰ, i. e. tria pulchra habeat. Primum quidem aquis fontanis eximiæ dulcedinis abundat. Secundum, quod agros adjacentes habeat vineis & olivis consitos, & agriculturæ idoneos mirum in modum. Tertium, quod sit locus valde munitus, utpote magna rupe atque inexpugnabili. Quam cum ambitu urbis* VIII. *stadiorum cinxisset, & profunda fossa circumduxisset; pro regia utebatur Tryphon, ubertate omnium, quæ ad vitæ usum pertinent, referta. Regiam etiam domum & forum, quod magnam hominum multitudinem capere poterat, construxit.* Præmonuit Sil. Italici carmine, lib. 14.

Et mox servili vastata Triocala bello.

Fazellus Decad. prim. lib. 10. inquit, Rogerium Normannum ad eam insignem victoriam contra Sarracenos obtinuisse, in cujus memoriam D. Georgio ædem sacram extruxisse à Triocala cognominatam, quæ adhuc durabat sua ætate, sed urbem jacere, vestigiis ingentibus obrutis, & nomine tantum cognitam.

39 Τρίκκη, πόλις Θετταλίας.] Tricce, urbs Thessaliæ. Memoratur Constant. Porphyrogenet. de Them. lib. 2. Them. 2. cui Τρίκη dicitur. De qua sic Strabo lib. 9. Ἔστι δ' ἡ μὲν Τρίκκη ὅπου τὸ ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ τὸ δρεπανοφόρον, καὶ ἐπιφανίζουσιν, ὅμορον τοῖς τε Δόλοψι, καὶ τοῖς περὶ τὸν Πίνδον τόποις. i. e. *Est verò Tricce, ubi templum Æsculapii antiquissimum, & illustrissimum, confine Dolopibus, & locis circa Pindum* [urbem.] Idem lib. 14. dicit, Lethæum quemdam fluvium circa Triccam fluere, apud quem natum Æsculapium fabulabantur, quare Poëtarum parens ex hac urbe duos Æsculapii filios, medicos optimos *Podalirium*, & *Machaonem* triginta navium duces ad Troiam profectos fuisse narrat, Il. 2. v. 729. & sequentibus; ac nescio quid impulerit Homerum, ut medicos in bello duces faceret; idem Il. 4. v. 202. vocat eam *equorum altricem*, ex quibus conjectare licet fuisse antiquitus celebrem & potentem urbem. E nostris celebratur Liv. diversis locis.

40 Τρικόλωνοι, πόλις Ἀρκαδίας.] Tricoloni, urbs Arcadiæ. Memoratur Pausaniæ in Arcadicis: Σταδίων δὲ ἄλλων δέκα ἐστὶν ἀπὸ Χαρισίων ἐς Τρικολώνας ὁδός· Πόλις δὲ ἦσαν καὶ οἱ Τρικολωνοὶ πάλαι μέν· Ἦν δὲ αὐτόθι καὶ ἐς ἡμᾶς ἐπὶ ἐπτὰ λόφοις Ποσειδῶνος ἱερὸν, καὶ ἄγαλμα τέτραγωνον, καὶ δένδρων περὶ τὸ ἱερόν ἐστιν ἄλσος· ταύτης μὲν δὴ οἱ Λυκάονος παῖδες ἐκτίσαντο οἰκιστάς. i. e. *Aliorum stadiorum decem est via à Charisiis ad Tricolonos. Fuerunt olim & ipsi Tricoloni urbs. Erat inibi ad nostram usque ætatem in colle Neptuni templum, & signum quadratum, & arborum circa templum est nemus. Hujus urbis conditores fuere Lycaonis filii.*

41 Τρικόρυνθον, &c.] Sine dubio legendum Τρικόρυνθον. Sic enim legitur apud nostrum in Τετράπολις, & apud Strabonem lib. 8. Fuit autem Tricorythum, una de quatuor civitatibus, ex quibus Tetrapolis Atticæ componebatur, ut apparet ex ejusdem auctoris libro citato: Ξάνθος δὲ τὴν Ἐρεχθέως ϑυγατέρα γήμας, ᾤκισε τὴν τετράπολιν τὴν Ἀττικήν. Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον, καὶ Τρικόρυνθον. i. e. *Xuthus ducta uxore Erechthei filia, condidit tetrapolin Atticæ: Oenoën, Marathonem, Probalinthum, & Tricorythum.* Et lib. 9. Μετὰ δὲ Μαραθῶνα Τρικόρυνθος, εἶτα Ῥαμνοῦς. i. e. *Post Marathonem verò Tricorythos, deinde Rhamnus.*

42 Ἀριστοφάνης.] Affert Aristophanis versiculum è Lysistrata, in quo celebratur ἐμπὶς Τρικορυσία, i. e. *tipula Tricorysia.* Hujusmodi enim culices in Tricorysia regione utpote in agro humido & nemoroso nascebantur. Videsis Suidam in Τρικορυσία ἐμπίς.

43 Καὶ Θρικορωνθόθεν, καὶ Τρικορωνθόνδε, καὶ Τρικορωνθοῖ.] Lege καὶ Τρικορυθόθεν, καὶ Τρικορυθόνδε, καὶ Τρικορυθοῖ, quoniam prototypon nomen est Τρικόρυνθος.

44 Τρινακρία, ἡ Σικελία, &c.] Trinacria, Sicilia. Id nominis sortita, quod tres ἄκρας id est promontoria haberet, scilicet Pachynum, Lilybæum, Pelorum, de quibus consulesis, quæ in Σικελία annotavimus

πόλον φησίν. Ἐκλήθη δ' ἔτως, ἢ ὅτι τρεῖς ἄκρας ἔχει, ἢ ὅτι θρίνακί ἐστιν ὁμοία. Πολλαὶ δὲ ἀπὸ τ ὁμοιότητος χωρία τοιαυτηγορίαι. Λυρνησός, Βρεντήσιον, Σαρδώ. Σιβύλλα δὲ Τρίνακρον τ Ποσειδῶνος Σικελίας. *

— ἄρξαι
Τρινακρίης νήσου, ἣν ἔκτισε Τρίνακρος ἥρως,
Υἱὸς πολυμήδεος Ποσειδάωνος ἄνακτος.

Ὕστερον ἐκλήθη ἀπὸ Σικανοῦ *

ΤΡΙΝΕΜΕΙΣ, δῆμος τ Κεκροπίδος φυλῆς. Διόδωρος καὶ Δίδυμος Τριναμεῖς ἀναγράφουσι τ δῆμον. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ, Τρινέμειαν. Ὁ δημότης, Τρινεμεύς. Τὸ τοπικὸν, Τρινεμέαθεν. Εἰς τόπον, Τρινεμεῦδε· Ἐν τόπῳ, Τρινεμεάσι.

ΤΡΙΝΗΣΣΑ, τόπος Φρυγίας· Θεόπομπος Ἑλληνικῶν πέμπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Τρινησσαῖος.

ΤΡΙΟΔΟΣ, τόπος τρεῖς ὁδοὺς ἔχων, ἀπὸ Τριόδου Λυκηίδος. Ἀπ' αὐτοῦ Τριοδίτης, ὡς τοπίτης, χωρίτης· Καὶ θηλυκὸν, Τριοδῖτις. Οὕτω γὰρ ἡ Ἑκάτη. Αὕτη καὶ ἐνοδία ἐκλήθη, ὅτι ἐν τῇ ὁδῷ εὑρέθη ὑπὸ Ἰνάχου. Τριοδίτης δὲ, ὅτι ἐν τ Τριόδοις τέθραμται.

ΤΡΙΟΠΙΟΝ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Τριόπου τ πατρὸς Ἐρυσιχθονος. Λέγεται καὶ Τριοπία. Ἑλλάνικος δὲ καὶ Τριόπα φησὶν αὐτὸν, ἀπὸ τ Τρίοπος. Τὸ ἐθνικὸν, Τριόπιος, καὶ Τριοπῖτις τὸ θηλυκὸν, καὶ Τριοπὶς, ὡς ἀπὸ τ Τριοπέως. Καὶ τὸ κτητικὸν, Τριοπικός. Τριοπικὸν ἱερὸν, Ἡρόδοτος πρώτῃ.

ΤΡΙΠΟΔΙΣΚΟΣ, καὶ Τριποδίσκοι, κώμη τ Μεγαρίδος. Λέγεται καὶ Τριποδίσκη. Ἡρωδιανὸς δυοκαιδεκάτῃ. Ὁ πολίτης, Τριποδίσκιος. Καλλίμαχος δ' ἐν αἰτίων, πόλιν αὐτὴν εἶναί φησι.

tum vocavit. Sic verò vocata fuit, vel quod tres ἄκρας h. e. *promontoria* habeat, vel quod θρίνακι h. e. *tridenti* sit similis. Multæ verò regiones à similitudine cognominatæ fuere: Lyrnesus, Brentesium, Sardinia. Sibylla autem inquit Trinacrum Neptuni filium Siciliæ *

— *imperasse*
Trinacriæ insulæ, quam condidit Trinacrus heros
Filius regis Neptuni ponto-imperantis.

Postea vocata fuit à Sicano *

TRINEMEIS, populus Cecropidis tribus, Diodorus, & Didymus Trinemeis populum scribunt. Callimachus Hecale, Trinemeam. Popularis Trinemeus. Locale, ex-Trinemea. In locum, in-Trinemeam. In loco in-Trinemea.

TRINESSA, locus Phrygiæ. Theopomp. Hellenicor. lib. 4. Gentile, Trinessæus.

TRIODUS, locus tres vias habens, à Triodo Lyceidis. Ab eodem, Triodites, ut Topites, Chorites. Et fœmineum, Trioditis. Sic enim Hecate. Eadem etiam *Enodia* vocata est, quod in via ab Inacho reperta fuerit. Trioditis autem, quod in τριόδοις, i. e. *in triviis* coleretur.

TRIOPIUM, urbs Cariæ, à Triopo Erysichthonis patre. Dicitur quoque Triopia. Hellanicus verò etiam *Triopa* eum vocat à nominativ. Triops. Gentile, Triopius & Triopitis fœmineum & Triopis, tamquam à Triopeus. Et possessiv. Triopicus. Triopicum templum, Herodot. lib. 1.

TRIPODISCUS, & Tripodisci, vicus Megaridis. Dicitur etiam *Tripodisce*. Herodianus 12. Civis, Tripodiscius. Callimach. verò in Caussarum [libro] urbem esse inquit.

ΤΡΙ-

TRI-

45 Υἱὸς, &c.] In hoc versiculo pro Ποσειδάωνος legendum Ποσειδαῶνος. Sic enim ratio clamat, nec aliter constat metrum.

46 Τρινεμεῖς, &c.] Trinemeis, populus Cecropidis tribus. Ex quo Cephissus amnis defluebat, Strabo lib. 9. Ποταμοὶ δ' εἰσὶν, ὁ μὲν Κηφισὸς ὁ τ Τρινεμέων τὰς ἀρχὰς ἔχων. i. e. *Fluvii autem sunt, Cephissus ex Trinemeis initium habens.* Apud quem pro Τρινεμέων scribendum ex nostro auctore Τρινεμέων, vel Τρινεμειῶν, à Τρινεμεύς vel a Τρινέμεια.

47 Εἰς τόπον, Τρινεμεῦδε.] Lege Τρινεμείανδε, velut Ἐλευσίανδε.

48 Τρίοδος, τόπος, &c.] Triodos, Latino sermone sonat *trivium*, ab illo *Triodotis* Hecate Græcis dicitur ut Latinis, præsertim Poetis *Trivia* Diana. Virg. Æneid. lib. 7. v. 516. & v. 778. Lucretio lib. 1. & aliis.

49 Τριοδίτης ἡ, ὅτι, &c.] Lege Τριοδῖτις. De Proserpina enim intelligendum est, quæ, ut ait noster, sic dicta fuit, quod in τριόδοις, i. e. *in triviis* coleretur.

50 Τρίοπιον, πόλις Καρίας, &c.] Triopium, urbs Cariæ. Quæ & *Triopia*; memoratur Plin. lib. 5. c. 28. Thucydidi lib. 8. Triopium est Cnidiæ promontorium, Apollini sacrum: Ἔστι δὲ τὸ Τρίοπιον ἄκρα τ Κνιδίας πρόσχουσα, Ἀπόλλωνος ἱερόν. i. e. *Est autem Triopium promontorium Cnidiæ prominens, Apollini sacrum.* Ejus meminit Scylax in Καρία.

51 Τριοπικὸν ἱερὸν, &c.] Triopicum templum scilicet Apollinis, ex Herodoti lib. 1. Φυλάσσουσι δὲ μηδαμὰς ἐσδεχομένῃ τ παρόντων Δωριέων ἐς τὸ Τριοπικὸν ἱρόν. i. e. *Cavent, ne quem e finitimis Doriensibus ad Triopicum templum admittant.* Ibidem etiam celebrat certamen Triopii Apollinis.

52 Τριποδίσκος, &c.] Tripodiscus, vicus Megaridis, qui etiam *Tripodisce* dicebatur; Megaris verò erat pars Atticæ, teste Strabone lib. 9. cui *Tripodi* & *Tripodiscium* celebrantur; apud quem forsitan pro Τρίποδι legendum ex auctore nostro Τριποδίσκῳ. Pausanias etiam in Atticis memorat Tripodiscos pagum, quorum conditorem facit Corœbum.

53 Τρί-

ΤΡΊΠΟΛΙΣ[53], πόλις Φοινίκης, ἀφ' τὸ ἐκ τριῶν πόλεων ἔχειν ἀποικίας, Ἀράδου, Τύρου, Σιδῶνος. Ὁ πολίτης, Τριπολίτης. [54] Ἔστι καὶ ἑτέρα Μακεδονίας, καὶ ἄλλη Περραιβίας, καὶ ἄλλη Καρίας, ἡ νῦν Νεάπολις· Μεσσηνίας, καὶ Ἀρκαδίας, [55] καὶ Ἠπείρου. Καὶ ἄλλη Ποντική. A

TRIPOLIS, urbs Phœniciæ, quod ex tribus urbibus habeat colonias, ex Arado, Tyro, Sidone. Civis, Tripolites. Est etiam alia Macedoniæ, & alia Perrhæbiæ, & alia Cariæ, quæ nunc *Neapolis*. Messeniæ, & Arcadiæ, & Epiri. Et alia Pontica. B

ΤΡΙΠΌΛΙΣΣΟΙ, ἔθνος Θεσπρωτικὸν, οὓς καὶ Τριπολισσίους καλεῖ Ῥιανὸς ἐν πεντεκαιδεκάτῳ.

TRIPOLISSI, gens Thesprotica, quos etiam *Tripolissios* vocat Rhianus lib. xv.

ΤΡΊΣΠΛΑΙ, ἔθνος Θρᾴκιον· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. C

TRISPLÆ, gens Thraciæ. Hecatæus Europa.

ΤΡΙΤΑΊΑ[56], πόλις Ἀχαΐας· Στράβων ὀγδόῃ. Ὁ πολίτης, Τριταιεύς.

TRITÆA, urbs Achaiæ. Strabo lib. 8. Civis, Tritæeus.

ΤΡΊΤΕΙΑ, πόλις Τρωϊκὴ, Ἀρισβαίων κτίσμα. Ὁ πολίτης, Τριτειεύς. [57] Ἔστι καὶ ἄλλη μεταξὺ Φωκίδος καὶ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν. Ἔστι καὶ Ἀχαΐας ἄλλη, ἀφ' δύο π. D

TRITEA, urbs Troïca, ab Arisbæis condita. Civis, Triteeus. Est etiam alia inter Phocidem, & Locros Ozolas. Est etiam alia Achaiæ per duplex *t*.

ΤΡΊΤΗ, πόλις πρὸς τοῖς Ἡρακλείοις στήλαις. [58] Ἡ χρῆσις ἐν τῷ πρὸς Σαμύκλα κεῖται. E

TRITE, urbs circa Herculeas columnas. Usus ubi circa Samycla jacet.

ΤΡΊΤΩΝΟΣ[59], πολίχνιον Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Τριτώνιος.

TRITONUS, oppidulum Macedoniæ. Gentile, Tritonius.

ΤΡΙΦΥΛΊΑ, ἡ Ἦλις. [60] Λέγονται καὶ Τρίφυ-

TRIPHYLIA, Elis. Dicuntur etiam Triphy-

53 Τρίπολις, πόλις Φοινίκης, &c.] Tripolis, urbs Phœniciæ, &c. De qua sic Diod. Siculus lib. XVI. Καθὰ τῶν Φοινίκων ἐστὶ πόλις ἀξιόλογος ὄνομα τρίπολις, οἰκείαν ἔχουσα τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων· τρεῖς γάρ εἰσιν αὐτῆς πόλεις, σταδίων ἀπ' ἀλλήλων ἐχουσαι διάστημα. Ἐπικαλεῖται δὲ τούτων ἡ μὲν Ἀραδίων, ἡ δὲ Σιδωνίων, ἡ δὲ Τυρίων· ἀξίωμα δ' ἔχει μέγιστον αὐτῶν, τὸ κοινὸν τῶν Φοινίκων πόλεων, ἐν ᾗ συνεδρεύουσι τοὺς Φοινίκας συνέδριον ἔχειν καὶ βουλεύεσθαι περὶ τῶν μεγίστων. i. e. *In Phœnicia est urbs memorabilis, nomine* Tripolis, *consentaneam naturæ suæ appellationem habens. Tres enim sunt in ipsa urbes, stadii intervallo à se invicem diremptæ. Una Aradiorum, altera Sidoniorum, tertia Tyriorum cognomentum habet. Dignitatem maximam hæc inter omnes Phœniciæ civitates habet, utpote in qua Phœnices conventus habere & de maximis rebus deliberare solebant.* Strabo eam locat in Syria post Orthosiam & Eleutherum amnem, quia Syria Phœniciam comprehendebat. Ejus ex lib. XVI. sunt verba: Μετὰ δὲ Ὀρθωσίαν ἐστὶ καὶ τὸ Ἐλεύθερον Τρίπολις ἀπὸ συμβεβηκότος τῶν ἐπικλήσεων εἰληφυῖα· τριῶν γάρ ἐστι πόλεων κτίσμα, Τύρου, Σιδόνος, Ἀράδου· τὴν δὲ Τρίπολιν συνεχῶς ἐστι τὸ δὴ Θεοῦ πρόσωπον, εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ Λίβανος τὸ ὄρος. i. e. *Post Orthosiam & Eleutherum est* Tripolis, *quæ nomen à re ipsa accepit. Est enim opus trium urbium*, Tyri, Sidonis, Aradi. *Tripoli contermina est ea; quæ Dei facies appellatur, in quam Libanus mons desinit.* Innotuit etiam Periegetæ carminibus v. 914.

Καὶ Τρίπολιν λιπαρὴν, Ὀρθωσίδα τε, Μάραθόν τε.
Et Tripolim pinguem, Orthosidaque, Marathumque.

Italis *Tripoli di Soria* dicitur. Protulit Theodosium Poëtam & Theodosium Mathematicum, cujus Sphæricorum libros tres primus Græce edidit Joannes Pena, Mathematicus Gallus, qui conqueritur, eum delituisse in Bibliothecis à Cnei Pomp. tempore ad suam usque ætatem, à quo pleraque Ptolemæum, Proclum, & Thionem desumpsisse refert.

54 Ἔστι καὶ ἑτέρα Μακεδονίας.] Tripolis Macedoniæ memoratur Livio, quam *Scea* vocari prodit lib. XLII. c. LV. *Inde cum* III. *millia ferme abesset à Tripoli* (Scea *vocant*) *super Peneum amnem posuit castra.*

55 Καὶ Ἠπείρου.] Tripolis Epiri, est eadem, quam Liv. lib. 35. c. 27. vocat *Tripolim* Laconici agri. Epirus enim comprehendebat Laconicam.

56 Τριταία, πόλις Ἀχαΐας.] Tritæa, urbs Achaiæ, ex Strabonis lib. 8. Ejus sunt verba: Οὗτος δὲ καὶ πλησίον τῆς Δυμαίας μεταξὺ Δύμης καὶ Τριταίας, ὃς καλεῖται καὶ Καύκων ποταμὸς, ῥεῖ καὶ παρὰ τὸ Καυκώνιον. i. e. *Cum sit etiam amnis in agro Dymæo Dymen inter & Tritæam, qui* Caucon *fam. gen. etiam vocatur, quærunt & de Cauconibus.* Memoratur etiam Herodoti lib. I. c. CXLV. Καὶ Δεῖμεν, καὶ Τριταιέες, οἱ μοῦνοι μεσόγαιοι οἰκέουσι. i. e. *Et Drime* [lege Dyme] *& Tritæenses, qui Soli mediterranea incolunt.*

57 Ἔστι καὶ ἄλλη, &c.] Tritea inter Phocidem & Locros Ozolas memoratur Plinio lib. IV. c. III.

58 Ἡ χρῆσις ἐν τῷ πρὸς Σαμύκλα κεῖται.] Suspectus mihi locus, ut qui maxime, fac, sic locutum, Τὸ ἐθνικὸν, Τριτιῶος ὡς Σαμυδακηνὸς, i. e. *Gentile Tritenus, ut Samydacenus.* Quia noster nullibi memorat Σαμύκλα, sed Σαμυδακηνούς.

59 Τρίτωνος, πολίχνιον Μακεδονίας.] Memoratur Livio lib. 28. c. 7. *Tum ab Torone, sicut paulò antè dictum est, recepta profectus, Tritonum, & Drymas, Doridis parva atque ignobilia oppida legit.* Torone erat urbs Macedoniæ, & Doris ejusdem regio, auctore Mela lib. 2. c. 3.

60 Τριφυλία, ἡ Ἦλις.] Triphylia, Elis. Per quam fluebat Alpheus amnis Historicis & Poëtis celebratus, auctore Periegeta v. 409. Illius incolæ dicebantur *Triphylii*, & *Triphyli* nomen nacti quod tria φύλα, i. e. *tres gentes* in unum corpus coiverint. Sic testatur Strabo lib. 8. Τριφύλιοι δὲ ἐκλήθησαν ἀπὸ συμβεβηκότος, ἀπὸ τοῦ τρία φύλα συνελθόντα, τό, τε τῶν ἀπ' Ἐπειῶν, καὶ τὸ τῶν ἐποικησάντων ὕστερον Μινυῶν, καὶ τὸ τῶν ὑστέρων ἐπικρατησάντων Ἠλείων. Οἱ δ' ἀπὸ τῶν Μινυῶν, Ἀρκάδας φασὶν ἀμφισβητήσαντας τῆς χώρας πολλάκις, &c. i. e. *Triphylii ab eventu nomen habent, quod in unum corpus tria φύλα, i. e.* tres gentes *coiverint: nimirum qui ab initio fuerant Epei, & Minyæ qui eodem dein commigraverint, & qui postremò prævaluerint Elei. Alii pro Minyis, Arcades ajunt, qui sæpe hac de regione decertarunt.* Hæc eadem regio *Tryphalia* dicitur Polybio, qui de ejus nominis etymo & ejus situ diserte loquitur lib. 4. Ἦκε βοηθῶν εἰς Τρυφαλίαν· ἡ δὲ μὰ προσηγορίας τέτυχε ταύτης ἀπὸ Τρυφάλης τοῦ Ἀρκάδων παιδός· κεῖται δὲ τῆς Πελοποννήσου πρὸς θάλατταν, μεταξὺ τῆς Ἠλείων καὶ Μεσσηνίων χώρας. Τέλος δὲ εἰς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος, ἐκβάλλουσα τὰ Ἀχαΐας ὡς πρὸς χειμερινὰς δύσεις· ἔχει δ' ἐν αὐτῇ πόλεις ταύτας, Σαμικὸν, Λίπτειον, Ὑπάνειαν, Τυπανίαν, Πύργον, Αἴπυον, Βώλακον, Στυλάριον, Φελλόεν. Ὧν ὀλίγοις χρόνοις πρότερον ἐπικρατήσαντες Ἠλεῖοι, προσελάβοντο καὶ τὴν τοῦ

φυλοι, ὡσὰ τὸ οἰκιωτικῶς [61], ἀπὸ τ τριῶν φυλῶν, ἢ ἀπὸ τριῶν πυλῶν, ἢ ἀπὸ Τριφύλης τ Κλυτίε μητρός. Ὁ οἰκήτωρ, Τριφύλιος. Καὶ θηλυκὸν Τριφυλὶς, ὡς Παμφυλίς.

Triphyli, eò quod à tribus tribubus conditi fuerint, vel à tribus portis, vel à Triphyle Clytii matre. Incola, Triphylius, & fœm. Triphylis, ut Pamphylis.

ΤΡΙΧΩΝΙΟΝ [62], πόλις Αἰτωλίας. Ὁ πολίτης Τριχωνιώτης, ὡς Δολιχιώτης. Καὶ Τριχόνιος οὔρη. Διὰ τ ο μικρόν. Λέγε καὶ Τριχωνηίος. Ἔστι καὶ Τριχωνίτης, καὶ θηλυκὸν Τριχωνῖτις.

TRICHONIUM, urbs Ætoliæ. Civis, Trichonieus, ut Dulichieus. Et Trichonius invenitur per *o* micron. Dicitur etiam *Trichoneius*. Est etiam Trichonites, & fœmin. Trichonitis.

ΤΡΟΙΑ [63], χώρα Ἀσίας, ἡ πρότερον Ἰδαία, εἶτα Τευκρίς, εἶτα Τροία, ἀπὸ Τρωὸς [64] τ Βοιωτίας. Ἢ μᾶλλον ὡς Βοιωτιακὸν, ὡς Ἡρωδιανός. Τὸ ἐθνικὸν Τρὼς, ὁμόφωνον τῷ κλίσει, ὡς Ἀχαιὸς, Δαναὸς, Σικελός. Τὸ θηλυκὸν, Τρωὶς, καὶ Τρωϊάς. Ἢ ὡσὰ τὸ Τρωϊκὸς Τρωϊάς, ὡς Λέσβιος Λεσβιάς. Ἔστι καὶ Τρωὰς θηλυκῶς, καὶ Τρωὶς, καὶ Τρωϊάς· Καὶ Τρωϊκὸν τὸ κληλικὸν, καὶ Τρωϊνή. [65] Εἰσὶ καὶ ἄλλαι Τροῖαι, ἐν Ἀττικῇ κώμη, ἥ τις νῦν Ξυπετὴν δῆμος, καλεῖτο. [66] Ἔστι καὶ πόλις ἐν Κεστρίᾳ τ Χαονίας. [67] Ἔστι καὶ τ Αἰγύπτιος πόλις· Ὁ πολίτης, Τρωίτης. Ἔστι καὶ Τρωΐτης ποταμὸς, καὶ Τρωϊκὸν ὄρος Αἰγύπτιος. [68] Ἔστι καὶ Τροία πρὸς τῷ Ἀδριάτῃ τ Βενετίας· καὶ ἄλλη Λατίνων.

TROIA, regio Asiæ, prius *Idæa*, postea *Teucris*, postea *Troïa*, à Troë secundum Bœotos. Vel potius, ut Bœotiacum, ut Herodianus. Gentile, Tros, ejusdem vocis ac conditor, ut Achæus, Danaus, Siculus. Fœmineum, Trois, & Troias. Vel à Troius, Troias, ut Lesbius, Lesbias. Est etiam Troa fœm. & Trois, & Troias. Et Troïcum possessivum, & Τρωΐη, i. e. *Troie*. Sunt etiam aliæ Troiæ, in Attica vicus, qui nunc *Xypete* populus vocatur. Est etiam urbs in Cestria Chaoniæ. Est etiam Ægypti urbs. Civis, Troites. Est etiam Troites fluvius, & Troicus mons Ægypti. Est etiam Troia juxta mare Adriaticum Venetiæ. Et alia Latinorum.

ΤΡΟΙ-

ΤΡΟΕ-

Ἀλιφειρέων πόλιν ἔσαν ἐξ Δρυοπίδος Ἀρκαδίας. i. e. *Venit auxiliaturus in Tryphaliam. Ea regio nomen invenit à Tryphalo ex Arcadia puero. Sita est in maritima Peloponnesi parte inter Eleorum & Messeniorum fines, spectatque mare Libycum, in extremo Achaiæ, quod ad hibernum occasum vergit. Urbes regionis hujus sunt hæ, Samicum, Lepreum, Hypana, Typanæa, Pyrgus, Æpyum, Bolax, Stillagium, Phrixa. Quas quum paucis ante annis Elei ditionis suæ fecissent, urbem quoque Alipheræorum adjecerunt, quæ ab initio Arcadiæ attribuebatur.*

61 Ἀπὸ τ τριῶν φυλῶν.] Lege ἀπὸ τ τριῶν φύλων, non enim à tribus tribubus, sed à tribus gentibus secundum Strabonem nomen invenit Triphylia.

62 Τριχώνιον, πόλις Αἰτωλίας.] Trichonium, urbs Ætoliæ. Memoratur Polybio lib. v. Παρὰ δ ὃν ἐκ μὲν Δυνίμων ἀπολιπὼν Στρατον, Ἀγρίνιον, Θεστιεῖς· ἐκ δὲ Ἐξιῶν, Κωνώπιον, Λυσιμαχίαν, Τριχώνιον, Φοιτεόν. i. e. *In transitu dereliquit, ad sinistram quidem, Stratum, Agrinium, Thestienses: ad dexteram verò Conopen, Lysimachiam, Trichonium, Phœteum.* Ejus quoque meminit Plinius lib. 4. c. 3. cui *Trichone* dicitur.

63 Τροία, χώρα Ἀσίας, &c.] Troïa, regio Asiæ, &c. Hæc regio notiori nomine *Troas* dicebatur; fuit autem Phrygiæ pars mediterranea cujus urbs princeps Ilium, Troia quoque per excellentiam dicta; Servius ad illud Virg. ex Æneid. lib. 1.

Apparent rari nantes in gurgite vasto
Arma virûm, tabulæque, & Troïa gaza per undas.

Troïa, inquit ille, *differentia in hoc sermone est, & in sensu, & in syllabis. Nam cum provinciam dicimus (nam Troïa provincia, Ilium ipsa civitas) & principale nomen est, brevis est Tro, quando derivatio, longa est Tro, ut Troïus Æneas.* De Troïa verò civitate videsis quæ in Ἴλιον annotavimus, de regione autem consulesis Strabonem lib. 13.

64 Καὶ Βοιωτούς.] Juxta Bœotos, nam juxta Iones dicitur Τρωὸς.

65 Εἰσὶ καὶ ἄλλαι Τροῖαι, ἐν Ἀττικῇ, &c.] Innuit auctor noster pagum quemdam Atticæ olim *Troïam* dictum, qui postea *Xypete* vocabatur. *Xypeteon* dicitur Straboni lib. XIII. Ἄλλοι δ' ἐκ τ Ἀττικῆς ἀφῖχθαί τινα Τεῦκρόν φασιν ἐκ δήμε Τρώων, ὃς νῦν ὁ Ξυπετέων λέγε. i. e. *Alii venisse ex Attica quemdam Teucrum ajunt è populo Troum, qui nunc* Xypeteon *dicitur.*

66 Ἔστι καὶ πόλις ἐν Κεστρίᾳ τ Χαονίας.] Inquit Troiam quoque fuisse urbem in Cestria Chaoniæ. Cestria verò fuit urbs Epiri auct. Plin. lib. IV. c. 1. & Chaonia ejusdem Epiri regio, auct. Ptolem. lib. 3. c. 14. In qua Poëtarum eruditissimus celebrat Troïam, quam *parvam* vocat, ut eluescit ex Æneid. lib. 3. v. 349.

Procedo: & parvam Troïam, simulatque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum
Agnosco.

Ubi Servius: *Multi putant Æneam de ea venisse ad Epirum & ibi hæc loca per licentiam Poeticam esse conficta: Varro Epiri se fuisse dicit, & omnia loca hisdem dici nominibus, quæ Poëta commemorat se vidisse.* Idem Virg. libro citato v. 335. inquit *Chaoniam* à Troïano Chaone dictam.

67 Ἔστι καὶ τ Αἰγύπτιος πόλις.] Hujus Ægypti Troiæ & amnis, quem noster *Troitem* vocat, & Troici montis meminit Strabo lib. 17. Τρωϊκὸν π καλεῖται πεδίον δὲ ἱκανῶς ὄρος, καὶ ἀπήλαια ὑπ' αὐτῷ, καὶ κώμη πλησίον καὶ τούτοις καὶ τῷ ποταμῷ, Τροία καλουμένη, καθ' ἣν ἱδρυμένα τὰ Μενελάου συγκαθικομένων αἰχμαλώτων Τρώων, καθ' ἃ μενεπάνων δ' αὐτόθι. i. e. *Mons quidam est nomine* Troicus *satis petrosus, & speluncæ sub eo, & pagus his ac flumini proximus nomine* Troia, *antiqua Troianorum habitatio, eorum, qui captivi Menelaum secuti sunt & ibi consederunt.*

68 Ἔστι καὶ Τροία πρὸς τῷ Ἀδριάτῃ, &c.] Est & Troia secus mare Adriaticum Venetiæ. Et alia Latinorum. Utrasque celebrat Liv. lib. I. c. 1. *Casibus deinde variis Antenorem cum multitudine Henetûm, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, sedes & ducem rege Pylæmene ad Troiam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum: Euganeisque qui inter mare Alpesque incolebant pulsis, Henetos, Troianosque eas tenuisse terras: & in quem primum egressi sunt locum, Troia vocatur; pagoque inde Troiano nomen est, gens universa* Veneti *appellati. Æneam absimili clade domo profugum, sed ad majora initia ducentibus fatis, primo in Macedoniam venisse: inde in Siciliam quærentem sedes delatum: ab Sicilia classe Laurentem agrum tenuisse.* Troia *& huic loco nomen est.* Et Dionys. Halicarnassæus lib. 1. testatur adventum Æneæ ad Laurentem agrum & urbem Troiam ab eo conditam. Sed rudera Troiæ Antenoris ad Adriaticum Venetiæ mare non apparent, & cineres Troiæ Æneæ in Latio profunda caligine teguntur.

69 Τροι-

ΤΡΟΙΖΗ'Ν [69], πόλις Πελοποννήσ, ἀπὸ Τροιζῆνος τοῦ Πέλοπος. Ἐκαλεῖτο δὲ Ἀφροδισιὰς, καὶ Σαρωνία, καὶ Ποσειδωνιὰς, καὶ Ἀπολλωνιὰς, καὶ Ἀνθανίς. Καὶ τὸ ἐθνικὸν Τροιζήνιος, καὶ Τροιζηνία, καὶ Τροιζηνίς· καὶ ὁδέτερον, Τροιζήνιον. Ἔστι καὶ ἄλλη Τροιζὴν ἐν Μασσαλίᾳ τῆ Ἰταλίας, ἣν Χάραξ Τροιζηνίδα χώραν φησί.

TROEZEN, urbs Peloponnesi, à Trœzene Pelopis filio. Vocabatur verò *Aphrodisias*, & *Saronia*, & *Posidonias*, & *Apollonias*, & *Anthanis* Gentile, Trœzenius, & Trœzenia, & Trœzenis. Et neutrum, Trœzenium. Est quoque alia Trœzen in Massilia Italiæ, quam Charax *Trœzenida* regionem vocat.

ΤΡΟ'ΚΜΟΙ [70], ἔθνος Γαλατικόν· Ἐκαλοῦντο καὶ Τροκμηνοί.

TROCMI, gens Galatica. Vocabantur etiam Trocmeni.

ΤΡΟ'ΠΙΣ, νῆσος· Ἀρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ γεωγραφουμένων.

TROPIS, insula. Artemidorus in secundo Geographumenωn.

ΤΡΥ'ΧΑΙ, πόλις Εὐβοίας. Λυκόφρων δὲ μεταφέρων, Τρύχαντα καλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν Τρυχεύς· Τὰ δὲ Τρυχαῖος, Τρυχάντιος.

TRYCHÆ, urbs Eubœæ. Lycoph. interpretans, *Trychanta* vocat. Gentile, Trycheus. A Trychante verò, Trychantius.

ΤΡΩΓΙΛΟΣ [71], χώρα ἐν Σικελίᾳ. Ἔστι καὶ χώρα Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν Τρωγίλιος, καὶ Τρωγιλία. [72] Ἔστι καὶ Τρωγιλία τῆς Μυκάλης, ἣν λέγει καὶ Τρωγίλιον.

TROGILUS, regio in Sicilia. Est etiam regio Macedoniæ. Gentile; Trogilius, & Trogilia. Est etiam Trogilia Mycalæ, quæ etiam *Trogilion* dicitur.

ΤΡΩΙΑ'Σ [73], ἡ χώρα τῆς Ἰλίας, ἣ ἐκαλεῖτο Τευκρὶς, καὶ Δαρδανία, καὶ Ξάνθη. Τὸ ἐθνικὸν, Τρωαδεύς. Ἐνθένδε ἦν καὶ Ἡγησιάναξ γραμματικὸς, γράψας περὶ τῆς Δημοκρίτου λέξεως βιβλίον ἕν, καὶ περὶ ποιητικῶν λέξεων· Ἦν δὲ Τρωαδεύς.

TROIAS, regio Ilii, quæ vocabatur *Teucris*, & *Dardania*, & *Xanthe*. Gentile, Troadeus. Hinc erat & Hegesianax grammaticus, qui scripsit de Democriti dictione librum unum, & de Poëticis dictionibus. Erat verò Troadeus.

ΤΥ'Α-

TYA-

69 Τροιζὴν, πόλις Πελοποννήσου.] Trœzen, enis, urbs Peloponnesi. De qua Strabo lib. 8. Τροιζὴν ἱερά ἐστι Ποσειδῶνος, ἀφ' ἧς καὶ Ποσειδωνιὰς ποτε ἐλέγετο· ὑπέρκειται δὲ τῆς Γαλατίης εἰς πενηκοντάδενα σταδίους, ἡ δ' αὐτὴ ἄσημος πολις· Πρόκειται δὲ Σφαιρὸς αὐτῆς Παγὼν τένουρα Καλαυρεία νησίδιον, &c. i. e. *Trœzen Neptuno sacra est, unde & Posidonia* [*i. e.* Neptunia] *olim dicta fuit: urbs non ignobilis, à mari ad* XV. *stadia distans. Ante portum ejus, cui Pogoni* [*i. e.* barbæ] *nomen, jacet Calauria insula-parva, &c.* Hac in urbe Pittheus Thesei avus regnasse dicebatur, id circo *Pitheam* eam vocat Ovid. Met. lib. xv.

Est prope Pitheam tumulus Trœzena sine ullis
Arduus arboribus.

Ab Statio Theb. lib. 4. *Thesëia* dicitur:

——— *Et quas Thesëia Trœzen*
Addit opes ———

Quin etiam ipse Theseus *Trœzenius* appellatur Ovid. Met. lib. v.

Hic Ixionides, illic Trœzenius heros.

Pausanias in Corinthiacis auctor est Pittheum in formam unius civitatis redegisse Hypeream & Antheam, ex utraque in unum congregata multitudine, ac de fratris nomine *Trœzena* nuncupasse, ex qua Myndum & Halicarnassum in Caria colonias esse: Ἀπέστειλον δὲ Τροιζῆνος. Πιτθεὺς τὴν ἑωυτοῦ πόλιν, συναγαγὼν τοὺς ἀνθρώπους, ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ἀδελφεοῦ Τροιζῆνα, συλλαβὼν Ὑπέρειάν τε καὶ Ἄνθειαν· πολλοῖς δὲ ἔπεσιν ὕστερον, ἐς ἀποικίαν ἐκ Τροιζῆνος στελλόντες, Ἁλικαρνασσὸν ἐν τῇ Καρίᾳ, καὶ Μύνδον ἀπῴκισαν οἱ γηγενέστατοι ἀπ' Αἴθρης τοῦ Ἄνθεως. i. e. *Mortuo Trœzene, Pittheus Hyperean & Antheam in unam civitatem redegit, ex utraque in unum coacta multitudine,* Trœzena *de fratris nomine nuncupavit. Multis post annis, in coloniam Trœzene missi, Halicarnassum in Caria & Myndum, qui ab Aethra Anthæ filio originem ducebant.*

70 Τρόκμοι, ἔθνος Γαλατικόν.] Trocmi, gens Galatica. Vide quæ in Τολιστοβοίοι annotavimus, necnon Plin. lib. v. c. xxxii.

71 Τρώγιλος, χώρα ἐν Σικελίᾳ.] Trogilus, regio in Sicilia. Pro χώρα, regio, legendum χωρίον, locus. Trogilus enim fuit locus Siciliæ juxta Syracusas, quem condidit Lamis, auct. Thucyd. lib. 6. Καθ' ὃν αὐτὸν χρόνον καὶ Λάμις ἐκ Μεγάρων δαπάνην ἄγων, ἐς Σικελίαν ἀφίκετο, καὶ ὑπὲρ Παντακίης τε ποταμὸν Τρώπιλον τὸνομα χωρίον οἰκίσας, &c. i. e. *Per idem verò tempus, & Lamis coloniam Megaris ducens in Siciliam pervenit, & super Pantacium amnem, locum quemdam nomine* Trotilum *condidit, &c.* Perperam apud Thucydidem legitur Τρώπιλον pro Τρώγιλον. Sic enim idem eodem libro paulò infra vocat hunc locum. Etsi Cluv. Sicil. Antiquæ lib. 1. c. 11. & c. 12. tamquam diversa loca memorat. Liv. lib. 25. c. 23. *portum Trogilorum* vocat: *Ad colloquium de redemptione ejus missis medius maxime, atque utrisque opportunus locus ad portum Trogilorum, propter turrim, quam vocant Galeagram, est visus.* Aretius, & Fazellus scribunt hodie *Stinctino* vocari, & ipsa urbs Trogilus, *Targia.*

72 Ἔστι καὶ Τρωγιλία τῆς Μυκάλης, &c.] Est & Trogilia Mycales, quæ *Trogilium* quoque dicitur. Trogilia memoratur Plinio lib. v. c. xxix. *In ora*, quæ Trogilia *appellatur, Gessius amnis. Regio omnibus Ionibus sacra, & ideo* Panionia *appellata.* Strabo lib. 14. celebrat Trogilium promontorium Mycales: Καὶ αὐτὴ δ' ἡ Τρωγίλιος ἄκρα περίπλους τίς τῆς Μυκάλης ἐστί. i. e. *Et ipsum Trogilium promontorium, pes quidem Mycales procurrens est.* Mycale verò Herodoto lib. 1. c. 148. promontorium est in continenti situm, versus Samum insulam: Ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τῆς ἠπείρου ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ. i. e. *Mycale verò est continentis promontorium, quâ Zephyro vento expositum est, ad Samum pertinens.*

73 Τρωιὰς, ἡ χώρα τῆς Ἰλίας, &c.] Troas, regio Ilii, &c. De qua Strabo lib. 13. Ἀπὸ δὲ Ἀβύδου μέχρι Λεκτοῦ, τὸ πρὸς Ἴλιον, καὶ Τένεδον, καὶ Ἀλεξάνδρειαν, τὴν Τρωάδα· πάντων δὲ τούτων ὑπέρκειται ἡ Ἴδη τὸ ὄρος, μέχρι Λεκτοῦ καθήκουσα. i. e. *Ab Abydo autem usque ad Lectum, Ilium est, & Tenedus, & Alexandria Troas.* Non benè vertit Latinus interpres hæc Græca: καὶ Ἀλεξάνδρειαν, τὴν Τρωάδα, i. e. *& Alexandriæ ac Troas denique.* Cum deberet vertere, *& Alexandria Troas.* Nam hoc in loco Troas non accipitur de regione, sed de ipsa Alexandria Troadis urbe, quæ *Troas* etiam dicta fuit, ut adstruit Plin. lib. 1. c. 30. *Troadis primus locus Amaxitus, dein Cebrenia, ipsaque Troas*, Antigonia *dicta, nunc* Alexandria, *colonia Rom.*

ΤΎΑΝΑ[74], πόλις μέση Κιλικίας καὶ Α Καππαδοκίας, ὑποπεπωκυῖα τῷ Ταύρῳ, τῷ πρὸς τὰς Κιλικίας πύλας. Οἱ πολῖται Τυανεῖς, ὡς Ἀδανεῖς. Λέγεται καὶ Τυανίτης, καὶ Τυανῖτις θηλυκόν. [75] Ἐκαλεῖτο δὲ Θόανα, καὶ κατὰ παραγραμματισμὸν Τύανα, ὡς Ἀρριανός. Ἔστι Β καὶ Τύανα πόλις Αἰγύπτου, ἧς μᾶλλον ἀναλογεῖ τὸ Τυανίτης, διὰ τὴν Αἰγύπτιον χώραν.

ΤΎΔΕΡΤΑ[76], πόλις Τυρρηνική, ἐθνικὸν δεύτερος. [77] Τὸ ἐθνικὸν, Τυδερτῖνος.

ΤΥΉΝΙΣ, πόλις Κολχων, ἀπὸ Τυηνίδος ποταμοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, Τυληνίτης. C

ΤΥΛΗΣΣΌΣ[78], ὄρος Ἰταλίας. Τὸ τοπικὸν, Τυλήσιος. Λυκόφρων,

Ἄλλοι δὲ πρῶνας δυσβάτους Τυληνσίων.

ΤΎΛΙΣ[79], πόλις Θράκης, καὶ λίμνη D πλησίον· Καὶ κλίνεται Τύλεως. Τὸ ἐθνικὸν Τυλίτης, ὡς Μεμφίτης.

ΤΥΜΈΝΑΙΟΝ, ὄρος περὶ Φρυγίαν. Οἱ καλοικοῦντες, Τυμεναῖοι.

ΤΎΜΝΝΑ, κώμη Λυκίας. Ἐκλήθη E δὲ ἀπό τινος τράγου ἔτους ὀνομαζομένου, ὃς ἀπαλλαττόμενος ἀπὸ τῆς αἰπόλου, Ἤρχετο τὸ πώγωνα βεβρεγμένος· ᾧ καταγελασθέντες, ὕδωρ πηγαῖον ἐν τινι λόχμῃ. Καὶ παύτλου, καὶ τὸ

TYANA, urbs media inter Ciliciam, & Cappadociam subjacens Tauro juxta Cilicias portas. Cives, Tyaneis, ut Adaneis. Dicitur etiam Tyanites, & Tyanitis fœmin. Vocabatur verò *Thoana*, & juxta paragrammatismum *Tyana*, ut Arrhianus. Est etiam Tyana urbs Ægypti, cujus ad analogiam magis accedit Tyanites, propter Ægyptiam regionem.

TUDERTA, urbs Tyrrhenica, neutro genere. Gentile, Tydertinus.

TYENIS, urbs Colchorum, à Tyenide fluvio. Gentile, Tyenites.

TYLESSUS, mons Italiæ. Locale, Tylessius, Lycophron:

Alii verò cacumina aditu-difficilia Tylessiorum.

TYLIS, urbs Thraciæ prope Hæmum. Et declinatur [Tylis] Tyleos. Gentile, Tylites, ut Memphites.

TYMENÆUM, mons circa Phrygiam. Incolæ, Tymenæi.

TYMENNA, vicus Lyciæ. Sic verò vocata fuit à quodam hirco hujus nominis, qui à grege caprarum discedens barba madente redibat. Quem sequuti invenere fontem in quodam fruteto. Et hunc, & regionem sic vocavere.

74 Τύανα, πόλις μέση, &c.] Tyana, orum, vel Tyana, æ, ut Hierosolymia, & alia ejusdem farinæ. Per *T.* & per *Th.* invenitur. Fuit urbs media inter Ciliciam & Cappadociam subjacens Tauro juxta Cilicias portas. Sunt verba desumpta ex Strabone, sed male accepta ab auctore nostro. Sic enim ille lib. 12. Ἡ μὲν Τυανῖτις τὰ Τύανα, ὑποπεπωκυῖα τοῦ Ταύρου τοῦ πρὸς τὰς Κιλικίας πύλας, καθ' ἃς διέρπειν), καὶ κοινότερον πᾶσιν εἶναι τοῖς Κιλικίαν, καὶ τὴν Συρίαν ὑπερβολαί. Καλεῖται δὲ Εὐσέβεια ἡ πρὸς τῷ Ταύρῳ· ἀγαθὴ δὲ καὶ πεδιὰς ἡ πλείστη. Τὰ δὲ Τύανα ἐπίκειται χώματι Σεμιράμιδος πεποιημένῳ τειχίζοντι κρημνούς. i.e. *Tyanitis* [præfectura habet urbem] *Tyana, quæ* [præfectura] *subjacet Tauro juxta Cilicias portas, quâ facillimi, omnibusque communissimi sunt in Ciliciam, & Syriam transcensus. Vocatur autem* Eusebia *ad Taurum, fertilis, & maxima sui parte plana. Tyana verò imposita sunt aggeri Semiramidis probe munito.* Quod de præfectura Tyanitide refert Strabo, noster de urbe Tyanis intellexit. Eam cepit imperator Aurelianus, auctore Vopisco in illius vita. Protulit Tyana *Apollonium* Tyanæum Philosophum inter ethnicos clarissimum, apud quos tantam sanctimoniæ famam adeptus fuit, ut Imperator Alex. Severus ejus effigiem unà cum effigie Abrahæ, & Orphei in suo larario haberet, ut memoriæ dat Æl. Lampridius in Severo. Antoninus Caracalla etiam eum coluit, auct. Xiphilino in Caracalla; alii pro Deo habuere, alii Christo compararunt, inter quos fuit Hierocles in libro, qui φιλαλήθης, i.e. *veritatis-amicus*, inscribitur, adversus quem Eusebius quidam respondit. Discendi gratiâ peragravit Italiam, Palæstinam, Ægyptum, Æthiopiam, Arabiam, Assyriam, Persidem, Parthiam, Mediam, Iberiam orientalem, Scythiam, & alias regiones, de cujus vita octo libros scripsit Philostratus, omnium Græcorum scriptor vanissimus. Parili vanitate de eo loquitur Vopiscus in Aureliano: *Hæc ego, & à gravibus viris comperi & in Ulpiæ bibliothecæ libris relegi, & pro majestate Apollonii magis credidi. Quid enim illo viro sanctius, venerabilius, antiquius, diviniusque inter homines fuit? ille mortuis reddidit vitam, ille multa ultra homines & fecit & dixit, quæ, qui velit nosse, Græcos legat libros, qui de ejus vita conscripti sunt, &c.* Credulitas in plebe non improbanda, in viro docto vituperanda est.

75 Ἐκαλεῖτο δὲ Θόανα, &c.] Tyana Cappadociæ urbem *Thoana* dictam fuisse dicit ex Arrhiano, scilicet in Periplo Ponti Euxini: Οἵ ποτε καὶ τὰ Τύανα τὰ ἐν τοῖς Καππαδόκαις Θόανα λέγεσιν, ὅτι ἔτυχε νουμηνίᾳ ἐπὶ Θόαντος τοῦ βασιλέως τῶν Ταύρων, i.e. *Quum & Tyana in Cappadociis Thoana dicant, quod sic nominabatur, à Thoante rege Taurorum.*

76 Τύδερτα, πόλις Τυρρηνική.] Tyderta, urbs *Tyrrhenica*, i.e. *Etrusca*, neut. plur. Tuder plerumque dicitur, Plin. lib. III. c. XIII. *Coloniæ, Fanum Fortunæ, Pisaurum cum amne: & intus Hispellum, Tuder.* Sil. Italicus lib. VI.

— *Colleis Umbros atque arva petebat*
Hannibal, excelso summum quà vertice montis
Devexum lateri pendet Tuder.

Sita est in colle amœno, vitibus, ficubus, oleis aliisque fructiferis arboribus ornata, teste Leandro Alberto in Umbria, hodie vulgo dicitur *Todi*, quo in nomine veteris nominis cineres apparent. Eam condecoravit natalibus suis *Martinus* I. Pontifex Romanus, ut asserit Platina in ejus vita.

77 Τὸ ἐθνικὸν, Τυδερτῖνος.] Oppidani Tudertis urbis Etruriæ Græcis dicuntur Τυδερτῖνοι, Latinis *Tudertes*, Plin. lib. 2. c. 57. *Ab Amerinis & Tudertibus.* Sil. Italicus lib. 8.

— *Et haud parci Martem coluisse Tudertes.*

Idem lib. 4. singul. num.

Et Gradivicolam celso de colle Tudertem.

78 Τυλησσὸς, ὄρος Ἰταλίας.] Tylessus, mons Italiæ, ex Lycophrone, cujus affert versiculum, ad quem Isacius dicit, montem, civitatem, ac nemus Italiæ significare. Barrius ait Tylleſſium esse oppidum Brutiorum apud oram Calabriæ citerioris, & sinum Terinæum, quod vulgo *Agello* vocatur, esse etiam Calabriæ promontorium, quod nunc *Corica* dicitur.

79 Τύλις, πόλις Θράκης, &c.] Tylis, urbs Thraciæ prope Hæmum. Fuit Gallorum regia in Thracia, auctore Polyb. lib. 4. qui Τύλλον vocat eam. Οἱ καταλήσαντες τὴν Θρᾴκων, καὶ καταζευξάμενοι βασίλειον τὸν Τύλλον, εἰς ὀλοχερῆ κίνδυνον ἦγον τοὺς Βυζαντίους. i.e. *Qui & Thracibus devictis, & regia Tyla constituta, ultimum Byzantiis periculum creaverunt.*

80 Τύμ-

καὶ τὸ χωρίον ἄτω σκάλεσιν. Τὸ ἐθνικὸν Τυμλωνεύς, ὡς Πραρεύς, Παταρεύς· Χαίρουσι γὰρ οἱ Λύκιοι τῷ τύπῳ τούτῳ. A vere. Gentile, Tymenneus, ut Prareus, Patareus. Gaudent enim Lycii hoc typo.

ΤΎΜΗΣ, Τύμηος, πόλις Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν Τυμήσιος, ὡς Σφραγήσιος, Μαγνήσιος.

TYMES, etis, urbs Libyæ. Gentile, Tymesius, ut Sphragesius, Magnesius.

ΤΥΜΝΙΣΣΟ῎Σ, πόλις Καρίας, ἀπὸ Τυμνίσσης ῥάβδος· Ξάνθιοι γὰρ τὴν ῥάβδον Τυμνίαν λέγουσιν. Ὁ πολίτης Τυμνισσεύς, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ Λυκιακῶν. B

TYMNISSUS, urbs Cariæ, à Tymnisso virga. Xanthii enim virgam *Tymniam* vocant. Civis, Tymnisseus, ut Alexander Lyciacorum 1.

ΤΎΜΝΟΣ, πόλις Καρίας. Ὁ πολίτης, Τύμνιος· Ἀλέξανδρος ἐν τῷ πρὸς Καρίας δευτέρῳ. C

TYMNUS, urbs Cariæ. Civis, Tymnius, Alexander in secundo Cariæ.

ΤΎΜΦΗ [80], ὄρος Θεσπρωτικόν· Καὶ Τυμφαία, πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Τυμφαῖος· Καὶ θηλυκῶς, Τυμφαία. Καὶ κτητικὸν, Τυμφαϊκός· Καὶ Τυμφαιεύς, ὡς Ἀχαιεύς. D

TYMPHE, mons Thesproticus. Et Tymphæa urbs. Gentile, Tymphæus. Et fœm. Tymphæa. Et possessiv. Tymphaicus. Et Tymphæis, ut Achæis.

ΤΎΜΩΛΟΣ [81], ἄτως ὁ Τμῶλος, κατὰ ποιητικὸν χημαλισμόν.

TYMOLOS, sic vocatur Tmolos, juxta Poëticam formam.

ΤΎΝΗΣ [82], Τύνητος, πόλις Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν Τυνησαῖος, ὡς Φρυγησαῖος, Γυμνησαῖος, Ἀδρυμησαῖος. E

TYNES, etis, urbs Siciliæ. Gentile, Tynesæus, ut Phrygesæus, Gymnesæus, Adrymesæus.

ΤΎΠΑΙΟΝ [83], ὄρος Ἠλιδος· Παυσανίας Ἠλιακῶν α.

TYPÆUM, mons Elidis. Pausanias Eliacorum primo.

ΤΥΠΑΝΈΑΙ [84], πόλις Τριφυλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Τυπανεάτης, ὡς Φενεάτης.

TYPANEÆ, urbs Triphyliæ. Gentile, Typaneates, ut Pheneates.

ΤΎΡΑΣ [85], πόλις καὶ ποταμὸς ἐν τῷ Εὐξείνῳ· F

TYRAS, urbs & fluvius in Euxino ponto.

80 Τύμφη, ὄρος Θεσπρωτικόν.] Tymphe, mons Thesproticus. Memoratur Straboni, apud quem lib. 7. perperam scribitur Στύμφη, quod ex auctore nostro corrigendum puto. Nam eodem tractu memorantur Τυμφαῖοι, oppidani Tymphææ urbis, quam noster in hac sectione celebrat.

81 Τύμωλος, ἄτως ὁ Τμῶλος, &c.] Tymolus, seu Tmolus. Sicut Tomarus, & Tmarus. Erat mons Lydiæ, è quo defluebat Pactolus, olim auri ramenta deferens, unde Crœsi & ejus majorum divitiæ, in Ethnicorum historia celeberrimæ, ut prodit Strabo lib. 13. Ὑπέχει δ' ὑπὲρ Σαρδέων ὁ Τμῶλος ὄρος ἐν τῇ ἀκροφείᾳ σκοπὴν ἔχον ἐξέδραν λευκοῦ λίθου Περσῶν ἔργον, ἀφ' ἧς κατοπτεύεται τὰ κύκλῳ πεδία, καὶ μάλιστα τὸ Καϋστριανόν· ἀπολοικοῦσι δὲ Λυδοὶ, καὶ Μακεδόνες· ῥεῖ δ' ὁ Πακτωλὸς ἀπὸ τοῦ Τμώλου, καταφέρων τοπαλαῖον χρυσοῦ ψῆγμα πολύ, ἀφ' οὗ τὸ Κροίσου λεγόμενον πλοῦτον, καὶ τὸ πρότερον αὐτοῦ διονομασθῆναι φασι· νῦν δὲ σκληρὸν τὸ ψῆγμα. i.e. *Imminet Sardibus Tmolus, mons dives, in vertice speculam habens exedram albi lapidis, Persarum opus, unde conspiciuntur circùm siti campi, & maxime Caystrius. Circum-habitant Lydi, & Macedones. Defluit Pactolus à Tmolo, deferens antiquitus auri ramenta multa, unde Crœsi & ejus majorum divitiæ nomen celebre habuisse dicunt. Nunc defecêre ramenta.* Fuit quoque mons vino commendabilis, eodem auctore lib. 14. necnon croco. Virgil. Georgicor. lib. 1. v. 56.

Arborei fœtus alibi, atque injussa viresçunt
Gramina, nonne vides croceos, ut Tmolus odores
India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

Recentiores dicunt, hunc montem hodie vocari *Tomalze.*

82 Τύνης, Τύνητος, πόλις Σικελίας.] Tynes, etis, urbs Siciliæ. Sanè jocularis est Stephani error, quoniam inquit, Tyneta Africæ civitatem notissimam esse Siciliæ urbem. Non absimili errore Mytistratum Siciliæ oppidum circa Carthaginem locavit. Tynes igitur Africæ civitas erat in eodem sinu, ac Carthago, auctore Strabone lib. 17. cui Τύνις dicitur: Ἐν αὐτῷ δὲ κόλπῳ ἐν ᾧ ἔστι καὶ ἡ Καρχηδὼν, Τύνις ἐστὶ πόλις, καὶ θερμαὶ, καὶ λαβρίαι πηγαί. i. e. *In eodem verò sinu, in quo Carthago, Tynis est urbs & thermæ, & lapidicinæ quædam.* Non longè ab illa Carthaginenses vicerunt olim Romanos, Xantypo Lacedæmoniorum duce auxiliante, quo in prælio M. Attilius Regulus captus fuit, ac Romam, ut de pace & captivis commutandis ageret missus, fide data, se, si nihil perfecerit, rediturum; cumque id è republica non esse in senatu dixisset, ut fidem liberaret, Carthaginem rediit, ubi supplicio fuit affectus, ut habetur in Epitome Liviana lib. 18. Hodie parum corrupto nomine vocatur *Tunes*, & est regni Tunetani caput; anno CIↃIↃXXXV. à Carolo V. Imperatore expugnata, Barbarossæ erepta, & regi suo restituta, *Goleta* haud procul inde exstructa. Nunc deficiente stirpe regia sub Turcorum clientela, piraticâ infamis reipublicæ formam obtinet.

83 Τύπαιον, ὄρος Ἠλιδος.] Typæum, Elidis mons, ex Pausaniæ Eliacorum libro priore, id est lib. 5. Nomina montium apud Græcos, si ὄρος respiciunt, semper neut. gen. apud Latinos si montem, masculino usurpantur. Igitur Typæus mons erat præruptus cis Alpheum in Elide, de quo deturbare fœminas, quæ ad Olympiacos ludos adiisse vel prohibitis diebus Alpheum transisse compertæ erant, Eleorum lex jubebat, auctore Pausania libro citato.

84 Τυπανεῖαι, πόλις Τριφυλίας.] Typaneæ, arum, urbs Triphyliæ. Memoratur Polybio lib. 4. inter Triphaliæ oppida, quam Τυπαναίαν vocat cui *Tryphalia* dicitur, quæ aliis Triphylia: Ἔχει δ' ἐν αὐτῇ πόλεις ταύτας, Σαμικὸν, Λέπρεον, Ὑπάναν, Τυπαναίαν, &c. i. e. *Habet verò* [Tryphalia] *in ipsa has urbes, Samicum, Lepreum, Hypanam, Typaneam, &c.* Perperam apud Strabonem lib. 8. legitur Κτύπανσι pro Τυπαναίᾳ· Πρὸς ἀρκτὸν δ' ὁμοροῦσι τοῦ Πύλου δύο πολίδια Τριφυλιακὰ, Ὑπάνα, καὶ Κτύπανσα, ὧν τὸ μὲν εἰς Ἦλιν στωμύλθη, τὸ δ' ἔμεινε. i. e. *Versus septentrionem contermina erant Pylo duo oppidula Triphyliaca, Hypana, & Ctypansa.* Ad quem locum rectè Casaubonus ex nostro auctore pro Κτύπανσα legit Τυπανία, quæ lectio confirmatur etiam ex Polybio, apud quem post *Hypana* sequitur *Typaneæ.*

85 Τύρας, πόλις καὶ ποταμὸς ἐν τῷ, &c.] Tyras urbs & fluvius in Euxino Ponto. Memorantur in Mysia inferiori Ptolemæo lib. 3. c. 10. Fluvium tarditate commendat Ovid. de Ponto lib. 4. Eleg. 10.

Partheniusque rapax, & volvens saxa Cynapes
Labitur & nullo tardior amne Tyras.

86 Ἐκα-

Εὐξείνῳ πόντῳ. Καὶ ἔδει Τυρᾶν εἶναι τὸ ἐθνικόν. Ἔστι καὶ Τυρίτης, ἀπὸ τοῦ Τύρις. Ὁ δὲ Πολυΐστωρ τὸν ποταμὸν καὶ τὴν πόλιν Τύραν, τοὺς δὲ πολίτας Τυρίνυς. [86] Ἐκαλεῖτο δὲ Ὀφίουσα.

to. Et oportebat à Tyras, Tyratem esse gentile. Est etiam Tyrites, à Tyris. Polyhistor verò fluvium, & urbem Tyram inquit, cives autem Tyranos. Vocabatur verò *Ophiussa*.

ΤΥΡΑΚΙΝΑΙ [87], πόλις Σικελίας, μικρὰ μὲν, εὐδαίμων δ' ὅμως. Τὰ ἐθνικὰ Τυρακιναῖος, καὶ Τυρακιναία ἡλυκόν. Τυράκηνον δὲ αὐτὴν Ἀλέξανδρος ἐν Εὐρώπῃ καλεῖ.

B TYRACINÆ, urbs Siciliæ parva quidem, sed tamen felix. Gentile, Tyracinæi, & fœm. Tyracinæa. Alexander in Europa *Tyracenum* eam vocat.

ΤΥΡΙΤΑΚΙΤΗ [88], πόλις Πόντου. Τὸ ἐθνικὸν Τυριτακαῖος, καὶ Τυριτακηνὸς τῷ συνήθει τύπῳ.

C TYRITACITE, urbs Ponti. Gentile, Tyritacæus, & Tyritacenus, consuetâ formâ.

ΤΥΡΜΕΝΙΟΙ, Σκυθικὸν ἔθνος ναυτικώτατον· Ἑρμιονίου δὲ φυγάδες.

TYRMENII, Scythici populi navigandi peritissimi. Interpretantur verò *fugitivi*.

ΤΥΡΜΙΔΑΙ, δῆμος Οἰνηίδος φυλῆς. Ὁ δὲ δημότης, Τυρμίδης. Τὸ τοπικὸν, ἐκ Τυρμιδῶν, εἰς Τυρμιδῶν, ἐν Τυρμιδῶν.

D TYRMIDÆ, populus Oeneidis tribus. Popularis, Tyrmides. Locale, ex-Tyrmidarum, ad-Tyrmidarum, in-Tyrmidarum.

ΤΥΡΕΔΙΖΑ [89], πόλις Θρᾴκης, μετὰ Σέρριον. Ἑλλάνικος δὲ Τυρόδιζαν αὐτὴν φησιν, ἐν Περσικῶν δευτέρῳ· Τὸ ἐθνικὸν δεῖ Τυροδιζαῖος, ὡς Γαζαῖος. Νῦν δὲ Τυροδιζηνοὶ λέγονται, ὡς E Κρατερὸς ἐν τρίτῳ περὶ ψηφισμάτων.

TYREDIZA, urbs Thraciæ, post Serrhium. Hellanicus *Tyrodizam* eam vocat Persicorum secundo. Gentile debet esse Tyrodizæus, ut Gazæus. Nunc verò *Tyrodizeni* dicuntur ut Craterus lib. 3. de Pisephismatis.

ΤΥΡΟΣ [90], νῆσος ἐν Φοινίκῃ, [91] ἀπὸ Τύ-

TYRUS, insula in Phœnicia, à Tyro Phœ-

86 Ἐκαλεῖτο δὲ Ὀφίουσα.] Tyras urbs vocabatur *Ophiussa*. Plin. lib. 4. c. 12. *Clarus amnis Tyra, oppido nomen imponens, ubi anteà* Ophiusa *dicebatur*.

87 Τυρακῖναι, πόλις Σικελίας, &c.] Tyracinæ, urbs Siciliæ, parva quidem, sed tamen dives. Ejus nulla apud alios exstat memoria, nisi fortè sit eadem, cujus oppidanos *Tiracienses* vocat Plin. lib. 3. c. 8.

88 Τυριτακίτη, πόλις Πόντου.] Tyritacite, urbs Ponti. Memoratur Plin. lib. 6. c. 4. ad ripas Phasis amnis, cui *Tyritace* dicitur.

89 Τυρέδιζα, πόλις Θρᾴκης, &c.] Tyrediza, urbs Thraciæ juxta Serrhium ejusdem regionis promontorium, quam Hellanicus *Tyrodizam* vocavit. Sic etiam eam vocat Herodotus lib. 7. c. 25. Οἱ δὲ, ἐς Τυρόδιζαν Περινθίων, οἱ δὲ ἐς Δορίσκον, &c. i. e. *Alii verò in Tyrodizam Perinthiorum, alii in Doriscum* [comportabant commeatum.]

90 Τύρος, νῆσος ἐν Φοινίκῃ.] Tyrus, insula in Phœnice. De qua sic Strabo lib. 16. Μετὰ δὲ Σιδῶνα, μείζονι τῇ Φοινίκων, καὶ ἀρχαιοτάτη πόλις Τύρος ἐστὶν, ἡ εὐάμιλλος αὐτῇ καθά τε μέγεθος, καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὴν ἀρχαιότητα· ἐκ πολλῶν μυθῶν ἄδηλον δὲ τοῦτο μᾶλλον. Οἱ μὲν γὰρ ποιηταὶ, τὴν Σιδῶνα περιφανεστέραν ἐποίησαν μᾶλλον. Ὅμηρος δὲ οὐδὲ μέμνηται τῆς Τύρου. Αἱ δὲ εἰς Λιβύην καὶ τὴν Ἰβηρίαν ἀποικίαι, μέχρι καὶ ἔξω στηλῶν τὴν Τύριον πολίσματα ἐξευμένεσι μᾶλλον· ἀμφοτέραις δὲ ἐν ἐνδοξοι καὶ λαμπραὶ καὶ παλαιαὶ καὶ νεαί· Ὁποτέραν δ' ἄν τις εἴποι μητρόπολιν Φοινίκων, ἔχει ἐν ἀμφοτέραις ἐστίν. i. e. *Post Sidonem maxima & antiquissima Phœnicum urbs est Tyrus, cum illa & magnitudine, & claritate & antiquitate comparanda, multis fabulis celebrata. Poëtæ quidem magis Sidonem celebraverunt. Homerus verò nec Tyri meminit. Coloniæ autem in Africam & Iberiam usque ad loca extra columnas deductæ, Tyrum magis commendant. Ambæ igitur & antiquitus & nunc claræ & illustres. Controversumque manet inter utrasque, quænam earum Phœnicum metropolis dici debeat.* Ac paululum post Τύρος δ' ἐστὶν ὅλη νῆσος σχεδόν τι σταδιοδρομίας ἑξήκοντα ἡ ἀρχαία· συνῆπται δὲ χώμασι πρὸς τὴν ἤπειρον, ὃ κατεσκεύασε πολιορκῶν Ἀλέξανδρος· δύο δ' ἔχει λιμένας, τὸν μὲν κλεῖστον, τὸν δ' ἀνειμένον, ὃν Αἰγύπτιον καλοῦσι. i. e. *Tyrus autem est tota insula, fere habitata eodem modo, quo Aradus. Adnexa est aggeri ad continentem, quem Alexander construxit, cum eam obsideret. Duos habet portus, clausum alterum, alterum apertum, quem Ægyptium vocant.* Plin. lib. v. c. xix. *Tyrus quondam insula, prælto mari septingentis passibus divisa, nunc verò Alexandri oppugnantis operibus continens, olim portu clara, urbibus genitis, Lepti, Utica, & illa Romani imperii æmula, terrarum orbis avida, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura constat. Circuitus* XIX. M. *passuum est.* Hanc insulam fecit continentem Alexander, ut apparet ex Quint. Curtii lib. 4. c. 2. Quare Ovid. Met. lib. 15. canit:

Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharosque
Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.

Habuit olim suos reges, inter quos fuit unus Hiramus, qui Selomonem in exstruendo templo adjuvit. Eam expugnavit Nabuchodonosorus Chaldæorum rex, ut apparet ex Sacra historia, necnon Alexander Magnus, magna crudelitate in ejus cives usus. Duo enim millia, in quibus occidendi defecerat rabies, crucibus affixi per ingens litoris spatium pependerunt, auctore Q. Curtio lib. 4. c. 4. Oppidani re navali, mercatura & armorum peritia excelluere. Urbem per se nobilem, nobiliorem ortu suo fecit acerrimus ille Christianæ religionis hostis, Ethnicæque defensor *Porphyrius*, idcirco Criticorum filiis *Tyrius senex* dictus, tametsi ab aliis *Bataneotes* vocetur. Protulit etiam *Maximum* Philosophum Platonicum, atque *Ulpianum* jurisconsultum insignem, Alexandri Severi Imperatoris consiliarium, & prætorem, eidemque gratissimum & familiarem, & alios, quos silentio præterire nullum harum observationum dispendium fore judicavi. Hanc antiquitus clarissimam urbem Balduinus III. Hierosolymorum rex anno CIↃCXXIV. expugnavit, & anno CIↃCCXCII. à Sultano Ægypti capta, & eversa fuit, nunc pene tota jacet in ruinis sub Turcorum Imperio, ac *Suri* parum corrupto priori nomine vulgo vocatur.

91 Ἀπὸ Τύρου τοῦ Φοίνικος.] Tyrum insulam à Tyro Phœnice nomen habere ait. Sunt Græcanicæ nugæ. Ejus enim nomen deflexum est ab Hebræo צור *Tsor*, quod Latino sermone sonat *rupem*. Apud Hesychium etiam legitur Σόος, Τύρος: unde etiam apud Aul. Gellium Noct. Atticarum lib. 14. c. 6. Tyrus appellatur *Sarra*, & in fragmentis Ennii legimus *Pœnos Sarrâ oriundos*, à quo Sarranum ostrum apud Virg. Georgicor. lib. 2. v. 506. accipitur pro *Tyrium*:

Hic petit excidiis urbem, miserosque Penates
Ut gemmâ bibat, & Sarrano dormiat ostro.

Et apud Juv. etiam Sat. 10. v. 38.

——— *Et picta Sarrana ferentem*
Ex humeris aulæa togæ.

92 Ἔστι

Τύρος ἡ Φοίνικος. [92] Ἔστι καὶ Τύρος τῆς Λακωνικῆς, καὶ νῆσος πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, ἣν Ἀρτεμίδωρος Τύλον, διὰ τοῦ λ καλεῖ. Ἔστι καὶ πόλις Ἰνδική, καὶ Λυδίας, καὶ Πισιδίας. Ἄππιανὸς δὲ καὶ Ἄναθα Τύρον καλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν Τύριος, καὶ Τυρία θηλυκόν· καὶ τὸ ἀδέσποτον, Τύριον. Καὶ κτητικὸν Τυριακὸς, ὡς Ῥοδιακός. [93] Ἐκλήθη δὲ καὶ Παλαίτυρος, καὶ τὸ ἐθνικὸν Παλαιτύριος.

A Phœnice. Est etiam Tyrus Laconicæ, & insula juxta mare rubrum, quam Artemidorus *Tylum* per *l* vocat. Est etiam urbs Indiæ, & Lydiæ, & Pisidiæ. Arrianus verò *Anatha* Tyrum vocat. Gentile, Tyrius, & Tyria fœmineum. Et neut. Tyrium. Et possessiv. Tyriacus, ut Rhodiacus. Vocata etiam fuit *Palætyrus*, & gentile, Palætyrius.

ΤΥΡΡΗΝΙΑ [94], χώρα πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ, ἀπὸ Τυρρηνοῦ. [95] Ἔστι καὶ Τυρρηνία πόλις, ἡ λέγεται καὶ Τυρρήνη· καὶ Τυρρηνοὶ, οἱ πολῖται. Καὶ Τυρσηνὴ θάλασσα, καὶ Τυρσηνίς. Καὶ κτητικὸν, Τυρσηνικὸς, καὶ Τυρσηνικὴ, καὶ Τυρσηνικόν. Λέγονται καὶ Τυρρηνοὶ οἱ ἀδριᾶται, ἀπὸ Τυρρηνοῦ καὶ Δωρίδα διάλεκτον· [96] Ἀφ' οὗ καὶ ἀφαίρεσιν, καὶ γράμματος πρόθεσιν, τύραννος ἐκλήθη.

TYRRHENIA, regio juxta Adriaticum mare, à Tyrrheno sic dicta. Est etiam Tyrrhenia urbs, quæ dicitur quoque *Tyrrhene*. Et Tyrrheni, cives. Et Tyrsenum mare, & Tyrsenis. Et possessiv. Tyrsenicus, Tyrsenica, Tyrsenicum. Dicuntur etiam Tyrrheni, Adriatæ, à Tyrrheno juxta dialectum Doricam. A quo per aphæresin, & litteræ additionem, *Tyrannus* vocatus fuit.

ΤΥΡΣΗΤΑ, πόλις Σαυνιτῶν· φίλις ἑνδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Τυρσητῖνος.

TYRSETA, urbs Samnitum. Philistus undecimo. Gentile, Tyrsetinus.

ΤΥΣΚΛΟΣ [97], πόλις Ἰταλίας. Λέγεται καὶ Τύσκλανον. Τὸ ἐθνικὸν, Τυσκλανός.

TYSCLUS, urbs Italiæ. Dicitur quoque Tysclanum. Gentile, Tysclanus.

ΤΥ-

ΤΥ-

92 Ἔστι καὶ Τύρος τῆς Λακωνικῆς, καὶ νῆσος, &c.] Est & Tyrus Laconicæ, & insula ad mare rubrum, quam Artemidorus *Tylum* per *l* vocat. Hanc insulam in sinu Persico locat Ptolem. lib. VI. c. VIII. cui Τύλος dicitur. At Tyrus Laconiæ à nemine memoratur, puto Stephanum in mente habuisse Tylum, qui ab aliquibus *Oetylus* vocabatur, auctore Strabone lib. 8. Μεταξὺ δὲ ἀπὸ τοῦ Θυρεάτου κόλπου, ὁ Τύλος ἐστὶ κατὰ μέσην οἴτυλος. i.e. *Medio loco, à Thyridibus incipienti, occurrit Tylus. Vocatur autem ab aliquibus Oetylus.* Qui fortè ab aliquo auctore *Tyrus* dicebatur.

93 Ἐκλήθη δὲ καὶ Παλαίτυρος.] Tyrum vocatam quoque fuisse *Palætyrum* ait auctor noster. Scilicet quod esset *Palætyrus*, i. e. *vetus Tyrus*, & nova Tyrus, quæ *Tyrus* absolute dicebatur; aliter nullus capio Stephani mentem. Triginta stadia abesse unam ab altera affirmat Strabo lib. 16. Μετὰ δὲ τὴν Τύρον ἡ Παλαίτυρος σὺν τριάκοντα σταδίοις, εἶθ' ἡ Πτολεμαὶς ἐστι μεγάλη πόλις, ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον. id est: *Post Tyrum verò est Palætyrus triginta stadiis distans, deinde Ptolemaïs magna civitas, quam Acen appellabant antea.* Apud Quint. Curtium lib. 4. c. 2. legati Tyriorum Alexandro Magno volenti Tyri sacrificare Herculi respondent: *Esse templum Herculis extra urbem, in eam sedem, quam Palætyron ipsi vocant; Ibi regem deo sacrum rite facturum.* Ac paulo post: *Namque urbem* [Tyrum] *à continenti quatuor stadiorum fretum dividit, Africo maxime objectum, crebros ex alto fluctus in litus evolvens.*

94 Τυρρηνία, χώρα πρὸς τῇ Ἀδρίᾳ, &c.] Tyrrhenia, regio prope *Adriam*, i.e. *mare Adriaticum* à Tyrrheno nomen nacta. Tyrrhenus autem fuit Atyis Lydorum regis filius, qui cum è Lydia colonos ad quærendas novas sedes deduxisset in maris inferiora sedes posuit, ac totum illum tractum de se Tyrrheniam, mare Tyrrhenum, incolas vocavit *Tyrrhenos*; Latini *Etruscos*, & *Tuscos*, regionem vocabant *Etruriam* & *Tusciam*; de quibus consulendus Leander Albertus in Tuscia, Cluv. It. Antiquæ lib. 1. c. 1. circa libri calcem.

95 Ἔστι καὶ Τυρρηνία πόλις, &c.] Est & Tyrrhenia urbs, quæ etiam *Tyrrhene* dicebatur. Ego hanc urbem non novi, Suspicor auctorem nostrum respexisse verba Dionysii Halicarnassensis ex lib. 1. Ἦν δὴ γὰρ χρόνος, ὅτε καὶ Λατῖνοι, καὶ Ὀμβρικοὶ, καὶ Αὔσονες, καὶ συχνοὶ ἄλλοι, Τυρρηνοὶ ὑφ' Ἑλλήνων ἐλέγοντο, τῆς διὰ μακρὸς τῶν ἐθνῶν εἰκότως ἀποφῆ ποιούσης τοῖς πόροω τὴν ἀκρίβειαν, τὴν τε Ῥωμαίων αὐτῶν πεπεισμένων Τυρρηνίδα πόλιν εἶναι τὴν ἔλασσον. i.e. *Fuit enim tempus, quo & Latini, & Umbri, & Ausones, & multi alii, Tyrrheni à Græcis dicebantur, propter longinquas gentium sedes, quæ dubiam reddebant earum cognitionem, Romanique ipsam multi scriptorum Tyrrhenida urbem esse opinabantur.*

96 Ἀφ' οὗ, &c.] Mirifici etymologiarum artifices sunt Græci. Tyranni etymon deducit de Tyrrhenorum nomine, puto quia olim Tyrrheni piraticam exercuerunt, ac tyranni à piratis nomine tantum differunt; ex auctore nostro corrigendus Etymologici auctor apud quem perperam legitur Τύραννος, ἤτοι ἀπὸ τῶν Τυρλιῶν, &c. i.e. *Tyrannus, vel à Tyrenis, &c.* Lege ἀπὸ τῶν Τυρρηνῶν. Sed similius veri est, reges olim dictos fuisse tyrannos, qui cum injuste se gererent, reliqui in posterum hic noluere vocari. Cæterùm apud Græcos Τύραννος & in malam & in bonam partem accipitur, Poëtarum eruditissimus in meliorem partem accepit Æneid. lib. VII.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Ubi Serv. *Tyranni. Græce dixit, id est regis. Nam apud eos tyranni & regis nulla discretio est: licet apud nos incubator imperii, tyrannus dicatur. Sane apud Græcos hic & hæc tyrannus declinatur.* Quin etiam apud eosdem nomen tyrannidis est indifferens. Nam apud Aristophanem in meliorem partem usurpatur, ut patet ex his versibus:

Εἰ γὰρ δίκαια χρὴ, τυραννίδος πέρα
Κάλλιον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

Quos Cicero de officiis lib. 3. scribit semper Cæsarem in ore habuisse, & sic ipse convertit:

Nam si violandum est jus, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Sane qui reges merentur vocari, ut cum Satyrico loquar:

——— *Numero sunt vix totidem quot*
Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili.

Nos verò tyrannidem perosi ab alieno regno pedem referamus, & nostri ab Stephano traditi, quæ restant civitates percurramus, dulci rerum humanarum ludribio sedem constituentes ΩΦΙΝ, quemadmodum Thrasyllus Æxonensis amabili insania Piræeum.

97 Τύσκλος, πόλις Ἰταλίας, &c.] Tysclos, urbs Italiæ, quæ & Tysclanon. Sic Græcis dicitur quod Latinis Tusculum & Tusculanum, ut & alia ejusdem farinæ, Ἄσκλον, Κάτλαν, Λέντλος, Κάτλος, i. e. *Asculum, Castulo, Lentulus, Catulus.* Fuit autem Tusculanum, Italiæ urbs, centum stadiis à Roma distans. Dionys. Halicarnassensis Antiquit. Romanæ lib. 10. Ἐπὶ πόλιν ἀφικνεῖται Τυσκλανῶν, ἣ ἐστι μὲν ἀπὸ Λατίνων ἔθνους, ἀφέστηκε δὲ τῆς Ῥώμης σχεδὸν ἑκατὸν σταδίων ἐκείνην. i.e. *Ad urbem perveniunt Tusculanorum, quæ est Latinorum gentis, haud minus stadiis centum à Roma dissitam.* Strabo lib. V neut. gen. usurpat: Ἐν ὀφθῇ δ' εἰσὶ τοῖς ὑπὲρ

ΤΥΦΡΗΣΤΟΣ[98], πόλις τ Τραχῖν, ὀνομασθεῖσα ἀπὸ τ τέφρας Ἡρακλέους, ἢ ἀπὸ Τυφρηστοῦ, ὑὸς Σπερχειοῦ. Τὸ ἐθνικὸν, Τυφρήστιος· Καὶ τὸ ἐθέτερον. Παρθένιος, Τυφρήστιον ἔπος· [99] Καὶ ὄρος, Τυφρηστός. A B

TYPHRESTUS, urbs Trachinis, dicta ab Herculis cinere, vel à Typhresto Sperchii filio. Gentile, Typhrestius. Et neutrum, Parthenius, Typhrestium verbum vel carmen. Et mons Typhrestus masc. gen.

ΤΥΧΗ[1], πόλις Σικελίας, πλησίον Συρακουσῶν. Ἔφορος ἐν δυοκαιδεκάτῳ, νῆσον Τυχίαν φησὶν. Ἔστι ἢ καὶ Τυχαῖον, ὄρος μεταξὺ Ἐρετρίας καὶ Βοιωτίας. Τὸ ἐθνικὸν τ Τύχης, Τυχαῖος. C

TYCHE, urbs Siciliæ, prope Syracusas. Ephorus lib. 12. insulam Tychiam inquit. Est etiam Tychæum, mons inter Eretriam, & Bœotiam. Gentile, Tychæ, Tychæus.

Ῥώμη Τίβερί τε καὶ Πραίνεστος καὶ Τοῦσκλον. i.e. *In conspectu Romæ sunt Tibur, Præneste, Tusculum.* Ac paulo post: Ἐπὶ ταύτης ἢ τὸ Τοῦσκλον ἵδρυται, πόλις ἐ φαύλως κατεσκευασμένη· κεκόσμηται δὲ ταῖς κύκλῳ φυλείαις καὶ οἰκοδομίαις, καὶ μάλιστα ταῖς ὑποπιπτούσαις ἐπὶ τὸ κοῖλον τῶν Ῥωμαίων μέρος· τὸ γὰρ Τοῦσκλον ἐντεῦθά ἐστι λόφος ὑψηλὸς καὶ ἔνυδρος, κορυφὴν μὲν ἥρεμα πολλαχοῦ, καὶ δεχόμενος βασιλείων καλῶς κατεσκευασμένας οἰκοπεδείας. i. e. *In hoc dorso Tusculum est positum, urbs non male constructa. Exornata est plantariis & ædificiis, maxime qua parte Romam prospicit. Ibi enim Tusculum sedet collis, terræ bonitate & aquarum copia præclarus, qui multis partibus sensim attollitur, & habet regia ædificia pulcherrime exstructa.* Conditam à Telegono Ulyssis ex Circe filio tradunt. Quare Horat. Carm. lib. III. odâ XXVIII. eam vocat *Telegoni juga patricidæ.* Ad quem locum ita ejus vetus commentator: *Tusculum civitas est, in jugo montis constituta. Hanc significat nomine conditoris. A Telegono enim Circes filio, fundata est qui per ignorantiam patrem suum Ulyssem interemit.* Ovid. Fastorum lib. 3.

Inter Aricinos Albanaque tempora constat
Factaque Telegoni mœnia celsa manu.

Fuit municipium Rom. Porcio Catone municipe clarum, teste Probo in ejus vita, ad quod alludit Silius lib. VII.

At Cato tum primâ sparsus lanugine malas:
Quod peperêre decus Circæo Tusculæ dorso
Mœnia, Laërtæ quondam regnata nepoti.

Silius vocat nepotem, quem alii, filium Ulyssis. Prope Tusculanum fuit Ciceronis villa, eodem nomine insignita, cujus ipse & alii meminere, à qua inscripsit *Tusculanarum quæstionum* libros, qui omnium manibus teruntur, quæ villa prius fuerat L. Syllæ, autore Plinio lib. 22. c. 6.

98 Τυφρηστὸς, πόλις τ Τραχῖν.] Typhrestus, urbs Trachinis. Memoratur Etymologici scriptori in extrema parte Menaliæ, apud quem pro Μενελίας puto scribendum Μαινελίας, quæ erat regio Mænali Arcadici oppidi, cujus meminit Pausan. in Arcadicis.

99 Καὶ ὄρος Τρηστός.] Typhrestus etiam est mons, scilicet Phthiotidis regionis, seu Trachiniæ, ut apparet ex Strabonis lib. 9. cui *Tymphrestus* dicitur, unde Sperchius amnis oriebatur: Περὶ ἢ Τραχῖν εἴρηται ὁποῖά τις, καὶ ὁ ποιητὴς καλουμένη· Ἣ ἢ Σπερχειὸν μεμνημένος πολλάκις ὡς ἐπιχωρίου πόλεμον τὸν πηγὰς ἔχοντος ἐκ Τυμφρηστοῦ. i. e. *De Trachine dictum est qualis sit, & Poëta nominat. Sperchii verò meminit sæpe, ut ejusdem regionis fluvii, qui de Tymphresto oritur.*

1 Τύχη, πόλις Σικελίας, &c.] Tyche, urbs Siciliæ, prope Syracusas. Erat pars quædam Syracusarum, sic dicta quod in ea esset templum Fortunæ, quam Græci *Tychen* vocant, de qua vide quæ in *Syracusæ* annotavimus.

Υ. Y.

ΥΑΙΑ[1], πόλις Λοκρῶν Ὀζολῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ὑαῖος· Θουκυδίδης τρίτῃ.

ΥΑΜΕΙΑ[2], πόλις Μεσσηνίας, B τῶν πέντε μία. Ὁ πολίτης, Ὑαμείτης, διὰ διφθόγγου.

ΥΑΜΙΟΝ, πόλις Τρωϊκή. Τὸ ἐθνικὸν Ὑάμιος, ὡς Βυζάντιος· Καὶ Ὑάμιος, ὡς Δουλιχιεύς. C

YÆA, urbs Locrorum Ozolarum. Gentile, Hyæus, Thucyd. lib. 3.

HYAMIA, urbs Messeniæ, una ex quinque. Civis, Hyameites per diphthongum.

HYAMION, urbs Troiana. Gentile, Hyamius, ut Byzantius. Et Hyamieus, ut Dulichieus.

ΥΑΜ-

HYAM-

1 Ὑαία, πόλις Λοκρῶν Ὀζολῶν.] Hyæa, urbs Locrorum Ozolarum, ex Thucydidis lib. 3. apud quem non urbs, sed vicus nomine *Palis*, quod nominis Græce *urbem* sonat, dicitur: Καὶ Ὑαῖοι τὸν ἔδοσαν ὁμήρους, πρὶν αὐτῶν εἷλον κώμην, Πόλιν ὄνομα ἔχουσαν. i. e. *Hyæi verò non dederunt obsides, priusquam ceperunt* [hostes] *vicum eorum*, Polin *nomen habentem.* Noster ab Ὑαῖοι finxit Ὑαία urbis nomen. Apud quem pro Ὀξολῶν legendum Ὀζολῶν, sic enim Locri vocabantur.

2 Ὑάμεια, πόλις Μεσσήνης, &c.] Hyamia, urbs Messenes, una de quinque. Quænam fuerint hæ quinque urbes ingenue fateor, me nescire. Namque, tametsi apud Strabonem libro octavo, Ephorus inquit, Cresphontem divisisse Messenem in quinque urbes, eas non nominat. At Hyamia memoratur Pausaniæ in Messenicis, apud quem Ὑάμια per *jota* in penultima scribitur.

3 Ὑάμε-

Υ Α'ΜΠΟΛΙΣ [3], πόλις Φωκίδος. Ο Α οἰκήτωρ, Υαμπολίτης.

HYAMPOLIS, urbs Phocidis, incola, Hyampolites.

Υ Α'ΝΤΕΣ [4], ἔθνος περὶ Ἀλαλκομενίαν. Λέγονται καὶ Υάντιοι· καὶ Υάντιος, καὶ Υαντία, καὶ Υάντινοι, καὶ Υαντίνη γλυκῶς· Ἔστι καὶ Υαντία πόλις Λοκρῶν.

HYANTES, gens circa Alalcomeniam. Dicuntur etiam Hyantii, & Hyantius. Et Hyantia, & Hyantini, & Hyantina fœminеum. Est etiam Hyantia, urbs Locrorum.

Υ Α'ΠΕΙΑ, πόλις Φωκίδος, ἀπὸ Υάπος. Ο πολίτης, Υαπεύς.

HYAPEA, urbs Phocidis, ab Hyapo. Civis, Hyapeus.

Υ Α'ΣΙΣ [5], πόλις Λιβύης. Λέγεται καὶ Οὔασις· καὶ ὁ πολίτης, [6] Οὐασίτης, ὁ ποιητὴς Σωτήριχος, καὶ ὁ τὰ πάτρια γεγραφώς. Ο πολίτης, Υασίτης.

HYASIS, urbs Libyæ. Dicitur etiam *Oasis*. Et Civis, Oasites, Poëta Soterichus, & qui patria scripsit. Civis, Hyasites.

Υ Β Α, ὕτως ὁ δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Τινὲς δὲ τὸ δῆμον Υβάδας λέγουσι. Τὰ τοπικὰ, ἐξ Υβάδων, εἰς Υβάδων, ἐν Υβάδων.

HYBA, sic populus Leontidis tribus. Aliqui verò populum *Hybadæ* dicunt. Et localia, ex Hybadarum, ad Hybadarum, in Hybadarum.

Υ Β Ε'Λ Η, πόλις περὶ Καρχηδόνα· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Υβελίτης.

HYBELE, urbs circa Carthaginem. Hecatæ. Asia. Gentile, Hybelites.

Υ Β Λ Α Ι [7], τρεῖς πόλεις Σικελίας· Ἡ μείζων, ἧς οἱ πολῖται Υβλαῖοι· Ἡ μικρὰ, ἧς [8] οἱ πολῖται Γαλεῶται, Μεγαρεῖς· [9] Ἡ δὲ ἐλάττων, Ἥρα καλεῖται. Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας. [10] Τὴν Υβλαν, *ἀπὸ Υβλας τοῦ βασιλέως. Διὰ τοῦτο πολλὰς Υβλας καλεῖσθαι τῶν Σικελῶν πόλεων. Τὰς ἐνοικοῦντας, Μεγαρέας ἐκάλουν. [11] Μία δέ τις Υβλων Τίελλα καλεῖται, ὡς Φίλιστος περὶ τῶν Σικελικῶν.

HYBLÆ, tres urbes Siciliæ. Major, cujus cives Hyblæi. Parva, cujus cives Galeotæ, Megareis. Minor verò, *Hera* vocatur. Est etiam urbs Italiæ. Hyblam, ab Hyblo rege propter hoc multæ *Hyblæ* vocantur Sicularum urbium. Habitantes, Megarenses vocabant. Una autem ex Hyblis *Tiella* vocatur, ut Philistus rerum Sicularum quarto.

Υ Γ Α Σ Σ Ο Σ, πόλις Καρίας, ὡς Βύβασσος, Καρύασσος. Τὸ ἐθνικὸν Υγασσεύς, ὡς

HYGASSUS, urbs Cariæ, ut Bubassus, Caryassus. Gentile, Hygassius, ut Bubassius.

3 Υάμπολις, πόλις Φωκίδος.] Hyampolis, urbs Phocidis. Prius *Hyantampolis* dicebatur, quippe quæ habitata fuit ab Hyantibus, qui Cadmum & ejus exercitum fugientes huc pervenere, postea *Hyampolis*, contracto nomine appellata fuit; eam Xerxes incendit, Philippus solo æquavit, aliquibus tantum ædificiis relictis, in qua Adrianus Imp. porticum erexit à se nomine impositò; ejus oppidani Dianam præcipuo cultu venerabantur, cujus templum bis tantum per singulos annos religione quadam aperiebatur, referente Pausania in Phocicis. Ptolemæus lib. 3. c. 15. inter Bœotiæ mediterraneæ urbes numerat. Eam quoque celebrat Stat. Theb. lib. VII.

Et valles, Lebadea, tuas & Hyampolin acri
Subnixam scopulo.

4 Υάντες, ἔθνος περὶ Ἀλαλκομενίαν.] Hyantes, gens circa Alalcomeniam. Alalcomenia verò fuit urbs Bœotiæ, quæ *Alalcomenion* dicitur auctori nostro, suo loco, igitur Hyantes, seu Hyantii, utroque enim modo dicebantur, fuere Bœotiæ populi, qui ex Bœotia in Hyampolin ejecti fuere, ut tradit Strabo lib. 9. Memorantur etiam Plinio lib. 4. c. 7. Quare ab Ovidio Met. lib. 3. *Hyantius* sumitur pro *Bœotius*.

Quem juvenes placido per devia lustra vagantes,
Participes, operum compellat Hyantius ore.

Actæonem Cadmi nepotem intelligit.

5 Υάσις, πόλις Λιβύης.] Hyasis, urbs Libyæ. Quæ *Oasis* etiam dicitur. Eam honoravit ortu suo Apio grammaticus, & Soterichus Poëta, exsilio Juvenalis, de qua vide quæ in Αὐασὶς annotavimus, eadem enim fuit urbs. Nihil obstat, quod auctor noster in Λύασις eam Ægypto, in hac sectione Libyæ assignet, puta fuisse in utriusque confinio. Ptolemæo lib. 4. c. 5. duæ celebrantur hujus nominis urbes, parva & magna.

6 Οὐασίτης, &c.] Civis Oasis civitatis dicebatur *Oasites* sic nuncupatur Soterichus Poëta epicus apud Suidam, sed perperam scribitur ὁ ἀσίτης pro Οὐασίτης.

7 Υβλαι, τρεῖς πόλεις Σικελίας.] Tres Hyblæ, Siciliæ urbes celebrantur, major, parva, minor; major Hybla sedebat inter Ætnam montem & Symethum amnem, parva, sive Galeotis, cujus oppidani Galeotæ, & Megarenses, posita erat inter Syracusas & Leontinos; minor verò inter Gelam & Pachynum promontorium, quæ *Heræa* quoque dicta fuit, ut clarescit ex Cluv. Siciliæ Antiquæ lib. 2. c. 10. mel Hyblæum à nulla harum urbium denominatur, sed ab Hybla ejusdem Siciliæ monte, de quorum etymo adeundus Bochart. Geogr. Sacræ lib. 1. c. 28, & 29.

8 Οἱ πολῖται Γαλεῶται, Μεγαρεῖς.] Cives, Galeotæ, Megarenses. Parva Hybla cognomine *Galeotis*, immigrantibus in eam Græcis Megarensibus, *Megara* dicta fuit; ideo ejus oppidani *Galeotæ*, & *Megarenses* dicebantur, ut apparet ex ejusdem Cluverii libro, nota proxime præcedenti citato, de Galeotis autem vide quæ suo loco annotavimus.

9 Ἡ δὲ ἐλάττων, Ἥρα καλεῖτο.] Minor verò Hybla, *Hera*, i. e. *Juno* vocabatur. Lege Ἡρεία *Heræa*, i. e. *Junonia*, ut optime correxit Cluv. libro modò dicto.

10 Τὴν Υβλαν * ἀπὸ Υβλας, &c.] Corruptus & mutilus locus, quem corrigit Cluv. Sic. Antiquæ lib. 2. c. 10. sed frustra laboravit; pro Υβλας legendum Υβλωνος. Sic enim scribitur apud nostrum in Μέγαρα.

11 Μία δέ τις Υβλων Τίελλα, &c.] In his verbis pro Τίελλα legendum puto Στίελλα, cujus meminit suo loco.

ὡς Βυβάστιος. Λέγεται καὶ Ὑγάσσειον πεδίον διὰ διφθόγγου, ἀφ' οὗ καὶ Ὑγασσεύς. A

basſius. Dicitur etiam *Hygaſſeius campus* per diphthongum, à quo etiam Hygaſſeus.

Ὑδάρκαι [12], ἔθνος Ἰνδικόν, ἀνθιπαξάμενον Διονύσῳ, ὡς Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτῳ. B

HYDARCÆ, gens Indiæ, quæ Libero Patri in prœlio ſe oppoſuit, ut Dionyſius rerum Baſſaricarum tertio.

Ὕδη [13], πόλις Λυδίας, ἐν ᾗ ᾤκει Ὀμφάλη, δωσαμένου Λυδῶν, Ἰορδάνου θυγατρὸς, ὡς Ἀπολλώνιος Καρικῶν πέμπτῳ. Ὅμηρος δὲ διὰ δύ λ.

Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων. C

HYDE, urbs Lydiæ, in qua habitabat *Omphale* Lydorum regina, Jordani filia, ut Apollonius Caricorum lib. 4. Homerus per *l.*

Coriariorum præſtantiſſimus Hylæ ædes habitans.

Τὸ ἐθνικὸν, Ὑδαῖος. Λέανδρος δὲ ὁ Νικάνορ φιλοθήσιν ἐν μετονομασίαις τὴν αὐτὴν Ὕδην, καὶ Σάρδεις φησίν.

Gentile, Hydæus. Leander Nicanor exponit in *Metonomaſiis* eamdem *Hydam*, & *Sardeis* vocat.

Ὑδισσός [14], πόλις Καρίας, ἀπὸ Ὑδίσσου παιδὸς Βελλεροφόντου καὶ Ἀστερίας, θυγατρὸς Ὑδέως, ὡς Ἀπολλώνιος Καρικῶν πέμπτῳ. Ἐξ ὧν ἐγεννήθη Ὕδις. Ἐξ οὗ καὶ ἡ πόλις Ὑδισσός. Ὁ πολίτης, Ὑδισσεύς, ὡς αὐτὸς Ἀπολλώνιός φησιν. D

HYDISSUS, urbs Cariæ, ab Hydiſſo filio Bellerophontis, & Aſteriæ, Hydei filiæ, ut Apollonius Caricorum lib. 3. Ex quibus natus eſt Hydis. Ex quo urbs Hydiſſus. Civis, Hydiſſeus, ut idem Apollonius inquit.

Ὕδρα [15], νῆσος Λιβύης, πρὸς Καρχηδόνα, ὡς Ἔφορος πέμπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ὑδραῖος, ἢ Ὑδρεάτης. E

HYDRA, inſula Libyæ, circa Carthaginem, ut Ephorus lib. 5. Gentile, Hydræus, vel Hydrates.

Ὑδραμία, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων ὁ τὰ Κρητικὰ γράψας. Οἱ πολῖται, Ὑδραμιεῖς, ὡς Μεγαρεῖς. F

HYDRAMIA, urbs Cretæ, ut Xenio, qui Cretica ſcripſit. Cives, Hydramieis, ut Megareis.

Ὑδρέα [16], νῆσος πρὸς τῇ Τροιζηνίᾳ Εὐκαλίᾳ Εὐρώπη. Τὸ ἐθνικὸν, Ὑδρεάτης. Οὕτω γὰρ ἐχρημάτισεν [17] Εὐάγης Ὑδρεάτης, κωμῳδίας ποιητὴς, ὡς Διονύσιος εἰκοστῷ τρίτῳ τῶν μυστικῆς ἱστορίας. Ἦν δὲ ὁ Εὐάγης ποιμὴν τὸ γράμματα δηλαδὴ, καὶ τὰ ἄλλης παιδείας ἄπειρος, ποιητὴς δὲ ἀγαθὸς κωμῳδιῶν. G

HYDREA, inſula juxta Trœzenem. Hecatæ. Europa. Gentile, Hydreates. Sic enim nominabatur *Euages. Hydreates* Comœdiæ Poëta, ut Dionyſius lib. 23. muſicæ hiſtoriæ; *Erat autem Euages paſtor quidam ſine-litteris ſcilicet, ac omnis eruditionis expers, comœdiarum autem Poëta optimus.*

Ὑδρηλᾶ [18], τὸ Καρίας· Ἐρατοσθένης τριακοστῷ τρίτῳ Γαλατικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Ὑδρηλεύς. H

HYDRELA Cariæ, Eratoſthenes Galaticorum 33. Gentile, Hydreleus.

Ὕδρους,

HYDRUS,

12 Ὑδάρκαι, ἔθνος Ἰνδικόν.] Hydarcæ, gens Indica. Memorantur Straboni lib. xv. cui *Hydracæ* dicuntur. Πέρσας δὲ μισθοφόρους μᾶλλον ἢ τοὺς Ἰνδικοὺς μεταπέμψασθαι Ὑδρακάς. i. e. *Perſas verò mercenarios quidem ex India acciviſſe Hydracas.*

13 Ὕδη, πόλις Λυδίας, &c.] Hyde, urbs Lydiæ, quæ ab Homero Il. VII. v. 221. ubi legitur verſiculus ille, quem noſter affert, per *l* ſcribitur. Ad quem locum ſic Euſtathius: Ὕλη δὲ νῦν πόλις Βοιωτίας, περὶ ἧς καὶ παρεγράφη ἀλλαχοῦ τε καὶ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ. Τινὲς δὲ γράφοντες Ὕδην λέγουσιν, ὅτι ὁ, φασὶ πόλιν εἶναι Ὕδην, ἐν ᾗ ὠκει Ὀμφάλη, βασίλειον Λυδῶν, τὴν νῦν Σάρδεις. id eſt: *Hyle verò nunc urbs Bœotiæ, de qua præſcriptum eſt alibi & in Bœotia. Nonnulli ſcribentes Hyden per d, dicunt, urbem eſſe Hyden, in qua habitabat Omphale, regiam Lydorum, nunc Sardeis.* Idem eodem loco priorem ſententiam ſequitur.

14 Ὑδισσὸς, πόλις Καρίας.] Hydiſſus, urbs Cariæ. Memoratur Ptolemæo lib. v. c. 11. Ejus oppidanos Hydiſſenſes celebrat Plin. lib. v. c. xxix.

15 Ὕδρα, νῆσος Λιβύης, πρὸς Καρχηδόνα.] Hydra, inſula Libyæ, circa Carthaginem. Celebratur Ptolemæo lib. IV. c. III. cui Ὕδρας νῆσος, i. e. *Hydras inſula* dicitur.

16 Ὑδρέα, νῆσος, &c.] Hydrea, inſula ſecus Trœzenem. Memoratur Pauſaniæ lib. 2. Πρόκειται δὲ Βαπόρθμου νῆσος Ἀπεροπία καλουμένη· τὸ δὲ Ἀπεροπίας ἀφέστηκεν ὀλίγον, ἑτέρα νῆσος Ὑδρέα. i. e. *Facet ante Buporthmum inſula Aperopia nomine. Ab Aperopia verò non longè abeſt, alia inſula Hydrea.* Perperam apud Pauſaniam ſcribitur Ὑδρέα pro Ὑδρέα, quam lectionem affirmat Alphabetica ſeries apud Stephanum.

17 Εὐάγης, &c.] Hujus Poëtæ Comici memoriam Stephano acceptam referre debemus, nemo omnium ejus meminit. Nam Gyraldus, & Voſſius ex noſtro deſumpſere.

18 Ὑδρηλᾶ, τὸ Καρίας.] Hydrela, Cariæ. Scilicet ab Hydrelo condita & nomen ſortita, ex qua & aliis duabus, deficientibus oppidanis condita fuit Nyſa, auctore Strabone lib. 14. Ἱστοροῦσι δὲ τρεῖς ἀδελφοὺς, Ἀθυμβρόν τε, καὶ Ἀθύμβραδον, καὶ Ὑδρηλον ἐλθόντας εἰς Λακεδαίμονα, τοὺς ἐπωνύμους ἑαυτῶν κτίσαι πόλεις· λειπομένης δὲ ὕστερον· ἐξ ἐκείνου δὲ συνοικισθῆναι τὴν Νύσαν. i. e. *Memoriæ traditum eſt, veniſſe Lacedæmone tres fratres, Athymbrum, Athymbradum, atque Hydrelum, & urbes condidiſſe ſibi cognomines, deficiente verò civium numero; ex eis conditam fuiſſe Nyſam.* Ex quibus apparet Abr. Ortelium, virum alioqui eruditiſſimum oſcitanter legiſſe Strabonem, ex quo inquit in v. *Hydrela* in ſuo Theſauro Geographico, *Hydrela; Cariæ urbs, quæ poſtea Nyſa vocata fuit.* Cariæ partem quamdam *Hydrelam* appellatam prodit Liv. lib. 37. c. 56. *Et nominatim Magneſiam ad Sypilum, & Cariam, quæ* Hydrela *appellatur, agrumque Hydreletanum ad Phrygiam vergentem, &c.*

19 Ὑδρεῖς

Υ̓ΔΡΟΥ̓Σ [19], φρούριον Χερσονησικῶς. Θεόπομπος τριακοστῷ ἐνάτῳ Φιλιππικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Υ̓δρούντιος, ὡς Σελινούντιος. Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Υ̓δρουσαῖος, καὶ Υ̓δρούσιος.

A HYDRUS, castellum, mascul. gen. Theopompus Philippicor. lib 39. Gentile, Hydruntius, ut Selinuntius. Est etiam urbs Italiæ. Gentile, Hydrussæus, & Hydrussius.

B

Υ̓ΗΤΤὈΣ, κώμη Βοιωτίας, ἀπὸ Υ̓ήττου ἀνδρὸς Ἀργείου. Λέγεται καὶ Χερσονησικῶς. Ὠνόμασται δ' ὕττω, διὰ τὸ καθύειν σφοδροῖς ὄμβροις. Τὸ ἐθνικὸν Υ̓ήττιος, ὡς Υ̓μήττιος. Τινὲς δὲ τὸν Ἀσπληδόνα Υ̓ήττιον ἐκάλεσαν.

HYETTUS, vicus Bœotiæ ab Hyetto viro Argivo. Dicitur etiam mascul. gen. Sic verò nominatus fuit, quod vehementibus imbribus compluatur. Gentile, Hyettius, ut Hymettius. Aliqui *Aspledonem Hyettum* vocavere.

C

Υ̓ΘΜΙΤΑΙ, ἔθνος πρὸς Λιβυρνοῖς καὶ Συωπίοις, ὡς φησιν Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

HYTHMITÆ, gens prope Liburnos, & Syopios, ut inquit Hecatæus. Europa.

D

Υ̓ΚΚΑΡΟΝ [20], πόλις Σικελίας, ὡς φίλιστος Σικελικῶν πρώτῳ. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν δευτέρῳ χρονικῶν, πόλιν λέγει αὐτὴν τὰ Υ̓κκαρα. [21] Μέμνηται τοῦ λέξεως καὶ Θουκυδίδης. Υ̓κκαρα δέ, πόλισμά ἐστι τῆς Σικελίας, [22] ἔνθεν φασὶ ἡρέσθαι καὶ Λαΐδα τὴν ἑταίραν. Τὸ ἐθνικὸν Υ̓κκαρεύς, καὶ κτητικὸν Υ̓κκαρικός.

E HYCCARON, urbs Siciliæ, ut Philistus Sicularum rerum primo. Apollodorus Chronicorum secundo, eamdem urbem vocat *Hyccara* neut. gen. Meminit hujus nominis & Thucyd. Hyccara verò est oppidum Siciliæ, ubi meretricem *Laidem* natam ajunt. Gentile, Hyccareus, & possessiv. Hyccaricus.

Υ̓ΛΕΑ [23], χώρα Ποντικὴ, Ἀβικὴ λεγομένη. τὴν ἐστιν Υ̓λαία. Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Πόντου.

F HYLEA, regio Pontica, *Abice* dicta, hoc est *Sylvestris*. Alexand. in de Ponto.

Υ̓ΛΑΜΟΙ [24], πόλις Λυκίας, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ ἐν δευτέρῳ περὶ Λυκίας. Εἶτα Διονύσιος φησὶ Τάβερμιν καὶ Τέρμερμιν δύο ἀδελφὰς γῆμαι, καὶ γυναῖκας δέκα ἄρρενας ἑκάτερον. Υ̓λάμους δὲ τοὺς ρ * τοὺς φασι. Τὸ G ἐθνικὸν, Υ̓λαμίτης.

HYLAMI, urbs Lyciæ, ut Alexander polyhistor in secundo de Lycia. *Deinde Dionysius inquit, Tuberin, & Termerin duabus sororibus nupsisse, atque ex eis utrumque decem mares genuisse, Hylamos verò* * ajunt. Gentile, Hylamites.

Υ̓ΛΗ,

HYLE,

19 Υ̓δροῦς, φρούριον, &c.] Hydrûs, untis, castellum. Cujus regionis fuerit castellum, divinandum lectori relinquit; ejus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio. Hujusmodi nomina quæ apud Græcos contrahuntur in οῦς à terminatis in ους frequentius apud Latinos in *untum* finguntur, tamquam à genitiv. οῦντος deducta, ut Σιλινοῦς, οῦντος; Selinuntum, Opuntum, sic Hydruntum. Dicit etiam auctor noster Hydruntum esse Italiæ urbem, quæ vulgò *Otranto* vocatur, olim oppidulum obscurum, auct. Strabone lib. vi. nunc insignis urbs, cum portu, in regno Neapolitano, sub Hispanorum ditione, à qua tractus ille totus Italis dicitur *Terra d'Otranto*. De ejus conditoribus altum est apud auctores silentium. Memoratur inter alios Plin. lib. 3. c. 11. *Promontorium, quod* Acran Japygiam *vocant. Ab eo Basta oppidum, & Hydruntum decem ac novem millia passuum, ad discrimen Ionii & Adriatici maris, quà in Græciam brevissimus transitus.* Anno CIↃCCCCXX c. à Turcis captum est, deinde ab Alphonso Arragonio receptum, ut refert Leander Albertus in *Salentinorum regione*.

20 Υ̓κκαρον, πόλις Σικελίας.] Hyccaron, urbs Siciliæ. Ejus conditores profunda caligine teguntur; Niciæ verò fuit eversor, auctore Plutarcho in Nicia: Καὶ τέλος εἰς Καμάριναν ἀπῆλθε, πεζὰς ὁδοὺς ἡ κολυμβητικὴ Υ̓κκαρα, βαρβαρικὸν χωρίον. i. e. *Ac denique Catanam se recepit, nullâ aliâ re gestâ, nisi quod Hyccara, Barbaricum oppidulum evertit.* Ruinæ adhuc conspiciuntur, ut memoriæ dedit Fazellus Decad. 1. lib. VII. cap. VI. *Cujus ruinæ prorsus jacentes adhuc exstant loco* Garbolangi *vocitato; ubi turris superstructa hodie est, thynnorumque captura. Perseverat autem prisci nominis id tantummodò vestigium, quod locus ille* Murus Carinis *appellatur, ab antiquo procul dubio derivatum.* Vulgò incolis dicitur *Muro di Carini*, quod haud dubie antè dicebant, *Murò d' Iccarini*, censore Cluverio Sic. Antiquæ lib. 2. c. 2. Hyccarum autem appellatum esse inquit Timæus apud Athenæum lib. 7. quod illic pisces invenerint *hyccas*, nomine, à quibus nomen urbi impositum fuerit.

21 Μέμνηται τοῦ λέξεως, &c.] Meminit nominis Hyccarorum Siciliæ urbis Thucydides. scilicet lib. 6. Καὶ ἐν τῷ παραπλοῦ αἴρεσιν Υ̓κκαρα, πόλισμα Σικανικὸν μέν, Ἐγεσταίοις δὲ πολέμιον· ἐλὼν δὲ καὶ ἀνδραποδισάμενος. i. e. *Et in præternavigatione capiunt Hyccara, oppidum Sicanicum quidem, sed Egestæis hostile. Erat autem maritimum.*

22 Ἔνθεν φασὶ ἡρέσθαι, &c.] Unde fuisse ajunt & *Laidem* meretricem. Videtur auctor noster respexisse verba Plutarchi in Nicia, qui tradit, Laidem adhuc virginem inter captivos Hyccarorum divenditam & in Peloponnesum deportatam: Ὅθεν λέγεται καὶ Λαΐδα τὴν ἑταίραν ἔτι κόρην, ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις πεπρᾶσθαι, εἰς Πελοπόννησον κομισθῆναι. i. e. *Unde dicunt & Laidem meretricem adhuc virginem, inter captivos divenditam, in Peloponnesum deportatam fuisse.* De qua meretrice contenderunt nonnullæ civitates, tamquam de Homero.

23 Υ̓λέα, χώρα Ποντική.] Hylea, regio Pontica. Memoratur Herodoto lib. 4. cui Υ̓λαίη cum diphthongo scribitur. Plinio lib. 4. c. 12. *Hyleum mare* celebratur.

24 Υ̓λαμοι, &c.] Hylami, urbs Lyciæ. Nemo omnium celebrat hanc Lyciæ urbem. Aldinus codex habet Υ̓λαβοι, pro quo stat literarum series.

Υ᾽ΛΗ [25], πόλις Κύπρε, ἐν ᾗ Α᾽πόλλων Α
τιμᾶται Υ᾽λάτης. Λυκόφρων,

Καὶ Σάτραχον βλώξαντες, Υ᾽λάτα τε γλῶ.

Ε᾽στι καὶ πόλις Λοκρῶν τῶν Ο᾽ζολῶν, ἧς τὸ ἐθνικὸν Υ᾽λαῖος. [26] Δῆλον δ᾽ὅτι καὶ Βοιωτίας ἐστὶν ἡ Β
Υ᾽λη. Ο᾽μηρος,

Οἵ τ᾽ Ε᾽λεῶν εἶχον, ἠδ᾽ Υ᾽λίην, καὶ Πετεῶνα.

Εἰρῆσθαι δ᾽ αὐτὴν ἀπὸ Υ᾽λης τῆς Θεσπίεως, ἤτοι Υ᾽λώδης ἐστί. [27] Καὶ Υ᾽λη χωρίον, μεταξὺ τῆς C
Σαβίνων καὶ Ρ᾽ωμαίων πόλεως.

Υ᾽ΛΑΑ᾽ΡΙΜΑ [28], πολίχνιον Καρίας, ὑπὲρ Θεστροτονικίας· Ο᾽θεν ἦν Ἱεροκλῆς, ὁ ἀπὸ ἀθλήσεων ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀφικόμενος. Ο᾽πολίτης, Υ᾽λαερμεύς. D

Υ᾽ΛΛΕΙ᾽Σ [29], ἔθνος Ἰλλυρικὸν, ἀπὸ Υ᾽λλου τοῦ Η᾽ρακλέους καὶ Μελίτης τῆς Αἰγαίου τοῦ ποταμοῦ, ὡς Α᾽πολλώνιος τετάρτῳ Α᾽ργοναυτικῶν. [30] Ε᾽στι καὶ πόλις Υ᾽λλη, ὡς αὐτός φησι. Τὸ ἐθνικὸν, Υ᾽λλεύς· Καὶ θηλυκὸν, Υ᾽λληΐς. E
Καὶ ὧδε Καλλιμάχῳ Υ᾽λλὶς Υ᾽λλίδος, ἀπὸ Α᾽ργείας μιᾶς τῶν νυμφῶν. Η᾽ ἀπὸ Υ᾽λλου τοῦ Η᾽ρακλέους καὶ Δηϊανείρας. Ε᾽στι δ᾽ὡς Φωκὸς Φωκεὺς, Αἰόλος Αἰολεὺς, ὕτως Υ᾽λλος Υ᾽λλεύς. Α᾽πολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γῆς δευτέρῳ· Υ᾽πὲρ ἧς τὰς Υ᾽λλας Λιβυρνοὶ, καί τινες Ἴδροι λεγόμενοι Θρᾷκες. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Υ᾽λλις. [31] Πρόκειται χερρόνησος ἡλίκη μάλιστα πελοποννήσου, ὡς φασι, πενταικαίδεκα πόλεις ἔχουσα παμμεγέθεις οἰκισμάς. Ε᾽στιν Υ᾽λλις καὶ G
Φυλὴ Α᾽ργους, καὶ Δωριέων, καὶ Τροιζηνίων. Ο᾽ φυλέτης, Υ᾽λλεύς. Χαράξ θ᾽, Καὶ Παμφύλιοι καὶ Υ᾽λλεῖς.

Υ᾽ΛΛΟΥ᾽ΑΛΑ, δῆμος Καρίας. Α᾽πολλώνιος ἑκκαιδεκάτῳ Καρικῶν· Κάρης δὲ τὸν τόπον ἐκεῖνον, ἔνθα Υ᾽λλος ἀπώλετο, Υ᾽λλάαλαν ὠνόμασε, καὶ ἕδος ἐνταῦθα ἐδείματο Α᾽πόλλωνι. Καὶ

HYLE, urbs Cypri, in qua Hylates Apollo colitur. Lycophro:

Et Satrachum profecti, Hylataque terram.

Est etiam urbs Locrorum Ozolarum, cujus gentile, Hylæus Constat. etiam Bœotiæ esse urbem Hylen, Hom.

Quique Eleona habebant, vel Hylen, & Peteona.

Nomen verò sortita est ab *Hyle* Tespiei filia vel quod ὑλώδης, h. e. *sylvestris* sit. Est etiam Hyle oppidum medium inter Sabinorum & Romanorum urbem.

HYLLARIMA, oppidulum Cariæ, supra Thestrotoniciam. Unde erat *Hierocles*, qui ex exercitationibus athleticis ad Philosophiam transiit. Civis, Hyllarimeus.

HYLLEI, populi Illyrici, ab Hyllo filio Herculis, & Melitæ filiæ Ægæi fluvii, ut Apollonius Argonauticorum 4. Est etiam urbs Hylle, ut idem inquit, gentile, Hylleus, & fœmineum, Hyleis. Invenitur quoque apud Callimachum Hyllis, Hyllidis, ab Argeia una Nympharum, vel ab Hyllo Herculis, & Deianiræ filio. Est autem, ut Phocus, Phoceus, Æolus, Æoleus, sic Hyllus, Hylleus, Apollodorus in secundo de terra, *supra Hyllos Liburni, & quidam Istri dicti Thraces.* Et fœmineum, Hyllis, jacet Chersonesus magnitudine maxime Peloponnesi, ut ajunt, quindecim urbes habens maximas & habitatas. Est etiam Hyllis, tribus in Argolide, & in Doride, & in Trœzenia. Tribulis, Hylleus, Charax lib. 9. *Et Pamphylii, & Hyllei.*

HYLLUALA, populus Cariæ, Apollonius quinto Caricorum. Cares autem locum illum, ubi Hyllus periit *Hyllualam* nominavit, & delubrum illic Apollini ædificavit, & nunc adhuc

25 Υ᾽λη, πόλις Κύπρε, &c.] Hyle, urbs Cypti, in qua Apollo colitur Hylates. In cujus confirmationem affert versiculum Lycophronis, ubi ejus Scholiasta inquit: Υ᾽λάτης ὁ Ζεὺς Α᾽πόλλων. Υ᾽λη γάρ ἐστι περὶ τὸν Κάρειον τόπον τῆς Κύπρου, ἱερὰ Α᾽πόλλωνος, ἀφ᾽ ἧς Υ᾽λαῖος ὁ θεὸς προσαγορεύεται. i. e. *Hylatæ verò Apollinis. Hyle enim est circa Carium locum Cypri, sacra Apollini, à qua* Hylaton *deum nuncupant.*

26 Δῆλον, &c.] Inquit, Hylen esse quoque Bœotiæ urbem, ex Homero, cujus affert versum, qui legitur in navium Catalogo, ll. 2. v. 500. ad quem locum nihil notatu dignum, quod nostris observationibus inservire posset, affert Eustathius.

27 Καὶ Υ᾽λη, &c.] Et Hyle, oppidum inter Sabinos & Romanos. Puto fuisse eandem quæ Υ᾽λη, de qua vide quæ in Ελέα, nota 42. 43. 44. 45. annotavimus.

28 Υ᾽λλάριμα, &c.] Hyllarima, oppidulum Cariæ, supra Thestrotoniciam. De hoc oppido & regione magnum est apud alios silentium; ex oppido fuit Hierocles Philosophus; Vossius de Historicis Græcis lib. 3. putat esse eundem, qui Apollonium Thyanæum Christo comparabat.

29 Υ᾽λλεῖς, ἔθνος Ἰλλυρικὸν ἀπὸ Υ᾽λλου, &c.] Hylleis, gens Illyrica ab Hyllo, &c. ex Apollonii Argonauticor. lib. 4. qui illorum meminit libro citato v. 515.

——— Ἐπὶ χθονὶ πείσματ᾽ ἔδησαν Υ᾽λλήων.

——— *In terra funem-nauticum religarunt Hylleorum.*

Ad quem locum sic ejus Scholia: Υ᾽λλήων, ἔθνος περὶ τὸν Ἰλλυρίαν, ἀπὸ Υ᾽λλου τοῦ Η᾽ρακλέους καὶ Μελίτης ὀνομασθέν. i. e. *Hylleorum, gens circa Illyriam, ab Hyllo Herculis ex Melita nominata.*

30 Ἔστι καὶ πόλις Υ᾽λλη, &c.] Est & urbs Hylle, ex eodem Apollodoro. Quam lib. 4. v. 536. vocat Υ᾽λλήϊδα·

——— Ὅδε κεῖθεν ἄνηι Ἀμφὶ πόλιν ἀγανὴν Υ᾽λλήϊδα.

——— *Hic verò occulitur terrâ Circa amœnam urbem Hylleida.*

31 Πρόκειται χερρόνησος, &c.] Hæc peninsula memoratur Plinio lib. 3. c. 22. circuitu c. millium passuum.

32 Α᾽λλα, &c.] Vide Αλάσσανδα.

33 Υ᾽μητ-

Καὶ νῦν ἔτι ὠθεῖ τὸ Ἡρῶον δῆμός ἐστιν Ὑλλάλα λεγόμενος · [32] Ἄλα γὰρ οἱ Κᾶρες τὸ ἵππον ἔλεγον, ὡς καὶ πρότερον εἴρηται. A adhuc juxta Dei templum vicus est *Hylluala* dictus. *Ala* enim Cares *equum* vocant, ut prius dictum est.

Ὑ ΜΗΤΤΟΣ [33], ὄρος τῆς Ἀττικῆς · Τὸ υ μακρὸν, καὶ βραχύ. Ὁ οἰκήτωρ, Ὑμήττιος. B HYMETTUS, mons Atticæ, *τὸ y* psilon est longum, & breve. Incola, Hymettius.

Ὑ ΟΨ, πόλις ἐν Ἰβηρίᾳ χερρονήσου. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ · Μετὰ δὲ Ὑοψ πόλις, μεθ' ἣν Λεσυρὸς ποταμός. Τὸ ἐθνικὸν, Ὑοπος ἀπὸ τῆς γενικῆς. C HYOPS, urbs in Iberia Chersonesi Hecatæ. Europa, *Post verò est Hyops urbs. Post autem Lesyrus fluvius.* Gentile, Hyopus, à genitivo.

Ὑ ΠΑΙΠΑ [34], πόλις Λυδίας, [35] κλιθεῖσα ὑπὸ τὸ παρακείμενον ὄρος, ὑπὸ τὸ Αἶπος. Τὸ ἐθνικὸν, Ὑπαιπηνός. Καλλίκας ἔχειν γυναῖκας τὴν πόλιν, δῶρον Ἀφροδίτης. D HYPÆPA, urbs Lydiæ, condita ad adjacentem montem, ad Ægos. Gentile, Hypæpenus. Pulcherrimas habere mulieres urbem ajunt, donum Veneris.

Ὑ ΠΑΙΛΟΧΙΟΙ, ἔθνος Μολοσσικόν · Ῥίανος ἐν πεζῷ Θεσσαλικῶν. HYPÆLOCHII, populi Molossici. Rhianus rerum Thessalicarum 4.

Ὑ ΠΑΝΑ [36], πόλις τῆς Τριφυλίας, E ὡς Πολύβιος πεζῷ. Τὸ ἐθνικὸν, Ὑπανεύς. HYPANA, urbs Triphyliæ, ut Polybius lib. 4. Gentile, Hypaneus.

Ὑ ΠΑ- HYPA-

33 Ὑμηττὸς, ὄρος τῆς Ἀττικῆς.] Hymettus, mons Atticæ. Jacebat propè Athenas, melle & marmore celebratus. Memoratur inter alios Straboni lib. 9. Τῶν δ' ὀρῶν ἃ ἐν ὀνόματι μάλιστά ἐστιν, ὅ, τε Ὑμηττὸς, καὶ Βελλεροὺς, καὶ Λυκαβηττὸς, ἔτι δὲ καὶ Πάρνης, καὶ Κορυδαλλὸς · μαρμάρου δ' ἐστὶ τὸ Ὑμηττίου καὶ τὸ Πεντελικῆς κάλλιστα μέτοικα πλησίον τοῦ πόλεως · ὁ δὲ Ὑμηττὸς καὶ μέλι ἄριστον ποιεῖ. i. e. *Montium, qui in honore maxime sunt, Hymettus, & Brilessus, & Lycabettus, & Parnes & Corydallus. Marmor Hymettium & Pentelicum pulchertimum effoditur prope urbem. Hymettus verò & mel optimum dat.* Inclaruit etiam Poetarum carminibus. Martial. lib. 7. Epigram. 87.

Pascat & Hybla meas, pascat Hymettos apes.

Idem lib. 11. Epigram. 43. celebrat Hymettia mella:

Mella jubes Hyblæa tibi, vel Hymettia nasci.

Ideo Juvenali Sat. 13. v. 185. dicitur *dulcis*:

——— *Dulcique senex vicinus Hymetto.*

At Silio Italico lib. 2. Cecropius à Cecrope; ac si diceres *Atticus*. Cecropia enim *Attica* vocata est, ut alibi annotavimus:

Aut ubi Cecropius formidine nubis aquosæ
Sparsa super flores examina tollit Hymettos.

Ejus marmoris columnas celebrat Plin. lib. 36. c. 3. *L. Crassus orator primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias.*

34 Ὑπαιπα, πόλις Λυδίας.] Hypæpa, urbs Lydiæ. Memoratur Ptolemæo lib. v. c. 11. Pausan. lib. v. Eam locat Strabo lib. 13. ea parte, qua descenditur à monte Tmolo ad Caystri campos: Ὑπαιπα ἡ πόλις ἐστὶ κατεσκευασμένη ἀπὸ δὲ Τμώλου πρὸς τὸ δὲ Καΰστρου πεδίον. i. e. *Hypæpa verò urbs est descendentibus ab Tmolo ad Caystri campum.* Numero plur. usurpavit Ovid. Met. lib. 11.

Tmolus in ascensu, clivoque extensus utroque
Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypæpis.

Idem de Arachne canit:

Orta domo parva, parvis habitabat Hypæpis.

35 Κλιθεῖσα ὑπὸ τὸ, &c.] In hujus sectionis ultimis verbis, latere mihi videtur lectionis monstrum, quod si non antestat, non cedit τῷ Μαραθωνιομαχαῖ in voce Τελμαῖοι, nec τῷ Πηλώδη & Σεσᾶς νήσῳ, in v. Ταξιανα. Quis enim unquam in Lydia audivit montem *Æpos*, quem, etsi tecum feras ductores, Aphormiensem Tiphyn, Christophorum Columbum Genuensem, Americum Vespusium Florentinum, ac sit tibi licet

——— *Altera, quæ vehat Argo,*

non invenies. Illud lectionis monstrum, ut reliqua profligare conabor, non invita Minerva. Auctor noster inquit; Hypæpam Lydiæ urbem conditam fuisse sub adjacente monte, mons ille nullus alius erat præter Tmolum, ut patet ex lib. 13. Strabonis situm urbis veluti digito ostendentis, cujus verba apposui nota proxime præcedenti. Igitur conditoris nomen latet in illis verbis ὑπὸ τὸ Αἶπος. Placet hanc honorare civitatem rege conditore. Itaque pro ὑπὸ τὸ Αἶπος legendum ὑπὸ δ' Ἄτυος, i. e. *ab Atye*, qui fuit Lydorum rex, cujus meminit Herodotus diversis locis, nostram conjecturam affirmat quodammodo Torrhebus ejusdem Atyis filius, qui apud auct. nostrum in Τόρρηβος civitatem quoque condidit in Lydia. Majus discrimen est inter Σπηλαῖον & Πηλώδη, & Σεσᾶνις & Σεσᾶς νήσου, quam inter Ἄτυος & Αἶπος. Nihil moror tintinnabulum illud Dodonæum, seu Complutense, & id genus homines, quibuscum libenter justo Sacramento contenderem. Proferant meliora, hui! cedo & manum tollo. Laceratam ab eis existimationem meam civili animo fero, id enim Philosophia me docuit. Singulæ ætates suos habent mores & morbos:

Et sua riserunt sæcula Mæonidem.

Invidia suas in vivos tantum exercet vires:

Pascitur in vivis LIVOR, *post fata quiescit,*
Tum suus ex merito quemque tuetur honos.

Nemo illorum plus temporis, quam ego, literis impendit, plures evolvit libros, plurium linguarum cognitioni studuit, nec melius, quam ego (absit verbo invidia) τὴν ἀρχὴν πόλις vitæ civilis adimplevit. Idcirco insitiam meam magis agnosco, ingenue fateor, nec erubesco. Illis invitis per Stephanum:

——— *Pharsalia nostra*
Vivet, & à nullo tenebris damnabitur ævo.

Hoc ὀδὸς παρέργου volebam lectorem meum scire, antequam Ὠφοῦν pervenirem, quò citatis castris pergo.

36 Ὑπανα, πόλις τῆς Τελφυλίας.] Hypana, urbs Triphyliæ, ex Polyb. lib. 4. Ejus ex libro citato sunt verba: Τούτοις ὅ τε τὸν πλησίον ἐποίησαν οἱ τὴν Ὑπανεῖς. i. e. *His simile fecerunt, qui Hypanam incolunt.* Idem eodem libro eam recenset tertio loco inter novem urbes Tryphaliæ. Sic enim Polybius vocat *Triphyliam.* Memoratur etiam Straboni lib. 8.

37 Ὑπα-

Υ῾ΠΑΝΙΣ[37], ποταμὸς καὶ πόλις μεταξὺ Α
Ξ Πόντου καὶ τ῀ Μαιώτιδος λίμνης. Ἀλέξανδρος δ' ὁ πολυΐστωρ φησὶν, ὅτι ὁ Υ῾πανις διχῆ σχιζόμενος, τὸ μὲν ἓν μέρος εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην βάλλει, τὸ δ' ἕτερον εἰς τ῀ Πόντον. [38] Μητρόδωρος δ' ἐν τετάρτῳ, καὶ κρηνίδα τινὰ Β
πικρὰν εἰς αὐτὸν ἐγχεῖσθαι, καὶ ἄποτον ποιεῖν τ῀ ποταμόν. Τὸ ἐθνικὸν Υ῾πανίτης, ὡς Παναΐτης.

HYPANIS, fluvius, & urbs inter Pontum, & Mæotim paludem. Alexander Polyhistor inquit, Hypanim fluvium in duas divisum partes, unam partem in Mæotim paludem, alteram in Pontum devolvere. Metrodorus autem inquit in quarto, fontem quoque quemdem amarum cum ipso misceri, qui fluvium reddit potui inutilem. Gentile, Hypanites, ut Panaïtes.

Υ῾ΠΑΤΗ[39], πόλις Αἰνιάνων. Λέγεται καὶ Υ῾πατα. Ἔστι καὶ χώρα πλησίον Σαγγαρίου C
ποταμοῦ. Τὸ ἐθνικὸν Υ῾πατεὺς, καὶ Υ῾πάτεια, καὶ Υ῾πάτιος.

HYPATE, urbs Ænianum. Dicitur etiam Hypata. Est etiam regio prope Sangarium fluvium. Gentile, Hypatæus, & Hypatæa, & Hypateus.

Υ῾ΠΕΡΑΣΙΑ, πόλις, ἧς τὸ ἐθνικὸν Υ῾περασιεύς· Φλέγων εἰκοστῷ τρίτῳ Ὀλυμπιάδος. D

HYPERASIA, urbs, cujus gentile, Hyperasieus. Phlegon vigesimo tertio Olympiadis.

Υ῾ΠΕΡΒΟΡΕΟΙ[40], ἔθνος. Πρώταρχος μὲν τὰς Ἄλπεις ῥίπεια ὄρη ἄνω προσηγορεύειν· Καὶ τοὺς ὑπὸ τὰ Ἄλπεια ὄρη κατοικοῦντας πάντας, Υ῾περβορέους ὀνομάζειν. Ἀντίμαχος δὲ, τοὺς αὐτοὺς φησιν εἶναι τοῖς Ἀριμασπούς. Δαμαστὴς δ' ἐν τῷ περὶ ἐθνῶν· Ἄνω Σκυθῶν Ἰσσηδόνας οἰκεῖν, τούτων δὲ ἀνωτέρω Ἀριμασπούς. Ἄνω δὲ Ἀριμασπῶν, τὰ Ῥίπαια ὄρη, ἐξ ὧν τ῀ Βορέου πνεῖν, χιόνα δ' αὐτὰ μήποτε ἐλλείπειν. Υ῾πὲρ δὲ τὰ ὄρη ταῦτα Υ῾περβορέους κατοικεῖν, εἰς τὴν ἑτέραν θάλασσαν. Καὶ ἄλλοι ἄλλως. Ἑλλάνικος δὲ Υ῾περβόρειοι γράφει, διὰ διφθόγγου. E F

HYPERBOREI, gens. Protarchus autor est, *Alpes* Rhipeos montes sic appellari. Et omnes, qui sub Alpibus habitant, *Hyperboreos* nominari. Antimachus verò eosdem esse ac *Arimaspos* inquit. Damastes in lib. de gentibus ait; Supra Scythas habitare Issedones, superius verò Arimaspos. Supra Arimaspos autem Rhipæos montes, ex quibus Boream flare, nivem nunquam ipsis deficere. Supra hos montes, Hyperboreos pertingere in alterum mare. Et alii aliter. Hellanicus Hyperboreos scribit per diphthongum.

Υ῾ΠΕΡΔΕΞΙΟΝ, χωρίον Λέσβου, ἐν ᾧ Ζεὺς Υ῾περδέξιος· Καὶ Υ῾περδεξία Ἀθηνᾶ. G
Ὡς ἓν μὲν ἀπὸ τ῀ Βυζαντίου Βυζάντιος, ἄνω δὲ τὸ Υ῾περδέξιον Υ῾περδέξιος τὸ ἐθνικόν. Νικόλαος δὲ πληθυντικῶς Υ῾περδεξίους φησίν.

HYPERDEXIUM, regio Lesbi, in qua Jupiter *Hyperdexius*. Et *Hyperdexia* Minerva coluntur. Ut igitur à Byzantio, Byzantius, sic ab Hyperdexio, Hyperdexius gentile. Nicolaus verò in num. plurali Hyperdexios inquit.

Υ῾ΠΕ-

HYPE-

37 Υ῾πανις, ποταμὸς καὶ πόλις, &c.] Memoratur Hypanis fluvius & urbs inter Pontum & Mæotim paludem. Urbis nemo, quod sciam, meminit, amnis plurimi auctores inter quos Strabo, qui lib. 7. ait, esse unum ex quadraginta circiter, qui in Pontum præcipitant. Erat etiam alius hujus nominis in India, cujus etiam meminit idem auctor lib. 15. de quo intelligendum puto illud Propertii Eleg. 12. ad Cynthiam:

Tam multa illa meo divisa est millia lecto
Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano.

38 Μητρόδωρος δ' ἐν τετάρτῳ, &c.] Inquit ex Metrodori lib. 4. fontem cum Hypani misceri amarum, &c. Hujus fontis nomen nos docet Herodotus lib. 4. c. 52. *Hexampæus* Scythicè dicebatur, qui Hypanis aquas amaras reddebat, ut prodit idem auctor eodem loco, ad quod alludit Ovid. Met. lib. 15.

Quid? & Scythicis Hypanis de montibus ortus
Qui fuerat dulcis salibus viciatur amaris.

39 Υ῾πάτη, πόλις Αἰνιάνων.] Hypate, seu Hypata, urbs Ænianum. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 13. inter Thessalorum oppida, è nostris Liv. lib. 36. c. 16. *Ætolos ex* IIII. *millibus (tot enim convenerant) partim ad Heracleam præsidio obtinendam, quæ ante ipsas fauces posita est, partim Hypatam mittit: & Heracleam haud dubius consulem oppugnaturum, & jam multis nunciantibus circa Hypatam omnia evastari. Consul depopulatus Hypatensem primo, deinde Heracleensem agrum, inutili utrobique auxilio Ætolorum, in ipsis faucibus prope fontes calidarum aquarum adversus regem castra posuit.*

40 Υ῾περβόρειοι, &c.] Hyperborei, populi, & montes, qui *Rhipæi* etiam dicebantur, de quorum situ non convenit inter auctores, idcirco nonnulli inter quos est Herodotus lib. 4. c. 30. & Strabo lib. 7. pro fabulosis habuere; atque si id nominis strictè accipiatur, id est qui super Boream, nulli sanè erunt. Illa enim regio perpetua premitur pruina, ut adstruit Macrobius in somnium Scipionis. Quo respexisse videtur Princeps Poëtarum Lusitanorum Lusiadum cantu III. octava VIII.

La onde mais debaxo està do Polo
Os montes Hyperboreos apparecem,
E aquelles, onde sempre sopra Eolo,
E co nome dos sopros se ennobrecem,
Aqui tam pouca força tem de Apollo
Os rayos, que no mundo resplandecem,
Que à neve està contino pelos montes
Gelado o mar, geladas sempre as fontes.

Veteres verò lato modo eos, qui Scythiam habitabant, *Hyperboreos* vocabant auct. eod. Strabone libro citato; sed non solum qui supra Scythiam, sed qui supra Euxinum, Istrum, & Adriam incolebant, latiore modo *Hyperborei* appellabantur. Hac in significatione veri fuere populi, at in priori fabulosos prorsus fuisse existimo.

41 Υ῾π-

Υ̓ΠΕΡΗΣΙΑ [41] πόλις τ̃ Ἀχαΐας. Οἱ θ' Υ̓περησίωσε, καὶ αἰπεινὰν Γονόεσσαν·

Ὅμηρ⊙. Κακῶς ἢ Θέων Υ̓πέρειαν αὐτὴν καλεῖ· [42] Υ̓πέρεια γὰρ πηγὴ Μεσηίδ⊙, [43] καὶ πόλις Σικελική. Ὠνομάσθη ἢ ἀπὸ Υ̓περήτ⊙, ἧ Λυκάον⊙ υἱέ. Τὸ ἐθνικὸν τ̃ Υ̓περησίας, Υ̓περησιάδης· Καὶ ϑηλυκὸν, Υ̓περησὶς, παρ' Ἡσιόδῳ. Θεόπομπ⊙ ἢ Υ̓περασιεῖς φησι, ἀφ' ἧ α. Ἀπὸ ἢ τ̃ Υ̓περείας τ̃ κρηνίης, Υ̓περηϊὰς ϑηλυκῶς ἡ εὐθεῖα· Ἀφ' ἧς τ̃ Υ̓περηϊάδ⊙, ἡ Ἀρεθούσης.

Υ̓ΠΙΟΣ [44], ποταμὸς καὶ πόλις ὑπὸ τὴν πολιχνὴν Ἡρακλείαν, ὡς Δομίτι⊙ Καλλίστρατ⊙ ἐν ἕκτῳ τ̃ περὶ Ἡρακλείας. Λέγε ἢ καὶ δρεσινικῶς καὶ ϑηλυκῶς. [45] Εἴσι καὶ Υ̓πια ὄρη αὐτόθι, ὡς Νύμφις ἐν πρώτῳ Ἡρακλείας. Καὶ τὰς κατοικοῦντας ἐν τοῖς ὄρεσι τόποις Μυσοὺς φασι. Τὸ ἐθνικὸν Υ̓πιανὸς, ὡς Κί⊙ Κιανὸς, Τί⊙ Τιανός.

Υ̓ΠΟΘΗΚΑΙ [46], τινὲς [47] ἄτω φασὶ τὰς Ποτνίας τ̃ Βοιωτίας κεκλῆσθαι. Οἱ ἢ, πολίσματίόν τι, ἀφὰ τὴν τ̃ τόπου θέσιν ἄτως ὠνομασμένον. Ὡς τὴν Υ̓ποχαλκίδα καλοῦσι, ἀφὰ τὸ ὑπὸ τὸ ὄρ⊙ τὴν Χαλκίδα κεῖσθαι. Πολλοὶ

HYPERESIA, urbs Achaiæ. *Quique Hypereſiamque, & altam Gonoëſſam.*

Homerus. Theon perperam *Hyperiam* eam vocat. Hyperia enim eſt fons Meſeidis, & urbs Siciliæ. Sic vocata ab Hyperete Lycaonis filio. Gentile Hypereſiæ, Hypereſieus. Et fœm. Hypereſis, apud Heſiodum. Theopomp. Hyperaſieis vocat per *a*. Ab Hyperia verò fonte, invenitur fœmineum in nominativo Hypereias. A quo genitivus *Hypereiadis*, vel *Arethuſæ*.

HYPIUS, fluvius, & urbs ſub Heraclia Pontica, ut Domitius Calliſtratus in ſexto de rebus Heracliæ. Dicitur & maſcul. & fœm. genere. Sunt etiam inibi Hypii montes, ut Nymphis primo Heracliæ. Et eos, qui habitant in his montibus *Myſos*, vocat. Gentile, Hypianus, ut Cios, Cianus, Tius, Tianus.

HYPOTHECÆ, nonnulli ſic ajunt Bœotiæ Potnias vocatas fuiſſe, alii verò oppidulum quoddam, à loci ſitu ſic nominatum, quemadmodum *Hypochalcidem* vocant, eò quod ſub monte Chalcide jaceat. Multa enim loca etiam

41 Υ̓περησία, πόλις τ̃ Ἀχαΐας.] Hypereſia, urbs Achaiæ, ex Homero, cujus affert verſum, qui legitur Il. 2. v. 573. Pauſan. lib. 7. auctor eſt, Ægiram poſtea vocatam fuiſſe: Ἐπὶ ϑαλάσσῃ μὲν δὴ Αἴγειρα ἐστὶν ἐς μνήμην· ὀδὸς δ' ὀκ ἔστ' ἐπινεῖκαι δύο σταδίων καὶ δέκα ἐς τὴν ἄνω πόλιν. Οἰκήσαι ἢ σφᾶς τοῖς ἕπεσιν Υ̓περησία ὠνόμασεν. Τὸ ἢ ὄνομα τὸ νεῶ ἐφύλαξε Ἰώνων ἀποικόντων. Ἐφύλαξε ἢ ἐπ' αἰτίᾳ τοιᾷδε, &c. i. e. *Ad mare Ægiratis quidem nihil eſt memorabile. Via verò à navali ad ſuperiorem urbem eſt ſtadiorum* XII. *Ab Homero appellata eſt* Hypereſia. *Hodiernum nomen factum fuit, Ionibus coloniam deducentibus. Factum autem eſt ob hujuſmodi cauſam.* Nimis longe pertractat etymologiam ἀπὸ τ̃ αἰγῶν, i. e. *à capris.*

42 Υ̓πέρεια γὰρ πηγὴ Μεσηίδ⊙.] Hyperia enim fons Meſeidis. Hyperia & Meſeis duo fuere fontes in Theſſalia, quorum meminit Poëtarum parens Il. 6. v. 457.

Καί κεν ὕδωρ φορέοις Μεσηίδ⊙ ἢ Υ̓περείης.
Et aquam tuleris [fontium] *Meſſeïdis, aut Hyperiæ.*

Ubi Euſtath. Μεσηὶς ἢ καὶ Υ̓πέρεια, κρῆναί εἰσι ῥηθεῖσαι καὶ ἐν Βοιωτίᾳ. i. e. *Meſſeis verò & Hyperia, fontes ſunt dicti & in Bœotia.* Eoſdem celebrat Strabo lib. 9. Καὶ δύο κρῆνες πλησίον, Μεσσηὶς καὶ Υ̓πέρεια. i. e. *Et duo fontes prope, Meſſeidem & Hyperiam.* Sed in hac ſectione auctorem noſtrum horum fontium nullam feciſſe mentionem puto, τὸ Μεσηίδ⊙, quod perturbat orationis ordinem Ariſtarchi gladio expungendum; tunc fluit oratio. Nam reddit rationem, quare culpet Theonem, qui *Hyperiſiam* Achaiæ urbem, dixerit *Hyperiam*: Υ̓πέρεια γὰρ πηγὴ καὶ πόλις Σικελική. i. e. *Hyperia enim fons, & urbs Siciliæ.* Utriuſque meminit Heſych, cujus verba nota ſubſequenti apponemus.

43 Καὶ πόλις Σικελική.] Reprehendit Theonem, quod *Hypereſiam* Achaiæ urbem vocaverit *Hyperiam*. Hæc enim erat Siciliæ urbs. Memoratur Poëtarum parenti Odyſſeæ lib. VI. v. 1111.

——— Αὐτὰρ Ἀθήνη
Βῆ ῥ' ἐς Φαιήκων εὐδρόων δῆμόν τε πόλιν τε,
Οἳ πρίν μὲν ποτ' ἔναιον ἐν εὐρυχόρῳ Υ̓περείῃ.
——— *At Minerva*
Ibat ad Phæacum populum atque urbem
Qui antè habitabant in ſpaciosâ Hyperiâ.

Ubi Euſtat. Τὴν ἢ Υ̓πέρειαν, πόλιν Σικελίας τινὲς φασι, τὴν ὑστερον Καμαρίναν· οἱ ἢ νῆσον πλησίον τ̃ τ̃ Κυκλώπων χώρας. Σημείωσαι ἢ, ὅτι ὁ σωλοέχειν δοκῶσι τὸ ποιηθὲν οἱ τὴν Υ̓πέρειαν νῆσον λέγοντες· πῶς γὰρ ἂν νησιώτην ὄντες οἱ ἐν αὐτῇ, ὑπὸ Κυκλώπων ἐδηλάπτοντο, οἷς νῆες ὀκ ἦσαν κ τ̃ Ὁμηρικὴν ἱστορίαν. i.e. *Hyperiam quidam Siciliæ urbem ajunt eſſe, quæ poſteà* Camarina *dicta. Alii verò inſulam prope Cyclopum terram. Notæ autem, quod minimè cum Poëta conſentire videntur, qui Hyperiam inſulam eſſe dicunt, quomodo enim cum inſulani eſſent ejus incolæ, à Cyclopibus infeſtabantur, quibus naves non erant, juxta Homericam hiſtoriam.* Fons verò ille Meſeidis erat etiam in Sicilia, ut & urbs; utriuſque meminit Heſychius: Υ̓πέρεια, ἡ τ̃ Φαιάκων πόλις, καὶ κρήνη. i. e. *Hyperia, Phæacum urbs, & fons.* Neſcio an utrumque ſit Poëticum figmentum.

44 Υ̓πι⊙, ποταμὸς καὶ πόλις, &c.] Hypius, amnis, & urbs ſub Heraclea Pontica. Amnis memoratur Ptolemæo lib. v. c. 1. Arrhiano in Periplo Ponti Euxini, apud quem geminato *p*. Hyppius ſcribitur. In tabulis recentibus *Lippo* nominatur, Hypiam oppidum alluens apud Heracleam Ponticam in mare Euxinum effluit aut. Philipp. Ferr. Alexandr. in ſuo lexico Geographico.

45 Εἴσι καὶ Υ̓πια ὄρη, &c.] Sunt & Hypii montes. Montis Hippii meminit Plinius lib. v. c. 32. in eodem tractu ac amnis Hippius, memoratur Ptolem. lib. v. c. 1. mons *Orminius*, eundem fuiſſe reor. *Armendag* appellatur apud Turcas, teſte Leunclavio.

46 Υ̓ποθῆκαι, &c.] Alterum in hac ſectione monſtrum ſeſe nobis offert dignum, quod Herculis dextrâ cadat. Pro Υ̓ποθῆκαι, legendum Υ̓ποθῆσαι. Hypothebæ enim, non Hypothecæ fuere oppidulum, quod emeruit locari in carminibus Homericis, Il. 2. v. 505.

Οἱ θ' Υ̓ποθήσας εἶχον εὐκτίμενον πτολίεθρον.
Quique Hypothebas habebant bene-ædificatum oppidum.

47 Τινὲς ἄτω φασὶ τὰς Ποτνίας τ̃ Βοιωτίας, &c.] Nonnulli ajunt *Potnias* Bœotiæ ſic dictas. Reſpexit Strabonis verba ex lib. 9. Τὸ δ' ἄπω ῥηθὲν·

——— Οἰθ' ὑποθήσας εἶχον ———
Οἱ μὲν δὴ νῦν πολίσμάτιόν τι Υ̓ποθήσας καλέσθαι, οἱ ἢ τὰς Ποτνίας. i. e. *Illud verò ſic dictum:*

Quique Hypothebas habebant ———
Alii intelligunt de quodam oppidulo ſic appellato, alii verò de Potniis.

λοι ὃ κ μὴ πρὸ θέσεως τόποι, Ἐπικνημίδιοι, Ὑπερβόρεοι, Περιποτάμιοι, Προποντὶς, Παροκεανῖται.

etiam cum præpositione dicuntur, ut Epicnemidii, Hyperborei, Peripotamii, Propontis, Paroceanitæ.

Ὑποχαλκὶς [48], πόλις Αἰτωλίας κατ' Εὐρώπην. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως τῷ ἁπλῷ Ὑποχαλκιδεύς.

HYPOCHALCIS, urbs Ætoliæ, juxta Europam. Gentile, similiter simplici, Hypochalcideus.

Ὑρία [49], χώρα πλησίον Αὐλίδος, ὡ ὃ κ πρότερον πολίδιον. Ἡσίοδος δ' ἐν Ὑρίᾳ τὴν Ἀνθιόπην φησὶ γηγενῆ· Εὐριπίδης δ' ἐν Ὑσίαις. [50] Ἔστι δὲ ἡ μὲν Ὑρία πρὸς τῷ Εὐρίπῳ· αἱ δὲ Ὑσίαι τῆς Παρασωπίας, ὑπ' αὐτὸν τὸν Κιθαιρῶνα κείμεναι. Ὁ κλίσις, Ὑρεύς. Ὁ πολίτης, Ὑρεάτης. [51] Ἔστιν Ὑρία κ ἡ Ἰσαυρείαν Σελεύκειαν, [52] ἣ πρόσχημα ἦν Καλυκαδνοῦ, ἐν Καλυδνόν τινες καλοῦσιν. [53] Ἔστιν Ὑρία πρὸς τῇ Ἰαπυγίᾳ, Κρητῶν κλίσμα· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ὑρεύς.

HYRIA, regio prope Aulidem, erat verò prius oppidulum. Hesiodus in Hyria Antiopen natam inquit, Euripides in Hysia. Est verò Hyria juxta Euripum. Hysiæ autem Parasopiæ sunt sub ipso Cithærone sitæ. Conditor, Hyrieus. Civis, Hyriates. Est etiam Hyria juxta Isauriam Seleuciam, quam Calycadnus alluit, quem *Calydnum* aliqui vocant. Est etiam Hyria in Japygia, quam Cretes condidere. Herodotus lib. 7. Gentile, Hyrieus.

Ὑρκανία, πόλις Θρᾴκης. Τὸ ἐθνικὸν Ὑρκάνιος, ὡς Παῤῥάσιος, Ὑρβάνιος· Καὶ Ὑρκανιάτης, ὡς Κυδωνιάτης. [54] Ἔστι κὴ Ὑρκα-

HYRCANIA, urbs Thraciæ. Gentile, Hyrcanius, ut Parrhasius, Hyrbanius. Et Hyrcaniates, ut Cydoniates. Est etiam Hyrcania

48 Ὑπόχαλκὶς, πόλις Αἰτωλίας κατ' Εὐρώπην.] Hypochalcis, urbs Ætoliæ juxta Europam. Ecce tibi aliud lectionis monstrum, ne puta, me fingere hostem, quem devorem. Sic legendum est: Ὑποχαλκὶς, πόλις Εὐβοίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. id est. *Hypochalcis, urbs Eubœæ. Hecataus Europa.* Cum quod noster auctor in Χαλκὶς adstruit, *Chalcidem* urbem Eubœæ *Hypochalcidem* quoque vocatam; ubi hæc leguntur: Χαλκὶς, πόλις Εὐβοίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. i.e. *Chalcis, urbs Eubœæ. Hecataus Europa.* Unde lectionem nostram quodammodo statuminamus. Tùm quod jocularе videtur, dicere Hypochalcidem esse urbem Ætoliæ juxta Europam, cum Ætolia fuerit in Europa, & pars Græciæ.

49 Ὑρία, χώρα πλησίον Αὐλίδος, &c.] Hyria, regio prope Aulidem, &c. Tanquam urbs celebratur Mæonio Vati Il. 2. v. 496.

Οἵθ' Ὑρίην οἰέμοντο, κ Αὐλίδα πετρήεσσαν.
Quique Hyrien habitabant, & Aulida petrosam.

Aulis verò fuit urbs Bœotiæ, de qua suo loco egimus; igitur Hyria fuit quoque ejusdem regionis urbs, quoniam, ut ait noster, erat prope Aulidem.

50 Ἔστι δὲ ἡ μὲν Ὑρία, &c.] Est Hyria ad Euripum. Hysiæ autem Parasopiæ sub Cithærone sitæ. Hæc desumpsit videtur ex Strabone. Sic enim ille lib. 9. Καὶ ἡ Ὑρία ἡ τὴν Ταναγραίαν νῦν ἐστι, πρότερον ἡ τῶν Θηβαίων· ὅπου ἡ Ὑρὼς μυθεύεται, κ ἡ Ὠρίων φύσις, ὡ φησι Πίνδαρος ἐν τοῖς διθυραμβικοῖς· κεῖται δ' ἐγγὺς Αὐλίδος· ἔνιοι δὲ πρὸς Ὑσίαις, Ὑρίᾳ λεγόμενα φασι, τὴ Παρασωπίας, ὄρος ὑπὸ τὸν Κιθαιρῶνα, πλησίον Εὐρίπου ἐν τῇ μεσογαίᾳ, ἀπίκιον Ὑρέων, κλίσμα δ Νυκτέως, ἐξ Αὐλίδος πολέως. Εἰσὶ δ κ ἐν τῇ Ἀργείᾳ Ὑσίαι. i.e. *Et Hyria verò Tanagræa nunc est, antea Thebaïdis. Ubi ut fabulæ perhibent, Hyrieus fuit, & Orionis nativitas, quam dicit Pindarus in dithyrambis. Sedet prope Aulidem. Nonnulli Hysias, Hyrien dici ajunt, Parasopiæ sub Cithærone, prope Erythras in mediterranea parte, coloniam Hyriensium, opus Nyctei, Antiopæ patris. Sunt & in Argia Hysiæ.*

51 Ἔστιν Ὑρία κ ἡ Ἰσαυρείαν Σελεύκειαν.] Est Hyria & juxta Isauriam Seleuciam. Legendum: Ἔστι δὲ Ὑρία κ ἡ Ἰσαυρίαν Σελεύκεια. i.e. *Est verò Hyria & in Isauria Seleucia.* Scilicet quod Isauriæ Seleucia *Hyria* quoque dicta fuit, auctore nostro auctore in Σελεύκεια Nec obstat, quod illic Ciliciæ adscribitur. Cilicia enim & Isauria erant inter se finitimæ. Sic etiam legitur apud Eustathium ad Il. 2. v. 496. Idem etiam animadvertit Valesius ad Amm. Marcel. lib. 14. in nota ad pag. vi. ut me admonuit Matthæus Sladus, mei studiosissimus, in literaturâ Græcâ & Latinâ ingeniosè eruditus, de quo jure meritoque dici potest illud Smyrnæi vatis Il. xi. v. 514.

Ἰηλεὺς ἠδ' ἀνὴρ πολλῶν ἀνθρώπων ἄριστος.

52 Ἣ πρόσχημα ἦν Καλυκαδνοῦ, &c.] Quam id est Hyriam, quæ & Seleucia dicebatur, alluit Calycadnus amnis. Respexit Strabonis verba ex lib. 14. Εἶθ' Ὅλμος ὅπερ πρότερον ᾠκεῖτο εἰ μὴ Σελεύκεια· κλυδώνιος δ' ἐπὶ τῷ Καλυκάδνῳ τὸ Σελεύκειαν, ἐκεῖ μεταῳκίσθησαν. Εὐθὺς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ Καλυκάδνου ἐκβολή. i.e. *Deinde Holmus est, ubi antea habitabant, qui nunc Seleuceis. Condita autem ad Calycadnum Seleucia, eò migrarunt. Statim enim est Calycadni ostium.*

53 Ἔστιν Ὑρία πρὸς τῇ Ἰαπυγίᾳ, Κρητῶν κλίσμα. Est Hyria ad Japygiam, Cretensium opus, ex Herodoti lib. 7. cujus ex libri citati cap. CLXX. sunt verba: Ὡς δ κ Ἰηπυγίην ἠγρέοντο πολλῷ χρόνῳ, ὑπολαβόντες σφέας χειμὼνα μέγαν ἐκβαλέειν ἐς τὴν γῆν. Συναραχθέντων δ τῶν πλοίων (ἐβδομίλιοι γάρ σφι ἔπλωον ἐς Κρήτην φαινεσθαι) ἐνθαῦτα Ὑρίην πόλιν κτίσαντες, καὶ ἐμμείναντές τε κ μεταβαλόντες, αὐτοὶ μὲν Κρῆτες, Ὑήπυγας Μεσσαπίους ἐκάλεσαν. i.e. *Et dum circa Japygiam cursum tenerent, ingenti eos tempestate adortâ, in terram fuisse ejectos: lacerati isque navibus, quum nullus in Cretam receptus ostenderetur, illic subsidentes, Hyriam urbem condidisse: & mutato nomine pro Cretensibus* Japyges Messapios *esse effectos.* Perperam Οὐρίαν eam vocat Strabo lib. VI. Ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ μέσῳ Θυρρείου, ἐν ᾧ βασίλειον ἐπιφανὲς τῶν δωναίων τινος· εἰρήκασι δ' οἱ Ἡσιόδειοι, Οὐρίαν εἶναι ἐν τῇ Ἰαπυγίᾳ, κλίσμα Κρητῶν, πλανηθέντων ὑπὸ Μίνω πολλὰ εἰς Σικελίαν, ὅτε αὐτῷ δεῖ δίκας, ἃ τὸ Οὐέρητον. i.e. *In medio isthmo Thyræi, ubi regia ostenditur cujusdam potentum. Cum Herodotus verò dixerit, Uriam esse in Japygia, opus, Cretensium, qui ex classe Minois, in Siciliam, eo evagati sunt, vel ipsam necesse est accipere, vel Veretum.* Οὐέρητον vocatur Ptolemæo lib. 3. c. 1. quam inter Salentinorum mediterraneas civitates locat. Quare sine dubio apud Strabonem pro Οὐρίαν legendum Ὑρίαν.

54 Ἔστι κὴ Ὑρκανία κώμη, &c.] Est & Hyrcania, vicus Palæstinæ, prope Judæam. Ejus meminit Josephus, de Bello Judaico lib. 1. c. 14. Τὸ δ' Ἀκκαρὸν πολίσμα σωφρονοῦντος, παρεσκεύαστο μὲν Ἡρώδης Ἀντίγονον σωφρονιεῖν, ὡς ἂν τὸ τε ἄλλον τῶν κατὰ Ἰουδαίαν ἀπηλαγμένον θορύβων, κ κεκρατηκὼς Ὑρκανίας, ὃ δὴ χωρίον ἡ Ἀντιγόνου κατεῖχεν ἀδελφή. i.e. *Concitato autem bello Actiaco, Herodes quidem cum Antonio proficisci paratus erat, & aliis per Judæam turbis liberatus & Hyrcaniâ potitus, quem vicum Antigoni soror tenebat.* Fuit ex tribus Judææ castellis munitissimis unum, reliqua erant Macherûs, & Alexandrium, ut eluceſcit ex ejusdem auctoris Antiquit. lib. 14. c. 10.

Υρκανία κώμη τῆς Παλαιστίνης, πλησίον τῆς Ἰουδαίας, ἀπὸ Υρκανοῦ τοῦ ἐξάρχου τῶν Ἰουδαίων. Ἔστι καὶ Υρκάνιον πεδίον τῆς Λυδίας, ὡς Ἐρατοσθένης ἐν πέμπτῳ Γαλατικῶν. A cania vicus Palæstinæ, prope Judæam, ab Hyrcano Exarcho Judæorum. Est etiam Hyrcanium, campus Lydiæ, ut Eratosth. in quinto rerum Galaticarum.

ΥΡΚΑΝΟΙ[56], ἔθνος προσεχὲς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ. Λέγεται καὶ Υρκάνιος, καὶ Υρκανία, καὶ Υρκανίς,[57] ἐξ οὗ τὸ B

— Εἰς Υρκανίδα λίμνην·

Ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ.

HYRCANI, gens vicina mari Caspio. Dicitur etiam Hyrcanius, & Hyrcania, & Hyrcanis, ex quo illud:

— *In Hyrcanida paludem.*

Ut Alexander in Asia.

ΥΡΜΗΝΗ[58], πόλις τῆς Ἠλίδος. HYRMENE, urbs Elidis.

Ὅσον ἐφ' Υρμίνῃ καὶ Μύρσινος ἐσχατόωσαι. C

Quantum Hyrmine, & Myrsinus extrema.

Μενέλαος δὲ τῷ τετάρτῳ Θηβαϊκῶν, Υρμιναν, λέγει δ' ἀφησί. Τὴν δὲ Υρμίνην Ἐχεφυλίδα φησὶ τὰς νῦν Ὁρμίνας·[59] Ὁρμίνας δὲ καὶ τὰς Ἐπειοὺς καλεῖσθαι. Ὁρμιναὶ δὲ δύο. D

Menelaus verò Thebaicorum quarto Hyrminam per *a* inquit. Hyrminen verò Echephylides inquit, nunc *Horminas*. Horminas autem & *Epeos* vocari. Horminæ verò duæ.

ΥΡΝΙΘΙΟΝ[60], χωρίον ἐν Ἐπιδαύρῳ, ἀπὸ Υρνιθοῦς τοῦ Τημένου θυγατρός· Παυσανίας δευτέρῳ περιηγήσεως. Τὸ ἐθνικὸν Υρνιθιάς, ὡς Βιθυνίας, ἀπὸ Βιθυνίου. HYRNITHIUM, regio in Epidauro, ab Hyrnithone Temeni filia. Pausanias secundo Periegeseos. Gentile, Hyrnithias, ut Bithynias, ab Bithynium.

ΥΡΤΑΚΟΣ[61], ἡ καὶ Υρτακῖνος, πόλις Κρήτης. Ὁ πολίτης, Υρτακῖνος. Πολύβιος δὲ τὸ θηλυκὸν Υρτακίνην, ἀπὸ δὲ Υρτακίνου ἐθνικοῦ. Ἀπὸ Υρτάκου δὲ, Υρτάκιος. E HYRTACUS, vel etiam Hyrtacenus, urbs Cretæ. Civis, Hyrtacinus. Polybius verò fœmineum, *Hyrtacina* dixit, ab Hyrtacinus gentili. Ab Hyrtaco verò, Hyrtacius.

ΥΣΑΕΙΣ, νῆσος μικρὰ καὶ μεγάλη Αἰθιόπων· Ἑκαταίου περιηγήσει Αἰγύπτου. Οἱ νησιῶται Υσαῖται, ὡς Ὀασῖται. F HYSAEIS, insula parva, & magna Æthiopum. Hecatæ. Periegesi Ægypti. Insulares, Hysaïtæ, ut Oasitæ.

ΥΣΒΗ, πόλις Λυδίας. Τὸ ἐθνικὸν Υσβαῖος, καὶ Υσβίτης. HYSBE, urbs Lydiæ. Gentile, Hysbæus, & Hysbites.

ΥΣΙΑ[62], πόλις Βοιωτίας, καὶ ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς· Περὶ ἧς ὁ Θουκυδίδης τρίτῃ.[63] Ἄποικος Υρέων, κλίσμα Νυκτέως δὲ Ἀντιόπου G HYSIA, urbs Bœotiæ, & singul. & plural. De qua Thucyd. lib. 3. colonia Hyreorum, condita à Nycteo Antiopæ patre. Est etiam

55 Ἔστι καὶ Υρκάνιον πεδίον τῆς Λυδίας.] Est & Hyrcanius campus Lydiæ. Memoratur Liv. lib. 37. c. 38. *Consul circa Thyatira regem esse ratus, continuis itineribus, quinto die ad Hyrcanum campum descendit.*

56 Υρκανοὶ, ἔθνος, &c.] Hyrcani, gens adhærens Caspio mari. Quorum regio Hyrcania terminabatur à septentrionibus parte *Hyrcani pelagi*, i. e. *Caspii*, à meridie Parthia, ab oriente Drangiana, ab occidente parte Mediæ, auct. Ptolemæo lib. 6. c. 9. qui inibi meminit Hyrcaniæ ejusdem regionis metropolis; de cujus fertilitate incredibilia portenta narrat Strabo lib. 11. Ejus tigres feritate commendantur, ideo Virg. Æneid. lib. 4. v. 365. canit:

Nec tibi Diva parens: generis nec Dardanus auctor
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæque admôrunt ubera tigres.

57 Ἐξ οὗ, &c.] In hemistichio illo Alexandri in Asia *mare Hyrcanum* vocatur *Hyrcanis palus*, quia cum nullo alio mari aquas communicat. Nec obstat, quod per subterraneos meatus id faciat, de cujus hodierno nomine alii aliter sentiunt.

58 Υρμίνη, πόλις τῆς Ἠλίδος.] Pro Υρμίνη legendum Υρμινη. Sic enim legitur versu citato, Il. 2. v. 616. & apud alios; fuit urbs Elidis, de qua sic Strabo lib. 8. Υρμίνη μὲν ἦν πολίχνιον ἐπὶ τῷ ἄκρῳ· νῦν δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀκρωτήριον τοῦτο τῶν Κυλλήνης ὀρέων, καλεῖται δὲ Ὄρμινα, ἢ Υρμινα, &c. i. e. *Hyrmine igitur fuit oppidulum, nunc verò non est, sed promontorium, prope Cyllenen, montanum nomine Hormina, vel Hyrmina.* Conditam ab Actore Hyrminæ filio, ac de matris nomine *Hyrminam* vocitatam prodit Pausan. lib. v. Pro Ἐχφυλίδα legend. Ἐχεφυλίδης, est enim auctoris nomen, qui citatur in v. Σφακτηρία.

59 Ὁρμίνας, &c.] Horminas *Epeos* vocari. Scilicet, quod Hyrmina erat Epei filia, auct. Pausan. lib. v.

60 Υρνίθιον, &c.] Hyrnithium, regiuncula in Epidauro ex Pausan. lib. 2. apud quem Υρνίθιον dicitur: Καλεῖσθαι δὲ ἐς τὸ Ἐπιδαυρίων τοῦ πόλιν, χωρίον ἐστὶ πεφυκυίας ἀγριελαίας ἔχον· Υρνίθιον δὲ καλεῖσθαι τὸ χωρίον. i. e. *Descendentibus in Epidauriorum urbem, regio est habens agrestes oleas sponte suanascentes. Hyrnethium verò vocant regionem.*

61 Υρτάκης, &c.] Hyrtacus, vel Hyrtacinus, urbs Cretæ. Memoratur Scylaci in Κρήτη, apud quem perperam legitur Υρσακίνα pro Υρτακίνα, ut annotant Meurs. & Voss. duo Criticorum fulmina.

62 Υσία, πόλις Βοιωτίας, &c.] Hysia, fœm. singul. & plur. urbs Bœotiæ, ex Thucyd. lib. 3. Ejus sunt verba: Ἔπειθ' ὑπερέβαλλες ἦσαν τὴν ἐπὶ τὸ ὄρος φέρουσαν ὁδὸν, ἐς Ἐρύθρας καὶ Υσίας. i. e. *Deinde divertentes iverunt viam quæ ad montem fert in Erythras & Hysias.* Pausaniæ ætate ejus rudera tantùm exstabant & Apollinis templum semiperfectum, & puteus sacer, de quo bibentes olim vaticinabantur, ut idem tradit lib. 9.

63 Ἄποικος Υρέων, κλίσμα, &c.] Colonia Hyrienſium, opus, &c. Noster auctor producit hæc verba tamquam sua, non tam Thucydidis, ut putat Joan. Hartungus lectionum parte 11. c. v. verùm in illis respexit Strabonem, cujus verba contulimus ad Υρία nota 51 quare apud Stephanum pro Υρέων legendum ex eodem Strabone Υριέων.

πόπης πύργος. Ἔστι καὶ ἄλλη Παρθυαίων βασίλειον· Ἀρτεμίδωρος ἐννάτῳ γεωγραφουμένων. Τὸ ἐθνικὸν, Ὑστιεύς. [64] Ἔστι καὶ Ἀργεία κώμη Ὑσία, ὡς Θουκυδίδης. Χάραξ δὲ αὐτὴν πόλιν λέγει, ἐν ἐννάτῳ ἑλληνικῶν. Οἱ ἐξ αὐτῆς, Ὑσιάτης λέγονται· Καὶ θηλυκῶς, Ὑσιάτις. [65] Ἔστι καὶ Ἀρκαδίας πόλις, ὡς Φερεκύδης πρώτῳ. Ἔστι καὶ Ὑσία, πόλις Βοιωτίας,

Ὑ ΣΚΑΝΑ [66], πόλις Ἰλλυριδος ἀδιαλέκτου· Πολύβιος δ'. Τὸ ἐθνικὸν Ὑσκανεύς, ὡς Δανεύς, Τυανεύς.

Ὑ ΣΤΑΣΠΑΙ [67], ἔθνος Περσικόν· Νέσσωρ δὲ ἐν πρώτῳ τῆς Ἀλεξανδρειάδος. *

Ὑ ΤΕΝΝΑ, πόλις Λυκίας. Οἱ οἰκήτωρ, Ὑτεννεύς.

Ὑ ΨΗΛΙΣ [68], κώμη Αἰγύπτου. Οἱ κωμῆται, Ὑψηλῖται. [69] Εἰσὶν Ὑψηλῖται, καὶ κατοικία Θρᾴκης.

Ὑ ΨΟΥΣ [70], πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Παυσανίας ὀγδόῳ.

Ὑ ΩΠΗ [71], πόλις Μασιλιωῶν, ὑποπτικὴ τοῖς Γορδίοις. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· Ἐν ᾗ πόλις Ὑώπη. Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐσθῆτα φορέουσιν, οἵηπερ Παφλαγόνες. Τὸ ἐθνικὸν Ὑωπηνὸς, τῷ ὑπτιχωρίῳ τύπῳ. Εἰ δὲ καθ' ἡμᾶς, Ὑωπεὺς, ὡς Σινωπεύς· Καὶ Ὑωπίτης, ὡς Σινωπίτης.

etiam alia Parthorum regia. Artemidorus 9. Geographumenωn. Gentile, Hyſieus. Eſt etiam Hyſia Argivus vicus, ut Thucyd. Charax verò eam urbem eſſe inquit nono Hellenicorum. Qui ex ea, *Hyſiatæ* dicuntur. Et fœmineum, Hyſiatis. Eſt etiam Arcadiæ urbs, ut Pherecydes lib. 1. Eſt etiam Hyſia, urbs Bœotiæ.

HYSCANA, urbs Illyridis, neutro genere. Polybius lib. 8. Gentile, Hyſcaneus, ut Daneus, Tyaneus.

HYSTASPÆ, gens Perſica. Neſtor verò in primo Alexandriadis *

HYTENNA, urbs Lyciæ. Incola, Hytenneus.

HYPSELIS, vicus Ægypti. Qui vicum incolunt, Hypſelitæ. Sunt Hypſelitæ, & habitatio Thraciæ.

HYPSUS, urbs Arcadiæ, ut Pauſanias lib. 8.

HYOPE, urbs Maſtienorum, Gordiis finitima. Hecatæ. Aſia, *Inter alias verò eſt urbs Hyope, homines autem veſtem gerunt, qualem Paphlagones.* Gentile, Hyopenus, regionis typo. Quodſi juxta nos, Hyopeus, ut Sinopeus. Et Hyopites, ut Sinopites.

ΦΑ- ΦΑ-

64 Ἔστι καὶ Ἀργεία κώμη.] Eſt & Argivus vicus, ex Thucydide. Cujus ex lib. v. ſunt quæ ſequuntur: Τὰ δὲ οἰκοδομήματα τείχη ἐλόντες καὶ κατασκαλόντες, καὶ Ὑσιὰς χωρίον τῆς Ἀργείας λακεδαίμονες, καὶ τοὺς ἐλευθέρους ἁπαντας ὅσους ἕλαβον ἀπολείναντες, ἀνεχώρησαν. i. e. *Sed muros, qui ædificabantur, ceperunt, & diruerunt. Item Hyſias oppidum Argiæ capientes ingenuos omnes captos interfecere & abiere.* Hoc in vico cladem accepiſſe Lacedæmonios ab Argivis prodit Pauſanias lib. 2. cujus ætate rudera tantum oſtendebantur.

65 Ἔστι καὶ Ὑσία, πόλις Βοιωτίας.] In his verbis lectionis fraudem ſuſpecto, pro Βοιωτίας legendum puto Ἀχαΐας. Namque ſi in principio hujus ſectionis dixit *Hyſiam* eſſe urbem Bœotiæ, quid opus eſt repetere illud? Fuiſſe verò Hyſiam Achaiæ quoque urbem, didici ex Plinii lib. IV. c. V. Nec obſtat, quod Plinio num. plurativo Hyſiæ dicuntur. Hujuſmodi enim nomina utroque numero ſolent proferri.

66 Ὑσκανα, πόλις Ἰλλυριδος, &c.] Memorantur Hyſcana neut. plur. Illyridis urbs, ex Polybii lib. 8. Cujus libri tantum exſtant fragmenta, in quibus nulla fit Hyſcanorum mentio.

67 Ὑστάσπαι, ἔθνος Περσικόν.] Hyſtaſparum Perſarum gentis nulla apud auctores, qui exſtant, fit mentio. At nomen eſt ſatis frequens apud veteres Perſas, ut videre eſt ex Herodoti hiſtoria.

68 Ὑψηλις, κώμη Αἰγύπτου.] Hypſelis, vicus Ægypti. Memoratur Ptolemæo lib. IV. c. V. Cui metropolis Ὑψηλη dicitur & Nomos Hypſelites.

69 Εἰσὶν Ὑψηλῖται, &c.] Sunt Hypſelitæ, & oppidum Thraciæ. Memorantur Plinio lib. IV. c. XI. inter Thraciæ gentes, cui *Hypſaltæ* dicuntur.

70 Ὑψοῦς, πόλις Ἀρκαδίας.] Hypſûs, untis, urbs Arcadiæ, ex Pauſan. lib. VIII. Ejus ævo ruinæ tantum in monte cognomine exſtabant: Ἐρείπια δὲ πόλεων καὶ ἄλλα. Θυρεᾶτις μὲν σταδίους πέντε ἀπωτέρω Παρωρείας καὶ δίκα· τὸ δὲ Ὑψοῦν ἔστιν ἐν ὄρει κειμένῳ μὲν ὑπὲρ Ἔσπερ & πεδίου, κειμένῳ δὲ ὑψηλῷ. i. e. *Rudera verò urbium & alia. Tyræi quidem à Paroriaſtadia* XV. *Hypſuntis autem in monte ſito ſupra planitiem, nomine Hypſunte.*

71 Ὑώπη, πόλις Μασιλιωῶν.] Hyope, urbs Maſtienorum Gordiis vicina. Hujus urbis nulla apud alios, quod ſciam fit mentio. Pro Μασιλιωῶν legendum Ματιλιωῶν, i. e. *Matienorum.* Matieni enim, non Maſtieni inter gentes Perſis ſubditas recenſentur Herodoto lib. 1. c. 72. & lib. 7. c. 72.

Φ.

ΦΑΒΙΑ[1], πόλις Κελτογαλατῶν, κτίσμα Φαβίου στρατηγοῦ Ῥωμαίων. Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν Φαβιάτης, ὡς Φαβιανός.

ΦΑΒΕΝΤΙΑ[2], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν Φαβεντῖνος, ὡς Πλακεντῖνος.

ΦΑΓΡΗΣ[3], πόλις Θρᾴκης. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ, καὶ Θουκυδίδης δευτέρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Φαγρήσιος λέγεται, καὶ Φαγρησαῖος.

ΦΑΓΡΩΡΙΟΝ[4], πόλις, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ ἐν Αἰγυπτιακοῖς. Ἐξ οὗ σύνηθες Φαγρωριόπολις, καὶ Φαγρωριοπολίτης.

ΦΑΙΑΞ[5], καὶ Φαιακία, ἀπὸ Φαίακος. Ἑλλάνικος Ἱερείων α. Φαίαξ ὁ Ποσειδῶνος, καὶ Κερκύρας τῆς Ἀσωπίδος, ἀφ' ἧς ἡ νῆσος Κέρκυρα ἐκλήθη, τὸ πρὶν Δρεπάνη τε καὶ Σχερία κληθεῖσα. Τὸ ἐθνικὸν Φαιακίς· Οἱ ἐνοικοῦντες, Φαίακες.

ΦΑΙΣΤΟΣ[6], πόλις Κρήτης, ὀξυτόνως.

7 Τὸ

1 Φαβία, πόλις Κελτογαλατῶν, &c.] Fabia, urbs Celto-galatarum. Hanc urbem esse factam ex Græcorum farinâ nullus dubito, cui *Fabium* Romanorum ducem conditorem dedit Apollodorus secundo Chronicor. Non est enim verisimile scriptores Latinos id silvisse. Pro ὡς Φαβιανὸς legesis καὶ, &c.

2 Φαβεντία, πόλις Ἰταλίας.] Faventia, urbs Italiæ. Ejus conditores obscura nox premit. Vulgo nunc Italis parùm corrupto vocabulo dicitur *Faenza*. Sedet in Æmilia via, quam amnis Anemo à suburbiis dividit ponte lapideo conjunctus, auctore Leandro Alberto in sua Romanula. Memoratur Straboni lib. v. Appiano bell. civil. lib. 1. Ptolemæus lib. 3. c. 1. Galliæ Togatæ adscripsit. E nostris ejus meminit Plin. lib. 3. c. 15. Sil. Italicus lib. VIII.

Tum Verona Athesi circumflua & undique solers
Arva coronantem nutrire Faventia pinum.

Habet agros optimos frumenti & vini feraces, atque maximum figulorum numerum, qui in fingendis & depingendis vasis antestant omnibus in Italia, ex quibus uberrimum quæstum faciunt, auctore Leand. Alberto, libro citato. Ex hac urbe originem traxisse *Ælium Verum* Imperatorem testatur Capitolinus in ejus vita, & Spartianus in Adriano.

3 Φάγρης, πόλις Θρᾴκης.] Phagres, etis, urbs Thraciæ. Memoratur Thucydidi, ut ait noster, lib. 2. Ἀνασήσαντες μάχῃ ὀλίγῳ πρὸ Πιερίας Πίερας, οἳ ὕστερον ὑπὸ τὸ Πάγγαιον πέραν Στρυμόνος ὤκησαν Φάγρητα, καὶ ἄλλα χωρία. i. e. *Cum expulissent prælio superatos ex Pieria Pieres, qui postea sub Pangæo trans Strymonem incoluerunt Phagretem, & alia oppida.* Ejus etiam meminit Scylax in Θρᾴκη, apud quem non bene scribitur Φάγρη pro Φάγρης.

4 Φαγρώριον, &c.] Phagrorium, seu Phagroriopolis, urbs ex Alexandri polyhistoris Ægyptiacis. Unde datur intelligere fuisse Ægypti urbem; quæ nomine *Phagroriopolis*, & *Nomos Phagroriopolites*, & *Phagrorius*, piscis Niliacus celebrantur Straboni lib. 17.

Φ.

ABIA, urbs Celtogalatarum, condita à Fabio Romanorum duce. Apollodorus secundo Chronicorum. Gentile Fabiates, ut Fabianus.

FAVENTIA, urbs Italiæ. Gentile, Faventinus, ut Placentinus.

PHAGRES, urbs Thraciæ. Hecatæ. Europa, & Thucyd. lib. 2. Gentile, Phagresius, dicitur & Phagresæus.

PHAGRORIUM, urbs, ut Alexander Polyhistor in Ægyptiacis. Ex quo componitur Phagroriopolites.

PHÆAX, & Phæacia, à Phæace. Hellanicus de victimis lib. 1. *Phæax filius Neptuni, & Cercyræ filiæ Asopidis, à qua insula* Cercyra *vocata fuit, cum prius* Drepane, *&* Scheria *vocaretur.* Gentile, Phæacis: incolæ, Phæaces.

PHÆSTUS, urbs Cretæ, acuto-tono. Gravi

5 Φαίαξ, &c.] Phæax, à quo Phæacia, insula Corcyra Homero, qui ejus incolas *Phæacas* vocat, auct. nost. auct. in Κληδών. Erat Phæax Neptuni & Cercyræ filius, à qua etiam insula nomen obtinuit, cum ante à *Drepane* & *Scheria* diceretur, ut ex Hellanico tradit auctor noster, de qua inter alios ita Plin. lib. 4. c. 12. *Insulæ autem ex adverso Thesprotiæ Corcyra, à Buthroto duodecim mill. pass. eadem ab Acroreraunii quinquaginta mill. cum urbe ejusdem nominis Corcyra liberæ civitatis, & oppido Cassiope, temploque Cassii Iovis pass. nonaginta septem mill. in longitudinem patens: Homero dicta* Scheria, *&* Phæacia, *Callimacho etiam* Drepane. Igitur quæ Græcis Κέρκυρα, Latinis dicitur *Corcyra*, nunc Italis corrupto parum vocabulo *Corfù*, & est sub Venetorum ditione. At Eustathius ad Dionysii v. 494. duas hujus nominis insulas memorat. Δύο δὲ Κέρκυραι· ἥ τε Φαιακὶς πρὸς τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, ἥτις καὶ τοῦ Διονυσίου νῦν ὁ λόγος, ἡ καὶ Φαιακία κέκληται, καὶ Σχερία καὶ Δρέπανον, καὶ Ἄργος, καὶ αὐτὴ μὲν μία· ἑτέρα δὲ Κέρκυρα ἐν τῷ Ἰονίῳ, ἀφ' ἧς ὁ μάλιστα λεγόμενος Κόρκυρα, ἡ καὶ Μέλαινα κεκλημένη. Δύο δὲ λιμένας ἡ Φαιακὶς ἔχει. i. e. *Duæ verò sunt Cercyræ, Phæacis prope Ionium sinum, de qua & Dionysio nunc sermo, quæ* Phæacia *etiam vocabatur, & Scheria, & Drepanum, & Argos, & hæc quidem una. Altera autem Cercyra intra Ionium per o micron maximè dicta Corcyra, quæ Melæna*, i. e. *Nigra quoque dicebatur. Duos verò portus Phæacis habet.*

6 Φαιστὸς, πόλις Κρήτης, ὀξυτόνως.] Phæstus, urbs Cretæ, cum accentu acuto in ultima. Cujus situm & conditorem ostendit Strabo lib. 10. Τῶν δ' ὑπὸ Μίνω συνῳκισμένων πρώην· τὴν μὲν λοιπὴν (Φαιστὸς δ' ἦν αὐτῶν) κατέσκαψαν Γορτύνιοι, τὸ μὲν Γόρτυνος διέχουσαν ἐξήκοντα, τὸ δὲ θαλάττης εἴκοσι. i. e *Porrò de tribus urbibus, quas civibus frequentavit Minos, reliquam (Phæstus erat hæc) diruerunt Gortynii, à Gortyne distantem stadia* LX. *à mari* XX. Phæsto oriundum fuisse ajunt Epimenidem Philosophum, at Diogenes Laërt. in ejus vita ex Cnoso inquit.

7 Τὸ μὲν βαρύτονον, κύριον. 8 Ἐκτίσθη ὑπὸ Φαίστου τοῦ Ῥοπάλου, Ἡρακλέους παιδός. Ὁ πολίτης Φαίστιος, ἡ Φαιστία, τὸ Φαίστιον, ἡ Φαιστιάς. 9 Ἔστι δὲ Φαιστιὰς ἡ καλουμένη Λιασή. Ὅμηρος,

Ἔστι δέ τις Λιασὴς αἰπεῖά τε εἰς ἅλα πέτρη.

Ἔστι καὶ Ἀχαΐας, ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν τρίτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως Φαίστιος. Ἔστι καὶ ἀπὸ τοῦ Φαύστου, Φαυστῖνος. 10 Ἔστι καὶ ἄλλη Φαῦστος Πελοποννήσου, ἡ πρότερον Φρίξα καλουμένη.

ΦΑΚΙΟΝ 11, πόλισμα Θεσσαλίας· Θουκυδίδης δ'. Τὸ ἐθνικὸν Φακιεὺς, ὡς Καλλιὼν Καλλιεύς.

ΦΑΚΟΥΣΣΑ 12, κώμη μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης· Στράβων ιζ'. Ἑκαταῖος ἢ Φάκουσσαν, καὶ Φακούσσας φησί· καὶ Φακοῦσσαν νῆσον, καὶ Φάκουσι. Τὸ ἐθνικὸν, Φακούσιος.

ΦΑΛΑΙΣΙΑ 13, πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Φαλαισιεύς.

ΦΑΛΑΚΡΑΙ 14, ἄκρα τῆς Ἴδης, ἥ τις οὐκ ἔχει ζωφυτον, ἀλλὰ τῷ χιόνα καὶ τὸ κρύσταλλον, ἀλλ' ἐψιλωμένη. Καὶ πάντα τὰ ἐψιλωμένα ὄρη, ἐλέγετο Φαλάκρα. Ὁ ἐκ τόπου, Φαλακραῖος. Λυκόφρων,

Στερρὰν κύβηλιν ἢ Φαλακραῖον κλάδον.

Καὶ ἡλυκῶς, Φαλακραῖαι κόραι· Καὶ ἀδέτερον. 15 Ἔστι καὶ κώμη Λιβύης Φαλάκρα. 16 Ἔστι καὶ

A Gravi enim tono est nomen proprium viri. Condita fuit à Phæsto filio Rhophali, filii Herculis. Civis, Phæstius, & Phæstia, & Phæstium, & Phæstias. Est Phæstiadis, & quæ dicitur [petra] *Lisse*, h. e. *glabra*, Hom.

B *Est autem quædam Lisse, altaque in mare petra.*

Est etiam Achaiæ, ut Rhianus rerum Achaicarum lib. 3. Gentile, similiter Phæstius. Est quoque à Phæstinus, Phæstinius. Est & alia C Phæstus Peloponnesi, quæ prius *Phrixa* vocabatur.

PHACION, oppidulum Thessaliæ, Thucyd. lib. 4. Gentile, Phacieus, ut Callion, Callieus.

D PHACUSSA, vicus inter Ægyptum, & mare rubrum. Strabo lib. 17. Hecataeus verò Phacussæ, in nominat. plur. & Phacussis in dativ. plur. inquit. Et Phacussæ insulæ, & Phacæi. Gentile, Phacussius.

E PHALÆSIA, urbs Arcadiæ, Pausan. lib. 8. Gentile, Phalæsieus.

PHALACRÆ, vertex Idæ, qui nullas habet plantas propter nivem, & glaciem, sed glaber est. Et omnes montes glabri, dicebantur *Phalacra*. Qui ex loco, Phalacræus, F Lycophron:

Solidam securim, vel Phalacræum ramum.

Reperitur etiam fœm. ut Phalacræ puellæ. Et neutrum. Est etiam vicus Libyæ Phalacræ.

Est

7 Τὸ μὲν βαρύτονον, κύριον.] Φαίστις apud Græcos ὀξυβάρυτος est nomen urbis, Φαῖστος autem βαρυβάρυτος est viri proprium. Sicut Τοῦκρος, Γραῖκος; quæ cum sint nomina gentis ὀξυβάρυτος scribuntur Τεῦκρος, Γραικός. Τὸ βαρυβάρυτος enim dicitur de quacunque voce, quæ habet accentum in penultima, sive acutum sive circumflexum, & hoc modo accipiendum est illud notæ LXV. in Γραικός, quod tunc ignorabam, & nunc didici ex Eustathio ad Il. 5. v. 43. Φαιστὶς μὲν ὀξυβάρυτος πόλις Κρήτης, Φαῖστος δὲ βαρυβάρυτος, κύριον ὄνομα. In quibus verbis τὸ βαρυβάρυτος dicitur de nomine Φαῖστος, quod habet accentum circumflexum.

8 Ἐκτίσθη ὑπὸ Φαίστου, &c.] Phæstum Cretæ urbem à Phæsto, Herculis nepote conditam tradit; Strabo cujus verba apposuimus in hujus sectionis capite, Minoëm ejus conditorem facit.

9 Ἔστι δὲ Φαιστιάς, &c.] Memorat Lissen, *Phæstiadis* regionis, id est in *Phæsti* regione; & in suæ sententiæ confirmationem affert versum Homericum, ex Odyss. 3. v. 293. Ubi non Λιασὴς, ut est apud Stephanum, sed Αἰσὴ legitur; erat autem *Lisse*, Gortyniæ promontorium, prope Phæstum; Crates apud Eustathium ad locum citatum pro Αἰσὴ, legebat Βλιασιὴ. Apud Strabonem lib. 10. corrupte scribitur: Ὀλύσιον pro ὁ Λίσιον; per incuriam enim ὁ articulus coaluit cum nomine sequenti.

10 Ἔστι καὶ, &c.] Est & altera Phæstus Peloponnesi, antèa *Phrixa* vocata: Posteriori nomine innotuit Polyb. qui eam historiarum lib. IV. inter Tryphaliæ oppida numerat; atqui Tryphalia, seu Triphylia jacebat in maritima Peloponnesi parte, inter Eleorum & Messeniorum fines, eodem auctore libro citato.

11 Φάκιον, πόλισμα Θεσσαλίας.] Phacium, oppidulum Thessaliæ, ex Thucyd. lib. IV. qui id locat non longè ab amne Apidano: Καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο ἐπὶ τῷ Ἀπιδανῷ ποταμῷ. Ἐκεῖθεν δὲ, ἐς Φάκιον. i. e. *Et ad amnem Apidanum castrapofuit. Illinc verò* [ivit] *Phacium.* E nostris memoratur Liv. 36. c. 13. *Principio veris conjunctis copiis in Thessaliam descenderunt. In Acarnania tum Antiochus erat. Advenientes, Philippus Mallæam Perræbiæ, Bæbius Phacium est aggressus.*

12 Φάκουσα, κώμη, &c.] Phacussa, vicus inter Ægyptum & mare Rubrum, ex Strab. lib. 17. Ejus sunt ex libro citato verba: Ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς διώρυγος τῆς ἐκδιδούσης εἰς τὸν Ἐρυθρὸν, ἀπὸ κώμης ἄρχεται Φακούσης, ἣ συνεχής ἐστι τῇ Φίλωνος κώμῃ. i. e. *Initium fossæ exeuntis in mare Rubrum, à vico Phacussa incipit, cui adhæret Philonis vicus.* Ejus quoque meminit Ptolem. lib. IV. c. V. apud quem Φακοῦσα scribitur, apud Strabonem verò Φάκουσα.

13 Φαλαισία, πόλις Ἀρκαδίας.] Phalæsia, urbs Arcadiæ, ex Pausan. lib. 8. Ἀπολιπὼν δὲ τὴν Θειᾶτιν ἐν ἀριστερᾷ σταδίους ἀπὸ τοῦ Ἀλφειοῦ πεσσαρακοντα, ἥξεις μάλιστα ἐς Φαλαισίας. Ἀπέχουσι δὲ αἱ Φαλαισίαι σταδίους εἴκοσι καὶ ἑξακοσίους Ἑρμαίου καὶ Βελεμίνας. i. e. *Relicto ad lævam Thiunte, stadia* XL. *ab Alpheo, venies maximè Phalæsias. Absunt verò Phalæsiæ stadia* XX. *ab Hermæo* [i. e. Mercurii templo] *quod ad Beleminam est.*

14 Φαλάκραι, ἄκρα τῆς Ἴδης, &c.] Phalacræ, promontorium, seu vertex Idæ, qui nullas habet plantas. Ida verò mons quatuor dicebatur habuisse promontoria, Pergamon, Lecton, Gargaron, Phalacras, auct. Tzetze ad Lycophronis v. 1170. de quibus vide quæ in Ἴδη.

15 Ἔστι καὶ κώμη Λιβύης Φαλάκρα.] Est & vicus Libyæ Phalacræ. Ptolemæo lib. IV. c. IV. dicitur Φαλάκρα num. singul. quam inter oppida Cyrenaicæ regionis locat.

16 Ἔστι καὶ Φάλακρον, ἀκρωτήριον Κερκύρας.] Est & Phalacrum, promontorium Corcyræ. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 14.

1 Φά-

καὶ Φάλακρον, ἀκρωτήριον Κερκύρας, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν πέμπτῳ γεωγραφουμένων φησί. A Est quoque Phalacron, promontorium Corcyræ, ut Artemidorus inquit quinto Geographumenωn.

ΦΑΛΑΝΘΟΣ [17], ὄρος καὶ πόλις Ἀρκαδίας· Παυσανίας ἐγδόῳ. Ἀπὸ Φαλάνθου. Τὸ ἐθνικὸν Φαλανθιεύς, ὡς Ἀκάνθιος, Ὀλύνθιος. B

PHALANTHUS, mons, & urbs Arcadiæ. Pausan. lib. 8. Sic dicta à *Phalantho*. Gentile, Phalanthius, ut Acanthius, Olynthius.

ΦΑΛΑΝΝΑ [18], πόλις Περραιβίας, ἀπὸ Φαλάννης τῆς Τύρρου θυγατρός. Λυκόφρων, Γόνον, Φαλάνναν, ἠδὲ Ὁλοσσόνων γύας. Ἑκαταῖος ἱστορικῶν α', Ἵππιαν αὐτὴν καλεῖ. C Καὶ Ἔφορος Φαλαννον αὐτὴν καλεῖ, ἐν τῷ θ'. Ἔστι καὶ ἑτέρα Κρήτης, ἀφ' ἧς ἦν Φανιάδης ὁ περιπατητικός. Ὁ πολίτης Φαλαννεύς, καὶ Φαλαννεία τὸ θηλυκόν.

PHALANNA, urbs Perrhæbiæ à Phalanne Tyri filia, Lycophron:

Gonnum, Phalannam, & Olossonum jugera.

Hecatæ. Histor. lib. 1. *Hippiam* eam vocat. Et Ephorus *Phalannum* lib. 9. Est etiam alia Cretæ, ex qua erat *Phanides* Peripateticus. Civis, Phalannæus, & Phalannæa fœmineum.

ΦΑΛΑΝΝΑΙΑ [19], πόλις Κρήτης. Ὁ πολίτης Φαλαννιεύς, ὡς Ἡραία Ἡραιεύς. D

PHALANNÆA, urbs Cretæ. Civis, Phalannæus, ut Heræa, Heræus.

ΦΑΛΑΡΑ [20], πόλις Θεσσαλίας, πλησίον Λαμίας. Τὸ ἐθνικὸν Φαλαρεύς, ὡς Μεγαρεύς.

PHALARA, urbs Thessaliæ, prope Lamiam. Gentile, Phalareus, ut Megareus.

ΦΑΛΑΣΑΡΝΑ [21], πόλις Κρήτης, ἀπὸ Φαλασάρνης. Ὁ πολίτης Φαλασάρνιος, ὡς Ξενίων φησί. E

PHALASARNA, urbs Cretæ, à Phalasarne. Civis, Phalasarnius, ut Xenio inquit.

ΦΑΛΓΑ, κώμη μέση Σελευκείας τῆς Πιερίας, καὶ τῆς ἐν Μεσοποταμίᾳ· Ἀρριανὸς ἐν ἱ Παρθικῶν. Ἡ ὴ φάλγα, γλώσσῃ τῇ ἐπιχωρίᾳ τὸ μέσον δηλοῖ. Τὸ ἐθνικὸν Φαλγωνεύς, καὶ Φαλγαῖος, ὡς Ἐδεσσηνὸς καὶ Ἐδεσσαῖος, καὶ Καρρηνὸς καὶ Καρραῖος· Τὸ μὲν κατὰ λόγον, τὸ δὲ κατὰ τὸ ἐπιχώριον. F

PHALGA, vicus inter Seleuciam Pieriæ, & Mesopotamiæ. Arrhianus lib. 10. rerum Parthicarum. *Phalga* verò regionis lingua *medium* significat. Gentile, Phalgenus. Et Phalgæus, ut Edessenus, & Edessæus, & Carrhenus, & Carrhæus. Unum juxta rationem, alterum juxta regionis usum.

ΦΑΛΕΡΙΟΝ [22], ὡς Βυζάντιον, πόλις Τυρρηνίας. Τὸ ἐθνικὸν, Φαλέριος. G

PHALERIUM, ut Byzantium, urbs Tyrrheniæ. Gentile, Phalerius.

ΦΑΛΗΡΟΝ [23], δῆμος καὶ ἐπίνειον τῆς Ἀτ-

PHALERUM, populus, & navale Atti-

17 Φάλανθος, ὄρος καὶ πόλις Ἀρκαδίας.] Phalanthus, mons & urbs Arcadiæ, ex Pausan. lib. 8. Ἀνεμῶσά τέ ἐστι χωρίον, καὶ ὄρος Φάλανθον. Ἐν αὐτῷ δὲ ἐρείπιά ἐστι Φαλάνθου πόλεως. i. e. *Anemosaque est oppidum, & mons Phalanthus. In ipso sunt rudera Phalanthi urbis.*

18 Φάλαννα, πόλις Περραιβίας.] Phalanna, urbs Perrhæbiæ, ex Lycophrone. Apud quem in illo versiculo non Φαλάνναν, ut ait noster, sed Φάλαιον legitur. At nostri autoris lectio confirmatur ex Strabone, qui ejus situm sic describit lib. 9. Ἡ δὲ Φαλάννα Περραιβικὴ πόλις κεῖται πρὸς Πηνειῷ πλησίον τῶν Τεμπῶν. i. e. *Phalanna verò Perrhæbica urbs ad Penεum prope Tempe.* Ejus quoque meminit Liv. lib. 42. c. 54. *Diruto magna ex parte & incenso oppido profectus ad Phalannam castra movit.*

19 Φαλαννεία, πόλις Κρήτης.] Phalannæa, urbs Cretæ. A nemine, quod sciam, at Phalannæa Thessaliæ memoratur Straboni lib. 9. Οἴεσθαι δέ τινες τὴν ἀκρόπολιν τῶν Φαλαννείων εἶναι. i. e. *Orthen quidam arcem Phalannæorum dixerunt.*

20 Φάλαρα, πόλις Θεσσαλίας, &c.] Phalara, urbs Thessaliæ, prope Lamiam. Memoratur Straboni lib. 9 Παραπλεύσαντι δ' ἔξω Πυλῶν τῶν Σπερχειὼς ἀπέχει σταδίους δέκα, εἶτα δ' εἰς Φάλαρα, εἴκοσι. i. e. *Inde naviganti extra Pylas Sperchei circiter stadia* x. *hinc ad Phalara*, xx. Liv. lib. 35. c. 43. *Jam profectus ab Demetriade rex, quia ita decreturos sciebat, Phalerum in sinum Maliacum processerat. Inde decreto accepto Lamiam venit, exceptus ingenti favore multitudinis.*

21 Φαλάσαρνα, πόλις Κρήτης.] Phalasarna, urbs Cretæ. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 17. Scylaci in Κρήτη· ejus sunt quæ sequuntur: Διάπλους δὲ ἀπὸ Λακεδαίμονος, ἕως ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον τῆς Κρήτης, ἐφ' ᾧ ἐστι πόλις Φαλάσαρνα, ἡμέρας δύο. i. e. *Navigatio autem à Lacedæmone, usque promontorium Cretæ, in quo est urbs Phalasarna, dies iter.*

22 Φαλέριον, &c.] Phalerium, ut Byzantium, urbs Etruriæ. Vide Φαλίσκος.

23 Φάληρον, δῆμος, &c.] Phalerum, seu Phalera, neut. plur. populus & navale Atticæ ex Pausaniæ lib. 1. Ejus appono verba: Φαληρὸν δέ, τοῦτο γὰρ ἐλάχιστον ἀπέχει τῆς πόλεως ἡ θάλασσα, τεῖχος ἐστὶν ἐπίνειον ὑμῖν. i. e. *Phalerum verò, hoc enim minimum distat ab urbe mare, hoc ipsis navale erat.* Hinc profectum Phalerum, à quo navali nomen, unà cum Jasone ad Colchos, Theseum ad Cretam, & Menestheum ad Troiam, quæ fuere Græcorum antiquissimæ expeditiones, testatur idem auct. libro citato. Sed postea Themistocles, cum summæ rerum præfuisset, quòd multò opportuniore loco Piræeus navigantibus situs videretur, atque tres inibi portus pro uno essent, in eo navale Athenienſibus construxit, eodem auctore libro modò dicto, Phalero suos debet natales Demetrius Phalereus, celeberrimus Theophrasti discipulus, qui *Phalericus* dicitur Ciceroni de Fin. bon. & mal. ad Brut. lib. v. cui plures trecentis statuas Athenienses dicarunt, quas omnes postea ejus inimici cum Athenis relictis ad Ptolemæum Ægypti regem fugeret, dejecerunt conflagraruntque, teste Strabone lib. 9. Phaleri ajunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum maris assuesceret voce vincere. Et hæc de Phalero dicta sufficiant, de quo consulendus Thucyd. lib. 2.

Ἀ᾽τθικῆς· Παυσανίας πρώτῳ περιηγήσεως Ἑλλάδος. Καὶ πληθυντικῶς, τὰ Φάληρα· Ξενοφῶν ἱππαρχικῷ. Ἀπὸ γὰρ Φαλήρου, Φαληρεῖς ὀνομάζονται οἱ Ἀθηναῖοι. Λέγεται ἢ καὶ ὁ δῆμος καὶ ὁ δημότης Φαληρεύς. Λέγεται καὶ Φαληραῖος, καὶ Φηλυκῶς Φαληρίς. Τὰ τοπικὰ, Φαληρόθεν, Φαληρόνδε, Φαληροῖ, καὶ Φαληρικόν. [24] Ἔστι καὶ πόλις ἐν Ὀπικοῖς, εἰς ἣν ἐξεβράσθη Παρθενόπη ἡ Σειρὴν, ἣ καλεῖτο Νεάπολις. [25] Ἔστι καὶ Θετταλίας ἄλλη πρὸς τῇ Οἴτῃ, ἣν Ῥιανὸς Φάλαγγα γράφει, φάλαρον λέγων, καὶ Φάληρον, Φάλαγγα.

A Atticæ. Pausanias lib. 1. Periegeseos Græciæ. Et plural. Phalera. Xenophon Hipparchico. A Phalero enim, *Phalereis* vocantur Athenienses. Dicitur etiam populus, & popularis, Phalereus. Dicitur etiam Phaleræus, & fœmineum, Phaleris. Localia, ex-Phalero, in-Phalerum, in-Phalero, & Phalericum. Est etiam urbs in Opicis in quam impetu æstus maris ejecta fuit Parthenope Siren, quæ vocatur *Neapolis*. Est etiam alia Thessaliæ juxta Oeten, quam Rhianus per *a* scribit, *Phalarum* vocans, & Phalerum per *eta*.

ΦΑΛΙΣΚΟΣ [26], πόλις Ἰταλίας, ἄποικος Ἀργείων· Καὶ φαλίσκοι, οἱ οἰκήτορες.

PHALISCUS, urbs Italiæ, colonia Argivorum. Et Phalisci, incolæ.

ΦΑΛΩΡΗ [27], πόλις Θετταλίας, ταύτην Ῥιανὸς φαλωρίαν καλεῖ. Τὸ ἐθνικὸν Φαλωρεὺς, καὶ Φαλωρίτης, ὡς Μαρωνίτης.

PHALORE, urbs Thessaliæ. Hanc Rhianus *Phaloriam* vocat. Gentile, Phaloreus, & Phalorites, ut Maronites.

ΦΑΛΩΡΙΑΣ, πόλις Λοκρίδος. Ὁ πολίτης Φαλωρεὺς, ὡς Ὀρθωσιεύς, Ἀφροδισιεύς.

PHALORIAS, urbs Locridis. Civis, Phalorieus, ut Orthosieus, Aphrodisieus.

ΦΑΜΙΖΩΝ [28], κώμη τῆς Ἀμασείας, καὶ νοτιωτέρα Ἀμίσου, ἧς οἱ κωμῆται Φαμιζωνῖται. Ἡ χώρα, Φαμιζωνίτις, ἡ Νεάπολις λέγεται. Οὕτω γὰρ Πομπήιος ταύτην ὠνόμασε.

PHAMIZON, vicus Amasiæ, australior Amiso, cujus incolæ, Phamizonitæ. Regio, Phamizonitis, quæ *Neapolis* dicitur. Sic enim Pompejus hanc nominavit.

ΦΑΝΑΓΟΡΕΙΑ [29], πόλις, ἀπὸ Φαναγόρου,

PHANAGORIA, urbs sic dicta, à Phana-

24 Ἔστι καὶ πόλις, &c.] Vide Νεάπολις.

25 Ἔστι καὶ Θετταλίας, &c.] Suprà Thessaliæ Phalara, prope Lamiam, nunc Phalarum, quæ & Phalerum prope Oeten, ac paululum infra Phalore, ejusdem regionis urbes memorantur. De Phalara prope Lamiam suo loco egimus; Phalerum verò putamus esse, quam *Phaleriam* vocat Liv. lib. 3. c. 15. *Primam urbium Thessaliæ Phaleriam est aggressus. Duo millia Macedonum in præsidio habebat, qui primo summa vi restiterunt, quantum arma, quantum mœnia tueri potuerant. Sed oppugnatio continua non die, non nocte remissa, cum consul in eo verti crederet ceterorum Thessalorum animos, si primi vim Romanam non sustinuissent, vicit pertinaciam Macedonum.* Phalore autem quam, ut suo loco ait noster, Rhianus *Phaloriam* vocat, memoratur. Liv. lib. 39. c. 25. *In controversiam autem veniebant, Philippopolis, Tricca, Phaloria, & Eurymene, & cetera circa eas oppida: utrum Thessalorum juris, cum vi ademptæ possessæque ab Ætolis forent.*

26 Φαλίσκος, πόλις Ἰταλίας, &c.] Phaliscus, urbs Italiæ, colonia Argivorum. Latini scriptores plerumque gentem, *Faliscos*, civitatem *Falerios* vocabant, ut apparet ex Livii lib. 5. c. 26. *Principio anni tribuni plebis nihil moverunt: donec M. Furius Camillus in Faliscos, cui id bellum mandatum erat, proficisceretur: differendo deinde elanguit res, & Camillo, quem adversarium maxime metuerant, gloria in Faliscis crevit.* Ac paulò post: *Mos erat Faliscis, eodem magistro liberorum & comite uti, &c.* Ac deinde: *Falerios se in manus Romanis tradidisse: quando eos pueros, quorum parentes capta ibi rerum sint, in potestatem dederit.* Sunt verba ejusdem ludi magistri, qui pueros Faliscorum tradiderat Camillo. Ac mox: *Denudatum deinde eum, manibus post tergum illigatis, reducendum Falerios pueris tradidit, virgasque eis, quibus proditorem agerent in urbem verberantes, dedit.* Ex quibus luce clarius patet, *Faliscos* & *Falerios* eamdem fuisse civitatem, etsi auctori nostro Φαλέριοι & Φαλίσκος sunt duo diversa oppida, ut & Solino cap. VIII. *Quis ignorat, conditæ esse, Agyllam à Pelasgis; ab Halesо Argivo, Phaliscam; à Phalerio Argivo, Falerios.* Sed Ego Livii sententiæ accedo. Ejus enim auctoritas majoris est facienda, quam reliquorum. Virgil. Æneid. lib. 7. *æquos Faliscos* vocat:

Hi Fescenninas acies æquosque Faliscos.

Item Silius illius æmulator lib. 8.

Hos juxta Nepesina cohors æquique Falisci.

Ad Maronis locum ita Servius: *Æquos dicit, id est justos, quia populus Romanus, missis decemviris, ab ipsis jura fecialia, & nonnulla supplementa* XII. *tabularum accepit; quas ab Athenienses habuerant.* Fuisse antiquitus urbem opulentam & potentem testatur præter alios Eutropius lib. 2. *Quintus Lutatius, Aulus Manlius, consules creati, bellum Faliscis intulerunt: (quæ civitas Italiæ opulenta quondam fuit) quod ambo consules intra* VI. *dies, quàm venerant, transegerunt;* XV. *millibus hominum cæsis; cæteris pace concessa; agro tamen ex medietate sublato.* Hæc tanta urbs interiit nedum sui relictis vestigiis; de qua consulendus Leander Albertus in Tuscia, & Cluv. Ital. Antiquæ lib. 2. c. 3.

27 Φαλώρη, &c.] Vide quæ in Φάληρον nota 25 annotavimus.

28 Φαμιζών, κώμη τῆς Ἀμασείας, &c.] Phamizon, onis, vicus Amasiæ, &c. Sine dubio hæc desumpsit auctor noster ex Strabone, apud quem lib. 12. vicus iste dicitur Φαζημών, non Φαμιζών ut habet noster. Illius sunt verba: Μετὰ δὲ ταῦτ᾽ ἐν τῷ Ἀμισηνῶν μέχρι τοῦ Ἅλυος, ἡ Φαζημονῖτις ἐστὶν, ἣν Πομπήιος Μεγαλόπολιν ὠνόμασε, καὶ Φαζημῶνα κώμην ἀποδείξας τῇ πατρίδι, καὶ μετοικίσας Νεάπολιν. i. e. *Post Amisenorum igitur regionem ad Halyn usque Phazemonitis est, quam Pompeius* Megalopolim *appellavit, juxta Phazemonem vicum declarans habitationem, & cognominans Neapolim.*

29 Φαναγόρεια, πόλις, &c.] In hac sectione auctori nostro memoratur Phanagoria, urbs, insula, & emporium; insulæ magnum est apud alios silentium, emporium idem fuisse cum urbe existimo. Fuit igitur Phanagoria, fœm. sing. & neut. plur. urbs Sarmatiæ Asiaticæ, prope Mæotim paludem memorabilis, Asianorum Bosporanorum caput, & emporium eorum, quæ ex *Mæoti* palude, supraque sitis regionibus devehebantur; habebat templum Veneris *Apaturi* insigne, auctore Strabone lib. 11. de ejus conditoribus digladiantur auctores; alii à Phænagora quodam Pæonum duce, alii à Phænagora Tio conditam contendunt, judice Eustathio ad Periegetæ v. 552. cui *Phænagore* quoque dicitur. *Matriga* hodie dicitur, si creditur (qui nemini credit) Theveto, ut inquit Abr. Ort. in suo Thesauro Geographico.

30 Φα-

ναγόρᾳ, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἡ νῆσος Φα- A Phanagora, ut Hecatæ. in Asia. Est & insula
ναγόρη, καὶ Φαναγόρεια. Ἔστι καὶ ἐμπόριον τὸ Phanagore, & Phanagoria. Est etiam em-
Φαναγόρεια, ἀδιαφόρως. Τὸ ἐθνικὸν ἐχρῆν Φα- porium Phanagoria neutro genere. Gentile debe-
ναγορεὺς, ὡς Ἀλεξανδρεὺς, τῷ πλείονι λό- bat esse Phanagoreus, ut Alexandreus frequen-
γῳ· Κρατήσας δ' ὅμως Φαναγορείτης. tiori sermone. Sed tamen obtinuit Phanagorites.

ΦΑΝΑΙ[30], ἀκρωτήριον τῆς Χίας, ἀπὸ τοῦ B PHANÆ, promontorium Chii, sic dictum, quod illinc Latonæ *Delus* apparuerit. Incolæ, Phanæi, & Phanæa fœmineum. Est etiam Phana singul. num. urbs Italiæ.
ἐκεῖθεν ἀναφανῆναι τῇ Λητοῖ τὴν Δῆλον. Οἱ
οἰκήτορες Φαναῖοι, καὶ Φαναία τὸ θηλυκόν.[31] Ἔστι
καὶ Φάνα ἑνικῶς, πόλις Ἰταλίας.

ΦΑΝΟΤΕΥΣ[32], πόλις Φωκίδος· C PHANOTEUS, urbs Phocidis. Thucyd. lib. 4. Dicitur quoque *Phanote*, & *Phanotia*. Cives, Phanotei, ut Delphi, & Thurii, similiter conditori. Aliqui *Panotiam* dicunt.
Θουκυδίδης δ'. Λέγεται καὶ Φανότη, καὶ Φανότεια.
Οἱ πολῖται Φανοτεῖς, ὡς Δελφοὶ, καὶ Θούριοι,
τῷ οἰκιστῇ συναπολησίως. Τινὲς Πανότειάν
φασι.

ΦΑΡΑΘΟΣ[33], πόλις τῆς Γαλιλαίας· D PHARATHUS, urbs Galilææ. Josephus Judaicæ antiquitatis lib. 5. Gentile, Pharathonites, & fœmineum. [Pharathonitis.]
Ἰώσηπος πέμπτῳ Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.
Τὸ ἐθνικὸν Φαραθωνίτης, καὶ θηλυκῶς.

ΦΑΡΑΙ[34], πόλις Μεσσηνίας, [35] ὅθεν ἦσαν οἱ Ἀφαρητιάδαι.[36] Ἔστι καὶ Ἀχαΐας.[37] Εἰσὶ PHARÆ, urbs Messeniæ, unde erant Apharetiadæ. Est etiam urbs Achaiæ. Sunt etiam per *eta*, Pheræ. Civis, Pheræus. Sunt
καὶ Φεραὶ διὰ τοῦ η, Φηραῖος· Οἱ πολῖται Φηραῖος. E etiam Pharæ Bœotiæ. Gentile, Phares, Pha-
[38] Εἰσὶ καὶ Φαραὶ Βοιωτίας. Τὸ ἐθνικὸν, Φάρης, retis. Est & alia Cretæ, colonia, ejus, quæ
Φάρητος. [39] Ἔστι δὲ ἄλλη Κρήτης, ἄποικος τῆς in Messenia, ut Philo. Gentile, ejus, quæ
ἐν Μεσσηνίᾳ, ὡς Φίλων. [40] Τὸ ἐθνικὸν τῆς in
Μεσση-

30 Φάναι, ἀκρωτήριον τῆς Χίας, &c.] Phanæ, arum, promontorium Chii. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 2. cui *Phœnæa* dicitur, at Straboni lib. 13. Phanæ est Chii profundus portus; Livius me docuit & promontorium & portum fuisse. Sic enim ille lib. 36. c. 43. *Romani, ubi primum aquilones (ii namque per aliquot dies tenuerant) cecidêre, ab Delo Phanas, portum Chiorum in Ægeum mare versum, petunt.* Et lib. 44. c. 28. *Forte postero die quàm Subota classis tenuit, quinque & triginta naves, quas* hyppagogos *vocant, ab Elea profectæ cum equitibus Gallis, equisque, Phanas promontorium Chiorum petebant.*

31 Ἔστι καὶ Φάνα, &c.] Est & Fana sing. num. urbs Italiæ. Latinis *Fanum*, & *Fanum Fortunæ*. Cæs. de Bello Civili lib. 1. *Ipse Arimini cum* II. *legionibus subsistit, ibique delectum habere instituit. Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat.* Plin. lib. 3. c. 14. *Flumen Æsis, Senogallia, Metaurus fluvius, colonia* Fanum Fortunæ, *Pisaurum cum amne.* Eodem modo Ptolemæo lib. 3. c. 1. Φάνον Φορτούνας, Πισαῦρον, Ἀρίμινον, i. e. *Fanum Fortunæ, Pisaurum, Ariminum.* Fanestris colonia dicitur Melæ lib. 2. c. 4. *A Pado ad Anconam transitur Ravennâ, Ariminium, Pisaurum, Fanestris colonia, flumen Metaurus, atque Æsis.* Fanestris Fortuna Frontino in libro de Coloniis: *Fanestris Fortunæ ager limitibus maritimis & montanis adsignatus.* A Totila Gothorum Rege cum Pisauro eversum & a Belisario instauratum tradit Blondus. Etiamnum durat, & vulgò Italis *Fano* vocatur.

32 Φανοτεύς, πόλις Φωκίδος.] Phanoteus, urbs Phocidis. Memoratur Straboni, lib. 9. Polybio, lib. 5. Pro Πανότειαν legendum suspicor Φανότειαν.

33 Φάραθος, πόλις τῆς, &c.] Pharathus, urbs Galilææ, ex Josephi Antiquit. lib. 5. cui Antiquit. lib. 13. c. 1. dicitur Φαραθὼ, nomine parùm deflexo ab Hebræo פרעתון, *Pirhathon*, cujus fit mentio Judic. c. 12. Huic urbi suos debent natales Abdon, judex Israël, & Benaiahu, unus ex fortibus David, quorum fit mentio in sacra historia.

34 Φαραί, πόλις Μεσσηνίας.] Pharæ, arum, urbs Messeniæ. Memorantur Straboni lib. 8. Ptolemæo lib. 3. c. 16. Pausan. lib. 4. Φαραὶ ἀφεστήκασιν Ἀθηνῶν σταδίους ἑβδομήκοντα· καὶ ὕδωρ μὲν τὸ ὀδὸν ἔστιν ἀλμυρόν. Βασιλεὺς δὲ Αὔγουστος τοὺς ἐν Φαραῖς Μεσσηνίους συνοίκειν ἐπέταξεν ἐς τὸ Ἀχαϊκόν. Τὸν δὲ εἰσιτὼ Φάριν Ἑρμῆ τε καὶ Φιλοδαμείας λέγουσιν εἶναι τοῦ Δαναΐδου. id est. *Pharæ verò distant ab Athenis stadia* LXX. *Et aqua in ipsa via est salsa. Imperator Augustus Messenios, quòd in Pharis Laconico nomini annumerari jussit. Conditorem Pharin, Mercurio & Philodamea Danai filia genitum dicunt.* Sex tantum stadia à mari distare Pharas tradit idem auctor libro citato: Θαλάσσης δὲ ἓξ που σταδίοις ἀπέχουσιν αἱ Φαραί. i. e. *A mari autem sex fermè stadia absunt Pharæ.*

35 Ὅθεν ἦσαν οἱ Ἀφαρητιάδαι.] Legendum existimo Φαρητιάδαι. Sic enim vocantur quidam duces apud Hom. Il. 2. v. 763. Il. 23. v. 376.

36 Ἔστι καὶ Ἀχαΐας.] Est etiam Achaiæ. Scilicet urbs Pharæ, quarum situm depingit Pausan. in Achaicis: Φαραὶ δὲ Ἀχαιῶν πόλεις τελοῦσι μὲν ἐς Πάτρας δίκῃ Αὐγούστου. Ὁδὸς δὲ ἐς Φαρὰς Παλαιὰν μὲν ὁπόσον ἀπὸ θαλάσσης σταδίοι πεντήκοντά εἰσι καὶ ἑκατόν, ἀπὸ θαλάσσης δὲ ἄνω ὅσον ἤπειρον ἐστὶν ἑβδομήκοντα. Ποταμὸς δὲ ῥεῖ παλαιὸς Φαρῶν Πίερος ὁ αὐτὸς (ἐμοὶ δοκεῖν) ὃς καὶ τὰ Ὠλένης παρεξείσιν ἐρείπια, ὑπὸ ἀνθρώπων δὲ ὅσον θαλάσσης καλούμενος Πῖερος. i. e. *Pharæ Achæorum oppidum Patrensibus est ab Augusto attributum. Via est ad Pharas Patrensium ex urbe stadiûm* CL. *à mari verò ad superiorem continentem stadiûm circiter* LXX. *Fluit prope Pharas amnis Pierus, idem (ut mihi videtur) Oleni ruderа præterlabitur, à maris accolis* Pirus *vocatus.*

37 Εἰσὶ καὶ διὰ τοῦ η, Φηραί.] Sunt & per eta Pheræ. Memorantur Smyrnæo vati Il. 9. v. 151. inter septem civitates, quas Agamemnon dotis nomine promittit Achilli, de quibus agit Geographus lib. 8. Homerus loco modò dicto ζαθέας, i. e. *divinas* vocavit.

38 Εἰσὶ καὶ Φαραὶ Βοιωτίας.] Sunt & Pharæ Bœotiæ. Cum apud alios nulla, quod sciam, hujus urbis Bœotiæ fiat mentio, facile adducor, ut credam esse eandem, quam Strabo lib. 8. in Arcadia locat. Ἡ δὲ Φάραι συνορεῖ μὲν τῇ Δυμαίᾳ· καλεῖται δὲ οἱ μὲν ὀκτὼ τοὺς Φαράς, Φαρεῖς· οἱ δὲ ὀκτὼ τοὺς Μεσσηνιακοὺς, Φαρίτας. i. e. *Phara proximat Dymææ. Hujus oppidani vocantur Pharieis. Messeniacæ verò, Pharatæ.* Confusè admodum referuntur apud Scriptores hujus nominis urbes, ut videre est apud Eustath. ad Il. 2. v. 712.

39 Ἔστι δὲ ἄλλη Κρήτης, &c.] Pharas urbem Cretæ, coloniam fuisse prodit Pharārum Messeniæ. Memoratur Plinio lib. 4. c. 12.

40 Τὸ ἐθνικὸν, &c.] Gentile Pharārum Messeniæ, Pharaites. Quod exemplo confirmat, quare apud Strabonem, cujus verba nota 38. præcedente appositimus pro Φαρίται legendum Φαρίτης.

Μεσσηνίας, Φαραίτης, ὡς Θῆβαι Θηβαίτης, καὶ Συκαὶ Συκαίτης· Τῆς δ' ἐν Ἀχαΐᾳ,[41] Φαραιεῖς λέγονται. Καὶ δῆλον, ὡς ἀπὸ τοῦ Φαραῖος Φαραιεύς, Κρηταῖος Κρηταιεύς, Κωπαῖος Κωπαιεύς· Καὶ κλητικὸν Φαραϊκός, ἀπὸ τοῦ Φαραῖος.

in Messenia, Pharaites, ut Thebæ, Thebaites, & Sycæ, Sycaites. Ejus verò, quæ in Achaia, *Pharæis* dicuntur. Et manifestum est, ut à Pharæus, Pharæeus, Cretæus, Cretæeus, Copæus, Copæeus. Et possessiv. Pharaïcus, à Pharæus.

ΦΑΡΑΝ[42], πόλις μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας. Τὸ ἐθνικὸν, Φαρανίτης· Καὶ κλητικὸν, Φαρανητικὸς ὅρος.

PHARAN, urbs inter Ægyptum & Arabiam. Gentile, Pharanites. Et possessiv. Pharaneticus terminus.

ΦΑΡΒΑΙΘΟΣ[43], πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Φαρβαιθίτης.

PHARBÆTHUS, urbs Ægypti. Civis, Pharbæthites.

ΦΑΡΒΗΛΟΣ, πόλις Ἐρετριέων.

PHARBELUS, urbs Eretrieorum.

ΦΑΡΙΣ[44], πόλις τῆς Λακωνικῆς. Οἱ πολῖται, Φαρίτης, ὡς Παυσανίας· Καὶ Φαριάτης, ὡς Σπαρτιάτης. Ὅμηρος,

Φάρην τε, Σπάρτην τε, πολυλήρωνά τε Μέσσην.

PHARIS, urbs Laconicæ. Cives, Pharitæ, ut Pausanias. Et Phariates, ut Spartiates, Hom.

Pharinque, Spartamque, abundantemque columbis Messen.

ΦΑΡΚΙΔΩΝ, πόλις Θεσσαλίας. Θεόπομπος δὲ ἐν θ' Φιλιππικῶν, Φαρκαδόνα, διὰ τοῦ α φησίν. Ὁ πολίτης, Φαρκηδόνιος, ὡς Χαλκηδόνιος· Καὶ Φαρκηδονὶς, καὶ Φαρκηνίς.

PHARCIDON, urbs Thessaliæ. Theopomp. verò Philippicorum 9. Pharcadonem per *a* inquit. Civis, Pharcedonius, ut Chalcedonius. Et Pharcedonis, & Pharcenis.

ΦΑΡΜΑΚΟΥΣΣΑ[45], δύο νῆσοι πλησίον Σαλαμῖνος.[46] Ἔστι καὶ ἄλλη ὑπὲρ Μιλήτου, ἐν ᾗ Ἄτταλος ἀνῃρέθη. Τὸ ἐθνικὸν, Φαρμακουσσαῖος, ἢ Φαρμακέσιος.

PHARMACUSSA, duæ insulæ prope Salamina. Est etiam alia supra Miletum, in qua Attalus occisus fuit. Gentile, Pharmacussæus, vel Pharmacusius.

ΦΑΡΝΑΚΙΑ[47], χώρα καὶ πόλις Ποντικὴ, πλησιόχωρος τῇ Τραπεζοῦντι. Τὸ ἐθνικὸν Φαρνακεύς, ἀπὸ τοῦ Φάρνακος, ὡς Ἀντίοχος Ἀντιοχεύς, Σέλευκος Σελευκεύς. Ἔστι καὶ Φρυγίας Φαρνάκιον, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Φρυγίας τρίτῳ.

PHARNACIA, regio, & urbs Pontica, vicina Trapezunti. Gentile, Pharnaceus, à Pharnace, ut Antiochus, Antiocheus, Seleucus, Seleuceus. Est etiam Pharnacion Phrygiæ, ut Alexander de Phrygia lib. 3.

ΦΑ-

PHA-

41 Φαραιεῖς.] Viderint doctiores an apud Strabonem loco modo dicto pro Φαρεῖς legendum sit Φαραιεῖς, ut est apud Stephanum, qui hujusmodi formam exemplis affirmat.

42 Φαρὰν, πόλις, &c.] Pharan, urbs inter Ægyptum & Arabiam. Ptolemæo lib 5. c. 17. promontorium juxta Pharan & Phara vicus Arabiæ Petrææ prope Ægyptum memorantur, & in sacris literis Pharan est locus deserti Arabiæ habitatione Ismaelis, filii Abrahami ex Agar Ægyptia nobilis, cujus fit mentio Numerorum cap. 13.

43 Φάρβαιθος, πόλις Αἰγύπτου.] Pharbæthus, urbs Ægypti. Memoratur Ptolemæo. lib. 4. c. 5. necnon Nomos Pharbæthites, cujus etiam meminit Herodot. lib. 2. c. 166. Utriusque Plin. lib. v. c. IX. X.

44 Φάρις, πόλις τῆς Λακωνικῆς.] Pharis, urbs Laconicæ. Ejus situm describit Pausan. in Laconicis: Διαβᾶσι δὲ αὐτόθεν πόταμὸν Φελλίαν ἐξ Ἀμύκλας ἰοῦσιν εὐθείας ὡς ἐπὶ θάλασσαν, Φάρις πόλις ἐν τῇ Λακωνικῇ πάλαι ᾠκεῖτο. i.e. *Transeuntibus verò illinc amnem Phelliam, rectâ Amyclas petentibus tamquam ad mare, Pharis urbs in Laconica olim habitabatur.* Emeruit locari in Homericis carminibus, Il. 2. v. 582. ubi legitur versiculus ille, quem affert auctor noster. Spartani & finitimi non *Pharin*, sed *Pharas* vocarunt, auctore Pausania lib. 4. Ἦλθεν ἐπὶ πόλιν τῶν Λακωνικῶν τὸ μὲν ἀρχαῖον ὄνομα καὶ ἐν Ὁμήρου καταλόγῳ Φάρην, νῦν δὲ τοῖς Σπαρτιάταις καὶ περοικικὸν καλεόμενον Φαρᾶς. i. e. *Venit ad urbem Laconicæ, antiquum nomen & in Homeri catalogo Pharin, Spartiatæ autem & finitimi vocant Pharas.* A Lacedæmoniis eversam tradit idem auctor lib. 3. Ἐπὶ τούτοις πόλεις Λακεδαιμόνιοι τῶν περιοικίδων πολέμῳ κρατήσαντες, ἐξεῖλον Ἀμύκλαν καὶ Φάριν καὶ Γερανθρὰς ἰσχύοντας ἐν Ἀχαιοῖς. i. e. *Hujus tempore Lacedæmonii finitimas urbes bello captas everterunt Amyclam & Pharin & Geranthras, quas Achæi occuparant.*

45 Φαρμακοῦσσα, δύο νῆσοι, &c.] Pharmacusiæ, duæ insulæ prope Salaminin. Memoratur Straboni lib. 9. Εἶθ' ἡ ἄκρα ἡ Ἀμφιάλη, καὶ τὸ ὑπερκείμενον λοξόμιον, καὶ ὁ εἰς Σαλαμῖνα πορθμὸς, ὅσον διστάδιον, ὃν ἀναχῶσαι ἐπειρᾶτο Ξέρξης, ἔφθη δὲ ἡ ναυμαχία γενομένη, καὶ ἡ φυγὴ τῶν Περσῶν. Ἐνταῦθα δὲ καὶ αἱ Φαρμακοῦσσαι δύο νησία, ὧν ἐν τῷ μείζονι Κίρκης τάφος δείκνυται. i. e. *Tum promontorium Amphiale, & superjacens lapidicina, ac trajectus in Salamina, circiter duorum stadiorum, quem cùm aggere ingesto complanare Xerxes conaretur, navali prælio, fuorumque fugâ præventus fuit. Ibi & duæ parvæ insulæ sunt Pharmacusæ, in quarum majore ostenditur sepulcrum Circes.*

46 Ἔστι καὶ ἄλλη ὑπὲρ Μιλήτου, &c.] Est & alia insula Pharmacusa supra Miletum. Memoratur Plutarcho & Suetonio, circa quam Cæsarem à Pyratis, cum Rhodum trajiceret, captum scribunt; posterioris in J. Cæsare cap. 4. sunt verba: *Huc* [Rhodum] *dum hibernis jam mensibus trajicit, circa Pharmacusam insulam à prædonibus captus est.*

47 Φαρνακία, χώρα καὶ πόλις, &c.] Pharnacia, regio & urbs Pontica adhærens Trapezunti. Memoratur Straboni lib. 12. Μετὰ δὲ τὴν Σιδηλίτην ἡ Φαρνακία ἐστὶν ἐρυμνὸν πολίσμα· καὶ μετὰ ταύτην ἡ Τραπεζοῦς πόλις Ἑλληνὶς. i. e. *Post Sidenen Pharnacia est munitum oppidum; & postea Trapezûs urbs Græcanica.* Ac paulo pòst: Ὑπὲρ μὲν δὴ τῆς περὶ Φαρνακίαν, καὶ Τραπεζοῦντα τόπων οἱ Τιβαρηνοὶ, καὶ Χαλδαῖοι μέχρι τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας εἰσίν. i. e. *Supra loca circa Pharnaciam & Trapezuntem sunt Tibareni, & Chaldæi usque ad parvam Armeniam.*

ΦΑ'ΡΟΣ[48], νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, πο- A μὸν ὁμώνυμον ἔχουσα. Ἔστι ἦν κλῖσμα Φαρίων, ὡς Ἔφορος εἰκοστῷ ὀγδόῳ. [49] Ἔστι καὶ πόλις Ἰλλυρίας, ὡς Πολύβιος γ'. Τὸ ἐθνικὸν, Φάριοι. [50] Ἔστι καὶ νῆσος ἡ πρὸς τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, [51] ἐφ' ἧ ὁ Σωστράτου Δεξιφανὲς πύργος ὁμωνύμως λεγόμενος Φάρος. Φάρος δὲ ὁ πρωρεὺς Μενελάου, ἐν τῇ νήσῳ δηχθεὶς ὑπὸ ἔχεως, ἐτάφη. Φάρος ἦν καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἐκαλεῖτο. Τὸ ἐθνικὸν Φάριος, καὶ Φαρία, καὶ Φάριον. Ἔστι καὶ πόλις Περραιβικὴ. Ἐθνικὸν B τὸ αὐτό.

PHAROS, insula in mari Adriatico fluvium habens ejusdem nominis. Est verò Phariorum opus, ut Ephorus lib. 28. Est etiam urbs Illyriæ, ut Polybius lib. 3. Gentile, Pharii. Est etiam insula juxta Alexandriam, in qua turris Sostrati filii Dexiphanis eodem nomine dicta *Pharos*. Pharos autem, Menelai proreta à serpente morsus in hac insula sepultus est. Alexandria etiam *Pharos* vocabatur. Gentile, Pharius, & Pharia, &Pharium. Est etiam urbs Perrhæbiæ. Gentile, idem.

ΦΑΡΟΥ'ΣΙΟΙ[52], ἔθνος Λιβυκὸν· Μέμνηται αὐτῶν Διονύσιος, καὶ Ἀρτεμίδωρος. C

PHARUSII, populi Libyci. Meminit eorum Dionysius, & Artemidorus.

ΦΑ'ΡΣΑΛΟΣ[53], πόλις Θεσσαλίας, D ἀπὸ Φαρσάλου τοῦ Ἀκρισίου. Τὸ ἐθνικὸν Φαρσάλιος, καὶ Φαρσάλις, καὶ Φαρσαλία. [54] Ἔστι καὶ Παμφυλίας πόλις. Λέγεται καὶ Φαῤῥάλιος διὰ δύο ῥῥ, [55] ὡς Μυῤῥίνη, καὶ Κόῤῥη, καὶ ὀπὶ Κόῤῥης. E

PHARSALUS, urbs Thessaliæ, sic dicta à Pharsalo Acrisii filio. Gentile, Pharsalius, & Pharsalis, &-Pharsalia. Est etiam Pamphyliæ urbs. Dicitur etiam *Pharrhalius* per duplex *rr*. ut Myrrhine, & Corre, & in Corre.

ΦΑ- PHA-

48 Φάρος, νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ.] Pharus, insula in Adria, id est, mari Adriatico. Memoratur Melæ lib. 2. c. 7. *Atque ut Alexandriæ, ita Brundusio adjacens Pharos.* Illyrico adscripsit Plin. lib. 3. c. 21. necnon Polyb. lib. 3.

49 Ἔστι καὶ πόλις Ἰλλυρίας, &c.] Pharus est etiam urbs Illyriæ ex Polyb. lib. 3. Qui ab Æmilio Romanorum duce captam & eversam prodit, libro citato: Ὁ δὲ γραπτὸς τῶν Ῥωμαίων Αἰμίλιος τὴν μὲν Φάρον ὑβρίσθη ἐξ ἐφόδου προδηλαδὴ, καὶ ἐκπλήξεως. Τὰς δὲ λοιπὰς Ἰλλυριῶν ἐγκρατὴς γενόμενος καὶ πάντα διατίθεις κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, μετὰ ταῦτα λήγοντος ἤδη τοῦ θέρους, εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανῆλθε. i. e. *Dux Romanorum Æmilius Pharum statim repentino incursu captam diruit. Deinde Illyride reliqua in potestatem redacta, rebusque omnibus ex animi sententia dispositis, desinente jam æstate Romam reversus est.*

50 Ἔστι καὶ νῆσος, &c.] Est & Pharus insula prope Alexandriam. De qua sic Mela lib. 2. c. 7. *Pharos Alexandriæ nunc ponte conjungitur, olim (ut Homerico carmine proditum est) ab eisdem oris cursu diei totius abducta: & , si ita res fert, videri potest conjectantibus in tantum mutatæ causas Nilum præbuisse, dum limum subinde; & præcipue cum exundaret, litori annectens, auget terras, spatiumque augescentium in vicina vada promovet.* Olim in medio mari stetit, postea aggere facto, & Nilo adjuvante Alexandriæ muris proximabat. Utrumque graphice depingit Lucanus lib. x.

Tunc claustrum pelagi cepit Pharon: insula quondam
In medio stetit illa mari, sub tempore vatis
Proteos: at nunc est Pelleis proxima muris.

Alludit Lucanus ad Odyss. 4. v. 355. ubi Homerus ait Pharum insulam distare ab Ægypto tantum, quantum navis ἀπημερίη conficit. Quo etiam respexisse videtur Plin. lib. v. c. 31. cum inquit: *Insularum ante Asiam prima est in Canopico ostio Nili, à Canopo Menelai gubernatore (ut ferunt) dicta. Altera juncta ponte Alexandriæ, colonia Cæsaris Dictatoris, Pharus; quondam diei navigatione distans ab Ægypto; nunc è turri nocturnis ignibus cursum navium regens.* Ovid. etiam Met. lib. xv. 1. v. 286. canit:

Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharosque
Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.

51 Ἐφ' ἧ ὁ Σωστράτου, &c.] In insula Pharo ad Alexandriam erat turris ejusdem nominis, à Sostrato architecto constructa, de qua Plin. lib. 36. c. 12. *Magnificatur & alia turris à rege facta in insula Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam constitisse octingentis talentis tradunt: magno animo, ne quid omittamus, Ptolemæi regis, quod in ea permiserit Sostrati Gnidii architecti structuræ ipsius nomen inscribi. Usus ejus, nocturno navium cursu ignes ostendere, ad præmuniendas vada, portusque introitum.* Ab hac reliquæ etiam turres in aliis portubus ad eundem usum factæ eodem nomine insigniuntur; de quibus consulendus Strab. lib. 17.

52 Φαρούσιοι, ἔθνος Λιβυκόν.] Pharusii, gens Libyca ex Dionysio & Artemidoro. Priori memorantur v. 216. cui *Pharusii* dicuntur:

Εἶξεις δ' ἐπὶ τοῖς, Φαυρούσιοι· ὧν ὑπὲρ αἶαν
Ναίουσιν Γαραμάντες ἀπείριτοι ———

Deinceps verò post hos, Pharusii. Quorum supra terram
Habitant Garamantes innumeri ———

Ubi Eustathius silet. Eorum quoque meminit Strabo lib. 17. & nostris Sallustius in bello Jugurthino Mela lib. 3. c. 10. *Deinde Pharusii, aliquando tendente ad Hesperidas Hercule, dites: nunc inculti, & nisi quod pecore aluntur, admodum mopes.* Plin. lib. 5. c. 8. *Pharusii quondam Persæ, comites fuisse dicuntur Herculis ad Hesperidas tendentis.* Ubi Salmasius legit, *per se* pro *Persæ*, audacter nimis. Namque apud Sallust. libro citato ubi de Herculis exercitu agit, hæc leguntur: *Ex eo numero Medi, Persæ, & Armenii navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari locos inhabitavere: sed Persæ intra Oceanum magis, hique alveos navium inversos pro tugurtis habuere.* Quæ verba vulgatam Plinii lectionem affirmant.

53 Φάρσαλος, πόλις Θεσσαλίας.] Pharsalus, urbs Thessaliæ. Sedebat ad Enipeum fluvium, pugnâ inter Cæsarem & Pompeium memorabilis, auctore Appiano de Bellis Civil. lib. 2. Διὸ δὴ τεσσαρακοντάλιτρος τῶν Γαλατῶν φύλακας καὶ τροφοὺς καταλιπὼν, παρέπεμψε τοὺς λοιποὺς, ἐς τὸ μεταξὺ Φαρσάλου τε πόλεως καὶ Ἐνιπέως ποταμοῦ· ἔνθα καὶ ὁ Καῖσαρ ἀνελιδενοῦτο. i. e. *Quapropter relictis quatuor millibus Italorum, qui castra custodirent, cæteros deduxit in aciem inter Pharsalum urbem & Enipeum amnem. Ubi & Cæsar ex adverso constitit, castris dispositis.* Esse urbem Episcopalem sub Archiepiscopo Lariss æo, ac *Farsa* vocari tradit Philippus Ferr. Alexandrinus in suo Lexico Geographico. Memoratur & vetus & nova Pharsalus Straboni lib. 9. Livio diversis locis, & aliis; *Pharsalia* vocatur Floro lib. 4. c. 12. Lucanus Poëma suum, de bello civili *Pharsaliam* vocat:

——— *Pharsalia nostra*
Vivet, & à nullo tenebris damnabitur ævo.

Causa verò, cur Lucan. Poëma suum vocaverit Pharsaliam est clarior quam ut indicari egeat.

54 Ἔστι καὶ Παμφυλίας, &c.] Vide Φασηλίς.

55 Ὡς μυῤῥίνη, &c.] Hæc affert in exemplum etsi non pertinent ad topographiam. *Μυῤῥίνη* enim id est myrtus dicitur pro *μυρσίνη*, & κόῤῥη, i. e. *maxilla* pro κόρση, unde etiam dicitur ἐπὶ κόῤῥης παίειν, i. e. *in faciem percutere*, sic enim supplendum est illud ἐπὶ κόῤῥης.

ΦΑΡΥ'ΓΑΙ[56], πόλις Λοκρίδ◎, [57] ἣν Ὅμηρ◎ Τάρφην καλεῖ. Οἱ μὲν, ἀπὸ τ῀ ἐν Φαρύγαις Τάρφης τ῀ νομα· Οἱ δ', ἀπὸ τ῀ πυκνότητ῀ ὕλης ταύτας κεκλῆσθ. Οἱ πολίτ Φαρυγαῖοι, ὡς δῆλον ἐκ τ῀ Φαρυγαίας Ἥρας. A

PHARYGÆ, urbs Locridis, quam Hom. *Tarphen* vocat. Alii quidem à Tarphe in Pharygis. Alii autem à densitate sylvæ has vocatas fuisse existimant. Cives, Pharygæi, ut patet ex nomine Junonis Pharygææ.

ΦΑΣΑΗΛΙ'Σ[58], πόλις τ῀ Ἰ῀δαίας, ἀπὸ Ἡ῀ρώδ῀ κτισθεῖσα, ἧ πρώτ βασιλέως τ῀ χώρας, τ῀ ὁνόματι ἧ ἀδελφ῀, ὡς Ἰώσηπ◎ ἐν ᾱ ἧ πρὸς Ῥωμαίους πολεμ. Τὸ ἐθνικὸν Φασηλίτης, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ αὐτῇ. B

PHASAELIS, urbs Judææ, ab Herode condita, primo regionis rege, sic dicta à nomine fratris, ut Josephus lib. 1. de bello adversus Romanos. Gentile, Phasaëlites, ut idem in eodem libro.

ΦΑΣΗΛΙ'Σ[59], πόλις Παμφυλίας, ἡ πρότερον Πίλυσσα, ὑστερον Φάσηλ◎. Ὁ πολίτης, Φασηλίτης. [60] Θεοδέκτης δ' ἦν γένος Φασηλίτης, υἱὸς Ἀριστάνδρ, κάλλει διαφέρων, ὃς ἐποίησε τραγῳδίας ν', ἠ ῥητορικὰς τέχνας, [61] ἠ λόγους ῥητορικοὺς ἐπῶν. Ἀπέθανε δ' Ἀθήνησι, ἠ ἐπιγέγραπται αὐτῷ ἐλεγεῖον τόδε, C

PHASELIS, urbs Pamphyliæ, quæ prius *Pityussa*, & postea *Pharsalus*. Civis, Phaselites. Theodectes verò erat genere Phaselites, filius Aristandri pulchritudine excellens, qui tragœdias quinquaginta, & rhetoricas artes, & orationes rhetoricas versibus fecit, Athenis autem mortuus est, ac ipsi hoc lugubre carmen inscriptum fuit. D

[62] Ἡ δὲ χθὼν κόλποισι Φασηλίτιν Θεοδέκτην
Κρύπτ, ὃν ηὔξησαν μοῦσαι Ὀλυμπιάδες. E
Ἐν ᾗ χθὼν, ἱεραῖς τρισὶ ἠ δέκα ἀμίλλαις,
Ὀκτὼ ἀκηράτους ἀμφεθέμην στεφάνους.

Hæc terra sinu Phaselitem Theodectem
Tegit, quem nutrivere Musæ Olympiades.
Dum viverem sacris tredecim certaminibus
Octo immortales mihi impositæ sunt coronæ.

[63] Ἡρω-

56 Φαρύγαι, πόλις Λοκρίδ◎, &c.] Pharygæ, arum, urbs Locridis. De qua sic Strabo lib. 9. Ἡ ὑπὲρ Σκιαφ῀ [Τάρφη] κεῖται ἐφ' ὑψους, ὀίκησιν εὐφόρου εἰκοσι, χώραν δ' ἀξιόκαρπον, ἠ δύβενδρον· ἐφ' ἧς ἐστι, ἠ αὐτη ἀπὸ τ῀ δάσους ὠνομασται· καλεῖται δ' καὶ Φαρυγαι. Ἰδρυ῀ται δ' αὐτόθι Ἥρας Φαρυγαίας ἱερόν. i.e. *Scarphe* [lege Tarphe] *in sublimi iacet, stadiis* xx. *distans, regionem habet frugum, arborumque feracem. Nam & hæc à densitate nemorum habet nomen. Nunc vocatur* Pharygæ. *Ibi verò est Junonis Pharygææ templum.*

57 Ἣν Ὅμηρ◎ Τάρφην καλεῖ.] Homerus Tarphen celebrat Il. 2. v. 533, de qua suo loco egit auct. noster.

58 Φασαηλις, πόλις τ῀ Ἰ῀δαίας, &c.] Phaselis, urbs Judææ, ex Josephi de bello lib. 1. Ejus ex libro citato c. XVI. sunt verba: Φασαήλιδα δ' ἀδελφ῀, τ῀ ἐν Ἱεροσολύμοις ὁμώνυμον πύργ, Οὗτ, τετράγωνα, κ τὴν ὑπ' αὐτῷ πελεκητὸν ἀμφ῀ τ῀ ἐξῆς λαλύσαμβ. Καὶ πόλιν ἀκλω κτίσας κ τ῀ λόφ Ἱερικ῀ τὴν ἴσην ὠνόμασεν. i. e. *Phaselo vero fratri, Hierosolymis cognominem turrim ædificavit; cujus figura & in magnitudine sumptum postea declarabimus. Et urbem condidit in convalle, quæ itur ab Hierichunte in Boream, & Phaselidem nominavit.* Convallem illam *Phaselidem* quoque vocat Plin. lib. 13. c. 4.

59 Φασηλις, πόλις Παμφυλίας, &c.] Phaselis, urbs Pamphyliæ, quæ antea *Pityussa*, & postea *Pharsalus*. Alii Pamphyliæ, alii Lyciæ, alii Ciliciæ assignant hanc urbem; Liv. lib. 37. c. 23. inquit fuam fuisse in confinio Lyciæ, & Pamphyliæ; ac cum Cilices piraticam facientes eam obtinerent, auct. Floro lib. 3. c. 6 hinc factum videtur, ut Ciliciæ quoque adscriberetur. A Mopso conditam tradit Pomp. Mela lib. 1. c. 14. A Publio Servilio eversam prodit Florus libro capiteque citatis. Fuit urbs intignis, quod tres portus haberet, ac quod juxta eam erant angustiæ quædam ad mare, per quas Alex. Magnus copias suas traduxit adeò miraculosè, ut Josephus Antiquitatum lib. 2. cap. ultimo transitum filiorum Israel per mare rubrum cum hoc Alexandri transitu comparaverit, de quo Ethnici quoque scriptores loquuntur, inter quos Q. Curtius lib. 5. c. 3. Strabo lib 14. cujus verba placitum huc conferre: Εἶτα Φασηλὶς, πρεῖς ἐχουσα λιμένας, πόλις ἀξιόλογ◎ κ λίμνη. Ὑπέρκει δ' αὐτῆς τὸ Σόλυμα ὄρ◎, κ Τερμισσ◎ Πισιδικὴ πόλις, ἐπικειμένη πῇ στενῷ, δι' ὧν ὑπερβάσεις εἰσιν εἰς τὴν Μιλυάδα. Καὶ ὁ Ἀλέξανδρ◎ ἧ Δᾷ τοῦτο ἐξέλιπεν αὐτοῖς, ἀνάγκ βιαζόμεν◎ τὸ στενόν.

Περὶ Φασηλίδα δ' ἐστὶ τὰ κατὰ θάλατταν στενὰ, δι' ὧν Ἀλέξανδρ◎ παρέσχε τὴν πρόσοδον· ἐστι δ' ὄρ◎ Κλιμαξ καλούμεν· ἐπίκειτ δ τῇ Παμφυλίᾳ πλάγᾳ, στενὴν ἀπολείπον παρόδον ἐπὶ τ῀ αἰγιαλοῦ, πεῖς μὲν ὑγιείαις χωμυθμίοις, ὥστε εἶναι βάσιμον τοῖς ὁδοῦσι· πλημμυρίδ◎ δ' ἧ πλάγης ὑπὸ τ῀ κυμάτων καλυπτομένου ἐπίπολυ· ἡ μὲν ἐν Δᾷ δ' ὁρος ὑπέρβασις, πεζίδιον ἔχ κ πρόσβλητος ἐστι, τῷ δ' αἰγιαλῷ χρῶν κ τοῖς ὑδίοις. Ὁ δ' Ἀλέξανδρ◎ εἰς χειμέριον ἐμπεσὼν καιρὸν, κ τὸ πλέον ἐπιτρέπων τῇ τύχῃ πρὶν αἰσθέσθαι τὸ κῦμα ὥρμησε, κ ὅλου τοῦ ἡμέρου ἐκ ὑποστὰς χρείαν τὴν πορείαν σωτήριον, μέχρι ὀμφαλ῀ βαπτιζομένων. Ἐστι μὲν ἐν κ αὐτη ἡ πόλις Λυκιακὴ, ἐπὶ τ῀ ὁρων ἱδρυμένη τ῀ πρὸς Παμφυλίαν. i.e. *Ac deinde Phaselis tres habens portus, urbs memorabilis, & lacus. Supra hanc Solyma sunt mons, & Termessus Pisidica urbs, angustiis montium imminens, per quas in Miliadem transitur; Atque Alexander etiam propterea eam diruit, ut fauces istas aperiret. Apud Phaselidem sunt ad mare angustiæ, per quas exercitum traduxit Alexander. Est enim ibi mons Climax, Pamphylio incumbens mari, & propter litus arctum relinquens transitum; qui tranquillo mari nudatur, & à viatoribus perambulari potest; mari exundante, fluctibus admodum obtegitur. Accidit autem in hybernam incidit tempestatem, cumque fortunæ maximam eventus partem crederet, antequam defluerent undæ profectus est; itaque contigit, ut totum diem milites per aquam iter facerent usque ad umbilicum in eam demersi. Urbs ista Lyciæ est, in confinio Pamphyliæ sita.*

60 Θεοδέκτης, &c.] Celebratur Theodectes Phaselites, orator & Poeta tragicus, Platonis, Isocratis & Aristotelis discipulus, qui præter opera quæ noster recensetscripsit funebrem quoque orationem in Mausoli laudem, ac habuit filium cognominem, qui inter alia scripsit *encomium Alexandri* Epirotæ, auct. Suida in Θεοδέκτης, de quibus vide breviarium nostrum auctorum, quos ad testimonium vocat Stephanus.

61 Καὶ λόγους ῥητορικοὺς ἐπῶν.] Pro ἐπῶν legendum puto Δᾷ ἐπῶν, ficut Δᾷ ποιημ◎, nam ex Suida in Θεοδέκτης apparet, scripsisse τέχνην ῥητορικὴν ἐν μέτρῳ, κ ἄλλα τινὰ κατὰλογάδην, i.e. *artem rhetoricam versu, & alia quædam oratione soluta.*

62 * Ἐν ᾗ χθὼν, ἱεραῖς τρισὶ, &c.] Versus hic claudicat, sic legendus est:

Αὐτὸς ἐπὶ χθόν' ἐὼν ἱεραῖς τρισὶ κ δέκ' ἀμίλλαις.

Ut me admonuit amicus quidam ingeniosus pariter, ac eruditus.

63 Ἡρω-

63 Ἡρωδιανὸς ᾗ μὲν νῆσόν φησι, καὶ παροξύνεσθαι. 64 Τὸ μὲν τὸ ἀγγεῖον οἱ ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐξύνασι.

A Herodianus solus *insulam* vocat, & accentum in antepenultima habere inquit. Cum significat receptaculum Alexandrenses acuunt.

ΦΑΣΗΛΟΥΣΣΑΙ, δύο νῆσοι Λιβύης, πλησίον Σίρεως ποταμοῦ. Ἑκαταῖος περιηγήσει Λιβύης. Οἱ νησιῶται Φασηλουσσαῖοι, ὡς Σκηψιουσσαῖοι.

PHASELLUSSÆ, duæ insulæ Libyæ, prope Sirim fluvium, Hecatæus Libyæ periegesi, insulares, Phaselussæi, ut Scotussæi.

B

ΦΑΣΙΣ[65], πόλις τῆς Αἰας, πρὸς τῷ φάσιδι ποταμῷ ἐν Κόλχοις. Ἐκτίσθη ὑπὸ Μιλησίων. Τὸ ἐθνικὸν ἐδεῖ φασίτης, ὡς Ὀασίτης, Μεμφίτης. Ἢ φασιάτης, πλεοναζούσης τοῦ α, C ὡς καὶ λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν φασιάτης, καὶ φασιατικὸς, καὶ φασιανός. Ἀριστοφάνης ἐν Ὀλκάσι. Καὶ φασιανὴ θηλυκὸν, καὶ φασιανὸν ναύτου ἀδελφῶς. 66 Ἔστι καὶ ἄλλος ποταμὸς φάσις, ἐν τῇ Ταπροβάνῃ. D

PHASIS, urbs Aeæ, juxta Phasin fluvium in Colchis. A Milesiis condita. Gentile debebat esse Phasites, ut Oasites, Memphites. Vel Phasiates, pleonasmo τοῦ α, ut etiam dicitur. Gentile Phasiates, & Phasiaticus & Phasianus. Aristophanes *Olcasi*. Et Phasiana fœmineum, & Φασιανὸν ναύτου, i. e. *Phasianus saltus*, neutro genere. Est etiam alius fluvius Phasis in Taprobana.

ΦΑΣΤΑΙΑ, πόλις ἐν Σάκαις. Τὸ ἐθνικὸν φασταῖος, καὶ φασταιδὺς διὰ τὸ τύπον.

PHASTÆA, urbs in Sacis. Gentile, Phastæus, & Phastæus propter typum.

PHANTIA, urbs Troiana, à Cumanis condita. Et Phanteis, ut Neandreis, gentile.

E

ΦΑΤΡΙΑ[67], ἐξ ἧς οἱ Φρᾶτορες λέγονται, οἱ ἐκ τῆς Φαληρίας τῆς αὐτῆς ὄντες, ὅ ἐστι τρίτης Φυλῆς, ὧν τινες τριττὺν λέγουσιν. Ἐλέγετο δὲ Φράτης, καὶ Φράτωρ· Ἀλλὰ τὸ μὲν Φράτης, ἀρχαῖον μετὰ τοῦ αὐτὸ κλίσεως· Θάτερον δὲ, νεώτερον. Λέγεται καὶ Φράτριον τόπος, ἐν ᾧ οἱ τῆς αὐτῆς Φαληρίας συνήγοντο. Λέγεται καὶ Φρατρίζειν, τὸ εἰς ταὐτὸν συνιέναι. Καὶ μετὰ τοῦ α, Φατριάζειν, ὅπερ σύνηθες τοῖς Ἀττικοῖς. Φαληρίζειν ἔλεγον, τὸ ἐν τῷ Φαληρίῳ δύχεσθαι, ὅ ἐστι τὸ τῆς Φρατρίας ἔθος. 68 Καὶ κίνημα τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ τοῖς τάττων ἱστορικοῖς. Ἀλλὰ καὶ Φατριεῖς καλοῦντο, οἱ ἐν αὐτῷ συνιόντες. Ἐλέγοντο δὲ καὶ Φάτραι, καὶ Φάτραι· Ἀλλ' ὅ συναδὲ τῷ Φαληρεύς. Ὡς γὰρ Ὑρία Ὑρεύς, Ὑσία Ὑσιεύς, ἕτω Φρατρία Φρατρεύς.

PHATRIA, ex qua *Phratores* dicuntur, qui sunt ex eadem *Phatria*, hoc est ex tertia tribus parte, quam aliqui τριττὺν, h. e. *tertiam* dicunt. Dicebatur etiam Phrater, & Phrator. Sed Phrater antiquum est cum ejusdem declinatione. Alterum recentius. Dicitur etiam *Phatrion* locus, in quo homines ejusdem Phatriæ congregabantur. Dicitur etiam φρατρίζειν, i. e. *phratrizare*, *in eumdem locum convenire*. Et cum α' φαληρίζειν, i. e. *phatriazare*, quod Atticis consuetum. Φαληριάζειν verò dicebant, *in phatrio precari*, quæ est phratriæ consuetudo. Et motus Romanis & horum historicis. Phatrieis quoque vocabantur, qui in eumdem locum conveniebant. Dicebantur etiam *Phratræ*, & *Phatræ*. Sed non consonat nomini Phatrieus. Ut enim Hyria, Hyrieus, Hysia, Hysieus, sic Phratria, Phratrieus.

F G H

ΦΕΑ,

PHEA,

63 Ἡρωδιανὸς ᾗ μὲν, &c.] Inquit Herodianum solum asserere Phaselidem esse insulam. Ex Strabonis verbis in hujus sectionis capite appositis patet fuisse Lacum.

64 Τὸ μὲν τὸ ἀγγεῖον, &c.] Inquit, vas, seu receptaculum nomine *phaselidem* Alexandrenses acuere; puto esse navigii genus, quo Phaselitæ piratæ utebantur.

65 Φάσις, πόλις τῆς Αἰας, πρὸς τῷ, &c.] Phasis, urbs Ææ, ad Phasim amnem in Colchis. Utriusque meminit Scylax in Κολχοὶ, cui Phasis urbs Ἑλληνὶς πόλις, i. e. *Græcanica urbs* dicitur, de qua nihil fatu dignum narratur; at de fluvio multa fabulantur præcipuè Poetæ. Per eum enim Argonautas *Jasone* duce in Colchos ad vellus aureum rapiendum navigâsse dicunt, unde Ovid. Met. lib. VII.

Multaque perpessi claro sub Jasone tandem
Contigerant rapidas limosi Phasidos undas.

De ejus ortu digladiantur scriptores, nec minor est lis de loco, quò aquas exonerat, major pars ex Armeniæ montibus oriri, atque apud Colchos mari immergi asserunt; noster ex Amarantis Colchica gente fluere, unde Amarantium τὸν Φᾶσιν φασὶν inquit in Ἀμαραντοί. Poetæ ejus nomine sæpe pro regione Colchica utuntur. Ovid. in Epist. Hypsipyles ad Jasonem:

Illa sibi Tanai, Scythiæque paludibus udæ
Quærat, & à patria Phasidos usque, virum.

Eidem de Arte amandi lib. 2. v. 103. *Medea* dicitur Phasias:

Phasias Æsonidem, Circe tenuisset Ulysses
Si modo servari carmine posset amor.

Ab amne regio *Phasiana* dicebatur, & populi Phasiani, unde aves, quas *Phasianos* vocant ad nos detulisse Argonautas ferunt; de quibus si plura scire desideras, adi Stukium in Arrhiani Periplum Ponti Euxini, & alios.

66 Ἔστι καὶ, &c.] Celebrat alium Phasim fluvium in Taprobana insula, cujus meminit Ptolem. lib. VII. c. IV.

67 Φατρία, &c.] Phatria, seu Phratria, erat tertia tribus pars apud Athenienses, de qua consulendi Harpocratio, Suidas & alii Lexicographi.

68 Καὶ κίνημα τοῖς Ῥωμαίοις, &c.] Nullus dubito, pro κίνημα, i. e. *motus*, legendum κήδεια, i. e. *affinitas*, ad nomen enim Latinum *frater* alludit, quod ex ipsius verbis conjectare facilè possumus.

ΦΕΑ, πόλις [69] τῆς Ἠλείας. Ὅμηρος Ἀμφὶ δὲ Φ ι.

Φειὰς παρὰ τείχεσσι —

Τὸ ἐθνικὸν, Φεαῖος.

ΦΕΛΕΣΣΑΙΟΙ [70], ἔθνος ὅμορον τοῖς Ὀμβρικοῖς πρὸς τῇ Ἰαπυγίᾳ, ὡς Εὔδοξος ἕκτῳ.

ΦΕΛΛΕΥΣ [71], ὄρος τῆς Ἀττικῆς. Τάχα δ' ἀ μόνης τῆς Ἀττικῆς, ἀλλὰ παντὸς ὃ τόπος ἔχοντος ὀπισθεν μὲν πέτρας, ὑπὲρ ταύτης δὲ γῆν λιπαρὰν καὶ πρὸς ἐλαιοφυΐαν. Τὸ τοπικὸν, Φελλεύτης ἂν εἴη, ὡς ὃ Ἀπαρνεύς Ἀπαρνείτης.

ΦΕΛΛΟΣ [72], πόλις Παμφυλίας· Ἐκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ ἐν τῷ περὶ Λυκίας, Φελλὸν καὶ Ἀνθιφελλον Λυκίας εἶναι λέγει. Οἱ πολῖται, Φελλίτης, καὶ Ἀνθιφελλίτης, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῇ εἰρημένῃ, καὶ Πολύχαρμος.

ΦΕΝΕΒΗΘΙΣ [73], πόλις Αἰγύπτου. Τὸ ἐθνικὸν, τῷ σωτῆρι χαρακτῆρι. Καὶ Φενεβηθίτης· [74] ἔστω γὰρ * ὥρα πολλῶν ὁ φιλόσοφος ἐχρηματίζετο.

ΦΕΝΕΟΣ [75], πόλις Ἀρκαδίας·

Οἵ Φενεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ Ὀρχομενόν·

Λέγεται καὶ δρσενικῶς. [76] Ἔστι δὲ ἡ πόλις τῆς Ἀζανίας. Ὁμορεῖ δὲ ἐκ τοῦ πρὸς βορρᾶν μερῶν τῇ Κλιτορίᾳ, ἐν ᾧ τῷ πρὸς ἄρκτους Αἰγείροις καὶ Πελληνίταις, Ἀχαϊκαῖς πόλεσι. Κεῖται ὑπὲρ τὸ ὄρος τὸ Κυλλήνιον. Οἱ πολῖται Φενεοῦς, καὶ Φενεάτης, καὶ Φενεαῖος· Καὶ θηλυκῶς, Φενεαία, καὶ Φενεαῖον. Τὸ κτητικὸν Φενεαλικὸς, καὶ Φενεαλική, καὶ Φενικὸς, καὶ Φενική.

ΦΕ-

PHEA, urbs Elidis. Hom. per ει scribit.

Pheæ juxta muros. —

Gentile, Pheæus.

PHELESÆI, populi vicini Umbris juxta Japygiam, ut Eudoxus lib. 6.

PHELLEUS, mons Atticæ. Forsan non solum Atticæ, sed cujuscunque loci habentis in superficie petras, supra autem, terram pinguem, & olivetis idoneam. Locale, esset Phelites, ut Atarneus, Atarnites.

PHELLOS, urbs Pamphyliæ. Hecatæ. Asia, Alexander polyhistor in de Lycia, Phellum, & Antiphellum Lyciæ esse inquit. Civis, Phellites, & Antiphellites, ut Alexander in prædicto libro, & Polycharmus.

PHENEBETHIS, urbs Ægypti. Gentile, consueto charactere. Et Phenebethites, sic enim * hora multorum philosophus cognominabatur.

PHENEOS, urbs Arcadiæ.

Quique Pheneum incolebant, & Orchomenum [pecorosum,]

Dicitur etiam in mascul. genere. Est verò urbs Azaniæ. Finitima Clitoriæ ex partibus versus boream, in septemtrionali verò, Ægiris, & Pelenitis, Achaicis urbibus. Sita supra montem Cyllenen. Civis, Pheneeus, & Pheneates, & Pheneæus. Et fœm. Pheneæa, & neut. Pheneæum. Possessiv. Pheneaticus, & Pheneatica, & Phenicus, & Phenica.

PHE-

69 Φέα, πόλις τῆς Ἠλείας.] Phea, urbs Eleæ ex Homero apud quem scribitur per ει, illius hemistichii, integer versus reperitur Il. 7. v. 135. hoc modo:

Φειὰς παὺ τείχεσιν, ἵ ἀρδάνου ἀμφιρύεθρα.

Pheæ ad muros Jardani circa fluenta.

Ubi Eustathius nihil fatu dignum habet. Quare apud Stephanum pro Ἀμφὶ δὲ Φ ι, legendum Ἀμφὶ δὲ ει, quæ lectio affirmatur ex Thucydidis lib. 2. apud quem Φειὰ scribitur, & apud Strabonem lib. VIII. Μεθ' ὃν τὸν Χελωνάτην ὁ τῶν Πισαίων αἰγιαλὸς πολύς· εἶτ' ἄκρα Φειά· ὑφ' ἣν πολίχνη. i. e. *Post Chelonatam Pisatarum litus longo tractu. Deinde promontorium Phea. Erat verò & oppidulum.* Hæc eadem urbs paulò infra dicitur Φία.

70 Φελεσσαῖοι, &c.] Phelessæi, gens contermina Umbris juxta Japygiam. Viderint doctiores an sint Falarienses, quos celebrat Plin. lib. 3. c. 13. in quinta regione Italiæ, Cluverio etiam Italiæ Antiquæ lib. 2. c. 2. memoratur *Falesia* ab Scapri portu versus occasum navigantibus, quæ adhuc hodie, ait ille, vocatur *Porto Foresi, & Porto Faleſi.* Ego verò ἐπίσχω.

71 Φελλεύς, ὄρος τῆς Ἀττικῆς.] Phelleus, mons Atticæ. Asper sed pascendis capris aptus, unde, qui ex humili fortuna, asperaque vita ad dignitates emersissent, ex Phelleo venire dicebantur, de quo consulendus Suidas.

72 Φελλὸς, πόλις Παμφυλίας.] Phellus, urbs Pamphyliæ, ex Hecatæi Asia. Strabo lib. 14. Lyciæ dedit: Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Φελλὸς, καὶ Ἀνθιφελλος, καὶ ἡ Χίμαιρα ἧς ἐμνήσθημεν ἔμπροσθεν. i. e. *In mediterraneis sunt Phellus, & Antiphellus, & Chimæra, cujus suprà meminimus.* Utriusque etiam meminit Ptolemæus inter Lyciæ oppida lib. 5. c. 3. è nostris Plin. lib. 5. c. 27. *Juxta mare Lymira cum amne, in quem Arycandus influit, & mons Massycites, Andriaca civitas, Myra. Oppida, Apyre, & Antiphellos, quæ quondam Habessus, atque in recessu Phellus.*

73 Φενεβηθις, &c.] Phenebethis, urbs Ægypti. Suidæ Φονεβύθις est Panopolitanæ præfecturæ vicus. Patriam *Valentini* hæretici fuisse tradit Epiphanius.

74 Οὕτω δὲ * ὥρα πολλῶν ὁ φιλόσοφος, &c.] Locus iste est, ut qui maximè, corruptus & lacunosus; nec Coi senis ope nedum Æsculapii pristinæ sanitati restitui posse credo, sed pro illis verbis ὥρα πολλῶν jurarem scribendum ὥρος ἐθνικῶν. Orus enim ethnicorum scriptor citatur ab auctore nostro in Νικίς κώμη & in Ταῶα, de quo verisimile est in hac sectione loqui. Fortassis est idem qui Etymologici magni auctori in Τελεσῖνη dicitur Ὧρος ὁ Θηβαῖος, i. e. *Orus Thebanus.*

75 Φενεὸς, πόλις Ἀρκαδίας.] Pheneus, urbs Arcadiæ. Memoratur Homero Il. 2. v. 605. Ubi legitur versiculus ille, cui deest verbulum πολύμηλον. i. e. *pecorsum.* Ejus etiam meminit Polyb. lib. 2. Pausan. in Arcadicis novam & veterem Pheneum celebrat, Plin. quoque lib. 4. c. 6. inter Arcadiæ oppida ejus meminit.

76 Ἔστι δὲ ἡ πόλις τῆς Ἀζανίας.] De eadem Pheneo Arcadiæ urbe videtur loqui, quoniam Azania erat pars Arcadiæ, ut suo loco dicit noster.

77 Φε-

ΦΕΡΑΙ[77], πόλις Θεσσαλίας.

Οἵ τε Φερὰς ἐνέμοντο παρὰ Βοιβηίδα λίμνην.

Ἀπὸ Φέρητος ἢ Κρηθέως, ἢ Φερᾶς τῆς Αἰόλου θυγατρός. Ὁ πολίτης, Φεραῖος, καὶ Φεραία. Εἰσὶ καὶ ἄλλαι Φεραὶ ἀρχαῖαι, τὴν νυῦ Φερῶν ἀπέχουσαι σταδίοις ὀκτώ. Εἰσὶ καὶ ἄλλαι Ἰαπυγίας, καὶ Αἰτωλίας, καὶ Παρθυαίων. [78] Ἔστι καὶ Ἀφετὰς ἡ.

Φηράς τε ζαθέας, ἠδ' Ἀνθειαν βαθύλειμον.

[79] Τὸ ἐθνικὸν, Φεραῖος.

ΦΕΡΕΝΤΙΝΟΣ [80], πόλις Σαυνιτῶν ἐν Ἰταλίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Φερεντῖνος. Λέγεται καὶ Φερέντιος, ὡς Διονύσιος ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

A PHERÆ, urbs Theſſaliæ.

Quique Pheras incolebant, juxta Bœbeida paludem.

A Pherete filio Crethei, vel à Phera Æoli filia. Civis, Pheræus, & Pheræa. Sunt etiam aliæ Pheræ antiquæ diſtantes ab his, quæ nunc, ſtadiis octo. Sunt etiam aliæ Japygiæ, & Ætoliæ, & Parthorum. Scribitur etiam per *eta*.

Pheraſque divinas, & Anthiam profunda habentem prata.

Gentile, Pheræus.

FERENTINUS, urbs Saunitarum in Italia. Gentile, Ferentenus. Dicitur etiam Ferentius, ut Dionyſius lib. 17. Romanæ antiquitatis.

ΦΗΓΑΙΑ, δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. Ὁ δημότης, Φηγαιεύς. Ἔστι καὶ ἄλλος δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς, οἱ Φηγαιεῖς. Ὁ δημότης, Φηγαιεύς. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Φηγαίων, εἰς Φηγαίων, ἐν Φηγαίων.

ΦΗΓΕΙΑ [81], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Φηγέως βασιλέως, ὡς Χάραξ Ἑλληνικῶν δ'. Φηγεὺς οὖ ὁ ἀδελφὸς Φορωνέως ἔκτισε πόλιν Φήγειαν, ἣ πρὶν Ἐρύμανθος ἐκαλεῖτο· Ὕστερον δὲ Ψωφὶς ὠνομάσθη, ὡς ἐροῦμεν, ἀπὸ τῆς μητρός. Οἱ πολῖται, Φηγεῖς.

ΦΗΓΟΥΣ, δῆμος Ἐρεχθηίδος φυλῆς.

PHEGÆA, populus Ægeidis tribus. Popularis, Phegæus. Eſt etiam alius populus Pandionidis tribus, Phegæeis. Popularis, Phegæus. Localia, ex Phegæarum, ad Phegæarum, in Phegæarum.

PHEGEA, urbs Arcadiæ, à rege Phegeo, ut Charax Hellenicorum 4. *Phegeus verò frater Phoronei condidit urbem Phegeam, quæ prius* Erymanthos *vocabatur.* Poſtea autem *Pſophis* vocata fuit, ut dicemus, à matre. Cives, Phegeis.

PHEGUS, populus Erechtheidis tribus. Popu-

77 Φεραὶ πόλις Θεσσαλίας.] Pheræ, arum, urbs Theſſaliæ. Innotuit Homerico carmine, Il. 2. v. 711. ubi legitur verſus ille, de quibus ita Strabo lib. 9. Φεραὶ μὲν οὖν εἰσι πέρας τῆς Πελασγικῆς πεδιάδος πρὸς τὴν Μαγνησίαν, ἀπέχουσι δὲ μέχρι μὲν Πηλίου σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα· ἐπίνειον δὲ τῶν Φερῶν, Παγασαὶ, διέχον σταδίους αὐτῶν. i. e. *Pheræ igitur ſunt terminus Pelaſgici campi ad Magneſiam, qui ad Pelium uſque ſtadiis* CLX. *porrigitur. Navale Pherarum ſunt Pagaſæ, diſtans ab eis* XC. *ſtadiis.* Memorantur Livio diverſis locis. Hinc celebratur Alexander *Pheræus* tyrannus quidam, ab uxore ſua Thebe ob pellicatûs ſuſpicionem interfectus, cujus meminere Plutarch. in Pelopida, Cic. lib. 2. de Officiis, Val. Max. lib. 9. Ovid. in Ibin:

Inque tuo thalamo jugulatus more Pheræi,
Qui datus eſt letho conjugis enſe ſuæ.

78 Ἔστι καὶ Ἀφετὰς ἡ.] De his Pheris per *eta* jam meminit in Φαραὶ, de quibus vide quæ illic nota 37. annotavimus.

79 Τὸ ἐθνικὸν Φεραῖος, &c.] Lege Φηραῖος. Eſt enim Φηρῶν gentile, non Φερῶν.

80 Φερεντῖνος, πόλις Σαυνιτῶν.] Ferentinus, urbs Saunitarum. Sic auctor noſter vocat Samnites Italiæ populos. Ferentinus autem urbs Samnitum videtur eſſe, quæ Ptolemæo lib. 3. c. 1. dicitur Φερέντινον, ſed ille non inter Samnitum ſed Latinorum civitates eam commemorat. Memoratur Venuſino vati Epiſtol. lib. 1. Epiſt. 17.

——— *Ferentinum ire jubebo*
Nam neque divitibus contingunt gaudia ſolis
Nec vixit male, qui natus, moriensque fefellit.

Idem oppidum ab eodem Carm. lib. 3. Od. 4. *Ferentum* dicitur, ut ego puto:

——— *Et arvum*
Pingue tenent humilis Ferenti.

Enotuit etiam S. Italici carmine lib. 8.

Sylla Ferentinos, Privernatumque maniplos
Ducebat.

Suetonius in Etruria videtur locare, quia in Othone cap. 1. ſic de eo loquitur: *Majores Othonis orti ſunt oppido Ferentino, familia vetere & honorata, atque ex principibus Etruriæ.* Hernicorum urbem Liv. lib. 7. c. 9. inquit eſſe: *Inſequenti anno cùm L. Sulpicius & C. Licinius Calvus conſules in Hernicos exercitum duxiſſent, neque inventis in agro hoſtibus, Ferentinum urbem eorum vi cepiſſent, revertentibus inde eis Tiburtes portas clauſerunt.* Idem auctor lib. 10. c. 34. Samnitibus videtur dare: *Poſtremo potitur oppido Romanus. Samnitium cæſa tria millia ducenti: capti quatuor millia* CC. *præter prædam aliam. Inde Ferentinum ductæ legiones. Unde oppidani cum omnibus rebus ſuis, quæ ferri agique potuerunt, nocte per averſam portam ſilentio exceſſerunt.* Ex quibus apparet, non convenire inter auctores de ejus ſitu, auctor etiam noſter paulò infra celebrat Φορεντῶνα urbem Italiæ, & Φορεντωνὸς Italiæ gentem, de quibus confusè etiam loquuntur Leander in Italiæ deſcriptione, & Cluv. in ſua Italia Antiqua.

81 Φήγεια, πόλις Ἀρκαδίας.] Phegea, urbs Arcadiæ. Quæ prius *Erymanthos*, dein *Pſophis* vocata fuit. Idem adſtruit Pauſanias lib. 8. Παροικοῦσι δὲ αὐτὴν Φηγέα, ἀπὸ Φηγέως τοῦ βασιλεύσαντος Ἐρυμάνθου καλουμένου. Ἐπιφοιτῶσι δὲ αὐτῇ Ἐχέφρων καὶ Πρόμαχος Ἡρακλέους τε ὄντες, καὶ τῆς γυναικὸς τῆς Σικανῆς, μετέθεντο τῇ Φηγέᾳ τὸ ὄνομα Ψωφίδα ἀπὸ τῆς μητρός. i. e. *Habitanti verò in urbe Phegia* [reliquit eam] *quæ urbs ante Phegei regnum* Erymanthos *dicebatur. Ibi educati Echephron & Promachus, Herculis & uxoris Sicanæ filii, à matre Phegiam urbem* Pſophidem *nuncuparunt.* Apud Pauſaniam pro Φηγέα ex noſtro auctore legendum Φηγεία, quoniam ἀπὸ Φηγέως nomen habet, de qua promittit ſe dicturum, quod adimplet in Ψωφὶς, ubi, ſi placet, videbis annotationes noſtras.

82 Φη-

λῆς. Ὁ δημότης, Φηγέατ@. Τὰ τοπικὰ, Φηγεατικόθεν, Φηγεατικῶδε, Φηγεατικῶσι. A Popularis, Phegussius. Localia, ex-Phegunte, ad-Pheguntem, in-Phegunte.

ΦΗΜΙΑΙ, πόλις τῆς Ἀρναίας, ἀπὸ Φημίου τοῦ Ἀμπυκικοῦ. Ἑλλάνικος πρώτῃ Δευκαλιωνείας. Τὸ ἐθνικὸν, Φημαῖος, καὶ Φημιεὺς, καὶ Φημιάτης, ὧν οἱ τύποι εὑρίσκονται. B

PHEMIÆ, urbs Arnææ, à Phemio Ampycis filio. Helianicus lib. 1. Deucalioniæ. Gentile, Phemæus, & Phemieus, & Phemiates quorum formæ inventæ sunt.

ΦΘΕΡΟΦΑΓΟΙ [82], ἔθνος. Στράβων ἐνδεκάτῃ.

PHTHEROPHAGI, natio quædam. Strabo lib. 11.

ΦΘΙΑ [83], πόλις καὶ μοῖρα Θεσσαλίας. Παρμενίσκος μὲν χώραν αὐτὴν φησι, καὶ οὐ πόλιν· Οὐκ ὀρθῶς. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Φθίας γυναικὸς, ἢ Φθίας Ποσειδῶνος καὶ Λαρίσσης. [84] Στράβων δὲ εἰς τέσσαρα διαιρεῖ τὴν Θεσσαλίαν, Φθιῶτιν, Ἐστιαιῶτιν, Θεσσαλιῶτιν, Πελασγιῶτιν. Ὁ πολίτης, Φθιώτης, καὶ Φθιῶτις τὸ θηλυκὸν, καὶ Φθίος, ἀφ' ὧν Φθῖοι καὶ Φθίες. Εὑρηται καὶ Φθιὰς θηλυκῶς, παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Ἀνδρομάχῃ. Φθιὰς ὅμως. C D

PHTHIA, urbs, & pars Thessaliæ. Parmenisicus verò regionem eam vocat, non urbem. Sed non rectè. Sic vocata fuit, à *Phthii* uxore, vel à *Phthio* Neptuni, & Larissæ. Strabo in quatuor partes dividit Thessaliam, Phthiotim, Estiæotim, Thessaliotim, Pelasgiotim. Civis, Phthiotes, & Phthiotis fœmineum, & Phthius, à quo Phthii, & Phthies. Invenitur etiam Phthias fœm. gen. apud Euripidem in Andromacha: *Phthias tamen.*

ΦΘΙΡΑ [85], ὄρος Καρίας. Οἱ κατοικοῦντες, φθίρες· καὶ φθιριὰς θηλυκῶς. E

PHTHIRA, mons Cariæ. Incolæ, Phthires, & Phthirias fœmineum.

ΦΙΑ [86], πόλις τῆς περὶ μάχλιν Μεσσηνίοις καὶ Λάκωσιν. Ὅμηρος,

Φίας τείχεσιν Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα. F

Τὸ ἐθνικὸν φιεὺς καὶ φιάτης, καὶ φιαῖος.

PHIA, urbs, de qua fuit pugna inter Messenios, & Lacones. Hom.

Phiæ muris Iardani circa fluenta.

Gentile, Phieus, & Phiates, Phiæus.

ΦΙΓΑ-

PHIGA-

82 Φθεροφάγοι, ἔθνος.] Ptherophagi, gens ex Strabonis libro undecimo. Apud quem Φθειροφάγοι dicuntur, quos prope Iberiam orientalem locat libro citato: Περὶ δὲ τὴν Διοσκηριάδα, ῥεῖ ὁ Χάρις ποταμός. Τῶν δὲ συνεχομένων ἐθνῶν εἰς τὴν Διοσκηριάδα, καὶ οἱ Φθειροφάγοι εἰσιν, ἀπὸ ῥύπου, καὶ δι' πίνος λαβόντες τὴν ὁμοίαν. i. e. *Circa Dioscuriadem fluit Charis amnis. De gentibus, quæ Dioscuriadem conveniunt, sunt etiam Phthirophagi, à sordibus & squalore nomen accipientes.* E nostris memorantur Melæ lib. 1. c. 19.

83 Φθία, πόλις καὶ μοῖρα Θεσσαλίας.] Phthia urbs, & pars Thessaliæ. Celebratur Poëtarum parenti variis in locis, Virgilio Æneiad. lib. 1.

——— *Veniet lustris labentibus ætas*
Cùm domus Assaraci Pthiam, claraque Mycenas
Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.

Ad quem locum ait Servius, Phthiam Achillis, Mycenas Agamemnonis patriam fuisse.

84 Στράβων, &c.] Strabo agit de Thessaliæ in quatuor partes divisione, quas auctor noster nominat lib. 9.

85 Φθίρα, ὄρος Καρίας, &c.] Phthira, æ, mons Cariæ, cujus incolæ Phthires. Aliis inter quos Homerus, & Hecatæus, atque Strabo Φθειρὶς dicitur. Mons enim iste Cariæ celebratur Homericis carminibus, Il. 2. v. 868.

Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων,
Οἳ Μίλητον ἔχον, Φθειρῶν τ' ὄρος ἀκριόφυλλον.
Nastes rursus Caribus præerat barbare-loquentibus
Qui Miletum incolebant Phtheirumque montem frondosum.

Ubi Eustath. diffusè admodum agit de ejus scriptura & etymologia, quibus immorari non placet, & apud auctorem nostrum hanc sectionem ita legit: Ὁ δὲ Ἐθνογράφος φησιν. Φθίρ, ὄρος Καρίας. Οἱ ἡμέτεροι Φθίρες. i. e. *Ethnographus verò* [ita auctorem nostrum vocat, id est, qui de gentibus scripsit, nisi forte scribendum sit *Ethnicographus*, i. e. *Gentilium-scriptor.* Sic enim frequenter eum nominat] *ait: Phthir, mons Cariæ. Incolæ Phthires.* Hunc montem Hecatæus apud Strabonem lib. 14. existimat esse eundem cum Latmo; alii autem Grium esse dicunt: Ἐξῆς δ' ἐστὶν ὁ Λατμικὸς κόλπος, οὗ ὑπὲρ Ἡράκλεια ἡ ὑπὸ Λάτμῳ λεγομένη πολίχνιον, ὕφορμον ἔχων· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάτμος ὁμωνύμως τῷ ὑπερκειμένῳ ὄρει· ὅπερ Ἑκαταῖος μὲν ἐμφαίνει τὸ αὐτὸ εἶναι νομίζων τῷ ὑπὸ ποιητῶν Φθειρῶν ὀρεσι λεγομένῳ (ὑπὲρ γὰρ τοῦ Λάτμου φησὶ τὸ Φθειρῶν ὄρος κεῖσθαι) πλησίον δὲ τὸ Γρίον φασὶν, ὡς ἂν παράλληλον τῷ Λάτμῳ. i. e. *Sequitur Latmicus sinus, in quo Heraclea sub Latmo dicta, oppidulum cum statione navibus aptâ. Id ante* Latmos *ab imminente suprà monte appellabatur. Quem montem Hecatæus innuit eundem se putare cum eo, quem Phtheirum montem Homerus nominat (ait enim supra oppidum Latmum esse Phtheirum montem) alii* Grium *ajunt, quippe qui æqualibus spaciis à Latmo distat.* Ego & apud Strabonem & Homerum Φθείρων legendum censeo à Φθείρες.

86 Φία, πόλις τῆς περὶ μάχλιν Μεσσηνίοις καὶ Λάκωσιν.] Hæc sine dubio corrupta, sic legenda sunt: Φία, πόλις τῆς Ἠλείας, περὶ ἧς μάχη τοῖς Μεσσηνίοις, καὶ Λάκωσι. i. e. *Phia, urbs Eliæ, de qua pugna inter Messenios, & Lacones.* Auctor enim noster videtur respexisse Thucydidem, qui hac de urbe sic loquitur lib. 2. Οἱ δὲ Μεσσήνιοι καὶ τότε, καὶ ἄλλοι πολλοὶ οἱ ἐθελοντῆσαι ἐπεβοήθουν, καὶ γλῶ χωρήσαντες τῷ Φειᾷ αἴρουσι· καὶ ὕστερον αὖτε νηῒ περιπλοΐσασιν ἀναλαμβάνουσιν αὐτούς, καὶ ἐξαναγόντες ἐκλιποῦσι Φειάν· καὶ οἱ Ἠλείων ἡ πολλὴ ἤδη στρατιὰ παρεσκευάζητο. i. e. *Interea verò Messenii, & alii nonnulli, qui naves conscendere nequirant, terrestri itinere profecti, Phiam capiunt. Postea verò naves, quæ circumvehebantur, eos recipiunt, atque illinc relictâ Phiâ in altum vela fecerunt. Et magna Eleorum manus jam subsidio-venerat.* Inclaruit etiam Il. 7. v. 135. ubi legitur versus ille, ad quem Eustathius quoque auctoris nostri verba habet corrupta hoc modo: Φία, πόλις τῆ περὶ μάχων Μεσσηνίοις, καὶ Λάκωσι, quæ nullum sensum conficiunt, sed tacita loquuntur lectionem nostram. Hæc eadem urbs suprà auctori nostro dicitur Φέα, in hac sectione Φία & apud Thucydidem Φεία.

87 Φιγα-

ΦΙΓΑΛΕΊΑ [87], πόλις Ἀρκαδίας. Ῥιανὸς ἐν ε Μεσσηνιακῶν·

Τὴν μὲν ἀνήγετ' ἄκοιτιν ὄπι τραχαλὴν φιγάλειαν.

Μεσσηνομάθη ἡ φιάλεια ὀνόματι ἡ, ἀπὸ φιάλου τινός. Ἔστι καὶ φιάλεια Βιθυνίας. Τὸ ἐθνικὸν τῆς πρώτης Φιγαλεύς, καὶ Φιγαλείτης.

ΦΙΔΗΝΗ [88], πόλις Ἀλβανῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Φιδηνᾶτης. Ἔοικε καὶ Φιδήνα λέγεσθαι, ὡς Ῥάβεννα· καὶ Φιδηνάτης, ὡς Ῥαβεννάτης· Οὕτω γὰρ Χάραξ κέκληκε Φιδηνάτης.

ΦΊΚΕΙΟΝ [89], ὄρος Βοιωτίας, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ βραχέως ι. Τὸ ἐθνικὸν Φικειεύς, ὡς Βυδειεύς, Ῥοδειεύς, Ἀργειεύς, Σουνιεύς.

ΦΊΛΑ [90], πόλις Μακεδονίας, κτίσμα Δημητρίου τοῦ Ἀντιγόνου παιδὸς, τοῦ Γονατᾶ καλουμένου, ὃς ἀπὸ τῆς μητρὸς Φίλας ὄνομα τῇ Πηνειῷ ἔκτισε πόλιν Φίλαν. [91] Ἔστι καὶ νῆσος Αἰγύπτου. Ἡρόδοτος πλατεῖαν, ὅτι τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν, ὃ ὄνομα Τρίτων ἐστὶν, ἐκδιδοῦσαν εἰς λίμνην μεγάλην Τριτωνίδα. Τὸ ἐθνικὸν, Φιλαῖος· Τῆς νήσου ἡ, Φιλάτης.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ [92], πόλις Λυδίας, Ἀτταλου τοῦ Φιλαδέλφου κτίσμα. Μέμνηται Στράβων ἐν ιβ. Πτολεμαῖος ἐν τῇ Λυδίᾳ καὶ Μαιονίᾳ. Ἀπὸ τῆς πόλεως Φιλαδελφεὺς, καὶ Φιλαδελφηνός.

ΦΙΛΑΙΝΟΙ [93], οἱ καὶ Φιλαίνιοι, ἔθνος Λιβύης, ἀπὸ Φιλαίνου τοῦ Ἀμύντου τοῦ Ἡρακλέους. Ἔστι καὶ ἄλλος Φιλαίνος, ὁ Ἀμύντου τοῦ Ἡρακλέους, ἀφ' οὗ Φιλαῖνοι. Ἔστι καὶ ἄλλος Φιλαίνος, ὁ Ἀμύντου τοῦ Ἡρακλέους, ἀφ' οὗ Φιλαῖνοι. Ἔστι καὶ ἄλλος Φιλαίνος, ὁ Ἀμύντου τοῦ Ἡρακλέους, ἀφ' οὗ Φιλαῖνοι.

PHIGALEA, urbs Arcadiæ. Rhianus in quinto Messeniacorum.

Quam ducebat uxorem ad asperam Phigaleam.

Postea vocata fuit Phialea, sine *g.* à Phialo quodam. Est etiam Phialea Bithyniæ. Gentile, prioris Phigaleus, & Phigalites.

FIDENE, urbs Albanorum. Gentile, Fidenæus. Videtur quoque *Fidena* dici, ut Rhabenna. Et Fidennates, ut Rhabennates. Sic enim Charax usus est Fidenates.

PHICION, mons Bœotiæ, & per diphthongum, & per *i.* breve. Gentile, Phicieus, ut Budieus, Rhœtieus, Argieus, Sunieus.

PHILA, urbs Macedoniæ, condita à Demetrio Antigoni filio, qui *Gonatas* vocatus fuit, & de matris nomine ad Peneum urbem condidit Philam. Est etiam insula Ægypti. Herodotus lib. 4. *ad fluvium magnum, cui nomen* Triton *est, qui in paludem magnam Tritonidem effluit.* Gentile, Philæus. Insulæ verò Philates.

PHILADELPHIA, urbs Lydiæ ab Atta-

87 Φιγαλέα, πόλις Ἀρκαδίας.] Phigalea, urbs Arcadiæ, ex Rhiani Messeniacis, cui Φιγάλεια dicitur; postea Φιάλεια vocata fuit. Quod testatur Pausan. in Arcadicis: Τῷ δὲ Φιάλῳ, ὃς τὸν Λυκάονος Φίγαλον εἰκοστὸν ὄντα ἀφελόμενος τὴν τιμὴν, Φιαλίαν τὸ ὄνομα τῇ πόλει μεταθεῖναι λέγουσιν αὐτός· ἐμοὶ μὲν οὐκ ἐς ἅπαν ἐξενίκησεν. i.e. *Hujus filius fuit Phialus, qui Phigalo Lycaonis filio conditori eripuit honorem, Phialiam nomen urbi de suo nomine indidit; sed id non semper obtinuit.* Idem auctor hujus urbis situm libro citato describit. Κεῖται δὲ ἡ Φιγαλία ἐπὶ μετεώρου μὲν οὐκ ὀλίγου, πλέονα δὲ ἢ κατὰ τὸ κρημνῶδες οἰκοδομημένη ἐπὶ τείχη σφίσιν, ἀνελθοῦσι δὲ ὁμαλές ἐστιν ὁ λόφος ἤδη καὶ ἐπιπεδοῦται. i.e. *Sita est Phigalia edito & præruptoloco, multóque major mœnium pars sub ipsis exstructa fuit rupibus. Montis jugum adscendenti est planum & firmum.* Memoratur etiam Ptolemæo lib. 3. c. 16. posteriore nomine inter Arcadiæ civitates.

88 Φιδήνη, πόλις Ἀλβανῶν.] Fidene, quæ etiam *Fidena* & Græcis & Latinis dicitur, urbs Albanorum. Affidebat Tiberi à Româ XL. stadiis dissita, auctore Dionysio Halicarnassæo hist. Rom. lib. 2. Ἐπὶ τὴν Φιδηναίων ἐξεστράτευσε πόλιν, ἀπὸ τεσσαράκοντα σταδίων τοῦ Ῥώμης κειμένην, μεγάλην τε καὶ πολυάνθρωπον ὅσην τότε. i.e. *Contra Fidenatum urbem duxit exercitum XL. stadia à Româ dissitam, magnam & populosam tunc.* Idem libro citato: Οἱ πολέμιοι εἰς τὸ Τιβερινὸν ποταμὸν (ῥεῖ δὲ πρὸς τὴν Φιδήνην) ἐμπεσόντες ἐκεῖσε, οἷς διαβαίνοντες τὸ ῥεῦμα, διεφθάρησαν. i.e. *Major pars eorum, qui se in Tiberim amnem (fluit verò juxta Fidenam) præcipitaverant, nando fluentum transituri, perierunt.* Latini frequenter num. plur. usurpant. Liv. lib. 1. c. 27. *Quum Fidenæ aperte defecissent; Tullus contra hostes ducit. Ubi Anienem transiit, ad confluentes collocat castra. Inter eum locum & Fidenas Veientium exercitus Tiberim transierat.* Quo in bello cum Tullus Hostilius Roman. rex in auxilium adversus Fidenates vocasset Metium Suffetium Albanorum ducem, & ille in ipso prælio ad hostes defecisset, à Tullo Hostilio ad duas quadrigas religatus crudeli morte discerptus est. Primum ultimumque illud supplicii genus fuit apud Romanos, quibus mitiores placebant pœnæ, ut testatur idem auctor eodem libro, c. 28. Ad quam historiam alludit Poëtarum eruditissimus Æneid. lib. 8. v. 642.

Haud procul inde, citæ Metium in diversa quadrigæ
Distulerant.

In hac urbe supra XX. mortalium millia spectaculo gladiatorum intenta periisse imperante Tiberio prodit Suet. in ejus vita, cap. XL. *Statimque, revocante assiduâ obtestatione, populo, propter cladem qua apud Fidenas supra XX. hominum millia gladiatorio munere amphitheatri ruinâ perierant, transsit in continentem.* Longè majorem pereuntium numerum refert Tacitus Annal. lib. 4. c. 62. *Immensamque vim mortalium, spectaculo intentos, aut qui circum adstabant; in præceps trahit atque operit.* Ac paulò post: *Quinquaginta hominum millia eo casu debilitata vel obtrita sunt.* Splenduit etiam Mantuano carmine Æneid. lib. 6. v. 773.

Hi tibi Nomentum & Gabios urbemque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces.

Ubi Cerda inquit, nescio quo auctore, eam deleviſſe M. Æmilium Dictatorem. Cujus nedum vestigia supersunt, referente Leandro in sua Umbria.

89 Φίκειον, ὄρος Βοιωτίας.] Phiceon seu Phicion, mons Bœotiæ. Memoratur Plutarcho in libello, quod bruta animalia ratione utantur. Hesiodo in Scuto Herculis v. 33.

90 Φίλα, πόλις Μακεδονίας.] Phila, urbs Macedoniæ. Ejus conditorem celebrat auctor noster, quam ad Peneum locat. Memoratur Livio lib. 44. c. 2. *Deinde adeò, ut obtorpuisse inops consilii videretur, cum equitibus expeditis litore mare Heracleam, nunc Philam percurrebat, eodem inde cursu Dium repetens.*

91 Ἔστι καὶ νῆσος Αἰγύπτου.] Est etiam Phila, insula Ægypti, ex Herodoti lib. 4. Cujus ex libro citato cap. 178. producit verba, sed trunca. Apud eum sic leguntur: Καλέονται δὲ ἐπὶ τὸν ποταμὸν μέγαν, τοῦ οὔνομα Τρίτων ἐστὶ· ἐκδιδοῖ δὲ ἐτος ἐς λίμνην μεγάλην Τριτωνίδα· ἐν δὲ αὐτῇ νῆσός ἐστι, τῇ οὔνομα Φλά. i.e. *Pertingunt autem usque ad ingentem amnem, cui nomen Triton est. Effluit verò iste in paludem magnam Tritonida, in qua est insula, cui nomen Phla.* Ego puto unà cum Abrahamo Ortelio apud Herodotum legendum Φίλα quoque, ut est apud Stephanum. Sic enim vocatur à Diodoro Siculo lib. 1.

92 Φιλαδέλφεια, πόλις Λυδίας.] Philadelphia, urbs Lydiæ, ab Attalo Philadelphi filio condita. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 2. inter Lydiæ & Mæoniæ civitates, necnon Straboni lib. 12.

Ἀτάλε κτίσμα, ᾗ Φιλαδέλφε. [93] Ἔστι καὶ τῆ Κατακεκαυμένης, ὑπὸ Μυσῶν καὶ Λυδῶν καλεχομένη· Στεφάνων δυοκαιδεκάτη. Ἔστι καὶ ἑτέρα τῆ Αἰγύπτε. [94] Καὶ τρίτη, τῆ Συρίας ἐπιφανὴς πόλις, ἡ πρότερον Ἄμμανα, εἶτ' Ἀστάρτη, εἶτα Φιλαδέλφεια, ἀπὸ Πτολεμαίε τῆ Φιλαδέλφε. Ὁ πολίτης, Φιλαδελφεύς. Τὸ ἐθνικὸν Φιλαδελφικὸς, ἐπιχώριον. Οὕτω γὰρ Ἰώσηπος καὶ τῆ Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Attalo Philadelphi condita. Est etiam Catacecaumenes id est *Combusta*, quam Mysi & Lydi tenebant. Strabo lib. 12. Est etiam alia Ægypti. Et tertia Syriæ illustris urbs, prius *Ammana*, deinde *Astarte*, postea *Philadelphia* à Ptolomæo Philadelpho. Civis, Philadelpheus. Philadelphenus verò dicitur juxta regionis consuetudinem. Sic enim Josephus lib. xx. Judaicæ antiquitatis.

ΦΙΛΑΪΔΑΙ [95], δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς, ἀπὸ Φίλαίε τῆ Αἴαντος υἱῆ, καὶ Λυσίδης, τῆ Κορωνῆ τῆ Λαπίθε. Ὁ δημότης, Φιλαΐδης. Τὸ τοπικὸν, ἐκ Φιλαϊδῶν, εἰς Φιλαϊδῶν, ἐν Φιλαϊδῶν.

PHILAIDÆ, populus Ægeidis tribus, à Philæo filio Aiantis, & Lysidæ filiæ Coroni, filii Lapithæ. Popularis, Philaides. Locale, ex Philaidarum, ad Philaidarum, in Philaidarum.

ΦΙΛΕΑΣ [96], χωρίον Βυζαντίε. Τὸ ἐθνικὸν. Φιλεάτης· Τινὲς δὲ Φιλέαν, ἄλλοι δὲ Φινέαν γράφεσι.

PHILEAS, regio Byzantii. Gentile, Phileates. Aliqui Phileam, alii Phineam scribunt.

ΦΙΛΗΝΟΡΙΟΝ, πόλις ἐν Ἀρναίᾳ, χώρᾳ τῆς Βοιωτίας, ἀπὸ Φιλήνορος τῆ Αἰτωλέ. Τὸ ἐθνικὸν, Φιλήνορος.

PHILENORIUM, urbs in Arnæa, regione Bœotiæ, à Philenore Ætolo. Gentile, Philenorius.

ΦΙΛΙΠΠΟΙ [97], πόλις Μακεδονίας, οἱ πρότερον Κρηνίδες. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἑνδεκα, καὶ πόλις Φίλιπποι τὸ παλαιὸν Κρηνίδες. Τοῖς δὲ Κρηνίταις πολεμουμένοις ὑπὸ Θρακῶν, βοηθήσας ὁ Φίλιππος, Φιλίππους ὠνόμασεν. Ἔνθεν καὶ Ἄδραστος ὁ περιπατητικὸς φιλόσοφος, Ἀριστοτέλους μαθητής. [98] Ἐκλήθησαν Φίλιπποι καὶ αἱ Θῆβαι Θεσσαλίας, καὶ Γόμφοι Θεσπρωτίας. Ὁ πολίτης, Φιλιππεύς· Φιλιππικὸς δὲ, ὡς ὁ Πολυβίῳ.

PHILIPPI, urbs Macedoniæ, prius Crenides. Artemidorus in epitome undecim [civitatum] *& urbs Philippi olim Crenides. Crenitis vero à Thracibus bello invasis auxiliatus Philippus, de suo nomine* Philippos *nominavit.* Hinc erat Adrastus Philosophus peripateticus, Aristotelis discipulus. Thebæ quoque Thessaliæ *Philippi* vocatæ fuere, & Gomphi Thesprotiæ. Civis, Philippeus. Philippenus verò apud Polybium invenitur.

ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΣ [99], πόλις Μακεδονίας,

PHILIPPOPOLIS, urbs Macedoniæ,

93 Ἔστι καὶ τῆ, &c.] Hæc sunt verba Strabonis, sed inverso ordine, atque de eadem Philadelphia Lydiæ urbe intelligenda. Sic debent legi: Στεφάνων δυοκαιδεκάτη. Καὶ ἡ Κατακεκαυμένη ἣν ἔφη ὑπὸ Λυδῶν, καὶ Μυσῶν κληθῆναι, ἀφ' ὁποιασοῦν τινὸς τῆ συμφορᾶς τῆ τύχης ταύτης· ἥτε Φιλαδέλφεια ἡ πρὸς αὐτῆ πόλις, &c. i.e. *Et Catacecaumene* [combusta regio] *quæ à Lydis & Mysis possidetur, propterea hanc appellationem adepta est; & Philadelphia juxta eam urbs, &c.*

94 Καὶ τρίτη, τῆ Συρίας, &c.] Tertio loco memoratur ab auctore nostro Philadelphia, Syriæ illustris urbs, antè *Ammana*, deinde *Astarte*, deinde *Philadelphia* à Ptolemæo Philadelphi appellata. Ejus meminit Ptolemæus lib. 5. c. 15. inter Cœlesyriæ civitates, Josephus Antiquit. lib. 20. c. 1. Existimo eamdem esse, quæ Deuteronom. c. 3. v. 11. dicitur *Rabbath filiorum Ammon*; auctori nostro *Rhabbatammana* suo loco. Nec obstat, quod ille Arabiæ montanæ dederit, de qua consulesis observationes nostras in Φαββαλμμωνα.

95 Φιλαΐδαι, δῆμος, &c.] Philaidæ, populus Ægeidis tribus. Ex hoc populo oriundus erat Pisistratus, auctore Plutarcho in Solone. Erat etiam familiæ nomen apud Athenienses, ex qua originem trahebat Gargettius ille senex, judice Laërtio in ejus vita.

96 Φιλέας, χωρίον Βυζαντίε.] Phileas, regio Byzantii. Promontorium Philiam in hoc tractu prope Phinopolim urbem novit Ptolemæus lib. 3. c. 11. at Mela urbem Phileas. Ejus ex lib. 2. c. 2. sunt verba: *Recta dehinc ora, nisi quod media ferme in promontorium, quod* Thyniam *vocant, exit, & incurvis contra se litoribus obtendatur, urbesque sustinet Halmydessòn & Phileas & Phinopolim. Hactenus Pontus, deinde est Bosporus & Propontis.*

97 Φίλιπποι, πόλις Μακεδονίας, &c.] Philippi, urbs Macedoniæ, quæ ante *Crenides*, & *Datum* dicta est, ut in de Δᾶτον annotavimus, etsi in Excerptis ex Strab. lib. VII. tamquam diversæ memorantur.

98 Ἐκλήθησαν Φίλιπποι καὶ αἱ Θῆβαι Θεσσαλίας.] Thebæ Thessaliæ vocatæ fuere *Philippi*. Sine dubio respexit auctor noster Polybium, qui de his ita loquitur Historiarum lib. V. Γενόμενος ὁ κύριος τῶν Θηβῶν, τὰς μὲν ὑπαρχούσας οἰκήτορας ἐξωώγησε δουλεύειν· Μακεδόνας δὲ εἰσοικίσας, Φιλίππους τὴν πόλιν ἀπὸ Θηβῶν καλουμένους. i.e. *Potitus Thebis, oppidanos in servitutem redegit; deductisque Macedonibus Philippi urbem pro Thebis denominavit.*

99 Φιλιππόπολις, πόλις Μακεδονίας.] Philippopolis, urbs Macedoniæ, à Philippo Amyntæ filio condita. Ptolemæus lib. 3. c. 11. inter Thraciæ Chersoneti oppida locat, apud quem triplici nomine gaudet, *Philippopolis, Trimontium,* & *Adrianopolis*. Livius quoque ejus meminit lib. 39. c. 53. *Avertendos etiam animos a suspicione talium consiliorum ratus, mediam in Thraciam, exercitum in Odrysas & Dentheletas & Bessos duxit. Philippopolin urbem fuga desertam oppidanorum, qui in proxima montium juga cum familiis receperant sese, cepit: campestresque barbaros, depopulatis agros eorum, in deditionem accepit.* Ammianus Marcellinus inquit esse *Eumolpiada veterem*. Ejus ex lib. 22. c. 2. sunt verba. *Edixit iter in Thracias: motisque propere signis emensa declivitate Succorum, Philippopolim petit, Eumolpiada veterem.* Eadem erat urbs, tametsi noster Macedoniæ, Ptolemæus & Livius Thraciæ adscribunt. Hæ enim regiones erant finitimæ, & Macedonum reges Macedoniæ terminos intra Thraciam extenderunt, vide quæ in Προπόντις.

δονίας, Φιλίππου δ' Αμύντα κτίσμα, [1] ἐν τῷ Εὐρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Φιλιπποπολίτης.

niæ, à Philippo Amyntæ filio condita in Euro. Gentile, Philippopolites.

ΦΙΛΟΜΗΛΙΟΝ [2], πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας. Στράβων δωδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν Φιλομηλεύς, ὡς Δορυαλεύς, Κοτυαεύς.

PHILOMELION, urbs magnæ Phrygiæ. Strabo lib. 12. Gentile, Philomeleus, ut Doryaleus, Cotyaeus.

ΦΙΛΥΡΕΣ [3], ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ, ἀπὸ Φιλύρας τῆς μητρὸς Κρόνου. Τὸ θηλυκὸν, Φιλυρεὶς, καὶ Φιλυρηὶς, πλεοναζούσης τοῦ η. Δύναται καὶ ἀπὸ τοῦ Φιλύρη Φιλυρήτης εἶναι.

PHILYRES, gens juxta Pontum, à Philyra matre Saturni. Fœmineum, Philyris, & Philyreis, pleonasmo τοῦ ετα. Potest etiam à Philyre, Philyretes esse.

ΦΙΛΩΤΕΡΑ [4], πόλις πρὸς τῷ Τρωγλοδυτικῷ, Σατύρου κτίσμα. Απολλόδωρος δὲ Φιλωτερίδα καλεῖ. [5] Ἔστι καὶ κοίλης Συρίας Φιλωτέρα, ὡς Χάραξ ἐν ὀγδόῳ χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν ταύτης Φιλωτέριος, ἀφ' ὃ τὸ πινὰς καὶ Φιλωτερίαν αὐτὴν εἰρηκέναι. [6] Τῆς δ' Αἰγυπτίας, Φιλωτερίτης, ἀφ' ὃ τὸ σύνηθες τοῦ ἐπιχωρίου τύπου.

PHILOTERA, urbs circa Troglodyticam, à Satyro condita. Apollodorus verò *Philoteridem* vocat. Est etiam Cœlesyriæ Philotera, ut Charax Chronicorum octavo. Hujus gentile, Philoterius, eo quod aliqui etiam eam *Philoteriam* dixere. Ægyptiæ verò [gentile,] Philoterites propter regionis formam usitatam.

ΦΙΝΕΙΟΝ [7], τόπος τοῦ Πόντου, κτίσμα Φινέως. Τὸ ἐθνικὸν Φινειεύς, ὡς Σίγειον Σιγειεύς.

PHINEUM, locus Ponti, à Phineo conditus. Gentile, Phineeus, ut Sigeum, Sigeeus.

ΦΙΝΟΠΟΛΙΣ [8], πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ, ἀπὸ Φινέως. Τὸ ἐθνικὸν, Φινοπολίτης.

PHINOPOLIS, urbs juxta Pontum, à Phineo. Gentile, Phinopolites.

ΦΛΑΝΩΝ [9], πόλις καὶ λιμὴν πρὸς τῇ Ἀψύρτου νήσῳ. Ἀρτεμίδωρος ἐν Ἐπιτομῇ τῶν ἰά· Μετὰ δὲ τὸν Αλωον, λιμὴν ἔστι Φλάνων, καὶ πόλις Φλάνων· Καὶ πᾶς ὁ κόλπος ἔτος, Φλανωνικὸς καλεῖται. Ἀπὸ δὲ τῆς ἠμικῆς Φλάνων, Φλανωνίτης, ὡς Νέβρων Νεβρωνίτης.

PHLANON, urbs, & portus circa Apsyrtum insulam. Artemidorus in Epitome τῶν undecim. *Post Aloum verò, est portus Phlanon, & urbs Phlanon: & totus hic sinus, Phlanonicus vocatur.* A genitivo igitur τοῦ Phlanωn, Phlanonites, ut Nebrωn, Nebronites.

ΦΛΕ-

PHLE-

1 Ἐν τῷ Εὐρῳ.] Inquit Philippopolim Macedoniæ urbem à Philippo Amyntæ conditam in *Euro*, sed cum nullus *Eurus* in Macedonia nedum Antisthenis lucernâ reperiatur, pro Εὐρῳ legendum reor Δουρόπῳ. Apud Livium enim post verba illa, quæ nota proxime præcedenti appositi, statim sequuntur hæc: *Relicto inde ad Philippopolin præsidio, quod haud multò post ab Odrysis expulsum est, oppidum in Deuriopo condere instituit. Pæoniæ ea regio est prope Erigonum fluvium. Qui ex Illyrico per Pæoniam fluens, in Axium amnem editur. Haud procul Stobis, vetere urbe, novam urbem* Perseida, *ut his filio majori haberetur honos, appellari jussit.* Nec obstat nostræ correctioni, quod Livius id de alia urbe & de alio rege referat. At si pro ἐν τῷ Εὐρῳ placuerit legere ἐν τῷ Εὐρώπῳ quæ erat urbs Macedoniæ, per me licet, ac tunc interpretabere prope Europum.

2 Φιλομήλιον, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας.] Philomelium, urbs Magnæ Phrygiæ, ex Strabonis lib. 12. Ejus sunt quæ sequuntur: Ταύτης δ' ἐκκλίνοντος ὑποπέπλωκέ τι πεδίον μέγα, καὶ πόλις πλησίον αὐτῆς, πρὸς ἄρκτον μὲν Φιλομήλιον, ἐν δεξιᾷ δ' μέρος Ἀντιόχεια ἡ πρὸς Πισιδίᾳ καλουμένη. i. e. *Et utrinque subjecta est magna planicies, & urbs prope ipsam, versus septentrionem Philomelium, ex altera parte Antiochia, quæ ad Pisidiam vocatur.* Ejus quoque meminit Ptolemæus lib. 5. c. 2. inter magnæ Phrygiæ civitates; Cicero in Verrem III. & Plin. lib. v. c. xxvii. Philomelienses habent.

3 Φίλυρες, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ.] Philyres, gens prope Pontum. Memorantur Periegetæ. v. 766.

Μάκρωνες, Φίλυρές τε, καὶ οἱ μόσσυνας ἔχεσι δεμέλιους

Macrones, Philyresque, & qui turres habent ligneas.

Philyridam insulam habet in eodem tractu Apoll. Rhod. Argonauticor. lib. 2. & Philyrea tecta Ovid. Met. lib. VII.

4 Φιλώτερα, πόλις πρὸς τῷ Τρωγλοδυτικῷ.] Philotera, urbs circa Troglodyticam. Puto esse eamdem, quæ Ptolemæo lib. IV. c. V. dicitur Φιλωτέρας λιμὴν, i. e. *Philoteras portus*, & Melæ lib. 3. c. 8. *Philoteris.* Plin. lib. 6. c. 29. *Philoteram*, ut auctor noster, vocat.

5 Ἔστι καὶ κοίλης Συρίας Φιλωτέρα.] Est & cavæ Syriæ Philotera. Hæc urbs Polybio dicitur *Philoteria*, quam lib. V. ita describit: Ἡ δὲ Φιλωτερία κεῖται παρ' αὐτὴν τὴν λίμνην, εἰς ἣν ὁ καλούμενος Ἰορδάνης ποταμὸς εἰσβάλλων, ἐξίησι πάλιν εἰς τὰ πεδία, τὰ πρὸς τὴν Σκυθῶν πόλιν προσαγορευομένην. i.e. *Philoteria jacet ad ipsum lacum, quem Jordanes amnis influit, inde egressus per campos Scytharum urbis dictæ labitur.* Lacus iste nullus alius erat præter Tiberiadem.

6 Τῆς δ' Αἰγυπτίας.] Hæc de Philotera urbe circa Troglodyticen sunt intelligenda, ac si in hujus sectionis capite dixisset, Philoteram esse urbem τῆς Αἰγυπτίας πρὸς, &c. ac tunc τὸ Αἰγυπτίας accipitur pro regione Ægypti, quemadmodum Corinthia, Epidauria, Argia, pro regione Corinthi, Epidauri, Argorum.

7 Φίνειον, τόπος τοῦ Πόντου.] Qui fuerit locus iste, ingenuè fateor, me nescire. Noster auctor in Φιλέας ait Philean ab aliquibus *Phinean* vocari, ac cum Phineum sit in eodem tractu ac Phineas, suspicor eundem fuisse locum.

8 Φινόπολις, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ.] Phinopolis, urbs ad Pontum. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 11. Melæ lib. 2. c. 2. Strab. lib. VII.

9 Φλάνων, πόλις καὶ λιμὴν, &c.] Planon, onis, urbs cum portu, circa Apsyrtum insulam. Memoratur Ptolemæo lib. 2. c. 17. apud quem perperam, ut puto, Φλαυῶνα legitur. Nunc Istriæ urbs sub Venetorum ditione, quæ parum corrupto nomine vulgò dicitur *Fianona.* Flanona in Goltzii Thesauro. Fuit etiam *Flavona* insula Illyrici, in qua Gallum Cæsarem occisum jussu Constantii Imperatoris scribit Socrates Scholasticus.

Φλέγρα[10], πόλις Θράκης, ἣν Εὔ- A δοξος μὴ πᾶσι Παλλήνην φησὶ κληθῆναι. Ὁ πολίτης Φλεγραῖος, ἡ Φλεγραία, καὶ Φλεγραῖον. Ἔστι καὶ Φλεγρὸς, καὶ Φλέγρα· Λυκόφρων.

PHLEGRA, urbs Thraciæ, quam Eudoxus postea *Pallenen* ait vocatam. Civis, Phlegræus, & Phlegræa, & Phlegræum. Est etiam Phlegrus, & Phlegra, teste Lycophrone.

Φλεγύα[11], πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ Φλε- γύου καὶ Ἄρεος καὶ Χρυσῆς παιδός. Ὁ πολίτης B Φλεγύας, καὶ Φλεγυάδης. Λέγεται ἡ χώρα Φλεγυαηΐς, ὡς ἀπὸ τοῦ πολλαπλασιασμοῦ γωνίας. Ἔστι καὶ Φλεγύας καὶ Φλεγύης εὐθεῖα, καὶ Φλεγύς.

PHLEGYA, urbs Bœotiæ, à Phlegya Martis, & Chrysæ filio. Civis Phlegyas, & Phlegyeus. Dicitur verò regio, Phlegyantis, tamquam à genitivo superfluam syllabam habente. Est autem & Phlegyas, & Phlegyes nominativus, & Phlegys.

Φλιοῦς[12], πόλις Πελοποννήσου, ἡ πρότερον Ἀραιθυρέα, καὶ Ἀράντεια, ἀπὸ Φλιοῦν- C τος καὶ Διονύσου καὶ Χθονοφύλης. Παυσανίας δὲ, ἀπὸ Φλίαντος. Καὶ τὸ ἐθνικὸν Φλιάσιος, ἡ Φλιάσιος. Φιλήτας δέ φησι, Φλιοῦς πόλις ἐστὶ καὶ Διονύσου Φίλ * υἱὸς Φλιοῦς, ἣν αὐτὸς ἐδείματο λευκόλοφος. Ὠνόμασται δὲ παρὰ τὸ D φλεῖν, ὅ ἐστιν εὐκαρπεῖν. Λακεδαιμόνιοι δὲ τὸ μεσαίτατον ἕνα Φλιάσιον καλοῦσιν, ἐν ᾧ τὰς τῆς καρπὰς ἀκμάζειν συμβέβηκεν. Ὤφειλε δὲ ἀπὸ τοῦ Φλιοῦντος γενικῆς, Φλιάσιος· Πλεοναζμῷ δὲ τοῦ α, Φλιάσιος. Καὶ Τίμων ὁ περὶ Σίλλων γεγραφὼς, Φλιάσιος ἐχρημάτισε. Τὸ θηλυκὸν, Φλιασία, καὶ Φλιασίς.

PHLIUS, urbs Peloponnesi, quæ prius *Arathyrea*, & *Arantia*, à Phliunte Dionysi, & Chthonophylæ filio. Pausanias à Phliante sic dictam putat. Et gentile, Phliuntius, vel Phliusius. Philetas autem inquit, *Phliûs urbs est Dionysi * filius Phliûs, quam ipse ædificavit Leucolophus*, i. e. *albam-cristam gerens*. Sic verò vocata fuit παρὰ τὸ φλεῖν, quod est *fructibus-abundare*. Lacedæmones verò mensium unum *Phliasium* vocant, in quo terræ fructus vigere solent. Debebat autem à genitivo Phliuntis formari, Phliusius. Pleonasmo & *a*, Phliasius. Timon quoque, qui de *Sillis* scripsit, fuit Phliasius. Fœmin. Phliuntia, & Phliuntis.

Φλυγόνιον[13], πόλις Φωκίδος. Λέγεται καὶ θηλυκῶς Φλυγονία. Ὁ πολίτης Φλυγόνιος, καὶ Φλυγονιεύς.

PHLYGONIUM, urbs Phocidis. Dicitur etiam fœmin. Phlygonia. Civis, Phlygonius, & Phlygonieus.

Φλυεῖς[14], δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. Ὁ δήμοτης Φλυεὺς, καὶ Φλυῆθεν. Τὰ τοπικὰ, Φλύαθεν, Φλύαζε, Φλυῆσι.

PHLYEIS, populus Cecropidis tribus. Popularis, Phlyeus, & Φλυῆθεν, i.e. *ex-Phlyeensibus*. Localia, ex-Phlyensibus, ad-Phlyenses, in-Phlyensibus.

Φοιβία[15], πόλισμα Σικυωνίων. Τὸ ἐθνικὸν Φοιβίας, ἡ Φοιβιανός. G

PHOEBIA, oppidulum Sicyoniorum. Gentile, Phœbias, vel Phœbianus.

10 Φλέγρα, πόλις Θράκης.] Phlegra, urbs Thraciæ. Vide quæ in Παλλήνη annotavimus.

11 Φλεγύα, πόλις Βοιωτίας.] Phlegya, urbs Bœotiæ. Antea fuit *Andreis* vocata, posterius nomen à Phlegya nacta est. Incolæ *Phlegyæ* dicebantur, qui quod vicinorum bona raperent, & Apollinis Delphici templum diripuissent, duce Phlegya, ut apparet ex Pausaniæ Bœoticis, à Poëtis proscindebantur. Hinc Virg. Æneid. lib. VI.

——— *Sedet, æternumque sedebit*
Infelix Theseus, Phlegyasque miserrimus omnium
Admonet, & magna testatur voce per umbras.
Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.

Quorum ultimum versum *Cortina* declaravit optimum omnium, quos Virgilius pepigit & meritò. Nullum enim regnum, nulla respublica, nulla civitas, nulla denique societas, nedum latronum sine Justitia diu stare potest, nec sine pietate in Deum justitia. Homo verò semotus à lege & justitia, est omnium non modò bipedum, sed etiam quadrupedum deterrimus. Hollandia, decus & ornamentum Provinciarum totius septentrionis, non modò Fœderati Belgii debita sibi laude fraudanda non est. Nullibi gentium magis colitur justitia, nullibi magis ex æquo vivitur. Sed nos his relictis ad Provinciam nostram revertamur, ne dum aliis justitiam & pietatem persuademus, justitiæ & pietati in Stephanum deesse videamur.

12 Φλιοῦς, πόλις Πελοποννήσου, &c.] Phliûs, untis, urbs Peloponnesi, antè *Arathyrea*, & *Arantea* dicta. De qua sic Strabo lib. VIII. Ἀραιθυρέα δ' ἦν, ἡ νῦν καλουμένη Φλιασία· πόλιν δ' εἶχεν ὁμώνυμον τῇ χώρᾳ περὶς ὄρει Κοιλάσῃ· Οἱ δ' ὕστερον ἀναστάντες ἐκεῖθεν, ἀπὸς τριάκοντα σταδίων ἔκτισαν πόλιν, καὶ ἐκάλεσαν Φλιοῦντα. i. e. *Arathyrea verò est, quæ nunc dicitur* Phliasia. *Urbem autem habebat cognominem regioni ad montem Cœlossen. Posteri verò illinc migrantes, ad* XXX. *stadia condiderunt urbem, quam* Phliuntem *appellaverunt*. Posteritati prius ejus nomen commendavit Poëtarum parens Il. 2. v. 571.

Ὀρνειάς τ' ἐπίμοιλόν, Ἀραιθυρέην τ' ἐρατεινήν.
Orneasque habitabant, Arathyreamque amabilem.

Apollonii Rhodii Scholiasta ad ejus lib. I. v. 115. ait sua ætate vocari *Phliusam*, & Bacchum *Phliuntem*, ἀπὸ τοῦ φλύειν τὸν οἶνον, i. e. *quod vinum ferveat*. Diffusè admodum agit de hac urbe Pausan. lib. 2. Ejus oppidani dicebantur Phliuntii, Phliusii, & Phliasii. Cic. Tusc. Quæst. lib. V. celebrat Leontem Phliasiorum principem, quicum Pythagoras doctè & copiosè disseruit; Diog. Laërtius in vita Speusippi Axiotheam Phliasiam Platonis discipulam; fuit etiam ex hac urbe Timo Sillorum scriptor, ut ait noster, cujus Sillos commentatus est Apollonides Nicæus, auct. Laërtio in Timone.

13 Φλυγόνιον, πόλις Φωκίδος.] Phlygonium, urbs Phocidis. Memoratur Pausaniæ in Phocicis, inter eas quas Xerxis exercitus delevit.

14 Φλυεῖς, &c.] Phlyeis, eorum, seu ore Latino Phlyenses, ium, populus Cecropidis tribus. Memoratur Pausaniæ in Atticis, nullam ob aliam rem memorandus, nisi quod fuerit patria *Euripidis* tragici Poëtæ, testibus Harpocratione & Suida.

15 Φοιβία, πόλισμα Σικυωνίων.] Phœbia, oppidulum Sicyoniorum. Memoratur Pausaniæ in Bœoticis, apud quem perperam scribitur Φαβία pro Φοιβία.

16 Φει-

ΦΟΙΝΙΚΑΙΟΝ, ὄρος Κορίνθου· Ἔφορος ἐννεακαιδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικόν, Φοινικαῖος.

PHOENICÆUM, mons Corinthi. Ephorus lib. 19. Gentile, Phœnicæus.

ΦΟΙΝΙΚΗ[16], ἡ χώρα, ἀπὸ τοῦ Φοίνικος γωνικῆς, ὡς Κρὴς Κρητὸς Κρήτη, Λίβυς Λίβυος Λιβύη. Οὗ ὁ Φοίνιξ ἦν Ἀγήνορος παῖς, ἢ Ποσειδῶνος καὶ Λιβύης.[17] Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ῥαββώθιν, καὶ Κολπίτης. Τὸ ἐθνικὸν τῷ ὀνόματι ἀπὸ οἰκιστοῦ Φοίνιξ, καὶ Φοινίκιος. Τὸ κτητικὸν, Φοινικικός. Ἔστι καὶ Φοίνιξ ἐπὶ πλοὺ ἀπέχων Ῥόδου. Καὶ πόλις ἐστὶ Φοίνιξ.

PHOENICE, regio, à genitivo Phœnicis, ut Cres, Cretis, Crete, Libys, Libyos, Libye. Phœnix verò erat Agenoris filius, vel Neptuni, & Libyæ. Antea autem vocabatur *Rhabbothin*, & *Colpites*. Gentile nomine conditoris, Phœnix, & Phœnicius. Possessiv. Phœnicicus. Est etiam Phœnix non longè à Rhodo distans. Est etiam fluvius Phœnix.

ΦΟΙΝΙΚΟΥΣ[18], πόλις Κρήτης.[19] Ἔστι καὶ νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ.[20] Ἔστι καὶ Φοινικοῦς λίμνη.

PHOENICUS, urbs Cretæ. Est etiam insula juxta Lyciam. Est etiam Phœnicûs lacus.

16 *Φοινίκη, ἡ χώρα.*] Phœnice, regio. Apud Latinos & Phœnice more, Græco, & Latino Phœnicia invenitur. Fuit autem regio Asiæ notissima, apud Ethnicos sub Syria, apud Ecclesiasticos sub terra *Canaan* comprehendebatur. Phœniciæ enim nomen sacris libris ignotum est. Cananæorum autem terminus erat à Sidone ejusdem regionis principe urbe usque ad Gazam, ut refertur Geneseos c. 10. v. 19. quin etiam apud auctorem nostrum suo loco hæc leguntur: *Χνὰ, ὅπως ἡ Φοινίκη ἐκαλεῖτο*, i. e. *Chna, sic Phœnice vocabatur.* Quod nihil aliud est, nisi truncum ex Chanaan nomen. Id etiam confirmatur ex D. Augustino in expositione Epist. Pauli ad Romanos: *Unde interrogati rustici nostri, qui sunt, Punicè respondentes*, Canani, *corrupta scilicet, sicut in talibus solet una litera, quid aliud respondent, quam Chananæi.* Consentiens etiam inter eruditos opinio est, *Pœnos*, i. e. *Africanos*, seu *Carthaginenses* fuisse Phœnicum colonos; de quorum etymo disceptant auctores. Aristoteles de Mirabilibus, id deducit ἀπὸ τοῦ φοινίσσειν, quod Perrhæborum lingua significabat *occidere*, scilicet, quod cum primi maria navigâssent, quocumque appellerent, omnes trucidarent; sed ego sententiæ tanti viri subscribere non possum, clamante ratione. Namque si commercium quærebant, coloniis etiam deductis, haud est simile veri, trucidasse incolas regionum, ad quas accedebant. Ac etsi aliquando piratæ fuerint, ut asserit Thucyd. lib. 1. nihilominus non est verosimile ab Perrhæbis id vocamen accepisse. Alii inter quos Callisthenes cujus sententiæ lubens accedo, apud eundem Aristotelem libro citato eorum nomen deducunt ἀπὸ τῶν φοινίκων, i. e. *à palmis*, quod oppugnat Aristoteles, sed præter rationem; qua in re ridendos se præbent Fullerus & Scaliger (viri alioquin eruditissimi) cum hic à פנחס *Pinchas*, ille à פנך *panac*, Phœniciæ nomen trahunt. Noster à Phœnice Agenoris, vel Neptuni ex Libye filio id derivat; Dionys. Periegeta auctor est, Phœnices originem habere ab Erythræi maris accolis, primos navigandi artem, & astronomiam invenisse, atque mercaturam exercuisse. Sic enim ille v. 905.

Οἱ δ' ἀλὸς ἐγχυτὸς ἐόντες, ἐπωνυμίλιοι Φοίνικες
Τῶν δ' ἀνδρῶν ἦρξεν οἱ Ἐρυθραῖοι γεγάασιν,
Οἱ πρῶτοι νήεσσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης,
Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἀλιδινέϊ ἐμνήσαντο,
Καὶ βαθὺν ἀρχαίων ἄστρων πόρον ἐφράσαντο.

Phœnicum regio est: hi rubro gurgite quondam
Mutavere locum, primique per æquora vecti
Lustravere salum, primi docuere carinis
Ferre cavis orbis commercia, sidera primi
Servavere poli.

In navigando verò *Cynosuram* observabant, i. e. *minorem ursam*, at Græci *Helicen*, i. e. *ursam majorem.* Utrumque graphice expressit Sulmonensis vates Fast. lib. 3. v. 107.

Esse duas arctos, quarum Cynosura petatur
Sidoniis, Helicen, Graja carina notet.

Phœnicibus quoque literarum inventionem tribuunt. Cadmus enim primus ex Phœnicia in Græciam illas advexisse traditur, ut testatur Diod. Siculus bibliothecæ historicæ lib. 3. E nostris Plinius de Phœnice, & Phœnicum inventis ita loquitur lib. v. c. XII. *Qui subtilius dividunt, circumfundi Syria Phœnicen volunt, & esse ovam maritimam Syriæ, cujus pars sit Idumæa & Judæa, deinde Phœnice, deinde Syria. Id quod præjacet mare totum*, Phœnicium *appellatur. Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inventionis, & syderum, navaliumque ac bellicarum artium.* Hinc Lucan. lib. 3.

Phœnices primi (famæ si creditur) ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Fuisse autem Phœnicias literas eas, quibus antiquitus Cananæi, & veteres Hebræi usi sunt, & adhuc hodie utuntur Samaritani, quidquid Rabinorum παῖδες dicant, pro certo habeo, de quibus vide observationes nostras in Σαμάρεια; de columnis verò illis Phœnicum literis & linguâ propter Tingim repertis, vide quæ in Τίγγις annotavimus. Eorum præcipuæ civitates fuere Sidon, Tyrus, Berytus & aliæ quæ Periegetæ carminibus loco citato tamquam stellæ nitent. Regio palmâ maxime commendabatur, quæ Græcis *φοινὶξ phœnix* dicitur, unde propius vero est nomen sortitam fuisse. Huc merentur afferri Sidon. Apollin. carmina in Panegyrico ad Cæs. Jul. Val. Majorianum:

——— *Quæque suos provincia fructus*
Exposuit, fert Indus ebur, Chaldæus amomum,
Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus,
Atthis mel, Phœnix palmas, Lacedæmon olivum
Argos equum, Epirus equas, &c.

17 *Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ῥαββώθιν, καὶ Κολπίτης.*] Vocabatur verò anteà Rhabbothin, & Colpites. Pro Ῥαββώθιν & Κολπίτης, sine dubio legendum Ῥαββώθης & Κολπίης. Sunt enim Phœnicia nomina ad Græcæ linguæ dialectum deflexa; Rhabbothis à רבתי *rhabbathi*, i. e. *magna, ampla*, quod de Hierosolyma dixit Jeremias Lamentation. c. 1. v. 11. *Colpitis* autem à *Colpia* vento deduci potest, quoniam apud Eusebium Cæsarienſem de præparatione Euangelica lib. 1. c. 7. Sanchoniathon ait, à *Colpia* vento ortos, qui Phœniciam habitarunt, quod sine dubio ab Hebræo, seu Phœnicio קול פיח *Col piah*, id est, vox ex ore Dei originem trahit, id me admonuit D. D. Gaspar Hybanez de Segovia & Peralta absolutè doctus, Hispanorum equitum illustre decus, de quibus consulendus Bernard. Aldretus de Hispania lib. 2. c. 2. Bochart. in sua Chanaan lib. 2. c. 12.

18 *Φοινικοῦς, πόλις Κρήτης.*] Phœnicûs, untis, urbs Cretæ. Memoratur Ptolem. lib. 3. c. 17. cui *Φοινικοῦς λιμὴν*, i. e. *Phœnicûs portus* dicitur.

19 *Ἔστι καὶ νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ.*] Est & insula ad Lyciam. Phœnicum insulam ad Lyciam non potui reperire, sed Phœnicunta portum, minus duûm millium spatio distantem Pataris Lyciæ urbe, reperi apud Liv. lib. 37. c. 16. *Sed neque circa urbem tuta statio erat, nec ante hostium portus in salo stare, poterant, aspero mari & nocte imminente, prætervecti mœnia, portum Phœnicunta minus duûm millium spatio inde distantem petiêre, navibus à maritima vi tutum.*

20 *Ἔστι καὶ Φοινικοῦς λίμνη*, &c.] Celebratur etiam Phœnicûs lacus ex Thucydidis lib. VIII. Sed, in hac sectione latet insignis menda, pro λίμνη, i. e. *lacus*, legendum fidenter λιμὴν, i. e. *portus.* Id luce clarius apparet ex Thucydidis libro citato. Sic enim ille: *Καὶ χειμὼν τε μέγας ἐπιγίγνεται, καὶ αἱ μὲν τῶν Χίων μόγις περιφυγοῦσαι ἐς τὸ λιμένα, αἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων, αἱ μὲν μᾶλιστα ὁρμήσασαι περὶ Δασφείρου, καὶ ὑπὲπίπτουσι πρὸς τὴν πόλιν τῶν Χίων, καὶ ἄνδρες, οἱ μὲν ἀλίσκονται, οἱ δὲ διαφθείρονται· αἱ δὲ ἄλλαι περιφυγοῦσαι ἐς τὸ ὑπὸ τῷ Μιμαντὶ λιμένα, Φοινικοῦντα περιέπλεον.* i. e. *Et ingens tempestas est exorta, & Chiorum quidem [naves] in portum ægre confugerunt, Athenienſium verò tres, quæ longissime procurrerant, perierunt, & ad Chiorum urbem fluctibus ejectæ fuerunt,*

λίμνη· Θουκυδίδης ἐγδέῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Φοινικήνιος καὶ Φοινικήσιος, ὡς Σελινήνιος καὶ Σελινήσιος.

cus. Thucyd. lib 8. Gentile, Phœnicuntius, & Phœnicuſſius, ut Selinuntius, & Selinuſſius.

ΦΟΙΝΙΚΟΥΣΣΑΙ, δύο νῆσοι ἐν τῷ Λιβυκῷ κόλπῳ πρὸς τῇ Καρχηδόνι, ὡς Ἑκαταῖος περιηγητὴς Λιβύης. Οἱ νησιῶται, Φοινικουσσαῖοι. Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκων τῶν ἐν Συρίᾳ Φοινικήσσαι, ὡς αὐτὸς ἐν Ἀσίᾳ.

PHOENICUSSÆ, duæ inſulæ in Libyco ſinu juxta Carthaginem ut Hecatæ. Periegeſi Libyæ. Inſulares, Phœnicuſſæi. Eſt etiam urbs Phœnicum in Syria Phœnicuſſæ, ut idem author eſt in Aſia.

ΦΟΙΤΙΑΙ[21], πόλις Ἀκαρνανίας, ἀπὸ Φοιτίου, τοῦ Ἀλκμαίωνος, τοῦ Ἀμφιαράου· Πολύβιος τετάρτῳ. [22] Λέγει καὶ Φοίπον. Καὶ τὸ ἐθνικὸν Φοιτιεὺς, καὶ Φοίποι, ὡς Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Τρωϊκοῖς.

PHOETIÆ, urbs Acarnaniæ, à Phœtio, filio Alcmæonis, filii Amphiarai. Polybius 4. Dicitur etiam *Phœtum*. Et gentile, Phœtieus, & Phœtii, ut Hellanicus in Troïanis.

ΦΟΛΕΓΑΝΔΡΟΣ[23], νῆσος τῶν Σποράδων, ἀπὸ Φολεγάνδρου τοῦ Μίνω, ὃν Ἄρατος Σιδηρίτιν ὀνομάζει, διὰ τὴν τραχύτητα. Ὁ πολίτης, Φολεγανδρεὺς καὶ Φολεγανδρῖνος· Καὶ ἀδέσποτον, Φολεγανδρῖνον.

PHOLEGANDRUS, inſula Sporadum, à *Pholegandro* Minois filio, quam Aratus, *Sideriam* vocavit, propter aſperitatem. Civis, Pholegandrius, & Pholegandrinus. Et neut. Pholegandrinum.

ΦΟΛΟΗ[24], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Φόλου τοῦ κενταύρου. Τὸ ἐθνικὸν Φολοεὺς, ὡς Λευκωνοεὺς, Αὐτινοεὺς, Μεροεύς.

PHOLOE, urbs Arcadiæ, à Pholo centauro. Gentile, Pholoeus, ut Leuconoeus, Antinoeus, Meroeus.

ΦΟΡΒΑΙ, πόλις τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ Ἀχαιῶν. Τὸ ἐθνικὸν Φορβάντιος, ἐπειδὴ Φορβάντιόν ὄρος Τροιζηνίας.

PHORBÆ, urbs in Theſſalia Achæorum. Gentile, Phorbantius, quoniam Phorbantium eſt mons Trœzenis.

ΦΟΡΕΝΤΑΝΟΝ[25], πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Φορεντανός· Στράβων πέμπτῃ.

FORENTANUM, urbs Italiæ. Gentile, Forentanus, Strab. lib. 5.

ΦΟΡΙΕΙΑ, κώμη Ἀρκαδίας. Τὸ ἐθνικὸν Φοριαεὺς, ὡς Ἔφορος ἐν ἕκτῳ τῶν ἱστοριῶν.

PHORIEA, vicus Arcadiæ. Gentile, Phoriaeus, ut Ephorus lib. 6. hiſtoriarum.

ΦΟ-

PHO-

runt, virique partim capti, partim interfecti. Cæteræ verò, in portum Mimanti ſubjectum, nomine Phœnicunta fuga ſe receperunt. Memoratur etiam Livio lib. 37. c. 45. *Romani Chium petentes Phœnicuntem primum portum Erythreæ terræ præter-vecti, nocte anchoris jactis, poſtero die in inſulam ad ipſam urbem trajecerunt.*

21 Φοιτίαι, πόλις Ἀκαρνανίας, &c.] Phœtiæ, arum; urbs Acarnaniæ ex Polybii lib. IV. apud quem Φοιτείαι ſcribitur, ac non tamquam Acarnaniæ ſed Ætoliæ urbs memoratur: Καὶ διελθὼν τὴν Ἀκαρνανίαν, ἦκε τὴν Αἰτωλίας πρὸς τὴν καλουμένην πόλιν Φοιτείας, συμπαρειληφὼς Ἀκαρνάνων μὲν πεζοὺς ὀκτακοσίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους πεπεισμένους ἢ τὴν προειρημένην πόλιν, καὶ προσοδικὰς συνεργοὺς καὶ καταπληκτικοὺς ἐπὶ δύο ἡμέρας ποιησάμενον, παρέλαβε κατ' ὁμολογίαν, ἀφεὶς ἀπαναστάσεις τοῖς ὁπλίταις τῶν Αἰτωλῶν. i. e. *Et pertranſiens Acarnaniam, venit Ætoliæ ad urbem nomine Phœtias, aſſumptis Acarnanum peditum duobus millibus, equitibus ducentis. Poſitis autem circa dictam urbem caſtris, poſtquam per biduum aſſultibus vehementibus & terribilibus eam tentaſſet, per pacta ſibi traditam accepit, & data fide eos qui intus erant Ætolorum dimiſit.* Igitur apud Stephanum pro Ἀκαρνανίας legendum Αἰτωλίας.

22 Λέγει καὶ Φοίπον.] Phœtiæ, urbs Acarnaniæ, ut ait noſter, dicitur etiam Φοίπον. Apud Polybium lib. V. Φοίπεον legitur: Παρῆλθε δὲ καὶ δύο νήσους ἀοικήτους Στράτον, Ἀγρίνιον, Θεστιεῖς· καὶ δεξιὰν, Κωνώπιον, Λυσιμαχίαν, Τριχώνιον, Φοίπεον. i. e. *In tranſitu dereliquit ad ſiniſtram quidem Stratum, Agrinium, Theſtieis. Ad dexteram verò, Conopen, Lyſimachiam, Trichonium, Phœteum.* Subdubito an ſit eadem, quæ paulo infra ex eodem Polybio dicitur Φύταιον. Nec obſtat, quod illic dicatur eſſe urbs Ætoliæ, & hîc Acarnaniæ. Hæ enim regiones erant conterminæ.

23 Φολέγανδρος, νῆσος τῶν Σποράδων, &c.] Pholegandrus inſula Sporadum, à Pholegandro Minois, quam Aratus *Sideriam* id eſt *ferream* vocavit propter aſperitatem. Sine dubio reſpexit auctor noſter Strabonem, qui de hac inſula ſic loquitur lib. X. Τῶν δ' ἴσον ἐκείνῃ ἀπέχειν νησίδων ἐστὶν, ἐν ᾗ κεκηδεῦθαί φασί τινες τὸν ποιητὴν Ὅμηρον· ἀπὸ δὲ τῆς Ἴου πρὸς ἑσπέραν ἰούσι, Σίκινος, καὶ Λάγουσα, καὶ Φολίγανδρος, ὃν Ἄρατος σιδηρίτιν ὀνομάζει διὰ τὴν τραχύτητα. i. e. *Ab harum verò utrâque æquali intervallo abeſt Ios parva-inſula, ubi quidam funeratum ajunt Homerum. Ab Io ſi occaſum verſus naviges, Sicinus eſt, & Laguſa, & Pholegandrus, quam Aratus ferream vocat ob aſperitatem.* Arati verſus exſtant apud eundem Strabonem libro modò dicto:

Ὦ Λητοῖ, σὺ μὲν μοῖρα μὲν σιδηρείην Φολεγάνδρου
Δείλη, ἢ Γύαρον παρελάσσαι αὐτίχ' ὁμοίην.
O *Latona, tu manes ferrea in Pholegandro*
Timida, aut Gyarum adibis ſtatim ſimilem.

Ex quibus conjicit Bochartus de Coloniis, & ſermone Phœnicio lib. I. c. 14. ejus etymon Punice eſſe פלגנדרי *Phelec-gundari*, i. e. *tractus lapidoſus.* Rectè, ſi probaſſet à Phœnicibus vocamen illud accepiſſe.

24 Φολόη, πόλις Ἀρκαδίας.] Pholoë, urbs Arcadiæ. Aliis eſt montis nomen, cujus meminit Pauſan. lib. 6. Et mons & urbs memoratur Plinio inter Arcadiæ oppida lib. IV. c. VI. Ovid. Faſt. lib. 2.

Teſtis erit Pholoë, teſtes Stymphalides undæ.

Hinc Pholoëtica monſtra Sidon. Apollin. in Panegyrico ad Cæſ. Jul. Val. Majorian.

——— *Non ſic Pholoëtica monſtra*
Atque Pelethronios Lapithas Semeleïus Euan
Miſcuit.

Apud Steph. pro Αὐτινοεὺς legendum Αἰλινοεύς.

25 Φορεντανόν, πόλις Ἰταλίας.] Forentanum, urbs Italiæ, ex Strabonis lib. V. apud quem non Φορεντανὸν ſed Φρεντανοὶ dicuntur: Ὑπὲρ δὲ τὸ Πικεντῖνος, Οὐηεντανοί τε καὶ Μαρσοὶ, καὶ Πέλιγνοι, καὶ Μαρρουκῖνοι, καὶ Φρεντανοὶ, Σαυνιτικὸν ἔθνος, τῶν ὀρεινῶν καθίζουσιν, ἐφαπτόμενοι μικρὰ τῆς θαλάττης. i. e. *Supra Picenum ſunt Veſtini, Marſi, Peligni, Marucini, Frentani, Samnitica gens, montana tenent, parum maris attingentes.* Videſis Annotationes noſtras in Φρεντανοί.

26 Φῶ-

ΦΟΡΟΥΝΝΑ, πόλις Θράκης· Πολύβιος ἐννάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Φορουνναῖος, ὡς Οὐννναῖος, Πελιννναῖος, Φαλαννναῖος.

A PHORUNNA, urbs Thraciæ. Polybius lib. 9. Gentile, Phorunnæus, ut Unnæus, Pelinnæus, Phalannæus.

ΦΟΡΟΒΡΕΝΤΑΤΙΟΝ, πόλις Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν, Φοροβρεντατινός.

PHOROBRENTATIUM, urbs Libyæ. Gentile, Phorobrentatenus.

ΦΟΥΝΔΑ [26], ὡς Νῶλα, πόλις Ἰταλίας. Οἱ πολῖται, Φουνδανοί· Διονύσιος πεντεκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

B FUNDA, ut Nola, urbs Italiæ. Cives, Fundani. Dionysius lib. 15. Romanæ Antiquitatis.

ΦΟΥΡΝΙΤΑ, πόλις Λιβύης. Οἱ οἰκήτορες, Φουρνιτανοί· Φλέγων πεντεκαιδεκάτῳ ὀλυμπιάδων.

PHURNITA, urbs Libyæ. Incolæ, Phurnitani. Phlegon lib. 15. Olympiadum.

C

ΦΡΑΑΣΠΑ [27], Μηδίας πόλις· Κυάδραλος Παρθικῶν τετάρτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Φραασπηνός, κατὰ τὸ ἔθος τῆς χώρας.

PHRAASPA, Mediæ urbs. Quadratus Parthicorum quarto. Gentile, Phraaspenus, pro regionis consuetudine.

ΦΡΑΓΓΟΙ [28], ἔθνος Ἰταλίας, τῶν Ἀλπέων ὀρῶν ἐγγύς· Παρθένιος ὁ Φωκαεὺς πρώτῳ.

D PHRANGI, gens Italiæ, juxta montes Alpes. Parthenius Phocaëus lib. 1.

ΦΡΑΔΑ [29], πόλις ἐν Δραγγαις, ἣν Ἀλέξανδρος Προφθασίαν μετωνόμασεν, ὡς Χάραξ ἐν ἕκτῳ χρονικῶν.

E PHRADA, urbs in Drangis, quam Alexander *Prophthasiam* postea-nominavit, ut Charax Chronicorum lib. 6.

ΦΡΕΑΡΡΟΙ [30], δῆμος Ἀθήνησι τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Φρεάρρου Ἀθηναίου ἐπισήμου ἥρωος. Ὁ δημότης, Φρεάρριος. Τὰ τοπικὰ, Φρεαρρόθεν, Φρεαρρόνδε, Φρεαρροῖ.

PHREARRHI, populus Athenis Leontidis tribus, à Phrearrho insigni heroë Athenis. Popularis, Phrearrhius, Localia, ex Phrearrho, ad-Phrearrhum, in-Phrearrho.

ΦΡΕΓΕΛΛΑ [31], πόλις Ἰταλίας, ἢ τὸ μηδὲν ἀρχαῖον ἦν Ὀπικῶν, ἔπειτα Οὐολσκῶν ἐγένετο. Τὸ ἐθνικὸν, Φρεγελλανὸς, [32] ὡς Διονύσιος ἕκτῳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι.

F FREGELLA, urbs Italiæ, quæ quidem erat olim Opicorum, postea Volscorum fuit. Gentile, Fregellanus, ut Dionysius lib. 6. Roman. antiquit. & alii plurimi.

ΦΡΗΣ, Φρηλοὶ, Φρῆτες, ἔθνος Λιβυκὸν, ὡς Ἡρωδιανὸς τετάρτῳ.

G PHRES, Phreti, Phretes, gens Libyca, ut Herodianus lib. 4.

ΦΡΙ-

PHRI-

26 Φοῦνδα, ὡς Νῶλα, πόλις Ἰταλίας.] Funda, ut Nola, urbs Italiæ, ex Dionysii Roman antiquit. lib. xv. deperdito. Hujus vice fungetur Strabo cui Φοῦνδοι dicitur lib. v. Ἑξῆτης δ' Καιάτα κόλπος τὸ Καικεῖνον, τότε δὲ Φοῦνδοι, πόλις ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ κειμένη. i. e. *Caietanum sinum subsequitur Cæcubum, hoc Fundi, urbs in via Appia sita.* Ejus quoque vina laudat idem auctor inter optima Italiæ, unde Martialis lib. 13. Epigrammate 113.

Hæc Fundana tulit felix autumnus Opimi
Expressit mulsum consul, & ipse bibit.

Hoc in oppido natum Tiberium principem quidam existimarunt sequuti levem conjecturam, quod materna ejus avia Fundana fuerit, auct. Suet. in ejus vita c. v. Ei debet suos natales *Soter* Pontifex Romanus, Ferdinandus Arragonum & Neapolis rex hanc urbem in præmium meritorum Prospero Columnæ præstantissimo sui temporis duci dedit, quam *Caradinus Barbarossa* anno 1534. diripuit, atque omnes oppidanos captivos abduxit, ut posteritati commendavit Leander Albertus in suo Latio. Etiamnum *Fundi* vulgo dicitur.

27 Φραάσπα, Μηδίας πόλις.] Phraaspa, Mediæ urbs. Vide Πραάσπα.

28 Φράγγοι, ἔθνος Ἰταλίας, &c.] *Phrangi*, gens Italiæ, prope Alpes montes. Sic posteriores Græci vocabant *Gallos*, quorum illo nomine meminit Constant. Porphyrogenet. de Them. lib. 2. Them. 11. sed nescio, quare noster gentem Italiæ dicat esse, nisi quod aliquando Italiæ imperaverint, Vandalorum Imperio, si bene memini, eversо.

29 Φράδα, πόλις ἐν Δράγγαις, &c.] Phrada, urbs in Drangis, quam Alexander mutato priori nomine *Prophthasiam* vocavit. Posteriori nomine celebratur Ptolemæo lib. 7. c. 19. inter Drangianæ civitates & vicos. Plin. 6. c. 17.

30 Φρεάρροι, δῆμος Ἀθήνησι, &c.] Phrearri, populus Athenis Leontidis tribus. Memorabilis tantum quòd fuerit patria Neoclis; patris Themistoclis, auct. Plutarcho in Themistocle, apud quem per unum *r* scribitur, ut & apud Hesychium.

31 Φρέγελλα, πόλις Ἰταλίας, &c.] Fregella, urbs Italiæ. Latinis scriptoribus num. plur. Fregellæ dicuntur. Liv. lib. VIII. *Non posse dissimulare, ægre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas, ex Volscis captas, dirutasque ab se, restituerit Romanus populus; coloniamque in Samnitium agro imposuerit, quam coloni eorum Fregellas appellent.* Ejus situm leviter attingit Strabo lib. v. Φρεγέλλαι, παρ' ᾧ ὁ Λεῖρις ῥεῖ, ὁ εἰς τὰς Μινθέρνας ἐκδιδούς. i. e. *Fregellæ, quam urbem præterfluit Liris, in Minturnas se effundens.* Liv. lib. 26. *Inde præter Interamnam Aquinamque in Fregellanum agrum ad Lirim fluvium ventum: ubi interciſum pontem à Fregellanis, morandi itineris causâ invênit.* Fluvius Liris nunc vocatur *Il Garigliano.* Urbs Strabonis ætate erat vicus, cum aliquando fuisset civitas memorabilis, ut idem prodit eodem libro. Ejus conditor profunda caligine tegitur, eversor fuit L. Opimius prætor, ut posteris tradidit Liv. breviator lib. LX. ad quod videtur alludere Sil. Italicus lib. VII.

——— *Obsessæ campo squallente Fregellæ.*

32 Ὡς Διονύσιος ἕκτῳ, &c.] Cum apud Dionysium Romanæ antiquitatis lib. VI. nullo Fregellarum fiat mentio, credo apud Stephanum pro ἕκτῳ legendum ἐικαιδεκάτῳ. Qui liber desideratur.

33 Φρέ-

ΦΡΙ΄ΚΙΟΝ [33], ὄρος ὑπὲρ Θερμοπυλῶν Λοκρικόν, ἀφ' ἧς Φρικανεῖς καὶ Φρικανεῖς οἱ αὐτόθι οἰκήσαντες Αἰολεῖς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν ἱερείων Ἥρας β΄. [34] Καλεῖται καὶ Φρικωνὶς ἡ Λάρισα, καὶ Φρικωνίτις· Ἐθνικὸν ἐν Φρικιώτης. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Φρικίας. Ἐκλήθη ὁ ἀπὸ Φρικίου τοῦ κενταύρου, ὃν ἀπέκτεινεν Ἡρακλῆς. Οἱ οἰκοῦντες, Φρικωνέες, καὶ Φρικωνεῖς. Καλεῖται καὶ Φρίκειον, ὃ καὶ Δρίος ὠνομάζετο. Λέγεται καὶ Φρικωνία, καὶ Φρικωνίτης, καὶ Φρικωνιάτης. Κεῖται δὲ καὶ παρὰ Παρμενόντι τῷ Βυζαντίῳ ἐν πρώτῳ ἰάμβων.

PHRICIUM, mons supra Thermopylas Locridis, à quo Phricanes, & Phricanenses, qui inibi habitant Æoles, ut Hellanicus secundo Sacrificiorum Junonis. Vocabatur etiam *Phriconis* Larissa, & *Phriconitis*. [Gentile] igitur debebat formari, Phricieus. Et fœmin. Phricias. Sic verò vocatus fuit à Phricio Centauro, quem interfecit Hercules. Incolæ, Phriconeenses, & Phriconenses vocatur etiam *Phriceion*, quod *Drios* etiam vocabatur. Dicitur etiam, Phriconia, & Phriconites, & Phriconiates. Jacet verò apud Parmenontem Byzantium primo Jamborum.

ΦΡΙΞΑ [35], πόλις. Ἡ καὶ Φρίξα κεῖται μεταξὺ τῆς Ὀλυμπίας ἀπεχούσα σταδίους λ. Φερεκύδης δὲ Ἀρκαδίας αὐτὴν γράφει. Τὸ ἐθνικὸν, Φριξαῖος.

PHRIXA, urbs. *Phrixa verò distat ab Olympia stadiis triginta.* Pherecydes verò Arcadiæ esse scribit. Gentile, Phrixæus.

ΦΡΙΞΟΣ, πόλις Λυκίας. Ἔστι καὶ Φρίξα λιμὴν παρὰ τὸ στόμα τοῦ Πόντου, ἐν τῇ Χαλκηδονίᾳ περαίᾳ, ὡς δὲ Νύμφις ἐν ἀθῷ Ἡρακλείας τάδε φησί. Τὸ ἐθνικὸν, Φριξῖνος· Εἰ μὴ πως τῷ ἔθει τῶν Λυκιακῆς τὸ ὄνομα, Φριξοῦς εἶπε τὸ ἐθνικόν.

PHRIXUS, urbs Lyciæ. Est etiam Phrixi portus juxta fauces Ponti, in ulteriore Chalcedonia, de quo Nymphis primo de Heraclia hæc inquit. *Gentile, Phrixius. Nisi quis juxta consuetudinem Lyciacæ linguæ, qua illic utuntur, Phrixeus dixerit gentile.*

ΦΡΟΥΡΕΝΤΑΝΟΙ [36], ἔθνος Ἰταλίας· Ἀρτεμίδωρος τετάρτῳ γεωγραφουμένων.

PHRURENTANI, populi Italiæ. Artemidorus lib. 4. Geographumenωn.

ΦΡΥΓΙ΄Α [37], δύο χῶραι. Στράβων. [38] Φρυγία τε γὰρ ἡ μὲν καλὴ καὶ μεγάλη, ἧς ὁ Μίδας ἐβασίλευσε· Καὶ τῶν ἄλλης μέρος οἱ Γαλάται κατέσχον. Ἡ δὲ μικρὰ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ, καὶ τὸ Ὄλυμπον, ἡ καὶ Ἐπικτήτειος λεγομένη. [39] Οἱ ἐξ ἑκατέρας, λέγονται Φρύγες, καὶ Μυσοί. Λέγονται καὶ Φρίγες. Τὸ ἐθνικὸν, Φρὺξ καὶ Φρύγιος, καὶ Φρυγία, καὶ Φρυγίς.

PHRYGIA, duæ regiones, Strab. *Phrygia enim alia quidem pulchra, & magna, cujus Midas rex fuit. Alterius partem Galatæ tenebant. Alia parva super Hellespontum, circa Olympum, quæ etiam* Epictetos *dicitur. Utriusque incolæ dicuntur Phryges, & Mysi.* Dicuntur etiam *Phriges.* Gentile, Phrix, & Phrygius, & Phrygia fœmina.

33 Φρίκιον, ὄρος, &c.] Phricium, mons supra Thermopylas Locricus. Memoratur Straboni lib. 13.

34 Καλεῖται καὶ Φρικωνὶς ἡ Λάρισα.] Vocatur & *Phriconis* Larissa. Id desumpsit ex Strabonis lib. 13. Ἀπὸ δὲ Λοκρικοῦ ὄρους τοῦ τε Κύμβλου Φρικωνίδα καλοῦσιν ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Λάρισαν· ἐρήμη δ' ἐστὶ νῦν. i. e. *A monte Locrico Cumamque* Phriconida *vocant, & Lariſſam, quæ nunc est deserta.*

35 Φρίξα, πόλις.] Phrixa, urbs. In hac sectione deest nomen regionis, in qua erat Phrixa & auctoris, cujus erant illa verba quæ sequuntur. Erat verò Phrixa urbs Tryphaliæ, quæ memoratur Polybio lib. IV.

36 Φρουρεντανοί.] Vide Φρουρεντῖνοι.

37 Φρυγία, δύο χῶραι.] Phrygia, duæ regiones, ex Strabone. Qui lib. 12. Phrygiam in duas dividit regiones, scilicet in magnam & parvam, seu mavis, in majorem & minorem; utraque hodie sub Turcis suam deplorat captivitatem: alii in tres partes eam dividebant, auctore Eustathio ad Dionysii v. 810. Majoris fuit rex Midas ille historicis & Poëtis celebratus; minorem illustrabat antiquum Ilium excidio suo clarum, situm in Troade ejusdem regione, ideo aliquando Phryges accipiuntur pro Troianis, ut nos docet adagium istud: *Serò sapiunt Phryges.* Dici solitum de eis quos factorum serò pœnitet. Troiani enim post decem obsidii annos de restituenda Helena consultarunt. Phryges inter Ethnicos antiquitate gloriabantur, unde Claudianus lib. 2. in Eutrop.

——— *Dat cuncta vetustas*
Principium Phrygibus.

Qua in re omnium maximè ridiculi fuere Arcades, qui ante lunam ortos se esse existimabant, quare προσέλληνοι, acsi diceres *prælunares* dicti fuere. Ethnici enim credidere, è terra siderum vi ortos fuisse homines, ut videre est ex Diod. Sicul. lib. 1. Quintil. lib. 3. c. 9. Euseb. de Præparat. Euangelica lib. 1. c. 4. Phryges autem ex Europa in Asiam transiere, auct. Herodoto lib. 7. c. 73. à quibus Phrygiones dicti, qui acu faciebant. Phryges enim id invenerunt, ut prodit Plin. lib. 8. c. 48.

38 Φρυγία τε γὰρ, &c.] Sunt verba ex Strab. lib. 12. insignite depravata. Sic apud eum habentur: Φρυγία τε γὰρ ἡ μὲν καλεῖται μεγάλη, ἧς ὁ Μίδας ἐβασίλευσε, καὶ ἧς μέρος οἱ Γαλάται κατέσχον· ἡ δὲ μικρὰ, ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ, καὶ ἡ περὶ τὸ Ὄλυμπον, ἡ καὶ Ἐπικτήτειος λεγομένη. i. e. *Nam Phrygia, alia vocatur magna, cujus rex fuit Midas, & cujus partem Galatæ occuparunt, alia parva, quæ Hellespontο imminet, & circa Olympum est & Epictetus dicitur.* Quare apud Stephanum pro ἡ μὲν καλὴ καὶ μεγάλη, i. e. *alia quidem pulchra & magna*, lege, ἡ μὲν καλεῖται μεγάλη, i. e. *alia quidem vocatur magna*, pro ἐβασίλευσε lege ἐβασίλευσε, pro καὶ τῶν ἄλλης μέρος, lege καὶ ἧς μέρος.

39 Οἱ ἐξ ἑκατέρας, λέγονται Φρύγες, καὶ Μυσοί.] Utriusque incolæ dicuntur Phryges & Mysi. Sunt etiam Strabonis verba ex eodem libro nota proximè præcedenti citato, sed ab auctore nostro male accepta; & perverso ordine locata; apud Strabonem enim in præcedentum verborum initio leguntur hoc modo: Οἱ περὶ τὸ Ὄλυμπον τὸν Μύσιον προσαγορευόμενοι Μυσοί τε καὶ Φρύγες· ἑκάτερον δὲ τοῦτο ἔθνος διττὸν ἐστι. Φρυγία τε ἡ μὲν, καλεῖται μεγάλη, &c. i. e. *Qui circa Olympum Mysium incolunt, appellantur Mysi & Phryges. Utraque gens duplex est. Nam Phrygia alia vocatur magna, &c.*

40 Ἔστι

Φρύγιος, ἡ Φρυγία ἀνθρώπος· Καὶ Φρύγιον· Καὶ Φρυγικὸς κλητικὸν, ἡ Φρυγική, καὶ Φρυγικόν· Καὶ Φρυγίζειν, καὶ Φρυγισί. [40] Ἔστι καὶ Φρυγία τόπος τῆς Οἴτης, ἀπὸ ᾗς ἐκεῖ πεφρύχθαι τὸν Ἡρακλέα. [41] Ἔστι καὶ τὰ Φρύγια δεύτερος, τόπος μεταξὺ Βοιωτίας καὶ Ἀττικῆς. Τὸ τοπικὸν Φρυγιώς, ὡς Μέγαρα Μεγαρώς.

mina. Et neut. Phrygium. Et possessiv. Phrygicus, & Phrygica, & Phrygicum. Et verbum Phrygizare, & adverb. Phrygice. Est etiam Phrygia, locus Oetæ, sic dictus ἀπὸ ᾗς, &c. h. e. *quod illic* Hercules crematus fuerit. Sunt etiam Phrygia, neut. gen. locus inter Bœotiam, & Atticam. Locale, Phrygieus, ut Megara, Megareus.

ΦΥΚΟΥΣ [42], πόλις Λιβύης. Κεῖται ἡ ὁ Φυκοῦς πρὸς τὸ Ταίναρον τῆς Πελοποννήσου. Ὁ πολίτης Φυκούσιος, ἐπειδὴ καὶ Φυκουσία λίμνη. [43] Εἰσὶ καὶ Φυκοῦσαι νῆσοι Λιβύης. Ὀνομάζονται δέ, ἀπὸ τοῦ Φύκων εἶναι πλήρεις. Οἱ νησιῶται, Φυκουσαῖοι, ἢ Φυκούσιοι.

PHYCUS, urbs Libyæ. Jacet verò Phycûs juxta Tænarum Peloponnesi. Civis, Phycusius, siquidem palus Phycusia dicitur. Sunt etiam Phycussæ insulæ Libyæ. Sic verò nominantur, quod φύκων, i. e. *algarum* sunt plenæ. Insulares, Phycussæi, vel Phycussii.

ΦΥΛΑΚΗ [44], πόλις Θεσσαλίας.

Οἱ δ' εἶχον Φυλάκην, ἡ Πύρρασον ἀνθεμόεντα.

PHYLACE, urbs Thessaliæ.

Qui autem incolebant Phylacen, & Pyrrhasum floridam.

Ἀπὸ Φυλάκου τοῦ Δηϊόνος. Τὸ ἐθνικὸν δύναται μὲν διὰ περιφράσεως ἐκ Φυλάκης· Εἴρηται δὲ ὅμως Φυλακήσιος, ὡς Ἰθακήσιος. Καὶ τόπου ἐκ τόπου ὑπόρρημα, Ἡλιόδωρος ἐν Πρωτεσιλάῳ,

Sic dicta à Phylaco Deionis filio. Gentile potest per periphrasin dici, ex Phylace. Dicitur tamen, Phylacesius, ut Ithacesius. Et adverbio loci usus est Heliodorus in Protesilao:

Ἀργείων τελέεσσιν, ὅσοι Φυλακῆθεν ἕποντο.

Argivorum turmis, quotquot ex-Phylace sequebantur.

ΦΥΛΗ [45], δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς. [46] Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι,

PHYLE, populus Oeneidis tribus. Aristophanes Acharnensibus:

Πέ-

Unde

40 Ἔστι καὶ Φρυγία, &c.] Est & Phrygia, locus Oetæ, &c. Locum istum celebrat Livius, quem *Pyram* vocat lib. 36. c. 30. *Præmisso Ap. Claudio cum* IIII. *millibus militum ad occupanda juga, quà difficiles transitus montium erant, ipse Oetam adscendit: Herculique sacrificium fecit in eo loco, quem* Pyram, *quod ibi mortale corpus ejus dei sit crematum, appellant.*

41 Ἔστι καὶ τὰ Φρύγια, &c.] Sunt etiam Phrygia neut.plur. locus inter Bœotiam & Atticam. Ejus meminit Thucydides lib. 2. Καὶ ἱππομαχία τις ἐγένετο βραχεῖα ἐν Φρυγίοις, ἔν τε Ἀθηναίων τέλη ἐνὶ τῷ ἱππικῷ, καὶ Θεσσαλοῖς μετ' αὐτῶν, πρὸς τοὺς Βοιωτῶν ἱππέας. i. e. *Et leve quoddam equestre prælium fuit in Phrygiis inter unam Athenienſium equitum turmam, quibus Thessali erant adjuncti, & Bœotorum equites.*

42 Φυκοῦς, πόλις Λιβύης, &c.] Phycûs, untis, urbs Libyæ, juxta Tænarum Peloponnesi. Ex Strabonis fonte id hausit auctor noster. Ita enim de Phycunte loquitur ille lib. 8. Ἐν ᾧ τῷ κόλπῳ τῷ Θρασυλλίας, τὸ μὲν Ταίναρον ἀκρη ἐστὶ σκκειμένη· τὸ ἱερὸν ἔχουσα τοῦ Ποσειδῶνος, ὃν ἅλσος ἰδρυμένον· πλησίον δ' ἐστὶν ἄντρον, δι' οὗ τὸν Κέρβερον ἀναχθῆναι μυθεύουσιν ὑφ' Ἡρακλέους ἐξ Ἅιδου. Ἐνθένδε δ' εἰς μὲν Φυκοῦντα ἄκραν τὴν Κυρηναίας πρὸς νότον διάπλους ἐστὶ σταδίων τριακοσίων. i. e. *In sinu verò oræ maritimæ Tænarum est promontorium in mare porrectum, quod habet Neptuni fanum, in luco situm. Pone est antrum, per quod Cerberum ex inferis ab Hercule extractum fabulantur. Inde ad Phycunta Cyrenaicæ regionis promontorium trajectus est versus meridiem stadiorum* IIIC IO. Idem lib. 17. Εἶτα Φυκοῦς ἄκρα, πανευθὲς μέν, πολὺν δ' ὑπεκκειμένη πρὸς ἄρκτον πρὸς τὴν ἄλλην Λιβυκὴν Θεσπιὰν· κεῖται δ' ἡ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς ἐν διαφόροις διακοσίοις ὀκτωκαίοις σταδίοις· ἔστι δ' καὶ πολίχνιον ὁμώνυμον τῇ ἄκρᾳ. i. e. *Deinde Phycûs promontorium, humile quidem, sed valde porrectum ad aquilonem, præter reliquam Libyæ oram. Jacet contra Tænarum Laconicæ, bis mille & octingentorum stadiorum trajectu. Est etiam ibi oppidulum eodem nomine, quo promontorium.* Nec obstat, quod ab auctore nostro vocatur πόλις, ab Strabone πολίχνιον, à Ptolemæo χωρίον, cui memoratur lib. 4. c. 4.

43 Εἰσὶ καὶ Φυκοῦσαι νῆσοι Λιβύης.] Sunt & Phycussæ insulæ Libyæ. Inter adjacentes Libyæ & Ægypto insulas in Ægyptiaco pelago memorantur Ptolemæo lib. 4. c. 5. duæ insulæ nomine Φυκοῦσαι, perperam, ut puto, quoniam auctoris nostri lectio confirmatur ex Athenæo apud quem lib. 1. dicuntur Φυκοῦσαι.

44 Φυλάκη, πόλις Θεσσαλίας.] Phylace, urbs Thessaliæ. Memoratur Poëtarum parenti Il. 2. v. 695. ubi legitur versus ille, quem innominato Poëta affert auctor noster; ad quem locum nihil notabile habet Eustathius. In hac urbe creditur regnasse *Protesilaus*, ideo *Phylacides* appellatur à Propertio Eleg. lib. 1. Eleg. 19.

Illic Phylacides jucundæ conjugis heros
Non potuit cæcis immemor esse locis.

Fuit Protesilaus primus Græcorum, qui cum è navi ad terram exisset ab Hectore occisus est. Phylacæ quoque meminit Strabo lib. 9. In Molosside eam locat Liv. lib. 45. c. 26.

45 Φυλὴ, δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς.] Phyle, populus Oeneidis tribus. Memoratur Hesychio, Harpocrationi, & Etymologicî auctori; distabat Athenis stadiis centum, & erat oppidum valdè munitum, auctore Diodoro Siculo lib. 14. Καθελεῖσθαι χωρίον τῆς Ἀττικῆς ὀνομαζόμενον Φυλήν· ὃ ἦν τὸ φρούριον ὀχυρόν τε σφόδρα, καὶ τῶν Ἀθηναίων ἀπέχον σταδίους ἑκατόν. i. e. *Occupavit oppidum Atticæ nomine* Phylen. *Erat autem castellum munitum valde, & Athenis distans stad.* c. Loquitur Diodorus de Thrasybulo, qui XXX. tyrannos Athenis expulit, & rempublicam in libertatem vindicavit, facto decreto, nequis injuriarum præteritarum reminisceretur, ad quod alludit Aristophanes in illo secundo versiculo, quem noster ex illius ἱππεῦσι citat.

46 Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι.] Affert noster versum ex Aristophanis *Acharnensibus*, qui apud eum fabula modo dicta Actu IV. Scena V. ita legitur:

Δικαιοπ. Πόθεν γ'; Γεωρ. Ἀπὸ Φυλῆς ἐλάσαν οἱ Βοιώτοι.
Dicæop. Unde? Georg. à Phyle abduxere Bœotii.

Πόθεν ἀπὸ Φυλῆς ἔλαβον οἱ Βοιώτιοι. A

47 Καὶ ἐν Ἱππεῦσι,

Μὴ μνησικακήσῃς εἰ σοὶ Φύλλῳ καλέ-
λαβες.

Unde, à Phylâ abduxere Bœotii.

Et in Equitibus:

Ne memineris-injuriarum, si tu Phylam tenes.

Ὁ δημότης, Φυλάσιος. Τὰ τοπικὰ, ἐκ Φυ-
λῆς. Καὶ πληθυντικῶς, οἱ ἀπὸ φυλῆς, Φυ- B
λάσιοι, Φυλῆσιν. Ἔστι καὶ Φυλὴ τὸ τρίτον εἶδος 48 τῶν παρ' Ἕλλησι κοινωνικῶν. Τὸ ἐθνικὸν, Φυλέτης. Καὶ κτητικὸν, Φυλετικὸς, Φυλετικὴ.

Popularis, Phylasius. Localia, ex-Phyla. Et in plural. num. qui à Phyla, ad-Phylam, in-Phyla. Est etiam Phyle tertia species apud Græcos socialium. Gentile, Phyletes. Possessiv. Phyleticus, Phyletica.

ΦΥΛΛΙΣ 49, χώρα Θρᾴκης. Ἡρόδοτος C
ἑβδόμῃ, Ἡ δὲ γῆ αὕτη ἔχει τὸ Πάγγαιον ὄρος καλεόμενον Φυλλίς. Ἔστι καὶ ποταμὸς Βιθυνίας Φυλλὶς, ἧς Φυλλῆις τὸ θηλυκόν. Οἱ οἰκήτορες, Φύλλιοι, ἢ Φυλλιεῖς. Ἀφ' ἧς τὸ θηλυκὸν Φυλληΐς. D

PHYLLIS, regio Thraciæ. Herodotus lib. 7. *Ipsa verò terra juxta Pangæum montem vocatur Phyllis.* Est etiam fluvius Bithyniæ, Phyllis, cujus fœmin. Phylleis. Incolæ, Phyllii, vel Phyllienses. A quo fœmin. Phylleis.

ΦΥΛΛΟΥΣ 50, πόλις ἐν Θετταλίᾳ· Στράβων ἐνάτῃ. Ῥίανος δὲ Φύλλον θηλυκῶς λέγει ἐν ἐνάτῳ Θεσσαλικῶν,

Οἳ δ' ἄφαρ ὁπλισθέντες, ἵππων κραναλέων
πρὸς Φύλλον. E

PHYLLUS, urbs in Thessalia. Strab. lib. 9. Rhianus Phyllum fœm. gen. scribit nono Thessalicorum.

Qui statim armati venere ad asperam Phyllum.

Οἱ οἰκοῦντες, Φυλλεῖς.

Incolæ, Phylleis.

ΦΥΛΟΝ 51, τὸ ἔθνος, ἀπὸ τῆς φυλῆς δηλονότι, ἢ ἀφ' ἧς ἡ φυλή. Σύνθετον, Ἔμφυλος, καὶ Ἐμφύλιος, ὡς Βοιώτιος, 52 καὶ Κάπρος Κάπριος, καὶ Πάμ- F
φυλος Παμφύλιος. Λέγεται καὶ φύλιος, ἀπὸ τοῦ ἐν.

PHYLON, gens, natio ἀπὸ τῆς, &c. h. e. *à tribu scilicet*, vel ἀφ' ἧς ἡ φυλή. h. e. *à quo tribus.* Compositum, ἔμφυλος, & ἐμφύλιος, h. e. *qui est ejusdem tribus*, vel *nationis*, ut Bœotius, & Caprus, Caprius, & Pamphylius, & Pamphylus. Dicitur etiam φύλιος, i. e. qui est *ejusdem tribus* seu *gentis* ἀπὸ τοῦ ἐν, h. e. *sine præpositione* ἐν, i. e. *in.* [ex quibus componitur ἐμφύλιος, h. e. *qui est ejusdem nationis.*]

ΦΥΣΚΙΑ 53, πόλις Λυκίας, ἐφ' ὑψηλῷ ὄρει κειμένη. Τὸ ἐθνικὸν, Φύσκιος. G

PHYSCIA, urbs Lyciæ, sita super quemdam altum montem. Gentile, Physcius.

ΦΥΣΚΟΣ 54, πόλις Λοκρίδος, ἀπὸ Φύσκου τοῦ Αἰτωλοῦ, τοῦ Ἀμφικτύονος, τοῦ Δευκαλίωνος. 55 Ἔστι καὶ ἑτέρα Φύσκος τῆς Καρίας. 56 Ἔστι δὲ λιμὴν Ῥόδου. Λέγεται δὲ ἀρσενικῶς ὁ Φύσκος. Φύσκος ἡ, ἀφ' ἧς οἱ Λέλεγες, οἱ νῦν Λοκροί· Ῥίανος δὲ Φυσκέας αὐτοὺς κα- H

PHYSCUS, urbs Locridis, sic dicta à Physco filio Ætoli, filii Amphyctionis, filii Deucalionis. Est etiam alia Physcus Cariæ. Est etiam portus Rhodi. Dicitur etiam in genere mascul. Physcus. Physcus verò, à quo Leleges, qui nunc Locri. Rhianus verò *Physceas* eos

47 Καὶ ἐν Ἱππεῦσι.] Et in *Equitibus.* Apponit versum ex Aristophanis fabula, quæ Ἱππεῖς, i. e. *Equites* inscribitur, sed versus ille non invenitur apud Aristophanem in illa fabula sed in Πλούτῳ Actu v. Scena 1. quare apud Stephanum pro καὶ ἐν Ἱππεῦσι fidenter legendum καὶ ἐν Πλούτῳ. Quin etiam versus ille est insigniter corruptus, atque sic legendus est ex eodem Aristophanis loco citato:

Ερ. Μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ Φυλὼ κἀλέλαβες.
Mer. Ne memineris-injuriarum, si tu Phylen cepisti.

Idcirco apud Stephanum pro μὴ μνησικακήσῃς εἰ σοὶ, &c. legendum μὴ μνησικακήσῃς, εἰ σὺ, &c.

48 Τῶν παρ' Ἕλλησι κοινωνικῶν.] Legendum puto κοινωνιῶν, i. e. *communitatum*; de quibus egit in Φάληρα.

49 Φυλλὶς, χώρα Θρᾴκης.] Phyllis, regio Thraciæ, ex Herodoti lib. 7. cujus affert verba, apud quem hujus regionis descriptio habetur libro citato c. 113. ubi Φιλλὶς scribitur, sed puto ex auctore nostro legendum Φυλλὶς. Series enim literarum hanc lectionem affirmat.

50 Φυλλοῦς, πόλις ἐν Θετταλίᾳ, &c.] Phyllûs, untis, urbs in Thessalia, ex Strab. lib. 9. cui Φύλλος masculi. gen. dicitur, ubi erat Apollinis *Phyllæi* templum. Memoratur Statio lib. 4. Thebaid. cui *pecorosa* dicitur:

Aptior armentis Medea, pecorosaque Phyllos.

Ovid. in Epist. Laodamiæ ad Protesilaum v. 35. Phylleides matres celebrantur, Met. lib. 12. Phylleius juvenis:

Nudaque Phyllei juvenis ferit ossa sarissa.

51 Φῦλον, τὸ ἔθνος, &c.] Hæc sectio pertinet ad Lexicographos.

52 Καὶ Κάπρος Κάπριος.] Legendum, censeo Κύπρος, Κύπριος, quod affert in exemplum, ut & Βοιώτιος, quod antecedit.

53 Φυσκία, πόλις Λυκίας.] Physcia, urbs Lyciæ. Memoratur Ptolemæo lib. 5. c. 2. cui Φῦσκα dicitur.

54 Φύσκος, πόλις Λοκρίδος.] Physcus, urbs Locridis. Memoratur Plutarcho in Quæstionibus Græcis, nec potest esse eadem cum Physcia, ut ait Abr. Ortel. in suo Thesauro Geographico in *Physcus*, quia tamquam diversæ celebrantur auctori nostro.

55 Ἔστι καὶ ἑτέρα, &c.] Est & altera Physcus Cariæ. Ejus meminit Strabo lib. 14. Ptolemæo lib. 5. c. 2. *Pystus* dicitur, eadem mihi videtur, quia à Ptolemæo inter Cariæ oppida locatur.

56 Ἔστι δὲ λιμὴν Ῥόδου.] Physcus etiam est portus Rhodi. Ejus fit mentio apud Strabonem lib. 14.

57 Ἔστι

καλεῖ. Λέγε͂ι καὶ Φυσκούς. [57] Ἔστι καὶ ἄλλη Μακεδονίας, ἧς μέμνηται Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς. Καὶ τὸ ἔθνος, Φύσκοι, καὶ Λοκροί. Ἔστι καὶ ποταμὸς Φύσκος, καθά φησι Σοφαίνετος ἐν Κύρου ἀναβάσει.

A cos vocat. Dicitur etiam Physceus. Est etiam alia Macedoniæ, cujus meminit Theagenes in Macedonicis. Et gens, Physci, & Locri. Est etiam fluvius Physcus, quemadmodum inquit Sophænetus in Cyri Anabasi.

ΦΥΤΑΙΟΝ [58], πόλις Αἰτωλίας· Πολύβιος ἑνδεκάτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Φυταῖος.

B PHYTÆON, urbs Ætoliæ. Polyb. lib. 11. Gentile, Phytæus.

ΦΥΤΕΙΟΝ [59], πόλις Ἤλιδος τῆς κοίλης, ἀπὸ * Φυτέως λέγων αὐτὴν ὀνομάζεσθαι. Ἱστορεῖ δὲ παρὰ τῷ Ἰλιακῶν. Τὸ ἐθνικὸν Φυτεάτης, ὡς Γυθεάτης· Οὕτω γὰρ τύπος Ἀρκάσι συνήθης.

C PHYTEUM, urbs Elidis cavæ, à * Phyteo dicens eam sic nominari. Ister verò lib. 4. Eliacorum. Gentile, Phyteates, ut Gytheates. Hæc enim forma Arcadibus consueta.

ΦΩΚΑΙΑ [60], πόλις Ἰωνίας· Ἡρόδοτος πρώτῃ. Λέγε͂ι καὶ Φωκαίη, διὰ διφθόγγου η. Ἐκλήθη δὲ, διὰ τὸ πολλὰς ἀνηλθῆσαι Φώκας τοῖς κλίσασιν. [61] Ὁ πολίτης, Φωκαεύς, καὶ Φωκαιεύς, καὶ Φωκαΐτης· Καὶ θηλυκὸν, Φωκαΐς. Ἔστι καὶ ἄλλη πόλις τῆς Καρίας, ἐν τῇ Μυκάλῃ. Ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

D PHOCÆA, urbs Ioniæ. Herodotus lib. 1. Dicitur etiam Phocæe per *eta*. Sic verò vocata fuit, quod multæ Phocæ sequerentur conditores. Civis, Phocaeus, & Phocæus, & Phocaites. Et fœmin. Phocais. Est etiam alia urbs Cariæ in Mycale. Gentile, idem.

ΦΩΚΙΣ [62], χώρα περὶ τὸ Παρνασσόν. Ἑκαταίῳ Εὐρώπη· Ἀπὸ Φώκης τινός. [63] Οἱ καλοικεῦντες, Φωκεῖς. [64] Καὶ Φωκικὸς πόλεμος, καὶ Φωκική. [65] Ἔστι γὰρ καὶ παροιμία, Φωκικὴ ἀπόνοια, ἐπὶ τῶν τὰ ἀναλγῆ βλαβόντων.

E PHOCIS, regio circa Parnassum. Hecatæ. Europa. Sic dicta à Phoca quodam. Incolæ, Phoceis. Dicitur etiam Phocicum bellum. Et Phocica fœmina. Est enim parœmia, *Phocica desperatio*, quæ de eis solet dici, qui sine dolore, & commiseratione consulunt.

F

ΦΩΡΙΑΜΟΙ, τόπος Ἤλιδος, μεταξὺ Παρθενίας, ἐπιήδειος εἰς ἔνεδραν, ἐν στενῷ κείμενος.

PHORIAMI, locus Elidis inter Parthenium, ad insidias aptus, in angusto situs.

ΦΩΡ-

FOR-

57 Ἔστι καὶ ἄλλη Μακεδονίας.] Est & alia Physcus Macedoniæ. Memoratur Thucyd. lib. 2. cui Φύσκα fœm. singul. Ptolemæo lib. 3. c. 13. Φύσκαι fœm. plur. dicitur.

58 Φύταιος.] Vide Φωκίς.

59 Φύτειον, πόλις Ἤλιδος, &c.] Phyteum, urbs Elidis. Memoratur Thucyd. lib. 3. cui Φυτία fœm. gen. dicitur. Cæterum hæc sectio, ut denotat asteriscus, est muti la, cui manus medicas adhibere ausus non sum.

60 Φώκαια, πόλις Ἰωνίας.] Phocæa, urbs Ioniæ, ex Herodoti lib. 1. Ex cujus libri capite 142. apparet fuisse urbem Ionum in Lydia sitam, unam è duodecim, quæ in Panionio congregabantur, quarum Miletus, Myus, & Priene sitæ erant in Caria; Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa in Lydia, ex tribus quæ restant, duæ incolebant insulas, Samum & Chium, tertia erat sita in continenti *Erythræ* nomine. Scylax in Λυδίᾳ Lydiæ, Ptolem. lib. 5. c. 2. Æolidi adscribit, eandem fuisse reor. Namque erat initium Ioniæ, finis Æolidis, ut placet Straboni lib. 13. Duos habuisse portus ait Liv. lib. 37. quorum *Lamptera* alterum, alterum *Naustathmum* vocat. Etiam nunc exstare, ac *Fochia vechia* dici auctor est Mich. Anton. Baudrand ad Alexandrini Lexicon Geographicum.

61 Ὁ πολίτης, &c.] Triplici gentilium formâ gaudebant Phocææ urbis cives apud Græcos, Latinis verò *Phocæenses* dicebantur, seu *Phocaënses*.

62 Φωκὶς, χώρα περὶ τὸ Παρνασσόν.] Phocis, regio circa Parnassum. Fuit Phocis Græciæ regio, Delphico oraculo, urbe Delphis, quæ oraculo nomen dedit, Helicone fonte, & monte Parnasso celebris, de qua consulendus Strabo lib. 9.

63 Οἱ καλοικεῦντες, Φωκεῖς.] Incolæ Phocidis regionis Græcis Φωκεῖς dicuntur, Phocææ verò urbis, de qua sectione proxime præcedenti egimus. Φωκεῖς, & Φωκαεῖς; à priori Latini fecere *Phocenses*, à posterioribus *Phocaënses* & *Phocæenses*; in quibus sæpe cæspitant viri etiam eruditissimi, ut jam alibi annotavimus.

64 Καὶ Φωκικὸς πόλεμος.] Bellum Phocicum exarsit inter Græcos, quod Phocenses ætate Philippi Amyntæ filii diripuissent oraculum Delphicum tunc ditissimum, quod ἀψοδίστατον omnium existimabatur, de quibus ita loquitur Strabo lib. 9. Ἐπίφθονοι δ' ὧν ὁ πλοῦτος, δυζφύλακτός ἐστι, καὶ ἱερὸς ἦ· νυνί γέ τοι πενέστατόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν· χρημάτων γὰρ χάριν, τῶν ἀναθημάτων τὰ μὲν ἤδη, τὰ δὲ πολέμῳ μᾶλλον ἢ ἱερῷ· πολυχρήματον δὲ τὸ ἱερόν· καθάπερ Ὅμηρός τε εἴρηκεν·

Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἔντὸς ἐέργει
Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐν πετρηέσσῃ.

Καὶ οἱ ῥήτορες δηλοῦσι, καὶ ἡ σύλησις ἡ γενηθεῖσα ὑπὸ τῶν Φωκέων· ἐξ ἧς ὁ Φωκικὸς καὶ ἱερὸς καλούμενος ἐξεφλέγη πόλεμος. Αὐτὴ μὲν οὖν ἡ σύλησις γέγονε καθ' Φίλιππον τὸν Ἀμύντου. i. e. *Divitiæ verò cum sint invidiæ obnoxiæ, difficulter custodiuntur, etiamsi sacræ sint. Nunc quidem pauperrimum est Delphicum templum. Pecuniæ causa quædam sublata sunt donaria, pleraque restant. Antea opulentum admodum fuit. Sicut Homerus etiam dixit:* (Il. IX. v. 404.)

Saxea nec quantas divini limina Phœbi
Complectuntur opes intra Delphos scopulosos.

Et thesauri ostendunt, & direptio à Phocensibus facta; unde Phocicum seu sacrum exarsit bellum. Ea facta est tempore Philippi, Amyntæ filii.

65 Ἔστι γὰρ καὶ παροιμία, &c.] Ad hanc parœmiam videtur alludere Venusinus vates Epodon 16. v. 17.

Nulla sit hac potior sententia, Phocæorum
Velut profugit execrata civitas.

De qua videndus Erasmus in suis Chil.

ΦΩΡΜΑΝΟΙ[66], πόλις Ἰταλίας. Ἐθνικὸν τὸ αὐτὸ, ἀφὰ τὴν πρόληψιν ἢ χαρακτῆρα.

FORMANI, urbs Italiæ. Gentile, idem per prolepsin characteris.

ΦΩΤΙΝΑΙΟΝ, προπαροξυτόνως, πόλις Θεσσαλίας, ὡς Ἑκαταῖος πρώτῃ Εὐρώπης.

PHOTINÆUM, accentu in antepenultima, urbs Theſſaliæ, ut Hecatæ. Perihegeſi Europæ.

66 *Φορμανοὶ, πόλις Ἰταλίας.*] Formani, orum, urbs Italiæ. Idem vocabulum pro gentilitio accipitur. Latinis *Formiæ* dicebantur, oppidani verò Formiani, de quibus ita tradit Strabo lib. v. *Φορμίαι, Λακωνικὸν κτίσμα ἐστιν, Ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον ἀφὰ τὸ εὔορμον.* i. e. *Formiæ, Laconicum opus, Hormiæ dictum antea propter portus opportunitatem.* Plin. lib. 3. c. 5. *Caieta portus, oppidum Formiæ,* Hormiæ *antea dictum, ut existimavere, antiqua Læstrygonum ſedes.* Id ex Ciceronis fonte hauſiſſe videtur. Sic enim ille ad Atticum Epiſtol. lib. 2. Epiſt. 13. *Si verò in hanc Τηλέπυλον veneris Λαιστρυγωνίαν (Formias dico) qui fremitus hominum? quam irati animi, quanto in odio noſter amicus Magnus.* Alludit diſertiſſimus Romuli nepotum ad Odyſſ. 10. v. 82. ubi verba illa Græca leguntur. Hoc in loco Ciceronem occiſum fuiſſe, immiſſis ab Antonio percuſſoribus, auctor eſt Auctor libelli de *Viris illuſtribus.* Quædam etiam ex villis Ciceronis *Formianum* dicebatur, quod prope Formias ſederet, cujus ipſe variis in locis meminit. Mamurrarum urbs dicitur Venuſino vati Sat. lib. 1. Satyra 5.

In Mamurrarum laſſi deinde urbe manemus
Muræna præbente domum, Capitone culinam.

Ad quem locum in veteribus Scholiis hæc habentur: *Mamurra ſenator fuit Romanus, qui maximam partem civitatis Formianæ poſſidebat, unde dicta eſt* Mamurrana civitas, *vel quod familia Mamurrarum illinc fuerit oriunda.* Plin. etiam lib. 36. c. 7. celebrat equitem Romanum, nomine *Mamurram* Formiis natum, præfectum fabrorum C. Cæſaris in Gallia, quem ex Cornelio Nepote dicit, primum Romæ parietes domus ſuæ cruſta marmoris operuiſſe, adverſus quem exſtat Veronenſis Poëtæ virulentum carmen, at Formiarum nedum veſtigia exſtant. Si plura de hac urbe ſcire deſideras, conſules Cluv. Ital. Antiquæ lib. 3. c. 10.

X.

X.

ΑΒΑΡΗΝΟΙ, ἔθνος. Εὔδοξος πρώτῳ γῆς περιόδου· Ὀνομάζονται γὰρ καὶ Χαβαρηνοί, [1] οἱ περὶ Καλύβην οἰκοῦντες· Οἱ τὰ ξενικῶν γυναικῶν, ὧν ἴσως γόνυται κύριοι, πίθηκος ὠμὰς ἐσθίουσι, τὰ δὲ παιδία καταβιβρώσκουσι.

HABARENI, gens, Eudoxus terræ Periodo. *Nominantur enim etiam Chabareni, qui circa Calyben habitant. Qui peregrinarum fœminarum, quibus forte potiti fuerint, mammillas crudas edunt, & puerulos devorant.*

ΧΑΔΙΣΙΑ[2], πόλις Λευκοσύρων. Ἑκαταῖος γηρεαλογιῶν δευτέρῳ· Ἡ δὲ Θεμισκύρη πεδίον ἐστὶν, ἀπὸ Χαδισίης μέχρι Θερμώδοντος. Μένιππος δὲ Χαδίσιον κώμην, καὶ ποταμὸν ἐν μεσογείῳ τῶν δύο πόντων φησίν· Ἀπὸ δὲ Λυκάστου εἰς κώμην καὶ ποταμὸν Χαδίσιον, στάδια ἑκατὸν πεντήκοντα· Ἀπὸ Χαδισίου ἐπὶ τὸν Ἶριν ποταμὸν, στάδια ἑκατόν. Οἱ πολῖται Χαδίσιοι, καὶ Χαδισία τὸ θηλυκόν. [3] Ἀπολλώνιος β' * νόσφι δάκνουσι.

CHADISIA, urbs Leucoſyrorum. Hecatæ. Geneaiogiarum ſecundo. *Themiſcyre campus eſt à Chadiſia ad Thermodontem uſque;* Menippus verò Chadiſion vicum & fluvium in Periplo duorum Pontorum vocat. *A Lycaſto ad vicum, & fluvium Chadiſion, ſtadia centum, & quinquaginta. A Chadiſio ad Irim fluvium, ſtadia centum.* Cives, Chadiſii, & Chadiſia fœmin. Apollonius 2. * ſeorſum mordentur.

XA-

CHA-

1 *Οἱ περὶ Καλύβην*, &c.] Si mei fori æque, atque meæ ſpontis res foret, pro Καλύβην legerem Χαλύβην, id eſt, *Chalybum* regionem.

2 *Χαδισία, πόλις Λευκοσύρων.*] Chadiſia, urbs Leucoſyrorum. *Leucoſyri* dicti fuere antiquitus *Cappadoces*, quibus poſterius nomen dedit Cappadox amnis, auctore Plinio lib. 6. c. 3. inter quorum oppida Chadiſia oppidum & flumen celebrantur. Verba Plinii ſunt: *Morimene: ubi diſterminat eos Cappadox amnis, à quo nomen traxêre, anteà* Leucoſyri *dicti.* Ac paululum infra: *In ora autem ab Amiſo oppidum & flumen Chadiſia, Lycaſtum, à quo Themiſcyra regio. Iris flumen deferens Lycum.* Themiſcyra regio, Thermodon & Iris amnes, quorum meminit auctor noſter in hac ſectione, celebrantur à Plinio in Cappadocia loco citato.

3 *Ἀπολλώνιος β' * νόσφι δάκνουσι.*] Corruptiſſimus locus, ſi quis alius, ſed qui facile reſtitui poteſt ex Apollonii lib. 2. apud quem v. 1003. ſic habetur.

Νόσφι δ' ἀκοντοβόλοι Χαδήσιαι ἤματι δ' ἄλλῳ
Νυκτί τ' ἐπιπλομένῃ Χαλύβων ἆψαν γαῖαν ἱκοῦτο.
Seorſim denique jaculatrices Chadeſiæ cæterum die poſtero
Et nocte proxima terram acceſſerunt Chalybum.

Chadeſiæ ab Apollonio vocantur *Amazones* tamquam ab urbe Chadeſia, cujus nominis etymon ex Hecatæo afferunt ejus Scholia ἀπὸ τῆς Χαδήσης, id ſi ita eſſet, Χαδησίας ſcribendum erat apud auctorem noſtrum, & apud Plinium loco, nota proxime præcedenti, citato.

4 Xa-

ΧΑΔΡΑΜΩΤΙΤΑΙ[4], ἔθνος περὶ τὸν Ἰνδικὸν κόλπον, τῷ Πρίονι παροικοῦντες ποταμῷ, ὡς φησι Μαρκιανός.

CHADRAMOTITÆ, gens circa Indicum sinum, ad Prionem fluvium accolentes, ut inquit Marcianus.

ΧΑΖΗΝΗ[5], σατραπεία, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ τῆς Μεσοποταμίας. Ἀρριανὸς ἐν τρισκαιδεκάτῳ Παρθικῶν. Ἐν ταύτῃ τῇ Ὀλβίᾳ, καὶ τὰ πεδία τῆς Χαζηνῆς[6] Σατραπείας, ἐπιμήκιστον ἀποτείνοντα.

CHAZENE, Satrapia, juxta Euphratem Mesopotamiæ. Arrhianus Parthicorum decimo tertio. *In hac Olbia sunt etiam campi Chazenæ Satrapiæ, longissime abscissi.*

ΧΑΙΡΕΟΤ[7], πόλις Αἰγυπτία, κατ' ἔλλειψιν τοῦ πόλις. Τὸ ἐθνικὸν Χαιρεώτης, ὡς Νικεώτης.

CHAREI, urbs Ægyptia per ellipsim τοῦ πόλις, i. e. *urbs*. Gentile, Chæreotes, ut Niceotes.

ΧΑΙΡΩΝΕΙΑ[8], πόλις πρὸς τοῖς ὅροις Φωκίδος. Ἐκαλεῖτο Εὐρώπη· Ἐν ᾗ Χαιρώνεια πόλις, τὸ πρῶτον κέκλητο, ἀπὸ Χαίρωνος. Ἀριστοφάνης ἐν Βοιωτικῶν δευτέρῳ· Λέγεται δ' οἰκιστὴν γενέσθαι καὶ πολίσματος Χαίρωνα. Τοῦτον δὲ μυθολογοῦσιν Ἀπόλλωνος καὶ Θηρᾶς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ ἱερειῶν Ἥρας· Ἀθηναῖοι δὲ μετ' αὐτὰς ἐπὶ τοὺς Ὀρχομενίζοντας τῶν Βοιωτῶν, ἐπὶ Ὀρχομενοῖς δὲ Χαιρώνειαν πόλιν Ὀρχομενῶν εἷλον. Ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον. Ὅθεν καὶ Ὅμηρος, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, τὴν ἀρχαιοτέραν ἐχρήσατο ὀνομασίᾳ, καθότι Αἴγυπτον τὸν ποταμὸν εἶπεν, ἃ Νεῖλον· Καὶ πανταχοῦ τοῖς ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι κέχρηται. Ὁ οἰκήτωρ, Χαιρωνεύς· Τὸ ἡμερινόν, Χαιρωνίς. Καὶ κλητικὸν, Χαιρωνικὸς, καὶ Χαιρωνική. Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν δευτέρῳ· Κατὰ τοῦτο μάχῃ, ὡς φασι, τοῦ Χαιρωνικοῦ. Μάτην δὲ τοῦτο μετὰ τοῦ διφθόγγου γράφει Ἀρκάδιος. Τὸ τοπικὸν Χαιρωνική, ὡς Μαντινική· Ἐκ γὰρ τοῦ Χαιρωνίς, ἐστὶ Χαιρωνικός.

CHÆRONEA, urbs ad fines Phocidis. Hecatæ. Europa: *Inter alias verò Chæronea urbs, prius vocata fuit, à Chærone.* Aristophanes Bœoticorum secundo. Ferunt verò conditorem fuisse oppiduli Chæronem. Hunc fabulantur Apollinis, & Therûs fuisse filium, ut Hellanicus 2. de sacrificiis Junonis. *Athenienses, & post ipsos adversus Orchomenizontes Bœotorum, in Orchomenis etiam Chæroneam urbem Orchemenorum cepere.* Vocabatur verò urbs olim *Arne.* Unde etiam Homerus, ut mihi videtur, antiquissimis usus est nominibus, quamobrem *Ægyptum* fluvium vocavit, non Nilum. Et ubique antiquissimis nominibus usus est. Incola, Chæroneus. Fœmin. Chæronis. Possessiv. Chæronicus, & Chæronica. Apollodorus Chronicorum secundo. *In pugna, ut ajunt, Charonica.* Fruſtra verò hoc per ει diphthongum scribit Arcadius. Locale, Chæronica, ut Mantinica. Ex Chæronis enim est Chæronicus.

ΧΑΛΑΙΟΝ[9], πόλις Λοκρῶν· Ἐκαταῖος Εὐρώπῃ· Μετὰ δὲ Λοκροὶ, ἐν ᾗ Χάλαιον πόλις, ἐν ᾗ οἱ Ἀνθήπολοι. Τὸ ἐθνικὸν, Χαλαιεύς. [10] Θουκυδίδης γ'. Μεσσάπιος, καὶ Τελαίας, καὶ Χαλαίας, καὶ Κολοφωνίας, καὶ Ἱστιεύς, καὶ Οἰανθίας. ΧΑ-

CHALÆUM, urbs Locrorum. Hecatæ. Europa: *Post verò Locri, inter alia autem Chalæum urbs, necnon Anthepoli.* Gentile, Chalæus. Thucydid. lib. 3. *Metapios, & Tritæos, & Chalæos, & Colophonios, & Histios, & Oeanthios.*

CHA-

4 Χαδραμωῖται, &c.] Chadramotitæ, gens circa Indicum sinum. Nullus dubito esse eandem gentem cum Chatramotitis, de quibus in Χαλραμωῖται.

5 Χαζηνή, &c.] Chazene, Satrapia ad Euphratem Mesopotamiæ. Memoratur Straboni lib. xvi. statim in initio libri.

6 Σαλραπείας.] Fidenter legendum Σαλραπείας, præcedit enim Χαζηνῆς.

7 Χαιρεὼτ, πόλις, &c.] Chærei, urbs Ægyptia, &c. Videtur esse locus, qui Procop. vi. ædif. dicitur Χερσῶν, pro quo apud Antoninum *Chersi* legi perperam puto.

8 Χαιρώνεια, &c.] Chæronea, urbs ad fines Phocidis. Huic urbi suos debent natales duo Plutarchi, apud quam olim Philippus Alexandri pater profligavit Athenienses, Bœotios, & Corinthios, quibus debellatis Græciæ Imperio potitus est, ut tradit Strabo lib. 9. Χαιρώνεια δ' ἐστὶν Ὀρχομενοῦ πλησίον, ὅτε Φίλιππος ὁ Ἀμύντα μεγάλην μάχην νικήσας Ἀθηναίους τε, καὶ Βοιωτοὺς, καὶ Κορινθίους, καθεῖλε τὴν Ἑλλάδος κύριος. i. e. *Chæronea verò est prope Orchomenum, ubi Philippus Amyntæ filius magno prælio, victis Athenienſibus, & Bœotis, & Corinthiis Græciæ dominus factus est.* Videsis Pausaniam in Phocicis & Bœoticis.

9 Χαλαῖον, &c.] Memorat Chalæum Locrorum urbem, ex Hecatæo, auctore deperdito, de quo in breviario auctorum, quos ad testimonium vocat. Ejus officio fungetur Plinius, qui hanc urbem inter Locrorum Ozolarum oppida recenset, ex quo didici fuisse oppidum maritimum, quia ab eo vocatur *portus* lib. 4. c. 3. *Ultra Cirrhæi Phocidis campi, oppidum Cirrha, portus Chalæon.* Ejus oppidanos celebrat Thucydides lib. 3. cujus verba ad subsequentem notam conferam.

10 Θουκυδίδης γ' Μεσσάπιος, &c.] Affert Thucydidis ex lib. 3. verba mutila, & depravata, quæ apud eum sic habentur: Ἔπειτα Ἱππίας, καὶ Μεσσαπίος, καὶ Τελαιείας, καὶ Χαλκαίας, καὶ Τολοφονίας, καὶ Ἡστίας, καὶ Οἰωνθέας. i. e. *Deinde* [induxerunt ad idem faciendum] *Ipnenses, Messapios, Tritæenses, Chalcæos, Tolophonios, Hestios, & Oeanthenses.* Nullus est in toto Stephano locus huic similis, quia in eo nullum est verbum, ex illis quæ affert, sanum, omnia ex Thucydide sunt corrigenda. Nolo chartis illudere.

ΧΑΛΑ΄ΣΤΡΑ[11], πόλις Θράκης, πρὸς A
τ Θερμαῖον κόλπον. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Ἐν
δὲ αὐτῷ Θέρμη πόλις ἑλλήνων Θρηϊκων, ἐν ᾗ
Χαλάστρη πόλις Θρηϊκων. Στράβων δὲ ἐν
ἑβδόμῃ, Μακεδονίας αὐτὴν καλεῖ. Ὠνόμα-
σται ἢ ἀπὸ Χαλάστρης. [12] Ἔστι ἢ λιμὴν τῇ πόλει B
ὁμώνυμος. Ὁ πολίτης, Χαλαστραῖος. [13] Λυ-
κόφρων,

Θέσπρωτός θ' ἅμφω, καὶ Χαλαστραῖος λέων.

ΧΑΛΔΙΑ[14], χώρα τ Ἀρμενίας, Μέ- C
νιππος ἐν περίπλῳ τ δυο πόντων· [15] Τὸν μέ-
χρι τούτων τ βάρων ἔστιν ἡ Ποντικὴ βασιλεια,
καὶ ἑξῆς Τιβαρηνὸν, καὶ Χαλδαῖον, καὶ Σανδικὸν.
Οἱ ἐν τούτῃ κατοικοῦντες, Χάλδοι· Οὕτω γὰρ
ἐπεκράτησε.

ΧΑΛΔΑΙΟΙ[16], οἱ [17] πρότερον Κηφῆ- D
νες, ἀπὸ Κηφέως τ πατρὸς Ἀνδρομέδας· Ἀφ'
ἧς καὶ ἐξ Περσέως, τ Δαναὴς καὶ Διὸς, Περσεύς.
Ἀφ' οὗ οἱ Κηφῆνες, καὶ Χαλδαῖοι πρότερον
ἐκλήθησαν, ὡς ἔμπης ἐν τῷ περὶ Κηφηνίας. E
Ἑλλάνικος δέ φησιν ἐν πρώτῳ Περσικῶν, ὅτι
Κηφέως ἐκέτι ζῶντος, στρατευσάμενοι ἐκ Βα-
βυλῶνος, ἀνέστησαν ἐκ τ χώρας, [18] καὶ τὴν
* Χοχὼ ἔχον, ἐκέτι ἡ χώρη Κηφηνία κα-
λεῖται, ἀ δὲ ἄνθρωποι οἱ ἐνοικοῦντες Κηφῆνες, F
ἀλλὰ Χαλδαῖοι. Καὶ ἡ χώρα αὐτη πᾶσα νυν
Χαλδαϊκὴ καλεῖται. Ἐκλήθησαν ἢ ἀπὸ Χαλ-
δαίου τινὸς, ὡς Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ τ Ἑλλά-

CHALASTRA, urbs Thraciæ, circa Thermæum ſinum. Ecatæus Europa: *In eodem verò eſt Therme urbs Græcorum Thracum, inter alias autem eſt Chalaſtra urbs Thracum.* Strab. lib. 7. *Macedoniæ urbem* eam vocat. Sic vocata fuit à Chalaſtra. Eſt verò portus ejuſdem nominis, ac urbs. Civis, Chalaſtræus, Lycoph.

Theſprotus ſimul, & Chalaſtræus leo.

CHALDIA, regio Armeniæ, Menippus in Periplo duplicis Ponti: *Uſque ad hæc loca pertingit Ponticum regnum, & juxta Tibariam, & Chaldiam, & Sandicam.* Qui in hac habitant, Chaldi. Sic enim uſus obtinuit.

CHALDÆI, prius Cephenes, à Cepheo Andromedæ patre. A qua & à Perſeo filio Danaæ, & Iovis, Perſeus. A quo *Cephenes*, & *Chaldæi* prius vocati fuere, ut dictum eſt in de *Cephenia*. Hellanicus verò in primo Perſicorum ſcribit, quòd mortuo Cepheo, ex Babylone exercitum educentes, ex regione migraverunt, ac * Chochen ceperunt, poſt quæ non amplius regio *Cephenia* vocabatur, nec incolæ *Cephenes*, ſed *Chaldæi*. Et regio ipſa tota nunc *Chaldaica* vocatur. Sic verò vocati fuere à quodam Chaldæo, ut Dicæarchus primo de vita Græciæ. Huic autem intelligentia, & po-

11 Χαλάστρα, &c.] Chalaſtra, urbs Thraciæ, circa Thermæum ſinum. Nonnulli Macedoniæ adſcribebant, inter quos Plin. lib. 4. c. 10. Thracia enim & Macedonia erant collimitatæ. Fuit autem Chalaſtra, ſeu Chaladra, utroque enim modo reperitur, eadem quæ *Canaſtra*, cenſore Tzetze ad Lycophronis verſum 1441. Χαλάστρα ἢ ἡ Κάναστρα πόλις καὶ λίμνη Μακεδονίας, ἀφ' ἧς ὅλῳ τῷ Μακεδονίαν φησὶν· καὶ Ἀναστραῖος [lego, Καναστραῖος] γράφει, καὶ Χαλαδραῖος. Καὶ ἡ κρηνὴ φησι, Χαλάδρης λύκον. i. e. *Chaladra verò eſt Canaſtra urbs & palus Macedoniæ, à qua totam Macedoniam vocat. Et Canaſtræus ſcribitur & Chaladræus. Etenim infra dicit* Chaladræ lupum.

12 Ἔστι καὶ λιμὴν τῇ πόλει, &c.] Eſt & portus ejuſdem cum urbe nominis. Pro λιμὴν, i. e. *portus*, legendum λίμνη, i. e. *palus*. Sic enim dicitur Tzetzæ, cujus verba appoſuimus notâ proxime præcedenti, quod confirmatur etiam ex Suida apud quem legimus ſuo loco: Χαλαστραῖον νίτρον, ἀπὸ Χαλάστρας τ ἐν Μακεδονίᾳ λίμνης. i. e. *Chalaſtræum nitrum, à Chalaſtra Macedoniæ palude.*

13 Λυκόφρων.] Verſus ille Lycophronis in venitur in ejus Alexandra v. 1441. ubi ſic legitur:

Θεσπρωτὸς, ἄμφω καὶ Χαραδραῖος λέων.
Theſprotus ſimul & Charadræus leo.

Sic Alexander Magnus vocatur Lycophroni, *Theſprotus* quod mater ejus eſſet Epirotis, *Chaladræus*, ac ſi diceres *Macedo*, auctore Tzetza ad verſum citatum.

14 Χαλδία, χώρα τ Ἀρμενίας.] Chaldia, regio Armeniæ. Memoratur Conſtantino Porphyrogenetæ de Them. lib. 1. Them. 8. necnon Euſtathio. Hujus ad Dionyſii v. 768. ſunt verba: Χώρα ἢ Ἀρμενίας ἡ Χαλδία, ἧς μέχρις ἡ Ποντικὴ βασιλεία. Τὰς ἢ οἰκεῖσε, Χάλδας λέγεσθαι ἐπικρατεῖ ἡ συνήθεια διασυλλάβως, ἀ Χαλδαίους. i. e. *Regio verò Armeniæ eſt Chaldia, ad quam uſque Ponticum regnum. Illic habitantes, Chaldos diſſyllabice, non Chaldæos, dici obtinuit uſus.*

15 Τὸν μέχρι τούτων τ βάρων, &c.] Locus, ut qui maxime mihi ſuſpectus, legendum cenſeo: Μέχρι τούτων τ χώρων, i. e. *uſque ad hæc loca, &c.*

16 Χαλδαῖοι.] Chaldæi. Fuere Chaldæi, populi Aſiæ, magis noti inter ſacros, quam inter profanos ſcriptores, regio dicebatur *Chaldæa*, & *Babylonia* ab urbe cognomine, ejuſdem regionis principe ac totius orbis clariſſima, non modo Chaldææ, etſi apud Ptolemæum lib. v. c. xx. Babylonia continet Chaldæam. Pauſan. lib. 4. auctor eſt, Chaldæos & Indorum Magos fuiſſe primos, qui dixere, *hominum animos eſſe immortales.*

17 Οἱ πρότερον Κηφῆνες ἀπὸ Κ, &c.] Inquit Chaldæos antea *Cephenes* dictos à Cepheo Andromedæ patre, quod etiam de Perſis prodit Herodotus lib. 7. c. 61. Sed hæc ſunt ex Græcorum nugamentis, qui in antiquitate fuere pueri; ſemper Chaldæi nuncupati fuere *Chaldæi*, corrupto parùm nomine ab Hebræo כשדים, *Chaſdim*, quorum in ſacris libris frequens fit mentio. Hi enim ſunt, qui Hebræorum regnum everterunt, & deſtructo Salomonico templo captivos Babylonem Hebræos abduxere, unde tamquam poſtliminio, elapſis LXX. captivitatis annis in Judæam reverſi ſunt, duce Zorababelo, quæ hiſtoria lippis & tonſoribus, ut ajunt, eſt nota. Chaldæorum verò imperium Perſæ ſub Cyro everterunt. Cæterò Chaldæorum nomen, ut & Magorum dupliciter accipitur, vel de gente, vel de arte; veteres enim Mathematicos, aſtronomos, & aſtrologos vocabant *Chaldæos*, ut elucet ex Cicerone Tuſcul. Quæſt. lib. 1. & Juvenale, quorum verba in v. Μαγία nota 4 appoſuimus.

18 Καὶ τὴν * Χοχὼ ἔχον, &c.] Aſteriſcus innuit aliquid deeſſe, nihilominus ſenſus poteſt percipi, ut ex verſione noſtra patet, pro Χοχὼ verò legendum Χωχὼ. *Choche* enim, non *Choge* dicebatur vicus quidam juxta Tigrim amnem, ut ait auctor noſter in Χωχή.

19 Εἰσὶ

Ἐλλάδος βίᾳ. Τούτῳ δὲ σωέσαι καὶ δυνάμει διά- A & potentia differens factus, qui vocatur *Ninus* civitatem condidit sibi cognominem. Ab hoc verò decimum quartum regem nomine *Chaldæum* esse dicunt, quem ajunt & Babylonem celeberrimam urbem circa Euphratem fluvium ædificasse, omnibus, qui *Chaldæi* vocantur, in unum congregatis. Dicitur etiam *Chaldæa* regio. Sunt etiam Chaldæi, gens prope Colchidem. Sophocles Tympanistis,

φορον γλυκύμυθον τὸν καλούμενον Νῖνον, τὴν ὁμώνυμον αὐτῷ συνοικίσαι πόλιν. Ἀπὸ δὲ τούτου πέμπτον ἀπὸ δέκα βασιλέα γλυκύμυθον, ᾧ τὸνομα Χαλδαῖον εἶναί λέγουσιν, ὃν φασι καὶ Βαβυλῶνα τὴν ὀνομαστοτάτην πόλιν αὐτῶν τὸν Εὐφράτην ποταμὸν καταζευξάσαι, ἅπαντας εἰς ταὐτὸ συναγαγόντα τοὺς καλουμένους Χαλδαίους. Λέγεται καὶ Χαλδαία χώρα. Εἰσὶ δὲ καὶ Χαλδαῖοι ἔθνος πλησίον τῆς Κολχίδος. Σοφοκλῆς Τυμπανίσταις, B C

Κόλχους τε, Χαλδαίους τε, καὶ Σύρων ἔθνος.

Colchosque, Chaldæusque, & Sirorum gens.

Οἱ μὲν τοι χαριέστεροι περὶ Βαβυλῶνα λέγουσιν οἰκεῖν αὐτούς, ὡς δέδεικται. Μαντεῖον δ' ἔχειν αὐτοὺς οὗτος βαρβάροις, ὡς Δελφοὶ παρ' Ἕλλησι. D

Qui autem curiosiores sunt, circa Babylonem ajunt eos habitare, ut ostensum est. Et Oraculum habere eos, [quod] apud Barbaros, ut Delphi apud Græcos [æstimatur.]

ΧΑΛΙΑ, πόλις Βοιωτίας. Θεόπομπος δέ. Τὴν δὲ Χαλίαν, καὶ τὴν καλουμένην Τέρειαν, ἥπερ ἐστὶν ἐφεξῆς κειμένη τῆς Βοιωτίας. Τὸ ἐθνικὸν, Χάλιος. Ὁ αὐτὸς Τέρειον δὲ οἱ Χαλκιδεῖς πολεμήσαντες Αἰολεῦσι, τοῖς τὴν Ἤπειρον ἔχουσι Χαλίοις καὶ Βοιωτοῖς, καὶ Ὀρχομενίοις, καὶ Θηβαίοις. E

CHALIA, urbs Bœotiæ. Theopomp. lib. 45. *Chaliam, & eam, quæ vocatur* Hyria, *quæ sita est juxta illam Bœotiæ.* Gentile, Chalius, ut idem author est. *Postea verò Chalcidenses, cum bellum gererent adversus Æolenses, & adversus Epirum habentes Chalios, & Bœotos, & Orchomenios, & Thebanos.*

ΧΑΛΙΣΙΑ, πόλις Λιβύης. Ἔφορος πρώτῳ. Ἀναχθεὶς δ' ἀπὸ τούτων, πόλις ὀνομαζομένη Χαλισία. Ἔστι καὶ ἄλλη πρὸς τῷ Πόντῳ, μία τῶν Ἀμαζόνων, ἧς οἱ οἰκήτορες Χαλίσιοι. F

CHALISIA, urbs Libyæ. Ephorus lib. 1. *Hinc verò solventi urbs nomine Chalisia.* Est etiam alia ad Pontum, una [urbium] Amazonum, cujus incolæ, Chalisii.

ΧΑΛΚΕΙΑ, πόλις Λιβύης. Ὁ Πολυΐστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῳ, ὡς Δημοσθένης, ᾧ μεμφόμενος Πολύβιος ἐν τῷ δωδεκάτῳ, ὧδε γράφει, Ἀγνοεῖ δὲ μεγάλως καὶ περὶ τῶν Χαλκείων. Οὔτε γὰρ πόλις ἐστὶν, ἀλλὰ Χαλκεργεῖα. Ἔστι καὶ Καρίας Χαλκαία, ἧς τὸ ἐθνικὸν Χαλκαιάτης, ὡς Κράτερῳ δοκεῖ. G H

CHALCIA, urbs Libyæ. Polyhistor: Libycorum tertio, ut Demosth. Quem increpans Polyb. sic scribit lib. 12. *Ignorat maxime & Chalcias. Neque enim urbs est, sed æris officina.* Est etiam Cariæ Chalcæa, cujus gentile, Chalcæates, ut Cratero videtur.

ΧΑΛΚΗ, πόλις Λιβύης. [21] Μετὰ δ' αὐτὴν πόλις Φοινίκων Χάλκη. Ἔστι καὶ ἄλλη Χάλκη Λαρισσαίας πόλις. [22] Θουκυδίδης ἕκτῃ· Ἀπέπλευσεν εἰς Χάλκην, ἐνθένδε δ' εἰς Ἄμμον. Θεόφραστος δὲ Χάλκιον αὐτὴν λέγει. I

CHALCE, urbs Libyæ. Post eam urbs Phœnicum Chalce. Est & alia Chalce Lariſſæ utbs. Thucyd. lib. 6. *Abnavigavit in Chalcen, hinc verò in Ammum.* Theophrastus verò *Chalcium* eam vocat. Dicitur etiam plur. Chalcæ: Theo-

19 Εἰσὶ δὲ καὶ Χαλδαῖοι ἔθνος, &c.] Sunt & Chaldæi, gens prope Colchidem. Memorantur Straboni lib. 12. quos antiquitus *Chalybes* & ab Homero *Halizonas* vocatos censet, ego verò existimo esse eosdem, quos Eustath. *Chaldos* & eorum regionem *Chaldiam* vocat, ejus verba ad v. Χαλδία contulimus.

20 Μαντεῖον δ' ἔχειν, &c.] Hæc juxta versionem nostram accipienda sunt; quis verò non videt, oraculum hoc apud Chaldæos nullum aliud fuisse nisi Beli, cujus templum utpote ditissimum cum Antiochus Magnus spoliare conaretur, à finitimis barbaris interfectus est, auct. Strab. lib. XVI. de cujus templo & oraculo consulendus inter alios Arrhianus de expedit. Alex. lib. VII.

21 Μετὰ δ' αὐτὴν, &c.] Post Chalcen, urbem Libyæ, cujus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio, locat Chalcen Phœnicum, quæ, *Chalca* dicitur Scylaci in Καρχηδών.

22 Θουκυδίδης ἕκτῃ.] Affert locum ex Thucyd. lib. VI. cujus verbis lectionis fraudem subesse suspicabar, lubens totum percurri librum, nil tale in eo inveni, sed incidi in *Sycen* oppidum Syracusarum ditionis; cujus Stephanus meminit in Συκαί, locus autem ille quem quærebam, invenitur ejusdem auctoris lib. VIII, ut sequitur: Ἀπεχώρησαν εἰς τὴν Χάλκην καὶ τὸ πέλαγος ἐνθένδε μᾶλλον ἐπὶ τὴν Κῶ ἐποιοῦντο. i.e. *In Chalcen se receperunt. Et bellum hinc ex Co potius faciebant.* Quare apud Stephanum pro ἕκτῃ, id est, VI. leges ὀγδόῃ, id est, VIII. & pro his verbis ἀπέπλευσεν, &c. εἰς Ἄμμον: leges, ἀπεχώρησαν, &c. μᾶλλον. quem locum debeo Theodoro Hillensbergio, qui amicorum meorum in Belgio familiam ducit.

23 Χαλ-

γ. Λέγε῎ ἢ πληθυντικῶς Χάλκα. Θεόπομ- A πος πρώτῳ Φιλιππικῶν, καὶ τρίτῳ· Ἔτι συνεπολέμησεν ὁρμώμενος ἐκ Χαλκῶν τῶν Λαρισσαίας. Βαρύνε῎, ὡς Ἡρωδιανὸς φησι. Τὸ ἐθνικὸν, Χαλκαῖος, καὶ Χαλκίτης.

Theopompus Philippic. primo, & tertio. *Adhuc bellum gessit projectus ex Chalcis Larissææ.* Accentu gravi notatur, ut Herodianus inquit. Gentile, Chalcæus, & Chalcites.

ΧΑΛΚΗΔΩΝ [23], πόλις Βιθυνίας, B ἡ πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου, καταντικρὺ τοῦ Βυζαντίου. Ὁ πολίτης, Χαλκηδόνιος. [24] Στράβων· Χαλκηδόνιοι δὲ τῆς περαίας ἱδρυμένοι, πλησίον * μετέχουσι τῆς εὐπορίας ταύτης. Τὸ θηλυκὸν, Χαλκηδονία, καὶ Χαλκηδονίς. Στρά- C βων ἐν δωδεκάτῃ· [25] Καλεῖται δ' ἀριστερᾷ τοῦ Πόντου, τὰ δ' ἐν δεξιᾷ. Χαλκηδονίς. Καὶ Μένιππος ἐν περίπλῳ Βιθυνίας· Ἀπὸ ἱεροῦ Διὸς ἀρξάμενος, καὶ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου ἀριστερὰν ἔχοντι τὸν ἤπειρον, καὶ ἀπιόντι εἰς Χαλκη- D δόνα τὴν πόλιν, εἰσὶ στάδια ἑκατὸν εἴκοσιν. Ἀπὸ δὲ ταύτης ἕως τοῦ Ἀκρίτου, στάδια ξ'. Μέμνηται ὁ αὐτὸς καὶ Χαλκίτιδος νήσου. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Χάλκιδος τοῦ Ναΐακεμένου πατρός, ὡς οἱ ἱστορικοὶ ἅπαντες φασι. E

CHALCEDON, urbs Bithyniæ, ad fauces Ponti, è regione Byzantii. Civis, Chalcedonius. Strabo. *Chalcedonii in ultima parte siti, prope * participes sunt hujus fertilitatis.* Fœmineum Chalcedonia, & Chalcedonis. Strab. lib. 12. *Vocatur verò ad sinistram Ponti, quæ ad dexteram verò, Chalcedonis.* Et Menippus in Periplo Bithyniæ. *A templo Iovis Uriu, & ab ostio Ponti ad sinistram habenti Epirum, & adnaviganti ad Chalcedonem urbem, sunt stadia* CXX. *Ab hac verò ad Acritam usque, stadia* LX. Idem meminit & Chalcitidis insulæ. Sic verò vocata fuit à Chalcide adjacente fluvio, ut historici omnes dicunt.

ΧΑΛΚΗΤΟΡΙΟΝ, πόλις Κρήτης. Ὁ πολίτης, Χαλκηλορεύς. Ἀπολλώνιος τετάρτῳ χρονικῶν· Μεθ' ἧς Χαρίδημος ὢν φυγὰς Χαλκηλορεύς. Κράτερος δ' ἐν τῷ περὶ ψηφισμάτων, Χαλκήτορας αὐτοὺς φησι. F

CHALCETORIUM, urbs Cretæ. Civis, Chalcetoreus, Apollonius quarto Chronicorum. *Quicum Charidemus erat exul Chalcetoreus.* Craterus verò in de decretis, *Chalcetores* eos vocat.

ΧΑΛΚΙΣ [26], πόλις Εὐβοίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Χαλκὶς πόλις ἐστὶν, ἣ πρότερον Εὔβοια προσηγορεύθη. [27] Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Κωμωπῆς τῆς Χαλκίδος καλουμένης, θυγατρὸς Ἀσωποῦ. Τινὲς δὲ Χαλκιδεῖς φασι κληθῆναι, G ἀφ'

CHALCIS, urbs Eubœæ. Hecatæus Europa, *Chalcis urbs est, quæ prius Eubœa appellata fuit.* Sic verò vocata fuit à Comba, quæ *Chalcis* dicebatur, filia Asopi. Aliqui autem *Chalcidenses* vocatos ajunt, quòd primum Χαλκε-

23 Χαλκηδὼν, πόλις Βιθυνίας, &c.] Chalcedon, onis, urbs Bithyniæ, ad ostium Ponti, è regione Byzantii. Fuit Megarensium colonia, auctore Thucyd. lib. 4. diversa videtur habuisse nomina, ut claret ex Plin. lib. v. cap. ultimo. *In his Chalcedon libera*, Proceræstis *antea dicta*, *deinde* Compusa, *postea* cæcorum oppidum, *quod locum eligere nescissent*, *septem stadiis distante Byzantio*, *tanto feliciore omnibus modis sede.* Hac in urbe celebrata fuit *Synodus*, ideo *Chalcedonensis* dicta una de illis, quibus Ecclesia Romana præcipuum impertit honorem. Paul. Jovius hist. lib. XIIII. Ætatim in initio adstruit *Scutarium* esse oppidum quod Chalcedon olim fuit.

24 Στράβων.] Verba illa Strabonis, sic ex ejus lib. VII. sunt restituenda & interpungenda. Χαλκηδόνιοι δ' ἐπὶ τῷ περαίας ἱδρυμένοι πλησίον, οἱ μετέχουσι τῆς εὐπορίας ταύτης. i. e. *Chalcedonii verò, qui in ulteriore parte prope habitant, non sunt participes hujus fertilitatis.* Nimirum quod ad eorum portus pelamys non accedit, itaque ferunt Apollinem, iis qui condita jam Chalcedone à Megarensibus, Byzantium condiderunt, oraculum scisscitantibus mandavisse, ut è regione cæcorum urbi locum caperent, *Cæcos* vocantem *Chalcedonios*, quod cum priores ad illa loca navigassent, omissa ulteriori regione, in qua tanta erat commoditas navigandi, deteriorem occupaverint, referente eodem auctore libro citato. Ac etsi pelamys, ut ait Strabo ad Chalcedoniorum portum non accedebat, tamen à Varrone apud Aul. Gellium Noct. Attic. lib. VII. c XVI. pelamys *Chalcedonica* vocatur. Erat verò pelamys, pisces delicatissimus, qui peracto anno *thynnus* vocatur, ex quibus magnæ conficiebantur divitiæ.

25 Καλεῖται δ' ἀριστερᾷ. &c.] Est res veluti fatalis auctori nostro, afferre plerumque auctorum verba, seu mutila, seu corrupta. Quæ nunc affert ex Strabonis lib. XII. sic ex eodem libro pristinæ sanitati restituenda sunt: Καλεῖται δὲ τὸ ἀριστερὰ τοῦ Πόντου Θρᾳκικὸ· ἐν δεξιᾷ δὲ τὸ πρόσοχθι, Χαλκηδόνια. i. e. *Vocantur autem sinistra Ponti, Thracica. Ad dextram autem contigua, Chalcedonia.*

26 Χαλκὶς, πόλις Εὐβοίας.] Chalcis, urbs Eubœæ. Fuit Chalcis princeps urbs Eubœæ sita supra Euripum illum celeberrimum, ante bellum Troianum ab Athenienſibus condita, ut tradit Strabo lib. x. Μεθ' ἣν τὴν Γέραιστον Ἐρέτρια πόλις μεγίστη τῆς Εὐβοίας μετὰ Χαλκίδα ἔπειθ' ἡ Χαλκὶς μητρόπολις τῆς νήσου πρόπον τινὰ, ἐπ' αὐτῷ τῷ Εὐρίπῳ ἱδρυμένη· ἀμφότεραι δὲ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ὑπ' Ἀθηναίων ἐκτίσθησαν λέγονται. i. e. *Post Geræstum Eretria est urbs maxima Eubææ post Chalcidem. Tum Chalcis metropolis insulæ quodammodo, supra ipsum Euripum sita. Ambæ ante bellum Troianum conditæ ab Athenienſibus dicuntur.* In ea Stagirita Philosophus commoratus tandem ultimum diem obiit, ut posteritati tradit Strabo lib. x. Huic urbi debet suos natales Lycophro Poëta tragicus, unus de septem, qui Pleiades ab stellarum numero dicebantur, Ptolemæo Philadelpho maximè acceptus, cujus exstat Alexandra, seu Cassandra Poëmatium valde obscurum. Oppidani vocabantur Chalcidenses qui ob fortitudinem commendabantur, ut testatur Eustath. ad Periegetæ v. 473.

27 Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Κωμωπῆς, &c.] Pro Κωμωπῆς lege Κόμβης ex Eustath. ad Il. 2. v. 537. Ἐκλήθη δὲ Χαλκὶς, ἀπὸ θυγατρὸς Ἀσωποῦ Κόμβης τῆς καὶ Χαλκίδος. i. e. *Vocata verò est Chalcis, à filia Asopi Combe, quæ* Chalcis *etiam dicebatur.*

28 Μί-

Διὸ τὸ χαλκεργεῖα πρῶτον παρ' αὐτοῖς ἐφθῆναι. Τὸ παλαιὸν ἡ Στύμφηλος προσηγορεύετο, νυνὶ ἡ Ἀλικάρνα. Λέγεται δὲ καὶ Ὑποχαλκίς, διὰ τὸ ὑποκεῖσθαι ὄρει λεγομένῳ Χαλκίδι. [28] Μέμνηται δ' αὐτῆς καὶ ὁ ποιητής,

Χαλκίδ' Ἐρέτρειάν τε, πολυσταφύλινόν θ' Ἱστιαίαν.

Ὁ πολίτης Χαλκιδεύς, ὡς ἀπὸ τῆς Χαλκίδος γυναικῆς, ὡς δὲ Ἀρκὰς Ἀρκαδεύς, καὶ τῆς Τρωὰς Τρωαδεύς. Καὶ τὸ θηλυκὸν, ὁμώνυμον τῇ πόλει, ὡς Φωκὶς, Λοκρὶς, ἡ χώρα, καὶ ἡ γυνή. Ἑλλάνικος ἱερείων Ἥρας δευτέρῳ· [29] Θεοκλῆς ἐκ Χαλκίδος μετὰ Χαλκιδέων καὶ Ναξίων ἐν Σικελίᾳ πόλεις ἔκτισε. Τὸ πληθυντικὸν, Χαλκικόν. [30] Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσι,

Τί δῆτα δρᾷ τὸ Χαλκιδικὸν πλήρωμα;

[31] Καλοῦνται δὲ καὶ οἱ ἐν τῇ κώμῃ τῇ Σικελίας Χαλκιδεῖς. Οὗτοι δὲ ἄποικοί εἰσιν ἐξ Εὐβοίας. [32] Ἔστι καὶ Χαλκιδικὸν ὄρος Σικελίας, ὡς Πολύβιος πρώτῳ· Ἐκ τῶν Συρακουσῶν ἐπορεύετο τὴν πορείαν, καταστρατοπεδεύσας ἐκ θατέρου μέρους τοῦ Χαλκιδικοῦ ὄρους καλουμένου. [33] Ἔστι καὶ Χαλκὶς πόλις Κορίνθου. [34] Τρίτη, Αἰτωλίας, ἀφ' ἧς Ἀχελῷος ῥεῖ. Διονύσιος ὁ Περιηγητής,

Νήσων τ' ἀλλοίων, ὅσας τ' ἀπὸ Χαλκίδος ἕρπων.

[35] Τετάρτη, πόλις ἐν Συρίᾳ, κτισθεῖσα ὑπὸ Μονίκου τοῦ Ἄραβος. Τὸ πωτικὸν ἐθνικὸν, Χαλκιδηνός. Ἔστι καὶ πόλις Χαλκὶς ἐν Σκυθίᾳ, ἧς οἱ πολῖται Χαλκῖται. Ἔστι καὶ ἡ χώρα, Χαλκῖτις,

κεργεῖα, i. e. *aeraria-fodina* apud eos visæ fuerint. Olim *Stymphelos* vocabatur, nunc verò *Halicarna*. Necnon *Hypochalcis*, quod monti Chalcidi dicto subjaceat. Ejus verò meminit Poëta:

Chalcidem, Eretreamque, & uvis-abundantem Histiæam.

Civis Chalcideus, tamquam à genit. Chalcidis, ut à genit. Arcadis, Arcadeus, & à genit. Troadis, Troadeus. Fœmineum est ejusdem nominis ac urbs, ut Phocis, Locris, regio, & fœmina. Hellanicus de sacrificiis Junonis secundo. *Theocles ex Chalcide una cum Chalcidensibus, & Naxiis in Sicilia urbes condidit.* Possessiv. Chalcidicus, Aristophanes Equitibus:

Quid hoc agit Chalcidicum poculum?

Vocantur etiam, qui incolunt vicum Siciliæ Chalcidenses. Hi verò sunt, qui ex Eubœa coloni migravere. Est etiam Chalcidicus mons Siciliæ, ut Polyb. lib. 1. *Ex Syracusis faciebat iter, ac castrametatus ex altera parte circa montem nomine Chalcidicum.* Est etiam Chalcis urbs Corinthi. Tertia, Aetoliæ, à qua Achelous fluit. Dionysius Periegetes:

Insularumque diversarum, quotquot à Chalcide serpens.

Quarta, urbs Syriæ, condita à Monico Arabe. Hujus gentile, Chalcidenus. Est etiam Chalcis in Scythia, cujus cives, Chalcitæ. Est etiam regio, Chalcitis, ut Hermias in Peri-

28 Μέμνηται δ' αὐτῆς, &c.] Pro αὐτῆς lege αὐτῆς. Chalcidis enim urbis, non montis meminit Hom. in illo versu, qui legitur Il. 2. v. 537.

29 Θεοκλῆς ἐξ Χαλκίδος, &c.] Hæc Hellanici verba Cluv. Sic. Antiquæ lib. 1. c. VI. ita corrigit: Θεοκλῆς ἐκ Χαλκίδος μετὰ Χαλκιδέων τῶν Ναξίων ἐν Σικελίᾳ πόλιν ἔκτισεν. i. e. *Theocles cum Chalcidensibus ab Chalcide profectus, Naxiorum in Sicilia urbem condidit.* Quod ex Thucydide, Marciano Heracleensi, atque Strabone conatur probare, quibus adde Pausaniam, ex cujus lib. 6. apparet Naxum Siciliæ ab Chalcidensibus conditam fuisse.

30 Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσι.] Versiculus ille Comici invenitur fabula citata, Actu primo, Scena tertia. Pocula Chalcidiça celebrantur inter alios Eustathio ad Dionysii v. 764.

31 Καλοῦνται δὲ καὶ τῇ, &c.] Chalcidensium Siciliæ meminerunt Strabo lib. x. Eustath. ad Dionysii v. 764. Hæc nostri auctoris verba porrigine quadam corrigendi nequicquam solicitat Cluv. Sic. Antiquæ lib. 1. c. VI. ubi pro κώμῃ legit Μεσσήνῃ.

32 Ἔστι καὶ, &c.] Memorat Chalcidicum montem Siciliæ ex Polyb. lib. 1. cujus affert verba veluti trunca; integra sunt: Ὁ δὲ Ἱέρων, ἀναζεύξας ἐκ τῶν Συρακουσῶν, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας πόλιν· καταστρατοπεδεύσας δὲ ἐκ θατέρου μέρους τοῦ Χαλκιδικοῦ ὄρους καλουμένου, ἀπέκλεισε καὶ ταύτης τὰ ἔξοδα τοῖς ἐν τῇ πόλει. i. e. *Hiero verò Syracusis movens, faciebat iter versus prædictam urbem. Cumque ab altera parte circa Chalcidicum montem locassset castra, hoc quoque exitu oppidanos prohibuit.*

33 Ἔστι καὶ Χαλκὶς πόλις Κορίνθου.] Secundo loco celebrat Chalcida, urbem Corinthi, cujus meminit inter alios Thucydid. lib. 1. Καὶ τὸ ναύσταθμον τῶν Λακεδαιμονίων ἐνέπρησαν, καὶ Χαλκίδα τὴν Κορινθίων πόλιν εἷλον. i. e. *Et navale Lacedæmoniorum incenderunt, & Chalcida Corinthiorum urbem ceperunt.*

34 Τρίτη, Αἰτωλίας, &c.] Tertio loco memorat Chalcidem Ætoliæ urbem, ex Dionysio Periegeta cujus affert versum incompleto sensu, male acceptum, nec sine scripturæ mendâ. Ille enim non loquitur de urbe, Chalcide, ut putat auctor noster, sed de monte Ætoliæ ejusdem nominis;

Νήσων τ' ἀλλοίων, ὅσας τ' ἀπὸ Χαλκίδος ἕρπων,
Δίνῃς δεχομένης Ἀχελώϊος ἀμφὶς ἑλίσσῃ.
Insularumque aliarum, quotquot e Chalcide labens
Vorticibus argenteis Achelous circumdat.

Quare apud Stephanum pro ἀλλοίων, i. e. *diversarum*, legendum ἀλλάων, i. e. *aliarum*. Cæterò Chalcis Ætoliæ urbs memoratur Straboni lib. x. Ptolemæo lib. III. c. XV.

35 Τετάρτη, πόλις ἐν Συρίᾳ, &c.] Quarto loco memorat Chalcidem Syriæ, cujus meminere Ptolem. lib. v. c. XV. Plin. lib. v. c. XXV. Hanc urbem *Jamblicus* alumnus, Porphyrii discipulus illuminat, auct. Eunapio in ejus vita; protulit quoque *Apollonium* Philosophum Stoïcum, quo magistro usus est M. Antonin. Philosoph. Imp. ut in ejus vita narrat Jul. Capitolinus, quem perperam vocat *Chalcidonium*, ac si fuisset ex Chalcidone, cum ipse in vita Antonini Pii afferat à Chalcide Romam venisse, sed dubitari potest, utrum ex Chalcide Syriaca, an Euboica fuerit.

κίτις, , ὡς Ἑρμείας ἐν Περιηγήσει. [36] Ἔστι καὶ πόλις Χαλκίτις ἐν Μεσαπίᾳ τῇ Ἰταλίας. Ἑβδόμη, νῆσος ἔχουσα πόλιν ὁμώνυμον πρὸς τῇ Λέσβῳ, ἧς οἱ πολῖται Χαλκιδεῖς. [37] Ἔστι καὶ ἐν Ἄθῳ ἄλλη Χαλκὶς, ὡς Εὔδοξος περίπλῳ· Μετὰ δὲ τὸν Ἄθω μέχρι Παλλήνης, ἣ δὴ διὰ πέρα πεποίηκε κόλπον βαθὺν καὶ πλατύν, Χαλκίδα ἐπονομαζόμενον.

Periegesi. Est etiam urbs Chalcitis in Mesapia Italiæ. Septima est insula habens urbem ejusdem nominis juxta Lesbum, cujus cives, Chalcidenses. Est etiam in monte Atho alia Chalcis, ut Eudoxus lib. 4. *Post verò montem Atho usque ad Pallenem, quæ ad alteram partem fecit profundum, & amplum sinum, qui* Chalcis *nominatur.*

ΧΑΛΚΙΤΗΣ [38], νῆσος ἀντικρὺ Χαλκηδόνος, ἔχουσα χαλκὸν μέταλλον. Ἀρτεμίδωρος ἐν ἑνδεκάτῳ γεωγραφουμένων· Ἀπὸ δὲ Ἀκρίτας [39] παραπλεύσαντι, * ὅρον σταδίων ἑκατὸν δέκα, ἄκρα κεῖται Ὑρὶς καλουμένη, καὶ νῆσος [40] ταύτῃ παράκειται Πιτυώδης, καὶ ἄλλη νῆσος καλουμένη Χαλκίτης, [41] καὶ ἄλλη Πρῶτα λεγομένη. Ἀπὸ δὲ ταύτης εἰς τὴν Χαλκίτιν λεγομένην πόλιν, σταδίων παραπλέοντα. Τὸ ἐθνικὸν Χαλκίτης, ὡς Προσωπίτης ὁ Προσωπίτης.

CHALCITIS, insula è regione Chalcedonis, æris metallum [æris fodinam] habens. Artemidorus undecimo Geograph. *Ab Acrita verò navigianti* * *eurum stadia* CX. *promontorium jacet* Hyris *dicta, ac insula huic adjacet* Pityodes, *& alia insula dicta* Chalcitis, *& alia dicta* Prota. *Ab hac verò ad urbem, quæ* Chalcitis *dicitur, stadia* XL. Gentile, Chalcites, ut Prosopitidis, Prosopites.

ΧΑΛΥΒΕΣ [42], περὶ τὸν Πόντον ἔθνος, ὅπου τῷ ποταμῷ Θερμώδοντι, περὶ ὧν Εὔδοξος ἐν πρώτῳ· [43] Ἐκ δὲ τῆς χαλκοῦς χώρας ὁ σίδηρος, ὁ περὶ τὰ στομώματα ἐπαινούμενος ἐξάγεται. [44] Τέτρες Ὅμηρος Ἀλιζῶνάς φησιν, ἐν τῷ μὲ τοὺς Παφλαγόνας καταλόγῳ,

CHALYBES, gens circa Pontum, ad Thermodontem fluvium, de quibus Eudoxus lib. 1. *Ex æris regione ferrum, quod circa acumina laudatur, educitur.* Hos Homerus *Halizonas* vocat in Catalago post Paphlagones.

Αὐτὰρ Ἀλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον
Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

Sed Halizonibus Hodius, & Epistrophus imperabant
Longe ex Alybibus, unde argenti est nativitas.

Ἢ ποι τὸ γραφὴς μεταπεθείσης ἀπὸ τοῦ — τηλόθεν ὃν

Vel scriptura transposita ab illo hemistichio: *Lon-*

36 Ἔστι καὶ πόλις Χαλκίτις, &c.] In hac sectione pro Χαλκίτις legendum Χαλκὶς quæ erat urbs in Mesapia Italiæ, ut ait noster, Chalcidensium multa oppidula fuisse in Italiæ & in Sicilia dicit Strabo lib. x. Καὶ τὴν Ἰταλίας καὶ Σικελίας πολλὰ χωρία Χαλκιδέων ἐστίν. i. e. *Quin & in Italia & in Sicilia multa sunt Chalcidensium oppidula.*

37 Ἔστι καὶ ἐν Ἄθῳ, &c.] Octavo loco celebrat Chalcidem in Atho monte Thraciæ ex Eudoxo, cujus oppidanorum fit mentio in Scholiis Aristophanis in *Equitibus*, Actu 1. Scena 3.

38 Χαλκίτις, νῆσος ἀντικρὺ Χαλκηδόνος, &c.] Pro Χαλκίτις legendum Χαλκῖτις. Hujusmodi menda familiaris est, & librariis, & typographis. Erat autem Chalcitis, insula è regione Chalcedonis, cujus meminit Plin. lib. v. c. XXXII. Perperam etiam apud Hesychium, in Δημοσθένους χαλκοῦς scribitur χαλκῆς pro χαλκῖς, ejus sunt verba: Δύο εἰσὶ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ νῆσοι. Κοινῶς μὲν Δημόνησοι λεγόμεναι, ἰδίᾳ δὲ Ἀμαλθιοῦσαι, ἡ μὲν ἡ Χαλκῆτις, ἡ δὲ Πιτύουσα. i. e. *Duæ sunt prope Byzantium insulæ. Communiter quidem* Demonesi *dictæ. Peculiariter verò differentes,* Chalcetis *enim altera, altera* Pityusa *vocatur.* In illis Artemidori verbis pro χαλκίτις & χαλκίτιν legendum χαλκῖτις & χαλκῖτιν. Nostram lectionem tacitus loquitur auctor noster in hujus sectionis pede.

39 Παραπλεύσαντι * ὅρον.] Hæc ita restituenda & scribenda censeo παραπλεύσαντι πρὸς τὸν Εὖρον, i. e. *navigianti ad Eurum.*

40 Ταύτῃ παράκειται Πιτυώδης, &c.] Pityodes insula una cum Chalcitide memoratur Plin. lib. 5. c. 32. Hesychio dicitur *Pityusa.* Hujus verba contulimus ad notam 38. proxime præcedentem.

41 Καὶ ἄλλη Πρῶτα.] Prota insula, de qua nunc est sermo, est insula Bospori Thracii, quam P. Gyllius scribit hodie à Græcis *Proti* nominari; *Prote* autem erat insula Ionii maris è regione Messeniæ, quam *Pruodo* à nautis dici tradit M. Niger, de qua in Πρωΐῃ egimus.

42 Χάλυβες, περὶ τὸν Πόντον ἔθνος, &c.] Chalybes, circa Pontum gens, ad amnem Thermodontem. Diversos fuisse hujus nominis populos apparet ex diverso eorum situ, quem illis scriptores dederunt. Strabo enim lib. 12. eos locat in Paphlagonia, Mela lib. 1. c. 19. circa Paphlagoniam: *Et quæ Paphlagoniam finit Armene. Chalybes proximi urbium clarissimas habent Amison & Sinopen, Cynici Diogenis patriam: amnium Halyn & Thermodonta.* Solinus capite (mihi) xx. in parte Asiaticæ Scythiæ, Scylax inter Tibarenos & Assyrios, ut & Periegeta v. 768.

——— Τῶν δ' ἄγχι πολυρρήνες Τιβαρηνοί.
Τοῖς δ' ἐπὶ, καὶ Χάλυβες συφελὸν καὶ ἀπήνια γαῖαν
Ναίουσιν, μογεροῖς δεδαημένοι ἔργα σιδήρου.
——— *Hos verò juxta pecorosi Tibareni.*
Post hos autem, etiam Chalybes duram & sævam terram
Habitant, laboriosi edocti opera ferri.

Strabo præterea libro citato inquit, eos qui nunc Chaldæi, antiquitus *Chalybes* vocatos fuisse, & ab Homero *Halizonas* Justinus lib. 44. c. 3. Chalybes Hispaniæ à fluvio cognomine celebrat, quos nunc Hispani vocant *Biscainos.* Omnes fuisse ferro celebres consentiens opinio est, unde *Chalybs* abusivè pro ferro sumitur apud Poëtas. Virgil. Æneid. lib. 8. v. 446.

Vulnificusque Chalybs vasta fornace liquescit.

43 Ἐκ δὲ τῆς χαλκοῦς χώρας, &c.] Sunt verba Eudoxi ab Stephano vel à typographo, vel à transcriptore malè accepta, in quibus pro τὸν ἐκ χαλκοῦς χώρας, i. e. *ex æris regione*, legendum, ἐκ τῶν Χαλύβων χώρας, i. e. *ex Chalybum regione.* Pro περὶ τὰ στομώματα legendum puto πρὸς vel εἰς, &c. i. e. *ad acumina.*

44 Τέτρες Ὅμηρος, &c.] Duo illa carmina Homeri leguntur Il. 2. v. 857 ad quem locum annotat Eustath. Illud τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης sex modis legi, unde ipse quoque deducit Chalybum nomen, ut & noster.

45 Αν-

ἐκ Χαλύβης, τ̃ ἀνθρώπων πρώτων Ἀλύβων λεγομένων, ἀντὶ τ̃ Χαλύβων. Λέγε῀ καὶ μετ̃ τ̃ δ, Χαλυβδικὸς τὸ ηληκόν. [45] Λυκόφρων,

Χαλυβδικῷ κνώδοντι. —

Καὶ ἡ χώρα Χαλυβδικὴ λέγε῀. Καὶ Χάλυβοι παρ̀ Ἑκαταίῳ· Χαλύβοισι πρὸς νότον Ἀρμένιοι ὁμοῦ ναίουσι.

ΧΑΝΔΆΝΗ, πόλις Ἀπυγίας. Ἑκαταῖ῀ Εὐρώπη· Ἐν ᾗ Χανδάνη πόλις, μετ̃ ᾗ Πεύκαιοι.

ΧΑΝΔΑΝΆΚΗ, πόλις Περσική· Ἑκαταῖ῀ Ἀσίας περιηγήσ. Τὸ ἐθνικὸν, Χανδανακηνός.

ΧΑΟΝΊΑ [46], μέση τ̃ Ἠπείρ. Οἱ οἰκήτορες, Χάονες. Ἑλλάνικος ἱερείων Ἥρας τρίτῳ· Ἀμβρακιῶται, καὶ οἱ μετ̀ αὐτῶν Χάονες, καὶ Ἠπειρῶται. Καὶ ὁ Πρόξεν῀ ᾗ καταλέγων αὐτὲς φησι· Χάονες, Θεσπρωτοὶ, Τυμφαῖοι, Ταραύλιοι, Ἀμύμονες, Ἄβαντες, Κασωπαί. Λέγε῀ καὶ Χαόνι῀. [47] Εὐφορίων χιλιάσι·

Ζηνὸς Χαόνιοι, προμάντιες ἠνυδάξαντο.

Καὶ Χαονία τὸ ηλυκόν. Ἀλέξανδρ῀ ὁ Ἐφέσι῀ ἐν Ἀσίᾳ, καὶ Λιβύῃ· Οἱ ᾗ κάτω, Πελασγίδα Χαονίην. Καὶ Χαονῖται. Λυκόφρων,

Τὲ Χαονίτα νάμα πολυάνθε δρέπων.

Καὶ ἀπὸ τ̃ Χάον῀ Χαονίτης, ὡς Αὔσον῀ Αὐσονίτης. Ὁ αὐτὸς,

Τὸν Αὐσονίτην Πύραμον δομήσε῀.

Καὶ ἐν ηληκῷ τύπῳ ὁ αὐτὸς·

[48] Φθογγλῶ ἐδώλων Χαονικῶν ἄπο.

[49] Καὶ Χαονικῶν, ἀπὸ τ̃ Χάον῀. Ἑκαταῖος Εὐρώπη· Ὁ ᾗ κόλπ῀, Κιρραῖ῀· Καὶ τὸ πεδίον, ἐν τῇ Χαονικῇ. Καὶ Χαονὶς τὸ ηλυκὸν, ὡς Αὐσονίς. Λέγεται καὶ Χαονεύς.

16 Χώνη, πόλις Οἰνωτρῶν.] Chone, urbs Oenotrorum.

quit: *Vocata fuit* Chrysopolis, *ut aliqui dicunt, quod Persarum imperio illic colligeretur aurum ex tributis aliarum civitatum.* Plerique sic dictam existimant à *Chryse* Chryseidis, & Agamemnonis filio. Est etiam alia Ciliciæ Chrysopolis, ut Polyhistor. Gentile, Chrysopolites, ut Nicopolis, Nicopolites.

CHYTON, regio Epiri. Ephorus lib. 19. *Qui ex Clazomenis venere regionem Epiri* Chyton *vocatam incoluere.* Gentile, Chytites, ut Oplon, Oplites, Licnon, Licnites.

CHYTRI, Cypri urbs, quam sic nominari Xenagoras inquit, à Chytro filio Aledri, filii Acamantis. Civis, Chytrius, Alexander in de Cypro. *Gordiam reddere Chytriis.* Et rursus: *Eurynoën Chytriorum rex in uxorem duxit.* Analogiam verò gentile ad Chytron in singulari num. habet, ut Cyprius, ad Cyprum.

CHYTROPOLIS, Thraciæ opidum. Theopomp. Philippicorum XXII. *Pervenit Chytropolis oppidum * in quod colonia deducta fuit ex Æphyti.* Gentile deinde adducit. *Excipientibus verò Chytropolitis eum.*

CHOLONTICHOS, urbs Cariæ ut Apollonius rerum Caricarum XVIII. Gentile, Cholotichites. De quibus sæpè diximus.

CHONE, urbs Oenotrorum, cujus Strabon meminit lib. VII. & terram nominavit Chonen: *Et Chone urbs in ea, à qua hujus incolæ* Chones *vocati fuere, regio verò,* Chone. Lycophron:

Irri-

Multiplex subest huic sectioni mendum (hoc est auct. nostro familiare) tum quia citat Strabonis septimum, pro sexto, cum quia conjungit ejusdem auctoris duo diversa loca, perverso ordine, detruncata, atque malè sana. Prioris loci verba apud Strabonem sic habentur: Οἰκῆσαι δὲ τὰς πόλεις ταύτας Χῶνας, Οἰνωτρικὸν ἔθνος κεκαινισμένον, καὶ τὴν γῆν ὠνομάσθαι Χωνίαν. i. e. *Habitasse enim eos locos Chonas, Oenotricam gentem ornatam, & regionem nominasse Chonien.* Quamobrem apud Stephanum pro ἑβδόμῃ, i. e. VII. & ὠνόμασε, i. e. *nominavit.* Legendum, ἕκτῃ, i. e. VI. & ὠνομάσθαι, i. e. *nominasse.* Casaubonus verò in suis eruditis ad Strabonem commentariis ex nostro auctore & Hesychio contendit apud Strabonem legendum Χώνιν pro Χωνίαν, quam lectionem nolo vexare. Namque ex Lycophrone, cujus noster affert versum, defendi potest. Posterioris autem loci verba ita apud Strabonem leguntur: Λέγειν τινάς φησιν, ὡς εἰς τὴν Κροτωνιάτιν ἀφικόμεν῀, Κρήμνιον ἄκρον οἰκῆσαι, καὶ Χώνιν πόλιν ὑπὲρ αὐτῆς, ἀφ' ἧς οἱ ταύτη Χῶνες ἐκλήθησαν. i. e. *Dicere quosdam ait, eum cum in Crotoniatarum regionem pervenissent, Crimisam arcem condidisse, & urbem Chonin super ea, à qua in ea regione* Chones *vocati fuere.* Ex Strabonis verbis corriges Stephanum, & apud Strabonem pro

Αἴρδων βαθεῖαν Χωνίας παγκληρίαν. A
Οὐκοῦν ἡ Χώνι, ὡς Θρᾴξ Θρᾳκὸς Θρᾴκι Θρᾳκία, Τρὼς Τρωὸς Τρωΐς Τρωία.

ΧΩΡΑ [17], ἡ μερικὴ γῆ, ἀφ' ἧς τὸ Χώρημα· Ἀφ' ἧς ἡ χώρα, ἡ χθὼν, ἡ χωρικὴ γῆ, Ἀφ' ἧς ἡ χῶρος, ἡ χώρα. Ὅθεν τὸ Χωρίτης, ὡς ἧς Μέσος Μεσίτης, Τόπος Τοπίτης. Ἢ ἀπὸ ἧς χώρα χωρίτης, ὡς ἀπὸ ἧς Ἕδρα Ἑδρίτης, Ἑσπέρα Ἑσπερίτης. Σοφοκλῆς Αἰγεῖ σκυλευομένῳ, B

Οὐκ ἔγωγε χωρίτιν γ' ὁρῶ.

Καὶ ἐν Ἡρακλεῖ,

Στρέφουσι κρηνῶν φύλλα, καὶ χωρίτιν ὄφιν.

Καὶ Αἰσχύλος ἐν Λέοντι,

Σατυρικὸν *
Ὁ δοιπορῶν δήλημα χωρίτης δράκων. C

Καὶ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ Κανωβῳ,

[18] Τέρψει γὰρ νηῦν ὁ γλυκύς σε χωρίτης
Πλόος νομίζων δῶρα Νείλου πλησίου.

Καὶ Χώριος ὁ σύνηθες, ἀλλὰ τὸ Ἐγχώριος, D καὶ Ἐπιχώριος σύνηθες, ὃν μὲν ἐν χώρᾳ, καὶ ἀπὸ χώρας· Ὡς μὲν ἐν τόπῳ, ἐντόπιος· καὶ μὲν ἐκ τόπου, ἐκτόπιος. Τὸ ἐγχώριος, καὶ ἐπιχώριος Σοφοκλεῖ κεῖται. Τὸ ἐπιχώριος, καὶ ἐπιχωριάζειν, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς φησι Πλάτων. E

ΧΩΡΑΜΝΑΙΟΙ [19], ἔθνος Περσικὸν ἀγρίων ἀνθρώπων. Κτησίας ἐν Περσικῶν δεκάτῳ· Οὕτω δὲ ταχύς ἐστιν ὁ ἄγριος ἄνθρωπος, καὶ διώκων τοὺς ἐλάφους καταλαμβάνειν· Καὶ ἄλλα πλείονα περὶ αὐτῶν φησι. F

ΧΩΧΗ [20], κώμη πρὸς τῷ Τίγριδι ποταμῷ. Ἀρριανὸς δεκάτῳ· Καὶ βασιλεὺς δ' ἐξελαύνει ἐκ Σελευκείας ἀπέχων δὲ πόσον ἧς ποταμὸς ἧς Τίγριδος ἐς κώμην, ἥ τινι Χωχὴ ὄνομα. Τὸ ἐθνικὸν δύναται καὶ Χωχαῖος, καὶ Χωχαῖος, ὡς τὰ παρακείμενα χωρία Καρραῖος Καρρηνὸς, Βαγναῖος Βαγνηνός. G H

Irrigans craſſam Choniæ totam hereditatem.

Igitur dicitur quoque Chonius, ut Thrax Thracis, Thracius, Thracia, Trœs, Trœos, Troïs, Troïa.

CHORA, regio, particularis terra, unde χώρημα, i. e. *receptaculum*. A quo etiam, χωρα, i. e. *regio*, & *terra*, & χωρικὴ γῆ i. e. *ruſtica terra*. Unde etiam χῶρος, i.e. *locus*, *ager*, & χώρα, i. e. *regio*. Unde χωρίτης, i.e. *ruſticus*, ut μέσος, μεσίτης, i.e. *medius*, *mediator*, τόπος, τοπίτης, i.e. *locus*, *locator*, *qui locum incolit*. Vel à χώρα, i.e. *regio*, χωρίτης, i. e. *qui regionem incolit*, ut ab ἕδρα, i. e. *ſella*, ἑδρίτης, i. e. *qui ſellam obtinet*. ἑσπέρα, i. e. *veſpera*: ἑσπερίτης, i. e. *qui ad veſpertinam partem incolit*. Sophocles in *Ægeo ſoluto*.

Non equidem ruſticum video.

Et in Hercule:

Flectunt fontis frondes, & ruſticum ſerpentem.

Et Æſchylus in *Leone*:

Satyricum *
Iter-faciens ruſticus draco pernicioſa res.

Et Apollonius in *Canobo*:

Delectat navium dulcis te ruſtica
Navigatio ferens dona Nili divitis.

Et χώριος non compoſitum, ſed τὸ ἐγχώριος, & ἐπιχώριος, h e. *indigena*, in uſu eſt, quæ dici ſolent de eo, qui in regione & de eo qui ex regione eſt. Quemadmodum de eo qui eſt in loco, dicitur, ἔντοπος, h e. *qui locum incolit*. Et de eo, qui ex loco eſt, dicitur ἔκτοπος. i.e. *ex-loco*: τὸ ἐγχώριος, i. e. *qui regionem incolit* apud Sophoclem invenitur. τὸ ἐπιχώριος, i. e. *indigena* & verbum ἐπιχωριάζειν, i.e. *indigenam eſſe*, *in aliquo loco verſari*, inveniuntur apud Platonem in de anima.

CHORAMNÆI, gens Perſica, hominum agreſtium. Cteſias rerum Perſicarum lib. 10. *Adeò verò velox eſt agreſtis homo, ut cervas curſu capiat.* Et alia plura de eis inquit.

CHOCHE, vicus, ad Tigrim fluvium. Arrhianus lib. 10. *Et rex proficiſcitur ex Seleucia haud longè à fluvio Tigri in pagum, cui nomen Choche.* Gentile poteſt eſſe, & Chochenus & Chochæus, ut adjacentia loca, Carrhæus, Carrhenus, Batnæus, Batnenus.

ΨΑΜ-

PSAM-

pro οἰκῆσαι, i. e. *habitaſſe*, leges οἰκίσαι, i. e. *condidiſſe*. Ex magni etymologici auctore in Χῶνες didici, ſic vocatam fuiſſe gentem Italicam, à *Xone*, i. e. ab *Hercule* quem Ægypti ſua lingua ſic vocabant. Eruditiſſimus grammaticorum in Χώνλω auctor eſt, Italiam antiquitus vocatam fuiſſe *Chonen*.

17 Χώρα, &c.] Videſis *Heſiodeas lectiones* Georgii Græevii mihi amiciſſimi c. ix. ad opera & dies Heſiodi v. 344.

18 Τέρψει γὰρ νηῦν, &c.] In hoc Apollonii verſu puto legendum: τέρψει γὰρ νηῶν, &c. i. e. *delectat navium, &c.*

19 Χωραμναῖοι, &c.] Choramnæi, gens Perſica. Abr. Ortelius poſterioris ſæculi Ptolemæus in ſuo Theſauro Geographico verè Theſauro putat eſſe Choromandas quorum meminit Plin. lib. VII. c. II.

20 Χωχὴ κώμη πρὸς τῷ Τίγριδι ποταμῷ.] Choche, vicus ad Tigrim amnem. Viderint eruditiores, utrum ſit eadem, quæ Amm. Marcellino lib 24. c. 18. dicitur *Coche*. Eodem modo vocatur Jornandi de *Regnorum ſucceſſione in Charo imperatore*, ut & in Breviario Sexti Rufi c. XXIV. Salmaſius ὁ πάνυ ad Amm. Marcell. lib. 23. pag. 38. v. 9. pro *Chomei Apollinis*, cujus inibi fit mentio, contendit legendum, *Chochæi Apollinis*, ac ſi Apollo ille à Choche noſtri auctoris nomen ſortitus fuiſſet, ſed pace tanti viri dixerim longè diverſam eſſe Ammiani mentem. Apollo enim ille *Chomæus* rectè dicitur à חמוש *Chemos*, qui erat Moabitarum deus, cujus fit mentio Jerem. c. 48. v. 7. 13. de quo conſulendus Seldenus de *Dis Syris*. Sæpe ſolent Criticorum ſenatores corrigere quæ non ſunt corrigenda.

Ψ. PS.

ΑΜΜΑΘΟΥ̑Σ [1], πόλις Λακωνική. Ἀρτεμίδωρος δευτέρῳ γεωγραφουμένων· Μετὰ γὰρ τὸ Ταίναρον, πόλις ἐκδέχεται Ψαμμαθοῦς. Τὸ ἐθνικὸν Ψαμμαθούντιος καὶ Ψαμμαθούσιος, ὡς Σελινούντιος Σελινούσιος. A



SAMMATHUS, urbs Laconica. Artemidorus secundo Geograph. *Post Tænarum enim, urbs Psammathûs succedit.* Gentile, Psammathuntius, & Psammathusius, ut Selinuntius, Selinusius.

B

C

ΨΕΒΩ̑, χώρα ἐνδοτέρα Αἰθιοπίας, περὶ ἧς Ἀριστάγορας ἐν Αἰγυπτιακοῖς ταῦτα γράφει. Οὗτοι δή φασιν εἶναι χώραν ἀπέχουσαν Αἰθιοπίας ὁδῷ πέντε καὶ εἴκοσιν Ψεβώ. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἐνδοτέρω γεωγραφουμένων, λίμνην εἶναί φησι. Τὸ ἐθνικὸν Ψεβοίτης, ὡς Σαβοίτης. D

PSEBO, regio interior Æthiopiæ, de qua Aristagoras in Ægyptiacis hæc scribit. *Hi verò dicunt esse regionem distantem ab Æthiopia itinere quinque dierum, nomine Psebo.* Artemidorus lib. 8. Geograph. Lacum esse inquit. Gentile, Psebœtes, ut Sabœtes.

ΨΕΝΑΚΩ̑, κώμη δὲ Ἀτριβίτου νόμου, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐνδοτέρω γεωγραφουμένων. Οἱ κατοικοῦντες, Ψενακοῖται, ἢ κυρίως λέγοιντο.

PSENACO, pagus Atribitæ præfecturæ, ut Artemidorus lib. 8. Geograph. Incolæ, Psenacœtæ propriè dicerentur.

ΨΕΝΗΡΟ̑Σ, Αἰγυπτία κώμη. Τὸ ἐθνικὸν Ψενηρίτης, τῷ τύπῳ τῆς χώρας. E

PSENERUS, Ægyptius pagus. Gentile, Psenerites, regionis forma.

ΨΈΝΤΡΙΣ, Αἰγυπτία κώμη· Κλίνεται Ψέντρεως. Τὸ ἐθνικὸν Ψεντρίτης, ὡς Λεπίτης Λέπτεως, καὶ Μεμφίτης Μέμφεως.

PSENTRIS, Ægyptius pagus. Declinatur, Psentris, Psentreos. Gentile, Psentrites, ut Leptites, à Leptis, Lepteos, & Memphites, à Memphis, Memphеos.

ΨΕΥΔΑΡΤΆΚΗ, λόφος ἐν Σκυθίᾳ, μετὰ τὸ λεγόμενον ὄρος Ἅγιον. Τὸ τοπικὸν, Ψευδαρτακαῖος· Καὶ κατὰ τέχνην λέγεται Ψευδαρτακηνός, διὰ τὰ πλησιόχωρα. F

PSEUDARTACE, collis in Scythia, post montem nomine Ἅγιον, i.e. *Sanctum.* Locale, Pseudartacæus. Et juxta artem dicitur, Pseudartacenus, propter adjacentia loca.

ΨΕΥΔΟΚΟΡΆΣΙΟΝ, αἰγιαλὸς μέγας μεταξὺ Κωρύκου καὶ τῆς Σελευκείας, τοῦ παρ' Ἰσαύροις. Ἀρτεμίδωρος ἐνάτῳ τῶν γεωγραφουμένων· Παραλλάξαντι δὲ ταύτην, αἰγιαλὸς ἄλλος ἐκδέχεται σταδίων τριῶν, μηνοειδὴς, ὕφορμος, καλούμενος Ψευδοκορασιον. G

PSEUDOCORASIUM, littus magnum inter Corycum & Seleuciam Isauricam. Artemidorus lib. 9. Geograph. *Prætereunti verò hanc, littus aliud succedit trium stadiorum, in lunæ similitudinem formatum, navium stationi aptum, quod* Pseudocorasium *vocatur.*

H

ΨΗΣΣΟΙ̑ [2], ἔθνος τῆς Ταυρικῆς. Ἀπολλόδωρος ἐν δευτέρῳ περιηγήσεως· Εἶτα δὲ Ἑρμώνασσα, καὶ Κῆπος. [3] Τυρὶ δὲ τὸ Ψησσῶν ἔθνος.

PSESSI, gens Tauriniæ. Apollodorus lib. 2. Periegeseos. *Postea verò Hermonassa, & Cepos, Tyri verò Psessorum gens.*

I

ΨΊΛΙΟΝ, ποταμὸς μεταξὺ Θυνίας, καὶ Βι-

PSILION, fluvius inter Thyniam, & Bi-

1 Ψαμμαθοῦς, πόλις Λακωνική.] Psammathûs, untis, urbs Laconica. Ἀμαθοῦς dicitur Strab. lib. VIII. Ψαμαθοῦς λιμήν, i. e. *Psamathus portus*, Scylaci in Λακεδαίμονι. Eodem modo Pausan. in *Laconicis.*

2 Ψησσοὶ, ἔθνος τῆς Ταυρικῆς.] Psessi, orum, gens Tauriniæ. Ubi terrarum fuerit Taurinia regio & Psessi ejus gens divinandum nobis reliquit. Ptolemæus lib. 5. c. 9. Sempsios populos novit. Plin. lib. 6. c. 7. Psesios prope Mæotin paludem locat. Fortassis sunt iidem nostri auctoris.

3 Τυρὶ, &c.] Contra hoc lectionis monstrum invocarem Herculem, nisi scirem,

——— *pigris non flecti numina votis.*

Illa sunt verba Apollodori, quibus affirmabat noster Psessios esse gentem Tauriniæ. Quare pro τυρὶ legendum puto Ταυρικῆς.

4 Εἶ

Βιθυνίας. Δομίτιος Καλλίστρατος ἐν τρίτῳ φησὶ Ἡρακλείας. [4] Ἐν κυρτόσαυλος ἀπὸ Σαγγαρίου, χωρίου, ἄχρι Ψιλίου ποταμοῦ. [5] Ἔστι καὶ ἄλλος Ψίλις ποταμὸς τῆς Βιθυνίας, ἐκρέων εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. Τὸ τοπικὸν, Ψιλίτης. Ἐν ᾗ τῇ συνηθείᾳ ἐπεκράτησεν, ἀμφοτέρων τῶν ποταμῶν τοὺς οἰκήτορας Ψιλιανοὺς καλεῖν.

Bithyniam. Domitius Calliſtratus lib. III. de Heraclea. *Et cum dominaretur à Sangario caſtello, uſque ad Pſilion fluvium* Eſt etiam alius Pſilis fluvius Bithyniæ effluens in Euxinum Pontum. Locale, Pſilites. Conſuetudo verò obtinuit utriuſque fluvii accolas *Pſiltanos* vocare.

ΨΙΜΑΔΑ, χωρίον Ἰσαυρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ψιμαδεῖς. Καπίτων πεντεκαιδεκάτῳ· Κόνωνα δὲ πυρόντα Ψιμαδέα μεγάλως ἐφιλοφρονήσατο.

PSIMADA, regio Iſauriæ. Gentile, Pſimadeis, Capiton lib. 15. *Cononem verò Pſimadeum, qui aderat, magna comitate proſequutus eſt.*

ΨΙΝΑΦΟΣ, Αἰγύπτου πολίχνιον, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Αἰγυπτιακῶν δευτέρῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Ψιναφίτης.

PSINAPHOS, Ægypti oppidulum, ut Alexand. Ægyptiacorum ſecundo. Gentile, Pſinaphites.

ΨΙΝΕΚΤΑΒΙΣ, κώμη Αἰγύπτου. Κλίνεται Ψινεκτάβεως. Τὸ ἐθνικὸν Ψινεκταβίτης, τῷ λόγῳ τῶν εἰς ις, καὶ τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

PSINECTABIS, vicus Ægyptius. Declinatur, Pſinectabis, beos. Gentile Pſinectabites, ratione eorum, quæ deſinunt in is, & forma regionis.

ΨΙΤΤΑΚΗ, πόλις πλησίον τῆς Τίγριδος, ἐν ᾗ τὸ φυλὸν τῶν Ψιτταχίων, ὡς Δαμόφιλος. Ὁ πολίτης, Ψιτταχηνός, ὡς ἀπὸ τῆς Ψιτταχίας καρπός. Τὸ κυριώτερον δὲ ἐθνικὸν Ψιτταχηνὸς, [6] διὰ τὸ ὑπερκαὶ * Ψιτταχηνὴ ἡ χώρα, ἧς καὶ Ἀριστοτέλης μέμνηται ἐν τοῖς θαυμασίοις.

PSITTACE, urbs juxta Tigrim, in qua Pſittaciarum eſt planta, teſte Damophilo. Gentile, Pſittacius, tamquam à Pſittaciæ fructu. Gentile magis proprium eſt Pſittacenus propter ὑπερκαὶ * Pſittacene regio, cujus etiam Ariſtot. meminit in de Mirabilibus.

ΨΙΤΤΑΧΕΜΜΙΣ [7], κώμη τῆς Αἰγυπτίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ψιτταχεμμίτης, καὶ τῷ τύπῳ τῶν εἰς ης, καὶ ὅτι ἐξ ἀπλοῦ ἐστὶ Χέμμις. Τὸ ἐθνικὸν Χεμμίτης. Κώμη δ' ἐστὶ καὶ αὐτὴ Αἰγυπτίας.

PSITTACHEMMIS, vicus Ægyptiæ regionis. Gentile, Pſittachemmites, & formâ eorum, quæ deſinunt in *es*, & quoniam ſimplicis Chemmis. Gentile, eſt Chemmites. Vicus verò & idem eſt Ægyptius.

ΨΥΚΤΗΡΙΟΣ, τόπος ἐν Θράκῃ, ἀπὸ Ἡρακλέους ἀναψύξαντος τὸν ἱδρῶτα ἐν τῷ καταπαλαίσαι τὸν Ἀδραμύλλον, καθώς φησιν· [8] Ἀπολλώνιος ἐν Κνίδης κτίσει. Τὸ ἐθνικὸν, ὁμωνύμως διὰ τὸ προκαταληφθῆναι, τὸ προϊδόντων, ἔχον αὐτὸν τὸν τύπον.

PSYCTERIUS, locus in Thracia, ſic dictus ab Hercule ſudorem abſtergente, cum lucta vinceret Adramylen, ut inquit Apollonius in Cnidi conſtructione. Gentile, eodem modo, eò quod præoccupatum ſit prototypum, habens eundem typum.

ΨΥΛΛΑ [9], χωρίον μεταξὺ Ἡρακλείας, καὶ τῆς Πόντου. Μένιππος ἐν περίπλῳ τοῦ Πόντου·

PSYLLA, oppidum inter Heracleam, & Pontum. Menippus in periplo Ponti. *A Crenidis*

4 Ἐν κυρτόσαυλος, &c.] Sunt verba Domitii Calliſtrati corrupta, ut apparet, in quibus pro ἐν κυρτόσαυλος leg. ἐν ᾧ κυρτώσαυλος, pro δὲ τῆς Ψιλίδος, leg. ἕως, &c. i. e. *uſque ad Pſilium amnem*, quod ratio ſuadet.

5 Ἔστι καὶ ἄλλος Ψίλις, &c.] Cum in hujus ſectionis initio memoraverit ex Domitio Calliſtrato Pſilium amnem inter Thyniam & Bithyniam, cujus meminiſſe neminem ſcio, nunc memorat *Pſilin* ejuſdem Bithyniæ fluvium, quem celebrat Ptolem. lib. v. c. 1. Strabo lib. 12. apud quem perperam ſcribitur Ψίλλης pro Ψίλις.

6 Διὰ τὸ ὑπερκαὶ * Ψιτταχηνὴ ἡ χώρα ἧς, &c.] Manus medicas adhibere huic lectionis deplorando morbo auſus non ſum. Verba autem Ariſtotelis, quem ad teſtimonium citat noſter, ex ejus de Mirabilibus libro, ſunt quæ ſequuntur: Ἔστι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ, καὶ ἐν Ψιτταχίνῃ τῇ Περσιδος πυρὰ καιόμενα, τὰ μὲν ἐν Μηδίᾳ, ὀλίγον, τὰ δὲ ἐν Ψιτταχίνῃ, πολὺ, καὶ καθαρὸν τῇ φλογί. i. e. *Sunt verò, & in Media, & in Pſittacina Perſidis ignes ardentes, in Media quidem parvum, in Pſittacina autem, multùm, & pura flamma.* Ex noſtro auctore corrigendum cenſeo Ariſtotelem apud quem ſcribitur Ψιτταχίνῃ pro Ψιτταχηνῇ.

7 Ψιτάχεμμις, κώμη τῆς Αἰγυπτίας.] Pſittachemmis, vicus Ægyptiæ, i. e. *Ægypti*. Aliquando putabam pro τῆς Αἰγυπτίας legendum eſſe τῆς Αἰγύπτου, vel ſupplendum χώρας, ſed uſus me docuit, noſtrum auctorem uſurpare nomen Αἰγυπτία pro regione Ægypto, modo, quo dicitur Ἐπιδαυρία, & Κορινθία, pro regione Epidauri, & Corinthi. Cæterò de Pſittachemmi vico nihil ſcio.

8 Ἀπολλώνιος ἐν Κνίδης κτίσει.] Sine dubio pro κτίσει legendum κτίσαι.

9 Ψύλλα, χωρίον μεταξὺ Ἡρακλείας, &c.] Pſylla; oppidum inter Heracleam & Pontum, ex Menippo in Periplo Ponti, auctore deperdito cujus vice fungetur Ptolemæus, qui lib. v. c. 1. inter Bithyniæ oppida hoc oppidum recenſet, nomine *Pſyllium*. Terminationis enim μεταβολὴ non obſtat. Priori nomine memoratur Scylaci in Παφλαγονία. Apud Stephanum pro καὶ Πόντου legendum puto, καὶ πλ, quod ex Ptolemæo datur intelligi, qui hanc urbem, libro citato inter Heracleam Ponti & Tion locat: Πόντου Ἡράκλεια, Ψύλλιον, Τίον. i. e. *Ponti Heraclea, Pſyllium, Tion.*

10 Ψυλ-

τξ· Ἀπὸ Κριωιδῶν εἰς Ψύλλαν χωρίον στάδια εἴκοσιν· Ἀπὸ Ψύλλης χωρίου εἰς Τίον πόλιν, καὶ ποταμὸν Βίλαιον, στάδια π. Τὸ ἐθνικὸν, Ψυλλάτης.

ΨΥΛΛΟΙ[10], καὶ Ψυλλικὸς κόλπος, ἐν τῷ Λιβυκῷ κόλπῳ· Ἑκαταῖος Περιηγήσει Λιβύης· Ὁ Ψυλλικὸς κόλπος μέγας, καὶ βαθὺς, τριῶν ἡμερῶν πλοῦς. [11] Περὶ δὲ Ψύλλων, Ἡρόδοτος παίζει, Νασαμῶσιν ὁμοιροί εἰσιν οἱ Ψύλλοι. [12] Λέγεται δὲ ἀπὸ Ψύλλου. [13] Οὔτοι λέγονται πᾶσι θηρίοις καὶ ἑρπετοῖς δακνόμενοι, ἀβλαβεῖς διαμένειν.

ΨΥΡΑ[14], νῆσος μικρὰ, πλησίον Χίου, ἣν ὁ ποιητὴς Ψυρίαν καλεῖ,

Νήσου ὑπὲκ Ψυρίης. —

Τὸ ἐθνικὸν ὢν, Ψύριος. Καὶ τὸ θηλυκὸν, Ψυρία· Τὸ δεύτερον, Ψύριον. [15] Στράβων δὲ πεντεκαιδεκάτῃ. [16] Ψυρόφησιν ἑβδόμῳ· Τὰ Ψυρὰ νῆσος ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων τῆς ἄκρας. Τὸ ἐθνικὸν Ψυρεὺς, ὡς Μυρεύς. [17] Λαμβάνεται δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ εὐπελείας, διὰ τὸ εὐπελεστάτην εἶναι τὴν νῆσον. Κρατῖνος, Ψυρᾶ τε Διόνυσον ἄγοντες. Καὶ ἐν Νεμέσῃ, Ψυρᾶ τε τὴν Σπάρτην ἄγεις.

ΨΥΤΤΑΛΕΙΑ[18], νῆσος πρὸς Σαλαμῖνα.

10 Ψύλλοι, &c.] Psylli, & Psyllicus sinus, in Libyco sinu. Memorantur Straboni qui ejus situm nos docet lib. 17. Τὸν δ' ὑπερκειμένον ἐν βάθει χώραν τῆς Σύρτεως καὶ τῆς Κυρηναίας κατέχουσιν οἱ Λίβυες, παραλυπτον καὶ ἀοίκητον· πρῶτον μὲν οἱ Νασαμῶνες, ἔπειτα Ψύλλοι καὶ πλησίον Γαίτουλοι, ἔπειτα Γαραμαντες. i. e. *Syrtis & Cyrenaicæ superne incumbentem regionem Libyes tenent, sterilem sane & aridam. Primùm quidem Nasamones, posteà Psylli & nonnulli Gætuli, deinde Garamantes.* Eorum quoque meminit Ptolemæus lib. IV. c. IV.

11 Περὶ δὲ Ψύλλων, Ἡρόδοτος παίζει.] De Psyllis verò Herodotus lib. IV. Affert Herodoti verba, aliter ac apud eum leguntur, ut solet. Sic enim ille libro citato cap. 173. hac de gente loquitur: Νασάμωσι δὲ ὑπερμαροί εἰσι Ψύλλοι, ἔτεα ἐξαπολλύμενοι τρόπῳ τοιῷδε, &c. i. e. *Nasamonibus verò confines sunt Psylli, hi interciderunt hoc modo, &c.* Quomodo interciderint hi populi ab austro arenis obruti, prosequitur Herodotus, quod quoniam fabulosum censeo, lubens omitto, tametsi A. Gellius lib. 16. c. 11. non dedignatus est suis noctibus inserere. Mihi autem veri similis videtur sententia Plinii, cujus verba ad notam 13. subsequentem conferam.

12 Λέγεται δὲ ἀπὸ Ψύλλου.] Dicitur verò à Psyllo. Nullus dubito aliquid deesse, puta ὄνομα ἔχειν, i. e. *nomen habere*, vel quid tale, nobis enim divinare non licet.

13 Οὔτοι λέγονται πᾶσι θηρίοις, &c.] Hi dicuntur ab omnibus feris & serpentibus morsi, innocui permanere. De hac Psyllorum virtute adversus ferarum morsus venena ex veteribus plures loquuntur. Strabo lib. 17. Ἔνιοι δ' ὥσπερ τοὺς Ψύλλους τοὺς πρὸς τῇ Κυρηναίᾳ φυσικήν τινα ἀλεξιπάθειαν ἔχειν πρὸς τὰ ἑρπετὰ, ἕτως καὶ τοὺς Τεντυρίτας φασὶ πρὸς Κροκοδείλους. i. e. *Nonnulli dicunt, sicut Psyllos apud Cyrenaicam naturalem quandam sympathiam habere adversus reptilia, sic & Tentyritas adversus Crocodilos.* E nostris operæ est audire Plin. lib. 7. c. 2. *Similis & in Africa gens Psyllorum fuit, ut Agatharcides scribit, à Psyllo rege dicta, cujus sepulchrum in parte Syrtium majorum est, horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, ut cujus odore sopirent eas, mos verò liberos genitos protinus objiciendi sævissimis earum, eoque genere pudicitiam conjugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus, hæc gens ipsa quidem prope internecione sublata est à Nasamonibus, qui nunc eas tenent sedes, genus tamen hominum ex his, qui profugerant, aut cum pugnatum est, abfuerant, hodiéque remanent in paucis.* Dio Cassius in Cæs. Octaviano inquit, eum, audito Cleopatræ interitu corpus ejus vidisse, remedia ei, & Psyllos adhibuisse, si qua eam ratione vitæ restituere posset. Inclaruere etiam Poëtarum carminibus. Lucan. lib. 9.

——— *Gens unica terras*
Incolit à sævo serpentum innoxia morsu
Marmaridæ Psylli, par lingua potentibus herbis
Ipse cruor tutus, nullumque admittere virus
Vel cantu cessante potest. Natura locorum,
Fussit, ut immunes mixti serpentibus essent.

Sil. Italic. lib. 1.

Necnon serpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr, tactuque graves sopire chelydros
Ac dubiam admota sobolem explorare cerastæ.

14 Ψυρὰ, νῆσος μικρὰ, &c.] Psyra, insula parva prope Chium, &c. Memoratur Poëtarum parenti, ex cujus Od. 3. v. 171. affert hemistichium.

15 Στράβων.] Affert Strabonis verba detruncata ex ejus lib. 14. Sic apud illum integra habentur: Εἶτα Μέλαινα ἄκρα, καθ' ἣν τὰ Ψυρὰ νῆσος ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων τῆς ἄκρας, ὑψηλὴ, πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα. i. e. *Post Melæna promontorium, prope quod Psyra insula, sublimis à promontorio L. stadiis distans, urbem ejusdem nominis habens.*

16 Ψυρόφησιν, &c.] Lege Ψυρὰ φησιν, &c. i. e. *Psyra neutro gen.* dixit.

17 Λαμβάνεται, &c.] Nomen Psyrorum insulæ de re vili usurpabatur, in cujus rei confirmationem duas ex Cratino affert parœmias. Utrisque subest menda, in prima pro Ψυρᾷ legendum Ψύρᾳ. In secunda & titulo fabulæ Cratini & parœmiæ, ubi pro Καὶ ἐν Νεμέσῃ, Ψυρᾷ, &c. legendum: Καὶ ἐν Νεμέσῃ, Ψύρᾳ.

18 Ψυτταλεια, νῆσος πρὸς Σαλαμῖνα.] Psyttalea, insula circa Salaminem. Erat insula saxosa & deserta, auctore Strabone lib. 9. Καὶ ἡ Ψυτταλία νήσιον ἔρημον πέλαγώδες, οὗ τινες εἶπον λιμένα τοῦ Πειραιέως· πλησίον δὲ καὶ ἡ Ἀτταλάντη, ὁμώνυμος τῇ πρὸς Εὔβοιαν καὶ Λοκρούς· καὶ ἄλλο νησίον ὅμοιον τῇ Ψυτταλίᾳ καὶ τοῦτο· εἶθ' ὁ Πειραιεύς. i. e. *Et Psyttalia, insula saxosa ac deserta, quam quidam* Piræei portum *appellaverunt. Prope verò est & Atalante, cognominis ei quæ circa Eubœam & Locros. Et alia parva insula similis Psyttaliæ. Deinde Piræeus.* In cujus verbis Casaubonus pro λιμένα, i. e. *portum*, putat legendum λήμνου, i. e. *gramias*, quod de Ægina insula dictum tradit Plutarchus in *Pericle*.

19 Ηρό-

PSYLLI, & Psyllicus sinus, in sinu Libyco, Hecatæ. Libyæ Periegesi. *Psyllius sinus magnus, & profundus trium dierum navigationis.* Psyllis Herodotus lib. 4. *Nasamonibus finitimi sunt Psylli.* Dicitur verò à Psyllo. Hi dicuntur ab omnibus feris, & serpentibus morsi, innocui persistere.

PSYRA, insula parva juxta Chium, quam Poëta *Psyriam* vocat:

Insulam ad Psyriam. —

Gentile, igitur, Psyrius. Et fœmineum, Psyria. Neutrum, Psyrium. Strabo lib. 14. Psyra dixit neutro genere. *Psyra, insula à promontorio* L. *stadia.* Gentile, Psyreus, ut Myreus. Sumitur verò hoc nomen de re vili, eò quod sit insula viliissima. Cratinus, *Psyra Bacchum ducentes.* Et in Nemesi: *Psyraque Spartam ducis.*

PSYTTALIA, insula circa Salaminem.

μῖναι. [19] Ἡ ῥόδος. Εἰς τὴν νησίδα τὴν Ψυτταλείαν, τὴν μεταξὺ Σαλαμῖνος κειμένην, καὶ τὴν Ἠπειρ. Ἡρωδιανὸς μὲν Ψυτταλλίαν αὐτὴν καλεῖ. Ἔοικε δὲ τὸ Ψυτταλεια πρωτότυπον εἶναι, ὡς Ἀπάμεια, Μαντίνεια, Ἐρύθεια, Ζέλεια· Ἀφ' ὧν καὶ παραλοιφὴν ἐγένετο Ἀπάμη, Μαντίνη, Ζέλη, Ἐρύθη, ἀφ' ὧν καὶ τὰς οἰκείας ἐρήκαμεν τόπους. Τὸ ἐθνικὸν Ψυτταλεύς, ὡς Ἀτταλεύς, Μαντινεύς, Ἀντιοχεύς. Ἔστι γὰρ ἡ Ψυτταλεια, ὡς Ἀτταλεια. κέκληται δὲ ἀπὸ Ψυτταλέως.

A Herodotus, *In Psyttaliam insulam inter Salaminem, & Epirum sitam.* Herodianus *Psyttalen* eam vocat. Videtur autem Psyttalea esse prototypum, ut Apamea, Mantinea, Erythea, Zelea. A quibus per synalœpham fit Apame, Mantine, Zele, Erythe, de quibus in suis locis diximus. B Gentile, Psyttaleus, ut Attaleus, Mantineus, Antiocheus. Est enim Psyttalea, ut Attalea. Sic verò vocata fuit à Psyttalo.

C

ΨΥΧΙΟΝ [20], τόπος Κρήτης, ἐν ᾧ πόλις ἦν ὁμώνυμος. Τὸ ἐθνικὸν Ψυχιεύς, ὡς ἀπὸ Νότου Νοτιεύς, Δουλίχιον Δουλιχιεύς.

PSYCHIUM, locus Cretæ, in quo urbs erat ejusdem nominis. Gentile, Psychieus, ut à Notium, Notieus, Dulichium, Dulichieus.

ΨΩΦΙΣ [21], πόλις Ἀρκαδίας, κέκληται D ἀπὸ Ψωφίδος τοῦ Λυκάονος, ὑφ' ὃ φασι τὸ παλαιὸν κληθῆναι αὐτήν. Ἢ ἀπὸ Ψωφίδος τῆς Ἐρυκος θυγατρός. Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις Ψωφὶς Ἀκαρνανίας, ἡ παλαιὰ λεγομένη. [22] Ἔστι καὶ τρίτη τῆς Ἀχαΐας. Ὁ πολίτης ὤφειλεν εἶναι E Ψωφίτης, τῷ τύπῳ τῶν εἰς ις ληγόντων· Ἀλλὰ γέγονεν ἀπὸ τῆς γενικῆς, ὡς τοῦ Ἀρκάδος Ἀρκάδιος, καὶ τοῦ Αὐλίδος Αὐλίδιος, ἔστω Ψωφίδος Ψωφίδιος. Ἑκαταῖος γενεαλογιῶν δευτέρῳ· Κάπωσ * ἐν τῷ ὄρει, καὶ Ψωφίδιος κακὰ πολλ' ἔοργε. Ἔστι καὶ ἑτέρα Ψωφὶς, πόλις Λιβύης. Ὁ πολίτης, Ψωφίτης, τῷ τοῦ χώρας τύπῳ. [23] Λέγεται καὶ ἡ Ζακυνθίων ἀκρόπολις Ψωφὶς, ὡς Παυσανίας φησὶν ὀγδόῳ περιηγήσεως.

PSOPHIS, urbs Arcadiæ, sic vocata fuit à Psophide Lycaonis, sub quo ajunt olim conditam fuisse. Vel à Psophide Erycis filia. Est & alia Psophis, urbs Acarnaniæ, παλαιὰ, i. e. *antiqua* dicta. Est & tertia Achaiæ. Civis debebat esse Psophites, forma in *is* desinentium. Sed fit à genitivo, ut à genitiv. Arcadis, Arcadius, à genitiv. Aulidis, Aulidius, sic à genitiv. Psophidis, Psophidius. Hecatæus Genealogiarum 2. *Capp* * *erat in monte, & Psophidis multa mala fecit.* Est etiam F alia Psophis, urbs Libyæ. Civis, Psophites, regionis typo. Dicitur etiam Zacynthiorum arx Psophis, ut inquit Pausanias octavo Periegeseos.

G

ΨΩΧΕΜΜΙΣ, πολίχνιον Αἰγύπτου. Ἀρτεμίδωρος ὀγδόῳ γεωγραφουμένων· Καὶ Περκερμὶς ἡ μὲν δεξιῶν μερῶν, καὶ Θαλαβαύσα, καὶ Ψωχέμμις. Τὸ ἐθνικὸν, Ψωχεμμίτης, τῷ ῥηθέντι λόγῳ ἐν τῷ Ψιτταχεμμίτῃ.

PSOCHEMMIS, oppidulum Ægypti. Artemidorus octavo Geograph. *Et Pericermis ex dextera parte, & Thalabausa, & Psochemmis.* Gentile, Psochemmites, ratione, quam diximus in τῷ *Psittachemmita*.

Ω' Β Α- ΟΒΑ-

19 Ἡ ῥόδος.] Affert Herodoti verba de Psyttalea insula longe aliter quam apud eum habentur. Ita enim ille de hac insula loquitur lib. 8. c. 95. Παραλαβὼν πολλοὺς τῶν ὁπλιτέων, οἳ πολλοὶ ἦσαν ἐπιβεβηκότες ἐπὶ τὰς ἀκάτους τὰς Σαλαμινίης χώρης, ἦγε ἐόντες Ἀθηναῖοι, ἐς τὴν Ψυτταλίαν νῆσον ἀπέβησε ἄγων. i. e. *Permultos armatorum, qui ad litus Salaminis locati erant, sumptos genere Athenienses, in Psyttaleam insulam traduxit.*

20 Ψύχιον, &c.] Psychium, locus Cretæ, in quo urbs erat cognominis. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 17. inter ejusdem insulæ civitates. Mercatori *Sichino*, Nigro *Priotiza*.

21 Ψωφὶς, πόλις Ἀρκαδίας.] Psophis, urbs Arcadiæ. Hujus situm nos docet Polyb. lib. IV. Ἡ δὲ Ψωφὶς, ἔστι μὲν ὁμολογούμενον καὶ παλαιὸν Ἀρκάδων κλῆσμα τῆς Ἀζανίας· κεῖται δὲ πρὸς συμπάσης Πελοποννήσου καὶ τὴν μεσόγαιαν· ὥστε δὲ καὶ Ἀρκαδίας, ἐπὶ πᾶς ὡσὲ δυσμὰς πέρασι, συναπτούσης τοῖς ὡσὲ τὰς ἑσπερίους καὶ οἰκουμένας τῶν ὡσοτεθειμένων Ἀχαιῶν· ἐπίκειται), ἐν δύσεσι τῇ τῶν Ἠλείων χώρᾳ, μεθ' ὧν συνέβαινε τότε πολιτεύεσθαι αὐτούς. i. e. *Psophis oppidum est, quod omnes fatentur, antiquum, eorum Arcadum opus, qui Azaniam incolunt. Sedet, si universam spectes Peloponnesum, in ipsius meditullio: si Arcadiam, in occiduis ejus partibus, quà ultimos occidentem versus Achæorum fines contingit. Assidet opportunè Eleorum regioni, quibuscum contigit tunc jura consociata habere.* Ejus quoque meminit Ptolemæus lib 3. c. 16. Prius *Erymanthus*, à fluvio scilicet præterfluente, quem celebrat Polyb. lib. IV. deinde *Phegea*, ac tandem *Psophis*, auct. nostro auctore in Φήγεια. Eam præterfluebat amnis Aroanius, & Erymanthus, propter quem erat ipsius Erymanthi templum, & statua, necnon aliorum amnium ex candido marmore, at Nili ex nigro, nempe quod per Æthiopes decurreret. Testis Pausan. in Arcadicis, qui plura de hac urbe & ejus conditoribus prodit, sed quæ Græcorum nugamenta redolent.

22 Ἔστι καὶ τρίτη τῆς Ἀχαΐας.] Tertio loco celebrat Psophida Achaïæ. Memoratur Straboni lib. 9. apud quem perperam, ut puto, scribitur Ψαφὶς pro Ψωφὶς.

23 Λέγεται καὶ ἡ Ζακυνθίων, &c.] Zacynthicorum arx *Psophis* nomine memoratur ex Pausaniæ lib. 8. qui ejus vocaminis causam refert hisce verbis: Ἔστι δὲ καὶ Ζακυνθίων τῇ ἀκροπόλει Ψωφὶς ὄνομα, ὅτι ναυσὶν ἐς τὴν νῆσον ἐπεραιώθη πρῶτος, καὶ ἐγένετο οἰκιστὴς αὐτῇ Ψωφιδίων, Ζάκυνθος μὲν ὁ Δαρδάνου, i. e. *Est & Zacynthiorum arci Psophis nomen, quòd primus in eam insulam classe transmisit, & ejus fuit conditor vir Psophidius; Zacynthus, Dardani filius.*

Ω.

Ὠ Βαρηνοί[1], μέρος Ἀρμενίας, προσεχὲς κεῖμενον Κύρῳ ποταμῷ, ὅσις Εὐφράτῃ παραλλήλως ἔχει. Μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Κάδραλος ἐν ἕκτῳ Παρθικῶν· Παρὰ τὸν Κύρῳ ποταμὸν Ὠβαρηνίτην καὶ Ὠτηνοὶ νέμονται, μέγα μέρος Ἀρμενίας ὄντες.

Ω.

OBARENI, pars Armeniæ, adjacens Cyro fluvio, qui Euphratem ex parallelo habet. Eorum verò & Quadratus Parthicorum lib. 6. meminit: *Prope Cyrum fluvium Obarenitæ & Oteni habitant, qui sunt Armeniæ magna pars.*

Ὠγενος[2], ἀρχαῖος θεὸς, ὅθεν ὠγενίδαι καὶ ὠγύιοι ἀρχαῖοι. Παρθένιος ὁ Φωκαεὺς. Δηλωσύνῃ τ' ἐγὼ τηθύ τε καὶ Ὠγενίης συγὸς ὕδατι.

OGENOS, antiquus Deus, unde *Ogenidæ*, & *Ogenii* antiqui dicebantur. Parthenius Phocaëus in Delo.

Pariter ego, Tethysque, & Ogeniæ Stygis aqua.

Ὠγυγία[4], νῆσος ἀρχαία, ἔνθα Ὀδυσσεὺς ἐκ ναυαγίης ἐξερρίφη. Λέγεται καὶ ἡ Βοιωτία, καὶ ἡ Θήβη, ἀπὸ Ὠγύγου τοῦ Τερμέρακος τοῦ * λέγουσι καὶ οἱ Λύκιοι Ὠγύγιοι, ἐξ αὐτοῦ Ὠγύγου. Ἐλέγετο καὶ ἡ Ἀττικὴ πᾶσα Ὠγυγία, ὡς Χάραξ φησὶν ἐν τοῖς χρονικοῖς.

OGYGIA, insula antiqua, quò ex naufragio Ulysses projectus est. Dicitur etiam Bœotia, & Thebe, ab Ogyge Termeræ filio * Dicuntur etiam Lycii Ogygii ab eodem Ogyge. Dicebatur etiam omnis Attica *Ogygia*, ut Charax inquit in Chronicis.

Ὠγυλος[6], νῆσος μεταξὺ Πελοποννήσου καὶ Κρήτης. Τὸ ἐθνικὸν, Ὠγύλιος.

OGYLUS, insula inter Peloponnesum, & Cretam. Gentile, Ogylius.

Ὠγυρις[7], νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.

OGYRIS, insula in mari rubro. Gentile,

1. Ὠβαρηνοὶ, μέρος Ἀρμενίας.] Obareni, orum, populi Armeniæ, qui hujus regionis partem Cyro fluvio circumjacentem incolebant, neminem scio, præter Suidam in Ὠβαρηνοί, qui hujus gentis meminerit.

2 Ὠγενος, ἀρχαῖος θεὸς, ὅθεν &c.] Ogenus, antiquus Deus. &c. Ὠγενος apud nostrum, Ὠγενὸς apud Clementem Alexandrinum lib. 6. scribitur, apud quem ex Pherecydæ Syrii mystica Theologia significat Oceanum: Φερεκύδης ὁ Σύριος λέγει, Ζᾶς ποιεῖ φῶς μέγατε καὶ καλὸν, καὶ ὃν αὐτῷ ποικίλῳ γλῶ καὶ Ὠγήνου. id est *Pherecydes Syrius ait*, Zas, *id est Jupiter facit lumen magnum & pulchrum, & cum eo ornat terram & Ogenum.* Apud Hesychium etiam legimus: Ὠγενίδαι, Ὠκεανίδαι, Ὠγλὼ γὰρ Ὠκεανός. i. e. *Ogenidæ, Oceanidæ, Ogen enim Oceanus.* Apud eundem etiam Ὠγένιον significat παλαιὸν, id est *antiquum.*

3 Παρθένιος ὁ Φωκαεύς. Δηλωσύνῃ τ' ἐγὼ &c.] Hæc malè interpuncta & malè sana verba, sic castigat Salmasius in Solin. fol. 842.

Παρθένιος ὁ Φωκαεὺς Δήλῳ.
Σιωπᾷ ἐγὼ Τηθύς τε καὶ Ὠγενίης συγὸς ὕδωρ.

i. e. *Parthenius in Delo.*
Pariter ego, Tethysque, & Ogeniæ Stygis aqua.

Tanti viri sententiæ lubens accedo, at pro σιωπᾷ legendum σιωὴ δὲ, sequitur enim καὶ. Cæterò de Ogeno adeundus Joannes Meursius de Regno Attico lib. 1. c. 1.

4 Ὠγυγία, νῆσος ἀρχαία, &c.] Ogygia, insula antiqua, celebris naufragio Ulyssis, memoratur Smyrnæo vati Odyss. 7. v. 244. Insula Calypsûs dicitur Grammaticorum eruditissimo: Ὠγυγίη, ὄνομα τῆς νήσου Καλυψοῦς. id est, *Ogygie, nomen insulæ Calypsûs.* Eodem modo vocatur Plinio, cujus hîc subjiciam verba ex lib. 3. c. 10. *Promontorium Lacinium, cujus ante oram insula decem millia pass. à terra Dioscorûm, altera Calypsûs, quam* Ogygiam *appellâsse Homerus existimatur.*

5 Λέγεται καὶ ἡ Βοιωτία &c.] Dicitur & Bœotia & Thebe Ogygia &c. Ethnici quicquid antiquum & maximum vocabant *Ogygium.* Auctor Hesychius: Ὠγυγίη, παλαιὸς, ἀρχαίας, μεγάλης πολύ. id est *Ogygii, antiqui, veteris, magni valde.* Nempe ab *Ogyge* Thebanorum antiquissimo Rege, sub quo primum diluvium celebrabant.

6 Ὠγυλος, &c. Ogylus, insula inter Peloponnesum & Creten. Nescio ex quo auctore profert auctor noster hanc insulam, hoc nomine prorsus ignotam, & mihi, & omnibus. Ptolemæus lib. 3. c. 16. inter insulas eodem tractu celebrat Eplam, quam Abr. Ortelius in suo Thesauro Geographico in *Ægialia* putat esse nostri auctoris *Ogylum.*

7 Ὤγυρις, &c.] Ogyris, insula in mari rubro. Fuit Erythræ regis sepulchro clara, à quo mari *Erythræo*, id est, *Rubro* nomen inditum existimabant. Extra Carmaniæ promontorium locatur Periegetæ v. 606.

Ἔστι δέ τοι προτέρω, Καρμανίδος ἔκθεν ἄκρης,
Ὤγυρις ἔνθα τε τύμβος Ἐρυθραίης βασιλῆος.
Est autem tibi ulterius, Carmaniæ extra promontorium,
Ogyris. Ubi tumulus Erythræi regis.

Vel ut Rufus convertit:

Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes
Carmanidis, qua se pelagi procul invenit undis
Regis Erythræi tellus hîc nota sepulchro.
Tenditur, & nudis juga tantum cautibus horret.

De qua ita Plin. lib. 6. c. 28. *Insula in alto objacet Ogyris clara, Erythra rege ibi sepulto, distat à continente centum viginti quinque millia pass. circuitu* CXII. *M. pass.* Memoratur etiam Melæ lib. 3. c. 8. Ubi multa & audacter Isaac Vossius vir alioqui eruditissimus. Salmasius ὁ πάνυ in Solin. fol. 1180. diffusè æquè, atque confusè de ea differit, quos, si placitum, consules.

λάστη. Τὸ ἐθνικὸν Ὠγυρίτης, ἀφὰ τὴν σωήθειαν τόπων· Ὁ μὲν γὰρ, καὶ Σαβαίτης, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολίσια πολεῖται.

A tile, Ogyrites, ex loci consuetudine. Homeritæ enim, & Sabaitæ, & alia hujusmodi plurima dicuntur.

Ὦδονες[8], ἔθνος Θρᾴκης τοῖς Μαίδοις ὅμορον. Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν πεντεκαιδεκάτῳ,

Μαίδων τ' ἄγρια φῦλα, καὶ Ὦδονες ἐγχεσίπεπλοι[9].

B ODONES, populi Thraciæ Mædis finitimi. Dionys. Bassaricorum lib. 14.

Mædorumque agrestes nationes, & Odones longam-vestem-trahentes.

Ὠκαλέα[10], πόλις Βοιωτίας.

Ὠκαλέαν, Μεδεώνα τ' εὐκτίμενον πολίεθρον·

Ὅμηρος. [11] Ἔστι δὲ πρὸς τῇ Ἁλίᾳ. Ἐκαλεῖτο δὲ Ὠκάλεια, ὡς Ἀπολλόδωρος. Τὸ ἐθνικὸν, Ὠκαλεύς, ὡς ὤμ τινες * Ἐκλήθη δὲ ἅτω, ἀφὰ τὸ σεύεσθαι πρόμως ἐκ Θεσπιῶν εἰς Θήβας· Αἱ δὲ Θεσπιαὶ γειτονοῦσι καὶ ὁμορροῦσιν αὐτῇ.

C OCALEA, urbs Bœotiæ.

Ocaleam, Medeonemque bene constructam urbem.

Homerus. Est autem juxta Haliam. Vocabatur verò Ocalea, teste Apollodoro. Gentile, Ocaleus, ut aliqui sanè. * Sic autem vocata fuit, quòd breviter iretur ex Thespiis in Thebas. Thespiæ autem vicinæ & conterminæ sunt ipsi.

Ὠκεανὸς[12], ὁ ποταμὸς ὁ περίεχων πᾶν γῆν. Φαβωρῖνος ἐν τῇ παντοδαπῇ ἱστορίᾳ· Προσαγορεύουσι δὲ πᾶν ἔξω θάλατταν ἐκεῖνον μὲν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων Ὠκεανόν· Οἱ δὲ πᾶν Ἀσίαν οἰκοῦντες, μεγάλην θάλατταν· Οἱ δὲ Ἕλληνες, Ἀτλαντικὸν πέλαγος. Ἐκλήθη δὲ ἅτω ἀφὰ τὸ ὠκέως ναεῖν, ὅ ἐστι ῥεῖν. Οἱ παροικοῦντες, Ὠκεανῖται· Καὶ τὸ θηλυκὸν, Ὠκεανῖτις· Ἀλλὰ καὶ Ὠκεανὶς, ἐκ δὲ Ὠκεανοῦ. Καὶ ὥσπερ ἀφὰ τὸ ποταμὸν, καὶ Κηφισὸν, καὶ ἀφὸ, γίνεται ἐκ δύο εἰς ἓν ἀφαγωγὴ, Παραποτάμιοι, καὶ Παρακηφίσιοι, ἅτω καὶ ἐκ τοῦ πρὸς καὶ Ὠκεανῷ, Προσωκεάνιοι. Προσωκεανίους ἔφησεν ἐν ἐνεακαιδεκάτῳ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς· Οὕτω Λιβύην χειρωσάμενος μέχρι καὶ τῶν Προσωκεανίων ἐθνῶν. Περὶ δὲ τοιαύτης ἀφαγωγῆς πολλάκις εἰρήκαμεν.

Homeritæ enim, & Sabaitæ, & alia hujusmodi plurima dicuntur.

OCEANUS, fluvius ambiens terram. Phavorinus in *omnigena historia*. *Appellant autem externum mare illud multi ex barbaris* Oceanum. *Qui verò Asiam incolunt*, Magnum mare. *Græci autem* Atlanticum pelagus. Sic autem vocatum fuit ἀφὸ τὸ, &c. i. e. *quod celeriter fluat*. Qui accolunt, Oceanitæ. Et fœmin. Oceanitis. Necnon Oceanis, ab Oceanus. Et quemadmodum ἀφὸ τὸ ποταμὸν καὶ Κηφισὸν, i. e. *à fluvio & Cephiso*, & à præpositione ἀφὸ, i. e. *ad* fit ex duobus in unum deductio, ut ἀφαποτάμιοι, καὶ ἀφακηφίσιοι, *Parapotamii & Paracephisii*, h. e. *qui ad fluvium, & ad Cephisum habitant*: sic ex præpositione πρὸς, i. e. *ad*, & Oceano fit Prosoceanii, h. e. *qui ad Oceanum habitant*. Dionysius Halicarnasseus Romanæ historiæ lib. 19. Prosoceanios, *h. e.* ad Oceanum habitantes dixit. *Sic Libyam subigens usque ad nationes Prosoceanias* h. e. *littora Oceani incolentes*. De hujusmodi deductione sæpe diximus.

Ὦλε-

OLE-

8 Ὦδονες, ἔθνος Θρᾴκης, &c.] Odones, gens Thraciæ Mædis contermini. Eosdem ac *Edones* existimo, de quibus in Ηδωνοὶ egimus.

9 Ἐγχεσίπεπλοι.] legendum ἑλκεσίπεπλοι.

10 Ὠκαλέα, πόλις Βοιωτίας.] Ocalea, urbs Bœotiæ. Memoratur Poëtarum parenti Il. 2. v. 501. ubi legitur versus ille, ad quem locum nihil fatu dignum affert Eustathius. Necnon Straboni lib. 9. Ἡ δὲ Ὠκαλέη μέση Ἁλιάρτου καὶ Ἁλαλκομενίου, ἑκατέρου σταδίους ἀπέχουσα· παρρεῖ δὲ αὐτὴν ποτάμιον ὁμώνυμον. id est. *Ocalee verò media sedet inter Haliartum & Alalcomenium*, xxx. *stadiis ab utroque distans. Præterfluit autem eam amnis parvus ejusdem nominis.*

11 Ἔστι δὲ πρὸς τῇ Ἁλίᾳ.] Fidenter legendum πρὸς τῇ Ἁλιάρτῳ, i. e. prope Haliartum, ut patet ex Strabonis verbis nota proxime præcedenti. De quibus me admonuit *D. Martinus La Farina*, Abbas Sanctæ Luciæ in Sicilia, ex eruditorum, non Equestri modo, sed & Senatorio ordine, cujus amicitiam mihi studiorum similitudo Madriti conciliaverat.

12 Ὠκεανὸς, &c.] Oceanus, fluvius ambiens terram. Græci *Atlanticum*, Asiatici *magnum* mare, alii *externum* vocabant. Cum inter Africam & Hispaniam irrumpit, *mediterraneum*, seu *internum* appellamus. Diversa insuper sibi induit nomina pro regionum diversitate, quas alluit; ea referre nimis longum foret, ad quatuor tamen partes reduci potest. Versus boream enim Oceanus *septentrionalis*, sive *glacialis*, sive *Scythicus*, versus austrum, *Æthiopicus*: Ad orientem *Indicus*, vel *Eous*, id est *orientalis*, ad occasum *Atlanticus* nuncupatur. In *novo orbe* in duas partes tantum dividitur, borealem, & australem, prior Hispanis dicitur *Mar del Norte*, posterior, *Mar del Sur*. Oceanus verò Poëtis, pro quocunque mari accipitur, ut *Achelous* amnis, pro quacunque aqua. Virgilius Æneid. lib. 2. v. 250.

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox
Involvens umbra magna, terramque, polumque.

Idem Georgicor. lib. 1. v. 9.

Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.

Inter Philosophos Thales asseruit omnia ex aqua constare; unde Virgilius Georgicor. lib. 4. v. 382.

— *simul ipsa precatur*
Oceanumque patrem rerum, Nymphasque sorores.

In eadem sententia fuit Orpheus, ut elucet ex his carminibus:

Ὠκεανὸν καλέω πατέρ' ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα
Ἀθανάτων τε θεῶν, γύσιν θνητῶν τ' ἀνθρώπων.
Oceanum voco patrem incorruptibilem semper existentem.
Immortalium Deorum, originem mortalium hominum.

Ὦ Λ Ε Ν Ο Σ [13], πόλις Ἀχαΐας, ἡ Αἰτωλίας, ἡλυκῶς λεγομένη. Αἰσχύλος,

Γραῦσιν τὴν αἰπεινὴν ζαθέαν Ὦλενον.

Σοφοκλῆς ἐν Ἱππῶνι,

Ἐξ Ὠλένης γῆς φορβάδος νομίζομαι.

Ἀπολλόδωρος δὲ ἐρρενικῶς αὐτὴν φησιν ἐν ὀγδόῳ νεῶν καταλόγῳ· Τὸν Ὦλενον καὶ τὴν Παλλήνην, νῦν μὲν οὐκέτι εἶναι συμβέβηκε. Κέκληται δὲ ἀπὸ Ὠλένης τοῦ Διός, ὡς Ἴστρος ἐν Αἰγυπτίων ἀποικίαις· Τῶν δὲ Δαναϊδῶν Ἀναξιθέας καὶ Διός, Ὦλενον γήρᾳ τε ἄρξαντα τῶν Ὠλενίων. [14] Ἔστιν ἔν καὶ ἄλλη Αἰτωλίας, ἧς Ὅμηρος μνημονεύει,

Οἱ Πλευρῶν᾽ ἐνέμοντο, καὶ Ὦλενον, ἠδὲ Πυλήνην.

Τὸ ἡλυκὸν, Ὠλενία. [15] Ἡσίοδος,

Ὤικει δὲ Ὠλενίην πέτρην ποταμοῖο.

Τὸ τοπικὸν ἐπιῤῥηματικῶς, Ὠλενίηθεν. Τὸ ἑτέρου, Ὠλένιον.

Ὦ Λ Ε Ρ Ο Σ [16], Κρητικὴ πόλις, περὶ ἧς Ξενίων ἐν Κρητικοῖς φησι· Πορρωτέρω δὲ τῆς ἱερᾶς πύτνης Ὦλερος κεῖται πόλις, ἐφ᾽ ὑψηλοῦ μὲν κειμένη τόπου. Οἱ πολῖται, Ὠλέριος, καὶ Ὠλερία Ἀθηνᾶ. Τὸ ἑτέρου, Ὠλέριον. Φησὶ γὰρ ὅτι· Τῇ μὲν θεῷ πανήγυριν ἄγουσιν Ἱεραπύτνιοι, τὴν δὲ ἑορτὴν Ὠλερίαν προσαγορεύουσιν.

Ὦ Λ Ι Α Ρ Ο Σ [17], νῆσος τῶν Κυκλάδων μία, περὶ ἧς Ἡρακλείδης ὁ Πολιτικὸς ἐν τῷ περὶ νήσων ὅτι φησίν· Ὠλίαρος Σιδωνίων ἀποικία, ἀπέχουσα Πάρου σταδίους πεντήκοντα καὶ ἕξ. Τὸ ἐθνικὸν Ὠλιάριος, ὡς Ἄμυρος Ἀμύριος.

Ὦ Λ Α Ι-

OLENUS, urbs Achaiæ, & Ætoliæ fœm. gen. Æschylus:

Grauſion altam, divinam Olenum.

Sophocles in Hippone:

Ex Oleno terra fœcunda porto.

Apollodorus autem in gen. maſcul. uſus eſt octavo navium Catalogi. *Olenum, & Pallenem, nunc verò non amplius exſtare contigit.* Sic verò vocata fuit, ab Oleno Iovis filio, ut Iſter in Ægyptiorum coloniis. *Ex Danaidarum Anaxithea, & Jove, Olenum, qui Oleniis imperavit, natum fuiſſe.* Eſt igitur & alia Ætoliæ, cujus Hom. meminit:

Qui Pleuronem incolebant, & Olenum, atque Pylenen.

Fœm. Olenia, Heſiodus:

Habitabat autem Oleniam Petram fluvii.

Locale, adverbium, ex-Olenia. Neutrum, Olenium.

OLERUS, urbs Cretæ, de qua Xenio in Creticis inquit: *Longe ab Hierapytna erat Olerus urbs in alto ſita loco.* Civis Olerius, & Oleria Minerva. Neutrum, Olerium. Sic enim inquit: *Huic verò Deæ feſtum celebrant Hierapytnii, feſtum autem* Oleriam *appellant.*

OLIARUS, inſula Cycladum una, de qua Heraclides Ponticus in de Inſulis ſic inquit. *Oliarus Sidoniorum colonia, diſtans à Paro ſtadiis* LVIII. Gentile, Oliarius, ut Amyrus, Amyrius.

OLLI-

13 Ὦλενος. πόλις Ἀχαΐας.] Olenus, urbs Achaiæ. Et maſcul. & fœm. gen. uſurpabatur. Sita fuit ad Pirum, ſeu Pierum amnem, auct. Pauſan. in Achaicis, cujus ætate jam interciderat. Nam oppidani, ea relicta, in Piras & Euryteas commigrarunt, ut idem inibi narrat: Multò ante Pauſaniæ ætatem ævo ceſſerat. Strabonis enim ævo jam erat deſerta. Ipſemet teſtis lib. VIII. Ἡ δὲ Ὠλενός, ἐστι μὲν ἔρημος, κεῖται δὲ μεταξὺ Πατρῶν καὶ Δύμης ἔχουσι δὲ Δυμαῖοι τὴν χώραν. id eſt: *Olenus eſt quidem deſertus, jacet autem inter Patras ac Dymen. Dymæi regionem habent.* Propter quem fluvius magnus Melas fluebat. Auctor idem in eodem libro: Εἶτ᾽ Ὦλενος παρ᾽ ὃν ποταμὸς μέγας Μέλας· εἶτα Δύμη καὶ πεῖραι εἰς. id eſt. *Deinde Olenus, juxta quem fluvius magnus Melas. Deinde Dymæ & Tritæeis.* Idem mox ait, Olenum in Dymen tranſlatum: Ὦλενον δὲ εἰς Δύμην δείκνυται δὲ ἴχνη μεταξὺ Πατρῶν, καὶ Δύμης δὲ παλαιᾶς τὸ Ὠλένιον κῶμαι. id eſt. *Olenum verò* [*tranſlatum*] *in Dymen. Monſtrantur veſtigia inter Patras, & Dymen antiqui Oleniorum oppidi.* Amnis qui Straboni *Melas*, videtur eſſe Pirus, ſeu Pierus Pauſaniæ. Ab hac civitate nomen ſortitam Oleniam capram Jovis altricem tradit Euſtath. ad Il. 2 v. 574. quam in cœlum tranſtuliſſe Jovem pro præmio dati lactis, non tamen ſine conſenſu familiæ aſtrologorum, fabulabantur, unde Ovid. Faſtor. lib. 5. v. 113.

Naſcitur Oleniæ fidus pluviale capellæ
Illa dati cœlum, præmia lactis habet

Idem Met. lib. 3. v. 594.

Addidici regimen, dextra moderante, carinæ
Flectere: & Oleniæ fidus pluviale capellæ.

14. Ἔστιν ἔν καὶ ἄλλη Αἰτωλίας.] Eſt igitur & alia Olenus Ætoliæ, ex Homero, apud quem Il. 2. v. 639. legitur verſus ille. Jam Strabonis ætate non exſtabat, ut ipſe prodit lib. X. Καίτοι τὴν Αἰτωλίαν ὅλην Ὦλενος ἔν τῷ Αἰτωλικῷ καταλόγῳ μέμνηται Ὅμηρος, ἴχνη δὲ αὐτῆς λείπει μόνον ἐγγὺς τοῦ Πλευρῶνος κατὰ τὸ Ἀρακύνθιον. id eſt: *In Ætolia fuit Olenus, cujus in Ætolico catalogo meminit Homerus. Veſtigia ejus tantum reſtant prope Pleuronem ſub Aracyntho.*

15 Ἡσίοδος.] Affert detruncatum Heſiodi verſum, quem ex Strabone expleo, apud quem lib. VIII. ita invenitur.

Ὤικει δὲ Ὠλενίην πέτρην ποταμοῖο παρ᾽ ὄχθας
Εὐρῆος Πείροιο.

Incoluit Oleniam petram amnis prope ripas
Undoſi Piri.

16 Ὦλερος.] Olerus, Cretica urbs. Abr. Ortel. in ſuo Theſauro Geographico putat eſſe eandem cum Elyro de qua ſuo loco egimus.

17 Ὦλίαρος, νῆσος τῶν Κυκλάδων μία.] Oliarus, inſula Cycladum una. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 15. E noſtris Melæ lib. 2. c. 7. Plin. lib. 4. c. 12. Inclaruit etiam Mantuano carmine Æneid. lib. 3. v. 126.

Oliarum, niveamque Paron, ſparſaſque per æquor
Cycladas.

Ejus quoque meminit Ovid. Met. lib. 7.

At non Oliaros, Didymeque, & Tenon, & Andros.

18 Ὠς

Ὦ ΛΛΙΝΑ, πόλις πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ. Τὸ ἐθνικὸν Ὠλλιναῖος, ὡς Πελλιναῖος, τὸ Πελλαίης.

A OLLINA, urbs ad mare Caſpium. Gentile, Ollinæus, ut Pellinæus, à Pellene.

Ὠ ΠΙ ΑΙ [19], ἔθνος Ἰνδικόν. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· Ἐν δὲ αὐτοῖς οἰκέουσιν ἄνθρωποι ὧδε πρὸς Ἰνδὸν ποταμὸν Ὠπίαι. Ἐν ᾗ τείχος βασι * μέχρι τούτου Ὠπίαι, ἀπὸ τούτου ἐρημίη μέχρις Ἰνδῶν.

B OPIÆ, populi Indiæ. Hecatæ. Aſia. *Inter eos autem habitant homines juxta Indum fluvium Opiæ, inter alia* [oppida] *verò murus* * *ad hunc uſque Opiæ, ab hoc eſt ſolitudo uſque ad Indos.*

Ὠ ΡΕΟ ΣΣ [20], πόλις Εὐβοίας. Ἡ δὲ Εὔβοια νῆσός ἐστι μεγίστη τῆς Ἑλλάδος, ἡ λεγομένη Εὔριπος. Τούτου τὸ ἐθνικὸν διὰ τοῦ ει διφθόγγου γράφεται [21] Ὠρείτης, ὡς Ζελείτης, Σαμαρείτης, Μαρωνείτης. Μέμνηται δὲ ἐθνικοῦ καὶ Χάραξ ἐν χρονικῶν ἐκκαιδεκάτῳ· Ἀθηναίοις ἅμα Χαλκιδεῦσι τοῖς ἐν Εὐβοίᾳ, καὶ Μεγαρεῦσι στρατεύσαντες εἰς Ὠρεὸν, φιλιστίδην τὸν τύραννον ἀπέκτειναν, καὶ Ὠρείτας ἠλευθέρωσαν. Ἀπολλόδωρος δὲ τετρασυλλάβως φησὶν, διὰ τοῦ ει διφθόγγου, ἀλλὰ διὰ μὲν τοῦ ε καὶ ι, Ὠρεῖτας· Οὕτω τοὺς τῶν Ὠρειτῶν νυκτὸς αἵρουσι πόλιν. Καὶ δοκεῖ ἀναλογώτερον εἶναι. Τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ εἰς ος, [22] διὰ μὲν τοῦ ι τὸ πλεονασμὸν τοῦ δὲ πρωτοτύπου γενικῆς, Σταγειρος Σταγειρίτης, Ἄβδηρος Ἀβδηρίτης, Πενταχοινος Πενταχοινίτης, Δίολκος Διόλκιος Διολκίτης· Οὕτως Ὠρεὸς Ὠρεῖς Ὠρείτης, καὶ κατὰ σύνοδον δὲ ε καὶ ι Ὠρείτης. Οὐχ ὅμοιον δὲ τούτῳ τὸ Ζελείτης, καὶ Σαμαρείτης· Ταῦτα γὰρ ἀπὸ τοῦ εἰς α καθαρὸν ληγόντων παρῆκται.

C OREUS, urbs Eubœæ. Eubœa autem eſt inſula Græciæ celeberrima, quæ dicitur *Euripus*. Hujus gentile per *ei* diphthongum ſcribitur Oreites, ut Zeleites, Samareites, Maroneites. Meminit nominis gentilis etiam Charax Chronicor. lib. XVI. *Athenienſes unà cum Chalcidenſibus, qui in Eubœa, & cum Megarenſibus in Oreum expeditione facta, Philiſtiden Tyrannum occidere, & Oreitas liberavere.* Apollodorus autem quadriſyllabice inquit, non per *ei* diphthongum, ſed per *e*, & per *i*. *Oreitas. Sic nocte Oreitarum urbem capiunt.* Ac videtur majore cum analogia dici. Quæ enim in *os* deſinunt, per *ites* deducta, una ſyllaba excedunt primitivi genitivum, ut Stageros, Stageri, Stageri*tes*; Abderos, Abderi, Abderi*tes*, Pentaſchœnos, Pentaſchœni, Pentaſchœni*tes*, Diolcos, Diolci, Diolci*tes*. Sic Oreos, Orei, Oreï*tes*, ac per conjunctionem *e*, & *i*, Orei*tes*. Sed huic formæ non eſt ſimile τὸ Zeleites, & Samareites. Hæc enim à deſinentibus in *a* purum deducta ſunt.

D

E

F

ORICUS, urbs in ſinu Ionio. Hecatæ. *Portum Epiri* vocat *Oricum*. in Europa: *Poſt verò Buthrotus urbs, poſt autem Oricus portus.* Apollodo-

Ὦ ΡΙΚΟ ΣΣ [23], πόλις ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Ἑκαταῖος λιμένα καλεῖ Ἤπειρος τὸν Ὠρικὸν, ἐν τῇ Εὐρώπῃ· Μετὰ δὲ, Βυθρωτὸς πόλις· Μετὰ

G

18 Ὡς Πελλιναῖος, τὸ Πελλήνης.] Legendum ὡς Πελιναῖος, τὸ Πελινης. Nam ἀπὸ τὸ Πελλῆνης non fit Πελλιναῖος. Urbs verò Πέλλινα celebratur auct. noſtro ſuo loco; à quo deducitur Πελιναῖος.

19 Ὠπίαι, &c.] Opiæ, arum, gens Indica. Cujus qui meminerit, neminem ſcio. Noſter in Ἀλεξάνδρεια celebrat regionem Opianam, quam hujus gentis fuiſſe exiſtimo, etſi illic per *o* μικρὸν ſcribitur.

20 Ὠρεὸς, πόλις Εὐβοίας.] Oreus, urbs Eubœæ. Strabo lib. X. auctor eſt, prius vocatam *Hiſtiæam*, deinde *Oreum*. Adhuc ætate Pauſaniæ nonnulli antiquo nomine *Heſtiæam* vocabant. Teſtis idem lib. VII. Ἐπεὶ κατ' ἐμὲ ἦσαν ἔτι οἱ Ὠρεὸν τὴν ἐν Εὐβοίᾳ τῷ ὀνόματι Ἑστιαίαν ἐκάλουν τῷ ἀρχαίῳ. id eſt. *Siquidem mea ætate erant adhuc qui Oreum in Eubœa veteri nomine Heſtiæam vocabant.* Hiſtiæa, & Heſtiæa reperitur, & eadem erat urbs; ejus ſitum veluti digito nobis oſtendit Livius lib. 38. c. 5. *Romanus Imperator, & Attalus rex à Peparetho Nicæam, trajecerunt, inde claſſem in Eubœam ad urbem Oreum transmittunt: quæ ab Demetriaco ſinu Chalcidem & Euripum petenti ad lævam prima urbium Eubœæ poſita eſt.*

21 Ὠρείτης.] Lege Ὠρέϊτης. Ab Ὠρεὺς enim deducitur, non ab Ὠρεός.

22. Διὰ δὲ ι τ.] Lege Διὰ δὲ ιτης.

23. Ὠρικὸς πόλις &c.] Oricus, urbs in Ionio ſinu, ſcilicet Chaoniæ regionis in Epiro. Neut. gen. uſurpatur Ptolemæo lib. 3. c. 14. Date vacivas aureis Livio de ea loquenti lib. 24. c. 40. *Nunciantes Philippum primum Appolloniam tentaſſe, levibus biremibus* CXX. *flumine adverſo ſubvectum: deinde, ut ea res tardior ſpe fuerit, ad Oricum clam nocte exercitum admoviſſe: eamque urbem ſitam in plano, neque mœnibus, neque viris, neque armis validam primo impetu oppreſſam eſſe.* Plin. lib. 3. c. 23. eam recenſet inter Macedoniæ urbes, à qua initium Epiri, atque à Colchis conditam prodit: *At in ora oppidum Oricum à Colchis conditum. Inde initium Epiri, montes Acroceraunia, quibus hunc Europæ determinavimus ſinum. Oricum à Salentino Italiæ promontorio diſtat* LXXXV *M. paſſ.* Ejus nigra terebinthus celebratur Maroni Æneid. lib. 10. v. 236.

Qualis gemma micat, fulvum, quæ dividit aurum
Aut collo decus, aut capiti; vel quale per artem
Incluſum buxo, aut Oricia terebintho
Lucet ebur.

Ad quem locum Servius. *Oricos, civitas eſt Epiri juxta quam naſcitur terebinthus, nigrum lignum habens, folia in buxi ſpeciem, retulit autem comparationem ad candidum vultum, qui erat nigris crinibus cinctus.* Loquitur illic Poëta de Dardanio puero Aſcanio, cujus pulchritudinem commendabat, illa comparatione.

Μετὰ ἢ Ὠ̓ρικὸς λιμήν. Ἀ̓πολλόδωρος ἢ ὁ Ἀθαμανικώτης, πόλιν αὐτὴν οἶδε. Λέγε- A
ται Ὀρσενικῶς, ὡς Πολύβιος ἑβδόμῳ· Οἱ ἢ τὸν Ὠ̓ρικὸν καλοικοῦντες, οἱ κατὰ πρῶτοι κεῖνται πρὸς τὴν εἰσβολὴν πρὸς τὴν Ἀ̓δρίαν, ἐκ δεξιᾶς εἰσπλέοντι. Ὁ πολίτης, Ὠ̓ρίκιος. Τὸ θηλυ- B
κὸν Ὠ̓ρικία, ἡ χώρα καὶ ἡ γυνή.

Ὠ̓ΡΙΣΙΆ [24], πόλις Ἰβηρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ὠ̓ριτανός. Ἀ̓ρτεμίδωρος ἐν δευτέρῳ γεωγραφουμένων· Ἀμφότεροι γάρ, φησι, καλοικοῦσι τὴν παράλιαν, καί πινα τῆς μεσογείας C
πρῶτον μὲν Ὠ̓ριτανοί. Πόλεις δ' ἐν αὐτοῖς εἰσι μεγάλαι, [25] Ὀρσία καὶ Καταῖλων.

Ὠ̓ΡἸΤΑΙ [26], ἔθνος Ἰνδικὸν αὐτόνομον. Στραβὼν πεντεκαιδεκάτῃ· Οἱ μὲν οὖν αὐτοὶ ἀπὸ τῆς ἐξῆς Ὠ̓ρείτων, Ἰνδῶν δέ ἐστι καὶ αὕτη με- D
ρὶς, ἔθνος αὐτόνομον. [27] Καὶ Ἀ̓πολλόδωρος δευτέρῳ, Ἔπειτα δ' Ὠ̓ρίτας τε καὶ Γεδρωσίους, ὧν τοὺς μὲν Ἰνδοὺς, ὡς ἐνοικοῦντας τὴν πέτραν.*

Ὠ̓ΡΥ̓ΧΙΟΝ, τόπος τῆς Ἀ̓τθικῆς. Τὸ τοπικὸν, Ὠ̓ρύχιος. Εὐφορίων Διονύσῳ· E
Ἴχνος ἐν Ὠ̓ρυχίοισιν ἔρκεσιν ἐκλάσαυλο.

Ὠ̓ΡΩΠὈΣ [28], πόλις Μακεδονίας, ἐξ ἧς Σέλευκος ὁ Νικάτωρ. [29] Καὶ ἄλλη Βοιωτίας, πρὸς ἧς [30] Εὐφορίων· Κλεῖτός τε αὐλητῆς, Ὠ̓ρωπός τε, καὶ Ἀ̓μφιάρεια λοετρά. Κέκλη- F
ται ἀπὸ Ὠ̓ρωποῦ τοῦ Μακεδόνος, τοῦ Λυκάονος. Ἔστι καὶ ἄλλη Εὐβοίας. Ἀ̓ρισοτέλης γοῦν τὸν [31] Ὠ̓ρω-

lodorus autem admirabiliſſimus, *urbem* eam novit. Dicitur maſcul. gen. ut Polybius lib. VII. *Qui Oricum habitant, qui etiam primi jacent juxta ingreſſum ad Adriam ex dextera naviganti.* Civis, Oricius, fœmineum, Oricia, regio, & mulier.

ORISIA, urbs Iberiæ. Gentile, Oritanus. Artemidorus lib. II. Geograph. *Utrique enim, inquit, habitant maritimam oram, & aliquam mediterranei partem, primum quidem Oritani. Urbes autem ſunt inter eos magnæ, Orſia, & Catalon.*

ORITÆ, populi Indici liberi. Strabo lib. XV. *Diſterminanti eos à reliquis Oritis, Indorum autem eſt & ipſa pars, gens libera.* Et Apollodorus lib. II. *Deinde Oritas, & Gedroſios, quorum hos quidem Indos, utpote qui habitant petram.* *

ORYCHION, locus Atticæ. Locale, Orychius, Euphorio in *Dionyſo:*

Genua in Orychiis ſeptis procubuerint.

OROPUS, urbs Macedoniæ, ex qua erat Seleucus Nicator. Et alia Bœotiæ, de qua Euphorio: *Clitris, Auletes, Oropuſque & Amphiarea balnea.* Sic vocata fuit ab Oropo Macedonis filio, nepote Lycaonis. Eſt & alia Eubœæ. Ariſtoteles igitur Oropum *Græam* dici

24 Ὠ̓ρσία, πόλις Ἰβηρίας.] Orſia, urbs Iberiæ, cujus gentile, Oritanus. Quis non videt, ab Oriſia non poſſe deduci gentile *Oritanus.* Quare facile adducor, ut pro Ὠ̓ρσία legendum ſit Ὠ̓ρία, quæ Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Ὠ̓ρήτων Γερμανῶν, id eſt, *Oretum Germanorum* dicitur. Plin. lib. 3. c. 3. Oretanorum, qui *Germani* cognominabantur, meminit inter Hiſpaniæ populos. Apud Strabonem etiam corruptum eſt hujus urbis nomen. Ejus ex lib. 3. ſunt verba: Τῆς μὲν οὖν Ὠ̓ρητανίας κεφαλεύουσά ἐστι πόλις Καύτηλον, καὶ Ὠ̓ρία. id eſt. *Oretaniæ igitur primaria eſt urbs Cætulum, & Oria.* Utriuſque urbis nomen corruptum ex Ptolemæi libro modò dicto corrigendum eſt, apud quem Καιτηλῶν & Ὠ̓ρήτων, id eſt, *Caſtulo, & Oretum* ſcribitur. Eſſe, quæ nunc *Calatrava* dicitur, non obſcuri nominis oppidum, ad flumen Anam ſitum, & ſacræ militiæ nomine præcipuè clarum, teſtatum reliquit Ludovicus Nonius in ſua Hiſpania c. LXII.

25. Ὀρσία καὶ Καταίλων.] Lege Ὠ̓ρσία καὶ Καταίλων. Nam hæc ſunt verba Artemidori, quæ noſter affert in ſuæ ſententiæ confirmationem. Καταίλων verò dicitur Καταίλων noſtro auctori ſuo loco, ex eodem Artemidoro.

26 Ὠ̓ρίται, ἔθνος Ἰνδικὸν αὐτόνομον.] Oritæ, gens Indica, ex Strabonis lib. XV. cujus ſubjicit verba interrupta. Sic apud eum habentur: Οἰκοῦσι δὲ Ἀρβίοις πρῶτον, ἀμώνυμοι ποταμῷ Ἄρβει, τῷ ἐμβάλλοντι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἐξῆς Ὠ̓ρειτῶν, ὅσον χιλίων σταδίων ἔχοντες παραλίαν ὡς φησι Νέαρχος, Ἰνδῶν δ' ἐστὶ μερὶς, καὶ αὕτη, εἶτ' Ὠ̓ρεῖται ἔθνος αὐτόνομον· τούτων δ' ὁ παράπλους χιλίων ὀκτακοσίων. id eſt, *Habitant verò Arbies primum cognomines fluvio Arbi, qui eos diſterminat à finitimis Oritis, mille fere ſtadiorum oram habentes, ut Nearchus ait, Indorum autem eſt pars & ipſa, deinde Oritæ gens ſuis Legibus vivens. Horum præternavigatio* ICICCCC. *ſtadiorum.* Perperam apud Strabonem ſcribitur Ὠ̓ρεῖται per ει, ſic enim per Synæreſin dicebantur incolæ Orei, urbis Bœotiæ. Hi Indici populi Ὠ̓ρῖται per iota dicebantur, auctore Euſtathio ad Periegetæ v. 1096.

27 Καὶ Ἀ̓πολλόδωρος.] Affert noſter verba ex Apollodori lib. 2. quæ Scaliger putat eſſe Apollodori παραμάθων auctore. Nam ea in ſuis Animadverſ. ad Euſeb. Num. MDCLXXXIX in verſus ordinat hoc modo:

Ἔπειτα δ' Ὠ̓ρίτας τε καὶ Γεδρωσίους
Ὧν τοὺς μὲν Ἰνδοὺς ὡς ἐνοικοῦντας πέτραν
Ἄορνιν.

28 Ὠ̓ρωπὸς, πόλις Μακεδονίας.] Oropus, urbs Macedoniæ, cui decus fuit *Seleucus Nicator* ejus alumnus, ſed ipſa adeò obſcura, ut à nemine præter Stephanum memoretur.

29 Καὶ ἄλλη Βοιωτίας.] Oropus Bœotiæ. Memoratur Ptolemæo lib. 3. c. 15. Poſita erat in confinio Atticæ & Bœotiæ. Auctor eſt Strabo lib. 9. Ὠ̓ρωπὸς δ' ὢν ἀμφισβητησίμων χωρίων πολλάκις ἴδρυται ἀφ' οὗ μεθορίᾳ τῆς τε Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας. i. e. *Oropus ſæpe in controverſiam venit: Sita eſt enim in confinio Atticæ & Bœotiæ.* Aſſidebat mari, & controverſia illa, cujus meminit Strabo, ceſſavit, poſtquam Athenienſes eam à Philippo acceperunt. Utriuſque rei teſtem produco Pauſaniam lib. 1. Τῷ δὲ γηλῷ Ὠ̓ρωπίαν μεθορίαν τῆς Ἀττικῆς καὶ Ταναγρικῆς, Βοιωτίαν τὸ ἐξαιρὲς ἔσαν ἔχουσιν ἐφ' ἡμῶν Ἀθηναῖοι, πολεμήσαντες μὲν τὰ πάντα ὑπὲρ αὐτῆς χρόνον, κλησάμενοι δὲ πρότερον βεβαίως, πρὶν ἢ Φίλιππος Θήβας ἑλὼν ἔδωκε σφίσιν. Ἡ μὲν δὴ πόλις ἐστὶ ἐπὶ θαλάσσης μίαν ἔδραν ἐς συγγραφὴν παρεχομένη i. e. *Oropiam autem regionem, mediam inter Atticam & Tanagricam, quæ olim ad Bœotiam pertinebat, ætate noſtra habent Athenienſes, ſupra eâ ſemper belligerantes, non ante potiti ſunt, quam eam à Philippo, expugnatis Thebis, acceperunt. Urbs quidem ipſa* [Oropus] *eſt ad mare, nihil magnum ad hiſtoriam præbet.* Quia conſtituta erat media in confinio Atticæ & Bœotiæ, ideo Atticæ aſſignatur à Livio lib. 44. c. 37. *Inde Oropum Atticæ ventum eſt, ubi pro deo vates Amphilochus colitur, templumque vetuſtum eſt fontibus rivisque circa amœnum.*

30 Εὐφορίων.] Affert Euphorionis verſum, qui in verſum ordinandus eſt, ut in verſione noſtra.

31 Τὸν

31 Ὠρωπὸν Τραῖαν φησὶ λέγεσθαι. 32 Ἡ δὲ, Γραῖα, τόπος τῆς Ὠρωπίας, πρὸς τῇ θαλάσσῃ καὶ Ἐρετρίας καὶ Εὐβοίας κειμένη. Ἔστι καὶ τρίτη ἐν Συρίᾳ, κτισθεῖσα ὑπὸ Νικάτορος, περὶ ἧς ὁ Πολυίστωρ ἐν τῇ περὶ Συρίας φησὶν ἅτω· Ξενοφῶν ἐν τῷ ἀναμιμνήσεσι τῶν ὅλων περὶ Ἀμφίπολιν κεῖσθαι Ὠρωπὸν, ἣν πρότερον Τελμισσὸν καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν κτισάντων. Ταύτην δ' ἔφασαν ὑπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος ἀνακτισθεῖσαν, Ὠρωπὸν καλεῖσθαι, ἀπὸ δὲ τῆς Ἑλλάδι Ὠρωπόν. Ἔστι δὲ καὶ πεμπτη ἐν Ἄργει, ὕστερον κτισθεῖσα. Καὶ πέμπτη ἐν Θεσπρωτίᾳ, ἧς ἦν ἐν Νικοπόλει. Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς. 33 Θουκυδίδης ὀγδόῃ· Ἔχοντες δὲ τὸν Ὠρωπὸν, ἀφικνοῦνται εἰς τὴν Ῥόδον. Τὸ ἐθνικὸν, Ὠρωπεύς· Οὕτω γάρ, ὁ αὐτὸς ἐν νεῶν καταλόγῳ πρώτῃ. 34 Ἔστι δὲ ἡ Γραῖα τόπος, τῶν Ὠρωπίων πόλις. Στράβων δὲ ἐν τῇ ἐννάτῃ φησὶν· Ἀπὸ τῆς Ὠρωπίας ἐπὶ τὴν δύσιν· Ὡς ἀπὸ τοῦ Ὠρωπίου. Εἰ γὰρ μὴ ἀπὸ τοῦ Ὠρωπιεὺς Ὠρωπιὰς εἶπε. Παυσανίας δὲ ἐν τῷ ἑβδόμῳ, τὴν μὲν πόλιν ἡλυκῶς εἶπε, 35 Διαρπάσασιν Ὠρωπὸν ὑπήκοον σφίσιν. Οὕτω τὸ ἐθνικὸν· Οὕτω καταφεύγουσιν ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων βουλὴν οἱ Ὠρώπιοι. Καὶ Θουκυδίδης δευτέρᾳ· 36 Παρελόντι Ὠρωπὸν τὴν Γραϊκὴν καλουμένην, ἣν νέμονται Ὠρώπιοι, Ἀθηναίων ὑπήκοοι ἐόντες. Καὶ Θεόπομπος καὶ Ἑλλάνικος ἀνακοινοῦνται τοῖς Ὠρωπίων Τηλέφῳ, καὶ τοῖς μετ' ἐκείνου βουλομένοις, καὶ τὸν Ὠρωπὸν ὑπάρχειν αὐτοῖς.

dici refert. Græa autem est locus Oropiæ, & Erethriæ, & Euboeæ, ad mare situs. Est & tertia in Syria condita à Nicatore, de qua Polyhistor in de Syria sic inquit: *Xenophon in admonitionibus universalium inquit circa Amphipolim jacere Oropum, quam prius* Telmissum *vocatam a conditoribus asserit, hanc verò ajunt à Seleuco Nicatore restauratam,* Oropum *vocari, ab Oropo Græciæ.* Est igitur & quarta in Argo, quæ postea condita fuit. Et quinta in Thesprotia, scilicet in Nicopoli. Dicitur etiam in mascul. genere. Thucyd. lib. VIII. *Habentes igitur Oropum, perveniunt in Rhodum.* Gentile, Oropeus. Sic enim idem in navium catalogo lib. 1. *Est autem Græa locus, Oropeorum urbs.* Strabo verò lib 9. inquit. *Ab Oropia ad occasum.* Tamquam ab *Oropius.* Etenim si esset ab Oropieus, *Oropius* dixisset. Pausanias lib. VII. urbem fœm. gen. dixit. *Diripient Oropum sibi subditam.* Sic gentile. *Oropii ad Romanorum senatum confugiunt.* Et Thucydides lib. 2. *Prætereuntes verò Oropum, nomine Græcen, quam Oropii Athenienſibus ſubditi incolunt, depopulati ſunt. Et Theopomp. & Hellanicus, Conſulunt Oropiorum Telephum, & ejus amicos & Oropum ſub eorum imperio eſſe.*

G

Ὼ Σ ΤΙ Ά 37, πόλις Ἰταλίας. Ἰόβας ἐν πρώτῳ

O S T I A, urbs Italiæ. Iobas Romanæ hiſto-

31 Τὸν Ὠρωπὸν Τραῖαν.] Lege Γραῖαν, quam lectionem confirmat dictio sequens Ἡ δὲ Γραῖα, error haud insolens inter typographos propter similitudinem literarum Τ & Γ.

32 Ἡ δὲ, Γραῖα, τόπος &c.] Græa verò, locus Oropiæ, id est regionis Oropi. Cujus meminit Strabo in Bœotia, lib. 9. Καὶ ἡ Γραῖα δ' ἐστὶ, τόπος Ὠρωπέων πλησίον, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου, καὶ τὸ Ναρκίσσου τοῦ Ἐρετριέως μνῆμα, ὃ καλεῖ Σιγηλὸν ἐπειδὴ σιγῶσι παριόντες τινὲς ἢ τὴν Ταναγραϊκὴν αὐτῷ φασιν. i. e. *Est & Græa locus Oropo vicinus, & fanum Amphiarai, & Narcissi Eretriensis monumentum quod* Sigeli *vocatur, quoniam prætereuntes* σιγῶσι, id est, silent. *Nonnulli Græam eandem cum Tanagrâ esse ajunt.*

33 Θουκυδίδης ὀγδόῃ.] Affert ex Thucyd. lib. 8. verba; sic integra apud eum leguntur: Ἔχοντες δὲ ἤδη τὸν Ὠρωπὸν ἀφικνοῦνται εἰς Ῥόδον οἱ Ἐρετριεῖς ἐπικαλέσαντες ἐς τὴν Εὔβοιαν τοὺς Πελοποννησίους. i. e. *Oropo jam potiti perveniunt Rhodum Eretrienses vocantes in Eubœam Peloponnesios.*

34 Ἔστι δὲ ἡ Γραῖα τόπος.] Hæc jam paulò supra dixerat, nunc affert Strabonis locum truncum, qui apud eum lib. 9. integer est: Τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη τὸ πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ πλευρὸν, ἀπὸ τῶν Ὠρωπείας ἐπὶ δύσιν παρήκειν μέχρι τῆς Μεγαρίδος. i. e. *Reliquum verò ad Septentrionem latus, ab Oropia occasum versus pertingit usque ad Megaridem.*

35 Διαρπάσασιν Ὠρωπὸν ὑπήκοον σφίσιν.] Sunt Pausaniæ verba trunca, quæ sic apud eum lib. 7 leguntur: Ἀθηναίων δὲ ὁ δῆμος ἀνάγκῃ πλέον, ἢ ἑκουσίᾳ διαρπάζουσιν Ὠρωπὸν ὑπήκοον σφίσιν ὄντων, πείρας δὴ ἐς τὸ ἔσχατον Ἀθηναῖοι πλησιαίτατοι ἦσαν, ἀτε ὑπὸ Μακεδόσιν πολεμῳ πιεζόμενοι μάλιστα Ἑλλήνων, καὶ ἀφορώμενοι ἐν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων βουλῶν οἱ Ὠρώπιοι. i. e. *Athenienſium verò populus neceſſitate magis, quàm voluntate diripiunt Oropum ipſis ſubditam, ad ſummum enim paupertatis tunc Athenienſes devenerunt, quippe qui à Macedonibus omnium Græcorum maxime bello preſſi fuerunt, confugiunt igitur ad Romanorum Senatum Oropii.*

36 Παρελόντι Ὠρωπὸν τὴν Γραϊκὴν καλουμένην, &c.] Sunt Thucydidis verba corrupta, ita apud eum lib. 2 habentur: Παρελόντες δὲ Ὠρωπὸν τὴν γῆν τὴν Πειραϊκὴν καλουμένην· ἣν νέμονται Ὠρώπιοι Ἀθηναίων ὑπήκοοι ἐόντες. id est: *Prætereuntes verò Oropum, regionem nomine* Piraicam, *quam incolunt Oropii Athenienſium ſubditi, depopulati ſunt.* Quare apud Stephanum pro Παρόντι legendum Παρόντες. Thucydides etiam ex Stephano corrigendus est, apud quem pro Πειραϊκὴν legendum censeo Γραϊκὴν ut habet noster. Græa enim erat locus circa Oropum, de qua loquitur Thucydides.

37 Ὠστία, πόλις Ἰταλίας. Ostia, urbs Italiæ. Græci scriptores neut. plur. Latini fœm sing. usurpant. Condita fuit ab Anco Marcio, & erat Romæ navale, juxta quam Tiberis mari miscebatur, quorum testimonium facit Strabo lib. V. Πολεις δ' ἐπὶ θαλάττῃ μὲν εἰσι, τῶν Λατίνων, αἵ τε Ὠστία, πόλις ἀλίμενον διὰ τὴν προσχωσιν, ὧν ὁ Τίβερις παρασκευάζει, πληρούμενον ὑπὸ πολλῶν ποταμῶν. id est: *Latinorum urbes maritimæ sunt Ostia, urbs importuosa, ob aggestionem limi, quæ fit à Tiberi multis impleto amnibus.* Ac mox: Κτίσμα δ' ἐστὶ τοῦ Ὠστία Ἄγκου Μαρκίου· αὐτὴ μὲν ἡ πόλις τοιαύτη. ἑξῆς δ' ἐστὶν Ἄντιον. id est: *Ostia verò Ancus Marcius condidit. Ipsa quidem urbs est hujusmodi. Deinde sequitur Antium.* Multo antè dixerat: Τὰ δ' Ὠστία ἐστὶν ἐπίνειον τῆς Ῥώμης, εἰς ὃ ἐκβίβασιν ὁ Τίβερις παρ' αὐτὸν ῥυείς. i. e. *Ostia*

πρώτῳ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας· Ἀπὸ μὲν τῶν βορείων μερῶν ὁ Τίβερις, Ὦστια πόλις πλησίον. Καὶ Πολύβιος ἔκλῳ· Ἔκλισε δὲ καὶ πόλιν Ὦστίαν ἀπὸ δὲ Τιβέριδος. Ἐκλίθη δ' ὑπὸ Μαρκίου βασιλέως, δ' ἀπὸ Νομᾶ τρίτου, ὡς Διονύσιος φησὶν ἐν Ῥωμαϊκῇ ἀρχαιολογίᾳ. [38] Τὸ ἐθνικὸν δύναι καὶ Ὦστιανός, καὶ Ὦστιάτης· Σωήθη γὰρ ὁ τύπος τοῖς Ἰταλοῖς. Φλέγων δὲ Ὦστίους αὐτοὺς καλεῖ, λέγων· Παρέλαβε δὲ τὴν Ὦστίων πόλιν. Στράβων δὲ ἐν Τετάρτῃ ἅτω φησὶν ἑξῆς· Τὰ Ὦστια τῆς Ῥώμης ἐπίνειον.

A hiſtoriæ lib. 1. *A ſeptentrionali parte Tiberis, Oſtia urbs prope.* Et Polybius lib. 6. *Condidit & urbem Oſtiam juxta Tiberim.* Condita autem fuit à Marcio rege, à Numa tertio, ut Dionyſius inquit in Romana hiſtoria. Gentile poteſt eſſe & Oſtianus, & Oſtiates. Hæc enim forma Italis conſueta. Phlego verò eos *Oſtios* vocat his verbis. *Accepit verò Oſtiorum urbem.* Strab. lib. 3. in neut. gen. uſus eſt, ſic dicens. *Oſtia Romæ navale.*

B C

Ὦστίονες [39], ἔθνος πρὸς τῷ δυτικῷ Ὠκεανῷ, ὃς Κοσσίνους Ἀρτεμίδωρός φησι. Πυθέας δὲ Ὦστιαίους· Τούτων δὲ ἐξ εὐωνύμων οἱ Κόσσινοι λεγόμενοι Ὦστίονες, ὃς Πυθέας Ὦστιαίους προσαγορεύει.

OSTIONES, populi ad Oceanum occidentalem quos *Coſſinos* Artemidorus vocat. Pytheas verò Oſtiæos. *His verò à ſiniſtra parte finitimi ſunt Coſſini, qui* Oſtiones *dicuntur.* Quos Pytheas *Oſtiæos* appellat.

D

Ὠτηνη [40], μοῖρα Ἀρμενίας. Κτάδρηλος ἐν Παρθικῶν τρίτῳ· Ὁ δὲ τῆς Ἀρμενίας βασιλεὺς Πάκορος ἐν τούτῳ μὲν Ἀρταξάτα, καὶ τὴν Ὠτηνὴν τῆς Ἀρμενίας διάγων. Τὸ ἐθνικόν, ὁ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ· Περὶ δὲ Κύρον ποταμὸν, Ὠβαρηνοί τε καὶ Ὠτηνοὶ νέμονται, μέγα μέρος Ἀρμενίας ὄντες.

OTENE, pars Armeniæ. Quadratus rerum Parthicarum lib. III. *Pacorus autem Armeniæ rex interea in Armeniæ Otene agebat.* Gentile, Otenus, ut idem lib. II. *Circa verò Cyrum fluvium, Obarenique, & Oteni incolebant, qui ſunt Armeniæ magna pars.*

E

Ὠτιεῖς, μοῖρα Κυπρίων. Ἔφορος ἐννεακαιδεκάτῳ· Ἀμαθούσιοι δὲ, καὶ Σόλιοι, καὶ Ὠτιεῖς ἀντέχοντες ἔτι τῷ πολέμῳ.

OTIEIS, pars Cypriorum. Ephorus lib. XIX. *Amathuſii autem, & Solii, & Otieis reſiſtunt adhuc bello.*

F

Ὠφθις [41], πόλις Λιβύης, Αἰγύπτῳ παρακειμένη. Ὁ πολίτης, Ὠφθίτης, διὰ τὴν εἰς ις καταληξιν, τὴν ἐθισμένην Αἰγυπτίοις τε καὶ Λίβυσι. Τὸ μέντοι Ὤφθις, κατὰ χρῆσιν ἅτω τέως εὗρον.

OPHTHIS, urbs Libyæ, Ægypto vicina. Civis, Ophthites, propter terminationem in *is*, Ægyptiis, & Libybus conſuetam. Ophthis quidem, juxta uſum ſic hactenus inveni.

G

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

i.e. *Oſtia autem ſunt navale Romæ, in quod editur Tiberis ſecus eam fluens.* Honoremus Romanam urbem Romanorum ſcriptorum teſtimonio. Liv. lib. 23. c. 38. *His comparatis deductiſque, & additis quinque navibus, quæ advexerant captivos legatos, quinquaginta naves ab Oſtia Tarentum profectæ.* Ex ejuſdem lib. 79 epitome claret fuiſſe coloniam, quam Marius expugnavit & crudeliter diripuit. Ab oſtio nomen ei indidit Ancus Marcius. Dionyſius Halicarnaſſius lib. 3. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ δὲ πόλεως καὶ τῆς θαλάττης ἀγκῶνι πόλιν ὁ βασιλεὺς ἐντειχίσας, ἣν ἀπὸ δὲ συμβεβηκότος Ὦστίαν ὠνόμασεν, ὡς δ' ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν, Θύραν. i e. *Quà inter flumen & mare locus in cubiti ſpeciem curvatur, urbem rex munivit, quam ab accidenti* Oſtiam *nominavit, ut nos diceremus,* Θύραν, *id eſt* Januam. Adhuc hodie ſervat nomen. A Sarracenis dirutam inſtauravit Leo IV. Summus Pontifex, teſte L. Alberto in ſuo Latio, nunc epiſcopatus titulo gaudet.

38 Τὸ ἐθνικὸν δύναι], &c.] Gentile, Oſtiæ urbis, Græcis *Oſtianus* & *Oſtiates* dicitur, ut ait noſter, at Latinis *Oſtienſis.* Tacitus Hiſtoriar. lib. 1. *Septimam decimam cohortem coloniâ Oſtienſi in urbem acciri Otho juſſerat.*

39 Ὦστίονες, ἔθνος, &c.] Oſtiones, gens juxta occidentalem Oceanum &c. Memorantur Straboni lib. 1. In Albione videntur Camdeno, in ſua Britannia.

40 Ὠτηνὴ, μοῖρα Ἀρμενίας.] Otene, pars Armeniæ. Memoratur Plinio lib. 6. c. 13. *Reliqua verò fronte, qua tendit ad Caſpium mare, Atropatene, ab Armeniæ Otene regione diſcreta Araxe.*

41 Ὤφθις, &c.] Opthin, benevole lector, ignobilem Libyæ urbem, & hujus operis ultimam, cujus nemo, præter Goltzium, ex Tiberii nummo, meminit, tandem pervenimus. Relinquamus igitur hanc Spartam aliis melius exornandam, ſed interim prodeat in publicum Stephanus. Queritur enim, ſe intra privatos parietes, ne dicam carceres, tenebris quodammodo damnatum tandiu detineri. Hæ noſtræ obſervationes, quas ei tanquam veſtes, floribus ex variorum auctorum hortis intertextas induimus, erga malevolos, ſi diſplicent, nobis erunt ſolatia, erga benevolos, ſi placent, nobis erunt præmia, juxta illud Poëtæ ingeniosè lepidi:

HÆC SI DISPLICUI, FUERINT SOLATIA NOBIS,
HÆC NOBIS FUERINT PRÆMIA, SI PLACUI.

FINIS

FRAGMENTUM STEPHANI

DE

URBIBUS ET POPULIS,

Depromptum

Ex membranis perantiqui codicis Bibliothecæ Seguierianæ

à SAMUELE TENNULIO.

Cum

Interpretatione & Notis

THOMÆ DE PINEDO

LUSITANI.

THOMAS de PINEDO LUSITANUS

LECTORI

S. P. D.

SEquitur illud Stephani Fragmentum, Lector, quod primus vulgavit *Samuel Tennulius*, postea recudi fecit *Abrahamus Berkelius*, uterque interpretationem & notas in paucis eruditas addidit (nolo alienæ laudis avarus esse, nec adulator) ego verò huic operi adjunxi, ut promissis meis starem, & desiderio tuo satisfacerem; pauca autem annotavi. Namque pene omnia illorum præsumpserat diligentia. Hæc volebam te scire, ac etiam volo, nescius nesis, me esse haud insolentem vanitatis & superbiæ osorem, quia me novi, non conceptum modò, sed & natum inter stercus & urinam. Quare conscius fragilitatis humanæ, cui quodammodo ingenitum est peccatum, ἀβλεψίας & ignorantiæ meæ veniam tibi peto, quam, ea tua est benignitas, mihi concedes, quin retorqueas illud Catonis in A. Albinum: *Maluit culpam deprecari, quam culpa vacare.* Vale, è nostro museo III. Cal. Octob. CIↃIↃCLXXVI.

STEPHANI FRAGMENTUM DE URBIBUS ET POPULIS.

Τ῎ΜΗ [1], πόλις Ἀχαΐας, ἐσχάτη πρὸς δύσιν, ὅθεν καὶ Καλλίμαχος ἐν ἐπιγράμμασιν. Εἰς Δύμην ἀπέντα τὴν Ἀχαικήν. Καὶ Δύμη ἡ χώρα πάλαι σκαλεῖτο, ἡ δὲ πόλις Στρατός. Ὕστερον δὲ καὶ ἡ πόλις καὶ ἡ χώρα Δύμη ἐκλήθησαν. Λέγεται καὶ πληθυντικῶς, ὡς Ἀπολλόδωρος. Τούτων ἀπέχουσι σταδίους ΡΚ, ἐσχάτη κεῖται πρὸς δύσιν Δύμαι. Ὁ πολίτης Δυμαῖος. Ἔφορος ΚΔ. Παραγενομένης δὲ τὸ στρατὸς εἰς τὴν Δύμην, πρῶτον μὲν οἱ Δυμαῖοι καταπλαγῆτες. Καὶ Παυσανίας [2] ἐν Βοιωτικοῖς. Ἀνδρὶ Δυμαίῳ σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην. [3] Καὶ πάλιν. Δυμαίοις μὲν ἐστιν Ἀθηνᾶς ναὸς καὶ ἄγαλμα. [4] Καὶ ἐν τῷ α΄. Τάδε πρὸς Ἀχαιῶν Δυμαίων εἰσὶν ὅμοροι. Καὶ Ἀπολλόδωρος, ἡ ὁ τὰ τότε ἐπισεμνόμενος. Τῶν δὲ χώραν ἔχουσι Δυμαῖοι. [5] Καὶ Φίλιστος Σικελικῶν α΄. Ἐπὶ τῆς Ὀλυμπιάδος, καθ' ἣν ὁ Βοιώτας ἐνίκα σταδίου. Καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικῶν α΄. Πόλεμος ἐνέκειτο τοῖς τε Δυμαίοις. Ὅθεν καὶ Θεόπομπος μ΄. Προστάται δὲ τῆς πόλεως ἦσαν τότε μὲν Συρακοσίων [6] Ἀθηνις καὶ Ἡρακλείδης, τότε δὲ μισθοφόρων Ἀρχέλαος ὁ Δυμαῖος. Τὸ ἐθνικὸν δὲ Δυμαία. [7] Εὐφορίων.

Ἧπις

ΥΜΕ, urbs Achaïæ, ultima ad occasum, unde & Callimachus in Epigrammatibus:

In Dymen profectum Achaicam.

Et Dyme regio olim vocabatur, urbs autem *Stratus*. Postea verò & urbs & regio Dyme vocatæ fuere. Dicitur etiam plurativo numero, ut Apollodorus. *Ab his distans stadia* CXX. *ultima jacet ad occasum* [urbs] *Dymæ*. Civis, Dymæus, Ephorus XXIV. *Cum accederet exercitus Dymen, primum quidem Dymæi timore perculsi.* Et Pausanias in Bœoticis. *Viro Dymæo stadii quidem victoriam reportanti.* Et rursum. *Dymæis quidem est Minervæ templum & simulachrum.* Et lib. I. *Hæc verò ad Achaiam Dymæis sunt contermini.* Et Apollodorus, vel qui hujus scripta in Epitomen redegit. *Regionem verò tenent Dymæi.* Et Philistus de rebus Siculis libro primo, Olympiade, qua Bœotas vicit stadium. Et Apollodorus Chronicorum lib. I. *Bellum instabat Dymæis.* Quare & Theopompus libro quadragesimo. *Præsides verò urbis erant Syracusanorum quidem Athenis & Heraclides, mercenariorum verò Archelaus Dymæus.* Fœmininum verò Dymæa. Euphorion:

Quæ

1 Δύμη, &c.] Dyme, Achæorum urbs distabat à Lariſſo fluvio ſtadia fermè quadraginta, Lariſſus verò fluvius dividebat Eleos ab Achæis, quam urbem Auguſtus Cæſar Patrenſibus adſcripſit, auctore Pauſania lib. VII. *Stratus* etiam & *Cauconis* & *Palea* dicta fuit, de quibus videte ſultis obſervationes noſtras in Δύμη, & Στρατός.

2 Καὶ Παυσανίας, &c.] *Et Pauſan. in Bœoticis.* pro ἐν Βοιωτικοῖς lege ἐν Ἀχαικοῖς. Apud Pauſaniam enim in Achaicis, id eſt lib. VII. leguntur illa, quæ ſequuntur hoc modo: Οἰδώτα γὰρ ἀνδρὶ Δυμαίῳ σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ, id eſt, *Oebotæ enim Dymæo ſtadii quidem reportanti victoriam Olympiade ſexta.*

3 Καὶ πάλιν Δυμαίοις, &c.] Illa quæ ſequuntur ſunt etiam verba Pauſaniæ, quæ in ejus Achaicis, ſeu lib. VII. ſic leguntur, Δυμαίοις δέ ἐστι μὲν Ἀθηνᾶς ναὸς καὶ ἄγαλμα ἐς τὰ μάλιστα ἐς χεῖρας id eſt, *Dymæis quidem eſt Minervæ templum & ſimulachrum.*

4 Καὶ ἐν τῷ α΄.] *Et lib.* I. Hunc lectionis ſcopulum æquè facile ac leviſſimas Gargettii ſenis atomos declinabimus legendo tanquam oram maritimam, lib. VII. Pauſaniæ, ubi inveniuntur illa verba. Quare pro καὶ ἐν τῷ α΄. legendum conſidenter, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ, id eſt, *& in eodem libro.* Sed quia, quæ Stephanus affert, ſunt trunca, huc integra placitum conferre: Τάδε μὲν ἔτω συμβάντα εὑρίσκον. Ἀχαιοῖς δὲ ὅροι καὶ Ἠλείοις τὰ χώρας πεφύκασι τὰ Λάρισσος καὶ Ἀθηνᾶς ἐπὶ τῷ πόρῳ ναός ἐστι, Λαρισσαίας. id eſt: *Hæc quidem ſic accidiſſe inveni, Achæis verò & Eleis termini regionis ſunt fluvius Lariſſus & Minervæ Lariſſææ ad ipſum fluvium templum.* Hujuſmodi παρεφάσεις non mirabitur, qui non fuerit hoſpes in Stephani lectione.

5 Καὶ Φίλιστος, &c.] Affert verba Philiſti, ut confirmet urbis Dymæ civem vocari Dymæum. Id nominis defecit in Philiſti verbis, quæ ſic ex Pauſan. lib. VII. ſunt legenda: Ἐπὶ τῆς Ὀλυμπιάδος, καθ' ἣν Βοιώτας ὁ Δυμαῖος ἐνίκα σταδίου. i. e. *Olympiade, qua Bœotas Dymæus vicit ſtadium.* Utrum verò pro Bœotas legendum ſit Oebotas, ut eſt apud Pauſaniam, tuum eſto judicium.

6 Ἀθηνις.] Athenis, lege Ἀθῖνις, Athinis. Facilis enim eſt tranſitus τ in ν, cum apud Græcos ſint ejuſdem pronunciationis, error tranſlativus apud Stephanum. Athinis erat apud Ethnicos nomen proprium viri, non Athenis, quod claret ex Polybii excerptis ex lib. XX. de virtutibus & vitio.

7 Εὐφορίων.] Euphorio in illo verſiculo vocat κλεῖδα, i. e. *clavem*, quoddam Dymæ caſtrum, vel caſtellum. Hujuſmodi enim munimentum contra hoſtium adventum κλεῖδα, i. e. *clavem* vocant. Hunc loquendi modum apud Græcos frequentem imitantur Hiſpani. De quocunque enim caſtro cujuscunque regionis, per quod aditus hoſtibus intercluditur, dicunt, *Es la llave del pais.* Eodem modo

Ἢ πῆς ἔχεις κληῖδα δπιζεφύροιο Δυμαίης. A
Διὰ τὸ πρὸς δύσιν δπιζέφυρον. Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα φησὶν αὐτὴν, ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ, [8] ὡς Διρκαίας. Ἔνιοι δὲ καὶ Ἀσωπίδα. [9] Διασέλλει δὲ τὴν Ἠλείας κατὰ τὴν Βυπρασίαν Ἀρίσῳ τῷ ποταμῷ. [10] Λέγει δὲ καὶ Δύμιον, ὡς B
Βοιβησίμιον. Ἀντίμαχος δὲ ἐν έ. Θηβαΐδος.

Quæ habes clavem Zephyro-expositæ Dymææ.

Quod esset ad occasum Zephyri. Antimachus verò *Cauconidem* vocat eam à Caucone fluvio, ut Dircæas. Nonnulli autem & *Asopidem*. Separatur verò ab Elide juxta Buprasiam flumine Ariso. Dicitur etiam Dymius, ut Bœbesimius. Antimachus verò in quinto Thebaidis [Dymiam urbem vocat.]

Ἐν δὲ σὺ τοῖσι μάλα πρέφρων δπίκουρος ἀμορβῶν

[11] Ὡμίλησε, ὡς διεπέρσαι Δύμιον C
ἄστυ.

Inter hos verò tu valde prudens auxiliator comitum

Versatus fuisti, cum diripuisses Dymiam urbem.

ΔΙΝΔΑΣΟΝ, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Καρίας β. Αὖθις δ' ἐπὶ Δύνδασον καὶ Κάλυνδα ὁρμῆσαι. Τὸ ἐθνικὸν Δωνδασεύς, ὡς Πηγασεύς. D

DINDASUM, urbs Cariæ. Alexander lib. 11. de Caria. *Iterum verò contra Dyndasum & Calynda copias movere.* Gentile Dyndaseus, ut Pegaseus.

ΔΥΡΒΑΙΟΙ, ἔθνος κατῆκον εἰς Βάκτρους καὶ τὴν Ἰνδικήν. Κτησίας ἐν Περσικῶν ι. [12] Χώρα δὲ πρὸς αὐτὸν πρόκειται. Δυρβαῖοι ἔστι δὲ δαίμονες ἄνδρες καὶ πλέοσι καὶ κάρτα δίκαιοί εἰσι πρὸς τοὺς Βακτρίαν καὶ Ἰνδικὴν κατατείνοντες. E
Οὔτοι δ' ἔτε ἀδικέουσιν, οὔτε ἀποκτείνουσιν ἀνθρώπων οὐδένα. Ἐὰν δέ τι εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ χρυσίον ἢ ἱμάτιον, ἢ ἀργύριον, ἢ ἄλλο τι, οὐδὲν ἀποκινήσειαν αὐτὸ, οὔτε ἀρτοποιέουσιν, οὔτ' ἐσθίουσιν, [13] οὔτε νομίζουσιν, ἐὰν μὴ ἱερῶν εἵνεκεν. Ἀλφίτα δὲ ποιέουσιν λεπτότερα, καθάπερ οἱ Ἕλληνες, [14] καὶ ἐσθίουσι καρπούς. F

Regio ad ipsum adjacet, Dyrbæi hi felices viri & divites & valde justi sunt ad Bactriam & Indiam pertingentes. Hi neque injuria-afficiunt, neque occidunt hominum quemquam. Si verò in via aliquid inveniunt, vel aurum, vel vestem, vel aliud quid, nihil auferunt, nec panem-conficiunt, neque edunt, neque id fas esse putant, nisi sacrificiorum causa. Polentas verò faciunt tenuissimas, quemadmodum Græci, & fructus comedunt.

ΔΥΡ-

DYR-

Philippus Demetrii filius apud Pausaniam in Achaicis Corinthum, Chalcidem, Magnesiam κλεῖς τ' Ἑλλάδος, i. e. *claves Græciæ* vocat; non absimili modo Demetrius Pharius apud Polybium lib. 7. eidem Philippo Demetrii filio Persei patri fertur dixisse *Ithomaten* & *Acrocorinthum* esse *cornua* Peloponnesi, quam *bovem* eadem metaphora vocabat, eadem refert Strabo lib. 8. Apud Polybium pro Ἰθωματὰν lege ex Strabone Ἰθώμην, apud Strabonem verò pro Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, i. e. *Demetrius Phalereus*, vide an ex Polybio legendum sit, Δημήτριος ὁ Φάριος, id est: *Demetrius Pharius.*

8 Ὡς Διρκαίας ἔνιοι δὲ καὶ Ἀσωπίδα.] Videtur respexisse Strabonis verba ex lib. VIII. Οἱ δ' ὑπὸ Καύκωνος δὲ ποταμοῦ τινος, ὡς οἱ Θήβας Διρκαίας, καὶ Ἀσωπίδες, Ἄργος δὲ Ἰνάχειον, Τροία δὲ Σιμοῦντος. id est: *Alii verò* (loquitur de Antimacho qui Dymen dixit Cauconida) *à Caucone quodam fluvio, ut Thebæ Dircæ & Asopides, Argos verò Inachium, Troja autem Simuntis.* Sensus igitur apud Stephanum est Antimachum vocâsse Dymen Cauconida à Caucone fluvio, ut alii vocant Thebas *Dircæas* & *Asopides*, scilicet à fluviis Dirce, & Asopo; prioris meminit Pausanias lib. IX. Unde Venusinus vates carm. lib. IV. Od. II. *Pindarum* vocat *Dircæum* Cycnum,

Multa Dircæum levat aura Cycnum
Tendit, Antoni, quoties in altos
Nubium tractus ——

Asopi verò fluvii meminit Strabo libro octavo, nec non fontis Dirces ὁμωνύμου fluvio Pausaniæ, à quo fonte, quod esset Thebis, potuit etiam Horat. vocare Pindar. *Dircæum Cycnum.*

9 Διασέλλει δὲ, &c.] *Separatur verò ab Elide juxta Buprasiam flumine Ariso.* Sunt verba Strabonis corrupta, quæ apud eum lib. VIII. sic habentur: Διασέλλει δὲ τὴν Ἠλείας καὶ τὴν Βυπράσιον Λαρίσῳ ποταμῷ, id est: *Separatur verò ab Elide juxta Buprasium Lariso fluvio.* Quare apud Stephanum pro καὶ τὴν Βυπρασίαν, lege καὶ τὴν Βυπράσιον, pro Ἀρίσῳ τῷ ποταμῷ scribe Λαρίσῳ ποταμῷ.

10 Λέγει δὲ καὶ Δύμιον, ὡς Βοιβησίμιον.] *Dicitur & Dymius, ut Bœbesimius.* id locale affert ad similitudinem & Dymius; at cum nullum illius nominis oppidum, à quo deduci possit, reperiatur apud Scriptores, sine dubio est lectionis monstrum, tamquam proles biformis, compositum à Βώμιος, i. e. Bomius, & ab Αἰσύμιος, i. e. *Æsymius*, hoc deducitur ab Αἰσύμη illud à Βωμοὶ, quorum suis locis meminit Stephanus in Epitoma. Hæc sine dubio est hujus loci genuina lectio; ergo pro Βοιβησίμιος leges Βώμιος, Αἰσύμιος.

11 Ὡμίλησε.] Lege ὠμίλησας, ut annotavit eruditissimus Berkelius.

12 Χώρα δὲ, &c.] Sunt Ctesiæ verba, quæ mihi sic videntur interpungenda & legenda: χώρα δὲ πρὸς αὐτὸν πρόκειται Δυρβαίων. id est, *regio verò juxta eum adjacet Dyrbæorum.* Abr. Berkelio pro πρὸς αὐτὸν, legendum videtur, πρὸς νότον id est, *versus austrum.*

13 Οὔτε νομίζουσιν, &c.] *Neque id fas esse putant, &c.* Sic hæc convertenda putavi.

14 Καὶ ἐσθίουσι καρπούς.] *Et comedunt fructus.* Antiquitus homines ab esu carnium abstinuisse apparet ex Geneseos cap. 9. v. 3. 4. Ubi Deus, auctore Moseh, post diluvium concedit Nocho & ejus posteris carnium esum, prohibito tantum sanguine. Satis enim erat jugulare animantes, & earum carnibus vesci, reliquum videbatur nimis crudele. Porphyrius περὶ ἀποχῆς, id est, *de abstinentia*, lib. 4. ex Asclepiade inquit, vivente Pygmaleone cœpisse homines carne vesci, ac etsi id ipse summo studio conatus fuerat impedire, ut aliquod scelus nefarium, usus atrocibus suppliciis in eos, qui primi hoc tentârunt, tamen cum homines jam gustassent suavitatem carnis, nullis pœnis inde potuisse deterreri. Adhuc hodiè inter Indos orientales sunt, qui ab omni esu carnium abstinent. Olim inter Philosophos id observasse Pythagoreos nemo omnium dubitat, id genus homines rebus inanimatis, herbis & oleribus se sustentabant, sed non hac de causâ Porphyrius Religionis Christianæ acerrimus hostis, ac Pythagoricæ sectæ ad-

ΔΥΡΡΑΧΙΟΝ, πόλις Ἰλλυρική, Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ἀπὸ Ἐπιδάμνης, τῆς θυγατρὸς Μέλισσα, ἧς καὶ Ποσειδῶν Δυρράχιος. Ἀφ' ἧς ἔστιν ἐν Ἐπιδάμνῳ τόπος Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθεν. Μετὰ δὲ τὸ Ῥιζονικὸν Λίσσος ἐστὶ πόλις καὶ Ἀκρόλισσος καὶ Ἐπίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυρράχιον ὁμωνύμως τῇ Χερρονήσῳ τοῦτο λεγομένη, ἐφ' ἧς ἵδρυται, ὡς Φίλων.

Δέξιππος δὲ ἐν Χρονικῶν α. φησὶν οὕτως. Καὶ Μακεδόνων τὸ μὲν Ἐπίδαμνον, εἰς ὕστερον δὲ Δυρράχιον μεταονομασθεῖσαν, πόλιν τῆς Μακεδονίας μεγάλην καὶ εὐδαίμονα καὶ κράτος αἱρεῖσθαι. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Εὐρώπῃ μέν σε Δυσσάχιον αὐτὴν καλεῖ.

Δυσσαχίς τ' Ἐπίδαμνος ἐπαγχιάλου χθονὸς ἀκτῆς.

Ἔστι καὶ ἄλλη τις Λακωνικὴ μία τῶν ρ. λέγεται δὲ καὶ ἡ χώρα τῆς Ἰλλυρίας Δυρραχία. Εὐφορίων,

Ἄστεα Δυρραχίης τε καὶ ἔθνεα Ταυλαντίνων.

Καὶ δῆλον ὅτι Δυρράχιος τὸ τοῦτο ἐθνικόν, ὡς δὲ Ἀνάκτορον τὸ Ἀνακτόριος, Βυζάντιον Βυζάντιος, Θούριον Θούριος, Κούριον Κούριος. Ἐρατοσθένης γ' Γεωγραφουμένων. Ἐχόμενοι οἰκοῦσι Ταυλάντιοι. Πόλις δὲ Ἑλληνὶς Ἐπίδαμνος ἐπὶ Χερρονήσου τῆς καλουμένης Δυρραχίου. Ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Λάος. Περὶ οὓς οἱ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας τάφοι δείκνυνται. Ὅμως δὲ νῦν Δυρραχηνοὶ λέγον-

DYRRHACHIUM, urbs Illyrica, *Epidamnus* vocata ab Epidamno, hujus filia Meliſſa, cujus & Neptuni Dyrrhachius. A qua eſt in Epidamno locus Meliſſonius, ubi Neptunus cum ea rem-habuit. Poſt Rhizonicum Liſſus eſt urbs & Acroliſſus, & Epidamnus Corcyræorum opus, quæ nunc Dyrrhachium eodem nominei ac *Cherſonneſus* prius dicta, in qua ſita eſt, ut Philo. Dexippus verò Chronicorum libro decimo ſic inquit: *Et Macedonum Epidamnum, in poſterum verò Dyrrhachium mutato nomine vocatam, urbem Macedoniæ magnam & felicem vi capiunt.* Alexander verò in Europa Dyſrhachium per *s* eam vocat.

Dyrrhachiique Epidamnus maritimæ terræ littoris.

Eſt & alia quædam Laconica, una ex centum. Dicitur verò & regio Illyriæ Dyrrhachia. Euphorion:

Urbes Dyrrhachiaque & gentes Taulantinorum.

Et manifeſtum eſt, quod Dyrrhachius hujus maſculinum, ut Anactorium Anactorius, Byzantium Byzantius, Thurium Thurius, Curium Curius. Eratoſthenes libro tertio Geographumenωn. *Finitimi habitant Taulantii.* Urbs verò Græca Epidamnus in Cherſonneſo, quæ vocatur *Dyrrhachium.* Fluvii verò Drilo & Läus, circa quos Cadmi & Harmoniæ ſepulchra oſtenduntur. Attamen nunc Dyrrhacheni

addictus à D. Hieronymo in Præfat. Comment. in Epiſt. Divi Pauli ad Galatas vocatur *Bataneotes*, cujus vocis intelligentia difficilima videbatur L. Holſtenio, viro eruditiſſimo ac parum abfuit, quin Herculem in auxilium invocaret, cum vox illa ſit ſatis clara. *Bataneotes* enim vocatur Porphyrius, quod eſſet ex Syriæ oppidulo Bataneis, (vide ſis Jonſium de ſcript. hiſt. Phil. lib. 3. c. 15.) cujus oppidanus dicitur Bataneotes, ut claret ex auctore noſtro in Βαζωνίαι, quare apud Hieronymum pro *Bataaeotes* non eſt legendum *Botaniotes*, ut exiſtimabat Tanaquillus Faber, celebris eruditione vir, cui decus eſt Anna filia, fœminarum noſtri ſæculi phœnix. Nec mirabere, Porphyrium ab aliis dici *Tyrium*, ab aliis autem *Bataneotem*, propter viciniam locorum. Simili enim modo Diogenes Stoicæ familiæ Philoſophus, cum eſſet Seleucienſis, διὰ τὴν γειτνίαν dictus fuit Babylonicus. Teſtis eſt Diogenes Laërtius in Diogene. In eadem ſententia erat *D. D. Gaspar Ybañes de Segovia & Peralta*, encyclia doctrinarum omnium diſciplinâ eruditus, à cujus ſententia diſcedere eſt mihi religio.

15 Μετὰ δὲ τὸ Ῥιζονικὸν Λίσσος ἐστὶ πόλις, &c.] *Poſt Rhizonicum Liſſus eſt urbs &c.* Sunt verba ex Strabonis lib. 7. deſumpta, quæ ſic apud eum habentur: Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζικὸν κόλπον, Λισσός ἐστι πόλις καὶ Ἀκρόλισσος καὶ Ἐπίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυρράχιον, ὁμωνύμως τῇ χερρονήσῳ λεγομένη, ἐφ' ἧς ἵδρυται. id eſt: *Poſt Rhizicum vero ſinum Liſſus eſt urbs & Acroliſſus & Epidamnus Corcyræorum opus quæ nunc* Dyrrhachium *dicitur cognominis cherſoneſo*, id eſt *peninſulæ, in qua ſita eſt.* Quare apud Stephanum addendum eſt nomen κόλπον, id eſt ſinum, & apud Strabonem pro Ῥιζικὸν ſcribendum Ῥιζονικὸν, ſinus enim ille *Rhizonicus* dicebatur. Hæc cum ita ſint, nemo dubitaverit apud Stephanum pro ὡς φίλων, i. e. *ut Philo*, legendum, ὡς Στράβων, i. e. *ut Strabo.* Hujuſmodi ἀβλεψίαν ſeu incuriam alibi annotavimus.

16 Οἱ δὲ Ἀνάκτορον, τὸ Ἀνακτόριος.] Pro Ἀνάκτορον legendum eſt Ἀνακτόριον àquo Anactorius deducitur. Erat verò Anactorium urbs Acarnaniæ, quam Epitomator Ἀνακτόρεια neutro plurativo vocat, de qua vide ſis quæ illic annotavimus.

17 Ἐχόμενοι οἰκοῦσι, Ταυλάντιοι.] *Finitimi* [his] *habitant Taulantii.* Modus loquendi ſcriptoribus Græcis familiaris, tam Geographis, quam Hiſtoricis. Pro omnibus ſufficiet Herodotus lib. 4. c. 176. Μακέων δὲ τούτων ἐχόμενοι Γίνδανες εἰσι. id eſt: *Macis verò his finitimi ſunt Gindanes.* Eâdem phraſiologiâ utitur eodem lib. c. 169. c. 170. c. 171. c. 172. & alibi ſæpenumerò. De Taulantiis verò videte ſultis obſervationes noſtras, ſuo loco.

18 Ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Λάος.] *Fluvii verò Drilo & Laüs.* Straboni in eodem tractu memorantur amnes Apſus & Aous. Ejus ex lib. VII. placitum hûc conferre verba: Εἶθ' ὁ Ἄψος, ποταμὸς, καὶ ὁ Ἄους, ἐφ' ᾧ Ἀπολλωνία πόλις, &c. id eſt, *Deinde verò Apſus fluvius & Aous prope quem Apollonia civitas*, &c.

19 Περὶ οὓς οἱ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας τάφοι, &c.] *Circa quos Cadmi & Harmoniæ ſepulchra oſtenduntur.* Ex Pauſaniæ lib. 9. conſtat Cadmum in Illyrios, & in eorum Encheleas commigraſſe, quorum meminit Stephani epitomator in Ἐγχελεῖς, Harmonia verò fuit Cadmi uxor. Horum tumulus erat apud Illyrios in loco, qui à figura *Cylices*, i. e. *Calices* vocabatur, ut rerum monumentis tradit Phylarchus Hiſtoriarum lib. 22. apud Athenæum libro undecimo; at Periegeta v. 390. Cadmi & Harmoniæ monumentum locat circa Sinum Illyricum juxta Ceraunios montes.

γον). Οὕτω γὰρ ὁ Βάλαγρος ἐν Μακεδονικοῖς φησι. Καὶ τούτων αἱ πόλεις Δυρραχιωῖς τε καὶ Ἀπολλωνιάταις ἐπιδιήρισαν). Καὶ Ἑρέννιος Φίλων ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς Δυρραχηνὸν ἀναγράφει Φιλωνίδην ἔτως. Ἀσκληπιάδης ἀκροατὰς [20] ἔσχε Τίτον Αὐφίδιον Σικελὸν καὶ Φιλωνίδην Δυρραχηνὸν, καὶ Νίκωνα Ἀκραγαντῖνον. Καὶ πάλιν. Φιλωνίδης ὁ Δυρραχηνὸς ἤκουσε μὲν Ἀσκληπιάδου, ἰατρεύσας δὲ ἐν τῇ πατρίδι ἐνδόξως, συνεγράψατο βιβλία με' [21] λέγει δὲ Παυσανίας ἡ. ὧδε τὴν ἀρχαίαν καὶ τῆς νῦν πόλεως ἔτως. Ἐπιδάμνιοι μὲν χώραν ἔχουσι περὶ καὶ ἐξαρχῆς, πόλιν δὲ τὴν ἀρχαίαν ὅση ἡμῶν ἔχουσιν, ἐκείνης δὲ [22] ἀφηκηκυῖαν ὀλίγον, [23] ὄνομα δὲ τῇ πόλει Δυρράχιον ἀπὸ βασιλέως. A
B
C

ΔΥΣΠΟΝΤΙΟΝ [24], πόλις Πισαίας, ἀπὸ Δυσπόντιος τοῦ Πέλοπος, ἀφ' ἧς τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἠλίδος εἰς Ὀλυμπίαν. Ἀπὸ ταύτης Ἀντίμαχος ὁ Ὀλυμπιονίκης, νικήσας ἐν Ὀλυμπιάδι σταδίου. Φλέγων ἐν ὀλυμπιάδι δ'. Ἀντίμαχος Ἠλεῖος ἐκ Δυσπόντιος σταδίου. Καὶ ἐν κζ'. Δάιππος Κροτωνιάτης πὺξ Ἠλείων ἐκ Δυσπόντιος τέθριππον. Μέμνηται δὲ αὐτῆς καὶ Τρύφων ἐν παρωνύμοις, γράφων ἔτως τὸ ἐθνικόν· Οἱ μὲν Δυσπόντιοι ἀπὸ τοῦ πόλιν Δυσπόντιον, καλοῦνται). ἐλέγοντο γὰρ Δυσπόντιοι ἀπὸ τοῦ Πέλοπος υἱὸν Δύσπουτον. D
E
F

DYSPONTIUM, urbs Piſææ à Dyſpontio Pelopis filio, circa viam, quæ ex Elide ad Olympiam. Ab hac erat Antimachus Olympionices, qui vicit in Olympiade ſtadium. Phlegon in Olympiade quarta. *Antimachus Eleus ex Dyſpontio ſtadium.* Et in vigeſima ſeptima. *Dahippus Crotoniates pugil Eleorum ex Dyſpontio quadrigas* [vicit.] Meminit verò ejuſdem [urbis] & Tryphon in Paronymis, *i. e.* Denominativis, ſcribens ſic gentile. *Dyſponteis non ab urbe Dyſpontio vocantur, dicebantur enim* Dyſponteis *à Dyſponto Pelopis filio.*

ΔΥΣΤΟΣ, πόλις Εὐβοίας. Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν κ' δ. Ἀποστήσας τὲς ἐν αὐτῇ βοιοικίᾳ τοὺς Ἐρετριέων, ἐστράτευσεν ἐπὶ πόλιν Δύστον. Τὸ ἐθνικὸν Δύστιος. G

DYSTUS, urbs Eubœæ. Theopompus rerum Philippicarum libro vigeſimo quarto. *Cum ad defectionem ſolicitaſſet eos, qui in vicinia Eretrienſium habitabant, duxit exercitum contra urbem Dyſtum.* Gentile Dyſtius.

ΔΩΔΩΝΗ [26], πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, καθ' ἣν Δωδωναῖος Ζεὺς, Δωδώνης μεδέων, καὶ Διονύσιος.

Δωδώνης Ἠπείρου ἀπείριλος ἐκλελάνυται. Φιλόξενος δὲ ὁ τὴν Ὀδυσσείαν ὑπομνηματίζων, δύο φησὶ Θετταλικὴν καὶ Θεσπρωτικὴν, ἔτως Δωδώνην νῦν φησι τὴν Θεσπρωτικὴν, ἐν ᾗ τὸ μαντεῖον ἐκ τῆς δρυός. Ἑτέρα δὲ ἡ Θετταλική, ἀφ' ἧς ὁ Ἀχιλλεὺς καλεῖται Δία, [27] ἔοικε δὲ ἔτως H

DODONE, urbs Moloſſidis in Epiro, apud quam Dodonæus Jupiter, qui Dodonæ præſidet, & Dionyſius.

Dodones Epirus immenſa extenſa eſt.

Philoxenus verò, qui Odyſſeam commentatus eſt, duas inquit eſſe, Theſſalicam, & Theſproticam, ſic Dodonen nunc dicit *Theſproticam*, in qua *erat* Oraculum ex quercu. Altera verò *erat* Theſſalica, à qua Achilles vocat Iovem

Κεῖνον δ' ἂν περὶ κόλπον ἴδοις ἐελκυδέα τύμβον
Τύμβον, ὃν Ἁρμονίης Κάδμοιό τε φῆμις ἐνίσκει,
Illum autem circa ſinum videas inſignem tumulum
Tumulum, quem Harmoniæ Cadmique fama dicit.

Loquitur Poëta de ſinu Illyrico, quin etiam Euſt. ad carmen citatum Illyrios ab Illyrio Cadmi & Harmoniæ filio nomen accepiſſe inquit; Lucanus apud Encheleas canit fuiſſe Cadmi ſepulchrum ludens in nominis amphibologia. Ἐγχέλεις enim Græcè dicuntur anguillæ, ἐγχελεῖς verò Illyriæ populi: Sic ille lib. 3. v. 189.

——— *& nomine priſco*
Encheliæ verſi teſtantes funera Cadmi.

20 Ἔσχε] Legendum ἔσχε, quod eſt Aoriſt. 2. à verbo ἔχω, paſſim occurrit.

21 Λέγει δὲ Παυσανίας ἡ.] Pro ἡ id eſt VIII. legendum θ' id eſt, VI. ut annotavit eruditiſſimus Tennulius, quia ipſiſſima illa verba, quæ ſequuntur, leguntur apud Pauſan. lib. VI.

22 Ἀφηκηκυῖαν.] Leg. ex Pauſaniæ lib. VI. ἀφεικυῖαν.

23 Ὄνομα δὲ τῇ πόλει, &c.] Legend. ex ejuſdem Pauſan. lib. VI. ὄνομα δὲ τῇ πόλει τῇ νῦν, &c.

24 Δυσπόντιον.] Vide obſervationes noſtras ſuo loco, ne actum agamus.

25 Ἀπὸ Δυσπόντιος τοῦ Πέλοπος.] Pauſan. lib. VI. Δυσποντέα Οἰνομάου παῖδα vocat.

26 Δωδώνη.] Vide notas noſtras ſuo loco.

27 Ἔοικε δὲ ἔτως, &c.] *Videtur verò ſic appellatum fuiſſe* [Oraculum] *illud*, [ex Homero]

——— *circum autem Selli.*

Et c. Sic ordinari debent illa, ut in noſtra verſione fecimus. Sunt enim Mœonii vatis carmina, quæ apud eum leguntur Il. 16. v. 234. Fuit hoc oraculum celeberrimum & antiquiſſimum inter Ethnicos cujus inter alios meminit Luc. lib. 3. v. 18.

quer-

τως ὑπεκεκλῆϑϛ τὸ ἀμφὶ Σελλοῖς, οἱ νάϊσσιν A
ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦνοι. Πῶς γὰρ
τούτων μέμνηϑ' ἀπὸ τ Θετταλικῆς καλῶν αὐ-
τόν· Οὕτω γὰρ Ἐπαφρόδιτος ἐν τῇ π τ Ἰλιά-
δος. Τιμᾶ τὲς ἐν Δωδώνῃ ἔχοντας ὑπερφανὲς
μαντεῖον,

Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι.

Ἐπεκέκλητο δ' Ἀχιλλεὺς τ ἐν τῇ Θεσσαλίᾳ
γειτνιῶντα θεὸν, [28] ὡς καὶ ὁ Πίνδαρος εὔχεται
τῷ Λυκηγενεῖ, καὶ ὁ Χρύσης τῷ Σμινθεῖ. Τὸν δ' B
Δωδωναῖον [29] ἔλεγον καὶ ναΐον. Ζηνόδοτος δ'
γράφει Φηγωναῖε, ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον
φηγὸς ἐμαντεύσατο. Καὶ Σουίδας δέ φησι, Φη-
γωναίου Διὸς ἱερὸν εἶναι ἐν Θεσσαλίᾳ, [30] καὶ
τοῦτο ὑπακούειν. Ἕτεροι δὲ γράφουσι Βωδω-
ναῖε. Πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνην, ὅπου πυ- C
θα. Κινέας δέ φησι πόλιν ἐν Θεσσαλίᾳ εἶναι,
καὶ φηγὸν, καὶ τὸ δ Διὸς μαντεῖον εἰς Ἤπειρον με-
τενεχθῆναι. Ὠνόμασται δὲ κατὰ Θεσπρωτικὸν,
[31] ὡς Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' αὐ-
τοῦ, ἀπὸ Δωδώνης μιᾶς τ ὠκεανίδων νυμφῶν. D
Ἀκεσόδωρος δὲ [32] ἀπὸ Δωδώνης δ Διὸς καὶ Εὐ-
ρώπης. [33] Εἰκὸς δὲ ἀπὸ Δωδώνου ποταμοῦ, ὃν
παραλίθησιν τ Τεχνικὸς ἐν τῷ α τ καθόλου, λέ-
γων οὕτως· Δωδὼν ποταμὸς Ἠπείρου. [34] Δισσαὶ
δέ εἰσι Δωδῶναι, αὕτη καὶ ἡ ἐν Ἰταλίᾳ, καθ- F
άπερ

vem *Dodonæum*, videtur verò sic appellatum fuisse *oraculum* illud *ex Homero.*

— *Circum autem Selli*
Te habitant vates illotis pedibus humi-dormientes.

Quomodo enim horum meminit à Thessalica vocans eum, sic verò Epaphroditus ad Iliad. 16.

Honorat eos, qui Dodonæ habent illustre oraculum.
Hunc verò Dodonen dicebat iviſſe.

Invocavit verò Achilles Deum in Tessalia vicinum, quemadmodum etiam Pindarus precatur *Apollinem* in-Lycia-genitum, & Chryses Smintheum. *Iovem* verò Dodonæum dicebant & næum. Zenodotus autem scribit, *Phegonæ*, quoniam Dodonæ primum fagus oracula-edidit. Et Suidas inquit Phegonæi Iovis templum esse in Thessalia, & ab hoc denominari. Alii verò scribunt, *Bodonæ*. Urbem enim esse *Bodonam*, ubi colitur. Cineas autem inquit, urbem in Thessalia esse, & fagum & Iovis oraculum in Epirum esse translatum. Nomen verò habuit juxta Thrasybulum, ut Epaphroditus commentans secundum [Librum] Causarum, à Dodona una Oceanidum Nympharum. Acestodorus autem à Dodone Iovis & Europæ. Verosimile verò est à Dodone fluvio [nomen accepisse] quem apponit Technicus lib. primo [historiæ] universalis dicens sic: *Dodon fluvius Epiri.*

——— *quercusque silentes*
Chaonio veteres liquerunt vertice Sellæ.

Poëtæ non curant nominum terminationes, qui *Selli* Homero, *Sellæ* dicuntur Lucano; fuisse hoc Oraculum à Pelasgis antiquissimis omnium, qui in Græcia dominati sunt, institutum tradit Geographus lib. 7. Ovid. Trist. 4. 8. & Delphicum & Dodonæum propter celebritatem & antiquitatem videtur conjunxisse. Sic enim ille canit loco citato:

Hæc mihi si Delphos, Dodonaque diceret ipsa,
Esse videretur vanus uterque locus.

At ætate Strabonis & Dodonæum Oraculum & reliqua omnia jam defecerant, ut idem tradit Libro supra citato.

28 Ὡς καὶ ὁ Πίνδαρος, &c.] Putabam Stephanum respexisse Thebani Cygni locum Pyth. Od. 1. col. xv. Ubi precatur Lycium Apollinem, sed longè alia est Stephani mens. Loquitur enim de *Pandaro*, Apollinis Λυκηγενὴς sacerdote, quorum meminit poëtarum parens Il. 4. v. 88. 101. quam sententiam confirmant illa quæ sequuntur apud eundem Stephanum. Καὶ ὁ Χρύσης τῷ Σμινθεῖ, &c. Chryses iste fuit sacerdos Apollinis Sminthei, quem invocat Il. 1. v. 39. Quare apud Stephanum pro Πίνδαρος legendum Πάνδαρος, de quo ne ille quidem illustrissimus nihil affirmantis Academiæ præses dubitaret. Hanc latentem, & subdolam lectionis syrtim patefecit Jacobus Gronovius, in paucis doctus, ac in paucis etiam nobis amicus, alioquin eam navicula nostra, ut solet in locis nesciis nescia præteriret.

29 Ἔλεγον καὶ ναΐον.] Est locus, ut qui maximè corruptus, sed non prorsus occisa est res, Stephanus noster sine ope divini senis eum pristinæ sanitati restituet, apud quem in epitoma, in voce Δωδώνη, pro καὶ ναΐον legitur, καιναῖον, non absimili modo apud Strabonem lib. 7. pro δεκέτεον scribitur ᾗ κέτεον, vel si malueris pro καὶ ναΐον leges Βωδωναῖον tanquam ab urbe Δωδώνη, Ubi Jupiter iste, de quo agit colebatur, ut mox inquit ipse.

30 Καὶ τοῦτο, &c.] Legendum puto, καὶ ἀπὸ τούτου.

31 Ὡς Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' αὐτοῦ.] *Ut Epaphroditus commentans secundum* [*librum*] *causarum.* sine dubio pro τὸ β' αὐτοῦ legendum est τὸ β' αἰτιῶν, ac forsitan erat liber iste causarum scriptus à Callimacho, cujus libri αἰτιῶν, i. e. *causarum* celebrantur ab Stephano in Ἀφ-ροδισιάδι & in Ἀσσύρᾳ, quos Epaphroditus commentatus est, juxta Stephani sententiam. Fuit verò Epaphroditus Chæronensis grammaticus eruditissimus, qui triginta millia librorum selectorum sibi comparavit, vixit sub Nerone atque ad Nervæ usque tempora vitam produxit, plurima relinquens scripta, ut rerum monumentis tradit Suidas, cujus nec Vossius, nec Jonsius, quod est mirum, meminerunt.

32 Ἀπὸ Δωδώνης δ Διὸς, &c.] Forsitan scribendum ἀπὸ Δωδώνου, quia rectus Δωδώνος, seu Δωδώνης non invenitur, ut ego puto.

33 Εἰκὸς δὲ ἀπὸ Δώδωνος ποταμοῦ, &c.] Ex omnibus Dodonæ etymologiis hæc à fluvio Dodone verosimilior mihi videtur, ut plerumque enim civitates à fluviis nomina accepere, etsi Græci semper ad manum habent, vel Ducem, vel Regem, vel etiam, si Dîs placet, Deum ὡς ἀπὸ τ μηχανῆς, à quo nomina imponunt civitatibus. Technicus hoc in loco non est intelligendus Apollonius Dyscolos, sed Herodianus, quod ex libri citati epigrapha dignoscitur. Etenim Herodianus etiam *Technicos* vocatur ab Eustathio ad Il. 2. idem à Suida in Ἀποκωνικῷ Ἀλεξανδρεῖ vocatur *Technographus*. Dodonis verò fluvii meminit Eust. ad Periegetæ v. 430.

34 Δισσαὶ δέ εἰσι Δωδῶναι, &c.] *Duæ verò sunt Dodonæ, hæc & in Italia.* Italiæ Dodonam nemo, memorat, at cum ipse supra ex Philoxeno ad Odysseam duas dicat fuisse hujus nominis urbes Thessalicam & Thesproticam, sine dubio pro καὶ ἐν Ἰταλίᾳ legendum est, καὶ ἐν Θετταλίᾳ i. e. *& in Thessalia*; facilis enim est transitus ex Θετταλίᾳ in Ἰταλίᾳ. Certissimam esse existimo meam conjecturam, quam etiam confirmo ex Eustathio ad Il. π. fol. (mihi) 1074. ubi inquit: Γρέον ᾗ καὶ ὅτι δύο Δωδῶναι καθ' ἱστορας, ἡ μὲν Θεσσαλίας. ἡ δὲ, Μολοσσίας. i. e. *Sciendum sanè, duas esse Dodonas juxta nonnullos. Thessaliæ altera, altera Molossiæ.* Non desunt hujusmodi παροράματα apud Stephanum. Mnaseas verò est nomen scriptoris Tyrii corruptum ab Hebræo מנשה Menaseh, de quo vide sis breviarium nostrum Auct. quos ad testim. vocat Stephanus.

ἥπερ ἄλλοι καὶ Μνασέας. Λέγε͂ται καὶ Δωδώνη, ἧς τὸ ἡμικὸν Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ Αὐλοπλήγι. [35] Νῦν δ' ὅτε μὲ εἰς Δωδώνῆς, ὅτε Πυθικῶν γυ * * * τις ἀπείσιεν. Καὶ δοτικὴ. [36] Δωδώνιν αἴων ζεὺς ὁμέστῖ βροτῶν. Καὶ ἐν Τραχινίαις. Ὡς τὸ παλαιὰν φηγὸν αὖ δῆσαί ποτε Δωδώνι [37] δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη. Καὶ Καλλίμαχος. Τὸν ἐν Δωδώνι λεγόμενον ἠχωχαλκῆν ἤγειρον. Καὶ τὸ ἀπαπικὸν φησιν Εὐφορίων Δωδώνα ἐν Ἀνίῳ.

Ἵκομεν ἐς Δωδώνα Διὸς φηγοῖο θεοφήτην.

[38] Λέγε͂ται καὶ εἰς Ω. Σιμμίας ὁ Ῥόδιος.

Ζηνὸς ἕδος Κρονίδαο μάκαιρ' ὑπεδέξατο Δώδω.

Ἠδύνατο δὲ ἡ Δωδώνῆς ἡμικὴ μὲν τὰ λοιπὰς κινήσεως καὶ κλίσις εἶναι τὰ Δωδώνη, εἴπερ ἦν ἐν χρήσει τῆς πόλεως ἡ λέξις. [39] Διόπερ ἔοικεν ὁ τεχνικὸς μεταπλασμὸς ἡγεῖσθαι τὸ ἐθνικὸν ταύτης ἄρρητον ὡς πεπονθυίας, εἰ δέ τις χρηματίσειεν, ἔσται Δωδώνιος, ὡς Πλευρῶν Πλευρώνιος, Καλυδῶν Καλυδώνιος, τὰ μὴ τοι Δωδώνης Δωδωναῖος. Εὐκαλαῖος Εὐρώπη. Μολοσσῶν θεὸς μεσημβρίης οἰκέουσι Δωδωναῖοι. Καὶ Ὅμηρος.

[40] Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε·

Καὶ Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις. Δωδωναίῳ κωὶ βωλοκόπῳ πίτνῃ γεραίνῳ θεοτοικὰς. Καὶ τὸ θῆλυ

Epiri. Duæ verò sunt Dodonæ, hæc & altera in Italia, ut alii & Mnaseas. Dicitur & Dodon, cujus genitivum Sophocles in Ulysse spinis-flagellato [affert.] *Nunc verò, nec ad Dodonis, nec ad Pythicorum * * * quis abierit.* Et Dativum: *Dodoni habitans Jupiter eumdem-habens-larem cum mortalibus.* Et in Trachiniis: *Ut antiquam fagum cecinisse aliquando duabus ex columbis dicebat.* Et Callimachus: *Illud in Dodone dictum echochalcon*, i. e. *Echo-resonans æs susitarunt.* Et accusativum Dodona dicit Euphorion in Anio:

Venimus in Dodona Iovis fagi fatidicam.

Dicitur etiam & [nominativus] per ω mega, Simmias Rhodius,

Iovis sedem Saturni beata excepit Dodo.

Poterat verò Dodonis genitivus cum reliquis casibus, & declinatio esse [à nominativo] Dodon, siquidem erat in usu civitatis nominativus. Quamobrem videtur Technicus metaplasmum existimare gentile hujus, inusitatum tamquam passæ [nominativum] quod si quis usus fuerit, erit Dodonius, ut à genitivo Pleuronis, Pleuronius, à genitivo Calydonis, Calydonius, sed à genitivo, Dodones Dodonæus [formatur.] Hecatæus Europa. *Molossorum ad meridem habitant Dodonæi.* Et Homerus:

Jupiter rex Dodonæ —

Et Cratinus in Archilochis. *Dodonæo cum glebas frangenti mamma grui assimilis.* Et fœminium Dodo-

35 Νῦν δ' ὅτε μὲ εἰς Δωδώνῆς, ὅτε Πυθικῶν γυ ..... τις ἀπείσιεν.] *Nunc verò nec ad Dodonis, nec ad Pythicorum * * * quis abierit.* In quibus verbis pro ὅτε μὲ Πυθικῶν γυ * leg. ὅτε μὴ Πυθικῶν γυναῖκας, i. e. *nec ad Pythicorum fœminas*: τὸ γυ enim nil est aliud, nisi τὸ γυναῖκας, quod etiam ex historia confirmatur, quandoquidem & apud Dodonæum, & Pythicum oraculum fœminæ oracula reddebant, quas paulò infra ex Sophocle vocat θεσπιῳδὰς ἱερέας, & columbæ, quas finxerunt ex quercu Dodonide oracula reddere, erant fœminæ, auctore Herodoto lib. secundo cap. 52.

36 Δωδώνιν αἴων.] legendum Δωδῶνι ναίων, error ex incuria, vel transcribentium, vel impressoris tralativus, sed non jocularis, qui ultimam prioris dictionis litteram, quæ pertinebat ad subsequentem dictionem, priori applicarunt. Sic in Epitoma pro Αἰγάτης· Αἰολιὸς ἄκρα, legendum, Αἶα τὰ Αἰολιὸς ἄκρα, ut suo loco annotavimus.

37 Δισσῶν ἐκ πελειάδων, &c.] *Duabus ex columbis*, &c. Poëtæ omnia fabulis involvebant, at sub illis aliquando latebat historiæ veritas, circa columbas illas Dodonæas verosimile est, quod refert Serv. ad Æneid. lib. 3. v. 466. fuisse scilicet quercum circa templum Dodonæum, ex cujus radicibus fons manabat, qui suo murmure instinctu Deorum diversis oracula reddebat: quæ murmura anus Pelias nomine interpretata hominibus differebat; ac quia lingua Thessala seu Molotide χεραῖας πτοφλίδας vocabant πελείας, auctore Eust. ad Odyss. ξ. ex editione Basileæ fol. 545. hinc columbarum Dodonidum fabula procedere videtur, de quibus adeundus Herodot. lib. 2. c. 52.

38 Λέγε͂ται καὶ εἰς Ω,] id est Dicitur verò & in omega, sine dubio legendum est, Λέγε͂ται καὶ εἰς τὸ Ω, vel Λέγε͂ται καὶ Δωδώ; hi duo sunt modi loquendi Stephano familiares, paulò supra inquit Λέγε͂ται καὶ Δωδών. Illius Simmiæ Poëtæ cujus auctoritate utitur, meminit Geographus lib. 8. atque eamdem affert auctoritatem scilicet Δωδὼ pro Δωδώνη ut & δῶ pro δῶμα & alia plura hujus farinæ.

39 Διόπερ ἔοικεν ὁ Τεχνικὸς μεταπλασμὸς ἡγεῖσθαι, &c.] Hæc sic sunt concipienda, διόπερ ἔοικεν ὁ Τεχνικὸς μεταπλασμὸν ἡγεῖσθαι τὸ ἐθνικὸν ζωΐτης, ἄρρητον ὡς πεπονθυίας, εἰ δέ τις χρηματίσειεν, ἔσται Δωδώνιος, &c. id est, *Quamobrem videtur Technicus metaplasmum existimare gentile hujus, inusitatum tanquam passæ [nominativum,] quod si quis usus fuerit, erit Dodonius*, &c. Hoc modo interpretanda esse hæc verba ratio videtur clamare. Nam Stephanus paulò supra citat Technicum lib. 1. τὰ καβόλα, & τὸ ἡγεῖσθαι hoc in loco non potest dici de re inanimata, τὸ ἄρρητον scilicet ἐθνικὸν, noster usurpat pro nominativo inusitato, qua phrasiologia utitur in Βερένικῆ, ut & Eust. ad Il. 1. ex edit. Basileæ fol. 37. Meam conjecturam affirmat epitomator in Δωδώνη apud quem hæc leguntur: Λέγε͂ται καὶ Δωδὼν ἧς τὸ ἐθνικὸν ἐκ δῶρῆ), id est, *dicitur verò & Dodon, cujus gentile non invenitur.* Sæpenumero una litera invertit Auctorum & Interpretum mentem: metaplasmus verò fit, quando in aliqua voce ulla fit mutatio contra originem vel inflexionem, per prosthesin, aphæresin, epenthesin, syncopen, paragogen, apocopen, seu tmesin, antithesin, metathesin, & alia hujusmodi quæ mihi nunc non occurrunt.

40 Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε.] Est hemistichium desumptum ex Il. 16. v. 233. cujus integer versus est:

Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων.
Jupiter Rex Dodonæe, Pelasgice longe habitans.

Æschylus in Promethio Thesprotum Jovem vocat quem Hom. Dodonæum,

Τὼ αἰπύνωτον τ' ἀμφὶ Δωδώνην, ἵνα
Μαντεῖα, θῶκος τ' ἐστὶ Θεσπρωτῶν Διός,
Excelsamque circa Dodonen, ubi
Oraculum, domusque est Thesprotæ Jovis.

41 Πελ-

ϑῆλυ Δωδωνὶς ἀπὸ τ Δωδώνη, [41] ὡς Παλλύνη Παλλωνὶς. [42] Ἀπολλώνιος.

Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

[43] Καὶ Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ Ἀνιωθουλῆγι. Τὰς Θεσπιῴδας ἱερέας Δωδωνίδας. Ἀπολλόδωρος ὁ ἐν ᾧ περὶ θεῶν, τ Δωδωναῖον ὅτως ἐτυμολογεῖ. Καθάπερ οἱ τ Δία Δωδωναῖον μὲν καλοῦντες, ὅτι διδοσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθά. Πελασγικὸν δ, ὅτι γῆς πέλας ἐστίν. [44] Ἔστι δ καὶ Δωδωναῖον χαλκεῖον παροιμία ὅπὶ τ πολλὰ λαλούντων, [45] ὡς Μενεδήμων φησίν. Ἀπὸ δ τ ναὸν Δωδωναίοις Διὸς τοίχους μὴ ἔχοντος, ἀλλὰ τρίποδας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον, ὥστε τ ἑνὸς ἀπόμορον πληγὴν διαπέμπειν διὰ τ ψαύσεως τὸν ἐπήχησιν, ἑκάστῳ διαμένειν τ ἦχον ἄχρις οὗ τις δ ἑνὸς ἐφάψηται. ἡ παροιμία δ ἣν φησιν εἰ μὴ χαλκίον, ἐν ἄλλῳ λέβητας ἢ τρίποδας πολλούς. Προσθετέον δ' [46] τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι ἀκριβῶς τ Δωδώνιον ὀπισάμβωμον, καὶ Ἀριστείδην τὰ τοῦτο μεταγεγραφότα, λέγοντα ἐν τῷ τ Β'. ἐν τῇ Δωδώνῃ κύλοι β' πλησίπλησιοι καὶ παρεγγὺς ἀλλήλων, καὶ ὁ μὲν θατέρου χαλκίον ἐστὶν ἀμέγα. Τοῖς δ νεῶ πλησίον λέβησι, ὁ δὲ θατέρου παιδάριον ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ μάστιγον ἔχον, ἧς ἐν τὸ δεξιὸν μέρος ὁ τὸ λέβητον ἔχων κίων ἕστηκεν. Ὅτ' ἂν δ' ἄνεμον συμβῇ πνεῖν τὰς τ μάστιγας [47] ἱμάντας χαλκᾶς ὅλως ὁμοίως τοῖς ἀληθινοῖς ἱμᾶσιν, αἰωρουμένους ὑπὸ τ πνεύματος, συμβαίνειν ψαύειν δ χαλκίου, καὶ τοῦτο ἀδιαλείπτως ποιεῖν, ἕως ἂν ὁ ἄνεμος διαμένῃ, καὶ μέχρι τοι τὰς ἡμέρας φησὶν ὁ Ταῤῥαῖος. Εἰ μὲν λάβῃ τῆς μάστιγος, οὐδὲν ἱμάντες *** πεπώκασιν. Παρὰ μέντοι τ ὀπισχωλίων ἠκούσαμεν, ὡς ἐπείπερ ἐτύπτετο μὲν

Et Sophocles in Ulyſſe ſpinis-flagellato. *Fatidicas ſacerdotes Dodonidas.* Apollodorus verò lib. 1. de Diis, ſic nominis Dodonæi etymologiam-explicat. *Quemadmodum qui* Jovem Dodonæum *vocant, quod dat nobis bona. Pelaſgicum verò* [Jovem] *quod* γῆς πέλας, i. e. *prope terram eſt.* Eſt verò & Dodonæum æs parœmia de eis, qui multa loquuntur, ut Menedemon inquit. Ab eo, quod Jovis Dodonæi templum muros non haberet, ſed tripodes multos ſibi invicem proximos adeo, ut ſi unus percuteretur per contactum ſingulis tranſmitteret reſonantiam atque perduraret echo donec iterum ad alterum pertingeret. Parœmia verò non inquit niſi Æs, in alio lebetes vel tripodes multos. Aſſentiendum igitur eſt Polemoni Periegetæ, qui exactè Dodonam noverat, & Ariſtidæ, qui, ejus opera tranſcripſit, dicenti libro ſecundo, *Dodonæ duæ ſunt columnæ parallelæ* & ſibi invicem propinquæ, & in altera quidem æneum vas eſt non magnum. Hodiernis lebetibus aſſimile, in altera verò puerulus in manu dextra flagellum habens, cujus ad dextram partem ſtabat columna pelvim habens. Cum igitur contingat ventum flare, flagelli lora ænea, quæ ſunt ſimilia veris loris cum à vento attollebantur, contingebat percutere vas æneum illud, & hoc indeſinenter facere, quouſque ventus perſeverat, & ſecundum noſtros quidem inquit Tarrhæus: *Si quis apprehenderit flagellum *** loca cecide-*

Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas
Pulſari, jam nemo tubas, nemo æra fatiget
Una laboranti poterit ſuccurrere Lunæ.

Pelves verò illæ, ſeu Lebetes erant vaſa ænea, quæ uno tactu univerſa ſolebant ſonare, cujus rei locuples eſt teſtis inter alios Serv. ad Æneid. lib. 3. v. 466.

41 Παλλύνη Παλλυνίς.] Legendum Παλλώνη, Παλλωνίς, vel Πελλώνη Πελλωνίς, ut apparet ex Stephano in Πελλώνη.

42 Ἀπολλώνιος.] Verſus ille legitur apud Apollon. Argonauticor. lib. 1. v. 526. & lib. 4. v. 583. ſic:

——— τόθι δὲ μέσσῃ
Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.
——— quod ad mediam
Carinam Minerva e Dodonide aptavit fago.

Cujus carinæ lignum, ſcilicet navis Argûs fingit fuiſſe vocale, quemadmodum & ipſam fatidicam quercum, à qua oracula Jovis Argonautæ accipiebant.

43 Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ ἀνιωθουλῆγι.] *Sophocles Ulyſſe ſpinis-flagellato.* Titulos omnium fabularum Sophoclis collegit Caſaubonus ad Athenæi lib. 7. c. 4. inter quas erant duæ fabulæ, nomine Ulyſſis inſignitæ, alteri nomen erat Ὀδυσσεὺς μαινόμενος, id eſt Ulyſſ. furens, alteri Ὀδυσσεὺς Ἀνιωθουλῆξ, i. e. *Ulyſſes ſpinis-flagellatus.*

44 Ἔστι δ καὶ Δωδωναῖον χαλκεῖον.] *Eſt verò & Dodonæum æs, parœmia de eis, qui multum loquuntur.* De qua diverſas refert ſententias, ſed illa de Lebete & puero flagellum manu dextra tenente, quo æneum illud tintinnabulum flante vento verberabat, eſt veriſimilior, quam & Ariſtoteles apud Suidam in Δωδωναῖον χαλκεῖον confirmat redarguens illam ſententiam Menedemonis, quam affert noſter, ad quod videtur alludere Juvenalis Sat. 6. v. 440.

45 Ὡς Μενεδήμων φησί.] *Ut Menedemon inquit.* legendum exiſtimo ὡς Δήμων φησί. i. e. *ut Demon inquit.* Sic enim ſcribitur hujus Auctoris nomen apud Suidam loco ſupra citato, ac paulò infra inquit idem Suidas Menandrum uſum eſſe hac parœmia ſcilicet, *Dodonæum æs, Ἀνληταῖδι ἔοικε Δήμωνι.*

46 Περιηγητῇ Πολέμωνι.] *Periegetæ Polemoni.* Duo ſcriptores hoc titulo gaudent Polemon iſte, & Dionyſius, qui ſuum opus inſcripſit *Periegeſis Oecumenes*, id eſt, *terræ habitatæ deſcriptio.* Diverſi verò memorantur Polemones, de quibus vide ſis breviarium noſtrum Auctorum, quos ad teſtimonium vocat Stephanus.

47 Ἱμάντας χαλκᾶς.] *Lora æris.* Lege ἱμάντας χαλκέους, i. e. lora ærea, quæ lectio confirmatur ex Ariſtotele apud Suidam in Δωδωναῖον χαλκεῖον, cujus ſunt verba: Ἐπὶ θατέρου δ παῖδα κρατοῦντα μάστιγα, ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκέους οὔσους σειομένους ὑπ' ἀνέμου τῷ λέβητι προσκρούειν. id eſt, *In altera verò (columna) puerum qui tenet flagellum, cujus lora ſunt ærea, quæ à vento concuſſa in lebetem impingunt.* Eadem verba citat Euſt. ad Odyſſ. ξ.

μὴν ὑπὸ μάστιγος ἠχεῖ σ' ὅτι πολὺν χρόνον, [48] ὡς χειμερίας τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης, εἰκότως εἰς παροιμίαν παρεγένετο. Μέμνηται αὐτῆς Μένανδρος ἐν Ἀρρηφόρῳ. [49] Ἐὰν ἅπαξ κινήσῃ μόνον τὴν Μυρτίλλιον ταύτην τις, ἣν τίτθην καλεῖ, πέρας ποιεῖ λαλιᾶς τὸ Δωδωνεῖον ἂν τι χαλκίον ὃ λέγουσιν ἠχεῖν, ἂν παρήψαθ' ὁ παρών, ἢ ἡμέραν ὅλην, καὶ παῦσαι θᾶττον, ἢ ταύτην λαλοῦσαν, νύκτα γὰρ προσλαμβάνει.

ΔΩΝΕΤΤΙΝΟΙ, ἔθνος Μολοσσικόν. Ῥίανος δ' Θεσσαλικῶν.

Ἄλλοι δὲ Δωνέττινοι ἤδη, ἕτεροι δὲ Κεραΐνες. Καὶ ἐν τῇ ζ'.

Ἑπτὰ δὲ Δωνέττινοι, ἄλλοι δὲ ὀκτὼ καὶ δέκα Κᾶρες.

ΔΩΡΑ [50], νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, κατὰ Στράβωνα ις'. [51] Τὸν Δεμαζηνὸν ἐπάρξαι νήσου τινὸς τοῦ ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δῶρα. Ὁ νησιώτης Δωρίτης. Ὡς ἀπὸ Στάγειρα Σταγειρίτης, Ἄβδηρα Ἀβδηρίτης. Οὕτω καὶ Ὦρος. Εἰ δὲ [52] τῷ τῆς χώρας τόπῳ χαρακτηρισθῆναι δεῖ, Δωρηνός, ὡς Σωφηνός. [53] Ἀραξηνὸς Νισιβηνός.

ΔΩΡΙΟΝ [54], πόλις μία τῶν τριῶν, ὧν Ὅμηρος μνημονεύει.

Καὶ Πτελεὸν, Ἔλος τε καὶ Δώριον. Δικαίαρχος δὲ τέτταρας τοὺς εἶναί φησι, καὶ Πτελέας, ἀλλ' οὐ Πτελεὸν τὴν μίαν καλεῖ. Κατὰ τὸ πρῶτον δὲ βίβλιον τῆς Ἑλλάδος βιβλίον. Τῶν δὲ ἐν τῇ Πελασγιώτιδι χώρᾳ Δωριέων καλουμένων μέρος τι μὲν τὴν ἐν Τρ. Γνώμιον εἶχον τὴν ἀποικίαν ἐκπέμπειν τοῖς ** Τραχινίοις βουλόμενοι καὶ Δωριεῦσι τιμωρεῖν. Ἡρόδοτος δὲ ἐν τῇ ά. Περὶ δὲ Δωρικοῦ γένους φησὶ πολυ-

ciderunt. *Ab incolis quidem audivimus æs illud à flagello verberatum longo tempore resonare, cum urbs Dodone sit hiemalis, unde meritò in paræmiam abiit.* Meminit ejus Menander in Arrhephoro. *Si quis tantum moverit Myrtilen hanc, quam nutricem vocat, finem facit loquelæ Dodonæum vas illud æneum, quod dicunt resonare, siquis transiens illud tetigerit, totam diem, citius desinere, quam hanc loquacem, noctem enim adjungit* [loquelæ]

DONETTINI, gens Molossica. Rhianus quarto Thessalicorum.

Cæterum Donettini, & seduli Ceraïnes.

Et libro septimo.

Septem verò Donettini, at octodecim Cares.

DORA, insula in Persico sinu juxta Strabonem lib. XVI. *Demazenen præfuisse insulæ cuidam earum, quæ sunt in Persico sinu, vocari verò insulam Dora.* Insulanus Dorita, ut ab Stagira Stagirita, Abdera Abderita. Sic & Orus, si verò regionis typo utendum est, Dorenus, ut Sophenus, Araxenus, Nisibenus.

DORIUM, urbs una trium, quarum Homerus meminit.

Et Pteleon Helosque & Dorium.

Dicæarchus verò quatuor has esse inquit, & Pteleas, non Pteleum unam vocat libro primo de vita Græciæ: *Dorienſium verò qui in Pelasgiotide regione habitant, pars quædam * * Erant in sententia deducendi coloniam ** Trachiniis volentes & Dorienſibus illatam injuriam ulciſci.* Herodotus verò libro primo de Dorica gente inquit, valdè erroneam eam vocans, & ostendens sic,

Gens

48 Ὡς χειμερίας τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης.] *Cum urbs Dodone sit hiemalis.* Nostro Auctori Dodone dicitur Χειμέριος, i. e. *hiemalis*, proprius à Mœonio vate Il. π'. v. 234. & Il. β' v. 750. vocatur δυσχείμερος, i. e. *difficilis habitatu præ frigore hyberno.*

49 Ἐὰν ἅπαξ κινήσῃ μόνον τὴν Μυρτίλλιον, &c.] *Si quis tantùm moverit Myrtilen hanc, quam nutricem vocat, finem facit prius loquelæ Dodonæum vas illud æneum, &c.* Sunt verba Menandri in Arrhephoro, ubi comparat Myrtilen illam loquacem cum Dodonæo tintinnabulo: at multò melius depingit Juvenalis hujusmodi fœminas loquaces Sat. 6. v. 440. cujus carmina adduximus ad N. 44. proximè præcedentem. Arrhephorus verò erat epigraphe fabulæ cujusdam Menandri, de quo videsis Breviarium nostrum.

50 Δῶρα, &c.] Insula in Persico sinu ex Strab. lib. 16, de qua vide observationes nostras suo loco.

51 Τὸν Δεμαζηνὸν, &c.] Sunt verba ex Strabonis lib. 16. apud quem sic scribuntur, Φησὶ δ' ὁ Νέαρχος τὸν Μιθροπάστην ἐντυχεῖν ἀνδρὶ μετ' Ἀμαζόνος· Τὸν δὲ Ἀμαζόνα ἐπαρχεῖν νήσου τινὸς τοῦ ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δοραχθᾶ. i. est, *Inquit verò Nearchus Mithropastem occurisse ipsis cum Amazene, Amazenen autem præfectum esse cuidam insulæ earum, quæ in Persico sinu, vocari verò insulam Doractæ.* Quare apud Stephanum pro τὸν Δεμαζηνὸν leges τὸν δὲ Ἀμαζόνα. Hujusmodi error non infrequens est inter transcriptores & impressores, qui per incuriam præcedentis dictionis ultimam cum prima sequentis conjungunt, ac ita ex τὸν δὲ Ἀμαζόνα fecere τὸν Δεμαζόνα. Hujus insulæ meminit Cosmographus Geographiæ lib. VI. cap. VIII. apud quem pro Δῶρα scribitur Θαρὼ, sed perperam.

52 Τῷ τῆς χώρας τόπῳ, &c.] *Regionis* loco. Lege τῷ χώρας τόπῳ, i. e. *regionis typo*, id est, forma; loquendi modus apud Stephanum frequens pariter, ac typographi error.

53 Ἀραξηνὸς.] *Araxenus.* Suspicor legendum esse Ξεξηνός. Nam ab Araxe Armeniæ fluvio non deducitur nisi Ἀραξιάτης, nec mireris. Etenim in Νισιβις etiam scribitur Ταξηνὸς pro Ξεξηνὸς, ubi statim sequitur Καμβυσηνός. *Araxene* enim & *Taxene* regio non invenitur, sed *Cambysene*, & *Xerxene*, sic legitur apud Epitomatorem in Νισιβις gentile, Νισιβηνὸς, Σωφηνὸς, Ταξηνὸς, Καμβυσηνός: at nunc inquit Δωρηνὸς, ὡς Σωφηνὸς, Ἀραξηνὸς, Νισιβηνός.

54 Δώριον.] *Dorium.* Fuit urbs Elidis, de qua consule observationes nostras. Versiculus ille legitur apud Mœonium vatem. Il. 2. v. 595. hoc modo:

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἔλος, καὶ Δώριον ἔνθα περ Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν Θρηίκα παῦσαν ἀοιδῆς,

Et Pteleon, & Helos, & Dorium, ubi Musæ
Occurrentes Thamyrin Thrsicum privarunt cantu.

55 Τὴ

πολυπλάνηλον αὐτὸ καλῶν καὶ δεικνὺς ἔτως. [55] Τὸ δὲ πολυπλάνηλον κάρξαι. Ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος βασιλέως ᾤκεε τὴν Φθιῶτιν. Ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἕλληνος τὴν αὐτὴν τὴν Ὄσσαν τε καὶ τὸν Ὄλυμπον χώρην καλεομένην Ἱστιαιῶτιν, ἐκ δὲ Ἱστιαιώτιδος ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων, ᾤκεεν ἐν Πίνδῳ Μακεδνὸν καλέομενον, ἐνθεῦτεν δὲ αὖθις εἰς τὴν Δρυοπίδα μετέβη. Καὶ ἐκ τῆς Δρυοπίδος ἔτως ἐς Πελοπόννησον ἐλθὸν, Δωρικὸν ἐκλήθη. [56] Καὶ οἱ Κρῆτες Δωριεῖς ἐκαλέοντο.

A *Gens verò valde-erronea fuit. Etenim ſub Deucalione rege incoluit Phthiotidem, ſub Doro verò Hellenis filio regionem ſub Oſſam, & Olympum vocatam Iſtiæotidem, ex Iſtiæotide autem ut à Cadmeis ejecta fuit, incoluit in Pindo* Macednum *vocatum, hinc* B *rurſus in Dryopida migravit, & ex Dryopide ſic in Peloponneſum veniens* Dorica *vocata fuit.* Et Cretenſes vocabantur Dorienſes.

Δωριέες τε Τριχαΐκες· δίοιτε Πε- C λαζγοί.

Dorienſeſque Trichaïces divinique Pelaſgi.

Περὶ ὧν ἱστορεῖ Ἀνδρων· Κρητὸς ἐν τῇ νήσῳ βασιλεύοντος. [57] Τέκσαφον τὸν Δῶρον τὸν Ἕλληνος, ὁρμηθέντα ἐκ τῆς ἐν Θετταλίᾳ τότε μὲν Δωρίδος νῦν δὲ Ἱστιαιώτιδος καλεομένης, ἀφικέσθαι εἰς Κρήτην μετὰ Δωριέων τε καὶ Ἀχαιῶν καὶ Πελαζγῶν, [58] τῶν δὲ καταῤῥάντων εἰς Τυῤῥηνίαν. Μέμνηται τῆς Δωρίδος τῆς Θετταλικῆς Χάραξ ἐν ζ τῇ δὲ γράφων [59] τὸν Θεσσαλὸν τὸν Αἰάτου, νικήσαντα τοὺς ἐν Ἄρνῃ Βοιωτούς. Ὁ δὲ Θεσσα- E λὸς οὐδὲ τὸ πέμπτον μοῖραν τῆς ἐπωνυμίας μετέβαλεν, ἀλλ' Ἱστιαιῶτιν αὐτὴν, ὡς πρὶν καλεῖσθαι εἴασε. [60] Κεῖται δὲ πρὸς δυσμαῖς τῆς Πίνδου. Δῶρος δὲ αὐτὴν ὁ Ἕλληνος εἴληχε τὰ πρῶτα, καὶ Δωρὶς ἀπ' ἐκείνου ἐκαλεῖτο πρότερον, ὕστερον δὲ Ἱστιαῶτις μετωνομάσθη.

De quibus tradit Andron: Crete in inſula regnante Tecſaphum Dorum Hellenis [*filium*] profectum ex ea Doride, quæ tunc in Theſſalia, nunc verò *Iſtiæotide* dicta perveniſſe in Cretam cum Dorienſibus Achæiſque & Pelaſgis, qui ad Tyrrheniam non ſunt delati. Meminit Doridis Theſſalicæ Charax libro ſeptimo, ſic ſcribens de Theſſalo Aeatæ filio, qui Bœotos qui Arnæ habitabant, vicit: *Theſſalus autem neque quartam partem regionis cognomine privavit, ſed* Iſtiæotidem *eam ut antea vocari permiſit. Jacet verò ad occaſum Pindi* [*urbis*,] *Dorus autem filius Hellenis eam primum ſorte-accepit, ac* Doris *ab eo prius vocabatur, poſtea verò* Iſtiæotis *mutato-nomine-vocata eſt.*

ΔΩΡΟΣ [61], πόλις Φοινίκης. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Μετὰ δὲ ἡ πάλαι Δῶρος. Νῦν δὲ Δῶρα κα-

DORUS, urbs Phœniciæ. Hecatæus in Aſia: *Deinde antiqua Dorus. Nunc verò Dora* [neu-

[55] Τὸ δὲ πολυπλάνηλον κάρξαι, &c.] *Gens verò valde erronea, &c.* Sunt Herodoti verba ex ejus lib. 1. c. 56. quæ apud eum hoc modo leguntur: Τὸ δὲ, πολυπλάνηλον κάρξαι, ἐπὶ μὲν δὴ Δευκαλίωνος βασιλεύοντος οἴκεε γὰρ τὴν Φθιῶτιν. ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἕλληνος, τὴν αὐτὴν τὴν Ὄσσαν τε καὶ τὸν Ὄλυμπον χώρην, καλεομένην δὲ Ἱστιαιῶτιν, &c. Noſter ut videſ habet πολυπλάνηλον, ᾤκεε, Ὅσσαν, Herod. πολυπλάνητον, ᾤκεε, Ὅσσαν, ex Dialecto patria.

56 Καὶ οἱ Κρῆτες Δωριεῖς ἐκαλέοντο.] *Et Cretenſes vocabantur Dorienſes.* Ad id confirmandum affert verſiculum illum qui legitur Odyſſ. 19. v. 177. At ex illo non patet Cretenſes vocatos fuiſſe Dorienſes, neque id unquam cecinit Homerus, ſed cum inſulam Cretam depingit Odyſſ. citata v. 172. tandem v. 175. canit.

——— ἐν μὲν Ἀχαιοὶ,
Ἐν δὲ Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες
Δωριέες τε τριχάϊκες, δίοιτε Πελάσγοι.
——— *inter eos quidem Achæi,*
Tum Eteocretes magnanimi, cum Cydones
Dorienſesque trichaïces divinique Pelaſgi.

Ad quem locum Archiepiſcopus Theſſalonicæ inquit: Ἐτεόκρητες δὲ οἱ ἀληθῶς, ἢ ἀληθεῖς Κρῆτες, εἰ καὶ ἄλλως Κρῆτες ἀεὶ ψεύσται, ὡς καὶ προεῖρηται, &c. Id eſt, *Eteocretenſes verò dicuntur vere, vel veri Cretenſes, & ſi aliter Cretenſes ſemper mendaces, ut etiam ante dictum eſt.* Indigenæ igitur ſunt Eteocretenſes, id eſt, *Veri-Cretenſes* reſpectu advenarum, ut Geographo placet. Idem Auctor eodem loco diverſas affert ſententias, quamobrem poëtarum parens Dorienſes vocaverit *trichaïces*, ſcilicet, quod in tres partes diviſi fuerint, quarum una Eubœam, altera Peloponneſum, tertia Cretam incoluerit, vel quod bellicoſi eſſent, vel quod galeæ capilli, id eſt ſetæ, ſeu criſtæ equinæ in bello concutiuntur juxta illud Mantuani vatis Æneid. lib. 10. v. 869.

Ære caput fulgens, criſtaque hirſutus equina,

Et alia quæ prudens omitto.

57 Τέκσαφον τὸν Δῶρον τοῦ Ἕλληνος.] *Tecſaphum Dorum Hellenis filium.* Quem ex Androne noſter *Tecſaphum*, Euſt. ad Il. 19. v. 172. *Cercaphum* vocat. Quamobrem vel noſter ex Euſtathio, vel Euſtathius ex noſtro corrigendus eſt: atque cum Herodotus lib. 1. c. 56. nos doceat *Dorum* fuiſſe Hellenis filium, quod etiam confirmat Geographus lib. 8. ex edit. Pariſina, fol. 383. ſine dubio pro Τέκσαφον τὸν Δῶρον τοῦ Ἕλληνος, legendum, Κέρκαφον τοῦ Δώρου τοῦ Ἕλληνος, id eſt, *Cercaphum filium Dori, filii Hellenis.* facilis eſt tranſitus ex υ in ν. Sunt enim litteræ pene ſimiles.

58 Τῶν δὲ καταῤῥάντων εἰς Τυῤῥηνίαν.] *Qui ad Tyrrheniam non ſunt delati.* Pro καταῤῥάντων, legendum eſt, vel καταῤῥαντῶν, vel καταράντων.

59 Περὶ Θεσσαλοῦ τοῦ Αἰάτου.] Vocat Theſſalum Aeatæ filium, quem Geographus lib. 9. Aemonis filium, Diodorus Sicul. Bibliothecæ Hiſtoriæ lib. 4. Jaſonis ex Medea filium fuiſſe refert.

60 Κεῖται δὲ πρὸς δυσμαῖς τῆς Πίνδου.] *Jacet verò ad occaſum Pindi urbis.* Hæc verba nulla correctione opus habent. Pindus enim eſt nomen fluvii, montis & urbis, hic de urbe loquitur, ideo inquit τῆς Πίνδου. Strabo lib. 9. Πόλεις δ' ἔχον, Ἐρινεὸν, Βοῖον, Πίνδον, Κυθήνιον ὑπερκεῖται δ' ὁ Πίνδος τοῦ Ἐρινεοῦ· παρῤῥεῖ δ' αὐτὴν ὁμώνυμος ποταμὸς, id eſt: *Urbes verò habuere Erineum, Boium, Pindum, Cytinium, Pindus autem ſupra Erineum jacet, eam præterfluit ejuſdem nominis fluvius.* Ac paulò infra: Τινὲς δ' Ἀκύφαντα λέγουσι τὴν Πίνδον, id eſt, *aliqui verò Acyphantem vocant* [*urbem*] *Pindum.* Fuiſſe verò fluvium conſtat ex eodem Auctore libro 14. nec non montem, ut apparet ex ejuſdem lib. 7.

61 Δῶρος, &c.] *Dorus urbs Phœniciæ.* Videſis notas noſtras ſuo loco.

καλεῖται. 62 Καὶ ἔτως Ἰώσηπος αὐτὴν καλεῖ ἐν ἕκτῃ Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας. Ἀπὸ μὲν Ἰορδάνου μέχρι Δώρων πόλεως. 63 Καὶ πάλιν· Ἄζωτον καὶ Δώροις ὁριζόμενοι. 64 Καὶ ἐν δὲ εἶναί τι γύναιον ἐν πόλει Δώρῳ. 65 Καὶ πάλιν. Ὅτε ἐνέγκειν εἰς τὴν Δῶρον. Καὶ Κλαύδιος Ἰούλιος ἐν γ΄ Φοινικικῶν· Μετὰ Καισάρειαν Δῶρα κεῖται βραχεῖα πολίχνη, Φοινίκων αὐτὴν οἰκούντων, οἱ διὰ τὸ ἐπιτήδειον τῆς τε αἰγιαλῶν, καὶ τοῦ πορφύρας γόνιμον σπουδῆς, καλιὰς αὐτοῖς ᾠκοδομήσαντο, καὶ περιβαλλόμενοι χάρακας ὡς ἐπὶ κακῷ εἶχεν αὐτοῖς τὰ τῆς ἐργασίας, 66 τεμνόμενοι τὰς πέτρας, διὰ τῶν ἐξαιρουμένων λίθων τὰ τείχη καταβάλλοντο. 67 Καὶ τὸν ἔνορμον χειλὼ ὅπως τε ἀσφαλῶς ἔθεντο, ἐπώνυμον αὐτὴν τῇ παλαιᾷ γλώσσῃ Δῶρα καλοῦντες. 68 Οἱ δὲ Ἕλληνες ἄχελ ἔχειν τὴν φωνὴν διαφορᾶς καλοῦντα δρεπανοῦν Δῶραν τὴν πόλιν. Καί τινες ἱστοροῦσι Δῶρον τὸν Ποσειδῶνος οἰκιστὴν αὐτῆς γεγονέναι· Καὶ Ἀγαθαρχίδης Δῶραν τὴν πόλιν εἶδεν ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ ἐπὶ σωτῆρος δὲ ἐστὶ Στράτωνος πύργος. Εἶπε ἔνι Δώρα ἐπὶ χερσονησειδὴς τόπος κείμενον παλιζμάτιον δεχομένη ἔχ ὄρος ἔχ Καρμήλου. Καὶ ἐν θ΄. γεωγραφουμένων τὸ αὐτό. Ἀπολλόδωρος δὲ Δῶ-

[neutro plurali] *vocatur*, & ſic Joſephus eam vocat lib. v. Judaïcæ Hiſtoriæ. *A Jordane quidem uſque ad Dororum urbem.* Et rurſus: *Azoto & Doris terminati.* Et lib. iv. *Eſſe quamdam mulierculam in urbe Doro.* Et rurſum: *Quando tulit in Dorum.* Et Claudius Julius Phœnicicorum lib. iii. *Poſt Cæſaream Dora jacet exiguum oppidulum, Phœnicibus id incolentibus, qui propter ſaxeta littoris & purpuræ fœcunditatem convenientes tuguria ſibi conſtruxerunt & caſtra ſeu valla circummunierunt, ubi ex animi ſententia opus ipſis ſuccedebat ſecantes petram ex eximiis lapidibus murorum fundamenta jecerunt, & navibus opportunam pilam ubi tuto poſuerunt, cognominem eam urbi patria lingua vocabant. Græci verò quatenus vox eſt prolatu facilis contenti ſunt vocare* Doram *eodem modo urbem. Et aliqui tradunt Dorum Neptuni filium ejus conditorem fuiſſe.* Et Artemidorus in Epitome xi. librorum Doram urbem novit. *Contigua verò eſt Stratonis turris, deinde Dora oppidulum jacens in loco Cherſonneſi-formam-habente, incipiente illinc monte Carmelo.* Et libro nono Geographumenωn idem habetur. Apollodorus verò

62 Καὶ ἔτως Ἰώσηπος.] Profert verba trunca Joſephi quæ apud eum libro v. ſic leguntur: Τῆς Μανασσήτιδος οἱ ἡμισεῖς ἀπὸ μὲν Ἰορδάνου μέχρι Δώρων πόλεως, πλάτος δὲ ἐπὶ Βηθσάνων, ἣ νῦν Σκυθόπολις καλεῖται. id eſt, *Manaſſetidis dimidia pars à Jordane uſque ad Dora urbem, latitudo verò ad Bethſana, quæ nunc* Scythopolis *vocatur.*

63 Καὶ πάλιν.] *Et rurſus.* Illa etiam, quæ ſequuntur ſunt verba Joſephi trunca, quæ apud eum integra libro v. capite primo, ſic leguntur: Δανίτης δὲ τῆς κοίλης ὅσα πρὸς δυόμενον τέτραπται τὸν ἥλιον λαγχάνουσιν Ἄζωτος καὶ Δώροις ὁριζόμενοι, id eſt, *Danitæ verò Cavæ* [*Syriæ*] *quæcunque ad occidentem vergunt ſortiuntur Azo & Doris terminati.* Fuit Dorus ſeu Dora urbs maritima, ut claret ex Machab. lib. i. cap. xv.

64 Καὶ ἐν δ΄, &c.] *Et lib.* iv. &c. Illa affert ex Joſephi lib. iv. Sed eſt μνημονικὸν σφάλμα. Apud Joſephum enim neque lib. iv. nec lib. v. inveniuntur.

65 Καὶ πάλιν, &c.] *Et rurſum* &c.] Illa etiam quæ adducit verba, ac ſi eſſent ex ejuſdem Joſephi lib. iv. apud eum non inveniuntur.

66 Τεμνόμενοι τὰς πέτρας.] *Secantes petram.* Hæc verba nulla indigent correctione. Verbum enim τέμνω etiam cum genitivo invenitur præſertim apud Atticos.

67 Καὶ τὸν ἔνορμον χειλὼ, &c.] *Et navibus-opportunam pilam ubi tuto poſuerunt.* In hac ſectione magnam lectionis ſyrtin odoror, à nullo ſeu nauclero, ſeu navarcho antea patefactam, ſed ejus brevia navicula noſtra, ideo quia navicula ſine bolide audet ſulcare, alibi ſuæ temeritatis pœnas dabit debens ludibrium ventis, nunc auſo potitur, pro χειλὴν legendum eſt χηλὴν, i. e. pilam, ſeu molem, & hæc eſt vera hujus loci lectio. Χηλὴ enim Græcè & pila Latinè ſignificat aggeres ſeu moles, quæ conſtruuntur in aqua ad tuendas naves à fluctibus intra portus, cujuſmodi feciſſe Phœnices in Doro urbe inquit noſter Auctor, de qua voce audi Suidam: Χηλὴ, ὀνυξ βοὸς καὶ προβάτου καὶ αἰγός. Λέγε δὲ καὶ τὰ θαλαττίων τόμαρα χηλαὶ καρκίνων, καὶ τὰ λιμένων αἱ ἔξοχαί. id eſt, *chele, ungula bovis & ovis & capræ, dicuntur verò & marinorum cancrorum ora chelæ, & portuum eminentiæ.* Uſi ſunt hac voce Plutarch. in Solone & Thucyd. lib. i. Date vacivas aureis huic loquenti: Καὶ παρῆλθε ὠθῶν τὴν χηλήν. i.e. *Et ingreſſus eſt juxta pilam ſeu molem.* Ad quem locum videſis Scholiaſtam; de hujuſmodi pila facienda in aqua agit Vitruvius lib. 5. c. 12. quam graphicè depingit Mantuanus Homerus Æneid. lib. 9. v. 714.

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
Conſtructam jaciunt ponto: ſic illa ruinam
Prona trahit, penituſque vadis illiſa recumbit.

Vulgatiore nomine *moles* dicitur, ut claret ex Cic. Epiſt. ad Att. lib. 4. *Conſtat enim aditus inſulæ eſſe munitos mirificis molibus.* Nec non ex Suet. in Caligula: *Novum præterea atque inauditum genus ſpectaculi excogitavit. Nam Bajarum medium intervallum Puteolanas ad moles trium mill. & ſexcentor. fere paſſu. ponte conjunxit.* Hinc Hiſpanis hujuſmodi opus parum corrupto nomine dicitur *muelle.* A pila verò deducitur verbum oppilare, quo uſus eſt Lucretius de Rer. Nat. lib. 6. de Nilo loquens:

Eſt quoque uti poſſit magnus congreſſus arenæ
Fluctibus adverſis oppilare oſtia contra
Cum mare permotum ventis ruit intus arenam.

Ubi oppilare nihil aliud eſt quàm obſtruere, vel claudere, ſumpta metaphora, & verbo compoſito à pila, quo ſenſu etiam uſus eſt Cicero Philipp. 2. *Negociumque tranſegiſſes, niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conjeciſſet, hisque oppilatis, impetum tuum compreſſiſſet.* Hinc medicis dicitur oppilatio, vitium præcluſi jecinoris aliorumque inteſtinorum, quæ Græcis dicitur ἔμφραξις, ac ſi diceres *obſtructionem.* Apud Hiſpanos frequentiſſima ſunt nomina *opilation, & opilada* dici ſolita de puellis pallidis colore, quibus menſtrua non accidunt propter obſtructiones, & hinc ad alias res metaphoricè transferunt quod in alias linguas transferri cum eodem lepore non poteſt.

68 Οἱ δὲ Ἕλληνες, &c.] *Græci verò quatenus vox eſt prolatu facilis contenti ſunt vocare Doram* [*eodem modo*] *urbem.* Sic concipienda ſunt illa, quid enim ſibi vult, Græcos vocaſſe urbem ἀρκοῦντα, id eſt *ſufficientem*, quod eſſet prolatu facilis; itaque pro ἀρκοῦντα lege ἀρκοῦντες, pro φωνῆς διαφορᾶς lege φωνῆς διαφοράν, prius enim epithethon dicitur de terra, poſterius de vocibus.

69 Εἰς

ὃ Δῶρον καλεῖ ἐν χρονικῶν δ'. [69] Εἰς Δῶρον ἔσαν ἐπιθαλάτιον πόλιν. Καὶ Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ.

Δῶρίς τ' Ἀγχίαλός τ' Ἰόπη περίχυσα θαλάσσης.

Καὶ Χάραξ ιά. [70] Τρύφων, ἐν Δώρῳ τῆς κοίλης Συρίας πόλει πολιορκούμενος ὑπ' Ἀντιόχου, ἔφυγε εἰς Πτολεμαίδα τὴν Ἀκὴν λεγομένην. Τὸ ἐθνικὸν Δωρίτης. Οἱ δὲ δύο καταλήξεσιν ἀναλογεῖ, τῷ μὲν Δῶρα Δωρίτης, ὡς Στάγειρα Σταγειρίτης, ὡς εἴρηται. Τῆς δὲ Δῶρος ὁμοίως Δωρίτης. Σκίρος Σκιρίτης, Χῶρος Χωρίτης, Μέσος Μεσίτης, Κοπτὸς Κοπτίτης, Δίολκος Διολκίτης. [71] Παυσανίας δὲ ἐν τῇ τῶν Παλαιδος αὐτὸ κλίσει Δωριεῖς αὐτοὺς καλεῖ, τῇδε γράφων. Τύριοι Ἀσκαλωνῖται Δωριεῖς Ῥαφανεῶται. Ὥστε ὥσπερ τὸν Δῶρον τὸ Δώριος εἶναι, οὕτω καὶ εἴη ὁ Δωριεύς, ὡς ἐξ Χίου τὸ Χιεύς. Ἔστι καὶ Καρίας Δῶρος πόλις, ἣν συγκαταλέγει τῇ πόλεσιν ἡ Καρικαῖς Κράτερος ἐν τῷ περὶ ψηφισμάτων γ'. Καρικὸς φόρος Δῶρος, Φασηλῖται.

ΔΩΤΙΟΝ [72], πόλις Θεσσαλίας, ὅπου μεταῴκησαν οἱ Κνίδιοι, ὧν ἡ χώρα Κνιδία. [73] Καλλίμαχος ἐν ὕμνοις.

Οὔπω τὴν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον ἱρὸν ἔναιον.

Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Δωτίας τῆς Ἐλάτου. Φερεκύδης δὲ ἀπὸ Δώτου τοῦ Ἀστερίου τοῦ ἐξ Ἀμφικτυόνης, τῆς Φθίου. [74] Ὁ δὲ Ἀρχῖνος ἀπὸ Δώτου τοῦ Νεώνου τοῦ Ἕλληνος. Μνασέας δὲ ἀπὸ Δώτου τοῦ Πελασγοῦ. Ἔστι δὲ τὸ πεδίον αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἰδίοις ὄρεσι περιεχόμενον. Οἱ πολῖται Δωτιεύς. [75] Σοφοκλῆς Λαρισαίοις. Καί μοι *** ἔλον ῥίπτοντα Δωτιεὺς ἀνὴρ ἀγχοῦ παρὰ σκῆψεν ἐλαφρὸς ἐν δυσκή-

A rò Chronicorum lib. IV. *Dorum* vocat: *Ad Dorum maritimam urbem.* Et Alexander in Asia.

Doruſque litoraliſque Iope prominens mari.

B Et Charax undecimo: *Tryphon in Doro Cœleſyriæ*, i.e. *Cavæ Syriæ urbe obſeſſus ab Antiocho fugit Ptolemaidem quæ* Ace *dicitur.* Gentile Dorites. Quod duabus terminationibus analogia reſpondet, à Dora quidem Dorites, ut ab Stagira Stagirites, ut dictum eſt. A Doro verò C ſimiliter Dorites. [Ut ab] Scirus Scirites, Chorus Chorites, Meſus Meſites, Coptus Coptites, Diolcus Diolcites. Pauſanias verò in Conditu Patriæ ipſius *Dorienſes* eos appellat hoc modo ſcribens: *Tyrii, Aſcalonitæ, Dorienſes, Rhaphaneotæ.* Sic ut à Doro *urbe* ſit Dorius, cujus eſſet Dorienſis, ut à Cheſium Cheſienſis. Eſt D & Cariæ Dorus urbs, quam inter urbes Caricas recenſet Craterus Pſephiſmatum, *i.e.* Decretorum lib. III. *Caricum vectigal Dorus, Phaſelitæ.*

DOTIUM, urbs Theſſaliæ, quò transmigrarunt Cnidii, quorum regio Cnidia. Callimachus in Hymnis:

Nondum Cnidiam, adhuc Dotium Sacrum habitabant. F

Sic verò vocata fuit à Dotia Elati filia. Pherecydes autem à Dotide Aſterii, ex Amphictyone Phthii. Ut Archenus verò à Doto Neoni filio, Hellenis nepote. Mnaſeas autem à Doto Pelaſgi filio. Ipſa verò planicies per ſe propriis montibus circumdata. Cives Dotieus. Sophocles Lariſſæis: *Et me* *** *projicientem Dotieus, vir* G

69. Εἰς Δῶρον, ἔσαν ἐπιθαλάτιον πόλιν.] *Ad Dorum maritimam urbem.* Sunt verba Apollodori, quæ confirmat Auctor Machab. lib. I. cap. 15.

70 Τρύφων, ἐν Δώρῳ τῆς κοίλης Συρίας, &c.] *Tryphon in Doro Cœleſyriæ urbe obſeſſus ab Antiocho fugit Ptolomaidem, quæ* Ace *dicitur.* Hiſtoria Tryphonis memoratur Machab. lib. I. c. 15. ubi dicitur Tryphon fugiſſe, perſequente eum Antiocho, in *Dora* urbem maritimam, atque inde *Orthoſiadem.* Joſephus verò Antiquit. Judaic. lib. 13. c. 12. Auctor eſt Tryphonem Doris fugiſſe Apamiam, ubi ab Antiocho, urbe capta, interfectus fuit, cum tres annos regnaſſet. Quare, quæ Auctori lib. Mach. eſt *Orthoſias*, Joſepho eſſe videtur *Apamia:* at Ptolemais, quæ & *Ace*, in quam fugiſſe Tryphonem inquit Charax, diverſa erat ab illis, de quibus vide, quæ ſuo loco annotavimus, eidem Characi Dorus eſt urbs Cœleſyriæ, noſtro Auctori Phœniciæ. Scriptores plerumque regionum confinia confundunt, ac ſi quis *Trancozum* patriam meam Luſitaniæ nobile oppidum adſcripſerit Caſtellæ veteri, quod longè ab ejus finibus non abſit.

71 Παυσανίας δὲ, &c.] *Pauſanias verò in conditu patriæ ipſius* Dorienſes *eos appellat.* Hypercriticus Sam. Bochartus in ſua Chanaan lib. I. c. 41. affert ex Epitome Stephani in Δῶρος (ubi etiam Pauſanias ſed per averſionem laudatur) verba in quibus exiſtimat, vel aliquid ſupplendum, vel pro Παυσανίας legendum Πετρώνιος, quia hujus Petronii apud Joſephum Antiquit. Judaic. lib. XIX. c. VI. extat epiſtola, in qua Doræ urbis incolæ dicuntur Δωριεῖς, i. e. Dorienſes, ſed ἀδέν πως Διόνυσον. Pauſanias iſte qui Dororum urbis incolas vocavit Δωριεῖς, eſt diverſus ab illo Cappadoce, cujus decem libros de Græciæ deſcriptione habemus, quod cum doctiſſimum virum lateret, ideo exiſtimabat verba epitomatoris non eſſe ſana, de quibus vide Breviarium noſt. Auct. quos ad teſtimonium vocat Stephanus.

72 Δῶτιον, &c.] *Dotium urbs Theſſaliæ.* De qua egimus in epitoma.

73 Καλλίμαχος ἐν ὕμνοις.] Verſiculus ille Callimachi legitur apud eum in Hymno in Cererem v. 25. hoc modo:

Οὔπω τὴν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον ἱρὸν ἔναιον.
Nondum Cnidiam, adhuc Dotium ſacrum habitabant.

74 Ὡς δ' Ἀρχῖνος.] *Ut verò Archenus.* Nomen Auctoris incogniti, cujus patriam nec Aphormienſis Tiphys inveniet, de Pherecyde verò, & Mnaſea egimus in Breviario noſtro Auctorum, ſuis locis.

75 Σοφοκλῆς Λαρισαίοις, &c.] *Sophocles Lariſſæis* &c. Quæ ſequuntur ſunt verba malè ſana, imò potius depoſita, ex Sophoclis fabula, cui nomen *Lariſſæi*, quibus ne Æſculapius quidem medicaretur.

δυζκήμαλι ἢ ἐν Λημνίαις πρώτεραις. [76] Φερηκύδας δ', Ἄδμητος ἤδη, ὁ Δωλιεὺς Λαπίθης Κορωνός. Τὸ ἡλυκὸν Δωληΐς. Ῥίανος ἐν δ' Μεσσενιακῶν,

Αὐδλιν [77] εἰσώμιμον Δωληΐν ἴκλο [78] πελείη.

Καὶ Δωλιὰς ὡς Ἰλιὰς ἢ Ἰλιεύς. Σοφοκλῆς ἐν Πηλεῖ. Βασιλεὺς χώρας τῆς Δωλιάδος. [79] Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν Ῥόδου κτίσει.

— Ὅσσαλε γαίης

Ἔργλε Δωλιάδος πρότεροι κάμον Ἀσμονιῆες.

Καὶ Ἀντίμαχος ἐν β' Λύδης,

Φεύγοντας γαίης ἔκτοθι Δωλιάδος.

Καὶ ἀδέτερον Δώπιον. [80] Διονύσιος ἐν ά Γιγαντιάδος.

Καὶ κελάδων Σπερχειὸς ἔχοσί σε [81] Δώπια Τέμπεα.

Καὶ τὸ ἑνικὸν τῷ β'.

Καὶ κενεὸν [82] κρότησε λέβης ἀνὰ Δώπιον Ἄργος.

Ἐκλήθη δὲ Δώπιον ἀπὸ Δώτου τοῦ Πελασγοῦ παιδός, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν ἡ. Δῶτος ὁ Πελασγοῦ, ἀφ' οὗ τὸ Δώπιον πεδίον. Ἐκ τούτου τοίνυν Ὠρος ἐν τοῖς ἐθνικοῖς τῇδε γράφει. [83] Καὶ τὰ περὶ Θάμυριν ἐν Δωρίῳ παραστραφέντος ποιεῖ. Πάλιν Ἡσίοδος Δωλίῳ ἐν πεδίῳ Φάσκει αὐτὸν πεπλανῆσθαι. Σωτέον γὰρ τοῦτο τοῖς ἐξοκραφημένοις πρωτοτύποις τῶν ἐθνικῶν. Ἐπὶ γ' ἦν. Οὐ γὰρ ὡς ἡ Χαλκηδὼν καὶ Καρχηδὼν τὰ τοιαῦτα λέγει. Ἡ μὲν γὰρ Δ[illegible] οὖ

Λ. περὶ

vir prope attigit levis in amentia. Et in Lemniis prioribus: *Pherecydas verò Admetus & Dotiensis Lapithes Coronus.* Fœmin. Doteïs. Rhianus Messeniacorum lib. 4.

Loquelam ut sciret Dotiensem, venit, perfectè.

Et Dotias, ut Ilias ab Ilieus. Sophocles in Peleo: *Rex regionis Dotiadis.* Et Apollonius Rhodius de Rhodo condita:

— *Quantaque terræ*
Operaque Dotiadis primi elaborarunt Asmonienses.

Et Antimachus in secundo de Lyde:

Fugientes terram extra Dotiadem.

Et neutrum Dotium, Dionysius libro primo Gigantiadis:

Et resonans Sperchius, habent te Dotia Tempe.

Et [*neutrum*] singulare libro secundo:

Et vacuum pulsavit lebetem per Dotium Argos.

Vocatum verò est Dotium à Doto Pelasgi filio, ut Herodianus in octavo: *Dotus Pelasgi filius, à quo Dotius campus.* Ex abundanti igitur Orus, in Ethnicis sic scribit: *Et illa circa Tamyrin in Dorio* [accidisse] *narrante Poëta.* E contrario Hesiodus Dotio in campo dicit eum excæcatum fuisse. Collocat enim hoc inter ea prototypa ethnicorum, quæ duplici modo scribuntur. Subdit igitur: *Non enim ut Chalcedo, & Carchedo,* i. e. *Carthago, & quæ hujusmodi dicuntur.* Chalcedo enim per L.

est

[76] Φερηκύδας δ' Ἄδμητος, &c.] *Pherecydas verò Admetus,* &c. Hæc etiam videntur esse verba Sophoclis ex fabula, cui nomen Λημνίαι πρότεραι, quæ non extat. Quamobrem nec divinus senex, ut loquuntur medicorum filii, ea sanitati restituet, in eis latent cineres fabulæ coroni cænidæ, ad quam alludit Apollonius Rhod. Argonautic. lib. 1. v. 37.

Ἦλυθε δ' ἀφνειὴν πρόλιπὼν Γυρτῶνα Κόρωνος
Καινείδης, ἐσθλὸς μὲν ἔῃ δ' ἔ πατρὸς ἀμείνων.
Καινέα γὰρ ζωόν περ ἔτι κλείουσιν ἀοιδοὶ
Κενταύροισιν ὀλέσθαι.

Venit verò divitem relinquens Gyrtonem Coronus
Cænides, strenuus quidem sed suo patre non melior.
Cæneum enim adhuc viventem celebrant Poëtæ
A Centauris interiisse.

Quare apud Stephanum pro Φερηκύδης & Κόρωνος legendum existimo Καινείδης & Κόρωνος. Quin etiam in illis Sophoclis verbis corruptis inest Lapitharum seu Centaurorum fabulæ vestigium, quam latè prosequitur Apollonii Scholiasta, ad carmina citata, ad quam proculdubio alludebat Sophocles in illis verbis.

[77] Εἰσώμιμον.] Lege εἰσόμενον.

[78] Τελείη.] Legendum puto τελείως.

[79] Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος.] Liber iste Apollonii de Rhodo condita, non extat. Ejus meminit Jonsius de Script. Hist. Philosoph. lib. 1. c. 12. Ubi κτίσεων varios scriptores celebrat, ex eo opere affert nostèr versiculum illum, in quo pro Ἀσμονιῆες, i. e. *Asmonienses*, legendum Αἱμονιῆες. i. e. *Aemonienses*; Quæ est vera lectio. Nam Aemonia sumitur pro Thessalia, ut inquit Epitomator noster in Αἱμονία & Apollonii Scholiasta ad Argonautic. lib. 2. v. 506. Apud quem libro citato v. 509. Αἱμονιῆες memorantur: Dotias terra verò cujus fit mentio in illo Apollonii versiculo est periphrasis Dotii urbis Thessaliæ, de qua agit noster, atque in hujus confirmationem affert versiculum illum Apollonii.

[80] Διονύσιος ἐν ά Γιγαντιάδος.] Quinquaginta hujus nominis scriptores extitisse tradit Jonsius de script. Hist. Philosoph. lib. 1. c. 2. inter quos aliqui fuere Poëtæ, ut elucet ex eodem Auctore lib. 3. c. 8. Epitomator noster aliquammultos celebrat, de quibus egimus in Breviario nostro. Quis verò fuerit iste, qui Gigantiadis libros scripsit, non audeo dicere, duos ex eodem opere versiculos affert noster, alterum ex lib. 1. alterum ex lib. 2

[81] Δώπια Τέμπεα.] Hanc lectionem vexandam esse non censeo. Poëtæ enim Græci sunt valdè liberi, utramque terminationem & in εα & in η fine ulla discretione usurpant; in omnibus rebus, non modo in libertate conantur imitari communem ipsorum parentem, qui in primo versu illius operis, celeberrimi omnium, quæ huc usque orbem illuxêre, triplicem ruptâ servitutis catenâ arrogavit sibi libertatem, de quibus consulesis nostrum auctorum Breviarium, in Homero.

[82] Κρότησε.] Leg. ἐκρότησε, aliter claudicabit metrum.

[83] Καὶ τὰ περὶ Θάμυριν, &c.] *Et illa circa Thamyrin in Doro accidisse narrante Poëta.* Sunt verba ex Oro in Ethnicis, qui sententiam Homeri, & Hesiodi circa Thamyrin volebat conciliare. Poëta enim Il. 2. v. 595 in Doro id accidisse canit, Hesiodus verò in Dotio campo. Itaque Orcus dicebat duplici modo scribi & *Dorium*, & *Dotium*, at Stephanus contrariam opinionem sequitur.

Λ. πρὸς τ Πόντον, ἡ ὃ Δ διὰ Ρ. πρὸς τ Λιβύης. Ἡμεῖς γε προύθεμθα δείξαντες Δ διὰ πολλῶν μαρτυρικῶν, ἕτερον Δ διὰ Ρ. Δώριον, καὶ ἕτερον τὸ Δ διὰ Τ Δώτιον.

est circa Pontum, Carchedo verò per R est ante Libyam. Nos verò proponimus *contrarium* ostendentes multis testimoniis aliud *esse* Dorium per R & aliud Dotium per T.

Hic Fragmentum hoc desinebat, & incipiebat epigraphe hujusmodi.

Στεφάνου Γραμματικοῦ Κωνσταντινοπόλεως περὶ πόλεων, νήσων τε καὶ ἐθνῶν, δήμων τε καὶ τόπων, καὶ ὁμωνυμίας αὐτῶν καὶ μετωνομασίας, καὶ τῶν ἐνθένδε παραγομένων ἐθνικῶν τε καὶ τοπικῶν καὶ κτητικῶν τε ὀνομάτων.

Stephani Grammatici Constantinopolis de urbibus insulisque & gentibus, populisque & locis & homonymia ipsorum & metonomasia, & hinc deductis gentilibusque & localibus possessivisque nominibus.

Sequitur libri undecimi index.

Βιβλίον ια. Ὑποθήκην κεφάλαια. Τάγε πῶτα.

Ἔαρες.	ἔθνος.
Ἐβόρας.	πόλις.
Ἐβραῖοι.	ἔθνος.
Ἐβρών.	πόλις.
Ἔγγαδαι.	κώμη.
Ἐγγελᾶνες.	ἔθνος.
Ἐγγύιον.	πόλις.
Ἔγεσα.	πόλις.
Ἐγρά.	πόλις.
Ἐγχελεῖς.	ἔθνος.
Ἔδδανα.	πόλις.
Ἐδέβηστον.	πόλις.
Ἔδεσσα.	πόλις.
Ἐδρμαῖοι.	ἔθνος.
Ἔδρα.	ἡ καθέδρα
Ἐθνέσμ.	ἔθνος.
Εἰδομωλή.	πόλις.
Εἴζιλος.	Φρυγιά.
Ἐλάσιον.	πόλις.
Ἐληθυιάς.	πόλις.
Εἶναλος.	πόλις.
Εἰρεσιάδαι.	δῆμος.
Ἐκαδήμεια.	τόπος.
Ἐκάλη.	δῆμος.
Ἐκαλησία.	πόλις.
Ἐκαλόννησοι.	Νῆσος.
Ἐκαλόμπυλον.	πόλις.
Ἐκβάταια.	πόλις.
Ἐλαία.	πόλις.
Ἐλαιοῦς.	δῆμος.
Ἐλαίᾳ τεῖχος.	πολις.
Ἐλαιεῖς.	πόλις.
Ἐλαιοῦσα.	νῆσος.
Ἐλάτεια.	πόλις.
Ἐλαῦσα.	Φρυγιά.
Ἐλαφόννησος.	νῆσος.
Ἐλβέσποι.	ἔθνος.
Ἐλβονίς.	πόλις.
Ἐλβώ.	νῆσος.
Ἔλγος.	πόλις.
Ἐλέα.	πόλις.
Ἐλέεια.	χωρίον.
Ἐλένειος.	τόπος.
Ἐλένη.	νῆσος.
Ἐλεύθεραι.	Κιλικίας μέρος.
Ἐλεύθεραι.	πόλις.
Ἐλεύθερον.	πόλις.
Ἐλευθερίς.	πόλις.
Ἐλευθερίζκος.	πόλις.
Ἐλεύθερνα.	πόλις.
Ἐλεύσις.	δῆμος.
Ἐλεύσποι.	ἔθνος.
Ἐλεφαντίνη.	πόλις.
Ἐλεών.	πόλις.
Ἐλιβύργη.	πόλις.
Ἐλίκη.	πόλις.
Ἐλίμεια.	πόλις.
Ἐλινοί.	ἔθνος.
Ἐλίζοια.	νῆσος.
Ἐλίκυσοι.	ἔθνος.
Ἔλα.	χωρίον.
Ἔλλας.	πόλις.
Ἑλλιώπολις.	πόλις.
Ἑλλινικὸν καὶ καρικόν.	τόπος.
Ἐλλήσποντος,	ἡ χώρα.
Ἑλλοπία.	ἡ χώρα.
Ἔλλοπον.	πόλις.
Ἐλμανθίκη.	πόλις.

Ἔλος.

Ἔλ(ος).	πόλις.	Ἐλυμαῖα.	χώρα.
Ἔλυροι.	ἔθν(ος).	Ἐλύμνιον.	νῆσος.
Ἐλῶσα.	πόλις.	Ἔλυρ(ος).	πόλις.
Ἔλπα.	πόλις.	Ἔλωρος.	πόλις.

* * * * * * * * * * *

Reliqua deerant, ſequebantur verſus membranarum auctorem indicantes.

Σφάλματα καλλιγράφων πλυνώδωα μύρια φεύγων,
Χερσὶν ἑαῖς Θεόφιλος ὅλας ἐγράψαλο βίβλυς,
Τῶν τοπικῶν Στεφάνοιο σοφῆς τάζονα μελίτης.

Ἔαρες ἔθνος Ἰνδικὸν τῷ μετὰ Διρμάδα Διονύσῳ πολεμησάντων. Διονύσιος ἐν Βασσαρικῶν Δ. Οἱ δὲ ταχὺς προηγήσαλο Διονύσα εἰς Θήβης.

Eares gens Indica, ex illis qui cum Diriade bellaverunt contra Bacchum. Dionyſius in 4. Baſſaricorum.

Cito autem illi præceſſerunt Dionyſium ad Theben.

ΤΕΛΟΣ. FINIS.

BREVIARIUM,

SEU

COMMENTARIOLUS AUCTORUM,

Eorum præcipue,

Quos ad teſtimonium vocat Stephanus,

Accurante

THOMA de PINEDO LUSITANO.

ABRO. Fuit Athenienſis ex Bate, populo Ægeidis tribus, ſcripſit de feſtis, & ſacrificiis, ut teſtatur Stephanus, in Βάτη. Ex lib. περὶ παροινίων citatur, in Αἰλία, Ἀχάθη, Ἄργος, Ἀθλῶν. Ejus meminere Voſſius de Hiſt. Græcis lib. III. Joannes Jonſius de Script. Hiſt. Philoſophicæ lib. IV. Alium hujus nominis memorat Suidas *Phrygem*, ſeu *Rhodium* Grammaticum, Tryphonis diſcipulum, qui Romæ docuit ſervis parentibus procreatus, ut ex Hermippo docet idem auctor, de quorum ætate variant Auctores.

ACESODORUS. Fuit ex Arcadiæ Megalopoli, ſcripſit de urbibus, ut videas in Μεγάλη πόλις.

ADRIANUS. Fuit Poëta, ſcripſit Poëma, cui titulum fecit *Alexandrias*, i. e. *opus de Alexandro*, ejus nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio. Teſtis adducitur, ex ejuſdem operis lib. I. in Ἀσπάλα, ex lib. VI. in Σάνεια, diverſus eſt ab Adriano Imperatore, qui inter Poëtas quoque Græcos numeratur, ac quia Græcarum litterarum ſtudio tenebatur, *Græculus* ab eruditis appellatus fuit, auctore Spartano, in ejus vita, necnon Gyraldo de Poëtarum hiſtoria, Dialogo quinto.

AELIANUS. Fuit Italus ex Italiæ urbe Præneſte, & ejuſdem ſummus Pontifex, ſcripſit Græcè de varia hiſtoria lib. XIV. quem in titulo operis, ſed neſcio, utrum adeò feliciter, imitatus eſt *Nicolaus Leonicus*, qui ſæpe noſtrum auctorem tranſcribit innominatum. Scripſit etiam de Animalibus lib. XVI. necnon Tactica, quæ ad Adrianum Cæſarem, ſub quo floruit, miſit. Propter ſtyli ſuavitatem *Meliglooſſos*, i. e. *lingua mellea-præditus*, necnon *Meliphthongos*, i. e. *melliſonus* dictus fuit, ut tradit Suidas. Citatur in Χερρόνησος. Inter Sophiſtas etiam celebratur apud Philoſtratum, de quo conſule Voſſium de Hiſt. Græcis lib. II. c. II.

AESCHYLUS. Poeta tragicus Athenienſis, Euphorionis filius affuit prœlio apud Marathonem adverſus Perſas inter Græcos celeberrimo. Fato quodam etiam genuit duos filios Poëtas tragicos Euphorionem, & Bionem. Scripſit tragœdias XC. & aliquot elegias, reportavit tragœdiarum victorias XXVII. mortuus etiam quater vicit. Nam Euphorion ejus filius tot reportavit victorias patris fabulis nondum in lucem editis, ut docet Suid. in *Euphorion*. Cum autem vivens tragœdiam quamdam ageret, ac theatri tabulata cecidiſſent, in Siciliam fugit. Obiit ætatis anno LVIII. teſtudine in ejus caput ab aquila eam ferente, dejecta, eodem auctore in Αἰχύλος. Ejus fabulæ, quæ ſequuntur, citantur ab Stephano:

Ἰκέτιδες, in Δῆμος.
Κάρες, ſeu Εὐρώπη, in Μύλασσα.
Μυσοί, in Οἶος.
Πέρσαι, in Λυρκηστός.
Προμηθεὺς δεσμώτης, in Βόσπορος, Γναμψία.
Προμηθεὺς λυόμενος, in Ἄβιοι.

Primus invenit ſtolæ, & cothurni in tragœdiis gravitatem, qua induebantur Hierophantæ, ut claret ex Athenæ. lib. I. Poëtæ Itali comici, & tragici non audent ſummos Pontifices in ſuis fabulis introducere, cum Reges & Imperatores introducant. Nam cum id feciſſet Poëta quidam, juſſu Pontificis ſupplicio affectus fuit, ne dignitas Pontificia quodammodo vileſceret. Nomen auctoris apud quem id legerim, nunc mihi non ſuppetit. Iterum ad Æſchylum; Chamæleon apud Athenæum libro citato dicit, Æſchylum ſuas tragœdias ebrium feciſſe. Quapropter Sophocles de eo dicebat, ut eſt apud eumdem auctorem; *Etſi, quæ oportet, facit, id neſcientem facere.* Ex Poëtis Latinis Venu ſinus fuit maximus vini potor, quod ipſe in Homero, & Ennio laudat, ſcilicet, ut illorum exemplo ſuam excuſaret ebrietatem. Sic enim de eis loquitur Epiſt. lib. I. Epiſt. XIX.

Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus,
Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda. ———

Quin etiam Epiſtolam citatam ad Mœcenatem ſic incipit:

Priſco, ſi credis, Mœcenas docte, Cratino
Nulla placere diu, nec vivere Carmina poſſunt
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

De Æſchilo verò conſuleſis Voſſ. de Poëtis Græcis cap. IV. Gyraldum de Poëtarum hiſtoria Dialog. VI. qui ad unguem quidquid de eo retulere antiquiores, obſervavit.

AGATHOCLES, ſeu *Babylonius*, ut Athenæus inquit lib. IX. ſeu *Cyzicenus*, ut lib. XII. idem fuit auctor, qui *Cyzicenorum* res ſcripſit. Ex ejus enim lib. I. de *Cyzico*, teſtis adducitur ab Stephano, in Βέσβικος. Nec obſtat, quod duo habuerit cognomina, alterum patriæ, alterum domicilii, ut *Apio*, qui Οaſſenſis à patria, *Alexandrinus* à domicilio dictus fuit. Eum celebrat Voſſius inter ſcriptoris incertæ ætatis de Hiſt. Græcis lib. III.

AGROETAS. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἄμπελος. Scripſit *Scythica*, & *Libyca*, ut patet ex Apollonii Scholiaſta lib. II. & IV. cujus meminit Voſſius inter auctores incertæ ætatis de Hiſt. Græcis lib. III.

ALCMAN. Lyricus Poëta patriâ Lacedæmonius, ex Meſſoa, ut inquit Suidas, quæ eſt vera lectio. Meſſoa enim erat ſeu locus, ſeu tribus Laconicæ, ut apparet ex noſtro auctore, in Μέσσοα. Quare Gyraldus de Poëtarum hiſtoria Dialog. IX. falſus eſt, cum exiſtimat apud Suidam perperam legi *Meſſoa*, pro *Meſſana*. Paſſim Critici corrigunt, quæ non ſunt corrigenda. Uſus eſt Alcman Dorica dialecto, ac inventor fuit ἐρωτικῶν μελῶν, cum eſſet amori valde deditus; juxta Cratetem verò fuit *Lydus* ex Sardibus, ac claruit cum in Lydia regnaret Ardis, Gygis filius, pater Sadyattis, avus *Alyattis*, proavus Crœſi, quem Cyrus vicit, ut teſtatur Suidas. Fuit etiam alius hujus nominis Poëta Lyricus, quem Meſſene tulit, auctore eodem auctore. Meſſene verò fuit etiam urbs Laconicæ, ut apud Stephanum annotavimus, ſed hæc diverſa fuit à Meſſoa. Quis autem horum fuerit, quem noſter ad partes vocat, in Αἰγιάλεια, Ἀνίχωρον, Γάργαρα, Κάρυς, Ἐρυσίκη tuum eſto judicium. Ego enim hac in re Davus ſum, non Oedipus, de quibus conſuleſis Gyraldum loco citato, Voſſium de Poëtis Græcis c. III.

ALEXANDER. Hujus nominis plures videntur fuiſſe auctores, quorum ſine cognomento meminit, ac varia opera allegat, ſcilicet *Ægyptiacorum* lib. I. in Θις, lib. III. in Τένεδος, lib. XIII. in Ἀγκυρών, *Aſſiam*, in Γεραναί, lib. de Bithynia, in Καλλίπολις, lib. de Delphico oraculo,

in Πάρνασσον, *Europam* in Διρράχιον, Τυρσηνίαν, Υλέα, lib. de Ponto Euxino, in Λέσβοι, & Γάμοι, *Caricorum* lib. II. in Ἄμυκον, & Ἀργιλα, de *Cypro*, in χύτροι, *Libycorum* lib. III. in Ἀρσινόη, Γίλδα, Κορυκήνιον, de *Lyciæ Periplo*, in Δολίχη, *Lyciac.* lib. I. in Γάγαι, secund. in Λέσβα, de *Paphlagonia*, in Γάγρης, Δάρδανα, de *Phrygia* lib. III. in Φαρνακία, de Syria, in Τάβαι.

ALEXANDER. Asclepiadæ filius, Grammaticus eruditissimus, ex Cotyaëo Phrygiæ urbe, qui περὶ παραδόξης ὕλης scripsit libros XLII. auctore, nostro auctore, in Κοτυάειον. Notiore nomine dicitur Alexander Cornelius necnon Polyhistor, Cornelius scilicet, quod Cornelio Lentulo fuerit venditus, ejusque pædagogus factus, postea manumissus, propter eruditionem verò *Polyhistor*, appellatus. Fuit Cratetis discipulus, innumera scripsit, & de *Roma* lib. V. in quibus affirmabat fuisse fœminam Hebræam nomine *Moso*, cujus syngramma erat apud Hebræos Lex, auctore Suida, cui *Milesius* dicitur, sed nostri auctoris sententiam confirmat Etymologus, cui *Cotyaeus* vocatur, in Δέδμηκα, & Περιρρήδης. Nullus dubito plurima opera, quorum meminit noster, sub nomine *Alexandri*, ad hunc pertinere. Obiit Laurenti, ædibus, in quibus erat, flamma consumptis, quod ubi ejus uxor Helena audivit, laqueo vitam finivit, ut prodit Suidas. Adducitur ab Stephano sub nomine Polyhistoris, in Ἄμβασον, Γάδειρα, Θύνη, Ἰσδύα. Ejus opus de *Lycia*, in Φέλλος, ejusdem *Lyciacorum* lib. I. in Λάρος, ejus liber de *Cilicia*, in Ἀφροδισιάς, de quo videsis Voss. de Hist. Græcis lib. I. c. 22. Jonsium de Scriptoribus hist. Philosophicæ lib. 2. c. 17. Joan. Andream Quinstedt de *Patriis Illustrium doctrinâ, & scriptis virorum*, in *Asia*.

ALEXANDER EPHESIUS. Lychnus etiam dicebatur, fuit Historicus, Poëta & Orator, auctore Strabone lib. XIV. cujus sunt verba: Τῶν δὲ νεωτέρων Ἀλέξανδρος ῥήτωρ, ὁ Λύχνος προσαγορευθείς, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο, καὶ συνέγραψεν ἱστορίαν, καὶ ἔπη κατέλιπεν, &c. id est: *Ex recentioribus fuit Alexander Orator, qui* Lychnus *cognominatus est, qui & rempublicam gessit, & historiam conscripsit, & carmina reliquit, in quibus de rebus cœlestibus agit, & epiros geographicè describit editis de singulis poëmatis.* Laudatur ab auctore nostro, in Σηδάσα, ejus *Asia*, & *Libya*, in Χαονία, carmina quædam afferuntur, in Λάπηθος, & Ταπροβάνη, quem inter scriptores incertæ ætatis memorat Vossius de Hist. Græcis lib. III. Suidas, cum diversos hujus nominis celebrat, nec *Ephesium*, nec *Lychnum* memorat.

ANACREON. Poëta Lyricus ex *Teio* Ioniæ civitate, quare *Teius* cognominatus fuit, & hinc apud Ovidium *Teia Musa*, & apud Horat. carm. lib. I. ode XVII. *fides Teia.* De ejus ætate, & parentibus non convenit inter Criticorum filios. Valde deditus fuit vino, & puerorum amoribus, afflictim ardebat puerum nomine *Bathyllum*, Quare Horat. Epod. libro ode XIV. canit:

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teum.

Alii dicunt vixisse, sub Polycrate Samiorum tyranno, cujus etiam puerum *Smerdiam* amavit, propter ejus indolem, ut tradit Ælianus de varia historia lib. IX. c. IV. qui eum pæderastiæ vitio absolvit, at Suidas id ei impingit. Hujusmodi vitium apud Ethnicos non erat adeò infame, quandoquidem Horatius, Martialis, & alii in eo gloriantur, at infames apud eos habebantur, qui fœminam agebant. Unde in triumpho Cæsaris ejus milites joculariter vulgatissimum illud canebant, ut refert Suet. in Cæsare c. XLIX.

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.
Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias,
Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

Apud C. Tacitum in Nerone legimus eos, qui id se passos esse dicebant, ut infames tormento exemptos fuisse, etsi id ob alia crimina mererentur. Alii sub Cyri, & Cambysæ temporibus Anacreonta vixisse dicebant, ut elucet ex Suida, qui de ejus vinolentia testimonium nobis reliquit, in cujus confirmationem à Simonide juniore οἰνοβαρὴς, i. e. *vino gravis* vocatus fuit, ut annotavit Gyrald. de Poët. Hist. Dialog. IX. Scripsit varia carmina Ionica dialecto, quibus suam vinolentiam testatur, & jambos, sed ut plerumque ejus Poësis est amatoria, auctore Paus. lib. I. qui ejus statuam in Athenienti arce extitisse inquit, cujus habitus erat veluti hominis per ebrietatem cantantis. Memoratur ab epitomatore nostro in Τέως, de quo videsis Gyraldum loco citato, Voss. de Poëtis Græcis, c. IV. Ex Cicer. Tusc. Quæst. lib. IV. prope libri calcem patet, maximè omnium flagrâsse amore *Rheginum Ibicum*, & ejus poësim totam esse amatoriam.

ANAXIMENES. Ejus librum cui ἐπιγραφὴ erat Μεγαλωγαὶ βασιλέων laudat noster, in Παυσανίαν. Utrum hic fuerit *Anaximenes Lampsacenus Senior*, Aristoclis filius, Diogenis Cynici discipulus, qui Alexandrum comitatus est, ut & *Cyneas* Pyrrhum Epirotarum regem, scilicet, ut eorum res gestas scriberent, tuum esto judicium, de quo vide, quæ ad Lampsacum annotavimus. Fuit etiam alius Anaximenes Lampsacenus junior, auctore Laërtio, in *Anaximenes*. Consulesis Suidam, Voss. de Hist. Græcis lib. I. c. 10. Jonsium de Script. Hist. Philosoph. lib. I. c. 10. Meursium, notis ad Chalcidum fol. XXXVII.

ANDROTIO. Varii hujus nominis celebrantur scriptores, ut videre est apud Vossium de Hist. Græcis lib. III. apud Jonsium de script. Hist. Philosoph. lib. II. c. 9. sine operis nomine citatur à nostro in Βολισσὸς, ejus *Atthidis* lib. III. in Ἁλικαρνασσὸς, lib. IV. in Ἀγχίσσα, sextus, in Γρησίος, octavus, in Ἀκρώνιον, in Αἰτωλία deficit nomen numerale, itaque pro ἐν Ἀτθιδος, i. e. in Atthidis legendum est, ut puto, ἑκτῇ, vel τρίτῃ, i. e. *lib.* VI. *vel* III. *Atthidis*, vel aliud simile, quod cum de Aetolia egimus, dicere obliti sumus; *Atthidis* verò libros, id est, *Atticæ historiam*, scripsêre etiam Philochorus. Testis est auct. noster in Ἄρειος πάγος. Necnon Demus auctore Athenæo lib. 14. Ister etiam scripsit συναγωγὴν τῶν Ἀτθίδων, i. e. *Collectionem, seu collectanea rerum Atticarum*, teste nostro Harpocratione, in Ἐπτανεχεῖν. Androtio verò, qui à nostro citatur, est, qui Atthidis, i. e. *Atticæ historiam* conscripsit, de cujus ætate dissentiunt eruditi. Non enim credo fuisse eumdem, quem Suidas oratorem, & Isocratis discipulum fuisse refert.

ANTHES. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἁλικαρνασσὸς. Fuit Poeta Anthedonius, ex Anthedone Bœotiæ urbe, qui apud Græcos Θρῆνος, i. e. *lamentabile carmen*, ut & Linus scripsit, cujus rei locuples testis est Plutarch. in libro de Musica.

ANTIGONUS. Sine cognomento, ejus περιήγησις Macedonia, in Αἰολίς. Antigonus verò Carystius, cujus Θαυμάσια, i. e. *mirabilia* Xylander edidit in lucem, testis adducitur, in Γύαρος. Scripsit etiam vitas eruditorum virorum, auct. D. Hieronymo, in præfatione libri de scriptoribus Ecclesiasticis. Memoratur Vossio de Hist. Græc. lib. I. c. XII. Jonsio de script. Hist. Philosoph. lib. II. c. IV.

ANTIMACHUS. Sine cognomento, in Ἀμφιγένεια, Ἄργος, Δύμη. Ejus *Thebais*, in Αἶα, ejusdem operis lib. I. in Κύνθος, & Τευμησσός. *Artemidis* lib. II. in Κόλυαιον. Quatuor hujus nominis celebrat Suidas, scilicet *Antimachum Colophonium*, Grammaticum & Poëtam, Panyasidis Poëtæ, & Stesimbroti auditorem, qui fuit ante Platonem; *Antimachum Heliopolitanum Poëtam*, qui scripsit Κοσμοποιΐαν versibus heroicis; *Antimachum Psecada*, Poëtam Lyricum, sic dictus fuit, quod eos, quibuscum conversabatur πρεσβύτερος, i. e. veluti minutissima pluvia irrigaret. Ψιακὰς apud Græcos minutissimam pluviam significat, postremum *Olympicum* vocatum eadem etiam de causa, Psecada. Quis verò horum fuerit, qui ab Stephano laudatur, me latet.

ANTIOCHUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Βρέττος, & in Σαμάρεια. Diversos hujus nominis celebrat Vossius de Hist. Græcis lib. IV. scilicet *Antigonum Syracusanum*, *Laodicenum*, *Ascalonensem*, quem disertissimus Romuli nepotum audivit, ut ipse refert lib. I. de Natura Deorum. Nullus dubito hunc fuisse, quem noster ad testimonium vocat. Samaria enim non longè distabat ab Ascalone.

ANTIPATER. Sine cognomento, ejus lib. III. de *Rhodo* citatur, in Ἀρμενία. Diversos hujus nominis memorat Vossius de Historicis Græcis lib. III. inter scriptores incertæ ætatis.

ANTIPHANES. Bergæus ex Berge Thraciæ urbe Poëta comicus, auctore, nostro auctore, in Βέργη. Diversos hujus nominis Poëtas celebrat Gyraldus de Poëtarum Historia, Dialogo sexto, & Suidas suis locis, quos consules. Gyraldus loco citato inquit, hunc Poëtam *Bergæum* scripsisse comœdias, in quibus ἄπιστα, i. e. *incredibilia* narrabat, adeò ut ab eo proverbium factum fuerit βεργαίζειν, pro eo quod est *incredibilia*, & *varia dicere*, quod ex nostro auctore transcripsit. Sic enim ille de eo in Βέργη scribit: Βέργη, πόλις Θράκης, πρὸς τῇ Χερρονήσῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Βεργαῖος, Στράβων ὁ κωμῳδιὰν λέγει, ἐξ ἧς ὁ Βεργαῖος Ἀνιφάνης, κωμικὸς, ἄπιστα ὅτι συν-

γράψειν, ὡς φασιν, ἀφ' ἧς καὶ παροιμία Βεργαΐζειν ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἀληθὲς λέγειν, &c. i. e. *Berge, urbs Thraciæ, prope Cherſoneſum; Gentile, Bergæus, Strabo verò vicum eſſe dicit, ex qua erat Bergæus Antiphanes, comicus, Incredibilia verò hic conſcripſit, ut ajunt, à quo & paræmia Bergaizare, pro nihil veri dicere.* Apud Strab. etiam lib. II. legitur Βεργαῖον δήγημα, pro eodem.

APHODISIUS, ſeu EUPHEMIUS. Ex libro περὶ παιδιᾶς, in Ἀφόρμιον, unde innuit Stephanus fuiſſe, ſed iſte non fuit adeò celebris, ac Aphormienſis Tiphys navis Argûs gubernator: hic vivus volitat, ille mortuus jacet, in antiquitatis ſepulchro. Ejus enim nulla apud alios, quod ſciam fit mentio.

APIO Celeberrimus, & eruditiſſimus Grammaticus, quem Tiberius Cæſar *mundi cymbalum* vocabat, auctore Plinio in Prologo Naturalis hiſtoriæ, Plinius verò ipſe in præfatione ſua ad Veſpaſianum *publicæ famæ tympanum* appellavit, cognominatus etiam fuit Πλειστονίκης, i. e. *ſæpiſſime victor.* Teſtis eſt idem auctor lib. 37. c. 5. necnon *Polyhiſtor* à varia eruditione, ut ait Gellius Noct. Attic. lib. 5. c. 14. necnon *Mochthos* ab aſſiduo in litteras labore, referente Suida, apud quem perperam legitur Ἀπίων ὁ Πλειστονίκα, i. e. *Apio Pliſtonici*, ac ſi fuiſſet Pliſtonici filius. Vera lectio ex Plinii libro, capiteque citato reſtituenda eſt, Ἀπίων ὁ Πλειστονίκης, i. e. *Apio Pliſtonices.* i. e. *Sæpiſſime victor.* Fuit *Oaſenſis* ex Oaſi civitate. Ejus æſtimationis & eruditionis certum indicium eſt, quod ab Alexandrinis miſſus fuerit legatus ad Cæſarem Caligulam adverſus Judæos, quo tempore ipſi Alexandrini Judæi ad eundem Cæſarem legatum etiam miſere Philonem illum celeberrimum Philoſophum, de quo circumfertur adagium illud, lippis & tonſoribus, ut ajunt notum, ut ſuæ gentis cauſam defenderet contra eundem Apionem. Adverſus quem exſtant duo eruditi Joſephi libelli, in quibus aliquammulta deperditorum auctorum loca citantur. Noſter citat Apionem in Ἀπόλλωνος πόλις, Καθηγητὴς, Κρητός.

APOLLODORUS. Sine cognomento ſæpe citatur apud Stephanum, at in Ὠρικὸς dicitur θαυμασιώτατος, i. e. *mirabiliſſimus*, forſitan, quod de Mirabilibus ſcripſit. Voſſ. de Hiſt. Græcis lib. II. c. XIV. hunc Apollodorum qui de Mirabilibus ſcripſit, inquit eſſe, quem Guilielmus Xylander primus exhibuit, ſed ipſe Xylander in Indice, quem in Stephanum conſcripſit, inquit eſſe Antigonum Caryſtium, cujus ipſe θαυμάσια, i. e. *Mirabilia* in lucem emiſit. Varii verò reperiuntur Apollodori apud auctores, de quibus videſis eundem Voſſium de Hiſt. Græcis lib. III. Jonſium de Script. Hiſt. Philoſoph. lib. II. c. XVII.

APOLLONIDES. Nicaeus, id eſt: ex *Nicea*, qui Timonis Phliaſii *Sillos* commentatus eſt. Floruit ſub Tiberio Cæſare, ut placet Laërtio, in Timone, etſi Voſſius de Hiſt. Græcis lib. III. eum inter ſcriptores incertæ ætatis memorat. Illius ſunt verba: Τίμων Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς, ὁ παρ' ἡμῶν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τοὺς σίλλους ὑπομνημάτων, ἃ πρὸς φωνεῖ Τιβερίῳ Καίσαρι, φησὶ τὸν Τίμωνα εἶναι παλαιὸς μὲν Τιμάρχου, Φλιάσιον δὲ τὸ γένος. i. e. *Timon Apollonides Nicaeus, de quo in primo commentariorum in Sillos libro diximus, quos Tiberio Cæſari dedicavit, aſſerit Timonem patre Timarcho, genere Phliaſium fuiſſe.* Verba Diogenis ægreſcunt, ſed non ſunt depoſitæ ſalutis, ſine Æſculapii ope priſtinæ valetudini reſtitui poſſunt, tametſi deceperunt, non interpretem modò, ſed & Voſſium in paucis doctiſſimum, qui de Hiſtoricis Græcis lib. II. c. XIII. Timonem vocat *Apollonidem.* Ita interpungenda & corrigenda ſunt: Τίμων. Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ὁ καθ' ἡμᾶς, &c. i. e. *Timon. Apollonides Nicaeus, qui ante nos fuit, &c.* Laërtius enim ex Apollonide Nicaeo inquit, Timonem fuiſſe Timarchi filium, ac genere Phliaſium. Quod etiam Lynceus Samubonus in ſuis ad Diogenem notis non vidit. Modus ille loquendi non infrequens eſt apud Laërtium. Apollonides verò de quo nunc ſermo, citatur à noſtro in Τέμνα.

APOLLONIUS. Sine cognomento, ex diverſis ejus libris citatur. Ex libro περὶ γενῶν, in Καρία, ex libro *Caricorum*, in Βάρκασα, ex Κιδῶν Κτίσει lege ex Κνίδου κτίσει, i. e. *de Cnidi conditu*, in Ψυλλέοις, ex libro περὶ Λυκίας, in Κοχλίσαι, ex libro περὶ παθῶν, in Καρία, ex libro Χρονικῶν, in Χαλκηδόνι. Suidas nos docet Apollonium Alexandrinum cognomento *Dyſcolum*, i. e. *difficilem*, inter alia ſcripſiſſe περὶ παθῶν, & περὶ γενῶν, & Apollonium Aphrodiſienſem Summum Sacerdotem, & hiſtoricum ſcripſiſſe, *Caricâ* de Trallibus. Ergo opera quæ recenſet Stephanus pertinent ad tres Apollonios, ſcilicet liber περὶ παθῶν & περὶ γενῶν ad *Apollonium Alexandrinum*, *Caricorum* verò liber ad *Apollonium Aphrodiſienſem*, reliqui verò libri, ſcilicet de *Cnidi conditu*, de *Lycia* & *Chronica*, ad quem Apollonium pertineant me latet, niſi forte ad Apollonium Technicum, de quo poſtea agemus.

APOLLONIUS RHODIUS. Argonauticorum ſcriptor, *Alexandrinus*, etſi *Rhodius* cognominatur, quod ex Alexandria Rhodum conceſſerit, atque illic ἐπολιτεύσατο. Simili modo *Apio*, cum eſſet *Oaſenſis*, *Alexandrinus* tamen cognominabatur; fuit Apollonius Callimachi diſcipulus, ſed erga præceptorem ingratus, ideò Callimachus adverſus eum carmen maledicum ſcripſit, quod ab ave Ægyptia, roſtro ventrem purgante, *Ibin* vocavit. Ejus exemplo Ovidius *Ibin* quoque, in Corvinum ſcripſit, ut ex Minutiano traditCœl. Rhodig. lection. Antiqu. lib. 13. c. 1. Floruit Apollonius Rhodius ſub Ptolomæo Evergeta, auctore Suida. Citatur ab Stephano ſine cognomento, in Ἄβαυλις, Ἐρυθίναι, addito cognomento, in Ὀγχηστὸς, & in Κόρινθος, ex libro, nomine, Καινῷ τῷ δευτέρῳ, ſed hic aut alius auctor eſt, aut vitio citatur. A nemine enim ſimilis liber inter Apollonii Rhodii opera memoratur. Fuit condiſcipulus Eratoſthenis, cui ſucceſſit in Alexandrinæ bibliothecæ curatione, ut nos docet idem auctor. Ejus tantum habemus quatuor Argonauticorum libros, opus multis vigiliis elucubratum, difficile & durum, niſi qua parte Medeæ amores deſcribit: unde Virgilius plura in ſuos Didonis amores tranſtuliſſe creditur, in quod exſtant ſcholia collecta, & concinnata ex Lucillo Tarrhæo, Sophocleo, & Theone, teſte Anonymo, in vita Apollonii. Tenue de eo teſtimonium perhibet Quintilianus Inſtit. Orat. lib. X. ubi non contemnendum opus edidiſſe inquit, æquali quadam mediocritate. Et Græcis & Latinis Poëtis grata fuit aurei velleris fabula, & Jaſonis expeditio. Primus, qui Argonautica ſcripſit fuit Orpheus, non Thracius ille muſicus, ſed *Crotoniata*, deinde Epimenides Gnoſius, auctore Laërtio in ejus vita. Ex Latinis primus id fecit Atacinus Varro, cujus encomium exſtat apud Quintilianum libro citato, poſtea C. Val. Flaccus omnibus notus. Vocat etiam epitomator noſter ad teſtimonium Apollonium, in Ἀϊδεῖς ubi pro ἐν τῇ Ἀργοναυτικῇ legendum exiſtimo ἐν τοῖς Ἀργοναυτικοῖς. Nemo enim, quod ſciam Argonauticorum opus ſic vocavit. Apollonius Technicus, citatur, in Ἄβαρνα & Πάρος. Ejus cognomen ſine nomine apponitur, in Ἀκίλης, Ἀλλόδευγες, Ἄφθαλα; credo fuiſſe eundem, ac Apollonium cognomento Dyſcolum, ſiquidem noſter auctor ait in Πάρος, Apollonium Technicum ſcripſiſſe librum περὶ παρανόμων, quem inter opera Apollonii cognomento *Dyſcoli* celebrat Suidas; complures Apollonios enumerat Meurſius ad *Apollonium Dyſcolum* & Voſſ. de Hiſt. Græcis lib. II. c. 14. & lib. I. c. 23.

APPIANUS. Sine cognomento teſtis adducitur, in Δάλμιον, & in Ἀστραῖοι, ne dubites eſſe Appianum Alexandrinum, qui ſub Trajano & Adriano vixit, auctore Photio, in Biblioth. Ipſe Appianus, in præfatione ſui operis recenſet libros, quos ſcripſit. Eum conſule.

ARATUS. Sine cognomento advocatur, in Φολέγανδρος, neſcio utrum ſit iſte, celeberrimus ille Φαινομένων ſcriptor, quorum initium, ut inquit Suidas eſt admirabile, ſcilicet quod Poëma ſuum ſic incepit:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄρρητον, μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
Πᾶσαι δὲ ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα
Καὶ λιμένες πάντῃ δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.
Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν, &c. id eſt:

A Jove principium, quem nunquam viri mittimus
Infatum: plena verò Jovis omnia quidem compita,
Omnes verò hominum cœtus, plenum verò mare
Et portus, ubique autem Jove indigemus omnes,
Hujus enim & genus ſumus, &c.

In penultimo carmine Virgilius videtur legiſſe πιπλήσμεθα, i. e. *pleni ſumus.* Sic enim ille Ecloga 3. v. 60. hunc Arati locum imitatus eſt:

Ab Jove principium Muſæ, Jovis omnia plena.

Fuit autem Aratus, Solenſis ex Solis Ciliæ urbe, quæ poſtea à Pompejo inſtaurata *Pompejopolis* vocata fuit, ſicut noſter facit teſtim. in Σόλοι. Ejus opera recenſet Suidas inter quæ primum tenent locum *Phænomena*, quæ à Cicerone admodum adoleſcentulo converſa ſunt ex Græco ſermone in Latinum, ut ipſe aſſerit de Natura Deorum lib. II. ac tandem à Sexto Ruffo Avieno. Conſtat inter doctos, hominem ignarum aſtrologiæ, ornatiſſimis, atque optimis verſibus Aratum, de cœlo, ſtellisque dixiſſe, ut inquit Cicero de Oratore lib. I. neſcio utrum hujus

Arati sit distichon illud in Diotimum, quod affert epitomator noster, in Γάεγαεγ. Apud Macrobium Satur. lib. 5. c. 20. hujus Arati sit mentio & epigrammatis in Diotimum. Floruit Aratus Phænoménων scriptor rege Macedonum Antigono, filio Demetrii *Poliorcetæ*, qui *Gonatâs* cognominatus fuit, auctore Suida, at Diotimi Poëtæ ætatem non potui invenire. Eâ enim inventâ facile poterat sciri, utrum Aratus Phœnoménων scriptor fuerit, qui illud distichon in Diotimum scripserit, an alius.

ARCADIUS. Citatur in Αἰγόσθενα, & Ἀυρηλίκα, ejus Orthographia, in Ἀκλίκα. Fuit Grammaticus Antiochenus, qui scripsit non solum de *Orthographia*, sed etiam de *constitutione partium orationis*, & *Onomasticum* admirabile, ut memoriæ commendat Suid. in Ἀρκαδίου.

ARCHILOCHUS. Sine cognomento, in Κρήτη, ejus *Epodi*, in Πάρου, ejus *Iobacchi*, in Βίχεις. Fuit Poëta Parius h. e. ex Insula Paro, auctore Horatio Epist. lib. 1. Epist. 19. v. 23.

Parios ego primus Iambos
Ostendi Latio, numeros, animosque secutus
Archilochi, non res, & agentia verba Lycamben.

Hic primum obtinet locum inter eos, qui apud Græcos Jambos scripsere, teste Quintil. Institut. Orat. lib. x. cujus sunt verba: *Itaque ex tribus receptis, Aristarchi judicio scriptoribus jamborum, ad ἕξιν maximè pertinebit unus Archilochus. Summa in hoc vis elocutionis, cum validæ, tum brevis, vibranteſque sententiæ, plurimum sanguinis, atque nervorum adeò ut videatur quibusdam, quod quidem minor est, materiæ esse, non ingenii vitium.* Adeò acerbus fuit in maledicendo, ut socerum Lycamben, quod filiam nomine *Neobulen*, quam ei promiserat, alteri collocasset, ad laqueum ob jamborum petulantiam in eum scriptorum compulerit, unde Horatius Epod. 6. v. 13. canit:

Cave, cave: namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua
Qualis Lycambæ fretus infido gener.

Ejus libros propter obscœnitatem Lacedæmonios sanxisse, ut extra suam urbem exportarentur, asserunt Criticorum παῖδες, inter quos Val. Max. Plutarchus autem, in *Laconicis institutis* auctor est, eum etiam ex urbe expulisse quod in quodam carmine scripsisset præstare arma abjicere, quam mori, nihilo minus tamen Apollo Delphicus ejus interfectorem Calondam (is eum in prælio quodam occiderat) arguit, ut referunt Plin. Nat. Hist. lib. VII. c. XXIX. Suidas, in *Archilochus*. Critias apud Ælianum de var. Hist. lib. x. c. XIII. eum reprehendit, quod ipse de se pessime sit locutus: (Græca omitto) *Nisi enim ipse de se talem opinionem, & famam in Græciam intulisset, nunquam utique nos scire potuissemus neque eum matre Enipone serva natum fuisse, nec relicta Paro, paupertate, rerumque penuria coactum in Thasum venisse, neque etiam, quod eò cum venisset adversus hos inimicitias gessisset, neque tam ingenio malitioso esse, ut tam amicis, quam inimicis male loqueretur. Ad hæc, inquit, neque eum adulterum, luxuriosum, injuriosumque esse, neque, quod est unum ex omnibus turpissimum, scutum abjecisse scivissemus, nisi ipse de se prædicasset.* Certè apud Græcos maxi malinfamia erat, scutum abjicere, qui enim talia faciebant ῥιψασπίδες dicebantur. Id tamen fecisse Demosthenem legimus, quam infamiam apophthegmate conatus est diluere, scilicet, *Vir fugiens denuo pugnabit.* De Archilochi ætate dissentiunt scriptores. Eusebius in Chronicis auctor est floruisse Olympiade XXIX. Tatianus Orat. cont. Græcos, & Cyrillus lib. 1. cont. Julian. ad Olympiad. XXIII. cum referunt, sed Olympiadum numeris non est nimium fidendum: Herodotus verò lib. 1. c. 12. Candaulis, & Gygis temporibus floruisse testatur; adeò ejus maledicentia celebris fuit, ut adagio daret locum, Ἀρχιλόχε πάτρις, i. e. *Archilochi patria*, Ἀρχίλοχον πτέρνῃς. i. e. *Archilochum calcas.* Quod in mordaces, & maledicos dici solet.

ARCHIPPUS. Fuit antiquus Poëta comicus Atheniensis, qui semel vicit, Olympiade XCI. Quatuor fabulæ, Ποίησις, Ναύαγοι, Νῆσοι, Νίοβις, quæ Aristophani tribuebantur, ejus esse creduntur, auctore Vossio de Poëtis Græcis c. 6. ex Anonymo Suidas nos docet scripsisse LIII. fabulas. Ejus duo carmina allegat Stephanus ex fabula, quæ ἰχθῦς, i. e. *pisces* inscribebatur, quam Pollux etiam laudat lib. 10.

ARIANUS. In Ἀρριανῖνη, vitio credo pro Arrhianus, de quo suo loco agemus.

ARISTÆNETUS. Ejus liber primus Τὰ περὶ Φασηλίδα advocatur, in Γέλα, cujus nulla extat apud alios, quod sciam, memoria, tantum apud Suidam legimus Ἀριστάινετος, ὄνομα κύριον, i. e. *Aristænetus nomen proprium.* Utrum verò idem Aristænetus fuerit, cujus extant epistolæ amatoriæ, planè nescio.

ARISTAGORAS. Non multo junior fuit Platone, ut inquit Epitomator noster, in Γυναικόπολις, ejus liber primus *Ægyptiacorum*, in Ἐρμοθυμιεῖς, & in Τάκυμψος, liber secundus, in Νικὶς κώμη. Ex ejusdem Ægyptiacis asseruntur quædam verba in Ψεῶ. Memoratur Plinio Hist. Nat. lib. XXXVI. c. XII. inter eos, qui de Pyramidibus scripsere. Hi verò fuere Herodotus, Euemerus, Duris Samius, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus, Alexander Polyhistor, Butorides, Antisthenes, Demetrius, Demoteles, Apio Oasensis, seu Alexandrinus.

ARISTARCHUS. In Ἁλικαρνασσέα, Γλίον. Memoratur etiam, in Δελίχιον. Duos hujus nominis celebrat Suidas, primum Grammaticum, Ἀριστάρχου Alexandrinum, φύσει Samothracem. Secundum, Poëtam tragicum Tegeatem, Euripidi synchronum, qui tragœdias LXX. docuit, vicit duabus, vitam ultra centum annos produxit. Qui verò citatur ab Stephano est prior ille Grammaticus celeberrimus, & eruditissimus, quippe qui fertur scripsisse ultra octingentos libros commentariorum, floruit Olympiade CLVI. sub Ptolemæo Philometore, cujus etiam filium erudivit. Decessit, in Cypro voluntaria inedia se vita privans propter hydropicum morbum. Testis est Suidas suo loco. Hic adeò arrogantiæ processit, ut Homeri versus negaret, quos ipse non probaret, ut testatur Cicero ad Appium Pulchrum Epist. lib. III. Epist. II. cujus, quæ sequuntur sunt verba: *Ut enim Aristarchus Homeri versum negat quem non probat: sic tu (lubet enim mihi jocari) quod dissertum non erit, ne putaris meum.* Ideo postea alieni operis censores *Aristarchi* vocati fuere. Horatius de Arte Poëtica v. 450.

Arguet ambiguè dictum: mutanda notabit
Fiet Aristarchus ——

Consulendi Joan. Jonsius lib. II. c. XI. Joan. Andreas Quenstedt de patriis Illustrium virorum.

ARISTIDES. Tres hujus nominis scriptotes celebrat Vossius, de Hist. Græcis lib. III. inter auctores incertæ ætatis: primum *Milesium*, qui libros rerum Sicularum, & Italicarum scripsit, quem ad partes vocat Plutarchus in Parallelis Minoribus c. IV. XII. & XL. Secundum *Samium*, tertium *Adrianensem*, cujus extant orationes; priorem existimo esse, quem advocat Epitomator noster, in Ἀραί.

ARISTOCRATES. Sine cognomento, in Ἀθάνας, eumdem esse existimo, cujus Laconicorum lib. IV. Laudatur ab Athenæo lib. III.

ARISTOPHANES. Poëta comicus, de cujus patria non convenit inter eruditos, alii *Rhodium*, alii *Lindium*, alii *Ægyptium*, alii *Camirium* fuisse dixerunt, at Ἠθεύς, fuit Atheniensis, scilicet civitatis jure donatus, scripsit comœdias LIV. quarum tantum extant undecim, scilicet Πλοῦτος, *Plutos*, Νεφέλαι, *Nebulæ*, Βάτραχοι, *Ranæ*, Ἱππεῖς, *Equites*, Ἀχαρνεῖς, *Acharnenses*, Σφῆκες, *Vespæ*, Ὄρνιθες, *Aves*, Εἰρήνη, *Pax*, Ἐκκλησιάζουσαι, *Concionantes*, Θεσμοφοριάζουσαι, *Sacra-Cereris-celebrantes*, Λυσιστράτη, *Lysistrate.* Quæ verò ab Epitomatore nostro citantur sunt, quæ sequuntur.

Ἀχαρνεῖς, in Βοιωτία, Τροφώνιος, Φυλή.
Βαβυλώνιοι, in Λακεδαίμων.
Ἔρωτες, in Ἄργος.
Θεσμοφοριάζουσαι, in Ἀγυιά.
Ἱππεῖς, in Δῆμος, Φυλή, Χαλκίς.
Κώκυτος, in Κόρινθος.
Λυσιστράτη, in Τελχῖνες.
Ὀλκάδες, in Φάσις.
Ὄρνιθες, in Τελμησσεῖς.
Τελμισσεῖς, in Τελμισσός.

Maximo odio prosecutus est Philosophos, ac præcipue Pythagoreos, comœdiâ adversus eos scriptâ, cui titulus Πυθαγόρειοι, in qua eorum mores, & vitæ institutum traducebat, ut elucescit ex ejus Fragmento, quod affert Athenæus lib. IV. adversus Socratem etiam scripsit Comœdiam, quæ exstat, cujus ἐπιγραφὴ est Νεφέλαι, i. e. *Nebulæ.* Quin etiam alios eximios viros palam, & impune proscindebat, ut erat illorum temporum consuetudo. Tunc enim Poëtis comicis licebat aperte quemquem in Scena traducere, quod testatur Venusinus vates Serm. lib. I. Sat. IV.

Eupolis, atque Cratinus, Aristophaneſque Poëtæ
Atque alii, quorum Comœdia prisca virorum est
Siquis erat dignus describi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant.

Itaque Aristophanes non solum Pythagoreos, & Socratem, in

in prædictis Comœdiis, sed etiam Cleonem ipsum, tunc temporis tribunum plebis, in ea fabula, cui nomen Ἱππεῖς infectatus est, cujus, cum nullus histrio personam audaret agere, Aristophanes ipse faciem minio oblitus egit, cujus causâ ab equitibus quinque talentis mulctatus est, ut ipse, in *Acharnensibus* testatur; nec etiam Niciæ summo duci pepercit. Eum enim in Ὄρνισιν, i. e. in *Avibus*, ut desidem, in Γεωργοῖς, i. e. in *Agricolis*, ut agricolam traducit, cujus rei luculentus testis est Plutarchus, in *Nicia*. Hinc factum, ut legem promulgaverit Alcibiades, ne Comici proprio quemquam nomine, in fabulis infectarentur, ut tradit Gyraldus de Poët. Historia Dialogo 7. & ex eo Vossius, in *Aristophane*, sed neuter laudat hujus sententiæ auctorem: at apud Aristophanis Scholiastam ad Νεφέλας legimus fuisse apud Athenienses legem, quæ prohibebat τὸ ἄρχοντα κωμῳδεῖν. Non absimile exemplum habemus apud Gellium Noct. Attic. lib. III. c. III. Sic enim ille de Nævio loquitur: *Sicuti de Nævio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse*, Ariolum, *&* Leontem, *cum ob assiduam maledicentiam, & probra in principes civitatis, de Græcorum Poëtarum more dicta, in vincula Ro. à triumviris conjectus esset, unde post à trib. plebis exemptus est, cum in iis, quas supra dixi, fabulis, delicta sua, & petulantias dictorum, quibus multos ante læserat, diluisset.* Floruit Aristoph. Olympiad. CXIV. auctore Suida. Fallitur Gyraldus de Poët. Historia, Dialogo VII. cum inquit Persarum regem, cum in Græciam descendisset, quæsisse, ubinam esset Comœdiæ Poëta, eo nomine per excellentiam Aristophanem intelligens. Eum decepisse Anonymi verba, in Aristophanis vita, non bene intellecta. Illic enim Anonymus inquit, tantam fuisse Poëtæ hujus famam, ut ad Persas pertingeret, & Persarum regem interrogâsse apud quos esset Comicus. Reges enim Persarum qui in Græciam descenderunt antiquiores fuere Aristophane, nec de eo poterant interrogare. Idem auctor libro citato ejus Stylum laudat, sed contrarium videtur Plutarcho, in libello, in quo comparat Aristophanem cum Menandro. Poësin enim Aristophanis comparat meretrici, quæ ætate jam ultra vigorem progressa matronam imitans, nec fertur à vulgo hominum ob insolentiam, & honesti viri impudicitiam ejus abominantur. Anonymus à me citatus audacter affirmat fuisse patre Philippo, genere Athenienssem, populo Cydatheneum, Pandionidis tribus. Idem asserit Thomas Magister, qui etiam affert distichon quoddam Platonis, in ejus laudem hujusmodi:

Αἱ χάριτες τέμενός τι λάβεῖν, ὅπου ἔχοι πίστιν
Ζήλωσαν ψυχὴν δῶρον Ἀριστοφάνης.
Quærentes templum Charites, quod non cadat unquam
Invenere animam vatis Aristophanis.

At ego non credo hoc distichon esse Platonis, nec etiam credo historiam illam, quam refert idem Anonymus, & ex eo Gyraldus loco citato; scilicet, cum Plato rogaretur à Dionysio Siciliæ tyranno, ut aliquam sibi speciem, & imaginem reipublicæ Athenienssium ostenderet, eum ei misisse Aristophanis Νεφέλας, i. e. *Nebulas*, qua in fabula proscindit Socratem. Hujusmodi res existimo esse ex Græcorum nugamentis, & sententiam Plutarchi erga stylum Aristophanis probo, quidquid dicant Criticorum filii, & inter eos Coryphæus Libanius, qui Aristophanis laudes scripsit. Aristophanes verò ille, qui ex Θηβαίων ὄρους citatur ab Epitomatore nostro, in Ἀνληγωδουλεῖς, & ex Bœoticorum secundo, in Χωρώνεια, forsitan est Grammaticus ille Byzantius, discipulus Callimachi, & Zenodoti, cujus meminit Suidas, sed ejus opera silentio præterit.

ARISTOTELES. Stagirita, Philosophorum Homerus, Platonis discipulus, Alexandri Magni magister, cujus vitam habes apud Diogen. Laërtium, & apud Hesychium Milesium Illustrium. Eum allegat auct. nostr. in Ἀνδρο-, Ἀδραμύτ-ειον, Δεξαμδρεύ, Ἀμυν-, Τενεδ-, Γελωνὸς, Γέρμορος, Οἶνα, & alibi, de quo etsi adversus eum Petrus Gassendus libellum scripserit, melius est silere, quàm pauca dicere; liceat tamen nobis de eo dicere, quod Lucretius de suo Epicuro:

Qui genus humanum ingenio superavit, & omnes
Præstrinxit stellas, exortus, ut ætherius Sol.

A Criticis vocatur δαιμόνιος propter raram ejus sapientiam, ut & ejus magister Plato θεῖος, scilicet ut cognomento alter ab altero differret.

ARRHIANUS. Nicomediensis Philosophus, Epicteti Philosophi discipulus, qui *junior Xenophon* cognominatus fuit ob eruditionis dexteritatem. Vixit sub Imperatoribus, Adriano, Marco, Antonino, ac magno in honore apud Romanos fuit, adeò ut ad Consularem dignitatem evectus fuerit, ut ex Heliconio inquit Suidas, ad quem exstant septem Epistolæ Plinii Novocomensis, plurima scripsit, ut testatur Suidas, sed hodie tantum ejus habemus quatuor de dissertationibus Epicteti libros, & Periplum Ponti Euxini, & maris Erythræi, quod opus Adriano Cæsari dicavit, etsi de hoc opere alii aliter sentiunt. Habemus etiam septem ejus libros Ἀναβάσεως Alexandri, necnon librum, cui ἐπιγραφὴ Indica. Citatur ab Epitomatore nostro, in Ἀλεξάνδρεια, Ἀλμιλών, Βόσπορα, Ἀσσακηνοὶ, Ἀμαζόνειον, Ἄστακοι, Βιθυνόπολις, Μάσσακα, Γάζακα, Ἄτερα, Ἀψίλαι, & alibi.

ARTEMIDORUS. Plurimos hujus nominis recensèt Vossius de Histor. Græcis lib. I. c. XXII. ex quibus noster tantum duos celebrat, primum Ephesium, qui γεωγραφικῶν libros scripsit, quorum lib. I. citatur in Βένης, secundus, in Ἄδηρα, tertius, in Βελιανοὶ, quartus, in Τίβυες, undecimus, in Χαλκίης, ejus liber, cui titulus: Ἐπιτομὴ τῶν ἑνδεκα, in Δερλῶν, Κάθων, Λίγυρες, Λῶς, Μασραμέλλη, Ξάνθης, Τέγεσρα. Vixit Olympiade CLXIX. auctore M. Heracleota, in Periplo, quo tempore Ptolemæo Lathyro ex Ægypto pulso, mater ejus Cleopatra cum juniore filio Alexandro regnabat. Liber ille, cui titulus ἐπιτομὴ τῶν ἑνδεκα, i. e. *epitome undecim*, erat Epitome undecim ejus Geographiæ librorum, quos ex Marciano supra citato scripsisse clarescit, cujus sunt verba: Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος, γεωγράφος ὢν ἑνδεκα τοῖς τῆς γεωγραφίας βιβλίοις τὸν Περίπλουν, ὡς ἂν οἷόν τε μάλιστα δυνηθῇ, συνέγραψεν, i. e. *Artemidorus Ephesius Geographus undecim Geographiæ libris Periplum, quam maxime fuit possibile, conscripsit.* Secundum, qui scripsit de Bithynia, celebrat Epitomator noster, in Ἀσκάλων. Fuit enim *Ascalonita*, ut inibi testatur. Quare nullo modo potest esse idem, qui Ephesius, ut Vossio, libro capiteque citato videtur. Prior sæpenumero citatur ab Strabone. Secundus à nemine, quod sciam, memoratur. His celebrior fuit Artemidorus Daldianus. Daldis erat Lydiæ urbs. Celebritatem verò assecutus est conscribendo res vanissimas, scilicet *Onirocritica* libris quatuor, *Oeonoscopica*, & *Chiroscopica*, puta, de *somniorum interpretatione*, de *Auguriis*, de *Chiromantia*, ut posteris tradidit Suidas.

ASCLEPIADES. Tres hujus nominis scriptores celebrat epitomator noster, primum *Anazarbensem*, ex Anazarba Ciciliæ urbe, in Ἀναζαρβῶ quem librum de fluviis scripsisse inquit, & alia plurima. Secundum *Nicaensem*, ex Nicæa Bithyniæ urbe, in Νίκαια. Tertium *Tragilensem*, ex Tragilo urbe Thraciæ, prope Chersonesum, & Macedoniam, quem Τραγῳδεμένων sex libros scripsisse refert, in Τράγιλος. Quis autem horum sit, qui in Ναξος citatur, me latet. Multi hujus nominis celebrantur ab eruditis, sed omnium celeberrimus fuit, mea quidem sententia, *Asclepiades Myrleanus*, ex Myrlea, Bithyniæ urbe, quæ postea *Apamea* vocata fuit. Hic fuit Grammaticus Apollonii discipulus, qui Romæ sub Pompejo Magno docuit, & Alexandriæ sub quarto Ptolemæo adolescens commoratus est. Testis est Suidas, quem noster etiam celebrat; in Μύρλεια; utrum verò hic fuerit, quem Strabo lib. III. ait in Turditania, Bæticæ regione, Grammaticam docuisse, atque descriptionem edidisse gentium, illarum regionum, tuum esto judicium.

ASINNIUS QUADRATUS. Fuit Romanus Historicus, qui scripsit Rom. historiæ libros quindecim Ionica dialecto, cui titulum fecit Χιλιετηρίδα, i. e. *historiam mille annorum*, à Roma condita, usque ad Alexandrum Mamææ filium, ut rerum monumentis tradit Suidas in Κυάδρατος, apud quem perperam legitur Κοάδρατος, pro Κυάδρατος; in cujus verbis inest anachronismus. Roma enim millesimum adimplevit annum Imperatoribus Philippis, non Alexandro Mamææ, ut patet ex Eusebii Chronic. libro posteriore, ad N. MMCCLX. ob quam solemnitatem seculares ludi celebrati fuere, magna populi festivitate, quod tertio anno Philippi factum fuisse refert Jornandes de Regnorum successione. *Chilieterida* illam, id est, historiam mille annorum As. Quadrati, quam Suid. memorat, epitomator noster in Ἄνθιον vocat Ῥωμαϊκὴν Χιλιάδα, i. e. *Romanam Chiliada*, ubi ejus librum secundum advocat. In Ὀξύθιοι eandem appellat Ῥωμαϊκὴν Χιλιαρχίαν, i. e. *Rom. Chiliarchiam*, ubi ejus librum decimum quartum citat. In Θαψίππλις autem eandem nuncupat Ῥωμαϊκὴν, i. e. *Rerum Romanarum historiam*, cujus librum duodecimum adducit. Scripsit præterea *Parthica*, quorum librum primum citat, in Γηλύς. Tertium, in Γερμανίκεια, & in Ταρσός. Octavum, in Γάζακα. Nonum, in Σόλυμα.

ASTYNOMUS. In Κύπῳ, cujus nulla apud alios, quod sciam fit mentio, at apud Athenienses decem erant Astynomi, quinque in Piræeo, quinque in urbe, ut tradit Suidas. Id erat officii genus, quod correspondebat Ædilibus apud Romanos, sed nostrum Astynomum non fuisse Atheniensem Astynomum pro certo habeo.

ATHENÆUS. Fuit Naucratites, Naucratis verò fuit urbs Ægypti, composuit quindecim Dipnosophistarum libros, quorum παρεκβολαί, id est *excerpta* exstant, quæ eruditorum manibus evolvuntur, in quas *Isaacus Casaubonus* totidem Animadversionum libros composuit eruditissimos. Floruit sub Marco Imperatore, auctore Suida. Citatur ab Epitomatore nostro, in Γαλήλαι, Γένεια, Γάγγρα.

ATHENODORUS. Duos hujus nominis celebrat Strabo lib. XIV. in Cicilia, utrumque Tarsensem, id est, ex Tarso Ciciliæ urbe; primum cognomento *Cordyliònem*, qui cum M. Catone vixit atque apud eum obiit, Secundum, Sandonis filium Philosophum Stoicum, cujus meminit Suidas, quem etiam *Cananiten* dicebant à pago quodam. Hunc fuisse Cæsaris magistrum inquit Strabo, apud quem magnos honores assecutus fuit, ac jam senex Tarsum rediit, ubi cum Boëthum invenisset rempubl. perturbantem, malum Poëtam, & malum Civem, quem Antonius auxerat, cum initio probâsset ejus carmen, in partam ad Philippos victoriam, eum, & ejus socios potestate sibi à Cæsare concessa exsilio damnavit, cum illi prius, in Athenodori contemptum, in parietibus scripsissent:

Ἔργα νέων, βυλαὶ δ' μέσων, πορδαὶ δ' γερόντων.
Opera juvenum, consilia mediorum, crepitus verò seniorum.

Quod Athenodorus *joci* loco accipiens, pro

——— Πορδαὶ δ' γερόντων, i. e.
——— *Crepitus verò seniorum,*

jussit contra scribi ——— Βρονταὶ δ' γερόντων, i. e.
——— *Tonitrus verò seniorum.*

Quis autem horum fuerit, qui de Tarso patria scripserit, ut ait epitomator noster, in Ἀγχίαλη me latet.

AUGES. Tegeates, ex Tegea Cretæ urbe, Melicus Poëta celebratur ab auctore nostro, in Τέγεα, de quo vide quæ inibi annotavimus.

B.

BALAGER. seu Balagrus (utroque modo hujusmodi nomina apud Latinos proferuntur) citatur, in Ὀλβηλῳ ex libro cujus titulus erat Μακεδονική. Secundus ejus operis, in Ἀμβλῳ.

BLÆSUS. Poëta Capreates ex insula Italiæ, quam secessu suo nobilitavit Tiberius. Fuit infelix Poëta, quem nemo præter Stephanum in Καπρείων, ejus patria celebravit.

BOLUS DEMOCRITEUS. Perperam in Xylandri indice, quem nos sequimur, legitur *Belus*, pro *Bolus*, quem noster allegat, in Ἄψωδῳ. Alius hujus nominis cognomento *Mendesius* Philosophus Pythagoricus memoratur Suidæ, de quibus nihil memoria dignum habeo dicere. Vossius de Hist. Græcis lib. III. eos inter scriptores incertæ ætatis numerat.

C.

CALLIMACHUS. Cyrenensis Poëta, vixit sub Ptolemæo Philadelpho, usque ad Ptolemæum Euergeten, ut constat ex Suida. Maximo in honore ab Ægypti regibus prædictis fuit habitus, auctore Strabone lib. XVII. ejus lib. I. Αἰτῶν citatur, in Ἀρχιναῦον, Ἀσσύρια, & alibi. Cujus quoque meminit Martialis lib. X. Epig. IV.

Sed non vis, Mamurra, tuos cognoscere mores
Nec te scire juvat alta Callimachi.

Iambi, in Ἀπόσας, Θωμάσια, in Κριάνων, *Dædalus*, in Αἴδηψῳ, *Hecale*, ibidem, & in Γαστὶς, Λύκειον, Τελεσταὶ, *Epigrammata*, in Ἑστιεῖς, Hymnus in Dianam, in Μελισσεῖς. Apud alios fit mentio ejus Carminis de *Coma Berenices*, quod Latinum reddidit Catullus. Scripsisse quoque, inquit Suidas, inter alia opera, quæ recensèt, *Ibin* Poëma, quod continebat contumeliosam infectationem in Apollonium, Argonauticorum scriptorem, ejus discipulum ingratum, cujus imitatione Ovidius quoque scripsit suum *Ibin* in Corvinum, ut in Apollonio Rhodio annotavimus. Alium etiam Callimachum juniorem memorat Suidas, ex hujus sorore natum. Prior apud Strabonem lib. XVII. suam patriam declarat, hoc disticho:

Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον ὄνομα Θήρη
Μήτηρ δ' ἐμὴ πατρίδος ἠμελέρης.
Nomine Callisté primum, sed postmodo Thera
Dicta fuit tellus urbis origo meæ.

Cyrenen enim patriam Callimachi Theræi condiderunt Spartanorum coloni, Thera verò prius *Callisté* dicta, referente Strabone libro citato. Is solebat dicere μέγα βιβλίον, μέγα εἶναι κακόν, i. e. *magnum librum, magnum esse malum.* Ideo, ut plerumque hymnos, elegias, vel Epigrammata scribebat, assiduis tamen convitiis victus *Hecalen* scripsit, ut inquit ejus Scholiasta ad Apollinis hymnum. Quintil. Institut. Orator. lib. X. c. I. ei primum locum, in elegiis tribuit, secundum Philetæ Coo, de quo suo loco agemus.

CALLISTHENES. Olynthius. (Olynthus erat urbs Thraciæ propè Sithoniam Macedoniæ.) Aristotelis discipulus, & consobrinus, teste Suida. Ejus varia Opera recensèt Vossius de Hist. Græcis lib. I. c. IX. inter ea etiam *Hellenica*, quorum lib. III. advocatur ab Stephano, in Τέμπρα. Ejus erat illa Chria, *Vitam regit Fortuna, non Sapientia*, ut testatur disertissimus Romuli nepotum Tuscul. Quæst. lib. V.

CAPITO. Fuit historicus Lycius, qui scripsit *Isauricorum* libros octo, necnon de *Lycia*, & *Pamphylia*, necnon *metaphrasin* Eutropii, auctore Suida, in Καπίτων. Advocatur ab Stephano, in Ἀνθεμοσσὸς, ejus Isauricorum lib. II. in Ἀλίμηλα. Tertius, in Ἀρτεμίς. Ejus lib. XV. sine Operis nomine in Ψιμώδα. De ejus ætate tantum affirmari potest vixisse post Juliani Apostatæ tempora, utpote qui Eutropium verterit, & ante Justinianum Imperatorem. Quippe Epitomator noster qui sub hoc Imperatore floruit, & ei opus suum dicavit, ut ex Suida alibi annotavimus, eum celebrat locis supra citatis.

CASTOR. Rhodius, vel, ut alii Galata. *Philoromæus* vocatus fuit, quod Romanos amaret. Duxit in uxorem Deiotari regis filiam, à quo, & ipse, & uxor fuere interempti, quod eum apud Cæsarem criminatus esset, testante Suida. *Saocandarius* dicitur Straboni lib. XII. quem à socero quoque interfectum fuisse unà cum uxore prodit. Dejotarus iste fuit Galatarum rex, pro quo exstat Oratio Ciceronis ad Cæsarem. Illius opera recensèt Suidas, in Κάστωρ. Citatur ab Epitomatore nostro, sine operis nomine, in Βοιωΐα; de quo videndus Vossius de Hist. Græcis lib. I. c. XXIV. Jonsius de scriptoribus Hist. Philosophicæ lib. II. c. XV.

CATO. Sine operis nomine, in Διάπολις. Quis verò fuerit auctor iste Græcus, nescio. Epitomator enim noster auctores Latinos non advocat, nisi sint in Græcum sermonem translati, unde suspicor aliquod opus Catonis in Græcum sermonem conversum, hîc citari; sed hujus rei apud eruditos altum est silentium.

CEPHALO. Fuit historicus antiquus valde, patria Gergithius, auctore Dionysio Halic. Antiquit. Rom. lib. I. à quo appellatur Κεφάλων Γεργίθιος, συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ, i. e. *Cephalo Gergithius, historicus antiquus valde.* Strabo lib. XIII. memorat urbem Gergethes plurativo numero, & genere muliebri, sitam, in agro Cumano Troadis, unde erat Gergethius Cephalo. Veram lectionem existimo esse apud Strabonem. Facilis enim est transitus Υ η in τὸ ι, quod etiam confirmatur Suidæ testimonio, cui Cephalio, seu Cephalo Gergethius dicitur, ut est apud Strabonem. Fuit igitur Cephalo Gergethius orator, & historicus, scripsit παντοδαπὰς historias, libris novem, quos inscribebant *Musas*. Non fuit enim solus Herodotus, qui suis libris de Musarum nomine nomina imposuit; scripsit etiam Ionica dialecto, ut Herodotus, necnon declamationes rhetoricas, & alia quædam. Floruit sub Adriano Imperatore, vixit in Sicilia, patriâ exul, propter Dynastarum odium, ut testatur Suid. in Κεφαλίων. Citatur ab Epitomatore nostro, in Ἐλίσσῃ, & in Γερανῷ. Ipsissimus est, qui memoratur Eusebio Chronic. lib. I. ex quo adducit insignem locum, cui Κεφαλλίων, i. e. *Cephallio* dicitur, ac cum ejus verba adducit ἐκ τῶν Κεφαλλαίων, i. e. *ex Cephallæonis libris*, ea adducere dicit. Quibus persuasus fuit Vossius de Hist. Græcis lib. II. c. XII. duos fuisse auctores *Cephalliona*, & *Cephalæona*, cum *Cephalæo* sit scripturæ error, pro *Cephallio*, qui idem erat, ac *Cepalo*.

CHARAX. Fuit Pergamenus sacerdos, & Philosophus, qui scripsit *Hellenicarum Historiarum* libros XL. auctore Suida, quorum lib. II. citatur ab Epitomatore nostro, in Ἀδράστεια, & Ταίναρῳ. Scripsit etiam *Chronicorum* libros, quorum secundus advocatur, in Ἀχαΐα, Septimus, in Αὐτομελίτται, octavus, in Ἀλαβάρχαι, decimus, in Ἄρσα, & Ἡφαιστία, decimus sextus, in Ὠρεός. Vossius de Hist. Græcis lib. III. inter scriptores incertæ ætatis eum numerat. At Suidas auctor est, eum meminisse Augusti, & Neronis, ac eorum, qui post eos imperarunt, unde colligitur fuisse illis,

illis, qui floruere tempore illo juniorem, ac inquit invenisse de eo in antiquo libro hocce Epigramma,

Εἰμὶ Χάραξ ἱερὸς γραφῆς ἀπὸ Περγάμιο ἄκρης
Ἔνθά ποτε πτολίεθρον Ἀχιλῆϊ πτολιπόρθῳ
Τηλέφῳ Ἡρακλῆϊ ἀμύμονι υἱὸς ἀμύμων.
Sum Charax sacerdos veneranda ex Pergami arce
Ubi quondam pugnavit cum Achille urbium-vastatore
Telephus Herculis inclyti, filius inclytus.

Sed ejus Chronicorum, quorum noster sæpe, Suidas non meminit.

CHOEROBOSCUS. Vide Georgius Chœroboscus.

CINEAS. Orator, in Ἐφύρῃ, fuit Thessalus, Demosthenis auditor, & Pyrrhi Epirotarum regis ad Romanos legatus, ut tradit Plutarchus, in Pyrrho, cui fertur dixisse, Senatum Romanum sibi visum fuisse *βασιλέων πολλῶν συνέδριον*, i. e. *regum multorum Synedrium.* Tam præcipua memoria ei fuit, ut postero die, quam advenerat, nomina redderit senatui, & equestri ordini, ut refert Plinius Natur. Hist. lib. VII. c. XXIV. Ejus etiam meminit M. T. C. Epist. lib. IX. Epist. XXV. ad Papyrium Pœtum: *Summum me ducem literæ tuæ reddiderunt, plane nesciebam, te tam peritum esse rei militaris, Pyrrhi te libros, & Cineæ video lectitasse.*

CLAUDIUS JULUS. Ex libro primo Φοινίκων, pro quo legendum est Φοινικικῶν, ut antè annotavit Xylander, in suo Indice in Stephanum. Citatur ab Epitomatore nostro, in Ἄκη, in Λάμπη dicitur *Claudius Julius*, in Γάδαια *Claudius Iolaus*, cujus meminit Etymologus, in Γάδειρα, Vossio de Hist. Græcis lib. III. inter scriptores ætatis incertæ numeratur.

CLEO. Syracusanus, ejus liber περὶ λιμένων, i. e. *de portubus* advocatur, in Ἀσσῖς. Vossio de Hist. Græc. lib. III. recensetur inter auctores incertæ ætatis, de quo nihil habeo dicere.

CLEODAMAS. Thessalus ex Achnis urbe Thessaliæ scripsit περὶ ἱππικῆς, ἢ πολεοδαμαστικῆς, ut testatur Epitomator noster, in Ἄχνη, cujus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio.

CORINNA. Tres hujus nominis Poëtrias memorat Suidas, omnes Lyricas. Primam *Thebanam*, seu *Tanagræam* Myrtidis discipulam, Achelodori, & Procatiæ filiam, quam *muscam Lyricam* dictam fuisse inquit. Secundam, *Thespiam*, Thespia verò fuit urbs Bœotiæ, alii *Corinthiam* fuisse dixere, scripsit Nomos lyricos. Tertiam *Thebanam* etiam, quæ ut prior, vocata fuit *musca Lyrica.* Omnium celeberrima fuit prior illa, quæ scripsit carminum quinque libros, & *Epigrammata*, & *Nomos lyricos*, ac quinquies dicitur vicisse Pindarum, ut prodit Ælianus de Var. Hist. lib. XIII. c. XXV. Hujus apud Tanagræos in celebri urbis loco erat monimentum, in gymnasio ipsa picta erat, tænia redimita, victoriæ causa, quod Thebis Carmine Pindarum vicisset, auctore Pausania, in Bœoticis, qui asserit eam Pindarum vicisse linguæ causa. Neque enim Dorica dialecto, ut Pindarus cecinit, sed ea, quam essent Æolenses facile percepturi, ac ex ipsius imagine conjici, fuisse sui temporis fœminarum formosissimam. Hac potius de causa judices ei victoriam tribuissent. Facilius enim judicum animi pulchritudine, quam Carmine commoventur. Plutarchus in libro, cui ἐπιγραφὴ *Bello ne, an pace clariores fuerint Athenienses*, auctor est, Corinnam Pindarum juvenem adhuc, & audacius eloquentiâ utentem monuisse, ut fabulas scriptis insereret, quod Poëticæ est opus, cui admonitioni Pindarum, cum animum advertisset, carmen scripsisse cujus est initium:

Γ'ζμίων, ἢ χρυσηλάκατον μελίαν, &c. i. e.
Ismenumne an hastam aureum-habentem-hastile
Aut Cadmum, aut Spartorum genus virorum
Aut Herculis omnia superantis vim canam.

(Ubi interpres Latinus cæspitavit, cum convertit, *aureis utentem fusis Meliam* pro *hastam aureum-habentem hastile.*) Cumque id Corinnæ exhibuisset, ridens ea, *Manu*, inquit, *ferendum est, non toto sacco.* Congesta enim omnis generis fabularum semina promiscuè Pindarus in carmen illud effundebat. Quamobrem nimis violentam judico correctionem illam Criticorum apud Ælianum libro, capiteque citato, ubi Pindarus arguens auditorum ἀμουσίαν, quod victoriam adjudicassent Corinnæ, σωκηφόλῃ Κόρινναν. i. e. *ipsam Corinnam advocabat*, scilicet ut ipsa certamen decerneret. Critici legunt ὦ σωκήλᾳ, i. e. *suem vocabat Corinnam*, cum illorum verborum genuina mens sit interpretatio mea. Quæ verò harum trium Corinnarum citetur ab Epitomatore nostro, in Θίασεια, tuum esto judicium, ego celeberrimam citari existimo. Fuit etiam Corinnus Ilienses Poëta Epicus, qui primus Iliadem scripsit, bello Troiano adhuc durante, ex quo Homerum ajunt suæ Poëseos argumentum sumpsisse, referente Suida, in Κόρινν@.

Alii asserunt illas Corinnas non *musicas Lyricas*, sed *musas lyricas* vocitatas fuisse.

CRATERUS. Ejus liber περὶ ψηφισμάτων, in Χαλκηδόνιον, ejusdem operis lib. III. in Τυρέδιζα, perperam, in Καρίῃ, & nomen auctoris, & operis citatur Καρῆρος γ. περὶ ψηφίσματα pro Κρατερὸς περὶ ψηφισμάτων, ut suo loco annotavimus, nonus ejusdem operis liber advocatur, in Ἀρίαῖα, & in Ληψήμανδρ@ de quo videsis Vossium de Hist. Græcis lib. III. & lib. IV. c. IX. Ego enim nihil de eo memoratu dignum habeo dicere.

CRATES. Quatuor hujus nominis memorat Suidas, sed quis horum fuerit, quem noster allegat, in Νήϊον, & in Τάρταρ@, ex antiquitatis scrutis eruere non potui. Horum omnium celeberrimus fuit *Crates Maliotes*, ex familia Stoicorum, qui cognominatus est *Homericus*, & *Criticus* ob studium circa libros Grammaticos, & Poëticos. Floruit sub Ptolemæo Philometore, scripsit correctionem Iliadis, & Odysseæ, libris novem, fuit Aristarchi Grammatici æqualis, auctore Suida, quem inter alios advocat Plutarch. in Paral. minoribus, & Suet. de claris Grammaticis. Forsitan iste est, qui ab Stephano citatur loco citato.

CRATINUS. Poëta comicus Athenienses vino, & puerorum amoribus valdè deditus, scripsit fabulas XXI. vicit verò novies, testante Suida cui φιλοπότης, i. e. *amicus bibendi* dicitur. Inter præcipuos veteris Comœdiæ Poëtas celebratur Quintiliano Instit. Orat. lib. X. necnon Horatio Serm. lib. I. Sat. IV. maledicentia præcipuè commendatur, ut claret ex eodem Horatio Satyra citata; tunc temporis impune licebat Poëtis Comicis quemquam proscindere, ut in Aristophane annotavimus. Poëtæ enim Græci nunquam Satyrarum libros scripsere, id fato quodam reservatum est Latinis, Horatio, Juvenali, & Persio. Citatur ejus fabula *Nemesis*, in Ψύρᾳ, ejus *Seriphii*, in Δάλων πόλις.

CRITO. Tres hujus nominis memorat Suidas. Primum, *Philosophum Athenienses*, Socratis discipulum, qui ei omnia ad vitam necessaria suppeditabat, cujus etiam apologiam scripsit. Secundum *historicum Pierioten* ex Pieria Macedoniæ urbe, qui scripsit *Pallenica*, *Sicula*, *Persica*, & *de Macedonum principatu*, necnon *Getica*, quæ allegat Stephanus, in Γέλα, Tertium *Naxium historicum*, qui scripsit *octaëterida*, i. e. *res per octennium gestas.*

CTESIAS GNIDIUS. Fuit medicus Artaxerxis, Cyri minoris fratris, scripsit *Persicorum* libros XXIII. Auctor est Suidas, illius excerpta habemus. Citatur ab Stephano diversis locis. Ejus operum Epitomen tribus libris scripsisse Pamphilen Epidauriam tradit Suidas, in Παμφίλη, de quo videsis Vossium de Hist. Græcis lib. I. c. V.

D.

DAIMACHUS. Ejus liber XXXV. πολιορκητικῶν ὑπομνημάτων, in Λακεδαίμων, ex nostro Harpocratione, in Ἐλευθήκη claret fuisse *Platæensem*, & Historiam Indicam scripsisse, utrum verò, qui ab Stephano citatur, sit idem, ac qui de India scripsit, cujus meminit Strabo libro primo, planè nescio. Strabo libro citato omnes, qui de India scripserunt ψευδολόγους fuisse inquit, sed præcipuè hunc *Daimachum*, cui Δήμαχ@ dicitur, de quo videndus Vossius de Hist. Græcis lib. I. c. XII.

DAMASTES. Fuit *Sigeensis* ex Sigeo Troadis promontorio, Hellanici discipulus, ac Herodoti synchronos. Memoratur sæpe à Plinio, ejus quoque Avienus fecit mentionem hoc versiculo:

Quin & Damastus nobilis natus Sige.

Scripsit de *eis*, *quæ in Græcia accidere*, de *genitoribus*, & *progenitoribus* eorum, qui *ad Ilium* profecti fuerunt, *gentium Catalogum*, & *urbium*, *de Poëtis*, & *Sophistis*, & alia multa, auctore Suida, ejus liber de Gentibus, citatur ab Epitomatore nostro, in Ὑπερβόρεοι. Strabonis de eo judicium habes apud eund. Strab. lib. I.

DAMOPHILUS. Sine cognomento, & operis nomine citatur, in Ψυλλικῇ. Floruit sub Marco Imperatore; scripsit de vitis veterum, & librum cujus ἐπιγραφὴ erat Φιλόσοφ@, & alia quamplurima, ut tradit Suidas suo loco.

DEICHORUS CYZICENUS. Sine operis titulo, in Λάμψακ@, ejus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio.

DEMAGETUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἀκτῇ, cujus altum apud alios silentium, at in

Anthol. Var. Epig. lib. III. sunt aliqua Damageti Poëtæ, ac sic forte scribendum est apud Steph. non Demagetus.

DEMETRIUS. Sine cognomento, & operis nomine testis adducitur, in Ἀγοράκριτα, Ἀθλῶσι, Ἀχλὺς, Ἀρκάδες. Ejus liber de Patria advocatur, in Ὀδησσός; unde innuit Epitomator noster fuisse. Odessus verò erat urbs Pontica, prope Salmydessum. Ejus liber de Synonymis citatur, in Ἀλαβέων.

DEMETRIUS. Antigoni filius sine operis nomine, in Κύρῳ. Ejus natale solum nec oculis, nec auribus unquam usurpavi.

DEMETRIUS CALLATIANUS. Sine operis titulo, in Ἀνθικυρᾳ. Scripsit de Asia & Europa libros viginti, auct. Laërtio in Demetrio.

DEMETRIUS SCEPSIUS. Ex urbe Troadis Scepsi, qui Τρωϊκὸν Διάκοσμον explicavit. Fuit Cratetis, & Aristarchi æqualis, auctore Strabone lib. XIII. ex eodem libro citatur Stephano, in Σιλίνδιον, Scepsius, ἁπλῶς in Κάλυμνα, ut & Straboni lib. IX. & X. quem etiam alibi *Demetrium* simpliciter appellat. Memoratur Laërtio in vita Demetrii Phalerei.

DEMETRIUS PHALEREUS. Fuit Theophrasti discipulus, & Athenarum per decennium præfectus, ubi tot ei statuæ erectæ fuere, quot habet annus dies, sed postea, mortuo Cassandro Macedoniæ rege, qui, Athenis in deditionem acceptis, eum ibi præfectum fecerat, inimicorum invidia & metu in Ægyptum fugit, & ejus statuæ partim dejectæ, partim conflatæ fuere, referente Strabone lib. IX. in Ægypto, maximo in honore apud reges illius regionis fuisse, ac Bibliothecæ Philadelphi præfuisse, cujus tempore Sacra Biblia in Græcum sermonem ex Hebræo translata fuerunt, asserunt Criticorum παῖδες, inter quos Josephus Antiquit. lib. XII. c. II. est Coryphæus, etsi alii hac de re aliter sentiunt. Scripsit *Philosophica*, *Historica*, & *Politica* & alia multa; aspide morsus vitam cum morte commutavit, ac in Busirite Nomo sepultus fuit, ut refert Suidas, in Δημήτριος Φανοστράτου. Citatur ab Epitomatore nostro, ex ejus in Nicandrum libro; in Κορώπη, de quo consulesis Vossium de Hist. Græcis lib. I. c. XII. Jonsium de Script. Hist. Philosophicæ lib. I. c. XVIII. Quintilianum Instit. Orator. lib. X. c. I. Ciceronem de Officiis lib. I. statim in principio, apud quem exstat optimum ejus elogium de finib. bonor. & mal. lib. V. cujus sunt verba: *Princeps hujus civitatis Phalereus Demetrius cum patriâ pulsus esset injuriâ, ad Ptolemæum se regem Alexandriam contulit, qui cum in hac ipsa Philosophia, ad quam te hortamur, excelleret, Theophrastique esset auditor: multa præclara in illo calamitoso otio scripsit, non ad usum aliquem suum, quo erat orbatus: sed animi cultus ille, erat ei quasi quidam humanitatis cibus.*

DEMODAMAS MILESIUS. Sine operis titulo in Ἀνθίστα. Magnum de eo apud alios est silentium.

DEMOSTHENES BITHYNUS. Citatur ab Stephano, in Ἡράκλεια, ex lib. XIV. operis nomine tacito. Sine cognomento, & operis nomine in Ἀμυκλαῖ, Ἀπολλώνια, Δορύλειον, ex *Bithyniacorum* lib. IV. in Ἀλεξάνδρεια, ex octavo, in Ἀρξίκη, ex decimo, in Μαστωλοί, ex libro, cui titulus Κλίσεις, in Ὀλιζών. Ejus nulla apud Gyraldum & Vossium de Poëtis fit mentio, at ultimus eum memorat inter historicos incertæ ætatis lib. III. de Hist. Græc. Suidas etiam suo loco celebrat Demosthenem Thracem, qui metaphrasim Iliadis pedestri oratione scripsit & epitomen Damageti Heracleotæ, & de Dithyrambopœis, necnon metaphrasim in Hesiodi Theogoniam. Utrumque laudat noster, quoniam in Ἡράκλεια aliquot ejus carmina affert, quem verò in Ὀλιζῶν citat, ex operis titulo conjicio fuisse prosæ scriptorem.

DEMUS DELIUS. Sine operis nomine in Βιθλίνῃ. Ejus liber de Atthide celebratur ab Athenæo lib. XIV. ad quem locum Casaubonus legendum esse inquit Κλειδήμου, quod Clidemus de *Atthide* scripserit, sed vera lectio confirmatur, ex auctore nostro. Nihil enim obstat duos auctores de una eademque re scripsisse, nisi fortè hujus Auctoris nomen per compendium scriptum est Δῆμος pro Δημήτριος, quemadmodum, πῆς pro παῖδης, μῆς pro μητὴρ, ἄνθ pro ἄνθρωπος, quod in nominibus propriis apud Græcos est frequens.

DEXIPPUS. Fuit orator Athenienſis cognomento *Erennius*, vixit sub Imperatoribus Valeriano, Gallieno, Claudio hujus nominis secundo, & Aureliano, ut tradit Suidas. Fuit etiam historicus & dux, testante Pollione, in Gallienis, cujus sunt, quæ sequuntur verba: *Pugnatum est circa Pontum, & à Byzantiis ducibus victi sunt barbari. Veneriano enim duce navali bello Gothi superati sunt, tum ipse Venerianus militari periit morte, atque inde Cyzicum, & Asiam, deinceps Achaiam omnem vastaverunt, & ab Athenienſibus, duce Dexippo scriptore horum temporum, victi sunt.* Chronicam historiam scripsisse docet nos Eunapius, in Porphyrio, quam Epitomator noster, sub nomine Chronicorum advocat, quorum librum decimum adducit, in Συγχωῖοι, duodecimum, in Ἕλληνες. Scripsit etiam rerum post Alexandrum, libros quatuor, censore Photio. De regibus Macedonum, teste Eusebio Chronic. lib. I. Necnon Compendium historicum, usque ad Claudii secundi hujus nominis principatum, quem librum frequenter laudant Trebellius Pollio, Ælius Lampridius, & Capitolinus.

DICÆARCHUS. Duos hujus nominis memorat Suidas, alterum Siculum ex urbe Siciliæ *Mesene*, quem alii ideo appellant *Mesenium*. Fuit Aristotelis auditor, Philosophus, Orator, & Geometra, Græciæ vitam, in duobus libris scripsit, qui liber citatur ab auctore nostro, in Χαλδαῖοι, necnon rempublicam Spartiatarum, *i. e.* Lacedæmoniorum, apud quos lege lata quotannis hic liber legebatur, in Ephororum Prætorio, quod diu obsèrvatum fuit: alterum verò Lacedæmonium Grammaticum Aristarchi auditorem. Quis horum fuerit, qui ab auctore nostro sine cognomento, & operis nomine testis adducitur, in Πάτραι, planè nescio.

DIDYMUS. Sex hujus nominis memorat Suidas. Omnium celeberrimus fuit salsamentarii filius, Grammaticus Aristarchius, Ciceronis æqualis, qui ultra tria, & quingenta librorum millia scripsit, quamobrem *Chalcenteros*, id est, *æneis-intestinis-præditus*, cognominatus est; propter indefessum laborem, in libris legendis, & scribendis. Fuit Alexandrinus, referente Suida. Huic tribuuntur Scholia in Odysseam, de quibus dubitant eruditi. Consulendi Vossius de Hist. Græcis lib. I. c. XXIV. Jonsius de Script. Hist. Philosophicæ, lib. III. c. II. qui plures adhuc hujus nominis scriptores, quam Suidas recensèt. Citatur ab Epitomatore nostro, in Ἀγάθυρσοι, Ἀλεξάνδρεια, Ἀπολλώνια, Ἀθλῶσι, Ἀρίθυσα, & ex Sympoſiacorum decimo, in Ἠτία.

DIEUCHIDAS. Sine cognomento, & operis nomine, in Σικίρᾳ. Ex Harpocratione claret scripsisse *Megarica*. Hujus enim operis lib. III. ab eo citatur, in Ἀγυιᾶς.

DINARCHUS CORINTHIUS. Orator unus ex illis, qui cum Demosthene comparantur, scripsit diversas orationes, tam publicas, quàm privatas. Obiit Peloponnesi procurator ab Antipatro constitutus, ut tradit Suidas. Plutarchus, in ejus vita auctor est, fuisse discipulum Theophrasti, ejus, qui Aristoteli, in Schola successit, ac usum fuisse consuetudine Demetrii Phalerei, sed cum culparetur, quod de tradenda Munichia Antipatro, & Cassandro cogitaret, maxima bonorum parte, in pecuniam conversa, Chalcidem profugisse, atque in exsilio circiter quindecim annos commoratum in patriam rediisse, Theophrasto, ei, aliisque exsulibus redeundi potestatem impetrante. Citatur ab Epitomatore nostro, in Αἰγίνᾳ.

DIODORUS GRAMMATICUS. Memoratur, in Ἀγγαλὴ. Sine cognomento, & operis titulo, in Χόλαργος. Eum sæpe ad testimonium vocat Harpocratio noster, qui ejus librum de populis citat, in Θόεικος. Nullus dubito ipsissimum esse, qui ab Epitomatore nostro citatur, in Χόλαργος. Erat enim Cholargus populus Acamantidis tribus.

DIOGENES CYZICENUS. In Βόσπορος, ubi dicitur scripsisse de septem suæ patriæ insulis. Eæ erant *Proconesus*, *Phœnice*, *Alone*, *Physia*, *Ophiodessa*, *Besbicus*, *Gonimi*. Ejus lib. I. de Cyzico citatur, in Ἀδραστεία, tertius, in Ζέλεια. Cujus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio.

DIOGENES LAERTIUS. Scripsit de vitis Philosophorum libros decem, auro contra charos, qui diurna, nocturnaque manu ab eruditis evolvuntur. Multum ei debet respublica literaria, alioqui φιλόσοφος ἱστορία in antiquitatis sepulchris jaceret, nec ex eis eam eruere posset Jonsius. De ejus ætate non convenit. Advocatur ab Stephano, in Χολλίδαι, in Ἐνέδραι, & Δρυΐδαι. De quo videsis Vossium de Hist. Græcis lib. II. c. XIII. Jonsium de Script. Hist. Philosoph. lib. III. c. XII.

DIONYSIUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἀχάρνα, & in Ἀτλὴν, ejus lib. XVII. Rom. antiquit. in Αἰγάλεω. Decimus nonus, in Κωνσταντίνα. Fuit Halicarnassensis, cujus libri tantum undecim Rom. antiquit. temporum injuria supersunt, ex viginti, quos scripsisse testatur Photius, fuit Strabonis æqualis, ut ipse tradit Geographiæ

phiæ lib. XIV. plurimos hujus nominis celebrat Jonſius de Script. Hiſt. Philoſoph. lib. III. c. VIII. quem conſules.

DIONYSIUS BYZANTIUS. Ex libro, cui nomen Ἀνάπλου Βοσπόρου, in Χρυσόπολις. Fuit Poëta, qui ſcripſit periegeſin navigationis, in Boſporo, cujus liber ſervatur in Bibliotheca regis Chriſtianiſſimi, ut memoriæ tradit Jonſius de Script. Hiſt. Philoſoph. lib. III. c. VIII. Fides ſit penes auctorem. Ejus nulla apud alios, quod ſciam, fit mentio.

DIONYSIUS. Scripſit opus numquam ſatis laudatum, cui titulum fecit Περιήγησις, à quo ipſe per antonomaſiam *Periegeta* appellatur, in quem exſtant Euſtathii Scholia. De ejus ætate, & patria diſſentiunt Criticorum παῖδες, at, ſi fides adhibenda ſit Plinio, ille nos docet Nat. Hiſt. lib. VI. c XXVII. fuiſſe ex *Suſianæ* oppido, ac ſub Divo Auguſto vixiſſe. Sic enim de eo, libro, capiteque citato, videtur loqui: *Hoc in loco genitum eſſe Dionyſium, terrarum orbis recentiſſimum auctorem, conſtat, quem ad commentanda omnia in Orientem præmiſit Divus Auguſtus.* Ego nullus dubito Plinium de *Periegeta* loqui. Alii Alexandrinum, alii Afrum fuiſſe exiſtimant, quem ſæpe ad teſtimonium vocat noſter.

DIONYSIUS. Sine cognomento ſcripſit *Baſſaricorum* libros, *Baſſarica* autem eadem ſunt, ac *Dionyſiaca*, i.e. *Bacchica*, auctore Suida, in Σωλήνιχος. Βασσάραι enim erant veſtes, ſeu tunicæ, quas geſtabant Thraciæ Bacchæ. Teſtis eſt Grammaticorum eruditiſſimus: Ejus *Baſſaricorum* lib. III. citatur, in Γάζης, Δαεσωνία, Κάστειρος. Decimus quartus, in Ὠδῖνες. Decimus octavus, in Βώλισσα. Samium fuiſſe teſtatur Euſt. in Prolegomenis in Dionyſii Περιήγησιν. Carmine ſcripſit opus ſuum quandoquidem ab Epitomatore noſtro locis citatis ex eodem opere carmina quædam afferuntur. Miror eum non celebraſſe Gyraldum, ac Voſſium inter hiſtoricos Græcos recenſuiſſe lib. II. c. III. cum fuerit Poëta.

DIONYSIUS THRAX. Scripſit de Rhodo, qui liber citatur ab Stephano, in Ταρσός. Triplici cognomento gaudebat, *Thrax*, *Alexandrinus*, *Rhodius*, cujus rei loculeples teſtis eſt Strabo Geographiæ lib. XIV. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, ὃν Ἀπολλώνιος ὁ τὰς Ἀργοναύτας ποιήσας, Ἀλεξανδρεῖς μέν, ἐκαλεῖτο δὲ ὑπὸ Ῥοδίων, i. e. *Dionyſius Thrax, & Apollonius, qui Argonautas fecit, Alexandrini quidem, vocantur verò Rhodii.* Scilicet Dionyſius Thrax à patre Tero, auctore Suida, in Διονύσιος Ἀλεξανδρεύς, reliqua duo cognomenta à civitate, cujus jure donatus & ab urbe, in qua commoratus fuerat, adeptum fuiſſe veroſimile eſt.

DIONYSIUS TRYPHONIS. In Μυρμηκῆς, & in Ὦα, quis verò fuerit & quæ ſcripſerit, planè ignoro. Trypho autem fuit Grammaticus, & Poëta Alexandrinus, qui plurima ſcripſit, quæ recenſet Suidas, in Τρύφων.

DIONYSIUS UTICENSIS. Ejus Ῥιζοτομικῶν, lib. I. allegat in Τύκη, cujus nullam apud alios inveniebam memoriam.

DIONYSIUS. Sine cognomento, ejus Gigantiadis lib. I. in Κελαδῶνι. Tertius, in Νίσων. Xylander, in ſuo indice, in Stephanum exiſtimat, eumdem eſſe, qui Baſſarica ſcripſit, de quo ſupra egimus.

DIONYSIUS. Sine cognomento, ex ejus libro vigeſimo tertio Muſicæ hiſtoriæ citatur, in Ὑδρία. Fuit Halicarnaſſenſis, floruit ſub Adriano, ſcripſit Muſicæ hiſtoriæ libros XXXVI. & alia plurima auctore Suida, in Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς.

DIONYSIUS. Sine cognomento, ex ejus Epitoma, in Κορίνθια, ipſiſſimus eſt, ac Dionyſius Halicarnaſſenſis, qui viginti Rom. Antiquit. libros ſcripſit, & eorum σύνοψιν, i. e. *epitomen*, auctore Photio, de quo ſupra egimus. Videſis Jonſium de variis Dionyſiis lib. III. c. VIII. de Script. Hiſt. Philoſoph.

DIOPHANTUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἄθως, ejus *Politica*, in Λιθυσσικοί. Inter auctores incertæ ætatis numeratur Voſſio de Hiſt. Græcis lib. III.

DIOTIMUS. Diverſos hujus nominis ſcriptores celebrat Jonſius de Script. Hiſt. Philoſophicæ lib. II. c. XV. Diotimus ſine cognomento, ex ejus libro ſexageſimo quinto παιδευτῶν ἀναγνωζομένων citatur, in Παρασκευαῖς, Diotimus verò Adramyttenus, in Γάζαρος, in quem affertur diſtichon Arati, ſed corruptum, quod in Arato emendavimus.

DOMITIUS CALLISTRATUS. Ex ejus lib. IV. περὶ Ἡρακλείας, in Ἀκρόπολις, & in Μάκαλλα, ex lib. VI. in Ὀδυσσεύς, ex lib. VII. in Ὄλυμπος. Voſſius de Hiſt. Græc. lib. III. eum inter auctores incertæ ætatis & alios hujus nominis numerat.

DOSITHEUS. Sine cognomento, & operis titulo, in Δώριον, utrum ſit idem, cujus librum tertium rerum Sicularum advocat Plutarchus, in Parallelis minoribus, tuum eſto judicium.

DURIS. Sine cognomento, & operis nominis, in Ἀκρόγυαλες, Αὔασις, Γόργυα. Samius dicitur Plinio lib. XXXVI. c. XII. quem inter eos, qui de pyramidibus Ægyptiis ſcripſere memorat. Fuit hiſtoricus, qui *Hellenica*, *Macedonica*, & *Libyca* ſcripſit, & alia plurima, quæ recenſet Jonſius de Script. Hiſt. Philoſophicæ lib. II. c. II. Sub Ptolemæo Philadelpho floruiſſe aſſerit Voſſius de Hiſt. Græcis lib. I. c. XV. Fuit Sami tyrannus, & habuit fratrem, hiſtoricum etiam, nomine Lynceum, Theophraſti diſcipulum, auctore Athenæo Dipnoſophiſt. lib. VIII. cujus ſunt verba: Λυγκεὺς ὁ Σάμιος, ὁ Θεοφράστου μὲν μαθητὴς, Δωρίδος δὲ ἀδελφὸς, ὃς τὰς ἱστορίας γράψας, τῆς τυραννίσαντος ἦν παλειδος, i.e. *Lynceus Samius, Theophraſti diſcipulus, Duridis verò frater ejus, qui hiſtorias ſcripſit, & patriæ fuit tyrannus.*

DURIS ELAITA; ſeu ELEATA. Ejus Epigramma affert, in Ἔφεσος, quod invenitur etiam, in Florileg. Var. Epigram. lib. I. c LXXX. Eum memorat Suid. ſed nihil de eo refert notatu dignum.

E.

ECHEPHYLIDES. Sine cognomento, & operis nomine, in Σφακτηρία. Nulla apud alios, quod ſciam, ejus fit mentio.

EMPHANES. Sine cognomento ex ejus Πυρφύνῳ, in Πάρνης. Cujus magnum apud alios ſilentium.

EPAPHRODITUS. Sine cognomento, & operis titulo, in Αἰδηψος, Βῆσσα, Δηλίακον, Ἔφυρα. Ejus *Homerica* citantur, in Ἀκαπίθη, Νώραξος, Ὄλμιον. Mirum eſt, Voſſium, & Jonſium ſilentio eum præteriiſſe. Fuit Grammaticus Chæronenſis, claruit ſub Nerone, & ad Nervæ uſque tempora vitam produxit. Plurima ſcripta reliquit, ut tradit Suidas, in Ἐπαφρόδιτος. Diverſus eſt ab illo quem memorat Joſeph, in procemio ad Antiquitates.

EPITHERSIS. Fuit Grammaticus Nicenus, ſcripſit de dictionibus *Atticis*, *Comicis*, *Tragicis*, ut memoriæ prodidit Epitomator noſter, in Νίκαια. Sub Tiberio vixiſſe inquit Jonſius de Script. Hiſt. Philoſophicæ lib. III. c. VI. ſed neſcio qua auctoritate fretus id affirmat.

EPHORUS. Hiſtoricus Cumanus, ex Cuma Æolidis civitate, ut tradit noſter, in Κύμη. Scripſiſſe triginta hiſtoriarum libros claret, ex noſtro auctore, quandoquidem ejus trigeſimus liber citatur, in Μελισσαία, quod etiam confirmat Diod. Siculus lib. XVI. hiſce verbis: Ἔφορος μὲν ὁ Κυμαῖος τὴν ἱστορίαν ἐνταῦθα καταλήγοντα εἰς τὴν Περίνθου πολιορκίαν, ἐπειλημμένος τῆς γραφῆς προθέσεως τὰς πράξεις τῶν Ἑλλήνων, καὶ βαρβάρων, δεξάμενος ἀπὸ τῶν Ἡρακλειδῶν κατόδου, χρόνον ἐπειλαβὲς ἀγόντων ἐτῶν, καὶ πενήκοντα ἐπῶν, καὶ βιβλίους γράψας τριάκοντα, ἐπόησεν ἐκάστῃ προθέσει, i. e. *Ephorus Cumanus hiſtoriam hic deſinit in obſidione Perinthi, comprehendit verò res geſtas Græcorum, & barbarorum, incipiens ab Heraclidarum reditu per ſeptingentorum ferme, & quinquaginta annorum ſpatium, & libros ſcripſit triginta, ſingulis procemio factio.* Fuit diſcipulus Iſocratis, ut & Theopompus, de quibus dicebat magiſter Ephorum calcaribus, Theopompum frænis opus habere. Idem dixit Plato de Ariſtotele & Xenocrate, Ariſtoteles de Theophraſto & Calliſthene, ut tradit Laërtius, in Theophraſto, & Xenocrate. Hic Ephorus eſt, qui putavit Iberos eſſe unam civitatem. Adeo ignari Iberiæ fuere veteres Græcorum hiſtorici, quod monumentis literarum prodidit Joſephus contra Apionem lib. I. Citatur ab Epitomatore noſtro, in Βοιωτία, ex ejus lib. III. in Ἀθῶς, ex lib. V. in Ἄσαρος, & in Βρύλιον, ex lib. VI. in Ἀλιεῖς, ex lib. X. in Πάρος, ex lib. XIX. in Ἄργος, ex lib. XXIII. in Βυζία, ex lib. XXVII. in Βίμαζος, & in Ζηνώνιοι, ex lib. XXIX. in Ἴσρος, ex lib. XXX. in Μελίτεια. Fuit etiam alius hujus nominis hiſtoricus Cumanus junior, de quibus conſuleſis Suidam, in Ἔφορος, Voſſium de Hiſt. Græcis lib. I. c. VII. Jonſium de Script. Hiſt. Philoſophicæ lib. I. c. IX.

EPICHARMUS. Poëta Comicus, de cujus patria diſceptant eruditi. Alii enim *Syracuſanum*, alii *Coum*, alii *Samium*, alii *Megarenſem*, ex Megaris Siciliæ urbe ajunt fuiſſe. Epitomator noſter, in Κραστός, ex Craſto Siciliæ urbe eſſe inquit, ideo à Venuſino Poëta Epiſt. lib. II. Epiſt. I. v. LVIII. *Siculus* appellatur.

Dicitur Afrani toga convenisse Menandro,
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,
Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.

Suidas auctor est, eum Syracusis unâ cum Phormo comœdiam inveniſſe, ac sex annos ante Persica claruisse, atque Fabulas LII. docuisse. Ex ejus *Sphinge*, id erat comœdiæ ἐπιγραφὴ, adducit auctor noster, in Χλόνῃ versiculum quemdam, de quo memoriæ proditum est ab Hieronе Siciliæ tyranno malè multatum fuisse, ac solum vertere coactum, quod coram ejus uxore liberè obscœnum nescio quid dixisset. Lucianus, in Macrobiis observat eum XCVII. annos vixisse. Ejus comœdias, in decem volumina Apollodorum digessisse refert Porphyrius, in vita Plotini. Fallitur Voss. de Poëtis Græcis c. 6. cum inquit, hujus Epicharmi vitam apud Laërtium exstare. Epicharmus enim ille, cujus vita apud Laërtium exstat, fuit Philosophus, non Poëta, Cous, Elothalis filius, Pythagoræ auditor, cujus opera recensetipse Laërtius, inter quæ nulla Poëtica memorat. Epicharmus verò Poëta fuit Tityri, vel Chimari, ex Sicide filius, auctore Suida, in Ἐπίχαρμος. Quis verò horum sit, qui duas literas Θ X alphabeto Græco addidit, ut ex Arist. inquit Plin. Nat. Hist. lib. 7. c. 56. plane nescio.

ERATOSTHENES. Cyrenæus Historicus memoratur Stephano, in Κυρλών. Fuit discipulus Aristonis, philosophi Chii, & Lysaniæ, Cyrenæi Grammatici, & Callimachi Poëtæ. Natus est Olympiade CXXVI, denatus est anno ætatis LXXX. Cognominatus est *Beta*, quod in omni doctrinæ genere secundum haberet locum. Alii eum vocarunt *Platonem Juniorem*, alii πένταθλον, i. e. *quinquercionem*, auctore Suida, in Ἐρατοσθένης. Citatur sine cognomento, ex libro cui titulus Ἡλιόδωρος, in Ἄτυ, ex *Galaticorum* lib. 2. in Σπάρταξος, ex Septimo, in Βοὸς κεφαλαὶ, ex decimo quarto, in Διανεῖς, ex trigesimo tertio, in Υδηλα, de quo videsis Suidam suo loco, Vossium de Hist. Græcis lib. 1. c. 17.

ERRHANIUS. Sine cognomento, & operis titulo, in Βαῦλαὶ, sed perperam pro Errhenius, de quo in sequenti dictione.

ERRHENIUS PHILO, seu potius *Erenius Philo Biblius*, qui vertit ex Phœnicio in Græcum sermonem antiquissimum Historicum Sanchoniathonem. Circa Neronis tempora vixisse, & longius quoque vitam produxisse, auctor est Suidas, in Φίλων Βύβλιος, de quo vide, quæ in *Philo*. Citatur ab auctore nostro, in Δυρράχιον, & in Κύβελος.

EUDEMON. Sine cognomento, & operis epigrapha, in Δοκίμειον, & in Καπηλάλιον, ex ejus Orthographia, in Αἴλια. Fuit Pelusiotes Grammaticus, Libanii Sophistæ æqualis. Scripsit varia poëmata, artem rhetoricam, & nominum Orthographiam, ut nos docet Suidas in Εὐδαίμων, cujus nec Vossius, nec Jonsius meminerunt.

EUDEMUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Δασκύλιον. Procul dubio, pro Εὔδαιμος legendum est Εὔδημος. Eudæmi enim nulla apud alios fit mentio, at Eudemi meminit Suidas, in Εὔδημος, qui Oratorem fuisse ait, & scripsisse de dictionibus, ordine alphabetico, quibus Oratores, & Scriptorum eloquentissimi, ac celeberrimi usi sunt, opus utilissimum. De variis verò Eudemis videndus Jonsius de Script. Hist. Philosophicæ, lib. 1. c. 15.

EUDOXIUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἀγάθη, corruptè, ut puto, pro *Eudoxus*. Etenim Eudoxium nemo, Eudoxum plurimi celebrant, de quo in sequenti dictione.

EUDOXUS. Sine cognomento ex libro primo Terræ Periodi, in Ἀρμενία, ex secundo, in Ἄσδυνις, ex sexto, in Ἄζανία, Αἴγιον, Ἀσίνη, ex libro quarto περιόδων, in Ἀδδηρα. Quatuor hujus nominis celebrat Laërtius, in in Eudoxo, primum *Cnidium*, Astrologum, geometram, medicum, & legum latorem, secundum *Rhodium*, historiarum scriptorem, tertium *Siculum*; Poëtam Comicum, quartum *Cnidium* etiam, Medicum. Verosimile est priorem ab Stephano citari. Fuit enim geometra, ut claret ex Laërtio, atque ad geometram pertinet de terræ periodo agere.

EUGENIUS. In regia schola Constantinopoli fuit antecessor Hermolai Byzantini, qui Stephanum nostrum in epitomen redegit, ac Justiniano Imperatori dicavit, ut tradit Suidas, in Ἐρμόλαος. In Ἀναγνῶσεια, ejus liber, cui titulus erat Λέξεων συλλογὴ citatur, quem librum Suidas, in Εὐγένιος vocat παμμιγῆ λέξιν καὶ στοιχεῖον. Fuit Grammaticus ex Augustopoli, in Phrygia, qui Constantinopoli docuit, ut ait Suidas, in Εὐγένιος, ubi alia ejus plurima opera recensetur, quem consules.

EUPOLIS. Fuit Poëta Comicus Athenensis, edidit XVII. fabulas, vicit septies, obiit facto naufragio, in Hellesponto. Qua de causa prohibitum fuit, ne quis Poëta militaret, ut refert Suidas, in Eupolis, etsi de ejus interitu inter Criticos non convenit. Fuit ex tribus præcipuis antiquæ Comœdiæ unus, reliqui duo erant Aristophanes, & Cratinus, ut tradit Quintil. Institut. Orat. lib. 10. quem sequitur Horatius Serm. lib. 1. Sat. 4. Sine fabulæ nomine citatur, in Ἀγγελ, Ἄμυρος, Ἄταξ, ex ejus fabula, cui nomen *Maricas*, in Γαδειρος. Id erat nomen viri apud Eupolin: *Marica* enim apud Latinos est nomen Nymphæ. Perperam in Θεσσαλία scribitur ἐν Μαρυκᾷ pro ἐν Μαρικᾷ, ex fabula, cui titulus πόλεις citatur, in Μαρδόνιος, de quo consulendus Gyraldus de Poët. Hist. Dial. 6. Vossius de Poëtis Græcis c. 7.

EUPHORION. Duo hujus nominis Poëtæ celebrantur, Euphorion filius Æschyli tragicus, & Euphorion Chalcidensis, Elegiacus, cujus lectione delectabatur Tiberius Cæsar, ut tradit Suet. in Tiberio c. 70. Claruit iste Olympiade vigesima sexta supra centesimam, eodem tempore, quo Pyrrhus Epirotarum rex à Romanis victus fuit, ac cum ad Antiochum Magnum Syriæ regem se contulisset, ejus bibliothecæ præfectus fuit, ut testatur Suidas, in *Euphorion*; sine cognomento & operis nomine citatur, in Ἀθύρας, Βοιωΐα, ex opere, cui titulus Ἀρεώ, in Ἀλύβη, ex ejus Artemidoro, in Ἀσωπὸν, ex ejus *Dionyso*, in Ἀχλὺς, Λύκωψ, Ὠρύχιον, ex ejus *Thrace*, in Ἀσωπὸς, Ὀγκαῖος, ex ejus *Hippomedonte*, in Λυκώπη, ex ejus *Poterioclepte*, in Ἀλύβη, ex ejus *Chiliadibus*, in Ἀσκανία, & Χαονία, ex ejus *Alexandro* seu *Alexandra*, in Σόλοι. De quo vide sis Gyraldum de Poët. Hist. Dialog. 3. Vossium de Poëtis Græcis c. 8. de Hist. Græcis lib. 1. c. 16.

EURIPIDES. Tres hujus nominis Poëtas tragicos memorat Suidas. Omnium celeberrimus fuit Mnesarchi, seu Mnesarchidæ, ex Clitone filius, Athenensis cujus exstant aliquammultæ tragœdiæ, ex XCII. vel, ut alii ex LXXVII. quas scripsisse ajunt. Natus est eo die, quo Græci Xerxis exercitum fugârunt, ac annos vitæ produxit usque ad LXXV. Prius verò fuit pictor, postea discipulus Prodici in Rhetoricis, Socratis in Ethicis & Philosophicis. Audivit etiam Anaxagoram Clazomenium. De ejus nobilitate, & morte non convenit inter Criticorum filios. Alii ejus matrem dixerunt fuisse λαχανόπωλιν, i. e. *olerum-venditricem*; alii, inter quos Philochorus, ex nobilibus parentibus natum fuisse affirmarunt. Athenis discessit ad Archelaum Macedoniæ regem, apud quem summo in honore fuit, à cujus cœna cum noctu rediret, à canibus ab æmulis immissis dilaceratus est, unde ejus mors secuta. Alii aliter sentiunt. Epitomator enim noster id, in *Bormisco* Macedoniæ regione accidisse inquit. Quod videtur quodammodo confirmare ipsius Euripidis Græcus interpres. Nam cum Poëta apud regem versaretur & cogitabundus esset, in quodam nemore contigisse dicit, ut ab ipsius Archelai regis canibus, qui fortè fortuna ad venationem prodibat, dilaceraretur, fuisseque tunc temporis Euripidem septuagenario majorem. Ejus ossa jussu regis Pellam translata fuere; ac cum legati ab Athenienſibus ad regem Archelaum missi petivissent, ut ejus ossa Athenas permitteret transferri, id eis rex negavit. Quamobrem Cenotaphium ei struxerunt, in quo hujusmodi ἐπιγραφὴ posita traditur in ejus laudem, quæ Anthol. var. epigr. lib. 3. c. 25. invenitur.

Μνῆμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου, ὀστέα δ' ἴσχει
Γῆ Μακεδών, ἣ οἱ δέξατο τέρμα βίου.
Πατρὶς δ' Ἑλλὰς Ἑλλάδος Ἀθῆναι, πλεῖστα δ' Μούσας
Τέρψας, οὐ πολλῶν, ἃ τ' ἔπαινον ἔχει.
Est monumentum Græcia tota Euripidis, ossa
Terra tegit Macedon, hic ubi fata tulit.
Patria Græcia Græciæ Athenæ, plurima Musas
Delectans, multis hoc quoque laudis habet.

Ab Aristotele, in Poëtica Poëtarum τραγικώτατος vocatur, quem valde laudat Quintil. instit. Orat. lib. X. c. 1. Ejus, quæ sequuntur fabulæ citantur ab auctore nostro, scilicet Αἴγες, in Ἄνταιον, Ἀνδρομάχη, in Φθία, Ἀχιλλεύς, in Αἰθίοψι, Θησεύς, in Εὐρώπῃ, Εὐρωπεὺς σαλυακὸς, in Τάφῳ, Λικύμνιος, in Τευθρανία, Πλειστένης, in Ἄργος, de quo si plura desideras, vide Gyraldum de Poët. Hist. Dialog. 7. Gell. Noct. Attic. lib. XV. c. 20. Ælianum de varia historia variis locis, qui lib. V. c. 21. inquit, Euripidem finxisse, Medeam occidisse liberos, contra historiæ veritatem, quam superaverit mendacium propter Poëtæ præstantiam.

EUSEBIUS. Ex ejus historia ecclesiastica, in Βίων cognominatus est Eusebius Pamphili, propter amicitiam, quæ

quæ ipsi cum Pamphylo martyre interceſſit. Fuit epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, valde verſatus in ſacris ſcripturis Græcis, plurima opera compoſuit. Vixit ſub imperatoribus Conſtantino, & Conſtantio, de quo vide Suidam, in Εὐσέβιος.

EUSTOCHIUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Παυλιχιάνων. Fuit Sophiſta Cappadox, ſcripſit antiquitatem Cappadociæ, & reliquarum gentium. Claruit ſub Conſtante imperatore, auctore Suida, in Εὐστόχιος.

EUTROPIUS. In Καρχηδών. Sophiſta Italus, qui Italorum lingua, i. e. Latina, ut inquit Suid. Romanæ hiſtoriæ compendium ſcripſit, eum Capito Lycius in Græcum ſermonem convertit, cujus hiſtoriæ compendium incipit ab Urbe condita uſque ad Flavium Valentem Auguſtum, cui opus ſuum dicavit. Sub Juliano Apoſtata militavit, atque expeditioni ejus in Perſas affuit, ut ipſe, cum de Juliano agit, inquit.

F.

FAVORINUS. Vide Phaborinus.

G.

GEORGIUS CHOEROBOSCUS. i. e. Subulcus, in Ταμίαθις ex ejus Onomaſtico, cujus patria mihi ignota eſt, at eſſe eundem qui citatur ab Euſt. ad Il. 2. v. 645. & alibi, nullus dubito. Utrum verò ſit idem cujus aliqua circumferuntur, in Lexicis Græc. Baſil. impreſſ. tuum eſto judicium.

GLAUCUS. Sine cognomento, & operis nomine citatur, in Ἐλινδικά. ejus liber ſecundus *Arabicorum* ſcilicet, ſeu *Arabicæ archæologiæ*, in Ἀπαφυοί, liber tertius, in Βασινοί, & in Αἴλανον. Cujas fuerit, & quo tempore vixerit, ex antiquitatis ſcrutis eruere non potui.

H.

HARMENIDES. Sine cognomento, & operis epigraphe citatur in Ἁλίαξις, cujus apud reliquos altum ſilentium eſt.

HECATÆUS MILESIUS. Ex ejus variis libris citatur ab epitomatore noſtro; ex Aſiæ periegeſi in Ἄβαρβαρος, ſed plerumque ſine cognomento, ſcilicet ex Periegeſi, in Γαῦλος, ex Aſia, in Γάνδαρος, & in Παλαιφάτη, ex Periegeſi *Libycorum*, in Ἐλίνεια, ex Europa in Αἰθάλη, Ἀμπλος, Ἀξίνθη, Ὑμφῆς, χερρόνησος. Nullus dubito fuiſſe eumdem auctorem, qui ſcripſit periegeſin Europæ, Africæ, ſeu Libyæ, & Aſiæ: at utrum fuerint ejuſdem auctoris libri reliqui qui citantur ab Stephano planè neſcio. Hi verò ſunt Genealog. lib. 1. in Μελία, lib. IV. in Μύγιος. & Τερμίλη, hiſtoriarum lib. 1. in Οἴνη. Fuit etiam alter Hecatæus Abderita, de quo in ſequenti dictione. Floruit Hecatæus Mileſius ſub Dario, qui poſt Cambyſem regnavit. Fuit primus, qui pedeſtri oratione hiſtoriam ſcripſit, ex quo Herodotus profecit. Fuit Protagoræ auditor, ut ex Suida didici.

HECATÆUS ABDERITA. Sine operis titulo in Ἐλίξοια, & in Καραμβύκαι. Fuit Philoſophus cognominatus *Criticus grammaticus*, quod hujus artis eſſet peritiſſimus. Floruit ſub Alexandri ſucceſſoribus. Scripſit de Homeri, & Heſiodi Poëſi, ut tradit Suidas, in Ἐγκλεῖος Ἀβδηρίτης.

HEGEMON. Poëta, ſcripſit Leuctricum bellum Thebanorum, & Lacedæmoniorum. Natus fuit Alexandriæ Troiæ, teſtante noſtro, in Ἀλεξάνδρεια. Alium etiam hujus nominis Poëtam Comicum Thaſium, qui Φακὴ vocatus fuit, celebrat Athenæus lib. 1. quem Alcibiadis tempore claruiſſe inquit lib. 9. cujus Suid. etiam meminit.

HEGESIANAX. Grammaticus Troadeus ex Trojade Ilii regione, ſcripſit de Democriti dictione librum unum, & de Poëticis dictionibus, ut ait noſter in Τρωϊάς. Athenæus lib. 9. auctor eſt, Troica, quæ Cephalæoni inſcribebantur Hegeſianactem Alexandrinum ſcripſiſſe. Fallitur Voſſius de Hiſt. Græcis lib. III. qui, quod Alexandrinus dicitur Athenæo, exiſtimavit civem factum fuiſſe Alexandriæ in Ægypto, licet revera in Troade natus eſſet, cum fuerit Alexandrinus ex Alexandria Troadis, ut & Hegemon Poëta, de quo ſupra. Celebratur epitomatori noſtro in Τρωϊάς.

HEGESIPPUS. Scripſit *Palleniaca*, ſeu *de Pallene*, auctore Dionyſio Halicarnaſſeo Rom. Antiquit. lib. 1. cui ſcriptor antiquus & celebris dicitur. Citatur ab epimatore noſtro, in Μακύβερνα, & in Παλλήνη. De ejus ætate neſcitur, cum fuerit ſcriptor antiquus, multo poſt tempore claruit Hegeſippus, qui Judæorum hiſtoriam ſcripſit. Suidas ſuo loco tantum memorat Hegeſippum Poëtam quemdam, cujus exiſtimat eſſe ſeptimam orationem Philippicam Demoſtheni inſcriptam quem *Crobylon* cognominatum fuiſſe inquit, ab implexis capillis, ſeu cincinnis.

HELIODORUS. Poëta, ex ejus *Proteſilao* affert noſter carmen quoddam in Φυλάκη. Galenus de Antidotis lib. 2. c. 7. Heliodorum quemdam medicum Poëtam celebrat, quem tragœdias quoque ſcripſiſſe inquit, & Athenienſem fuiſſe, cujus aliquammulta carmina affert. Eundem fuiſſe exiſtimo, quem noſter ad partes vocat, loco citato; de quo videſis Gyraldum de Poëtar. Hiſt. Dialog. 3.

HELLADIUS. In Βηρυτός. Grammaticus, qui ſub Theodoſio juniore claruit. Scripſit ordine Alphabetico dictionis omnis generis uſum, nec non ecphraſin philotimiæ, & alia, ut tradit Suidas, in Ἑλλάδιος, cujus nullam fecere mentionem nec Voſſius, neque Jonſius.

HELLANICUS. Duos hujus nominis novit Suidas, alterum *Mileſium*, alterum *Mitylenæum*, primum ſcripſiſſe inquit terræ periodum & hiſtorias, ſecundum inquit plurima ſcripſiſſe pedeſtri oratione, & Heroica, carmine, ac tandem tradit obiiſſe Perperenæ, è regione Lesbi. Hunc eumdem eſſe, qui à Dionyſio Halicarnaſſeo Rom. Antiquit. lib. 1. *Lesbius* vocatur, ne dubita. Mitylene enim erat urbs maxima, in Lesbo inſula, ut tradit noſter ſuo loco. Ergo ab urbe *Mytilenæus*, ab inſula *Lesbius* dictus fuit. Utrum verò ad unum horum pertineant libri, qui ab Stephano, ſub nomine Hellanici citantur, vel, qui ad quem, non eſt facile dictu. Hellanicus enim ex libro ſecundo citatur, in Ἀγαίμεια, ex Deucalioniæ libro primo, in Ἀγάθεια, Ἄκτανδος, Θηχώνιον, ex Sacrificiorum lib. 1. in Νισαία, Σίπυλος, Φαίαξ, ex Sacrific. Junonis lib. II. in Φελλεύς, Χαιρώνεια, Χαλκίς, ex Sacrific. lib. III. in Χαονία, ex Κάπεσι Gentium, & urbium, in Χαλμῶπες, ex *Cypriacis*, in Καρπασία, ex *Lesbiacorum* lib. 1. in Μαλόεις, ex *Lesbiacorum* ſecundo, in Νάπη, ex libro *de Lydia*, in Ὀξεώπαι, ex *Perſicorum* lib. 1. in Ἀβλαῖα, Χαλδαῖοι, ex *Troicorum* lib. 1. in Βαλίεια, ex eiſdem *Troicis*, in Φοίπιον, ex *Scythicis*, in Ἀμφίδοκοι, ex *Scythis*, in Ἀμύργιον.

HERACLEO. Sine cognomento, & operis nomine, in Βήσσα. *Heracleo Glauconis filius*, in Ἀγυιά. *Heracleo Glauci filius*, in Ἀρίθουσα, & in Κροκύλειον, idem eſt auctor. Fuit Grammaticus Ægyptius, ex pago Tilote, ſub Heracleopoli, docuit Romæ, ſcripſit commentarium in Homerum, juxta ejus Rhapſodiam, & in Lyricos, & de verbis imperativis apud Homerum, auctore Suida in Ἡρακλείων, cujus nec Voſſius, nec Jonſius meminerunt.

HERACLIDES. Sine cognomento, & operis nomine in Μακεδονία. *Heraclides Ponticus*, ex lib. 1. in Μοψοπία, idem de inſulis, in Ὠλίαρος. *Heraclides hiſtoriographus*, in Ὁδησός. Eumdem ſcriptorem fuiſſe exiſtimo, cujus vitam habemus apud Laërtium, cui *Heracleotes* dicitur, ab urbe Ponti Heraclea; *Ponticus* ergo à regione dictus fuit. Noſter, in Ὁδησὸς, ex Odeſſo ejuſdem Ponti urbe fuiſſe innuit, ſed Suidas Laërtii ſententiam confirmat, cui *filius Euphronis* appellatur, pro quo ex Laërtio ſubſtituendum eſt *Euthyphronis*. Quatuordecim hujus nominis celebrat Laërtius, Suidas quatuor. Omnium clariſſimus fuit Ponticus, ſeu Heracleotes, de cujus impoſturis conſulendus Laërtius & Suidas. Fuit Platonis familiaris, cujus Scholæ præfuit, cum Plato in Siciliam profectus fuiſſet, teſtis eſt Suidas, in Ἡρακλείδης.

HERMEIAS. Sine cognomento ex Periegeſi citatur, in Χαλκίς; ſed quis fuerit iſte Hermias, nec Hermes quidem dicere poterit.

HERMIPPUS. Poëta comicus veteris comœdiæ, Athenienſis ἑτερόφθαλμος, i. e. *luſcus*, *ſeu altero oculo captus*, frater Myrtili Poëtæ quoque Comici, docuit fabulas quadraginta. Illius aliquammultæ Comœdiæ citantur ab Athenæo. Claruit tempore Periclis, ex ejus Θεοῖς, id eſt, *Diis* citatur, in Ταίναρος, de quo videndus Suidas, in Ἑρμιππος.

HERMIPPUS BERYTIUS. Citatur ſine operis nomine, in Γάζενα. Floruit ſub Adriano, fuit diſcipulus Philonis Byblii, à quo commendatus fuit Herennio Severo. Plurima ſcripſit, ut videre eſt ex Suida, ſuo loco.

HERMOGENES. Sine cognomento, & operis titulo, in Ἄζανοι, ex Tarſo Ciliciæ urbe fuiſſe, qui Rhetoricam ſcripſit, tradit Epitomator noſter, in Ταρσός. Vixit ſub Marco Imperatore, auctore Suida. Alium Hermogenem Tarſenſem quoque celebrat Suet. in Domitiano cap. x.

quem occidi jussit Domitianus, propter quasdam in historia figuras; librariis etiam, qui eam describerent, crucifixis.

HERODIANUS. Quem ad partes vocat auctor noster, fuit Grammaticus Alexandrinus, filius Apollonii Grammatici, cognomento discoli, i. e. *difficilis*. Claruit sub Cæsare Antonino, & Marco, ut tradit Suidas. Mirum est, nec Vossium, nec Jonsium ejus meminisse. Sine cognomento, & operis nomine citatur, ex lib. III. in Ἀχαρράσεις, ex lib. X. in Ἄλφη, ex lib. XII. in Ἀελάνθη, ex lib. XIII. de *Neutris*, in Ἀεθαλοῦνον, ex lib. XX. in Ἄεθη, ex *Orthographia*, & ex libro, cujus Epigraphe erat ἡ καθόλε χρῆσις, & ex libro, in Apollonium περὶ ῥημῶν, in Καεία ex lib. IV. τ καθόλε, in Ἄδωνα, ex lib. I. *declinationis nominum*, in Βείγες, ex libris περὶ παθῶν, in Πυῤῥ, ex ejus *Symposio*, in Διαλεκτικὴ, ubi hunc librum scripsisse dicitur, ex libro περὶ συντάξεως στοιχείων, in Ἀγεθάπνα. Memoratur ab Am. Marcellino lib. XXII. c. XLII. cui dicitur *artium minutissimus scitator*.

HERODORUS. Sine cognomento, & operis titulo testis adducitur, in Ἄργ@, ex lib. X. in Γλῆπες, ex lib. X. τ καθ' Ἡρακλέα, in Κυκλικόν. Eum memorat Vossius de Hist. Græcis lib. III. inter scriptores incertæ ætatis, Jonsius de Script. Hist. Philosoph. lib. IV.

HERODOTUS HALICARNASSENSIS. Ex Halicarnasso, Cariæ principe urbe, cujus libri Musarum nominibus insigniuntur. *Thurius* vocatur à Juliano Parabate, ut inquit Suidas, scilicet, quod particeps factus fuerit coloniæ, quam Athenienses in Thurium, Italiæ urbem miserunt, ut referunt Strabo Geographiæ lib. XIV. & Suid. in Ἡρόδοτ@, urbs verò illa *Sybaris* dicta fuit. Variè sentiunt Criticorum παῖδες de ejus historia. Suidas auctor est, in Ἁρποκρατίων ὁ Λίλι@, Harpocrationem Ælium scripsisse librum, in quo asserebat falsam esse Herodoti historiam. Plutarchus etiam scripsit libellum de *malignitate Herodoti*. Strabo lib. XI. sic de eo loquitur: Γράφλον δ' ἂν τις Ἡσίοδον, καὶ Ὁμήρου πιθάνως ἡρωολογεῖσι, καὶ τοὺς τραγικοὺς ποιητὰς, ἢ Κτησίαν, καὶ Ἡρόδοτον, καὶ Ἑλλάνικον, καὶ ἄλλους τοιούτους, &c. i. e. *Facilius verò aliquis Hesiodo, & Homero crediderit de heroibus-verba-facientibus, & tragicis Poëtis, quam Ctesiæ, & Herodoto, & Hellanico, & aliis hujusmodi*. Sunt qui dicant Juvenalem Herodotum notare, cum inquit Sat. X.

——— *Et quidquid Græcia mendax*
Audet in historia.

Apud Josephum lib. I. contra Apionem etiam legimus: Πολλὰ τ Ἡρόδοτον ἐλέγχει τ Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον. i. e. *In multis* (loquitur de Manethone) *Herodotum arguit de rebus-Ægyptiacis præ ignorantia mentitum*. Dio Chrysostomus Orat. XXXVII. Plutarchum imitatus eum mendacii crimine accusat; at contra disertissimus Romuli nepotum lib. I. de Legibus eum vocat *historiæ parentem*. Aldus Manutius, Joachimus Camerarius, Henricus Stephanus pro eo Apologiam scripsere: sed ego mediam insisto viam, juxta illud Nasonis:

——— *Medio tutissimus ibis.*

Plurima enim sunt apud Herodotum θωμασιώτερα, & vera, plurima fabulosa. Scripsit lingua Ionica, ac fuit omnium Ὁμηρικώτ@, cujus libri frequenter ab Stephano citantur. Scripsit etiam de *vita Homeri*, qui citatur in Νεὼν τεῖχ@, at Vossius de Hist. Græcis lib. I. c. III. hujus Herodoti negat esse librum de *vita Homeri*. Herodotus etiam de Nymphis, & Diis citatur, in Ὀλόφυξ@, quem diversum ab Halicarnassensi esse existimo. Noster, in Θέσει affert Epigramma quoddam, in ejus laudem.

HESIODUS. Poëta notissimus, Cumanus ex Cuma Æolidis urbe, adolescens autem à patre Dio, & matre Pycimede translatus fuit *Ascram* Bœotiæ, unde ab aliquibus *Ascræus Poëta* vocatur. Quin etiam *Carmen Ascræum*, pro *Hesiodeum* sumitur, de quibus vide, quæ in Ἄσπρη annotavimus. De ejus ætate disceptant eruditi, ac etiam ubi hominem exuerit. Alii enim Homero seniorem, alii æqualem; alii verò, inter quos Porphyrius Homero juniorem centum annis fuisse dixerunt, referente Suida, necnon Aul. Gellio Noct. Attic. lib. III. c. XI. Herodotus lib. II. c. LII. *Hesiodum*, atque *Homerum* quadringentis non amplius annis se πρεσβυτέρους fuisse existimat, atque Poëtas, qui illis priores fuisse dicuntur, sibi posteriores videri. Citatur ab Stephano, in Ἀεάνλες, Αἰγεῖον, Ἄμυρ@, ex ejus Καταλόγῳ, in Τερμνία. Sic enim legendum est, non Καταλόγων. Ipse enim scripsit Γυναικῶν ἡρώων κατάλογον, i. e. *fœminarum heroinarum Catalogum*, in libris quinque, & *Theogoniam*, i. e. *Deorum-generationem*; necnon ἔργα καὶ ἡμέρας, id est: *opera, & dies*, & Ἀσπίδα, i. e. *Scutum*, & *Epicedium*, in Batrachum quemdam, ejus amasium, & de *Idæis Dactylis*; & alia plurima, ex quibus tantum exstant *Opera & Dies*, *Scutum Herculis*, & *Theogonia*, de quo videndus Gyraldus de Poëtarum Hist. Dialog. II.

HIEROCLES. Sine cognomento, ex libris, quibus nomen Φιλίσορες citatur, in Βορχηφῖνες, & in Ταρκυνία. Utrum verò sit idem, qui ex athleta factus est Philosophus, cujus patria erat *Hyllarima*, Cariæ oppidulum, auctore, nostro auctore in Ὑλλάρμῳ, nescio; neutrum verò horum existimo fuisse, quem Suidas, in Ἱεροκλῆς memorat. Nec assentio Jonsio de Script. Hist. Philosoph. lib. III. c. XVIII. qui existimat illum, quem Suidas memorat, esse auctorem libri, cujus Epigraphe est *Philalethes*, i. e. *amicus-veritatis*, in quo comparabat *Apollonium Tyaneum*, cum Christo, adversus quem scripsit Eusebius; utrum Eusebius Pamphili, an alius, viderint doctiores. Certè Ethnici, ex omnibus Philosophis nullum alium adeò impensè venerati sunt, ac *Apollonium Tyaneum*, ut cum de Tyana egimus, annotavimus. Quin etiam Apulejum cæterosque magicarum artium peritissimos conferre cum Christo, vel etiam præferre conati sunt, teste Augustino Epist. V. fol. XVI. cujus sunt verba: *Quis autem vel risu dignum non putet, quod Apollonium, & Apulejum, cæterosque magicarum artium peritissimos conferre cum Christo, vel etiam præferre conantur.* At si Hierocles ille Suidæ esset, qui *Apollonium Tyaneum*, cum Christo comparabat, in illo libello, non tam impensè eum laudaret Suidas. Quamobrem alium fuisse existimo.

HIPPYS RHEGINUS. Fuit historicus antiquus, qui primus scripsit rerum Sicularum libros quinque, quos postea Myses in epitomen redegit. Scripsit etiam librum, *de condita Italia*, & *Chronicorum* libros quinque, *Argolicorum* libros tres. Primus etiam scripsit Parodiam, & Choliambum, & alia. Claruit Persicis temporibus, ut tradit Suidas. Citatur ab auctore nostro sine operis nomine, in Ἀρκάς, ubi primus dicitur fuisse, qui Arcades πρωσελήνους, i. e. *ante-lunares* vocavit.

HISTIÆUS. Sine cognomento, ex ejus libro primo appellatur, in Βηρυλός. Josephus Antiquit. lib. I. c. 4. nos docet Phœnicum res scripsisse, cui *Hestiæus* dicitur. Nescio qua auctoritate fretus Vossius de Hist. Græcis lib. 3 inquit, *Milesium* fuisse. Diversi verò fuere hujus nominis scriptores, de quibus videndus Jonsius de script. Hist. Philosophicæ lib. IV.

HOMERUS. Cujus certè similis nemo, passim citatur ab Stephano. *Critheis* mater *Melesigenem* vocavit, quod eum prope *Meletem* amnem peperisset, deinde *Homerus* dictus est. Id nominis significabat apud Cumanos *cæcum*. Nam cum visum amisisset, ad summam inopiam redactus à Cumanis petiit, ut eum alerent, quod illi abnegarunt dicentes, si semel alendos suscipierent Ὁμήρους, i. e. *cæcos*, futurum, ut hujusmodi, multos alendos haberent, unde qui antea *Melesigenes*, postea vocatus est *Homerus*, auctore Herodoto, de vita Homeri. Notatu dignum est, quod ait Artemidorus de interpretatione somniorum lib. I. quod, qui se cæcum somniaverit, si Poëta sit, bonum significare, quod multa quiete opus habeant, qui Poëmata facere volunt. Unde inquit: Sermo invaluit, quod & Homerus Poëta cæcus fuerit. *Mæonides* etiam dicitur & *Mæonius* vel à Mæone Lydo ejus patre, vel à fluvio, unde Martial. Epigr. lib. V. Epigr. X.

Ennius est lectus salvo tibi, Roma, Marone
Et sua riserunt sæcula Mæonidem.

Horat. Carm. lib. IV. Od. 9.

Non si priores Mæonius tenet
Sedeis Homerus, Pindaricæ latent
Cæaque, & Alcæi minaces
Stesichorique graves Camœnæ.

Apud eundem Martialem Epigram. lib. XIV. ep. CLXXXIII. Mæonium carmen pro Homerico usurpatur:

Perlege Mæonio cantatas carmine ranas
Et frontem nugis solvere disce meis.

Fuit Homerus non solum Poëtarum sed Philosophiæ & antiquitatis Ethnicæ facile princeps, cujus ingenio nullum extitit felicius, sive operis fortuna, sive materia æstimetur.

——— *à quo seu fonte perenni*
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

De ejus patria decertarunt olim plurimæ civitates ad quam detegendam, in antiquitatis Oceano, Aphormiensi Tiphys opus erat, sed septem præcipue id fecisse nos docet Gellius Noct. Attic. lib. III. c. II. quæ districho sequenti comprehenduntur.

Επ@

Ἑπτὰ πόλεις διελέζθαι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίς, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Septem urbes certant de ſtirpe illuſtris Homeri
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Ios, Argos, Athenæ.

Non minor de ejus ætate contentio eſt inter eruditos, alii antiquiorem Heſiodo, alii juniorem, alii æqualem faciunt. Ejus poëmatum apud Ethnicos pene eadem erat autoritas, ac apud nos ſacrorum Bibliorum, adeò ut cum de finibus civitatum apud Græcos lis eſſet, ea carminibus Homeri decideretur. Ælianus Var. Hiſt. lib. VIII. c. 2. auctor eſt, Hipparchum Piſiſtrati apud Athenienſes ſummæ potentiæ, & auctoritatis juſſiſſe, ut ejus carmina, in *Panatheniis* publicè decantarentur. Idem lib. XIII. c. 22. inquit, Ptolemæum Philopatorem, templo in ejus honorem exſtructo, ſedentem collocari juſſiſſe, & circa ſimulacrum civitates, quæ eum ſibi vindicabant. Apud Alexandrum Magnum tanto in honore fuit, ut inter ſpolia Darii, unguentorum ſcrinio capto, quod erat auro gemmiſque, ac margaritis pretioſum, varios ejus uſus amicis demonſtrantibus, id ejus librorum cuſtodiæ dederit, ut pretioſiſſimum humani animi opus, quam maximè diviti opere ſervaretur, quod memoriæ prodidit Plin. Nat. Hiſt. lib. VII. cap. 29. Idem Alex. cum in Sigæo ad Achillis tumulum adſtitiſſet, *O fortunate*, inquit, *Adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris*, & verè. Nam, niſi Ilias illa exſtitiſſet, idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruiſſet; ſunt verba Ciceronis ex Orat. pro Archia Poëta, quæ etiam narrat Vopiſcus in Probo. At Adrianus Imperator Homerum voluit abolere, & in ejus locum Antimachum inducere, cujus ne nomen quidem multi prius noverant, ut tradit Suidas, in Ἁδριανὸς, & Dio lib. LXIX. Sed nihil mirum, ſiquidem ipſe Adrianus Ennium Virgilio, Catonem Ciceroni, Cæcilium Salluſtio præferebat, ut teſtatur Spartianus, in ejus vita. Adeò ſunt diverſæ hominum ſententiæ. Sed Græculum iſtum hac in re non poſſum non mirari; Homerum omnes Poëtæ imitari conati ſunt, at nemo, qui eum imitari poſſet, inventus eſt, ut inquit Vell. Paterc. lib. I. c. 5. Ex omnium ſcriptorum ſegete, qui ejus laudes decantant, hunc elegimus, in ejus laudes libro, capiteque citato ſic prorumpentem: *Homeri illuxit ingenium, ſine exemplo maximum, qui magnitudine operum, & fulgore carminum ſolus appellari* Poëta *meruit, in quo hoc maximum eſt, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque poſt illum, qui eum imitari poſſet, inventus eſt.* Ad laudes quoque ejus facit, quod refert Ælianus Var. Hiſt. lib. XIII. c. 22. ſupra citato *Galatonem* pictorem Homerum finxiſſe evomentem; reliquos verò Poëtas, quæ ipſe evomeret, haurientes. Alcibiades cum in ludum quemdam litterarum eſſet ingreſſus, Homeri librum ſibi afferri juſſit, ac cum nihil ibi Homeri eſſe, reſponſum fuiſſet, condylo magiſtrum percuſſiſſe dicitur, & abiiſſe, referente Plutarcho, in Alcibiade. De ejus morte lis eſt inter eruditos. Aliqui exiſtimant humanis rebus exceſſiſſe, cum piſcatoribus quibuſdam propoſitam quæſtionem ſolvere non potuiſſet. Ad quod videtur alludere epigramma illud, quod ex oraculo affert noſter in Ἴος, alii aliter ſentiunt. De ejus etiam parentibus variant auctores. Incertitudo autem patriæ, ætatis, mortis, & parentum hinc procedit, quod cum eſſet inter vivos, nullo erat in honore. Optime enim cecinit *Bilbilitanus Poëta*:

Et ſua riſerunt ſecula Mæonidem.

Id neſcio quo fato ſolet accidere viris literaturâ inſignibus. Hujus feliciſſimi ingenii legitimi partus ſunt *Ilias*, & *Odyſſea*, quales nobis ex *rhapſodiis* formavit Ariſtarchus, qui ſibi tantum juris aſſumpſit in Homerum, ut carmina, quæ ei adulterina videbantur, obeliſco notaret, atque ex ejus opere expungeret, à quo poſtea librorum cenſores *Ariſtarchi* vocati fuere; Zoilus verò Amphipolitanus orator, & Philoſophus ſcripſit contra Homeri Poëſin, & peculiariter *Homeri vituperationem*, unde meruit *Homeromaſtix* vocari, & ab eo omnes deriſores *Zoili* vocantur, ſed ſuæ temeritatis pœnam ſolvit. De Scironiis enim ſaxis deturbatus fuit, ut tradit Suidas in Ζωίλος. In primo Iliadis carmine tres errores prudens commiſit, quod Plutarch. innuit in libro de profectu virtutis ejus fiduciam admiratus. Sic enim incepit opus illud omnium celeberrimum, quæ huc uſque lucem viderunt:

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος

Iram cane Dea Pelidæ Achilis.

In cujus verſus tertio pede ultimam θεὰ brevem produxit, in quinto ſynalœpham neglexit, & antepeultimam ex Achillis nomine longam propter duplex λλ adempto altero corripuit, ut dactylo locus eſſet. Quæ feciſſe mihi videtur, tanquam maximus Poëtarum Imperator, qui ſtatim in principio imperii lege ſolutus, legibus incepit imperare; at in eo non poſſum non culpare, quod tribuerit Diis furta, adulteria, homicidia, ſtupra, pugnas, cædes & reliqua omnia hominum vitia, in quibus eum reliqui omnes Poëtæ imitati ſunt. Quare Hieronymus apud Laërtium, in Pythagora inquit, Pythagoram, cum ad inferos deſcendiſſet, Heſiodi quidem animam columnæ æreæ vinculis adſtrictam ſtridentemque vidiſſe, Homeri autem ex arbore pendentem, ſerpenteſque illam circumdantes. Tales enim Deos, Deaſque finxit Homerus, quales cives nulla Reſpublica ferret, niſi quis dicat, illa omnia allegoricè intelligenda eſſe, quæ forſitan explicabat Heraclides Ponticus, in ſuis duobus libris Λύσεων Ὁμηρικῶν, quos compoſuiſſe nos docet Laërtius, in ejus vita. Aliter enim Homerus magis impius foret, quam *Capaneus* ac majori pœna dignus, quàm infelix Theſeus, & Phlegyas miſerrimus, ac merito ex ſua republica Plato eum ejiceret. Hæc de Homero ſatis ſunto; vos verò videte ſultis tanquam omnium coronidem Quintiliani de eo ex Inſtit. Orat. lib. X. c. 1. judicium, ac ingredimini delubrum ejus, quod Smyrnæi in oppido dedicaverunt, ut refert diſertiſſimus Romuli nepotum in Orat. pro Archia Poëta, cujus meminit Strabo lib. IV. ut ſciatis quanto in honore fuerit apud Veteres. Notatu etiam dignum eſt, quod ex aliquo Ciceronis libro deperdito refert Plin. Nat. Hiſt. lib. VII. c. 21. & Solinus c. 6. Iliada Homeri ita ſubtiliter in membranis deſcriptam, ut teſta nucis clauderetur. Facilius crediderim à Myrmecide fabricatam, quadrigam, quam muſca integeret alis, & navem, quam apicula pinnis abſconderet. Cedat in gloriam Homeri, Demetrium virum peritum in rebus Geographicis, quem Strabo plerumque ſequitur XXX, libros ſcripſiſſe interpretando LX. paulò amplius illius verſus, Β κατάλογος τῶν Τρώων. i. e. *Catalogi Troianorum.*

HYPSICRATES. Sine cognomento, & operis nomine citatur, in Αἰθίῳ. Voſſ. de Hiſt. Græcis lib. 3. exiſtimat eundem eſſe, quem celebrat Varro de L. L. lib. IV. necnon Gell. Noct. Attic. lib. XVI. c. 12. At apud Varronem libro citato nulla fit Hypſicratis mentio, ille verò, cujus meminit Gellius, non poteſt eſſe, qui epitomatori noſtro celebratur. Nam ille fuit Grammaticus Latinus, qui ſcripſit libros ſanè nobiles, ut inquit Gellius ſuper iis, quæ à Græcis accepta ſunt, atque epitomator noſter nullum citat auctorem Latinum, niſi ſit in ſermonem Græcum tranſlatus. Ex auctoris noſtri verbis loco citato claret fuiſſe Grammrticum quemdam, qui aliquid de Homericis ſcripſit.

I.

JASON. Sine cognomento, & operis titulo citatur in Τήλει, ex libro, cui Epigraphe erat βίος Ἑλλάδος, id eſt *vita Græciæ*, in Ἀλεξάνδρειᾳ. Fallitur Voſſius de Hiſt. Græcis lib. II. c. XII. qui exiſtimat fuiſſe Grammaticum Argivum. Nam ex Suida apparet contrarium. Noſter enim Jaſon fuit *Nyſæënſis* à patre, à matre verò *Rhodius*, & in eadem inſula Scholæ Poſidonii Philoſophi ſucceſſor, ſcripſit *vitam Græciæ* libris quatuor, & *vitas illuſtrium virorum*, & *Philoſophorum ſucceſſiones*, & *de ipſa Rhodo.* Fuit Menecratis filius, & ipſius Poſidonii, ex filia nepos, ut teſtatur Suidas, in Ἰάσων Μενεκράτης. Jaſon autem Argivus hiſtoricus, & Grammaticus fuit junior Plutarcho Chæronenſi, ſcripſit *de Græcia* libros quatuor, qui continebant antiquitates Græciæ, & à temporibus Medicis hiſtoriam, reſque geſtas Alexandri uſque ad ipſius mortem, & ad Athenas uſque captas ab Antipatro Caſſandri patre, auctore eodem auctore, in Ἰάσων Ἀργεῖος. Diverſus etiam ab his eſt *Jaſon Cyrenæus*, qui res geſtas Chaſmonæorum, i. e. *Maccabæorum* quinque libris ſcripſit, quos in Epitomen redegit auctor ſecundi Maccabæorum libri, ut claret ex ejuſdem libri capite II. v. XXIV.

JOSEPHUS. Mattathiæ filius patria Hieroſolymitanus, aliquoties citatur ab Epitomatore noſtro, maternum genus, ut ipſe inquit, in libello de vita ſua, trahebat à *Chaſmonæorum*, i. e. *Maccabæorum ſtirpe*, paternum verò à ſacerdotibus hujus miſeræ gentis ἐκ τῆς ἱερατικῆς ἐφημερίδος. Ejus opera diurnâ, nocturnaque manu ab eruditis evolvuntur, inter quos non convenit, de ejus fide. *Maldonatus*, *Melchior Canus*, *Pererius*, *Salmeron*, *Baronius*, *Salianus* & alii tamquam ſubleſtæ fidei auctorem calumniantur: *Juſtinus Martyr*, *Euſebius*, *D. Hieronymus*, *Suidas* & alii

ejus fidei, & laudis sunt præcones; nos verò mediam viam elegimus. In anachronismis enim & in narrando antiquas Judæorum res aliter ac omniscius Moses retulit, defendi non potest, at in eis, quæ ipse tamquam *autoptes* refert omnem fidem mereri existimo, etsi in his etiam referendis aliquantulum Romanis, & Tito favisse judico. Quare ejusdem Titi jussu, ejus de bello Judaico libri, in bibliotheca publica servati fuerunt, & ejus statua Romæ publicè erecta, cujus rei sunt auctores Euseb. Hist. Ecclesiast. lib. III. c. IX. Hieronym. de Script. Ecclesiasticis. Dubitant eruditi, utrum ejus testimonium de Christo ex Antiquit. lib. XVIII. c. IV. sic ab eo fuerit scriptum, an insertum per piam fraudem; posteriorem sententiam veram existimo. Nec enim Josephus tale testimonium de *Christo* proferre ausus esset, cum viveret inter Judæos, ne eis ludibrium deberet, at quod Sacræ scripturæ miracula ad causas naturales conetur deducere culpandus non est. Philosophia enim Sacræ scripturæ debet ancillari. Ethnici illa aliter credere nolebant; & hæc de Josepho filio Mattathiæ pro instituti nostri ratione sufficiant. Josephus ille ben Gorionis, i. e. *filius Gorionis*, cujus opus Munsterus Hebraicè vulgavit, est Ἀνθολιμαῖος. Memorat enim Gothos in Hispania, Francos in Gallia, qui tunc temporis ad has regiones nondum venerant: at ille sub cujus nomine circumfertur, fuit Josephi filii Mattathiæ æqualis, Gorionis filius, cujus ipse Josephus de Bello Judaico lib. II. c. XLII. juxta textum Græcum meminit. Mirum est neminem in Josepho corrigendo operam impendisse.

IPNUS. Sine cognomento, & operis Epigraphe, in Ταμισίῳ, quis fuerit, & quid scripserit, inter antiquitatis scruta invenire non potui.

IRENÆUS. In Καπιτώλιον, in eodem antiquitatis sepulchro, ac Ipnus jacet, ex quo eum eruere difficile est.

ISTER. Sine cognomento, & operis titulo, in Ἀττικά, & in Ἀργολικός, ejus liber, cui nomen Ἀττικίων Αἰγυπτιακῶν, in Αἰγιαλὸς, & in Ὠλενῶν, lib. IV. *Eliacorum*, in Φύτειον. Sic enim legendum existimo, non *Iliacorum*. Nam Φύτειον erat urbs Elidis. Fuit Callimachi servus, auctore Suida, in Ἴστρος, contra quàm existimavit Vossius de Hist. Græcis lib. IV. c. XII. Qua de causa immeritò reprehendit Simlerum. Ideo ab Athenæo lib. IX. vocatur *Callimachius*. De ejus patria digladiantur eruditi, alii *Cyrenæum*, alii *Macedonem*, alii *Paphium* fuisse ajunt, ut videre est apud Suidam. Plutarchus, in Hellenicis, i. e. *quæstionibus Græcis*, Alexandrinum vocat.

ISTER. Calatianus citatur, in Κάλαϊς, qui de tragœdia optimum librum scripsit, ut ait noster, loco citato. Fuit verò Calatis oppidulum, in ora maritima Ponti, de quibus consulesis Vossium de Hist. Græcis lib. IV. c. XII. Jonsium de Script. Hist. Philosoph. lib. VI. c. VI.

JOBAS. Latinis vocatur Jubas, sine operis nomine testis adducitur, in Ἀρβάκη, ex libro primo *hist. Rom.* in Ἀδοξογράφοις, & in Ὠσίᾳ, frequenter citatur à Plinio, & Plutarcho. Fuit filius Jubæ regis Libyæ, quem valde puerum, ejus patris loco C. Jul. Cæsar in triumpho Libyco duxit, μονοχρωμάτῳ fortitus est captivitatem. Nam ex Barbaris, & Numidis εὐμέλανος Græcorum eruditissimis historicis factus est, ut inquit Plutarchus, in C. Cæsare, cui Augustus Cæsar Cleopatram M. Antonii filiam, ex Cleopatra collocavit, ut refert idem auctor, in *M. Antonio*. Ejus meminit Suidas, at in referendo ejus historiam toto cœlo aberrat.

JUSTUS. Tiberiensis ex Tiberiade Judææ urbe. Scripsit eamdem historiam, ac Josephus, cujus fuit æqualis ætate, quem Josephus, in libello de vita sua accusat tamquam mendacem. Ejus meminit Suid. in Ἴστος. Miror Xylandrum ignorasse Justum extitisse, ac eamdem historiam ac Josephum scripsisse, quandoquidem in suo, in Stephanum indice, suspicatur Justum apud Stephanum, in Τιβεριάς pro Josepho subrepsisse.

L.

LEANDER NICANOR. Vide NICANOR.

LEPIDUS. Sine cognomento, & operis nomine in Βυθρώσεις, ejus Epitomes historiæ lib. I. in Τεγέα, ejusdem historiæ lib. VIII. in Σκῶποι, ad ejus patriam detegendam, in antiquitatis Oceano, alio Tiphye opus erat.

LINUS. Oechaliates historicus. Fuit enim alius Poëta, & musicus antiquissimus. Memoratur ab Epitomatore nostro, in Οἰχαλίᾳ, cujus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio, Eustathium excipio, qui id ex nostro autore habet, sed ex qua Oechalia fuerit, me latet.

LUCILLUS. Seu Lucius Tarrhæus, ex Tarrha Cretæ urbe, scripsit *de paræmiis* libros tres optimos, & *de literis*, & *Technica* comptissima, ut didici ex nostro, in Τάρρᾳ, ubi Lucius vocatur; at in Θεσσαλονίκῃ, & in Καλαρνᾷ *Lucillus Tarrhæus* dicitur. Ego existimo perperam scribi Λεύκιος, in Τάρρᾳ. Eidem eodem loco memoratur Leucius Grammaticus Tarrhæus etiam, sed ex Tarrha Lydiæ.

LUPERCUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Νίσσῳ. Suidas nos docet, fuisse Grammaticum Berytium, ex Beryto Phœniciæ civitate, cujus opera recenset ac vixisse inquit, ante tempora Claudii secundi Cæsaris.

LUSIUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Μίσῃ, ubi Lucius legendum suspicor, de quo supra. Nam Lusii altum apud alios silentium.

LYCOPHRON. Chalcidensis ex Chalcide Eubœæ, Grammaticus, & Poëta tragicus, cujus tragœdias recenset Suidas. Scripsit etiam Poëmatium obscurissimum, nomine *Alexandra*, seu *Cassandra*, quod ex omnibus ejus operibus tantum exstat; difficultate excedit, non solum Poëtas Græcos, verum etiam Latinos. Nam si cum eo comparentur Pindarus, Sophocles, Euripides, Aristophanes, Plautus, Terentius, Horatius, Persius, Seneca tragœdus, & Ovidii *Ibis*, sunt facilimi. Fuit unus, ex septem illis Poëtis, qui conficiebant celeberrimam illam Poëtarum πλειάδα, ita dicti, quia sic in Poësi reluxerunt, ut stellæ septem, in sidere Pleiadis. Claruere sub Ptolemæo Philadelpho, de quibus disceptant eruditi, nam alii alios nominant. Ovidius opere citato, sagitta occubuisse Lycophronem innuit. Inquit enim:

Utque cothurnatum periisse Lycophrona narrant
Hæreat in fibris fixa sagitta suis.

Ejus Poëmatium Scholiis illustravit *Isaacius Tzetzes*. Citatur aliquoties ab Epitomatore nostro, variis locis. Suidas auctor est Lucum Rheginum historicum eum adoptasse.

LYCUS. Sine cognomento, ex lib de Alexandro, in Σκίδῃ.

LYCUS. Rheginus, in Ἀρώτονος. Lycus Butheras dicitur Suidæ. Fuit verò historicus Rheginus Lycophronis Poëtæ adoptione pater, qui sub Alexandri successoribus claruit, & historiam Libyæ, & Siciliæ scripsit, auctore Suida. Memoratur inter alios Malcho de vita Pythagoræ.

LYSIS. Sine cognomento, ex Βάκχαις, in Θεσσαλίᾳ. Qui ejus meminerit, scio neminem. Lysim enim Tarentinum Epaminondæ magistrum Philosophum Pythagoricum, cujus meminit Laertius, in *Pythagora* & Suid. ab hoc diversum fuisse existimo.

M.

MARCELLUS, Medicus. Sine operis nomine, in Ἀλλικυρεῖ, cujas fuerit, & quid scripserit, ex antiquitatis tenebris eruere difficillimum judico, nisi sit, quem Suidas memorat, & medicum Siditem, ex Side Pamphyliæ urbe vocat. Sub Marco Antonino vixit, ac versibus heroïcis libros medicos quadraginta duos scripsit, referente eodem auctore.

MARCIANUS. Sæpe citatur ab Stephano. Fuit Heracleota. Scripsit περίπλουν locorum, carmine jambico, necnon pedestri oratione tres libros περίπλων, in quibus undecim Geographiæ libros *Artemidori Ephesii* in Epitomen redegit, ut ipse, in principio libri primi Peripli inquit. In eis continentur varii Peripli, quorum aliquos advocat Epitomator noster. Utrumque opus Græcè primus in lucem edidit David Hœschelius, quem mihi utendum commodavit eruditissimus Joannes Georgius Grævius Professor Ultrajecti, cum eum in his regionibus venalem non potuissem invenire. Ipse Marcianus in principio primi Peripli memorat Ptolemæum, quem θειότατον, καὶ σοφώτατον, i. e. *divinissimum, & sapientissimum* vocat; unde conjicitur post Ptolemæum Geographum vixisse.

MARSYAS. Sine cognomento, & operis Epigrapha, in Αἰθικίᾳ. Tres hujus nominis celebrat Suid. primum, Periandri filium *Pellæum* ex Pella Macedoniæ urbe historicum, Grammatodidascalum, fratrem Antigoni, qui postea regnavit, cujus opera recenset, secundum, Critophemi filium, *Philippensem* ex Philippis urbe Macedoniæ, quem *historicum juniorem* vocat, sed ejus opera silentio præteriit; tertium Marsi filium *Tabenum* ex Tabis urbe. Tres verò hujus nominis urbes memorat Epitomator noster, ex quâ fuerit Marsyas iste, ac quis ex tribus istis sit, qui ab Epitomatore nostro citatur, ignoro.

ME-

MENANDER. Eum aliquoties allegat noſter. Fuit Athenienſis, novæ Comœdiæ Poëta, oculis ſtrabo, ſed mente acutus; fœminarum amori valdè deditus. Scripſit Comœdias CVIII. & Epiſtolas ad Ptolemæum regem, & alios plurimos libros, pedeſtri oratione, ut poſteris tradidit Suidas, qui alium etiam hujus nominis Poëtam comicum, antiquæ Comœdiæ, Athenienſem celebrat. Illius maximum exſtat apud Quintil. Inſt. Orat. lib. X. c. I. encomium. Plutarchus etiam libellum ſcripſit, cujus Epigraphe eſt Epitome comparationis Ariſtophanis & Menandri, in quo Menandrum Ariſtophani præfert, ut cum de Ariſtophane egimus, annotavimus. Duas hujus Poëtæ fabulas *Adelphi* & *Heautontimorumenos* tranſtulit Terentius, quæ omnium manibus teruntur. Ejus XXIV. Comœdias cum explicatione Michaëlis Pſelli in Conſtantinopolitanis Bibliothecis exſtare ajunt, ac meminit etiam Leo Allatius libro de Pſellis. Laërtius, in Theophraſto ex Pamphila refert fuiſſe diſcipulum Theophraſti. Antiquorum Poëtarum hunc furem fuiſſe Euſebius & Porphyrius prodidere, qua de re Cratinus ſex libros, ut ajunt, edidit, quos de *Menandri furtis* inſcripſit. Clemens quoque in quinto Stromatωn libro oſtendit, Menandrum multa deſumpſiſſe ab Hebræorum Prophetis, ut illud, *Deum non victimis, & tauris placari, ſed juſtitia, animique puritate.* Qua de re ejus etiam Carmina affert, cujus rei meminit Euſebius Pamphili. Notatu dignum eſt, quod de Menandro refert Plin. Nat. Hiſt. lib. VII. c. XXX. *Magnum, & Menandro, in comico ſocco teſtimonium regum Ægypti, & Macedoniæ contigit, claſſe, & per legatos petito, majus ex ipſo, regiæ fortunæ prælata litterarum conſcientia.* Vetus quidam interpres in Naſonis Ibin ad Carmen illud:

Comicus, ut liquidis periit, dum nabat in undis;

Ita ſcribit: *Menander Comicus Athenienſis dum in Piræo portu nataret, ſubmerſus eſt, de quo nobiliſſimæ à Græcis editæ traduntur elegiæ, & à Callimacho Epigramma.* Ejus ſepulchrum in Attica oſtendi venientibus ex Piræo, & Athenis in Theatro, auctor eſt Pauſan. in Atticis.

MENECRATES. Sine cognomento, & operis nomine, in Βλωδ@, ex *Lyciacorum* lib. I. in Ἀξιύμνησ@. Quinque hujus nominis celebrat Voſſius de Hiſt. Græcis lib. I. c. XXI. inter quos Menecratem Xanthium quarto loco ponit, qui Troiam ab Ænea Achivis proditam fuiſſe tradidit, ut refert Dionyſ. Halicarn. Antiquit. Rom. lib. I. Hujus eſſe *Lyciaca*, quæ citat Epitomator noſter, inquit Voſſius libro, capiteque citato. Fides ſit penes eum. Nam id nullius teſtimonio probat.

MENELAUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἀμφιλοχία, & in Εὕτηξις. Idem mihi videtur eſſe, ac Menelaus Anæus, ex Anæa Cariæ urbe, quem illic memorat, ac peripateticum Philoſophum, & magnum hiſtoricum fuiſſe inquit. Nam Menelaus ille, qui ex lib. I. *Thebaidis* citatur, in Τέμμιξ, & ex *Thebaicorum* lib. IV. in Υεμλών fuit Poëta Epicus Ægæus, quem Suidas ait ſcripſiſſe Thebaidem libris duodecim, & alia.

MENEMÆCHMUS. Sine cognomento, & operis nomine in Τηλέφι@. Procul dubio legendum eſt, ſeu *Menæchmus*, ut Xylander, in ſuo ad Stephanum indice obſervavit, ſeu potius *Manæchmus*, ut eſt apud Suidam, qui duos hujus nominis celebrat, primum, *Alopeconneſium*, Philoſophum Platonicum qui Philoſophica ſcripſit, & in Platonis rempublicam libros tres, ſecundum *Sicyonium*, filium Alcibii, vel Alcibiadis hiſtoricum, qui ſub Alexandri ſucceſſoribus claruit, & Alexandri Macedonis hiſtoriam ſcripſit. Hunc eſſe, quem Epitomator noſter ad teſtimonium vocat, exiſtimo.

MENIPPUS. Sine cognomento ex Periplo, in Ἀρμόν, ſcilicet ex Paphlagoniæ Periplo. Armene enim erat pagus Paphlagoniæ, ac ex eodem Paphlagoniæ Periplo teſtis adducitur, in Τί@, quæ erat Paphlagoniæ urbs. Idem ex Bithyniæ Periplo advocatur, in Χαλκηδών, quæ erat civitas Bithyniæ, ex Periplo duorum Pontorum, in Ἐρμώναοσα, Χαδισία, Χαλδία. Ex temmachio, i. e. *fruſtulo*, ſeu particula Epitomæ undecim librorum Artemidori Epheſii à Marciano Heracleota compoſito ſcimus, fuiſſe Menippum Pergamenum, qui Diaplum, & Periplum maris interni tribus libris coacervavit. *Internum mare* vocabant veteres, quod nos *mediterraneum* dicimus; *Externum*, quod nos *Atlanticum*, ut claret ex eodem auctore libro citato.

METRODORUS. Sine cognomento, & operis titulo ex libro quarto, in Ὑπωις. Decem hujus nominis celebrat Jonſius de Script. Hiſt. Philoſophic. lib. I. c. XX. Quis verò illorum fuerit, quem advocat Epitomator noſter, non eſt dictu facile.

METROPHANES. Sine cognomento, & operis Epigraphe, in Εὐκαρπία. Fuit Eucarpia populus minoris Phrygiæ, ex quo fuiſſe Metrophanem nos docet Suidas, ac de ipſa Phrygia ſcripſiſſe libros duos, & alia.

MNASEAS. Sine cognomento & operis titulo, in Ἄκαν@, & in Δάρδαν@, ex lib. III. περιηγήσεων, in Ἐγχελάνες. Fuit Berytius, ex Beryto Phœniciæ urbe. Scripſit artem rhetoricam, & de nominibus Atticis, auctore Suida. Quin etiam nomen ipſum corruptum eſt ex Phœnicia lingua. Nihil enim aliud eſt Mnaſeas quam מנשה, id eſt, *Menaſeh*. Nomen Hebræis familiare, ſæpe occurrit in SS. alios hujus nominis celebrat Voſſius.

MODERATUS GADIREUS. i. e. *Gaditanus*, ore Latino. Scripſit quinque libros Pythagoricarum Scholarum, auctore noſtro auctore, in Γαδειρε. Apud Baſilium, ſeu Malchum, id eſt Porphyrium de vita Pythagoræ legimus, Moderatum ex Gadibus ſcripſiſſe de Placitis virorum, Philoſophorum ſcilicet, quindecim libros, de quo conſulendus Jonſius de Script. Hiſt. Philoſoph. lib. III. c. V.

MYSORUM LIBRI. Citantur, in Ἄβδηλις. Quorum forma in antiquitatis tenebris noſci non quita eſt. Nam Sophocleum drama nomine Μυσοὶ nullam cum Myſorum libris conſanguinitatem habere puto.

N.

NAUCRATES. Fuit Erythræus & Homeri commentator, ut teſtificatur noſter, in Ἐρυθρᾷ, ſed ex qua Erythra (ipſe enim quinque hujus nominis urbes memorat) ſilentio prætermittit. Nemo eſt quem ego ejus meminiſſe ſciam.

NEANTHES. Ex libro de viris illuſtribus, in Κρατὸς. Fuit Orator Cyzicenus diſcipulus Philiſci Mileſii, diſcipuli Iſocratis. Auctor eſt Suidas, in Νεάνθης, & Φιλίσκ@. Ejus opera recenſet Voſſius de Hiſt. Græcis lib. I. c. 15. Jonſius de Script. Hiſt. Philoſoph. lib. II. c. 4.

NESTOR. Sine cognomento, ex libro primo Alexandriadis, in Ὑδάσπ. Ex Suida didici fuiſſe *Laraudenſem*, ex Lycia, Epopæum, patrem Piſandri Poëtæ, qui ſub Severo Imperatore claruit, & Iliada λειπογράμματον, i. e. *litteris-carentem* ſcripſit, ſcilicet, cujus liber primus carebat a, ſecundus carebat b. & ſic in reliquis libris ejuſdem operis. Eodem modo Tryphodorum ſcripſiſſe Odyſſeam idem auctor eſt, in Νίκῳ. Scripſit etiam Neſtor metamorphoſin, & alia, ut inibi refertur.

NICÆNETUS. Abderita Poëta Epicus, in Ἄβδηρα. Ejus nonnulla carmina affert Athenæus lib. XV. pag. 673. ex Commelini editione.

NICANDER. Ex Europæ lib. V. in Ἄθως, ex Siciliæ lib. X. in Ζάγκλη, ex *Theriacis*, in Κορώνη. Fuit Xenophanis filius, Colophonius, ſive, ut alii, Ætolus Grammaticus, Poëta, & medicus. Enituit temporibus junioris Attali, cujus opera recenſet Suidas ſuo loco, & inter ea *Theriaca*. Alexipharmaca, Georgica, & ἑτεροιωμένων, i. e. *transformatorum* libros quinque, quorum primus citatur ab epitomatore noſtro, in Ἀσκαλάθεια. Apud Suidam perperam legitur ἑταιρισμένων, i. e. *de meretricio-more viventibus* pro ἑτεροιωμένων, ut eſt apud Stephanum. Ex omnibus ejus operibus tantum exſtant *Theriaca*, & *Alexipharmaca*.

NICANOR. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἀλκδαφρα, Δῆλ@, Γιέρα, Μίεζα. Ex Metamorphoſiis, in Πάρ@, idem liber citatur, in Ὑδή, ubi Leander Nicanor dicitur.

NICANOR. Hermiæ filius, ex Alexandria lib. I. in Ἀλεξάνδρεια, ex epiſtola, ſeu libro ad Adrianum, in Ἀθλίες, ſine operis titulo, in Τίνυες. Fuit Alexandrinus Grammaticus, claruit ſub Adriano Imperat. Scripſit περὶ στιγμῆς. i. e. *de punctis*, aqud Homerum, περὶ στιγμῆς τ' ἀριθόλυ, i. e. *de punctis in univerſum*, libros quinque, περὶ στιγμῆς, i. e. *de punctis* apud Callimachum, & alia, quæ recenſet Suidas. Quare ab aliquibus per deriſionem Στιγμαλίας, i e. *punctis-compunctus* vocatus eſt, ſed non, ac ſi ſervus fuiſſet. Servi enim etiam *Stigmatiæ* vocabantur, qui vultum litteris ſcripti erant, ne fugerent, quod adhuc etiam inter Hiſpanos obſervatur. Servis enim Turcis, vel Mauris litteras S & L. fronti inurunt, quibus ſignificatur ſervos eſſe, quos *Eſclavos* lingua Hiſpanica vocant à littera S & L quæ habet formam clavi.

NICOCRATES. Ἀπολλῶς citatur, in Βοιωτία. Ejus patria, ætas, & opera, in antiquitatis tenebris jacent. Ille enim, qui ab Athenæo lib. I. dicitur *Cyprius*, ab hoc diverſus eſt.

NICOLAUS. Simpliciter, in Ἀμοργὸς, & in Ὑπερ-

Νξιον,

δέξιον, ejus lib. v. in Ἄρκης, nonus, in Ἀγαμήδη, quartus, in Ἀσκληπιάδαι, & in Ἀσκληπιάς. Fuit Damascenus ex Damasco Syriæ, familiaris Herodis, & Augusti, Philosophus peripateticus, & eruditissimus Historicus. Varia scripsit, quorum aliquammulta memorat Suidas. De ejus historiarum librorum numero discordant auctores, sæpe à Josepho citatur, de quo vide, quæ in Δαμασκὸς annotavimus.

NICOSTRATUS. Simpliciter, in Γάγγρα. Duos hujus nominis celebrat Suidas, primum Macedonum Oratorem, qui sub Imperatore Marco Antonino vixit, secundum Comicum Poëtam. Utriusque opera recenset, sed quis horum fuerit, qui ab auctore nostro citatur, me latet.

NICOSTRATUS. Citharœdus, in Ἀσκὸς; cujus apud alios altum est silentium.

NYMPHIS. Sine cognomento ex lib. I. Heracliæ, in Ὑπ@, & in Φρίξ@. Fuit Xenagoræ filius, Heracleota, ex Heraclea Ponti. Scripsit *de Heraclea* libros tredecim, *de Alexandro*, & ejus successoribus, & posteris libros viginti quatuor, auctore Suida, in Νύμφις.

NYMPHODORUS. Simpliciter, in Ἀθύρας. Duos hujus nominis celebrat Voss. de Hist. Græcis lib. III. primum Amphipolitem, ex Clemente Alexandrino Stromatωn lib. I. Secundum Syracusanum ex Athenæo lib. VI. VII. XIII. Quis horum fuerit, quem epitomator noster ad partes vocat, & Plin. diversis libris, nescio.

O.

OLYMPIANUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἀβλων πόλις. Ejus nulla apud alios, quod meminerim, fit mentio.

ORUS. Simpliciter, in Ἄγκυρα, Ἀθῶνα, Αἰθάλη, ex *Ethnicorum* lib. I in Νικὶς κώμη, ex secundo de Ethnicis, in Ταῦα, ex Orthographia, in Ταίναρ@. Fuit Grammaticus Alexandrinus, Constantinopoli docuit, teste Suida, qui ejus opera recenset, & inter ea, quæ ab epitomatore nostro citantur, cujus nec Vossius, nec Jonsius meminerunt.

P.

PALÆPHATUS. Quatuor hujus nominis celebrat Suidas, primum *Poëtam Athenienſem*, qui claruit post Phemonoën, vel, ut alii ante ipsam, secundum *Parium vel Prieneum*, qui floruit tempore Artaxerxis, tertium *Abydenum Historicum*, qui vixit sub Alexandro Macedone, & Aristotelis παιδικὸς fuisse dicit, quartum *Ægyptium*, vel *Athenienſem*, inter cujus opera recenset *Troica*, quorum lib. VII. citatur ab auctore nostro, in Χαιρμώτᾳ, apud quem pro ἐν ἑβδόμῳ Τρωϊκῆς legendum est, ex Suida ἐν ἑβδόμῳ Τρωϊκῶν, i. e. *in septimo Troicorum*; quæ aliqui, inquit Suidas, εἰς τὴν Ἀθωνᾶον, ἄλλοι δὲ εἰς τὴν Πάριον ἀνήνεγκαν. i. e. *ad Athenienſem, quidam ad Parium retulerunt*. Ubi perperam interpres Latinus vertit illa verba εἰς τὴν Ἀθωνᾶον, *ad Athenæum*, pro *ad Athenienſem*. Mens enim Suidæ est, aliquos librum illum Troicorum ad Palæphatum Athenienſem, aliquos ad Palæphatum Parium referre, quem inquit scripsisse ἀπίστων, i. e. *incredibilium* libros quinque. Vide tu, utrum iste sit idem, ac Palæphatus de fabulis, cujus libri epigraphe est, Παλαιφάτου περὶ ἀπίστων ἱστορεμῶν, i. e. *Palæphati de Incredibilibus historiis*, qui omnium manibus circumferuntur.

PANYASIS. Fuit Poëta celeberrimus, qui poësin extinctam postliminio revocavit, ab aliquibus post Homerum inter Poëtas primus recensetur, ab aliis post Hesiodum etiam, & Antimachum, de cujus patria, parentibus, & ætate disceptant eruditi. Alii enim Halicarnassensem, ac Polyarchi filium, Herodoti seu patruelem, seu ejus sororis filium tradunt fuisse, alii Samium, ac Dioclis filium. Ejus celeberrimum opus erat *Haraclias*, id est, *de Herculis laboribus*, de quo libris quatuordecim scripsit. Id operis epitomatori nostro dicitur *Heraclea*, cujus lib. I. citatur, in Βεμβίνα, undecimus, in Ἀστίς. Ejus etiam in Τριμίλη affert quinque versus heroicos, tacito operis nomine, sed sunt ex eodem opere. Id enim Panyasis scripsit, carmine epico, versibus novies mille. Scripsit etiam *Ionica*, hoc est, historiam de Codro, & Neleo, & Ionicas colonias pentametro carmine, versibus septies mille. Fuit etiam περιῳσκόπος, i. e. *aruspex*. Occisus est à Lygdamide, tertio Halicarnassi Tyranno. Suidas est Auctor. Idem alium hujus nominis Philosophum Halicarnassensem juniorem celebrat, qui de somnis scripsit libros duos, cujus meminit Artemidorus, in libris ὀνειροκριτικῶν. De hoc enim intelligendum est, non de Poëta, ut existimavit Gyraldus de hist. poët. Dial. 3. Panyasis enim Poëta non scripsit somniorum interpretamenta, nec de somniis, ut eluceſcit ex Suida, de quo vide sis judicium Quintil. Instit. Orat. lib. X. c. I.

PARMENISCUS. Simpliciter, in Ἄλ@, Ἔφυρα, Φθία, eum celebrat Vossius de Hist. Græcis lib. III. inter scriptores incertæ ætatis.

PARMENO, BYZANTINUS. Ex primo Iamborum, in Βυθῖνοι, & in Φρίκιον. Ex operis Epigraphe videtur fuisse Poëta, cujus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio.

PARTHENIUS, PHOCAENSIS. In Γότθοι, & in Δεκέλειοι, cujus summum est apud alios silentium.

PARTHENIUS. Simpliciter ex ejus *Anthippe* citatur, in Κορινθίας, & in Λάμεια, ex ejus *Delo*, in Βελημένοι, & in Γρῦνοι, ex ejus *Epicedio*, in Auxithemin, in Γαλλήσιον, ex ejus *Hercule*, in Γόσα, & in Οἰνάνη, ex ejus *Iphiclo*, in Ἀρχίφεια, ex ejus Propemptico, in Κώρυκ@. Memoratur etiam in Νίκαια, Bithyniæ urbe, ex qua Epitomator noster inquit fuisse. Duos hujus nominis Poëtas celebrat Suidas, antiquiorem, Chium, unum ex Homeri posteris, Thestoris filium, qui *Chaos* cognominatus fuit, atque in Thestorem patrem Carmina fecisse inquit, alterum Nicaënsem, id est, ore Latino Nicænum, seu Myrleanum, qui à Cinna captus est pro præda, cum Romani Mithridatem debellarunt, ac postea propter eruditionem dimissus. Vixit usque ad Tiberium Cæsarem; fuit Elegiacorum, & variorum Carminum Poëta. Et hunc esse, quem ipse Tiberius in pangendis Græcis Poëmatis imitabatur, cujus scripta, & imagines publicis bibliothecis, inter veteres & præcipuos auctores dedicavit, ut tradit Sueton. in Tib. c. LXX. est certo certius. Id enim innuunt Suetonii verba, etsi Gyraldus de Poëtar. Hist. Dialog. III. aliter sentiat. Hunc esse, quem noster locis supra citatis advocat testem, nullus dubito. Alter enim, qui ab Homero originem trahebat, ut inquit Suidas, ἐποίησεν εἰς Θέστορα τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, i. e. *fecit in Thestorem patrem suum*, aliqua *scilicet* Carmina.

PAUSANIAS. Sine cognomento, ex secundo Periegeseωs Græciæ, in Ἀργολικά, ex lib. III. in Κύνηγος, ex lib. VII. in Ἀρόη, ex lib. VIII. in Ἀκακήσιον, ex lib. X. in Ἀμφίκαια, quæ loca reperiuntur apud Pausaniam, cujus Græciæ descriptionem decem libris habemus, opus sanè eruditum, quod *Græciæ Thesaurus* verè poterat vocari juxta Domitii Pisonis sententiam, qui ut Plin. asserit, in præfatione ad lib. I. Nat. Hist. dicebat *Thesauros* scribi debere, non *libros*; at Stylus est omnium auctorum Græcorum pessimus. Fuit Pausanias Cappadox, ex Cæsarea Cappadociæ præcipua urbe. Claruit sub Imper. Antonino, cujus ipse meminit lib. VIII. Ab hoc alium diversum videtur advocare Epitomator noster, in Μαραμμία, Δῶρ@, Γάζα, Γάδδα, cujus librum de Antiochia citat, in Σελευκόβηλ@. Nam illa, quæ locis citatis adducit, apud Pausaniam Cappadocem non reperiuntur. Suidas duos hujus nominis memorat, primum; Lacedæmonium historicum, secundum Cæsariensem Sophistam, quem Philostratus quoque lib. II. de vitis Sophistarum celebrat, cujus opera recensét Suidas. Hunc esse Pausaniam Cappadocem, pro certo habetur, etsi Suidas insigne ejus opus de Græciæ descriptione silentio præterit. Nam iste ab urbe Cæsariensis, à gente Cappadox dicitur. Galeno lib. III. de locis affectis *Syrus* vocatur, quia aliqui Cappadociam sub Syria comprehendebant, & Cappadocibus Syrorum nomen tribuebant, inter quos est Herodotus, ut clarescit ex Strabonis lib. XII. Libri verò Pausaniæ seu Cappadocis, seu Cæsariensis, seu Syri de Græciæ descriptione, non solum juxta librorum numerum, citantur, scilicet primus, secundus, tertius, &c. sed etiam à regionibus de quarum rebus in eis agitur, nomen accepere, scilicet liber primus, quia in eo agitur de rebus Atticæ, inscribitur etiam *Attica*, id est, res Atticæ, secundus quia in eo agitur de Corinthi rebus, *Corinthiaca*, i. e. res Corinthiacæ, & sic de cæteris, de quo vide Frid. Sylb. notas in eumdem Pausaniam (mihi) fol. 833. 20.

PHAVORINUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἀχλή, Βισαλία, ex epitoma quarta Pamphyliæ, in Γορτεῖς, de Cyrenaica urbe, in Ἀλεξάνδρεια, ex Παντοδαπαῖς, i. e. ex *omnigenis* historiis, in Ἀρχιλ@. Ἀνδρομάχη, ex lib. I. παντοδαπῆς ὕλης ἱστορικῆς, i. e. *omnigenæ sylvæ historicæ*, in Τέλφουσα, ejus Ethnicorum ἐκλογῆς, in Αἰβιόψ. Fuit Arelatensis, ex Arelato Galliæ urbe, Philosophus eruditissimus, corpore androgynus, seu Hermaphroditus, vel, ut alii, eunuchus. Floruit, sub Trajano & Adria

Adriano; Plutarchum Chæronenſem libros componendi copia æmulatus eſt, ut tradit Suidas, qui ejus aliquammulta opera recenſet. Fuit Adriano familiaris, à quo, cum verbum quoddam Phavorini reprehenſum eſſet, atque ille ceſſiſſet, arguentibus amicis, quod malè cederet Adriano de verbo, quod idonei auctores uſurpaſſent, fertur dixiſſe: *Non recte fuadetis, familiares, qui non patimini, me illum doctiorem omnibus credere, qui habet triginta legiones.* Quod refert Æl. Spartianus, in Adriano. Tria in ſe miranda eſſe dicebat, quod homo Gallus Græcè loqueretur, quod eunuchus adulterii cauſam egiſſet, quod cum Imperatore diſceptaret, & viveret, auctore Philoſtrato lib: 1. de vitis Sophiſtarum, in vita Phavorini.

PHANODEMUS. Simpliciter, in Ἴκῳς, cujus patriam nec Aphormienſis Tiphys, in antiquitatis Oceano deteget, nec Diogenes lucernâ ſuâ quæſitam inveniet. Quandoquidem Suidas, cui in hujuſmodi rebus Respubl. litteraria plurimum debet, ἀπλῶς inquit eſſe nomen proprium. Ejus Ἀτθὶς, ex Athenæo, Harpocratione, & aliis memoratur Voſſio de Hiſt. Græcis lib. III.

PHARNUCHUS. Fuit hiſtoricus e *Aſibenus*, id eſt, Antiochenſis, ex Antiochia Meſopotamiæ urbe, quæ ab incolis *Aſibe* dicebatur, ſcripſit Perſicas hiſtorias, ut teſtificatur noſter, in Ἀιθιόχεια. Ejus apud alios, quod ſciam, nulla fit mentio.

PHERECRATES, ſimplicitur advocatur, in Ἀθλῶσι. Suidas nos docet, fuiſſe Poëtam Comicum Athenienſem, qui cum Alexandro militavit; ſeptem decem fabulas ſcripſit, auctore Anonymo, ad Ariſtophanem, qui eum inter Poëtas antiquæ comœdiæ memorat; hi verè fuere *Theopompus, Stratis, Pherecrates, Crates, Plato, Teleclides, Phrynichus*: Sed de antiquæ & novæ Comœdiæ tempore non convenit. Nam alius Anonymus eidem Ariſtophani præmiſſus novam Comœdiam ſub Alexandro, antiquam ſub Peloponneſiacis temporibus agnoſcit. Plutarchus in libro dè Muſica affert quædam hujus comici Carmina non illepida.

PHERECYDES. Tres hujus nominis celebrat Suidas primum Syrium, ex inſula Syro una Cycladum, prope Delum, æqualem ſeptem Sapientum, quem ferunt fuiſſe Pythagoræ magiſtrum, ac primum, μετεμψυχώσεως, id eſt, *animarum-transmigrationis*, auctorem, à quo Pythagoras eam accepit. Pediculorum multitudine conſumptus obiit, auctore, eodem auctore, qui ejus opera recenſet, cujus vitam habemus apud Laërtium. Secundum Athenienſem fuiſſe inquit, priore antiquiorem, quem Orphei ſcripta collegiſſe ferunt, ac de Atticæ antiquitate libris decem ſcripſiſſe, etſi Porphyrius nullum admittit antiquiorem priore. Tertium, Lerium hiſtoricum fuiſſe inquit, natum paulò antè Olympiadem LXXV. qui de *Lero inſula*, de *Iphigenia*, de *Bacchi feſtis*, & alia ſcripſit. Voſſius de Hiſt. Græcis lib. IV. laborat probare, Pherecydem Athenienſem, & Lerium, unum, eumdemque eſſe, eò quod Eratoſthenes apud Laërtium, in vita Pherecydis, duos tantum celebret, alterum Syrium, alterum Athenienſem. Ficulneum eſt argumentum, præſertim, cum Suidas horum trium opera recenſeat. Ætate Laërtii adhuc exſtabat prioris liber, cujus principium erat: Ζεὺς μὲν, καὶ χρόνος εἰς ἀεὶ, καὶ χθὼν ἰώ. i. e. *Juppiter quidem, & tempus ſemper, & terra erat.* Quis verò horum trium fuerit, qui ab Stephano citatur, in Ἀκμονία, Αἴσων, Ἀλόπη, Διόπη, Φελξία, planè neſcio.

PHILEAS. Ex ejus Periplis, in Ἀνδρία, ſine libri nomine, in Ἄνυδοι, Ἀμβρακία, Ἄνθεια. Fuit Geographus antiquus, qui celebratur Dicæarcho, ex ejus βίῳ Ἑλλάδος, i. e. *vita Græciæ* ad Theophraſtum, Ariſtotelis diſcipulum, ideo Macrobio Saturn. lib. V. c. XX. *vetus ſcriptor* vocatur, ubi ejus librum, ſeu Periplum, cui titulus *Aſia*, advocat.

PHILEMON. Fuit Poëta comicus Syracuſanus, filius Damonis, Poëtæ comici. Filium habuit cognominem Poëtam quoque comicum. Mirus comicorum proventus; quandoquidem avus, filius, nepos fuere comici. Prior Philemon floruit ſub Alexandro, ſcripſit fabulas XCVII. vixit annos XCIX. ut claret ex ecloga libri XXIII. Diodori Siculi. fuit Menandri æqualis, etſi Suidas inquit, fuiſſe eo parum priorem, quem ſæpe in certaminibus Comœdiarum ambitu, gratiaque, & factionibus vincebat. Quare, cum Menander eum habuiſſet obviam aliquando, fertur dixiſſe, *quæſo, Philemon, bonâ venia dic mihi, cum me vincis, non erubeſcis?* Id nos docet Aul. Gell. Noct. Attic. lib. XVII. c. IV. De ejus mortis genere digladiantur Criticorum filii. Alii præ vehementi riſu, quod aſinum ficos mandentem videret. Id etiam Chryſippo accidiſſe refert Laërtius, in ejus vita. Alii præ nimia ſenectute vitam cum morte commutâſſe ajunt, cum prius in ſomnis videret novem virgines ex ſuis ædibus exeuntes, quas Suidas interpretatur, fuiſſe novem Muſas, & hinc ridiculam digreſſionem ad verſus Epicurum facit, quem conſules, in Φιλήμων Συναγωγή. Idem auctor eſt, in Φιλήμων ὁ νεώτερος, Philemonem filium ſcripſiſſe fabulas LIV. Quis verò horum fuerit, quem noſter ad teſtimonium vocat, in Κρανὸς me latet. Cujus etiam Philemonis fuerit fabula illa, quæ Ἔμπορος, i. e. *mercator* inſcribebatur, à qua Plautus ſuæ fabulæ *Mercator* nomen indidit, neſcitur. Sic enim Plautus in ſecundo hujus fabulæ prologo loquitur.

Græcè hæc vocatur Emporos Philemonis,
Eadem Latinè Mercator Marci Accii.

Sed ſi nomina pro inſigniore ſignificatione accipienda ſunt, Senioris Philemonis fuiſſe hanc fabulam non eſt dubitandum ut, & Πτερύγιον, in Ἀθλῶσι, & Ἔφηβος in in Κρομμύων.

PHILETAS. Duos hujus nominis celebrat Suidas, primum Coum, Grammaticum Criticum, qui ſub Philippo, & Alexandro floruit. Fuit etiam præceptor Secundi Ptolemæi. Scripſit epigrammata, & elegias, & alia. Secundum Epheſium, cujus opera ſilentio præterit. Quis horum fuerit, qui ab epitomatore noſtro citatur ſine cognomento & operis epigrapha, in Ἴχνια, φλιεῦς, neſcio. Priorem memorat Strabo lib. XIV. quem Coum Poëtam, & Criticum vocat. Celebratur etiam Æliano de varia hiſtoria lib. X. c. VI. Hunc ſuſpicor eſſe quem noſter ad partes vocat locis citatis, cui ſecundum locum, in elegiis, poſt Callimachum tribuit Quintil. Inſt. Oratori. lib. X. c. I. Fuit adeò exili, ac prætenui corpore, ut ob id pedibus globos plumbeos ſubjiceret; ne à vento dejiceretur, ut memoriæ mandatum eſt ab Athenæo, Dipnoſophiſt. lib. XIII. qui lib. 9. inquit, ejus mortis cauſam fuiſſe, quod ψευδολόγον τὸ λόγων, ſeu λόγων ψευδόμενον quærens obierit, in cujus rei teſtimonium affert epigramma ante ejus monumentum poſitum hujuſmodi.

Ξεῖνε Φιλητᾶς εἰμὶ λόγων ὁ ψευδόμενός με
Ὤλεσε, καὶ νυκτῶν φροντίδες ἐσπερίαι.

Hoſpes, Philetas ſum orationum Pſeudomenos me Perdidit, & noctium curæ veſpertinæ.

Pſeudomenos Oratio erat argumenti genus, quod Cicero *Mentientem* interpretatur, libro de Divinatione ſecundo, paulò poſt principium, nec non Seneca epiſt. 45. & Suidas, in φιλητᾶς, apud quem, & apud Athenæum Φιλητᾶς accentu circumflexo in ultima ſcribitur, at apud noſtrum φιλήτας, cum accentu in penultima legitur. Hujus Poëtæ eſt ſententia illa, quâ Virgilius, & Ovidius, & omnes utimur:

Audaces fortuna juvat, —

Seu ut canit Claudianus:

Fors juvat audentes, Coi ſententia vatis.

Perperam in aliquibus codicibus pro *Coi* legitur *Chii.*

PHILIADES. Fuit Poëta Megarenſis, teſtante noſtro, cujus epigramma affert, in Θέατρα, in laudem eorum, qui à Perſis occiſi fuerunt, corruptum ex impreſſoris incuria, quod ſuo loco, ex Euſtathio emendavimus, qui hujus Poëtæ, & ejus epigrammatis memenit ad Il. 2. v. 498. cujus nec Gyraldus, nec Voſſius meminere.

PILIPPUS MEDMÆUS, ex Medma Italiæ urbe ſcripſit de ventis, ut memoriæ mandavit auctor noſter, in Μέδμα, cujus altum, apud alios, ſilentium.

PHILISTUS NAUCRATITES, vel *Syracuſanus*, Hiſtoricus, Archondæ filius, Eveni Elegiaci Poëtæ diſcipulus, qui primus dicitur ſecundum artem rhetoricam ſcripſiſſe hiſtoriam. Compoſuit etiam *artem rhetoricam*, de *rebus Ægyptiacis* lib. XII. *de rebus Siculis* lib. XI. de *Dionyſio Tyranno* lib. VI. de *Ægyptiorum Theologia* lib. III. *de Libya*, & *Syria*, & alia quædam. Fuit cognatus ejuſdem Dionyſii Tyranni, auctore Suida. Adeò dives erat, ut multam, quam Syracuſani Dionyſio, tanquam pacis perturbatori, antequam imperio ſeu potiùs tyrannide potitus eſſet, ſecundum leges impoſuerant, pro eo ſolveret, ut tradit Diod. Siculus lib. XIII. *Puſillus Thucydides* vocatur à Romanorum diſertiſſimo Epiſt. ad Q. fratrem lib. XI. epiſt. 12. non quatenus ad libros. Plures enim quàm Thucydides ſcripſit, ſed quatenus ad ſtylum, quod confirmatur ex Fabio Inſtit. Orat. lib. X. c. I. cujus ſunt verba: *Philiſtus*

listus imitator Thucydidis, & ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. Citatur ab epitomatore nostro, in Αἰθάλῃ, Ἀμβρακία, Ἀρίσμιστον, θέρμῳ, ex *rerum Sicularum* lib. VI. in Δώσκων, ex octavo, in Ἀρχέλῃ, ex nono, in Ἄργῳ, ex decimo tertio, in Κρασὸς, ubi pro ιγ, i.e. XIII. existimo legendum ια, i.e. XI. Nam Suidas undecim libros de rebus Siculis scripsisse inquit, quod etiam confirmat Diod. Siculus libro citato. Maximum encomium Philisti exstat apud Ciceronem. Maxima enim laus est à maximo viro laudari. Ille eum vocat *doctum hominem, & diligentem*, lib. I. de Divinatione.

PHILO. Sine cognomento, & operis nomine ad partes vocatur, in Ἀζανία, Βέργῃ, Ἴσσῃ, Λαοδικεία, ex libro de *urbibus*, in Ἄμισος, & in Ἀνδανία, ex lib. de *rebus Phœniciis*, in Νίσσῃς. Dicitur etiam *Errhenius*, seu *Erennius Philo*, fuit Byblius Grammaticus. Vixit prope Neronis tempora, & vitam usque ad Marcum Imperatorem perduxit, auctore Suida, qui inter ejus opera recenset de urbibus libros triginta, in quibus referebat, quos viros illustres, earum singulæ tulerint. Transtulit ex sermone Phœnicio in Græcum, antiquissimum illum scriptorem Sanchoniathonem. Miror id Suidam non annotasse; sed ex aliis, & ex Porphyrio lib. II. περὶ ἀποχῆς eluceſcit.

PHILOCHORUS. Cycni filius, Athenienſis, vates, Aruſpex, Hiſtoricus, & Poëta. Floruit ſub Ptolemæo Philopatore, & uſque ad ultimum Antiochum, qui Θεὸς, i.e. *Deus* cognominatus fuit, vitam perduxit, ut patet, ex Suida, in Φιλόχορον, qui plurima ejus opera recenſet, ex quibus noſter citat ejus Atthidis lib. II. in Ἄρεως πάγῳ, librum tertium, in Αἰθαία, undecimum, in Ἄσυ. Voſſ. de Hiſt. Græcis lib. I. c. 18. Jonſius de Script. Hiſt. Philoſophicæ lib. 2. c. 9. ejus meminerunt.

PHILONIDES. Fuit medicus Dyrrachenus, qui Aſclepiadem audivit, & libros quadraginta quinque compoſuit, ut tradit epitomator noſter, in Δυρράχιον, quem etiam ad teſtimonium citat in Ἀλόπῃ. Suidas in Φιλωνίδης celebrat alium hujus nominis Athenienſem, Poëtam comicum antiquum cujus aliquas fabulas memorat. Ejus verſiculum advocat Athenæus lib. I. Dipnoſophiſtarum.

PHILOSTEPHANUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἄδωνι, Ἀνθάνα, Ἀτηλίῃ. Utrum fuerit iſte, Philoſtephanus ille, Cyrenæus Callimachi familiaris, quem memorat Athenæus initio lib. VIII. an ille quem celebrat Plutarchus in *Lycurgo*, non poſſum divinare.

PHILOXENUS. Qui in Odyſſeam ſcripſit. Citatur, in Ἀλαβανδα, ſine cognomento, & operis nomine, in Δωδώνῃ, & in Μεθύδριον, ad cujus patriam detegendam Aphormienſi Tiphye opus eſt. Nec enim credo hunc fuiſſe Philoxenum illum Cytherium Poëtam, qui Dionyſium Tyrannum fugit, quod ejus tragœdias approbare nollet: ut refert Suidas; de quo Amm. lib. XV. c. 15. ſic loquitur, *Ut Cræſum legimus ideo regno ſuo Solonem expuliſſe præcipitem, quia blandiri neſciebat; & Dionyſium intentaſſe Poëtæ Philoxeno mortem, cum eum recitantem proprios verſus abſurdos, & inconcinnos, laudantibus cunctis, ſolus audiret immobilis, quæ res pernicioſa vitiorum eſt altrix. Ea demum enim laus grata eſſe poteſtati debet excelſæ, cum interdum & vituperationi ſecus geſtorum pateat locus.* Plutarchus de fortuna Alexandri auctor eſt, Dionyſium Tyrannum oſtendiſſe Philoxeno tragœdiam quamdam, quam compoſuerat, quam ille omnem expunxit, ideóque in Latomias à Tyranno conjectum fuiſſe; unde, referente Stobæo ex Demoſthene, à tyranno poſtea revocatus, cum alios ejus verſus audiret, repente abiturus ſurrexit. Rogante vero Dionyſio, quonam abiret, ad *Latomias*, inquit. Quam hiſtoriam confirmat Cic. Epiſtol. lib. 4. ad Atticum epiſt. 6. hiſce verbis: *Reliqui, aſt Σπάρβαν ἔλαχες, Ζεῦλον νόμιμ: non mehercule poſſum; & Philoxeno ignoſco, qui reduci in carcerem maluit.* Alii aliter referunt hanc Philoxeni hiſtoriam, de qua videndus Gyraldus de Poët. Hiſtoria Dialog. 9. Obiter notandum *Latomias* fuiſſe carcerem Syracuſanum à Dionyſio factum, cujus, cum de Syracuſis egimus, meminimus.

PHYLLIUS. Corruptè pro Phyllilius in Γαλεώτῃ, ut inibi, ex Suida annotavimus. Fuit enim Phyllilius Poëta Athenienſis, comicus veteris comœdiæ, eodem auctore in Φυλλίλιον, inter cujus fabulas eam, cui nomen Αἰγυδὺς recenſet, ex qua epitomator noſter loco citato verſiculum adducit. Neſcio qua auctoritate fretus Voſſius de Poëtis Græcis c. VI. duos hujus nominis Poëtas facit, cum Suidas loco citato unum tantum memoret.

PHLEGON. Trallianus, libertus Adriani Cæſaris, non Auguſti, ut aliqui credidere, quandoquidem Epitomator noſter, in Ὀλυμπίειον, ex eo confirmat hunc locum ab Athenienſibus, in Delo conditum fuiſſe Adriani expensâ, quod etiam patet ex Spartiano, in *Adriano*. Idem auctor inquit, Adrianum Phlegoni dediſſe libros vitæ ſuæ ſcriptos à ſe, ac ei juſſiſſe, ut eos ſuo nomine publicaret. Fuit ergo Phlegon hiſtoricus, qui Olympiadas ſcripſit libris XVI. judice Suida, in Φλέγων. Ex Olympiadum opere, quod continebat res ubique geſtas à prima Olympiade uſque ad Olympiadem CCXXIX. Frequenter citatur ab Stephano, vel, ex Olympiadum libris, ut in Ὀλυμπίειον, vel, ex ipſis Olympiadibus, ſcilicet ex prima Olympiade, in Γέργις, & in Διὸς ἱερὸν, ex octava, in Αὐγέᾳ, ex Olympiade XXIII. in Ὑπερασία, ubi malè legitur εἰκοσῷ τρίτῳ ὀλυμπιάδι, pro εἰκοστῇ τρίτῃ ὀλυμπιάδι, i.e. *vigeſima tertia Olympiade*. Ipſe enim non ſcripſit, niſi lib. XVI. Olympiadum, ut ex Suid. annotavimus. Ex quadrageſima octava, in Νίσις. Ex Olympiade CLXXIV. teſtis adducitur, in Βίλλεφα, ex Olympiade CLXXXI. in Ταῤῥαχίνῃ, ex lib. VIII. Chronicorum, in Κρέμνῃ. Id operis diverſum erat ab Olympiadum opere, ut patet ex Suida, loco citato, etſi Meurſius ad reliquias hujus ſcriptoris, opus Olympiadum, & Chronicorum utroque modo citari ab antiquis obſervavit. Exſtat hodie impreſſus ejus de Rebus Mirabilibus libellus, necnon alter de *Longævis* & de *Olympiis* Fragmentum cum notis Meurſii.

PHLYAX. Perperam inter auctores, quos citat noſter auctor recenſetur à Xylandro in Indice ſuo in Stephanum. Eſt enim cognomen Rhinthonis Poëtæ Tarentini, qui ſic vocatur ab auctore noſtro, in Τάραντος, quod fuerit hilarotragœdiæ auctor, ut inibi ex Suida annotavimus.

PHRYNICHUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Ἀγγέᾳ, Ἀθλώσῃ, & in Ἀτλώνῃ, ex Σοφιστικῇ παρασκευῇ, in Ταμιείον. Quatuor hujus nominis celebrat Suidas. Quis illorum fuerit, qui ab auctore noſtro citatur, haud facile dixeris.

PINDARUS. Poëta Thebanus omnium Poëtarum Græcorum, dempto Homero, celeberrimus. Quare ab aliquibus *Thebanus Olor*, ſeu *Cygnus* vocatur. Noſter, in Κυνὸς κεφαλαῖ auctor eſt fuiſſe, ex Cynos cephalis, Thebarum Bœotiæ oppidulo, quod non obſtat. Potuit enim à metropoli Thebis, relicto patriæ nomine, nomen accipere, quemadmodum Diodorus Siculus, & alii inſignes ſcriptores, quorum in hoc auctorum tractatu mentionem fecimus. Illius maximum exſtat elogium apud Fabium Quint. Inſtitut. Orator. lib. X. c. 1. *Novem verò Lyricorum longe Pindarus princeps, ſpiritus magnificentia, ſententiis, figuris, beatiſſima rerum verborumque copia, & velut quodam eloquentiæ flumine propter quæ Horatius eum merito credidit nemini imitabilem.* Alludit Fabius ad Oden. II. ex Carm. lib. IV. Venuſini Poëtæ:

Pindarum quiſquis ſtudet æmulari
Iüle, ceratis ope Dædaleâ
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto:
Monte decurrens, velut amnis imbres
Quem ſuper notas aluêre ripas,
Fervet, immenſuſque ruit profundo
Pindarus ore, &c.

In eadem ode vocat eum *Dircæum cygnum*, ſcilicet à Dirce amne Thebano, prope quem adhuc ætate Pauſaniæ erant Pindari domus ruinæ. Bœotii pro ſtupidis habebantur, ſed Pindarus quam longiſſimè ab eorum ſtupore abfuit. Nec enim ſemper, qui in craſſo aëre naſcuntur, ſunt Bœoti. Cum eſſet adoleſcentulus Theſpias profectus, per æſtatem meridiano calore fatigatus præ labore, ac ſomno paululum è via declinavit, proſtratuſque cum dormiret, advolantes ad ejus os apes in ejus labris mellificarunt. Quod etiam Divino Platoni, ac Divo Ambroſio contigiſſe legimus. Hoc fuiſſe Carmina pangendi Pindaro initium, tradit Pauſ. in Bœoticis. Cum verò jam per totam Græciam celebraretur, eum ad ſummum gloriæ faſtigium evexit Pythia, quæ Delphis juſſit æquam omnium, quæ Apollini deferebantur primitiarum partem Pindaro tribui; referente eodem auctore libro citato. Idem in Phocicis auctor eſt fuiſſe Delphis thronum ferreum, in quo Pindarus, quoties Delphos veniſſet, ſedere, atque Aſmata, i.e. *Cantica*, quæ in Apollinis honorem fecerat, decantare ſolebat. Apud Athenienſes, & alia, & ſtatuam invenit, quod eos quodam aſmate laudaſſet. Ex quibus apparet, quanta in æſtimatione apud omnes eſſet, cum in vivis ageret; mortuum etiam Pellæus juvenis, cui unus non ſufficiebat orbis, magno dignatus eſt honore. Nam cum Thebas caperet, ejus ſtirpi, penatibuſque

buſque juſſit parci, cujus rei locupletes ſunt teſtes Plin. lib. VII. c. XXIX. Arrhian. Anabaſeos Alex. lib. I. Plutarch. in Alexandro; nec de ejus parentibus nec ætate ſatis convenit inter eruditos. Suidas Olympiade LXV. Euſeb. LXXVI. floruiſſe tradit. Plurima ſcripſit, & Carmine, & proſa, ſed omnia periere, magno literarum damno, tantum exſtant ejus hymni, ſeu Odæ, in eos, qui ex quatuor illis Græciæ certaminibus victoriam reportârunt, ex quorum nomine nomina eis impoſuit, *Olympia*, *Pythia*, *Nemea*, *Iſthmia*, quæ Dorica dialecto compoſuit. Angelus Politianus felix ſui temporis ingenium ejus odas profana audacia Davidis Pſalterio præferebat, cum Hebraïcè neſciret. Pſalmi enim Davidici redolent ſtylum Epicum, Jobi liber Lyricum, neuter nec Horatio, nec Pindaro cedit, quinoſtro citatur, in Ἀπόσ. Memoratur in Κωὸς κεφαλαί. Adiſis Suidam, Gyraldum de Poët. Hiſt. Dialog. IX. necnon Philoſtratum ſecundo imaginum.

PISANDER. Fuit Poëta Λαοδικεύς, Camireus, ex Camiro Rhodi inſulæ urbe, ut ait noſter, in Κάμιρος, de cujus ætate diſcordant ſcriptores, ut videre eſt apud Suid. in Πείσανδρος, qui duos hujus nominis Poëtas celebrat, antiquiorem Camiræum (cujus meminit noſter loco citato. Ejus Poëmata fuere *Heraclea* duobus libris, in quibus agebat de Herculis operibus. Hic dicitur fuiſſe primus, qui Herculi clavam attribuit. Reliqua ejus Poëmata quæ ſub ejus nomine circumferebantur ab Ariſtæo Poëta, & ab aliis condita creduntur) juniorem verò Larandenſem, vel Lycaonem. Fuit Laranda, urbs Lycaoniæ. Ergo ab urbe *Larandenſis*, à regione *Lycaon* dicebatur, quod non infrequens eſt in auctorum cognomentis. Hunc filium fuiſſe inquit Neſtoris Poëtæ, ac natum temporibus Alexandri Mammææ filii. Scripſit variam hiſtoriam verſibus, libris ſex, quam inſcripſit *Heraicas Theogamias*, i. e. *Junonias cum deo nuptias*, & alia ſoluta oratione, ex quibus nulla exſtant. Prior, etſi ſine cognomento, & operis nomine citatur ab auctore noſtro, in Ἀγαθύρσοι. Fuere Agathyrſi, populi intra Æmum, qui originem deducebant ab Hercule, cujus egregia facta cecinit Piſander. Ex libro decimo advocatur, in Ἄρκτος, ex decimo quarto, in Λυκόζοια, ſed ſine operis titulo. Hi libri ſine dubio erant, ex illis, qui ſub *Piſandri* nomine circumferebantur. Suidas enim nullum aliud genuinum hujus Poëtæ opus celebrat, præter *Heraclea*, i. e. *Herculis opera*, quorum tantummodo duos libros fecit.

PLATO. Dempto Ariſtotele, Philoſophorum facilè princeps, natus fuit, in Ægina inſula, Olympiade LXXXVIII. poſt proœmium belli Peloponneſiaci. Vixit annos LXXXII. obiit Olympiade CVIII. prius appellatus eſt *Ariſtocles*, poſt mutato nomine propter dicendi amplitudinem *Plato* dictus eſt, ut tradit Suidas, in Εὔφρος. Fuit diſcipulus Socratis, magiſter Ariſtotelis, condiſcipulus Xenophontis, ejus æmuli, qui ei vitio dabat, quod Dionyſio tyranno familiaris factus eſſet propter menſam, & dona. Unde Molo apud Laërtium, in Platone dicebat, *nihil mirum eſſe, ſi Dionyſius Corinthi, ſed ſi Plato fuerit in Sicilia*; at ex Platonis Epiſt. ad Dionis propinquos claret, Italicas, Syracuſiaſque menſas ipſi non placuiſſe, in qua ſcriptum eſt his fere verbis, ut rerum monumentis tradit Cic. Tuſc. Quæſt. lib. V. *Quò cum veniſſem, vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum, Syracuſiarumque menſarum, nullo modo mihi placuit, bis in die ſaturum fieri, nec unquam pernoctare, ſolum: ceteraque, quæ comitantur huic vitæ, in qua Sapiens nemo efficitur unquam, moderatus verò multo minus.* Propter raram Sapientiam θεῖος, i. e. *divinus* vocatus fuit, quemadmodum Ariſtoteles δαιμόνιος. Conſtans opinio eſt inter auctores Eccleſiaſticos, Platonem ex Moſis Pentateucho multa hauſiſſe, unde à Numenio apud Theodoretum Μωσῆς ἀττικίζων, ac ſi diceres, *Moſes Atticiſſans* appellatur. Sed hanc fabulam jam ante exploſit Hornius de Hiſt. Philoſophica lib. III. c. XIV. Citatur ab Epitomatore noſtro diverſis locis.

PLUTARCHUS. Chæronenſis, ex Chæronea Bœotiæ urbe, non ſolum Philoſophus, ſed etiam Philologus, & hiſtoricus præſtantiſſimus, ut ex ejus libris patet, διὸς λῆρος diſtabat ab ſtupiditate illa, qua Bœotii notabantur, Eunapio in proœmio operis de vitis Sophiſtarum dicitur *φιλοσοφίας ἀπάσης ἀφροδίτη, καὶ λύρα*, i. e. *univerſæ philoſophiæ Venus, & Lyra.* Inclaruit ſub Trajano, καὶ ἐπ' ἀνθύπατον, à quo conſulari dignitate condecoratus fuit, ut tradit Suidas. Scripſit multa, quorum Catalogum contexuit Lamprias ejus filius, qui aliquibus ejus operum editionibus appingi ſolet, ſed non omnia ad nos, ex antiquitatis naufragiis ſalva pervenerunt, quæ verò exſtant, eruditorum παῖδες

Nocturna verſantque manu, verſantque diurna.

Theodorus Gaza, cum à quodam rogaretur, ſi neceſſe foret libros in mare projicere, quem poſtremo projiceret, fertur reſpondiſſe Plutarchum. Magnum mehercle ejus eruditionis Elogium. Citatur ab Epitomatore noſtro, in Ἀνδρία, in Κορίνθῳ, & in Nicandrum commentarium ſcripſiſſe dicitur. Sed hic diverſus à Chæronenſi mihi videtur; & hæc pro inſtituti noſtri ratione de Plutarcho dicta ſufficiant. Si plura deſideras, lege quæ de ejus vita, & ſcriptis, literarum monumentis tradidere Henr. Steph. Joann. Rualdus, Decius Celer, Jonſius de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. lib. III. c. VI. Voſſius de hiſt. Græcis lib. II c. X. Johan. Andreas. Quenſtedt de patriis illuſtrium virorum.

POLEMON. Diverſos hujus nominis ſcriptores memorat Suidas, Voſſius de Hiſtoricis Græcis lib. I. c. XVIII. Jonſius de Script. Hiſt. Philoſoph. diverſis locis, quis illorum fuerit, qui citatur ab Stephano ſine cognomento, & operis nomine, in Εὐθυμναῖ, Κερκῖς, Μυρμιοσὸς non facile dixeris. In fragmento Stephani, in Δωδώνη. *Periegetes* vocatur, qui titulus etiam Dionyſio ab ejus operis Epigrapha tribuitur. Periegeſin enim inſcripſit opus illud numquam ſatis laudatum.

POLYBIUS. Hiſtoricus notiſſimus, Megalopolita, ex Megalopoli urbe Arcadiæ, quadraginta hiſtoriarum libros ſcripſit, auctore, noſtro auctore, in Μεγάλη πόλις, ſed ex eis injuria temporum quinque tantum ad nos incolumes pervenere, & quædam παρεκβολαί ex lib. VI. uſque ad lib. XVII. necnon ἐκλογαί ex ejuſdem hiſtoriis legationum diverſorum ad diverſos, & aliæ etiam ἐκλογαὶ de virtute, & vitio. Scripſit quoque de bello Numantino, quod geſſit Scipio Africanus Æmilianus Carthaginis everſor, cujus erat præceptor, & ipſi familiaris, apud quem fuit magno in honore, ut elucet ex Cicerone Epiſt. lib. V. Epiſt. ad Licceium, quem quadam admiratione commotus ſæpius fortaſſe laudo, quàm neceſſe eſt, quod ipſe dicebat de Platone. Floruit Polybius temporibus Ptolemæi Euergetæ, omnium qui nobis ſuperſunt hiſtoriæ Romanæ ſcriptorum vetuſtiſſimus, in qua non ſolum Romanorum, ſed aliarum etiam gentium res geſtas narrabat. Quare eam ἰσορίαν καθολικὴν, i. e. *hiſtoriam generalem*, ſeu *univerſalem* vocat, in qua duplici fungebatur munere hiſtorici, & Philoſophi. Non poſſum non mirari ejus audacem libertatem loquendi de Romanorum Religione quam δεισιδαιμονίαν, i. e. *ſuperſtitionem* vocat, in fine libri ſexti, cujus libet apponere verba. Sunt enim notatu digna: Μεγίστην δὲ μοι δοκεῖ διαφορὰν ἔχειν τὸ Ῥωμαίων πολίτευμα πρὸς τὸ βέλτιον, ἐν τῇ περὶ θεῶν διαλήψει. Καὶ μοι δοκεῖ τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὀνειδιζόμενον, τοῦτο συνέχειν τὰ Ῥωμαίων πράγματα· λέγω δὲ τὴν δεισιδαιμονίαν· ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐπεισήκται τοῦτο τὸ μέρος παρ' αὐτοῖς εἰς τε τὰς κατ' ἰδίαν βίους, καὶ τὰ κοινὰ τῆ πόλεως, ὥστε μὴ κρατλιπεῖν ὑπερβολήν· ὃ καὶ δύξειν ἄν πολλοῖς εἶναι θαυμάσιον· ἐμοί γε μὲν δοκοῦσι τὰληθὲς χάριν τοῦτο πεποιηκέναι· εἰ γὰρ ἦν σοφῶν ἀνδρῶν πολίτευμα, ἴσως οὐδὲν ἦν ἀναγκαῖον ὁ τοιοῦτον πρόπον· ἐπεὶ δὲ πᾶν τὰληθὸς ἐστι ἐλαφρὸν, καὶ ταλῆρες ἐπιθυμιῶν ἄφθονόμων, ὀργῆς ἀλόγου, θυμοῦ βιαίου, λείπει τοῖς ἀθλίοις φόβοις, καὶ τῇ τοιαύτῃ ταραχώδει τὰ τὰληθῆ συνέχειν· διόπερ οἱ παλαιοὶ δοκοῦσί μοι τὰς περὶ θεῶν ὑπονοίας, καὶ τὰς περὶ τοῦ ἅδου διαλήψεις σοφὰς εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχεν εἰς τὸ τὰληθὲς παρεισαγαγεῖν· πολὺ δὲ μᾶλλον οἱ νῦν εἰκῆ; καὶ ἀλόγως ὑπολάμβανον αὐτά, &c. ex quibus ſumpta occaſione laudat Romanos fide, jureiurando, & integritate, ac culpat Græcos, quæ omnia ex religione proceſſiſſe inquit. Ego quidem non ſolum infrunitos, ſed etiam fanaticos exiſtimo eos, qui receptam à magiſtratibus religionem audent impugnare. Meritò Plato Titanum è genere ſtatuit hujuſmodi homines, qui, ut illi Cœleſtibus, ſic hi adverſentur magiſtratibus, pœna meherculè digni ſunt, tamquam reipublicæ perturbatores, qua alii cautiores redduntur, at ancillis domo expulſis, ſervitiis, tenebrionibus, & aliis hujus generis teſtibus, per tormentorum immanitatem extorquere latentem in corde religionis opinionem, ac bonis & vita exuere reos, ſæpe innocentes, poſtquam eos *Latomiis* per multos annos detinueris, adeò iniquum & crudele eſt, ut eò nec ipſe Dionyſius, nec Phalaris unquam pervenerint: ſed his omiſſis ad inſtitutum noſtrum revertamur. Celebratur Polybius ab Epitomatore noſtro, in Μεγάλη πόλις, citatur, in Χαλκεῖα, de quo conſulendus Voſſius de Hiſt. Græcis lib. I. c. XIX. Jonſius de Script. Hiſt. Philoſophicæ lib. III. c. XV. Andreas Quenſtedt de patriis Illuſtrium virorum.

POLYCHARMUS. Sine cognomento & operis nomine, in Φελλὸς, ejus Lyciaca, id eſt de rebus Lyciæ, in Σόλυμα, de cujus patria & ætate altum ſilentium apud eruditos.

POLYHISTOR. Est idem, ac Alexander Cornelius, de quo suo loco egimus.

PORPHYRIUS. Fuit Philosophus, seu *Tyrius*, ex urbe Phœniciæ Tyro, seu *Bataneotes*, ex Bataneis Syriæ oppido, cujus meminit auctor noster. Utrumque potuit esse, simili enim modo *Apio* celeberrimus ille grammaticus, de quo suo loco egimus, cum esset, ex Οάσι, seu Ægypti, seu Libyæ urbe, *Alexandrinus* tamen vocabatur, quod hujus urbis jure donatus esset. Alii etiam scriptores, & Philosophi duo & tria cognomina habuere, scilicet à patria, à natione, ab habitatione quorum exempla in hoc nostro Breviario reperiuntur; Suidas & Eunapius priorem sententiam sequuntur, ut & Julianus apud Nicephorum Call. Hist. Ecclesiasticæ lib. x. xxxvi. cui *Tyrius senex* vocatur; posteriorem Chrysostomus, Homilia vi. in Epistolam ad Corinthios. Ait enim: Οἱ περὶ Κέλσον τὸν Βαταναιώτην, ubi per *Bataneotem* intelligit *Porphyrium*, Hieronym. in præfat. Comment. in Epist. Pauli, ad Galatas. Prius *Malchus* dictus fuit, id nominis Syriace regem significabat, deflexo parum nomine ab Hebræo מלך melec, i. e. *rex*, à quo מלכה malca, *regina*, & verbum מלך malac, *regnavit*; ac deinde detorta appellatione ad purpuram, regium vestis insigne, *Porphyrius* appellatus fuit ab ejus præceptore Longino, auctore Eunapio, in ejus vita, cui in vita Plotini θεσπέσιος, i. e. *divinus* vocatur. Fuit acerrimus Christianæ religionis hostis, ut Celsus, Jamblichus, & Plotinus, adversus quam quindecim libros scripsit, qui postea decreto Cæsareo, quod in actis Concilii Ephesini habetur, combusti fuere. Citatur ab Epitomatore nostro, ex libro tertio historiæ Philosophicæ, in Γάδαρα, ex qua exstat Pythagoræ vita, quam primus sub *Malchi* nomine publicavit Conradus Rittershusius, de quo videsis Suidam, Vossium de Hist. Græcis lib. ii. c. xvi. Jonsium lib. iii. c. xv. Johannem Andream Quenstedt in Syria, Hornium de Hist. Philosophica lib. v. c. v.

POSIDIPPUS. Sine cognomento, & operis nomine appellatur, in Βάρις, & in Ζέλεια. Quis fuerit, anquirunt adhuc eruditi. Suidas Posidippum Cassandreum Cynisci filium memorat, Poëtam comicum, quem triginta fabulas docuisse, ac anno tertio, post Menandri obitum claruisse inquit. Vossius de Hist. Græcis lib. iii. alium celebrat, qui de Gnido scripsit. Quis horum sit, quem ad partes vocat Epitomator noster, viderint doctiores.

PRISCUS. Fuit historicus, & Sophista, qui historiam Byzantinam, & Attalicam scripsit libris octo, necnon declamationes rhetoricas, & Epistolas. Floruit Theodosii minoris temporibus, ut tradit Suidas. Ipsissimum fuisse existimo, quem noster appellat, ex ejus lib. vi. in Σάλωνα. *Priscum rhetorem* vocat eum Euagrius lib. v. capite ultimo, ac res gestas post Honorium, & Arcadium scripsisse inquit. Raphael Valeterranus Anthropologiæ lib. xiii. in bibliotheca Vaticana inquit exstare. Fides sit penes auctorem, de quo consulendus Vossius de Hist. Græcis lib. iv. c. xviii.

PROTARCHUS. Sine cognomento, & operis nomine, in Ὑπερβόρεοι. Protarchum Trallianum celebrat Macrobius Saturnal. lib. i. c. 7. Diversus ab hoc est, quem Strabo Geographiæ lib. 14. memorat. Bargyliis enim Cariæ urbe natum fuisse tradit. Quis horum fuerit, quem noster advocat loco citato, nescio.

PROTEAS. Grammaticus Zeugmatites, ex Zeugmate Syriæ urbe. Memoratur ab Stephano, in Ζεύγμα ejus patria, cujus nulla apud alios, quod sciam fit mentio.

PROXENUS. Sine cognomento ex ejus libro primo περὶ πόρων Σικελικῶν appellatur, in Γέλα, fine operis epigrapha, in Χαονία. Eumdem fuisse existimo, qui de Lacedæmoniorum republica scripsit, cujus lib. ii. citat Athenæus Dipnosophistarum lib. 6. Celebratur à Vossio inter scriptores incertæ ætatis de Historicis Græcis lib. 3.

PTOLEMEUS. Sine cognomento, & operis titulo in Βερενίκια, & in Ἐρυσίκη, ex libro tertio in Ἀλεξάνδρεια, ex Periplo in Λούγδουνα, ex Geographicorum lib. 5. in Χαρακμώβα, ubi ἀξιόπιστος ἀνὴρ, i. e. *vir fide-dignus* vocatur, à Marciano Heracleota initio Peripli Θειότατος, καὶ σοφώτατος, i. e. *divinissimus*, & *sapientissimus* dicitur. Est ipsissimus, quem eruditorum παῖδες per antonomasiam vocant *Cosmographum*, vulgò *Claudius Ptolemæus* Alexandrinus cognominatur, quod esset ex Alexandria, Ægypti urbe celeberrima, ab Arabibus tamen Ptolemeus *Elpheluſi*, ac si diceres, *Peluſiota*, id est, à Peluſio, Ægypti portu vocatur. Potuit enim esse, ex Peluſio, ac *Alexandrinus* vocari, quod Alexandriæ habitasset, cujus rei diversa exempla in hoc nostro auctorum Breviario reperiuntur. Enituit temporibus Marci Imperatoris, auctore Suida, qui ejus opera recensens silentio transit ejus de Geographia libros octo, quos habemus, quod est mirandum. Novendecim hujus nominis scriptores celebrat Meursius ad Nicom. lib. ii.

PTOLEMÆUS. Rex memoratur, tanquam scriptor ab Stephano in Ἀγχιάλη. Fuit Lagi filius, primus hujus nominis Ægypti Rex, qui sub Alexandro Macedone militaverat, & ejus res gestas scripserat, cujus rei sunt luculenti testes, Q. Curtius lib. 9. c. 5. Arrhianus in præfatione Anabaseos Alexandri.

PYTHEAS. Sine cognomento, & operis titulo laudatur, in Ὠκεανός. Fuit Geographus Massilienſis, ex Massilia, Galliæ urbe, auctore Strabone lib. 2. cui libro primo, ἀνὴρ ψευδέστατος, i. e. *vir mendaciſſimus* dicitur. Hic referebat, referente eodem auctore, eodem libro Thulen à Britannia Insula, sex dierum navigatione abesse, versus septemtrionem congelato mari vicinam; in quo non admodum mendax videtur. De ejus ætate nihil certi affirmari potest. Eratosthene Cyrenæo antiquiorem fuisse claret ex eodem Strabone libro citato. Fuit etiam alius hujus nominis orator Athenienſis. Testis est Suidas, qui ejus opera recenset. Is Demosthenis filio Demosthenis objecit, ejus enthymemata olere lucernam, ut tradit Ælianus de Var. Histor. lib. vii. c. vii.

Q.

QUADRATUS. Vide Asinius Quadratus.

R.

RHIANUS: Fuit Poëta *Benæus*, ex Bena, Cretæ urbe, vel *Cres*, id est, *Cretenſis*, ut nos docet auctor noster, in Βήνη. Simili modo Diodorus Siculus, cum esset ex *Agyrena*, Siciliæ oppido, *Siculus* tamen dicebatur. Alii Cerætem fuisse ajunt; alii ex Ithaca Messenes & servum auctore Suida, in Γιανός. Non solum autem fuit Poëta, sed etiam Grammaticus, Eratosthenis æqualis. Scripsit inter alia Heracliada, id est, poëma de Hercule, libris quatuor, eodem auctore. Ejus *Achaica*, *Eliaca*, *Theſſalica*, *Iliaca*, *Meſſeniaca* citantur ab auctore nostro, diversis locis. Hoc Poëta adeò delectabatur Tiberius Cæsar, ut ejus imaginem, & scripta publicis Bibliothecis, inter veteres, & præcipuos auctores dedicaverit, ut rerum monumentis prodidit Suetonius in Tiberio c. 70.

RHINTON, Fuit Poëta Comicus Tarentinus, auctor hilarotragœdiæ, ideo ab auctore nostro, in Τάραντος cognominatur φλύαξ, sed perperam per majusculam literam scribitur, ac si fuisset nomen proprium. Scripsit fabulas tragicas, & comicas xxxviii. Floruit sub primo Ptolemæo, testante Suida, in Ῥίνθων, de quo vide, quæ in Τάραντος annotavimus.

S.

SALLUSTIUS. Auctor noster non advocat auctores Latinos, nisi sint in Græcum sermonem translati; Sallustius verò Græca civitate donatus est à Zenobio Sophista, qui Romæ docuit, sub Adriano Cæsare, ac compendium adagiorum Didymi, & Tarrhæi scripsit, ut tradit Suidas, in Ζωσίμου. Natus est Sallustius Amiterni, in Sabinis, anno uno, post natum Veronæ Catullum, ut notat Euseb. ad n. mdcccxxxi. Fuit primus in historia Romana, juxta sententiam Bilbilitani Poëtæ lib. xiv. Epigram. cxci.

Hic erit, ut perhibent doctorum corda virorum
Criſpus Romana primus in hiſtoria.

Historicorum πολλαχοῦ Hist. lib. iii. dicitur rerum Romanarum florentissimus auctor; Vellejo Paterculo lib. ii. vocatur *æmulus Thucydidis*. Brevitas in eo laudatur, conciones, ac orationes in historia reprehendit seu Trogus Pompejus, seu ejus Breviator Justinus lib. xxxviii. Notantur etiam in Sallustio antiqua verba, quæ ex Catonis Originibus excerpsisse inquit Augustus apud Suetonium in Augusto c. lxxxvi. quod etiam confirmatur disticho illo, quod affert Quintil. Institut. Orator. lib. viii. c. iii.

Et verba antiqui multum furate Catonis
Criſpe Jugurthinæ conditor hiſtoriæ.

Senatoriam dignitatem assecutus fuit, sed ex Senatu ejectus est, vel quod in adulterio deprehensus fuisset ab Annio Milone, ac loris bene cæsus, cum dedisset pecuniam dimissus, ut ex Marco Varrone testatur Gellius Noct. Attic. lib. xvii. c. xviii. ad quod alludit Venusinus Poëta Sat. lib. i. Sat. ii. v. xli.

——— *Ille flagellis*
Ad mortem cæſus.

Vel

Vel quod in libertinarum amore insaniret, ut tradit Asconius Pedianus ad Satyram citatam v. XLVIII.

Tutior at quanto merx est in classe secunda,
Libertinarum dico. Sallustius in quas
Non minus insanit, quam qui mœchatur. — —

Sed postea rerum potito Cæsare prætor factus fuit, ut in Senatum iterum reciperetur, narrante Dione Hist. lib. XLII. Idem Hist. lib. XLIII. auctor est, ab eodem Cæsare Numidiæ fuisse præfectum, ac repetundarum accusatum summam infamiam inde reportasse, quod cum ejusmodi libros composuisset, in quibus multis, acerbisque verbis notâsset eos, qui ex Provinciis quæstum facerent, nequaquam opere verba imitatus fuisset, etsi à Cæsare absolutum fuisse tradit. Ipse Sallustius in bello Jugurthino inquit, decrevisse procul à republica ætatem agere, sed Dioni fides adhibenda est; non absimili enim modo, cum fuisset gravissimus alienæ luxuriæ objurgator & censor, ut inquit Macrob. Satur. lib. III. c. XIII. tamen in adulterio deprehensus fuit. Fuit inimicus Ciceronis, cujus uxor Terentia post repudium ipsi nupsit, unde declamationes illæ quæ sub utriusque nomine extant, ab aliquo erudito factæ creduntur. Sallustii hortos celebrat Plinius Nat. Hist. lib. VII. c. XVI. Ammian. Marcell. lib. XVII. c. VIII. in quibus magis placebat Divo Aureliano habitare, quàm cum esset Romæ, in Palatio, ut refert Vopiscus in ejus vita. Sallustius verò sine libri nomine citatur ab Stephano, in Ἀζιλις, de quo si plura desideras, consule Vossium de Historicis Latinis lib. I. c. XV. Johan. Andream de patriis Illustrium virorum in Italia. Sallustius autem, quem evulgavit Leo Allatius, est longè diversus à Sallustio nostri auctoris.

SCEPSIUS. Vide, Demetrius Scepsius.

SCYMNUS. Sine cognomento ex libro, cui titulus Asia, in Ἄρεϊ νῆσος, ex ejus Europa, in Ἀγάθη, ex lib. I. Periegeseos, in Παρος, ubi ὁ Χίων, *Chion*, pro ὁ Χῖος, *Chius*, dicitur. Periegesis videtur fuisse totum ejus opus, cujus partes erant *Asia*, & *Europa*, quas citat Stephanus locis citatis. De ejus ætate, & patria altum est silentium apud auctores.

SELEUCUS. Sine cognomento ex lib. II. glossarum laudatur, in Βρεττήσιον. Eumdem librum advocat Athenæus Dipnosophistar. lib. II. & lib. III. & lib. XIV. Suspicor fuisse Emisenum, quem Suidas celebrat, atque ejus opera recensens & alia σύμμικτα, i. e. *miscellanea* scripsisse inquit, inter quæ comprehendi potest glossarum liber ille. Memoratur Vossio de Hist. Græcis lib. III. inter scriptores incertæ ætatis.

SEMUS DELIUS. Sine operis nomine testimonium dicit, in Τέγεᾳ, fuit Grammaticus, qui *Deliacorum* libros octo scripsit, & alia quæ recensent Suidas apud quem perperam Ἡλιος, *Elius*, pro Δήλιος *Delius* scribitur. Memoratur inter alios ab Athenæo Dipnosophist. lib. I. & lib. XIV. ex ejus *Deliados* libro V. Ac inter auctores incertæ ætatis à Vossio de Hist. Græcis lib. III.

SIMIAS. Sine cognomento, ex ejus Μηδὶν in Ἀμύκλαι adducitur versiculus unus. Fuit enim non solum Grammaticus, sed etiam Poëta cognomento *Rhodius* ab habitatione, *Samius* à patria. Floruit annis CCCCVI. post Troica, primus juxta aliquorum sententiam jambos scripsit. Auctor Suidas. Ex ejus opere cui Apollini nomen, exstant apud Joan. Tzet. Hist. Chil. 7. c. 144. tredecim versus, ex quibus quinque affert etiam auctor noster, in Ἡμίκυνες, sed corruptissimos, quos inibi ex prædicto auctore emendavimus; apud Suidam, & Tzet. per duplex m. *Simmias* scribitur, ejus quoque extant Πελέκυς, i. e. *securis*, Ὠόν, i. e *ovum*, Πτερύγιον, i. e. *ala*, carmina quædam, quibus nomen impositum à figura, quam referebant in eorum scriptura.

SIMONIDES. Diversos hujus nominis memorat Suidas. Quis verò illorum fuerit, qui advocatur ab auctore nostro in Ἀκαμάντιον, & in Ἄκμων ignoro. Celeberrimus fuit Poëta Melicus, de quo egimus, in Ἴαλις.

SOPHÆNETUS. De expeditione Cyri in Καρδόχοι, ubi perperam Σοφαίνετος pro Σοφαίνετος scribitur. Sic enim citatur, in Τάοχοι, Φύσηες, Χαρμάνδη. Ejus natale solum profunda caligine nubilatur.

SOPHOCLES. Celeberrimus Poëta tragicus, Athenensis, ex Coloneo oppido. Auctor Tullius de finibus bonorum, & malorum lib. 5. in principio libri. Sophili fuit filius, natus est Olympiade LXXIII. annis XVII. Socrate Senior, primus tribus histrionibus est usus, & eo, qui vocabatur Tritagonista. Primus etiam chorum ex quindecim adolescentibus introduxit, cum ante duodecim tantum introducerentur: ob orationis suavitatem Μέλιττα, h. e. apis vocatus fuit. Testis Suidas, in Σοφοκλῆς. Versatus est etiam in reipublicæ administratione, domi, militiæque. In prætura enim fuit collega Periclis, cui, cum de communi officio convenissent, & casu formosus puer præteriret, dixisse fertur: *O puerum pulchrum, Pericles! At enim prætorem, Sophocles, inquit Pericles, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinenteis habere.* Quod refert Harpinas Philosophus de Officiis lib. I. contra Samios unà cum eodem Pericle ab Athenensibus missus est, quos rebellantes obsidione gravi afflixerunt, ut prodit Strabo lib. XIV. in Samo; adversus Spartanos etiam unà cum eodem Pericle dux factus fuit, quorum agros vastaverunt, & multas Achaiæ civitates Athenensium imperio adjecerunt, referente, seu Trogo, seu ejus breviatore Justino lib. III. c. VI. hisce verbis: *Tantus furor Spartanorum erat, ut duobus bellis impliciti, susciperé tertium non recusarent, dummodo inimicis suis hostes acquirerent. Igitur Athenienses, adversus tantam tempestatem belli, duos duces deligunt, Periclem spectatæ virtutis virum, & Sophoclem scriptorem tragœdiarum: qui diviso exercitu, & Spartanorum agros vastaverunt, & multas Achaiæ civitates Athenensium imperio adjecerunt.* Fabulas CXXIII. docuisse docet nos Suidas. Alii plures scripsisse ajunt. Nam ad summam senectutem tragœdias fecit, quod propter studium, cum rem familiarem negligere videretur, à filiis, quinque reliquisse inquit Suidas, in judicium vocatus est, ut illum, quasi desipientem à re familiari removerent judices, tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proximè scripserat, *Oedipum Coloneum* recitasse judicibus, quæsisseque, num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato, sententiis judicum est liberatus, ut refert Cicero de senectute paulò post principium, cui de Divinatione lib. I. vocatur *doctissimus homo & Poëta divinus.* Idem Epistol. lib. XVI. ad Tironem, & ceteros epistola 18. quærit à Tirone, an pangat aliquid *Sophocleum*, id est, *eximium.* Ejus stili gravitatem, & majestatem expressit Mantuanus Homerus Ecloga VIII. v. X.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Quo carmine videtur judicare meliorem Poëtam fuisse Sophoclem, quàm Euripidem, quod injudicatum relinquit Fabius instit. Orator. lib. X. c. I. Ejus fabulas recenset Casaubonus in Athenæum lib. VII. c. IV. ex quibus victorias XXIV. reportavit. Quæ verò ab auctore nostro citantur, sunt quæ sequuntur: Αἰγὸς ἐκλυόμενος, in Χώρᾳ, Αἰχμαλωτίδες, in Βωμοὶ, Εὐρώπη, Χρύσῃ; Ἀλεξ. in Ἔφεσος, & in Ἄγυ; Ἡρακλῆς, in Χώρᾳ; Ἵππων, in Ὠλένος; Ληνίαις in Χρύσῃ; Πηλεύς, in Κυκίῳ; Ποιμένες, in Γραικὸς, Τέλεος, in Κυζικῷ; Τυμπανισταὶ, in Χαλδαίοις; Φινεύς, in Βόσπορος; Φρίξος, in Ἄγυ. Cæterum Sophocles tam fœminarum, quàm puerorum amori ad senectutem usque deditus fuit, ut patet ex Athenæi Dipnosophistarum lib. XIII. ab utroque jam affectus ætate abstinuit. Nam cum ex eo quidam jam affecto ætate quæreret, utereturne rebus venereis, *Dii meliora*, inquit, *libenter verò istinc, tanquam à Domino agresti, ac furioso profugi.* Quod testatur Cicero de senectute, & Athenæus Dipnosophistarum lib. XII. statim in initio libri. De ejus morte dissentiunt Scriptores. Alii inter quos Plin. Nat. Hist. lib. VII. c. LIII. accepto tragicæ victoriæ nuncio præ gaudio obiisse inquit, ut & Dionysius Siciliæ tyrannus: alii, inter quos Lucianus in Macrobiis acino uvæ strangulatum fabulam vitæ peregisse tradunt, cum quintum, & nonagesimum annum ageret. De quibus adeundus Gyraldus de Poët. Hist. Dialog. 7. Alium Sophoclem memorat Suidas Poëtam quoque tragicum, Athenensem, superioris nepotem, quem XL. fabulas docuisse, ac septem victorias, ex eis adeptum fuisse refert.

SOPHOCLES, Argonauticorum interpres, in Ἄσαρος, ubi ὑπομνηματίζων legitur, pro ὑπομνηματίζων τὰ Ἀργοναυτικά. Sic enim dicitur, in Κάναστρον; cujus fit mentio in vita Apollonii Rodii ab Anonymo quodam scripta, Apollonio addita.

SOPHOCLES, LARISSÆUS. In Κράνεια, cujus etiam meminit Xylander in suo scriptorum indice ad Stephanum, ac si esset diversus à Sophocle Poëta, cum sit ipsissimus, quem noster advocat ex fabula, cui nomen Λαμποσατεῖς, sed lectionis dolus inest Stephani verbis, apud quem pro Σοφοκλῆς Λαμποσατεῖς legendum Σοφοκλῆς Λαμποσατείοις. Sic enim scribitur apud eundem Stephanum in

fragmento in voce Δᾶλον & apud Hesychium in v. Ὦς in libri calce, quod correxisse alter sibi putaret palmarium.

SOSTRATUS. Duos hujus nominis celebrat Vossius de Historicis Græcis lib. II. c. v. primum Nisæum ex Strabonis lib. XIV. secundum Phanagoriten ex auctore nostro, in Μυκήλη, sub quorum nomine sine cognomento diversa ex diversis auctoribus opera recensetur; sed ad quem horum pertinerent, non est dictu facile.

SOTERICHUS. Poëta Epicus Oasites, ex Oasi, seu Libyæ, seu Ægypti urbe. Floruit sub Diocletiano, in quem scripsit encomium, & Bassaricorum, seu *Dionysiacorum*, id est, de Dionysio, seu Baccho libros quatuor, nec non Apollonii Tyanei vitam, & alia, quæ recensent Suidas, in Σωτήριχος, apud quem perperam ὁ, ἀσίτης scribitur, pro Ὀασίτης, ut in Ὕασις annotavimus, ubi ab auctore nostro celebratur.

STESICHORUS, Fuit Poëta Lyricus, de cujus parentibus & patria adhuc sub judice lis est. Alii enim, ex Himera, alii, inter quos noster ex Matauro, Siciliæ oppidis fuisse pugnant atque contendunt. Quare & *Himeræus*, & *Mataurinus* ab aliquibus vocatur, prius *Tisias* appellatus fuit, postea *Stesichorus*, quod primus instituerit, ut chorus ad cytharam saltaret. Natus est Olympiade XXXVII. Alcmane fuit junior, scripsit Lyricorum poematum lib. XXVI. Dorica dialecto, nec non ψόγον, i. e. *vituperationem* Helenæ, ac postea ejus encomium, cum ex Arcadiæ Pallancio profugus Catanam veniret, illic obiit Olympiade LVI. ac juxta hujus urbis portam sepultus est, quæ ab eo *Stesichorea* dicta fuit; de quo videsis Suidam in Στησίχορος. Memoratur epitomatori nostro in Μάτευρος. Philostrato de vita Apollonii lib. VI. E nostris Venusino Vati, cujus carmina nolo huc conferre ne crambe recocta fastidium lectori meo pariat, vel potiùs, ne actum agam. Illa enim apposui in de *Homerus*

STRABO, Amaseus ex urbe Ponti Amasia, ut ipse Geographiæ lib. XII. inquit, merito per Antonomasiam *Geographus* à Criticis vocatur. Nemo enim, ex antiquis de Geographia melius scripsit, qua de re plurimum ei debet respublica litteraria. Passim ab auctore nostro citatur, de quo vide, quæ in Ἀμάσεια annotavimus.

SUIDAS. Ex ejus Genealogiis citatur in Ἄμυρος, ubi de hujus libri titulo subdubitavi, & meam conjecturam apposui; quis verò fuerit affirmari non potest. Non est enim ille sub cujus nomine Lexicum circumfertur, cum iste in Ναχώνη meminerit auctoris nostri, quem ἐθνικογράφον vocat, & Hermolai, qui nostrum auctorem in epitomen redegit, ut cum de Eugenio egimus, annotavimus, alterius vero meminit Strabo lib. VII. de cujus etiam ætate, & patria litigant eruditi. Angelus Politianus Epist. lib. II Epist. ad Bernardum Riccium dubitat, an ullus unquam Suidas extiterit. Ego sane existimo fuisse Grammaticum quemdam, qui Lexicon aliquod exile concinnaverit, quod postea diversi auxerunt, ut patet, ex diversis ejus locis, præsertim, cum agit de viris illustribus, sæpe enim de uno eodemque viro seorsim loquitur; & quis fuerit, & quæ scripserit, quod maximè confirmat meam sententiam. Idem accidit Ambrosio Calepino, qui primus Lexicum Latinum, de cujus nomine nomen habet, composuit, quod postea diversi auctores auxerunt ejus nomine relicto.

SUNIUS. Sine cognomento ex Arabicorum lib. IV. appellatur, in Ἐδεμαῖοι, sine operis Epigrapha, in Κάρναια. Ejus nulla apud alios, quod sciam, fit mentio.

SYNESIUS. Philosophus, Grammaticus, & Episcopus ex Ptolemaide Pentapoleos, quæ erat in Libya Thebaidis. Scripsit diversos libros Grammaticos, & Philosophicos, necnon orationes regias, panegyricas, de providentia mirabilem orationem, & Calvitii encomium, necnon πὸς Ἡσυχιανὸν Epistolas, ut inquit Suidas suo loco, ex quarum una citatur ab auctore nostro, in Εὐαγρία.

T.

TEUCRUS. Cyzicenus scripsit de aurifera terra, de Byzantio, rerum Mithridaticarum libros quinque, de Tyro libros quinque, Arabicorum etiam libros quinque, Judæorum historiam, libris sex, adolescentum Cyzicenorum exercitationem, libris tribus, & alia, referente Suida, citatur ab auctore nostro, in Βυζάντιος.

TEUPALUS. Sine cognomento advocatur, in Ἀνδεία, ubi Iliaca scripsisse dicitur, cujus apud alios, magnum est silentium.

TECHNICUS. Vide *Apollonius*.

THEAGENES. Diversos hujus nominis celebrat Suidas, & inter eos unum, qui scripsit de Homero, sitne idem, cujus Macedoniam, seu Macedonica advocat noster, in Ἄλφις, Βάλμα, Ἑλλοπεῖον, & Carica, in Καστελλία, tuum esto judicium. Ego enim Davus sum, non Oedipus.

THEO. Sine cognomento, & operis titulo, in Ἄλως, Ἀγώνανοι, Ὑπηρησία, ex commentariis in Lycophronem, in Αἰνεία, & in Κύπρια, ex commentariis in Nicandrum, in Κορώπη. Scripsit etiam in Apoll. Rhodium.

THEODECTES. Duos hujus nominis patrem, & filium memorat Suidas, utrumque *Phaselitam*, ex Lyciæ urbe, quæ *Phaselis* dicebatur, quam Pamphyliæ adscribit Epitomator noster. Primus fuit Aristandri filius, orator, qui postea ad tragœdias scribendas se contulit, fuit discipulus Platonis, & Isocratis, & Aristotelis, qui una cum Erythræo Naucrate, & Theopompo, & Isocrate Apolliniate oratore, Olympiade centesima tertia dixit funebrem orationem in Mausoli laudem, Artemisiâ ejus uxore id curante. Vixit maxime laudatus ob tragœdiam, quam in Mausolum scripsit, etsi alii Theopompum primas tulisse referunt. Fabulas docuit quinquaginta, vitæ verò fabulam peregit Athenis ætatis anno quadragesimo primo, ipsius patre adhuc superstite, in cujus laudem funebre tetrastichum affert auctor noster, in Φασηλίς. Scripsit etiam artem rhetoricam Carmine, & alia quædam pedestri oratione, auctore Suida. Demetrius Phalareus apud Josephum Antiquit. lib. XII. c. II. auctor est, Theodectem, cum in quadam tragœdia vellet aliquid ex Sacris libris admiscere, visu divinitus orbatum fuisse, & Theopompum, ob similem causam mente per triginta dies fuisse perturbatum, ac utrumque exorato Deo sanitati restitutum. Sed pace Josephi dixerim, non esse verosimile Demetrium Phalareum virum eruditissimum id dixisse, cum Theodectes, & Theopompus synchroni tempore Platonis vixerint. Tunc temporis enim Sacra Biblia nondum in Græcum sermonem translata fuerant, & omnes illius ætatis Græci linguam Hebraicam ignorabant. Secundus Theodectes fuit superioris filius, orator, & historicus. Scripsit encomium Alexandri Epirotæ, historica, commentarios, & Instituta Barbarica, & artem rhetoricam libris septem, & alia quædam, testante Suida. Prior est, qui celebratur ab auctore nostro, in Φασηλίς. Ibi enim dicitur fuisse Aristandri filius.

THEODORIDAS. Sine cognomento & operis nomine, in Κάρυστος, cujus nulla apud alios, quod sciam, exstat memoria.

THEOPHRASTUS. Ex Plantarum lib. IX. advocatur, in Ἄψινθος, sine operis nomine, in Χάλκη. Fuit Melanti fullonis, vel ut alii Leontis filius, ex Eresso, Lesbi urbe: prius *Tyrtamus* dicebatur, sed propter τὴ φράσεως θειότητα *Theophrastus* vocatus fuit, ut inquit Epitomator noster, in Ἔρεσος. Suidas auctor est, cum prius Tyrtamo illi nomen esset, ab Aristotele ejus magistro Euphrastum διὰ τὸ θείως φράζειν vocatum fuisse, ac deinde eadem de causa *Theophrastum*, quemadmodum Plato, cum prius vocaretur *Aristocles*, propter amplitudinem dicendi, postea *Plato* vocatus est. Fuit Theophrastus Aristotelicæ Scholæ ὁ τῷ Ἀριστοτέλει successor, cum Aristoteles Chalcidem migraret, & Scholam relinqueret, ut nos docet Suidas, qui ejus aliquammulta opera, Laertius, in ejus vita longè plura recensent, inter quæ memorat etiam ejus librum de luctu, cui titulum fecit *Callisthenes*, in quo condiscipuli, & amici sui Callisthenis deplorabat interitum, quem Alexander immerito, ut ipse existimabat, occidi jusserat, cujus etiam meminit Cicero Tuscul. III. ac quia in Callisthene, id est in illo libro laudabat illam sententiam, *Vitam regit Fortuna, non Sapientia*, & libris, & Scholis omnium Philosophorum vexabatur, ut refert idem Cicero Tuscul. V. ætatis anno octogesimo quinto fabulam vitæ peregit, in cujus extremo actu fertur dixisse: *Quum vivere incipimus, tunc morimur.* Discipuli ad duo millia ad eum audiendum conveniebant, adeò autem Athenienses acceptus fuit, ut cum illum Agnonides Impietatis accusare ausus esset, parum abfuerit, quin ipse crimen in se retorqueret, auctore Laertio, in ejus vita. Ejus honorificam facit mentionem Tullius, Tuscul. Quæst. lib. III. non longe à libri calce: *Theophrastus autem moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis, & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset: quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Querebatur igitur se tum, cum illa videre cœpisset, exstingui. Quid? ex ceteris Philosophis nonne optimus,*

mus, & graviſſimus quiſque confitetur multa ſe ignorare.

THEOPHILUS. Sine cognomento ex libro undecimo periegeſeως Siciliæ laudatur, in Παλίκῃ, Diverſos hujus nominis celebrat Voſſius de Hiſt. Græc. lib. III. inter ſcriptores incertæ ætatis.

THEOPOMPUS. Diverſi hujus nominis memorantur, omnium celeberrimi fuere duo, alter Athenienſis, Poëta comicus veteris Comœdiæ, cujus fertur fuiſſe *Autocharis* fabula, in qua præſtrinxit acerbè *Platonem*, quemadmodum *Socratem* Ariſtophanes, in Nubibus; alter *Chius* orator, & hiſtoricus Damaſiſtrati filius, qui claruit Olymp. XCIII. & unà cum Ephoro ſcripſit Epitomen hiſtoriarum Herodoti libris duobus, Philippica. *i. e.* res à Philippo geſtas, libris LXXII. & hiſtorias Græcas, quæ Thucydidis, & Xenophontis hiſtorias ſequebantur, libris undecim, in quibus continebantur, quæ geſta ſunt à bello Peloponneſiaco. Scripſit etiam alia plurima, auctore Suida, ex quibus citantur à noſtro quædam, videlicet, *Hellenicorum* lib. IV. in Ἀστυδῶ, lib. VIII. in Ἐμβαλῶν, *Philippicorum* lib. I. in Ἀλκάθῃ, lib. V. in Ἀμφαναὶ, lib. XXIV. in Ἄρης, & in Ἄοσησῶ, lib. XXXIX. in Ἀσωὶ, lib. XLVII. operis nomine ſuppreſſo, in Ἄστακῶ, lib. LII. in Βαρίλιον, lib. LVI. in Αἰγείρουσι, & in Ἀλέᾳ, lib. LVII. in Μεσαπίᾳ. Fabulam illam quam de Theopompo ſub Demetrii perſona narrat Joſephus Antiquit. Judaic. lib. XII. c. 2. cum de Theodecte egimus, expoſimus. Jure aliquis quæſierit, ſitne de Theopomp. Hiſtorico, an de Comico intelligenda.

THUCYDIDES. Olori filius Athenienſis, maternum genus à Miltiade duce, paternum ab Oloro Thracum rege trahebat. Sæpe teſtis adducitur ab auctore noſtro. Fuit Antiphontis diſcipulus, claruit Olympiade LXXXVII. ſcripſit Peloponneſiorum, & Athenienſium bellum, libris octo, quorum ultimum in dubium vocant eruditi Theopompo eum tribuentes. Adhuc puer, cum audiret Herodotum ſuas hiſtoaias Olympiæ recitantem, quaſi enthuſiaſmo quodam repletus ploravit, auctore Suida. Lacrymæ non ſolum vehementis mœroris, ſed etiam lætitiæ, & gloriæ deſiderii ſunt ſigna. Non abſimili modo legimus Cæſarem ingemuiſſe, animadverſa Gadibus apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ut rerum moumentis tradidit Suet. in Cæſare c. VII. nec eventus fefellit. Thucydides enim cum Herodoto, Cæſar cum Alexandro comparatur. Alexander etiam ad Achillis ſepulchrum ingemuiſſe fertur, teſtante id aureis verbis eruditiſſimo Τ Ῥωμύλῳ ἀπογόνων, oratione pro Archia Poëta. Ferrea ſunt, ſi cum Ciceronianis comparentur, quæ eadem de re affert Vopiſcus in Probo. Reprehendunt Critici in Thucydide, conciones, & orationes nimium longas, ut & in Salluſtio, & Livio Trogus, Hiſt. lib. XXXVIII. c. III. Si plura de Thucydide ſcire deſideras, conſule Voſſium de Hiſt. Græcis lib. I. c. 4. Interim tibi propino tanquam ἀγαθῦ δάιμονος ἄκρατον οἶνον, Quintiliani de eo judicium ex inſtit. Orator. lib. X. c. I. *Hiſtoriam multi ſcripſere præclarè, ſed nemo dubitat longè duos cæteris præferendos, quorum diverſa virtus laudem pene eſt parem conſecuta, denſus, & brevis, & ſemper inſtans ſibi Thucydides, dulcis, & candidus, & effuſus Herodotus. Ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior: ille concionibus, hic ſermonibus: ille vi, hic voluptate.* Noſter in Μανυχίᾳ auctor eſt Thucydidem in illo portu factum fuiſſe Archontem, in Παρπάρᾳ inquit obiiſſe in eadem regione.

TIMÆUS. Sine cognomento, & operis nomine teſtis adducitur, in Ἀργέννοι, Ἀπέδυτον, Μασσαλία. Duos hujus nominis celebrat Suidas. Primum, Hiſtoricum *Tauromenitam*, ex Tauromenio Siciliæ urbe, Andromachi filium, Philiſci diſcipulum, quem teſtatur ſcripſiſſe *Italica*, *Sicula*, *Hellenica*, & alia. Quod veterum hiſtoricorum peccata redargueret, *Epitimæus* ab Athenienſibus dictus fuit, nec non *Graoſyllectria*, quod vetularum inſtar obvia quæque colligeret, & in ſcripta referret; ſecundum Locrum, Philoſophum Pythagoricum, qui de Natura & de Vita Pythagoræ ſcripſit, cujus exſtat libellus de Natura, & anima mundi, Dorica ſcriptus dialecto, quem Plato loquentem inducit, in dialogo, cui Timæo nomen, prior eſt, quem noſter advocat locis citatis.

TIMAGENES. Tres hujus nominis celebrat Suidas, primo loco Alexandrinum, ſeu Ægyptium Oratorem, qui ſub Magno Pompejo bello captus Romam à Gabinio deductus eſt, & à Fauſto Syllæ filio redemptus Romæ docuit, ſub ipſo Pompejo & Auguſto, at cum ob dicendi libertatem ſcholâ decidiſſet, in Tuſculano vitam tranſegit, ac poſtea *Dabani* obiit, quæ erat Oſrhoënæ civitas, ut ex imperii notitiarum libro patet; ſecundo loco *Timagenem* Hiſtoricum ſine cognomento memorat, atque Periplum totius maris ſcripſiſſe tradit; tertio loco laudat *Timagenem Mileſium* Hiſtoricum, & Oratorem, quem de Heraclea Ponti, & de ejus claris viris libros quinque compoſuiſſe inquit, & epiſtolas, de quibus conſules Voſſium de Hiſt. Græcis lib. I. c. 24. Quis autem horum fuerit, quem auctor noſter, ex ejus regum lib. I. ad partes vocat, in Μιλύᾳ me latet.

TIMAGORAS: Sine cognomento, & operis nomine advocatur, in Σπαίρῃ. Suidas hujus nominis unum celebrat, qui ab Athenienſibus ad Artaxerxem legatus miſſus eſt, à quibus capitali ſupplicio fuit affectus, quod, præter Græcorum morem, regem adoraſſet, & ab eo maximis donis fuiſſet corruptus, ut amicitiam, quæ intercedebat inter Athenienſes, & Spartanos diſſolveret; cujus rei Athenæus etiam meminit lib. II. ubi alium Timagoram Cretenſem memorat, cui ſoli Græcorum contigit convivam regis Perſarum eſſe, at horum nulla celebrant opera nec Suidas, nec Athenæus. Quamobrem quis fuerit Timagoras ille, quem noſter advocat loco citato, & quæ ſcripſerit, latet in antiquitatis ſepulchris.

TIMON, Duos hujus nominis Philoſophos celebrat Suidas; primo loco Timonem illum *Miſanthropum*, qui nihil litteris mandavit, ſecundo loco, Timonem Phliaſium ex Phliunte Atticæ populo, qui ſcripſit *Sillorum* libros tres, quem auctor noſter memorat, in Φλιῆς, cujus vitam habemus apud Laërtium. Conſcripſit poëmata, & verſus, & tragœdias, & ſatyras, & fabulas comicas triginta, tragœdias ſexaginta, *Silles* etiam, & *Cinædos*. Erant *Silli* vituperationes Philoſophorum verſibus conſcriptæ, quos commentatus eſt Laërtius, ut ipſe refert in Timone. Sic verò dicti fuere libri illi, quod in eis Timon, cum ſectâ *ſcepticus* eſſet, omnes dogmaticos philoſophos carpebat à verbo σιλλαίνειν, ut inquit idem Laërtius, loco citato. Floruit ſub Antigono, & Ptolemæo Philadelpho, quibus charus fuit, eodem auctore.

TIMOCRATES ADRAMYTTENUS, In Βέρῃ, quem Voſſius de Hiſt. Græcis lib. IV. c. X. exiſtimat fuiſſe Metrodori fratrem, Epicuri diſcipulum, cujus meminit Laërtius, in *Epicuro*, ſed id nullis idoneis teſtibus probat.

TIMOSTHENES. Sine cognomento, & operis nomine adducitur, in Ἀλεξάνδρεια, Ἀπία, Ἀρζάκη, ex ejus Stadiaſmo, in Ἀχάθῃ. Fuit Geographus Rhodius, & ſecundi Ptolomæi claſſi Præfectus, auctore Marciano Heracleota, in Periplo quod etiam confirmat Geographus lib. IX. cujus ſunt verba: Τιμοσθένης ὁ ναύαρχῶ Τ δευτέρυ Πτολεμαίυ, ὁ τὴ τῶς λιμένας συνθέξας ἐν δέκα βιβλίοις, i. e. *Timoſthenes ſecundi Ptolemæi navarchus, qui de portubus ſcripſit decem libros.* Eratoſthenem tranſcripſiſſe eum paucis quibuſdam additis, adeò ut nec ejus proœmio abſtinuerit, docet Marcianus, ſeu auctor epitomæ Artemidori Epheſii, cujus appono verba: Ἐρατοσθένης Κυρηναῖῶ, ἐκ οἷδά τι παθὼν τὸ Τιμοσθένης μεθέρμηνε βιβλίον βραχέα τινὰ προσθεὶς, μηδὲ Τ προοιμίυ Τ μνημονδύσῃ ἀπολείψ, &c. id eſt, *Eratoſthenes Cyrenæus, neſcio quid paſſus Timoſthenis tranſcripſit librum, pauca quædam addens, adeo, ut nec ejus proœmio abſtinuerit.* De quo conſule ſis Voſſium de Hiſt. Græcis lib. I. cap. XVII.

TIMOTHEUS. Poëta Lyricus, & Citharœdus celeberrimus, Mileſius ex Mileto Cariæ civitate, qui antiquam muſicam ad molliorem modum traduxit. Floruit ſub Philippo Macedone, Euripidis Tragici Poëtæ æqualis. Obiit anno ætatis XCVII. auctore Suida, qui ejus opera recenſet. Memoratur ab auctore noſtro, in Μίλητῶ, in cujus laudem affert optimum diſtichum. Cum Spartam veniret, auſus eſt mutare veterem muſicam, additis Citharæ, quæ antea erat ἑπτάχορδῶ aliquot chordis, at Spartani non patiebantur quemquam priſcæ muſicæ modum tranſgredi, ut tradit Plutarchus libro de Laconicis Inſtitutis. Quorum ſententiam ſecutus eſt ſapientiſſimus Græcorum, longéque doctiſſimus, qui negabat mutari poſſe muſicas leges ſine mutatione legum publicarum, quod diſertiſſimus Romanorum lib. II. de legibus non valde timendum, nec plane contemnendum putat. Quare adverſus eum ſenatus conſultum fecerunt, in quo duo illi objiciebantur, *quod veterem muſicam novis inventis, & quod indecoris figmentis de Semelæ partu juventutis animos corrumperet.* Quod conſultum, quia inſigne eſt Spartiatarum lingua σ literam in ρ vertentium, libet apponere, id lubentur facio, quoniam Ferrarienſis Gyraldus neſcio τί παθὼν id veluti deturpavit adempta litterâ canina Lacedæmoniorum, ac in ejus locum ſemivocali

ſubſti-

subſtituta, quæ propter antiquitatem gratiam ei unà cum veneratione conciliabat. Sic verò legitur, apud Boëthium de Muſica l. I. c. I. Ἐπεὶ ὁ Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος [1] ὠδοχώμυος ὢν τὰν ἁμέτεραν πόλιν, τὰν παλαιὰν [2] μολπὰν ἀτέμασας, [3] ἁ τὰν ἁμῶ πᾶν ἑπτὰ χορδᾶν κιθαρίζᾳ δωδεκαφώνους, πολυφωνίαν εἰσαγὼν, λυμαίνετ' τὰν ἐκάλαν τᾶ νέων, ἃ ἁμῶ τε τὰς πολυχορδίας, ἁ τὰς καινοτόμους τάττων μέλεος ἄκμας, ἁ ποικίλαν ἀνὶ ἀπλόαν, ἁ τριγώνιον, [5] ἀμφιείαν μολπὰν ἐπὶ χρώμασιν συνειστωμέν τάττων μέλεος ἁρμόσιος; ἀνὶ δ' ἐναρμονίαν ποιᾶν ἀνὶστροφον ἀμοιβᾶν, ὠδοκαλαθείς [6] ὑπ' τὰν ἀρχαίαν τὰς Ἐλευσινίας Δάμαθος [6] αἴσχος διεφημίσατο τᾶν τῷ μυθῷ κίνδυνον. [7] Τὰν δ' Σεμέλα ὀδύνας ὅτι ὑπ' ἐδέξατο νέος διδάσκων ἐδίδαξε, εἶτα ὧδε τάττων τ' βασιλέαν, ἁ δ' ῥάτορος μέμψαι Τιμόθεον, [8] ἐπαναπίθει [8] ἁ τὰν ἐνδεκα χορδᾶν σκληραὶ τὰς ὠδεκάχορδος ἐπιλειπόμορος τὰν ἐπτάχορδον ἀστρ. Τὸ δ' πόλιος βάρος ἀπ' ὦν τ' ἐπιζάλλει [9] ἐς τὰν Σπαρτᾶν ἐπιφέρειν τι τᾶ μὴ καλᾶν ἐθᾶν, μή πόλε παρακλῇ [9] κλέος ἀγώνων. Ad tot lectionum monſtra profliganda alio Hercule opus erat, ea tamen pro virili debellare conabor, ac poſtea interpretis fungar munere pro [1] ὠδοχώμυος lege ὠδοχοίμυος, pro quo erat apud Boëthium in margine ἐλθὼν, ſed id eſt potius gloſſema, quam correctio, [2] pro μολπὰν ἀτέμασας lege μολπᾶν ἀπεμάσθη. Spartiatæ enim αυ pro ω pronunciabant, [3] pro ἁ τὰν ἁμῶ πᾶν ἑπτὰ χορδᾶν κιθαρίζᾳ, &c. quæ nullum conficiunt ſenſum, lege ἁ τὰν ἁμῶ πᾶν ἑπτὰ χορδᾶν κιθάρισιν ὑποτροφόμορος. [4] pro ἁμῶ τε τὰς πολυχορδίας, ἁ τὰς καινοτόμους τάττων μέλεος ἄκμας, &c. lege, ἁμῶ τε τὰς πολυχορδίας, ἁ τὰς καινοτόμους τῶ μέλεος ἀνεγκε ποικίλαν ἀνὶ ἀπλόαν, ἁ τριγώνιος· [5] pro ἀμφιείαν μολπὰν ἐπὶ χρώμασιν συνειστωμέν τάττω μέλεος ἁρμόσιον, ὠπὶ δ' ἐναρμονίαν ποιᾶν ἀνὶστροφον ἀμοιβᾶν, lege ἀμφιέννυ τὰν μολπᾶν ἐπὶ χρώμασιν συνειστώμος τᾶν τῷ μέλεος ἁρμόσιον, ἀνὶ δ' ἐναρμονίαν ποιᾶν, &c. [6] pro αἶχος διεφημίσατο, lege, αἰχεῖος διεφαμίσατο [7] pro τὰν δ' Σεμέλα ὀδύνας ὅτι ὑπ' δέξατο Νέος διδάσκων ἐδίδαξε, lege Τὰν δ' Σέμελος ὀδύνας ὅτι ὑπ' δίκας τᾶς νέως ἐδίδαξε, pro Εἶτα ὧδε τάττων τ' βασιλέαν, ἁ δ' ῥάτορος μέμψαι Τιμόθεον, lege Εἶπε ὧδε τάττων τ' βασιλέα ἁ τᾶς Ἐφόρως μέμψαις Τιμόθεον. [8] pro Ἐπαναπίθει ἁ; &c. lege ἐπαναπίθεσθαι ἁ κἄκ τᾶν ἐνδεκα χορδᾶν σκληραὶ τὰς ὠδεκάχορδος ὑπολειπόμορος τᾶν ἑπτάχορδον, ὅπως ἐκάστος τὸ τᾶς πόλιος βάρος ἐπιζάλλῃ [9] ἐς τὰν Σπαρτᾶν ἐπιφέρειν τι τᾶ μὴ καλᾶν ἐθᾶν, μήποτε παρακλῇ κλέος ἀγώνων. Sic verò correctum ſonat Latinè. *Quoniam Timotheus Mileſius veniens noſtram civitatem, antiquum cantum negligens & heptachordam citharam averſatus polyphoniam inducens corrumpit aures juvenum per polychordiam & novum melos intulit, variam pro ſimplici & ordinata circuminduit modulationem, in chromaticum, conſtituens cantus diaſtaſin pro enarmonio faciens antiſtrophen alternam, adſcitus verò & in Eleuſiniæ Cereris certamen indecentem diſſeminavit fabulæ doctrinam. Semeles enim partus dolores non juſtè juvenes docuit, deinde de his regem & Ephoros ſuccenſuiſſe Timotheo, reaſſumendum verò, & ex undecim chordis recidendas ſuperfluas relictis ſeptem, ut unusquiſque civitatis gravitatem videns timeat in Spartam inferre quippiam inhoneſtum, ne quando turbetur gloria certaminum.* Idem venerandæ antiquitatis pretioſum κειμήλιον proſtat, apud eruditiſſimum Gallorum in animadverſ. in Athenæ. lib. VIII. cap. II. & apud Salmaſium de Helleniſtica fol. (mihi) 82. apud quem pro παρωκλαβεὶς legitur παρωκληθεὶς, pro ἐς τὰν Σπάρζαν leg. ἐπὶαν &c. ſed non video, cur τὸ σ ὦ ὠδοκλαθεὶς non convertatur in ρ, ſiquidem Spartani ultimum cujuscunque dictionis σ convertebant in ρ. Apud alium etiam ipſiſſimum conſultum legere memini, cujus nomen nunc mihi non ſuccurrebat. Ego verò veſtigia Boëthii ſecutus ſum, qui id primus literarum monumentis tradidit; Ephori apud Spartiatas habebant mixtam poteſtatem cum regibus, quod primus inſtituit Theopompus eorum rex, auctore Plutarcho, in libello, cui titulum fecit περὶς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον, ideo in ſenatus conſulto adverſus Timotheum conjunguntur Ephori cum rege. Sic enim legendum eſt, non rhetores. Quandoquidem in hujus celeberrimi muſici & ſenatusconſulti mentionem incidi, curioſitatis cauſa libet, qua brevitate poſſim maxima, de analogia arithmetica & intervallis circa muſicam nunc agere. Ad quod me movit *Joannis Alberti Banni* erudita Diſſertatio epiſtolica de Muſicæ natura ad *Petrum Scriverium*, in qua inquit, ſe requirere novam conſtitutionem collocatis inter ſingulos tonos ſemitonis, ut abſoluta ſit, & efficax ad movendum muſica. Ejus deſiderio faciam ſatis propter exactam cognitionem, quam habeo Harpæ duplicis ordinis chordarum, muſicorum inſtrumentorum reginæ, in cujus πολυχορδίᾳ tanquam in ſpeculo quodam, omnia intervalla Muſica apparent, cujus ſuavi harmonia, quam ex concordi chordarum percuſſarum diſcordia utriuſque manus agiles digiti per eas micantes, unguibus, tanquam plectro excitabant, non ſolum delectabar, verum etiam triſtitiam ob amiſſam immeritò patriam demulcebam. Nec ideo tamen credendum eſt, Timotheum ad arma corripienda excitaſſe Alexandrum, cum eum Palladis *Nomon*, id eſt, *carmen Orthium*, ſeu *Phrygium* modulantem audiret, & alia hujuſmodi quæ de muſicis portentoſa credidit antiquitas; necnon aliqui ex recentioribus, inter quos Puteanus, in *Muſathena*, & Alſtedius encyclopædiæ lib. XX. Muſices c. X. quæ prudens prætermitto. Sed prius è re fore judicavi pauca de Muſica in utramque partem præfari. Maximo in honore fuit apud Græcos nunc prorſus ἀμούσους, inter quos indocti habebantur, qui eam ignorabant. Legimus enim Herculem eam didiciſſe, etſi id non bene ceſſit Lino ejus præceptori; nec non Achillem, Epaminondam, Alexandrum; ex Romanis non ſuccurrunt exempla. Heliogabalus enim & bipedum ille nequiſſimus qui poſthabita imperii dignitate, tamquam citharœdus inſano Muſicæ amore, in theatro cantabat, non hominibus, at libidinoſis hircis alter, alter Hyrcanis tigribus annumerandi ſunt. Quare ad Græcos revertamur. Themiſtocles, cum in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior, ut tradit Cicero Tuſcul. Quæſtionum lib. I. *Summam eruditionem Græci ſitam cenſebant in nervorum, vocumque cantibus. Igitur Epaminondas princeps meo judicio Græciæ, fidibus præclare cecinisſe dicitur; Themiſtocleſque aliquot ante annis, cum in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior.* Socrates quoque ſenex fidibus didicit canere, unde adagio locus, γεροντοδιδασκαλος, i. e. *Senis magiſter*. Sic enim à pueris ludibrii cauſa vocatus eſt Connus, qui eum fidibus canere docebat, ut ipſe inquit apud Platonem, in *Euthydemo*; Pythagoras, Plato, & ex Latinis Cicero, in Sphærarum motu Muſicam ineſſe credidere perpetua cœli volubilitate naſcentem, quam non ſentimus auditu, quia major ſonus eſt, quam ut humanarum aurium recipiatur anguſtiis. Numquam ingenioſis, & Sapientibus hominibus defecere rationes, quibus probent ſua dogmata, quod etiam exemplo confirmabant. Nam ſi Nili catadupa ab auribus incolarum amplitudinem fragoris excludunt, quid mirum, ſi noſtrum Sonus excedit auditum, quem mundanæ molis impulſus emittit, ut inquit Macrobius in Somnium Scipionis lib. II. c. I. II. III. IV. Quam ſunt diverſæ hominum ſententiæ! Pythagoras, Plato, & ex noſtris Cicero & Boëthius de Muſica lib. I. c. II. Muſicam in cœlo collocarunt; at Ariſt. de Repub. lib. VIII. c. V. eam ad inferos uſque deprimit, quandoquidem eodem ordine, ac loco ponit vinum, ebrietatem, & muſicam, ac notat Jovem apud Poëtas non canere, nec citharam pulſare, ac ſi diceret; *Muſicam non decere virum principem, nec nobilem.* Cynici etiam eam contemnebant, ut claret ex Laërtio in Menedemo, ubi Diogenes, ad quemdam, qui muſicam oſtentabat, fertur dixiſſe:

Γνώμαις μὲν ἀνδρῶν δῆτα μᾶλλον εἰκάθη πόλεις,
Εὖ δ' οἴκων, ἐ ψαλμοῖσι, κ περιθέσμασιν.
Sententiis virorum bene quidem reguntur urbes,
Bene verò domus, non Pſalmis & Teretiſmatis.

Hæc de Muſica pro ratione inſtituti noſtri dicta ſatis ſunto: Non decet enim virum φιλόμουσον, in eam ſillos componere quæ cum indifferens ſit, uſus eam poteſt reddere honeſtam, utilem, delectabilem. De ea olim ſcripſere Platonicorum plurimi, atque Peripateticorum præſtantiſſimi, cujus rei teſtis eſt Iocuples, Plutarch. de Muſica. Primus inter omnes, qui de Muſica ſcripſere, fuit *Laſus Hermioneus*, ex urbe Achaiæ, quem aliqui inter ſeptem Græciæ ſapientes loco Periandri recenſent. Vixit ſub Dario Hyſtaſpis filio, ut rerum monumentis tradidit Suidas, in Λάσ. Sed inter omnes excelluit Ariſtoxenus Tarentinus, cujus adhuc hodie exſtant Harmonicorum Elementorum libri tres. Apud Latinos id fecere Apuleius, Albertus Magnus, Auguſtinus, Beda, Boëthius, Caſſiodorus, & Guido Abbas S. Leufredi, & alii. Poſtea inter Hiſpanos Salinas, inter Italos Kircherus, inter Gallos Marinus Merſennus. Omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit id, de quo diſputetur. Placet igitur, quoniam omnis hic tractatus de *Analogia Arithmetica*, quæ in intervallis muſicis invenitur, futurus eſt, ante definire quid ſit *Analogia Arithmetica & intervallum muſicum. Analogia Arithmetica* eſt proportio, ſeu relatio, ſeu convenientia inter numeros, cum alter ad alterum ſeu referuntur, ſeu comparantur; intervallum verò muſicum eſt diſtantia inter voces, ſeu ſonos, quos contemplatur Muſica, omnes autem ſoni virtute continentur,

tur, in octava, veluti in semine, ut & omnes numeri, in numero denario, videnturque solummodò repeti, cum octavæ adjiciuntur, eò ferè modo, quo numeri denarium excedentes cum eò se habent, ac cum unitate. Hinc fit, ut nona eadem videatur cum secunda, decima cum tertia, undecima cum quarta, duodecima cum quinta, &c. Dicitur enim nona repetitio secundæ, decima tertiæ, undecima quartæ, duodecima quintæ, &c. Eadem enim habetur ratio consonantiarum, seu dissonantiarum simplicium ac compositarum. Nam ut numeri ab unitate, Soni ab unisono originem ducunt, ac Musica, auctore, Aristotele Analyticorum Posterior. lib. I. c. VII. sic ad Arithmeticam affecta est, ut in una altera contineatur, numeri verò sunt rerum veluti imagines, ac ideo nulla alia re soni Musici melius ac facilius, quam numeris explicari possunt. Pythagoras autem fuit primus, qui analogiam, seu proportionem consonantiarum, ex malleorum sonitu, casu quodam invenit, autore Jamblicho de vita Pythagoræ c. XXVI. Boëthio de Musica lib. I. c. X. quod etiam innuit Laërtius in Pythagora. Non sum nescius, Aristoxenum, non ἀναλογίαν sed ἀλογίαν in vocibus Musicis secutum fuisse, qui aurium judicio omnes sonos Musicos permittebat, adversum quem graphice disseruit Boëthius de Musica lib. V. c. XII. necnon Marinus Mersennus lib. V. de disson. proport. XXXVIII. Voces verò Musicæ sunt septem, unde divinus Poëta Æneid. lib. VI. v. 637. canit.

Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt.
Necnon Threïcius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum:
Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno.

At illæ, quibus olim utebantur veteres si fortè erant voces latent in obscuro antiquitatis sepulchro, eas, quibus nunc utuntur Musici, invenit *Guido Aretinus*, Musicus suæ ætatis peritissimus, senarii numeri perfectione delectatus. Floruit sub Henrrico III. Imperatore quas ex hymno in D. Johannem mutuatus est, hoc modo:

Ut queant laxis
*Re*sonare fibris
*Mi*ra gestorum
*Fa*muli tuorum
*Sol*ve polluti
*La*bii reatum,
O pater alme.

At, cum ad exprimendam septimam vocem, mutatione, tamquam scala Musica opus esset, quæ maximas habet difficultates, tum cum adscendit cantus, tum cum descendit, tam, cum canitur per naturam & b molle, quam, cum per naturam & ♮ durum, recentiores Music i, ut ex cantu tollerent has difficultates illis sex vocibus *ut, re, mi, fa, sol, la*, addiderunt septimam, *si*, cujus loco alii *ni*, alii *bi* utuntur. Ultimum videtur desumptum, ex eodem hymno & ex eadem dictione ex qua desumpsit Aretinus *la*, quis verò hanc septimam vocem excogitaverit, non satis claret, etsi F. Marin. Mersen. de sonorum natura, causis, & effectibus lib. VIII. de compositione Musica, propositione XVI. Coroll. II. Auctor est, *Le Maire* virum admodum eruditum asserere se abhinc triginta annis (sunt verba Mersenni) illius septimæ syllabæ *si* vel *bi* vel *ni* inventorem esse, quidquid alii secus existiment. Signa etiam seu litteræ Musicæ sunt septem, quæ jam ante Guidonem erant in usu, sunt verò A, B, C, D. E, F, G. Soni quoque, quos Musica contemplatur, simplices sunt septem, unisonus, tonus, ditonus, diatessarωn, diapente, hexachordus, heptachordus, quos Musici Practici vocant *Unisonum*, Secundam, Tertiam, Quartam, Quintam, Sextam, Septimam; sunt verò soni vel consoni, vel dissoni, quorum illi à diversis corporibus eodem momento producti gratam auditui sonorum crasim offerunt, hi verò ingratam, absque quorum cognitione Musica rectè intelligi non potest, quandoquidem constat, ex concordia discordi, vel ex discordia concordi sonorum, quorum essentia, quæ tota relativa est, consistit in ratione unius soni ad alterum, unde procedunt proportiones, quarum principium est æqualitas, quemadmodum pluralitatis numerique unitas, Auct. Boëthio de Musica lib. II. c. VII. Proportiones verò simplices sunt tres, multiplex, superparticularis, superpartiens. Cum autem multiplex cum superparticulari, superpartientique misceatur, fiunt duæ aliæ, ex his, *h.e.* multiplex superparticularis, & multiplex superpatiens, de quibus nunc breviter nobis agendum est. Multiplex proportio ab unitate incipit & est ubi major numerus minorem continet in se totum, vel bis, vel ter, vel amplius, nihilque deest, nihilque supereſt, appellaturque in numeris *dupla*, *tripla*, *quadrupla*, in vocibus apud Musicos theoricos dicitur, *Diapasωn*, *Disdiapasωn*, *Trisdiapasωn*, apud Practicos *octava*, *Decimaquinta*, *vigesima secunda*, quod nihil aliud est, quam repetitio octavæ, & sic ἀορίστως progredi potest. Etenim omnis Quantitas secundum Pythagoram, vel *continua*, vel *discreta* est, quæ continua appellatur *Magnitudo*, quæ discreta *Multitudo*, quarum proprietas est pene diversa, & contraria. Multitudo enim à finita inchoans quantitate, nullius ei crescendi positus est modus, ideo est ad majus interminabilis, ad minimum terminata, ejusque principium est unitas, felicius Græcis dicitur ῥητὸς, qua minus in numeris nihil est, magnitudo verò finitam suæ mensuræ recipit quantitatem, sed ei nullus decrescendi positus est modus. Etenim si sit pedalis linea, vel cujuslibet alterius modi potest in duo æqua dividi, ejusque medietas in medietatem secari, ejusque rursus medietas in aliam medietatem, adeò ut secandi ejus magnitudinem nullus sit terminus, etsi hoc negabat Gargettius ille Senex. Aliter enim ejus atomi, atomi non essent, quas ille æternas, & insecabiles, unde nomen adeptæ sunt, affirmabat, verum illa, etsi sunt vera, sunt tantum λογισμῷ, nec πρὸς τὸ πρᾶξιν reduci possunt, de quibus quasi de rebus finitis Philosophia pertractat, inque rebus infinitis reperit aliquid terminatum, de quo possit jure acumen propriæ speculationis adhibere. Magnitudinis alia sunt *immobilia*, ut terra, alia *mobilia*, ut Sphæra mundi. Multitudinis, *h.e.* discretæ quantitatis, alia sunt per se, ut duo, vel tres & cætera, alia verò ad aliud, ut duplum, triplum, aliaque, quæ ex comparatione nascuntur. Immobilis magnitudinis Geometria speculationem tenet; mobilis scientiam Astronomia persequitur, discretæ quantitatis Arithmetica est auctor, ad aliquid verò relatæ Musica obtinet peritiam, ut graphicè inquit Boëth. de Musica lib. II. c. III. Superparticularis proportio à binario incipit & est ubi major numerus minorem comprehendit intra se totum & unam ejus aliquam partem, eamque vel dimidiam, vel tertiam; dimidiam, ut cum comparantur tria ad duo, quæ dicitur in numeris proportio sesquialtera, Græcis ἡμιολίᾳ, in vocibus apud theoricos diapente, apud practicos *quinta*; cum autem major numerus minorem habet intra se totum, & insuper ejus tertiam partem, ut cum quatuor comparantur ad tria, vocatur in numeris sesquitertia, Græcis ἐπίτριτος, in vocibus, apud theoricos *diatessarωn*, apud practicos *quarta*. Superpartiens proportio incipit à numero ternario, & est cum major numerus minorem continet intra se totum, & insuper ejus aliquantas partes; si duas, dicitur *superbipartiens*, ut cum quinque comparantur ad tria, si numerus major minorem recipiat in se totum, & insuper ejus tres partes, dicitur *supertripartiens*, ut cum septem ad quatuor comparantur, in ceteris hujusmodi eadem similitudo esse potest. *Multiplex superparticularis* dicitur, ubi major numerus minorem intra se continet, vel bis, vel ter, vel amplius, atque insuper ejus aliquam partem. Si continet minorem intra se bis, & insuper ejus dimidiam partem, dicitur *duplex sesquialtera*, ut cum quinque ad duo comparantur, si continet minorem intra se bis, & insuper ejus tertiam partem, dicitur *duplex sesquitertia*, ut cum septem ad tres comparantur, si continet minorem intra se ter, & insuper ejus dimidiam partem dicitur, *triplex sesquialtera*, ut cum septem ad duo comparantur, atque eodem modo multiplicitatis & superparticularitatis nomina variari possunt. *Multiplex superpartiens* dicitur, ubi major numerus minorem habet in se totum plusquam semel & insuper ejus plusquam unam aliquam partem, si duas insuper ejus partes continet dicitur *duplex superbipartiens*, ut cum octo ad tres comparantur, si ter minorem numerum in se habet, & insuper ejus duas partes, dicitur *triplex superbipartiens*, ut cum undecim ad tres comparantur, duabus ultimis proportionibus non indiget Musica. Tres enim priores ejus omnia intervalla comprehendunt, quæ etsi alii, inter quos Kircherus Artis Magnæ Consoni, & Dissoni lib. III. c. V. & c. VII. in viginti partiuntur. Nos majoris distinctionis & claritatis causâ in triginta novem divisimus. Tot enim reperiuntur in Harpa duplicis ordinis chordarum & in Organo & in Clavicymbalo. De singulis, à minimo incipientes, qua possimus brevitate maxima agemus. Semitonium igitur est omnium intervallorum Musicorum minimum, quo Musici practici utuntur, nomen accepit, non quod sit dimidium toni. Tonus enim in duas æquales partes dividi non potest, ut graphice probat Boëth. de Musica lib. III. c. I & c. III. Kircherus Artis Magnæ Conf. & Diff. lib. III. c. XII. Macrob. in Somn. Scipion. lib. II. c. I.

Etenim, ut optimè inquit Jordanus spacio quolibet per quotlibet æqua spacia diviso, totius ad totam proximæ sectionis partem, minorem esse proportionem, quam ejusdem partis ad totam reliquam proximæ sectionis partem; nec etiam semitonium vocatum fuit, quod *semum* dici soleat, ut inquit Boëth. de Musica lib. I. c. XVI. id quod ad integritatem usque non pervenit, id nominis unà cum Musica Latini à Græcis accepere, apud quos ἥμισυς dicitur, quod apud Latinos *semis*, à quibus etiam Latini hoc accepere, spiritum asperum Græcorum in aliquibus dictionibus non per *h*, ut frequenter faciunt, sed per *s* exprimentes, ut ἓξ, *sex*, ὑπὲρ, *super*, ὗς, *sus*, ἕρπω, *serpo*, ἡμίθεος, *Semideus*, ἡμιθνὴς, *Semimortuus*, ἡμίσφαιρον, *Semitonium*, & alia hujusmodi sexcenta. At non ideo evincitur, quod in gemina æqua dividatur, ejus majorem partem Philolaus Pythagoricus ἀποτομὴ, *apotomen*, ac si diceres *abscissum* seu *abscissionem* vocabat, reliqui communiore nomine *Semitonium* dixere, minorem verò partem δίεσιν, *diesin*, ac si diceres *separationem*, quam alii λεῖμμα, *limma*, ac si diceres *relictum* vocarunt, quod erat minimum omnium intervallorum; illorum differentiam *Comma* appellarunt, auctore Boëthio, de Musica lib. III. c. V. Tria tantum inveniuntur Semitonia, in Instrumentis Musicis hodiernis, quæ Practici, qui horum judicium auditui tantum permittunt, inconsulta ratione vix, aut ne vix quidem dignoscere possunt. Musicam enim θεωρίαν non curant, de quorum cognomine, quo alterum ab altero differt, non convenit inter Musicos theoricos; Mersennus Musicorum μυσικῶν de Dissonantiis lib. V. Propositione XIII. *Semitonium maximum* vocat, quod nos *minimum*, insuper affert alia quatuor, *Medium*, *Pythagoricum*, *Minimum*, *Subminimum*; quæ cum in hodierna practica non inveniantur, nec in hodiernis Musicis instrumentis, tamquam ἀνεξοδίαστα relinquimus. Kircherus etiam Artis Magnæ Consoni & Dissoni lib. III. c. V. idem Semitonium vocat *maximum*; at Boëthius de Musica lib. I: c. XXXIII. *Semitonium minus* appellat, quod nos, Kircherus & Mersennus libris capitibusque citatis appellamus *majus*; verum cum Musica sic ad Arithmeticam sit affecta, ut in unà altera contineatur, ut supra ex Aristotele retulimus, atque certo certius sit, majorem proportionem semper in minoribus numeris inveniri, minorem verò in majoribus, de quibus ne Carneades quidem dubitaverit, ut ex his patet, 1, 2, 3, 4. in quibus binarius ad unitatem est duplus, ternarius ad binarium sesquialter, quaternarius ad ternarium sesquitertius, majores verò numeri sunt ternarius & quaternarius, minores autem binarius & unitas, dimidia autem pars major est, quàm tertia, tertia major est, quàm quarta. Ideo hanc rationem ducem secuti non solum Semitonia, verum etiam reliqua omnia intervalla à proportione minori, vel majori, *minora*, vel *majora* vocamus, qua in re nemo nos merito culpare poterit. Unà igitur cum Arato ὦ Διὸς ἀρχώμεθα Deum Optimum Maximum, non Jovem invocantes.

I.

SEMITONIUM MINIMUM est excessus, quotonus major seu intensus superat Semitonium minus; in vocibus invenitur à 𝄪C ad D. à 𝄪F ad G. à A ad b molle ♭duri, vulgò dicitur *secunda minor*, ejus proportio est superbipartiens vigesimas quintas, seque habet in numeris, ut 25 ad 27.

II.

SEMITONIUM MINUS est excessus, quo ditonus intensus, h. e. *tertia major intensa* superat Semiditonum intensum, h. e. *tertiam minorem intensam*, in vocibus invenitur à C ad 𝄪C. à F ad 𝄪F. à G ad 𝄪G. à b molli E ad E. à b molli ♭duri, ad ♮durum, vulgò dicitur etiam *secunda minor*. Est enim ipsissima chorda, ac superioris, at respectu 𝄪C est semitonium minus, respectu 𝄪D est Semitonium minimum, ejus proportio est sesquivigesima quarta, seque habet in numeris, ut 24 ad 25.

III.

SEMITONIUM MAJUS est excessus, quo diatessarων intensa h. e. *quarta intensa* superat ditonum intensum h. e. *tertiam majorem intensam*, necnon tonus minor, seu remissus semitonium minus; est maxime necessarium Musicæ ac tanquam ejus anima, cujus ope diversæ species quartæ, quintæ, & octavæ constituuntur, in vocibus invenitur à E ad F. à ♭duro, ad C. à 𝄪G. ad A. à D. ad b molle E. Vulgò dicitur etiam *secunda minor*. Est enim ab unisono ad primam chordam, seu veram seu fictam, nec alibi reperitur, nisi in prædictis intervallis; ejus proportio est sesquidecima quinta, & in numeris se habet, ut 15 ad 16.

IV.

TONUS est duplex, major seu intensus, minor seu remissus. Major seu intensus est intervallum, quod constat ex semitonio minori, & minimo, & est excessus, quo diapente intensa h. e. *quinta intensa* superat diatessarων intensam h. e. *quartam intensam*, Practicis Criticis dicitur *secunda major intensa*. Practicos Criticos voco Musicos illos, qui sonorum Musicorum judicium rationi & auditui permittunt, in vocibus invenitur à C. ad D. a F. ad G. à 𝄪F. ad 𝄪G. à A. ad ♭durum, ejus proportio est sesquioctava, in numeris se habet, ut 8 ad 9.

V.

TONUS MINOR, seu remissus est intervallum, quod constat ex semitonio majori, & minori, & est excessus quo diatessarων intensa h. e. *quarta intensa* superat semiditonum, h. e. *tertiam minorem intensam*, in vocibus invenitur à D. ad E. à b molli E. ad F. a E. ad 𝄪F. à G. ad A. à b molli ♭, duri ad C. à ♭duro ad 𝄪C. Practicis Criticis dicitur *secunda major remissa*, ejus proportio est sesquinona, & in numeris sese habet, ut 9. ad 10.

VI.

SEMISESQUITONUS est triplex, major, minor, minimus. Semisesquitonus major est intervallum, quod constat ex tono majori & semitonio minori, in vocibus invenitur à F. ad 𝄪G. Practicis Criticis eodem nomine appellatur, ejus proportio est superundecimpartiens sexagesimas quartas, in numeris se habet, ut 64 ad 75.

VII.

SEMISESQUITONUS MINOR est intervallum, quod constat ex tono minori, & Semitonio minori, in vocibus invenitur à b molli ♭duri, ad 𝄪C. Practicis Criticis eodem modo appellatur, ejus proportio est superseptendecimpartiens centesimas octavas, seque habet in numeris, ut 108 ad 125.

VIII.

SEMISESQUITONUS MINIMUS est intervallum, quod constat ex Semitonio majori & minimo, in vocibus invenitur à 𝄫 C. ad b molle E. à 𝄪G. ad b molle ♭duri; Practicis Criticis eodem nomine appellatur (at qui Sonorum Musicorum judicium inconsulta ratione auditui tantum permittunt, Aristoxenum secuti hos tres semisesquitonos nulla differentia *semitertiam minorem* nominant) ejus proportio est supernovendecimpartiens centesimas vigesimas quintas, in numeris sese habet, ut 125 ad 144.

IX.

SESQUITONUS, seu SEMIDITONUS, seu triemitonium est duplex, intensus & remissus. Sesquitonus intensus constat, ex tono majori & semitonio majori, vel ex semitonio minimo & tono minori, in vocibus invenitur à C. ad b molle E. à 𝄪C ad E. ab E. ad G. à 𝄪F. ad A. à G. ad b molle ♭duri, à 𝄪G. ad ♭durum. à A, ad C. à ♭duro ad D. Practicis Criticis dicitur *tertia minor intensa*, ejus proportio est sesquiquinta, & in numeris sese habet, ut 5 ad 6.

X.

SESQUITONUS REMISSUS est intervallum, quod constat ex tono minori, & Semitonio majori, in vocibus invenitur à D. ad F. Practicis Criticis dicitur *tertia minor remissa*, ejus proportio est superquinquepartiens vigesimas septimas, & in numeris se habet, ut 27 ad 32.

XI.

DITONUS est duplex, intensus, & remissus. Ditonus intensus est intervallum, quod constat ex duobus tonis, altero majori, altero minori, in vocibus invenitur à C ad E. à b molli E. ad G. à E. ad 𝄪G. à F. ad A. à G. ad ♭durum. à A ad 𝄪C. à b molli ♭duri ad D. Practicis Criticis dicitur *tertia major intensa*, ejus proportio est sesquiquarta, in numeris sese habet, ut 4 ad 5.

XII.

DITONUS REMISSUS est intervallum, quod constat ex duobus tonis minoribus, in vocibus invenitur à D. ad 𝄪F. Practicis Criticis dicitur *tertia major remissa*, ejus proportio est supernovendecimpartiens sesquioctuagesimas, seque habet in numeris, ut 81 ad 100.

XIII.

SEMIDIATESSARΩN est triplex, magna, major, seu intensa, minor, seu remissa semidiatessarων magna est intervallum, quod constat ex duobus tonis, altero minori, altero majori & ex semitonio minori, in vocibus semel invenitur à b molli E. ad 𝄪G. Practicis Criticis dicitur *Semiquarta magna*, ejus proportio est supervigintinovem partiens nonagesimas sextas, seque habet in numeris, ut 96 ad 125.

XIV. SE-

XIV.

SEMIDIATESSARΩN MAJOR, seu intensa est intervallum, quod constat ex semitonio minimo & tono minori, & ex semitonio majori, vel ex tono majori & ex duobus semitoniis majoribus, in vocibus invenitur à ⧖ C. ad F. à ⧖ G. ad C. Practicis Criticis dicitur *semiquarta major*, seu *intensa*, ejus proportio est superseptempartiens vigesimas quintas, in numeris sese habet, ut 25 ad 32.

XV.

SEMIDIATESSARΩN MINOR, seu remissa est intervallum, quod constat ex duobus semitoniis minimis, & tono minori, in vocibus invenitur à ⧖ F ad b molle ♮ duri, practicis Criticis dicitur *semiquarta remissa*; ejus proportio est supertrigintaseptempartiens centesimas vigesimas quintas, & in numeris sese habet, ut 125 ad 162.

XVI.

DIATESSARΩN est duplex, major, seu intensa, minor, seu remissa, Diatessaron major seu intensa est intervallum, quod constat ex duobus tonis, altero majori, altero minori, & ex semitonio majori, in vocibus invenitur à C. ad F. à ⧖ C ad ⧖ F. à D. ad G. à E. ad A. à G. ad C. à ⧖ G. ad ⧖ C a b molli ♮ duri, ad b molle E. à ♮ duro, ad E. Practicis Criticis dicitur *quarta major*, seu *intensa*, ejus proportio est sesquitertia, seque habet in numeris, ut 3 ad 4.

XVII.

DIATESSARΩN MINOR, seu remissa est intervallum, quod constat ex duobus tonis majoribus seu intensis, & ex semitonio majori, vel ex duobus tonis, altero majori, altero minori, & ex semitonio minimo, in vocibus invenitur à F. ad b molle ♮ duri. à ⧖ F. ad ♮ durum, à A ad D. Practicis Criticis dicitur *quarta minor*, seu *remissa*; ejus proportio est superseptempartiens vigesimas, in numeris sese habet, ut 20 ad 27.

XVIII.

TRITONUS est duplex, major, seu intensus minor, seu remissus, tritonus major, seu intensus est intervallum, quod constat ex tribus tonis, duobus majoribus, uno minori. In vocibus invenitur à C. ad ⧖ F. à D. ad ⧖ G. à b molli E. ad A. à G. ad ⧖ C. à b. molli ♮ duri, ad E. Practicis Criticis eodem modo appellatur; ejus proportio est superseptempartiens octodecimas, seque habet in numeris, ut 18 ad 25.

XIX.

TRITONUS MINOR, seu remissus est intervallum, quod constat ex duobus tonis minoribus, & uno majori, in vocibus invenitur à F. ad ♮ durum. Practicis Criticis eodem modo appellatur; ejus proportio est supertredecimpartiens trigesimas secundas, seque habet in numeris, ut 32. ad 45.

XX.

SEMIDIAPENTE est duplex, major, seu intensa, minor seu remissa, Semidiapente major seu intensa est intervallum, quod constat ex duobus tonis, altero minori, altero majori, & ex duobus semitoniis, altero minimo, altero majori, vel ex duobus tonis, & ex duobus semitoniis majoribus. In vocibus invenitur à ⧖ C ad G. à E. ad b molle ♮ duri. à ⧖ F. ad C. à ⧖ G. ad D. à A. ad b molle E. Practicis Criticis dicitur *Semiquinta major*, seu *intensa*; ejus proportio est superundecimpartiens vigesimas quintas, in numeris sese habet, ut 25 ad 36.

XXI.

SEMIDIAPENTE MINOR, seu remissa est intervallum, quod constat ex duobus tonis, altero majori, altero minori, & ex duobus semitoniis majoribus, in vocibus invenitur à ♮ duro, ad F. Practicis Criticis dicitur *Semiquinta minor seu remissa*; ejus proportio est supernovendecimpartiens quadragesimas quintas, & in numeris sese habet, ut 45 ad 64.

XXII.

DIAPENTE est duplex, major, seu intensa, minor, seu remissa; Diapente major, seu intensa est intervallum, quod constat ex tertia majori intensa, & ex tertia minori intensa h. e. ex duobus tonis majoribus, uno minori, & ex semitonio majori. In vocibus invenitur à C. ad G. à ⧖ C. ad ⧖ G. à b molli E. ad b molle ♮ duri. à E. ad ♮ durum, à F. ad C. à ⧖ F. ad ⧖ C. à G. ad D. à A. ad E. Practicis Criticis dicitur *quinta major*, seu *intensa*; ejus proportio est sesquialtera, seque habet in numeris, ut 2 ad 3.

XXIII.

DIAPENTE MINOR seu remissa est intervallum, quod constat ex duobus tonis minoribus, & ex tono majori, & ex semitonio majori, in vocibus invenitur à D. ad A. à b molli ♮ duri ad F. à ♮ duro, ad ⧖ F. Practicis Criticis dicitur *quinta minor*, seu *remissa*; ejus proportio est supertredecimpartiens vigesimas septimas, & in numeris se habet, ut 27 ad 40.

XXIV.

SEMIEXACHORDUS est intervallum, quod constat ex duobus tonis & tribus semitoniis majoribus. In vocibus invenitur à ⧖ G. ad b molle E. Practicis Criticis dicitur *semisexta minor*; ejus proportio est supersexagintapartiens centesimas vigesimas quintas, & in numeris se habet, ut 125 ad 192.

XXV.

HEXACHORDUS MINOR est duplex, intensa, & remissa. Hexachordus minor intensa est intervallum, quod componitur ex tribus tonis, & ex duobus semitoniis h. e. ex duobus tonis majoribus, uno minori, & ex duobus semitoniis majoribus. In vocibus invenitur à E. ad C. à A ad F. Practicis Criticis dicitur, *sexta minor intensa*; ejus proportio est supertripartiens quintas, & in numeris se habet, u 5 ad 8.

XXVI.

HEXACHORDUS MINOR REMISSA est intervallum, quod componitur ex duobus tonis majoribus, uno minori, & ex duobus semitoniis, altero majori, altero minimo. In vocibus invenitur à ⧖ F. ad D. Practicis Criticis dicitur *sexta minor remissa*; ejus proportio est supra-sesquitrigintapartiens quinquagesimas, & in numeris se habet, ut 50 ad 81.

XXVII.

HEXACHORDUS MAJOR est duplex, intensa & remissa. Hexachordus major intensa est intervallum quod componitur ex duobus tonis majoribus & ex duobus minoribus & ex Semitonio majori. In vocibus invenitur à C. ad A. Practicis Criticis dicitur *sexta major intensa*, ejus proportio est superbipartiens tertias, & in num. se habet, ut 3 ad 5.

XXVIII.

HEXACHORDUS MAJOR REMISSA est intervallum, quod componitur ex tribus tonis majoribus, uno minori, & ex semitonio majori, in vocibus invenitur à F. ad D. Practicis Criticis dicitur *sexta major remissa*, cujus proportio est superundecimpartiens decimas sextas, seque habet in numeris, ut 16 ad 27.

XXIX.

TETRATONUS est duplex, major, seu intensus, & minor, seu remissus. Tetratonus major seu intensus est intervallum, quod componitur, ex quatuor tonis. (Id enim sonat nomen) h. e. ex duobus tonis majoribus, uno minori, & ex duobus semitoniis, altero majori, altero minori, quæ conficiunt tonum minorem. Ergo constat ex quatuor tonis duobus majoribus, duobus minoribus. In vocibus invenitur à F. ad ⧖ C. Practicis Criticis dicitur *quatritonus intensus*, ejus proportio est supernovem partiens decimas sextas; in numeris sese habet, ut 16 ad 25.

XXX.

TETRATONUS MINOR, seu remissus est intervallum, quod constat ex quatuor tonis minoribus, in vocibus invenitur à b molli ♮ duri, ad ⧖ F. Practicis Criticis dicitur *quatritonus minor* remissus, cujus proportio est superquadragintaquatuorpartiens sesquioctuagesimas, in numeris se habet, ut 81 ad 125.

XXXI.

SEMIEPTACHORDUS est duplex, major, seu intensa, minor seu remissa. Semieptachordus major, seu intensa est intervallum, quod constat ex duobus tonis majoribus, uno minori, & ex tribus semitoniis majoribus, in vocibus invenitur à ⧖ G ad F. Practicis Criticis vocatur *semiseptima major*, *seu intensa*, cujus proportio est superquinquagintatrespartiens septuagesimas quintas. In numeris sese habet, ut 75 ad 128.

XXXII.

SEMIEPTACHORDUS MINOR, seu remissa est intervallum, quod componitur ex duobus tonis minoribus & tono majori, & ex tribus semitoniis, majori, minori, minimo, vel ex duobus tonis majoribus, & tono minori, & ex duobus semitoniis majoribus, & semitonio minori, in vocibus invenitur à ⧖ C. ad b molle ♮ duri: à ⧖ F. ad b molle E. Practicis Criticis dicitur *semiseptima minor*, *seu remissa*, cujus proportio est, ut 125 ad 216.

XXXIII.

PENTATONUS est intervallum quod componitur ex quinque tonis. Id enim sonat nomen. In vocibus bis

tantum invenitur à b molli E. ad 𝄪 C. à b molli ♮ duri, ad 𝄪 G. Practici Critici eodem nomine hoc διάστημα vocant, ac Theorici; ejus Proportio est superquinquagintatrespartiens-septuagesimas secundas. In numeris se habet, ut 72 ad 125.

XXXIV.

HEPTACHORDUS MINOR est duplex, intensa & remissa; heptachordus minor intensa est intervallum, quod constat ex quatuor tonis & ex duobus semitoniis, h. e. ex tribus tonis majoribus, & uno tono minori, & ex duobus semitoniis majoribus. In vocibus invenitur ab E. ad D. à A ad G. Practicis Criticis dicitur *septima minor intensa*, cujus proportio est superquatuorpartiens quintas, in numeris se habet, ut 5 ad 9.

XXXV.

HEPTACHORDUS MINOR REMISSA est intervallum, quod componitur ex duobus tonis majoribus, & duobus minoribus, & ex duobus semitoniis majoribus. In vocibus invenitur à D ad C. à G ad F. Practicis Criticis dicitur *septima minor remissa*, cujus proportio est, superseptempartiens nonas; in numeris se habet, ut 9 ad 16.

XXXVI.

HEPTACHORDUS MAJOR est duplex, intensa & remissa; heptachordus major intensa est intervallum, quod constat ex tribus tonis majoribus, duobus minoribus, & ex Semitonio majori. In vocibus invenitur à F. ad E. à C. ad ♮ durum; à Practicis Criticis vocatur *septima major intensa*, cujus proportio est superseptempartiens octavas: in numeris se habet, ut 8 ad 15.

XXXVII.

HEPTACHORDUS MAJOR REMISSA est intervallum, quod componitur ex tribus tonis minoribus & duobus majoribus, & ex Semitonio majori, in vocibus invenitur à D. ad 𝄪 C. à G ad 𝄪 F. Practicis Criticis dicitur *septima major remissa*, ejus proportio est supervigintitrespartiens vigesimas septimas, in numeris se habet, ut 27 ad 50.

XXXVIII.

SEMIDIAPASΩN est intervallum, quod constat ex duobus tonis majoribus, & duobus minoribus, & ex duobus Semitoniis majoribus, & Semitonio minimo. In vocibus. Invenitur à 𝄪 C. ad C. à 𝄪 F. ad F. à 𝄪 G. ad G. Practicis Criticis dicitur *semioctava*, ejus proportio est supervigintitrespartiens vigesimas quintas; in numeris se habet, ut 25 ad 48.

XXXIX.

DIAPASΩN Consonantia est intervallum, quod constat ex quinque tonis, & ex duobus Semitoniis majoribus, seu ex Diapente & ex Diatessaron, *h. e.* ex quinta intensa, & quarta intensa, Practicis dicitur *Octava*, ejus proportio est dupla, cujus septem sunt species, altera ab altera differt loco Semitoniorum, quæ sunt velut anima Musicæ. Prima habet primum Semiton. à tertia chorda ad quartam, secundum à septima ad octavam. Secunda habet primum Semit. à secunda chorda ad tertiam, secundum à sexta chorda ad septimam. Tertia habet primum Semit. à prima chorda ad secundam, secundum à quinta chorda ad sextam. Quarta habet primum Semit. à quarta chorda ad quintam, secundum à septima ad octavam. Quinta habet primum Semit. à tertia chorda ad quartam, secundum à sexta ad septimam. Sexta habet primum Semit. à secunda chorda ad tertiam, secundum à quinta ad sextam. Septima habet primum Semit. à prima chorda ad secundam, secundum à quarta ad quintam; in numeris verò sese habet, ut 1 ad 2. Aristot. Probl. Sect. XIX. Quæst. XXXII. quærit, Quare consonantia diapasῶn vocatur non ratione numeri δι' ὀκτὼ, ut, diatessarῶn, & diapente; ac inquit, an quod septem erant chordæ antiquitus, deinde Terpander tertia exempta neten adjunxit, ac ideo vocata est διὰ πασῶν, h. e. *per omnes*. Erant enim δι' ἑπτὰ, i. e. *per septem*; at si hac de causa, ut tradit Aristot. sic vocata non fuit, forsitan id nominis adepta est, quod omnia intervalla Musica intra se contineat, atque omnia ab ea nascantur. Est enim omnium intervallorum non solum regina, utpote perfectissima, quæ nec majorem, nec minorem recipit proportionem, sed etiam veluti quoddam receptaculum, omnia etiam intervalla inter se composita eam producunt, & divisa ab ea propriam constituunt proportionem. Nunc quoniam omnia intervalla Musica, quibus Musici Practici utuntur, perstrinximus, & illa non in singulis consonantiis diapasῶn Musicorum instrumentorum (singulæ enim duodecim tantum intervalla continent) sed sparsa per septem diapasῶn species inveniantur, uniusque diapasῶn tabulam ac deinde omnium intervallorum tibi ob oculos ponemus, ut uno quasi intuitu, in ea tamquam in quadam synopsi, intueri possis, quæ contineantur intervalla, & eorum proportiones.

Tabula intervallorum, ac eorum proportionum, quæ continentur in consonatia diapasῶn ♀ C. cum vox ab eo sursum adscendit, atque ad ipsum deorsum descendit.

		ad	
1	à C. ad 𝄪 C. semit. minus, cujus proportio est, ut	24	25
2	à C. ad D. tonus major, seu intens. cujus proport.	8	9
3	à C. ad E. diton. seu tertia maj. intens. cujus prop.	4	5
4	à C. ad b mol. E. tertia minor. intensa, cujus prop.	5	6
5	à C. ad F. quarta maj. intensa, cujus proportio.	3	4
6	à C. ad 𝄪 F. tritonus intensus, cujus proportio.	18	25
7	à C. ad G. quinta major, seu intensa, cujus propor.	2	3
8	à C. ad 𝄪 G. quadriton. maj. seu intens. cuj. prop.	16	25
9	à C. ad A. sexta maj. seu intensa, cujus proport.	3	5
10	à C. ad b mol. ♮ *duri*. sept. min. intens. cuj. prop.	5	9
11	à C. ad ♮ *durum*. sept. maj. intens. cujus proport.	8	15
12	à C. ad C. octava, cujus proportio est, ut	1	2

Tabula intervallor. ac eorum proportion. quæ continentur in consonantia diapasῶn ♀ C. ficti, cum vox ab eo sursum adscendit, atque ad ipsum deorsum descendit.

		ad	
1	à 𝄪 C. ad D. Sem. min. cujus proport. est, ut	25	27
2	à 𝄪 C. ad b mol. E. semisesquit. min. cuj. prop.	125	144
3	à 𝄪 C. ad E. tertia minor intensa, cujus prop.	5	6
4	à 𝄪 C. ad F. semiquarta intensa, cujus prop.	25	32
5	à 𝄪 C. ad 𝄪 F. quarta maj. seu intens. cuj. prop.	3	4
6	à 𝄪 C. ad G. semiquint. maj. seu intens. cuj. prop.	25	36
7	à 𝄪 C. ad 𝄪 G. quinta maj. seu intens. cuj. prop.	2	3
8	à 𝄪 C. ad A. sexta minor intensa, cujus prop.	5	8
9	à 𝄪 C. ad b mol. ♮ *duri* sem. mi. seu re. cuj. prop.	125	216
10	à 𝄪 C. ad ♮ *durum* sept. min. intens. cuj. prop.	5	9
11	à 𝄫 C. ad C. semi octava, cujus prop.	25	48
12	à 𝄪 C. ad 𝄪 C. octava. cuj. prop. est dupla, ut	1	2

Tabula intervallorum, ac eorum proportionum quæ continentur in consonantia diapasῶn ♀ D. cum vox ab eo sursum adscendit ac ad ipsum deorsum descend.

		ad	
1	à D. ad b mol. E. semit. majus, cujus prop. est, ut	15	16
2	à D. ad E. tonus minor seu remissus, cuj. prop.	9	10
3	à D. ad F. tertia minor remissa, cujus proport.	27	32
4	à D. ad 𝄪 F. tertia major remissa, cujus prop.	81	100
5	à D. ad G. quarta major, seu intensa, cuj. prop.	3	4
6	à D. ad 𝄪 G. tritonus maj. seu intens. cuj. prop.	18	25
7	à D. ad A. quinta min. seu remiss. cujus prop.	27	40
8	à D. ad *b mol.* ♮ *duri* sexta min. intens. cuj. prop.	5	8
9	à D. ad ♮ *durum* sexta maj. intensa, cujus prop.	3	5
10	à D. ad C. septima min. remissa, cujus proport.	9	16
11	à D. ad 𝄪 C. septim. maj. remissa, cujus prop.	27	50
12	à D. ad D. octava, cujus proport. est dupla, ut	1	2

Tabula intervallor. ac eorum proportionum quæ continentur in consonantia diapasῶn ♀ b mollis E, cum vox ab eo sursum adscendit, ac deorsum ad ipsum descendit.

		ad	
1	à *b molli* E. ad E. sem. minus, cuj. prop. est, ut	24	25
2	à *b molli* E. ad F. ton. min. seu remiss. cuj. prop.	9	10
3	à *b molli* E. ad 𝄪 F. semisesq. min. cuj. prop.	108	125
4	à *b molli* E. ad G. tertia major intens. cuj. prop.	4	5
5	à *b molli* E. ad 𝄪 G. semiquart. mag. cuj. prop.	96	125
6	à *b molli* E. ad A. trit. maj. seu intens. cuj. prop.	18	25
7	à *b molli* E. ad *b mol.* ♮ *duri* quinta intensa.	2	3
8	à *b molli* E. ad ♮ *durum* quadr. intens. cuj. prop.	16	25
9	à *b molli* E. ad C. sexta maj. intensa, cuj. prop.	3	5
10	à *b molli* E. ad 𝄪 C. pentaton. cujus proport.	72	125
11	à *b molli* E. ad D. septim. maj. intens. cuj. prop.	8	15
12	à *b molli* E. ad *b molle* E. octava, cujus prop.	1	2

Tabula intervallor. atque eorum proportion. quæ continentur in consonantia diapasῶn ♀ E, cum vox ab eo sursum adscendit, ac deorsum ad ipsum descendit.

		ad	
1	à E. ad F. semit. majus, cujus proportio est, ut	15	16
2	à E. ad 𝄪 F. tonus minor, seu remissus, cuj. prop.	9	10
3	à E. ad G. tertia minor intensa, cujus proport.	5	6
4	à E. ad 𝄪 G. tertia major intensa, cujus proport.	4	5
5	à E. ad A. quarta maj. seu intensa, cujus proport.	3	4
6	à E. ad *b mol.* ♮ *duri* semiquinta intensa, cuj. prop.	25	36
7	à E. ad ♮ *durum* quinta intensa, cujus proport.	2	3
8	à E. ad C. sexta minor intensa, cujus proport.	5	8
9	à E. ad 𝄪 C. sexta major intensa, cujus proport.	3	5
10	à E. ad D. septima minor intensa, cujus proport.	5	9
11	à E. ad *b mol.* E. semioctava, cujus proport. est, ut	25	48
12	à E. ad E. octava, cujus proport. est dupla, ut	1	2

Tabula intervallor. atque eorum proportio. quæ continentur in consonant. diapasῶn & F, cum vox ab eo sursum adscendit ac deorsum ad ipsum descendit.

		ad	
1	a *F.* ad 𝄫 *F.* semit. minus, cujus. proport. est, ut	24	25
2	a *F.* ad *G.* tonus major, seu intensus, cujus prop.	8	9
3	à *F.* ad 𝄪 *G.* semisesquit. major, cujus proport.	64	75
4	à *F.* ad *A.* tertia major intensa, cujus proportio.	4	5
5	à *F.* ad *b mol.* ♭ *duri* quar.min.seu remiss.cuj.prop.	20	27
6	à *F.* ad ♭ *durum* trit. min. seu remiss. cujus prop.	32	45
7	a *F.* ad *C.* quinta intensa, cujus proportio.	2	3
8	a *F.* ad 𝄪 *C.* quadrito. intensus, cujus proport.	16	25
9	à *F.* ad *D.* sexta major remissa, cujus proportio.	16	27
10	à *F.* ad *b mol. E.* septima min. intensa, cujus prop.	5	9
11	à *F.* ad *E.* septima major intensa, cujus proport.	8	15
12	à *F.* ad *F.* octava, cujus proportio, est dupla, ut.	1	2

Tabula intervallorum atque eorum proportionum quæ continentur in consonant. diapasῶn & ficti F, cum vox ab eo sursum adscendit ac deorsum ad ipsum descendit.

		ad	
1	à 𝄫 *F.* ad *G.* semiton. minim. cuj. prop. est, ut	25	27
2	à 𝄫 *F.* ad 𝄪 *G.* ton.maj. seu intens. cuj. prop.	8	9
3	à 𝄫 *F.* ad *A.* tert. minor intensa, cujus prop.	5	6
4	à 𝄫 *F.* ad *b mol.* ♭ *duri* semiq.remiss.cuj.prop.	125	162
5	à 𝄫 *F.* ad ♭ *durum.* quart. remiss. cujus prop.	20	27
6	à 𝄫 *F.* ad *C.* semiquinta intensa, cujus prop.	25	36
7	à 𝄫 *F.* ad 𝄪 *C.* quinta intensa, cujus prop.	2	3
8	à 𝄫 *F.* ad *D.* sexta minor remiss. cujus prop.	50	81
9	a 𝄫 *F.* ad *b mol. E.* semiseptim.remiss.cuj.prop.	125	216
10	à 𝄫 *F.* ad *E.* septim. min. intensa, cujus prop.	5	9
11	à 𝄫 *F.* ad *F.* semioctava, cujus proportio.	25	48
12	à 𝄫 *F.* ad 𝄪 *F.* octava, cujus proportio dupla.	1	2

Tabula intervallor. atque eorum proportion. quæ continentur in consonant. diapasῶn & G, cum vox ab eo sursum adscend. ac deorsum ad ipsum descendit.

		ad	
1	à *G.* ad 𝄪 *G.* semitonium min. cuj. prop. est, ut	24	25
2	à *G.* ad *A.* tonus min. seu remiss. cujus proport.	9	10
3	à *G.* ad *b mol.* ♭ *duri* tertia minor intens.cuj.prop.	5	6
4	à *G.* ad ♭ *durum* tertia maj. intensa, cujus prop.	4	5
5	à *G.* ad *C.* quarta intensa, cujus proportion.	3	4
6	à *G.* ad 𝄪 *C.* triton.intensus, cujus proportion.	18	25
7	à *G.* ad *D.* quinta intensa, cujus proportion.	2	3
8	à *G.* ad *b mol. E.* sexta minor intens.cujus proport.	5	8
9	a *G.* ad *E.* sexta major intensa, cujus proportion.	3	5
10	à *G.* ad *F.* septima minor remissa, cujus proport.	9	16
11	à *G.* ad 𝄪 *F.* septima major remissa, cujus prop.	27	50
12	à *G.* ad *G.* octava, cujus proportio est dupla, ut	1	2

Tabula intervallorum, ac eorum proportion. quæ continentur in consonant. diapasῶn & ficti G, cum vox ab eo sursum adscendit, ac deorsum ad ipsum descendit.

		ad	
1	à 𝄪 *G.* ad *A.* semit. majus, cujus proport. est, ut	15	16
2	à 𝄪 *G.* ad *b mol.* ♭ *duri* semisesq.min.cuj.prop.	125	144
3	à 𝄪 *G.* ad ♭ *durum* tert. min. intens. cuj. prop.	5	6
4	à 𝄪 *G.* ad *C.* semiquart. intensa, cujus prop.	25	32
5	à 𝄪 *G.* ad 𝄪 *C.* quart. intensa, cujus proport.	3	4
6	à 𝄪 *G.* ad *D.* semiquinta intensa, cujus prop.	25	36
7	à 𝄪 *G.* ad *b mol. E.* semisexta, cujus proport.	125	192
8	à 𝄪 *G.* ad *E.* sexta minor intensa, cujus prop.	5	8
9	à 𝄪 *G.* ad *F.* semiseptima intensa, cujus prop.	75	128
10	à 𝄪 *G.* ad 𝄪 *F.* septima min. remiss. cuj. prop.	9	16
11	à 𝄪 *G.* ad *G.* semioctava, cujus proportion.	25	48
12	à 𝄪 *G.* ad 𝄪 *G.* octav. cuj. est prop. dupla, ut	1	2

Tabula intervallorum, atque eorum proportion. quæ continentur in consonant. diapasῶn & A. cum vox ab eo sursum adscendit, at deorsum ad ipsum descendit.

		ad	
1	à *A.* ad *b mol.* ♭ *duri* semit. min. cuj. prop. est, ut	25	27
2	à *A.* ad ♭ *durum* tonus major, cujus proportion.	8	9
3	à *A.* ad *C.* tertia minor intensa, cujus proport.	5	6
4	à *A.* ad 𝄪 *C.* tertia major intensa, cujus proport.	4	5
5	à *A.* ad *D.* quarta remissa, cujus proportion.	20	27
6	à *A.* ad *b mol. E.* semiquinta intensa, cujus prop.	25	36
7	à *A.* ad *E.* quinta intensa, cujus proportion.	2	3
8	à *A.* ad *F.* sexta minor intensa, cujus proportion.	5	8
9	à *A.* ad 𝄫 *F.* sexta major intensa, cujus proport.	3	5
10	à *A.* ad *G.* septima minor intensa, cujus proport.	5	9
11	à *A.* ad 𝄪 *G.* septima major intensa, cujus prop.	8	15
12	à *A.* ad *A.* octava, cujus est proport. est dupla, ut	1	2

Tabula intervallorum, atque eorum proportion. quæ continentur in consonant. diapasῶn & b mollis ♭ duri, cum vox ab eo sursum adscendit, ac deorsum ad ipsum descendit.

		ad	
1	à *b mol.* ♭ *duri* ad ♭ *dur.* sem. min. cuj. prop. est, ut	24	25
2	à *b mol.* ♭ *duri* ad *C.* ton. minor, cujus proport.	9	10
3	à *b mol.* ♭ *duri* ad 𝄪 *C.* semisesq. min. cuj. prop.	108	125
4	à *b mol.* ♭ *duri* ad *D.* tert. maj. intensa, cuj. prop.	4	5
5	à *b mol.* ♭ *duri* ad *b mol E.* quar. intens. cuj. prop.	3	4
6	à *b mol.* ♭ *duri* ad *E.* trit. intensus, cujus prop.	18	25
7	à *b mol.* ♭ *duri* ad *F.* quint. remissa, cujus prop.	27	40
8	à *b mol.* ♭ *duri* ad 𝄫 *F.* quadrit. remiss. cuj. prop.	81	125
2	à *b mol.* ♭ *duri* ad *G.* sexta maj. intens. cuj. prop.	3	5
10	à *b mol.* ♭ *duri* ad 𝄪 *G.* pentatonus, cujus prop.	72	125
11	à *b mol.* ♭ *duri* ad *A.* sept. maj. remiss. cuj. prop.	27	50
12	à *b mol.* ♭ *duri* ad *b mol.* ♭ *duri* octava, cuj. prop.	1	2

Tabula intervallorum, atque eorum proportion. quæ continentur in consonantia diapasῶn & ♭ duri, cum vox ab eo sursum adscendit, ac deorsum ad ipsum descendit.

		ad	
1	à ♭ *duro* ad *C.* semiton. majus, cujus prop. est, ut	15	16
2	à ♭ *duro* ad 𝄪 *C.* tonus minor, cujus proportion.	9	10
3	à ♭ *duro* ad *D.* tertia minor intensa, cujus proport.	5	6
4	à ♭ *duro* ad *b mol. E.* semiquart. intens. cujus prop.	25	32
5	à ♭ *duro* ad *E.* quarta intensa, cujus proportion.	3	4
6	à ♭ *duro* ad *F.* semiquinta remissa, cujus proport.	45	64
7	à ♭ *duro* ad 𝄫 *F.* quinta remissa, cujus proport.	27	40
8	à ♭ *duro* ad *G.* sexta minor intensa, cujus proport.	5	8
9	à ♭ *duro* ad 𝄪 *G.* sexta major intensa, cujus prop.	3	5
10	à ♭ *duro* ad *A.* septima minor remissa, cujus prop.	9	16
11	à ♭ *duro* ad *b mol.* ♭ *duri* semioctava, cujus prop.	25	48
12	a ♭ *duro* ad ♭ *durum* octava, cujus proport. est, ut	1	2

Hucusque, qua potuimus brevitate, egimus de intervallis Musicis, & eorum proportione, ac majoris claritatis causâ eorum tabulas apposuimus, sed quoniam illa, seu eorum proportiones, quæ in minimis, seu radicalibus numeris ea representant, inveniuntur in nervis, seu chordis, & altera alteri, seu adduntur, seu subducuntur, & sine horum cognitione, tabulæ, quæ præcessere, nec compositionis, & subductionis, τῶν λόγων πασῶν quas tibi supra promisimus intelligi possunt, è re fore judicavimus prius de illis agere eadem methodo, qua nunc usque usi sumus, quorum praxis est, quæ sequitur, accipe nervum, seu chordam, tende eam pro libitu supra magide, tensam circino divide in duas æquales partes, prima pars comparata cum secunda, h. e cum tota chorda faciet proportionem arithmeticam duplam, h. e. 1 ad 2. quæ constituit diapasῶn symphoniam, vulgò *octavam*; divide eamdem chordam, in tres æquas partes, duæ partes comparatæ cum tribus, h. e. cum tota chorda facient proportionem arithmeticam sesquialteram, h. e. 2 ad 3. quæ constituit diapente symphoniam, vulgò *quintam*; divide eamdem chordam, in quatuor æquales partes, tres partes comparatæ cum quatuor, h. e. cum tota chorda facient analogiam arithmeticam sesquitertiam, h. e. 3 ad 4. quæ constituit diatessarῶn symphoniam, vulgò *quartam*; divide eamdem chordam, in quinque partes æquales, quatuor partes comparatæ cum quinque partibus, h. e, cum tota chorda facient analogiam arithmeticam sesquiquartam h. e. 4 ad 5. quæ constituit ditonum, vulgò *tertiam majorem*; divide eamdem chordam in sex æquas partes, quinque partes comparatæ cum sex partibus, h. e. cum tota chorda facient analogiam arithmeticam sesquiquintam, h. e. 5 ad 6. quæ constituit semiditonum, vulgò *tertiam minorem*. De reliquis idem esto judicium. Addere verò intervalla intervallis, seu ea inter se componere, fit multiplicando alterius antecedens cum alterius antecedente, & consequens cum consequente, ex duobus illis antecedentibus fit unum antecedens, & ex duobus consequentibus unum conflatur consequens, cujus praxis hoc modo sese habet: Compone diapasῶn consonantiam vulgò *octavam*, h. e. proportionem duplam 1 ad 2. cum diapente consonantia, vulgò quinta, h. e. cum proportione sesquialtera 2 ad 3. duc minores numeros, h. e. antecedentia in se, h. e. 1 in 2. quæ faciunt 2. duc deinde majores numeros, h. e. consequentia in se, h. e. 2 in 3. quæ faciunt 6. numeri producti sunt 2 & 6. qui faciunt diapasῶn cum diapente, vulgò octavam cum quinta, h. e. proportionem duplam, cum sesquialtera, quorum exemplum esto, quod sequitur

	ad
diapasῶn, h. e. octavæ proportio	1. 2.
diapente, h. e. quintæ proportio	2. 3.
Numeri producti faciunt octavæ	2. 6.
cum quinta proportionem, quæ in numeris minimis, seu radicalibus est	1. 3.

Ergo octava, addita quintæ, producit octavam cum quinta, ut vides.

Consonantia diapasῶn verò composita cum diatessarῶn vulgò *quarta* nullam producit consonantiam; cujus rei reddit rationem Boëthius de Musica lib. 2. c. 25. Compone diapente vulgò *quintam*, h. e. proportionem sesquialteram 2 ad 3. cum diatessarῶn vulgò *quarta*, h. e. cum proportione sesquitertia 3 ad 4. duc minores numeros, h. e. antecedentia in se, h. e. 3 in 2. quæ faciunt 6. duc deinde majores numeros, h. e. consequentia in se, h. e. 4. in 3. quæ faciant 12. numeri producti sunt 6 & 12. qui faciunt octavam, h. e. proportionem duplam, quæ in minimis seu radicalibus numeris se habet ut 1 ad 2. quorum exemplum esto, quod sequitur.

	ad
Quintæ proportio	2. 3.
Quartæ proportio	3. 4.
Numeri producti faciunt octavæ proportionem in num. minimis est	6. 12. 1. 2.

Ergo quinta addita quartæ producit octavam.

Compone ditonum, vulgo tertiam majorem, h. e. proportionem sesquiquartam 4 ad 5. cum sequitono seu semiditono, vulgò tertia minori, h. e. cum proportione sesquiquinta 5 ad 6. duc minores numeros, h. e. antecedentia in se, h. e. 5 in 4. quæ faciunt 20. Duc deinde majores numeros, h. e. consequentia in se, h. e. 6 in 5. quæ faciunt 30. numeri producti sunt 20. & 30, qui faciunt quintam, h. e. proportionem sesquialteram, quæ in numeris minimis seu radicalibus est, ut 2 ad 3. quorum exemplum est, quod sequitur.

	ad
Tertiæ majoris proportio	4. 5.
Tertiæ minoris proportio	5. 6.
Numeri producti faciunt quintæ proportionem, quæ in numeris minimis est	20. 30. 2. 3.

Ergo ditonus vulgo *tertia major* additus sesquitonio vulgo tertiæ minori producit quintam; de reliquis idem esto judicium.

Dividere verò, separare, semovere, removere, resecare, seu adimere, subducere, subtrahere, intervalla intervallis fit multiplicando per decussim, cujus subtractionis praxis hoc modo se habet. Adime à diapasῶn consonantia vulgò *octava*, h. e. à proportione dupla 1 ad 2. diapente, vulgò *quintam*, h. e. proportionem sesquialteram 2 ad 3. decussatim eas multiplicando, numeri remanentes sunt 3 & 4. qui conficiunt diatessarῶn vulgò *quartam*, h. e. proportionem sesquitertiam 3 ad 4. cujus exemplum esto, quod sequitur.

	ad
Octavæ proportio	1. 2.
Quintæ proportio	2. 3.
Numeri remanentes	3. 4.

Ergo adempta quinta ab octava remanet quarta, cujus proportio est 3 ad 4.

Adime à diapasῶn consonantia, vulgò *octava*, h. e. à proportione dupla 1 ad 2. diatessarῶn consonantiam, vulgò *quartam*, h. e. proportionem sesquitertiam 3 ad 4. decussatim eas multiplicando, remanebunt numeri 4 & 6. qui conficiunt quintam, h. e. proportionem sesquialteram, quæ in numeris minimis se habet, ut 2 ad 3. cujus exemplum esto, quod sequitur.

	ad
Octavæ proportio	1. 2.
Quartæ proportio	3. 4.
Numeri remanentes sunt	4. 6.
Numeri radicales	2. 3.

Ergo ab octava, h. e. à proportione dupla 1 ad 2. adempta quarta, h. e. à proportione sesquitertia, h. e. 3 ad 4. remanet *quinta*, cujus proportio in numeris radicalibus est, ut 2 ad 3.

Adime à diapente vulgò *quinta*, h. e. à proportione sesquialtera 2 ad 3. ditonum, vulgò *tertiam majorem*, h. e. proportionem sesquiquartam 4 ad 5. decussatim eas multiplica, numeri remanentes sunt 10 & 12. qui faciunt sesquitonum, vulgò *tertiam minorem*, h. e. proportionem sesquiquintam, quæ in numeris radicalibus est 5 ad 6. cujus exemplum esto, quod sequitur.

	ad
Quintæ proportio	2. 3.
Tertiæ majoris proportio	4. 5.
Numeri remanentes	10. 12.
Numeri radicales	5. 6.

Ergo à quinta h. e. à proportione sesquialtera 2 ad 3. adempta *tertia majore*, h. e. proporrione sesquiquarta 4 ad 5. remanet *tertia minor*, cujus proportio in num. minimis est sesquiquinta, ut 5 ad 6.

Adime à diapente, vulgò *quinta*, h. e. à proportione sesquialtera 2 ad 3. sesquitonum, vulgò *tertiam minorem*, h. e. proportionem sesquiquintam 5 ad 6. decussatim eas multiplica, numeri remanentes sunt 12 & 15. qui faciunt ditonum, vulgò *tertiam majorem*, h. e. proportionem sesquiquartam, quæ in numeris minimis se habet, ut 4 ad 5. cujus exemplum esto, quod sequitur.

	ad
Quintæ proportio	2. 3.
Tertiæ minoris proportio	5. 6.
Numeri remanentes	12. 15.
Numeri radicales	4. 5.

Ergo adempta à *quinta*, h. e. à proportione sesquialtera 2 ad 3. *tertia minori*, h. e. proportione sesquiquinta 5 ad 6. remanet *tertia major*, h. e. proportio sesquiquarta, ut vides. At cum numeri producti ex compositione, seu remanentes ex subtractione fuerint majores etsi proportionem semper observant, atque volueris eos ad numeros minimos seu radicales reducere, hoc modo facies: Sint pro exemplo numeri producti ex compositione, ac remanentes ex subtractione proportionum, quas supra in exemplum adduximus, numeri producti ex compositione *octavæ* cum *quinta* fuere 2 & 6, quære aliquem divisorem communem, cujus inveniendi praxim te postea docebimus, quibus in numeris nullus, nisi 2 potest esse communis divisor, qui eos in minima æqua possit dividere. Numeri igitur producti ex hoc communi divisore erunt numeri minimi, seu radicales, quos *quotientes* vocant, hi verò sunt 1. & 3, cujus rei praxis hoc modo se habet.

Numeri producti ex compositione octavæ, cum quinta sunt 2 & 6. qui faciunt *octav.* cum *quinta* 2. 6.
Communis divisor 2.
Numeri minimi seu radicales 1. 3.

Numeri producti ex compositione *quintæ* cum *quarta* fuere 6. & 12. qui faciunt octav. hoc est proportionem duplam 6. 12.
Communis divisor 6.
Numeri minimi, seu radicales 1. 2.

Numeri producti ex compositione *tertiæ majoris* cum *tertia minori* fuere 20 & 30, qui faciunt *quintam* h. e. proportionem sesquialteram 20. 30.
Communis divisor 10.
Numeri minimi, seu radicales producti 2. 3.

Numeri remanentes ex subtractione *quartæ* ab *octava* sunt 4 & 6. qui faciunt quintam h. e. proportionem sesquialteram 4. 6.
Communis divisor 2
Numeri minimi seu radicales 2. 3.

Numeri remanentes ex subtractione *tertiæ majoris* à *quinta* sunt 10, & 12. qui faciunt *tertiam minorem* h. e. proportionem sesquiquantam. 10. 12.
Communis divisor 2.
Numeri minimi seu radicales 5. 6.

Numeri remanentes ex subtractione *tertiæ minoris* à quinta sunt 12 & 15, qui faciunt *tertiam majorem* h. e. proportionem sesquiquartam 12. 15.
Communis divisor 3.
Nnmeri minimi, seu radicales 4. 5.

In exemplis allatis per Senarii numeros progressi sumus, in quo cum omnes consonantiæ perfectæ, & imperfectæ inveniantur, hujus rei demonstrationem tibi gratam fore existi-

exiſtimantes hic appoſuimus, ejus numeri ſunt 1, 2, 3, 4, 5, 6, diapaſῶn conſonantia vulgò *octava* invenitur in proportione dupla quæ eſt à 1 ad 2. Diapente vulgò *quinta* conſiſtit in ſesquialtera proportione, quæ eſt à 2 ad 3. Diateſſarῶn, vulgò *quarta* conſiſtit in ſesquitertia proportione, quæ eſt à 3 ad 4. Sesquitonus, ſeu ſemiditonus, ſeu triemitonium, vulgò *tertia minor* conſiſtit in proportione ſesquiquinta, quæ eſt à 5 ad 6. ac ſicut *quinta* & *quarta* faciunt *octavam*, ita *tertia major*, & *tertia minor* inter ſe compoſitæ faciunt *quintam*. Nec ſolum in hoc myſterioſo numero adſcendendo reperiuntur conſonantiæ, ſed etiam deſcendendo. Etenim à 6 ad 5 eſt proportio *tertiæ minoris*, 6 ad 4 eſt *quinta*, 6 ad 3 diapaſῶn, vulgò *octava*, 6 ad 2 *octava* cum *quinta*, 6 ad 1 *octava* cum *quinta*, 5 ad 4. *tertia major*, 5 ad 3 *ſexta major*, 5 ad 2 *octava* cum *quinta*, 5 ad 1 *octava* cum *tertia majore*, 4 ad 3 *quarta*, 4 ad 2 *octava*, 4 ad 1 disdiapaſῶn vulgò *decima quinta*, 3 ad 2 *quinta*, 3 ad 1 *octava* cum *quinta*, 2 ad 1 *octava*. *Sexta minor*, quæ hic non habet locum eſt imperfectiſſima omnium conſonantiarum, ac ſe habet, ut 5 ad 8. Mirum verò videri poteſt nullam conſonantiam duplicatam præter *octavam* efficere conſonantiam, ſed omnes diſſonantiam. Nam *duæ quintæ* faciunt *nonam*, *duæ quartæ*, *ſeptimam*, *duæ tertiæ majores* faciunt quatuor tonos, *ſexta minori* minores: duæ tertiæ minores faciunt diſſonantiam minorem *quintâ*, majorem, *quartâ*. Eodem modo, ſi compoſueris duas *ſextas majores*, vel *minores alias diſſonantias* procreabunt. Quia omnium harum proportiones compoſitæ, ſeu multiplicatæ amittunt & genus & ſpeciem proportionis; *octava* verò conſonantia compoſita non mutat genus proportionis, ſed tantum ſpeciem. Manet enim vel tripla, vel quadrupla, & ſic ulterius progrediendo. Ac quoniam in hoc noſtro parergo commatis mentionem fecimus, operæ pretium fore exiſtimavimus explicare, quid ſit *comma* apud Muſicos. Nam *comma* apud Rhetores, & Grammaticos, lippis & tonſoribus, ut ajunt, notum eſt. Id nominis apud Græcos ſonat *ſegmentum*, ſeu *inciſum*. Hinc ſumptâ metaphorâ apud Muſicos Theoricos eſt exceſſus, quo intervallum intenſum ſuperat remiſſum ejuſdem ſpeciei, quem exceſſum, ſeu mavis differentiam appellare, Muſici Practici, qui intervallorum judicium, inconſulta ratione, auditui tantum permittunt, & ſi eorum aures in fidibus vel minima ſentiunt, dignoſcere non poſſunt. Senſus enim noſtri non ſunt adeo perſpicaces, ut exactum reperire poſſint in quolibet objecto propoſito. Id enim rationis eſt proprium at propinquum ſolummodo inveniunt, & exactum à ratione oblatum accipiunt, ut optimè notavit Ptolemæus initio Libri primi Harmonicorum. Illius proportio eſt, ut 80, ad 81. unum omnium apponam exemplum brevitatis gratia, reliqua curioſus Lector per ſe juxta ſubductionis regulam facilè experiri poterit, ſi ſubduxerit proportioni majori minorem, ſubducamus igitur tono majori minorem & habebimus quæſitum

Tonus major	8	9
Tonus minor	9	10
Comma	81	80

Quod ſi de alicujus intervalli proportione dubitaveris, an certa ſit, nec ne, ac volueris eam ad examen revocare, hac in re hoc modo te geres: Primum vide, an intervallum illud, de cujus proportione dubitas, ſit ſimplex, an compoſitum. Si eſt ſimplex (hujuſmodi tantum ſunt ſemitonia) revoca ejus proportionem ad chordotomiam, de qua ſupra locuti ſumus, quæ tibi patefaciet conſulto auditu certitudinem. Exempli gratia, fac te dubitare de proportione ſemitonii majoris, quæ eſt ſesquidecimaquinta, ac in numeris minimis ſeſe habet, ut 15 ad 16 divide chordam in ſexdecim æquales partes, compara quindecim ejus partes cum ſexdecim, h. e. cum tota chorda; conſule auditum, eam percutiendo invenies certam eſſe proportionem: at verò in intervallis compoſitis non ſolum hâc viâ eundum eſt, ſed poſſunt etiam diſſolvi in partes, ex quibus, ſeu conſtant, ſeu componuntur. Exempli gratia, fac te dubitare de proportione ſemidiateſſarῶn magnæ, quæ eſt ſuper vigintinovempartiens nonageſimas ſextas, ac in numeris ſe habet, ut 96 ad 125. Vide ergo ex quibus intervallis componitur & ubi locorum in vocibus reperitur. Hoc intervalli componitur ex duobus ſemitoniis minori, & majori, quæ tonum minorem conficiunt, & ex tono majori & ex Semitonio minori, in vocibus verò invenitur a b molli E. ad ♮ G. diſſolve id in eaſdem partes gradatim procedendo atque invenies eſſe, quæ ſequuntur,

	ad
à b molli E. ad E. ſemit. minus, cujus prop. eſt, ut	24. 25.
à E ad F. ſemiton. majus cujus prop.	15. 16.
à F. ad G. tonus major, cujus proportio eſt.	8. 9.
à G. ad ♮ G. ſemiton. minus cujus prop.	24. 25.

Duc igitur duos minores numeros antecedentes in ſe, h. e. 24 & 15. qui faciunt 360, ut vides

24
15
120

Duc deinde numeros 360 productos ex prioribus in 8. qui faciunt, ut apparet 2880, duc hos in 24. qui faciunt, ut patet numeros 69120, quæ eſt tota ſumma minorum terminorum.

24
360
8
2880
24
11520
5760
69120

Duc deinde majores numeros conſequentes in ſe, h. e 25 in 16, qui faciunt, ut claret numeros

25
16
150
25
400

Duc dictos numeros 400 in 9, qui faciunt, ut vides

400
9
3600

Duc hos 3600 numeros in 25, qui faciunt ut vides, numeros 90000. Et hæc eſt ſumma majorum terminorum. Jam igitur habes proportionem ſemidiateſſarῶn magnæ in majoribus numeris, 90000 quæ ſeſe habet ut 69120 ad 90000. qui ad numeros, ſeu terminos minimos, ſeu radicales ſunt reducendi, cujus praxis hoc modo ſe habet. Prius ex illis majoribus terminis, ſeu numeris eliciendus eſt quotus per eorum diviſionem, diviſio verò eſt, qua diviſor ſubducitur à dividendo, quoties in eo continetur, & habetur quotus, quod toties perages, donec nullus numerus ex duobus illis, h. e. ex dividendo, & ex diviſore ſit reliquus. Tunc enim ultimus diviſor eſt quotus, at numerus minor, qui in prima diviſione fuit diviſor in ſecunda fit dividendus, & reliquus ex prima, in ſecunda diviſione fit diviſor, & ſic vice verſa in reliquis diviſionibus donec nullus numerus ſit reliquus, exempli gratia

Prima diviſio. 208 (1

Secunda diviſio 4 (3

Tertia diviſio 14 (3

Quarta diviſio 7 (4

Quinta diviſio (2

In hac quinta diviſione, ut vides, diviſio eo uſque proceſſit, ut dividendus ſit idem cum diviſore, tunc hic ultimus diviſor eſt numerus quotus duorum illorum numerorum, quos in diviſionem aſſumpſiſti, ac ideo communis quoque diviſor. Divide ergo utrumque illorum nume-

merorum, per communem divisorem, & ex unoquoque remanebit proportio in numeris minimis, seu radicalibus, cujus praxis hoc modo se habet:





In hoc præcedenti schemate quatuor insunt praxeis; prima componendi simul plures proportiones. Secunda subducendi numerum quotum; tertia inveniendi communem divisorem; quarta inveniendi proportiones in terminis, seu numeris minimis, seu radicalibus, quam nobis dedit Theodorus Hillensbergius amicus noster ὑπὲρφιλ☉, qui dotes quoque arithmeticas reliquis sui ingenii addidit.

Tabula, in qua continentur omnia intervalla quæ reperiuntur in hodiernis instrumentis Musicis, Organo, Clavicymbalo, & Harpa duplicis ordinis, eorum proportiones & nomina inter Musicos Theoricos & practicos.

Num. interva.	Nomina inter Musicos Theoricos.	Nomina inter Musicos Practicos.	Prop. compar.	
1	Semitonium Minimum.	Secunda Minor.	25	ad 27
2	Semitonium Minus.	Secunda Minor.	24	25
3	Semitonium Majus.	Secunda Minor.	15	16
4	Tonus Major.	Secunda Major intensa.	8	9
5	Tonus Minor.	Secunda Major remissa.	9	10
6	Semisesquitonus Major.	Semisesquitonus Major.	64	75
7	Semisesquitonus Minor.	Semisesquitonus Minor.	108	125
8	Semisesquitonus Minimus.	Semisesquitonus Minimus.	125	144
9	Sesquitonus, seu Semiditon. intensus.	Tertia Minor intensa:	5	6
10	Sesquitonus remissus.	Tertia Minor remissa.	27	32
11	Ditonus intensus.	Tertia Major intensa.	4	5
12	Ditonus remissus.	Tertia Major remissa.	81	100
13	Semidiatessarωn Magna.	Semiquarta Magna.	96	125
14	Semidiatessar. Major, seu intensa.	Semiquarta Major, seu intensa.	25	32
15	Semidiatessar. Minor, seu remissa.	Semiquarta remissa.	125	162
16	Diatessar. Major, seu intensa.	Quarta Major, seu intensa.	3	4
17	Diatessarωn Minor, seu remissa.	Quarta Minor, seu remissa.	20	27
18	Tritonus Major, seu intensus.	Tritonus Major, seu intensus.	18	25
19	Tritonus Minor, seu remissus.	Tritonus Minor, seu remissus.	32	45
20	Semidiapente Major, seu intensa.	Semiquinta Major, seu intensa.	25	36
21	Semidiapente Minor, seu remissa.	Semiquinta Minor, seu remissa.	45	64
22	Diapente Major, seu intensa.	Quinta Major, seu intensa.	2	3
23	Diapente Minor, seu remissa.	Quinta Minor, seu remissa.	27	40
24	Semiexachordus.	Semisexta.	125	192
25	Hexachordus Minor intensa.	Sexta Minor intensa.	5	8
26	Hexachordus Minor remissa.	Sexta Minor remissa.	50	81
27	Hexachordus Major intensa.	Sexta Major intensa.	3	5
28	Hexachordus Major remissa.	Sexta Major remissa.	16	27
29	Tetratonus Major, seu intensus.	Quatritonus Major, seu intensus.	16	25
30	Tetratonus Minor, seu remissus.	Quadritonus Major, seu remissus.	81	125
31	Semieptachordus Major, seu intensa.	Semiseptima Major, seu intensa.	75	128
32	Semieptachordus Minor, seu remissa.	Semiseptima Minor, seu remissa.	125	216
33	Pentatonus.	Pentatonus.	72	125
34	Heptachordus Minor intensa.	Septima Minor intensa.	5	9
35	Heptachordus Minor remissa.	Septima Minor remissa.	9	16
36	Heptachordus Major intensa.	Septima Major intensa.	8	15
37	Heptachordus Major remissa.	Septima Major remissa.	27	50
38	Semidiapasῶn.	Semioctava.	25	48
39	Diapasῶn.	Octava.	1	2

Hæc sunt, quæ de *Analogia Arithmetica*, *& intervallis circa Musicam* dictu digna notare videbantur, quorum correctionem limatissimo eruditorum hac in arte auditui, una cum judicio conjuncto lubentes submittimus. Nunc ad commemorationem auctorum, qui restant, pro destinati ratione stylus dirigendus est.

TRI-

TRYPHON Sine cognomento ex παρωνύμοις, in Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες, Ἄγκυρα, Ἀπωλλωνία, Λήμνος. Sine operis nomine, in Αὐλὶς, Ἥλις, & alibi. Fuit Grammaticus, & Poëta Alexandrinus, Ammonii filius, claruit sub Augusti temporibus, & ante, ut tradit Suidas, qui ejus opera recenset.

V.

ULPIANUS. Sine cognomento ex Arabicis in Ταῦροι, quis fuerit, haud facile dictu est. Celeberrimus enim ille jurisconsultus nihil habet cum hoc commune, præter nomen.

Adrianus Imp. comminiſcitur oracula. 86. 68. in honorem ſui ephebi ſeu catamiti *Antinoi* ſeu *Antini*, *Antinoem* condit. *ibid.* oriundi ex urbe Bithyniæ, Birhynio ſeu Claudiopoli. *ib.* quem Adrianus adeò deperibat, ut eum in Deos referret, & in ejus gratiam nonmodò templa & ſacerdotes, ſed etiam prophetas & agonem inſtitueret. *ibid.* atque diceret, *ſe videre Antinoi ſtellam inter ſidera.* 87. 68. gloriæque maximè ambitioſus ipſam Carthaginem, Athenarumque partem aliaſque urbes nominat è nomine ſuo *Hadrianopoles.* 69. 87. Idem Imp. cur magnificentius exſtruxerit Pompeji tumulum. 96. 42. Eodem Imperatore Hiſpaniam illuminâſſe Romam. 473. 70.

Adrianopolin urbem Thraciæ celeberrimam Turci quando ceperint imperiique ſui regiam conſtituerint 211. 48.

Adrotta maritimum Lydiæ oppidum. 24. 55.

Adru pro Adaru perperam ſcribitur apud Ptolomæum. 22. 35.

Adrymes, etis, vel Adrymetus urbs Lybiæ munita & ab Agathocle obſeſſa. 24. 57.

Adulatio Græcorum tanta, ut Antinoum, volente Adriano, conſecraverint, aſſerentes, dari per eum oracula. 87. 68.

Adulicum ebur. Vide *Adulis.*

Adulicus ſinus. Vide *Adulis.*

Adulis, Adule, Aduliton vel Adulitarum oppidum fuit urbs Æthiopum. 22. 39. ejus ſitus. *ibid.* ebur optimum. *ib.* ſinus. *ib.*

Æa urbs Colchorum celeberrima. 30. 98. à qua Medea & Circe dicuntur *Æææ. ibid.* ejus fluvii circumfluentes Hippos & Cyaneos. 30. 98. ejus etymon. 31. 99.

Æa Colchicæ regio olim dives auro, argento, cæterisque metallis. 31. 98. quorum gratiâ Poëtæ fabulantur de *Aureo vellere. ib.* quæ Jaſoni expeditionis cauſam præbuerunt, atque Phryxum ante eundem ad eandem navigationem impulerant. *ibid.*

Æbura vel Ebura urbs Iberiæ in Carpetania 31. 4. Hiſp. *Talavera de la Reyna. ibid.* ejus incola Eburæus. *ibid.*

Æbudæ, Ebudæ, Hæbudes inſulæ quinque Britanniæ. 31. 3. earum ſitus, numerus, nomina non ſat perfectè ſciuntur. *ibid.* incolarum Rex, lex, victus, fœminæ uſuriariæ. *ib.*

Æcalon Latinis *Æculanum*, caſtellum Italiæ. 42. 74.

Ædepſus & per μετάθεσιν vocalium *Ædipſus.* 38. 56.

Ædeſſam & *Ægeam* eſſe diverſas Æmathiæ Macedoniæ regionis urbes. 32. 10. *Ædeſſæ* etymon. *ib.* incolæ vel Ægæi à diſyllabo. Ægæ. 33. 13. vel *Ægeathæ* ab Ægææ triſyllabo. 33. 13. 15.

Æduſii prope Galliam Celticam vocantur *fratres populi Romani.* 39. 58. putantur eſſe Ædui ſeu *Hedui* qui primi omnium exterarum gentium ſunt Jus Senatorum in Urbe adepti. *ibid.* aliis creduntur eſſe *Burgundiones. ib.*

Ægæ urbs una in Myrinæa Æolidis regione. 33. 11. alia Eubœæ 33. 12. à qua nomen accepit *Ægæum pelagus. ibid.*

Ægarum una urbs Ciciliæ celeberrima Æſculapii templo. 32. 9. deſtructo à Conſtantio. *ibid.* altera urbs Macedoniæ dicta *Melobotira* prius. 32. 10.

Ægas Macedoniæ fuiſſe antiquorum hujus regionis Regum ſedes, in quibus eos ſepeliri mos erat. 32. 10.

Ægas à ſe occupatas cur Caranus Macedoniæ Rex nominet Ægeas. 32. 10.

Ægates promontorium Æolidis. 32. 5. vel Ægân. *ibid.* aliàs Cana vel Canæ. *ibid.*

Ægeis una ex Atticis tribubus. 34. 24. ejus etymon. *ibid.*

Ægeli populi Mediæ. 34. 24.

Ægelos Medicam gentem fuiſſe Æglos Perſarum. 34. 24.

Ægeſtæos dici Thesprotos. 34. 21 qui fuêre incolæ Thesprotiæ regionis Epiri. 34. 21.

Ægeus campus ubi. 32. 7.

Ægeus pontus. 32. 6. vulgò *Archipelago. ibid.* ejus ſitus *ib.* ex quo adagium de verſantibus in magno periculo. *ib.*

Ægialus locus inter Sicyonem & Buprafium. 34. 25. Latinè *littus. ib.* Aliàs Ægillus prope Pontum poſt Carambin promontorium. 34. 26. ejus pagus cognominis. *ib.*

Ægicoreus una ex IV. Athenienſium tribubus. 34. 29. aliis Αἰγηΐς. *ibid.*

Ægienſes & Æginenſes eſſe Eraſino eoſdem ob nominis ſimilitudinem. 36. 44.

Ægii eſt datum concilium legatis Antiochi Ætolorumque à Quintio Conſule. 36. 43.

Ægilia oppidum Antiochidis Athenienſium tribus. 35. 31. ejus caricæ. *ib.* popularis Agilieus. 35. 32.

Ægilia inſula inter Cretam & Peloponneſum Styreorum. 35. 33.

Ægilips locus prope Crocyliam Epiri. 35. 34. *Ægilipa* verò epithetum. *ibid.* eo quod capras pinguefacit. *ibid.*

Ægimion Opus non exſtat. 3. 9. cujus autor creditur vel Heſiodus, vel Cecrops Mileſius. *ibid.*

Ægimorus vel Ægimurus inſula Libyæ ſinum claudens, in quo Carthago, à qua urbs diſtabat fermè triginta millia. 35. 36. ad quam inſulam Romani Fabio Buteone Cos. claſſem Carthaginienſium cecidêre. *ib.*

Ægina de qua dictum Demadis lepidum. 35. 37. nomen inſulæ. 728. 18.

Æginarum trium una Cycladum inſula. 35. 37. Ære Æginetico inſignis. *ibid.* ejus etymon. *ibid.* nomina antiquiora. *ib.* imperium maris. *ib.* pugna navalis cum Athenienſibus. *ib.* Heroës aliique viri celeberrimi *ib.* incolæ anteriores atque poſteriores. 35. 38.

Æginetæ ſervum dici *Æginetico.* 35. 39.

Æginetas appellata fuiſſe vaſa fictilia elaborata in inſula Ægina. 194. 24.

Ægino videtur opponi Ægineticum. 35. 39.

Æginium urbs Illyriorum. 36 42. vel Theſſaliæ. *ibid.*

Ægium urbs Achaiæ totius præcellentiſſima. 36. 43. ejus gloria & potentia *ibid.* cujus agros præterfluit amnis Phœnix. *ib.* cives Ægiei ſeu Ægienſes 36. 44.

Ægira urbs Achaiæ 33. 15. ejus ſitus. *ibid.* navale. *ibid.* etymon. 33. 16. olim *Hypereſia.* 33. 16. etymon. 33. 17. *Ægiratæ* incolæ 33. 16.

Ægiruſa urbs Megaridis 33. 18. vel, ſi mavis, Ægirus Methymnæa pagus. *ibid.* alia Ægiruſa urbs Æolidis. 34. 20.

Ægis urbs Laconica 38. 54. 55. ejus ſitus. *ibid.* oppidani Ægitæ. *ib.*

Ægos potami urbs in Hellesponto maritima 36. 46. apud quam Lyſander vicit Athenienſes. *ibid.*

Ægyſthena vel Agoſthena, orum, urbs Megaridis. 36. 45.

Æguſa, Æthuſa, inſula Libyæ Libybus dicta *Catria.* 37. 47 ubi Romani C. Luctatio A. Poſth. Coſſ. navali prælio Carthaginenſes duce Hannone vincunt. *ibid.* quo major non aliàs in mari pugna. *ib.*

Ægyptia quomodo ſumaturpro regione Ægypti. 727. 7

Ægypti linguam ignorantes ab Ægyptiis vocari *Barbaros.* 535. 90.

Ægypti pyramides adeò fuiſſe notas ac earum auctores ignotos. 37. 50. juſtiſſimoque caſu obliteratos tantæ vanitatis magiſtros. *ibid.*

Αἰγυπτιάζειν eſt imitari mores, linguam & dolos Ægyptiorum. 37. 50. qui in communi vita fuêre vafri & impoſtores. *ibid.* in Religionibus autem non ſolum ridiculi, ſed etiam inſani. *ibid.* adorantes Solem, Lunam & aſtra. *ib.* Scarabæos pro Diis habentes. *ib.*

Ægyptii (quorum inſania in Religione fuit tanta ut *Mygalem* adorarent. 29. 88, atque in Deos conſecrarent non ſolum beſtias tam inutiles quàm noxias, ſed etiam olera. *ib*) *Saturno* recepto, cui hoſtiæ mactabantur, fana extra pomœria locabant. 37. 50. amantes tempore famis potius veſci carnibus humanis quàm deguſtare ſua ſacroſancta animalia bruta. *ibid.* Ipſi Romanum quendam ob felem, *citra voluntatem*, necatam quomodo puniant. *ibid.* id quo cæteri veſcuntur, Deum credunt eſſe. *ibid.* Ipſos non habuiſſe Deos eosdem. *ibid.* dum *Mnevis* Hetiopoli, *Crocodillus* alibi, Ichneumon alibi, *Apis* Memphi colebantur. *ib.* Apis autem erat bos certis notatus ſignis. *ibid.* omnibus ſtudioſe certantibus, apud quos erat locandus. *ib.*

Ægyptii nominis etymon à lingua Græca petere eſt ſtultitiæ. 137. 52.

Ægyptiorum numina naſci in hortis. 37. 50.

Ægyptiis nunquam fas erat Deos placare pecudibus aut ſanguine, ſed precibus & thure. 37. 50.

Ægyptios eò inſaniæ deveniſſe, ut in in Deorum numerum talia animantia bruta retulerint, à qualibus humanum genus nullam accepit utilitatem.

tatem. 127. 91. & quadrupedes bipedesque pro Diis coluerint. 545. 4.

Ægyptus tam fluvius 37. 48. aliis dictus *Nilus* ex Hebræo corrupto *Naal. ib.* quàm regio nomen trahens ab *Ægypto* Rege filio Beli ex *Aëria* quæ etiam *Potamitis* vocatur. 37. 49. *Potamis* verò inde Ægyptus. *ibid.* (quæ aliis dicitur vel *Æeria. ib.* vel *Chemia.* 38. 52. sed nonnullis unde dicatur vel *Hermochymios. ib.*) vel cur *Hephæstia* & *Melambolos. ib.* Hebræis autem nominatur *Erez Cham. ib.* seu *terra filiorum Chami ibid.* vel *Mesre*, *Mitsraim* & *Mestræa.* 37. 48. à secundo Chami filio. *ibid.* unde Ægyptii denominantur Mesræi. *ibid.* qui populus quot Talenta feratur erogâsse in cœpas, allium raphanosque. 37. 50.

Ægyptus distributa vel in Nomos. 29. 88. vel in parvam, majorem, minorem. 38. 53.

Ælanitæ dicuntur Arabes ab urbe Ælana. 16. 97.

Ælanum urbs aliis dicitur *Ælat*, *Elana*, *Ailat*, *Ahilat*, *Ailoth*, *Ela*, *Eilat*, *Eilam*, *Haila*, vel *Aila.* 42. 75. ab Hebræo *Ailath* vel *Aileth. ib.*

Ælanum, *Leana*, *Ælana* urbs Arabiæ prope Egram ad Ælanitem sinum. 42. 75. ejus etymologia. *ib.* situs *ib.*

Ælia vel Ælia Capitolina, olim *Hierosolyma*, urbs Palæstinæ. 42. 76. quam cur Ælius Adrianus Imperator ita nominârit. *ib.*

Æmonia urbs Arcadiæ. 43. 80. ejus etymon. *ib.* Æmonia etiam dicitur *Thessalia* Græciæ regio. 43. 78. ejus etymon. *ib.* nomina varia. *ib.* unde *Hæmonius* id est, Thessalicus. *ibid.*

Æmus nomen montis. 221. 24.

Æmus vel Hæmum mons Thraciæ, non Thessaliæ. 43. 81.

Ænea locus seu potius urbs Thraciæ. 43. 82. quam alii *Æneadas* vocant. *ib.* & 44. 83. ejus conditor. *ib.* situs. 43. 82. in qua quotannis conditori Æneæ sacrificium fiebat cum magna ceremonia. *ib.*

Ænia urbs Perrhæborum. 44. 84. ejus incolæ *Æniei*, *Ænianes*, *Æniensis.* 44. 84. & 85. & 86.

Ænus nomen urbium V. quorum celebrior Thraciæ erat vicina Macedoniæ, dicta *Absynthos*, vel *Poltymbria*, vel *Poltiobria* 44. 88. Ænus autem nomen habet ab Ulyssis socio ibi sepulto. *ib.* ejus situs. *ib.* ex hac urbe Thraces venisse auxiliaturos Trojanis. *ib.*

Æolia Æoli insula. 45. 92. à quo ei nomen. 45. 92.

Æoliæ insulæ IX. Servio. VII. Plinio. 45. 92. aliis vel *Hephæstiades*, vel *Liparæorum*, vel *Æoliæ Vulcani. ibid.* dictæ πλωλαὶ, i. e. *navigabiles. ib.*

Æoliæ insulæ nominantur *Didyme*, *Ericusa*, *Euonymos*, *Hiera*, *Phœnicusa*, *Strongyle*, *Lipara*, olim dicta *Meligunis*, à qua tanquam maxima reliquæ omnes nominabantur *Liparæ.* 45. 92.

Æolides insulæ septem. 619. 60.

Æpea urbs una Laconicæ. 46. 94. aliis *Thuria. ibid.* gerens acutum in antepenultima ad differentiam Adjectivi αἰπεῖα, i. e. *alta*, *ibid.* altera Cypri 46. 95. condita à Demophonte Thesei filio. *ib.* à Philocypro translata. *ibid.* quam *Solos* vocant. *ib.*

Αἰπὺ significat *excelsum*, Αἶπυ verò est nomen urbis. 46. 98.

Æpy est urbs Messeniæ quæ est regio Peloponnesi. 46. 96. Quid sit ἔνυλλον Αἶπυ 46. 97.

Æria nomen Thessaliæ. 25. 59. ejus etymon. 25. 60. urbs Celticæ in Gallia Narbonensi. 25. 61. ejus etymon. *ibid.* nec non nomen *Ægypti* ab aëre 25. 59. vel Cretæ. *ib.* quæ etiam dicta vel Idæa. 25. 63. vel Doliche ob longitudinem. *ib.* sic etiam dicta fuit mater cujusdam Regis Ægypti. 38. 51.

Æsculapius an apud Lethæum flumen natus sit. 665. 39.

Æson urbs Thessaliæ vel Magnesiæ. 47. 1. ejus etymon. *ib.*

Æsyme urbs Thraciæ. 46. 99.

Æthea urbs Laconicæ una de 100. cujus incolæ *Æthees* seu *Ætheenses.* 39. 59.

Æthale seu *Æthala* Græcis *Ilva* Latinis insula prædita fodinis metalli 39. 60. ejus etymon. 39. 61. τὴν αἰθάλην autem esse Suidæ τὸ ἐκ καμίνου μέλαν, i. e. *ex camino nigrum* nempe *fuliginem. ib.*

Æthalia Latinis *Ilva* dicta. 118. 18.

Æthalidæ populus seu oppidum Leontidis tribus. 40. 65.

Æthicia Thessaliæ regio in monte Pindo. 40. 67. cujus incolæ *Æthices. ib.*

Æthiopes Ethnicis dicuntur αὐτόχθονες affirmantibus, eos extitisse omnium hominum primos. 40. 68. 41. 70. Eosdem præ cæteris hominibus nimium solis ardorem perferre posse. 41. 68. invictosque evasisse ob suam in Deos pietatem Philosophi rati sunt. *ibid.* Æthiopes tamen Ægypto conterminos subegit Cambyses Persarum Rex. *ib.* cujus successoribus Herodoti ætate, munera tertio quoque annorum portarunt. *ibid.* eos fuisse primos Deorum cultores. 41. 71. & inveniſse sacrificiorum pompas, conventus solennes aliaque quibus homines Deo honorem impendunt. *ib.* in quorum Æthiopiam Jupiter cum cæteris Diis fingitur proficisci ad sacrificia epulumque commune. *ib.* unde denominentur *Cephenes.* 330. 89.

Æthiopiam & Chus esse nomina ἰσοδαιμόνια. 38. 52. Æthiopiam Hebræis vocatam fuisse *Admath bene Cham. ib.* Chami quippe filios fuisse *Chus* & *Mitsraim. ibid.* Æthiopiam totam intensissimus solis æstus quando incenderit. 40. 68. quæ est vel vetus, vel hodierna. 41. 70. vel Orientalis, vel Occidentalis. *ibid.* putatur terrarum prima fuisse compacta. *ib.* ferens aurum, gossypium, ebenum. *ib.* & 41. 70.

Æthiopicæ linguæ Institutiones editæ à *Valerio Dorico.* 41. 70.

Æthiopicæ linguæ Grammatica evulgata à *Wilhelmo Schickardo.* 41. 70.

Æthiopici nominis Etymologiam ab Hebræa lingua quærere non esse ἀπροσδιόνυσον, cum illa mutuetur aliquot nomina ab hac. 142. 79.

Æthiops vel Αἰθιοπεύς Græcis dicitur quod faciem sit adustus sole. 40. 68. Æthiopiæ incolæ Hebræis sunt *Chusim* à Chuso Chami filio. *ib.* Chusæorum coloni Ægyptii. *ib.*

Æthiopium locus Lydiæ ad Hyllum fluvium. 41. 72. vel oppidum Eubœæ *ibid.* ejus etymon. *ibid.*

Æthiopum alii sunt trans Ægyptum, sive à solis ortu ἡλιοτρόπες, dicti, alii verò ex Libya crispissimis præditi crinibus. 41. 68.

Æthræa nomen Rhodi 577. 41.

Ætna urbs Siciliæ Hieronis opus 47. 5. castellum munitum. 47. 5. quod ævo cessit. *ib.*

Ætolia Græciæ regio inter Acarnanes & Locros. 47. 6. olim *Hyantis*, *ib.* Ejus etymon & partes, *antiqua* & *acquisita. ib.* urbes *Calydon* & *Pleuron. ib.*

Ætolica gens prima in Græciam abduxit Romanos, unde totius Græciæ servitus. 48. 7. servitutem illâ duriorem hodiè experitur Græcia sub Turcis. *ib.*

Æxonia urbs Magnesiæ juxta Mæandrum fitæ. 45. 90.

Æxone Cecropidis tribus oppidum. 45. 91. cujus oppidani tamquam maledici apud Athenienses carpuntur. *ib.*

P. Africani superioris castitas in virginem Carthaginis bellam. 363. 71.

Ἄγαλμα gemma. Unde Agalmæus vel Agalmites. 617. 50.

Agame, Agamea seu Agamia portus & promontorium circa Trojam. 12. 72. ejus nominis formatio duplex. 12. 73.

Agamede vel locus circa Pyrrham Lesbi. 11. 70. quæ urbs obiit. *ib.* vel nomen fontis 12. 71. vel fœminæ ob veneficia illustris. *ib.*

Agamus urbs circa Heracleam Ponticam. 12. 74. ejus etymon. *ib.*

Agareni ad orientem Galaad habitarunt pecoribusque fuerunt ditissimi. 16. 99.

Agasus, Agessus, Agassa vel Agassæ, arum urbs Thraciæ sive Macedoniæ. 13. 81.

Agathe seu Agatheia urbs Ligurum vel Celtarum. 10. 63. vel Phocaënsium *ib.* vel Galliæ Narbonensis oppidum. *ib.* vel Ἀγαθὴ τύχη. *ib.* vel ἀγαθὴ πόλις. *ib.* vel Gallorum *Monpelliers. ib.* vel Lyciæ insula. 10. 64.

Agathocles Siciliæ tyrannus. 124. 65.

Ἀγαθοδαιμονίζειν sunt qui parum vini bibunt. 11. 65.

Ἀγαθῆς Δαίμονος νῆσος. i. e. *Boni genii insula.* 11. 65. Ejus situs. *ib.* In conviviis autem Ἀγαθῆ Δαίμονος poculum post cænam dabatur non audentibus bibere multum vini. 11. 65. post quod poculum statim mensa auferebatur. *ib.*

Agathyros navale & amnis circa Byzantium. 30. 91.

Agathyrsa, vel Agathyrsum, vel Agathyrium, vel Agatyrna, vel Agathyrnum Siciliæ oppidum. 11. 66. ab Agathyrno conditum. *ib.*

Agathyrsi populi vel Europæi in Sarmatiæ Europæ situ. 11. 67. vel Asiatici inter Scythiæ gentem intra montem Imaum. *ib.* mores eorum. *ib.* quos Maro *pictos* vocat. 11. 67. gaudentes capillo cæruleo. *ib.* aurum maximè gestantes. *ib.* mulieribus communibus se miscentes. *ib.* nihil neque livoris, neque odii exercentes mutuo. *ib.*

Aghatana, vel potius *Ecbatana* seu Batanea urbecula Syriæ 12. 76. alia Ecbatana Mediæ. 12. 77. jussu Deioc-is

cis primi Medorum Regis ædificara. *ibid.* ubi Camby ſes obiit. *ib.*
Agdiſtis an ſit mater Idæa. 545. 47.
Agium locus Scythiæ, ubi Aſclepius colebatur. 13. 82. eſt *mons Sanctus. ib.*
Agnonia urbs Thraciæ. 15. 93. ejus ſitus. *ib.* à quo condita. *ib.*
Aguotes populi Celticæ prope Oceanum. 16. 94. Plinio *Anagnutes. ib.* inter populos Aquitaniæ. *ib.*
Agnûs, untis, populus in Attica Demetriadis tribus. 15. 90 vel Acamantidis. *ib.* vel Attalidis. *ib.* vel Æolidis. *ib.* ejus etymon. 15. 92.
Agora urbs in Cherſoneſo. 16. 95. ſignificat *forum. ibid.*
Agoræum tichos urbs Europæ in Helleſponto. 16.
Agra, æ, & Agræ, arum, nomen diverſorum oppidorum. 16. 97. quorum celeberrimum erat Agra Leanitarum ſeu potius Ælanitarum, Arabum regia. *ib.*
Agraule populus Erechtheidis tribus Athenis. 17. 4. dictus ab Agraulo Cecropis filia. *ib.* an ſcribatur ſine a. *ib.* in quo ſibi Stephanus non conſtat. *ib.*
Ἀγραυλ© *in agro pernoctans.* 17. 5. Vide *Cecropis filiæ.*
Agræi vel populi Arabici nominati ab urbe Agra eorum regia. 16. 99. & 2. vel gens prope Acarnanes. *ib.* quorum regio Thucydidi dicitur *Agrais.* 16. 3.
Agraii, Agriæ, Agrianes, Agriani populi Pæoniæ ſunt 17. 7. inter Hæmum & Rhodopen. *ib.* in regione *Agrianice. ib.* ita dicti ab Ungariæ urbe *Agria. ib.* hodie *Erlau. ibid.* Vel Agriani & Pæones ſunt diverſi. *ib.*
Agri qui. Vide *Aſpurgianos.*
Agrigentum fuiſſe Rhodiorum coloniam. 133. 25.
Agrippinam fuiſſe nurum Tiberii Neronis, Germanici uxorem, C. Cæſ. Caligulæ matrem. 525. 30.
Agrippium non fuit nomen urbis, ſed domus cujuſdam regiæ ab Herode ædificatæ. 84. 49.
Agyia locus oſtendens viam ducentem in Urbem. 18. 11. ejus etyma & forma. *ibid.*
Agyiæ erant ſtatuæ ſine manibus pedibuſque in viis poſitæ, & dicatæ vel Apollini, vel Dionyſo, id eſt, Baccho, vel Mercurio. 18. 11.
Agylla urbs Tyrrheniæ populoſa. 18. 12. à Pelaſgis condita. *ibid.* fluvius, hodie *Vacina fiume. ib.* thermæ *Apollinares. ib.* nunc vulgò *Stillanæ. ib.* navale *Pyrgi* i. e. *turres. ib.* ejus gloria à Mezentii regia. *ib* ejus ſitus, antiquitas, felicitas, opulentia, potentia, fortitudo, juſtitia. *ibid.* ejus incolæ *Agyllæ* à latrociniis abſtinent. *ibid.* Tullio Regi Rom. ob generis humilitatem obedire renuunt. *ibid.* Theſaurum Apollini Pythio Delphis conſecrant. *ib. Agylla* dicitur etiam *Cære.* 19. 14. & veniens in poteſtatem Tyrrhenorum *Cæreta.* 19. 15. cujus incolæ *Cæretani* & *Cærites*, ut ab Agylla *Agyllani.* 19. 16.
Agyrena, Agurium, Agyrion, urbs Siciliæ. 19. 17. hodie *S. Philippo d' Agyron. ib.* Diodori Siculi patria *ib.* civitas honeſta & illuſtris antiquitate, divitiis, ſummiſque aratoribus. *ib.* necnon Tyrannis. *ibid.* Incolæ *Agyrini. ib.*
Ala & *Banda* quid Carum lingua ſignificet. 57. 67. & 69.
Alabanda dicta aliquando *Antiochia.* 57. 67. urbs Cariæ una, (duas enim fuiſſe non ſat probatur. 57. 67. & 68.) olim fortunatiſſima. 57. 67. ubi etiam allegoricè dicitur *aſellus ſcorpiis onuſtus. ib.* ejus etymon. *ib.* ſitus. *ib.* incolas Alabandum pro Deo colere. *ib.* luxuriæ delitiiſque deditos. 57. 68. vocari *βαρεοφώνες.* 57. 70. Vide 357. 30.
Alabandiacum ſyngramma id. eſt, *opus.* 57. 70.
Alabandiacus Solœciſmus qui intelligatur. 57. 70.
Alabandus quis fuerit. 57. 67.
Alabaſtra vel potius *Alabanda* urbs Phrygiæ. 57. 71. Alabaſtrites lapis genuinum nomen accepit ab Alabaſtra Ægypti urbe. 57. 72. vel monte Alabaſtrino. *ib.* ubi naſcatur. *ib.* cujus ſit coloris. *ib.* & uſus in templis & palatiis. *ib.* Ridiculos videri qui Alabaſtrum vas deducunt à verbo λαμβάνω & privativo ἀ *ib.*
Alabaſtrites Ægypti. Vide *Alabaſtra.*
Alabon nomen urbis & fluvii. 58. 73.
Alalcomenium urbs ſeu potius vicus Bœotiæ non magnus. 58. 77. ejus ſitus. *ib.* etymon. *ib.*
Allalia urbs in Corſica inſula. 64. 17. quam Phocenſes vaticinio condiderunt ac xx poſt annos in eam ſe contulerunt, relictis ſuis ſedibus Medorum ſervitutem metuentes. *ib.* ſed Alalia iterum relictâ in Rhegium commigrârunt. *ib.*
Alamani gens Germanis finitima, dans toti Germaniæ nomen *Alamanniam* 59. 80. Ut autem *Germani* ſonat *belli homines*, Hiſpanis *hombres de guerra.* Sic *Allemannen* notat omnes homines ſeu convenas & permiſtos. *ib.*
Alane pro *Adana* perperam legitur apud Scylacem Caryandenſem. 21. 27.
Alanos eſſe montes Scythiæ intra Imaum montem quæ ab occaſu Sarmatia Aſiatica terminabatur. 59. 82.
Alanus mons Sarmatiæ 59. 82.
Alaricum Gothorum Regem cepiſſe, diripuiſſe, incendiſſe Romam. 558. 28. Vide *Pollentium.*
Alarodii populi circa Pontum, vel potius prope Colchos. 59. 81.
Ἀλαζὼν gens Scythis finitima. 58. 74. differt ab ἀλαζὼν quod notat *arrogantem* ſeu *oſtentatorem*, & in obliquis pro ω habet ο. *ib.* At Alazonum ſeu arrogantum gens gentes inter omnes invenitur, quæ ab Æolo ventorum Rege ſine dubio originem trahunt *ib.* Cæteroquin Alazones Homero dicuntur *Halizones. ib.*
Alba urbs Italiæ celeberrima olim. 59. 83. ſuos ſibi habens Reges. *ib.* tandem verò evertitur à T. Hoſtil. Rom. Rege, poſtquam per 400. annos ſteterat. *ib.* Albani traducti Romam, quæ Albæ ruinis crevit. *ib.*
Albania regio 60. 88. quæ ab incolis nunc vocatur *Zitracha*, ab aliis *Garzena*, quod ejus incolæ, degentes inter Iberos orientales & mare Caſpium, intenti ſunt aruſpicinæ. *ib.* Albanorum autem nomen non eſſe trahendum à lingua Hebræa, quæ nihil cum Albania, neque cum ejus incolis commune habet. *ib.*
Albanum in Italia locum, in quo ſacrificabatur, fuiſſe montem Albanum, ubi erat Templum Jovis Latialis, cui ſacrificia illa fiebant, quò Latini quotannis ad ferias ſuas conveniebant. 59. 86.
Albini ſeu *Alpini* montes Latinis dicti *Alpes* Italiam & Germaniam à Gallia ſeparantes. 66. 29. à nivium candore ita nominati. *ib.*
Albion, onis, inſula Brettanica ſeu Brittanica. 60. 89.
Albus pagus Strabonis & Arrhiani an ſit urbs *Aelath*, quam ſub Rege Acha Judæis eripuit *Rezin* Syrorum Rex 42. 75. at Rex *Azariah* ædificatam reſtituit regno Judææ. *ib.*
Alcibiades conſpecta ad ſpeculum de formitate oris abjicit tibiam. 96. 44. unde ars tibicinum evileſcit. *ib.*
Alcomenæ, arum, urbs in Ithaca inſula, quam Plutarchus vocat *Alalcomenas.* 64. 16. ejus etymon. *ib.*
Alcomeneidis Minervæ nomen controverſum. 58. 78.
Alcomeneum Bœotiæ oppidum ubi Anticlea Ulyſſem peperit. 64. 16. qui *Alcomeneus* dicitur ab Alcomenis Ithacæ præcipuâ urbe. *ib.*
Alexander M. cur milites juſſerit radi. 3. 8. in Agrianos & Pæones proceſſit. 7. 7. Cynam ſororem Langaro Agrianorum Regi in matrimonium promiſit. *ib.* qui morte præreptus eam non duxit. *ib.* ad ejuſdem gloriam videri fictum ſomnium matris Olympiadis prægnantis de utero Leonis imagine ſignato. 60. 91. Eundem in Gazæ obſidione vulnus accepiſſe in humero. 193. 20. Elemaidi autem reliquiſſe donaria plurima in templo Dianæ. 261. 77. quod diripere præſumpſit Rex Antiochus. *ib.* qui ſpoliavit Templum Hieroſolymitanum. *ib.* & conatur expilare templum Perſepolis. *ib.* Idem Alex. M. quando Pellæ natus. 282. 44. Ejuſdem caſtitas in Darii conjugem conjugiſque ſororem. 363. 71. Eundem tandem enectum fuiſſe aquæ Stygiæ hauſtu 501. 30. Idem quàm miraculosè apud Phaſelidem ad mare per anguſtias exercitum traduxerit. 692. 59. Ejuſdem defuncti imaginem ubi illacrymans conſpexerit Cæſar. Vide *Gadira.*
Alexandra Poëmation Lycophronis difficillimum. 1. 2. Alexandram etiam eſſe nomen fabulæ deperditæ Sophoclis. 283. 50.
Alexandri Epirotæ encomium quis ſcripſerit. 692. 60.
Alexandria nomen XIIX urbium, quarum *Ægyptia* omnium celeberrima ab Alexandro M. condita. 60. 9. cujus locum conditori per ſomnium deſignatum fuiſſe fabulantur. *ib.* quæ etiam nominatur *Libyſſa*, *Rhacotis*, *Pharos Leontopolis*, Græcis *Alexynteria* & κατ' ἐξοχὴν *urbs. ib.* à Romanis *Auguſta*, *Julia*, *Claudia*, *Domitiana* unde. *ib.* regia Ægypti ſedes atque metropolis. *ib.* celeberrimum habens Serapidis templum, famâ proximum à Romano Capitolio. *ib.*

decorata à Ptolemæo Philadelpho bibliotheca instructa 700000. voluminum. *ib.* illustrata illustribus viris inde oriundis, *Philone* Judæo, *Apione* Grammatico, *Appiano* Historico, *Origene* Adamantio, *Didymo* Cæco, *Athanasio*, *Cyrillo*, *Clemente* Alexandrino compluribusque aliis. *ibid.* habita olim maximum orbis emporium. *ibid.* ad cujus portum stabat *Pharos* turris celsa, prælucendi ministeria navigantibus præbens nocturna. *ib.* & vigente Christiana in oriente religione, *Patriarchatus* sede insignita. *ib.* Hodie autem congemiscens sub imperio Turcarum, à quibus *Scanderia* vocatur. *ib.* Alexandria Ægypti sub Romanis de nominibus Impp. vocabatur *Sebasta*. i. e. *Augusta*, *Julia*, *Claudia*, *Domitiana*. 61. 93.

Alexandria tertia decima in Macarena, seu potius Sacasena regione. 61. 94.

Alexandria septima decima in regione Sogdiana prope Paropanisodas seu potius Paropamisadas. 62. 95. ubi sunt aræ ab ipso Hercule, Libero Patre, Semiramide & Cyro constitutæ quos Alexander æmulabatur. *ib.*

Alfonsus XI. Hispanorum Rex an inunctus fuerit oleo de cælo delapso. 243. 85.

Alfonsus Rex Lusitaniam quando Mauris eripuerit. 507. 15.

Alfonsus de Zepeda. 216. 76.

Algaravia Hispanis quid sit. 486. 32.

Algidon vel Algidus nomen vel montis, cujus nomen arguit ejus etymon, 60. 90. vel urbis Italiæ. *ib.*

Allienses dies cur apud Romanos nefastus. 593. 87.

Alieis urbs Laconicæ, *i. e.* Peloponnesi maritima, aliàs dicta *Tiryns*. 63. 4.

Alina seu potius *Alinda* urbs Cariæ. 64. 14. ejus oppidanus Alindeus. *ibid.*

Aliquammulta Gentilium abiicere jota primitivi. 376. 47.

Alisarna urbs Troadis regionis. 64. 15. aliàs *Halisarne*. *ib.*

Allium cæpasque in jurejurando Ægyptus habet inter Deos. 122. 48. inter quos locabis Venerem Uraniam, cujus templum Ascalani Scythæ *Psammitticho* Ægypti Rege spoliant. *ib.*

Allobriges, Allobroges, Allobryges, *populi Galatici*, i. e. *Gallici* potentissimi. 65. 20. quos alii describunt inter mediterraneos Galliæ populos qui in Gallica *Delphinatus* regione, hodiè vocantur *Viennenses*. *ib.* alii *Sabaudos* esse affirmant. *ib.* alii Narbonensi provinciæ assignant. *ib.* alii eos colere Alpium convalles asserunt. *ib.*

Almene urbs ad Euxinum Pontum. 65. 19. seu potius *Harmene*. *ibid.*

Almopia regio Macedoniæ habitata Almopibus. 65. 21. quæ aliis *Almonia* dicitur. *ib.* aliis verò Almonium est urbs Macedoniæ. *ib.*

Alone, aliis dicta *Neuris* & *Prochne*, una insularum quæ repentè apparuerunt. 67. 35.

Alope nomen trium urbium. 65. 22. quarum una Thessaliæ, altera Atticæ, tertia Ponti. *ib.*

Alopece seu Alopecæ, arum, populus, *i. e.* oppidum Antiochidis tribus, Socratis patria. 68. 36.

Alopecia insula, dicta aliis *Calaros* & *Alopeconesos*. 68. 38. ejus situs. *ib.*

Alopeconesus urbs Hellespontiæ Chersonesi. 68. 39. ejus situs. *ib.*

Alloria urbs Cretæ. 65. 18.

Alorus urbs Macedoniæ. 68. 41. ejus situs. *ib.*

Alos seu Alus urbs Achaiæ & Phthiotidis. 66. 26.

Alos Parmenisco esse duos, unum Malliacum sub Achille, alterum sub Protesilao. 66. 27. quorum uterque erat Phthioticus. *ib.* Alos urbs masculino & fœminino genere dicitur. 66. 28.

Alpeni vel Locrorum metropolis, vel pagus prope Thermopylas. 66. 30.

Alpenus versus Melienses locatur. 66. 30.

Alpheus amnis per Triphyliam fluens. 667. 60.

Alpum Sabinos olim vocasse *album*. 66. 29.

Althæa urbs Olcadum opulentissima & caput, Livio dicta *Carteia*. 62. 1.

Althæa Polybii an sit Carteia Livii. 513. 56.

Aluph menuches vocabula Hebræorum ambigua quid significent. 133. 23.

Alyattes Lydus apud Delphos dedicat pateram parvam ex ferro compactam unà cum alia argentea. 40. 64. Vide *Glaucus*.

Alybas vel Metapontium Italiæ, vel urbs Thraciæ. 67. 31.

Alymus populus Leontidis tribus. 64. 12. insignis illustrisque fano Cereris Θεσμοφόρου & Proserpinæ. *ib.* illustrior autem Thucydide inde oriundo, ob quod ipse cognominatur *Alimusius*. *ib.*

Amalecitæ fuerunt potius gens Hebræis inimica, quàm Hebræa. 70. 49. percutientes extremum Israelitarum ex Ægypto egressorum agmen. *ib.* ob quod eorum memoria jubetur de sub cælo deleri, *ib.* prout Rex Saul aggreditur. *ib.*

Amanum fragmentum Cilicii Tauri montanum seu mons ad Ciliciam à Tauro monte descendens. 70. 51. ejus accolæ *Amanitæ* seu *Amanienses*. *ib.* quos vicit Cicero. *ib.* ut ex victoria apud Issum Ciliciæ urbem appelletur *Imperator*. *ib.* ejus etymon. 70. 52.

Amardi gens prope Hyrcanos. 71. 60.

Amarynthus vel insula vel pagus vel oppidum Euboeæ. 71. 62. cujus incolæ *Amarysiam Dianam* colebant. *ib.* cui etiam Athenienses festum agebant diem. *ib.*

Amasia urbs Pontica, amplissima regionisque totius optima. 72. 63. patria Strabonis Philosophi Stoici. *ib.*

Amarysia Diana. Vide *Amarynthus*.

Amassus urbs Cypri ἐναλίη. 70. 50. ubi colebatur *Apollo Hylates*. *ib.*

Amastris Paphlagoniæ urbs, prius *Cromna* dicta 72. 64. hodie *Famastro* *ib.* ejus etymon. *ib.* Amastridem etiam fuisse filiam Oxyathræ fratris Darii illius qui infeliciter belligeravit contra Alexandrum M. *ibidem*.

Amatha, orum, Arabiæ vel oppidum, vel regio. 69. 45. ejus etymon. *ib.*

Amathe, es, seu Amatha, æ, urbs Phœniciæ, Macedonibus *Epiphania*, Hagiographis *Amat*, *Hamath*, *Emath*, *Hemath*, *Chamath*, *Chæmath* dicta 70. 46. Videtur quidem esse nomen diversarum urbium. *ib.* an autem una urbs Siciliæ sic nominetur, subdubitatur. 70. 47.

Amathus, urbs Cypri antiquissima. 70. 48. tritico celebris. *ib.* Phœnicum opus *ib.* hodie *Limisso*. *ib.*

Amaxantea populus Hippothoontidis tribus. 71. 56.

Amaxia urbs asperæ Ciliciæ ab Antonio tributa Cleopatræ, 71. 58. ejus navale. *ib.* cedri. *ib.*

Amaxitus Troadis oppidulum. 71. 59. prope quod Apollinis templum. *ib.* & juxta quod Salinæ Tragesæ, ubi sal sua sponte cogebatur spirantibus Etesiis. *ib.*

Amazones bellatrix gens muliebris Scythica ad Thermodontem fluvium habitans. 68. 43. & 69. 43. aliis *Sauromatidæ* dictæ. 69. 43. earum etymon. *ibid.* nomen apud Scythas. *ibid.* res in bello gestæ. *ibid.* Origo ex Marte & Hammonia. 52. 37. Eædem an Dianæ Ephesiæ templum construxerint & combusserint. 69. 43. cui Xerxes propter magnificentiam pepercit. *ibidem*.

Amazonidas vocari posse heroinas quæ factis Amazones superant. 69. 43. ut *Volsca Camilla*. *ibid.* & virgo Gallica, vulgò *la pucelle d'Orleans*. *ib.*

Amazonium locus in Attica. 68. 43. ubi Theseus vicit Amazones. *ib.*

Ambasum metropolis Phrygum. 72. 67.

Amblada urbs Pisidiæ. 72. 68.

Ambracia vel Ampracia urbs Thesprotiæ in Epiro. 73. 69. & 70. dicta aliis *Epuia* & prius *Paralia*. 73. 69. operibus Dipœni referta. *ib.* superbiens Pyrrhi regia. *ib.* gaudens cive *Epigono* Musico. *ib.* patiens tyrannidis *Periandri* impudentis. *ib.* ex cujus urbis muro cur se in mare præcipitaverit *Cleombrotus* Ambraciota. *ib.* Cæterum Ambracienses ab Augusto in suam Nicopolim ad Actium esse deductos. 73. 69.

Ambracus Epiri oppidulum ab Ambracia diversum. 73. 71. obsidione Philippus capit. *ib.*

Amerina retinacula esse virgas, de quibus vites religantur. 73. 72.

Amerinæ salicis ex semine fit *psilothrum*, quod depilatorium virgultum Græci vocant *Lygon* vel *agnon* 73. 72.

Amerium, vel *Ameria*, vel *Amerinum* urbs Italiæ. 73. 72. hodie *Amelia*. *ib.* Episcopali sede gaudens. *ib.* à quo & quando condita. *ib.* Roscii patria, qui cognominatur inde *Amerinus*. *ib.* cujus respectu Cicero scripsit orationem *Roscianam*. *ib.*

Amestratus urbs Siciliæ una diversis nominibus. 73. 73. puta *Amastra*, *Mytistrata*, *Mytistratum*, quod hodie dicitur *Mistretta*. *ib.* olim quidem satis munita, Romani tamen tertiùm obsessam ceperunt soloque æquarunt. *ib.* hujus urbis in nomine quid lateat. *ib.*

Amicusia insula in mari rubro fortè sacra Herculi, qui credebatur præesse thesauris inveniendis. 74. 74. ejus incola *Amiconesites*. *ib.*

Amilus χωρίον vel urbs Arcadiæ. 74. 75.

Amissa vel Amisia vel Amasia urbs Germaniæ. 74. 76. Ejus etymon. *ib.*

Amisus urbs in Ponto Græca, Athenienstium colonia. 74. 77. Ejus situs & distantia ab Amiso ad Sinopen. *ib.*

Am-

Ammanitæ Nabatæorum gens sunt Ammonitæ ex juniore Lothi filia, incolentes cum Moabitis Cælen Syriam, Hebræis dicti *Bene Amon.* 70. 54. eorum etymon. *ib.* urbs regia. *ib.* ubi ferreus lectus gigantis, Og regis Basan *ib.* Eorum oppugnator & victor Joab. *ib.*

Ammonis oraculum fuisse apud Ethnicos valdè celebre, cujus erat ara cornibus frequens. 74. 78.

Amnisus urbs & amnis Cretæ. 74. 79. & 75. 79. aliàs *Amnisia.* 75. 79.

Amorges species lini similis byssо, unde *amorginæ vestes* conficiebantur. 75. 80. & tunicæ. 75. 81. & *amorginus* habetur color. *ib.*

Amorgus insula Cycladum una, cur dicta *Tripolis.* 75. 80. facta Simonide Poeta celebris. *ib.* ejus etymologia an ex Hebræo *Argaman* rectè formetur. *ib.* an sit una ex Sporadibus. *ib.*

Ampe est urbs ad mare Erythræum seu Rubrum. 76. 89.

Ampelos promontorium Toronæum quod nauticus Xerxis exercitus, fossa in Atho depressa navigata, præternavigavit. 75. 84.

Ampelus urbs Liguriæ. 75. 83. nec non promontorium Toronæorum, Italis *Capo Canistro.* 75. 84. unde cognominatur Toronæus sinus. *ibid.* porrò promontorium Sami. 75. 85. præterea promontorium in Cyrenæa Africæ regione. 75. 86. cujus incolæ *Ampeliotæ* delatum Delphos filphii caulem consecrârunt. *ib.*

Amphea urbs Messeniæ. 77. 4. seu oppidum Laconicæ finitimum, in colle alto situm, habens perennes aquarum fontes. *ib.* capitur. 78. 4. unde exardescit bellum inter Messenios Lacedæmoniosque famosissimum, quod dicitur *Messenicum. ib.*

Amphanæ vel Amphanea urbs una Dorica. 77. 1. altera Thessaliæ oppidum. 77. 2.

Amphiaraum Oropii omnium primi in Deorum numerum retulerunt. 111. 60. quos Græci reliqui secuti sunt, apud quos plerique hominum habent Deorum honores. *ib.*

Amphicæa vel Amphiclæa urbs Phocidis. 78. 6. an ab Herodoto vocetur *Ophitea. ib.* & an in ea Orgia *Libero patri* fiant, ac sacrificulus divino afflatu instinctus, de futuris consulentes faciat certiores. *ib.* Eadem est una urbium quas Xerxis exercitus concremavit, unde notior evasit quàm antea fuit. *ib.*

Amphigenia urbs Messeniaca seu Macistiæ. 78. 5.

Amphilochi & Amphilochici dicuntur oriundi ex Argo Amphilochico urbe celebri potentissimaque, quam in sinu Ambracio condidisse ferunt Amphilochum Amphiarai filium qui eam de patriæ suæ nomine *Argos* ac à se *Amphilochicum* nominavit. 78. 7.

Amphimallium urbs Cretæ. 78. 8. unde nomen traxit Ἀμφιμαλλὶς sinus, Sophiano dictus *Golfo di Suda* à Venetorum arce in scopulo. *ibid.* aliàs *Amphimalla.* 78. 9.

Amphion dicitur *Dircæus, i. e.* Thebanus. 98. 52. cantans in monte Bœotiæ. *ib.* à quo Minerva dicitur *Aracynthis. ib.* Thebæ autem erant in Bœotia. *ib.*

Amphipolis urbs una Macedoniæ juxta Thraciam. 78. 10. alias dicta *Acra, Novem Viæ,* vel *Crademna,* vel *Anadræmus,* vel *Myrcinon,* vel *Christopolis,* vel *Eion* vel *Emboli.* 78. 10. & 11. Ejus etymon. 78. 10. altera Syriæ Syris dicta *Turmeda.* 79. 12. ubi & à quo condita. *ib.* quomodo ex Hebræo, Chaldaico & Syriaco formetur. *ib.* & quid significet. *ib.*

Amphrysius, aliis *Ambrysus* urbs Phocidis. 79. 15. quam Thebani bello contra Macedonum regem Philippum duplici muro cinxerant. *ib.* ejus etymon. *ib.* situs. *ib.* vel fluvius sive Magnesiæ sive Thessaliæ, cujus accolæ vocantur Amphrysii vel Aphrusii. 79. 16. *Amphrysia vates* dicitur Sibylla, quæ Æneam ad inferos duxit. *ib.* Apollo verò *pastor ab Amphryso. ib.*

Amphrysus an simul possit dici fluvius Magnesiæ & Italiæ. 79. 16.

Amphissa urbs Ozolarum Locrorum. 79. 13. ejus laus. *ib.* situs. *ib.* etymon. *ib.* in quam commigrârunt Ætoli sedibus pulsi ab Augusto Cæsare. *ib.* Vide 426. 14.

Amphissa regio minoris Armeniæ. 79. 14.

Amphyctionum conventus ubi celebretur. 36. 43.

Amstelodamum Hollandiæ emporium, unde fiat & permaneat florentissimum. 128. 92.

Amyclæ una ex 100. urbibus Laconicæ regionis. 76. 91. ab Amyclante Lacedæmonis filio condita. *ib.* & 76. 92. celeberrima templo *Apollinis,* quem incolæ colunt & *Bacchum,* quem cognominarunt *Psilan,* quod Dorensibus sonat *alas.* 76. 91. bis eversa & in pagum conversa. *ib*

Amyclæ oppidum Italiæ. 76. 91. inter Cajetam & Terracinam constitutum à Laconibus. *ib.* qui comites Castoris & Pollucis fuerunt, & cum Glauco Minois filio in Italiam venerunt. *ib.* cur appellentur *tacitæ. ib.*

Amyclaides quale calceamenti genus. 76. 91.

Amyclæus canis dicitur *Laconicus.* 76. 91.

Amycum fuisse Neptuni filium & Bebrycum Regem. 74. 74.

Amydon urbs Pæoniæ, ex qua missi Trojanis sunt auxiliatores. 76. 90. Aliis dicta *Abydon. ib.*

Amymnæi seu Amymni populi seu Thesproti seu Epirotici. 34. 22. eorum dux Amymnus. 34. 22.

Amymni gens Epirotica. 76. 94. quæ gens olim erat tam ingens ut Paulus Æmilius eorum LXX. urbes everteret atque inde 150000. hominum in servitutem abduceret. *ib.*

Amyntæ Thesprotica gens. 77. 95.

Ἀμύρας esse loca humida & valdè fluentia. 77. 98. à verbo μυρεῖν *fluere. ib.*

Amyrus urbs Thessaliæ. 77. 96. & fluvius ejusdem. 77. 97. unde Amyræi Thessaliæ populi. 77. 99. quos alii vocant *Eordos* & *Leleges. ib.* unde Stephano denominentur. 77. 98.

An in Europa inter Acheloum Nestumque amnes sint tantum leones viribus longè præstantiores iis quos Africa & Syria gignit. 491. 57.

An juxta Harpasa cautes stet horrenda digito uno mobilis. 114. 81.

Anacharsis Scytha Philosophus. 14. 85. Crœsi tempore floruit. *ib.*

Anactoria vel Anactorium Acarnaniæ urbs, Corinthiorum colonia, quam postea Athenienses & Acarnanes per proditionem ceperunt. 80. 22. cujus oppidanos Anactorios Augustus Cæsar ad habitandam Nicopolim deduxit colonos. 80. 23.

Anæa urbs Cariæ è regione Sami. 80. 20. unde oriundus Menelaus *Anæus* Philosophus Peripateticus & Historicus magnus. 80. 21.

Anah inventor mulorum in deserto. 263. 88.

Anam fluvium vulgò dici *Guadiana.* 639. 56.

Ἀναπεμάζειν seu *Repariazare* quid sit. 532. 74.

Anaphe una Sporadum insula, prope Theram Cyrenæorum metropolim. 81. 27. *Agletæ Apollinis* templo celebris. *ib.* aliàs *Membliaros* dicta *ib.* ejus etymon. *ib.*

Anaphlystus populus, i. e. oppidum Antiochidis tribus. 81. 28. unde adipiscatur Athenienses nomen. 81. 28. ejus murus cum portu. *ib.*

Anariace urbs ad mare Caspium. 81. 24. in qua ostenditur μαντεῖον ἐγκοιμωμένων, i. e. *Oraculum indormientium. ib.* Solebant enim Ethnici indormire Deorum templis, ut per insomnia ostenderent, quid faciendum esset. 81. 25.

Anatomicis hujus ævi omnia animantia ex ovis generantur, homo quoque 24. 54.

Anava urbs Phrygiæ. 81. 26.

Anaxagoras Philosophus Abderita. 6. 31. Ejus vaticinium de lapidibus è cœlo casuris, 36. 46. ubi sepultus. Vide *Lampsacum.* Ejusdem patriam fuisse Clazomenas. 442. 61.

Anaximandrum primum inveniisse sphæram. 466. 29. & Geographicam chartam edidisse. *ib.*

Anaximenem fuisse patriâ Lampsacenum. Vide *Lampsacum.* Ejusdem acutum responsum Alexandro M. Lampsacum eversurò datum. 416. 46.

Anazarba, aliàs *Anazarbos*, vel *Kyinda*; vel *Diocæsarea*, urbs Ciliciæ. 80. 17. unde oriundi *Dioscorides* & *Asclepiades* medici Anazarbii. *ib.* ejus etymon. *ib.*

Ἀγχίαλος seu *Anchiale* urbs Ciliciæ. 19. 18. condita vel à Sardanapalo, vel ab Anchiale Japeti filia *ib.* 20. 21. à qua per paragogen dicitur *Anchialia.* 20. 24.

Anchialeus fluvius aquas devolvit prope Anchialen. 19. 19.

Anchialus Thraciæ est forsitan Anchiale Illyriæ à Pariis condita. 20. 25.

Anchialus olim fuisse nomen valdè commune Ethnicis pueris, servis & viris. 20. 25. vel proprium unius alteriusque. *ib.* ubi etiam ex Martiali non satis bene legit Vossius *Ancharium* pro *Anchialum. ib.* 87.

Ancon, Anco, vel Ancona, urbs Picentinorum in Italia 15. 88. à Syracusanis condita. *ib.* in qua olim L. Corn. Cinna lapidibus necatus est. *ib.* ejus etymon. *ib.* & 15. 89. situs 15. 88. fertilitas. *ib.*

Anchise urbs Italiæ. 21. 26. ita nominata ab Æneæ patre. *ib.*

Anchoram, quæ in Jovis sacello permansit Ancyræ, invenit vel Midas 13. 84 vel Anacharsis. 14. 85.

Anchoras olim lapideas tantum habebant, postea ferreas, ut nunc. 14.

Ancy-

Ancyra, nunc *Angoris*, urbs Galatiæ ſeu Phrygiæ. 13. 83. vel urbs Tectoſagum Gallorum in Aſia. *ibid.* vel metropolis Tectoſacarum in ea. *ib.* condita à Mida Gordii filio. *ib.* ejus etymon. *ib.* & 14. 85.

Ancyrani ſeu *Ancyræ* incolæ olim vocabantur *Hellenogalatæ* ſeu *Græco-Galli*. 14. 85.

Ancyron vel *Ancyro* urbs Ægypti. 14. 87. ejus etymon. *ib.* ejuſdemque latomia, unde anchoras faciebant. *ib.*

Andania nomen urbis pariter atque regionis Meſſeniæ. 81. 29.

Andira ſeu *Andera* urbs Lelegum. 82. 31. ſub quibus habetur fanum matris Deorum Andirenæ. 82. 32. & ubi reperitur lapis qui plures formas quàm Proteus videtur accipere. 82. 31.

Androclus Codri Athenienſium regis filius an condiderit Epheſum. 282. 47.

Andromedæ catenarum ſigna circa Joppæ ſcopulos exſtantia. 97. 47.

Andros una Cycladum inſula. 82. 33. ejus etymon. *ib.* quam aliàs vocarunt *Cauron*, *Antandron*, *Laſiam*, *Nonagriam*, *Hydruſſam*, *Epagrin*. *ib.* Andriorum apophthegma lepidum ad Themiſtoclem ab Athenienſibus miſſum pecuniæ cogendæ causâ. *ibidem.*

Androtionis verba emendantur. 110. 54.

Animantia quædam vivere non tantum in æthere, ſed etiam in igne. 40. 66.

Anio amnis Tiburi fuiſſe ornamento. 655. 66.

Anna urbs Judææ ſupra Hierichuntem. 84. 54. dicta aliis *Ainan*. *ib.* Hebræis *Hai*. *ib.* ejus cum Rege ſuo interitus qualis. *ib.* cujus oppidani denominentur inde non tam *Annanitæ*, quam *Ainaitæ*. 84. 55. qui ex Hebræo vocantur *viri Hai*. *ib.*

Anna vel *Aiman*, Hebræis *Hay*, urbs eadem Judææ ſupra Hierichuntem. 84. 54. cujus olim ab Iſraëlitis combuſtæ Rex ſuſpenſus fuit. *ib.*

Anſeres quotannis Romæ olim quanto honore colerentur præ canibus 353. 6. 593. 87. Junoni ſacri. 593. 87.

Antæus an condiderit Tingin. 655. 67. quæ urbs à Claudio Cæſare facta colonia. *ib.*

Antandri fuiſſe Deas à Paride Alexandro judicatas. 85. 57. Antandrus autem fuit Phrygiæ civitas ſeu urbs ſub Ida monte. 85. 57. aliis dicta *Edonis*, *Cimmeria*, *Aſſos*, *Apollonia*, *Alexandria* vel *Legum urbs*. *ibid.* ejus etymon. *ib.*

Antemna vel Antemnæ *turrigeræ*, urbs Sabinorum una ante amnem poſita, quæ Romulo reſtitit. 85. 58.

Anteupolis ſeu Antæopolis. q. d. *Antæi civitas*. 84. 56. in qua Philinus vidit vetulam cum crocodilo dormientem. *ib.*

Anthana una ex 100. Laconicæ urbibus. 83. 40.

Anthedon urbs una Bœotiæ. 83. 46. ejus genealogia. *ib.* eam incoluiſſe Thraces. 84. 48. unde derivatur Anthedonius. 84. 50. alia Palæſtinæ prope Gazam. 84. 49. cujus nomen Herodes mutavit in Agrippiadem. *ib.* unde denominatur Anthedonites ſeu Anthedonita. 84. 50.

Anthedonius & Anthedonita qualiter inter ſe differant. 84. 50.

Anthele nomen vici vel potius urbis. 84. 57.

Anthemus urbs Macedoniæ una. 83. 43. Syriæ alia an ſit. 83. 44. quam alii vocant *Antemuſium* vel *Anthemuſiada*. *ib.* captam à Trajano. *ib.* ejus ſitus. *ib.* Syriam autem comprehendere Meſopotamiam. *ib.* cujus regio atque urbs *Anthemuſia* an hodiè dicatur *Aliduli*. *ib.*

Anthemuſis palus Mariandynorum, quam Græce vocant Ἀνθεμουσίδα. 83. 45. Mariandyni autem erant populi ὅμορροι Παφλαγόσι. *ib.*

Anthia urbs Peloponneſi una ex VII. Achilli promiſſis ab Agamemnone. 83. 41. quæ aliis eſt *Thuria*. *ib.* Sic etiam nominabatur Italiæ urbs, quæ poſtea *Antium*. 83. 42. & 84. 52.

Anthion. Vide Ἄνθεια vel *Anthia*.

Anthylla urbs Ægypti præclara. 84. 53.

Antia vel Antium urbs Italiæ maritima vel Volſcorum, vel Sabinorum. 85. 59. poſt Lorentum famigerata. 85. 61. Principum otio vacationique civilium occupationum dicata. *ib.* magnificis ædificiis ſuperba. *ib.* illuſtrata Fortunæ Equeſtris templo. 85. 59. & nominatim dono illo ibi depoſito, quod Equites Romani voverunt pro valetudine Auguſti. *ib.* atque ſortibus. *ib.* in quam antiquitus Romani colonos miſerunt. 85. 61. cujus tamen magnificentiæ hodiè ne veſtigia quidem exſtant. *ib.*

Antia urbs Italiæ an ſit vocata ab Antia filio Circes & Ulyſſis. 85. 60.

Antiatinæ ſortes monent Caligulam, ut ſibi à Caſſio caveat à quo occiſus eſt. 85. 59.

Anticyræ urbs cujus nominis una Phocidis, altera apud Malienſes. 86. 67. ubi explicatur τὸ *Navigare Anticyras*, & docetur, *Anticyram* ſumi pro elleboro. *ib.*

Anticragus nomen montis. 382. 97.

Antigonia urbs Chaoniæ in Epiro mediterranea. 85. 62. alia Arcadiæ. 86 63. prius *Mantinea* dicta. *ib.* diſſentiente tamen Plinio. *ib.* alia Macedoniæ ab Antigono Gonatæ filio condita. 86. 64. alia Syriæ condita ab Antigono Philippi filio. 86. 65.

Antinoea, Antinoë, Antinoïa, Antinoi civitas in Ægypto, aliàs *Hadrianopolis*, ſeu *Adrianopolis*. 86. 68. & 87. 69.

Antinoum amaſium ſuum Adrianus Imp. Deum fecit, eique templum conſtruxit ſacerdoteſque conſtituit. 237. 43. Vide *Adrianus* Imp.

Antiochia nomen XIII. urbium, quarum præcipua eſt caput Syriæ totius comprehendens ſub ſe Phœniciam, Palæſtinam, Judæam, Meſopotamiam, aliaſque complures urbes & regiones. 87. 70. ubi *Dominus* τῆς οἰκουμένης ſeu *Imperator Romanus* ſedit. *ib.* & Trajanus uſque ad terræ motum hyemavit. *ib.* aliis dicta *Theupolis*. 87. 70. aliis *Epiphanes*. *ib.* aliis *Antiochia ad Daphnen*. *ib.* aliis *Tetrapolis* ceu conſtans IV. urbibus. 87. 70. Patriarchatus ſede inſignis. 88. 77. ejus nomina apud Hebræos & Rabbinos. *ib.* conditor. *ib.* incolæ Antiochenſes. *ib.* aliis *Antiochæi*, *Antiochei* vel *Antiecheni*. 88. 81. quos Adrianus Imp. ita odio habuit, ut Syriam à Phœnicia ſeparare voluerit, ne tot urbium metropolis amplius Antiochia haberetur. *ib.* Quin etiam habetur Antiochia Margianæ Parthorum. 88. 79. *Parthos* autem Stephanus vocat *Parthyæos*. *ib.* è cunctis Antiochia una dicitur aliis *Tarſus*. 88. 80.

Antiochia Cariæ, aliàs dicta *Pythopolis*. 87. 75.

Antiochia Piſidiæ, aliis dicta *colonia Cæſarea*. 87. 72.

Antiochia ad Taurum in Commagena regione 87. 74.

Antiochus exſtinguere Religionem Judaicam conans *Jovis Olympii templum* vocat *Hieroſolymitanum*. 42. 76. & *Jovis peregrini* ſeu *Hoſpitalis templum* id quod erat in monte Garizim. *ibid.* Antiochus autem tripliciter ſumitur 88. 78. Vide *Antiochus*. *ib.*

Antipatris urbs Samariæ una ædificata ab Herode in campo Capharſaba ſub M. Antonio, cui nupſit Cleopatra Ægypti regina. 88. 82. altera ab occaſu Jordanis fluvii inter Judææ urbes. *ib.*

Antiphanes. Vide *Berge*.

Antiphellus Lyciæ oppidum juxta Lycii maris litora. 88. 86.

Antiphemus è Rhodo dux colonorum. 202. 85. fertur condidiſſe *Gelam* cum Entimo. *ib.*

Antiphræ vel *Antiphra* oppidulum prope Alexandriam 89. 87. paulò longius à mari. 89. 88.

Antiqui quoſnam ſæpe vocent *Celtas*, vel *Æthiopes*, vel *Indos*, vel *Scythas* 123. 54.

Antiquiſſimæ Græcorum expeditiones multò antè Trojana tempora. 31. 98.

Antiquitus Deorum cultus fiebat farre & ſale. 55. 55. deinde thure. *ib.* tandem inolevit mos immolandi pecudes. *ib.* quem Chriſtiana religio penitus abolevit, magno Ethnicorum dolore. *ib.*

Antiſſa olim inſula à Lesbo diviſa, poſtea arenarum vi Lesbi continenti adjuncta. 88. 84.

Antiſara navale Datenorum potius quàm Datinorum. 88. 83.

Antonius Caracalla Imp. ubi occiſus ſit. Vide *Carrhæ*, *Hebræis*.

Antonius uxorem repudiat Julii Cæſaris filiam. 88. 82.

M. Antonium cur Stephanus appellet *Cæſarem*. 88. 82.

Antonius & *Cleopatra* vincuntur. Vide *Auguſtus Cæſar*.

Antonius ubi feriri juſſerit monetam nomine Cleopatræ. 271. 58.

Antonius Pius Imp. ubi amiſerit filium. 562. 49.

Antron urbs Theſſaliæ. 89. 89. aliis *Antronia*. *ib.* ejus etymon. *ib.* ſitus. *ib.* fama ob ingentis magnitudinis aſinos & lapides molares. *ib.*

Antronium aſinum proverbialiter dici magnum corpore ſtolidumque mente. 89. 89.

Antrum quoddam ab Apollonio vocari ἄυλιον, quod in eo choros agerent. 139. 65.

Antverpiam eſſe urbem in Brabantia. 152. 17. Eadem cur poſſit dici Hiſpanorum urbs. 468. 38.

Anxius nomen fluvii. Vide *Croton*.

Anyſis urbs Ægypti. 89. 90. nomine Hebraico ad linguam Græcam deflexo. *ib.*

Aones populi Bœotiæ, prius à Barbaris Aonibus habitatæ, quàm Phœnices cum Cadmo eam occupaſſent. 90. 95.

90. 95. aliis tamen Aones non ſunt advenæ, ſed indigenæ Bœotiæ. *ib. Aonium* Poëtis dici *Bœoticum*. 90. 95.

Aoniæ regionis incola Aon vel Aonius & fœmina Bœotiæ *Aonia* 90. 96. *Aonia* etiam dicitur Aganippe fons Bœotiæ. *ib. Aonides* vocantur Muſæ. *ib.* & *Aonium ferrum* appellatur Bœotium *ib.*

Aornus dicitur petra avibus inacceſſa. 90. 97.

Aornus nomen duarum urbium, quarum unam in Bactrianorum regione cepit Alexander. 90. 97.

Aorſi gens ſeu populi habitantes inter Mæotim paludem & mare Caſpium. 90. 98. eorum Rex Spadinus quid præclari geſſerit. *ib.*

Apama Artabazi filia nubit Seleuco Nicatori. 91. 12.

Apamia nomen VI urbium, quarum una celeberrima, Syriæ. 91. 5. aliis dicta vel *Cherroneſus*. 91. 6. cujus incola *Cherroneſites* 91. 11. ſeu *Cherroneſita*. *ib.* vel *Pella*. 91. 7. cujus incola *Pellæus* vel *Pellanus*. 91. 11. & generatim *Apamæus* vel *Apamenſis*. *ib.* ejus etymon. 91, 5, 6, 7. ejus ſitus. 91. 5. alia in Meſſenes terra 91. 8. quæ an fuerit Cibotos vel Celænæ, controvertitur. 91. 2. alia Bithyniæ, dicta *Myrlea*. 91. 13. & 92. 14. condita à Nicomede Epiphane. 91. 13. patria Aſclepiadis Myrleani. 92. 14. alia Perſidis. 92. 15. vel Babyloniæ. *ibid.*

Apamia non erat in Perſide, ſed ſub Perſis. 92. 15.

Apamiarum, quæ propter concordiam dicebantur *ſorores*, una dicebatur *Antiochia ad Daphnen*, altera *Seuleucia in Pieria*, tertia *Apamia*, quarta *Laodicea*. 91. 5.

Apaſiacæ ſeu potius Aſpaſiatræ Maſſagetarum populi. 92. 16.

Apæſus ſeu Pæſus urbs una juxta Troadem. 90. 99. cujus incolæ Pæſeni. *ib.* altera Dauniæ. 90. 4. quæ fuit regio Italiæ à Daunio urbe ita dicta. *ib.* ejus ſitus. *ib.*

Apaturum templum Veneris in Phanagoria. 92. 18. aliis oppidum Boſphori Cimmerii. *ib.* vel ſinus maris in Aſia. 92. 19.

Apella non appellativum, ſed potius proprium priſco ævo fuit. 20. 25.

Apenninus mons celeberrimus Virgilio dicitur *Pater*. 92. 20. quod apud veteres erat nomen Religionis. *ibidem.*

Aper Erymanthius Poëtis celebratiſſimus. 273. 76. Vide *Erymanthus*.

Apeſas mons Nemeæ, ubi Perſeus primum ſacrificat Jovi Apeſanthio. 93. 22. de quo etiam 93. 23, 24.

Aphannæ, arum, oppidum Siciliæ ignobile. 142. 80. unde proverbialiter de obſcuris abſurdisque jactatur: *Vel in Aphannas. ib.* Hinc Latini *affanias* vocant res nullius momenti. *ib.*

Aphetæ, arum, urbs Magneſiæ. 142. 82. etymon. *ib.*

Issa urbs in Lesbo insula, 336. 37. etymon, *ib.* Issa est etiam nomen urbis insulæque inter Dalmatiam Illyriamque, 336. 38. Syracusanorum colonia, *ib.*
Issedones gens Scythica in Serica, 337. 40. quæ erat regio finitima Scythiæ extra Imaum montem, *ib.* ubi Ptolomæo locatur Issædon urbs Issedonum una *Serica*, 337. 41. altera *Scythica*, *ib.*
Issorum mons Laconicæ, 337. 45. *Issoria* autem dicitur *Diana*, quæ ibi colebatur, *ib.* & festum in ejus honorem, *ib.* necnon locus in Sparta, *ib.*
Issus urbs inter Syriam & Ciliciam, 337. 42. celebris victoriâ Alexandri M. contra Darium, *ib.* & honorifico nomine Ciceronis, qui ibi *Imperator* appellatus fuit, *ib.* aliis dicta *Nicopolis*, *ibid.* quamvis aliis Nicopolis & Issus sint diversæ urbes,

bes, *ib.* Inde denominatur *Sinus Iſſicus*, aliis dictus *Pamphylius*, 337. 43.
Iſthmus vel urbs Cariæ Halicarnaſſus, 335. 26. vel *Corinthi Iſthmus*, 335. 28. unde Neptunus *Iſthmius* qui ibi colebatur, *ib. Corinthiacus* Iſthmus cur aliis dicatur vel *Peloponneſiacus* vel *Achaicus*, *ib.* Iſthmi deſcriptio, *ib.* victoria *Iſthmias* parta in certamine Iſthmio in Neptuni honorem decertato, *ib.* ubi victori dabatur corona ex pinu, *ib. Iſthmum perfodere* quinam proverbialiter dicantur, *ib.* & quinam propriè id tentârint, at infeliciter, *ibidem.*
Iſtone mons finitimus Corcyræ, 338. 54. cui urbi inſula datur cognominis, *ib.*
Iſtria regio juxta Ionium ſinum, 338. 50. judicata Italiæ pars, *ib.* ejus urbes præcipuæ quænam, *ibid.* incolæ *Iſtrii* vel *Iſtri*, *ibid.*
Iſtriana urbs circa mare Perſicum, 338. 51.
Iſtri ſeu *Iſtrii* populi circa Ionium ſinum, 338. 52. Vide *Iſtria.*
Iſtriæ Caput olim *Ægida*, deinde *Juſtinopolis* cur nominata, 338. 50.
Iſtrus urbs in Ponto, 338. 53. aliis dicta *Iſtron* vel *Iſtropolis*, *ib.* hodie barbaris nominata *Groſſea*, *ib.* an ſit etiam urbs Cretæ, *ib.*
Iſtus inſula Libyæ, 337. 49. dicta Libybus *Udenoë*, quæ forſitan eſt Stephani *Δοδώνη*, *ib.* Phœnicibus autem cur nominetur *Cellararſath*, *ib.* cujus Etymologia ex Bocharto Hebraica improbatur, 338. 49.
Ithace inſula ad Cephalleniam, 323. 43. Ulyſſis Ithacenſis patria, *ibid.* nunc Italis nautis dicta *Iſola* ſeu *Val di compare*, *ib.* habebat civitatem cognominem & erat in quatuor partes diviſa. *ib.*
Ithome urbs Theſſaliæ Pelaſgiotidis, 323. 44. alia Meſſeniæ, 324. 45. arx fuit valdè munita & non niſi poſt x. annorum obſidionem dedita, *ib.* olim dicta *Thome*, 324. 46. incola *Ithometes*, Dorico modo *Ithomates*, 324. 52. Hinc Ζεὺς Ἰθωμάτας, *ib.*
Italia regio Europæ celeberrima, 338. 55. tam cæli temperie quàm locorum ſalubritate & ſoli ubertate, 339. 56. unde in eam immigraverit maſcula Venus, *ibid.* etymon, 338. 55. nomina priſca *Auſonia* & *Auſonis*, *Heſperia*, *Saturnia*, *Oenotria*, &c. 339. 56.
Italica urbs Iberiæ, 339. 60. patria Trajani, Adriani & Theodoſii Impp. *ib.* à quo condita, 339. 6. à quo inſtaurata, *ib.* an inde oriundus *Silius Italicus*, *ibid.* an ex ejus ruinis creverit Hiſpalis, vulgò dicta *Sevilla*, *ib.*
Itanus urbs Cretæ, 339. 62. *Itanum* verò promontorium, 339. 63.
Iton, *Itone*, *Itonus* urbs Theſſaliæ, 340. 66. cur aliis dicatur *Siton*, *ib.*
Ityce Lat. *Utica* urbs Libyæ, Tyriorum colonia, 339. 65. originatio, *ibid.* ſitus, *ib.* in qua ſibi Cato necem conſcivit, *ib.* an hæc ſit illa, quæ hodiè vocatur vulgò *Biſerta*, *ib.*
Judæa regio Aſiæ majoris notiſſima, 330. 94. antea dicta *Erets Cenaan*, deinde *Palæſtina*, *ib.* etymon, *ib.* incolæ Judæi, aliis *Hebræi*, *ib.* de quibus ſibi ignotis Ethnici ſcripſerunt multas nugas & affanias, 331. 94. plurimaſque adverſus eos calumnias confinxerunt, *ibid.* vocantes gentem ſuperſtitioni barbaræ obnoxiam, *ibid.* quæ ante defectionem x. Tribuum à domo Davidica fuerat diſtributa in XII. Tribus ſub uno Rege *ib.* poſtea verò diviſa in duo Regna Judah & Iſraël, *ib.* quoaduſque ex Samaria capta Iſraëlitas Salmanaſſar victor abduxit captivos in Aſſyriam, 331. 94. unde tamen eorum poſteri poterunt, Deo volente, ſine Chriſtianæ pietatis periculo ad patrios focos vel ab alio *Joſua*, vel ab alio *Cyro*, vel ab alio *Zorobabel* reduci, *ib.*
Judæorum Juramentum non eſſe *Chai Alah*, nec *Hachai olam*, ſed *Chai Adonai*, 20. 25.
Judæos Ethnici cur per contumeliam nominent *verpos*, *recutitos*, 331. 94.
Judas Macchabæus occumbit circa Azotum, 27. 76.
Iuerne, Ἰερνὶς, nunc *Dunkeran* urbs ad fluvium Pretanicum, 331. 96.
Iuernia duarum inſularum Britannicarum minor, 331. 95. alias dicta *Ierne*, *ib.* Major autem erat *Albion*, *ibid.* quæ diſpeſcitur in Angliam & Scotiam, *ibid.* quarum alteram ab altera diſterminat mons *Cheviola*, *ib.*
Julianum Apoſtatam prædicaſſe notum in Judæa Deum, 331. 94. Ejuſdem mors per inſidias violenta poſt expugnatam Cteſiphontem, 391. 48.
Julii Capitolini error demonſtratur, 713. 35.
Juleos dici Romanos, 332. 98. eorum etymon, 332. 98. 99.
Julis nomen unius ex IV. urbibus in Ceo inſula, 332. 1. quæ ex tetrapoli quomodo facta ſit dipolis, *ibid.* ex ea oriundos fuiſſe *Simonidem*, *Bacchylidem*, *Eraſiſtratum* & *Ariſtonem*, 332. 2. 356. 28.
Julium Criſpum prætorianorum militum tribunum *Severus* Imp. cur necari juſſerit, 135. 38.
Julium Cæſarem & alios max. Monarchas ex Gallia prodiiſſe, 198. 50.
Jul. Cæſ. Scaliger nequicquam impugnat Ariſtotelem de mulis ſcribentem, 263. 88.
Julius III. ante Pontificatum ubi fuerit Archiepiſcopus, 603. 53.
Junonia. Vide *Gadira.*
Junonis Laciniæ templum ubi. Vide *Croton.*
Jupiter cur dicatur *Olympius*, 294. 15. quid minetur auxiliaturo vel Græcis vel Trojanis, 639. 54.
Juramentum Alexandri M. quâ arte *Anaximenes* fecerit irritum, 416. 46.
Juramentum per Stygiam paludem Ethnicis fuiſſe ſacratiſſimum, 501. 38.
Juramentum ad Palicorum fontem an ſanctum & aliquantæ operationis, 520. 7.
Jurisperitos erubeſcere loqui ſine lege, 405. 42.
Juſtini erratum emendatum. Vide *Curetes.*
Juſtinianus meminit Suanorum & Abaſcorum in Novellis, 148. 18.
Juſtitia ſine pietate in Deum an diu ſtare poſſit, 700. 11.
Juvenalis Satyricorum princeps, 90. 96. quia *Domitianum* vocavit *Calvum Neronem*, relegatur in Hyaſin ſeu Oaſin inſulam, 138. 52. quam exilio ſuo honoravit, 675. 5.
Ixiæ regio ſeu oppidum Rhodi, 329. 84.
Ixibatæ gens ad Pontum, 329. 85.

L.

Laba, vel Labæ, arum, urbs Chatteniæ, 410. 5. inter civitates felicis Arabiæ mediterraneas, *ib.*
Labdalum promontorium Epipolæorum; 410. 6. Epipolas autem fuiſſe locum præruptum prope Syracuſas, *ib.*
Labranda vicus Cariæ, 411. 8. ſitus, *ibidem.*
Labinion vel *Lavinium* urbs Italiæ, 410. 7. aliis *Lavinum* vel *Laurentum*, *ib.* ejus conditor, *ib.*
Lacedæmon urbs totius Peloponneſi celeberrima, 412. 20. alias dicta vel *Lacon* vel *Sparta*, *ib.* ad Eurotam fluvium ſita, *ib.* olim Menelai fratris Agamemnonis regia, *ibid.* Lycurgi LL. inclyta, *ib.* cur *mater ducum* dicta, *ib.* eam plurimas obtinuiſſe victorias, *ibib.* duas tamen inſignes accepiſſe clades, *ib.* cives *Lacones*, *Lecedæmones*, *Lacedæmonii*, *Spartani*, *ib.* in præliis uſi tibiarum modulis, *ibidem*, an originem ducant ex Judæis & Abrahamo, *ib.* ex quibus Laconibus oriundus unus è VII. ſapientibus Græciæ, *ib* Laconica ſaltatio quænam fuerit, 413. 22
Lacedæmonii ſe juramento obſtringunt, ſe nolle Meſſeniis, more gentium aliarum, indicere bellum, 77. 4. quorum urbs Lacedæmon fuit olim Græciæ celeberrima, 274. 64.
Laceria urbs Magneſiæ, 413. 23. an fuerit *Hermion* ſeu Hermium, *ib.*
Laciadæ vel *Lacia* populus Oeneidis tribus, 413. 24. patria *Miltiadis* Athenienſis prælio victoris contra Perſas ad Marathonem, *ibid.* quæ Atticæ urbs dicitur *magnarum* & *multarum virtutum teſtis*, *ib.*
Lacinium mons ſeu potius promontorium Crotonis, 413. 23. à quo incipiebat ſecundus Europæ ſinus, *ib.* ubi *Junonis templum* dives multiſque refertum donariis, *ib.* cujus an ſuperſint columnæ, *ib.* Vide *Croton.*
Lacmon an ſit promontorium Pindi montis, 414. 26. Lacmus an diverſus ſit à vertice Pindi, *ibidem.*
Laconicus ſinus, vulgò nunc *Golfo de Colochina*, 541. 21.
Laconum LL. Lycurgo legiſlatore laudari, 172. 81.
Lade inſula Æolidis, 411. 14.
Ladeſta vel *Ladeſton*, una Liburnidum inſularum, 411. 13 quæ erant in Illyride numero circiter XLI. ignobiles, *ib.* an ſit dicta Italis nunc *Lagoſta*, *ib.* aliis *Ladeſtris*, *ib.* Slavis *Laſtovo*, *ib.*
Ladicen ex Cypri urbe Cyrene oriundam nupſiſſe Amaſi Ægypti Regi, 402. 15.
Læſtrigones monſtra hominum qui olim primi cum Cyclopibus habitârunt in Sicilia & Italia, 412. 19. an etiam dicti *Leontini*, *ibid.* an fuerint inhoſpitales & anthropophagi, *ib.* an eorum civitas fuerit *Læſtrigonia* vel oppidum *Formias*, dictum *Hormias*, *ib.*
Læſtrigonii campi an ſint prope Leontinos, 412. 19.
Laërtes vel *Laërte* caſtellum vel oppidum Ciliciæ aſperæ mediterraneum, 411. 15. unde oriundus *Diogenes Laërtius*, *ibidem.* qui ſcripſit

pſit X. libros de vitis Philoſophorum, *ibidem.*

Lagaria caſtellum Italiæ prope Thurios, 411. 9. unde *Lagaritana* ſeu *Lagarina vina* denominantur, *ib.*

Laginia, *æ*, vel *Lagina*, *orum* oppidulum Cariæ, 411. 11.

Laguſa inſula circa Cretam, 411. 12.

Laidem fuiſſe duplicem, unam ſeniorem, alteram juniorem, 384. 11. de qua civitates nonnullas contendêre tanquam de Homero, 677. 22.

Laïni gens Pæonica, aliàs dicti *Leæi*, 412. 18.

Laliſanda vel *Daliſanda* ſeu *Daliſandus* urbs Iſaurica, 414. 27. ſitus, *ibid.*

Lamea ſeu potius *Lampeja* mons Arcadiæ, 414. 33. an paſtorum Deo ſacer, *ib.* in quo Erymanthus amnis fontes habet ſuos, *ib.*

Lametini, urbs circa Crotonem, 414. 31. an ſit eadem quæ *Lampetia*, *ibid.* aliis dicta *Cetraro*, *ibid.* Lametum amnem hodie vulgò vocari *l'Amato fiume*, *ibid.* quem Stephanus *Larnetem* vocat, *ib.*

Lamia urbs una Theſſaliæ Melienſium 414. 28. ad quam in prælio contra Antipatrum Macedonaſque occubuit Leoſthenes, *ib.* unde denominatur *Lamiacum bellum*, 414. 29. altera Ciliciæ, aliis *Lamus* dicta, 414. 30.

Lampe urbs Cretæ mediterranea, 415. 35. an ab Agamemnone condita, *ib.* Lampæorum civitatem everſam inſtaurâſſe Cæſ. Octavianum, *ibid.* aliis dicta *Lappa*, 415. 36. 37.

Lampetia urbs Brutiæ, 414. 34. dicta aliis vel *Dampetia*, vel *Clampetia*. *ibidem.*

Lamponia urbs Troadis vel Æolidis, 415. 38. & 39. aliis dicta *Lamponium*, 415. 39.

Lampſacum an ſit conditum à *Priapo*, 416. 46. quem Lampſaceni religioſius colebant quàm Deos alios, *ibid.* eorum elogium inſigne, *ibidem.* ſympatriotæ *Charondæ* hiſtoricus, *Metrodorus*, *Anaximenes*, *Themiſta* Zoili filia, *ib.* apud eos ſepultum eſſe *Anaxagoram*, *ib.*

Lampſacus, urbs juxta Propontidem, 415. 41. aliàs dicta *Chium*, *ib.* olim unde *Pityuſa* & *Pityea* dicta, 415. 41. 42. 43. 44. cur donata Themiſtocli in vinum à Rege Perſarum, 416. 45.

Lamus unus ex vi. Ciliciæ fluviis, 414. 32.

Lamyra urbs Lyciæ, aliàs dicta *Limyra*, 415. 40. vel fluvius, aliàs nominatus *Limyrus*, *ib.*

Lanæ Hiſpanicæ laus, 374. 40.

Langarus. Vide *Alexander M.*

Laodicea urbs Syriæ, 416. 47. ſitus ad mare, *ib.* portus optimus, *ib.* olim dicta *Leuce acte*, 416. 48. & antea corruptè dicta cur *Rhamita*, 416. 48. 49. etymon, 417. 50. alia Lydiæ, dicta *Laodicea ad Lycum*, 417. 52. cur aliis adſcribatur Phrygiæ, *ib.* cujus oves gerunt lanas lanis Mileſiis molliores, *ib.* an etiam detur Laodicea tam Lycaoniæ quàm Mediæ, 417. 53.

Laperſa f. g. mons Laconicæ, 417. 56. etymon, *ib.*

Lapethus vel *Lapithus* urbs Cypri habens portum & navale, 417. 57. habitatores *Lapithæ*, 418. 58. ita dicti non ab urbe, ſed à gente Theſſaliæ inveniente frena equorum, *ib.*

Lapidem poſſe intelligi de quacumque Deorum ſtatua, 9. 51.

Lapides molares immanes vocari Græcis ὄνους, i. e. *aſinos*, 89. 89.

Lapithæ vel potius *Lapithæum* mons Laconicæ, 418. 59.

Laranda urbs *Lycaoniæ* vel *Lyciæ*, 418. 60. unde oriundus fuiſſe dicitur *Neſtor*, Poëta Epopæus, pater Poëtæ *Piſandri*, *ib.*

Larina vel *Larinum* oppidum Laviniorum ſeu potius Dauniorum, 418. 62. unde denominantur Larinæus, Larinatæ & ager Larinas, *ibid.*

Ariſſa nomen urbium, quarum una Theſſaliæ ſita ad Peneum fluvium, 418. 63. altera *Cremaſte*, dicta aliis *Pelaſgia*, 418. 64. tertia in Oſſa monte, 418. 65. quarta Troadis, licet alii putent eſſe Lariſſam circa Cumam *Heſiodi* patriam, 418. 66. quinta Æolidis circa Cumam Phriconida, 419. 67. ſexta Syriæ, cujus incolis an dicatur *Sizara*, 419. 68. nona Cretæ, 419. 69. decima *Atticæ*, 419. 70. Quin etiam *Argivorum arcem* dici Lariſſam, 419. 71. in qua Argorum arce erat *Jupiter Lariſſeus*, 419. 72. Tandem Lariſſam fuiſſe dictam vicum Epheſinum, ubi Apollo Lariſſenus, 419. 73. unde denominati Lariſſæi, Lariſſei & Lariſſeni, *ib.*

Larymna aliis eſt *Loryma* urbs Cariæ, 432. 53. aliis verò Loryma & Larymna ſunt diverſa loca, *ib.* Cæteroquin etiam portus Rhodi dicitur *Loryma*, 432. 54.

Las urbs Laconica, 410. 1. aliis vicus maritimus, *ib.* *Dioſcuri* cur cognominati *Laperſæ*, 410. 2. ſitus & etymon, 410. 4.

Laſerpitium medicorum nominari *Silphium* aliàs, 401. 14.

Latini utuntur omnibus Ethnicorum formis, quæ apud Græcos ſunt in uſu, 8. 50. Quin etiam nomina Græca in η vel per a vel e proferunt, 13. 80. nomina autem in ρος per er, 17. 9.

Lavinium. Vide *Labinion.*

Launtium vel potius *Lavinium* metropolis Latinorum, 417. 55.

Laurus Alexandria (quàm alii vel *Ideam*, vel *Danaën*, vel *Zaliam*, vel *coronam Alexandri* vocant) dicitur ab herba ſeu planta *Alexandria* ſeu *Alexandra*, quâ *Alexander M.* coronabatur in certaminibus, 62. 98.

Laus Romanorum facientium ſocios ac cives ex hoſtibus devictis, 59. 83. *Amſtelædami* ratione commercii, juſtitiæ miſericordiæque in egenos, 128. 90. *Hollandiæ*, *ib.* & 700. 11.

Läus nomen fluvii, ſinus & urbis Lucaniæ, 417. 54.

Lazari ſepulchrum quale, 616. 43.

Lazi Scytharum gens, 412. 16. unde denominatur Lazica vetus, 412. 17.

Lebinthus inſula. Vide *Drepana.*

Lemnus inſula à monte Atho diſtat 72000. paſſuum, 30. 92. qui in illam uſque diffundit umbram ſuam per ccc. ſtadia, *ibidem.* Eadem inſula à Thracibus *Sinties* dictis condita, 419. 75. ſitus, 419. 74. nominari eam *Dipolin* ob urbes *Hephæſtiam* & *Myrinam*, *ib.* an Vulcanus à matre Junone in Lemnum ſit ob deformitatem præcipitatus, *ibid.* ex hac oriundum fuiſſe Philoſtratum ſcriptorem vaniſſimum, *ib.* ab hac denominari *Terram Lemniam*, *ib.* cujus in ea effodiuntur iii. ſpecies, quarum unâ utuntur fullones, ſecunda dicta μιλτος *rubrica* ſeu *Sinopis* fabri, tertia dicta σφραγὶς ſeu *ſigillum* Medici, *ib.*

Lenæa feſta in Bacchi honorem Ethnicis celebrata fuiſſe diverſa, 420. 77. etymon, *ibid.* Bacchum ipſum dici *Lenæum*, *ibid.* Lenæum etiam fuiſſe Atticæ populum, penes quem Dionyſi templum, 420. 78. ubi Athenienſes ante theatrum ædificatum celebrarunt feſta Lenæa, *ibid.*

Lenus regio Piſatarum, 420. 79. in viii. urbes diviſa, *ibid.* quarum una *Salmone*, *ib.*

Leonis imaginem pro inſignibus gerere Hiſpaniarum Reges, 584. 25.

Leontinorum regio in Sicilia, 412. 19.

Leporem ſuum pleraque Græcorum amittunt converſa in ſermonem Latinum, 147. 17.

Lepſemandus oppidulum Cariæ an ſit, 420. 83. in ora Cariæ haberi inſulam Lampſemandum, *ib.*

Lete urbs Macedoniæ, 420. 80. patria *Nicarchi* ſeu potius *Nearchi* ſocii in militia Alexandri M. *ib.*

Letuſpolis urbs Ægypti, 420. 80. unde denominatur *Letupolites Nomos*, *ib.*

Leuce una tantum inſula contra Cydoniam Cretæ, Italicis nautis dicta *S. Theodoro*, 95. & 96. 41. Vide Ἀγίαν Θεόδωρον.

Leucippidas nupſiſſe Dioſcuris à quibus erant raptæ, 143. 87.

Leunclavium perperam emendaſſe Dionis locum, 267. 19.

Libanus Syriæ vel Judææ mons ferax cedrorum, 421. 85. etymon, *ib.*

Libanæ, *arum*, urbs Syriæ an ſit, 420. 84.

Libros Sibyllinos apud Ethnicos fuiſſe majore in æſtimatione habitos ac apud nos S S. Biblia, 205. 6. eſſe autem ab Stilicone Magno combuſtos, imperante Honorio, *ib.* utpote qui nihil aliud continuerint niſi pias ad Ethnicam religionem fraudes, *ib.*

Liburni gens adhærens interiori parti Adriatici ſinus inter Hiſtriam & Dalmatiam, 421. 88. quorum regio Liburnia nunc vulgò dicitur *Croatia*, *ib.* Inde cur genus navigii velociſſimi dicatur *Liburna* vel *Liburnica*, 421. 89. *Liburnum* accipi trifariam, *ibid.*

Libya tota dicitur ab Ammone, 74. 78. Ammon verò factum eſt ex *Cham* & eſt *Chamus*, *ib.* Quin etiam *Ammun* Ægyptiis dicitur *Jupiter*, *ib.* atque ut Cham derivatur à rad. *Chamam*, i. e. *incaluit*: ita Ζεὺς deducitur à ζέω, i. e. *ferveo*, *ib.* eſt ſimilis pardali interpuncta habitationibus, 138. 53. regio polyonymos, aliis *Africa* dicta, 421. 86. Libyæ & Africæ etymon, *ib.* Unde Libyſſa dicitur ex Libya mulier *ib.*

Libyſſa caſtellum Bithyniæ ad mare, 422. 90. ubi Annibalis tumulus, *ib.* licet aliis ſit urbs mediterranea, *ibid.* oppido autem nomen datum à Libyſſa fluvio, *ibid.*

Libyſtini gens adjacens Colchis, aliis dicti *Ligyſtini*, 422. 91.

Ligurum, *Ligyes* ſeu *Ligures*, eſſe gentem finitimam Tyrrhenis 422. 93. etymon, *ib.* urbs Liguriæ præcipua *Genua*, vulgò *Genova*, *ib.* Ligures

antiquitus non benè audiiſſe, nec hodie benè audire, *ib.*

Ligyſtine urbs *Ligurum* ſeu *Ligyum*, 422. 94. quorum alii vixerunt in Italia, a quibus reliqui veluti coloni duxerunt originem, *ib.* alii Colchicis vicini, dicti *Colchici* vel *Libyſtini*, *ibid.* alii in occidentali Iberia prope Tarteſſum, *ibid.* Tarteſſus enim fuit urbs & amnis Iberiæ occidentalis, 422. 95. Libyſticus verò lacus an ſit idem atque *Ligyſticus*, vel *Ligyſtinus*, vel *Libytinus*, *ib.* & an inveniatur Cytæa *Libyſtina* vel *Ligyſtica*, *ib.*

Lilæa urbs Phocidis ad Cephiſſi amnis fontes, 423. 97. an duæ dentur Lilææ. *ib.*

Lilybæum unum è tribus Siciliæ promontoriis, 423. 98. ſpectans ad occaſum vel Africam, *ib.* aliis dictum *Lilybe*, *ib.* ut alterum *Pelorus* ſeu *Peloris* & tertium *Pachynum*, ſeu *Pachynos*, *ib.* fuiſſe etiam iſtius nominis civitatem Lilybætanam, 423. 99. in qua an fuerit ſepulchrum Sibyllæ, *ib.* in cujus ruinis exſtructa urbs Siciliæ *Marſalla*, *ib.*

Limnæ urbs Helleſponti circa Seſtum, 424. 4.

Limnæa vicus Argiæ, 424. 2. ſeu oppidulum maritimum, *ib.*

Limyra urbs Lyciæ, 424. 5. etymon, *ib.* an ſit Stephani Lamyra, *ib.*

Lindus urbs in inſula Rhodo una ex tribus celeberrimis quarum altera *Jalyſus* & tertia *Camirus*, 424. 7. ob quas Rhodus dicta *Tripolis*, *ib.* Lindi conditores, 424. 8. ejus deſcriptio, 424. 7.

Lindonium vel *Londinium*, incolis *London*, Hiſpanis & Gallis *Londres*, olim *Auguſta*, Regni Britannici caput, Regum ſedes, emporium celeberrimum, 424. 9. ſitus, *ib.* an ejus conditores innoteſcant, *ib.*

Linguis ex cognatis eruere vocabuli etymon non eſſe abſonum, nec ἀπρόσδεκτον, 156. 54. ſed inſaniam inamabilem eſſe, ex Brabantico Teutoniſmo eruere Hebraiſmum, *ibidem.*

Linguam Gallicam non habere Poëtas, quales poſſint cum *Italis*, *Hiſpanis* & *Luſitanis* comparari, 111. 60.

Linum an ſit regio Helleſpontiæ, 424. 9.

Linx amnis Mauritaniæ & urbs, 422. 92. aliis *Lixum* dicta, *ib.* aliis Phœnicum urbs ſeu colonia, *ib.* nunc vulgò *Larache*, *ib.* ſitus, *ib.* quando ab Hiſpanis capta, *ib.* an ibi Antæi ſepultura & oſſa cadaveris abſumti, *ibidem.* Vide 425. 10.

Lipara una inſularum Æoli, 235. 30.

Lipara maxima ſuperat hodie ſola ex viii. illis, quas vocant inſulas *Æoli* ſeu *Æolias*, vel *Vulcani* ſeu *Vulcanias*, vel *Liparæorum*, vel *Hephæſtiades*, 425. 12. etyma, *ibid.* portus ac thermæ, *ib.* aluminis metalla, *ib.* piſces varii, *ib.* arborum fructus, *ib.* apud quam Duillius prælio navali victor evaſit contra Carthaginenſes, *ib.*

Liparenſes olim inſignes fuiſſe piratas, 269. 39. *Liparenos* autem dictos fuiſſe omnes incolas inſularum Æoli, addito cujuſque inſulæ nomine, *ibidem.*

Lipaxus urbs Thraciæ, 425. 11.

Liris Italiæ fluvius quomodo nominetur hodiè, 703. 31.

Liſſum promontorium, 425. 13. nec non Acroliſſus, *ibidem.* Liſſus urbs Illyriæ, *ib.* vel *Dalmatiæ*, *ib.* Liſſum cur à Dionyſio Siciliæ Tyranno conditum, *ib.*

Litera Thau extrema an in Alphabeto Samaritano ſeu antiquis Hebræorum literis habuerit crucis ſimilitudinem, 583. 25.

Literæ Hebræorum gutturales pronunciatu difficiles ſæpè in verſionibus negligi, 74. 78. *Literæ* eorundem antiquæ an fuerint Samaritanæ, 583. 25.

Literæ I & T eſſe penè ſimiles in Græca lingua, 210. 37.

Livadia. Vide *Græcia.*

Livii error demonſtratur & emendatur, 136. 40. 392. 51.

Lixa urbs Libyæ, 425. 10. Vide *Linx.*

Locri Epizephyrii, urbs Italica, 426. 14. etymon, *ib.* cives *Locri Italici*, *ib.* degentes in ea Italiæ parte, quæ *Magna Græcia* nominatur, *ib.* Locros enim præter hos erant etiam *Epicnemides*, *Ozolæ* & *Opuntii*, *ibid.* quamvis Stephano Opuntii & Epizephyrii ſint iidem, *ibid.* Locros ab Opuntiis originem ducentes à Poëta appellari *Narycios*, *ib.* in eis fuiſſe Proſerpinæ templum à Dionyſio exſpoliatum, *ibid.* eoſdemque nobilitâſſe partim *Zaleucum* legiſlatorem, *ibid.* partim pugnam victricem ad *Sagram* fluvium adverſus 130000. *Crotoniatarum*, *ib.* Paroemia unde tracta: *Veriora quàm quæ ad Sagram*, *ibid.* Etymologia tam Ozolarum & Epizephyriorum ſeu Heſperiorum, quàm Epicnemidiorum & Opuntiorum Locrorum, *ib.* eorum incolatus, *ib.*

Locus Strabonis corruptus emendatur, 594. 97.

Londinum. Vide *Lindonium.*

Longobardos cepiſſe Ravennam, 571. 3.

Lopaduſſa inſula juxta Thapſum Libyæ, 426. 15. memorabilis claſſe *Caroli* V. Imp. naufragium paſſa, *ib.*

Lotophorus nomen regionis, cujus incolæ an degant in Libya, vel in Æthiopia, vel in inſula Meninge, vel alibi terrarum, 432. 55.

Lothi filia major natu non erubeſcit filium ſuum appellare *Moab*, 70. 54.

Lothus quantopere tutatus ſit jura hoſpitalitatis, 612. 16.

Loti deſcriptio. Vide *Gindanes.*

Lucanus cujas, 473. 70.

Lucaria ſeu potius *Luceria* in Daunia urbs Italiæ, 426. 18. Romanorum colonia, *ibid.* fuiſſe enim quoque Luceriam unam *Campaniæ*, alteram *Umbriæ*, tertiam *Galliæ* Ciſpadanæ, *ibidem.*

Lucillus Tarrheus. Vide *Apollonii Rhodii.*

Lucis & *Aceti* definitionem Philoſophaſtros loquaces neſcire, & garrire de Deo aliiſque rebus aciem ingenii humani excedentibus, 6. 29.

L. Corn. Balbi patria. Vide *Gadira.*

Lucus Aſtyrenæ Dianæ, 132. 16.

Lucus Apollini Parrhaſio ſacer in Lycæo monte, 428. 29. qui tam Pani paſtorum Deo ſacer quàm Iovi ſacratus fuit, *ibid.* unde celebrantur certamina *Lycæa* in Iovis *Lycæi* honorem inſtituta, *ib.* & *Lycæa* ſortes, *ib.*

Lucretius an Genuæ oppidum à Magone Pœno dirutum exædificârit, 204. 96.

Ludius Elotas. Vide *M. Ludius.*

Ludovicus Gongora Poëta cujas, 473. 70.

Lugduna urbs Celtogalatiæ, 426. 16. Archiepiſcopolis, & emporium celeberrimum, *ibidem*, aliàs *Lugdunum* vulgò *Lyon*, *ibid.* ejus etymologia, *ibid.* ubi conditum, *ib.* quam memorabilis in eo ara templi Cæſari Auguſto dicati, *ibid.* à quo & quando conditum, *ib.* quis ibi inſtituerit ludos miſcellos, & certamen Græcæ Latinæque facundiæ, *ib.* urbs quando conflagraverit, *ib* in qua duo Impp. Romani nati, *ib.* & apud quam Gratianus Imp. dolo enecatur, *ib.*

Lupus Hadiab Chaldaicè & *Lycos* Græcè ſunt nomina ἰσοδύναμα, 22. 37.

Luſi ſeu *Luſſi* Arcadiæ urbs, 427. 22.

Luſia an ſit populus Oeneidos tribus, ab una filiarum Hyacinthi, 427. 20.

Luſitana, Hiſpanica, Italica & Gallica linguæ cur apud Autorem non induantur veſte Latina, 111. 60. Latinæ linguæ ceu matris filias eſſe linguas illas, *ib.* omnibuſque totius Europæ linguis præſtare, *ib.* quænam verò illarum una ſit tribus reliquis elegantior, *ibid.*

Luſitania Hiſpaniarum, 427. 21. quibus terminis terminetur cardinalibus, *ibid.* & fluvio *Ana*, Hiſpanis dicto vulgò *Guadiana*, *ib.* etymologia, *ib.* an à *Portu Calis* corruptè dicatur *Portugal*, *ib.* laus, *ib.* præcipua urbs *Olyſippo*, *ib.* fluvii, *Durius*, *Minius*, *Munda*, *Tagus*, *ib.* incolas eſſe bellicoſiſſimos & per Atlanticum Oceanum & ignota antea Africæ litora imperium protuliſſe ultra Garamantas & Indos navigando, *ib.* & tandem excuſſo Hiſpanorum jugo priſtinam recuperaſſe libertatem, 427. 21.

Luxuriæ cauſam cur homines ſtultè referant in æris & aquæ temperiem, 582. 17.

Lycæus mons Arcadiæ, 428. 29. an Lycæa etiam ſit urbs Arcadiæ, *ib.* unde denominantur *Lycæus Apollo* & *Lycæum gymnaſium*, *ib.* in quo *Ariſtoteles* Philoſophiam docuit, *ibidem.*

Lycanthropia quale genus morbi ſit, 491. 58.

Lycaonia regio Lyciæ & Iſauriæ, 428. 30. aliis verò vel Phrygiæ ſalutaris pars finitima Iſauriæ verſus Taurum, *ibid.* vel Cappadociæ contermina, *ib.* urbes præcipuæ *Adopiſſus* & *Iconium*, *ib.* incolæ Lycaones ſimul cum Phrygibus, Iſauris, Pamphyliis & Piſidis Anatolicum incolebant Thema, *ibid.*

Lyceum gymnaſium. Vide *Lycæus mons Arcadiæ.*

Lyceus Apollo. Vide *Lycæus mons Arcadiæ.*

Lychnidum, *Lychnidium*, *Lychnida* vel *Lychnidunta* eſſe urbem Illyriæ, 431. 49. quæ aliis locatur in Macedoniæ regione Daſſaretiorum, *ib.*

Lychnidia nomen paludis ita denominatæ à Lychnido, 432. 50. accola Lychnidites, *ib.* Lychnitida eſſe lacum Armeniæ, 432. 51. an verò Lychnites ſit oppidum Armeniæ, *ibidem.*

Lycia nomen duarum regionum, una inter Cariam & Pamphyliam, 429. 33. etymon, *ib.* famigerata monſtro Chimæ-

Chimæra, quam affinxere Crago monti, *ib.* quo quid intelligatur, explicatur, *ib.* an sit occisum à Bellerophonte, *ib.* Altera verò Troica, secundum aliquos, ad Ciliciam, in qua regnavit Sarpedon, 429. 34. unde denominantur *Lyciæ pharetræ & sagittæ*, 429. 34.

Lyco, Lycopolis, Lycu polis vel *Lycopolis* nomen duarum urbium, 430. 39. una in Lycopolite Nomo, *ib.* altera in Sybennyte Nomo, 430. 39. 40.

Lycoa urbs Arcadiæ, 429. 35.

Lycon unus ex Socratis accusatoribus, 68. 36. exilio multatur, *ib.*

Lycophron corrigitur ex Stephano, 38. 55. 633. 26.

Lycorea vicus in Delphorum loco 430. 41.

Lycormas nomen fluvii, qui postea aliis dictus *Evenus*, 429. 36.

Lycosura urbs Arcadiæ, 430. 37. situs, *ib.* de ea quænam Græcorum nugamenta, *ib.* conditor, *ibid.*

Lyctus urbs Cretæ, 430. 38. patria Idomenei Lyctii, *ibid.* etymon, *ib.*

Lydi utebantur Phrygum linguâ, 23. 44.

Lydia regio Asiæ minoris, 428. 27. antea dicta *Mæonia*, *ibid.* urbes *Thyatira* & *Sardis* Crœsi regia, *ibid.* fluvii, *Pactolus* & *Hermus*, *ib.* Montium celeberrimus *Tmolus*, ex quo Pactolus defert auri ramenta, *ib.* Reges ejus celebriores quinam, *ib.* etymon, *ib.* hæc regio unde dicta *Tyrrhena* seu *Tyrsena*, *ib.* à qua denominatur mare *Tyrrhenum*, *ibid.* an Tusci Etruriæ incolæ originem trahant à Lydis, *ib.* *Lydius* autem cur à Poëtis vocetur Tibris, *ibid.* Lydos prostituisse filias, cæteroquin autem habuisse Leges Legibus Græcorum penè similes, *ib.* an primi aureum argenteumque percusserint nummum, *ib.* & spectacula seu ludos invenerint, *ibid.*

Lydiam Lydiosque vocatos esse à Lydo, cum antea regio diceretur *Mœonia*, & incolæ *Mœones*, 137. 48. Atyn autem fuisse patrem Lydi, *ib.*

Lydios fuisse subactos à Persis, 428. 27. eos à Comicis carpi & haberi molles, intemperantes atque lascivos, *ibidem.* juxta adagia: *Lydus in meridie ludit*, *Lydium melos*, *Lydorum caryca*, *ib.* *Lydiazo* quid significet, *ib.* Lydius lapis quid polleat, *ib.*

Lydius & *Hypolydius* modi Musici, 250. 32.

Lyle, *Lylæ*, *arum*, vel *Lylæa* urbs Arcadiæ, 430. 42.

Lyncus vel *Lyncistus* Epiri urbs, 427. 23. vel regio, 428. 23. etymon, 428. 24. unde denominantur *Lyncistæ*, 428. 25.

Lynx urbs Libyæ, 428. 26. situs, *ib.*

Lyrcea civitas Argolidis jam ante bellum Trojanum deserta, 430. 43. *Lyrceum* verò mons ejusdem regionis, *ib.*

Lyrnessus nomen urbium, quarum una erat Ciliciæ seu Pamphyliæ, 431. 44. altera verò Troadis, 431. 44. & 45. seu *Phrygiæ*, 431. 46. patria Briseidis, 431. 44. una ex XI. civitatibus Troicis ab Achille captis, 431. 45. quarum nomina exprimuntur, *ibid.* *Lyrnessium* dici Phrygem, 431. 46.

Lysandri victoria. Vide *Ægos potami.*

Lysimachia nomen urbium, quarum una in Thracia Chersonesi, 431. 47. altera verò Ætoliæ oppidum quod intercidit, 431. 48.

Lysimachiam & *Cardiam* urbes fuisse diversas, 431. 47.

Lyttos appellari loca edita, 430. 39.

Lyxia Acarnaniæ urbs, 428. 28. unde denominatur Lyxates, *ibid.*

M.

Macæ, arum, nomen duarum gentium, quarum una degit inter Carmaniam & Arabiam, 436. 25. quorum promontorium promontorio Carmaniæ opponitur, *ib.* quod dicitur *Hormozon* vulgò *Ormus* seu *Hormus*, *ibidem.* ut prius vocatur incolis *Maces*, *ibidem.* altera verò inter Africæ Cyrenaicæ populos juxta Cinyphum amnem habitantes, *ibidem.* Macæi cur dicantur *Syrtitæ*, *ib.*

Macalla seu *Macella* urbs Italiæ una, 436. 26. altera Siciliæ, *ibid.*

Macareæ urbs Arcadiæ, aliis *Macaria*, 436. 27. aliis *Macareorum urbs*, *ib.* etymon, *ib.*

Macas non esse Meccam Muhammedis patriam, 436. 25.

Mace seu *Mænace* urbs Celtica, 436. 24. vel oppidum Norici in Austriæ Carinthiæque confinio, *ib.* nunc pagus *Matnicz*, *ib.* an sit Antonini *Gabrumagum*, *ib.*

Macednum regio seu oppidum in Pindo monte Macedoniæ, 437. 28.

Macedonia Thraciæ vicina, 49. 15. regio Græciæ, 437. 29. etymon, *ib.* olim dicta *Emathia*, *ib.* vel *Macetia*, *ib.* incola *Macetes* vel *Macetis*, *ibid.* oppida celebriora *Thessalonice* & *Pella*, *ibid.* fluvius *Strymon*, *ibid.* mons *Athos*, *ibid.* Reges an originem trahant ab Hercule, *ibid.* Regnum cœpisse florere à Carano, *ib.* auctum sub *Philippo* patre filioque *Alexandro*, *ib.* decidisse sub *Perseo* victo à *Paulo Æmilio*, *ibid.* & redactum ad præfecturæ formam, *ib.*

Macedonum primorum plurimos, qui in Asia militaverant, habitâsse Pellæ velut in metropoli, 91. 7.

Macherûs, *untis*, castellum Judææ quale & quantum, 449. 11. cur in hoc Herodes vinctum detinuerit *Johannem Baptistam* & decollaverit, *ibid.*

Machlyes, *Machmes*, *Machryes*, *Macryes*, *Macries*, *Maxyes*, *Mazaces*, *Mazices* & *Mazyes* esse diversas Libyæ gentes, 434. 13.

Machlyes ubinam terrarum degant. Vide *Gindanes.*

Macistum vel *Mecistum* nomen urbium, quarum una Triphyliæ, altera Elidis, 464. 13.

Macistus urbs Triphyliæ, 437. 32. quam *Plataniſtuntem* vocant, *ib.* & inhabitant Caucones Arcadica gens, *ibidem.*

Macrobii erratum monstratur & emendatur, 7. 41.

Macrocephalos esse populum prope Colchos, 438. 34. cur ita appellentur, *ibidem.*

Macrones, nunc *Sanni* vel potius *Tzani*, gens Pontica, 438. 36.

Macryes, *Machryes*, *Machlyes* gens Libyæ, 438. 35.

Macrynia seu potius *Macynia* urbs Ætoliæ, 438. 38.

Mactorium urbs Siciliæ, 438. 37. situs, *ibid.* an sit hodiernum oppidum *Mazarino*, *ib.*

Madreni & *Mandianitæ* vel potius *Madieni* & *Madianitæ* gens Arabiæ, 434. 9. denominati à Madian, quò secesserat Moses profugus à Pharaone, *ib.*

Madytus urbs Chersonesi in Hellesponto, 433. 18.

Mæander Cariæ fluvius celeberrimus, 357. 30. quot tortuosi ejus flexus reflexusque, *ib.* unde *gyri* dicti *Mæandri*, *ib.*

Mæandropolis urbs Magnesiæ in Phrygia, 435. 14.

Mædi gens Thraciæ prope Macedoniam, 435. 16.

Mænades nomen mulierum Orgya Bacchо celebrantium 291. 42.

Mænalus urbs Arcadiæ, 435. 17. aliàs *Mænalæa*, *ib.* Hinc *Mænalius* dicitur Arcadicus, *ibid.* Arcades enim erant *μυσικώτατοι*, *ib.* Mænalus autem mons Arcadiæ, erat Pani Pastorum Deo sacratus, 435. 18. unde denominatur Mænalus, *ib.* ut Menalites ab urbe, 425. 17.

Mænobora urbs Mastienorum, 435. 19. qui fuêre Hispaniarum populi ad Herculis columnas, *ib.* an sit eadem quæ *Mænoba* vel *Manoba*, *ib.*

Mæonia regio unde dicatur Lydia, 435. 20. Lydos vocari *Mæonidas*, *ib.* à *Mæonio* fluvio, *ibid.* Bacchum verò *Mæonium*, *ib.* *Mæonia* autem carmina Homeri, *ib.* quem nominant *Mæonidem* seu *Mæonium vatem*, *ib.* cujus pater fuisse *Mæon* creditur, *ib.*

Mæotæ populi Scythici denominati à palude Mæotica, quam accolebant, & *Temirinda* appellabant, i.e. *matrem maris*, 436. 21. aliàs *matrem Ponti*, *ib.*

Mæotin paludem esse *Mæam*, id est, *nutricem* Euxini ponti, 436. 22. & vocari hodie *Zabaccam*, *ibid.* Mæoticam autem tellurem inhabitare Tartaros, 436. 21.

Magarsus seu *Megarsus* aliis Ciliciæ oppidum, 433. 1. aliis verò collis Ciliciæ maximus prope Mallum, *ib.*

Magdolus Ægypti urbs, 433. 2. ex Hebr. *Migdol* significante *Turrim*, *ib.* ubi Syros vicit Rex *Necos*, *ib.* à quo etiam occisus est *Josias*, *ib.*

Magia Illyriæ an sit *Magniana* Pannoniæ oppidum, 433. 3. Magos autem esse gentem Mediæ, 433. 4. *Magi* verò nomen tam in malam quàm in bonam partem acceptari, *ibid.* ut vox *Chaldæi*, *ib.*

Magistrice regio Taurisсorum, hodie *Madran*, 433. 5. oppidum Norici in Carinthia, *ib.*

Magna diu stare nesciunt, 391. 48.

Magna an sit insula Libyca, 433. 6. Libycè dicta *Samatho*, *ib.* id est, *magna*, 433. 7. etymon, *ib.*

Magnesia urbs Cariæ, hodie *Mangresia*, 357. 30. quam Xerxes Themistocli exulanti in panem dedit, *ib.* & propter quam Antiochus Rex à Scipione victus, victori cognomen *Asiatici* peperit, *ib.*

Magnesia nomen regionis & urbium ad Mæandrum Phrygiæ amnem, 433. 8. quarum una Æolidis, *ibid.* ab aliis in Lydia locatur & *Magnesia ad Sipylum* vocatur, 434. 8. altera Cariæ, *ibidem.* dicta *Magnesia ad Mæandrum*, 434. 8. & data Themistocli à Xerxe in panem, *ib.* circa quam Scipio *Antiochum* Regem vincens

vincens meruit *Asiatici* nomen, *ib.* quantum abfuerit ab Epheſo, *ibid.* antiqua nomina *Theſſalice* & *Androlitia*, *ibid.* interitus qualis, *ibidem.*

Magneſiæ urbs *Budea* una in Macedonia, 177. 11. unde Minerva *Budea* culta in Theſſalia, *ibid.* incolæ vel *Budii* vel *Magnetes*, 177. 11. & 177. 14. ubi Budii etiam ſunt Mediæ populi; altera juxta Stephanum urbs Phrygiæ, 177. 13. quamvis alii eam adſcribant vel Theſſaliæ, vel Bœotiæ, vel Phthiæ, *ib.*

Magneſiam fuiſſe Macedoniæ regionem vicinam Theſſaliæ, 247. 10.

Magnetem eſſe nomen tam civis quàm lapidis, 434. 8. qui aliis dicitur *Sideritis*, vel *Heracleotis* ſeu *Heracleus lapis*, *ib.* cujus vis mira in pyxide nautica, *ib.*

Magni Etymologici Autor emendatur, 183. 55.

Magni viri porrigine corrigendi aliquando corrigunt quæ corrigi non debent, 30. 9.

Magnis viris quid homines excogitare ſoleant, ut illi ab Diis genus trahere credantur, 81. 30.

Magnitudinem racemorum Terræ Sanctæ mirari incredulos, 277. 7.

Magur quid ſignificet, 362. 66.

Malaca & *Suel* nomina Phœnicia, 25. 64. etymon, *ib.*

Malaca vel *Malacha* urbs Iberiæ maritima, 438. 39. Hiſpanis dicta *Malaga*, *ibid.* etymon, *ib.* an olim fuerit dicta *Mænace*, *ib.* Mauris quando à *Ferdinando V.* Caſtellæ Rege erepta, 439. 39. & in Epiſcopi ſedem redacta, *ibid.* fluviolus præterlabens qualis, *ibid.*

Malanius urbs regionis Oenotrorum mediterraneæ, 439. 39. hodie *Maida*, *ib.* oppidum Brutiorum in Calabria ulteriore, *ib.*

Malea promontorium prope Peloponneſum, 439. 41. nunc vulgò dici *Capo Malio de S. Angelo*, *ibid.* ubi periculosè præternavigatur, *ibid.*

Mali vel *Malli* gens Indica, 440. 46. apud quos Alexander M. lethaliter vulneratur, *ib.*

Malieus urbs à qua *Malienſes* denominantur, 439. 42. Μαλιέας & Μηλιέας non fuiſſe eandem, ſed diverſam gentem, *ib.* etſi finitimam, *ib.* an utroſque comprehenderit *Maliacus ſinus*, *ib.* qui hodie dicitur *Golfo di Ziton*, *ib.* incolarum autem regio *Melis*, *ibid.*

Mallada urbs Perſica an ſit Mallaba una Leanitarum Ptolomæi, 439. 43.

Mallos urbs Ciliciæ, 439. 44. incolæ fuere Argivorum coloni, *ib.* quibus cur tributa remiſerit Alexander M. *ibid.* inde oriundum fuiſſe *Cratetem* Grammaticum, *ib.*

Maloëntis Apollinis fanum fuiſſe in Lesbo 340. 45.

Mamarcina vel potius *Marcina* urbs Auſonica, 440. 47. à quibus condita, *ib.* & à quibus habitata, *ibid.* an ſit hodie Italis vulgò dicta *Veteri*, 440. 47.

Mamertium urbs Italiæ, 440. 48. unde Campanorum quædam gens vocantur *Mamertini*, 440. 49. Cæteroquin abſolutè dicti *Mamertini* ſunt oppidani Meſſanæ Siciliæ, *ib.*

Mandaræ Macedonicæ Cyrrhi pars, 440. 50.

Mandropolis Phrygiæ urbs, 440. 51.

Mandyrium urbs Japygiæ ſeu Apuliæ in Salentinis, 441. 52. Latinis *Manduria*, *ib.* vulgariter *Mandula*, *ibidem.*

Manen fuiſſe Lydiæ Regem, 441. 53,

Manes nomen fuiſſe frequens & uſitatiſſimum bonitate ac potentiâ perinſignem, 441. 53.

Manes profundos dici *inferos*. Vide *Augila.*

Maneſii etymon, 441. 53.

Manica à Phrygibus cur nuncupentur illuſtria admirandaque, 441. 53.

Manin fuiſſe Regem Phrygum vetuſtiſſimum bonitate ac potentiâ perinſignem, 441. 53.

Manlii mors violenta, 353. 6.

Mannacarta an ſit urbs Arabiæ, 441. 55.

Manthyrea ex Μανθυρέης vicus Arcadiæ, 441. 54.

Mantinea urbs Arcadiæ, 441. 56. conditor, *ibidem.* cur eam Homerus appellet ἐρατεινὴν, i. e. *amabilem*, *ib.* an etiam vocata *Antigonia*, *ibid.* an ibi Penelope adulterii damnata peregerit curriculum vitæ, *ib.* ad eam occubuiſſe *Epaminondam* victorem Lacedæmoniorum, *ib.*

Mantua urbs Romanorum vetuſtiſſima, 441. 57. ſitus, *ibid.* Ducatus Mantuani caput & ſedes, *ib.* glorians cive ſibi ſuo Virgilio, *ibidem.* progignensque *Poſſevinum* Jeſuitam variorum operum autorem & *Petrum Pomponatium* atque *Baptiſtam Hiſpaniolum*, 442. 57.

Manzanares Hiſpaniæ amnis Madritum præterlabens an inter fluvios referri mereatur, 601. 40.

Μαρὰν ἀθὰ quid ſit Paulo, 416. 49.

Maratheſium Cariæ vel Lydiæ urbem fuiſſe ſub Epheſiorum ditione, 442. 58. 59. & ob id dici *Epheſiorum urbem*, *ib.*

Marathon Phocidis oppidulum, 2. 5. necnon populus Leontidis tribus Atticæ, 442. 62. an fuerit opus *Xuthi* Erechthei generi qui *Tetrapolin* condidit, *ibid.* quantum diſtet ab *Athenis* atque à *Caryſto*, *ib.* ubi *Miltiades* contra Perſas prælio victor evaſit, *ib.* etymon, *ib.* Marathonem nunc eſſe vicum qui *Marathona* dicitur, *ibid.*

Marathus, *i*, vel *Maratha*, *orum*, urbs una Acarnaniæ, 442. 60. aliis Arcadiæ, *ib.* alia Phœniciæ, *ib.*

Marathuſa inſula parva in Ægæo mari prope Clazomenas, 442. 61.

M. Tullii Ciceronis laus. Vide *Ciceronem.*

Marciani verba emendantur, 123. 56. pariter atque erratum in Periegeſi, 272. 62.

Marcomannos viciſſe *Aurelianum* Imp. 553. 95.

Marcæum mons Troadis vicinus Gergithi urbi, 444. 78. ad quem an pertineant *Macriades ſcopuli*, *ib.* utrum habitatores inde denominandi ſint *Marcæiſſii*, an verò potius *Marcæonii*, 445. 79.

M. Craſſus Conſul infeliciter transgreditur Cteſiphontem & Euphratem, 391. 48.

M. Ludius Elotas templum Junonis ubi picturis condecoraverit, 105. 8.

Mardi gens Hyrcanorum, 443. 65. numeratorum ab aliis inter Perſidis gentes, *ib.* quarum regionem ante Alexandrum M. nemo hoſtiliter invaſit, *ib.* fuere latrociniis dediti, 443. 66.

Mardos Perſis finitimos vivere prædando, 71. 61.

Mare plerumque ſumere nomina ab oris quas alluit, ut *Tyrrhenum*, *Liguſticum*, *Hiſpanicum*, *Gallicum*, 330. 90.

Mare Atlanticum Græcis dici *Oceanum*, 731. 12. *Mare magnum* quid nominent Aſiatici, *ibidem.* *Mare Externum* quomodo differat ab *Interno* ſeu *Mediterraneo*, *ib.*

Marea vel urbs adjacens Alexandriæ Ægypti, 443. 67. ſitus, *ib.* vel lacus Mareotis, *ib.* vel ſpecies quædam vitis, 443. 67.

Mareoticam corticem accipi pro Ægyptia papyro, 443. 67.

Mares nomen gentis adhærentis Moſſynœcis, 443. 68. gentibus ex quibus *Xerxis* exercitus adverſus Græciam conſtiterit, *ib.*

Margææ, arum, urbs Eleæ, 443. 63. an ſit Straboni rectè dicta *Margala*, *ibidem.*

Margana, urbs Indiæ, 443. 64. aliis oppidum Tapobranæ inſulæ, *ibid.* Margianam autem fuiſſe regionem Hyrcaniæ vicinam, *ib.*

Mariaba, *Meriaba* Sabæorum urbs, 444. 70. ſitus, *ib.*

Mariaba nomen trium apud Arabes metropolium, 443. 69. quarum prima *Sabæorum*, *ibid.* ſecunda *Minæorum*, *ib.* tertia *Calingiorum*, *ib.* *Mariaba* autem ſignificare *Dominos omnium*, 444. 69.

Mariabam & *Sabam* ſecundum quoſdam fuiſſe unam eandemque urbem, 444. 69.

Mariandynia regio Ponti inter Paphlagones & Bithynos, 444. 73. Mariandyni an fuerint cognominati *Galatæ*, *ibid.* an incoluerint Ponti Euxini oram, 444. 73. an eorum metropolis fuerit Claudiopolis, *ib.* in hac regione an fuerit *Acheruſia ſpecus*, per quam Hercules traxit Cerberum, *ibid.* ex cujus ſpuma quid natum ſit, *ib.* *Mariandynus tibicen* proverbialiter quis dicatur, *ibid.* *Mariandini calami* quid ſint, *ibidem.*

Mariandyni. Vide *Anthemuſis.*

Mariame, *Mariamme*, *Mariammia* urbs Phœnicum, 444. 71. cives *Mariamitæ*, vel *Mariamnitani* in Cœleſyria, 444. 72.

Mario urbi Cypri an nomen mutatum ſit in Arſinoën, 444. 76. Marium urbem Græcam hodie dici *Marin*, *ib.* etymon, *ibid.* & 444. 77.

Marmarium urbs Eubœæ, 445. 80. ubi *Apollinis Marmarini* templum, *ibid.* & latomiæ Caryſtiarum columnarum, *ib.*

Marnan deflexum eſſe à Syriaco *Maran*, i. e. *Dominus*, unde formatur *Maranan*, i. e. *dominus noſter*, ex quo Græci fecerunt *Maran*, 194. 23.

Marme urbs Phœniciæ, 445. 81. aliis *Marma* in Rubro litore locata, *ibidem.*

Maronea urbs Ciconiæ, 445. 85. olim *Ortagurea* dicta, *ibid.* aliis cur Macedoniæ civitas, *ib.*

Maritima nomen proprium urbis Galliæ Narbonenſis, 448. 3.

Marpeſſa mons Pari, unde marmor candidum exſcinditur, 445. 82. aliis dictus

dictus *Marpesos mons Pariæ insulæ*, *ib.* unde *Marpesia cautes* denominatur Parius lapis, *ib.* etymon, *ibid.*

Marsi gens Italiæ fortissima, 445. 83. an sint orti à Circes filio *Marso*, *ib.* quibus num insit naturalis quædam vis contra serpentum morsus, *ib.*

Marsya vel *Marsyas* urbs Phœniciæ, 445. 84. aliis nomen convallis, *ib.*

Martialis Poëta oriundus ex Hispania, 473. 70. Vide 20. 25. *qualiter sibi jurari voluerit.*

Martinus la Farina ubi Abbas S. Luciæ, 731. 11. ejus laus, *ib.*

Martis in honorem ubi celebratum festum panegyricum, 527. 39.

Martius campus Græcè Ἀρειοπάγος, 106. 20. unde formatur Ἀρειοπαγίτης vel Ἀρειοπαγιανὸς, *ib.* ut ab Ἀρειοπάγος confit Ἀρειοπαγίτης vel Ἀρειοπαγιανὸς, 106. 21.

Masanodara urbs Cariæ, 446. 88.

Masarus nomen Dionysi. Vide *Mastaura.*

Masæsylia regio Libyæ juxta Mauros, 446. 87. incolæ *Masæsuli* vel *Masæsylii* bellis continuis fuere exstincti, *ibidem.* *Masæsylios* & *Masylios* fuisse diversos Libyæ populos, 446. 87.

Mases, *etis* urbs Argivorum, 446. 89. seu Argolicæ continentis urbs, 446. 90.

Masium montem esse supra Nisibin, 446. 91.

Masor Hebraicum quid significet, 497. 1.

Massaca urbs Assacenorum magna, 447. 98. sive urbs Indorum, *ibid.* Curtio *Mazagæ*, *ib.*

Massagetæ Scytharum gens apud quos interimitur Cyrus, 447. 93. 94.

Massalia seu *Massilia*, urbs Celticæ juxta Ligutiam, 447. 95. in Gallia Narbonensi celebris portu & emporio, *ibid.* colonia Phocæensium à quibus condita, *ib.* & 447. 97. unde Galli barbari usum cultioris vitæ didicerunt, *ib.* apud quos studium Græcarum literarum summum Massilienses excitârunt, *ib.* in quorum patria quam insigniter studia ingenuarum literarum floruerint, *ib.*

Massii vel si mavis *Massii* gens Persica, 446. 92.

Massia regio Tartesiorum Hispaniæ populorum, 447. 99. quorum in civitate quales confecti sint lateres, *ibid.*

Massylæ gentes non esse Massilienses Galliæ populos mediterranei maris oram incolentes, sed *Masæsyliorum* & *Masyleensium* Mauritaniæ gentes, 160. 81.

Massyli Libyca gens diversa à Masæsyliis, 448. 4. Massylios autem fuisse Nomadas, *ib.* Eosdem aratri usum ignorâsse, 448. 4. venatione victitâsse, *ib.* fuisse adeò equitandi peritos, ut sola virga regerent equos sine frenis, *ibid.* quibus æmuli Mauri, *ib.*

Mastaura urbs Lydiæ, 447. 1 etymon, *ibidem.* incolæ *Mastaurenses*, *ibid.* Bacchus cur apud Cares dictus sit *Masaris*, *ibid.*

Mastiani gens ad Herculeas columnas, 448. 2. etymon, *ib.*

Mastramelle urbs & lacus Celticæ, 448. 3. seu Galliæ, *ib.* dicta corruptè *Astromella*, *ib.*

Mater Erymanthii an fuerit eadem quæ Calydonii apri, 385. 13.

Matiana, Mediæ pars, 448. 6. incredibiliter ferax vini, frumenti, mellis, *ib.* incolæ *Matiani* & *Matieni*, *ib.*

Matthiam Wasmuth scripsisse Paræneson de linguæ Arabicæ utilitate, 433. 7.

Mauri qui Hispaniam tenuerunt, locuti sunt linguâ Arabum corrupta, 151. 14.

Mauritaniarum duarum unam nominari *Tingitanam*, alteram *Cæsariensem*, 448. 7. Mauritaniam Hebraicè dici *Phut*, *ib.* quo notantur *dispersi*, *ib.* ejus incolas *Mauros*, *Mauruslos*, & *Mauritanos* fuisse *Nomades*, 448. 7. & 449. 7. & 8. Mauros etiam vocari Afros religioni Mahometanæ addictos, 448. 7. Mauritaniæ mons nominatissimus est *Atlas*, quem accolæ *Dyrin* nominant, 449. 7. unde denominatur *Oceanus Atlanticus*, *ib.* Regni fluvius *Phut*, 448. 7. ejus verò Reges *Juba* & *Ptolemæus*, 449. 7. quibus è medio sublatis regnum in duas dividebatur provincias, *ib.*

Maurorum expulsio utrum Hispaniæ fuerit damnosior an fructuosior, 319. 19.

Mauros tenuisse Ilerdam urbem Hispanorum, 325. 59.

Mausoli in laudem quis scripserit orationem funebrem, 692. 60.

Mausolos dictos fuisse Cares à *Mausolo* Cariæ Rege, 449. 9. quem maritum quàm incredibiliter dilexerit uxor *Artemisia*, *ib.*

Mausoli tumulum numerari inter septem orbis miracula, 449. 9. unde omnia sepulchra magnifica appellantur *Mausolea*, *ib.* Vide 63. 8.

Mazaca, *orum* urbs Cappadociæ, aliis dicta *Cæsarea*, 434, 11.

Mazare, *es*, vel *Masarum*, *i*, vel *Mazara*, *orum*, castellum Selinuntiorum, quorum urbs Selinus fuit in Sicilia, 434. 12. ubi etiam amnis est hujus nominis, *ib.*

Mecha cur non sit *Petra*, 546. 52.

Mecyberna urbs Pallenæ Chersonesi in Thracia 464. 14. vel in Macedonia aliis, *ib.*

Medaba urbs Nabatæorum, 463. 7. aliis Μήδωνα, *ib.* celebris victoriâ Joabi contra Ammonitas, *ibid.*

Medama, *Medme*, *Mesa*, *Mesma*, *Medna* urbs & fons Italiæ, 451. 26. Plinio perperam dicitur *Medua*, *ib.* à Locris condita, *ib.* an sit Melæ *Medama*, *ibid.* unde oriundus *Philippus Medmæus* qui de ventis scripsit, 452. 27.

Medea venefica famosa, 12. 7.

Medeon nomen urbium, quarum una fuit Bœotica, 451. 22. altera Phocica, *ib.* tertia urbs aut pagus Epiri, 451. 23.

Medi plerumque usurpantur pro Persis, 34. 24.

Media regio Caspiis portis proxima, 463. 8. εὐδαίμων, πάμφορος, ditissima terra, *ib.* etymon, 463. 9. unde denominantur Medii vel Medi, prius *Arii* dicti, 463. 10. usurpati olim pro Persis, *ib.* *Medica* autem *arbor* dicitur *Assyria malus*, aliis *citrus*, 464. 11. Medica verò herba nascitur in regione *Hippobatos*, *ib.* an huc referantur etiam *Melicæ gallinæ* & *Melicæ grues*, *ib.*

Mediolanum urbs Aquitaniæ, metropolis Galliæ Cisalpinæ, Hispanis dicta *Milan*, 451. 24. etymon, *ib.* patria Jctorum *Jasonis*, *Maini*, *Alciati*, *ib.* Episcopi *Ambrosii*, *ib.* Archiepiscopi *Federici Borrhomæi* Cardinalis, *ib.* cujus ibi bibliotheca, *ibid.*

Medmasus vel *Medmasa* urbs Cariæ, 451. 25.

Medos & *Persas* scriptores veteres confundunt, 34. 24.

Megalopolis urbs Arcadiæ alia, 449. 12. de ea eversâ quid lepidi dixerit Comicus, *ib.* unde oriundus Polybius Megalopolita, *ib.* *Cercidas* Poëta mimijambicus, 449. 13. atque *Æneſias* Philosophus peripateticus, 450. 14. an sit condita ab *Epaminonda*, 449. 12. alia Cariæ, 450. 15. alia Iberiæ, 450. 16. seu mavis Libyæ, *ib.*

Megara, *æ*, vel *Megara*, *orum*, urbs una circa Isthmum Corinthiacum, 450. 17. illustris duabus arcibus, *ib.* illustrior autem *Euclide*, *Theognide* & Schola Philosophorum Megaricorum, *ib.* etymon, 450. 18. alia Siciliæ, dicta olim *Hyble*, 451. 19. quæ à Marcello cur diruta, *ibid.*

Megara Phœniciis significare *habitationem*, 450. 18.

Megarice vel *Megaricum* oppidulum Bithyniæ, 451. 20.

Megarsus vel μέγις ὄχθος, 11. 68. vel urbs Ciliciæ, *ibid.*

Megarus an Deucalionis diluvium ad Geraniæ montis verticem effugerit gruum prætervolantium vocem secutus, 205. 99.

Megiste urbs & insula Lyciæ, 451. 21. necnon portus, *ib.*

Mehor henaim libri quis sit Autor, 583. 25. in eo contineri Alphabetum Samaritanum, *ib.*

Μῆλα Græcorum esse Latinis *poma* & *oves*, 164. 9. unde Poëtarum sunt *mala aurea* & *vellus aureum*, *ib.*

Melænæ, *arum*, urbs Arcadiæ, 453. 36. à quo condita, *ib.* an Plinio sit *Melanæa*, *ib.*

Melanchlænos gentem Scythicam, 453. 34. nomen sibi inveniſse ab atro vestium gestarum colore, 453. 35.

Melanes montes ubi siti, 587. 48.

Meles amnis propter Smyrnæ muros defluit, 454. 38. 611. 11.

Meleti sinus an vocetur *Smyrnæus*, 454. 38. præter quem reperias sinum anonymon, *ib.*

Melibœa urbs Thessaliæ, 454. 39. cur ab aliis adscribatur vel Magnesiæ vel Macedoniæ, *ib.* an sit etiam insula, *ibid.* Vide 548. 66.

Melienses an etiam habeantur in Thessalia, 455. 18.

Meligunis olim dicta *Lipara* una ex Æoli insulis, 454. 40.

Melina urbs Argorum, 454. 41. an ibi culta Venus *Melinæa*, *ib.* & cur eadem nominetur *Melæna*, *ib.*

